D. IOANNIS

BOLOGNETI BONONIENSIS

IVRIS INTERPRETIS CLARISSIMI,

In primam Codicis partem.

Repetitiones aureæ, Doctissimæ, ac copiosissimæ, ad omnes Rubricas, leges, et materias quæ matutinis horis in publicis Gimnasijs interpretantur, Hac nouissima editione ita partitæ, ordinatæ, & restitutæ, innumerisque erroribus omnis generis expurgatæ, ab ipsoque met authore multis locis ampliatæ, vt meliorem omnino formam (exemplari comparatæ) consequtæ videantur.

Cum summariis ad singulas Repetitiones.

Et indice locupletissimo tam primæ quam secundæ parti Repetitionum seruienti.

VENETIIS, Apud Ioannem Variscum, Hæredes Melchioris Sessæ, & Baptistam Calegaris. M D L X X I I.

INDEX LOCVPLETISSIMVS COMPLECTENS OMnia notatu digna contenta in repetitionibus Clarissimi Domini Ioannis Bologneti Iur. Consul. Bononiensis ad utramque Codicis partem, ita ordinate congesta, & omnimoda alphabetica serie seruata suis locis oportunis collocata, ut materias reperire uolenti nullus super futurus sit labor.

Numeri marginales. 1. primam. 2. secundam partem indicant.

Authore Brunoro Sole Iureconsulto Veneto.

A

1 *BOLITIONE legitime impetrata, licita est omnis conuentio, & desistentia. De tract. l. Transigere. numer. 45. columm. 1. fol. 145.*

¶ *Absolutoria quot modis ferri possit. De eden. l. Qui accusare. num. 10. col. 1. fol. 54.*

2 ¶ *Abstinendi beneficium an sit prætorium, uel ciuile, & perpetuum, uel annale. Quan. non peten. par. l. 1. num. 33. col. 4. fol. 57.*

¶ *Absurdum est pro parte accipere, & pro parte non. Quan. non peten. par. in Rubr. sub num. 30. uers. aliam rationem. col. 1. fol. 49.*

1 ¶ *Acceptilatio an & quando inducat implementum in transactione. De transact. l. siue apud acta. nume. 54. col. 3. fol. 161.*

¶ *Accusans Sempronium quod insultauit Titium uulnerando an uideatur accusare de uulnere, uel de insultu tantum cum qualitate uulneris. De edend. in Rubr. nume. 42. col. 3. fol. 6.*

¶ *Accusare non impediuntur alij, uno transigente, & an filius occisi, facta transactione à patre, possit accusare. De transact. l. Transigere. sub num. 30. uers. Sed pro. col. 4. fol. 142.*

¶ *Accusator desistens ab accusatione an euadat pœnas contra desistentes scriptas, & omnes, uel quas, in quo referuntur opiniones glo. Doct. & quæ sit communis. De transact. in Rubr. sub numer. 14. uers. Sed quid sit. col. 3. fol. 140.*

Accusator an per transactionem in casibus permissis per legem transigere. C. de transact. euadat pœnam pecuniariam Turpillari. ponitur diffuse in d. l. Transigere. numer. 61. col. 3. fol. 147.

Accusator, licet transigendo euadat pœnam calumniæ & præuaricationis, semper tamen incidit in turpilianum, ex Bart. & communi. ubi sup. uers. Pro opinione. col. 4. fol. 147.

Accusator dum accusat promittit non desistere usque ad finem, nec potest desistere non impetrata abolitione. ibid. uers. Tertio hoc suadetur. columna eadem. fol. eod. 147.

Accusator transigens in delictis priuatis punitur tanquam desistens. in ead. l. sub numer. 74. uers. Tertio pro opinione. col. 3. fol. 150.

2 ¶ *Acquisitio legalis quid sit, & in quo differat ab alijs successionibus. Quan. non peten. par. in Rubr. nu. 12. colum. 2. fol. 46.*

1 ¶ *Acta ueniunt appellatione instrumentorum in specie, & non rationes. De eden. in Rubr. nu. 39. co. 1. fo. 6.*

Acta proprie referuntur ad habentem aliquam iurisdictionem. De eden. l. 2. nu. 1. col. 4. fol. 21.

Acta in genere considerantur, & diuiduntur inter acta scripta & non scripta. in ead. l. nu. 3. c. ea. f. eo. 21.

Acta non scripta sunt gesta sine scriptis edita coram exercente iurisdictionem. ibi. nu. 4. col. ea. fol. eo. 21.

Acta diuiduntur inter iudiciaria & monumenta, & iudiciaria sunt quæ exercentur in forma iudicij. ubi sup. num. 5. col. ea. fol. eo. 21.

Acta scripta sunt scripturæ continentes gesta coram exercente iurisdictionem contentiosam, in ead. l. nu. 6. columm. ea. fol. eo 21.

Acta iudiciaria, siue monumenta sunt gesta coram exercente uoluntariam iurisdictionem. ubi sup. num. 7. colum. 1. fol. 22.

Acta etiam proprie sunt ante litis contestationem, & appellantur præparatoria. ibid. nu. 8. c. ea. fo. eo. 22.

Acta dicuntur locus in quo exercetur iurisdictio ex destinatione. ibi. nu. 6. col. ea. fol. eo. 22.

Acta ut ualeant sine præsentia notarij alterum, datur cautela. ibi nu. 12. col. ea. fol. eo. 22.

Acta aut sunt ciuilia, aut criminalia ibid. numer. 13. col. 2. fol. eo. 22.

Acta quare & quomodo dicantur publica. ibid. nume. 15. col. 3. fol. eo. 22.

Acta publica, in dubio, sunt notarij quantum ad dominium. ibi. num. 17. col. 1 fol. 23.

Acta non differunt ab instrumentis in editione & coactione. ibi. nu. 18. col. ea. fol. eo. 23.

Acta edi ad inuestigandam ueritatis fidem, quomodo intelligatur. ibi. nu. 19. col. 3. fol. eo. 23.

Acta tam ciuilia quam criminalia qualiter sunt edenda. ibi. nu. 22. col. 4. fol. eo. 23.

Acta publici & priuati iudicij eduntur tertio, & omnibus quorum interest æqualiter. in ea. l. nume. 23. columm. 1. fol. 24.

Acta eduntur bis & ter, & quoties opus est, omnibus quorum interest. ibi. num. 24. col. ea. fol. eo. 24.

INDEX

Acta & instrumenta edi debent a tertio possidente originalia.ibi.nu.25.col.ea.fol.eo.24.
Acta eduntur in quacunq; parte iudicij.ibid.num.26. col.ead.fol.eo. 24.
Acta non sunt edenda contra fiscum. ubi sup. numer. 31.colum.2.fol.eo.24.
Acta edi possunt nullo interueniente mandato iudicis. ibid. nu.32. col.3.fol.eo.24.
Acta quomodo edi debeant, breuis & generalis datur distinctio.in ea. nu. 33.col.ea.fol.eo.24.
Acta edenda sunt parti præsenti & absenti,sicut iudici.ibi.nu.37. col.3.fol.25.
Acta an sint producenda productione actuali uel uerbali coram surrogato.in ea.l.nu.39.co.4.fol.eo.25.
Acta an petantur officio mercenario uel nobili, plene distinguitur ubi sup.nu.44.col.2.fol.26.
Acta & instrumenta æqualiter sunt edenda. ibid. nu. 45.col.3.fol.eo.26.
Acta an debeant edi fisco à Reo in causa criminali.ubi sup.nu.46. col.4.fol.eo.26.
Acta faciunt fidem inter omnes, quando dubitatur de facto.ibi.nu.49.col.3.fol.27.
Acta ordinatoria iudicij respicientia instantiam non faciunt fidem in alia instantia, nisi sint confirmata per sententiam. ibid.nu.50.col.4.fol.eo.27.
Acta ordinatoria iudicij faciunt fidem coram alio iudice durante instantia.ubi sup.nu.51.col.1.fo. 28.
Acta ordinatoria iudicij faciunt fidem in alia instantia quando sunt confirmata per sententiam.ibid.nu. 52.col.ea.fol.eo.28.
Acta annullata per lapsum instantiæ possunt restitui per principem.ibid. nu.53.col.2.fol.eo. 28.
Acta ordinatoria non pereunt quantum ad effectus nō respicientes instantiam.ibid.nu.54.fol.eo.28.
Acta ordinatoria an durent facta transactione. ibid. num.55.col.ead.fol.eod.28.
Acta prohibitoria confirmata per sententiam faciunt fidem in alia instantia inter easdem personas. ubi sup.nu.60.col.2 fol.29.
Acta facta in causa summaria etiam, confirmata per sententiam,non faciunt fidem in causa plenaria.ibi. num.61.col.ea.fol.eo. 29.
Acta probatoria in exceptionibus dilatorijs, etiam cō firmata per sententiam,non faciunt fidem in causa ordinaria. in eadem.l.numer.62.col.ea.fol. eo.29.
Acta probatoria non confirmata per sententiam faciunt fidem coram iudice surrogato in eadem causa. ubi sup.nu.63.col.3.fol.eo.29.
Acta probatoria faciunt fidem inter easdem & diuersas personas ad effectum repellendi testes,etiam perempta instantia.ibid.nu.65.col.ea.fol.eo.29.
Acta probatoria non faciunt fidem inter diuersas personas perempta instantia, nisi sint mortui.ubi sup. nu.66. col.ea.fol.eo.29.
Acta probatoria an impediant in alia instantia testes examinari. ibi.nu.67.col.4.fol.eo.29.
Acta decisoria faciunt fidem inter easdem & diuersas personas si sunt facta super exceptione dilatoria, & ad finem contentum in dilatoria, secus ad alium finem.ibid. nu.73. col.1.fol.30.
Acta decisoria super exceptione impediente litis ingressum præiudicant quandocunque in meritis causæ.ubi sup.num.74.col.2.fol.eo. 30.
Acta decisoria super exceptione peremptoria quando faciant fidem inter easdem uel diuersas personas ibid.nu.75. col.ea.fol.eo.30.
Acta decisoria super meritis causæ præiudicant in alia instantia. ibi. nu.76.col.ea.fol.eo.30.
Acta decisoria super meritis non præiudicant regulariter inter diuersas personas, fallit in septem casibus ennumeratis ubi sup.nu.77. co.ea.fol.eod. 30.
Acta decisoria præiudicant inter alias personas respectu qualis præiudicij.ibid.n.78.co.3.fo. eo.30.
Acta decisoria præiudicant ex aliquali præiudicio,etiā qđ sententia sit iniqua.ibi.n.79.col.ea.fo.e.30.
Acta appellatoria quando præiudicent inter easdem uel diuersas personas.in eadem.l.numer.8. colum. ead.fol. eod.30.
Acta quæ tractant de lite pertinente ad uniuersitatem dicuntur publica, & quæ tractant de lite pertinente ad priuatam utilitatem, sunt priuata. in ead.l. sub num.16.uers.& acta.col.4 fol.22.
Acta debent edi etiam quod deueniant ad tertium, nā ille tertius tenetur edere.in ea.sub nume.18. uers. Tertia datur.col.2.fol.23.
Acta non possunt edi nisi cum licentia iudicis, alia instrumenta.sine licentia, & de ueritate ubi sup.uers. Quinta est.col.3.fol.eo.23.
Acta facta in alio iudicio, siue sint facta inter easdem personas, siue inter diuersas, si sint criminalia, exhiberi debent cuicunque petenti; secus in causa nummaria, & de ueritate. in ea.l.2. sub num. 33. uers. Tertius est casus.col 4.fol.24.
Acta omnia ciuilia & criminalia, ac cætera instrumenta eduntur & à Reo, & à notario fisco in causa delationis nummaria,quid autem sit in causa capitali.in ea.l.sub nu.45.uers.Stat igitur.col.4.fol.26.
Acta an fisco edi debeant à Reo conuento in causa criminali pecuniaria.ubi sup. sub nu. 46. uers. solum igitur col.ea.fol.eo.26.
Acta facta probant fideiussori quod Reus est condemnatus, & in tantum.ibid.sub nu.49.uers.ex quo infertur.col 3.fol.27.
Acta faciunt fidem tam inter easdem quam inter diuersas personas siue sint confirmata per sententiā sequentem, siue instantia sit perempta, uel absolutus Reus ab obseruatione iudicij, in illis casibus in quibus sufficit iudiciū esse acceptū,licet non sit deductū ad finē.ibid.uers. & ista conclusio.col.3.fo.27.
Acta probatoria an faciant fidem in alio iudicio. ubi sup.sub nu.57.uers.Tertius est.col.4.fol.28.
Acta quid sint. De pact.l.Postquā liti.n.12.c.2.f.94.
¶ Actio ad exhibendum fuit inuenta propter actiones mixtas. De eden.in Rubr. sub numer.31.uers. Alciatus.col.4.fol.4.
Actio ex edicto prætoris est pœnalis & temporalis. De eden.l.1.nu.83.col.4.fol.19.
Actio mandati quare non competat ex mandato facto argentario.in ead.l.nu.85.col.2.fol.20.
Actio in factum importatur ubi uerba referuntur ad

patrem

partem. ubi sup. nu.80.uers.Secundo.co.2.fol.19.
Actio de peculio datur contra patrem & dominum. sub eo.nu.uers.Sexto.col.3.fol.eo. 19.
Actio in iure nostro sumitur dupliciter, de per se, & cum qualitate quod sit edita. De eden.l.Edita.num. 1.col.3.fol.31.
Actio,prout est ius persequendi,differt à contractu & obligatione, tanquam causa à causato. in ead.l.nu. 2. col.4.fol.eo.31.
Actio prout est edita est aggregatum cōtractus obligationis & actionis,& est facti. ubi sup.nu.3.col.ea. fol.eo.31.
Actio edita appellatur intentio. ibid. nume. 4.col.ea. fol.eo.31.
Actio edita emendatur, mutatur, declaratur, & cumulatur.ibid.nu.6.col.ea. fol.eo. 31.
Actio edita quomodo demonstret speciem futuræ litis. ibi. nu.32.col.2.fol.35.
Actio edita speciem futuræ litis demonstrat, quam licet emendare uel mutare, saluo interesse partis in expensis & deliberatione. in ead.l.sub nu.7.uers. His sic.col.1.fol. 32.
Actio si nominetur inepte,an procedat libellus,si perfecte fuit factum narratum,in ea.l.sub nu.12. uers. Et supradictis.col.1.fol. 33.
Actio quare edenda sit. ubi sup. sub nu.31. uers.Glos. 1.col. 1.fol.35.
Actio hypothecaria generaliter potest concurrere cum personali,quia tendit ad adiuuandum executionem super alia actione,& de ratione, ibid.sub nu.117, uers. Vnde ego col.4. fol 48.
Actio diuersi generis quando cumulatur, nouiter est iurandum, & adducitur ratio. in ea.l.sub nu.119. uers.& ex eo.col.2.fol.50.
Actio præscriptis uerbis quando concurrat cum alijs actionibus. De pact.l.petens.nu.52.col.3.fol.108.
Actio non competit ex contractu resultante,referendo pactum ad contractum, nisi sit sequutum implementum.in ead.l.nu.57.col.2.fol.109.
Actio nascens ex pacto uestito cohærentia contractus bonæfidei an efficiatur bonæ fidei. ubi sup. numer. 78. colum.1.fol.113.
Actio ex stipulatione competens datur etiam ad illud quod est promissum in pacto, in ea.sub nu.20. uers. His tamen.col.1.fol.102.
Actio non datur nisi ad deducta in cōtractum.ibi.sub num.21.uers.nec obst.col.ea.fol.eo.102.
Actio præscriptis uerbis datur ex pacto de retrouendendo. ibi. sub.nu.51.uers. Quarto adducitur.col. 1.fol. 108.
Actio de dote datur extraneo qui ipsam dedit, & pactus est eam sibi restitui. ibid. uers. Sexto adducebat.col.2.fol.eo.108.
Actio præscriptis uerbis uigore pacti competit contra negligentem pactum adimplere.ubi sup. uers. Octauo facit.col.3.fol.eo.108.
Actio præscriptis uerbis sequuto implemento nascitur ex quolibet contractu innominato expresso, in ead. l.sub numer.56. uers. Tertia est.columna secunda. fol.109.
Actio competit Actori qui tenetur ad factum negatiuum, si super transactione apposita est stipulatio. De transact.l.siue apud acta.numer.47.columm.4. fol.160.
Actio nascitur ex transactione si actor tenetur ad factum affirmatiuum remittendi actionem in ea.l. nu. 49. col.1.fol.161.
Actio primæua quando extinguatur per transactionē subsequtam.ibi.nu.52.col.3.fol.161.
Actio ex transactione quando cōpetat actori,& quando dicatur adimpleuisse, magistraliter epilogatur. ubi sup.nume.56.col.2.fol. 162.
Actio de dolo quando competat actori contra Reum non obseruantem transactionem, in ea.l.nu.61.col. 1.fol.163.
Actio de dolo quando competat actori,si dolus est cōmissus circa actionem.ibi.nu.62.col.2.fol.eo. 163.
Actio primæua, & processus, & instantia an durent post transactionem.breuiter epilogatur.ibid.nume. 66. col.4.fol.eo.163.
Actio nascitur ex contractu innominato sequto implemento perfecte. De transact.l. siue apud acta sub num.21.uers.non obstant. col.4.fol. 154.
Actio de dolo nō competit nisi prima fuerit extincta. in ea.l.sub.num.64.uers.quarta est.col.2.fol.163.
Actio præscriptis uerbis, & condictio ob causam non possunt concurrere in contractu non iurato, secus si appositum sit iuramentum. ibi. sub nume.13.uers. non obstant.col.1.fol.171.
¶ Actione,uel super actione cumulata an sit iurandum de calumnia. De eden.l. edita. sub num.118. uers. Quærit glo. col.1.fol. 50.
Actione commodati licitum est iurare in litem affectionis. De senten. quæ pro eo quod interest.l.1.sub num. 18. uers. Et pro parte.col.2.fol.163.
¶ Actionem mutare est, quando ex unico contractu uel delicto nascuntur plures actiones, & una fuit intentata,& postea placat accipere aliam, & relinquere primam,ut in exemplo. De eden.l.Edita.sub nu. 6. uers.mutare.col.1.fol.32.
Actionem cumulare est uni actioni intentatæ aliam addere, & super utraque exercere iudicium. ut in exemplo ubi sup.uers.cumulare.colum.ea.fo.eo.32.
Actionem si quis non competentem edidit an possit postea eam in processu emendare,uel mutare. in ea.l. sub nu.8.uers.Sed subintrat.col.2.fol.eo.32.
¶ Actiones plures eiusdem generis quando cumulantur an sit iurandū de calumnia.De eden.l.edita.sub nu. 129.uers. Secundum dictum.col.2.fol.50.
Actiones legaliter acquisitæ possunt repudiari & renuntiari.& impediri per pactum de non petendo. De pact l.1.nu.63.col.2.fol.88.
Actiones rei persequutoriæ legaliter acquisitæ an possint repudiari uel renuntiari. in ead.l.num.64.col. 3.fol.eo.88.
Actiones an possint amitti repudiatione, renuntiatione, uel pacto.ibid.nu.65.col.4.fol.eo.88.
Actiones an possint ammitti repudiatione, renuntiatione, uel pacto, datur noua distinctio. ibidem. num. 66. col.1.fol. 89.

2 ¶ Actionibus bonæ fidei petebatur interesse usque ad duplum tantum, an idem esset in actionibus stricti iuris, fuit antiquorum dubitatio relata De sententiis quæ pro eo quod interest. l. 1. sub. nu. 3. uers. ideo Petrus. col. 2. fol. 161.

Actionibus omnibus in quibus agitur ad restituendũ, uel ad factum habens uim restitutionis, si interuenit dolus in non parendo, iuratur in litem affectionis. in ea. l. sub. nu. 162. uers. & generaliter. colu. 2. fol. 182.

1 ¶ Actionis editio fit in scriptis & sine scriptis, in scriptis dicitur libellus, sine scriptis appellatur dictatio. De eden. l. edita. nu. 5. col. 4. fol. 31.

Actionis nomen non est exprimendum in libello. in ea. l. nu. 9. col. 3. fol 32.

Actionis expressio inepta non uitiat libellum, sed ineptitudo medij cõcludendi uitiat. in eadem. num. 11. col. 4. fol. eo. 32.

Actionis mutatio hodie non potest fieri nisi usque ad productionem libelli. ubi sup. nũ. 92. col. 1. fol. 44.

¶ Actor aßerens ex causa sibi edi debere (cum Reus nõ teneatur edere) causam allegare debet, & eam probare, quia sufficit Reo habere regulam pro se. De eden. l. 1. sub nu, 36. uers. & quia. col. 3. fol. 12.

Actor an possit mutare libellum in uerbis narratiuis, dispositiuis, De eden. l. edita. numero. 25. column. 1. fol. 34.

Actor ante litis contestationem poterit reuocare libellum quando Reus contradicit libello particulariter negando. cum ratione, & declaratione ut in d. l. sub nu. 25. uers. Vnde in hoc. col. 2 fol. eo. 34.

Actor quod non possit mutare actionem, cum per dationem libelli ex parte sua uideatur contestari litem. in ea. l. sub nu. 93. uers. Sed huic. col. 2. fol. 44.

Actor debet præparare suas actiones antequam agat. De eden. l. Qui accusare. nu. 3. col. 3 fol. 53.

Actor non probans patitur multas pœnas. in ea. l. nu. 11. col. 1. fol. 54.

Actor an teneatur edere Reo, late discutitur. De eden. l. fin. nu. 28. col. 3. fol. 67.

Actor an teneatur edere Reo ad fundandam exceptonẽ criminosam. in ea. l. nu. 29. col. 1. fol 68.

Actor an teneatur edere Reo ad fundandam exceptionem quæ non tendit ad tollendam æquitatem petitionis. ibid. num. 30. col. 2 fol. eo. 68.

Actor an teneatur edere Reo ad fundandam exceptionem compensationis. ubi supra. numero. 31. colum. eadem. folio eodem. 68.

Actor non tenetur edere Reo ad reconuentionem probandam. ibi. nu. 32 col. 3. fol. eo. 68.

Actor non tenetur edere Reo in exceptione præscriptionis. ibi. num. 33. col. 4. fol. eo. 68.

Actor non tenetur edere Reo in exceptione macedoniani, & alia odiosa. ibi. nu. 34. col. ea. fol. 68.

Actor an teneatur edere Reo in causis fauorabilibus, ibi. num. 35. col. ea. fol. eo. 68.

Actor ab fundandam exceptionem Rei tenetur edere, sed non econuerso, in eadem. l sub numero. 10. uers. Secundo nota. col. 3. folio. 65.

Actor quid teneatur edere ad fundandam exceptionẽ Rei, & quid non. ibid. sub numero. 28. uers. Contrariam opinionem. col. 3. fol. 67.

Actor in causa ciuili in qua Reus opponit exceptionem criminosam, tenetur edere ad eam fundandam, & probandam, sicut tenetur edere ad probandam exceptionem doli probandam, quæ potest opponi directo ad tollendam originem petitionis. in ea. l. sub nu. 29. uers. Vnde ego. col. 2. folio. 68.

Actor liberans Reum per acceptillationem an dicatur adimplere perfecte. De transactioni. l. siue apud acta. num. 36. col. 2. folio. 159.

Actor liberans Reum per acceptillationẽ habet multa remedia, quæ enumerantur in ea. l. sub numero. eo. uers. ex quo sequitur. colum. 3. fol. eo. 159.

Actor potest condicere obligationem suam extinctam ex causa transactionis si Reus nõ obseruauit ex sua mora. ibid. sub nu. 59. uers. Quarta est. columna. 4. folio. 162.

2 Actor qualiter articulari debeat in materia intereße. De senten. quæ pro eo quod interest. l. 1. sub num. 154. uers. Quare aliter. col. 2. fol. 181.

1 ¶ Actore non probante, Reus absoluitur, quod ampliatur septem modis. De eden. l. Qui accusare. numero. 7. columna 4. folio. 53.

Actore non probante, Reus plene absoluitur, etiam si semiplene sit probatum, in eadem. l. numero. 9. columna. 1. folio. 54.

¶ Actori p renũtiationem Rei non acquiritur actio, quando Actor non habet actionem, & Reus renuntiat, & datur ratio. De pact. l. Postquam liti sub nu. 45. uers. Tertius casus. col. 2. fol. 99.

Actori in casu. l. siue apud acta. C. de transact. an competat condictio ob causam. ponitur in ipsa. numero. 35. columna. 1. folio. 159

Actori obseruanti transactionem quæ remedia competant. in ea. l. nu. 37. col. 3. fol. eo. 159.

Actori qui tenetur ad factum negatiuum competit actio, si super transactione apposita est stipulatio. ibi. numero. 47. col. 4. fol. 160.

Actori quando competat actio ex transactione, & quã do dicatur adimpleuiße, magistraliter epilogatur. ubi sup. nu. 56. col. 2. fol. 162.

Actori competit condictio ob causam si Reus non adimpleuit, quid autem si adimpleuit quantum potuit. ibid. nu. 57, col. 3. fol. eo. 162.

Actori competit condictio ob causam ut reponatur in pristinum, si Reus noluit acceptare. ubi supra. num. 58. columna. 4. folio. eo. 162.

Actori non datur condictio ob causam si actio non est extincta per transactionem, sed reuertitur ad primæuam actionem. ibi. nu. 60, col. ea. fol. eo. 162.

Actori contra Reum non obseruantem transactionem quando competat actio. ubi supra numero. 61. colu. 1. folio. 163.

Actori quando competat actio de dolo si dolus est commissus circa actionem. ibidem. numero. 62. colum. 2. fol. eodem 163.

Actori an competere possit aliquod remedium ex transactione simplici sine scriptura & actis ualida, Reo nolente obseruare promißa, ad illa consequendum.

in ea.l.num. 12. colum.3.fol.154.
Actori licet non detur actio contra Reum non adimplentē, tamē Reo adimplēti datur cōtra actorem nō obseruantem condictio ob causam ad resoluendum. in ea.l.sub nu.31.uers. Quibus sic.col.3.fol.158.
Actori an & quibus casibus competat actio praescriptis uerbis, et in quibus casibus etiā fortius detur replicatio.ibid.sub n.36.uers.ex quibus.co.3.f.162.
¶ Actus factus ab eo qui potest compelli, an sit uoluntarius. De eden.l.1. nu.87.col.2.fol.20.
Actus generalissimam habent significationem, ut comprehendant omne quid quid fit. De edendo.l. 2. nu. 1. folio. 21.
Actus inter uiuos non potest fieri sine consensu duorū, fallit tamen & declaratur. De pact.l.postquam liti. sub nu.36.uers.nec obstat. col. 1.fol. 98.
Actus nullus ex aliqua causa propter incertitudinem sustinetur aliquādo. De pact.l.fin.nu.82.c.3.f.123.
Actus unus an possit esse pro parte permissus, & pro parte repudiatus. De transact. l. transigere. nume. 57. colum.1.folio. 147.
Actus unus non debet diuerso iure censeri. in ea.l.sub nu.56.uers.sed in contrarium.col.4.fol.146.
Actus de se nullus non efficitur ualidus propter praesentiam iudicij uel actorum, & datur exemplum. De transact.l. siue apud acta. nu.15.col.2.fo.156.
Actus ualidus per praesentiam actorum uel iudicis assumit maiorem firmitatem & praesumptionem. in ea. l. num.16. col. ea. fol. eo.156.
2 Actus ubicunque annullatur fauore alicuius tum demum efficitur nullus si ipse uoluerit. De contratab.l. Posthumo. sub nu. 41.uers.in contrarium. colu. 4. folio. 76.
¶ Actuum multiplicationem praesumi quomodo intelligatur. De bon. poses. secun.tab.l. 2. nu. 12. & 23. col. 3. fol. 63. & col.4. fol. 64.
¶ Aditio an inducatur si quis dicat. ego sum haeres. Vnde liberi.sub nu.56.uers. Sed dubitat.col.4.fo.94.
¶ Administratores aliorum acquirūt inuitis ex omni causa sibi concessa in administratione. Qui admit. sub n. 31.uers. Si uero col.2.fol. 21.
¶ Aduētitijs duo immutata fuerunt, acquisitionis modus & quod recusans priuetur iure suo. Qui admi.l. 1. numero.9. colum. 1.fol. 17.
¶ Aduentitiorum in materia ius Codicis est triplex, antiquius, antiquum, & nouum. in eadem.l.numero.10. columna. 2.folio. eodem. 17.
Aduentitiorum in materia octo sunt quaestiones, quatuor in persona filij, & quatuor in persona patris, an inuicē in hereditate sibi possint praeiudicare. ibi.nu. 11. columna. eadem. folio. eo.17.
1 ¶ Aduersarium conueniens in Regno ex praeuentione ad cassandum instrumentum, quando incidat in poenas. l.siquis maior.C.de transactio.ponitur in ipsa.num. 105. columna. 4.fol. 185.
¶ Aduersarius quis proprie dicatur. De eden.l.1.nume. 15. columna. 3. folio. 9.
2 Aduersarius an sit citandus si papa mandat aliquem examinari. Vnde legit.l. Certum. numero. 78. columna. 3.folio. 112.
1 ¶ Aduersatiua aduersatur in iure & in facto. De transact. l. transigere. num.79.col.3. fol. 151.
Aduersatiua repetit omnes qualitates orationis praecedentis, sed non omnes clausulas. in eadem. l.nu. 80. columna. 4.folio.eo. 151.
¶ Adulterij in crimine non est licita transactio, & confutantur omnes rationes doctorum. De transactio. l.transigere.nu.35.& noua ratio assignatur.nu.36. col. 4.fol.143. & col.1.fol.144.
Adulterij poena an sit poena sanguinis. in ea.l.numero. 39. colum. 2.fol. eo. 144.
Adulterij super crimine quando liceat transigere, breuiter narratur.ibid.nu.72.col.1.fol.150.
Adulterij & raptus crimina aequiparantur, in eadem. sub nu. 67.uers. Secundo. col.1.fol.149.
¶ Adulterio praesumpto an sit licita transactio. De transact.l. Transigere.nu.37.col.1.fol.144.
¶ Adulterium in dubio praesumitur ex praeparatorijs proximis et uiolentis, ut mulier priuetur dote. de eden. in Rub. nu.20.col.1.fol.4.
¶ Aduocati caesarienses qui fuerint. De pact.l. fin. num. 14. columna.3. fol.115.
¶ Aequalitas inter litigantes est seruanda. De eden.l. fi. sub nu.28.uers. contrariam opinionē.col.3.fol.67.
2 ¶ Aequiparatio de haereditate ad bonorum possessionem procedit in casibus in quibus leges non sunt in cont. Qui admit.l. Emancipata.sub num.31. uersi. & tenendo.colum.3.fol.39.
1 ¶ Aequitas est duplex. scripta, & non scripta, & unde nascatur in regula de qua De edendo. l. qui accusare.nu.12.col. 1.fol.54.
Aequitas de qua in.l.fin. C. de eden.unde nascatur, late discutitur, referendo uarias rationes.ut in ipsa.l. fin.nu.11.col.3.fol.65.& nouiter declaratur unde nascatur ista aequitas super qua fundatur decisio legis.nu.12. & noua ratio consideratur neglecta per doctores, fundata in fauore exclusionis doli. numer. 13. columna.4. fol. 65.
2 Aequitas nulla dictat, quod si testamentum est nullum de iure ciuili, non sit etiam de iure pretorio nullum, cū ius praetorium confirmet iuscíuile, non oppugnet. De contratab. l. Posthumo. sub numero. 49. uers. Septimo. columna.4. fol. 80.
1 ¶ Aequiuocatio una Azonis causauit uarias lecturas ad l.fin.C.de eden.& confusionem in tota materia editionis.ut in ipsa.l. fin. nu.4. col.3. fol.64.
2 ¶ Affectio singularis quae dicatur, ultra omnes demonstratur, distinguendo tres casus. De sententi. quae pro eo quod interest. in Rubr. nu.91.col.4.fol 155.
Affectio ad rem potest considerari tribus modis relatis ubi sup.uersi. Ego. col.1.fol.156.
Affectio personę respectu aliarum personarum quae sit, & eius effectus.ibi.uers.quędā est.co.ea. f. e.156.
Affectio respectu rerū, & personarum quae sit, & eius effectus. ubi supra. uersi. Quaedam est affectio. col. eadem. folio. eodem.156.
Affectio potest cadere in quantitate generis subalterni. De sentent.quae pro eo quod interest.l.1.numero. 46. col.1. fol. 168.
Affectio in iure attenditur, & causat interesse singulare.

lare.in ea.l.nu.77.col.3.fol.173.

Affectio facit legatum eße utile quod alias est inutile ibid.nu.78.col.ea.fol.eo.173.

Affectio producit actionem, retentionem, & officium iudicis.ibi nu.79.col.ea.fol.eo.173

Affectio non prodest ad condemnationem, secundum doctores. ibi nu.80.col.ea.fol.eo.173.

Affectio causat actionem & condemnationem.ibi. nu. 83.col.4.fol.eo.173.

Affectio causat actionem ad aliud, si tacite uel expresse actum est inter contrahentes. ubi supra, numero. 84. colum.1.folio.174.

¶ Agnati nullis existentibus suis hæredibus tempore mortis uocantur ex.l. 12.tabularum.Vn.lib.l. qui se patris.sub nu.64.uers.Sed pro resolutione.columna.1.folio.96.

Agnati succedunt iure ciuili & prætorio usque ad decimum gradum regulariter, Vn.legit.l.certum numero.37. col.1. fol. 106.

Agnati & cognati ultra tertium gradum non succedũt in Regno neapolitano per constitutiones particulares, & ex noua constitutione Caroli usque ad quartum gradum, quando tractatur de successione masculi, etiam quod desierint esse agnati, ut emancipati, uel emancipatorum filij. ibi. sub num. 40. uers. in regno.columna.4. fol. eodem. 106.

¶ Agnitio filij & ratiabitio an præsumatur ex longa possessione. Qui admit.l.nu.57.col.3.fol.27.

Agnitio bonorum possessionis potest fieri per quæcũque uerba uel signa denotantia uoluntatem agnoscentis, & ideo poterit fieri per nutum.& per.a. & .b.quæ admit.l.fin.num.6.columna.3.fol.42.

Agnitio bonorũ possessionis potest fieri corã quocũque iudice sed nõ corã notario in.ea.l.nu.11.c.1.fo.43.

Agnitio bonorum possessionis an hodie possit fieri per seruum, uel feminam, uel extraneos, uel alios inhabiles nomine alterius. ibid.nu.27.col.1.fol.45.

¶ Agnitione requiritur præsentia alicuius iudicis. Qui adm.l. fin. num. 7. & rationes multæ reprobantur quare antiquitus requirebatur decretum. nu. 8. & noua ratio assignatur.nu 9.col.3.& 4.fol.42.

¶ Agnoscens bonorum poßeßionem an teneatur exprimere eius nomen. Qui adm.l.emancipata.numero. 26. columna. 1.fol. 39.

¶ Alberici intellectus ad.l.Qui se patris.C.unde liberi. reprehenditur in ipsa.l.nu.75.col. 3.fol. 98.

¶ Alciati diffinitio tradita de interesse in genere generalissimo refertur. De sent. quæ pro eo quod interest. in Rubric.nu.35.col.4 fol.148.

Alciati reprehensio ad cõmunem distinctionem de interesse, refertur. De sentent.quæ pro eo quod interest.l. 1.nu. 88. & eius distinctio reprehenditur nu. 89. col.3.& 4.fol.174.

Alciati noua & subtilis opinio recitatur.in ea. l.num. 98. eius distinctio penitus reijcitur. numero. 99. columna. 4. folio.175.

Alciati intellectus ad.l.Iulianus de act.emp.reprobatur.ibi.numero.100.col.1.& noua ultra omnes distinctio datur.nu.101.fol.176.

Alciati noua distinctio reprehenditur.in ea.l.numero.

1 139.col.1.fol.180

1 ¶ Alienare prohibitus an prohibeatur consentire. De pact. l.fin.num.84.col.1.fol.124.

2 ¶ Allegans emancipationem illam tenetur probare.C.de collat.l.si emancipati.nu.8.col.3.fol.117.

¶ Allegationes iuris quando edendæ sunt partibus. De eden.l.2.num.28. col. 2.fol.24.

¶ Ammissio scripturarũ fortuita inducit nouam causam. De eden.l. 1.nu.46.col.3.fol. 13.

¶ Animus ex præparatorijs facti infertur ad illud ad quod sunt præparata.De edendo. in Rubri. numero. 15.col.1.fol.3.

2 ¶ Antiquorum dubitationes quales essent ante legem.1. C.de Sententia. quæ pro eo quod interest. ad eius intelligentiam necessario perquirendas eße demonstratur. in ipsa.l.1.num.2.col.1.fol.161.

1 ¶ Antoninus Pius non fuit coniunctus Alexandro neque de eius cognatione.De edend.l. finalis.numero. 21. columna.1.folio. 67.

¶ Antonius caracalla author.l. qui accusare.C. de eden. fuit pater Alexandri authoris.l.fin.C. de edend.ut in.d.l.fin.nu.6.col.4.fol.64.

¶ Appellatio an sit necessaria ut processus fiat ipso iure nullus.De eden.l.Edita.nu.116.col.2.fol.48.

2 Appellatio licet sit remedium rescissiuum, si tamen fiat de sententia nulla, operatur quod declaratur sententia nulla.De contratab.l.Posthumo.sub nu.52.uers. & comprobat. col.4.fol.81.

1 ¶ Appositio rei an sit necessaria in libello, & de eius substantia.De eden.l. edita.num.71.col.4.fol. 40.

2 ¶ Arbor noua interesse præter omnes constituitur.De sen ten.quæ pro eo quod interest. in Rubric.nume.112. columna.3 fol.159.

¶ Aream apud uicinum habens potest perpetuo edificare, etiam post mille annos.Quan.non peten.par.l.1. sub nu.32. uers. & sicut.col.4.fol.57.

1 ¶ Argentarij, nummularij, & mensularij quæ sint & fuerint.De eden.l.1.nu.6. col. 4.fol.7.

Argentarij & nummularij officium habet publicã causam, & eorum opera principaliter consistit in scribendis rationibus. in ea.l. sub nu.63.uers. Secundo principaliter.col.2.fol.16.

¶ Argentarius non edit actione mandati, quia ei non mãdatur ut edat.De eden.l.1.nu.90.col.4.fol 20.

Argentarius edit actione mandati, si mandatur ut scribat & edat. in ea.l.nu. 91.col.1.fol.21.

Argentarius procurator tenetur edere actione mandati & officio iudicis.ibid.nu.93.col.ea.fol.eo.21.

2 ¶ Argumentari an possit ex uerbis narratiuis in legibus possis. Quan. non peten.par.l.1.nu.35.col.1.f.58.

Argumentari ex uerbis narratiuis legis regulariter potest, quicquid dicant doctores. in eadem.l. num. 36.col.ea.fol.eo.58.

1 ¶ Argumentum à contractibus ad ultimas uoluntates affirmatiue ualet, sed non contrario. De pact.l.1. nu. 99.col.4.fol. 92.

Argumentum à corellatiuis quando procedat.De transact.l.Transigere.nu.62.col.2.fol.148.

2 Argumentum à correllatiuis tunc procedit quado militat eadem ratio, alias secus, qui adm.lege. 1.sub num.

nu.73. uers.non obstat.col.2.fol.31.

1 ¶ Armentum, chorus, & familia aliquando sunt uniuersitas, aliquando generalitas. De eden.l.numer. 48. col.4.fol.36.

2 ¶ Articulandi practica, in casibus in quibus doctores admittunt peti interesse, intereße qualis esse debeat. De sentẽ.quæ pro eo quod interest.l.1.sub nu. 118. uers.in casibus.col.4.fol. 178.

¶ Articuli in materia interesse qualiter concipi debeant. in ea.l.sub nu.154.uers.item articuli.co.2.f.181.

¶ Articulorum forma in materia singularis intereße traditur ubi sup.nu.165. & distinctio Bart.circa formam articulorum reprobatur.nu.166.c.3.fo.182.

¶ Aßerens aliquem decessisse intestatum, non tenetur illud probare, quia præsumitur decessiße intestatus etiam quod se fundet in hoc. De collat.l.si emancipati.sub nu.7.uers.Tamen ego.col.2.fol. 117.

1 ¶ Assertio, quod non uult accusare, a quolibet fieri potest. De transact.l. Transigere.nu.46.col.1.f. 145.

2 ¶ Auo materno uel matri præteritis à liberis quæ remedia hodie competant. De liber.præter. Auth.ex causa.nu.56.col.2. fol. 139.

1 ¶ Auth.si quis in aliquo.C. de eden.duobus modis adaptatur ad.l.Codicis. ut in ipsa.numero.2. column.1. folio.55.

Auth.si quis in aliquo. habet locum inter easdem & diuersas personas, per quæcunque uerba fiat relatio.in ea.nu.7.col.2.fol.56.

2 Authentica ex causa.C. de liber.præter.tractat de uiribus testamenti continentis exhæredationem, uel præteritionem.ut in ipsa.nu.1.col.3.fol.128.

Auth. ex causa an habeat locum in præteritione posthumi, late discutitur.in eadem.nume.28. colum.2. fol. 133.

Auth.ex causa an habeat locum in posthumo præterito à patre uel matre, datur plena distinctio.in ead. nu.29.col.3.fol.eo.133.

Auth. ex causa an habeat locũ in præteritione ignoranter facta, late discutitur ubi sup.num.30.col.1. fol.134.& ad hoc traditur plena distinctio.nu.31. col.3.fol.eo.134.

Auth.ex causa an habeat locum in præteritione quasi posthumi.ibi.nu.33.col.2.fol. 135.

Auth. ex causa an habeat locum in præteritione filij emancipati.ibi.nu.34.col.3.fol.eo. 135.

Auth. ex causa habet locum in præteritione parentum facta à liberis testantibus. ubi sup.nume.37.col.1. fol.136.

Auth.ex causa non habet locum in præteritione fraterna. ibi. num.38.col.ead.fol.eod. 136.

Auth. ex causa an habeat locum in exhæredatione bona mente facta.in ea.nu.40.col.3.fol.eo.136.

Auth. ex causa an habeat locum quando præteritus approbauit testamentum, & hæres repudiauit.ibi. nu.45.col.3.fol.137.

Auth.ex causa non habet locum in testamento nullo ex capite solennitatis uel alia causa ubi sup. nume. 46.col.4.fol.eo.137.

Auth. ex causa an habeat locum in præteritione fraterna, & quæ remedia hodie competant. ibid. num. 61.col.1.fol. 140.

Auth. ex causa an habeat locum in præteritione paterna posthumi.in ea.sub num.29.uers.Secundo casu. col.4.fol.133.

1 ¶ Auus potest facere pacem & remissionem iniuriæ factæ in potestate existenti, & similiter etiam nepoti existenti in potestate sua. De transact.l.Transigere. sub.nu.30.uers.Sed pro parte.col 4.fol. 142.

¶ Azonis una æquiuocatio causauit uarias lecturas. ad l.fin.C.de eden. & confusionem in tota materia editionis.ut in ipsa.l.fin.nu.4.col.3.fol.64.

Azonis intellectus ad.d.l.fin.discutitur.ubi sup. num. 15.col.1. fol. 66.

B

2 BAldi Limitatio de casu auth. præterea an procedere possit in materia de qua in l.1. C. quan. non peten. par.nu.39.col.2.fol. 58.

Baldi intellectus ad.d.l.1.refertur, & cum sua illatione repræhenditur.ubi sup.nu.41.col. 4.fol. eo. 58.

Baldi intellectus ad.l.qui se patris.C.un.lib. repræhenditur, & unus intellectus Alberici.in.d.l.Qui se patris.num.73.col.1.fol.98.

¶ Banna cuiuslibet magistratus contra & præter legem, obseruantur contra legem donec proponẽs est in magistratu. Qui adm.in Rub.sub nu.36.uers.& hanc column.1.fol. 8.

¶ Barones sunt iudices ordinarij in feudis suis, & ex ui iurisdictionis possunt proponere edicta, quæ faciunt ius prætorium. Qui admit.in Rub.numer.43.col.3. folio.9.

¶ Bartoli expositio, quod bonorum poßessio sit ius petendi confirmationem, repræhenditur.in ea.Rubr.num. 56.col.2.fol. 11.

Bartoli intellectus ad.l.qui se patris, & eius solutio repræhenditur.in d.l.Qui se patris.nu.72.c.1.fo.98.

Bartoli diffinitio de interesse in specie est eadem cum diffinitione Iacobi de Rauenna, & ex multis efficaciter reprobatur. De senten.quæ pro eo quod interest. in Rubr.nu.59.& 60.col.4.fol 150.

Bartoli opinio communiter approbata defenditur ab obiectionibus modernorum, & postea ex nouis fundamentis reprobatur. De sent. quæ pro eo quod interest.l.1.nu.50.col.4.fol.168.

Bartoli distinctio circa formam articulorum in singularis intereße probatione repræhenditur.in ea.l.num. 166.col.3.fol.182.

¶ Bartolus considerauit septem iura in materia collationis. De collat.l.Si emancipati.sub num.7. uers.ideo Bart. col.1.fol. 115.

Bartolus repræhenditur dum facit differentiam inter actiones arbitrarias, & actiones in rem. De senten. quæ pro eo quod interest.l.1.sub nu.162. uers.similiter.col.2.fol. 182.

¶ Beneficio abstinendi introducto de iure prætorio erat locus successorio edicto, etiam stantibus suis hæredibus de capite in caput, & de persona in personam. Vn.lib.l.qui se patris.sub numer.63.uers.Secunda quæstio.col.4.fol.95.

¶ Beneficium abstinendi an sit prætorium uel ciuile, & perpetuum uel annale. Quan.non peten.par.l.1.nu. 33.col.4.fol.57.
1 ¶ Bona ad nos pertinent ex duplici iure, quæsito, uel quærendo. De pact.l.1.nu.2.col.1.fol.79.
Bona sua donans simpliciter post mortem, in dubio, uidetur donare inter uiuos. De pact.l.fin.nume. 158. col.3.fol.134.uul. dicere. 135.
2 Bona materna an iure digestorum acquirerentur filio, late discutitur. Qui admitti.l.1.numer.50.column. 4.fol.25.
Bona materna in totum acquisita fuerunt patri usque ad tempora Constantini, & nouiter declaratur .l. si filius.ff.de inof. testam.& l.pen.ff. ad tertul. ubi sup.nu.52.col.2.fol.26.
Bona, hæreditate adita, non dicuntur amplius defuncti.Vn.lib.l. qui se patris.nume.42.col 4. fol.92.
Bona propria quis conferre cogitur, nec potest offerendo estimationem liberari; cum ratione. De collat. in Rubr.sub nu.4.uers.ex qua.col.3.fol.114.
1 Bona sua donans facta mentione mortis, per modum causæ finalis, dicitur donare causa mortis, fallit in tribus casibus. De pact.l.fin.nu.122.co.4.fol.129.
Bona sua omnia præsentia donans, uel simpliciter omnia bona sua, facit donationem inter uiuos, & ualet. in ead.l.nu.123.col.1. fol. 130.
2 ¶ Bonorum possessio est duplex, & unde hæc diuersitas euenerit. Qui adm.in Rubr.nu.21.col.1.fol.5.
Bonorum possessio decretalis non tribuit possessionem rerum, Sed iuris uniuersalis. in ea. Rubr. num.22. col.ead.fol.eo.5.
Bonorum possessio componitur ex duobus terminis, & differt à possessione rerum. ubi sup. numer. 52.col. 1. fol.11.
Bonorum possessio in genere diffinitur.ibid.numer.53. col.ea.fol.ec.11.
Bonorum possessio in genere non reperitur in actu, nec potest agnosci.ibi.nu.54.col.2.fol.eo. 11.
Bonorum possessio an sit ius quo, uel propter quod, late discutitur.ibi.nu.55.col.ea.fol.eo. 11.
Bonorum possessio est ius persequendi ius uniuersale, & possessoria hæreditatis petitio est ius persequendi res hæreditarias.ubi sup.nu.59.col.4.fol.e. 11.
Bonorum possessio septima extraordinaria an sit de iure ciuili, late discutitur.ubi sup.nu.62.co.2.fol.12.
Bonorum possessio septima, & omnes aliæ sunt de iure prætorio in totum.ibi.nu.63.col.4.fol. eo.12.
Bonorum possessio & hæreditas an sint successio, uel ius succedendi.ibid.nu.64. col.ea.fol.eo. 12.
Bonorum possessio & hæreditas respectu defuncti considerata æqualiter sunt successio.ubi sup. nume.65. col.1.fol.13.
Bonorum possessio & hæreditas respectu hæredis æqualiter sunt ius succedendi & acquirendi.ibid.nu.66. col.2.fol.eo.13.
Bonorum possessio est ius detinendi contra legitime uocatos.ibi.nu.68.col.3.fol.eo. 13.
Bonorum possessio edictalis solum diffinitur in l.3.ff. eod.ubi sup.nu.70.col.4.fol.eo.13.
Bonorum possessio edictalis & decretalis an sit una uel duæ, latißime discutitur, & resoluuntur fundamenta ab utraque parte.ibi.nu.73.col.3.fol.14.
Bonorum possessio respectu patrimonij est unica, sed respectu modi aquirendi est duplex in ea.Rubr.nu. 74.col.2.fol 15.
Bonorum possessio tribus modis capitur in iure, & proprie est triplex.ibi.nu.75.col.3.fol. eo.15.
Bonorum possessio considerari debet duobus modis, uno modo in abstracto habito respectu ad seipsam, & defunctum, Alio modo habito respectu ad successorem, & sic in concreto. ubi sup.nu. 65.ubi late de utraque.col.1.fol.13.
Bonorum possessio soli filio defertur, solus agnoscit, solus repudiat, si patris ratihabitio sequatur, & solius scientia facit currere tempus, & solius negligētia præiudicat utriq;. Qui adm.l.1.n.8.c.1.f.17.
Bonorum possessio defertur soli filio, & non transit in patrem. in ead.l.nu.17.col.1.fol.19.
Bonorum possessio defertur seruo, & transit in dominum.ibi. num.18.col.ea.fol.eo. 19.
Bonorum possessio quæ deferatur, discutitur, & concluditur, quod nec edictalis, nec decretalis; sed ius uniuersale defertur, ubi sup.nu.20.col.2.fol.eo. 19.
Bonorum possessio est triplex, edictalis, decretalis, & ius uniuersale delatum.ibi.nu.21.col.3.fol. eo.19.
Bonorum possessio defertur filio ignorante patre, & et incipit currere tempus, neque debet præcedere iussus, secus in seruo.ubi sup.nu.25.colum. 1. fol.20.
Bonorum possessio delata filiofamilias ammittitur trāsacto tempore, ignorante patre. in ea.l.nu.34.col. 1.fol. 22.
Bonorum possessio agnita per filium ammittitur transacto tempore si non fuit ratificata. ibid. num.35. col.ea. fol.eo. 22.
Bonorum possessio edictalis nō ammittitur, sed finitur. ius uniuersale ammittitur per cursum tēporis, quāuis aliter dicant Doctores.ibi.nu.74. col.3 fol.31.
Bonorum possessio iuris in quo distinguatur à possessione facti.ibi.nu.78.col.2.fol.32.
Bonorum possessio ammittitur ex sola scientia & negligentia filij ignorante patre. in ea.l. sub nu.13. uers.ijs tamen.col.1.fol.18.
Bonorum possessio uera quæ defertur est ipsum ius uniuersale creatum à prætore, quod continet iura utilia defuncti.ubi sup.sub nu.20.uers. unde bonorum. col.3.fol.19.
Bonorum possessio agnita nomine infantis transmittitur ad hæredes, secus si agnoscatur nomine furiosi. Qui adm.l.infantis.nu.16.col.3.fol.34.
Bonorum possessio & hæreditas defertur infanti, secus in furioso.in ea. l. nu.17.col.4.fol.eo. 34.
Bonorum possessio uera & iuris acquiritur infanti.ibi. nu.22.col.3.fol.35.
Bonorum possessio in furioso an sit iuris uel facti, late discutitur, & determinatur quod est anormala, tenens medium.ibid.nu.23.col.ea.fol.eo.35.
Bonorum possessio ceco, muto, prodigo, surdo delata & agnita an transmittatur.ubi sup. nu.24.c.4.f.c.35.
Bonorum possessio mente capti & dementis nomine agnita an transmittatur.ibid.nu.25.col.e.fo.e.35.

Bonorum

Bonorum possessio agnita nomine infantis ei acquiritur, taliter quod ad hæredes suos transmittere eam potest, & potest acquri per alium sine ratificatione. in ead.l.sub nu.3.uers.Quare remanet.col.4.f.33.
Bonorum possessio extraneo acquiri non potest nisi sequta ratificatione, etiam quod iudex ex officio suo uelit dare, quid autem sit in patre, tutore, & simil.in ead.l.sub.nu.16.uers.facias.col.4.fol.34.
Bonorum possessio an trāsmittatur ratione suitatis. Qui adm.l.emancipata.nu.19.col.3.fol.37.
Bonorum possessio quare non transmittatur. in ead.l. num.22.col.1.fol.38.
Bonorum possessio an transmittatur de iure prætorio ratione sanguinis, & quomodo defendi possit communis opinio.ubi sup.nu.35.col.3.fol.40.
Bonorum possessio an transmittatur ex capite iuris deliberandi.ibi.nu.36.col.4.fol.eo.40.
Bonorum possessio contra tabulas an transmittatur. ibi.nu.37.col.1.fol.41.
Bonorum possessio omnis hodie tam ex testamento quā ab intestato potest transmitti ex dispositione.l. cum antiquioribus. Si moriatur uocatus infra tempus agnoscendi bonorum possessionem.in ea.l.sub num. 36. uers. Quamobrem.col.1.fol.41.
Bonorum possessio non agnita non transmittitur. ampliatur ista regula, & limitatur multis modis. ubi sup.nu. 41.col.3.fol.eo.41.
Bonorū possessio decretalis amplius non reperitur. Sed eius loco est iudicialis. Qui adm.l.fin.num. 22.23. 24.25.col.1.fol.43.col.4.fol.44.& col.1.fol.45.
Bonorum possessio quæ defertur furioso an sit iuris uel facti.in ea.l.nu.15.col.2.fol. 43.
Bonorum possessio potest agnosci intra tempora prioris in gradu.ibi.nu.22.col.3.fol. 44.
Bonorum possessio contra tabulas hodie non requirit decretum.in ead.l.nu.24.col.4.fol.eo. 44.
Bonorum possessio hodie ex uoluntate agnoscentis non potest effici edictalis, sicut nec aditio. ubi sup.num. 25.col.1.fol.45.
Bonorum possessio an possit repudiari per procuratorem. Quan.non peten.par.l.1.sub nu. 20. uers. Sed pro resolutione.col.4.fol.54.
Bonorū possessio unde liberi non datur filio in bonis maternis, sed an hodie per ius authenticorum possit cōpetere.in ea.l.sub nu.26.uers.circa secundum. col. 1.fol.56.
Bonorum possessio secundum tabulas ex edicto non datur nisi extantibus tabulis septem signis signatis. De bon.pos.secun. tabu.l.2.nu. 1. col.1.fol. 62.
Bonorum possessio secundum nuncupationem datur ex testamento nuncupatiuo.in ea.l.nu.2.c. ea.f.eo.62.
Bonorum possessio secundum tabulas militaris datur ex testamento militis.ubi sup.nu.3.col.ea.f.eo.62.
Bonorum possessio secundum nuncupationem an detur in casu.l.posthumus.ff.de iniusta, rup. & irri.testam.& §. non tamen instit. quib.mo.infirm.testam. ubi sup.nu.5. col.2.fol.eo.62.
Bonorum possessio per nuncupationem ex testamento ualido de iure ciuili speciali an detur, late disputatur, & finaliter deciditur quod datur utilis extensione istius legis secundæ.ut in ipsa.n.8.c.3.f.e.62
Bonorum possessio per nuncupationem est utilis, non directa.in ea.l.nu.9.col.1.fol.63.
Bonorum possessio aliqua non competebat tempore edicti prætoris nisi ex testamento ualido de iure prætorio, quid autem fuerit post.in ead.l.sub. numer. 8. uers. ex quibus.col.1.fol. 63.
Bonorum possessio secundum tabulas an sit dignior bonorum possessione contra tabulas. De cont. tab.in Rub.nu.2.col.3.fol.65.
Bonorum possessio contratabulas quomodo diffiniatur, & quæ sint necessaria ut competat.ubi sup.num.3. col.4.fol.eo.65.
Bonorum possessio contratabulas est triplex.ibi. nu.4. col.2.fol.66.
Bonorum possessio contratabulas est bonorum possessio cōtra uoluntatem testatoris certis personis propter præteritionem interuenientem à prætore concessa. ibid.sub nu.3.uers.unde.col.1.fol.66.
Bonorum possessio contratabulas datur patronis contra testamentum libertorum quando præteriti sunt, non ut rumpant testamentum in totum, Sed ut auuocent legitimam, & cōcurrit cum secundum tabulas. in ea.Rubr.sub nu.4.uers.Secundo.col.2.fol.66.
Bonorum possessio conceditur parentibus contra testamentum filiorum quando emancipauerunt eos contracta fiducia. ibi.uers.Tertio.col.ea.fol.eo.66.
Bonorum possessio contratabulas non datur exhæredato, nec etiā beneficio præteriti. De contratab.l.posthumo.sub nu.24.uers. Quarto.col.2.fol. 72.
Bonorum possessio unde liberi quo casu sit necessaria. Vnde lib.l. qui se patris.nu.1.col.3.fol.86.
Bonorum possessio unde liberi hodie est necessaria in nepotibus suis hæredibus non abstinentibus.in ea.l. nu.43.col.4.fol.92.
Bonorum possessio unde liberi, uel unde parentes an cōpetat parentibus.ibid.nu.86.col.3.fol.100.
Bonorum possessio secundum tabulas tempore edicti fuit necessaria.Vn.legit.l.Certum.nu.6.c.1.f.102.
Bonorum possessio contratabulas tempore edicti fuit necessaria. ibi.nu.7.col.ea.fol.eo.102.
Bonorum possessio contratabulas fuit necessaria filijs in potestate institutis. in ead.l.numer.9.column.2. fol.eod. 102.
Bonorum possessio unde liberi tempore edicti fuit necessaria etiam in filijs in potestate propter successoriū edictum.ibi.nu.11. col.ea.fol.eo. 102.
Bonorum possessio unde legitimi fuit necessaria tempore edicti propter successorium edictum. ubi sup. nu.12.col.ea.fol. eo. 102.
Bonorum possessio unde cognati fuit necessaria tempore edicti.ibi.nu.13.col.ea.fol. eo.102.
Bonorum possessio unde decem personæ qualis fuerit introducta.in ea.l.nu.14.col.3.fol. eo.102.
Bonorum possessio unde cognati manumissoris quibus competat, & quare fuit inducta.ibid.num. 16. col. 4.fol.eo.102.
Bonorum possessio ut ex legibus qualis fuerit, & quare fuerit inducta.ibid.num.17.col.1.fol.103.
Bonorū possessio carboniana qualis sit, & fuit necessaria.

ria. ibi. nu. 18. col. ea. fol. eod. 103.
Bonorum poßeßio uentris nomine qualis sit & fuit necessaria. ibid. nu. 19. col. 2. fol. eo. 103.
Bonorum poßeßio gratia litis agnoscendæ qualis sit & quibus competeret. ibi. nu. 20. col. ead. fol. eod. 103.
Bonorum poßeßio secundum tabulas propter unionem iuris ciuilis & prætorij effecta fuit utilis. in ead. l. nu. 24. col. 1. fol. 104.
Bonorum poßeßio unde cognati an hodie receperit priuilegium prælationis. ubi sup. nu. 43. columna secunda. fol. 107.
Bonorum poßeßio septima in quibus casibus exemplificari possit, & reprobantur octo exempla doctorum. ibid. nu. 45. col. 3 fol. eo. 107.
Bonorum possessio septima in iure non habet exemplum, sed refertur ad successiones futuras. ubi sup. nu. 46. col. 2. fol. 108.
Bonorum poßeßio gratia litis agnoscendæ quibus dabatur olim, & repræhenditur opinio Decij. ibid. nu. 47. col. 3. fol. eo. 108.
Bonorum poßeßio gratia litis agnoscendæ qualis erat, nouiter declaratur ubi sup. num. 49. col. 1. fol. 109.
Bonorum poßeßio in casu l. Posthumus ff. de inius. rup. & ir. testam. an hodie sit necessaria. in ea. l. nu. 54. col. 3. fol. eo. 109.
Bonorum possessio secundum tabulas est necessaria filia approbante testamentum. ubi sup. numer. 57. col. 2. fol. 110.
Bonorum poßeßio secundum tabulas est necessaria mutata conditione testatoris. ibid. numer. 58. colum. 3. fol. eo. 110.
Bonorum possessio est necessaria quando testator facit secundum testamentum. ubi sup. nume. 61. col. 4. fol. eod. 110.
Bonorum possessio est necessaria quando filius est institutus sub conditione. ibid. nu. 63. col. 1. fol. 111.
Bonorum possessio quomodo & quibus detur pendente conditione scripta in testamento. ibid. nume. 64. col. ead. fol. eod. 111.
Bonorum possessio secundum tabulas est necessaria in furiosis & mente captis institutis. ibid. nu. 65. col. 2. fol. eod. 111.
Bonorum possessio secundum tabulas est in pupillis necessaria. ibi. nu. 66. col ead. fol. eo. 111.
Bonorum poßeßio secundum tabulas est necessaria in substitutione pupillari ommißa causa testamenti. ibid. num. 67. col. ea. fol. eo. 111.
Bonorum possessio secundum tabulas quando sit necessaria, duæ traduntur regulæ pro cognitione. ubi sup. nu. 68. col. ea. fol. eo. 111.
Bonorum possessio contra tabulas an sit hodie neceßaria. ibid. num. 69. col. 3. fol. eo. 111.
Bonorum poßeßio unde agnati an sit hodie neceßaria, & idem de unde cognati. in ea. l. numer. 71. colum. 1. folio. 112.
Bonorum poßeßio unde uir & uxor an sit hodie necessaria. ibi. nu. 72. col. 2. fol eo. 112.
Bonorum possessio septima extraordinaria an sit hodie neceßaria. ibi. nu. 73. col. ea. fol. eo. 112.
Bonorum possessio carboniana an sit hodie necessaria. ibi. num. 74. col. ea. fol. eo. 112.
Bonorum possessio uentris nomine an sit hodie neceßaria. ibi. num. 75. col. ea. fol. eo. 112.
Bonorum possessio gratia litis agnoscendæ an sit hodie necessaria. ibid. num. 76. col. 3. fol. eo. 112.
Bonorum possessio ex statuto baronum hodie est necessaria omnibus uolentibus agere quærella inofficiosi testamenti, exceptis suis hæredibus, siue possint succedere de iure prætorio, siue de iure ciuili. in ead. l. sub. num. 20. uers. & sic concludunt. col. 3. fol. 103.
Bonorum possessio carboniana, uel uentris nomine est ius persequendi poßeßionem rerum, & iurium defuncti temporaliter. ibi. sub nu. 21. uers. ad tollendas. col. 4. fol. eo. 103.
Bonorum poßeßio gratia litis agnoscendæ est ius persequendi poßeßionem iuris uniuersalis patrimonij defuncti ad litem quærellæ instituendam. ibi uers. & bonorum. col. ea. fol. eo. 103.
Bonorum possessio nemini inuito acquiritur, & datur ratio in ead. l. sub nu. 30. uers. ijs tamen. columna prima. fol. 105.
Bonorum possessio unde cognati an fuerit extensa usq; ad decimum gradum, ubi sup. sub nu. 42. uers. Secunda est. col. 2. fol. 107.
Bonorum poßeßio gratia litis agnoscendæ datur etiam illis qui poßunt succedere de iure ciuili in bonis maternis. in ead. l. Certum sub nu. 45. uers. ultimo ultra. col. 2. fol. 108.
Bonorum poßeßio contra tabulas quando & an hodie sit neceßaria. magistraliter distinguitur. ubi sup. sub nu. 70. uers. & ideo pro resolutione. col. 3. fol. 111.
¶ Bonorum possessionem agnoscens an teneatur exprimere eius nomen. Qui adm. l. emancipata. nu. 26. col. 1. fol. 39.
¶ Bonorum possessiones quæ facti sunt, hodie non requirunt decretum in agnitione. Qui adm. l. fin. nu. 23. col. 4. fol. 44.
¶ Bonorum poßeßiones tanquam ex familia & unde patroni quales fuerint, & quare introductæ, Vnde legit. l. Certum. nu. 15. col. 4. fol. 102.
Bonorum poßeßiones facti an contineantur sub diffinitione generali bonorum possessionis. in ead. l. nu. 21. col. 3. fol. 103.
Bonorum poßeßiones quæ dantur furioso, uel infanti, uel pendente conditione, an sint facti, ubi sup. num. 50. col. 2. fol. 109.
Bonorum possessiones facti quare tantum sunt tres. ibi. nu. 51. col. ea. fol. eo. 109.
Bonorum poßeßiones decem hodie sunt in usu, & possunt concurrere cum remedijs ciuilibus. ibid. num. 53. col. 3. fol. eo. 109.
Bonorũ poßeßiones tres receptæ per leges nouas, quæ non tribuunt ius perpetuum, sed solum temporale ius in poßeßione, referuntur in d. l. sub nu. 46. uers. Vltra autem. col. 3. fol. 108.
Bonorum possessiones omnes tam ex testamento quam ab intestato, tam iuris quam facti, ordinariæ, & extraordinariæ, sunt hodie neceßariæ in aliquo casu, ex quo infertur ad id de quo ubi sub. num. 78. uers. ex quibus. col. 3. fol. 113.

¶ Bonorum possessionis agnitio facta per filium annullatur in totum patre non ratificante. Qui adm.l.1.nu. 26.col.2.fol.20.

Bonorum possessionis materia, an scilicet non agnita transmittatur ad hæredes. Qui adm.l.Emancipata. in prin.col.2.fol.36.

Bonorum possessionis agnitio potest fieri per quæcunque uerba uel signa denotantia uoluntatem agnoscetis, & ideo poterit fieri per nutum, & per A.&.B. Qui adm.l.fin.nu.6.& in agnitione requiritur præsentia alicuius iudicis.nu. 7. & rationes multæ reprobantur quare antiquitus requirebatur decretum nu.8.& noua ratio assignatur.numer.9.column.3. & 4.fol.42.

Bonorum possessionis in repudiatione nulla solemnitas uel iudicis præsentia requiritur ubi sup.numer. 10. col.4.fol.eo.42.

Bonorum possessionis agnitio potest fieri coram quocunque indice, sed non coram notario. ibid. numer. 11. col. 1.fol. 43.

Bonorum possessionis agnitio an hodie possit fieri per seruum, uel fœminam, uel extraneos, uel alias inhabiles nomine alterius, in ea.l.nu.27.col.1.fo.45.

¶ Bonorum possessor quomodo distinguntur ab illo qui habet ius exemptione hæreditatis uel fideicommisso uniuersali. Qui adm.in Rubr.nu.69.col.3. fol. 13.

Bonorum possessor nullus efficitur ipso iure, etiam quo ad effectum transmittendi. Qui adm.l. infantis. n. 21.col.2.fol.35.

¶ Bonorum possessores continentur appellatione hæredis. Qui admit.in Rubr.nu.77.col.3.fol.15.

¶ Bonorum possessoria hæreditatis petitio competit post agnitam decretalem, ut declaretur bonorum possessor perpetuo. Qui admit. in Rubr. nu.24.c.1.fo.5.

¶ Bonus quilibet præsumitur nisi probetur malus. De.liber.præter. Auth.ex causa. sub numero. 13. uers. ratio.col.3.fol. 130.

C

2 Caeterorum appellatione quæ ueniant. De liber. præter. Auth.ex causa.nu.67.col.2.fo. 141.

¶ Cagnoli intellectus ad.l.1.C. quan.non peten. par.uanus & gloriosus demonstratur. in ipsa.l.1. nu. 46. col.2.fol.59.

1 ¶ Campsores nostri temporis quomodo teneantur edere libros. De eden.l.1.sub num.41. uers. ex quo infertur.col.1.fol.13.

2 ¶ Canones, à lege ciuili sunt appellati seu approbati, & appellantur leges. Vnde qui contrahit contra canones uidetur contrahere contra leges. Vnde legit.l. certum.sub num. 38. uers. Contrariam tamen.col. 2.fol. 106.

¶ Capita plura quare in eadem persona admittantur in materia de qua in Rubr. quan. non peten.part. nu. 46. col.3.fol.51.

1 ¶ Capitulum quanquam. de usur. procedit in uendente carius manifeste. De eden.l.1. num.60. column.4. folio. 15.

¶ Casus figuratio aperiens omnia contraria de materia. De eden.l.1.nu.13.col.4.fol. 8.

Casus figuratio in l.2.C.De eden.numer.14.colum.2. fol.22.

Casus figuratio duplex. De eden.l. edita. numero.8. col.2.fol.32.

Casus figuratio in l.Qui accusare.De eden. numero.1. col.3.fol.53.

Casus figuratio duplex in Authen. Si quis in aliquo. de eden. num.6.col.4.fol. 55.

Casus figuratio in practica occurrens. in l.fin.de eden. nu.7.col.1.fol. 65.

Casus figuratio clara in l.1.De pact. numero.18.col. 4 folio 80.

Casus figuratio enucleans materiam in l. Postquam liti.De pact.nu.16.col.3.fol.94.

Casus figuratio aperiens totam materiam.in l. Petens. De pact.nu.20.col.4.fol.101.

Casus figuratio aperiens uiam ad omnia contraria, in l.fin.de pact.nu.16.col.4.fol.115.

Casus figuratio declarans totam materiam. De transact.l.transigere.nu.19.c.4. fol. 140.

Casus figuratio in prima, & secunda parte.l.siue apud acta.de transact.numer.11.& 12.columm.2. & 3. fol.154.

Casus figuratio aperiens totam materiam, in l.si de certa.de transact.nu.8.c.1.fol.166.

Casus figuratio aperiens intentionem authoris, in l. si quis maior.de transf.nu.13.c.3.fol.170.

2 ¶ Casus figuratio aperiens uiam ad totam materiam, in l.1.Qui adm.nu.13.col.4. fol.17.

Casus figuratio, in l.infant.Qui adm.nume.2. column. 4.fol.33.

Casus figuratio, in l.fin. Qui adm.numer.5.colum.2. fol. 42.

Casus figuratio in prima & secunda parte, in l.1. Quan.non peten. par. num.8.& 9.col.4.fol.52.& col.1.fol.53.

Casus figuratio, in l 2.De bon.possess.secun.tab.num.4. col.1.fol.62.

Casus multi in quibus posthumus patitur damnum, & tamen non fingitur suus hæres. De contratab.l. Posthumo.sub nume.16.uers. præterea.column.3. fol.70.

Casus figuratio aperiens aditum ad omnia contraria resoluenda, in l.Qui se patris.Vnde liber.num.34. col.4.fol.91.

Casus figuratio in prima & secunda parte.l.certum. un.legit.nu.19.20.col.2 fol.103.

Casus figuratio, in prima & in secũda parte.l.si emancip.De collat.nu.3. & 4.col.4.fol.116.

Casus figuratur cum ratione decisionis, in prima & secunda parte Auth.ex causa.De liber.præter. num. 13.& 14.col.2.& 4.fol.130.

Casus certi uel incerti qui sint, traditur breuiter, in l. 1.De senten.quæ pro eo quod interest.num. 7.col.1. fol.162.& refertur latius super glos.quantitatem. nu.48.& 50.col.3.& 4.fol.168.

Casus figuratio clara & facilis, in l. 1. De sentent. quæ pro eo quod interest. numero 17. column. 1. fol. 163.

Casus certi uel incerti qui sint, discurritur per multa ubi sup. num. 55. 56. 57. & seq. col. 3. & 4. folio. 170. & sub num. 131. uers. Glos. in uers. Certi col. 2. folio. 179.

1 ¶ Caupones tenentur odore quando conueniuntur ex cõmercio cum furibus. De eden. l. 1. nume. 58. colum. 3. folio. 15.

¶ Causa capitalis quæ sit. De eden. l. 2. sub num. 46. uers. solum igitur. col. 4. fol. 26.

Causa est duplex, primordialis siue particularis, & accidentalis siue communis, & primordialis consistit in dominio & contractu, Causa communis est illa quæ insurgit ex conflictu iurium, & allegationum partium, & pertinet ad materiam legis post quam liti, de pact. numer. 6. 7. 8. columna quarta & 1. fol. 93. & 94.

Causa potentialis in habitu quæ sit & quando pertineat ad istam legem postquam liti. in ead. numero. 9. col. 1. fol. 94.

Causa an sit ante litis contestationem. ibid. nume. 21. col. 1. fol. 96.

2 Causa introducendi potestatem faciendi edictu contra leges fuit triplex. Qui adm. in Rubr. numero 10. col. 2. fol. 3.

Causa inducendi coactionem ad conferendum, quæ fuerit. De collat. in Rubr. nu. 7. col. 1. fol. 115.

Causa inducendi institutionem, exhæredationẽ, & præteritionem in testamentis, quæ fuerit. De liber. præter. Auth. ex causa. nume. 2. col. 3. fol. 128.

Causa ingratitudinis pro forma testamenti hodie inseri debet in testamento. ubi sup. numero. 17. columna 1. fol. 131.

Causa in testamento inserta non facit testamentum ex toto subsistere, nisi probetur per hæredes. ibidem. num. 18. col. 2. fol. eo. 131.

Causa præteritionis paternæ rupto testamento, an legata conseruentur per Authen. ex causa. latissime discutitur. in ea. nu. 23. col. 2. fol. 132.

Causa conditionis implendæ data an cõseruentur per. d. Auth. ibi. nu. 68. col. 2. fol. 141.

Causa exhæredationis si fuerit inserta, sed non probata, an conseruentur legata, est magna inter doctores controuersia, de qua in d. Auth. sub. nume. 42. uers. Si uero causa. col. 1. fol. 137.

Causa quando non est in inserta, testamentum est ipso iure nullum, tanquam forma non seruata, sed causa inserta testamentum est ualidum seruata forma, sicut facta exhæreditate iniqua testamentum ualet, sed si non probabitur, rescindetur postea per querellam, ubi sup. sub numer. 50. uersi. ideo tenenda. col. 3. fol. 138.

1 ¶ Causæ inducendi coactionem editionis sunt quinque. De eden. l. 1. num. 11. col. 3. fol. 8.

Causæ expressio in libello & conclusio sunt diuersa. De eden. l. edita. sub numer. 67. uers. Sed ista dicta. col. 1. fol. 40.

Causæ fauor in materia editionis nihil operatur. De eod. l. fin. sub nume. 44 uers. Sed nulla. columna 4. folio. 69.

Causæ restringendi generales dispositiones, enumerantur in l. si de certa. de transact. numer. 10. colum. 3. folio. 166.

2 Causæ propter quas licitum est recedere à statuto plurimæ ponuntur remissiue. Qui adm. in Rubr. sub nu. 39. uers. Causæ autem. col. 1. fol. 9.

Causæ insertio non potest adaptari in posthumo, infante, & furioso. De liber. præter. Auth. ex causa. sub nu. 55. uers. Sexto. col. 2. fol. 139.

1 ¶ Cautela ut acta ualeat sine præsentia notarij actorum. De eden. l. 2. nu. 12. col. 1. fol. 22.

2 Cautela pro actore publicatis attestationibus. De sent. quæ pro eo quod interest. l. 1. sub numer. 168. uers. ideo cautela est. col. 4. fol. 182.

1 ¶ Cautela tradita per doctores, ut non possit fieri mutatio uel emendatio, non præiudicant quin fiat. De eden. l. edita. num. 27. col. 3. fol. 34.

Cautelæ multæ ut transactio ualeat. De transact. l. Transigere. nu. 85. col. 2. fol. 152.

¶ Cautio mutiana an habeat locum in contractibus late discutitur. De pact. l. 1. nu. 97. col. 4. fol 92.

Cautio modalis non habet locum in contractibus innominatis. in ead. l. nu. 100. col. 1. fol. 93.

Cautio mutiana an habeat locum in contractibus innominatis. De transact. l. siue apud acta. numer. 38. col. 3. fol. 159.

Cautio mutiana quare non habeat locum in contractibus innominatis, rationes plures referuntur. in ea. l. num. 39. col. 4. fol. eo. 159.

Cautio mutiana adimplet promissiones negatiuas, si ita actum est inter partes. ibid. num. 40. col. 2. fo. 160.

Cautio mutiana an habeat locum in conditionibus affirmatiuis. ibid. nu. 41. col. ea. fol. eo. 160.

Cautio mutiana præstari potest, quando alias dispositio esset inutilis. ubi sup. nu. 42. col. ea. fol. eo. 160.

Cautio mutiana non habet locum in conditionibus negatiuis, quæ implentur ultimo uitæ Spiritu. ibid. nu. 43. col. ea. fol. eo. 160.

Cautio modalis an pro implemento in transactione præstari possit. ibi. nu. 44 col. 3. fol. eo. 160.

Cautio modalis præstari potest pro implemento in contractibus bonæ fidei, & stricti iuris. ubi sup. num. 45. col. 4. fol. eo. 160.

Cautio quæ præstari debet à debitore suspecto peti potest in contractibus bonæ fidei, & stricti iuris. ibid. nu. 46. col. ea. fol. eo. 160.

Cautio de adimplendo præstari debet ab actore agente ex stipulatione super transactione interposita, ne repellatur per exceptionem. ibid. nume. 48. col. 1. fol. 161.

Cautio mutiana fuit necessaria in ultimis uoluntatibus, quia spes legati conditionalis non transmittitur ad hæredes. d. l. siue apud acta. sub numer. 39. uers. Quartam rationem. col. 1. fol. 160.

Catio mutiana non habet locum in transactione, ut actor cauendo possit adimplere factum negatiuum ad effectum producendi actionem. ibid. uers. Restat. col. ea. fol. eo. 160.

¶ Cautiones tres sunt introductæ pro faciliori executione dispositionum. De transact. l. siue apud acta, num. 30. col. 2. fol. 158.

Cautiones quæ alias solent præstari loco implementi in conditione negatiua an habeant locum in contractibus innominatis. in ead.l. sub numero.5. uersi. ideo. col.3.fol. 153.

¶ Chorus, familia, & armentum aliquando sunt uniuersitas, aliquando generalitas. De eden.l. edita. nume. 48. col.4. fol.36.

¶ Circuitus tolleratur quando est aliqua utilitas, uel tractatur de ratione iuris, & forma seruanda. De edē. l. Edita. sub numer. 61. uers. non obstat. column. 1.folio. 39.

¶ Citans Reum incidit in pœnam legis si quis maior. C. de transact. etiam non comparente citato. d.l. si quis maior. nu.51. col.1. fol.179.

¶ Citatio partis quando requiratur ad exemplandum instrumentum authoritate iudicis. De eden. Auth. si quis in aliquo. C. de eden. nu. 21. col.1. fol.58.

Citatio partis an requiratur quando periculum est in mora. ibi. nu.22. col.2. fol.eo. 58.

Citatio per edictum an & quando fieri debeat uel non licet periculum sit in mora. sub num.eo. uers. & ideo. col.3. fol.58.

2 ¶ Citatio partis an sit necessaria, quando Papa mandat aliquem examinari. De collat.l. Si emancipati. sub nu.78. uers. extra glos. col. 4. fol. 112.

Citatio partis non requiritur quando probatio concludit soli iudici, ubi sup. uers. Et uerè. columna. ead. fol.eod. 112.

Citatio partis quando sit necessaria ubi committitur examinatio alicuius ad beneficium promouendi, distinguitur, ibid. uers. ideo ego. col.ea. fol.eo. 112.

Citatio partis an requiratur ubi aliquid committitur conscientiæ alicuius. ubi sup. uers. assignabat etiam. col.1. fol.113.

Citatio an sit necessaria in relatione estimatorum. De senten. quæ pro eo quod interest. l.1. sub nu.161. uers. Requiritur etiam. col.1. fol.182.

1 ¶ Clausula salutaris, petens ius & iustitiam ministrari, tollit omnes defectus in libello. De eden.l. Edita. nu.12. col.4. fol. 32.

Clausula, saluo iure addendi, quid operetur. in ead.l. nu.147. col 4. fol.52.

Clausula, peto ius & iustitiam ministrari. in quibus casibus cessat. De pact.l. petens. nu.34 c.3. f.103.

Clausula siue dispositio in fine posita restringitur per præcedentia. De pact.l. fin. num.88. col.3. fol.124.

Clausula generalis restringitur ad specificata in omnibus dispositionibus. De tract.l. Si de certa. num.9. col.3. fol.166.

Clausula generalis in transactione restringitur ad ea de quibus est lis. in ead l. sub num.12. uers. Ex ista glo. col.4. fol.166.

2 Clausula, committimus conscientiæ tuæ, quid importet De collat.l. si emancipati sub num. 78. uers. Tamen circa istam. col.1. fol.113.

Clausula, omni meliori modo, quid operetur in testamentis. ponitur remissiue. De liber. præter. Auth. ex causa. nu.84. col.1. fol.145.

Clausula codicillaris operatur, quod uoluntas propter præteritionem filij non seruanda ut testamentum, seruetur ut codicilli. De contratab.l. Posthumo. sub nu.44. uers. Aliam limitationem. col.1. fol.78.

Clausula codicillaris quando apponatur in testamentis De liber. præter. Auth. ex causa. num. 72. col. 3. fol.142.

Causa codicillaris an operetur in legatis conseruatis per dictam Authen. ibi. nu.73. col.4. fol.eod.142.

Clausula codicillaris an operetur in testamento rupto per quærellam. in ead. nu.76. col.2. fol. 143.

Clausula codicillaris an operetur in testamento rupto per præteritionem posthum. ibidem. numer. 77. col.3. fol.eo. 143.

Clausula codicillaris quid operetur in testamento. ibi. nu.78. col.4. fol.eo. 143.

Clausula codicillaris an operetur in posthumo ignoranter præterito, latissime discutitur, ubi sup. num.79. col.ea. fol.eo. 143.

Clausula codicillaris regulariter operatur in filio ignoranter præterito. ibid. nu.80. col.3. fol. 144.

Clausula codicillaris an uideatur apposita ex intentione testantis. uel ex consuetudine notariorum. ibid. num. 81. col.ea. fol. eo. 144.

Clausula codicillaris operatur in omni testamento ex quacunque causa rupto, ab initio, uel postea. ibid. nu.82. col.4. fol.eo. 144.

Clausula codicillaris quid operetur in præteritione fraterna. ibi. nu.85. col.1. fol. 145.

Clausula codicillaris operatur plenum effectum suum in testamento habente refectum præteritionis. in ea. Authen. sub nu. 75. uers. Et sit conclusio. column. 2. fol. 143.

Clausula codicillaris quando operetur effectum suum, uel non, quando testamentū est nullum. in.d. Auth. sub numer. 76. uers. Vnde glo. col.3. fol.eod. 143.

Clausula codicillaris quando operetur fideicommissum in persona posthumi. ibid. sub nu.76. uers. Limitatur tamen. col. 2. fol. 144.

Clausula codicillaris operatur, ut testamentum ruptum ex quacunque causa, præteritionis, exhæredationis, uel quomodocunque, totum conuertatur in codicillos, & operetur effectus notatos ubi sup. sub nu. 80. uers. Quare remanet. col.3. fol.eo. 144.

Clausula codicillaris non operatur quando testamentum est nullum ratione defectus consistentis in persona testantis. ubi sup. nu.83. col.4. fol.eo. 144.

1 ¶ Clementina prima. de usur. habet locum in iudæis. De eden.l.1. nu.56. col.1. fol. 15.

Clementina prima de usur. an procedat in nauta, caupone, stabulario. in ead.l. nu.57. col.2. fol. eod.15.

¶ Clerici litigantes, uel feudatarij an possint renuntiare sine consensu Episcopi uel domini. De pact.l. postquam liti nu. 18. col.2. fol 95.

2 ¶ Clericus potest petere nedum se remitti ad iudicem ecclesiasticum, sed etiam secum trahit laicos secum delinquentes. De contratab.l. Posthumo. sub nume. 29. uers. item infertur. col.1. fol.74.

1 ¶ Coactio legalis & iudicis an excludatur in l. si quis maior. de trasact. discutitur in ipsa. numer.42. columna.3. fol.177.

Coactio an debeat esse in contractu uel iuramento ut

essent

essent pœnæ.d.l.si quis maior.ubi sup. num.43. col. 4.fol.eod.177.
Coactio legalis semper militat in omni transactione, quia semper debet fieri secundum leges & nemo potest facere quod leges non habeant locum in sua dispositione.in ead.l.sub nu.42.uers.præterea.col.ea. fol.eo.177.
¶ Cogitans cōtrauenire non incidit in pœnas legis si quis maior, nisi sequatur actus extrinsecus. ut in ipsa. num.49.col.3.fol.178.
¶ Cogitatio in genere non cadit in illa re quam non credit esse suam. De transact.l.si de certa.sub numer.24. uers.Limitatur tamen.col.1.fol.168.
2 ¶ Cognati diuiduntur inter cognatos ex parte patris, & ex parte matris,& de quibus in dubio intelligatur. Qui admit.l.1.nu.14.col.3.fol.18.
Cognati, & nullus alius de iure prætorio succedens est necessarius hæres. Vnde legit.l. certum.nume. 35. col.4.fol.105.
Cognati an hodie succedant usque ad sextum gradum, uel decimum.in ead.l.nu.41.col.4.fol.106.
Cognati quomodo hodie succedere possint, datur noua distinctio.ibi.nu.42.col.1.fol.107.
Cognati nullo iure, uel prætorio, uel ciuili succedere possunt,& in utroque assignatur ratio.in d.l.Certū. sub n.29. uers.sed ijs non obstātibus.co.4.fo.104.
Cognati in Regno Neapolitano non succedunt ultra tertium gradum, per constitutiones particulares, & ex noua constitutione. Caroli usque ad quartum gradum.quādo tractatur de successione masculi. in ea.l.sub. nu.40. uers. in Regno.col.4.fol.106.
¶ Cognitione sola casuum certorum uel incertorum non potest cognosci quod interesse restringatur,nec intellectus legis primæ.C. de senten.quæ pro eo quod interest. ut in ipsa.l.1.num.53.col.1.fol. 170.
1 ¶ Cognomina non sunt repetenda. De pact.l. 1. num.32. col.4.fol.82.
2 ¶ Collatio quomodo capiatur in iure ciuili. De collat. in Rubr. num.2.col.1.fol. 114.
Collatio quomodo diffiniatur, & referuntur diffinitiones aliorum,& defenduntur ab obiectis doctorum. in ead.l.nu.4.col.2.fol.eo. 114.
Collatio prætoria fuit introducta ratione iniuriæ factæ à filio emancipato, & cessat cessante iniuria. ubi sup.nu.9.col.2.fol.115.
Collatio prætoria regulariter non habet locum. ibi nu. 10.col.ea.fol.eo.115.
Collatio ciuilis, seu datorum fuit per constitutiones nouas inducta ratione æqualitatis seruandæ.ibid. nu. 11.col.3.fol.eo.115.
Collatio ciuilis seu datorum regulariter inter omnes descendentes fieri debet.ubi sup.numero.12. columN. 4.fol.eod.115.
Collatio fit officio iudicis.ibid.num.13.col.1.fol. 116.
Collatio ut habeat locum, tria sunt requisita, quæ ponuntur. De collat.l. si emancipati. numer. 6.col.1. fol. 117.
Collatio an debeat fieri facto testamento per patrem.in ea.l.nu.13.col.2. fol.118.
Collatio solum fieri debet inter succedentes in bonis ascendentium.ibi nu.15.col.3.fol.eo. 118.
Collatio an habeat locum inter extraneos inuicem, & quando concurrunt cum filijs. in ead.l. numer. 20. col.4.fol.119.
Collatio an habeat locum inter transuersales inuicem, quando concurrunt cum filijs. ubi sup. num.21.col. fol.116.ult dicere..120.
Collatio an habeat locum inter ascendentes inuicem, uel quando concurrunt cum filijs. ibi.nume.22.col. 2.fol.eo.120.
Collatio solum fieri debet inter descendentes quando succedunt in bonis ascendentium. ubi sup. nu. 23. col.3.fol.eo.120.
Collatio ad hoc ut fieri debeat, quæ sint necessaria. ibi nu.24.col.ea. fol.eo.120.
Collatio an habeat locum inter liberos succedentes in bonis maternis.ibi.nu.25.col.ea.fol.eo.120.
Collatio an fieri debeat inter emancipatos inuicem, uel suos inuicem, uel suos & emancipatos. ubi sup. num. 26.col.4.fol.eo.120.
Collatio an habeat locum facto testamento per patrem. ibi.nu.31.col.3.fol.121.
Collatio an habeat locum factis codicillis. ibi. nu. 32. col.4.fol.eo.121.
Collatio an habeat locum inter succedentes diuerso iure.ibi.nu.33.col.1.fol.122.
Collatio non debet fieri exhæredato, etiam rupto testamento.ibi.nu.34.col.3.fol.eo. 122.
Collatio quid sit, & an fiat de re propria tantum. ibi. nu.35.col.ea.fol.eo.122.
Collatio prætoria bonorū an hodie sit correcta .ibi. nu. 37.col.4.fol.eo.122.
Collatio dotis fuit originaliter inuenta ex edicto prætoris,& per constitutiones cum noua forma ampliata, & inducta.ubi sup.nu.38.col.2.fol.123.
Collatio datorum fuit à constitutionibus inuenta, & uarijs modis ampliata. ubi sup.numer.39. columN. ead.fol.eod.123.
Collatio an sit uerbis expressis prohibenda à testatore. ibi.nu.41.col.4.fol.eo.123.
Collatio an hodie habeat locum de iure authenticorum, sublata differentia emancipationis. ubi sup.numer. 56.col. 1.fol.127.
Collatio an sit fienda quando dubitatur, quid seruari debeat in practica. in ead.l. si emancipati.num.62. col.4.fol.eo.127.
Collatio est terminus æquiuocus, plura continens ex diuersis rationibus.ubi sup.nu.2.col.1.fol. 114.
Collatio uariatur propter uarios fines.sub eo. nu.uers. hæc autem.col.ea. fol. eo. 114.
Collatio bonorum inducta propter emancipationem ratione iniuriæ non habet locum inter extraneos.in eadem.l.sub numer.20.uers.Sed nullo modo.colum.1. fol.116. ult dicere. 120.
Collatio emancipatorum prætoria non habet locum inter transuersales, ratione ut ibid.sub num.21.uers. Et ideo col. 2.fol.eo.120.
Collatio prætoria inducta propter iniuriam factam filio in potestate non habet locū inter parentes, ratione ut ibid.sub nu.22.uer.& ideo.co.3.fol.eo.120.
Colla-

Collatio inter liberos habet locum ex quocunque capite succedant.in ea.l.sub numer.27.uers. Sed ego puto.col.1.fol.121.
Collatio ratione emancipationis habet locum inter succedentes per inferiora capita, quia tunc filij succedunt cum qualitate filiationis.ibi.uers. Si uero sumus.col.ea.fol.eo.121.
Collatio prætoria non competit nepotibus, quorum pater præcedit,quia illi non habent contratabulas, & filius emancipatus non facit eis iniuriam,sed solum patri suo,cui à lege ciuili debetur successio. ibi.sub nu.28.uers.& ideo.col.2.fol.121.
Collatio fit nepotibus iure transmissionis quando parẽtes mortui sunt non adita hæreditate. ubi sup. uers. Limitatur tamen.col.3.fol.eo. 121.
Collatio quo casu habeat locum uel non.ibi. sub nu.31. uers.Glo.hic.col.4.fol.eo.121.
Collatio iure codicis habet locum si nullum factum est testamentum, & sucedatur ab intestato.ibid.uers. Tertia est conclusio.col.ea.fol.eo.121.
Collatio non impeditur ex hoc solo,quod succedatur diuerso iure,sed quia facto testamento propter iniuriam datam per contratabulas iubetur collatio, necesse est quod ille cui cõfertur possit eam petere.ibi. sub nu.33.uers.ideo resoluendo.col.2.fol. 122.
Collatio quare non habeat locum inter succedentes diuerso iure.in ea.l.sub num.37.uers. & dum Bart. col.2.fol.123.
Collatio hodie fit ratione æqualitatis.ibi.sub nume.50. uers.Tertio adducit.col.3.fol.125.
Collatio non fit de eo quod non quæritur patri.ibi.uers. Quarto.col.ea.fol.eo.125.
Collatio non fit de eo cuius actio non transmittitur ad hæredes.ibid.uers.Quinto.col.ea.fol.eo.125.
Collatio fit à filio de ijs quæ iure fictionis dicitur habuisse in uita patris.ibid.uer.Tertio.colum.quarta. fol.eo.125.
Collatio fit eorum quæ in legitimam imputantur. ibid. uers.Quarto.col.ea.fol.eo.125.
Collatio bonorum quæ est prætoria quibus casibus non habeat locum,& quibus sic.in ea.l.sub nu. 61.uer. igitur constituas.col.3.fol. 127.
Collatio datorum ob causam regulariter permittitur, declaratur tamen ubi sup.uers. Secunda est regula. col.4.fol.eo.127.
¶ Collatione secundum ueram opinionem considerari debent quatuor tempora,seu iura.in ea.l.si emancipati.nu.36.col.4.fol.122.
1 ¶ Collectio quæ demonstratur uel fit per nomen appellatiuum siue collectiuum,quot modis principaliter fiat. De eden.l.edita.nu.45.col.3.fol.36.
2 ¶ Commissarius quomodo debeat procedere quando quid suæ conscientiæ committitur. Vnde legit.l. Certum. nu.79.col.2.fol.113.
¶ Comites proponendo edicta an faciãt ius ciuile uel prætorium.Qui adm.in Rub.nu.41.col.2.fol.9.
Comites an faciant ius ciuile uel prætorium, datur noua declaratio.ibi.nu.42.col.ea.fol.eo.9.
Comites sunt iudices ordinarij in feudis suis, & ex ui iurisdictionis possunt proponere edicta quæ faciunt ius prætorium.ibid.nu.43.col.3.fol.eo.9.
¶ Comparatiuum an & quando positiuum non præsuponat. De senten.quæ pro eo quod interest.l.1. nu.42. col.1.fol.167.
1 ¶ Compensatio est mutua petitio.De eden.l.fin. sub num. 31.uers.sed ego.col.3.fol.68.
¶ Compromissum an sit uoluntarium si pars illud petat fieri ex forma statuti. De transact.l.si quis maior. nu.46.col.1.fol.178.
Compromissum an uoluntarium presumatur si nõ appa ret de coactione,ubi sup.nu.47.col.2.fol.eod. 178.
Compromissum factum de lite dependente ab instrumẽto guarentigiato,an sit uoluntarium.in ea.l.nu. 48. col.3.fol.eo.178.
¶ Concedens uel eligens præparatoria utilia uel necessaria ad actum. uidetur eligere præparata. De eden. in Rubr.nu.17.col.2.fol.3.
¶ Concessio principis facta per dictionem,prout, quomodo intelligatur.De eden.l.Edita.nu.143.columu.1. folio.52.
Concessio facta de officio uiuentis quando ualeat. De pact.l.fin.nu.35.col.4.fol.117.
¶ Concludendi medium exprimi debet in parte opponente.De eden.l.edita.nu.10.col.4.fol.32.
Concludendi medium non est necessarium exprimere in libello,quia subintelligitur à lege quando præcessit narratio facti.in ea.l.sub nu.67.uer.& medium. col.1.fol.40.
¶ Conclusio nõ est necessaria in libello criminali. De edẽ. l.edita.sub nu.67.uers.in criminalibus. column.1. folio.40.
Conclusio de notario se referente ad suum instrumentum,ut probet,quomodo intelligatur.De eden. Aut. si quis in aliquo.sub num.10.uers. prædicta tamen. col.4.fol.56.
1 Conclusio,quod spes potest deduci in contractum, non procedit quando ex ea speraretur aliquid odiosum & tristis euentus, nam tunc conuentio reprobatur. De pact.l.fin.sub nu.5.uers.ista tamen.co.3.f.114.
2 Conclusio, quod inter succedentes diuerso iure non habet locum ius accrescendi, quomodo intelligatur. Quan.non peten.par.l.1.sub.nu.48. uer.ex quibus. col.1.fol.60.
¶ Concordia Alex. reprehenditur in materia de qua in l.qui se patris.C. unde lib.ut in ipsa.nume.48. col. 4.fol.93.
¶ Condemnatio fit in re, & illo pluri quod superest si estimatio creuit post moram. De senten. quæ pro eo quod interest.l.1.nu.172.col.1.fol.183.
1 ¶ Condictio ob causam competit ex duplici capite, scilicet,pænitentię, & causæ non scqutæ. De transact.l. siue apud acta.nu.3.col.2.fol.153.
Condictio ob causam nascatur ex pacto.in ea.l. nu.32. col.3.fol.158.
Condictio ob causam an competat actori si Reus adimpleuit in quantum potuit.ubi sup.numer.57. colum. 3.folio.162.
Condictio ob causam competit actori ut reponatur in in pristinum si Reus noluit acceptare. ibid.nu. 58. col.4.fol.eo.162.

Conditio ob causam ex capite pœnitentiæ nunquam datur transigenti.ibid.nu.59.col.ea.fol.eo.162.

Condictio ob causam non datur actori si actio non est extincta per transactionem,sed remittitur ad primæuam actionem.ibi.nu.60.col.ea.fol.eo.162.

Condictio ob causam, & actio præscriptis uerbis non possunt concurrere in contractu non iurato, secus iuramento interueniente.d.l.sub nu.13. uers. nec obstant.col.1.fol.171.

Condictio ob causa datur ad resoluendum contractum, & ad repetendum data. De *transact.l.si quis maior.sub nu.70.uers.Sed ulterius.col.1.fol 182.*

¶ *Conditio,sine liberis decesserit,falsificatur per existentiam unius filij.* De *pact.l.1.num.44.col.1.fol.84.*

2 *Conditio apposita instituto non semper uidetur repetita á substituto.* De *liber.præter Auth.ex causa.sub nu.66. uers. pro hac opinione.col.2.fol. 141.*

1 ¶ *Conditione remissa an sit remissum conditionatum,discutitur.* De *pact.l.1.nu.22.col.3.fol.81.*

Conditione á partibus remissa, est remissum, si fiat, in fauorem debitoris,secus si fiat in fauorem creditoris,in ea.l.nu.24.col.4.fol.eo.81.

Conditione á testatore extraneis institutis. remissa, nõ remittitur conditionatum.ubi sup.nume.25.col.ea. fol.eod.81.

Conditione inter liberos æqualiter institutos remissa, uidetur remissum in conditionatum.in ea.l.num.26. col.ea.fol.eo.81.

Conditione inter institutos filios inæqualiter, remissa, an sit remissum fideicommissum.ubi sup.numer.27. col.1.fol.82.

Conditione in filijs remissa,regulariter remissum uidetur conditionatum,quando est conditio,si decedat sine liberis.ibid.nu.28.col.2.fol.eo. 82.

2 ¶ *Conditiones appositæ in testamentis an & quando conseruentur.* De *liber.præter.Auth. ex causa.nu.66. col.4.fol.140.*

1 ¶ *Conditionis incertum semper minus ualet quam conditionatum.* De *pact.l.1.nu.21.col.2.fol.81.*

Conditionis incertum si remittatur, remittitur etiam conditionatum.in ea.l.nu.23.col.4.fol.eo.81.

2 *Conditionis implendæ causa data an conseruentur per Auth.ex causa.C.de liber.præter. ponitur in ipsa. nu.68.col.2.fol.141.*

1 ¶ *Confessio facta in uno iudicio facit fidem inter easdem personas indistincte in alio iudicio.* De *eden.l.2.nu. 68.col.4.fol.29.*

Confessio facta in uno iudicio facit fidem inter alias personas ex causa publicæ utilitatis.ubi sup.nu.69. col.ea.fol.eod.29.

Confessio procuratoris non præiudicat domino, alia instantia,secus si fiat per nuntium.ibid.nume.70.col. 1.fol.30.

Confessio inducta per contumaciam non præiudicat in alia instantia separata á iudicio.ibid.num. 71. col. ea.fol.eo.30.

Confessio facta per uerba narratiua non præiudicat in alia instantia uel causa, & idem etiam quando alias est imperfecta. ibid.nume.72. columm. eadem. fol.eod. 30.

Confessio & testificatio est qualificata & limitata quando fit per dictionem, prout. De *eden.l.edita. nume. 141.col.4.fol.51.*

Confessio & renuntiatio possunt ex interuallo acceptari. De *pact.in Rubr.sub nu.25.uers. nec obstat. col. 1.fol.74.* 1

¶ *Confitens accepisse pecuniam in ueritate,non potest opponere exceptionem nõ numeratæ pecuniæ.* De *edẽ. l.2.nu.21.col.4.fol.23.*

Confitens rem suam esse alterius non transfert dominium ex sola confusione, sed præsumptio dominij acquiritur. De *pact.l.1.nu.69.col 3.fol.89.*

2 ¶ *Coniunctio quid sit, & quomodo diuidatur. Quan.non peten.par.in Rub.nu.16.col.4.fol.46.*

Coniunctio est plena & semiplena, & disiunctio plena & semiplena,& quomodo distinguatur.ubi sup. nu. 17.col.ea.fol eo.46.

Coniunctio est re & uerbis, aut re tantum, aut uerbis tantum.ibi.nu.18.col.1.fol. 47.

1 ¶ *Consanguinei debent esse diligentes ut accusent de nouo reum si uolunt impedire indulti impetrationem fiendam propter transactionem factam cum accusatore.* De *transf.l.transigere.num. 17.col.3.fol. 140.*

2 ¶ *Conscientiæ alicuius cum quid committitur, an sit necessaria citatio.* De *collat.seu unde legit.l. Certum. sub nu.78.uers.assignabat.col.1.fol.113.*

Conscientiæ alicuius cum quid committitur, an possit pars refricare in dubium, & recurrere ad superiorem.ubi sup.uers.Tamen circa istam.co.1.fol. 113.

Conscientię alicuius cum quid committitur,an & quando requiratur citatio partis.ubi sup.uer.Sed ego puto.col.ea.fol.eo.113.

Conscientiæ alicuius cum quid committitur, quomodo is se debeat regulare,& plura de materia conscientiæ.ubi sup.nu.79.col.2.fol.eo.113.

1 ¶ *Consensus duorum ut eodem tempore interueniat, requiritur ad substantiam pacti.* De *pact.in Rubr.nu. 25.col.1.fol.74.*

Consensus illius de cuius hæreditate agitur quare ualidet pactionẽ. De *pact.l.fi.nu.26.col.2. fol.eo.117.*

Consensus illius de cuius hæreditate agitur an rationabiliter ualidet pactum.in ea.l.nu.45.col.1.fol.119.

Consensus domini superueniẽs per ratificationem quando ualidet pactionem.ibi.nu.46.col.ea.fol. 119.

Consensus domini quando præstatur,nõ requiritur præsentia quinque testium.ubi sup.numer. 47. colu.2. fol.eo.119.

Consensus partium est materia transactionis, quia in consensu conueniunt omnes contractus, & appellatur materia generica. De *transact.l. si quis maior. sub nu.72.uers.in proposito.col.2.fol.182.*

¶ *Consequentia non est uera, Quod per pactum fieri non potest, ergo nec per statutum, quia multa possunt fieri per statutum quæ nõ possunt fieri per pactum. ut* De *pact.l.fin.sub numero.103. uers. non obstat. col.2.fol.127.*

2 ¶ *Consequitur quis ex persona alterius illud quod non potest habere ex persona sua.* De *contratab.l. postbumo.nu.29.col.1.fol.74.& de Collat.l. si emancipati.sub num.19.uers.& comprobant.col.3.fol.115.*

Consi-

¶ *Consideratio noua Alciati in materia interesse reprobatur. De senten. quæ pro eo quod interest. l. 1. num. 72. col. 4. fol. 172.*

1 ¶ *Consuetudo scribendi non inducit mandatum de scribendo uel edendo, de iure antiquo. De eden. l. 1. nume. 65. col. 2. fol. 17.*

¶ *Contestatio litis non potest remitti consensu partium. De eden. Auth. si quis in aliquo. sub num. 61. uers. nec obstat. col. 3. fol. 63.*

¶ *Continuatio Rubricæ ad præcedentes, ponitur, De eden. in Rubr. nu. 10. col. 2. fol. 2.*

Continuatio Rubricæ ad præcedentes duplex traditur, De pact. in Rubr. nu. 58. col. 2. fol. 78.

2 *Continuatio glosæ reprehenditur in Rubr. qui admit. et noua traditur. ut in ipsa. numer. 48. & 49. col. 3. & 4. folio. 10.*

Continuatio communis Rubricæ quando non peten. par. refertur. continuatio Decij refertur & reprehenditur, & noua continuatio traditur in d. Rubr. num. 1. 2. 3. 4. fol. 45.

Continuatio Rubricæ. De contratab. refertur. in ipsa. nu. 1. col. 3. fol. 65.

Continuatio Rubricæ. De collat. traditur in ipsa. nu. 1. col. 4. fol. 113.

Cōtinuatio glosæ ad Rub. C. De senten. quæ pro eo quod interest. nouis defensionibus sustinetur. & noua continuatio etiam traditur in ipsa. Rubr. nu. 4 & 5. co. 2. fol. 146.

1 ¶ *Continuationes duæ traduntur ultra doctores, una de Rubrica ad Rubricam, alia de materia ad materiā. De eden. in Rubr. nu. 38. col. 4. fol. 5.*

Continuationes glosæ ad Rubr. C. de pact. reprehenduntur. & duplex continuatio traditur. De pact. in Ru. nu. 57. & 58. col. 2. fol. 78.

Continuationes tres Rubricæ ponuntur. De transact. in Rubr. nu. 9. col. 4. fol. 136.

¶ *Contractibus innominatis loco specialis formæ, & nomine requiritur implemētum ad efficaciam. De pact. l. petens. nu. 3. col. 2. fol. 100.*

Contractibus imputari potest contrahentibus quare legem apertius non dixerint. De transact. l. siue apud acta. sub numer. 39. uers. Secundam rationem. colu. 1. fol. 160.

¶ *Contractu sublato an tollatur pactum. De pact. l. petens. sub numer. 75. uers. Sed tamen. column. secunda. folio. 112.*

¶ *Contractus in scriptis plene probatur per exemplum authenticum, etiam quando non reperitur originale. De edend. Auth. si quis in aliquo. nu. 18. colum. 4. fol. 57.*

Contractus innominati aliquando dicūtur pacta nuda, comparati ad contractus nominatos. De pact. in rubr. nu. 10. col. 1. fol. 73.

Contractus innominati recepti à iure ciuili non producunt actionem & obligationem ciuilem, nisi sequto implemento. ubi sup. nu. 20. col. 4. fol. eo. 73.

Contractus appellatione ex communi usu loquendi continetur stipulatio & donatio. in ea. Rubr. num. 49. col. 3. fol. 77.

Contractus innominati per accidens aliquando dicuntur pacta nudæ. De pact. l. petens. nume. 49. colum. 2. fol. 100.

Contractus nominatus iuxta alium contractum nominatum appositus eius actionem informat. in ea. l. nu. 24. col. 3. fol. 102.

Contractus stricti iuris an extendatur ad alias res nō expressas. ibi. nu. 26. col. 4. fol. eo. 102.

Contractus stipulationis an possit per pactum informari. ibi. nu. 58. col. 3. fol. 109.

Contractus innominati omnes non sequto implemento sunt pacta nuda respectu nominatorum. De transact. in rubr. nu. 4. col. 3. fol. 136.

Contractus innominati aliquando appellatur pacta nuda propter accidens. De transact. l. siue apud acta. nu. 1. col. 1. fol. 153.

Contractus innominati duobus modis resoluuntur, ex capite pœnitentiæ, & ex capite causę non sequtæ. in ea. l. nu. 2. col. 2. fol. eo. 153.

Contractus capitur duobus modis, in genere, & in specie. ibi. nu. 21. col. 1. fol. 157.

Contractus appellatione quæ conuentiones contineantur in statutis, noua distinctio datur, ubi sup. nu. 22. col. ea. fol. eo. 157.

Contractus innominati ex duobus principaliter differunt à nominatis. ibi. nu. 31. col. 3. fol. 158.

Contractus innominati an fiant per dictionem, si, late discutitur. ibi. nu. 72. col. 1. fol. 165.

Contractus innominati nunquam fiunt per dictionem, si, contra doctores. ubi sup. nu. 73. col. 2. fol. eo. 165.

Contractus omnes nominati statim quod habent suam formam producunt actionem. in ea. l. sub nume. 71. uers. Vnde sequitur. col. 3. fol. 164.

Contractus ex conuentione legem accipiunt, & mens & uoluntas contrahentium sumitur ex uerbis, quia uerba sunt notæ animi nostri. De transa. l. si de certa. sub nume. 8. uers. & dubium faciebat. colum. 2. fo. 166.

Contractus cæteri, ultra transactionē, an contineantur in l. si quis maior. C. de transac. late discutitur, & concluditur quod sic, in ipsa. l. si quis maior. nu. 28. col. 1. fol. 175.

2 *Contractus omnes quando sunt certi comprehenduntur sub uers. Sancimus. l. 1. C. de senten. quæ per eo quod interest, quando sunt incerti, sub uers. in alijs. ut in ipsa. l. 1. nu. 59. col. 1. fol. 171.*

¶ *Contrahens contra canones uidetur contrahere contra leges: ratione ut unde legit. l. certum. sub num. 38. uers. Contrariam tamen. col. 2. fol. 106.*

¶ *Contrahentes incestas nuptias in gradu prohibito tantum à iure prætorio, an incidant in pœnas iuris ciuilis. unde legit. certum. nu. 38. col. 2. fol. 106.*

Contrahentes quomodo teneantur de culpa, nouiter declaratur. De senten. quæ pro eo quod interest. l. 1. nu. 103. col. 2. fol. 176.

1 ¶ *Contraria duo possunt esse in se æqua & bona diuersis respectibus. De pact. l. 1. nu. 34. col. 4. fol. 82.*

¶ *Contrarietas est euitanda, & cum distinctione soluenda. De edend. l. fin. nu. 10. col. 2. fol. 65.*

2 ¶ *Contratabulas datur institutis beneficio præteriti. De contrata. in Rubr. nu. 5. col. 2. fol. 66.*

3 Contratabulas effectus est, quod rumpit testamentum ciuile & aliquando facit succedi ab intestato.in ea. nu.6.col.ea.fol.eo. 66.

Contratabulas mitigata fuit in successione, filijs institutis.ibi. nu.7.col.ea.fol.eo.66.

Contratabulas mitigata fuit per titulum de legat.præstan.ibi.nu.8.col.ea.fol.eo.66.

Contratabulas mitigata fuit per edictum de collationibus.ibid.nu.9.col.ea.fol.eo.66.

Contratabulas mitigata fuit per titulum de coniung.cũ emanci.lib.eius.ibi.nu.10.col.4.fol.eo.66.

Contratabulas data fuit per carbonianum edictum, & tit. de uentre in possessionem mittendo.ubi sup.num. 11.col.ea.fol.eo.66.

Contratabulas quando impediat dari secundum tabulas.De contratab.l.Posthumo.nu. 26.col.3.fol.72.

Contratabulas quare non detur exhæredatis,uariæ rationes referuntur in ea.l.nu.34,col.4.fol.74.

Contratabulas quare non datur exhæredatis beneficio præteriti,uariæ rationes referuntur.ubi sup. nu. 35. col.1.fol.75.

Contratabulas non competit ad testamẽta fœminarum, & quare.ibi.nu.39.col.4.fol.eo. 75.

Contratabulas an hodie detur præteritis in testamento matris.ibi.nu.40.col.1.fol.76.

Contratabulas an detur ad declarandum nullum testamentum,discutitur in ea.l.nu.52.col.3.fol.81.

Contratabulas non potest dari ex testamento nullo tempore mortis testatoris.ubi sup.nu.53. col.1.fol. 82.

Contratabulas potest concurrere cum aditione hæreditatis,& quare.ibi.nu. 56.col.3.fol.82.

Contratabulas in quibus casibus impediat adiri hæreditatem.ibi.sub.nu.59.col.4.fol. 83.

Contratabulas non datur exhæredato, nec etiam beneficio præteriti.in ea.l.sub nu.24.uers.Quarto notandum.col.2.fol.72.

Contratabulas quando petita est non potest dari secundum tabulas, & assignatur ratio,ubi sup.sub num. 25.uers.Sexto notandum.col.3.fol.eo. 72.

Contratabulas datur ad similitudinem iuris dicendi nullum.ibid.sub nu.34.uers.ideo ego.col.1.fol. 75. & sub nu.40.uers.Secundo.col.1.fol.76.

Contratabulas quare non detur exhæredatis, cum illis detur ius succedendi ab intestato beneficio præteriti.ibi.sub nu.36.uers.Sed tunc.col.2.fol.75.

Contratabulas dicitur quia datur cõtratabulas,& præsuponit tabulas ualidas,quia tabulæ nullæ nõ dicuntur tabulæ. in ea.l.sub nu.25. uult dicere. 45. uers. Secundo.col.2.fol.78.

Contratabulas non datur nisi propter præteritionem. ibi.uers.Tertio.col.3.fol.eo.78.

Contratabulas dicitur ex testamento,ibi.uers.Quinto. col.4.fol.eo.78.

Contratabulas non competit nisi sit tale testamentum exquo tempore mortis potuerit adiri hæreditas,uel peti secundum tabulas,& adducitur ratio, ubi sup. uers.Sexto inducitur.col.ea.fol.eo.78.

Contratabulas & secundum tabulas sunt contraria,et sicut præterito datur contratabulas ,ita institutis secundum tabulas.in ea.l.Posthumo.sub n. 49.uult dicere 46. uers. Decimo inducitur. columna tertia. folio.79.

Contratabulas impedit dari secundum tabulas.in ea.l. sub numer.59.uers. Secunda est conclusio.colum.1. folio.83.

Contratabulas hodie non est correcta,& est necessaria in filio emancipato.De liber.præter.Auth.ex causa. nu.54.col.1.fol.139.

1 ¶ Contraueniens quomodo teneatur restituere data & pœnam simul. De transact.l.si quis maior.num.68. col.4.fol.181.

Contraueniens offerens se paratum soluere potest purgare moram & euitare pœnam.d.l.si quis maior. ut in ipsa.sub.nume.67.uers.Sexto limitatur. column. 3.fol.181.

Contraueniens propter periurium priuatur omni actione ex ipso contractu quomodolibet competente. in ea.l.sub nu.74.uers.Quare fienda est.columna quarta.fol.182.

¶ Contrauenire quis dicitur non implendo quando per ipsum stat quod non adimpleat, & sine exceptione tenetur.ubi sup.nu.56.col.3.fol.179.

¶ Conuentio quando sit idem quod pactum in genere. De pact.in Rubr.nu.2.col.2.fol.72.

Conuentio ex accidenti nomen pacti assumpsit. ibi. nu. 3.col.ea.fol.eo.72.

Conuentio de qua in l.1.C. de pact. non est transactio, sed pactum correspectiuum,quod aliquando appellatur pactum nudum.De pac.l.1.nu.30.col.2.fol. 82.

Conuentio de qua in d.l.non est transactio, sed alia pactio correspectiua.ubi sup.nu.90.col.4.fol. 91.

Conuentio se restringens ad casum quo dominus mortuus fuisset,non uidetur proprie conuentio de hæreditate uiuentis. De pact.l.fin.sub num.16.uers. igitur. col.4.fol.115.

Conuentio de hereditate hominis incerti, ualet. in ea.l. nu.82.col.3.fol.123.

Conuentio omnis & desistentia licita est,abolitione legitime impetrata. De transact.l.Transigere.numer. 45.col.1.fol.145.

¶ Copia si producatur infra terminum probandum quãuis elapso tempore producatur originale , probatio erit facta in tempore,ex Bal. cuius dictum discutitur.De eden. Auth. si quis in aliquo. uers. Ex quo infertur.col.2.fol. 56.

2 ¶ Correcta ratione legis dicitur etiam correcta eius dispositio. De contrat.l.Posthumo.sub nu.40.uers.Et tenendo.col.2.fol.76.

¶ Correctio legum est euitanda.Qui adm.l.fin.sub nume. 27. uers.in contrarium.col.1.fol.45.

¶ Correctorijs quod non tollitur non prohibetur stare. De liber.præter,Auth.ex causa. sub nu. 28.uers. nam dicit ipse.col.3.fol.133.

1 ¶ Creditor qui amisit scripturam suæ cautionis an possit cogere debitorem edere rationes suas. De edend.l. 1.sub numer.45. uers.Sed dubium.columm.tertia. folio.13.

Creditor post periurium recipiens partem debiti an uideatur remittere pœnas.l.si quis maior.C. de transact.ut in ipsa.nu.25.col.3.fol.174,

Creditor

2 Creditor an ab initio possit deducere in conuentionem intercsse interesse, seu lucrum lucri. De senten. quæ pro eo quod interes.l.1.nu.129. col.4. fol. 178.

2 ¶ Creditoris hæres quādo possit agere ad pœnas l.siquis maior.C.de transact.ponitur in ipsa.l.si quis maior. nu.22.col.2.fol. 174.

¶ Crimen raptus continetur sub regula affirmatiua, excepto quod in eo punitur occultatio. De tract.l.Trāsigere nu.9.col.4.fol.139.

Crimen falsi an excipiatur à secunda regula negatiua. in ea.l.nu.11.col.1.fol.140.

Crimen capitale quot modis dicatur.ibid. numero.53. col.1.fol.146.

Crimen raptus & adulterij æquiparantur, & dispositum in uno habet locum & in alio, etiam in pœnalibus.in ea.l.sub.nu.67.uers.Secundo adducitur. col. 1.fol.149.

¶ Crimina priuata non assumunt essentiam à uoluntate offensi.De transact.l.Transigere.n.75.col.4.f.150.

Crimina capitalia capiuntur in genere & in specie,& de utrisque quæ sint.in ea.l.sub.nu.54.uers. Resoluendo.col.2.fol.146.

¶ Crimine falsi an sit permissa transactio, rationes omnes reprobantur.De transact.l.transigere.num. 50.col. 4.fol.145.

Crimine in omni non obstante transactione contra Reum potest procedi ex nouo processu cum nouo accusatore.in ea.l.nu.60.col.2.fol.147.

Crimine raptus an sit licitum transigere, latissime discutitur.ibi.nu.67.col.4.fol.148.

Crimine raptus an licitum sit transigere, noua datur declaratio,& nouiter declarantur iura allegata.ubi sup.nu.68.col.2.fol.149.

Crimine adulterij quādo liceat transigere.breuiter narratur.ibi.nu.72.col.1.fol. 152.

¶ Criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis omnes conuentiones sunt permissæ regulariter ante institutam accusationem, sed postea prohibentur, excepta pace & abolitione.De trans.l.Transigere.num.13. col.2.fol.140.

Criminibus capitalibus ingerentibus pœnam sanguinis licita est transactio ex prima regula dic.l. transigere.ut in ipsa.nu.20.col.2.fol.141.

Criminibus ingerētibus pœnam sanguinis permittitur transactio ad euitandum omnes pœnas sanguinis, tā in Reo, quam in accusatore.ibi.nu.27.c.2.fol.142.

Criminibus ingerentibus pœnam sanguinis transigens incidit in pœnam pecuniariam turpiliani.ubi sup. nu.28.col.ea.fol.eo.142.

Criminibus ingerentibus pœnam sanguinis permittuntur, pactio, renuntiatio litis,& exculpatio.in ead.l. nu.29 col.3.fol.eo.142.

Criminibus non ingerentibus poenam sanguinis prohibetur transactio,& referuntur multæ rationes. ibi. nu.40.col.3.fol.144.

Criminibus non ingerentibus poenam sanguinis permittitur transactio,& post sententiam, & poenam impositam.ubi sup.nu.42.col.4.fol. 144.

Criminibus omnibus ante institutam accusationem permissa est transactio & pa.in ea.l.n.44.c.1.f. 145.

Criminibus omnibus licita est transactio super actione ciuili.ibi.nu.47.col.2.fol.eo. 145.

Criminibus primæ regulæ.l.Transigere. facta transactione, an possit procedi contra Reum ex eodem processu.ibi.nu.58.col.1.fol. 147.

Criminibus ingerentibus poenam sanguinis transigens an incidat in pœnam turpiliani, latissime discutitur. ubi sup.nu.61.col.3.fol.eo.147.

Criminibus priuatis si agatur ciuiliter, indistincte trāsigi,& pacisci potest.ibi.nu.73.col.2.fol. 150.

Criminibus priuatis quādo agitur criminaliter an trāsigi uel pacisci possit. latissime discutitur. in ead.l. nu.74.col.3.fol.eo.150.

¶ Culpa uel dolus in periurio à quo debeat probari. De transact.l.si quis maior.nu.17.col.3.fol. 172.

¶ Cumulare actionem est uni actioni intentatę aliā addere,& super utraque exercere iudicium.ut in exēplo. De eden.l.Edita. sub nume.6. uers. Cumulare. col.1.fol.32.

¶ Cumulatio secundum formam traditam in edicto est permissa.De eden.l.Edita.nu.7.col.1.fol 32.

Cumulatio quid sit.in ea.l.nu. 99.col.2. fol.45.

Cumulatio inducta fuit propter fauorem publicum. in ea.l.nu.100.col.ea.fol.eo.45.

Cumulatio permittitur de omnibus actionibus ordine successiuo & conditionaliter.ubi sup.num.106.col. 3.fol.46.

Cumulatio in Reo permittitur de exceptionibus contrarijs.ibi.nu.107.col.ea.fol.eo.46.

Cumulatio permittitur regulariter quando intentantur actiones nascentes ex eodem fonte, & tendentes ad diuersa, contra Bart.& doctores.ibid. nume. 121.col.2.fol.49.

Cumulatio potest fieri post litis contestationem.ibi.nu. 129.col.1.fol.50.

Cumulatio semper prohibetur in duobus casibus,& in cæteris distinguitur.ibi.nu.135.col.1.fol. 51.

Cumulatio semper permittitur in summarijs & in Regno, exceptis quatuor casibus.ibi. numer.136. col. 2.fol. 51.

Cumulatio causæ ciuilis & criminalis permittitur in Regno in instrumento producto secundum formam ritus.ubi sup.nu.137.col.ea.fol. eo.51.

Cumulatio permittitur in omni parte iudicij, quia non reperitur probibita fallit, ut in ea.l. sub num. 98. uers.in eadem glosa.col.2.fol.45.

Cumulatio permittitur in conditione furtiua,& actione furtiua.ubi sup.sub numero.102.uers. similiter. col.4.fol.45.

Cumulatio prohibetur in actionibus quæ dantur ad diuersa.licet nascantur ex eodem fonte.ibid.uer.Tertiam ampliationem.col.ea.fol.eo. 45.

Cumulatio non impeditur ex quatuor regulis in materia executiua quando executione proceditur. in ea. l. sub numero.112.uers. idemque.columna tertia. folio.47.

Cumulatio indistincte permittitur quando actiones nullo modo se tangunt. ubi sup.sub nu. 114.uers.Dicas igitur.col.1.fol. 48.

Cumulatio permissa est quia non reperitur probibita. ibi.

ibi.sub nu.132.uers.pro pleniori.col.4.fol.50.

¶ Cumulatione facta an dicantur plures libelli, uel unus. de eden.l.edita.nu.15.col.1.fol.48.& nu.123.co.3.fol.49.

Cumulatione facta contra regulas an processus ualeat parte opponente.ubi sup.nu.125.col.4.fol.eod.49.

¶ Cumulationis prima regula declaratur & defenditur. de eden.l.edita.nu.101.col.3.fol.45.

Cumulationis primum genus declaratur, & defenditur.ibi.nu.113.col.3.fol 47.

Cumulationis secundum genus declaratur & defenditur.ibi.nu.116.col.2.fol.48.

Cumulationis tertium genus examinatur & repræhenditur.ibi.nu.120.col.1.fol.49.

Cumulationis quartum genus examinatur.ibi.n.123.col.3.fol.eo.49.

Cumulationis quintum genus breuiter declaratur. ibi.nu.124.col.ea.fol eo.49.

Cumulationis tota materia breuiter epilogatur.ibi.nu.133.col.4.fol.50.

¶ Curia in priuatis delictis prosequitur proprium iniuriam, & iniuriam subditi.De transact.l.Transigere, nu.76.col.2.fol 151.

2 ¶ Curtij intellectus ad.l.1.C.quando non peten.partes.refertur, & repræhenditur.in ipsa.l.1.n 42.c.1.f.59.

Curtij intellectus ad.l.qui se patris.C.unde lib. repræhenditur in d.l.qui se patris. num.76.col.3.fol.98.

Curtij opinio reijcitur, & aliorum nouissimorum.de senten.quæ pro eo quod interest.l.1.n.91.col.4.f.174.

D

2 Damni intereße proprie pertinet ad materiam. l.1.C.de senten.quæ pro eo quod interest.ut in d.tit. in Rubr. nu.17.col.2.fol.147.

Damni interesse est quoddam incorporale insurgens ex priuatione rerum, quod non potest solui. ubi sup. nu.18.col.ea.fo.eo.147.

Damni appellatione in intereße an res ipsæ ueniant nouiter distinguitur.in d.Rub.nu.102.col.1.fol.148.

Damni appellatione quid ueniat.ibid.num.104.col.2.fol.148.uult dicere.158.

¶ Damnum habitū uenit appellatione intereße.in d.Rub. nu.103.col.1 fol.148.alias.158.

Damnum extrinsecus dicitur uenire quod non ex re uenit.Sed in re datur ex remota causa.ubi sup.sub nu.93.uers.Sed opinionem.col.1.fol.157.

Damnum non uenit appellatione expensarum. in ead. Rubr.sub nu.104.c.3.uers.item subdunt. fol.158.

1 ¶ Data an sint restituenda per.l. si quis maior.C.de transact. cum executione transactionis.ponitur in d.l.si quis maior.nu.70.col.1.fol.182.

2 Data causa conditionis implendæ an conseruentur per Auth.ex causa.C.de liber. præter. ponitur in ipsa Auth.nu.68.col.2.fol.141.

1 ¶ Datio libelli, & litis contestatio non poßunt remitti cōsensu partium. De eden. Aut.si quis in aliquo.sub nu.61.uers.nec obstat.col.3.fol.63.

¶ Datum ob causam defectus liberorum an repetatur superuenientibus liberis.De pact.l.1.n.35.c.1.f.83.

Datum in d.l.1. an sit datum ob causam liberorum.in ea.l.nu.37.col.3.fol.eo.83.

¶ Debito conditionali competit de præsenti spes debitum iri, quæ nunc est in rerum natura, & in commercio hominum.De pact.l.1.nu.20.col.2.fol. 81.

2 ¶ Debitor mercium propter moram tenetur solum de primo lucro, non de lucro lucri. De senten.quæ pro eo quod interest.l.1.nu.124.col.2.fol.178.

Debitor mercatoris uendentis merces de consuetudine non tenetur ad aliquod intereße lucri. in ead. num.125.col.ea.fol.eo.178.

Debitor mercium mercatori an teneatur an intereße, lucri lucri.ibid.nu.126.col.ea.fol.eo.178.

Debitor census, uel pensionis, nobilis, uel alterius honesti uiri an teneatur ad lucrum lucri, seu censum censuum.ibi.nu.127.col.3.fol.eo.178.

Debitor rerum uenalium nobilis uel alterius non tenetur ad intereße. ibi.nu.128.col.4.fol.178.

Debitor si promittat stare simplici iuramento creditoris super damnis, expensis, & intereße, talis promissio uolet in ea.l.sub nu.66.uers.& si contingat.col.1.fol.172.

1 ¶ Debitoris hæres an possit conueniri ex periurio defuncti. de transact.l.si quis maior.numer.24.colum.3. fol. 174.

Debitoris hæres ex sua contrauentione non incidit in pœnas.d.l.si quis maior, Sed tenetur seruare. ubi sup.nu.25.col.ea.fol.eo.174.

2 ¶ Decennium requiritur quādo quis mala fide est in quasi poßessione, sed si habet bonam fidem, præsumitur pro eo minori tempore, in materia de qua in l. si emancipati.de collat.sub nu.12.uers.& sic uidetur.col.2.fol.118.

¶ Decij distinctio reprobatur.De senten.quæ pro eo quod interest.l.1.nu.90.col.4.fol.174.

¶ Decisio.l.1. C. de senten. quæ pro eo quod interest.l. compræhendit factum contentum in obligatione depositi & commodati, & cæterorum casuum. ut in ipsa.nu.54.col.2.fol 170.

1 ¶ Declarandi facultati non præscribitur.De pact.l.petēs. nu.37.col.4.fol.103.

Declarandi facultati an præscribatur quando tractatur de præiudicio tertij.in ea.l.nu.41. co. 4.fol. 104.

¶ Declaratio quando sit species emendationis. De eden. l.edita.nu.41.col.2.fol.36.

Declaratio potest fieri usque ad calculum ferendæ sententiæ, si non requirit probationem, alias debet fieri tempore probationum.in ea.l.nu. 65.col.3.fol.39.

Declaratio ad.l.in delictis.§.si detracta.ff. De noxal. ubi sup.nu.77.col.4 fol.41.

Declaratio libelli circa actum de præterito in damnū Rei fieri non potest.ubi sup.nu.81.col.3.fol.42.

Declaratio libelli post oppositionem factam per Reum amplius fieri non potest.ibi.nu. 82.col.ea.f.eo.42.

Declaratio noua quare Reo non sit edendum instrumētum mentionatum in libello.ibi.nu.146.co.3.f.52.

Declaratio exempli positi per glos. in l. petens.C. de pact.ponitur in ea.num. 60. col.1.fo.110.

Declaratio noua, an in crimine raptus licitum sit transigere, & nouiter declarantur iura allegata.De trāsact

fact.l.Transigere.nu.68.col.2.fol. 149.
2 Declaratio & distinctio omnium terminorum pertinentium ad materiam successionum. Qui adm.in Rubr. num.26.col.2.fol. 5.
Declaratio ad glo.l.1.C.qui adm.in uers.ignorauit.& eius contraria nouiter resoluuntur.in ipsa.l.1.num. 47.col.4.fol.24.
Declaratio ad.l. illud.§.fin.ff.De contratab.Qui adm. l.Emancipata.nu.30.col.2.fol.39.
Declaratio regulæ,nihil tã naturale.De reg.iur.Quã. non peten.par.l.1.nu.21.col.1.fol.55.
Declaratio literalis glosæ primæ.d.l.1. cum plena distinctione, quomodo liberi succedant parentibus. ubi sup.nu.25.col.3.fol.eod.55.
Declaratio noua,quomodo institutus possit contratabulare inuito uel ignorante præterito.De contratab.l. Posthumo.num.28.col.3.fol.73.
Declaratio ad.l.si filij mater.ff.ad tertul.Vnde liber.l. Qui se patris.nu.51.col.2.fol.94.
Declaratio noua qualis erat bonorũ possessio gratia litis agnoscẽdæ.Vnde legit.l.Certũ.n.49.c.1.f.109.
Declaratio ad.l.Qui liberis.§.testamento.ff.De secun. tab.ibi.nu.60.col.4.fol.110.
Declaratio noua,an sui conferant emancipatis.De collat.l.si emancipati.nu.17.col.1. fol. 119.
Declaratio.l.1.ff.De leg.3.De liber.præter. Auth.ex causa.num.36.col.4.fol.135.
Declaratio breuis de quo intereße loquatur lex.1.C. de senten.quæ pro eo quod interest. cum materia.in d.l.1.nu.69.col.4.in Rubr.fol.151.
Declaratio noua quomodo intereße singulare consideretur,& qualitas ad alios transmissibilis non facit ad rem.in ea.Rubr.nu.92.col.1.fol.156.
Declaratio noua ad cognoscendum singulare intereße. ibi.nu.99.col.3.fol.157.
¶ Decretum quare antiquitus requirebatur in agnitione bonorum poßessionis, rationes multæ reprobantur. Qui adm.l.fin.nu.8.& noua ratio assignatur. num. 9.col.3.& 4.fol.42.
Decretum an de iure antiquo requireretur in bonorum poßessione,plenissime discutitur,& defensatur utraque opinio in ea.l.nu.13.col.1.fol.43.
Decretum de plano interponi non potest.ibid.num.14. col.2.fol.eo.43.
Decretum requirebatur in bonorum poßessione.ibid. nu.16.col.4.fol.eo.43.
Decretum hodie non requiritur in agnitione bonorum possessionis seu poßessionum quę facti sunt. ubi sup. nu.23.col 4.fol.44.
Decretum hodie non requirit bonorum poßessio contra tabulas.ibi.nu.24.col.ea fol.eo.44.
Decretum an hodie aliquibus casibus possit interponi in ordinarijs bonorum poßessionibus.ubi sup. num. 26.col.1.fol.45.
Decretum quare olim requirebatur in bonorum poßessione.in ea.l.sub n.8.uer.Quantũ uero.c.4.f.42.
Decretum in qua bonorum poßessione requirebatur. ibi.sub nume.13.uers.& sic constitui.col.2.fol.43.
Decretum quodam esi contentiosum, & quodam non contentiosum,& quidquunque sit. in ead.l.sub.nu. 16.uers.nec obstant.col.1.fol.44.
Decretum iudicis an extendatur.Quan.non petẽ. par. l.1.nu.18.col.4.fol.54.
¶ Defectus præteritionis maior est quam testium,& adducitur ratio.de contratab.l.Posthumo. sub.nu.48. uers.Secundo.col.2.fol.80.
¶ Defunctorum interest successores ex testamento habere.Quan.non peten.par.in Rubr.sub nume.30.uers. Quintam rationem.col.2.fol.49.
¶ Delegatus non potest recedere à statutis, & à forma recepta.Qui adm.in Rubr.sub nu.40.uers.Secunda limitatur.col.1.fol.9.
Deliberare ut quis possit,non oportet quod cõcludẽter appareat de intentione agentis sed sufficit quod Reus intelligat factum,ut possit deliberare an uelit cedere.De eden.l.edita.sub nu. 146.uers.Sed tamen. col.3.fol.52.
¶ Delictum omne dato quod dependeret à uoluntate partis,tamen quando fit offenditur respublica,cum eius intersit ut sit quies in populo.De transact.l.Transigere.sub nu.75.uers.præterea.col.1.fol.150.
2 ¶ Delinquens in committendo an & quando ad intereße extra rem teneatur. De senten. quæ pro eo quod interest.l.1.nu.94.col.2.fol.173.
Delinquens in corrumpendo rem semper tenetur ad intereße extra rem, idem & in quasi delinquente,uel per culpam.in ea.l.nu.95.col.ea.fol.eo.175.
¶ Delinquentes si plures fuerint, inter quos unus sit clericus, si fuerint inquisiti per iudicem laicum,clericus poterit petere se remitti ad iudicẽ ecclesiasticum,& propter personã suam et oẽs laici sunt remittendi. De contrat.l.posthumo.sub nu.29.uers. item infertur. col.1.fol. 74.
¶ Dementia est defectus qui capit totum hominem,& nõ potest quis pro parte eße demens,& pro parte non. ex quo infertur ad testamentum dementis. De lib. præter. Auth.ex causa.sub num.75.uers. Tamen in hac.col.2.fol.143.
¶ Descendens transmittit successionem ascendentium ad suam posteritatem si mortuus est infra tempus datum ad agnoscendum. Qui admit.l.Emancipata.sub nu.41.uers.Vnde primo.col.3.fol. 41.
¶ Descendentes omnes tenentur conferre inuicem omnia quæ acceperunt à parentibus ex causa dotis, donationis propter nuptias,& augumenti dotis,uel dati causa militiæ,& de bonis illius de cuius hæreditate agitur.cum ampliationibus & limitationibus ut De collat.in Rubr.nu.12.col.4.fol. 115.
¶ Desiderium alienæ mortis non est simpliciter reprobatũ, sed desiderare mortẽ alicuius propter eius bona est probibitum. ratione ut de pact.l.fin.sub nu. 24. uer.unde conclusiue.col.1.fol.117.
¶ Desistens à lite,uel remittens actionem, nunquam põt adimplere pro parte sua perfecte et per consequens non potest habere actionem, licet pro sua parte fecerit quidquid potuerit.de transact.l. siue apud acta.sub nume.5.uers. unde sequitur.col.3.fol.153.
¶ Desistentia licita est,abolitione legitime impetrata.de transact.l.Transigere.nu.45.col.1. fol. 145.
¶ Dicẽs se possidere potest pœnitere usq; ad litis contestationem,

lionem, postea uero.de eden.l.edita.sub nu. 61.uers. Tertio facit.col.4.fol.38.

¶ *Dictio,prout,quomodo exponatur,in.l.edita.C.de eden. ponitur in ipsa.nu.139.col.3.fol. 51.*

Dictio,prout,semper qualificat, & quatuor modis qualificat.ibi.nu.140.col.4. fol.eo. 51. 2

Dictio,plures,quot personas requirat.De pact.l.fin.nu. 20.col.2.fol. 116.

Dictio mox , importat ipso iure. De transact.l.si quis maior.nu.82.col.3.fol.183.

2 *Dictio, etiam, ampliat casum minus dubitabilem, & explicat magis dubitabilem.Qui admit.l.1.nu. 32. col.3.fol.21.*

Dictio,quoque, est explicatiua,& demonstrat petitionem posse fieri,a, sciente & ignorante. Qui adm.in Rubr.sub num.33.uers.igitur dicendum.columm.1. folio.22.

Dictio, recte, refertur ad legis dispositionem. Qui adm.l.infantis.nu.12.col.2.fol. 34.

Dictio uniuersalis,nullam, comprehendit plura indiuidua,sicut dictio,uterque,& alteruter. Qui admit.l. emancipata.sub nu.27.uers.sexto.col.1. fol.39. 1

Dictio,quando,quid significet in Rubr. quando non peten.par.ponitur in ipsa.nu.4. col.4. fol.45. 2

Dictio,petentium,quare posita sit in dictaRubr.ibi.nu. 5.col.1.fol.46.

Dictio,quoque,implicat.ui.sup.in hac dict.uers.Dictio, quoque,& de contratab.l.Posthumo sub nume.27. uers.Quarto inducitur.col. 2.fol.73.

Dictio, maxime, extendit ad casum magis clarum. Vnde lib.l.qui se patris nu.38.col.2.fol. 92.

Dictio , citra , est exceptiua . unde legit. l. Certum. num.31.col.1.fol. 105.

Dictio , pro , multas significationes habet. De senten. quæ pro eo quod interest.l.1.numero. 38.colum.4. fol.166.

Dictio,pro,regulariter significat causam finalem , uel subiectum,& intentionem finalem.in ead.l.nu. 39. col.ea.fol.eo.166. 1

¶ *Dictum communiter approbatum,quod testes præsumantur contestes,quomodo intelligatur.De bon.poss. secun. tab.l.2.nu.22.col.4.fol.64.*

1 ¶ *Diei & loci ommissio an libellum mixtum uitiet. De eden.l.edita.nu.70. col.4. fol.40.*

¶ *Differentia inter titulum de eden.& titulum ad exhibendum.De eden.in Rubr. nu.45.col.1.fol.7.*

Differentia quæ sit inter actus in genere masculino, & acta in genere neutro.De eden.l.2.in prin.colum.4. folio. 21. 2

Differentia quæ sit inter editionem actorum, & instrumentorum.De eden.l.2.nu.18.ubi recensentur quatuor differentiæ.col.1.fol.23.& quod nulla sit differentia, demonstratur.sub nume.45. uers. sed mihi. col.3. fol.26. 1 2

Differentia quæ sit utrum instantia sit finita per sententiam diffinitiuam, uel per lapsum temporis,uel absolutionem à iudicij obseruatione.in ead.l.num. 52. col.1.fol.28.

Differentia est inter iudicium uniuersale,generale , & particulare.& adducitur ratio. De eden.l. Edita. sub nu.54.uers.Remanet igitur.col.2.fol.37.

Differentia apertissima ponitur repudiationis & renuntiationis.De pact.l.1.nu.8.col 4.fol.79.

Differentia inter transactionem & pactum super criminibus.De transact.l.Transigere.n.78.c.3.f.151.

Differentia quæ sit inter edicta & interdicta.Qui adm. in Rubr.sub nu.6.uers.& per hanc.col.4.fol.2.

Differentia an sit inter nolo adire uel non uolo esse hæres.Vnde liberi.l.Qui se patris.sub nume. 47.uers. Alexander tamen.col.3.fol.93.

Differentia emancipationis & patriæ potestatis hodie remanet in duodecim. De collat.l.si emancipati.nu. 57.col.1.fol. 127.

Differentia magna hodie remanet in collatione inter emancipatos & suos.in ea.l.nu.58.col.ea.f.eo.127.

Differentia communis inter contractus & naturam cõtractuum ad exactionem interesse tradita reprǣbẽditur. De senten. quæ pro eo quod interest.l.1.nu. 101. col.1.fol.176.

¶ *Differentiæ uera ratio inter uocem uiuam, & scripturam,uel alias probationes, assignatur. de eden.l.1. sub nu.33.uers.& uera ratio.col.1.fol. 12.*

Differentiæ inter hæreditatem & bonorum possessionem ponuntur.Qui adm.in Rubr. numer. 67. col. 2.fol.13.

Differentiæ rationes inter infantem & furiosum referuntur.Qui adm.l.infantis.nu.19.col.1.fol. 35.

Differentiæ decem inter ius ciuile & prætorium in successione remanserunt post unionem factam iuris ciuilis,& prætorij.Vnde legit.l.Certum.nu.25,col.1. fol.104.

¶ *Difficultas.l.qui se patris.C.Vnde lib. ex quibus causetur.ponitur in ipsa.nu.2.col.3.fol.86.*

¶ *Difficultates circa interesse singulare, & infinitas per imperatorem uere non poterant coarctari,quidquid dicant cæteri.De senten.quæ pro eo quod interest.l. 1.nu.11.col.1.fol.167.*

¶ *Diffinitio omnis reditur falsa si unum solum casum non comprehendit,sed regula semper est uera, licet habeat multas exceptiones.De eden.in Rubr.num. 32.col.4.fol.4.*

Diffinitio noua emendationis traditur per ueros modos diffiniendi.De eden.l.edita.nu.42.col.2.fo.36.

Diffinitio pacti declaratur , & exponuntur illa uerba,placitum,& consensus.De pact.in Rubr. nume. 24.col.1.fol.74.

Diffinitio Angeli ad suitatem ex multis reprehenditur.& reprobatur.Vnde lib.l.Qui se patris. nume. 9.col.3.fol.87.

Diffinitio noua suitatis traditur.in ea.l.numer.10.col. 4.fol.eo.87.

Diffinitio transactionis traditur. De transact. in Rub. num.13.col.2.fol.137.

Diffinitio tradita per Bart. de interesse in genere,quid quid dicant cæteri,reprobatur efficaciter ex tribus. De senten.quæ pro eo quod interest. in Rubr. num. 31.col.3.fol.148.

Diffinitio Alciati tradita de interesse in genere generalissimo.refertur in ea.Rubr.nu.35. & reprobatur multis medijs.numer.36. & noua diffinitio traditur,

ditur.nu.37.col.4.fol.eo.148.
Diffinitio prima glosæ de intereße reprehenditur, ubi sup.num.56.& secunda eiusdem glosæ diffinitio de intereße in specie approbata per doctores ex multis reprehenditur nu.57.col.3.fol.150.
Diffinitio iacobi de Rauenna ad intereße defenditur ab obiectionibus antiquorum.ibid.numero.58. colum. 4.fol.eo.150.
Diffinitio Bart. de intereße est eadem cum diffinitione iacobi de Rauenna. ubi sup. numero.59. columna. eadem.fol.eo.150.
Diffinitio Bart. & iac. de Rauen. ex multis efficaciter reprobatur.ibi.nu.60.col.ea.fol.eo.150.
Diffinitio ferrariensium ex nouis considerationibus reprehenditur.ibi.nu.61.col.1.fol.151.
Diffinitio noua traditur ad commune intereße, considerando illud dupliciter.ubi sup.numero.84. columm. 3.fol.154.
1 ¶ Diffinitiones iuramenti multæ referuntur,& noua traditur. De transact.l.siquis maior.numero.9.colum. 1.fol.170.
2 Diffinitiones non debent tradi per effectus.Qui adm.in Rub.nu.61.col.1.fol.12.
Diffinitiones de interesse traduntur pro clariori declaratione. De senten.quæ pro eo quod interest.in Rub. nu.38.col.1.fol.149.
Diffinitiones omnes doctorum de intereße estimabili uel inestimabili reprobantur.in eadem.Rub. nume. 42.col.3.fol.149.
Diffinitiones nouæ de interesse traduntur.ibi.num. 43. col.ea.fol.eo.149.
Diffinitiones Bartoli de interesse petibili uel non petibili reprobantur.ubi sup.num.47.& nouæ diffinitiones quatuor traduntur.numero.49.columna.4.fol. eodem. 149.
Diffinitiones omnes traditæ per doctores reprobãtur in ea. Rub. nu.81.col. 2.fol.154.
Diffinitiones nouæ quatuor traditæ de communi interesse reprobantur excommuniter adductis.ubi sup. numero.83.col.3.fol.eo.154.
Diffinitiones omnes doctorum de intereße nouiter reprobantur.ibi.nu.86.col.4.fol.eo.154.
Diffinitiones nouæ traduntur, considerando intereße proprium & improprium,ubi sup.numero.97. columna.2.folio.157.
Diffinitiones triginta & ultra pro cognitione terminorum traditæ summatin epilogantur. ibid. numero. 111. columna. 2. folio 159.
1 ¶ Dilatio an sit danda parti præsenti ad percunctandum acta.De eden.l.2.nu.38.col.4.fol.25.
2 Dilatio fauore filij apposita utrum corrigatur per l.quoniam in prioribus.C. de inof.test. De liber. præter. Auth.ex causa.sub.nu.40.uers.sed pro resolutione. col.4.fol.136.
¶ Disiunctio est duplex, semiplena,& plena, & utraque quæ sit.Quan.non peten.par.in Rubr. sub num.17. uersi.Disiunctio.col.4.fol.46.
1 ¶ Dispositio de præparato trahitur ad præparatorium, si ad illud est necessarium antecedens.De eden.in Rubr.nu.18.col.2.fol.3.
Dispositio generalis quomodo comprænhendat casus priuilegiatos.De eden.l.1.nu.26.col.1.fol.11.
Dispositio l.optimam.De contrah.& commit.stipul.procedit siue sint uerba enuntiatiua, siue dispositiua. De eden.Auth.si quis in aliquo.numero.46.colum. 4.fol.61.
Dispositio l.optimam non habet locum quando in alio casu extra instrumentum uerteretur quæstio.in ead. Auth.nu.47.col.1.fol.62.
Dispositio l.optimam habet locum etiam in qualitatibus quæ tempore contractus non possunt interuenire,ubi sup.nume.48.col.ea.fol.eo.62.
Dispositio l.optimam habet locum etiam inter diuersas personas in earum fauorem.ibi.numero.49. colum. 2.fol.eo.62.
Dispositio.l.optimam.differt in multis a l.1.C. de fide instrument.& iure hastæ fiscalis. lib.10. ubi sup. nu.50.col.ea.fol.eo.62.
Dispositio.l.1.C. de fi. instrum. in quibus casibus habeat locum,& eius materia breuiter narratur.ibid. nu.52.col.ea.fol.eo.62.
Dispositio loquens de pacto non comprehendit pactum tacitum.De pact.in Rubr.nu.41.col.2.fol.76. 2
Dispositio loquens de pacto non cõprehendit pactum donationis factum præsenti & tacenti sine signo ubi supra.nu.42.col.3.fol.eo.76.
Dispositio loquens de pacto non comprehendit pactum. fictumuel præsumptũ.ibid.nu.43.col.4. fol. eo.76
Dispositio facta in tempore inhabili collata in tempus habile an ualeat in materia legis fin.C. de pact.ponitur in ipsa.nu.61.col.4.fol.120.
Dispositio an & quando comprehendat futura,ponitur remissiue ibi.nu.125.col.2.fol.130.
Dispositio loquens de pœna capitali an intelligatur de exilio.De trans. l.transigere.nume. 55.columna.2. fol. 146.
2 Dispositio loquens de posthumo cõprehendit etiam posthumũ natum in uita, etiam in materia odiosa.De cõtratab.l.Posthumo.sub numero. 4.uers.Sed tamen. col.1.fol.68.
1 ¶ Dispositiones generales non requirentes præcedentem expressionem quando restringantur. De transact. l. si de certa.nu.30.col.1.fol.169.
¶ Dispositum in crimine raptus habet locum in crimine adulterij,quia æquiparantur.De transf.l.Transigere. sub nu.67. uers. Secundo adducitur.col.1. fol.149.
¶ Distinctio, an qualitas tempore instrumenti potuerit interuenire:uel non, procedit in materia. l. 1. C.de fi. instrum.ut De eden. Auth.siquis in aliquo. num. 51.col.2.fol.62.
Distinctio noua, an actiones,uel ius personale possint amitti,renũtiatione,repudiatione,uel pacto.De pact. l.1.nu.66.col.1.fol.89.
Distinctio generalis in tota materia pactorum remissiue ponitur.De pact.l. petens.nu.80.col.1. fol.113.
Distinctio noua datur,an pater possit remittere iniuriam filij.& impedire ne accuset. De transact.l.Transigere.nu.31.col.1.fol.143.
Distinctio noua,quæ conuentiones contineantur in statutis appellatione contractus.De transact.l.siue apud. acta nu.

acta.nu 22.col.1 fol.157.

Distinctio & declaratio omnium terminorum pertinentium ad materiam tractatus successionum, ponitur Qui adm.in Rub.nu.28.col.4.fol.5.

Distinctio noua & magistralis traditur, quando nobis inuitis per alium acquiratur. Qui adm.l.1.numer. 31.col.2.fol.21.

Distinctio noua, quando ius accrescendi ueniat ex sola legis dispositione, uel testatoris. Quan.nō peten. par. in Rub.nu.40.col.4 fol.50.

Distinctio noua, constituens differentiam inter testamētum secundum formam prætoriam, & formam ciuilem, per quam concordantur opiniones circa testamenti nullitatem de iure prætorio præteritione filij De contratab.l.Posthumo.numero.49.columna. 1. fol.81.

Distinctio noua per quam reducuntur ad concordiam. & saluantur opiniones in materia de qua ubi supr. nu.54.col.2 fol.82.

Distinctio noua per quam saluantur duo intellectus traditi per doct.ad. l. si.duo. De legat præstan. & declaratur plene illa lex.ibi num.63.col.1.fol.84.

Distinctio noua, quomodo hodie cognati succedere possint.Vnde legit.l.certum.nu.42.col.1.fol.107.

Distinctio quorundam modernorum inter suos hæredes & alios uocatos ad querellam, refertur in ea.l. sub nu.20.uers.ideo moderni.col.2 fol.103.

Distinctio noua ad totam materiam collationis, constituens duo genera collationis, scilicet collationem prætoriam, seu bonorū, & collationem ciuilem, seu datorum ob causam.De collat.in Rubri.numero.8.columna.2. fol. 115.

Distinctio plena an Auth ex causa.C.de liber.præter. habeat locum in posthumo præterito a patre uel matre ponitur in ipsa.nu.31. col.3. fol.134.

Distinctio una traditur in materia interesse, uidelicet, quod interesse aut consideratur ex se, & in substantia, aut pro eo quod exigitur a Reo. & nouiter diffinitur interesse.De senten.quæ pro eo quod interest in Rubr nu.62.col.1.fol.151.

Distinctio noua, quomodo affectio ex satisfactione animi non ueniat in condemnatione.ubi sup.nume.90. col.1.fol.156.

Distinctio noua traditur ultra omnes, qui sint casus certi & incerti.De sentent.quæ pro eo quod interest.l. 1.nu.56.col.3.fol.170.

Distinctio noua traditur quando interesse singulare exigi possit.ibi.nu.76.col.2.fol.173.

Distinctio tradita per Alci.de affectio.reprobatur ubi sup.nu 81.col. 4 fol eo.173.

Distinctio noua traditur contra omnes.ibi numero.82. col.ea. fol.eo. 173.

Distinctio Alciati reprehenditur.ubi sup.numero. 89. col.4 fol 174.

Distinctio Decij reprobatur.ibid.numero. 90 columna. ea.fol.eo 174.

Distinctio noua ultra omnes datur.ibi numero.92.colu. 1.fol.175.

Distinctio Bart.circa tradentem rem malam uel uitiosam reprehenditur.in ea.l.nu.97.col.3.fol.eo.175.

Distinctio Alciati penitus reijcitur. in eadem.l. num. 99. col.4 fol.175.

Distinctio noua ultra omnes traditur.ibi.numero.101. col.1.fol.176.

Distinctio noua concordans leges loquentes de lucro. ibi.nu.121.col.3.fol.177.

Distinctio communis subtiliter reprobatur per Alciatum, & noua traditur.ubi sup nu.138.c.1.fol.180.

Distinctio noua Alciati reprehenditur. ibid.numero. 139 col.ea.fol.eo.180.

Distinctio noua traditur ultra omnes circa pœnam conuentionalem.ibi.nu.140.col.2.fol.180.

Distinctio nouissimorum in obligatione rem dari, reprobatur.ubi.sup.nu.145.col.4.fol.eo.180.

Distinctio Bart.circa formam articulorum in materia singularis interesse reprehenditur.ubi sup. numero. 166.col.3.fol.182.

¶ Distractus in iure nostro considerantur tribus modis. De transact.l.siue apud acta.numero. 70.columna. 2.fol.164.

¶ Diuisio breuis & substantialis, an pactū sit contra legē. De pact.l.1 nu.89.col.3.fol.91.

Diuisio noua. de interesse magis substantialis traditur omnia comprehendens. De senten. quæ pro eo quod interest.in Rub.nu.108.col.1.fol.159.

¶ Diuisiones multas de interesse per nouissimos positas inutiles esse demōstratur. De sentē.quæ pro eo quod interest.in Rub.nu.107.col.4.fol.158.

Diuisiones tredecim, tres in genere generalissimo, & decem in genere subalterno totam materiam complectentes, summatim repetuntur in ea.Rub. nume. 110.colum.1.folio. 159.

Doctores qui constituerunt regulam negatiuam in materia editionis reprobantur. De edend.l. fina.numero. 24 col.1.fol.67.

Doctores antiqui uolentes doctrinam suam in externis studijs ostendere, repetebant.l. 1.C. de senten. quæ pro eo quod interest.ut eod.tit. in Rubric.numero. 2. col.1.folio.146.

¶ Doctorum omnes opiniones reprobantur, quid sit illud duplum, ad cuius simplum restringitur singulare interesse. De senten.quæ pro eo quod interest. l. 1. nu. 10.col.2.fol.162.

Doctorum omnes intellectus in uers.fin.d.l.reijciuntur. in ea.nu.14.col.3.fol.eo.162.

Doctorum omnes determinationes circa interesse reprehenduntur.ibi.nu.75.col. 1.fol.173.

¶ Documentum se referens ad aliud documentum appellatur memoria, quæ concipi potest tribus modis. De eden. Auth.si quis in aliquo.nu.4.col.3. fol. 55.

Documentum referens scripturam aliam non facit fidē donec appareat relata, & ex hac memoria nulla fit exactio. in ea. Auth. sub numero. 6. uersi. Sed ijs. columna.1. fol.56.

¶ Dolus in litigando an faciat transactionem non ualere, & actio de dolo competat. De transact. l. siue apud acta.nu.63.col.2.fol.163.

Dolus inductiuus transactionis an redat transactionem ipso iure nullam, & quando competat actio de dolo. ubi sup.nu.64.col.ea.fol. eo.163.

Dolus

Dolus uel culpa in periurio à quo debeat probari. De transf.l.siquis maior.nu.17.col.3.fol.172.
2 Dolus uenditoris præponderat culpæ emptoris in retentione.de senten.quæ pro eo quod inter.l.1.sub num. 25.uers.& hunc intellectum.col.2.fol.165.
1 ¶ Dominium momentaneum non habetur in consideratione. De pact.l.fin.sub numero.139.uers.nec obstant. col.1.fol.133.
Dominium non extinguitur per transactionem,et durat actio.de transact.l.siue apud acta.sub numero. 65. uers.glosa in uerbo.col.3.fol.163.
2 ¶ Dominio rerũ mortuo, omnia iura et bona ipsius conguruntur simul, & faciunt unum.ius uniuersale quod appellatur hæreditas,& repræsentat defunctũ. Qui adm.in Rub.sub numer.64.uers.Sed incontrarium. columna.1.fol.13.
1 Dominus manumittende seruum accipiens ab eo pecuniam ex conuentione, priuatur eius successione. De pact.l.fin. sub nu.110.uers.Prædicta tamen.col. 3. folio.128.
2 Dominus uel seruus, pater uel filius de iure antiquo quando inuicem poßent sibi præiudicare in hæreditate,epilogatur.Qui adm.l.1.nu.39.col.4.fol.22.
¶ Domus appellatione quid ueniat.de senten.quæ pro eo quod interest. in Rubr.num.104.col.2.fol.148.
1 ¶ Donans post mortem suam bona sua an faciat donatio inter uiuos uel causa mortis. de pact.l. fin.numero. 120 col.4.fol.129.
Donans bona sua post mortem simpliciter uidetur donare inter uiuos, in dubio.in eadem.l.numer.121.col. eadem.fol.eo.129.
Donans bona sua facta mẽtione mortis per modũ causæ finalis, dicitur donare causa mortis, fallit in tribus casibus.in ea.l.nu.122.col.ea.fol.eo.129.
Donãs omnia bona sua præsentia,uel simpliciter omnia bona,sua,facit donationem interuiuos, & ualet. ubi sup.nu.123.col.1.fol.130.
¶ Donatio omnium bonorum facta in pœnam reuocationis testamenti,non ualet.ibi numero 124.columna. 2.folio. eo.130.
Donatio omnium bonorum collata post mortem donantis,ualet,non obstante.l. fin.C.de pact.ut in ipsa nu. 87.col.2. fol.124.
Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, ualeat,late discutitur,et concluditur quod non in.ea. l.nu.126. col.2.fol.130
Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum facta ecclesiæ,an ualeat,late discutitur, & concluditur quod non. ibi.num.128.col.1. fol.131
Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, cum reseruatione,& poßit testari ualet.ubi sup.nu. 129.col.2.fol.eo.131.
Donatio omnium bonorum cum reseruatione usus fructus,an ualeat. ibi. numero. 130. columna.eadem. fol.eodem.131.
Donatio omnium bonorum factæ cum reseruatione alicuius modici,non ualet.ubi supr. numero.131. col. 3.fol.eo.131.
Donatio omnium bonorum facta cum reseruatione restricta ad certam causam an ualeat.ibi.num. 132. col.ea.fol.eo.131.
Donatio omnium bonorum facta cum reseruatione,quæ postea fuit donata donatario, uel alteri an uitietur. in ea.l.nu.133.col.1.fol.132.
Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, non facta mentione de prætiosis,an ualeat.ibi.num. 135.col.2.fol. eo.132.
Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, non translato dominio an ualeat.ibid. numer. 137. col.3.fol.eo.132.
Donatio de summa certa maxima quæ absorbeat omnia præsentia & futura,an ualeat. ubi sup. numero. 139.col.4.fol.eo.132.
Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum. facta ab eo qui prohibetur testari, an ualeat.in ead. nu.140.col.1.fol.133.
Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum cum iuramento,an ualidetur. ibi.numero.141. col. 2.fol.eo.133.
Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, an sit duplex, una præsentium, & alia futurorum, & an una,uel tota infirmetur, late discutitur,& distinguitur.ultra alios.ibi.numero. 142.columna. 2. folio.eo.133.
Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, cum clausula,quod sint tot donationes, quot rex, an ualeant.in ea.l.nu.143.col.1.fol.134.
Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum facta inter fratres,si alter alteri superuiuat, an ualeat,remissiue.ibi.nu. 144.col.ea.fol.eo.134.
Donatio omnium bonorum mobilium & immobilium an ualeat.ibi.nu.145.col.ea.folio.eo.134.
Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum pronomine,uel suorum,an ualeat.ibi.nu.146.col.2. folio.eo.134.
Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum an poßit confirmari per principem.ubi sup. numer. 147.col.ea.fol.eo.134.
Donatio omnium bonorum ualida an diminuatur occasione dotis dandæ.sicut prohibitio alienationis.ibid. nu.148.col.3.fol.eo.134.
Donatio omnium bonorum facta absente donatario, quomodo ualent,non sequta ratificatione.ibid.num. 149.col.ea.fol.eo.134.
Donatio facta absenti cum promißione iurata de non reuocando, an poßit reuocari ante ratificationem.ibi. nu.150.col.4.fol.eo.134.
Donatio omnium bonorum facta inuicem inter fratres, an per confusionem tollatur.ubi supr.numero. 151. col.ea.fol.eo.134.
Donatio hæreditatis,nullo reseruato, an ualeat.ibi. nu. 152.col.1.fol.134.alias.135.
Donatio de patrimonio suo, nullo reseruato,an ualeat. ibi.nu.153.col.2.fol.eo.135.
Donatio regulariter reuocatur per superuenientiam liberorũ,siue sit de omnibus bonis,siue de minori quãtitate, dummodo si habuißet liberos, non fecißet. De pact.l.1.nu.36.col.2.fol.83.
Donatio omnium bonorum est donatio causa mortis,uel interuiuos. De pact.l.fin.sub.nu.87.uers. ex ultima

parte. col.3.fol.124.

Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum non ualet,& est communis opinio a,qua nemo discrepat.in ea.l.sub numero.127 uers.ex quibus.colu.1. folio.131.

Donatio super bonis futuris non est uera donatio,& est conclusio communis,declarata ubi sup.sub nu.117. uers.non obstat.col.4.fol.130.

Donatio cum reseruatione certæ pecuniæ, ut de ea possit in uita disponere,non ualet.ubi sup.sub. nu. 132. uers.similiter.col.4.fol.131.

Donatio secunda an & quando tollat primam. in ea.l. nu.133.col.1.fol.132.

Donatio quando comprehēdat etiam pretiosa,distinguitur.ubi.sub numero.136. uers.& ideo.columna. 2. fol.eo.132.

2 Donatio simplex.facta filio in potestate an sit conferenda,latissime discutitur De collat.l.si emancipati.nu. 50.col.2.fol.125.

Donatio simplex regulariter non confertur à filijs in potestate.in ea.l.nu.52.col.2.fol.126.

Donatio facta filio in potestate cum iuramento an conferenda sit.ubi sup.nu.55.col.3.fol.126.

Donatio an conferatur,discutitur in ea.l.sub.num. 50. uers.in contraria,col.3.fol.125.

Donatio quæ remanet in hæreditate non confertur ut peculium profecticium.ubi sup.uers. Secundo adducitur.col.4.fo.eo.125.

Donatio facta à patre filio propter benemerita, ualet, quia est aduentitia acquisitio.ubi sup.sub.num. 54. uers.Septimo.col.3.fol.126.

Donatio facta filio in potestate non confertur, siue ab initio ualeat,siue non quia non continetur sub collatione datorum, & non habet locum collatio bonorū, & hoc regulariter.fallit tamen ut ibid. sub nu. 55. uers.& constituenda.col.4.fol.eo.126.

1 Donatio an sit contractus.De pact.l.fin.numer.65.col. 1.fol.121.

2 ¶Donationes factæ emancipatis ante & post emancipationem conferantur.De collat.l.si emancipati.nume. 53.col.2.fol.126.

Donationes factæ filio in potestate ualidæ an conferri debeant.in ea.l.nu.54.col.3. fol.126.

Donationes simplices non conferuntur nisi expresse dicatur.ubi supra.sub.numero.50.uers.Secundo facit. col.3.fol.125.

Donationes ob causam uidentur esse factæ ex quadam necessitate ordinis naturæ,& non ciuilis.de quo ubi sup.uers.Quinto facit.col.4.fol.eo.125.

1 ¶Donationis instrumento si contineatur,quod donans promittit non reuocare donationem ex quacunque causa,uel ingratitudine.non obstante pacto,si superuenerit ingratitudo,poterit eam reuocare.De pact.l. fi. sub nu.96.uers.& ideo Bald.col.4.fol. 125.

¶Donationum diuersæ conceptiones considerantur. De pact.l.fin.sub.nu.152.uer. unde concordando. colu. 1.fol.134.uult.dicere.135.

2 ¶Dubitatio fuit in.l.emācipata. C. qui adm. an bonorum possessio transmittatur ratione suitatis.ut in ipsa.nu. 19.col.3 fol.37.

Dubitatio principalis examinatur in.l.Posthumo.C.de contratab.an uires testamenti prætorij communicata fuerint cum testamento ciuili in modo rumpendi & reconualescendi ut in ipsa. nu. 10.col.1.fol.69

¶Dubitationes iuris in.l.Qui se patris.C.unde lib.insurgunt propter breuitatem legis ut in ipsa.numer.30. col.4.fol.90.

Dubitationes antiquorum quales fuerint ante.l.1.C.de sentent.quæ pro eo quod interest. ad eius intelligentiam necessario perquirendas esse demonstratur.in ipsa.nu.2.col.1.fol.161.

Dubitationes antiquas fuisse circa quantitatem interesse,demonstratur.in ea.l.nu.5.col.4.fol.161.

Dubitationes antiquas solum circa singulare interesse fuisse asseritur. ibi.nu.6.col.ea.fol.161.

Dubitationes antiquæ quæ fuerint,latius discutitur.ibi nu.40.col.1.fol. 167.

¶Duces proponendo edicta an faciant ius ciuile uel prætorium.Quia adm.in Rub.nu.41.col.2.fol.9.

Duces an faciant ius ciuile uel prætorium. datur noua declaratio.ibi.nu.42.col.ea.fol.eo.9.

Duces sunt iudices ordinarij in feudis suis, & ex ui iurisdictionis possunt proponere edicta quæ faciunt ius prætorium.ubi sup.nu.43.col.3.fol.eo.9.

E

1 EA Quæ sunt in conditione non uidentur esse in dispositione. De pact.l.1.sub.nu.46.uers. & hæc conclusio.col.4. fol.84.

¶Ecclesia an & quomodo admittunt pœnas periurij. De transact.l.siquis maior.sub nu. 14.uers. nec obstat col.3.fol.171.

¶Edere an sit demonstrare.De eden.in Rub. sub nu. 39. uers.ex tertia.col.2.fol.6.

¶Edicta prætorum quæ remedia producant,nouiter declaratur. De eden. l.1.nu.81.col.3.fol.19.

2 Edicta in genere quid sint,& quomodo diffiniatur.Qui adm.in Rub.nu.2.col.3.fol.2.

Edicta in propria & speciali significatione sumpta non possunt fieri nisi,a,magistratibus recognoscentibus superiorem.ubi sup.nu.3.col.3.fol.eo.2.

Edicta magistratuū aut sunt publici iuris, aut priuati. ibi.nu.4.col.4.fol.eo.2

Edicta priuati iuris fiunt à magistratibus in administratione iustitiæ inter priuatos.ubi sup. numero.5.col. ea.fol.eo.2.

Edicta publici iuris pertinent ad materiam successionū & quomodo diffiniantur. ubi sup.numero.7. colum. 1.folio.3.

Edicta publici iuris differunt in quinque a legibus & alijs partibus iuris ciuilis.ibid.numero.8.columna. ea.fol.eo.3.

Edicta magistratuum non possunt in totum abrogare legem,sed solum eam suspendunt per modum cuiusdam effectualis obseruantiæ. ibi nu. 9.colu. eadem. fol.eo.3.

Edicta qui magistratus facere poterant in ciuitate romana, & causa introducendi potestatem faciendi edicta contra legem fuit triplex.ibi.numero. 10.& 11. colum.

11.col.2.& fol.eo.3.
Edicta prætorum durabant per annum tantum.ibid.nu. 12.col.3.fol.eo.3.
Edicta prætorum nec olim habebant, nec hodie habent authoritatem legis.ibi.nu.3.col.1.fo.7.
1 ¶ Edictum de eden.est ordinarium in sua specie iurisdictionis.de eden.l.1.nu.92.col.1.fol.21.
Edictum perpetuum quod fuerit.de eden.l.edita.num. 148.col.4.fol.52.
Edictum.ff.de eden.non cogebat mercatores edere rationes priuatas.de eden.l.fi.nu.1.& per l.non est nouum.& l.iustum.fuit dispositum ut priuatæ rationes edi deberent.nu.2.col.3.fo.64.
2 Edictum perpetuum quare factum fuerit,& à quo.qui adm.in rub.nu.13.col.4.fo.3.
Edictum perpetuum redactum in corpore iuris differt in quatuor, etiam hodie,a,legibus.in ea.rub.n.14. col.ead.fol.eodem.3.
Edictum successorium est uocatio sequentis in gradu uel capite in locum deficientis tempore,repudiatione,uel morte.quan.non petent.par.in rub. sub num. 14.uer.& diffinitur.col.3.fol.46.
Edictum successorium habet locum ex sola legis dispositione: coniuncta uoluntate testatoris, nec requirit quod succedere uolens,sit uocatus ad aliquam partem.in eadem rub.sub numero.26.uer.Differt.colu. 4.fol.47.
Edictum successorium quotuplex sit,& quando habeat locum de iure ciuili.unde liber.l.qui se patris. num: 25.col.1.fol.90.
Edictum successorium iuris prætorum quid sit,& quot modis fiat.ibi.nu.26.col.2.fol.eo.90.
Edictū successorium iuris prætorij generalissime procedit inter suos,& agnatos,& cognatos,siue repudiēt sui,siue ignorantes moriantur, uel aliter non accepent.ibi.nu.27.col.3.fo.eo.90.
Edictum successorium secundum legem duodecim tabularum non erat permissum.in ea.l.nu.63.colum.4. folio.95.
Edictum successorium post beneficium abstinendi receptum fuit a iure ciuili de capite in caput sequta abstensione.ubi supra numero 64.columna eadem folio.eodem.95.
Edictum successorium de iure ciuili non fuit receptum stantibus suis, & non abstinentibus. ibidem nu. 65.colum.2.fol.96.
Edictum successorium an sit inductum per §.placebat: in terminis.d.l. qui se patris. & concluditur quod nihil immutauit de terminis.d.le. ut in ipsa.nu.66. col.3.fol.eo.96.
Edictum successorium de persona in personam introductum est in transuersalibus agnatis nullo existente suo.ubi sup.sub nu.67.uer.igitur.col.1.fo.97.
1 ¶ Editio uocis uocalis fit tribus modis.de eden. in rubri. nu.4.col.4.fol.1.
Editio scripturarum fit quatuor modis.ubi sup. nume. 5.col.ea.fol.eo.1.
Editio uocis & scripturarum fit ad sex fines seu ad sex effectus.ibi.nu.6.col.ea.fol.eo.1.
Editio principaliter fit ex quinque causis.ubi sup.num: 7.colum.1.fol.2.
Editio quæ fit ex causa litis existentis ad ueritatem inuestigandam, est illa de qua tractatur in titulo de eden.& pro ea competit officium mercenarium. ibi. nu.8.col.ea.fol.eo.2.
Editio de qua in titulo de eden.est subsidiaria.& est debilior cæteris aliis speciebus seu causis edendi, & appellatur editio iudiciaria, & differt ab edicto prætoris ff.de eden.ubi sup.nu.9.col.ea.fo.eo.2.
Editio actionis non est præparatorium iudiciorum, sed pars eorum.ibi.nu.35.col.2.fo.5.
Editio generalis fit uarijs modis,ad uarios fines.& ex uarijs causis.de eden.l.1.nu.10.co.3.fo.8.
Editio quæ fit ex causa litis pertinens ad titulum,C.de eden.dicitur iudiciaria.ibi nu.12.co.ea.fol.8.
Editio regulariter est fienda.in ea.l.nu.72. columnn. 1. folio 18.
Editio an petatur iure actionis,uel officio iudicis late discutitur.ibi.nu.74.col.2.fo.eo.18.
Editio fit iure actionis si fundatur in iure reali uel quasi.ibi.nu.75.col.3.fol.18.
Editio scripturarum ultimæ uoluntatis fit iure actionis ibi.nu.76.col.ea.fo.eo.18.
Editio fit iure actionis propter præcedentem promissionem.ibi.nu.77.col.ea.fol.eo.18.
Editio quæ fundatur in solo fauore ueritatis inuestigādæ fit officio iudicis mercenario. in ea.l.num.78. colu.4.fol.eo.18.
Editio actorum quando fiat officio mercenario, uel nobili.ibi.nu.79.col.ea.fo.eo.18.
Editio ex natura publici officij assumpti per quæ remedia fiat,ibi.nu.80.col.ea.fol.eo.18.
Editio ex edicto de eden.fit officio iudicis nobili.ibi.nu. 82.col.4.f.19.
Editio an petatur iure actionis, uel officio iudicis, qui effectus sint.ibi.nu.84.col.1.f.20.
Editio rationum & instrumentorum non fit nisi ex causa, sed editio actorum fit indistincte. de eden.le.2. sub nu.18.uer.secunda est.col.2.fo.23.
Editio fit ad ueritatem inuestigandam, & quomodo. in ea.l.sub numer.19.uersicu.Secundo nota. colum. 3.fol.23.
Editio in causa criminali an & quando fienda sit, & declaratur lex qui accusare. C. de eden. ubi supra sub nu.46.uer.nec obstat.col.1.f.27.
Editio actionis fit in scriptis & sine scriptis,in scriptis dicitur libellus, sine scriptis appellatur dictatio. de eden.l.edita.nu.5.col.4.fol.31.
Editio in generali materia petitur principaliter ex quinque causis, nouiter declarando ultra doctores. de eden.l.fi.nu.26.col.2.fol.67.
Editio de qua in d l.fi.& toto titul.petitur ex sola causa inuestigandæ ueritatis, quando lis est inter partes, & de rationibus priuatis.in ea.l.nu.27.col.ea. fol.eodem 67.
Editio an fiat pro exceptione compensationis.ibi sub nume.31.uer.sed ego puto.col.3.f.68.
Editio in causa alimentorum quando fienda sit.ibi. sub nu.44.uer.& hic.col.4.fo.69.
¶ Editionis coactionem inducendi quinque sunt causæ. de eden.

eden.l.1.nu.11.col.3.fol.8.

Editionis omnes species possunt contineri sub editione iudiciaria.in ea.l.nu.68.col.3.f.17.

Editionis in materia generali,contra doct.fienda est regula affirmatiua,quod editio regulariter est fienda. ubi sup.nu.72.col.1.f.18.

Editionis tota materia breuibus uerbis reassumitur. ibi.num.73.col.2.fol.eo.18.

¶ Effectus qui sint,an petatur editio iure actionis uel officio iudicis.de eden.l.1.nu.84.co.1.f.20.

Effectus tres nascuntur ex transactione.de transact. in rub.nu.17.col.4.f.137.

Effectus quinque resultant, quod pœna imponatur ipso iure,uel per sententiam condemnatoriam, & primus,quod non facit fructus suos.de transa. l.siquis maior.nu.85.col.4.fol.184.

2 Effectus contratabulas est, quod rumpit testamentum ciuile,& aliquando facit succedi ab intestato. de cō tratab.in rub.nu.6.col.2.f.66.

Effectus institutionis qui sint de iure antiquo & nouo. de liber.præter.Authen.ex causa.numer.7. colum. 3.fol.129.

Effectus exhæredationis qui sint de iure antiquo & nouo.ubi sup.nu.8.col.ea.f.eo.129.

Effectus præteritionis paternæ de iure antiquo & nouo.ibi.nu.9.col.129.

Effectus præteritionis maternæ de iure antiquo & nouo.ibi.nu.10.col.1.f.130.

1 ¶ Electio in casibus.l.siue apud acta.C.de transacti. tribuitur ante implementum suum,an uelit resolui trāsactionem,uel obseruari,ut in ipsa.numer.16. colu. 1.fol.154.

Electio quæ competit Reo in terminis.d.l.siue apud acta,datur usque ad sententiam.in eadem l.nume. 68. colum.1.fol.164.

2 Electio est creditoris in obligatione facti. de sent. quæ pro eo quod interest.l.1.sub nu.131.uer.ex secunda col.2.fol.179.

1 ¶ Eligens præparatoria necessaria ad actum uidetur eligere præparata.de eden.in rubric.num.16.columna. 1.fol. 3.

Eligens præparatoria utilia, siue præparata non uidetur eligere præparatum.ubi supra nume.17.colum. 2. fol.eodem.

2 ¶ Emancipati iure ciuili non uocabantur ad successionem. sed prætores eos uocauerunt in edicto suo, loco suorum hæredum,dando bonorum possessionem unde liberi.& alia de ipsis. Quando non peten.par.le. 1. sub numer.25.uersicul.Secundum.col.4.fol.55.

Emancipati non sunt hodie agnati.Vnde lib.l.qui se patris.nu.79.col.1.fo.99.

Emancipati emancipatis non tenentur conferre.de coll. l.si emancipati.nu.4.col.4.fol.116.

Emancipati an teneantur conferre emancipatis simplices donationes.in ea l.nu.42.col.4.f.123.

Emancipati an hodie teneantur conferre suis aduentitia.ibi.nu.46.col.4.fol.124.

Emancipati tenentur conferre suis ex duplici collatione, & quomodo conueniri debeant. ubi supra num. 47.colum.1.fol.125.

Emancipati quæ inuicē teneantur conferre,& quæ non. in eadem l.sub numer.43.uersi.& sic remanet. colum.2.fol.124.

¶ Emancipationem allegans illam tenetur probare.de col. l.si emancipati.nu.8.col.3.f.117.

¶ Emancipationis & patriæ potestatis differentia hodie remanet in duodecim.in d.l.si emancipati. nu. 57. col.1.fol.127

¶ Emancipatis sui non tenentur conferre.in ea.l.nu.5. colum.1.f.117.

Emancipatis an sui conferre teneantur, & quæ conferant.ibi.nu.16.col.4.f.118

Emancipatis an sui conferant, noua datur declaratio. ibi nu17.col.1.fol.119.

¶ Emancipatorum filii nec hodie sunt proprie agnati.unde lib.l.qui se patris.nu.80.col.3.f.99.

¶ Emancipatus utrum de iure prætorio transmittere posset iure suitatis.qui adm.l.emancipata. sub nu. 20. uer.fuit igitur.col.4.fol.37.

Emancipatus petit contratabulas,quæ postea conuertitur in secundum tabulas si ille ommisit. de contratabul.l.posthumo.sub num.27.uers.Tertio facit. colu. 4.fol.72.

Emancipatus filius etiam hodie non est agnatus patri, nec suis fratribus,& tanto minus nati ex ipso.unde lib.l.qui se patris.sub num.79.uers.ex secunda. colum.2.fol.99.

Emancipatus uel eius filij an comprehendantur statuto faciente mentionem de agnatis.in eadem.l.num. 83 colum.1.fol.100.

Emancipatus uel filius eius an comprehendatur in inuestitura feudi accepta pro se & suis agnatis. ubi supra uersicul.& de dispositione.colum.eadem. fol. eodem 100.

Emancipatus uel eius filius non excludunt fœminas, uel cognatos, stante statuto quod agnati excludant fœminas uel cognatos,quia ipsi non sunt proprie agnati.ibi uer.Secundo.col.ea.f.eo.100.

Emancipatus institutus est cognitus iure ciuili. unde legit.l.certum.sub nu.47.uersi. & hoc comprobat. colum.3.fol.108.

Emancipatus an teneatur conferre emancipato.de colla.l.si emancipati.sub nume.2. uersic. emancipatus uero.col.2.fol.116.

1 ¶ Emendans non tenetur ad expensas quando cessat temeritas.De edend.l.edita.nu.151.col.2.f.53.

¶ Emendatio,mutatio, & cumulatio secundum formam traditam in edicto est permissa.de eden.l.edita.nu. 7.col.1.fol.32.

Emendatio quomodo sit remissa arbitrio iudicis.in ead. l.nu.29.col.1.f.35

Emendatio an dicatur fieri quando petuntur centum, & postea quinquaginta.ibi.num.34. columm. 2.fol. eodem 35.

Emendatio non cadit proprie in libello nullo.ibi.nu.36 col.3.fo.eo.35.

Emendatio an possit fieri per adiectionem uel detractionem.ibi.nu.37.col.4.fol.eo.35.

Emendatio in uniuersalibus non potest fieri post litis contestationem.ibi.nu.66.col.3.f.37.

Emen-

Emendatio an fieri possit post litis contestationem, late discutitur. ibi. nu. 60. col. 2. f. 38.

Emendatio circa rem, edendo aliam contentam sub eadem actione, quomodo possit fieri post litis contestationem. in ea. l. nu. 73. col. 2. fol. 41.

Emendatio circa rem, detrahendo & liti renuntiando quomodo possit fieri post litis contestationem. ibi. nume. 74. col. 3. fol. eo. 41.

Emendatio addendo accessoria post litis contestationē fieri potest. ibi. nu. 75. col. ea. f. eo. 41.

Emendatio circa qualitates potest fieri usque ad sententiam. ibi. nu. 76. col. ea. f. eo. 41.

Emendatio circa qualitatem quæ tollitur per electionē fieri non potest. ibi. nu. 78. col. 4. f. eo. 41.

Emendatio declaratoria libelli quomodo possit fieri usque ad sententiam. ibi. nu. 79. col. 1. fo. 42.

Emendatio regulariter fieri potest ante litis contestationem, ampliatur in septē casibus, & limitatur in undecim casibus magistraliter & succincte. ibi. nume. 84. col. 4. fol. eo. 42.

Emendatio post litis contestationem fieri non potest, & limitatur decem modis breuiter & succincte. ubi supra nu. 85. col. 1. fol. 43.

Emendatio & mutatio capiuntur in genere & in specie, & differunt & conueniunt uarijs modis accipiēdo. ibi. nu. 87. col. 3. f. eo. 43.

Emendatio non permittitur nisi saluo iure deliberandi, & intereße Rei. ibi. nu. 149. col. 1. fol. 53.

Emendatio semper est permißa, siue sit in fauorem Rei, siue in fauorem Actoris. fallit tamen ut ibi. sub nu. 26. uer. unde restat. col. 3. fol. 34.

Emendatio in diuersis partibus libelli permittitur. ibi. sub nu. 28. uer. & hoc. col. 4. f. eo 34.

Emendatio quare sit permißa usque ad sententiam, & non sic mutatio. in ea. l. sub. nu. 60. uers. ergo generaliter. col. 3. fol. 38.

Emendatio in genere compræhendit omnem alterationem etiam in totum, in specie uero præsupponit quod substantia remaneat, & aliqua alteratio fiat in tota re. ibi. sub nu. 87. uer. similiter. col. 3. fol. 43.

Emendatio in specie & mutatio tertio modo sumpta in quo conueniant. ibi. uer. intantum. col. ea. f. eo. 43.

¶ Emendationem non poße fieri post litis contestationem ex nouis fundamentis comprobatur. in d. l. edita. nu. 61. col. 4. fol. 38.

¶ Emendationis diffinitio quæ continet sex species emendationis saluatur. in ea. l. nu. 40. col. 1. f. 36.

Emendationis noua diffinitio traditur per ueros modos diffiniendi. ibi. nu. 42. col. 2. f. eo. 36.

2 ¶ Emphyteosi conceßa pro se & legitimis hæredibus, an instituti admittantur. quand. non petentium par. l. 1. nu. 11. col. 4. fol. 53.

1 ¶ Emphyteosis an possit reuocari si emphyteota uadit uagabundus, & ignoratur an uiuat. de pact. l. 1. nume. 58. col, 2. fol. 87.

2 Emphyteosis conceßa pro se & legitimis hæredibus quas personas compræhendat. quan. non peten. par. l. 1. nu. 10. col. 2. fol. 53.

1 ¶ Emphyteota qui cecidit à iure suo propter canonem nō solutum, an cadat à pacto luendi. de pact. le. petens. nu. 77. col. 4. fol. 112.

Emphyteota ceßans per unum annum soluere canonem an priuetur iure suo, & concluditur quod non. De transact. l. si quis maior. nu. 29. col. 3. f. 175.

Emphyteota ceßans soluere an priuetur omnibus melioramentis. ibi. nu. 30. col. 1. fol. 176.

¶ Emptor in contractu usurario semper moratur in peccato, & non potest præscribere. de pac. l. petens. sub num. 42. uer. Limitatur col. 1. fol. 105.

Emptor non soluens partem pretii in contractu iurato, an priuetur omni iure suo. De transact. l. si quis maior. nu. 32. col. 1. f. 176.

2 Emptor non est heres, nec uere, nec ficte, quia totum ius uniuersale remanet penes hæredem, & etiam remanet portio &c. ut quan. non peten. par. l. 1. sub num. 23. uer. & hoc. col. 2. f. 55.

1 ¶ Epilogatio breuis continens ordinate totam materiam cumulationis. de edendo. l. edita. num. 133. columu. 4. fol. 50.

Epilogatio breuis totius materię auth. si quis in aliquo. C. de eden. & eorum quæ nouiter dicuntur contra dicto. in d. auth. nu. 65. col. 4. f. 63.

Epilogatio breuis quando editio fienda sit, continens totam materiam. de edendo. l. fina. num. 54. colum. 2. fol. 71.

Epilogatio breuis & substantialis, quando & quomodo iuri de futuro renuntiari, repudiari, uel per pactum remitti possit. de pact. l. 1. nu. 86. col. 2. f. 91.

Epilogatio totius materiæ transactionis. de transact. l. transigere. nu. 86. col. 3. f. 152.

Epilogatio magistralis quando actori competat actio ex transactione, & quando dicatur adimpleuiße. de transact. l. siue apud acta. nu. 56. col. 2. f. 162.

Epilogatio magistralis totius materiæ transactionis. de transac. l. si de certa. nu. 29. col 4. f. 168

2 Epilogatio quando pater & filius, Dominus & seruus de iure antiquo inuicem poßent sibi præiudicare in hæreditate. Qui adm. l. 1. nu. 39. col. 4. f. 22.

Epilogatio totius materiæ transmissionis qui adm. leg. emancipata. nu. 39. col. 1. f. 41.

Epilogatio breuis, quomodo succedatur patri facto testamento, in quo filius in potestate, uel emancipatus est preteritus. de contratab. & l. posthumo. num. 71. colum. 2. fo. 85.

Epilogatio breuis & substantialis, quomodo & quando filij teneantur conferre. de colla. l. si emancipati. nu. 61. col. 3. f. 127.

Epilogatio breuis quomodo & quando conseruatio cæterorum fiat per auth. ex causa. C. de lib. præt. in ipsa auth. nu. 70, col. 1. f. 142.

¶ Estimatio rei quæ maior fuerit est illa quæ duplatur, Estimatio quantiplurimi fuerit a die moræ est illa quæ attenditur. de sent. quæ pro eo quod interest. l. 1. nu. 11. col 2 f 162.

1 ¶ Etas maior à quo debeat probari. de transactio. l. si quis maior. nu. 39. col. 2. f. 162.

Etas maior an requiratur tempore contractus uel contrauentionis. ibi. nu. 41. col. 3 f. eo. 177.

2 ¶ Ethymologia uocabuli. posthumus, multipliciter discutitur, de contratab. l. posthumo. nu. 2. col. 4. fol. 66.

Exa-

1 ¶ Exactio an fiat ex scriptura referente, uel relata. De eden. Auth. siquis in aliquo nu.8.col.2.f.56.
Exactio an ex instrumento fieri dicatur si sententia est lata ad eius executionem. ubi supra nu.11. colu.4 fol.56.
Exactio, secundum ueritatem, solum fit ex sententia lata super instrumento, & actione ab eo nata. cum ratione.ibi.uers.nam secundum.col.1.fol.57.
2 ¶ Excedens & ex excessum licet sint diuersa in indiuiduo, non tamen sequitur quod sint diuersa in specie. De sent.quæ pro eo quod interest.in rub.sub nu. 75. uers.non obstant. col.2.f.153.
1 ¶ Exceptio omnis nititur æquitate.de eden.l.fi. sub num. 28.uers.confirmatur.col.3.f.67.
Exceptio extenditur ad casus similes.de transact.l.trāsigere.sub nu.67. uers.Tertio adducitur.columm.2. fol.149.
2 Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis. de coll.l.si emancipati.sub nu.55.uers. contrariam tamen.col.4.f.126.
1 ¶ Exceptiones dilatoriæ & incompetentiæ iudicis possunt opponi usque ad sententiam. De eden.l.edita.sub nu. 61.uer.suadetur etiam.col.1.f.39.
¶ Exculpatio permittitur in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis.de transac.l.Transigere. numer. 29. colum.3.fol.142.& sub num.43.uers. Tertio. col. 4.fol.144.
2 ¶ Executio sententiæ quomodo fieri debeat in interesse. de sentent.quæ pro eo quod interest.l.1. num. 177. col.2.fol.183.
1 ¶ Exempla plura emendationis ponuntur.de eden.l. edita.nu.35.col.3.f.35.
2 Exempla multa ponuntur de interesse inestimabili petibili.de sent.quæ pro eo quod interest.in rub.nume. 46.col.4.fol.149.
Exempla de interesse circa rem de quibus per doct. declarantur ibi.nu.96.col.2.f.157.
Exempla de interesse non petibili referuntur ubi supra nu.44 uer.exempla.col.3.f.149.
1 ¶ Exempli positi per glosam in l.petens.C.de pact. declaratio ponitur in ipsa.l.nu.60.col.1.f.110.
2 ¶ Exemplis non est decidendum.de sent. quæ pro eo quod interest.l.1.sub nu.123.uers.Quarto adducit.colu. 1.fol.178.
1 ¶ Exemplo statur quādo apparet de approbatione de illo facta per partes & adducitur ratio.De eden. Auth. siquis in aliquo.sub nu.24.uers.unde dicendum. colum.4.fol.58.
2 Exemplo seu exempla traduntur, quibus casibus exēplificetur interesse singulare.De sentent.quæ pro eo quod interest.in rub.nu.85.col.4.f.154.
1 ¶ Exemplum potest confici multis modis. de eden. Auth. si quis in aliquo.nu.5.col.3.f.55.
Exemplum datum alteri an probet contra dantem, late discutitur.ibi.nu.12.col.1.f.57.
Exemplum factum ab eo qui fecit originale, quando probet.ibi.nu.14.col.3.fol.eo.57.
Exemplum sumptum authoritate iudicis quando probet.ibi.nu.19.col.1.f.58.
Exemplum sumptum authoritate iudicis ut probet, quę requirantur.ibi.nu.20.col.ea.f.eo.58.
Exemplum non potest sumi authoritate iudicis, si statutum requirit scripturam manu notarij rogati. ubi supra nu.23.col.3.f.eo.58.
Exemplum an faciat fidem si est sumptum de consensu partium.ibi.nu.24.col.4.f.eo.58.
Exemplum qualem præsumptionem faciat.ibi.nu. 25. col.1.fol.59.
Exemplum excusat à dolo.ibidem num.27.colum. ead. fol.eo.59.
Exemplum inuentum in archiuo publico probat.ibi.nume.28.col.ea.f.eo.59.
2 Exemplum probat factum antiquum.ibi.num.29.colu. 2.fol.eo.59.
Exemplum in actis registratum plene probat.ibid. nu. 30.col.4.f.eo.59.
Exemplum scriptum a surrogato loco notarii mortui plene probat, si interueniant quinq; enumerata ubi sup.nu.31.col.ea.f.eo.59.
Exemplum productum in actis quando probet contra non opponentem.ibi.nu.32.co.1.f.60.
Exemplum exemplatum a tribus notarijs an probet. ibi nu.36.col.3.f.eo.60.
Exemplum sumptum ab exemplo an faciat fidem. ibi. nu.40.col.1.f.61.
Exemplum nunquam facit fidem nisi quando interuenit authoritas iudicis, uel contra dantem exemplū, uel quando factum fuit ab eo qui fecit originale, in ea.auth.sub nu.6.uer.& sic remanet.col.4.f.55.
Exemplum sine exemplato an probet examinatur per glo.ubi sup.sub numer.11.uer. Glosa prima. colum. 1.fol.57.
Exemplum sumptum de uoluntate partis non omne probat contra eam.& datur casus.ubi supra sub nūm. 13.uer.quantum uero.col.2.fol.eo.57.
Exemplum an & quando faciat præsumptionem, uel semiplenam probationem.ubi sup.sub nu.25.uers. sed de præsumptione.col.1.f.59.
Exemplum probat quando pars non opposuit, nec iudex poterit repellere ex officio suo, fallit ut ibi.sub nume. 33.uer.erit igitur.col.2.fol.60.
2 Exemplum quod bonum sit in quo competat bonorum possessio septima extraordinaria.unde legi.l.certum sub nu.55.uer.sed dubium.col.3.f.107.
¶ Exhæredati quare possint succedere abintestato, discutitur.de contratab.l.posthumo.nu.36.col.1.f.75.
Exhæredatio uel institutio filij in potestate nō est de forma testamenti prætorij.de contratab.l.posthumo.nume.47.col.4.fol.79.
Exhæredatio expressa necessaria est in suis uel quasi suis, ut tollatur illa suitas, uel quasi suitas.in ea. l. sub nu.38.uer.dicendum est.col.3.f.75.
Exhæredatio filiorum uel institutio, neque emancipatorum, neq; in potestate est de forma testamenti prætorij, & propterea eius defectus non facit testamentum nullum.in ead.sub nu.48.uer.igitur dicendum. col.1.fol.79.
Exhæredatio an tollatur suitatem.und.lib.l.qui se patris.nu.15.col.2.fol.88.
Exhæredatio quomodo diffiniatur, & quæ sint necessaria ad

ria ad eius ualiditatem.de lib.præter.auth.ex causa 2
nu.4.col.4 fol.128.
Exhæredatio quot modis capiatur,& quot sint eius species.ibi.nu.39.col.2.fol.136.
Exhæredatio bona mente an hodie fieri possit.ubi supra nu.41.col.4.fol.eo.136.
Exhæredatio in sui substantia est priuatio, & requirit uerba priuatiua, cum fuerit inuenta ad priuandum filium illo quasi dominio.ibi. sub n.45.uer.sed per ista.col.4.fol.137.
¶ Exhæredationis effectus qui sint de iure antiquo & nouo.de lib.præt.auth.ex causa.nu.8.co.3.f.129. 1
Exhæredationis ex causa rupto testamento an hodie conseruentur legata.ibi.nu.42.col.1.fol.137.
Exhæredationis ualiditas & solemnitas consistit in 2
multis.in ea.auth.sub.n.4.uer.ualiditas.c.1.f.129
¶ Exhæredatis quare non detur contratabulas,uariæ rationes referuntur.de contratab.l.posthumo. nu. 34.
col.4.fol.74. 1
Exhæredatis quare non detur contratabulas beneficio præteriti,uariæ rationes referuntur.in ea.l.nu. 35.
col.1.fol.75. 2
Exhæredatis quare datur ius succedendi abintestato beneficio præteriti,& non datur contratabulas. ubi sup.sub nu.36.uer.sed tunc.col.2.f.75.
¶ Exhæredato non datur bonorum possessio contra tabulas,nec etiam beneficio præteriti.in ea.l.sub. nume. 24.uers.Quarto.col.2.f.72.
Exhæredato non debet fieri collatio,etiam rupto testamento.de coll.l.si emancipati.nu.34.col.3.f.122.
¶ Exhæredatus non rite habet contratabulas.de contrata 1
bu.l.posthumo.nu.33.col.3.fol.74.
Exhæredatus à secundo gradu, si primus gradus nõ habuit effectum,an habeat contratabulas.in l.sub nu.31.uer.item ex ista.col.2.fol.74.
1 ¶ Expectare mortem alterius propter eius bona est reprobatum.de pact.l.fi.nu.24.col.4.f.116.
¶ Expectatiua ad beneficium primo uocaturum,ualet. de pac.l.fi.sub nu.42.uer.sed tamen.col.4.f.118.
Expectatiua de beneficio certi uel incerti hominis an & quo casu ualent,& à quo concedi possit uel non. in ea.l.sub nu.80.uer.sed distinguendum.c.2.f.123.
¶ Expensæ quales restituendæ sunt à mutante libellum.de eden.l.edita.nu.150.col.1.f.53. 2
2 ¶ Expensarum appellatione quid ueniat. de sent. quæ pro eo quod interest.in rub.n.105.col.3.f.158.
Expensarum appellatione non uenit damnum,nec pretium rerum,& an ueniant fructus. ubi sup.sub nu. 1
104.uer.item subdunt.col.ea.f.eo.158.
1 ¶ Expressio actionis inepta non uitiat libellum,sed ineptitudo medii concludendi uitiat.de eden.l.edita.nu.11.col.4.f.32.
Expressio causæ,& conclusio in libello differunt.in ea.l.sub nu.67.uer.sed ista.col.1.f.40.
Expressio inepta non uitiat in criminalibus.ibi.uer. in criminalibus.col.ea.f.eo.40.
¶ Extensio statuti an fiat de contractu simplici ad districtum,liberationem, pactum de non petendo,& alia de quibus habetur.de transac.l.siue apud acta. sub nu.22.uer.& hoc uidetur.col.2.f.157.
Extensio nõ fit in correctorijs et ex identitate rationis qui adm.l.1.sub.nu.64.uer.sed si recte. co.1.fo.29.
Extensio non potest fieri de castrensibus ad profectitia quia militat diuersa ratio.in ea.l.sub num.73. uer. non obst.col.1.fo.31.
Extensio fit in legib.correctorijs ex identitate rõnis de stricta significatione ad latã.qui adm.l. emancipata sub nu.31.uer.sexto confirmatur.col.3.fo.39.
Extensio in statutis exorbitantibus quo casu fiat.unde.lib.l.qui se patris.sub nu.85.uer.secundo limitatur. col.3.fol.100
¶ Extraneus dans dotem si pactus sit eam sibi restitui, datur actio.de pact.l.petens.sub nu.51.uer. Sexto adducebat.col.2.f.108.
Extraneus petens bonorum possessionem non acquirit nisi sequta ratihabitione,et quo ad transmissionem. Qui adm.l.infantis.nu.15.col.3.fol.34.

F

FACERE Qui non potest per se quando possit facere per alium,& econtra.de pact.l.fi. num. 83.col.1.fo.124.
¶ Facta non præsumuntur nisi probentur.de coll.l.si emancipati.sub nu.7.uer.ideo ex alio.col.2.fol.117.
Facta seruientia rei certæ dicuntur habere certam naturam.de sent.quæ pro eo quod interest.l.1. nu. 57. col.4.fol.170.
Facta omnia sunt incerta quare habent tractum successiuum, & quando explicantur unico momento sunt certa,secundum Cinum, cuius opinio repræhenditur in ea.l.sub nu.50.uer.uidens ergo.col.2.f.169.
¶ Factum quomodo se habeat non dicit imperator,nec quæstioni de facto respondet.de eden.l.1.sub nu.15.uer si.& ex hoc.col.4.fo.9.
Factum certum si narratur.libellans non tenetur edere instrumentum relatum ante litis contestationem.& datur ratio.de eden.l.edita.sub nu.145. uer. secundum.col.3.fol.52.
Factum negatum promittens cum stipulationis interuentu habet actionem non sequto uero implemento. De pact.l.1.nu.96.col.3.f.92.
Factum quando quid dicatur simul,uel ordine successiuo si fiat in eadem scriptura.de pact.l. fi.sub numer. 142.uer.Quare pro solutione.col.3.fo.133.
Factum iustum uel iniustum non debet poni in diffinitione interesse,quia non respicit substantiam, quidquid dicant omnes.de sent.quæ pro eo quod interest. in rubri.nu.66.col.3.fol.151.
¶ Facultas declarandi in iudicijs non transit ad hæredes. de eden.l.edita.sub n.80.uer.putotamen.c.2.f.42.
Facultas declarandi an præscribatur quando tractatur de præiudicio tertij.de pact.l.petens.num. 41. colu. 4.fol.104.
Facultas declarandi stipulationem quod posit, præscribi semper,deducitur in ea.l.sub nu.40.uer. sed contra.col.3.fo.eo.104.
¶ Facultati declarandi non præscribitur.de pact.l.petens nu.37.col.4.fol.103.
¶ Falsi crimen an excipiatur à secunda regula negatiua legis transigere.C.de transact.ponitur in ipsa. num. 11.col.1.fol.140.

Falsi incrimine permißa an sit transactio, rationes omnes reprobatur. in ea. l. nu. 50. col. 4. fol. 145.

¶ *Fauor causæ in materia editionis nihil operatur. de edẽdo. l. fi. sub. nu. 44. uer. sed nulla. col. 4. f. 69.*

¶ *Fauori suo quod quis poßit renuntiare, quomodo intelligatur. de pact. l. fi. sub nu. 98. uer. nec obstant contraria. col. 1. fol. 126.*

¶ *Fauorabiliores sumus Reis. De eden. l. fi. sub nu. 28. uersi. confirmatur. col. 3. f. 67.*

Fauorabiliores sunt ultimæ uoluntates quam contractus. de pact. l. 1. nu. 98. col. 4. fol. 92.

2 ¶ *Feudis usque ad quem gradum succedatur. unde legi. l. certum. nu. 40. col. 4. fol. 106.*

1 ¶ *Feudum non apertum quare poßit concedi à domino, asßignantur multæ rationes. de pact. l. fi. num. 81. colu. 2. fol. 123.*

3 *Feudum si quis acceperit pro se & suis agnatis, an compræhendatur emancipatus, uel eius filij. unde lib. l. qui se patris. sub nu. 83. uer. & de dispositione. col. 1. fol. 500.*

¶ *Fideicommißa delata filiofamilias an & quomodo per solum patrem poßint repudiari. qui adm. l. 1. sub nu. 82. uer. in legatis uero. col. 2. fol. 33.*

1 ¶ *Fideicommißi remißio in l. 1. C. de pact. an fuerit facta per acceptilationem. dicitur in ipsa. nu. 91. colum. 1. fol. 92.*

¶ *Fideicommißum est remißum, remißa conditione à partibus, si fiat in fauorem debitoris, secus si fiat in fauorem creditoris. De pact. l. 1. nu. 24. col. 4. f. 81.*

Fideicommißum an sit remißum remißa conditione inter filios institutos inæqualiter. in ea. l. nu. 27. colu. 1. fol. 82.

Fideicommißum remißum per pactum an finiatur ipso iure. ibi nu. 31. col. 3. fol. eo. 82.

Fideicommißum remittens an poßit agere ad sextantem non datum, late discutitur. ubi sup. nu. 92. colu. 1. fol. 92.

Fideicommißum remittens per uerba affirmatiua an extinguat actionem, & perfecte adimpleat. ubi supra nu. 95. col. 3. fo. eo. 92.

2 *Fideicommißum uniuersale quando conseruetur per auth. ex causa. C. de lib. præt. ponitur in ipsa. nu. 65 colu. 3. fol. 140.*

Fideicommißum an & quale reuocetur superuenientibus liberis. in ea. auth. sub nu. 30. uer. quinto inducitur. col. 2. fol. 134.

¶ *Fidelitatis iuramentum non præstatur à pupillo, sed expectatur quod sit maior. qui adm. l. infantis. nu. 11. col. 2. fol. 34.*

1 ¶ *Fidem quæ præstat super contractu an incidat in hanc legem per contrauentionem. de transact. l. si quis maior. nu. 60. col. 2. fol. 180*

2 ¶ *Fides hosti seruanda est, quomodo intelligatur. de sent. quæ pro eo quod interest. l. 1. sub nu. 34. uer. nec obstat. col. 2. fol. 166.*

1 ¶ *Fieri quod non potest pure an poßit fieri sub conditione. de pact. l. fi. nu. 62. col. 4. f. 120.*

¶ *Filia dotata renuntians succeßioni, intelligitur renuntiasse ex causa de præsenti, non de futuro. de pact. l. 1. nu. 85. col. 1. fol. 91.*

Filia renuntians in manibus fratrum hæreditatem patris, & reuocante consensum, non tenetur seruare renuntiationem. de pact. l. fi. nu. 57. col. 2. fo. 120.

Filia renuncians succeßionem maternam & fraternam in manibus patris, an teneatur seruare renuntiationem. in ea. l. nu. 59. col. 3. f. eo. 120.

Filia quomodo renuntians excludat se à succesßione patris. ibi. nu. 57. uer. & ideo. col. 2. fol. eo. 120.

Filia minor renuntians succesßioni paternæ, maternæ, fraternæ, ciernæ, & auernæ, poterit indistincte petere restitui in integrum respectu succesßionis eius de cuius bonis non fuit dotata. ibi. n. 113. col. 1. f. 129.

2 *Filia quæ non agnouit bonorum posseßionem unde liberi infra annum nullam transmittit succesßionem ad hæredes, & de ueritate qui adm. l. emancipata, sub nu. 24. uer. Tertio notandum. col. 4. fol. 38*

1 ¶ *Filiæ dotatæ exclusæ a statuto non poßunt per pactum sibi conseruare succesßionem. de pact. l. fi. nu. 101. colu. 3. fol. 126.*

¶ *Filiam inuentam in præparatorijs ad literij licet occidere. de eden. in rub. sub nu. 19. uer. sed pro opinione. col. 3. fo. 3.*

¶ *Filii positi in conditione an uideantur positi in dispositione ut sint uocati, late discutitur. de pact. l. 1. num. 46. col. 3 fol. 84.*

Filij positi in conditione, si sunt grauati, cẽsentur etiam positi in dispositione. in ea. l. nu. 47. co. 1. f. 85.

Filij positi in illa conditione, si decedant sine liberis masculis, uidentur esse positi in dispositione. ubi sup. nu. 48. col. 2. f. eo. 85.

Filij paciscentes de hæreditate parentum uiuentium, uel parentes de hæreditate filiorum, priuantur eorũ succesßione tanquam indigni. de pact. l. fi. nu. 72. col. 2. fol. 122.

2 *Filij tacita repudiatio an hodie præiudicet patri, in aduentitiis, latißime discutitur. qui adm. l. 1. num. 40. & defenditur communis opinio, quod tacita repudiatio filij etiam hodie in aduentitijs præiudicet patri, nouis fundamentis. nu. 41. col. 1. & 2. f. 23.*

Filij agnitio & ratihabitio an præsumatur ex longa posseßione. ibi. nu. 57. col. 3. fo. 27.

Filij tacita repudiatio. & expreßa, & negligentia, uel ignorantia, uel malitiosa dilatio quando præiudicet patri, breuiter epilogatur. ubi sup. n. 80. c. 3. f. 32.

Filij ex sola scientia & negligentia in ammittatur bonorum poßesßio. in ea. l. sub nu. 13. uersic. iis tamen. col. 1. fol. 18.

1 *Filij expreßa repudiatio uel recusatio non præiudicat patri in bonorum posseßione. ubi sup. sub n. 82. uer. si uero. col. 1. f. 33.*

Filii habentes orficianum an repudiando unde cognati uideantur repudiare unde legitimi. quan. non peten. par. l. 1. nu. 28. col. 1. f. 57.

Filij emancipati iure ciuili non uocabuntur ad succesßionem. in ea. l. sub numero. 25. uers. secundum. colum. 4. fol. 55 & sub nu. 29. col. 2. uer. Sed dum. fol. 57.

Filij an posßint excludi de iure ciuili ex cursu temporis ubi sup. sub nu. 30. uer. circa istam. col. 2. f. eo. 57.

Filij arrogatione rumpitur testamentum etiam de iure prætorio, sicut per natiuitatem ueri filii. De contratab.

tratab.l.posthumo.nu.22.col.4 f.71.
Filij in potestate institutio uel exhæredatio non est de forma testamenti prætorij.in ea.l.nu.47.co.4.f.79.
Filij præteritione testamentum nullum an reconualescat ex approbatione præteriti de iure ciuili,uel prętorio,remissiue.ibi.nu.55.col.2 f.82
Filij legitimati enumerati inter species posthumorum, quomodo rumpant testamentum.in ea.l.sub num.7. uer.sed quia inter alias.col.3.fo.68.
Filij præteritione testamentum est nullum de iure ciuili,sed ualet de iure prætorio.ibi.sub nu.40.uer.glo. in uerbo.col.4.f.76
Filij post mortem patris sunt sui,& non in potestate.unde lib.l.qui se patris.nu.18.col.1.f.89
Filij gallorum an sint in potestate patris.in ea.l.nume. 19.col.2.f.eo.89.
Filij emancipati nec hodie sunt proprie agnati.ibi. nu. 80.col.3 f.99.
Filij instituti inæqualiter an teneantur inuicem conferre.de coll.l.si emancipati.nu 59.col.2 f.127.
Filij quomodo & quando teneantur conferre, breuiter & substantialiter epilogatur ubi sup.nu.61.col. 3. fol.eo.127
Filij an teneantur conferre extraneis.de coll l.si emancipati.sub nu.19.uer.ex ultima parte col.4.f.119.
Filij exhæredatio non nota causa facta an corrigatur per auth.ex causa C.de lib.prætér.ponitur in ipsa. sub nu.40.uer.sed pro resolutione.co.4.f.136.
¶ Filijs emancipatis non cessat legitima successio,quia ipsis tributa sunt duo capita,scilicet, unde liberi, & unde agnati.Quan.non peten.par l.1.sub nu.29.uersi.sed tamen col.1.f.57.
Filijs de iure authenticorum quomodo parentes possunt succedere,remissiue.unde lib.l.qui se patris.nu.87. col.1.fol.101.
¶ Filio an iure digestorum acquirerentur bona materna, late discutitur.qui adm.l.1.nu.50.co.4.f.25.
Filio an hodie incipiat currere tempus si non potuit patrem certiorare.in ea l.nu.72. & in profectitiis an hodie sit immutatum,latissime discutitur & defenditur communis opinio.nu.73.col.3.& 4.f.30.
Filio impedito adire quando scientia patris præiudicet uel prosit.ibi.nu.79.col.3.f.32.
Filio quando præiudicet repudiatio patris tacita uel expressa,& eius negligentia & ignorantia. breuiter epilogatur.ubi sup.nu.81.col.4 fol.eo.32
Filio non datur bonorum possessio unde liberi in bonis maternis.quan.non pet.part.l.1.sub nu.26.uers. circa secundum.col.1.fol.56
Filio in potestate præterito primus gradus est nullus etiam de iure prętorio.de contratab.l.posthumo sub nu.48.uer.Quarto inducitur.col.3.f.80
Filio præterito a patre cum causæ insertione quæ sit probata per hæredes, testamentum etiam hodie est ipso iure nullum,& quomodo priuetur hęreditate patris.De lib.præt.auth.ex causa.n.22.col.1.f. 132.
Filio in potestate præterito à patre quæ remedia hodie competant.ibi.nu.51.col.3.f.138.
Filio in potestate exhæredato quæ remedia hodie competant.ibi.nu.52.col.4.fol.eo.138.
Filio emancipato præterito uel exhæredato quæ remedia hodie competant.ibi.nu.53.col.ea.f.eo.138.
Filio preterito a matre uel linea materna quæ remedia hodie competant.ibi.nu.55.co.2.f.139.
Filiofamilias potest deferri quadruplex hæreditas. Castrensis,quasi castrensis,aduentitia, & profectitia, & quomodo cognoscantur,declaratur.qui adm.l.1. nu.4.col.3.fol.16.
Filio acquiritur hæreditas castrensis & quasi castrensis in totum, profectitia in totum acquiritur patri, & aduentitia filio acquiritur respectu proprietatis, & patri respectu ususfructus.in ea.l.num.5.col.ea. fol. eo.16.
Filio soli defertur bonorum possessio.solus agnoscit,solus repudiat,si patris ratihabitio sequatur,& solius scientia facit currere tempus, & solius negligentia præiudicat utriq;.ibi.nu.8.col.1.f.17.
Filio soli defertur bonorum possessio, & non transit in patrem.ibi.nu.17.col.1.fol.19.
¶ Filiorum neq; emancipatorum,neque in potestate institutio uel exhæredatio est de forma testamenti prætorii,& eius defectus non facit testamentum nullum de contrata.l.posthumo.sub nu.48.uer.igitur dicendum. col.1.fol.79.
Filiorum quatuor sunt qualitates.unde lib.l. qui se patris.nu.12 col.1.fol.88.
Filiorum de hæreditate patris uiuentis pactum non ualet.de pact.l.fi.nu.69.col.3.f.121.
Filiorum de sua legitima uiuente patre pactum an ualeat.ibi.nu.70.col.4.f.eo.
¶ Filius in uita patris non potest disponere de legitima, limitatur tamen multis modis.de pact.l.fi.num.160. col.4.f.135.
Filius uiuente patre habet legitimam,quando pater incipit discipare,quia tunc cogitur assignare aliquam rem pro sua legitima.ubi sup.uers.alius casus. colu. 1.fol.136.
Filius iudæi factus christianus potest statim petere legitimam uiuente patre.ibi.uer.Tertius casus. colu. ea.fol.eo.136.
Filius quare non remaneat obligatus creditoribus patre non ratificante, referuntur & reprobantur multæ rationes doctorum.qui adm.l.1.nu.27.col.3 fol. 20.Refertur opi. Decij,quod filius remaneat obligatus,& reprehenditur.nu.28.& noua ratio assignatur apparens omnibus, quare non obligetur filius non sequta ratificatione.nu.29 col.1.fol.21.
Filius & seruus an patri uel domino inuito acquirant, discutitur ibi.nu.30.col.2.f.eo.21.
Filius malitiose permittens currere tempus an præiudicet patri in repudiatione.in ea.l.nu.43.col. 1.fol. 24.& nu.80.col.3.f.32.
Filius an hodie possit stare in iudicio extraordinario sine consensu patris.ibi.nu.48.co.1.f.25.
Filius an generaliter possit stare in iudicio sine consensu patris.ibi.nu.49.col.3.f.eo.25.
Filius an hodie possit agnoscere bonorum possessionem ignorante patre, latè discutitur, & resoluuntur fundamenta utriusque partis. ibidem nume.60. colu. 1.fol.28.

Filius hodie non potest adire,& agnoscere hæreditatē aduentitiam patre requisito,& ignorante,seu recusante.ubi sup.nu.61.col.3.f.eo.28

Filius hodie non pōt adire nec agnoscere hæreditatem aduentitiam patre negligente.ibi.n.62.c.4.f.eo.28

Filius hodie non potest adire nec agnoscere hæreditatē aduentitiam patre expresse repudiante.ubi sup. nu. 63.col.ea.f.eo.28.

Filius hodie non potest adire nec agnoscere efficaciter patre ignorante,sed debet in omnibus casibus requirere patrem,& constituere eum in contumacia recusationis.ibi.nu.64.col.ea.fo.eo.28.

Filius in potestate potest succedere ex triplici capite, & ex quocunque capite habet annum.in ea.l.n. 66 col.3.fol.29.

Filius ex quocunque capite succedat, an succedat cum qualitate filiationis.ibi.nu.67.col.ea.fol.eo.29

Filius ex quocunque capite ueniat præfertur omnibus agnatis & cognatis,& admittitur simul cum fratribus.ubi sup.nu.68.col.4.f.eo.29.

Filius ex quocunque capite ueniat tenetur conferre,& detrahit duas quartas.ubi sup.nu.69.colum.ea.fol. eodem 29.

Filius ex quocunque capite ueniat non potest usucapere pro hærede.ibi.nu.70.co.1.f.30

Filius an possit succedere tanquam agnatus in feudis, & habeat prærogatiuas agnatorum.ubi sup.nu.71 col.ea.fol.eo.30.

Filius an hodie per dispositionem.l.fi.C.de bon.quæ lib. reintegretur in potestate acquirendi, ut ipse solus sine iussu patris possit efficaciter adire, uel agnoscere sine ratificatione,patre contradicente,& est communis opinio.ibi.sub nu.11.uer.Secunda.col.3.f.17.

Filius solus an possit adire sine iussu,& agnoscere sine ratificatione,quando pater non uult ratificare, permittendo labi tempora.ibi.uer.ideo tertia.colum.3. fol.eo.17.

Filius solus an hodie possit adire uel agnoscere efficaciter ignorante patre.ubi sup.uer.Quarta succedit. colum.ea.fol.eo.17

Filius recusando non potest præiudicare patri, immo prodest.& adducitur ratio in ea.l.sub nu.42.uersi. Primus seu primo casu.colum.1.f.24.

Filius ignorans non præiudicat neque sibi neque patri, quia ipso ignorante non potest incipere currere tempus,nisi sit ignorantia iuris, quia tunc habetur pro sciente.ubi supra uersicul.Secundo casu.colum. ea. fol.eo.24

Filius negligendo quo casu possit præiudicare patri.ibi. uer.Tertio casu.col.ea.f.eo. 24.

Filius quo casu habeat personam standi in iudicio sine patre. ibi.sub nu.48. uer.Secundum est.col.1.f.25.

Filius non potest stare in iudicio ordinario sine consensu patris, cum limitationibus & declarationibus. ubi sup.uer.sed tamen.col.2.fol.eo. 25.

Filius ex quocunque capite ueniat,succedit cum qualitate filiationis,& datur ratio.in ea.l.sub nu.67.uersi.ex quibus col.3.f.29.

Filius ueniens ut agnatus uel cognatus an possit usucapere pro hærede.ibi.sub num.69.uers.Tertio infertur.col.1.fol.30.

Filius in feudo antiquo non petens inuestituram intra annum priuatur ipso,& defertur agnatis sequentibus in gradu.ibi.sub nu.71.uer.Quinto. colum.2.folio eo.30.

Filius quo casu possit adire patre ignorante uel consensum præstare recusante.ibi.nu.81.co.4.f.32.

Filius recusans an possit cogi adire uel agnoscere. ibid. sub nu.82.uer.nunquid autem.col.2.f.33.

Filius semper ex potentia suitatis transmittit in omnibus casibus in quibus suitas operatur effectum acquisitionis,secus autem in casibus in quibus suitas perdit effectum suum,& de ratione. Qui adm.l.emācipata .sub nu.13.uer.& Bar.ibidem.col.4.f.36.

Filius renuntians in uita successioni an perdat beneficium & effectum suitatis.ubi sup.uer. Limitatur tamen.col.1.fo.37

Filius succedens per inferiora capita sibi ipsi, an concurrere possit cum fratribus suis,ultra alios discutitur.Quan.non pen.par.l.1.nu.27.col.2.f.56

Filius exclusus ab uno capite an possit uenire ex sequēti capite sibi ipsi succedendo,& admitti simul cum alijs liberis existentibus in primo capite.in ea.l.sub nu.27.uer.sed aduertatur.col.3.f.56.

Filius ueniens tanquam agnatus an concurrat cū aliis agnatis eiusdem gradus.sub nu.eo.uer.in alia uero. col.ea.fol.eo.56.

Filius ueniens ex sequentibus capitibus facit portionē non deficere,& impedit ius accrescendi, donec sequentia capita sunt repudiata uel defecta per mortem.ibi.uer.ex quibus.col.4.fo.eo.56

Filius an excludatur à iure se immiscendi hæreditati patris post triginta annos ab extraneo possidente hæreditatem sine titulo.in ea.l.nu.31.col.3.f.57.

Filius non potest facere quod testamentum ualeat ut testamentum,non seruata forma.de contratab.l.posthumo.nu.44.col.4.fol.77.

Filius exhæredatus an beneficio præteriti habeat unde liberi sine petitione præteriti.in ea.l. sub nu. 27 uer.Quarto inducitur.col.4.fol.72.

Filius institutus sub conditione casuali potest petere secundum tabulas ante existentiam conditionis,& defecta conditione conuertitur in contratabulas. in ea. l.sub nu.48.uer.Quarto.co.4.f.78

Filius legitimatus an rumpat testamentum,si legitimatur post testamentum.ibi. sub nu.63.uer.extra glo. colum.2.fo.84.

Filius emancipatus etiam hodie non est agnatus patri nec suis fratribus,nec nati ex ipso.unde lib.l.qui se patris.sub nume.79.uer. ex secunda parte.colum.2 fol.99.

Filius an præsumatur esse in potestate patris.de coll.l. si emancipati.nu.9.col.3.f.117.

Filius quando præsumatur esse in potestate patris, datur noua distinctio.ibi.nu.10.col.4.fol.eo.117.

Filius existens in quasi possessione libertatis non præsumitur emancipatus.ibi nu.11.co.1.f.118.

Filius in potestate quomodo acquirat quasi possessionē existentiæ sui iuris.ibi.nu.12.col.ea.f.eo.118.

Filius non præsumitur esse neq; sui iuris,neq; in potestate.

state. in ea.l.sub.nu.9.uer.ideo Dec.col.4.fol.117.
Filius licet à patre prætereatur cum causæ insertione quæ probatur per hæredes, testamentum est nullum, & assignatur ratio.de liber.præt.auth.ex causa.sub nu.22.uers.igitur concludendum.co.1.f.132.
Filius nascens non excludit extraneum quin in portione possit succedere ex institutione.in ea.auth.sub nume. 30.uer.Quarto inducitur.col.3.f.134.
Filius emancipatus præteritus sine causæ expressione potest dicere testamentum nullum, & petere contra tabulas, sicut filius in potestate, ibi.sub nu.53.uers. quarto.col.1.fo.139.
2 ¶ Fisci priuilegium in materia editionis non extenditur ultra causas enumeratas in l.1.ff.de iure fisci, & alias similes, quia in contractibus & negotijs utitur iure communi.de eden.l.1.nu.50.col.1.f.14.
¶ Fisco an & quando edendum sit, breuiter distinguitur de eden.l.qui accusare.nu.14.col.2.f.54.
Fisco in delictis ius quæritur ex eadem causa ex qua quæritur parti offensæ.de transact.l.Transigere.sub nu.74.uer.Quarto.col.4.f.150.
¶ Fiscus agit cum priuatis tribus modis, & in duobus priuatus non edit fisco.de eden.l.1.nu.28.c.2.f.11
Fiscus comprehenditur in generali regula.d.l.1. ut in ipsa sub nu.28.uer.& ideo succedit.col.eadem, fol. eodem.11.
¶ Fœminæ quare prohibeantur ab officio.de eden.l.1.sub nu.52.uer.sed tamen.col.2.fol.14.
¶ Forma stipulationis extenditur ad pactum, & ad alias conuentiones quæ incontinenti placuerunt. de pact. l.petens.nu.49.col.1.f.107.
Forma conscribendi renuntiationes filiorum de hæreditate uiuentium per notarium, notabiliter docetur. de pact.l.fi.nu.60.col.3.f.120.
2 Forma exhæredationis paternæ uel maternæ qualis sit. de lib.præt.auth.ex causa.nu.17.col.1.f.131.
Formæ præteritionis paternæ traditur ubi sup.nu.20. col.2.fol.eo.131.
Forma posita in corpore unde sumpta est auth.ex causa in prima parte an habeat locum in præteritione paterna.ubi sup.uer.circa primum.col.ea.fol. eo. 131.
Forma iuramenti in litem.de sent.quæ pro eo quod interest.l.1.nu.163.col.3.fo.182.
Forma articulorum in probatione singularis interesse. ibi.nu.165.col.ea.fo.182.
Forma tradita in l.a Diuo Pio.ff.de re iud. seruatur in executione sententiæ cuiuscunque interesse.ubi sup.nu. 178.col.3.fol.183.
1 ¶ Formæ & nominis specialis loco in contractibus innominatis, requiritur implementum ad efficaciam.de pact.l.petens.nu.3.col.2.fol.100
Formæ defectus maior est quam materiæ.de transact. l.siue apud acta.sub.nu.13.uer. Septimo inducitur. col.4.fol.155.
2 Formæ testamenti nec contractuum renuntiari non potest.de contratab.l.posthumo.nu.43.col.2.f.77.
¶ Fratres rumpunt testamentum fraternum institutis turpibus personis, & non aliter.de lib.præter. auth.ex causa.sub nu.38.uer.non obstat.col.2.f.136.
Fratres uterini quare non habeant querelam. ibid.sub nu.61.uer.quæ autem.col.1.f.140.
¶ Fratribus non ita debetur hæreditas sicut ascendentibus & descendentibus.de lib. præt, auth.ex causa. sub nu.38.uer.Secundo facit. col.1.f.136.
¶ Fructus amissi ueniunt appellatione interesse.de senten. quæ pro eo quod interest.in rub.nu.103.c.1.f.148.
Fructus fructuum aliquando debentur.de sent.quæ pro eo quod interest.l.1.sub nu.127.uer. pro opinione. col..3.fol.178
1 ¶ Frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora.non procedit in remedijs.de pact.l.petens.sub.num.52. uer.non obstat.col.4.fol.108.
2 ¶ Fulgosii intellectus ad.l.qui se patris.C.un.lib.reprehẽditur.in d.l.qui se patris.n.74.col.2.f.98
1 ¶ Fundamentum non esse, & esse uitiosum, paria sunt. de eden.l.fi.sub nu.49.uers.contrariam tamen. colum. 2.fol.70
2 ¶ Fundus si sit legatus sub conditione cohærente personæ si transferatur in alium, legatum efficitur purum, non autem transit fundus cum conditione. de liber. præt.auth.ex causa.sub num.66.uer.sed Curt.colu. 1.fol.141
1 ¶ Furiosus interficiens matrem quo casu excusetur uel non.de eden.l.1.sub num.16.uer.incontrarium.col. 4.fol. 9
¶ Furti de substantia regulariter quid sit.de transa.l.trãsigere.sub nu.75.uer.non ob.col.1.f.151.

G

1 GABELLA An sit soluenda pro libello nullo. De eden.l.edita.nu.69.col.3.f.40
2 ¶ Genera posthumorum duo sunt, qui nascuntur post mortem naturalem, & qui nascuntur post testamentum. & de iis ponitur de contrat.l.posthumo.sub num.3. uer.quæ omnes.col.1.f.67.
1 ¶ Generali iudicium restringitur per expressionem rerũ, secus in uniuersali.de eden.l.edita.n.54.co.2.f.37.
¶ Generalia an debeant præponi, uel specialia.de transac. in rub.nu.5.col.3.fol.136.
Generalia sunt præmittenda, quando in titulis specialibus tractatur de substantia & cognitione specierum ubi sup.nu.6.col.ea.fol.eo.136.
¶ Generalitas est quando plures res uniuntur per sermonem non constituendo corpus uege, sed imaginem, et per nomen collectiuum appellatiuum, & per propositionem uniuersalem, De eden.l.edita.num.51.col. 1.fol.37.
Generalitas in libello potest esse duplex, una respectu facti, alia respectu medij concludendi non specificati super facto, ex quo competunt plures actiones.de eden.l.edita.sub nu.15.uer.unde tu aduertas.col. 2. fol.33
Generalitas duplex est, una prædicabilis quæ inest in speciebus & prædicatur de eis, Alia collectiua siue contentiua, quæ continet sub se indiuidua, imaginando corpus continens, sed non prædicabile, sed quasi sit unum corpus confectum ex partibus.in ea.l. sub nu.52.uer.& ex prædictis.col.2.fol.37
¶ Genus primum cumulationis declaratur & defenditur de eden.l.edita.nu.113.co.3.fo.47.

Genus secundum cumulationis declaratur & defenditur.ibi.nu.116.col.2.f.48.
Genus tertium cumulationis examinatur & repræhenditur.ibi.nu.120.col.1.f.49.
Genus quartum cumulationis examinatur.ubi sup. nu. 122.col.3.fol.eo.49.
Genus quintum cumulationis breuiter declaratur.ibid. nu.124.col.ea.fo.eo.49.
¶ Gerundium an importet necessitatem, uariæ opiniones. de eden.in rub.nu.40.col.2.f.6.
Gerundium quid significet in accusatiuo, genitiuo, uel ablatiuo.ibi.nu.41.col.3.f.eo.6.
Gerundium in ablatiuo casu quando dispositionem indu cat, & quando qualitatem tantum.ubi sup.num.43. col.4.fol.eo.6.
Gerundium ex æquitate inducit dispositionem, uel qualitatem secundum intentionem libellantis.ibi.nu.44 col.1.fol.7.
¶ Glosæ primus intellectus ad.l.1.C.quan.non peten.par. ut per eam ponitur repræhenditur.in ipsa.l.nu. 26. col.1.fol.56.
Glosæ secundus intellectus repræhenditur, sed tanquam exemplum approbatur.in ea.l.nu.29.col.1.f.57.
Glosæ tertius intellectus refertur et repræhenditur.ibi. nu.34 col.4.fol.eo.57.
Glosæ quartus intellectus refertur & repræhenditur. ibi.nu.37.col.1.fo.58.
Glosæ continuatio nouis defensionibus sustinetur.de sen ten.quæ pro eo quod interest.in Rub.num. 4.colum. 2.fol.146.
¶ Gradus primus per solam præteritionem est ipso iure nullus, intelligendo ut remissiue dicitur.de contratabul.posthumo.sub num.48. uersicu. octauo. colum. 1.fol.81.

H

HABILITATIONE à iudice ecclesiastico obtenta, potest rescindi contractus coram iudice laico.de transact.l.siquis maior.nu.78.colu.2. fol.183.
¶ Habitudo qualibet totius est etiam habitudo ad partes, considerando ut de pact.l.petens.sub nu.52.uer. non obstat.col.4.f.108.
¶ Hæredes usurarij non tenentur edere rationes.de eden. l.1.nu.61.col.4.fol 15.
Hæredes sui an post triginta annos possint se immiscere quan.non pet.par.l.1.nu.31.co.3.f.57.
Hæredes sui non excluduntur post triginta annos, nec per successorium edictum, nec per ius accrescendi.in ea l.nu.32.col.ea.f.eo.57.
Hæredes sui, et alij uocati ad querelam, in quo differãt. unde legit.l.certum.sub.nu.20.uer.ideo moderni.co lu.2.fol.103.
Hæredes scripti non sunt adire hæreditatem non existẽte conditione, quando prætor remittit scriptis hæredibus conditionem quã lex ciuilis non improbat. in ea l.sub nu.66.uer.septimus.col.2.fol.111.
¶ Hæredibus uerbum quando compræhendat filios tantum, & quando generaliter omnes succedentes ex testamento, & abintestato.quan.non peten.par.l. 1. nu.12.col.4.fol.53.
¶ Hæredis appellatione continetur bonorum possessor.quĩ adm.in rub.nu.77.col.3.f.15.
Hæredis institutio non potest probari per duos testes. de bon.pos.sec.tab.l.2.nu.19.col.3.f.64.
¶ Hæreditas uiuentis, & res aliena competit nobis spe uera, licet aliquando sit debilis.de pac.l.1.numer.78. colum.3.fol.90.
Hæreditas deducta in pactum cum pœna quare non cõcedatur consanguineis succedentibus in gradu.de pact.l.si.sub nu.76.uer.Tertio quærunt.col.3.f.122.
Hæreditas pacto dari non potest.in ea.l.sub num.101. uer.nec obst.col.3.f.126.
Hæreditas quomodo acquiratur, ommittatur, uel repudietur utroque iure, quando uocati ad successionem sunt existentes in aliena potestate.tractatur.in l. 1. C.qui adm.nu.1.col.2.fol.16.
Hæreditas quadruplex potest deferri filiusfamilias. Castrensis, quasi castrensis, aduentitia, & profectitia, & quomodo cognoscantur, declaratur.in ead. le. nu.4.col.3.fo.eo.16.
Hæreditas castrensis & quasi castrensis in totum acquiritur filio, profectitia in totum acquiritur patri, & aduentitia filio acquiritur respectu proprietatis, & patri respecto usus fructus.ibi.n.3.6.ea.f.eo.16.
Hæreditas castrensis ex sola uoluntate filijfamilias acquiritur & repudiatur.ubi sup.n.6.c 4.f.eo.16.
Hæreditas profecticia neq; acquiritur, neq; amittitur sine uoluntate & negligentia patris & filij.ubi sup. nu.7.col.ea.fol.eo. 16.
Hæreditas uel bonorum possessio cui deferatur, discutitur in ea.l.nu.15.col.3.f.18.
Hæreditas defertur utrique, patri, & filio, domino, & seruo.ibi.nu.16.col.4.fol.18.
Hæreditas quando dicatur delata.ubi.sup.nu.22.colu. 4.fol.19.
Hæreditas proprie delata est infanti & ignoranti, sed non furioso.ibi.nu.23.col.ea.fo.19.
Hæreditas delata est infanti & ignoranti compræhenditur sub statuto faciente mentionem de hæreditate delata.ibi.nu.24.col.1.fo.20.
Hæreditas uel bonorum possessio quomodo non habentibus intellectum deferatur.Qui adm.l.infantis.nu.1. col.3.fol.33.
Hæreditas & bonorum possessio defertur infanti. secus in furioso.in ea.l.nu.17. Rationes differentiæ inter infantem & furiosum referuntur.nu.18. & defenditur ratio communis.nu.19.col.1.f.35.
Hæreditas & bonorum possessio quare non transmittatur referuntur plures rationes.qui adm.l.emancipata.nu.22.defenditur ratio Riminaldi.num.23.colu. 1.& 3.fol.38.
Hæreditas quare non transmittatur, assignantur duæ nouæ rationes.ibi.nu.24.co.4.f.eo.38.
Hæreditas & alia iura uniuersalia an possit uendicari ibi.nu.27.col.1.f.39.
Hæreditas non adita regulariter non transmittitur, limitatur non procedere in septem casibus, uel octo. ubi sup.nu.40.col.2.fol.41.
Hæreditas non adita est ius quærendũ quod nõ transit ad alium

ad alium.ibi.sub numer. 22.uer.tertia est.colum.2. fol.38.
Hæreditas non adita est quædam facultas facti insita in persona, quæ in alium non transmittitur.ibi.uers. Quintam rationem.col.3.f.eo.38.
Hæreditas de iure ciuili transmittitur ad descendentes quid autem sit de iure prætorio.ubi sup.nu.32.colu. 3.fol.39.
Hæreditas non adita secundum leges duodecim tabularum non poterat transmitti nisi ex potentia suitatis. ibi.sub nu.32.uer.& pro intelligentia.col.1.f.40.
Hæreditas unita remaneret debet, & non diuerso iure censeri.Quan.non peten.par.in Rub.sub.nu.30.uer. quartam rationem.col.2.f.49.
Hæreditas quare non possit adiri per procuratorem, & quid de bonorum possessione.quan.non peten.par.l.1 nu.20.col.4.fol.54.
Hæreditas sine adminiculo bonorum possessionis unde liberi, datur per bonorum possessionem contratabulas.unde legi.l.certum.nu.8.col.2.f.102.
Hæreditas non ita debetur fratribus sicut ascendentibus & descendentibus.de lib.præter.auth. ex causa.sub nu.38.uer.secundo.col.1.f.136.
¶ Hæreditate adita bona non dicuntur amplius defuncti. unde lib.l. qui se patris.nu.42.col.4.f.92.
1 ¶ Hæreditatem suam alteri quis non potest dare per pactum, tamen potest alteri paciscenti consentire. De pact.l.fi.sub nu.82.uer.glosa in uerbo.col.4.f. 123
2 ¶ Hæreditatis aditioni non fuit à lege tempus præstitutum, quamuis secundum aliquos præscribatur per triginta annos.qui adm.l.1.nu.76.col.4.f.31.
¶ Hæredum tres sunt species.unde lib.l.qui se patris.nu. 20.col.2.fol.89.
1 ¶ Hæres libellantis quando possit declarare libellum, & quid de procuratore.de eden.l.edita.n.80.c.1.f. 42
Hæres an contineatur in dispositione.l.siquis maior. C. de transact.in ipsa.nu.21.co.1.f.174.
Hæres creditoris quando possit agere ad pœnas.d.l.siquis maior.ibi.nu.22.col.2.fol.eo.174.
Hæres debitoris an possit conueniri ex periurio defuncti.ibi.nu.24.col.3.fol.eo.174.
Hæres debitoris ex sua contrauentione non incidit in pœnas.d.l.siquis maior, sed tenetur seruare. in ea.l. nu.25.col.ea.fol.eo.174.
Hæres iurantis contrauenjens non efficitur infamis.ibidem nu.65.col.2.f.181.
Hęres iurantis an possit duci ad iudicem ecclesiasticum ibi.nu.101.col.3.f.185.
Hæres iurantis an possit conueniri coram iudice ecclesiastico, si conueniatur ut obseruet pro anima defuncti. ubi sup.nu.102.col.ea.f.eo.185.
2 Hæres prohibitus adire propter timorem pœnæ, si interim moriatur, transmittit.qui adm.l.emancipata.sub nu.16.uer.Sexta est regula. col.2.fol.37.
Hæres impeditus adire propter defectum naturalem in persona sua, transmittit, si moriatur, ad ascendentes suos, siue sit in potestate, siue non.ibi.uers. Septima. colu.3.fol.eo.37.
Hæres repræsentat personam defuncti.quan. non pet. par.in rub.sub.n.30.uer.tertiā rōnem.col.2.fol. 49.
Hæres uendens hæreditatem an semper teneatur restituere portionem accrescentem.quan. non pet. par.l. 1.nu.24.col.3.fol.55.
Hæres nullus est necessarius de iure prætorio.unde lib. l.qui se patris.nu.36.col.2.f.92.
¶ Hominum & rerum spectantium ad homines interesse pertinet ad legistas.de sent.quæ pro eo quod interest.in rub.nu.11.col.4.f.146.
Hominum interesse in tribus uersatur, in corpore, anima, & rebus, & earum qualitatibus.ubi sup.nu.12 col.ea.f.eo.146.
1 ¶ Honestas personæ quando aliquid operetur.de edendo. l.qui accusare.nu.8.col.4.f.53.
2 ¶ Hosti fides quod sit seruanda, quomodo intelligatur. de sent.quæ pro eo quod interest.l.1.sub nu.34.uersic. nec obstat.col.2.fol.166.
Hypotheca de re uiuentis quando ualeat facta per tertium.de pact.l.fi.n.64.col.1.f.121.

I

2 IACOBI De Rauena laudes.de sent. quæ pro eo quod interest.l.1.nu.48.col.3.f.168.
1 ¶ Iason reprehenditur tanquam male loqutus in materia de qua.De pact.l.1.sub n.13.uer.secundo etiam.co. 2.f.80.
2 ¶ Iasonis intellectus.ad l.1.C.quan.non pet.par.refertur & reprehenditur in ipsa l.1.nu.43.co.2.f.59.
1 ¶ Ignorantia an & quando excuset in materia periurij. de transact.l.siquis maior.sub nu.16.uer. unde pro resolutione.col.1.f.172.
2 ¶ Immutata quæ fuerint per auth.licet in materia.de qua de liber.præter.auth.ex causa.numer.11.colum.1. fol. 130.
Immutata quæ fuerint per Auth.ex causa.ibi.nu. 12. col.2.fol.eo.130.
1 ¶ Impedimenta multa concurrunt in transactione, ne possit producere actionem.de transac.l.siue apud acta. nu.4.col.2.f.153.
2 ¶ Impeditus adire naturali impedimento transmittit hæreditatem ad suos ascendentes, siue sit in potestate siue non.qui adm.l.emancipata.sub nu.40.uer. Septimus casus est.col.3.fol.41.
1 ¶ Imperator non respondet quæstioni de facto. id est non dicit quomodo se habeat factum, sed quæstioni iuris respondet.de eden.l.1.sub num.15.uers. & ex hoc. colum.4.fol.9.
¶ Implementum ad efficaciam requiritur in contractibus innominatis loco specialis formæ, & nominis.de pact.l.petens.nu.3.col.2.f.100.
Implementum an possit fieri in transactione præstando interesse.de transact.l.siue apud acta.sub num.44. uers..Ang.uero.col.3.fol.160.
2 ¶ Impossibilitas reiicitur, & per multa exempla declaratur.de sent.quæ pro eo quod interest.l.1.nume.23. col.3.fol.164.
1 ¶ Incertum conditionis semper minus ualet quam conditionatum.de pact.l.1.nu.21.co.2.f.81.
Incertum conditionis si remittatur, remittitur etiam cōditionatum.ibi.nu.23.col.4.fol.eo.81.

¶ Inclusio unius quod sit alterius exclusio, quomodo procedat. de pact. l. petens. sub nu. 49. uer. non obst. sextum. col. 2. fol. 107.

¶ Incontinenti fieri quæ dicantur. de pact. l. petens. num. 79. col. 1. fol. 113.

¶ Infamiæ pœna imponitur ex lata culpa quando ipso iure incurritur. de transact. l. siquis maior. sub. nu. 16. uer. in contrarium. col. 1. f. 172.

Infamiæ pœnam habeat locum in collegiis & uniuersitatibus artificialibus. in ea. l. sub nu. 20. uer. ideo ego. col. 1. fol. 174.

Infamiæ pœna non transit ad hæredes, & datur ratio. ibi. sub nu. 24. uer. unde dicas. col. 3. f. eo. 174.

¶ Infans dicitur minor septem annis. qui adm. l. infantis. nu. 3. col. 4. fol. 33.

Infans secundum legis dispositionem fari non potest. in ea. l. nu. 4. col. 1. f. 34.

Infans an possit de feudo inuestiri. ibi. nu. 5. col. eadem. fol. eodem. 34.

Infans ex duplici capite est incapax inuestitura, quia petere non potest, & quia possessionem acquirere nõ potest. ubi sup. nu. 6. col. ea. f. eo. 34.

Infans stipulari non potest. in eadem. l. num. 7. colum. eadem. fo. eo. 34.

Infans non potest acquirere possessionem sine tutore, regulariter, sed cum tutore sic, nisi sit minor trirennio cum dimidio. ubi sup. nu. 9. col. ea. fol. eo. 34.

Infans non potest agnoscere bonorum possessionem, sed pater uel tutor nomine eius agnoscit. ubi sup. nu. 13 col. 2. fol. 34.

¶ Infanti defertur hæreditas & bonorum possessio, secus in furioso. qui admitti. l. infantis. n. 17. co. 4. f. 34.

Infanti acquiritur uera bonorum possessio, & iuris. in ea. l. nu. 22. col. 3. fol. 35.

¶ Infinitas multipliciter consideratur præter doctores. de sent. quæ pro eo quod interest. l. 1. n. 18. col. 1. f. 163

Infinitas multiplicatiua est euitanda, & per uiginti exempla demonstratur in ea. l. n. 19. col. 4. f. eo. 163.

Infinitas perpetuitatis regulariter permittitur, quidquid dicant omnes. ibi. nu. 21. co. 1. f. 164.

Infinitas extensiua, id est prolixitas est euitanda. ibid. nu. 22. col. 2. f. eo. 164.

1 ¶ Ingratitudinis remissio facta per pactum an ualeat, uel aliquid operetur. de pact. l. fi. nu. 95. col. 3. f. 125.

¶ ingratitudo futura an possit per pactum remitti cum iuramento. de pact. l. fi. nu. 97. col. 4. f. 125.

Ingratitudo futura sine iuramento an possit per pactum remitti. ibi. nu. 98. col. 1. f. 126.

¶ Instantia perempta an duret uitium litigiosi. de eden. l. 2. nu. 56. col. 3. fol. 28.

Instantia quid sit, & in quo differat ab aliis interuenientibus in iudicio. de pact. l. postquam liti. nu. 10. col. 2. fol. 94.

¶ Instantiæ lapsu non finitur causa. de pact. l. postquam liti. nu. 32. col. 3. f. 97.

2 ¶ Institutio hæredis non potest probari per duos testes. de bon. pos. secun. tab. l. 2. nu. 19. col. 3. f. 64.

Institutio uel exhæredatio filii in potestate non est de forma testamenti pretorii. de contratab. l. posthumo. nu. 47. col. 4. fol. 79.

Institutio quid sit, & quæ requiratur ad eius ualiditatem. de lib. præt. auth. ex causa. n. 3. co. 4. f. 128.

Institutio in re certa an conseruetur per d. auth. ex causa. ibi. nu. 62. col. 2. f. 140.

¶ Institutionem exhæredationem, & præteritionem introducendi in testamentis causa quæ fuerit. de lib. præt. auth. ex causa. nu. 3. col. 3. f. 128.

¶ Institutionis effectus qui sint de iure antiquo, & nouo. in ea. auth. nu. 7. col. 3. f. 129.

Institutionis annullatio posita in d. auth. habet locum in præteritione ignoranter facta. ubi sup. sub nu. 31. uer. sed tamen. col. 4. f. 134.

¶ Institutus an possit contratabulare ignorante præterito latissime discutitur. de contratab. l. posthumo. nu. 27. col. 3. f. 72.

Institutus quando possit contratabulare inuito uel ignorante præterito. noua datur declaratio. in ea. l. n. 28. col. 3. fol. 73.

Institutus quare non habeat quærelam beneficio exhæredati. ibi. nu. 37. col. 2. f. 75.

Institutus in testamento nuncupatiuo ad quid admittatur. unde legit. l. certum. sub nu. 45. uers. alii uero. colum. 2. f. 108.

1 ¶ Instrumenta in iure æquiuoce duo media significant. de eden. l. 1. nu. 1. col. 3. f. 7.

Instrumenta & rationes aut sunt publica, aut priuata. in ea. l. nu. 4. col. 4. f. eo. 7.

Instrumenta hæreditaria eduntur per sua particularia remedia. ubi supra sub. num. 80. uer. secundo fundatur. col. 1. f. 19.

Instrumenta aliena ocultans, uel in quibus alius habet ius, punitur pœna falsi, & iuratur contra eum. De eden. l. edita. nu. 6. seu l. qui accusare. n. 6. co. 4. f. 53

Instrumenta propria ocultans non punitur. in ea. l. num. 5. col. ea. fol. eo. 53.

Instrumenta quibus est usurus Reus edere tenetur in parte & partibus, & assignatur ratio. ubi sup. num. 13. col. 2. fol. 54.

Instrumenta aut narrant negotium, aut tenorem alterius scripturæ, si narrant negotium sunt originalia, si narrant tenorem, sunt exempla. de eden. aut. siquis in aliquo. nu. 3. col. 2. fol. 55.

Instrumenta producens in parte & partibus quando faciat scripturam de processu. de eden. l. fi. nu. 56. colu. 3. fol. 71.

Instrumenta non sunt edenda à Reo Actori, cum limitationibus. in ea. l. sub nu. 36. uers. tenenda est igitur col. 1. fol. 69.

¶ Instrumentorum editio non fit nisi ex causa. de eden. le. 2. sub nu. 18. uer. secunda est. col. 2. f. 23.

Instrumentorum editio non fit nisi semel, ibi. uer. Quarta. col. 2. fo. 23.

¶ Instrumentum prout instruit consideratur tribus modis, de eden. l. 1. nu. 2. col. 4. fol. 7.

Instrumentum productum non est de actis, sed sola eius productio. de eden. l. 2. nu. 10. col. 1. f. 22.

Instrumentum edi debet ante litis contestationem, si ad illud limitatiue libellus referatur. de edendo. l. edita. nu. 145. col. 2. fo. 52.

Instrumentum an probet si interuenit sola scriptura notarii.

tarij. De eden. Auth. si quis in aliquo. numero. 16. col. 4. fol. 57.
Instrumentum deperditum esse quomodo probatur, remissiue. ibi. nu. 35. col. 3. fol. 60.
Instrumentum referens qualitatem simpliciter quando faciat fidem inter easdem personas. ubi sup. nu. 44. col. 3. fol. 61.
Instrumentum relatum, à notario per ista uerba, per me uiso & lecto, an faciat fidem. late discutitur, & saluatur dictum Speculat. ubi sup. numer. 55. colum. 4. folio. 62.
Instrumentum referens non facit fidem, nisi producatur relatum, nec ex eo potest fieri exactio. ibid. sub nu. 6. uers. Quare remanet. col. 1. fol. 56.
Instrumentum unum quando facit mentionem alterius instrumenti, non creditur referenti nisi producatur relatum, si tractatur de pleno praeiudicio, tam inter easdem quam inter diuersas personas. cum ratione. ubi sup. sub nu. 44. uers. unde ego. col. 4. fol. 61.
Instrumentum secundum referens primum quo casu faciat plenam fidem inter omnes. ubi sup. sub nu. 58. uers. Quarto limitatur. col. 2. fol. 63.
Instrumentum producens quando uideatur totum approbare. De eden. l. fin. nu. 57. col. 4. fol. 71.
Instrumentum qui petit rescindi ex aliqua iniustitia allegata, quando incidat. in l. si quis maior. C. de transact. dicitur in ipsa. nu. 106. col. 4. fol. 185.
¶ Intellectus. glo. in l. 1. C. de eden. exemplificantis in argentario, non ualet. ut in ipsa. l. 1. nu. 44. col. 2. f. 13.
Intellectus communis, quod in d. l. 1. mulier esset argentaria, non ualet. ibi. nu. 53. col. 3. fol. 14.
Intellectus Bart. quod in d. l. 1. mulier esset usuraria, an procedat. ibi. nu. 54. col. 4. fol. eo. 14.
Intellectus Azonis reprobatur. ubi sup. nu. 71. col. 1. folio. 18.
Intellectus nullus traditus ad. l. 2. C. de. eden. per se est bonus. sed omnes procedunt loco exempli. ut in ipsa. nu. 43. col. 2. fol. 26.
Intellectus nonus ad. l. uendicatio. ff. De rei uendicat. De eden. l. Edita. nu. 50. col. 4. fol. 36.
Intellectus ad. l. 2. & l. grege. ff. De leg. 2. quare sit unũ legatum. ibi. nu. 52. col. 2. fol. 37.
Intellectus ad constitutionem Regni, si ciuiliter agens. De praeiudicijs sublatis. ubi sup. num. 112. columna. 2. folio. 47.
Intellectus ad §. Sed neque. in Authen. de fideius. ibid. nu. 117. col. 3. fol. 48.
Intellectus Zasii reprehenditur. ubi sup. nu. 118. colu. 4. fol. eo. 48.
Intellectus. l. fraudem §. neque de iure fisci. De eden. Auth. si quis in aliquo. nu. 13. col. 2. fol. 57.
Intellectus clarus & generalis ponitur ad dictam Authen. ibi. nu. 42. col. 2. fol. 61.
Intellectus ad legem optimam. de contrah. & com. stip. ibid. nu. 43. col. ea. fol. eo. 61.
Intellectus primus ad. l. fin. C. de eden. discutitur, & defensatur. in ipsa. l. fin. nu. 14. col. 4. fol. 65.
Intellectus Azonis ad. l. discutitur. ibid. nume. 15. col. 1. fol. 66.
Intellectus Petri ad. d. l. discutitur. ubi sup. numer. 16. col. 2. fol. eo. 66.
Intellectus quartus nouiter excogitatur, & discutitur. ibi. nu. 17. col. ea. fol. eo. 66.
Intellectus quintus quorundam repellitur. ubi sup. nu. 18. col. 3. fol. eo. 66.
Intellectus sextus nouiter ponitur, & discutitur. ibid. nu. 19. col. 4. fol. eo. 66.
Intellectus communis nouis rationibus confirmatur & approbatur. ibi. nu. 20. col. ea. fol. eo. 66.
Intellectus ad. l. 1. §. Edenda. ff. de eden. ubi sup. nu. 47. col. 1. fol. 70.
Intellectus ad. l. si maritus. §. fin. ff. ad leg. falci. ibid. nu. 50. col. 3. fol. eo. 70.
Intellectus ad. l. plures apochis. de fide instrum. ibid. nu. 51. col. 4. fol. eo. 70.
Intellectus uarij ad illa uerba, placitum & consensus, referuntur. De pact. in Rubr. numer. 26. column. 2. folio. 74.
Intellectus ad. c. fina. de praescript. ubi sup. numer. 56. col. 2. fol. 78.
Intellectus communis ad. l. 1. C. de pact. examinatur, et confutantur rationes doctorum. in ipsa. l. 1. num. 51. col. 1. fol. 86.
Intellectus nouus. ad. d. l. traditus. declaratur in ea. nu. 55. col. 4. fol. eo. 86.
Intellectus ad. l. nec nos. C. de captiu. & postlim. reuer. ibid. nu. 57. col. 1. fol. 87.
Intellectus ad. l. 1. §. quod ait. ff. quor. legat. ubi sup. nu. 59. col. 2. fol. eo. 87.
Intellectus ad. l. 1. ff. de curat. bon. dan. ibid. nu. 60. col. 4. fol. eo. 87.
Intellectus ad. l. litis nomen. ff. De uerb. signif. De pact. l. Postquam liti. nu. 29. col. 2. fol. 97.
Intellectus Decij ad. d. l. postquam liti. reijcitur. ubi sup. nu. 30. col. ea. fol. eo. 97.
Intellectus nouus ad. l. etiã. C. de iure dotium. De pact. l. petens. nu. 27 col. 1. fol. 103.
Intellectus primus ad. d. l. petens. discutitur & reprehenditur. in ipsa. nu. 35. col. 3. fol. eo. 103.
Intellectus secundus refertur & reprehenditur. ubi sup. nu. 36. col. 4. fol. eo. 103.
Intellectus primus contra saluationes Guglielmi fulgosij, & aliorum reprehenditur. in eadem. l. num. 43. col. 2. fol. 105.
Intellectus secundus contra saluationes Baldi reprehenditur. ibi. nu. 44. col. 1. fol. 106.
Intellectus tertius latissime examinatur, & defenditur. ibi. nu. 45. col. 2. fol. eo. 106.
Intellectus. l. si in uenditione. ff. de peric. & com. rei uend. latissime ultra alios discutitur. ibid. nume. 70. col. 2. fol. 111.
Intellectus ad. l. 1. §. illud. ff. de hered. uel act. uend. discutitur. De pact. l. fin. nu. 90. col. 3. fol. 124.
Intellectus ad. l. 1. §. si parens. ff. si quis à paren. fuer. manumis. discutitur. ibi. nu. 110. col. 3. fol. 128.
Intellectus modernorum ad. l. transigere. C. de transac. referuntur & impugnantur. in ipsa. l. transigere. nu. 51. col. 4. fol. 145.
Intellectus nouus traditur ad exceptionem falsi. in ea. l. nu. 52. col. 1. fol. 146.

Intelle-

Intellectus nouus ad.l.2.C.de.abolit.ibid.nu.59.col.2.fol.147.

Intellectus ad § pen.in Authen.ut liceat matri & auiæ discutitur.ibi.nu.69.col.3.fol.149.

Intellectus ad § adulteram.in authen.ut nulli iud.discutitur.ibid.nu.70.col.4.fol.eo.149.

Intellectus ad.l.si maritus.§.si negauit.ff.de adult.ibi.nu.71.col.1.fol.150.

Intellectus ad.l.& si quidem.in fine.C. de contrahen. & commit. stipul.discutitur ubi sup.nu.77.colu. 3. folio.151.

Intellectus ad.l.si pro fundo.C.de transact.De transac. l.siue apud acta.nu.51.col.2.fol.161.

Intellectus ad.l.cum mota.C.de transact.discutitur. in ea.l.nu.55.col.1.fol.162.

Intellectus.l.sub prætextu.C.de transact.discutitur.De transact.l.si certa.nu.13.col.1.fol.167.

Intellectus.l.Quoties.C.de dignitat.lib. 12. De transact.l.si quis maior.nu.63.col.1.fol.181.

2 Intellectus.l.cum quidam.ff.eod.Qui adm.in Rubr.nu. 72.col.2.fol.14.

Intellectus ad tex.l.1.C.qui adm. quomodo exponatur dictio,etiam,& quas qualitates implicet.Qui adm. l.1.nu.33.col.3.fol.21.

Intellectus ad glos.in l.1.§.sed uidendum.ff. De succes. edic.ibi.nu.37.col.2.fol.22.

Intellectus ad.l.fin.§ secundo.C.de bonis quæ liber. & constituuntur quatuor casus separati.ubi sup. num. 42.col.3.fol.23.

Intellectus duo traduntur ad.l.Emancipata.C.qui admi. ut in ipsa.nu.18.col.3.fol.37.

Intellectus.l.unicæ.C.de ijs qui ante aper.tabul.latissime ultra alios discutitur.in ea.l.numer.32.columm. 4.fol.39.

Intellectus omnes traditi ad finem legis fin.C.qui admi.repræhenduntur, & defenditur intellectus Romani.in d.l.fina.nu.20.col.2.fol.44.

Intellectus primus.glo.ad.l.1.C.quan.non peten.part. repræhenditur ut per eam ponitur.in d.l.1.nu.26. col.1.fol.56.

Intellectus secundus glosæ repræhenditur,sed tanquam exemplum approbatur.in ea.l. numer.29. columm. 1.folio.57.

Intellectus tertius glosæ refertur & repræhenditur.ib. nu.34.col.4.fol.57.

Intellectus quartus glosæ refertur & repræhenditur. ibid.nu.37.col.1.fol.58.

Intellectus quintus Romani refertur,defenditur,& ampliatur.ibid.nu.40.col.3.fol.eo.58.

Intellectus Bal.refertur,& cum sua illatione repræhenditur.ibi.nu.41.col.4.fol.eo.58.

Intellectus septimus Curtij refertur & repræhenditur. ibi.nu.42.col.1.fol.59.

Intellectus octauus Iasonis refertur & repræhenditur. ibi. nu.43.col.2.fol.59.

Intellectus nonus refertur & repræhenditur. ibid. nu. 44.col.ea.fol.eo.59.

Intellectus decimus refertur,& reprehenditur.ibi.nu. 45.col.ea.fol.eo.59.

Intellectus Cagnoli uanus & gloriosus demonstratur. ibi.nu.46.col.ea.fol.eo.59.

Intellectus.l.sed cum patrono.ff.De bonor.poßes.latissime examinatur.ibi.nu.47.col.3.fol.eo. 59.

Intellectus.l.Mulieri & Titio. de condit. & demonst. late examinatur.ibi.nu.51.col.3.fol.60.

Intellectus ad.l.fin.C.de fideicom.De bon.pos.sec. tab. l.2.fol.64.

Intellectus ad.l.Qui in etero.ff.De statu hom. De contrat.l.Posthumo.nu.16.col.3.fol. 70.

Intellectus ad.l.ex duobus.§.si prias.ff.De contrat.ubi sup.nu.50.col.2.fol.81.

Intellectus communis quod loquatur in casu speciali fauore uenientium ab intestato,reprædeditur cum sua limitatione.ibid.nu.51.col.ea.fol.eo.81.

Intellectus.l.si duo.ff.de lega.præstan.latissime discutitur,& referuntur quatuor principales intellectus continentes omnem modum succedendi.in ea.l.num. 62.col.2.fol.83.

Intellectus ad.l.Qui in aliena.§.interdũ.ff.De acqu.hæred. Vnde lib.l.Qui se patris, numer.16.colum.4. fol.88.

Intellectus communis ad.l.fin.ff.De succes.edic.defenditr ubi sup.nu.28.col.3.fol.90.

Intellectus omnes doctorum ad.l. qui se patris.C. unde lib.breuiter referuntur,& non conuenire demonstratur.ubi sup.nu.32.col.3.fol.91.

Intellectus.l.defuncti.De legit.hæred. discutitur. ibid. nu,67.col.4.fol.96.

Intellectus.d.l.Qui se patris. discutitur. an in ipsa filius repudiauit uel acceptauit, & concluditur quod repudiauit nec acceptauit.ibid.numer. 70. columm. 4.folio97.

Intellectus Bart.ad.d.l.& eius solutio repræhenditur. ibi.nu.72.col.1.fol.98.

Intellectus Baldi repræhenditur , & unus intellectus Alberici.ibi.nu.73.col.ea.fol.eo.98.

Intellectus fulgosij repræhenditur.ubi sup.nu. 74.col. 2.fol.eo.98.

Intellectus Alberici secundus repræhenditur.ibid.nu. 75.col.3.fol.eo.98.

Intellectus Curtij repræhenditur.ibid.nu.76. col. ead. fol.eod.98.

Intellectus nouissimorum repræhenditur. ibid.nu. 77. col.4.fol.eo.98.

Intellectus nouus clarus & nouissimas aperitur & demonstratur.ibi.nu.78.col.ea.fol. 98.

Intellectus ad.l.scripto.ff.unde liberi.ubi sup.nu.82. col.4.fol.99.

Intellectus ad.l.filia dotem.ff. De collat. De collat.l. si emancipati.nu.18.col.1.fol.119.

Intellectus ad.l.1.§.si nepos.ff.De coniung.cum emanc. lib.eius. late discutitur.ubi sup.num.19. colum.2. fol.eo.119.

Intellectus.§.illud in authen.de trien. & semis. late discutitur.ibi.nu.40.col.3.fol.123.

Intellectus.l.ut liberis § fin.de collat. discutitur. ibid. nu.43.col.1.fol.124.

Intellectus.l.si donatione.C. de collat. discutitur. ibid. nu.51.col.1.fol.126.

Intellectus uers.Sancimus in d.l.1.C. De senten. quæ pro

pro eo quod interest de quo interesse loquatur, late discutitur in d.l.1.numer.8.col.1.fol.162.& num. 56.col.3.fol.170.

Intellectus omnes traditi per scribētes ad uers. in aliis reprehenduntur.in ea.l.1.numero.12. columna.3. fol.162.

Intellectus nouus traditur,qui tamen de mente aliorum potest eße.ibi.nu.13.col.ea.fol.eo.162.

Intellectus omnes doctorum in uers.fin.reyciuntur.ibi. nu.14.& nouus intellectus traditur.nu.15.col.3. &4.fol.eo.162.

Intellectus ad.l.Titius.ff.de action.empti.nouiter contra Alciatum explicatur.in d.l.1.numer.25.col.4. fol.164.

Intellectus Alciati ad.l.Iulianus De action. empti.reprobatur.ibi.nu.100.col.1.fol.176.

Intellectus plures tradūtur nouiter ad leges allegatas ubi sup.nu.104.col.2.fol.eo.176.

Intellectus nouus ad.l.si in lege.ff.locati.ibid.nu.117. col.3.fol.178.

Intellectus cōmunis ad uer.in aliis, reprehenditur.ibi. nu.131.& nouus intellectus traditur.nu.132.col. 2.fol.179.

Intellectus ad uers.ne ex quibusdam.ubi sup.nu.135. col.4.fol.eo.179.

¶ Intentans poßeßoriam hæreditatis petitionem an uideatur agnouiße. Qui adm. in Rubr.numer.71.col. 1.folio.14.

¶ Interdicta olim connumerabantur inter edicta priuati iuris.Qui adm.in Rubr.nu.6.col.4.fol.2.

¶ Interdictum quorum bonorum datur ad adipiscendam poßeßionem rerum hæreditariarum.Qui adm.in ru. nu.23.col.1.fol.5.

Interdictum uti poßidetis, & interdictum, quod ui aut clam.non continetur sub uers.Sancimus. posito in l. 1.C.de senten. quæ pro eo quod interest. quia iuratur in litem secundum ueritatem. in d.l.1.num.61. col.2.fol.171.

1 ¶ Intereße Reipublicæ in materia transactionis non attēditur in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis, & aßignatur ratio. De transact.l. Transigere. sub nu.19.uers.non obstant.col.1.fol.141.

2 Intereße patris an hodie ceßauerit propter hoc quod filio acquiratur proprietas. Qui adm.l.1. sub num. 64.uers.præterea aliud.col.2.fol.29.

Interesse nomen quamuis non reperiatur in digestis, tamen non est alienum à lingua latina. De senten. quæ pro eo quod interest.in Rubr.numer.9.column. 3.fol.146.

Intereße reperitur in cœlis,& in terra,& in omnibus rebus cælestibus & terrestribus, Diuinis & humanis. ubi sup.numero.10. columna eadem. folio eodem.146.

Intereße hominum,& rerum spectantium ad homines pertinet ad legistas.ibi.num.11. col.4.fol.eo.146.

Intereße hominum in tribus uersatur,in corpore, anima,& rebus, & eorum qualitatibus.ibid.num.12. col.ea.fol.eo.146.

Intereße habet duas partes,scilicet,utilitatem,& damnum.ibi.nu.13.col.1.fol.147.

Interesse utilitatis consistit in rebus nostris,uel debitis ab alio non impeditis.ibi.nu.14.col.ea.fol.147.

Intereße in rebus alienis est quoddam desiderium, seu potentia consequendi utilitatem.ubi sup.numer.15. col.ea.fol.eo.147.

Intereße utilitatis nō pertinet ad materiā.l.1.C.de sēten.quæ pro eo quod interest. Sed ad leges tractantes de conseruatione.ibid.num.16.columna eadem. fol.eod.147.

Intereße damni proprie pertinet ad materiam.d.l.1. ibi.nu.17.col.2.fol.eo.147.

Interesse damni est quoddam incorporale insurgens ex priuatione rerum,quod non potest solui.ubi sup.nu. 18.col.ea.fol.eo.147.

Intereße legale appellatur illud quod soluitur pro interesse.ibi.nu.19.col.ea.fol.eo.147.

Intereße est duplex,naturale,& legale,ubi sup.nume. 20.col.ea.fol.eo.147.

Intereße naturale nullo iure fuit inductum,Sed à Deo, Natura,uel hominibus causatur,in ea.Rubr.nume. 21.col.3.fol.eo.147.

Intereße legale in forme omni iure fuit inductum.ibid. nu.22.col.ea.fol.eo.147.

Intereße formatum de quo in d.l.1.à lege ciuili est inductum.ibi.nu.23.col.4.fol.eo.147.

Intereße iure diuino uel gentium inductum per principem regulariter remitti non potest.ibid.nu.24.col. ead.fol.eod.147.

Intereße ciuilis formæ in eo quod excedit remitti potest per principem.ibi.nu.25.col.ea.fol.eo.147.

Interesse omne,ex causa,à principe remitti potest,ibid. nu.26.col.1.fol.148.

Intereße omne per modum legis condendæ tolli potest. ibid.nu.27.col.ea.fol.eo.148.

Intereße in genere quid sit disputatur subtiliter,& diffuse.ibi.nu.28.col.ea.fol eo.148.

Intereße diuiditur in genere generalißimo,& in genere sub alterno.ibi.nu.29.columna secunda.folio eodem.148.

Intereße in genere diffinitur per Bartolum.ubi sup.nu. 30.col.ea.fol.eo.148.

Intereße an poßit peti uel non peti, non est de eius substantia.ibi.nu.33.col.3.fol.eo.148.ideo de petitione inepte in diffinitione ponitur,& ferruriensiū saluationes reprobantur.numero 34. columna eadem. fol.eo.148.

Intereße aut est habitus,aut priuationis.ibid.num.39. col.1.fol.149.

Intereße aut est estimabile,aut inestimabile. ibid. nu. 40.col.ead.fol.eo.149. & reprobatur opinio nouissimorum biturgensium uolentium non reperiri intereße inestimabile,numero 41.columna secunda.fo. eod.149.

Intereße aut est petibile, aut non petibile.ibi.num.44. reprehenditur opinio Bart. & communis, uolentis intereße non estimabile non diuidi inter petibile & non petibile.nu.45. columna tertia & quarta.folio eod.149.

Intereße sine facto alterius iniusto in iure inuenitur. ibid.nu.48.col.4.fol.eo.149.

Interesse quoddam præstat ius agendi, uel excipiendi, uel aliud petendi, & quoddam non, secundum doctores ubi sup. nu. 51. hanc diuisionem non esse substantialem, demonstratur, sed esse effectus ex quolibet interesse prouenientes accidentaliter. nu. 52. col. 1. & 2. fol. 150.

Interesse quoddam est in ipsis rebus ad nos spectantibus, quoddam insurgit ex priuatione, uel non acquisitione rerum ad nos spectantium. ubi sup. num. 53. col. 2. fol. eo. 150.

Interesse insurgens ex rebus quoddam uenit ex causa nostra, quoddam ex casu fortuito, & quoddam ex causa alterius noua diuisionis. ubi sup. numer. 54. col. 3. fol. eo. 150.

Interesse insurges ex rebus ex qualibet priuatione causa alterius proueniente, dicitur esse interesse de quo proprie loquitur lex. 1. C. de senten. quæ pro eo quod interest, & eius materia, & quod diffinitur per glossam. ubi sup. nu. 55. col. ea. fo. eo. 150.

Interesse aut consideratur ex se & in substantia, aut pro eo quod ex igitur à Reo, & nouiter diffinitur. ibi. nu. 62. col. 1. fol. 151.

Interesse in substantia est damnum uerum, quidquid dicant omnes, quamuis pro resartione soluatur pecunia, uel aliud. ibi. nu. 63. col. 2. fol. eo. 151.

Interesse non est proprie illud quod exigitur, sed estimatio eiusdem, unde improprie pecunia uel estimatio interesse appellatur. ibidem. nume. 64. columna. 3. fol. eo. 151.

Interesse proprie est damnum ex causa alterius proueniens, & nouiter diffinitur, ommissis alijs. ubi sup. nu. 65. col. ea. fol. eo. 151.

Interesse legalis uariæ diffinitiones referuntur, & reprobantur ibi. nu. 67. col. 4. fol. eo. 151.

Interesse legale nouiter diffinitur. ibidem. numero. 68. col. ea. fol. eo. 151.

Interesse legale an sit triplex. ibid. nume. 70. colum. 1. fol. 152.

Interesse an sit unicum uel multiplex, latissime disputatur. ibid. nu. 73. col. 4. fol. eo. 152.

Interesse secundum Biturigenses unicum tantum est, quorum opinio reprobatur ubi sup. numer. 74. colu. 2. fol. 153.

Interesse legale triplex est, commune, conuentum, & singulare. ibi. nu. 75. col. ea. fol. eo. 153.

Interesse omne respectu condictionis personæ est singulare, sed eius estimatio quæ soluitur est triplex. ibi. nu. 76. col. 3. fol eo. 153.

Interesse naturale potest dici semper singulare, cum sẽper sumatur eius quantitas à conditione personæ. ibi. nu. 77. col. 4. fol. eo. 153.

Interesse conuentum quid sit, late disputatur, & reprobatur communis declaratio. ibid. numer. 78. colum. ead. fol. 153.

Interesse conuentum differt specie à communi & singulari. ibi. nu. 79. col. 1. fol. 154.

Interesse conuentum nouiter diffinitur. ubi sup. nu. 80. col. 2. fol. eo. 154.

Interesse commune an specie differat à singulari, late disputatur, & ex nouis fundamentis defenditur cõmunis sententia. ibidem. numer. 82. columna ead. fol. eod. 154.

Interesse singulare quibus casibus exemplificetur. ibi. nu. 85. col. 4. fol. eo. 154.

Interesse singulare quid sit, ultra omnes declaratur, & diffinitur considerando duobus modis. ubi sup. num. 87. col. ea. fol. eo. 154.

Interesse singulare an sit affectionis uel utilitatis, late disputatur. ibi. nu. 88. col. 1. fol. 155.

Interesse affectionis quod non ueniat in condemnationem, reprobatur communis sententia. ubi sup. num. 89. col. ea. fol. eo. 155.

Interesse affectionis simplicis singulariter præstat causam agendi. ibi. nu. 90. col. 3. fo. eo. 155.

Interesse singulare quomodo consideretur, nouiter declaratur, & qualitas ad alios transmissibilis non facit ad rem. ibidem numero. 92. columna prima. folio 156.

Interesse circa rem, uel extra rem quomodo sumatur, late disputatur. ibidem numero 93. colum. secunda. fol. eo. 156.

Interesse quod duobus modis sumatur, reprobatur cõmunis opinio. ibi. nu. 94. col. 1. fol. 157.

Interesse est triplex, intra rem, circa rem, & extra rẽ, & hæc opinio ab obiectionibus doctorum defenditur. ibi. nu. 95. col. 2. fol. eo. 157.

Interesse proprium, & improprium. ibi. nu. 97. col. ea. fol. eo. 157.

Interesse extra rem an singulare sit, late disputatur. ibi. nu. 98. col. 3. fol. eo. 157.

Interesse singulare quomodo cognoscatur, nouiter declaratur. ibi. nu. 99. col. ea. fol. eo. 157.

Interesse appellatione quid ueniat, discutitur. ibi. num. 100. col. 4. fol. eo. 157.

Interesse damni appellatione an res ipsæ ueniant, nouiter distinguitur. ibi. numero 102. colum. 1. fol. 148. uult dicere 158.

Interesse appellatione uenit damnum habitum, lucrum cessans, fructus amissi, & omnis causa. ubi sup. num. 103. col. ea. fol. eo. 158.

Interesse in materia. l. 1. est aut de damno habito, aut de lucro amisso. ibi. nu. 106. col. 4. fol. eo. 158.

Interesse in quibus rebus consistat, præter alios perquiritur. ibi. nu. 113. col. 3. fol. 159.

Interesse conuentum in omnibus rebus esse demonstratur in quibus commune & singulare reperitur. ibi. nu. 114. co. ea. fol. eo. 159.

Interesse singulare in speciebus absque dubio reperitur. ibi. nu. 115. col. ea. fol. eo. 159.

Interesse singulare in quantitatibus ad genus sub alter num restrictis consistere potest. ubi sub eo. numero. uers. in quantitatibus uero. columna eadem. folio. eo. 159.

Interesse singulare in factis regulariter consistere non potest. ibi. nu. 116. col. ea. fol. eo. 159.

Interesse singulare in factis propter industriam operantis, uel affectionem ad eum habitam aliquando excogitari potest. ibi. nume. 117. columna quarta. fol. eo. 159.

Interesse singulare potest esse in factis ratione adiuncti alio.

alioquin secus.ibi.nu.118.col.ea.fol.eo.159.
Intereße inestimabile an reperiatur.in ead. Rubr. sub nu.40.uers.sed nouissimi.col.2.fol. 149.
Interesse non petibile diuersimode exemplificatur. ubi sup. sub num.44. uers. exempla uero.colum.tertia. fol.eo.149.
Intereße insurgens ex rebus quid sit, traditur per exempla. ibidem. sub numero.53.uers.interesse.col. 2.fol. 150.
Interesse diffinitur,& diffinitio discutitur.ibi.num.59. uers.Quapropter.col.4.fol.eo.150.
Interesse duobus modis consideratur.ibi.sub num. 62. uers.ideo.col.2.fol.151.
Intereße naturale quid sit.ibi.sub nu.64.uers. Et primo.col.3.fol.eo.151.
Intereße legale quid sit.ibi.sub numer.68.uers. Potest etiam.col.4.fol.eo.151.
Interesse est triplex, sicut triplex est pretium rerum. ibid.sub numer.71. uers. Ergo intereße. column.1. folio.152.
Intereße commune an sit pretium rei commune. ibid. uers.& istam.col.2.fol.eo.152.
Intereße multiplex esse demōstratur in materia de qua ubi sup.sub numer.73.uers.pro contraria.colum.1. folio.153.
Interesse commune diuersimode diffinitur.ibid. sub nu. 83.uers.& hoc interesse.col.3.fol.154.
Intereße singulare ex quacunque affectione probabili potest deduci in condemnationem,contra Bartolum. ubi sup.sub numer.89. uers.& tenenda. column.2. folio.155.
Intereße an præstet actionem ad aliud.ibid.sub nu.90. uers.Si uero.col.4.fol.155.
Intereße intra rem quid sit.ibi.sub nu.93.uers.& prima.col.3.fol.156.
Interesse intrinsecum,& interesse extrinsecum quid sit secundum Bart. ubi sup. uers.ideo Bart. column.4. fol.eo.156.
Intereße intra rem,est estimatio damno respicientis bonitatem intrinsecum rei, & exemplificatur ubi sup. uers.interße intra rem.col.1.fol.eo. 156.
Intereße insurgens ex rebus diuersimode capitur. ubi sup.sub nu.110.uers.hoc igitur.col.1.fol.159.
Interesse singulare, si non excedit duplum, totum exigitur. De senten. quæ pro eo quod interest.l.1.nu.28. col.4.fol.165.
Intereße singulare non potest excedere duplum etiam in uno nummo. in ead.l.nume.29. columna eadem. fol.eo.165.
Interesse singulare omne in maleficijs etiam taxatur per.d.l.1.reprobatis Decij & aliorum fundamentis.ubi.sup.nu.44.col.4.fol.167.
Intereße quod restringatur non potest cognosci ex sola cognitione casuum certorum uel incertorum,nec intellectus.d.l.1.ut in ipsa.numer.53.column.prima. fol.170.
Interesse tam commune,quam conuentum, & singulare,in quibus casibus locum habeat, demonstratur. ubi sup.nu.58.col.1.fol.171.
Intereße singulare in quo iuratur in litem,solum taxatur per.d.l.1.ut in ipsa. num. 62.column. secunda. fol.eo.171.
Intereße quod exigitur per actionem præscriptis uerbis in contractibus innominatis non taxatur aut per d.l.1.quia est commune.ubi sup.numer.63. colu.3. fol.eo.171.
Interesse singulare,quidquid dicant doctores, nisi agatur ad repetendum, non taxatur.ubi sup.numer.64. col.ea.fol.eo.171.
Intereße singulare taxatur per ueram estimationem, non per intereße.ibid.numero.65.columna eadem. fol.eod.171.
Intereße conuentum regulariter totum exigitur. ibid. nu.66.col.4.fol.eo.171.
Intereße conuentum appositum dationi quantitatis non exigitur nisi quatenus uerum intereße concurrat. ubi.sup.nu.67.col.1.fol.172.Limitatur tribus modis.nu.68.col.2.fol.eo.172.
Interesse conuentum non exigitur si dolus interuenit. ibi.nu.69.col.ea.fol.eo.172.
Intereße commune an totum exigatur, late disputatur. ibi.nu.70.col.ea.fol.eo.172.
Intereße commune extra rem totum exigitur, nec restringitur per.d.l.1. & respondetur contrarijs. ubi sup.nu.71.col.3.fol.eo.172.
Intereße omne quatenus exigatur, breuiter declaratur.ibi.nu.73.col.1.fol.173.
Intereße singulare an & quando exigi possit, late disputatur.ibi.nu.74. Repræhenduntur omnes doctorum determinationes.ibi.nu.75. & noua distinctio traditur quando intereße singulare exigi possit. nu. 76.col.1.& 2 fol.eo. 173.
Intereße commune intra rem semper exigitur post moram.ibi.nu.85.col.1.fol.174.
Intereße commune circa rem sempe post moram exigitur.ibi.nu.86.col.2.fol.eo.174.
Intereße commune extra rem an & quando exigatur, late disputatur.ibidem.numer.87. columna.3. fol.eo.174.
Interesse lucri ceßantis an & quando exigatur,late discutitur.ibi.nume.106.col.3.fol. 176.
Intereße lucri intra rem semper exigitur.ibi.nu.107. col.ea.fol.eo.176.
Intereße lucri circa rem semper exigitur.ibi.nu.108. col.ea.fol.eo.176.
Intereße lucri extra rem quando ueniat, repræhenditur communis distinctio.ibi.num.109. column.ead. fol.eod.176.
Intereße lucri cessantis debetur à delinquente in committendo, si res alienas corrumpat. in ead.l.nume. 110. col.ea.fol.eo.176.idem in quasi delinquente. nu.111.col.4.fol.eo.176.
Intereße lucri ceßantis non debetur à tradente rem uitiosam.ibid.nu.112.col.ea.fol.eo.176.
Intereße lucri ceßantis quod immediate uenit ex re, quod fieri non poterat ex uenditione rei, deberi à delinquente,ultra omnes deciditur.ibi.nu.112.co.ea. fol.eo.176.
Interesse lucri ceßantis debetur à delinquente in decipiendo.ibi.nu.114.col.ea.fol.eo. 176.

Interesse interesse, & lucrum lucri, an peti & exigi possit. late discutitur. ibi. nu. 123. col. 4. fol. 177.

Interesse an & quando exigi possit, breuiter & notabiliter perstringitur ultra omnes. ubi sup. nume. 130. col. 4. fol. 178.

Interesse lucri cessantis quatenus debeatur, breui distinctione compraehenditur. ibid. numer. 142. col. 3. fol. 180.

Interesse quomodo in iudicium deducatur, late discutitur. ibi. nu. 143. col. ea. fol. eo. 180.

Interesse potest peti iure actionis in obligatione rem fieri. ibi. nu. 144. col. ea. fol. eo. 180.

Interesse petitur officio iudicis, fallit in duobus casibus & quomodo procedat, nouiter declaratur. ubi sup. nu. 146. col. 4. fol. eo. 180.

Interesse in cōtractibus innominatis petitur iure actionis, si agatur actione praescriptis uerbis. ibi. numer. 147. col. ea. fol. eo. 180.

Interesse promissum in contractu iure actionis petitur. ibi. nu. 149. col. 1. fol. 181.

Interesse in obligationibus rem restitui, petitur officio iudicis. ibi. nu. 150. col. ea. fol. eo. 181.

Interesse qualiter probetur, late discutitur. ibi. n. 151. col. ea. fol. eo. 181.

Interesse conuentum probatur per testes, & instrumenta, & per iuramentum, & alijs modis quibus probantur aliae conuentiones. ubi sup. numer. 152. colu. ea. fol. eo. 181.

Interesse commune probatur per testes, & instrumenta deponentes de communi ualore rei, & per iuramentum in litem ueritatis. ibid. num. 153. col. ead. fol. eod. 181.

Interesse commune quomodo possit probari per instrumenta. ibi. nu. 158. col. 1. fol. 182.

Interesse commune probari potest per estimatores electos. ibi. nu. 159. col. ea fol. eo. 182.

Interesse qualiter probetur per estimatores. ubi sup. nu. 161. col. ea. fol. eo. 182.

Interesse singulare probatur per iuramentum in litem affectionis tantum, quamuis male distinguat Bartolus. ubi sup. numero. 162. columna secunda. 1
fol. eod. 182.

Interesse singulare aliquando probatur per testes, si defectus est in persona iurantis. ibid. numer. 164. col. 3. fol. eod. 182.

Interesse singulare petens non habet necesse probare estimationem communem rei, sed solum affectionem quidquid dicat Bart. ibid. nu. 167. column. quarta. fol. eo. 182.

Interesse probari potest per testes domesticis & familiares. ibi. nu. 169. col. 1. fol. 183.

Interesse omne soluitur in pecunia. ubi sup. nume. 179. col. 3. fol. eo. 183.

Interesse quomodo esset estimandum in casibus certis, 2
& incertis fuit apud antiquos dubitatum. ex Alci. in ead. l. sub numer. 3. uers. Alci. uero. colu. secunda. fol. 161.

Interesse quantitas duobus modis potest extēdi in infinitum. ubi sup. sub nume. 4. uers. Sed tunc subintrat col 3. fol. eo. 161.

Interesse extra rē, & interesse singulare in moroso exigi non potest. ibid. sub nu. 18. uers. Sed pro contraria. col. 2. fol. 163.

Interesse estimationem ex machinationibus & iniquis peruersionibus in infinitum extendi iniquum est. ubi sup. uers. Et ratio decidendi. columna tertia. fol. eod. 163.

Interesse extra rem regulariter non soluitur in moroso, nec interesse lucri, & adducitur ratio ibi uers. item interesse. col. ea. fol. eo. 163.

Interesse in casibus certis uel habentibus certam quantitatem restringitur usque ad duplum, & quare, ubi sup. nu. 26. uers. Quarto notandum. columna tertia. folio. 165.

Interesse singulare petitur in omnibus contractibus delictis in quibus agitur ad restituendum, quo casu cōmittitur dolus in non comparando, ex contumacia. in ea. l. sub nu. 45. uers. unde. col. 1. fol. 168.

Interesse quale, quomodo, & quo casu exigatur, triplex proponitur conclusio. ubi sup. sub numer. 65. uers. ex alijs partibus. col. 4. fol. 171.

Interesse tres constituuntur species, intra rem, circa rem, & extra rem. ibi. sub num. 85. uers. Quare uerior. col. 2. fol. 174.

Interesse commune an totum exigatur, & an semper peti possit. ibi. uers. ad propositum. columna eadem. fol. eod. 174.

Interesse decursum habetur pro sorte. & facit ad materiam de qua ubi sup. sub nu. 123. uers. Tertio adducit. col. 1. fol. 178.

Interesse interesse quando admittitur quomodo articulandum sit, ponitur practica. ibid. sub nu. 128. uers. in casibus tamen. col. 4. fol. eod. 178.

Interesse conuentum singulare, & commune an semper, uel quibus casibus debeatur, & exigi possit. ibid. sub nu. 131. uers. Ex congestis omnibus. column. 1. folio. 179.

Interesse promissum per contractum uel stipulationem potest peti iure actionis, sicut agitur ad quodlibet aliud in stipulatione promissum ibi. sub num. 148. uers. Quarto. col. 1. fol. 181.

¶ Interpellans iudicem animo contraueniendi transactioni an priuetur ante litis contestationem. De transac. l. si quis maior. nu. 50. col. 3. fol. 178.

¶ Interogatoria quando sint eden. parti. De eden. l. 2. nu. 27. col. 2. fol. 24.

¶ Interrogatus et exhibeat acta negans illa acta uel instrumenta fuisse facta, quando ex confessione in iudicio facta sibi praeiudicet. ubi sup. numer. 36. col. 2. folio. 25.

¶ Interuentus pecuniae in notario non facit desinere esse mandatum, quia propter grauitatem officij uidetur quod non detur pro mercede, sed pro remuneratione. De eden. l. 1. sub nu. 87. uers. Et ideo. col. 3. f. 20.

¶ Intellectus quis dicatur, & quando dicatur succedi ab intestato. De collat. l. si emancipati. nume. 14. col. 3. folio. 118.

¶ Introductum ad fauorem operatur odium in eo quod est de natura actus. Quan. non peten. part. l. 1. sub num. 30. uers. Sed Deci. col. 2. fol. 57.

¶ Inuitis quomodo & quando portio accrescat. d. l. num. 50. col. 2. fol. 60.

¶ Inuitus nemo cogitur possidere. Quan. non peten.par. l.1.sub nu.55.uers.non obstat.col.1.fol.61.

1 ¶ Iudæi an & quo casu comprehendantur sub dispositione Clem.1.de iudæis.De eden.l.1.sub nu. 56. uers. Concordando tamen.col.2.fol.15.

¶ Iudex præparatorij nunquid sit iudex præparati. De eden.in Rubr.sub nu.38.uers.nunquid autem.co.1. folio. 6.

Iudex debet exprimere causam quare absoluat uictum ab expensis. De eden. l.1.numer.32. columna tertia folio.11.

Iudex laborare debet pro ueritate inuestiganda.in ea. l.sub numer.13. uers. & uidebatur.columna quarta.folio.8.

Iudex denegando editionem actorum facit litem suam. De eden.l.2.nu.34.col.1.fol.25.

Iudex quomodo punitur si non edat.in ea.l.nu.35.col. 2.fol.eo.25.

Iudex laborare debet pro ueritate inuenienda. ibi.nu. 47.col.1.fol.27.

Iudex si in commissione causæ reseruat sibi sententiam potest petere exhiberi sibi copiam omnium actorum coram delegato factorum.ibi.sub nu.40.uers.Quartus est.col.1.fol.26.

Iudex causæ an possit cogere partem declarare libellum obscurum. De eden.l. edita.numero.18. col.3. folio.33.

Iudex an possit inducere testes deficiente accusatore in probationibus.De eden.l.Qui accusare.numer. 15. col.3.fol. 54.

Iudex an possit ex officio suo repellere exemplum parte opponente,& tenor instrumenti deperditi quomodo possit probari per testes. De eden. Auth. si quis in aliquo.nu.33.col.1.fol.60.

Iudex quando possit se fundare super parte instrumenti non producta in actis.De eden.l.fin.nume.58.col. 4.folio. 71.

Iudex an possit cogere partes ad transigendum. De trā sact.l.si quis maior.nu.45.col.1.fol.178.

Iudex secularis an cognoscat de iuramento,& quomodo.in ea.l.nu.76.col.1.fol.183.

2 Iudex an possit simulare Reo liberationem promittere ad inquirendam ueritatem, declaratur. De senten. quæ pro eo quod interest.l.1.numer.34. columm.2. fol.166.

Iudex potest condemnare partes interesse per coniecturas sumptas ex officio suo, & quomodo practicari debeat.in ea.l.nu.168.col.4. fol.182.

Iudex in arbitrarijs potest deducere in condemnationē, & liquidare interesse per secundam sententiam.ubi sup.nu.173.col.2.fol.183.

1 ¶ Iudici referenti acta interuenisse in sententia,non creditur nisi producatur relatum.De eden. Aut.si quis in aliquo.nu.62.col.3.fol.63.

¶ Iudicis præsentia an sit necessaria in renuntiatione absente parte,nouiter distinguitur. De pact.l.postquā liti.nu.43.col.3.fol.98.

Iudicis coactio & legalis an excludatur in l.si quis maior.C.de transact.ponitur in ipsa.nume.43. colu.4. fol.177.

2 Iudicis authoritas & intelligentia non dicitur interuenire,cum iudex non sit an quis agnouerit antea, uel nunc uelit agnoscere,uel quomodo uelit. Qui adm. in Rubr.sub nume.72.uers.ideo. columna secunda. folio.14.

Iudicis alicuius præsentia requiritur in agnitione bonorum possessionis. Qui admit.l.fina.numer.7.colu. 3.fol.42.

Iudicis præsentia non requiritur in repudiatione bonorum possessionis.in ea.l.nu.10.col.4.fol. eo. 42.

Iudicis concessio,& petitio, & per consequens decretum requirebatur in bonrum possessione.ubi sup.nu. 16.col.4.fol.43.

Iudicis decretum an extendatur. quan.non peten. par. l.1.nu.18.col.4.fol.54.

1 ¶ Iudicium proprie & uere dicitur ante litis contestationem, & incipit à citatione partis. De eden.in Rub. nu.36.col.3.fol.5.

Iudicium completum habet tres partes principales, præparatoriam, discussoriam, & decisoriam.in ea. Rubr.sub.num.35.uers. iudicium igitur. column.3. fol.eod.5.

Iudicium uniuersale,generale, & particulare in quo differant secundum doctores. De eden.l.edita.num. 43.col.2.fol.36.

Iudicium uniuersale & generale quid sit, ut cognosci possit,traditur noua & subtilis theorica.in ea.l. nu. 44.col.3.fol.eo.36.

Iudicium uniuersale est illud in quo petūtur plures res unite per corpus essentiale separatum ab eis. ibid. nu.46.col.4.fol.eo.36.

Iudicium generale est quando petitur generalitas quæ non constituit corpus essentiale. ubi sup. numer.53. col.2.fol.37.

Iudicium generale restringitur per expressionem rerū, secus in uniuersali.ibi. numer.54. columna eadem. fol.eod.37.

Iudicium est uniuersale si petitur domus, uel uilla, uel grex uel,alia uniuersitas facti.ubi sup.num.55.col. ea.fol.eod.37.

Iudicium uniuersale non restringitur per expressionem rerum.ibi.nu.57. col.3.fol.eo.37.

Iudicium uniuersale,generale,& particulare differunt. in ea.l.sub nu.54.uers.Remanet.columna secunda. folio.37.

Iudicium quid sit, & quæ sint eius partes. De pact.l. Postquam liti.nu.4.col.3.fol.93.

Iudicium non operatur quod actus ualeat omni meliori modo.De transact.l.siue apud acta.sub num. 13. uers.octauo inducitur.col.1.fol.156.

Iudicium est triplex,uniuersale,generale, & particulare. De transact.l.si de certa.numero.3.col.quarta. folio.165.

¶ Iura uiginti cumulantur contra decisionem legis fina. C. de eden. ut in ipsa. numero.23. columna prima. folio.67.

Iura legaliter acquisita ante acceptationem possunt repudiari, & fortius renuntiari & impediri per pactum de non petendo. De pact.l.1.numer.62.col.2. folio.88.

Iura diuersimode nobis competunt, & quatuor modi referuntur in ead.l.sub nu.61.uers.Puto tamen.co. ea.fol.eo.88.

2 Iura dicentia prætorem corrigere legem, quomodo intelligantur. Qui adm.in Rubr. numer.33. column. 3.folio.7.

Iura antiqua non corriguntur in materia de qua in l. 1.C.qui adm.nisi quando facta est requisitio, & ad requisitionem filij pater recusauit,& econtrario. ut d.l.1.nu.82.col.1.fol.33.

Iura diuersa dicuntur quæ sunt inuicem incompatibilia. & dantur exempla. Quan. non peten. par.l.1. sub.numer.48..uers.Sed omnibus. columna prima. folio.60.

Iura quæ præsuponunt interesse esse pretium rei,faciendo mentionem de pretio rei propter interesse,intelliguntur habito respectu ad considerationem siue computationem per quam uidetur pretium esse interesse.De senten. quæ pro eo quod interest.in Rubr.sub nu.71.uers.& per hæc patet.col.4.fol.152.

1 ¶ Iuramenta minorum super contractu ualido non reijciebantur iure Codicis, sed solum reijciebantur iuramenta præstita super contract. nullo. De transact.l. si quis maior.sub nu.36.uers. Sed tamen.colum.1. fol.177.

¶ Iuramenti aßertorij de re pertinente adiurantem uaria referuntur exempla, & species. De transact.l.si quis maior.nu.5.col.4.fol.169.

Iuramenti diffinitiones multæ referuntur,& noua traditur.in ea.l.nu.9.col.1.fol.170.

Iuramenti duas formas ponit.d.l. si quis maior. ut in ipsa. sub numero.58. Sed tamen. columna prima. fol.180.

2 Iuramenti in litem forma traditur. De senten. quæ pro eo quod interest.l.1.nu.163.col.3.fol.182.

1 ¶ Iuramentum in suplementum probationis non prestatur in materia testamentaria. De eden. Authen. si quis in aliquo.nu.26.col.2.fol.59.

Iuramentum præstitum super donatione bonorum præsentium & futurorum, an sit contra bonos mores. De pact.l.fin.sub num.127.uers.non obstat nonum. col.4.fol.130.

Iuramentum interpositum an faciat ualidare transactionem in criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis. De transact.l. Transigere.numero.48.colu. 3.folio 145.

Iuramentum est duplex, aßertorium, & promißorium. De transact. si quis maior.numer.2. columm. 4.fol.169.

Iuramentum aßertorium fit solum de præsenti re uel præterita.in eadem.l.numer.3.columna eadem.fol. eod.169.

Iuramentum testis est iuramentum assertorium in causa aliena.ibi.nu.4 col.ea.fol. eo.169.

Iuramentum promißorium præstatur super promissione,& semper est de futuro. ubi sup.numer.6. col.1. fol.170.

Iuramentum promißorium aliquando præstatur ex necessitate,& referuntur multa exempla.ibi.nume.7. col.ea.fol.eo.170.

Iuramentum promißorium quod præstatur ex uoluntate pertinet ad.l. si quis maior. & eius materiam ibi.nu.8.col.ea.fol.eo.170.

Iuramentum promißorium aliquando præstatur ad finem facilioris executionis inducendæ,& hoc pertinet ad.l.si quis maior.ut in ipsa.numer.10. colu. 2. fol.eo.170.

Iuramentum promißorium aliquando præstatur ad ualidandum contractum, & hoc pertinet ad Authen. Sacramēta puberum.C.si aduersus uendit. ubi sup. nu.11.col.ea.fol.eo.170.

Iuramentum uaßalli Episcopi & iudicis ex legis præcepto præstitum non continetur in hac lege. ubi sup. nu.44.col.1.fol.178.

Iuramentum qualiter sit præstandum ut habeat locum. d.l.si quis maior.ibi.nu.58.col.1. fol.180.

Iuramentum an producat actionem aliquam, late discutitur.ubi sup.nu.61.col.4.fol.eo. 180.

Iuramentum habet uim clausulæ, rato manente pacto, ibi.nu.71.col.2.fol.182.

Iuramentum an suppleat formam in transactione, ut sit transactio de re clara. ubi sup. numero.72.colu. ea.fol.eo.182.

Iuramentum est alicuius dicti uel promissi confirmatio,cum testimonio Dei,uocali,uel mentali, ad præsumptionem ueritatis inducendā.ubi sup.nu.9.uer. unde ita.col.2.fol.170.

Iuramentum transit ad hæredes respectu obseruantiæ contractus, & firmitatis inductæ, sed non transit quantum ad pœnas periurij, & est communis opinio.in ea.l.si quis maior.sub nu.25.uers.& ideo.co. 4.fol.174.

Iuramentum an impediat purgationem moræ. ibi. sub nu.90.uers.& hæc.col.2.fol.184.

2 Iuramentum fidelitatis non præstatur à pupillo, sed expectatur quod sit maior. Qui admit.l.infantis.nume. 11. col.fol.34.

Iuramentum an in materia intereße poßit deferri in supplementum probationis. De senten.quæ pro eo quod interest.l.1.sub nume.169.uers.Cagn.tamen. col.1.fol.183.

1 Iurandum an sit de calumnia in pluribus actionibus cumulatis,nascentibus ex eodem fonte.De eden.l.edita.nu 130.col.3 fol.50.

¶ Iurans adimplere quando non implendo incidat. in l.si quis maior.C.de transact. ponitur in ipsa.num.55. col.3.fol.179.

Iurans non punitur à lege si nō potuit obseruare.in ea. l.sub nu.13. uers.non obst.col.1.fol.171.

¶ iurantis hæres an poßit duci ad iudicem ecclesiasticū. De transact.l.si quis maior.nume. 101. column.2. folio.185.

Iurantis hæres an poßit conueniri coram iudice ecclesiastico, si conueniatur ut obseruet pro anima defuncti.in ea.l.nu.102.col.3.fol.eo.185.

¶ Iurari de calumnia an debeat super actione cumulata. De edend.nu. 128.col.1.fol.50.

Iurari per principem,quando poßit. De transact.l. si quis maior.sub nume.58. uers. Et dum dicitur col. 1.fol.180.

Iuri

¶ Iuri de futuro an possit renũtiari, latissime distinguitur. De pact.l.1.nu.61.col.1.fol.88.

Iuri de futuro quando possit renuntiari, repudiari, uel per pactum remitti, breuiter & substantialitate epilogatur in ea.l.nu.86.col.2.fol. 91.

¶ Iuribus nobis competentibus dantur certi ordines ad ea Disponenda. De pact.l.postquam liti.num.3.col.3.fol.93.

¶ Iuris allegationes quando edendæ sint partibus. De eden.l.2.nu.28.col.2.fol.24.

Iuris acquirendi de remissione tractatur. in l.1.C.de pact. secundum Doct. per renuntiationem, remissionẽ. & pactum de non petendo, sed confuse, & æquiuoce ut in ipsa.l.1.nu.6.col.3.fol.79.

Iuris de futuro renuntiationis in materia, fiẽda affirmatiua, quod iuri de futuro renuntiari potest sine pacto in ea.l.nu.76.col.1.fol.90.

¶ Ius mere reale an renuntiari, uel repudiari possit, uel per pactum remitti, late distinguitur. De pact.l.1.nu.68.col.3.fol.89.

Ius omne tam præsens quam futurum, siue ex causa de præsenti, siue ex causa de futuro, siue sit personale, siue reale, siue possessionis, potest per pactum remitti in ea.l.sub nu.86.uers. Si uero.col.2.fol. 91.

Ius aliquod præsens est in omni iure quærendo, quod appellatur spes, siue incertum, & ipsa res acquirenda. De pact.l.fin.nu.3.col.2.fol.114.

Ius qui plenum non habet, quamuis non possit per se facere, potest facienti consentire.in ea.l.nu.85.colu.1.folio.124.

2 Ius accrescendi, & ius non decrescendi quomodo distinguantur inuicem. Quan.non peten.par.in Rub.num.15.col.3.fol.46.

Ius accrescendi quando habeat locum.ubi sup.nu.19.col.1.fol.47.

Ius accrescendi quomodo diffiniatur, & reprobantur diffinitiones aliorum.ibi.nu.22.col.ea.fol.eo. 47.

Ius accrescendi nouiter diffinitur duobus modis considerando.ibid.nu.23.col.2.fol.47.

Ius accrescendi introductum fuit lege duodecim tabularum, & in bonorum possessionibus à prætore ubi sup.nu.27.col.1.fol.48.

Ius accrescendi ut habeat locum, quæ sint necessaria. ibid.nu.28.col.2.fol.eo.48.

Ius accrescendi in quibus casibus cessat.ibi.num.29.col.3.fol.eo.48.

Ius accrescendi qua ratione inductum fuerit, & reprobatur omnis ratio doctorum.ibi.nu.30.c.4.f.eo.48

Ius accrescendi in successione ab intestato quare introductum fuerit, noua adducitur ratio.ibi.n.31.& in successione ex testamento inter disiunctos ratio cõmunis defenditur.nu.32.in successione uero ex testamento inter coniunctos ratio fundatur in uoluntate testatoris.nu.3.col.3.fol.49.

Ius accrescendi an procedat ex uolũtate testatoris, uel iuris dispositione.ibi.nu.37.col.2.fol.50.

Ius accrescendi quando ueniat ex sola legis dispositione.ibi.nu.38.col.ea.fol.eo.50.

Ius accrescendi quando ueniat principaliter ex uoluntate testatoris.ibi.nu.39.col.3.fol.eo.50. 1

Ius accrescendi quando ueniat ex sola legis dispositione uel testatoris, datur noua distinctio.ubi sup.nu. 40.col.4.fol.eo.50.

Ius accrescendi in quibus casibus uincat substitutionẽ narratur.ibi.nu.43.col.2.fol.51.

Ius accrescendi quare uincat successorium edictum, & quando.ibi.nu.45.col.3.fol.eo.51.

Ius accrescendi habent locum quando coniunctio est talis quæ ab initio inducit partes separatas. in ead. Rubr.sub nu.25.uers.unde ille tex.col.4.fol.47.

Ius accrescendi in quo differat à iure non decrescendi, & ab aliis successionibus ex secunda uocatione. ubi sup.sub nu.26.uer.Ex quibus patet.col.4.f.eo. 47.

Ius accrescendi differt à successorio edicto, & in quo. ibi.uers.Differt.col.ea.fol.eo.47.

Ius accrescendi habet locum etiam in eo qui est institutus in re certa. ibid.sub nu.27.uers. Similiter.col.1.folio.48.

Ius accrescendi habet locum inter succedentes de iure prætorio. quamuis sit successorium edictum. Quan. non peten.par.l.1.nu.14.col.1.fol.54.

Ius accrescendi an habeat locum inter suos hæredes in ea.l.nu.30.col.2.fol.57.

Ius accrescendi an uincat successorium edictus.ibi.nu.38.col.2.fol.58.

1 Ius accrescendi quod non habeat locum inter succedentes diuerso iure, quomodo intelligatur.ubi sup.num.

2 48.col.4.fol.59.

Ius accrescendi quando habeat locum inter succedentes diuerso iure nouiter declaratur.ibi.nu.49.colu.2.fol. 60.

Ius accrescendi habet locum in fideicommissis uniuersalibus.ibi.nu.53.col.4.fol.eo.60.

Ius accrescendi habet locum in dote & legitima.ibid. nu.54.col.1.fol.61.

Ius accrescendi non habet locum in possessione facti, & quid de bonorum possessione fact.ubi sup.nume.55.col.ea.fol.eo. 61.

Ius accrescendi an habeat locum in concessionibus feudalibus, uel emphyteoticis.ibi.nu.56.co.2.fo.eo.61

Ius accrescendi an & quando habeat locum in successionibus feudalibus.ibi nu.57.co.ea.fol.eo. 61.

Ius accrescendi quando habeat locum in successionibus feudorum in quibus uinitur iure francorum.ubi sup. nu.58.col.3.fol.eo.61.

Ius accrescendi etiam iure prætorio inter bonorum possessores habet locum, si pluribus simul esset delata bonorum possessio, & aliqui ommitterent portionem suam.in ea.l.sub num.8.uers.iis.tamen.col.1.fo.53

Ius accrescendi habet locum inter suos hæredes, de iure prætorio, non obstante suitate. Vnde lib.l.Qui se patris.nu.37.col.2.fol.92.

Ius adeundi an dicatur esse in bonis. Qui adm.l.emancipata.sub nu.22.uers.ideo.col.2.fol.38.

Ius authenticorum quantum ad successorium edictũ nihil noui induxit, sed eo iure distinguitur ut in iure Digestorum & Codicis, ut dicitur. Vnde lib.l.Qui se patris.sub nu.68.uers.Quare remanet.col.3.fo.97.

Ius canonicum quare non seruetur in foro ciuili, plures rões assignantur. De pact.in rub.nu.55.co.1.fo.87.

Ius ciuile super potentijs naturalibus processit duobus modis. De pact.l.petens.sub nu.39.uers.Bart.tamē col.1.fol. 104.

2 Ius ciuile an impediat ius accrescendi. Quan.non petē. par.l.1.sub nu.1.uers.secundo.col.1.fol.52.

Ius Codicis in materia aduentitiorum est triplex. antiquius, antiquum, & nouum. Qui adm.l.1.n.10. col. 2.folio.17.

1 Ius competens spe & non re quando possit repudiari, renuntiari, & per pactum remitti, late discutitur, De pact.l.1.nu.70.col.3.fol. 89.

Ius competens spe an possit repudiari, & per pactum remitti.ibi.nu.71.col.ea.fol.eo.89.

Ius competens spe an possit renuntiari simplici uoluntate, parte præsente.ibi.nu.72.col.4.fol.eo.89.

Ius competens spe an possit renuntiari simplici uoluntate cum iuramento.ibi.nu.73.col.ea.fol.eo.89.

Ius competens spe an possit renuntiari simplici renuntiatione geminata.ibi.nu.74.co.ea.fo.eo.89.

Ius competens spe an possit renuntiari simplici renuntiatione facta in iudicio.ibi.nu.75.col.1.fo.90.

Ius competens nec re, nec spe an possit repudiari, late discutitur.ibi.nu.77.col.2.fol.eo.90.

Ius competens nec re, nec spe æqualiter potest repudiari, sicut ius conditionale, & si uerba conueniunt.in ea.l.nu.79.col.3.fol.eo.90.

Ius competens nec re, nec spe potest renuntiari per uerba respiciētia futurum tempus secundum doctores. ibi.nu.80.col.4.fol.eo.90.

2 Ius immiscendi an fuerit inductum à prætore, & quid sit. Quan.non peten.par.l.1.sub nu.32.uer. Sed magis placet.col.3.fol.57.

1 Ius naturale primæuum est cum ratione in hominibus ante ius gentium, & appellatur ius naturale hominum. De pact.Rub.nu.5.col.3.fol.72.

2 Ius non decrescēdi quando habeat locum. Quan.non peten.par.in Rub.nu.20.col.1.fol.47.

Ius non decrescendi quomodo diffinitur.in ea.l.nu.24. col.2.fol.47.

1 Ius nostrum ammittitur quinque modis ex uoluntate. De pact.l.1.nu.5.col.3.fol.79.

Ius personale & actiones an possint amitti repudiatione, renūtiatione, uel pact. De pact.l.1.n.65.c.4.f.88

Ius personale uel actiones an possint ammitti repudiatione, renuntiatione, uel pacto. datur noua distinctio ubi sup.nu.66.col.1.fol.89.

2 Ius præteritum cum iure ciuili per constitutiones redactum fuit in consonantiam, & ab eo die communicata sunt remedia utriusque iuris in utraque forma testamenti. De contrat.l.Posthumo.nu.9.c.1.f.69.& unde legit.l.Certum.nu.22.co.4.fol.103.

Ius prætorium non est sublatum in eo in quo constituebat duo capita diuersa agnatorum & cognatorum, sed hodie etiam remanent illa capita, & bonorū possessiones eorum diuersæ, & adducitur ratio.in d.l. Certum.sub nu.41.uers.Decius tamen.co.1.f.107.

1 Ius quærendum habet tres species, ius delatū, ius de futuro ex causa de præsenti, & ius de futuro ex causa de futuro. De.pact.l.1.nu.3.col.2.fol.79.

Ius quærendum ex causa de futuro est, quando quis sperat succedere cōsanguineo suo ubi sup. uers. ius quærendum.col.ea.fol.eo.79.

Ius quærendum est triplex, ius delatum, ius quærendū ex causa de præsenti, ius quærendum ex causa de futuro. De pact.l.fin.nu.2.co.2.fo.114.

2 Ius quærendum quid sit. Qui adm.l. Emancipata. in prin.col.2.fol.36.

Ius substitutionis quare uincat ius accrescēdi, uariæ rationes referuntur. Quan.non peten.par.in rub. num. 42.col.2.fol.51.

Ius succedendi ab intestato beneficio præteriti quare datur exhæredatis, & non datur contratabulas. De contrat.l. Posthumo.sub nu.36.uer.sed tunc. co.2. folio.75.

Ius successorium an haberet locum de iure ciuili tempore Digestorum. unde lib.l.Qui se patris. sub num. 64 uers.in contrarium tamen.col.1.fol.69.

Ius transmissionis quare uincat ius accrescēdi, nouiter declaratur. Quan.non peten.par.in Rub.nu.44.col. 3.folio.51.

¶ Iustum non est ut quilibet cogatur suscipere onera & obligationes alterius. Qui adm.in Rubr.sub nu.16. uers.Cæterum.col.2.fol.4.

L

1 Lapsu instantiæ non finitur causa. De pact.l. Postquam liti.nu.32.col.3.fol.97.

2 ¶ Laudes Iacobi de Rauenna. De senten.quæ pro eo quod interest.l.1.nu.48.col.3.fol.168.

¶ Legata profecticia filiofamilias delata incontinenti acquiruntur patri in totum, & non requirunt factum filij, & à solo patre possunt repudiari. Qui adm.l.1. sub nu.82.uer.in legatis uero.col.2.fol. 33.

Legata qualiter debeant præstari, si emancipatus unus est præteritus, & alius institutus. De contrat.l.Posthumo.sub n.27.uers.Sexto facit.col.1.fol.73.

Legata, rupto testamento ex causa præteritionis paternæ, an conseruentur per Authen.ex causa.C. de lib. præter.latissime discutitur.in d.Auth. ex causa.nu. 23.col.2.fol.132.

Legata, rupto testamento ex præteritione paterna conseruantur per.d.Auth.ex capite extensionis, non ex ui uerborum.ubi sup.nu.27.col.4.eo.132.

Legata conseruantur per dictam Auth.in præteritione materna ignoranter facta.contra Bart.ubi sup.num. 32.col.4.fol.134.

Legata an hodie conseruentur rupto testamento ex causa exhæredationis.ibi.nu.42.col.1.fol.137.

Legata an conseruentur rupto testamento per repudiationem.ubi sup.nu.43.col.2.fol.eo. 137.

Legata relicta filio præterito, & cætera in eo collata, conseruantur per.d. Authen.ex causa.contra Bart. ut in ipsa.nu.69.col.3.fol. 141.

Legata conseruata per dictam Authen.petuntur actione ex testamento.ibi.nu.71.col.2.fol.142.

Legata non debentur quæ non reliquisset pater si sciuisset se habiturum filium.ubi sup.sub n.30.uer. Quarto.inducitur.col.1.fol.134.

Legata difficilius tolluntur præterito eo qui non debet institui.ibi.uers. Secundo.co.ea.fo.eo. 134.

Legata

Legata facilius conseruari debent quando pater ignoranter præterijt, quam quando scienter, & adducitur ratio. ubi sup. uer. Quinto inducebat. c. 3. f. 134.
Legata an conseruentur quando causa est inserta in exhæredatione, sed non probata. ponitur ubi sup. n. 42. uers. si uero causa. col. 1. fol. 137.
Legata, si testamentum est nullum propter præteritionem, & postea confirmatum per præteritum, quia approbauit, an conseruentur si institutus repudiauerit hæreditatem. ibi. sub nu. 43. uer. & ideo. c. 2. f. 137.
Legata & cætera capitula testamenti confirmantur, existete defectu præteritionis, uel exhæredationis in testamento, siue sint substitutiones directæ, siue obliquæ, siue possint relinqui in codicillis, siue in testamento, & etiam conditiones, exceptis ennumeratis. in d. Aut. nu. 70. ubi traditur regula cum tribus ampliationibus. & quatuor fallentijs. col. 1. fol. 142.
1 ¶ Leges antiquæ quomodo possint exemplificari per leges nouas, distinguitur nouiter. De eden. l. 1. nu. 55. col. 4. fol. 14.
2 Leges Codicis an possint intelligi quod decidant casum indubitabilem. Quan. non peten. par. l. 1. numer. 15. col. 1. fol. 54.
Leges codicis cōtinentes ius antiquum quid operentur. in ea. l. nu. 16. col. 2. fol. 54.
Leges ciuiles non ualent in materia concernente peccatum. unde legit. l. Certum. sub nu. 38. uers. facit tex. col. 2. fol. 106.
Leges permittentes præscriptionem cum mala fide non ualent, quia contineat peccatum, & idem de legibus duellum, & de legibus imponentibus infamiam trāseuntibus ad secunda nota, & in causa matrimoniali, quæ tota est spiritualis. ibid. uer. idem. tenent. co. ea. fol. eo. 106.
Leges uel statuta quod non ualeat matrimonium factū sine consensu patris disponentia non ualent. & est communis opinio. ubi sup. uers. Et dixi etiam. colu. ea. fol. eo. 106.
Leges omnes permittentes matrimonium in gradu prohibito à iure canonico, non ualent. ubi sup. uer. Quare sequitur. col. 3. fol. eo. 106.
Leges antiquæ loquentes de interesse lucri amissi, uel interesse extra rem, hodie non sunt correctæ. De sentē. quæ pro eo quod interest. l. 1. nu. 3. co. 1. fo. 161.
Leges omnes quæ uolunt quod pœna promissa exigi possit, loquuntur quādo debetur species, uel apponitur facto, secus si apponatur dationi quantitatis quia est suspitio usurarum. in ea. l. sub nu. 67. uers. omnes autem. col. 1. fol. 172.
1 ¶ Legi si unquam. C. de reuocan. donat. quomodo & quando possit renuntiari, remissiue. De pact. l. 1. num. 43. col. 1. fol. 172.
¶ Legis primæ. C. de eden. regula quomodo comprehendat. fiscum. in ipsa. nu. 27. col. 1. fol. 11.
Legis optimam. De contrahen. & commit. Stipul. dispositio procedit siue sint uerba enutiatiua, siue dispositiua. De eden. Authen. si quis in aliquo. nu. 46. col. 3. fol. 61.
Legis optimam. dispositio non habet locum quando in alio casu extra instrumentum uerteretur quæstio. ubi sup. nu. 47. col. 1. fol. 62.
Legis optimam. dispositio habet locum etiam in qualitatibus quæ tempore contractus non possunt interuenire. ibid. nu. 48. col. ea. fol. eo. 62.
Legis optimam. dispositio habet locum inter diuersas personas in earum fauorem. ibi. nu. 49. col. 2. fo. 62.
Legis optimam. dispositio differt in multis à l. 1. C. de fide instrum & iure has. fisc. lib. 10. ubi. sup. nu. 50. col. ea. fol. eo. 62.
Legis primæ. C. de fi. instru. in materia, procedit distinctio, an qualitas tempore instrumenti potuerit interuenire uel non. ubi sup. nu. 51. co. ea. fol. eo. 62.
Legis primæ. C. de fi. instrum. dispositio in quibus casibus habeat locum, & eius materia, breuiter narratur. ibi. nu. 52. col. ea fol. eo. 62.
Legis postquam liti. subiectum, est quid importet renuntiatio litis. ut in ipsa. nu. 14. col. 3. fol. 94.
Legis petens. C. de pact subiectum, est & intentio finalis, an pactum continens quid diuersum appositum iuxta contractum stipulationis uestiatur cohærentia contractus, informet actionem ex stipulatione, uel alio contractu stricti iuris. ut in ipsa. sub n. 18. uer. unde subiectum. col. 2. fol. 101.
Legis fin. C. de pact. prohibitio habet locum quando pactum fit de successione hominis certi, secus si fiat pactum de successione hominis incerti. ut in ipsa. sub nu. 89. uers. Secundo. col. 3. fol. 124.
Legis transigere. C. de transact. subiectum & materia est tractare, in quibus criminibus permittantur trāsactiones & pactiones, & quas pœnas euadant uel incurrant per eas tam accusator quam Reus. ut in ipsa. nu. 7. col. 4. fol. 139.
Legis quis maior. C. de transact. remedium utrum transeat in singularem successorem si facta sit transactio ut Reus retineret fundum, & postea certo tempore daret centum, & cætera. ut in ipsa. l. si quis maior. nu. 27. col. 4. fol. 174.
2 Legis fin. C. qui adm. prima pars remouet solemnitates antiquas. ut in ipsa. nu. 19. col. 2. fol. 44.
Legis secundæ. C. de bo. pos. secun. tab. mēs est duplex, specialis & generalis. ut in ipsa. nu. 10. co. 2. f. 63.
Legis ratione correcta, etiam eius dispositio correcta est. De contrat. l. Posthumo. sub nu. 40. uers. tenendo. col. 2. fol. 76.
Legis primæ. C. de senten. quæ pro eo quod interest. decisio comprahendit factum contentum in obligatione depositi, & commodati, & cæterorum casuum. ut in ipsa. nu. 54. col. 2. fol. 170.
1 ¶ Legislatores precipuam curam habuerūt ut iudicia criminalia recto ordine, & debito rigore fierent. De trāsact. l. Transigere. nu. 2. col. 2. fol. 139.
Legislatores curauerunt ut accusatorum copia haberetur. in ea. l. nu. 3. col. ea fol. eo. 139.
Legislatores curauerunt ne daretur occasio diffamandi & indebite uexādi innocen. ubi sup. n. 4. c. e. f. 139.
Legislatores curauerunt ne accusatores sine abolitione desisterent ab accusationibus. ib. n. 5. c. 3. fol. 139.
¶ Legislatori referenti aliam legem creditur plene, etiā quod non appareat relatum. De eden. Auth. si quis in aliquo. num. 56. col. 4. fol. 62.

¶ Legitima successio uidetur etiam esse testamentaria. Quan.non peten.par.l.1.sub nu.10.uers.Sed in contrarium.col.3.fol.53.
Legitima successio an cesset in filijs emancipatis.in ea.l.sub nu.29.uers.Sed tamen.col.1.fol.57.
¶ Legitimati plene succedunt,ex testamento,ab intestato, & contra testamentum.Sed non dispensati.De contrat.l.Posthumo.nu.67.col.4.fol.84.
Legitimati per subsequens matrimonium in omnibus uere sunt filij.in ea.l.sub num.71.uers.Si uero sunt filij.col.4.fol.85.
Legitimati per oblationem curiæ uidentur magis priuilegiati quam alij,& datur ratio.Unde legit.l.Certum.sub.nu.36.uers.Sed.tamen.col.1.fol.106.
¶ Legitimatus plene per rescriptum principis supremi, est uere legitimus,De contrat.l.Posthumo.nu.64.col.3.fol.84.
Legitimatus uel dispensatus an quis sit, referuntur plures effectus.ibi.nu.65.col.ea.fol.eo.84.
Legitimatus plene cum clausula,quod non succedat cōtra uoluntatem,non rumpit testamentum.ibi.nu.68.col.4.fol.eo.84.
Legitimatus post mortem patris non rumpit testamentum.ibi nu.69.col.1.fol.85.
Legitimatus an reuocet donationem uirtute legis si unquam.C.de reuocan.donat.ubi sup.nu.70.col.ead.fol.eo.85.
¶ Legū coactio semper militat in omni transactione,quia semper debet fieri secundum leges,& nemo potest facere quod non habeant locum in sua dispositione.De transact.l.si quis maior.sub nu.42.uers.præterea.col.4.fol.177.
Legum correctio est euitanda.Qui adm.l.fin.sub.n.27.uers.in contrarium.col.1.fol.45.
¶ Legumlatores ex bono publico perpetuitatem iurium, & actionem, non obstante morte, introduxerunt. Qui adm.in Rubr.sub num.16.uers.Quamobrem.col.2.fol.4.
¶ Lex prima.C.de eden.recipit decem restrictiones in materia editionis.ut ipsa.nu.14.col.2.fol.9.
Lex non potest facere quod actus contrarius ualeat.De eden.l.edita.nu.105.col.3.fol.46.
Lex qui accusare.C.de edē.ponit regulam in ciuilibus, & in criminalibus causis.ut in ipsa.numer.2.colu.3.folio.53.
Lex optimam.De contrahen.& commit.stipul.quo casu loquatur.De eden.Authen.si quis in aliquo.sub nu.65.uers.Similiter.col.4.fol.63.
Lex prima.C.de fide instrumen.& iure has.fiscal.lib.10.non pertinet ad materiam legis optimam,& in quibus casibus loquatur.ibi.uer.Circa.l.1.columm.1.fol.64.
Lex non potest esse ita clara quin dubitationes non recipiat.De eden.l.fin.nu.3.col.3.fol.64.
Lex fin.C.de eden.Se refert ad.l.Qui accusare.& non potest referri ad.l.1.ubi sup.nu.5.col.4.fol.eo.64.
Lex prima.C.de pactis.tractat de pacto remißorio iuris sui,id est,an ius de futuro remitti possit ut in ipsa.nu.1.col.1.fol.79.
Lex supradicta tractat de iure de futuro ex causa de præsenti.ibi.nu.4.col.2.fol.eo.79.item de remissione iuris acquirendi secundum doctores, per renuntiationem,remissionem, & pactum de non petendo, sed confuse,& æquiuoce.nu.6.col.3.fol.79.
Lex si unquam.C.de reuocan.donat.non habet locum in re minima.ibi.nu.38.col.3.fol.83.
Lex si unquam. non habet locum in donatione facta in contractu uenditionis.ubi sup.nume.39.colum.ead.fol.eo.83.
Lex si unquam an habeat locum in donatione iuris quęrendi,late discutitur,& nouiter distinguitur.ibi.nu.40.col.ea.fol.eo.83.
Lex si unquam an habeat locum in filijs naturalibus superuenientibus.ibid.nu.41.col.1.fol.84.
Lex si unquam an habeat locum in filijs naturalibus legitimatis. post ibi.nu.42.col.ea.fo.eo.84.
Lex postquam liti.C.de pact.habet locum in renuntiatione partis litis.ut in ipsa.nu.17.col.1.fol.95.
Lex petens.C.de pact.præsuponit neceßario pactum cōtinere diuersum à stipulatione.ut in ipsa.nu.46.col.2.fol.106.
Lex si in uenditione.ff.De peric.& com.rei uend.an intelligatur de periculo interitus,uel deteriorationis.in ea.l.petens.nu.72.col.3.fol.111.
Lex si in uenditione. an uelit deficiente conditione seruari pactum.ibi.nu.73.col.4.fol.eo.111.
Lex si in uenditione an contineat contractum resultantem,referendo pactum ad contractum.ubi sup.num.74.col.1.fol.112.
Lex fin.C.de pact.participat de materia.l.1.C.de pact.ut in ipsa l.fin.nu.1.col.2.fol.114.
Lex fi.C.de pact.est una de quinquaginta decisionibus Iustiniani.ut in ipsa.nu.12.col.2.fol.115.
Lex supradicta est declaratoria iuris antiqui,specialiter decidendo quod generaliter legibus antiquis continebatur.ibi.nu.13.col.ea.fol.eo.115.
Lex prædicta habet locum in omnibus sperantibus succedere ex quacunque causa ibid. numer.22.colu.3.folio.116.
Lex transigere.C.de transact.habet locum in committentibus crimina, & mandantibus ea fieri quando est similis pœna.ut in ipsa.num.83.col.2.fol.152.
Lex siue apud acta.C.de transact.quid contineat.ponitur.in ipsa in prin.col.1.fol.153.
Lex si quis maior.C.de transact.pertinet ad omnia genera contractuum, & ideo utilior est cæteris: ut in ipsa.nu.1.col.4.fol.169.
Lex si quis maior.an sit fauorabilis,uel odiosa.late discutitur,& concluditur ex multis quod est fauorabilis.in ea.l.nu.14.col.2.fol.171.
Lex si quis maior.an habeat locum in fœminis, latissime discutitur,& concluditur quod sic,& idem in rustico.ubi sup.nu.18.col.3.fol.172.
Lex si quis maior comprahendit utranque partem, tā actorem quam Reum.ibi.num.26.columna quarta.folio.174.
Lex si quis maior an habeat locum in contractu nullo qui ualidatur de iure canonico per iuramentum.ibi.nu.35.col.3.fol.176.
Lex si quis maior qūo seruetur & practicetur in regno

gno Neapolitano.ubi sup.num.104.col.3.fol.185.
Lex si quis maior.quare uideatur raro practicari. ibi. nu.107.col.1.fol.186.
Lex quod non possit facere actum contrarium ualere, quomodo intelligatur.De transact.l.siue apud acta. sub nu.13.uers. non obstat quod lex.colum. prima. fol.171.
Lex si quis maior.est fauorabilis, quia est facta fauore animæ.ut in ipsa.sub.nu.19.uers.Contrarium tamē col.2.fol.173.
Lex si quis maior. in quibus contractibus procedat. ibi.nu.28.col.1.fol.175.
Lex quando facit exequtionem in aliquo propter delictum,in totum declarat delictum esse commissum & nunquam potest purgari mora.iu ea.l.sub nume. 90.uers.& ideo.col.2.fol.184.
3 Lex prima.C.qui adm.tract.quomodo acquiratur,ammittatur,uel repudietur utroq; iure hæreditas,quando uocati sunt ad successionem existentes in aliena potestate. ut in ipsa.nu.1.col.2.fol.16.
Lex prima.C.qui adm.in quibus casibus exemplificari possit de bonorū possessione delata filio. ubi sup. nu.46.col.3.fol.24.
Lex bonorum.ff.rem.rat.hab.limitatur multis modis. ibi.nu.59.col.1.fol.28.
Lex fin.de bon. quæ lib.loquitur etiam in bonorum possessione.ibi.nu.65.col.3.fol. 29.
Lex infantis.C. qui adm.tractat, quomodo hæreditas uel bonorum possessio non habētibus intellectum deferatur.ut in ipsa.nu.1.col.3.fol. 33.
Lex emancipata.C.qui adm.tractat an transmissio bonorum possessionis fiat in casibus in quibus de iure ciuili permittitur. ut in ipsa. numer.17. columm.3. folio.37.
Lex unica. de his qui ante aper. tab. an habeat locum in bonorum possessione. ubi sup.nu.31.co.3.fol.39.
Lex papia prohibebat descendentibus certis casibus adire ante apertas tabulas.ibi.nu.33.c.1.f.40.& uers.ex quibus habes.col.3.fol. 40.
Lex cum antiquioribus.C.de iure deliberan.an habeat locum in possessione extraordinaria.ibid. nume.38. col.1.fol.41.
Lex papia non potest extendi ad successionem ab intestato,& adducitur ratio.in ea.l.sub num. 33. uers. unde patet.col.2. fol. 40.
Lex.1.C.De his qui ante aper. tab. loquitur solum in descendentibus,institutis defunctis ante apertas tabulas, & non potest extendi ad successionem ab intestato, neque ad eos qui moriuntur post apertas tabulas. ibid.uers. Secundam.col.3.fol.40.
Lex fin.C. qui adm.tractat, quæ solemnitas requiratur hodie in agnoscenda bonorum possessione.ut in ipsa. nu. 1.col.1.fol.42.
Lex supradicta facta fuit propter incōmoditates quæ ueniebant ex antiqua obseruatione.in ea.l.nume.2. col.ea.fol.eo.42.
Lex prædicta legitur in principio & in fine uarijs modis,& alias nouiter legitur.ubi sup.nu.4. col.2.fol. eo.42. & nu.19.col.2.fol.44.
Lex prima.C. quan. non peten. par. potest intelligi de iure accrescendi,& non decrescendi, secundum uaria exempla.eo.tit.in Rub.nu.21.col.1.fol. 47.
Lex prima§.ubi autem.C.de cadu.tollen.declaratur. in ea.rubr.nu.25.col.3.fo.47.
Lex prima.C.quan.non peten.par.tam clara in uerbis, quare reddatur difficilis.ponitur in ipsa.num.1.col. 1.folio.52.
Lex supradicta legitur uarijs modis per gl.&per doct. dantur ultra duodecim intellectus. ubi sup.num.5. col.2.fol.eo.52.
Lex prædicta generaliter intelligi debet in omnibus liberis, & in quocunque successione.ubi sup.nu.6.co. 3.fol.eo.52.
Lex secunda.C.de bon.pos.secun.tab.non est noui iuris inductiua,tamen non est superflua.ut in ipsa.nume. 6.col.3.fol.62.
Lex posthumo.C. de contratab.tractat quæ sint uires testamenti quando filius in potestate uel emancipatus sunt præteriti.ut in ipsa.nume.1. col.4.fol.66.
Lex prædicta habet tres intellectus.ut in ea.nu.11.Summatur & casus figuratur secundum cummunem intellectum.nu.12.Summatur & casus figuratur secundum ueriorem intellectum. num.13.col.1.2.& 4.folio.69.
Lex posthumo.de quo posthumo intelligatur.in ea.l.sub nu.7.uers.sed ad propositum.co.3.fol.68.
Lex qui in utero.de statu hom.declaratur.ibi.sub num. 16.uers.unde ego.col.3.fol.70.
Lex qui se patris.C.unde liberi.continet unum casum in quo bonorum possessio unde liberi sit necessaria. ut in ipsa.n.1.& enumerantur quæ sint illa quæ causant difficultatem in ipsa.nu.2.col.3.fol.86.
Lex qui se patris.continere uidetur decisionem contra notissimas regulas successionum.ut in ea.nu.3.col. 4.fol.eo.86.
Lex prædicta propter sui breuitatem recipit octo quæstiones in facto super diuersis qualitatibus facti ubi sup.nu.29.col.4.fol.90.
Lex supradicta summatur & diuiditur ibi.nu.33.Casus figuratur aperiens adictum ad omnia contraria resoluenda.nu.34.col.4.fol.91.
Lex qui se patris. non decidit casum in quo uterq; fuit emancipatus.ibi.nu.58.col.4.fol.94.
Lex prædicta decidit casum in quo solus nepos fuit emancipatus.ibi.nu.59.col.1.fol.95.
Lex supradicta nō decidit casum in quo solus filus fuit emancipatus.ibi.nu.60.col.2.fol.eo.95.
Lex dicta decidit casum in quo uterque fuit in potestate.ibi.nu.61.col.ea.fol.eo.95.
Lex prædicta an sit hodie correcta cumulatiue seu ampliatiue,ut nepos possit succedere utroque iure latissime discutitur.ubi sup.nu.62.col.3.fol. eo.95.
Lex antedicta an sit immutata hodie per ius authenticorum,ut nepos possit succedere de iure ciuili. ibi. nu.68.col.2.fol.97.
Lex prædicta an sit correcta remotiue per.l.1. De his qui ante aper.tab.&.l.Cum antiquioribus.C.de iure deliberan.& concluditur quod sic quando transmittitur bonorum possessio.ubi sup.n.69.c.3.f. 97.
Lex supradicta ampliatiue remanet incorrecta,sed re-

motiue fuit corrigitur, & exemplificatur in utroq; casu. ibid.sub.nu.69.uers.Ex quibus.col.4.fol.97.
Lex certum.C.unde legitimi.est famosa. propter suam glos.magistralem enumerantem omnes species bonorum possessionis. ut in ipsa.uumer.1. columna.4. folio.101.
Lex duodecim tabularum,ne successio incerta esset,cõstituit duos modos succedendi,ex testamento, & ab intestato, uocando certas personas.ubi sup.num.2. col.ea.fol eo.101.
Lex duodecim tabularum crescente ciuitate & imperio apparuit iniqua,& imperfecta in multis.ibi.nu. 3.col.ea.fol.eo.101.
Lex uxoris abortu.C.de posthum.hæred.instit.declaratur.in d.l.Certum.sub nu.55.uers. Sed tamen.colu. 3.fol.109.
Lex posthumus.ff.De iniust.rup. & irrito testam.an habeat locum quando nascitur posthumus post mortẽ testatoris,uel moritur post eius mortem.in ea.l.sub nu.56.uers.Sed succedit.col.1.fol.110.
Lex si emancipati .C. de collat. non est difficilis, nec clauis materiæ ut arbitrãtur doctores.ut in ipa. nu. 1.col.1.fo.118.Diuiditur,& casus figuratur in prima parte.nu.2.co.2.Casus figuratur in secunda parte.nu.3.col.4.fol.eo. 116.
Lex si nemo. De testamen.tut.an hodie habeat locum. De lib.præter. Authen.ex causa.nu.44.col.3.137.
Lex.1.C.de senten.quæ pro eo quod interest. secundum doctores est de difficilioribus quæ sint in corpore iuris.ut in eo.tit.in Rub.nu.1.col.4.fol.145.
Lex.1.C.de senten.quæ pro eo quod interest obscuritatem maximam in qualibet sui parte, & in quolibet uerbo continere ostenditur.ut in ipsa.n.1.c.4.f.160
Lex supradicta est noui iuris inductiua, reiectis fundamentis Decij,& cæterorum.ibi.nu.24.co.1.f. 164.
Lex debet esse congrua naturali æquitati.ubi sup.num. 36.col.3.fol.166.
Lex generalis omnes subditos ligat. ibi.nu.37.col.ea. fol.eo. 166.
Lex.1.C.de senten.quæ pro eo quod interest. habet locum solummodo quando per leges ueteres permittebatur exigi interesse tam singulare, quam commune,uel lucri, & nihil noui in facultate exigendi interesse factum fuit per ipsam,sed solũ modificati sunt casus permissi à legibus ueteribus. ut in ipsa. sub nu.17.uers.Sed tamen.col.1.fol.163.
Lex prædicta non habet locum in obligationibus dãdi, sed in omnibus casibus in quibus uenit interesse in obligationibus dandi.ibi.sub nu.62.uers.Ex ultima parte.col.2.fol.171.
1 ¶ Libellans non tenetur edere instrumentum relatum ante litis contestationem,si narratur factum certum, quia ipse ex narratione potest esse certus,& deliberare,& est communis conclusio.De edẽ.l. Edita.sub nu.145.uers.Secundum est.col.3.fol.52.
¶ Libellantis hæres quando possit declarare libellum, & quid de procuratore.De edẽ.l.edita.n.80.c.1.f.42.
¶ Libelli mutatio an permittatur in damnũ Rei. De edẽ. l.edita.nu.20.col.4.fol.33.
Libelli mutatio permittitur cum damno Rei in actione, medio concludendi.ibi.nu.21.co.ea.fol.eo. 33.
Libelli mutatio fieri potest in fauorem Rei super substantia.facti.ibi.nu.22.col.1.fol.34.
Libelli mutatio docto de errore permittitur ẽt in damnum Rei,& indistincte.ibi.nu.23.co.ea.fol. eo.34.
Libelli mutatio in narratiuis & enuntiatiuis fieri põt in damnum Rei.ibi.nu.24.col.ea.fol. eo. 34.
Libelli mutatio in dispositiuis inducentibus confessionẽ certam fieri non potest inuito Reo.ubi sup.nu.25.co. ea.fol.eo.34.
Libelli mutatio in dispositiuis non inducentibus confessionem certam facti permittitur inuito Reo.ibid.nu. 26.col.2.fol.eo.34.
Libelli copia danda est expensis actoris,& cætera acta expensis Rei.ibi.nu.31.col.1.fol.35.
Libelli substantia quomodo intelligatur.in ea.l.numer. 62.col.2.fol.39.
Libelli declaratio circa actum de præterito in damnum Rei fieri potest.ibi.nu.81.col.3.fol. 42.
Libelli declaratio post oppositionem factam per Reum amplius fieri non potest.ibi.nu.82.co.ea.fol.eo. 42.
Libelli mutatio quando possit fieri in causa appellationis.ubi sup.nu.90.col. 4.fol.43.
Libelli datio & litis contestatio non possunt remitti cõsensu partium.De eden. Authen. si quis in aliquo. sub nu.61.uers.nec obstat.col.3.fol.63.
¶ Libellus in quo quis accusatur quod fecit insultum uulnerando an contineat accusationem de uulnere, ita quod probando uulnus possit condemnari de uulnere. De eden.in Rub.nu.42.col.3 fol.6.
Libellus ineptus procedit in summarys, si clara in reliquis sit narratio facti.De eden.l.Edita.nu.13.co. 1.folio.33.
Libellus generalis procedit parte non opponente. ubi sup.nu.14.col.ea.fol.eo.33.
Libellus generalis non procedit in summarys parte opponente, ex incertitudine magna.ibi. nu. 15. col.2. fol.eo.33.
Libellus generalis non procedit parte opponente,etiam apposita clausula salutari.ubi sup.nu. 16.colum.3. fol.eo.33.
Libellus generalis non procedit, ut super eo sententia proferri possit.ibi.nu.17.col.ea.fol.eo.33.
Libellus hodie est afferrendus in scriptis. ubi sup. nu. 30.col.1.fol.35.
Libellus alteratus in forma sua dicitur esse idem libellus.ibid.nu.39.col.1.fol.36.
Libellus incertus quando possit declarari usque ad sẽtentiam.ibi.nu.63.col.3.fol.39.
Libellus est nullus non seruata forma.l. libellorum .ff. de accusat.ibi.nu.66.col.4.fol.eo.39.
Libellus non est nullus si exprimitur inepte medium cõcludendi.ibi.nu.67.col.1.fol.40.
Libellus nullus potest emendari si tempora largiantur. ibi.nu.68.col.2.fol.eo.40.
Libellus, peto rem & fructus,an procedat.ibi. numer. 119.col.1.fol.56.
Libellus referens cum dictione,prout, an sit perfectus sine relato.ibi.nu.144.col.2.fol.52.
Libellus in quo nominatur actio inepte an procedat si fuit

perfecte factum narratum. in ea.l. sub nu.12.uers. ex supradictis.col.1.fol. 33.

Libellus alteratus an dicatur emendatus proprie, & idem libellus alteratus.ubi sup.sub nu.38.uers. & istam partem.col.4.fol.35.

Libellus ualet in quo quis petit rem, & si illa non extat, estimationem.sicut ualet libellus peto rem, & si non tradatur, peto interesse.ibi.sub nu. 116.uers.& ex illo textu.col.3.fol.48.

Libellus peto sententiam pro me ferri, an ualeat, late discutitur. De pact.l.petens.nu.31.colu.2.fol.103.

Libellus, peto causam fine debito terminari, ualet. in ea.l.nu.32.col.ea.fol.eo. 103.

Libellus, peto ius & iustitiam ministrari, ualet.ibi. nu. 33.col.ea.fol.eo.103.

Libellus, persecutio, & transactio possunt generales, uniuersales, & particulares.De transact.l. si de certa.nu.4.col.1.fol.166.

¶ *Liber rationum priuatarum regulariter probat contra scribentem.De eden.l.1.nu.17.col.1.fol.10.*

Liber rationum priuatarum an faciat fidem pro scribente.in ea.l.nu.18.col.ea.fol.eo. 10.

Liber rationum an probet liberationem cum iuramento scribentis.ibi.nu.19.col.ea.fol.eo.10.

Liber rationum quomodo in minimis probet pro scribente.ibi.nu.20.col.2.fol.eo.10.

Liber rationem an confirmetur per mortem scribentis. ibi.nu.21.col.ea.fol.eo.10.

Liber rationum in uoluntariis probat pro scribente.ib. nu.22.col.3.fol.eo.10.

Liber rationum probat pro scribente propter consuetudinem.ibi.nu.24.col.4.fol.eo.10.

2 *Liber sextus Codicis continet plenum tractatum successionum.Qui adm.in Rub.nu.1.col.3.fol.2.*

Liber nullus etiam iure authenticorum de iure ciuili propter beneficium abstinendi est necessarius hæres. unde legit.l.Certum.nu.36.col.4.fol.105.

1 ¶ *Liberans Reum per acceptilationem dicitur perfecte adimplere, quia uerum est quod non potest amplius agere.De transact.l.siue apud acta.sub nu.36.uer. & hanc partem.col.2.fol.159.*

2 ¶ *Liberi in potestate iure ciuili uocantur ad successionē parentum.per unde liberi, per unde agnati, & per unde cognati, ordine successiuo.quan.non peten.par. l.1.sub nu.25.uers.tertio.col.4.fol.55.*

Liberi uenientes per unde agnati uel cognati an teneātur conferre.De collat.l. Si emancipati. numer.27. col.4.fol.120.

Liberi non obtinentes primum locum an teneantur conferre.in ea.l.nu.28.col.2.fol.121.

Liberi succedentes titulo particulari non teneantur conferre.ibi.nu.30.col.3.fol.eo.121.

¶ *Libri empti, & expensæ factæ in studio an conferri debeant, remissiue.De collat.l.si emancipati.num. 60. col.2.fol.127.*

1 ¶ *Libris mercatorum cum eorum iuramento præstabitur plenissima fides in eorum fauorem, si non habent aliquam maculam, & sunt in arbitrio boni mercatoris scripti & regulati, & non sit deductum ab aduersario aliquod præstans probabilem suspitionem falsitatis De eden.l.1.sub nu. 25.uers. unde dicendum.col.1.fol.11.*

2 ¶ *Limitatio Bal. de casu authen. præterea an procedere possit in materia de qua in l.1.Quan.non peten.par. nu.39.col.2.fol.58.*

1 ¶ *Lis an dicatur esse ante contestationem.De eden.l.edita.nu.19.col.3.fol.33.*

Lis capitur dupliciter, pro controuersia uel contestatione, & pro discussione.ubi sup. uers. Quare ego. col. ea.fol.eo.33.

Lis quid sit, & quare ita appelletur, & in quo distinguatur ab alijs partibus iudicij.De pact.l.postquam liti.nu.5.col.4.fol.93.

Lis ex proprietate uocabuli differt à causa.in ead.l. sub nu.28.uers.nihilominus.col.2.fol.97.

¶ *Liti renuntians an uideatur confiteri malam causam. De pact.l.Postquam liti.nu.23.col.2.fol.96.*

Liti renuntians an debeat puniri tanquam desistens à lite.ibi.nu.25.col.3.fol.eo.96.

Liti præsenti uel future quō & per quam conuentionem renuntiari possit discutitur.ubi sup.n.38. c.2.f.98.

2 ¶ *Litigandi occasio solet inimicitias, & odia parere. Vnde lib.l.qui se patris.sub nu.84.uers.& fundamentum.col.2.fol.100.*

1 ¶ *Litigare uolentes quæ præparatoria scire debeant antequam ad iudicium accedant, ne male instructi inconsulto agentes, & tanquam ad calumniosām actionem instituentes, etiam fouentes iustissimam causā, in expensis condemnandi ueniant. De eden. in rub. in prin.col.2.fol.1.*

¶ *Litigiosi uitium an duret perempta instantia.De eden. l.2.nu.56.col.3.fol.28.*

¶ *Liti contestatio non potest remitti consensu partium.de eden.Authen.si quis in aliquo.sub nu. 61. uers. nec obstat col.3.fol.63.*

Litis renuntiatio non trahitur ad dominium & actionem.De pact.l.postquam liti.num.19. col.3.fol.95.

Litis renuntiatio an inducat exceptionem litis finitæ, & quando.ibi.nu.22.col.1.fol.96.

Litis renuntiatione facta an sit ferenda sententia. ibid. nu.24.col.3.fol.96.

Litis nomen an comprehendat causam & actionem.ib. nu.28.col.1.fol.67.

Litis renūtiatio per quæ uerba fiat.ibi.n.33.c.3.f.97.

Litis renuntiatio quo tempore fieri possit ut præiudicet ibi.nu.35.col.4.fol.eo.97.

Litis renuntiatio an ualeat parti contradicente.ibi.nu. 36.col.1.fol.98.

Litis seu liti futurę renuntiari potest per simplicem renunciationem, contra doctores, & cuius sit effectus. ubi sup.nu.39.col.2 fol.eo.98.

Litis renuntiatio simplex non trahitur ad litem futurā nisi aliud appareat.ibi.nu.40.co.ea.fo.eo. 98.

Litis renuntiatio facta inchoato processu quatenus pręiudicet.ibi.nu.41.col.ea.fol.eo.98.

Litis renuntiatio facta post litis contestationē regulariter præiudicat in totum.ubi.sup.n.42.c.3.fo.eo.98.

Litis renuntiatio absente parte facta an & quando ualeat.in ea.l.nu.43.uer.Puto tamen.co.4.fo.eo.98.

¶ *Loci ommissio an uitiet libellum criminalem mixtum.*

De eden.l.edita.nu.70.col.4.fol. 40.

2 ¶ Lucra nuptialia an sint conferenda.de collat.l.si emancipati.nu.49.col.2.fol.125.

¶ Lucrum cessans uenit appellatione intereße. De senten. quæ pro eo quod interest.in Rubr.nume.103.col.1. fol.148.

Lucrum rem semper uenit. De senten. quæ pro eo quod interest.l.1.sub nu.116.uers.secunda est.colum n.1. folio. 177.

Lucrum ceßans an poßit peti, & ueniat in condemnationem, & quando.in ead.l.nu.106.col.3.fol.176.

Lucrum intra rem semper uenit in condemnationem. ibi.nu.107.col.ea.fol.eo.176.

Lucrum circa rem uenit in totum tam in contractibus, quam delictis, in committendo, & committendo, & alijs casibus.ubi sup.nume.108.col.ea.fol.eo. 176.

Lucrum ueniens extra rem intrinsece & extrinsece, an ueniat & totum, uel quale, ubi sup.nu. 109.col.ea. fol.eo.176.

Lucrum cum iniuria alterius nunquam uenit in delictis in ommittendo.ibi.nu.116.col.4.fol.eo. 176.

Lucrum circa rem semper uenit in delictis in ommittendo, & dantur exempla. ibid. uers.secunda. colu.1. fol.177.

Lucrum ueniens ex natura potius quam industria semper uenit.ibi.nu.117.col.ea.fol.eo.177.

Lucrum ueniens ex industria hominis regulariter non potest peti.fallit tamen, ut ibid.sub nume.119.uers. Quarta est.col.ea.fol.177.

Lucrum non uenit, siue ueniat cum iniuria alterius, siue sine.fallit ut ibid.sub nume.131.uers.Sed secundum.col.2.fol.179.

M

2 Machinationibus est obuiandũ. De senten.quæ pro eo quod interest.l.1.nu.35.c.3.f. 166.

¶ Magistratibus quare conceßa fuerit potestas dicendi, multiplex adducitur causa.Qui adm.in Rubr.nume. 10.col.2.fol.3.

Magistratibus omnibus ratione iurisdictionis iudiciariæ data est potestas faciendi edicta.ubi sup.sub nu. 11.uers.& quamuis.col.3.fol.eo.3.

¶ Magistratus nostri temporis an possint facere edicta contra legem uel statuta.Qui adm.in Rubr. nu. 36. col.4.fol.7.

Magistratus nostri temporis in omnibus æquiparantur prætoribus antiquis data paritate terminorum. ubi sup.nu.37.col.1.fol.8.

Magistratus nostri temporis quando possint ex causa uenire contra statuta iurata in sententiando.ibi.nu. 38.col.3.fol.eo.8.

Magistratus quando in pœnis possint recedere à statuto, datur noua distinctio.ibi.nu.39.col.4. fol.eod.8.

Magistratus possunt facere edicta contra legem, etiam si princeps consuli potest faciliter.ubi sup.num. 40. col.1.fol.9. 2

Magistratus etiam cuiuslibet uillis uici facit banna cõtra & præter legem, & obseruantur contra legem donec proponens est in magistratu.in ead. Rubr.sub nu.36.uers. Et hanc.col.1.fol.8.

Magistratus nostri temporis poßunt facere edicta contra & præter leges & statuta ex urgenti, quæ seruari debent contra ea, donec proponens uoluerit, uel durat in magistratu, in omnibus & per omnia ut faciebant prætores antiqui.ibi.sub nu.37. uers. Quare remanet.col.3.fol.8.

Magistratus municipales in qualibet ciuitate creabantur de corpore decurionum, qui appellabantur duũuiri.& de corpore plebis, qui appellabantur defensores ciuitatum. Qui adm.l.fin. nume.3 .columm.1. fol.42.

1 ¶ Maior decemocto annis, in Regno incidit in pœnas.l.si quis maior.C.de transact.si non purgat moram.ut in ipsa.l.si quis maior.nu.38.col.2.fol.177.

Maior ætas a quo probari debeat.in ea.l.nu.39.co.ea. fol.eo.177.

Maior ætas an requiratur tempore contractus, uel contrauentionis.ibi.sub nu.141.col.3.fol.eo.177.

¶ Maioritatis regula non habet locum in actionibus nullo modo se tangentibus. De eden.l.Edita.num. 114. col.4.fol.47.

¶ Mala fides durat perempta instantia. De eden.l.2.nu. 57.col.4.fol.28.

2 ¶ Maleficijs an & quomodo quis teneatur de lucro cessante. De senten.quæ pro eo quod interest l. 1. sub nu.113.uers.Et ita declara.col.4.fol.176.

1 ¶ Mandatum an sit necessarium ut argentarius uel Reus edat.de eden.l.1.nu.37.col.3.fol.12.

Mandatum expressum requiritur in notario.in ead.l. nu.38.col.4.fol.eo.12.

Mandatum tacitum sufficit in argentarijs.ibi.num.39. col.1.fol.13.

Mandatum regulariter non requiritur in editionibus. ibi.nu.40.col.ea.fol.eo.13.

Mandatum in rationibus priuatis nihil operatur. ibid. nu.41.col.ea.fol.eo. 13.

Mandatum expressum requiritur in notario, fallit in actis. ibi.nu.43.col.2.fol.eo.13.

Mandatum de scribendo non inducit necessitatem edendi.ibi.nu.64.col.1.fol. 17.

Mandatum de scribendo quare non inducat necessitatem editionis.ibi.nu.86.col.2.fo.20.

Mandatum præsumitur quando in presentia scribuntur rationes, si probabiliter interest.in ead.l.1. sub nu. 63.uers.Quinto inducebat.col.3.fol.16.

Mandatum præsumptum debet oriri ex aliqua coniectura.ibi.uers.Tertio.col.1.fol.17.

Mandatum neceßario non inducitur ex consuetudine. ibi.uers.Quinto.col.ea.fol.eo.17.

Mandatum quare non producat actione in argentario. in ea.l.sub nu.98.uers.ideo.col.4.fol.20.

Mandatum non producit actionem mandati in argentario ad edendum, & id quare sit.ubi sup.sub numer. 92.uers.Quare remanet.col.1.fol. 21.

Mandatum an præsumatur, ex cursu longi temporis. Qui adm.l.1.nu.58. col.21.

1 ¶ Maritus accusans uxorem de adulterio non habebit dotem nisi concludenter probet adulterium. De eden. in Rubr.nu.27.col.2.fol.4.

Ma-

Maritus accusans uxorem de iniuria atroci propter uiolatam pudiciciam, lucrabitur dotem etiam quod non appareat de adulterio.ubi sup.nume.28.colum. 3.fol.eo.4.

Maritus retinens concubinam non lucratur dotem propter adulterium uxoris.ibi.n.30.col.ea.fol.eo.4.

¶ *Mater potest petere bonorum possessionem impuberi sine ratihabitione.qui adm.l.infantis.nu.14. columnn. 3.fol.34.*

1 ¶ *Materia.l.1.C. de fide instrumen. procedit distinctio, an qualitas tempore instrumẽti poterit interuenire, uel non.de eden.auth.siquis in aliquo.num.51.colu. 2.fol.62.*

Materia auth.siquis in aliquo est tertia materia separata à materia.l.optimam.de contrahen.& commi.stipul.& materia.l.1.C.de fide instrum. & ampliatur multis modis.ubi sup.nu.64.co.3.f.eo. 62.

Materia tota editionis breuibus uerbis reassumitur.de eden.l.1.nu.73.col.2.f.18.

Materia auth.siquis in aliquo.uidetur difficilis, quia doctores confundunt eam cum legibus non pertinentibus ad eam.ut in ipsa.nu.1.col.1.f.55

Materia pacti de hæreditate uiuentis subordinatur & distinguitur ultra alios.de pact.l.fi.nu. 91. colu. 4. fol.124.

Materia integra specierum contractuum non fuisset cõgruenter tractata in rub.C.de transac. ut in ipsa rubri.nume.8.col.4.fo.136.

Materia.l.transigere.C.de transact.est tractare in quibus criminibus permittantur transactiones & pactiones, & quas pœnas euadant uel incurrant per eas tam accusator quam Reus.ut in ipsa.l.transigere.nu.7.col.4.fol.139.

1 ¶ *Matri,uel auo materno præteritis à liberis quæ remedia hodie competant.de lib.præter. auth. ex causa. nu.56.col.2.fol.139.*

¶ *Matrimonium potest fieri per procuratorem.quan. non pet.par.l.1.sub nu.20.uer.non obstat. columna. 1. fol.55.*

¶ *Matris præteritio habetur pro exhæredatione & quare.de contratab.l.posthumo.nu.38.col.3.fol.75.*

Matris præteritio hodie non habetur pro exhæredatione. & datur ratio in ea.l.sub nume.17.uer.Secundo.col.4.fo.70.

Medietatem hæreditatis petens non potest post litis contestationem petere aliam medietatem.de edẽdo.l.edita.nu.58.col.4.fo.37.

¶ *Medium concludendi exprimi debet in libello parte opponente.de eden.l.edita.nu.10.co.4.fo.32.*

2 ¶ *Melioramenta quomodo petantur, & de eorum materia,remissiue.de sent.quæ pro eo quod interest. l. 1. sub nu.26.uer.quomodo autem.col.3.fo.165.*

¶ *Mens legis est duplex,specialis,& generalis.de bonorum posse.secundum tabul.l.2.num.10. columnn.2. folio 63.*

1 ¶ *Mensularij qui sint, & fuerint.de eden.l.1.num.6. colum.4.fol.7.*

¶ *Mercatores fuerunt ultra argentarios, qui conficiebant rationes,sed erant priuatæ.de eden.l.1.num.7.colu. 1.folio.8.*

Mercatores & argentarij non tenentur ex edicto de eden.in ea.l.nu.8.col.2.fo.eo.8.

Mercatores an teneantur edere rationes suas, late discutitur.ibi.n.63.ncol.1.fo.16.

Mercatores nostri temporis non tenentur edere rationes,nisi impetrauerint à magistratibus facultatem scribendi ipsas.ibi.nu.66.col.3.fo. 17.

2 ¶ *Mercatoris uendentis merces debitor de consuetudine non tenetur ad aliquod interesse lucri.de senten.quæ pro eo quod interest.l.1.nu.125.col.2.f.178.*

¶ *Mercium debitor propter moram tenetur solum de primo lucro,non de lucro lucri.in ea.l.nu. 124. colum. 2.fol.eo.178.*

Mercium debitor an teneatur mercatori ad interesse lucri lucri.ibi.nu.126.col.2.f.eo.178

1 ¶ *Metus præsupponit rem futuram,quia non cadit in præsenti offensione,sed appellatur dolor.de eden.l.1.sub nu.80.uer.quarto allegatur.col.1.f.19.*

2 ¶ *Milite ignoranter filium prætereunte non conseruatur eius uoluntas.de lib.præt.auth.ex causa.sub nu.30. uer.secundo.col.1.fol.134.*

¶ *Militibus usque ad quem gradum succedatur. unde legit.l.certum.nu.39.col.3.f.106.*

¶ *Militis testamentum hodie potest quærellari, & dici nullum ex causa præteritionis uel exhæredationis. de liber.præter. Authen.ex causa.nume.59.colum. 4.fol.139.*

1 ¶ *Minor renuntias liti an de nouo possit eam instaurare. de pact.l.postquam liti.nu.48.col.3.fol.99*

Minor prohibitus per statutum alienare, an si habuit licentiam a domino,possit alienare.de pact.l. fi. nu. 54.col.1.fo.120.

Minor testans an possit dare minori hæredi suo licentiã alienandi.ibi.nu.55.col.ea.fol.eo. 120.

Minor an incidat in pœnas.l.siquis maior.C.de transactio.quando iurauit non contrauenire ratione minoris ætatis.ponitur in dicta l.siquis maior.nume.36. colum.4.fol.176.

Minor annis decemocto an contineatur dicta l. siquis maior.stante statuto,quod in eo habeant locum leges loquentes de minore.in ea.l.nu.37.co.1.fo.177.

Minor iurans an possit petere se restitui in integrum ex capite læsionis, remissiue.ibi.nu.40.c.2.fo.eo.177.

Minor & fœmina æquiparantur in casibus expressis à iure,secus in alijs. in ea.l.sub num.18.uers.non obstat.col.1.fo.173.

2 *Minor si uult alienare, petitur licentia alienandi, & prætor concedendo dicitur interponere decretum.qui adm.l.fi.sub.num.16.uersicu.confirmatur etiam. colum.4.fol.43.*

1 ¶ *Minores si ex forma statuti non possunt alienare sine consensu consanguineorum, an duo minores consentire possint minori alienanti.de pact.l.fi.num.66.colum.2.fol.121.*

¶ *Minorum iuramenta super contractu ualido non reiiciebantur iure codicis,sed solum reiiciebantur iuramenta præstita super contractu nullo. de transactio. l.siquis maior.sub numer.36.uer.sed tamen.colum. 1.fol.177.*

¶ *Modo remisso an uideatur remissum legatum modale.*

de pact.

de pact.l.1.nu.29.col.2.fol.82.

¶ Momenta quando sint habenda in consideratione, ponitur remissiue.de pact.l.fi.nu.138.col.4.fol.132.

¶ Monasterium licet æquipparetur filio naturali,& excludat substitutum,tamen si testator dixit in conditione de filijs ueris natis ex corpore suo, tunc excluditur monasterium,quia uerba conditionis ipsi non cõuenirent.de eden.auth.siquis in aliquo. sub nu. 23. uer.& ultra.co.3.fo.58.

¶ Moræ purgatio an & quando admittatur in casu. l. siquis maior.C.de transact.ponitur in ipsa.nu.90.colu.2.fol.184.

Moræ purgatio an semper admittatur quantum aduc niam spiritualem peccati.ibi.nu.91.col.3.f.eo. 184

Moræ purgatio permittitur ex æquitate canonica in casu.d.l.siquis maior si sit paruum interuallum, & nullum intereße partis.ubi sup.nu.92.colum.ea.fol. eodem.184.

Moræ purgatio admittitur quando Reus adimpleuit pro maiori parte.ibi.nu.93.col.4.fo.eo.184.

Moræ purgatio admittitur in Regno usque ad ultimum peremptorium,si ueniat cum sacco paratus.ubi sup. nu.94.col.ea.fo.eo.

¶ Mores boni de iure canonico alio modo considerantur quam de iure ciuili.de pact.l.fi.sub nu.128.uer.sustinendo tamen.col.1.fol.131.

2 ¶ moriens quo casu transmittat hæreditatem.Qui adm.l. emancipata.sub nu.40.uer. Quintus casus.colum. 2.folio.41.

¶ Morientis in bonis succeditur dupliciter,principaliter, & causatiue.quando non pet.par.in rub.num.7.col. 2 fol.46.

¶ Morosus an & quando tenentur ad interesse lucri cessantis.de sent.quæ pro eo quod interest.l.1.nu.115. col.4.fol.176.

Morosus non tenetur ad lucrum factum cum iniuria alterius,& quid de interesse deciditur.in ea.l.nu.116 col.ea.fol.eo.176.

Morosus non tenetur ad lucrum ex natura proueniens ibi.nu.117.col.1.fol.177.

Morosus semper tenetur ad lucrum ceßans quod potuit fieri ex negotio contractus,ultra omnes.ibi. nu. 118.col.ea.fo.eo.177.

Morosus tenetur ad interesse lucri cessantis ex industria prouenientis in solito negotiari.ubi sup.n. 119 col.ea,fol.eo.177.

1 ¶ Mortem alterius expectare propter eius bona, est reprobatum.de pact.l.fi.nu.24.co.4.f.116.

¶ Mortis captandæ uotum inductum per eum qui non sperat succedere,non uitiat actum.de pact.l.fi.num.25 col.1.fol.117.

Mortis alienæ desiderium non est simpliciter reprobatum.in ea.l.sub num.24. uersicul. unde conclusiue. colum.1.fol.117.

Mortis captandæ uotum non semper facit actum esse contra bonos mores, & reprobatum quando autem faciat,ponitur ubi sup.num.25.uersicu. unde quarto.col.1.fol.117.

Mortis appellatione an intelligatur de ciuili uel naturali.de transact.l.transigere.num.56.colum.3.f.146.

¶ Mulier an propter osculum luxuriosum ammittat dotem,late discutitur ad partes.de eden.in rub.nu.19 colum.2.fol.3.

Mulier in Gallia uel Flandria propter consuetudinem per osculum non amittit dotem.ubi sup.num.21.colum.1.fol.4.

Mulier ex osculo uel tactu consanguinei non amittit dotem.ibi.nu.22.col.ea.fo.eo.4.

Mulier non priuatur dote ex osculo dato in loco non apto ad adulterium.ibi.nu.23.col.ea.fo.eo.4.

Mulier non priuatur dote ex præparatoriis adulterii sequta pœnitentia partium.ubi sup.nu.24. c. 2.f. 4.

Mulier ex præparatorys adulterij in loco apto ad adulterium, licet propter impedimentum adulterium non fuerit subsequutum,tamen priuatur dote in ea. rub.nu.25.col.ea.f.eo.4.

Mulier priuatur dote propter uiolatam pudicitiam suã sine adulterio.ibi.nu.26.col.ea.fo.eo.4.

Mulier etiam de iure nouissimo propter adulterium uel uiolatam pudicitiam priuatur dote. ubi sup. nu. 29.col.3.fol.eo.4.

Mulier an poßit eße argentaria.de eden.l.1. num.52. col.2.folio 14.

Mulier transiens ad secunda uota cum consensu filiorũ an euadat pœnas legum.de pact.l.fi.nume.53. colu. 1.folio 120.

Mulier non tenetur de dolo præsumpto.de transact. l. siquis maior.sub num.18.uersicul. non obstat. colu. 1.folio 173.

2 ¶ Multiplicationem actuum præsumi,quomodo intelligatur.de bon.poss.sec.tab.l.2.nu.12.col.3.f.63.& nume.23.col.4.fol.64.

1 ¶ Mutare actionẽ est,quando ex unico contractu, uel delicto nascuntur plures actiones,& una fuit intentata, & postea placeat accipere aliam & relinquere primam.& ponitur exemplum de eden.l.edita. sub nume.6.uer.mutare uero.col.1.f.32.

¶ Mutatio secundum formam traditam in edicto est permißa.de eden.l.edita.nu.7.col.ea fo.eo.32.

Mutatio libelli an permittatur in damnum rei.in ea. l. nu.20.col.4.fol.33.

Mutatio libelli permittitur cum damno rei in actione, & medio concludendi.ibi.nu.21.col.ea.f.33.

Mutatio libelli fieri potest in fauorem rei super substantia facti.ibi.nu.22.col.1.fo.34.

Mutatio libelli,docto de errore,permittitur etiam in damnum rei,& indistincte.ubi supra nume.23.colum. ea.fol.eo.34.

Mutatio libelli in narratiuis & nuntiatiuis fieri potest in damnum Rei.ibi.nu.24.col.ea.fol.eo.34.

Mutatio libelli in dispositiuis inducentibus confessionẽ certam fieri non potest inuito Reo.ubi sup.num.25.col. ea.fol.eodem 34.

Mutatio libelli in dispositiuis non inducentibus confessionem certam facti permittitur inuito Reo.in ea.l.nu. 26 col.2.fol.eo.34.

Mutatio uel emendatio quot modis fieri poßit, & quot uicibus.ibi.num.28..col.3.f.eo.34.

Mutatio partis Rei an faciat desinere esse tamdem, quando aliquid additur uel detrahitur.ubi supra nume.38.

me.38 colum.4.fol.35.
Mutatio quid sit.in.ea.l.nu.86.col.2.f.43.
Mutatio & emendatio capiuntur in genere & in specie.& differunt & conueniunt uarijs modis accipiẽdo.ibi.nu.87.col.3.fol.eo. 43.
Mutatio non potest fieri post litis contestationem. ibid. nu.89.col.4.fo.eo.43.
Mutatio libelli quando potest fieri in causa appellationis.ibi.nu.90.col.ea.fo.eo.43.
Mutatio potest fieri post litis contestationem ex consensu partium.ibi.nu.91.col.1.fo.44.
Mutatio an hodie possit fieri post productionem libelli. ibi.nu.92.col.ea.fol.eo.44.
Mutatio contra uoluntatem Rei potest fieri, si relicta prima actione,incontinenti super alia iudicium intẽtatur.ibi.nu.93.col.2.fol eo.44.
Mutatio regulariter permissa est ante litis contestationem,fallit in multis casibus.ibi.num.94.colum.3.folio eodem 44.
Mutatio regulariter prohibetur post litis contestationem,fallit in multis.ibi.nu.95.co.4.fo.eo.44.
Mutatio potest fieri post litis contestationem, in summarijs.ibi.nu.96.col.1.fo.45.
Mutatio potest fieri post litis contestationem si ponatur clausula salutaris in libello.ubi supra num.97. col. ea.fol.eo 45.
Mutatio an possit fieri per Reum.ibidem nume.98. col. 2.fol.eo.45.
Mutatio de actione famosa an permittatur.ibi. numero 152.colum.2.fol.53.
Mutatio quare non sit permissa usque ad sententiam, emendatio autem sic.de eden.l.edita.sub nu.60.uer si.ergo generaliter.col.3.fo.38.
Mutatio in specie,id est tertio modo sumpta,est quando una pars renouatur,aliud surrogando,remanẽte substantia totius.in ea.l.sub num.87.uers.Summa est. colum 4.fol.43.
Mutato quod post lilis contestationem fieri non possit, quomodo intelligatur.ubi sup.sub nu.97.uersi.& sic tota.col.1.fol.45.
¶ Mutationis appellatione an ueniat additio.de eden. le: edita.nu.88.col.4.fol.43.
¶ Mutilatio membri an sit pœna capitalis.de transact.le. transigere.nu.54.col.2.fol.146.
¶ Mutuum factum sub usuris uidetur esse factum gratia utriusque.de pact.l.petens.sub nu.60.uer.Secundo. col.1.fol.110.

N

4 NATVRA Repudiationis uel renuntiationis non potest alterari à partibus.de pact.l.1.nu 11.col.1.fol.80.
Natura induxit quandam perpetuitatem in rebus humanis per generationem,ut nunquam genera rerum pereant.Qui adm.in rub.sub num. 16.uers.secunda fuit.col.2.fol.4.
¶ Naturalis obligatio an nascatur ex contractu innominato,ante implementum.de pact.l.petens numer.65 colum.4.fol.110.
¶ Nautæ tenentur edere quando conueniuntur ex commertio cum furibus. de eden.l.1.nu.58.col.3.fol.15.
¶ Necessitas officij non impedit nasci actionem mandati. de eden.l.1.nu.89.col.3.fol.20
2 ¶ Negans testamentum ualere an talem negatiuam probare teneantur.de collat.l.si emancipati.num.7.colum.1.fol.117
1 ¶ Negatio,siue assertio quod non uult accusare, a, quolibet fieri potest.de tnansact.l.transigere.nu.46.colu. 1.fol.145.
2 ¶ Negligentia patris an hodie præiudicet filio in non certiorando eum ut acceptet. Qui adm.l.1.sub.nu.11. uer.Similiter.col.3.fol.17.
Negligentia & scientia sola filii ignorante patre ammittitur bonorum possessio.in ea.l.sub nu.13.uer.iis tamen.col.1.fol.18.
Negligentia & scientia filii in bonorum possessione potest facere ut currat tempus ad agnoscendum, & eo elapso priuetur pater etiam ignorans, & sic plus possit repudiatio tacita quam expressa.ubi sup. uersi.quare remanet.col.2.fol.18.
¶ Nepos præcedente patre in nullo casu potest esse suus hæres.unde liberi.l.qui se patris.nu.14.col.2 f.88.
Nepos quomodo possit succedere auo non acceptata hæreditate patris,cum tamen ei propter suitatem erat acquisita,& incorporata, & effectum suum patrimonium.in ea l.sub nu.30.uersicu. sed circa istud. colum.1.fol.91.
Nepos in themate.d.l.qui se patris,quomodo possit succedere,cum suitas operetur transmissionem in quoscunque hæredes.ubi supra uersicu.Tertia est.col.ea dem.fo.eo.91.
Nepos in d.l.an ueniat ex transmißione,uel ex successorio edicto.ibi.uer.quarta.col.ea.fo.eo.91.
Nepos quomodo possit succedere tantum de iure prætorio in casu.d.l.qui se patris,cum ei obstent multa,de quibus ibidem uersi.Quinta est.col.2.fo.eo.91.
¶ Nepotes quomodo succedant auo per mediam personam patris.unde liberi.l.qui se patris.nu.21.col.3.f.89.
Nepotes poßunt separare hæreditatem sibi iure suitatis transmißam.ibi.n.35.col.2.fo.92.
Nepotes in potestate an sint agnati auo.in ea.l.nu.81. col.4.fol.99.
Nepotes quomodo patruis teneantur conferre. de coll. l.si emancipati.nu.43.col.3.fo. 124.
Nepotes semper succedunt ex persona sua, quando pater eorum præmortuus est uiuente auo.in ea. le. sub nu.19.uer.sed Bar.col.2.fol.119.
1 ¶ Nomen actionis non est exprimendum in libello. de eden.l.edita.nu.9.col.3.fo.32.
¶ Nomina testium an sint edenda.l.1.nume. 48.columm. 4.fol.13.
¶ Notarij uoluntas requiritur ut sua scriptura efficiatur authentica.de eden.auth.si quis in aliquo. nume.15. colum.3.fol.57.
¶ Notario referenti in sententia acta fuisse facta non creditur regulariter.ibi.nu.64.col.3.fo.63.
¶ Notarius quomodo teneatur edere, & in quo differat ab argentario.de eden.l.1.nu.42.col.2.fo.13.
Notarius actorum debet esse à iudice deputatus ad

unam causam, uel ad omnes in genere; ut acta ualeant, sed non requiritur specialis commissio in quolibet actu. de eden. l. 2. nu. 11. col. 1. f. 22.

Notarius asserem instrumentum relatum esse uisum & lectum per eum an faciat fidem de relato, de eden. auth. si quis in aliquo. nu. 10. col. 3. fo. 56.

Notarius non potest scribere per uerba praesentis temporis nisi ea quae fiunt coram eo. in ea auth. nu. 37. col. 3. fol. 60.

Notarius non potest rogari de morte uel natiuitate alterius, etiam de consensu partium. ubi sup. nu. 38. colu. 4. fo. eo. 60.

Notarius non potest rogari nisi de ijs quae fiunt per conuentionem partium, uel actum negotiatiuum, uel cōfessionem partis de aliquo actu. ubi sup. num. 39. colu. ea. fo. eo. 60.

Notarius potest rogari de illis tantum quae dependent à conuentione partium, uel ab earum confessione & dicto, & tunc quomodo debeat esse facta rogatio. ibidem. nu. 40. & uer. & sic. col. 1. f. 61.

Notarius per illa uerba, prout apparet in tali instrumento per me uiso & lecto, non potest augere authoritatem suae scripturae. ubi sup. nu. 56. col. 4. fol. 62. Declara ut sub nu. 58. uer. Quarto. colum. 2. fo. 63.

Notarius si faciat mentionem de lite, non creditur ei nisi appareat. & datur ratio. de transact. l. Transigere sub nu. 14. uer. & ideo sequitur. col. 2. fo. 137.

2 ¶ Notoria indigent allegatione, & non prosunt si non allegentur. de contratab. l. posthumo. sub nu. 41. uer. Septimo. col. 1. fo. 77.

¶ Nullum quod est non potest reconualescere. ubi sup. uersi. Vndecimo. col. 2. fo. 77.

1 ¶ Numerus pluralis an requirat concursum plurium. de pact. l. 1. sub nu. 45. uer. Quantum uero. co. 2. fo. 84.

¶ Numularij qui sint & fuerint. de edendo. l. 1. num. 6. colum. 4. fol. 7.

Numularij officium habet publicam causam, & eius opera principaliter consistit in scribendis rationibus in d. l. sub nu. 63. uers. secundo principaliter. colum. 2. folio 16.

2 ¶ Nuptias incestas contrahentes in gradu prohibito tantum à iure praetorio an incidat in poenas iuris ciuilis. unde legit. l. certum. nu. 38. col. 2. fol. 106.

O

1 OBLIGATIO Naturalis an nascatur ex cōtractu innominato ante implementum. de pact. l. petens. nu. 65. col. 4. fo. 110.

Obligatio generalis uel uniuersalis quando sit, declaratur plene. de pact. l. fi. nu. 136. col. 2. fo. 132.

2 ¶ Obligatione rem fieri interesse potest peti iure actionis. de sent. quae pro eo quod interest. l. 1. nu. 144. col. 3. folio. 180.

¶ Obligationibus rem restitui interesse petitur officio iudicis. in ea. l. nu. 150. col. 1. fol. 181.

Obligationibus dandi non habet locum, d. l. 1. quia uerba non conueniunt, cum in eis non ueniat interesse. ubi sup. sub nume. 62. uersicu. Ex ultima parte. colu. 2. fol. 171.

Obligationibus facti an electio sit creditoris. ibi sub nu. 131. uer. ex secunda. col. 2. fo. 179.

1 ¶ Oscuritas est triplex in libello, una quae impedit sensum uerborum, & non apparet quid sibi uelit actor, Alia quae insurgit ex uaria significatione uerborum, Tertia quae insurgit ex generalitate sine incertitudine libelli. de eden. l. edita. nu. 64. col. 3. fo. 39.

¶ Obtenta habilitatione à iudice ecclesiastico potest rescindi contractus coram iudice laico. de transac. l. si quis maior. nu. 78. col. 2. fo. 183.

2 ¶ Occasio significat causam remotum. qui adm. in rub. nu. 50. col. 2. fol. 10.

¶ Occasiones rixandi inter aduocatos & litigantes tollere spectat ad principem. de sent. quae pro eo quod interest. l. 1. sub nu. 18. uer. notandum est. col. 1. f. 163

1 ¶ Occidere filiam inuentam in praeparatorijs adulterij patri licet, & adducitur ratio. de eden. in rubr. sub nu. 19. uer. sed pro opinione. col. 3. f. 3.

¶ Occultans propria instrumenta non punitur. de eden. l. qui accusare. nu. 5. col. 4. fo. 53.

¶ Offerrendi potestas per cursum quanti temporis tollatur. de pact. l. petens. sub num. 42. uers. facias igitur. col. 1. fo. 105.

¶ Officij necessitas non impedit nasci actionem mandati. de eden. l. 1. nu. 89. col. 3. fo. 20.

2 ¶ Officio iudicis petitur interesse fallit in duobus casibus, & quomodo procedat, nouiter declaratur. de senten. quae pro eo quod interest. l. 1. nu. 146. col. 4. f. 180.

1 ¶ Officium argentarij & numularij habet publicam causam. de edendo. l. 1. sub num. 63. uersicul. Secundo. colum. 2. fol. 16.

¶ Ommissio diei & loci an criminalem libellum mixtum uitiet. de eden. l. edita. num. 70. col. 4. f. 40.

¶ Omne pactum tacitum tam proprium quam impropriū semper differt à pollicitatione. de pact. in rub. nu. 35. col. 3. fol. 75.

2 ¶ Onus probandi incumbit ei qui dicit. qui adm. in rubri. sub nu. 46. uer. ideo. difficultas. col. 1. fo. 10.

1 Onus in una persona appositum non trahitur ad aliam personam. de pac. l. 1. sub nu. 46. uer. Resolutiue. colu. 1. folio 85.

¶ Opinio communis in articulo uario non attenditur, sed meliores rationes. de pact. l. 1. sub nu. 48. uer. Tertio adducitur. col. 3. fo. 85.

2 Opinio communis defenditur, quod tacita repudiatio filij etiam hodie in aduentitijs praeiudicet patri nouis fundamentis. Qui adm. l. 1. nu. 41. col. 2. fol. 23.

Opinio cōis apparentib. rationib. defenditur in materia de qua. Vnde lib. l. Qui se patris. nu. 49. col. 4. f. 93.

Opinio communis in bonorum possessione gratia litis agnoscende reprehenditur. Vnde legit. l. certum. nu. 48. col. 4. fol. 108.

Opinio nouissimorum biturigensium uolentium non reperiri interesse inestimabile, reprobatur. De senten. quae pro eo quod interest. in Rub. numero. 41. colu. 2. folio. 149.

Opinio Bart. & communis, uolentis interesse non estimabile non diuidi inter petibile & non petibile, reprehenditur. ubi sup. nu. 45. col. 4. fo. eo. 149.

Opinio biturigensium uolentium unicum tantum esse interesse

teresse, reprobatur. ibi. num. 74. col. 2. fo. 153.
Opinio communis reprobatur, quod interesse circa rem duobus modis summatur. ibi. nu. 94. col. 1. f. 157.
Opinio glosæ & omnium antiquorum reprobatur in materia de qua; de sent. quæ pro eo quod interest. l. 1. nume. 49. col. 3. fol. 168.
Opinio Bartoli communiter approbata defenditur ab obiectionibus modernorum & postea ex nouis fundamentis reprobatur. in eadem l. num. 50. colu. 4. fol. eodem 168.
Opinio Alciati & omnium nouissimorum reprehenditur ubi sup. nu. 51. col. 2. fo. 169.
Opinio Curtij, & aliorum nouissimorum reiicitur. ibi. nu 91. col. 4. fol. 174.
Opinio Alciati noua & subtilis recitatur. ibi. nu. 98. colu. 4. fo. 175.
Opinio communis defenditur ab obiectionibus Curtij, & confirmatur authoritatibus. ubi sup. nu. 120. colum. 2. fol. 177.
¶ Opiniones scribentium omnes reprobantur in materia de qua. de sent. quæ pro eo quod interest. l. 1. nume. 4. col. 2. fo. 161.
Opiniones omnes doctorum reprobantur, quid sit illud duplum, ad cuius simplum restringitur singulare interesse. in ea. l. nu. 10. col. 2. fo. 162.
1 ¶ Oppositio partis semper est necessaria ut processus reddatur nullus. de eden. l. edita. nu. 127. col. 4. f. 49.
¶ Ordines certi nobis dantur in iuribus nobis competentibus ad ea disponenda. de pact. l. postquam liti. nu. 3. col. 3. fol. 93.
2 ¶ Ordo agnatorum uel cognatorum an sit sublatus. unde legit. l. certum. sub numero 43. uersicul. Quarta est. colum. 2. fol. 107.
Ordo seruatus per authorem in declaratione materiæ intereße, eam in decem principalibus quæstionibus concludens. de sent. quæ pro eo quod interest. in rub. nu. 3. col. 1. fol. 146.
1 ¶ Originale si est deperditum, exemplum inducit semiplenam probationem. de eden. Authen. si quis in aliquo. sub nu. 25. uer. sed de præsumptione. col. 1. f. 59.

P

1 PACTA. Ad pacem & quietem inter homines inducendam & conseruandam inducta fuerũt. de pac. in rub. nu. 1. col. 2. f. 72.
Pacta & obligationes hominum iure naturali primæuo cognita fuerunt. ibi. nu. 4. co. 3. fo. eo. 72
Pacta aliqua iure naturali ad certum finem inuenta fuerunt. iure gentium pleraque introducta, & iure ciuili completa. ubi sup. nu. 6. col. 4. fo. eo. 72.
Pacta omnia sunt aut simplicia, aut duplicia. ibi. nu. 7. col. ea. fol. eo. 72.
Pacta correspectiua omnia dicuntur contractus, quasi hincinde actus, respectu obligationis & consensus. ibi. nu. 9. col. 1. fo. 73.
Pacta tacita aut habent naturalem consensum, aut legalem. ibi. nu. 12. col. 2. fo. eo. 73.
Pacta habentia legalem consensum aut sunt presumpta aut ficta, aut quasi pacta. ubi supra nume. 13. col. ea. 2 dem fol. eodem 73.
Pacta imperfecta sunt illa quæ dependere possunt à uoluntate unius, uel duorum, ut est publicatio, repudiatio, acceptatio, confessio, & aditio. ibi. num. 14. colu. ea. fol. eodem. 73.
Pacta quæ non sunt contra bonos mores naturales obligationem naturalem regulariter producunt, sine distinctione personarum. ibi. nu. 16. col. 3. fo. eo. 73.
Pacta non recepta a iure ciuili uel improbata, ex solo rigore iuris ciuilis obligationem ciuilem non procedunt. ibi. nu. 17. col. ea. fo. eo. 73.
Pacta à iure ciuili reprobata, & eis lex resistat. nullam producunt actionem nec obligationem. ibi. nume. 18. col. ea. fol. eo. 73.
Pacta a iure ciuili recepta producunt obligationem ciuilem, & actionem. ibi. nu. 19. col. 4. fo. eo. 73.
Pacta simplicia non interueniente forma particulari, uel alia qualitate extrinseca non sunt approbata, nec repudiata à iure ciuili. ubi sup. num. 21. colu. ea. fol. eodem. 73.
Pacta nuda ex extrinsecis qualitatibus adhærentibus recipiunt fomentum, ut recipiantur à iure ciuili, & producant actionem & obligationem ciuilem. ibid. nu. 22. col. ea. f. eo. 73.
Pacta simplicia ut facta cum deliberatione haberent efficaciam, inuenta fuit stipulatio. ubi sup. nu. 73. col. ea. fo. eo. 73.
Pacta in genere diuiduntur, quia quædam re, quædam uerbis, quædam literis, & quædam consensu contrahuntur, & quædam sunt bonæfidei, & quædam stricti iuris, aliisque modis per diuersas qualitates diuiduntur in d. rub. de pact. sub nu. 10. uer. Rursus. colum. 1. fol. 73.
Pacta aut sunt simplicia, aut correspectiua. de pact. l. petens. nu. 1. col. 2. fol. 100.
Pacta correspectiua tanquam conuenientiora negotiis hominum magis frequentantur. in ea. l. num. 2. colu. ea. fol. eo. 100.
Pacta simplicia multum frequentantur, & dicuntur proprie pacta nuda, quia sunt nuda à causa, a, forma, & à nomine. ubi supra numero 5. columna ead. fol. eodem 100.
Pacta simplicia ex extrinsecis fomentis uestiuntur. ibi. nu. 6. col. 3. fo. eo. 100.
Pacta duobus modis uestiuntur. eßentialiter, & accidentaliter. ibi. nu. 7. col. ea. fo. eo. 100
Pacta accidentaliter uestiuntur quattuor modis. ibi. nume. 9. col. ea. fo. eo. 100.
Pacta apposita iuxta contractum an resoluantur resoluto contractu. ibi. nu. 76. col. 3. fo. 112.
Pacta in dubio regulantur secundum conditionem contractus. in ea. l. sub nu. 72. uer. & hanc opinionem. col. 4. folio. 111.
Pacta tam nuda quam correspectiua fiunt Aut ad obligandum principalem, Aut ad remittendum alterius acquisitum. de transact. l. Transigere. sub nu. 10. uersi. unde. col. 1. fo. 137.
Pacta æqualiter, sicut transactio, restringuntur. de transact. l. si de certa. nu. 21. col. 3. fol. 167.
Pacta seruari publicæ utilitatis interest. de senten. quæ pro

pro eo quod interest.l.1.sub num.66.uer. Quæ opinio.col.4.fol.171.

1 ¶ Pacti diffinitio declaratur, & exponuntur illa uerba, placitum & consensus.de pact.rub.num.24.colum. 1.fol.74.

Pacti ad substantiam requiritur quod consensus duorum eodem tempore interueniat.ubi sup.nu 25.col. ea.fol.eo.74.

Pacti & contractus appellatione non uenit repudiatio de proprietate sermonis.& adducitur ratio.ubi supra sub nu.53.uer.Sed breuiter.col.1.f.78

Pacti essentialia uestimenta inducunt formam specificã & ea specificata,non autem uestiunt.de pact.l.petẽs nu.8.col.3.fol.100.

Pacti de hæreditate uiuentis materia subordinatur & distinguitur ultra alios.de pact.l.fi.num.91.colum. 4.folio 124.

¶ Pactiones ne desistatur ab accusationibus, regulariter prohibentur.de transact.l.Transigere.nume.6.colu. 3.fol.139.

Pactiones in quibus criminibus permittantur.in ea. l. nu.7.col.4.fo.eo 139.

Pactiones permittuntur in prima regula.d.l.Transigere.ut in ipsa nu.12 col.1.fol.140.

Pactiones permittuntur in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis.ibi.nu.29.col.3.fo.142.

¶ Pacto de retrouendendo an possit præscribi,late discutitur.de pact.l.petens.nu.42.col.4.fo 104.

Pacto sine iuramento,non potest remitti ingratitudo futura.de pact.l.fi.sub num.98.uer. Sed tamen.colu. 1.fol.126.

Pacto non potest dari hæreditas.in ea.l.sub num.101. uer.nec ob.col.3.fo.eo.126.

2 Pacto de retrouendendo apposito in contractu uenditionis,an post triginta annos liceat offerre pretium.ponitur retaissiue de senten.quæ pro eo quod interest.l. 1.sub nu.23.uer.Et prædicta.col.3.fo.164.

1 ¶ Pactorum quædam sunt expressa,quædam tacita.de pact.in rub.nu.11.col.1.fo.73.

Pactorum uirtus quæ sit.ubi sup.nu.15.col.3.f.eo.73.

Pactorum alia species assignatur impropria, quæ non continent conuentionem duorum, sed unius tantum uoluntatem habent, & appellari possunt pacta imperfecta,quæ ex casu possunt transire in pactum uerum.& datur exemplum ibi.num.14.colum. 2.fol. eodem 83.

¶ Pactum omne simplex est pactum nudum,nisi ex forma stipulationis,uel rei datione,uel qualitatibus adhærentibus alteretur.de pact.Rubric.num.8.colum.1. fol.eodem 73.

Pactum in genere quare diffinitum fuerit per Vlpianũ ubi sup.num.29.col.fol.74.

Pactum an possit esse sine duorum consensu,late discutitur.ibi nu.39 col.ea.fo.eo.74.

Pactum tacitum est uerum pactum.ibi,num. 31. colu. 1. fol.75.

Pactum tacitum habet naturalem consensum ,quando ex aliquibus extrinsecis apparet paciscentes consentire ubi sup.nu.32.col.2.f.eo.75.

Pactum tacitum habet legalem consensum,quando præsumitur uel fingitur à lege.ibidem nume.33.col. 3. fol.eodem.75.

Pactum,seu quasi pactum est quando nullo sequto consensu ex una parte, lex uult obligationem uel actionem nasci.ibi.nu.34.col.ea.fo.eo.75.

Pactum omne tacitum tam proprium quam impropriũ semper differt à pollicitatione.ubi sup.nu.35,col.eadem fol.eo.75.

Pactum factum præsenti & tacenti an sit uerum pactũ ibi.nu.36.col.ea.fo.eo.75.

Pactum an possit fieri inter absentes sine nuntio uel epistola.ibi,nu.39.col.1.fo.76.

Pactum inter præsentes potest prodesse absenti ad actionem uel exceptionem.ibi.num.40.colum. eadem. fol.eodem 76.

Pactum tacitum an comprehendatur sub dispositione loquente de pacto.ibi.nu.41.col.2.fo.eo.76.

Pactum donationis factum præsenti & tacenti sine signo non comprehenditur sub dispositione loquente de pacto.ibi.nu.42.col.3.fo.eo.76

Pactum fictum uel præsumptum non comprehenditur sub dispositione loquente de pacto.ibi.nu.43. col, 4. fol.eo.76.

Pactum nudum quando sit proprie contractus.ibi. nu. 46.col.1.fol.77.

Pactum liberatorium an prohibeatur à statuto prohibẽte contractum.ibi.nu.47.co.2.f.eo.77.

Pactum nudum de iure canonico producit actionem efficacem.ibi.nu.54.col.1.fol.78.

Pactum præscribitur.ubi sup.sub nu.25.uersic. sed huic.col.2.fol.74.

Pactum requirit consensum expressum uerbis.in ea rubri.sub nu.30.uer.unde.col.1.fo.75.

Pactum tacitum quod dicatur uerum pactum, contra Decium.ubi sup.sub nu.31.uers.unde ego.col. 2.folio eodem 75.

Pactum simplex non est proprie contractus.ibi.sub nu. 53,uer.sed breuiter.col.1 fol.78.

Pactum remissorium fideicommissi est æquissimum,pluribus rationibus.de pactis.l.1.numer.33.colum.4. folio 82.

Pactum de hæreditate uiuentis non est in d.l.1.ut in eadem nu.87.col.3.fo.91.

Pactum remissorium fideicommissi non est contra legẽ communem,nec testatoris.ibi.num.88.colum. ea.folio eodem.91.

Pactum supradictum an sit contra legem, datur breuis & substantialis diuisio.ibidem nume.89.colum.ea. folio eo.91.

Pactum de non petendo potest fieri in omni re, & in omni iure tam quæsito quam quærendo, & etiam in iure delato.de pact.l.1.sub nume.12. uersic. Tertiã est.col.2.fol.80.

Pactum de non petendo uel de non agendo non inducit priuationem neque iuris quæsiti, neque quærendi sed solum inducit impedimentum ad agendum & petendum,& continet in se illud factum extrinsecum separatum ab ipso iure.in ea.l.sub nu.54.uer. Tertio.col4.fol. 86.

Pactum iuxta contractum appositum operatur octo effectus

fectus circa contractum.de pact.l.petens. num. 14. col.4.fol.100.
Pactum continens idem quod contractus quos effectus operetur.ibi.nu.15.col.ea.fol.eo.100.
Pactum continens contrarium cōtractui in totum quos effectus producat.ibi.nu.16.col.1.f.101.
Pactum continens quid contrarium contractui quos effectus operetur.ibi.nu.17.col.ea.f.eo.101.
Pactum continens quid diuersum à contractu quos effectus producat,& pertinet ad istam legem.ibi.nu. 18.col.ea.fol.eo.101.
Pactum incontinenti appositum uidetur inesse ipsi contractui.ibi.nu.21.col.1.fo.102.
Pactum appositum iuxta contractum stricti iuris informat actionem ex contractu.ubi supra nume. 23.col. 3.fol.102.
Pactum tacitum informat actionem ex contractu.ibid. nu.25.col.4.fo.eo.102.
Pactum incontinenti appositum est correspectiuum ad contractum.ibi.nu.28.col. 1.fo. 103.
Pactum appositum iuxta contractum stricti iuris uestitur cohærentia contractus, & producit propriam actionem.ubi sup.nu.40.col.ea.fo.eo.103.
Pactum quamuis non sit de appendit ijs contractus, uestitur cohærentia contractus.ibi.nume.47.colum.3. folio 106.
Pactum an uestiatur cohærentia stipulationis,latissime discutitur, & resoluuntur fundamenta contra communem.ibi.nu.50.col.4.fo.107.
Pactum pro uno appositum iuxta contractum pro alio uestitur cohærentia contractus,& referendo pactum ad contractum insurgit contractus tertius innominatus,ut competant tres actiones.scilicet, actio informata,& duæ præscriptis uerbis.in ead.l.nu. 53. col.4.fol.108.
Pactum appositum iuxta contractum correspectiuum semper informet actionem ex eo. ubi sup.nu.55.col. 1.fol.109.
Pactum appositum iuxta contractum pro alio factum an informat actionem pro quocunque apponatur. ibi nu.56.col.2.fo.eo.109.
Pactum an contractum referendo non competit actio ex contractu resultante nisi sit sequtum implementum.ibi.nu.57.col.ea.fol.eo.109.
Pactum in fauorem unius an uestiatur per contractum in fauorem alterius.ibi.nu.59.col.4.f.eo. 109.
Pactum in fauorem unius an uestiatur a stipulatione pœnali.ibi.nu.62.col.2.fo.110.
Pactum appositum iuxta contractum innominatum nō uestitur cohærentia contractus, etiam si postea sequatur implementum . ibi.num.64.col.4.f.eo. 110
Pactum an uestiatur cohærentia contractus innominati impleti.ibi.nu.66.col.4.fo.eo.110.
Pactum an uestiatur cohærentia contractus conditionalis latissime discutitur.ibi.nu.67.col.1.fo.111.
Pactum an informet contractum conditionalem.ibi.nu. 68.col.ea.fol.eo.111.
Pactum uestitum cohærentia contractus conditionalis, an deficiente eo remaneat uestitum.ubi sup.nu. 69. col.2.fol.eo.111.
Pactum de quo in l.si in uenditione.de pericu. & com. rei uend.an prosit ad agendum uel excipiendum.ubi sup.nu.71.col.3.f.eo.111.
Pactum an duret uestitum resoluto contractu.ibi.num. 75.col.2.fol.112.
Pactum contradicit formæ contractus, uel substantiæ, quando in pacto continetur unum quod est de forma uel substantia contractus,& fit pactum ut non interueniat.& datur exemplum in ea.l.petens.sub num. 16.uer.pactum.col.1.fo.101.
Pactum contradicit contractui in re ipsa,quando in contractu uenditur domus, & postea in pacto dicitur quod non domus, sed fundus sit uenditus,& appellatur pactum nouans,quia retenta forma contractus mutatur res ipsa,quæ est subiectum contractus.ibi. uers.pactum contradicit.col.ea.fo.eo.101.
Pactum continens quid diuersum appositum iuxta cōtractum stipulationis an uestiatur cohærentia contractus,& informet actionem ex stipulatione, uel alio contractu stricti iuris.ubi sup.sub nu.18.uers.unde subiectum.col.2.fo.eo.101.
Pactum quando continet quid diuersum a contractu apud quem apponitur,siue sit contractus stipulationis,siue alius,uestitur cohærentia contractus, si incontinenti apponatur,& producit suam actionem,ac informet actionem ex stipulatu.ibi.sub nu.19.uers. & constituitur.col.4.fo.101.
Pactum repugnans contractui non potest ipsi dare legem.ibi.sub nu.49 uer.non obstat.col.3.fol. 107.
Pactum ex interuallo non seruatur, ne ex eo nascatur actio.ibi.sub nu.51.uer.secundo.col.1.fol.108.
Pactum pœnale in casu l.Seruus ea lege.de ser. expor. producit actionem ex se propter uestimentum. ibid. uer.quinto.col.2.fo.108.
Pactum informat actionem & contractum.ibi.uer.Septimo.col.ea.fol.eo.108.
Pactum in l.si in uenditione.de peric.& com.rei uend. appositum,quod periculum pertinent ad uersi. nono adducitur.col.3.fo.eo.108.
Pactum appositum iuxta contractum simplicem,respiciens utilitatem illius pro quo factus est contractus uestitur cohærentia contractus, & informat ipsum uel actionem.in ea.l.sub nu.56.uer. Secunda. colu. 2.fol.109.
Pactum quando est appositum pro uno, & contractus simplex pro alio, & tunc quia habita relatione ad pactū resultat cōtractus innominatus, si contrahens adimplet contractum,nascetur actio præscriptis uerbis ad pactum ex isto implemento,sicut ex quolibet alio contractu innominato expresso nascitur actio præscriptis uerbis sequto implemento,ibi.uer. Tertia est.col.ea.fol.eo.109.
Pactum an uestiatur cohærentia contractus conditionalis.in ea.l.sub nu.68.uers.circa secundum.colum.1. folio 111.
Pactum susceptionis periculi factum iuxta contractum conditionalem,in dubio, deficit deficiente conditione, & simul cum contractu resoluitur. fallit tamen ut ubi supra sub nume.73.uers. Quare dicas.colu. 4.fol.eo.111.

Pactum

Pactum appositum iuxta contractum conditionalem uestitur cohærentia contractus, & informat ipsum contractum, ut detur ad illud quod est deductum in pacto existente conditione, sed deficiente conditione resoluitur, nisi aliud actum fuisset. & de hoc plura alia ubi sup. sub num. 74. uers. Remanet igitur. colu. 1. fol. 112.

Pactum an tollatur sublato contractu. disputatur ibid. nu. 75. uer. Sed tamen. col. 2. fo. 112.

Pactum si sit incertum, & stipulatio certa, an informetur certi conditio nascens ex stipulatione certa. in eadem l. sub nu. 78. uer. item quæritur. colum. 1. folio. 113.

Pactum super hæreditate uiuentis habet duas partes principales reprobatas separatis & diuersis rationibus. scilicet, pactum cum eo de cuius hæreditate agitur, & pactum inter tertios de hæreditate tertij. de pac. l. fin. nu. 6. col. 3. fol. 114.

Pactum factum cum eo de cuius hæreditate agitur reprobatur, per rationem, quia tolit liberam potestatẽ testandi, non quia inducat uotum captandæ mortis. ibi. nu. 7. col. 4. fol. eo. 114.

Pactum factum cum eo de cuius hæreditate agitur fit ad duplicem finem, succedendi, & non succedendi, & pactum de succedendo regulariter reprobatur. ibi. nu. 8. col. ea. fo. eo. 114.

Pactum dispositiuum bonorum factum cum eo de cuius hæreditate agitur, ualet. ibi. num. 9. colum. eadem. folio eodem. 114.

Pactum de non succedendo sine iuramento non ualet, sed cum iuramento ualet. ubi supra num. 10. colum. 1. fol. 115.

Pactum factum inter tertios de hæreditate tertij reprobatur, quia inducit uotum captandæ mortis. nõ quia auferat liberam testandi facultatem, & non distinguitur an sit de succedendo uel non succedendo. ibid. nu. 11. col. ea. f. eo. 115.

Pactum de hæreditate uiuentis non ualet factum à quocunque. ex quacunque causa paciscentes sperant succedere. ubi sup. nu. 15. col. 3. f. eo. 115.

Pactum de hæreditate uiuentis non ualidatur iuramento. ibi. nu. 27. col. 2. f. 117.

Pactum de hæreditate uiuentis filij factum inter parentes reprobatur. ibi. nu. 28. col. 3. fo. eo. 117.

Pactum de hæreditate illius qui ignoratur uiuere, an ualeat. ibi. nu. 29. col. ea. fo. eo. 117.

Pactum de hæreditate uiuentis factum ab ecclesia reprobatur. ibi. nu. 30. col. ea. fo. eo. 117.

Pactum de hæreditate uiuentis factum à muliere & uniuersitate, reprobatur. ibi. nu. 31. co. ea. fo. eo. 117

Pactum de hæreditate uiuentis factum à militibus, reprobatur. ibi. nu. 32. col. ea. fol. eo. 117.

Pactum de re particulari uiuentis, reprobatur. ibi. nu. 34. col. 4. fo. eo. 117.

Pactum de fideicommissis conditionalibus an ualeat. ibi. nu. 36. col. 1. fol. 118.

Pactumde beneficio uiuentis non ualet. ibi. nu. 37. col. 2. fol. eo. 118.

Pactum de bonis uiuentis inducens liberationem quãdo ualeat. ibi. nu. 38. col. ea. fo. eo. 118.

Pactum de re uiuentis per uerba prægnantia factum compræhendens uarios casus ualet. in ea. l. num. 39. col. ea. fo. eo. 118.

Pactum de hæreditate uiuentis ualet in præiudicium paciscentis ut puniatur. ibi. nu. 40. col. ea. fo. eo. 118.

Pactum de succedendo inuicem si unus eorum decedat sine liberis, ualet. ibi. nu. 4. col. 3. f. eo. 118.

Pactum de hæreditate uiuentis incerti, ualet. ibi. num. 42. col. ea. fol. eo. 118.

Pactum de hæreditate uiuentis connexa cum hæreditate mortui, ualet. ibi. nu. 43. col. 4. fo. 118.

Pactum de uiuentis hæreditate debita ex præcedenti obligatione, ualet. ibi. nu. 44. col. ea. fo. eo. 118.

Pactum credentium dominum mortuum, non ualet. in ea. l. nu. 48. col. 3. fol. 119.

Pactũ de hæreditate uiuentis an ualeat in foro conscientiæ. ibi. nu. 49. col. ea. fol. eo. 119.

Pactum de bonis alterius ex uarijs causis separatis, ualet. ibi. nu. 50. col. 4. fo. eo. 119.

Pactum de feudis uiuentium, ualet. ibi. nu. 51. col. ead. fol. eo. 119.

Pactum inter filios de stando testamento patris, non ualet reuocante patre testamentum. ibi. num. 58. colu. 3 fol. 120.

Pactum de re particulari uiuentis reprobatur, taliter, quod paciscens priuatur tota successione. ubi sup. nu. 67. col. 2. fol. 121.

Pactum an distinguatur a pacto, & quomodo intelligatur. ibi. nu. 68. col. 3. fo. eo 121.

Pactum filiorum de hæreditate patris uiuentis non ualet. ibi. nu. 69. col. ea. fol. eo. 121.

Pactum filiorum de sua legitima uiuente patre an ualeat. ibi. nu. 70. col. 4. fol. eo. 121.

Pactum parentum de hæreditate filiorum an ualeat, late discutitur. ibi. nu. 71. col. ea. fo. eo. 121.

Pactum qualiter in themate. l. fi. C. de pact. erat conceptum, exponitur in ipsa. nu. 73. col. 2. fo. 122.

Pactum de re aliena regulariter ualet. in ea. l. nu. 89. col. 3. fo. 124

Pactum de conseruanda successione an ualeat, late discutitur. ibi. nu. 92. col. 1. fo. 125.

Pactum de conseruanda successione non ualet, contra regulam doctorum. ibi. nu. 93. col. 2 fo. eo. 25.

Pactum de conseruanda successione factum à filia prohibita per statutum succedere, non ualet. ubi sup. nume. 94. col. 3 fol. eo. 125.

Pactum quod ingrediens monasterium non succedat, an ualeat. ibi. nu. 106. col. 4. fo. 127.

Pactum de perdenda hæreditate an ualeat, & de ratione. ibi. nu. 107. col. 1. fo. 128.

Pactum de non succedendo factum ab eo qui recepit quantum sufficit ad legitimam, an ualeat. ubi supra nu. 111. col. 3. fol. eo. 128

Pactum de non succedendo de iure canico ualet cum iuramento. ibi. nu 112. c. 4. fo. eo. 128.

Pactum de succedendo an ualeat, late discutitur, & distinguitur ultra alios. ubi supra nume. 116. colu. 2. fol 129

ctum de succedendo factum cum eo de cuius hæreditate agitur non ualet. ibi. nu. 117. col. 3. fo. eo. 129

Pactum quod primogenitus succedat, uel primogenitura tolli non possit, an ualeat, remissiue. ibi. nu. 118. colu. 1. fol. eo. 129.

Pactum dispositiuum bonorum suorum post mortem, quando ualeat. ibi. nu. 119. col. ea. fo. eo. 119.

Pactum de hæreditate obuenta disponenda, an ualeat, ibi. nu. 154. col. 2. fo. 134. alias. 135.

Pactum de conseruanda successione inter tertios de hæreditate tertij, etiam cum iuramento, non ualet. ubi sup. nu. 155. col. ea. f. eo. 134. uult dicere. 135.

Pactum de non succedendo inter tertios de hæreditate tertij, etiam cum iuramento, non ualet. ubi sup. nu. 156. col. ea. fo. eo. 134. alias. 135.

Pactum de succedendo inter tertios de hæreditate tertij, etiam tum iuramento, non ualet. ibi. nu. 157. col. 3. fol. 135.

Pactum dispositiuum bonorum & hæreditatis tertij inter tertios etiam cum iuramento, reprobatur. siue donatio inter tertios de hæreditate tertij non ualet. ibi. nu. 158. col. ea. fo. eo. 135.

Pactum super hæreditate uiuentis regulariter ualet, sicut pactum super aliis iuribus, & de alia spe. fallit tamen ut in d. l. fi. sub nu. 5. uer. & per prædicta. col. 2. fol. 114.

Pactum super hæreditate uiuetis an contineat aliquod turpe, uel tristem euentum. ubi sup. uer. unde in ista. c. l. ea. fo. eo. 114.

Pactum regulariter non ualet tanquam contra bonos mores, & inducens uotum captandæ mortis, in casibus positis in d. l. fi. sub nu. 11. uer. & fit. columm. 1. folio 115.

Pactum de hæreditate uiuentis semper reprobatur quando inducit uotum captandæ mortis, cessante autem ista ratione permittitur. ubi sup. uers. & sic patet. colu. 2. fol. eo. 115.

Pactum de hæreditate uiuentis non ualet, cum declaratione tamen. ubi sup. nu. 22. uers. quinto nota. colum. 3. fol. 116.

Pactum super fideicommisso conditionali non ualere, ostenditur in ea. l. sub nu. 36. uers. sed ego. colum. 1. fol. 118.

Pactum quo filia renuntiat successioni paternæ quando ualeat. ibi. sub nu. 57. uer. & ideo. colu. 2. f. 120.

Pactum de hæreditate uiuentis erat contra bonos mores etiam secundum regulas antiquas. ibi. sub num. 65. uer. decimotertio. col. 1. fo. 121.

Pactum liberatorium est ualde fauorabile. ibi. sub nu. 70. uer. sed ego. col. 4. fo. eo. 121.

Pactum parentum de hæreditate filiorum, est reprobatum per d. l. fi. & adducitur ratio. ubi sup. sub nu. 71. uer. resolutiue. col. 1. fo. 122.

Pactum illud, promitto quod succedes uel quod succedam, non ualet, & affertur ratio. ubi sup. sub nu. 73. uer. tertio colligitur. col. 2. fol. eo. 122.

Pactum de futura hæreditate consideratur duobus modis. ubi sup. sub num. 90. uer. & ultima parte. colu. 4. fol. 124.

Pactum de conseruanda successione non ualere demonstratur. in ea. l. sub. nu. 101. uer. sed ego puto. col. 4. fol. 126.

Pactum de non succedendo factum ab ingrediente monasterium, quando ualeat. ibidem sub numer. 106. uersicul. secundo modo. & uersicul. Tertio modo, ubi declaratur dictum Barto. circa hoc. columna quarta. folio 127.

Pactum de perdenda hæreditate regulariter non ualet, fallit tamen ut ibi. sub num. 107. uers. & in summa col. 1. fol. 128.

Pactum nudum est duplex, correspectiuum, et simplex, simplex est uere pactum nudum. de transac. in rub. nu. 2. col. 2. fol. 136.

Pactum nudum correspectiuum est improprie pactum nudum, sed certo modo comparando ad contractus nominatos. in ea. l. nu. 3. col. ea. fo. eo. 136.

Pactum nudum an uestiatur calore iudicij, latissime discutitur ultra alios. de transac. l. siue apud acta. nu. 13. col. 1. fo. 155.

Pactum nudum nunquam uestitur calore iudicij. ibi. nume. 14. col. 1. fo. 156.

Pactum de non petendo non extinguit litem neque instantiam. ibi. nu. 27. col. 1. fo. 158.

Pactum nudum quare non producat actionem. de transact. l. siue apud acta. sub nu. 13. uer. Tertio adducitur. col. 1. fo. 155.

Pactum nudum non uestiri calore iudicii tenent communiter doctores. ubi sup. uer. quare communiter. col. 3. fo. eo. 155.

Pactum quod pœne. l. siquis maior. C. de transact. non incurrantur per inobseruantiam, an ualeat, ponitur in dicta. leg. siquis maior. numero 103. columna 3. folio. 185.

2 Pactum quod sit uenditio sine pretio, non ualet. de contratab. l. posthumo. sub num. 43. uers. Et ideo. colu. 4. fo. 77.

1 ¶ Papa an possit dispensare super pœnis. l. siquis maior. C. de transact. late distinguitur. in ipsa. l. siquis maior. nu. 15. fol. 171.

Papa dans iudicem super contractu iurato, uidetur habilitare a iuramento ad effectum agendi. in ea. l. nu. 54. col. 2. fo. 179.

Papa non potest tollere pœnas ciuiles periurij, nec dispensare sine causa. ubi sup. sub nu. 15. uer. quare cõcludendum. col. 4. fo. 171.

2 Papa si mandat aliquem examinari, an sit citandus aduersarius. unde legit. l. certum, numer. 78. colum. 3. folio 112.

¶ Paragraphus ubi autem. l. 1. C. de caduc. tollen. declaratur. quando non peten. par. in rub. num. 25. column. 3. folio 47.

Paragraphus si eadem. inst. de leg. declaratur ubi sup. 26. col. 4. fol. eo. 47.

Paragraphus nullam. in auth. de hær. & falc. an habeat locum in successionibus restrictis. unde legi. l. certũ nu. 44. col. 2 fol. 107.

1 ¶ Parentes uel filij paciscentes de hæreditate ipsorum uiuentium priuantur successione tanquam indigni. de pac. l. fi. nu. 72. col. 2. fo. 122.

2 Parentes quomodo possunt succedere filius de iure authenticorum, remissiue, unde lib. l. qui se patris. nu. 87. col. 1. fol. 101.

Parentes an debeant habere legitimam titulo institutionis.de liber.præter.auth.ex causa.num.60.column. 4.fol.139.

Parentes & filij rumpunt testamentum institutis omnibus personis.ubi sup.sub nu.38.uer. non obstat. col.2.fol.136.

¶ Parentibus an detur bonorum possessio unde liberi,uel solum unde legitimi.unde lib.l.qui se patris.numer. 86.col.3.fol.100.

Parentibus non fuit concessa successio ad similitudinem filiorum, sed in consequentiam, & ad similitudinem patronorum.ubi sup.uer.Tertio probatur.col.4.fol. eodem 100.

Parentibus non potest dari unde liberi, neque alia bonorum possessio habens nomen primi capitis. quid autem ipsis competat.ibi. uers. quare concludendum col.1.fol.101.

1 ¶ Pars si petit ab aduersario copiam scripturarum quibus usus est,uel est usurus,aduersarius illi tenetur edere.de eden.l.2.sub num.33. uer.secundus casus col. 3.fol.24.

Pars petens à notario acta sibi exhiberi quo casu debeat illa habere.ibi.uer.Tertius.col.4.fo.eo.24.

Pars expresse recipiens exemplum, uel acceptans, uel reproducens,uidetur fateri uerum esse quod in eo dicitur.de eden.authen.siquis in aliquo,sub num. 33. uer.sed ego.col.1.fo.60.

Pars si petat compromissum fieri ex forma statuti, an compromißum sit uoluntarium.de transact. l. siquis maior.nu.46.col.1.fo.178.

2 Pars si fateatur tenorem testamenti,& uoluntatem testandi,sed dicat non fuisse factum solemniter, ista solemnitas quomodo poterit probari.de bonor. poß.secun.tab.l.2.sub num.15.uersi. igitur pro solutione. col.1.fol.64.

1 ¶ Parte negante acta habere quomodo sit procedendum. de eden.l.1.nu.36.col.2.fol.25.

2 ¶ Partem quando & quomodo faciat ille qui non admittitur ad partem.quan.non peten.par.in rub. sub nu. 29.uers.quando autem.col 3.fol.48.

1 ¶ Partes uolentes mutare post litis contestationem, non renouando litis contestationem,non possunt hoc facere,& adducitur ratio.de eden.l.edita.sub num.91. uer.sed concordando.col.1.fo.44.

2 ¶ Partes in relatione estimatoris fienda citari debent ad uidendum referre,si estimatur sit electus a iudice,secus si à parte.de senten.quæ pro eo quod interest. l. 1.sub nume.161.uersic.requiritur etiam.colum. 1. fol.182.

1 ¶ Parti referenti acta interuenisse in sententia, non creditur,nisi producatur relatum, quando per confessionẽ non potest sibi præiudicare,alias probantur per suã confessionem.de eden.auth.siquis in aliquo.num.63. col.3.fo.63.

¶ Partis oppositio semper est necessaria ut processus reddatur nullus.de edendo.l.edita.num. 127.colum.4. folio.49.

Partis citatio quando requiritur ad exemplandum instrumentum authoritate iudicis.de eden.auth.siquis in aliquo.nu.21.col.1.fo.58.

Partis citatio an requiratur quando periculum est in mora.ibi.nu.22.col.2.fo.eo.58.

¶ Partitæ rationum confirmatæ per instrumẽtum an probent.de eden.l.1.nu.23.col.3.fo.10.

Partitæ quando dicantur connexæ & subordinatæ. ubi sup.uer.Tertius.col.4.fo.eo.10.

¶ Pater remittens ingratitudinem an uideatur tollere exhæredationem factam.de pact.l.fi.nume.100. colu. 2.fol.126.

Pater accipiens pecuniam pro emancipatione an possit succedere filio.in ea.l.nu.109.co.3.f.128.

Pater dando filium in adoptionem non poterat seruare ius sibi in succedendo,neque filius hoc poterat facere de bonis patris.ibi.sub nu.101.uersi. confirmantur.col.4.fol.126.

Pater licet possit præiudicare filijs testando, tamen nõ potest eis præiudicare paciscendo de successione, quod abintestato non succedant eo modo quo uocantur à lege ubi supra uersicu.dicendum est. colum.1. fol.127.

Pater potest remittere iniuriam pupilli quem habet in potestate .de transact.l.Transigere.numero 32. col. 2.fol.143.

Pater non potest remittere iniuriam criminalem inuito filio in eius præiudicium, quando est maior in ead.l. nu.33.col.ea.fo.eo.143.

Pater remittens iniuriam filij an possit præiudicare filio,latissime discutitur.ubi supra num.30.colum. 3. folio 142.

Pater an possit remittere iniuriam filij,& impedire ne accuset,datur noua distinctio.ibidem nume.31. col. 1.fol.143.

Pater remittens iniuriam personalem filij nomine filij an præiudicet filio, ut amplius non possit accusare in ea.l.sub num.33. uer.sed si pater.columna.2.fol. eodem 143.

2 Pater repudiando an saltem sibi soli præiudicet. qui admi.l.1.nu.45.col.3.fol.24.

Pater potest ratificare tacite & expreße bonorum possessionem petitam à filio.ibi.nu.53.col.4.fo.26.

Pater faciens actum qui citra ius & nomen hæredis fieri non potest,uidetur ratificare.ubi sup.nu.54.colu.1.fol.27.

Pater si possedit diu bona hæreditaria.præsumitur ratihabitio.ibi.nu.55.col.ea.fo.eo.27.

Pater si diu possedit hæreditatem, an præsumatur iussus.ibi.nu.56.col.3.fol.eo.27.

Pater & filius sunt correlatiua.in ead.l.sub nume.73. uer.non obstat.col.2.fol.31.

Pater acquirit furioso in potestate existenti perfecte bonorum possesionem,& eius seruus uel filius instituti.qui adm.l.infantis.nu.20.col.2.fol.35.

Pater quomodo non possit agere querela inuito filio.de contrata.l.posthumo.sub nu.27.uers.secundo adducit.col.1.fol.73.

Pater tenetur instituere filium,nec sufficit magnum legatum ei relinquere.de lib.præt.auth. ex causa. nu. 16.col.1.fo.131.

¶ Patre secundum quosdam in aduentitijs de iure codicis acquiritur usus fructus, & proprietas filio, quo-

quorum opinio falsa demonstratur. qui adm. in rub. sub nu. 33. uer. Alij. col. 4. fo. 21.

Patri præterito à filio emancipato quæ remedia hodie competant, de lib. præter. auth. ex causa. nu. 57. col. 3. fol. 139.

Patri præterito à filio in potestate in castrensi uel quasi castrensi quæ remedia hodie competant. ubi supra nu. 58. col. ea. fo. eo. 139.

1 ¶ Patris remissio secundum communem indistincte nocet filio ut ipse non possit amplius accusare. de transact. l. Transigere. sub nu. 30. uer. communiter tamen. col. 1. fol. 143.

Patris remissio est remissio filij. in ea. l. sub nu. 32. uer. Et prædicta. col. 2. fol. 143.

Patris remissio non præiudicat fratribus occisi quin ea non obstante de nouo possint accusare. ubi supra sub nume. 33. uersicu. tamen placet. colum. 3. f. 143.

2 Patris scientia quando præiudicet uel prosit filio impedito adire. qui adm. l. 1. nu. 79. col. 3. fo. 32.

Patris repudiatio tacita uel expressa negligentia & ignorantia eius quando præiudicet filio, breuiter epilogatur. in ea. l. nu. 81. col. 4. fo. eo. 32.

Patris scientia & negligentia an hodie præiudicet filio in non certiorando eum ut acceptet. in ea. l. sub nu me. 11. uer. similiter. col. 3. fo. 17.

¶ Patronis datur bonorum possessio contratabulas contra testamenta libertorum, quando præteriti sunt. De contratab. in rub. sub nume. 4. uer. secundo. colum. 2. folio 66.

1 ¶ Pax potest fieri de omnibus criminibus indistincte, si non tangitur processus. de Transac. l. Transigere. nu. 43. col. 4. fo. 144.

¶ Pecunia ut uideatur data non pro solo actore, sed pro omnibus quorum interest, quid faciendum sit. de transact. l. Transigere. sub nu. 85. uers. Secunda. colum. 3. fol. 152.

¶ Pecuniæ interuentus in notario non facit desinere esse mandatum, quia propter grauitatem officij uidetur quod non detur pro mercede, sed pro remuneratione de eden. l. 1. sub num. 87. uersicu. & ideo. columη. 3. folio 20.

¶ Periuranti à lege non imponitur pœna, sed solum Deũ habet ultorem. de transac. l. siue apud acta. sub nu. 13. uer. quinto. col. 4. f. 170.

¶ Periurium an committatur sine dolo, late discutitur, & concluditur quod sufficit lata culpa. de transact. l. si quis maior. nu. 16. col. 4. fo. 171.

¶ Periurus quando efficiatur infamis. de transac. l. si quis maior. nu. 62. col. 1. fo. 181.

Periurus an incidat in pœnas. d. l. si quis maior. parte non petente. ibi. nu. 66. col. 2. fo. eo. 181.

Periurus an efficiatur infamis iudice aliter puniente. ibi. nu. 67. col. 3. fo. eo. 181.

Periurus priuatur actione, & qua actione. ibi. nu. 73. col. 3. fo. 182.

Periurus quando repellatur ab agendo. ibi. nu. 75. col. 1. fo. 183.

Periurus priuatur proprietate rei, & qua ibi. nu. 79. col. 2. fo. 183.

Periurus priuatur omni emolumẽto, & quomodo capiatur emolumentum. ibi. nu. 81. col. ea. fo. eo. 183.

Periurus non potest alienare res amissas etiam antequam conueniatur. ubi supra numer. 87. columna 4. fol. eo. 183.

Periurus regulariter non efficitur infamis. fallit, ut in dicta. l. sub num. 64. uers. Et remanet. colum. secunda. fol. 181.

¶ Persecutio si est particularis an restringatur transactio generalis uel alia dispositio. de transac. l. si de certa. nu. 20. col. 3. fo. 167.

¶ Personæ honestas quando aliquid operetur. de eden. l. qui accusare. nu. 8. col. 4. fo. 53.

2 Personæ debent legitimari in iudicio quantumcunque summario. qui adm. in rubrica. num. 44. columna 3. folio 9.

Personæ inhabiles possunt agnoscere bonorum possessionem nomine alterius. qui adm. l. fi. nu. 27. uer. nihilo minus col. 2. fol. 45.

1 ¶ Personarum ratio habetur in expensis. de eden. l. edita. sub nu. 150. uer. in fi. col. 1. fo. 53.

¶ Petens medietatem hæreditatis non potest post litis cõtestationem petere aliam medietatem. de eden. l. edita. nu. 58. col. 4. fol. 37.

Petens se absolui a iuramento non incidit in pœnas. l. si quis maior. de transact. ut in ipsa. nume. 53. colum. 2. fol. 179.

Petens rescindi contractum iuratum potest agere corã iudice seculari si petat remitti iuramentum. in ea. l. nu. 77. col. 2. fo. 183.

Petens rescindi instrumentum ex aliqua iniustitia allegata quando incidat in dictam legem si quis maior. ubi sup. nu. 106. col. 4. fo. 185.

2 Petens interesse singulare non habet necesse probare estimationem communem rei, sed solum affectionẽ, quidquid dicat Bar. de sent. quæ pro eo quod interest l. 1. nu. 167. col. 4. fo. 187.

¶ Petitio, & iudicis concessio, & per consequens decretũ requirebatur in bonorum possessione. qui adm. l. fi. nu 16. col. 4. fo. 43.

Petitio bonorum possessionis contratabulas, & ius petendi eam competit sine facto præteriti, & eo ignorãte, seu tacente repudiante, & approbante testamentum, & sic eo inuito & ignorante. de contrat. l. Post humo. sub nu. 28. uer. & ideo. col. 3. fo. 73.

Petitio si fuit incerta, & liquidata quantitas in processu, sententia debet continere certam quantitatem. de sent. quæ pro eo quod interest. l. 1. n. 174. c. 2. f. 183

Petitio si fuit incerta & non liquidata quantitas, sen-
1 tentia incerta ferri potest liquidanda in executione uel reseruata sibi liquidatione, & in sententia debet exprimi certa quantitas, si certa petitio fuit. in ea. l. nu. 175. col. ea. fo. eo. 183.

1 ¶ Petri intellectus ad l. fi. C. de eden. discutitur in ipsa. l. fi. nu. 16. col. 2. fo. 66.

¶ Placitum in idem non omne est pactum, & adducitur ratio. de pac. in rub. nu. 27. col. 3. fo. 74.

Placitum duorum in idem quomodo possit esse absque eo quod sit pactum. ibi. uer. Alio. col. ea. fo. eo. 74.

Placitum transactionis, & transactio sunt idem. de trãsact. rub. nu. 23. col. 2. fo. 138.

Placitum transactionis,& placitum de transigendo differunt,sicut pactum uenditionis,& pactum de uendendo.ubi sup.nu.24.col.3.fo.eo.138.

¶ Pœna priuationis propter pactum de hæreditate uiuentis quando habeat locum. de pact.l.fi.num.74. colu.3.fol.122.

Pœna priuationis an habeat locum in minoribus propter indignationem.ibi.nu.75.co.ea.fo.eo.122.

Pœna indignitatis an possit opponi per paciscentes.ibi.nu.76.col ea.fo.eo.122.

Pœna indignitatis an applicetur consanguineis proximioribus.ibi.nu.77.col.4.fo.eo.122.

Pœna adulterij an sit pœna sanguinis. de transactio.le.transigere.nu.39.col.2.fo.144.

Pœna mutilationis membri non est pœna capitalis, tamen dispositio loquens de pęna capitali comprębendit etiam pęnam mutilationis membri,per extensionem,quia à iure fuerunt æquiparatæ propter grauitatem causæ,& quia est damnum irreparabile,in eadem l.sub nu.54.uer.dicendum est.col.2.fol.146.

Pœna infamiæ imponitur ex lata culpa quando ipso iure incurritur.de transact.l.siquis maior.sub nu. 16. uer.incontrarium.col.1.fo.172.

Pœna infamiæ,uel corporalis,& etiam pęna.d.l. siquis maior.an habeat locum in periurio.ubi sup.uer. Secundo casu.col. 2.fo.eo.172.

¶ Pęnæ quæ imponūtur alicui propter iniustam petitionē per leges,habent omnes locum post litis contestationem.de eden.l.edita.sub nu.65.uer.secundo.col. 4. folio 38.

Pœnæ solutio an inducat implementum in contractu innominato ut possit producere actionem.de pact. l.petens nu.63.col.2.fo.110.

Pœnæ imponuntur propter periculum alterius & in eius fauorem,cessāt si interueniat eius consensus.de pact.l.fi.sub nu.52.uer.sexto.col.4 fol.119.

Pęnæ.l.siquis maior.C de transac. imponuntur ipso iure sine sententia condemnatoria . ut in ipsa.nu. 83. col.3.fol.183.

Pœnæ quod imponantur ipso iure uel per sententiam cōdemnatoriam,quinque resultat effectus,& primum quod non facit fructus suos.in ea.l.nu.85.colum. 4. fol.eo.183.

Pęnæ quæ imponuntur ipso iure , transeunt indistincte ad hæredes.ibi.nu.86.col.ea.fo eo.183.

Pœnæ quæ imponuntur ipso iure possunt peti etiam in foro conscientiæ ibi nu.88.col.ea.fo.eo.183.

Pęnæ conuentionales an operentur effectus priuationis ante sententiam confirmatoriam.ubi sup.nu.89.col. 1 ea.fo.eo.183.

Pœnæ priuationis impositæ per.d.l.siquis maior. applicantur parti ibi.nu.95.col.4.fo.184.

Pœnæ cui applicentur generaliter, ponitur remissiue. ubi sup.nu.96.col.1.fol.185.

Pœnæ d.l. an possint exigi ultra duplum uel quadruplū ibi.nu.97.col.ea.fo.eo.185.

Pœnæ applicantur parti si intemerate obseruauerit, alias non,ibi.nu.98.col.ea.fo.eo.185.

Pęnę.d l.an incurrantur si petens in minimo non obseruauerit.ibi.nu.99.col.2.fol.eo.185.

Pœnæ an uideantur remissæ si partem adimplementi post moram acceptauerit.ibi.nu.100.co.ea.f.185

Pœnæ petitio non potest concurrere cum contractu , & exceptione transactionis . de transactio.l. siue apud acta.seu.l.siquis maior.sub nu.13.uer. Tertio faciebat.col.4.fol.170.

Pęnæ hæreticorum non habent locum nisi quando causa hæresis cognita sit in foro canonico.in ea.l. siquis maior.sub num.15.uers.Quare concludendum. col. 4. fol.171.

Pœnæ periurij an habeant locum circa bona uel res. ubi sup.sub numer. 16. uers.secundo casu.colum.2. folio 172.

Pœnæ.d.l.siquis maior.non habet locum in collegijs & uniuersitatibus artificialibus.ut in ipsa,ubi ponitur regula cum ratione & fallentijs sub nu.20. uersicu. ideo.col.1.fo.174.

¶ Pœnitentia habet locum in contractu innominato,& datur repetitio si alter non adimpleuerit.de pact.l. 1. sub nu.18.uer.quæsitum.col.4.fo.80.

Pœnitentia an habeat locum inter paciscentes ad euitandam pœnam indignitatis.de pact.l.fi. nume.78. col.1.fol.123.

¶ Pollicitatio nō transit in pactum per acceptationem ex interuallo sequtam.de pact.in rub.num.28.columh. 3.folio 74.

Pollicitatio facta præsenti & tacenti non transit in pactum nisi interueniat actus extrinsecus. ubi sup. nu. 38.col.1.fo.76.

¶ Portio accrescens post litis contestationem potest peti, & in sententiam deduci.de eden.l.edita.num.59.colum.1.fol.38.

Portio accrescens etiam non adita transmittitur, & inter ignorantes.Qui adm.l. emancipata.sub nu. 16. uer.octaua etiam.col.13.fol. 37.

Portio quomodo accrescat per ius accrescendi, an portioni,uel personæ.Quan.non peten.par.in rub.num. 35.col.4 fo.49.

Portio an accrescat inuitis semper.ubi supra nume. 36 colum.1.fol.50.

Portio repudiata uel deficiens quomodo accrescat.ibi. sub nu.24.uer.item.col.3.fo. 47.

Portio deficiens accrescit solum acceptantibus.quando non pet.par.l.1.nu.22.col.2.fo.55.

Portio deficiens an accrescat hæredi uendenti hæreditatem,uel emptori.ibi.nu.23.col.ea.fo.55.

Portio quomodo & quando accrescat inuitis.in ea.l.nume,50.col 2.fo.60.

¶ Positiones non sunt de iure sed de consuetudine introductæ uolentibus Reus ut lites abbreuientur . de eden.l.1.sub num.32.uers.Quare Alciatus.colum. 4 fol.11.

Positiones quando sint edendæ partibus.de eden.l.2.nume.30.col.2.fo.24.

¶ Positionibus actoris tenetur respondere Reus fatendo uel negando contenta in libello.de eden.l. 1.sub nu. 32.uers.sed contra istam.col.3.fo.11.

Positionibus de iure licet quis non teneatur respondere,tamen interrogationibus de iure tenetur respondere.ubi sup.uer. Quare Alci.col.4 fol.eo.11.

Pos-

Possessio quando possit amitti per repudiationem renuntiationem, uel pactum. de pact. l. 1. num. 67. col. 2. folio. 89.

Possessio non semper releuat Reum ab onere probandi, sed solũ releuat ab onere probandi ius actoris, quod sufficit negare. Qui adm. in rub. sub nu. 46. uersi. ex quo. col. 2. fo. 10

Possessio non potest esse iusta nisi interueniat ratihabitio partis, seu partis, & iusta possessio sui natura ex legis præsumptione inducit suam uoluntatem præambulam. qui adm. l. 1. sub nu. 55. uer. puto tamen. colum. 2. fol. 27.

Possessio ex mente iurisconsultorum tunc est facti quando refertur ad res corporales quæ possunt uideri & tangi. & tunc iuris quando refertur ad res incorporales, quæ declaratio non bona demonstratur. in eadem lege sub nume. 78. uersicul. ex mente. column. 2. folio 32.

¶ *Possessoria bonorum hæreditatis petitio competit post agnitam decretalem, ut declaretur bonorum possessor perpetuo. qui adm. in rub. nume. 24. colum. 1. folio 5.*

Possessoria hæreditatis petitione agens, an teneatur probare se agnouisse, late discutitur. ubi supra nume. 46. col. 4. fol. 9.

Possessoria hæreditatis petitio & nulla actio potest esse ius quo, tanquam instrumentum. ubi supra num. 57. colum. 4. fol. 11.

Possessoria hæreditatis petitio, & omnes actiones, & bonorum possessio æqualiter sunt ius propter quod, id est potentiæ propter quas. ibidem nume. 58. col. ea. fol. eo. 11.

¶ *Possessoriam bonorum seu hæreditatis petitionem intentans an uideatur agnouisse. in ea. rub. nume. 71. col. 1. fol. 14.*

1 ¶ *Possibilitas producendi exceptionem quomodo capiatur in prima regula cumulationis. de eden. l. edita. num. 102. col. 3. fol. 45.*

¶ *Possidere qui se dicit potest pœnitere usque an litis contestationem, postea uero, non. de eden. l. edita. sub nume. 61. uer. Tertio facit. col. 4. fo. 38.*

2 ¶ *Posthumi appellatione in dispositione legis uel hominis quis ueniat. de contrat. l. posthumo. nume. 7. column. 2. folio 68.*

Posthumi præteritione testamentum ante natiuitatem non est nullum. ibi. nu. 14. col. 1. f. 70.

Posthumi præteriti per natiuitatem rumpitur testamẽtum, & ampliatur tribus modis. ubi sup. nume. 17. col. 4. fol. eo. 70.

Posthumi præteriti per mortem quando reconualescat testamentum, datur noua declaratio. ibidem nume. 21. colum. 3. fol. 71.

Posthumi natiuitate rumpitur testamentum ipso iure. ubi sup. sub. nu. 13. uer. iis tamen. col. 3. fo. 69.

¶ *Posthumo moriente quare reconualescat testamentum, multæ rationes referuntur & reprobantur. in ead. l. nu. 20. col. 1. fol. 71.*

¶ *Posthumorum duo sunt principalia genera quæ diuidũtur in uarias species. in d. l. posthumo. nume. 3. colu. 1. fol. 67.*

Posthumorum duodecim sunt species quæ continentur sub duplici genere posthumorum qui nascuntur post mortem, & qui nascuntur post testamentum. ubi sup. uer. & sic. col. 2. fo. eo. 67.

Posthumus unde dicatur, & referuntur plures ethymologiæ. de contrat. l. posthumo. nu. 20. col. 4. f. 68.

Posthumus proprie quid sit, late discutitur. in ea. l. nu. 4. col. 2. fol. 68.

Posthumus consideratur ciuiliter & naturaliter. ibid. nu. 5. col. ea. fol. eo. 68.

Posthumus natus post testamentum est proprie posthumus in materia testamentaria. ibi. num. 66. column. ea. fol. eo. 68.

Posthumus ante natiuitatem an sit suus hæres. late discutitur. ibi. nu. 15. col. 1. fol. 70.

Posthumus quomodo olim poterat exhæredari. ubi supra nu. 30. col. 1. f. 74.

Posthumus nec infans hodie possunt exhæredari. ibi. nume. 31. col. 2. fo. eo. 74.

Posthumus multis casibus patitur damnum, & tamen non fingitur suus hæres. in ea. l. sub nu. 16. uer. præterea. col. 3. fol. 70.

Posthumus non habent formam hominis dicitur monstrum, non filius. ibi. sub nu. 18. uers. Secundo limitatur. col. 1. fol. 71.

Posthumus etiam hodie potest exhæredari. ibi. sub nu. 30 uers. item colligitur. col. 1. fo. 74.

Posthumus ante natiuitatem non est suus hæres uere uel ficte. unde lib. l. qui se patris. nu. 6. col. 1. fo. 87.

Posthumus post natiuitatem est suus hæres, quia fingitur natus in potestate. ibi. nu. 7. col. 2. fo. 87.

Posthumus alienus hæres institutus nouiter potest institui hæres. unde legit. l. certum. sub num. 45. uersi. Alij ponebant. col. 1. fo. 108.

¶ *Potentiæ naturales an hodie sint alteratæ per ius ciuile ut præscribi possint, docte & subtiliter declaratur, de pact. l. petens. nu. 39. col. 1. fo. 104.*

¶ *Potentijs naturalibus ius ciuile quomodo processerit. ibi. uer. Bar. tamen. col. ea. fol. eo. 104.*

¶ *Potestas naturalis, liberum arbitrium, & potentiæ naturales differunt à iure naturali. in ea. l. nu. 38. col. 4. fol. 103.*

Potestas testandi licet sit naturalis, tamen quia de iure ciuili non datur nisi habentibus testamenti factionem, erit ciuilis potentia. ibi. sub uume. 39. & exẽplum. col. 1. fol. 104.

Potestas offerendi & petendi quo casu tollatur per cursum triginta annorum. in ea. l. sub num. 42. uers. facias igitur. col. 1. fol. 105.

Potestas succedendi tam ex testamento quam ab intestato dependet à lege. de pact. l. fin. sub nu. 103. uer. communiter tamen. col. 2. fo. 127.

Potestas instaurandi litem quando sit in arbitrio Rei, & possit purgare moram. de transact. l. siue apud acta. nu. 29. col. 2. fol. 158.

Potestas faciendi edicta fuit omnibus magistratibus ratione iurisdictionis iudiciariæ. qui adm. in rub. sub nu. 11. uer. Et quamuis. col. 3. fol. 3.

Potestas omnis disponendi de bonis suis post mortẽ, & trãsmittendi bona sua fuit de gratia speciali cõcessa,

cum potestas testandi sit contra ius commune. qui adm.l.emancipata.sub num.22.uers. Quarta fuit. colum.2.fol.38.

Potestas succedendi de iure ciuili non fuit propter unionem iuris prætorij,unde legit.l.certum.num.28. col.3.fol.104.

Potestas arbitro data prorogandi compromissum an ultra bis extendatur.de senten.quæ pro eo quod interest.l.1.nu.20.col.1.fol.164.

1 ¶ Practica opponendi libello obscuro uel incerto,cum cautella.de eden.l.edita.nu.83.col.3.fol.42.

Practica apud omnes foros obseruata ut per solam transactionem Reus paruam utilitatem consequatur. de transact l.transigere.nu.18.col.4.fo.140.

2 Practica articulandi ad obtinendum interesse lucri, & que sint necessaria.de sent. quæ pro eo quod inter.l.1.nu.122.col.3.fo.177.

Practica sumendi estimatores ad estimandum interesse.in ea.l.nu.160.col.1.fo.182.

Practica siue forma depositionis estimatorum in probando interesse.ibi.nu.161.col.ea.fo.eo.182.

Practica articulandi in casibus in quibus doctores admittunt peti interesse.in ea.l.sub nu.128.uer.in casibus col.4.fo.178.

Practica seruanda quando dubitatur de collatione an sit fienda.de coll.l.si emancipati.num.62.colum.4.fol.127.

1 ¶ Præbenda non uacans,siue spectatiua beneficij non uacantis quando possit concedi.de pact.l.fina.num.80. col.1 fol.123.

¶ Præiudicia quomō sint sublata in Regno.de eden.l.edita sub nu.112.uer.ista tamen.col.3.fo.147.

¶ Præiudicium quale quale operatur ut res inter alios acta præiudicet.de eden l.2.nu.78.col.3.fo.30.

Præiudicium quale quale an & quando importet semiplenam probationem.ibi.uer.& istud.col. ea.f.30. 2

¶ Prænomina uel cognomina non sunt repetenda.de pact. l.1.nu.32.col.4.fo.82.

¶ Præparatoria considerantur duobus modis,scilicet præparatoria narrata,& præparatoria in essentia. De eden.in rub.nu.12.col.4.fo.2.

Præparatoria narrata non inferunt aduentum præparati,nisi sint considerata ut præparatoria.ubi sup. nu. 13.col.ea.fol.eo.2.

Præparatoria necessaria ad actum concedens uel eligens uidetur eligere præparata.ibi.nu.16.col.1.f.3

Præparatoria utilia concedens uel eligens sine præparato,non uidetur concedere uel eligere præparatum ubi sup.nu.17.col.2.fo.eo.3.

Præparatoria an sint præmittenda,late discutitur, & concluditur quod sic,si considerantur ut præparatoria.ibi.nu.31.col.3.fo.4.

Præparatoria eligens uidetur eligere illud ad quod sunt præparata.ubi sup.sub nu.11.uers.sed pro opinione col.3.fol.2.

Præparatoria an inferant ualiditatem præparati. ibid. uer.Dec.hic.col.ea.fo.eo. 2.

Præparatoria adulterij æquiparantur adulterio.ibi.sub nu.19.uer.sed pro.col.3.f. 3.

¶ Præparatorijs an inferatur ad principale, late discutitur.qui adm.in rub.nu.11.col.2.fo.2.

Præparatorijs facti non infertus factum esse illud ad quod sunt præparata.ibi.nu.14.col.1.fo.3.

Præparatorijs facti infertur animus ad illud ad quod sunt præparata.ibi.nu.15.col.ea.fo.eo.3

Præparatorijs proximis & uiolentis præsumitur adulterium in dubio,& mulier priuatur dote.ubi sup.nume.20.col.1.fo.4.

Præparatorijs adulterij,sequta pœnitentia partium,mulier non priuatur dote.ibi.nu.24.col.2.fo.eo.4.

Præparatorijs adulterij in loco apto ad adulterium, licet propter impedimentum adulterium non fuerit subsequtum,tamen mulier priuatur dote.ibi.nu.25. col.ea.fo.eo.4.

¶ Præparatorium consideratur de per se,& ut præparatorium actus.& de utroque in d.Rub.sub num. 32. uer.Quare.col.1.fo 5.

¶ Præscribi an possit potentijs naturalibus,de pact.l.per tens.sub nu.39.uer.in proposito.col.2.fo.104.

Præscribi facultati naturali quanto tempore possit. in ea.l.sub nu.40.uer.ex qua.col.ea.fo.eo.104.

Præscribi nullo tempore potest iuri implendi stipulationem.ibi.uer.& ideo.col.3.fo.eo.104.

¶ Præscriptio in iuribus personalibus uel realibus an procedat sine possessione.de pact.l.petens.num.40. col. 2.fol.eo. 104.

¶ Præsentare, & produre scripturas quid sit, & in quo differant.de eden.l.fi.nu.55.col.2.fo.71.

¶ Præsentia sola cum utilitate non inducitur consensus nisi interueniat aliquod extrinsecum signum. de pact. rub.nu.37.col.4.fo.75.

Præsentia iudicis an sit necessaria in renuntiatione absente parte,noniter distinguitur.de pact.l.postquam liti.nu.43.col.3.fo.98.

Præsentia alicuius iudicis requiritur in agnitione. qui adm.l.fi.nu.7.col.3.fo.42.

1 ¶ Præsumptio delicti & procurationis mortis potest tolli per principem quia est iuris positiui.De pact. l.fina. sub nu.66.uer.tamen.col.2.fol.121.

¶ Præsuppositum Bar.falsum refertur in ratione decidendi,quod turbauit materiam.l.postquam liti.C.de pact.ut in ipsa nu.15.col.3.fo.94.

2 ¶ Præteriti in testamento matris an hodie habeant contratabulas.de contrat.l.posthumo,num.40. columu. 1.fol.76.

¶ Præteritio matris non habetur amplius pro exhæredatione,& quare.in d.l.posthumo.sub nu.17. uer. Secundo ampliatur.col.4.f.70.

Præteritio de iure antiquo æqparata fuit exhæredationi.in ea.l.sub n.40.uer.Ferrarie͂ses uero. c. 3.f.76.

Præteritio quomodo diffiniatur,& quæ sint de substantia illius.de liber.præter.Auth.ex causa.colu.2.nu. 5.fol.129.

Præteritio est duplex.paterna,et materna,differe͂tes in substa͂tia & effectu.ubi sup.nu.6.col.ea.fo.eo.129.

Præteritio paterna an comprehendatur in prima parte.d.auth.ut ei addatur forma.ubi sup.nu. 20. colu. 2.fol.131.

Præteritio paterna non continetur in prima parte dictæ authenticæ, nec in modo prætereundi aliquid est immu-

immutatum hodie in patre. ibid. nu. 21. colu. 3. fol. eod. 131.

Præteritio non est proprie species exhæredationis. ibi. nu. 24. col. 3. fol. 132.

¶ Præteritione posthumi testamentum ante natiuitatem non est nullum. De contrat. l. posthumo. nu. 14. col. 1. fol. 70.

Præteritione filij testamentum est nullum de iure ciuili, sed ualet de iure prætorio. in ea. l. sub nu. 40. uer. glo. in uer. col. 4. fol. 76.

Præteritione paterna rupto testamento legata conseruantur per Authen. ex causa. C. de liber. præter ex capite extensionis, non ex ut uerborum. ut in d. Authen. nu. 27. col. 4. fol. 133.

Præteritione materna ignoranter facta conseruantur legata per d. Authen. contra Bart. ut ibid. num. 32.

¶ Præteritionis paternæ effectus de iure antiquo & nouo. De liber. præter. Authen. ex causa. num. 9. col. 4. fol. 129.

Præteritionis maternæ effectus de iure antiquo & nouo. ubi sup. nu. 10. col. 1. fol. 130.

Præteritionis paternæ ex causa rupto testamento an legata conseruentur per d. Authen. latissime discutitur. in ipsa. nu. 23. col. 2. fol. 132.

¶ Præterito repudiante contratabulas, uel expreße approbante testamentum, an institutus possit contratabulare testamentum. De contratab. l. posthumo. sub nu. 26. uers. Sed duæ. col. 3. fol. 72.

¶ Præteritus an dicatur qui non est institutus nec exhæredatus. De contrat. l. Posthumo. numer. 23. col. 1. folio. 72.

Præteritus quis dicatur, nouiter declaratur ubi sup. nu. 24. col. 2. fol. eo. 72.

Præteritus est ille cui nihil relictum est, & etiam ille ius aliquid est relictum, si non est institutus, nec exhæredatus rite. in ea. l. sub nu. 23. uers. & ideo. col. 1. fol. 72.

Præteritus si cœpit petere, institutus potest postea petere etiã eo ommittente postea. ubi sup. sub n. 27. uer. Septimo. col. 1. fol. 73.

Præteritus an possit facere quod testamentum habeat effectum, uel potius institutus possit semper uenire contra testamentum, etiam inuito pręterito. ibi. uer. Tertia. col. 2. fol. eo. 73.

Præteritus cum causæ insertione an sit exhæredatus, & quid sit præterire. De lib. præter. Auth. ex causa. nu. 47. col. 1. fol. 138.

¶ Prætor in edictis suis oppugnauit & limitauit ius ciuile. Qui adm. Rub. nu. 25. col. 1. fol. 5.

Prætor an possit facere quem hæredem. ubi sup. nu. 34. col. 3. fol. 7.

Prætor an possit operari ipso iure. ibi. nu. 35. colum. 4. fol. eod. 7.

Prætor bonorum possessionem de facto tribuebat sententiando. in ead. Rubr. sub nume. 28. uers. Sed tamen. col. 2. fol. 8.

Prætor non potest per prius condere legem generalem. ibi. sub nu. 32. uers. Ex quibus. col. 2. fol. 7.

Prætor potest sine approbatione populi facere ius annale, & locale, quod durante officio suo obseruatur inter subditos, etiam quod sit contra legem, & propter uim magistratus habet authoritatem impediendi omnes effectus legis in quibus requiritur factum hominis. ubi sup. uer. Secunda. col. ea. fol. eo. 7.

Prætor non potest corrigere legem, cum non obstante edicto lex operetur omnes effectus non requirentes factum hominis. ibi. uer. tertia est. col. 3. fol. eo. 7.

Prætor non potest facere quem hæredem. in ead. Rubr. nu. 34. col. ea. fol. eo. 7.

Prætor neminem facit ipso iure hæredem, nec inuitum. Qui adm. l. emancipata. nu. 21. col. 1. fol. 38.

Prætor motus æquitate uocauit emancipatos ad succeßionem perinde ac si non eßent capite diminuti. in ea. l. sub nu. 20. uers. fuit igitur. col. 4. fol. 37. Declara tamen ut ibi. uers. non obst. contraria. col. ead. fol. eod. 37.

Prætor sicut in alijs se conformauit cum iure ciuili, ita etiam in inducendo ius accrescendi. Quan. non petẽ. par. l. 1. sub. nu. 9. Quare remanet. col. 2. fol. 53.

Prætor nouam formam testamenti adinuenit fortiorem ut dilataret succeßionem testamentariam, secundum quam scriptus hæres non succedebat iure ciuili. De contrat. l. Posthumo. nu. 8. col. 3. fol. 68.

Prætor mandauit etiam filios emancipatos institui uel exhæredari. in ea. l. sub n. 48. uers. septimo. c. 4. f. 78

Prætor non curauit de suitate, qui æquiparat emancipatos filijs in potestate in succeßione, & rescindit capitis diminutionem eorum. ibi. sub nu. 46. uers. undecimo. col. 3. fol. 79.

Prætor mouetur æquitate. ibi. uer. septimo. co. 4. fo. 80.

Prætor mortuus an influet spiritum uitæ quando filius incipit contratabulare. in ea. l. sub nu. 52. uers. ideo Ang. col. 4. fol. 81.

Prætor per bonorum poßeßionem unde agnati uocauit agnatos admißos à lege ciuili. unde legit. l. Certum. nu. 12. col. 2. fol. 102.

Prætor bonorum poßeßionem unde cognati dedit omnibus coniunctis sanguine, sequendo naturalem rationem naturalem rationem. in ea. l. num. 13. colum. 3. fol. eo. 102.

Prætor pro remedio subsidiario introduxit bonorum poßeßionem unde uir, & uxor, per quam uocabat coniuges inuicem ad succeßionem, si moriebantur nullis extantibus agnatis uel cognatis. ubi sup. uer. quarto loco. col. ea. fol. eo. 102.

Prætor fecit bonorum poßeßionem unde decem personæ, quam dedit decem personis nomitatis. ibid. num. 14. col. ea. fol. eo. 102.

Prætor fecit bonorum poßeßionem tanquam ex familia, & alium unde patroni, quæ quibus daretur dubium est inter doctores. ut ubi sup. num. 15. col. 4. fol. eod. 102.

Prætor ultra ordinarias bonorum poßeßiones, alias etiam extraordinarias fecit, quæ facti dicuntur, & non tribuunt ius plenum in bonis, sed solum ad tempus tribuunt detentationem, seu corporalem poßeßionem bonorum & iurium defuncti, cum potestate percipiendi fructus. ibi. nu. 18. col. 1. fol. 103.

Prætor non impediuit collationẽ principaliter propter illud quod succedatur diuerso iure, sed quia facto

testamento propter iniuriam datum per contratabulas iubetur collatio,necesse est quod ille cui confertur possit eam petere. De collat.l. si emancipati.sub nu.33.uers.ideo.col.2.fol.122.

¶ Prætores cum suis edictis dilatauerunt angustias legis duodecim tabularum.Qui adm.in Rubr.numer.18. columna.3.folio.4.

Prætores introduxerunt unum ius uniuersale continẽs omnia iura utilia defuncti, & succedens in uniuersum ius utile defuncti, & concesserunt uocatis ab eis contra legem.ibi.nu.19.col.4.fol.eo.4. 1

Prætores introduxerunt bonorum possessionem ut præferrent suos uocatos hæredibus ciuilibus. ubi sup. nu.20.col.ea.fol.eo.4.

Prætores an haberent potestatem condendi legem per prius,late discutitur.ibi.numer. 28. col. 4.folio. 5.

Prætores nunquam habuerunt potestatem condendi legem per prius,nec per posterius.ibid.nume. 30. col. 3.fol.eo.6.

Prætores poterant facere unum ius quod seruabatur contra legem, ualebat per prius sine approbatione populi.ubi sup.nu.31.col.4.fol.eo.6.

Prætores recognoscebant superiorem popolum, habebant magistratum annalem, & eorum edicta non durabant nisi per annum.in ea.Rub.sub nu.12.uer.sed tamen.col.3.fol.3. 2

Prætores habent æquitatem præ oculis.ibi.sub nu. 18. uers.Quamobrem.col.3.fol.4.

Prætores pro prælatione edictorum suorum excogitauerunt & composuerunt unum aliud corpus uniuer 1 sale,& uoluerunt omne ius defuncti diuidi inter directum & utile,& mandauerunt quod in suo corpore uniuersali continerentur omnia iura utilia quæ fuerunt in bonis defuncti.ubi sup. sub nu. 19. uers. ideo præfati.col.4.fol.eo.4.

Prætores an haberent potestatem condendi leges per prius uel posterius,& an haberent potestatem faciẽdi aliquod ius obseruandum.ubi sup. nume.29.col. 3.folio.6.

Prætores ius successionis angustauerunt seu angustatum per leges duodecim tabularum suis edictis dilatauerunt.Vnde legit.l.Certum.nume.4.columm.1. folio.102.

Prætores dilatare uolentes ius succedendi ex testamẽto constituerunt nouam formam testamenti fortiorem,quæ non faciliter in totum esset nulla.in ea.l.nu. 5.col.ea.fol.eo.102.

Prætores dilatauerunt successionem ab intestato,uocando uarios in edictis suis.ibi. nu.10.col.2.f.eo.102.

¶ Prætorum edicta durabant per annum tantum. Qui ad mit. in Rubr.nu.12.col.3.fol.3. 3

Prætorum edicta nec olim habebant, nec hodie habent 1 authoritatem legis. ibidem. nu. 32. col.1.folio. 7.

¶ Pretium rei an sit interesse, latissime disputatur. De senten. quæ pro eo quo interest.numer.71.in Rubr. col.1.fol.eo.152.

Pretium rei nunquam est interesse,nec aliqua salutatio tradita per doctores est bona in ulla specie. ubi sup. nu.72.col.3.fol.eo.152.

Pretium commune quod non sit interesse commune, probatur in ea Rubr.num.71.uers. Tertio.col.ead. fol.eo.152.

Pretium rei & interesse sunt idem. De senten.quæ pro eo quod inter.l.1.sub nu.38. uers.glo.prima.co. 4. fol.166.

Pretium estimatur per uiginti annos ex redditibus solitus prouenire, simul computando dictos annos. in ead.l.sub nume. 155. uers. & est ratio columna.4. fo. 181.

¶ Primum genus cumulationis declaratur, & defenditur. De eden.l.edita.numero. 113. columna tertia. fol.47.

¶ Princeps quando in dubijs sit consulendus per iudices. De pact.l.fin.nu.17.col.1.fol. 116.

Princeps quando in dubijs consulendus sit per priuatos.in ea.l.nu.18.col.2.fol.eo. 116.

Princeps quando debeat consulere alios.ubi sup. num. col.ea.fol.eo.116.

Princeps an possit facere quod pactum de hæreditate uiuentis ualeat.in ead.l.numer.66. columna secunda. fol.121.

¶ Principi supplicans pro contrauentione fienda, quando efficiatur periurus non utendo præscripto. De transact.l. si quis maior. numero. 52. columna prima. fol.179.

Principi conuenit tollere occasiones rixandi inter litigantes, aduocatos.De senten.quæ pro eo quod interest.l.1.sub num.18.uers.notandum.colum.quarta. fol.163.

¶ Principis concessio facta per dictionem, prout,quomodo intelligatur. De eden.l.edita.num.143.colum.1. fol.52.

Principis boni est conseruare quietem & pacem inter subditos.De transact.l. Transigere.nu.1.column.2. fol.139.

¶ Priuatæ rationes quomodo edendæ sint quando petitur editio ex sola causa ueritatis inuestigandæ,tam ex parte actoris, quam ex parte actoris,quam ex parte Rei. De eden.l.fina. in prin. columna secunda. fol.64.

¶ Priuilegium fisci in materia editionis non extenditur ultra causas enumeratas.in l.1.ff. de iure fisci, & alijs similibus. quia in contractibus & negotijs utitur iure communi.De eden.l.1.sub.nu. 49. uers.Ex quibus.col.1.fol.14.

Priuilegium se referens ad aliud quod antecessores habuerunt an ualeat si non producatur relatum. De eden. Authen. si quis in aliquo. numer.57. colum. 1.fol.63.

¶ Probandi onus incumbit ei qui dicit. Qui adm.in rub. sub nu.46.uers.ideo.col.1.fol.10.

¶ Probatio probata sub conditione,quando intelligatur de propria,& quando de impropria.De eden.l.qui accusare. nu.16.col.3.fol.54.

Probatio dicitur facta in tempore, si producatur copia infra terminum probandi, quamuis lapso tempore producatur originale. De eden. Authen. si quis in aliquo.sub numer.8.uers.ex quo infertur. colum.2. folio.56.

Probatio dubia an & quo casu reuelet probantem. De eden.

eden.l.fi.sub num.52.uers.non obstat.col.1.fo.71.
2 Probatio non est de substantia testamenti. de bono.pos, sec.tab.l.2.nu.14.col.4.fo.63.
Probatio respiciens tenorem testamenti & uoluntatem testatoris, fieri debet per septem testes, sed cætera extrinseca & substantialia possunt probari per duos testes.in ea.l.nu.17.col,2.fo.64.
Probatio quando concludit soli iudici, non requiritur partis citatio.de coll.l.si emancipati.sub nu.78.uer, & uere.col.4.fol.112.
Probatio causæ insertæ an possit esse de forma testamenti.de liber.præter.auth.ex causa.num.50. colum.2. folio 138.
1 ¶ Probationes factæ in uno iudicio faciunt qualem qualem præsumptionem in alio inter diuersas personas & est communis opinio.de eden.l.2.sub nu.48. uer. Secunda.col.2.fo.27.
¶ Processus informatiuus non debet edi parti. de eden.l.2. nu.29.col.2.fo.24.
Processus quid sit.de pact.l.postquam liti.nu.11.colu. 2.fol.94
Processus quando remanent firmus sequta transactione.de transact.l.siue apud acta.num.53. colum. 3. fol.161.
¶ Producens instrumenta in parte & partibus quomodo faciat scripturam de processu.de eden.l.fi.nu.56.colum.3.fol.71.
Producens instrumentum quando uideatur totum approbare.in ea.l.nu.57.col.4.fo.eo.71.
¶ Producere scripturas quid sit, & in quo differat a præsentare.in ea.l.nu.55.col.2.fo.eo.71.
¶ Prohibitio.l.fi.C.de pact.habet locum quando pactum fit de successione hominis certi, secus si pactum fiat de successione hominis incerti.ut in ipsa.l.sub n.89. uersicul.secundo colligitur.col.3.fo.124.
¶ Prohibitionis ratio si tollatur per appositionem conditionis, quod non potest fieri pure, potest fieri sub conditione. in eadem l.sub nume.62.uersicul.distingue, col.4.fol.120.
¶ prohibitus alienare an prohibeatur consentire. de pac. l.fi.nu.84.col.1.fo.124.
2 Prohibitus adire timore pęnæ, si interim moriatur, trāsmittit.qui adm.l.emancipata.sub nu.40.uer.sextus col.3.fo.41.
¶ Promissio debitoris de stando simplici iuramento creditoris super damnis, expensis, & interesse, ualet. de sent.quæ pro eo quod interest.l.1.sub nu.66.uer. & si contingat.col.1.fo.172.
1 ¶ Promittens in ueritate facere, dicitur iurare. de eden. l.2.nu.20,col.4.fo.23.
Promittens non offendere aliquem, obligatur ex causa de præsenti, non de futuro remissiue.de pact.l.1.nu. 84.col.1.fol.91.
Promittens factum negatum cum stipulationis interuentu, habet actionem non sequto uero implemento. in ea.l.nu.96.col.3.fo.92.
Promittens non reuocare donationem ex quacunq; causa, non prohibetur reuocare ex ingratitudine.de pact.l.fi.nu.99.col.2.fo.126.
Promittens non petere rem, non potest petere usumfructum.de transact.l.si de certa.sub nu.25.uer. tertia ratio.col.3.fo.168.
Promittens soluere cum iuramento in pluribus terminis, si cessat in uno, potest conueniri ad totam summam.de transact.l.siquis maior.nume. 33. columm. 2.folio 176.
Promittens uendere unicum iuramento an priuetur dominio uendendo alteri.ibi.nu.34.col.ea.fo.176.
Promittens in ueritate obseruare an incidat in d. l. siquis maior.ibi.nu.59.col.2.fo.180.
Promittens uendere uni rem cum iuramento, an alteri uendendo incidat in pœnas.dic.l.ponitur in ipsa.sub nu.34.uer.unde in.q.col.3.fo.176.
Pronuntiandum an sit super utraque actione in Regno neapolitano.de edendo.l.edita.nume. 131. colu. 3. folio 50.
¶ Propositio uniuersalis falsificatur ex uno de pact.le.1. nu.45.col.2.fol.84.
Propositio generalis & uniuersalis pro eodem iudicatur.de pact.l.fi.sub nu.136.uer.nec obstant.colum. 3.fol.132.
2 Propositio illa quomodo intelligatur, quod inter succedentes diuerso iure non habet locum ius accrescendi. Quando non petentium par.l.1.num.48. colu. 4.folio 59.
1 ¶ Proprietarius potest concedere alteri usumfructū post mortem usufructuarij, cum ei aperietur.ex Alciato.cuius dictum non admittitur.de pact.l. fi.sub nu. 81.uers.subdebat.col.3.fo.123.
¶ Proprietas quid sit, remissiue.de transact. l. siquis maior.nu.80.col.2.fo.183.
¶ Publica dicuntur ea acta quæ tractant de lite pertinente ad uniuersitatem, & priuata ea quæ tractant de lite pertinente ad priuatam utilitatem.de eden. l.2. sub nu.16.uer.& acta.col.4 fol.22.
Publica dici possunt omnia quæ fiunt coram iudice, uel à iudice, qui dicitur publica persona.ubi sup.uer.nono possunt.col.1.fo.23.
¶ Publicatio in testibus non impedit acta probatoria facere fidem in alia instantia.de eden.l.2.num. 58.colum.4.fol.28.
¶ Publicum in iure ciuili capitur decem modis. de eden. l.2.nu.16.col.3.fo.22.
2 ¶ Pupillus & furiosus an compræhendantur sub statuto loquente per aduerbium, ab intestato, de collatione. l.si emancipati.sub nume.14.uers.sinautem.colum. 3.fol.118.
1 ¶ Purgatio moræ an & quando admittatur in casu.l. siquis maior.C.de transact.ponitur in ipsa.nu.90.col. 2.folio.184.
Purgatio moræ an semper admittatur quantum ad ueniam spiritualem peccati.in ea.l.num.91.colum. 3. folio eo.184.
Purgatio moræ permittitur ex æquitate canonica in casu.d.l.siquis maior. si sit paruum interuallum, & nullum interesse partis.ubi supra nume.92. col. ea. fol.eo.184.
Purgatio moræ admittitur quando Reus adimpleuit pro maiori parte. ibidem numero 93.colum. 4.folio eodem 184.

Purgatio moræ admittitur in regno usque ad ultimum peremptorium, si ueniat cum sacco paratus. ibi. nu. 94. col. ea. fol. eo. 184.

Purgatio moræ non admittitur quando lex facit executionem in aliquo propter delictum, quia in totum declarat delictum esse commissum. in ea. l. sub nu. 90. uers. & ideo. col. 2. fol. 184.

Purgatio moræ non admittitur in terminis. d. l. si quis maior. regulariter, fallit tamen ut in ipsa. sub numero 92. uersic. & sic regula. col. 4. fol. 184.

Q

2 QVAERELLA inofficiosi testamenti an hodie habeat locum. De liber. præter. Authen. ex causa. nu. 48. col. 1. fol. 138.

1 ¶ Quæstio de rationibus, & instrumentis agitata fuit coram Alexandro. De eden. l. fin. numer. 22. colu. 3. fol. 67.

Quæstio una tantum, & una responsio fuit in l. 1. C. de pact. ut in ipsa. nu. 15. col. 3. fol. 80.

Quæstio nepotis fulgosij examinatur cõtra fulgosium. De transact. l. si de certa. numero. 16. columna. 1. folio. 167.

2 Quæstiones tres separatim discutiuntur, quas doctores confundunt in difficultate, de qua. Qui adm. in Rub. nu. 19. col. 3. fol. 6.

Quæstiones octo sunt in materia. in l. 1. C. qui adm. quatuor in persona filij, & quatuor in persona patris, an inuicem in hæreditate sibi possint præiudicare. ut in ipsa. l. 1. nu. 11. col. 2. fol. 17.

1 ¶ Quæstioni de facto an sit respondendendum. De eden. l. 1. nu. 16. col. 4. fol. 9.

Quæstioni de facto non respondet imperator, id est, non dicit quomodo se habeat factum, sed quæstioni iuris respondet. in ea. l. sub nu. 15. uers. & ex hoc. col. ea. fol. eo. 9.

¶ Qualitas masculina non inducit uocationem, sed solum exclusionem substituti, ut soli masculi excludant, nõ fœminæ, & per ipsam testator demonstrat plus diligere masculos quam fœminas. De pact. l. 1. sub numero. 48. uers. secundo adducit. columna tertia. folio. 85.

2 ¶ Qualitates adiunctæ rei in iure tãtum operantur quod res dicitur nascit, & si remoueantur, dicitur perire. Qui adm. in rub. sub nu. 73. uers. & tenendo. col. 1. fol. 15.

1 ¶ Quando fit delictum, offenditur respublica, cum eius intersit ut sit quies in populo. De transact. l. transigere. sub nu. 75. uers. præterea. col 1. fol. 151.

Quando aliquid acquiritur ex causa lucratiua ex causa alterius, eo non uolente non acquiritur. in ead. l. sub num. 76. uers. Quinto adducitur. columna. 2 fol. eo. 151.

2 ¶ Quantitas interesse duobus modis potest extendi in infinitum. De senten. quæ pro eo quod interest. in ru. alias. l. 1. sub numer. 4. uers. Sed tunc. columna. 3. fol. 161.

¶ Quantitatis appellatione quid compræhendatur, late discutitur, & defenditur glo. ab obiectionibus doctorum. in ea. l. nu. 45. col. 4. fol. 167

1 ¶ Quartum genus cumulationis examinatur. De eden. l. edita. nu. 122. col. 3. fol. 49.

¶ Quasi pactum est quando nullo sequto consensu ex una parte, lex uult obligationem uel actionem nasci. De pact. in rub. nu. 34. col. 3. fol. 75.

2 Quasi possessio existentiæ sui iuris quomodo acquiratur per filium in potestate. De collat. l. si emancipati. nu. 12. col. 1. fol. 118.

1 ¶ Qui potest per se, potest etiam per alium. De pact. l. fina. sub numer. 86. uers. ex secunda. columna secunda. fol. 124.

¶ Quintum genus cumulationis breuiter declaratur. De eden. l. edita. nu. 124. col. 3. fol. 49.

R

1 RAPTVS crimen continetur sub regula affirmatiua legis transigere. C. de transact. excepto quod in eo ponitur ocultatio. ut in ipsa. l. nu. 9. col. 4. fol. 139.

Raptus in crimine an sit licitum transigere, latissime discutitur. in ea. l. nu. 67. col. 4. fol. 148.

Raptus crimen & adulterij æquiparãtur. ubi sup. uers. secundo. col. 1 fol. 149.

¶ Ratificatio illius de cuius hæreditate agitur non ualidat pactum nullum. De pact. l. fina. numer. 33. co. 4. folio. 117.

2 ¶ Ratihabitione non sequta, petitio annullatur in persona patris, & in persona filij, taliter quod nullus acquirit hæreditatem, & defertur successori in gradu ex successorio edicto. Qui adm. l. 1. sub nu. 26. uers. & sic conclusio. col. 2. fol. 20.

1 ¶ Ratio uera differentiæ inter uocem uiuam, & scripturam, uel alias probationes assignatur. De eden. l. 1. sub nu. 33. uers. & uera. col. 1. fol. 12.

Ratio quare mandatum non producit actionem in argentario. in ea. l. sub num. 89. uers. ideo. columna. 4. folio. 20.

Ratio dubitandi & decidendi assignata per doctores ad. l. 1. C. de pact. non procedit ut in ipsa. nume. 13. col. 2. fol. 80.

Ratio decidendi in l. postquam liti. C. de pact. discutitur, quare renuntia litis trahatur ad causam. in ipsa. nu. 27. col. 4. fol. 96.

Ratio noua assignatur pro intellectu dictæ legis. in ipsa. nu. 31. col. 3. fol. 97.

1 Ratio prohibitionis quando tollitur per appositionem condictionis, quod non potest fieri pure potest fieri sub conditione. De pact. l. fina. sub nu. 62. uers. Distingue. col. 4. fol. 120.

Ratio assignatur, quare contractus innominatus non fiat per dictionem, si sed solum per dictionem, ut de transact. l. sine apud acta. numero. 73. columna. 2. fol. 165.

Ratio. l. si quis maior. C. de transact. est generalis, & licet dictum sit speciale extenditur per rationem. ut in ipsa. sub numero. 28. uers. Secundo. columna. 2. fol. 175.

2 Ratio eadem quando militat, tunc procedit argumentũ à corre-

à correlatiuis, alias secus. Qui adm.l.1.sub nume. 73: uersic.non obstat quod pater.columna secunda. folio.31.
Ratio diuersitatis inter hæreditatem, & bonorum possessionem, traditur ubi sup. numer.75. columna.3. fol.eo.31.
Ratio diuersitatis inter hæreditatem, & bonorum possessionem sumitur ex diuersitate conditorum legum introducentium dictos actus, & ex uarietate temporis.in eadem.l.sub nume.76.uersi.uel tertio. col. 1.fol.32.
Ratio noua adducitur introducendi ius accrescendi in successione ab intestato. Quan.non peten.par.in ru. nu.31.col.3.fol.49.
Ratio inducendi ius accrescendi quæ fuerit, & reprobatur omnis ratio doctorum.ubi sup.nu.30. col. 4. fol.48.
Ratio qualibet dubitandi, etiam fatua, sufficit in legibus codicis. De bonor. pos.secun.tab.l.2. nu.7.col. 3.fol.62.
Ratio eadem quæ facit quem de capitali sorte teneri militat etiam in interesse alterius interesse. De sent. quæ pro eo quod inter.l..sub nu.123.uers. Secundo.col.4.fol.177.
Ratio quare testato non potest prohibere ius accrescendi, uel quod hæredibus inuitis acquiratur portio deficiens. Quan.non peten.par.in Rubr. nu.34. col.4.fol.49.
Ratio urgendi hæredes acceptare quæ sit.ubi sup.uers. si uero.col.ea.fol.eo. 49.
¶ Ratione aliqua dubitandi non est opus in legibus referentibus aliam legem, quia apparet quod non uult aliquid de nouo disponere, sed quod est dispositum referre. Quan.non peten.part.l.1.sub nu.15.uers.uariæ dantur.col.2.fol.54.
¶ Ratione legis correcta etiam eius dispositio. De contrat.l.posthumo.sub num. 40. uers. & tenendo.col. 2.fol.76.
¶ Rationem finalem introducendi ius accrescendi fuisse, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, dicere qui uult, oportet quod demonstret ius accrescendi ea cessante non habere locum, quia cessante ratione legis cessat eius dispositio. Quan.nō peten.par.in Rub.sub.nu.30.uers. Sed licet.col.1. fol.49.
1 Rationes continentur sub instrumentis in utroque genere sumptis. De eden.l.1.nu.3.col.4.fol.7.
Rationes & instrumenta aut sunt publica, aut priuata in ea.l.nu.4.col.ea.fol.eo.7.
Rationes sunt publicæ, quę scribuntur ab habente publicam authoritatem. ibidem.numer.5. colum.ead. fol.eo.7.
Rationes publicæ probant cum iuramento scribentis. ibi.nu.25.col.4.fol.10.
Rationes edere nimis damnosum est, cum cogatur quis manifestare secreta sua, & pandere diuitias, uel paupertates, quod ualde periculosum mercatoribus. d.l.1.sub nu.13.uersi. istis.col.1.fol.9.
Rationes ubicunque quis scripsit ad requisitionem alterius, tenetur eas propter mandatum edere, & assignantur ratio.ubi sup.sub nu.63.uer. & pro ista: col.1.fol.16.
Rationes quando subscribuntur in præsentia, præsumitur mandatum, si probabiliter interest.sub eo.num. uers. Quinto iuducebat.col.3.fol.eo.16.
Rationes suas mercatores non habentes publicam fidē non tenentur edere, quia sunt priuatæ.ubi sup. uers. Contrariam.col.ea.fol.eo.16.
Rationes tenentur edere usurarij quando agitur de usuris. ibidem. uersi. Secundo.columna quarta. folio. eod. 16.
Rationes & instrumenta non eduntur nisi semel. De eden.l.2.sub numer.18. uersic.4. col. 2.folio.23.
Rationes priuatæ quomodo edendæ sint quando petitur editio ex sola causa ueritatis inuestigandæ, tam ex parte actoris, quam rei. De eden.l. fin. in prin. col.2.fol.64.
Rationes à Reo non sunt edendæ, & est communis opinio.in d.l.fin.sub nu.36.uers. Sed tamen. colum.1. fol.69.
Rationes multæ assignantur, quare feudum non apertum possit concedi à domino. De pact.l.fin.num. 81. col.2.fol.123.
Rationes plures referuntur, quare cautio mutiana non habet locum in contractibus innominatis. De transact. l. siue apud acta.numer. 39. columna quarta. fol.159.
2 Rationes plures referuntur & reprehenduntur, quare in hæreditate debet præcedere iussus, & bonorum possessionem sufficiat sequi ratihabitio. Qui adm.l. 1.nu.75.col.3.fol.31.
Rationes tres assignantur in materia supradicta. una fundata in æquitate naturali, alia fundata in apicibus iuribus, alia in uarietate temporis.in ea.l. nu 76.col.4.fol.eo. 31.
Rationes differentiæ inter infantem & furiosum referuntur. Qui adm.l.infantis. nu. 18. & defenditur ratio communis.nu 19.col.1.fol.35.
Rationes plures referuntur, quare hæreditas, & bonorum possessio non transmittatur. Qui adm.l.emancipata.nu.22. Defenditur ratio Ryminaldi.nume. 23.col.1.& 3.fol.38.
Rationes duæ nouæ assignantur, quare hæreditas non trasmittatur.ibi.nu.24..col.4.fol.eo. 38.
Rationes dubitandi quando sint assignandæ in legibus Codicis. ibidem.num.25. columna ea. fol.eod.38.
Rationes multæ reprobantur quare antiquitus in agnitione bonorum possessionis requirebatur decretum. Qui adm.l.fin.nu.8.col.3.fol.42.
Rationes uariæ referuntur quare ius substitutionis uincat ius accrescendi. Quan. non peten.par.in rub.nu. 42.col.2.fol.51.
Rationes multæ referuntur, & reprobantur, quare moriente posthumo reconualescat testamentum. De contrat.l.Posthumo.nu.20.col.1.fol.71.
Rationes uariæ referuntur, quare exhæredatis non detur contratabulas.ibi.nu.34.col.4.fol.74.
Rationes uariæ referuntur quare exhæredatis non detur contratabulas beneficio præteriti: ubi sup.num. 35.col.1.fol.75.

Rationes

Rationes oẽs traditæ per doctores ad uerſ. Sancimus. l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. reprobantur in ipſa. l. 1. nu. 26. & noua ratio excogitatur. nu. 27. col. 2. & 3. fol. 165.

Rationes omnes traditæ ad uerſ. in alijs. d. l. reprobantur. in ipſa. nu. 30. nouæ rationes ſimul cum intellectu traduntur. nu. 31. col. 4. fol. eo. 165.

Rationes communes ad. d. uerſ. in alijs, reijciuntur. ibi. nu. 133. nouæ traduntur pro nouo intellectu. nu. 134 col. 3. fol. 179.

1 ¶ Rationum priuatarum liber regulariter probat contra ſcribentem. De eden. l. 1. nu. 17. col. 1. fol. 10.

Rationem priuatarum liber an faciat fidem pro ſcribente. in ea. l. nu. 18. col. ea. fol. eo. 10.

Rationum liber an probet liberationem cum iuramento ſcribentis. ibi. nu. 19. col. ea. fol. eo. 10.

Rationum liber quomodo in minimis probet pro ſcribente. ubi ſup. nu. 20. col. 2. fol. eo. 10.

Rationum liber an confirmetur per mortem ſcribentis. ibi. nu. 21. col. ea. fol. eo. 10.

Rationum liber in uoluntarijs probat pro ſcribente. ib. nu. 22. col. 3. fol. eo. 10.

Rationum partitæ confirmatæ per inſtrumẽtum an probent. ibi. nu. 23. col. ea. fol. eo. 10.

Rationum liber probat pro ſcribente propter conſuetudinem. ibi. nu. 24. col. 4. fol. eo. 10.

Rationum & inſtrumentorum editio non fit niſi ex cauſa. De eden. l. 2. ſub numer. 18. uerſ. Secunda. col. 2. folio. 23.

2 Regi omnia ſunt poſſibilia. De ſenten. quæ pro eo quod inter. l. 1. ſub nu. 24. uerſ. ſubdit tamen. columna. 3. folio. 164.

1 ¶ Regula. l. 1. C. de eden. quomodo comprehendat fiſcum. ponitur in ipſa. nu. 27. col. 1. fol. 11.

Regula, ſeu à regula non receditur niſi de cauſa urgenti doceatur. in ea. l. nu. 30. col. 3. fol. eo. 11.

Regula affirmatiua fienda eſt in materia generali editionis contra doctores. quod editio regulariter eſt fienda. ubi ſup. nu. 72. col. 1. fol. 18.

Regula generalis an comprehendat caſus priuilegiatos. in ead. l. ſub numer. 26. uerſ. Quantum uero. co. 1. fol. 11.

Regula prima cumulationis declaratur, & defenditur. De eden. l. edita. numer. 101. columna. tertia. folio. 45.

Regula ſecunda prohibitiua cumulationis declaratur, & defenditur. ibidem. numer. 103. columna prima. folio. 46.

Regula tertia prohibitiua cumulationis declaratur, & defenditur. ibidem. numer. 104. colum. eadem. fol. eod. 46.

Regula quarta prohibitiua camulationis declaratur, & defenditur. ibidem. numer. 108. columna. tertia. fol. eo. 46.

Regula quinta impeditiua cumulationis declaratur, & defenditur. ibidem. numer. 109. columna prima. fol. 47.

Regula ſexta impeditiua cumulationis declaratur, & defenditur. ibidem. numero. 110. columna. eadem. fol. eod. 47.

Regula maioritatis non habet locum in actionibus nullo modo ſe tangentibus. ibidem. numer. 114. colum. 4. fol. eo. 47.

Regula, quod poſt litis conteſtationem non poteſt fieri mutatio, intelligitur quando retinetur idem libellus in cauſa, & obligatione, quia uult mutare actionem, nam tum non poteſt. ſed quando uult in totum renouare libellum, intentando nouam cauſa, tunc poterit ſemper, & adducitur ratio. in d. l. edita. ſub nu. 97. uer. & ſic tota. col. 1. fol. 45.

Regula. l. qui accuſare. C. de eden. intelligitur de inſtrumentis, uel rationibus, uel ſcripturis priuatis, quo ad dominium, & uſum. ut in ipſa l. numero. 4. colu. 3. folio. 53.

Regula affirmatiua in materia editionis tradi debet, quod editio regulariter eſt fienda. De eden. l. fin. nu. 25. col. 2. fol. 67.

Regula affirmatiua fienda eſt in materia renuntiationis iuri de futuro, quod iuri de futuro renuntiari poteſt ſine pacto. De pact. l. 1. numer. 76. column. 1. fol. 90.

Regula, fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora, non procedit in remedijs. De pac. l. petens ſub numer. 52. uerſic. non obſtat. columna quarta. folio. 108.

Regula traditur, quod pactum de perdenda hæreditate non ualet. cum fallentijs. De pact. l. fin. ſub num. 107. uerſ. & in ſumma. col. 1. fol. 128.

Regula. l. pactum quod dotali. C. de collat. limitatur ex mente Bart. & declaratur. in eadem. l. numero. 108. column. 2. fol. eodem. 128. & nume. 111. col. 3. fol. eo. 128.

Regula. d. l. pactum quod dotali. non procedit de iure canonico quãdo eſt appoſitum iuramentum. ubi ſup. nu. 112. col. 4. fol. eo. 128.

Regula. d. l. pactum quod dotali. non procedit quando filia renuntiauit in manibus fratris ſucceſſionem paternam conſentiente patre, nam tunc ualebit renuntiatio etiam ſine iuramento. ubi ſup. numer. 115. col. 2. fol. 129.

Regula. d. l. pactum quod dotali. non procedit quando pater legitimaret filium naturalem, cum conditione quod non ſuccederet niſi incerta quantitate, quia ſi tunc filius renuntiaret ſucceſſioni patris, ualeret renuntiatio, & datur ratio. ibi. uerſ. Sexto. colum. ea. fol. eo. 129.

Regula affirmatiua. l. tranſigere. C. de tranſact. intelligitur de criminibus capitalibus ingerentibus pœnam ſanguinis. ut in ipſa. numer. 8. columna quarta. folio. 139.

Regula negatiua. d. l. intelligitur de criminibus publicis reſpicientibus publicam utilitatem, ut contineantur etiam priuata delicta. in eadem. l. nume. 10. col. 1. fol. 140.

2 Regula ciuilis, quod hæreditas non adita tranſmittatur, limitatur non procedere in ſeptem caſibus, uel octo. Qui admitti. l. emancipata. numer. 40. columnn. 2. fol. 41.

Regula prætoria, quod bonorum poſſeſſio non tranſmittatur, ampliatur duobus modis, & limitatur non pro-

procedere in septem casibus. in ead.l.nu.41.col.3.fol.eo.41.

Regula, quod actuum multiplicatio præsumatur, quomodo intelligatur. De bon.poss. secun.tab.l.2. nu.23.col.4.fol.64. 2

Regula traditur in materia conseruationis relictorum in testamento, cum tribus ampliationibus, & quatuor fallentijs. De liber. præter. Authen. ex causa. nu.70.col.1.fol.142.

1 ¶ Regulę quatuor prohibitiuæ cumulationis sunt sublatæ in regno Neapolitano. De eden.l.edicta.num. 111.col.2.fol.47.

Regulæ tres ponuntur in materia repudiationis aliter quam faciant doctores. De pact.l.1. numer.10.col.1.folio.80.

Regulæ duæ ponuntur in l. pactum quod dotali.C. de collat. una negatiua, & alia affirmatiua, & de utraque. De pact.l.fin.sub num.113.uers.aduertas.col.1.fol.129.

2 Regulæ.l.nihil tam naturale.ff. de reg. iur. declaratio ponitur. Quan.non.peten.par.l.1.nu.21. colum.1.folio.55.

Regulæ duæ traduntur, per quas cognoscitur quando bonorum possessio secundum tabulas sit necessaria. Vnde legit.l.Certum. numer.68.columna secunda.folio.111.

1 ¶ Regulam pro se qui habet, rem certam, & claram habet. De eden.l.nu.31.col.3.fol. 11.

2 ¶ Regulariter ex uerbis narratiuis legis argumentari potest, quidquid dicant doctores. Quan.non peten.par.l.1.nu.36.col.1.fol.58.

¶ Rei pretium an sit interesse, latissime disputatur. De senten. quæ pro eo quod interest. in Rubr. numer.71.col.2.fol. 58.

Res pretium nunquam est interesse, nec aliqua saluatio tradita per doctores est bona in ulla specie. ubi supra.nu. 72.col.1.fol. 152.

Rei estimatio quæ maior fuerit, est illa quæ duplatur, æstimatio quantiplurimi fuerit à die moræ, est illa quæ attenditur. De senten. quæ pro eo quod interest.l.1.nu. 11.col.2.fol.162.

Rei pretium & interesse an sint idem: in eadem.l.sub numer.38.uersic.glosa prima. columna quarta. folio.166.

1 ¶ Reipublicæ interesse non attenditur in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis, & assignatur ratio. De transact. in rubr.sub numer. 19. uers. non obstat. col.1.fol.141.

¶ Reis sumus fauorabiliores. De eden.l.fin. sub nu.28. uers.confirmatur.col.3.fol. 67.

¶ Relatio duplex, una facta per modum assertiuum, & alia, relatiue, & limitate. De eden. Auth. si quis in aliquo. sub numer. 43.uers.nec obstat.colum.3.folio. 61.

¶ Remedia duo extraordinaria possunt simul concurrere. De eden.l.1.sub nu.84. uers. alia. columna prima.folio.20.

Remedia quæ competant actori, alias Reo obseruanti contra actorem non obseruantem. De transact.l.siue apud acta.nu.33.col.4.fol.158.

Remedia quæ competant actori obseruanti transactionem.in ea.l.nu.37.col.3.fol.159.

Remedia iuris ciuilis, & prætorij per unionem ipsorũ fuerunt communicata.unde legit.l. Certum.nu.23.col.1.fol.104.

Remedia quæ hodie competant filio in potestate præterito à patre. De liber.præter. Authen.ex causa.nu.51.col.3 fol.138.

Remedia quæ hodie competant filio in potestate exhæredato. ibidem. numero.52 .columna quarta. folio. eodem.138.

Remedia quæ hodie competant filio emancipato præterito uel exhæredato.ibidem.numer.53.col.eadem. fol.eo.138.

Remedia quæ hodie competant filio præterito à matre uel linea materna. ibidem. numero.55.columna.2.folio. 139.

Remedia quæ hodie competant matri uel auo materno præteritis à liberis. ibidem.numer.56.columna ea.fol.eo 139.

Remedia quæ hodie competant patri præterito à filio emancipato.ibi.nu.57.col.3.fol.eo.139.

Remedia quæ hodie competant patri præterito à filio in potestate in castrensi uel quasi castrensi.ubi sup.nu.58.col.ea.fol.eo.139.

1 ¶ Remedium ex edicto prætoris competit sine formali mandato. De eden.l.1.nu.88.col.3.fol.20.

Remedium illius edicti non habet locum in notario, & adducitur ratio.in ead.l.sub numer.87. uers. tertio uidetur.col.ea.fol.eo.20.

Remedium extraordinarium an facilius tolatur quam ordinarium. De pact.l.postquam liti.nu. 47. col.2.fol.99.

Remedium aliquod an possit dari, ut paciscentes non priuentur. De pact.l.fin.nume.79. columna prima.fol. 123.

2 Remedium contra uoluntatem quare concurrat cum remedio secundum uoluntatem. De contrat.l. posthumo.nu.58.col.3.fol.82.

1 ¶ Remissa conditione an sit remissum conditionatum, discutitur. De pact.l.1.nu.22.col.3.fol. 81.

Remissa conditione à partibus est remissum fideicommissum si fiat in fauorem debitoris, secus si fiat in fauorem creditoris.in ead.l.numer. 24. columna.4.fol.eo.81.

Remissa conditione à testatore extraneis institutis, nõ remittitur conditionatum. ubi sup. numer. 25. col. ead.fol.eo. 81.

Remissa conditione inter liberos æqualiter institutos, uidetur remissum conditionatum. ibid. numer. 26.col.ea.fol.eo. 81.

Remissa conditione inter filios inæqualiter institutos an sit remissum fideicommissum.in ead.l.nume.27.col.1.fol.82.

Remissa conditione in filijs, regulariter remissum uidetur conditionatum, quando est conditio, si decedat sine liberis. ubi supra.numer.28.columna secunda.fol.eod.82.

¶ Remissio fideicommissi in l.1. C. de pact. fuit ab una parte tantum.ut in ipsa.nu.17.col.3.fol. 80.

Remissio de qua in d.l.1.& conuentio fuit æquissima. ubi sup.nu.19.col.1.fol.81.

Remissio fideicommissi in d.l.an fuerit facta per acceptilationem.ibi.nu.91.col.1.fol.92.

¶ Remissio ingratitudinis facta per pactum an ualeat,uel aliquid operetur. De pact.l.fin.numer.95.colu. 3. fol.125.

Remissio patris secundum communiter doctores indistincte nocet filio, ut in ipse non possit accusare amplius. De transact.l.transigere.sub nu.30.uers.communiter.col.1.fol.143.

¶ Remissio modo an uideatur remissum legatum modale. De pact.l.1.nu.29.col.2.fol.82.

¶ Remittens fideicommissum an possit agere ad Sextantem non datum, late discutitur. De pact.l.1.nu.92. col.1.fol.92.

Remittens per acceptilationem adimplere contractum innominatum. ibidem.numer.94. columna eadem. fol.eod.92.

Remittēs fideicommissum per uerba affirmatiua an extinguat actionem, & perfecte adimpleat. ubi sup. nu.95.col.3.fol.eo.92.

¶ Remittere quando sit dare. De transact.l.siue apud acta.nu.34.col.4.fol.158.

Remitti per pactum cum iuramento an possit ingratitudo futura. De pact.l.fina.numer.97. columna quarta. folio.125.

Remitti per pactum sine iuramento an possit ingratitudo futura. in eadem.l. numero.98. columna prima. fol.126.

¶ Renuntians liti an uideatur fateri habere malam causam. De pact.l.postquam liti.nume. 23. column.2. fol.96.

Renuntians liti an debeat puniri tanquam desisiens à lite.in ea l.nu.25.col.3.fol.eo. 96.

Renuntians, in dubio, uidetur moueri ad renuntiandũ quia ipse fouet malam causam, & diffidit de ead. ubi supra sub numer.19. uers.Vnde.colum. tertia. fol.95.

Renuntians liti non uidetur habere animum priuandi se domiṗio, & iure, nisi exprimit, sed solum uult extinguere litem, causam communem, & instantiam. ibidem.uers. unde dicendum.columna eadem. fol.eo.95.

¶ Renuntiare instantiæ an quis possit sine causa.De pact. l.postquam liti.nu.26.col.3.fol. 96.

¶ Renuntiari an possit iuri de futuro, latissime distinguitur. De pact.l.1.nu.61.col.1.fol.88.

Renuntiari potest iuribus legaliter acquisitis ante acceptationem,& impediri per pactum de non petendo. ubi supra.numero.62.columna eadem.folio. eodem.88.

Renuntiari potest actionibus legaliter acquisitis. ibid. nu.63.col.2.fol.eo. 88.

Renuntiari an possit actionibus rei persecutorijs legaliter acquisitis. ibidem.numer.64. column. tertia. fol.eo.88.

Renuntiari an possit iuri mere reali.ibid.nu. 68.col.3. fol. 89.

Renuntiari quando possit iuri competenti spe,& non re ibi.nu.70.col.ea.fol.eo.89.

Renuntiari an possit iuri competenti spe simplici uoluntate cum iuramento. ibidem.73. columna quarta. fol.eo.89.

Renuntiari an possit iuri competenti spe simplici uoluntate parte præsente.ibidem.numer.72.columna ea. fol.eo.89.

Renuntiari an possit iuri competenti spe simplici renuntiatione geminata.ibid.numer.74. columna eadem. fol.eo.89.

Renuntiari an possit iuri competenti spe simplici renuntiatione facta in iudicio.ibidem. numer.75.colu.1. fol.90.

Renuntiari potest iuri de futuro sine pacto. ibi.nu.76. col.ea.fol.eo.90.

Renuntiari potest iuri competēti nec re nec spe,per uerba respicientia futurum tempus, secundum doctores.in ea.l.1.nu.80.col.4.fol.eo. 90.

Renuntiari quando possit iuri de futuro, breuiter, & substantialiter epilogatur.ibidem. numer. 86.colu. 2.fol.91.

Renuntiari liti præsenti uel futuræ quomodo, & per quam conuentionem possit.discutitur.De pact.l.postquam liti.nu.38.col 2.fol.98.

Renuntiari potest liti futuræ per simplicem renuntiationem, contra doctores, & cuius effectus sit.in ea. l.nu.39.col.ea.fol.eo 98.

¶ Renuntiatio actionis præiudicialis Reo non admittitur. De eden.l.edita. sub nume.93. uers. Tertio obstat. col.2.fol.44.

Renuntiatio quando possit ex interuallo acceptari. De pact.in rubr. sub numer.25.uers.nec obstat.colu.1. folio.74.

Renuntiatio potest fieri cum uoluntate unius, & transire in pactum, & contractum innominatum, & contractum nominatum. De pact.l.nume.12.col.1. folio.80.

Renuntiatio simplex potest sine pacto æqualiter fieri de iure quæsito,& quærendo. in ead.l. numero. 52. col.3.fol. 86.

Renuntiatio, repudiatio, & pactum de non petendo in quo differant. ibidem. numer. 53. columna eadem. fol.eo.86.

Rununtiatio quid sit, quando fieri possit, & de quibus rebus. ibidem. numero.54. columna eadem. folio. eodem.86.

Renuntiatio per quæ uerba potest fieri, & quam effectum operatur. ibi.num.56. col.1.fol.87.

Renuntiatio potest fieri de omni iure tam quæsito quam quærendo, excepto iure delato,nisi quis renuntiaret iuri adeundi.nec distinguitur an sit ius de futuro ex causa de præsenti, siue ius de futuro ex causa de futuro,& datur ratio. in ea.l. sub numer.11. uers.secunda.col.1.fol.80.

Renuntiatio facta ex sola uoluntate ad solum finem se priuandi, an & quo casu ualeat. ubi sup.nume.66. uers.si uero.col.2.fol.89.

Renuntiatio quid sit & in quo differat ab alijs conuentionibus.De pact.l. postquam liti. numer.1.colu.3. fol.93.

Renun-

Renuntiatio in specie prout differt à repudiatione pertinet ad materiam.d.l.postquam liti. ut in ipsa. nu. 2.col.ea.fol.eo.93.

Renuntiatio super instantia,& alijs iudicialibus facta quatenus extendatur. ibidem.numer. 13.colum.3. fol.94.

Renuntiatio litis non trahitur ad dominium, & actionem. ibid.nu.19.col.3 fol. 95.

Renuntiatio an ualeat parte absente,& non acceptante.ibi.nu.20.col.4 fol.eo.95.

Renuntiatio litis an inducat exceptionem litis finitæ, & quando. ibidem. numer.22. columna prima. folio. 96.

Renuntiatio litis quare trahatur ad causam.ibi.nu.27. col.4. fol. 96.

Renuntiatio litis per quæ uerba fiat.ubi sup.nu.33.co. 3.fol.97.

Renuntiatio litis quo tempore fieri possit ut præiudicet. ibi.nu.35.col.4.fol.eo. 97.

Renuntiatio litis an ualeat parte contradicente. ibid. nu.36.col.1.fol. 98.

Renuntiatio facta parte præsente, & acceptante præiudicat utrique, quatenus uerba demonstrant. ubi sup.nu.37.col.ea.fol.eo. 98.

Renuntiatio litis simplex non trahitur ad litem futuram nisi aliud appareat.ibid.numer.40. column.2. fol.eo.98.

Renuntiatio litis facta inchoato processu quatenus præiudicet.ibi.nu.41.col.ea.fol.eod.98.

Renuntiatio litis facta post litis contestationem regulariter præiudicat in totum.ubi sup.num.42.col. 3 fol.eo.98.

Renuntiatio facta actore quos effectus producat. ibid. nu.44.col.1.fol.99.

Renuntiatio facta à Reo quos effectus producat. ibid. nu.45.col.ea.fol.eo. 99.

Renuntiatio facta à minore an ualeat.ibid.nu. 46. col. 2.fol.eo.99.

Renuntiatio potest fieri ad duplicem finem, scilicet,ad finem se priuandi tantum,& ad finem iuuandi Reo. in ea.l.sub nu. 20.uers. sed pro resolutione. colu. 4. folio.95.

Renuntiatione absente parte facta quo casu ualeat.ibi. sub nume. 43. uers. Puto tamen. columna quarta. fol.98.

Renuntiatio filij successioni patris quo casu ualeat. De pact.l.fin.sub nu.115. uers. Sexto limitatur.col. 2. fol.129.

Renunciatio litis permittitur in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis. De transact.l. transigere.nu. 29.col.3 fol.142.

¶ Renuntiatione litis facta an sit ferenda sententia. De pact.l. postquam.liti. numero. 24. columna tertia. folio.96.

¶ Renuntiationis, & repudiationis apertissima differentia ponitur. De pact.l.1.numer.8. column. quarta. fol.79.

Renuntiationis uerba consideranda sunt. De pact.l. fina. sub numer.57.uersic.& ideo.colum. secunda. fol.120.

¶ Reo quare non sit edendum instrumentum mentionatum in libello, datur noua declaratio.De eden.l.edita.nu.146.col.3.fol.52.

Reo subuenitur in dilationibus plus quam actori. De eden.l.fina.sub num.28. uers. septimo. columna. 4. fol.67.

Reo obseruanti quæ remedia competant contra actorē non obseruantem. De transact.l.siue apud acta.nu. 33. colum.4.fol.158.

¶ Repetitio non datur si deficit conditio de iure remisso. De pact.l.1.nu.50. col.1.fol.86.

Repetitio datur in contractibus innominatis,non sequto implemento ab alia parte. Dic.l.1.sub nume.18. uers.nec ob.col.1.fol.81.

¶ Replicatio iudicatur illius naturæ cuius est actio. De eden.l.fin. sub numer.49.uers. Contrariam.colu.2. fol.70.

Replicatio est quædam coadiuuatio actionis. ibid. sub nu.52.uers. Puto.col.1.fol. 71.

¶ Reprobantur doctores qui constituerunt regulam negatiuam in materiæ editionis.De eden.l.fin.nume.24. col.1.fol. 67.

¶ Repudiatio solum fit de iure delato, & est non acquisitio. renuntiatio est priuatio,& fit de iure quæsito, & quærendo, pactum de non petendo non priuat, sed inducit impedimentum petendi uel agendi. De pac.l.1.nu.9.col.4.fol.79.

Repudiatio, pactum de non petendo,& renuntiatio in quo differant. ibidem. numero 53. columna tertia. fol.86.

Repudiatio respicit præsentem statum, & est priuatio quæ præsupponit habitum. in eadem.l. sub numer. 51,uersic. Aliam rationem. columna secunda. folio.86.

Repudiatio est abdicatio quædam quæ non potest operari nisi in iure delato.ibi.uers. Aliam. column.ea. fol.eo.86.

Repudiatio non trahitur ad ius quæsitum.ibidem. numer..66. uers. Vnde ego.columna prima.fol.89.

Repudiatio tacita plus potest quam expressa, & de ratione.qui adm.l.1.nu.36.col.2 fol. 22.

Repudiatio relata ad bona trahitur ad ius futurum,& limitatur lex prima.C.de pact.ubi sup.nu.38.colu. 3 fol.eo.22.

Repudiatio tacita filij an hodie præiudicet patri in aduentitijs, latissime discutitur.in ea.l.1.nu. 40. col. 1.fol.23.

Repudiatio tacita filij etiam hodie in aduentitijs præiudicat patri,secundum communem opinionem,quæ defenditur nouis fundamentis.ubi sup.numero. 41. col.2.fol.eo.23.

Repudiatio tacita, & expressa repudiatio, & negligentia, uel ignorantia filij,uel malitiosa dilatio quādo soleat præiudicare patri, breuiter epilogatur. ibi.nu.80.col.3.fol.32.

Repudiatio patris tacita, uel expressa negligentia, & ignoranti eius quando præiudicet filio. breuiter epilogatur. ibi.nu.81.col.4.fol.eo.32.

Repudiatio licet non trahatur ad ius futurum ex sua natura, tamen si uerba referuntur ad ipsa bona,repudiatio

pudiatio ualet.in ead.l.sub nu.38.uers.& per istam col.3.fol.22.
Repudiatio tacita uel alienatio fortior est quã expressa, & efficacius operatur, quando cum ea concurrit præscriptio legis,quia tunc uere est ipsa lex quę priuat propter cursum temporis, & negligentiam ipsius. ubi supra. uers. Quare fac.columna eadem. fol.eo.22.
Repudiatio filij non præiudicat patri in bonorum possessiones secus in tacita.ubi sup.numero.82. si uero col.1.fol.33.
Repudiatio fieri potest sine decreto. Quan.non peten. par.l.1.nu.19.col.4.fol.54.
1 ¶ Repudiationis, & renuntiationis apertissima differentia ponitur. De pact.l.1.numer.8.column. quarta. fol.79.
Repudiationis natura non potest alterari à partibus. ibi.nu.11.col.1.fol.80.
¶ Res demonstratur quatuor modis,æqualiter,uel per nomen proprium,uel per nomen appellatiuum singulare, uel per nomen accidentale singulare, uel ex præfationibus,& coniecturis. De eden.l.edita.sub num. 9.uers.& ideo.col.3.fol.32.
Res aliena competit nobis spe uera ,licet aliquando sit debilis. De pact.l.1.numer.78. columna tertia. folio.90.
2 Res quæ potest afferre grauamen non potest acquiri dominis inuitis. Qui adm. in rubr. sub nu. 31. uers.si uero est res.col.3.fol. 21.
Res pluribus relicta omnibus æqualiter pro parte acquiritur cum declaratione tamen. ut quan. non peten.par.in rubr. sub num. 24. uers.ex quibus.co.3. fol.47.
Res an per contratabulas reducatur ad causam intestati. De contrat.l.Posthumo.sub nu.62.uers.tu autem.col.4.fol.83.
Res ipsæ ueniunt in interesse appellatione utilitatis.De senten.quæ pro eo quod interest.in Rub.nu.101.co. 4.fol.147.alias.157.
Res ipsæ an ueniant in intereſse damni appellatione, nouiter distinguitur.ibid.nume.102.colum.prima. fol.148. uult dicere. 158.
Res principalis à cuius retentione uel amissione sumit principium utilitas, uel damnum, an sit proprie interesse, in ea.Rub.sub nu.100. uers. & in proposito.col.4.fo.157.
Res qualibet de mundo habet aliquid in se, aliquid circa se cohærens,& aliquid extra se remote. De senten.quæ pro eo quod inter.l.1.sub nu.85.uers. quare uerior.col.2.fol.174.
1 ¶ Rescriptum impetratum si non producatur in iudicio remanet priuatum ipsius impetrantis, & illud potest comburere impetrans,& ei renuntiare.De transact.l.si quis maior. sub nu.52.uers. Alciatus uero. col.2.fol.179.
¶ Resoluere,& adimplere sunt incompatibilia,unde utrũque petens debet repelli.De transact.l.siue apud acta. sub numer. 13. uers.secundo. columna quarta. fol.170.
2 ¶ Restitutio in integrum licet non detur nisi sit magna læsio, tamen conceditur propter prædia auorum. De senten.quæ pro eo quod inter.in rubr.sub nume.89. uers.suadetur.col.2.fol.155.
1 ¶ Reum liberans per acceptilationem dicitur perfecte adimplere, quia uerum est quod amplius non potest agere,De transact.l.siue apud acta.sub nu.36.uers. & hanc.col.2.fol.159.
¶ Reus quare teneatur edere uocem uiuam,& non rationes suas. De edend.l.1.numer.33. column.quarta. fol.11.
Reus quare non edit rationes suas ad detegendum ueritatem.in ea.l.nu.34.col.1.fol.12.
Reus an locupletur cum aliena iactura non edendo.ubi sup.nu.35.col.2.fol.eo.12.
Reus ex causa iusta, & apparenti edit actori.ibid.nu. 36.col.3.fol.eo.12.
Reus tenetur edere instrumenta quibus est usurus.ibi. nu.47.col.4.fol.13.
Reus edit fisco solum in causa delationis,& de ratione. ibidem. numero.49.columna eadem.folio. eod. 13.
Reus non tenetur edere fisco in causa criminali in qua imponitur pœna corporalis.ubi sup.nume.50.col.1. folio.14.
Reus non tenetur edere in causis fauorabilibus. ibid. nu.51.col.2.fol.eo. 14.
Reus edit rationes in quibus actor habet ius reale, uel promißionem tacitam uel expreßam. ibid. nu. 67. col.3.fol.17.
Reus tenetur edere ad replicationem fundandam. ubi sup.nu.69.col.4.fol.17.
Reus tenetur edere rationes ex causa ab æquitate iudicis considerata.ibidem. numer.70.columna prima. fol. 18.
Reus non tenetur edere rationes actori ad intentionem fundandam, cum debeat eße instructus. in eadem. l.1.sub numer. 32. uersic. quinto.columna tertia. folio.11.
Reus tenetur respondere positionibus actoris, fatendo uel negando contenta in libello. ubi supra uers.Sed contra.col.ea.fol.eo.11.
Reus non tenetur edere actori, nisi ex causa, rationes suas priuatas. ubi sup.sub nu.55. uers. unde sequitur.col.1.fol.15.
Reus tenetur fisco in causa nummaria edere acta in scripturis suis à notario redemptis propria pecunia, quamuis sint priuatæ scripturæ,& regulariter non edantur,& aßignatur ratio. De eden.l.2.sub num. 45.uers.sed mihi.col.3.fol. 26.
Reus si cõtradicit libello particulariter negando. actor ante litis contestationem poterit reuocare, & aßignatur ratio.De eden.l.edita. sub numero. 15.uers. unde in hoc.col.2.fol.34.
Reus diffinitiue absolui potest.duobus modis, uno modo absoluendo simpliciter à petitis, Alio modo iudicando super facto,& dicendo quod factum sequtum non fuerit. in ead.l.sub nu. 108. uers. Sed ego puto.col.4.fol. 46.
Reus actore non probante absoluitur, quod ampliatur septem modis. De eden.l.qui accusare.nu. 7. col.4. folio.53.

Reus

Reus tenetur edere instrumenta quibus est usurus in parte, & partibus, & assignatur ratio.in ea.l.nu. 13.col.2.fol.54.

Reus teneatur edere actori agenti, ad fundandam mentionem, late discutitur.De eden.l.fin.nume. 36.col. 1.fol.69.

Reus an teneatur edere fisco agenti.in ea.l.numer.37. col.2.fol.69.

Reus non tenetur edere fisco agenti ex causa descendente ab industria negotiatiua.ubi sup.numer. 38. col. ea.fol.eo.69.

Reus tenetur edere fisco agenti ex causa delationis.ib. nu.39.col.ea.fol.eo.69.

Reus non tenetur edere fisco agenti ex causa gabellæ locatæ.ibi.nu.40.col.3.fol.eo. 69.

Reus quando teneatur edere fisco in causa criminali, et in causa capitali.ibi.nu.41.col.ea.fol.eo. 69.

Reus non tenetur edere fisco pro alio agenti.ibi. nume. 42.col.ea.fol.eo.69.

Reus non tenetur edere fisco agenti, quando aliunde nō potest habere probationes.ubi supra.numer.43.col. ea.fol.eo.69.

Reus nō tenetur edere actori agenti, etiam quod sit priuilegiata persona.ibi.nu.44.col.4.fol.eo.69.

Reus usurarius tenetur edere actori agenti.ibi.nu.45. col.1.fol.70.

Reus tenetur actori agenti edere ea quibus est usurus. ibi.nu.46.col.ea.fol.eo.70.

Reus tenetur edere actori si iusta causa subest.ibi. nu. 48.col.2.fol.eo. 70.

Reus tenetur edere actori ad replicationem fundandā. ibi.nu.49.col.ea.fol.eo.70.

Reus an teneatur edere ad coadiuuandam intētionem. ibi.nu.52.col.4.fol.eo. 70.

Reus quomodo teneatur edere omnia quibus est usurus.ibi.nu.53.col.1.fol.71.

Reus an & quo casu renuntiando uideatur fateri uel non.De pact.l.postquam liti.sub nu.23. uers. Vnde ego.col.2.fol.96.

Reus ex transactione sine indulti impetratione paruā consequitur utilitatem, & quam.De transact.l.transigere.nu.15. col.3.fol.140.

Reus per transactionem cum impetratione legitima indulti consequitur plenam securitatem. in ea.l. num. 16.col.ea.fol.eo.140.

Reus ex communi practica apud omnes foros seruata paruam ex transactione consequitur utilitatem. ubi sup.nu.18.col.4.fol.eo.140.

Reus non cogitur seruare transactionem in terminis.l. siue apud acta.C.de transact. ut in ipsa. numer.67. col.1. fol. 164.

¶ Rogatio notarij qualis, & de quibus esse debeat. De eden.Auth.si quis in aliquo.sub nu. 40.uers.& sic. col.1.fol.61.

¶ Rogatus restituere hæreditatem si sine filijs deceßerit, potest alienare bona etiam quod non habeat liberos, & extantibus postea liberis non potest reuocari alienatio. De pact.l.prima.numer.46.colum.tertia. folio. 84.

2 *¶ Romani intellectus ad.l.1.C.quan. non peten. par. refertur, defenditur, & ampliatur in ipsa lege.1. nu. 40.col.3.fol.58.*

1 *¶ Rubricæ continuatio refertur. De eden.in rubr.nu.10. col.2.fol.2.*

2 *Rubricæ de collation. continuatio refertur in ipsa. nu. 1.col.4.fol. 113.*

Rubricæ communis continuatio refertur.quan.non peten.par.in rub.nu.1.col.3.fol.45.continuatio Decij refertur, & repræhenditur.numer.2. noua continuatio traditur.numer.3.columna tertia, & quarta.folio.45.

¶ Rubricarum uerba intelligenda sunt secundum tempora sua. quan.non peten. par.in rubr. numer.6.colu 1.fol.46.

S

SAluius Iulianus Reipublicæ amator, & optimus iurisconsultus, creatus prætor quid fecerit. Qui adm.in rubr. sub nu.13.uers. quapropter. column. 4.folio.3.

1 *¶ Scholaris qui promisit cum iuramento doctorari in loco licentiæ, an possit alio loco doctorari. De pact.l. 1.nu.83.col.1.fol.91.*

Scholaris iurans obedire rectori, & non obediens an incidat in l.si quis maior.C.de transact.ponitur in ipsa.nu.64.col.2. fol. 181.

2 *¶ Scientia patris quando præiudicet uel prosit filio impedito adire.Qui adm.l.1.numer.79. columna tertia. folio.32.*

Scientia, & negligentia patris an hodie præiudicet filio in non certiorando eum ut acceptet.in ea.l.sub num. 11.uers.similiter.col.3.fol.17.

Scientia sola, & negligentia filij ignorante patre amittitur bonorum poßeßio. ubi sup. sub nu.13.uers.ijs tamen.col.1.fol.18.

Scientia & negligentia filij in bonorum poßeßione potest facere ut currat tempus ad agnoscendum, & eo elapso, priuetur pater etiam ignorans.ibid.uers.quare.col.2.fol. 18.

1 *¶ Scriptura non est de substantia actorum. De eden.l.2. nu.2.col.4.fol.21.*

Scriptura relata producta post terminum an probet.de eden.Authen. si quis in aliquo. numer.9. colum.3 folio.56.

Scriptura faciens mentionem de alia scriptura an probet sine relato.ibi.nu.41.col.2.fol. 61.

Scriptura antiqua faciens mentionem de alia an faciat fidem si non producatur relatum.ubi sup.nu.58.col. 2.fol.63.

Scriptura referens aliam scripturam facit fidem, etiā quod non psoducatur relatum, quando relatio fit ab eo qui habet potestatem faciendi.ibi.nu.59.col. ea. fol.eo.63.

¶ Scripturæ regulariter non debent edi. De eden.l.2.sub nu.14.uers.item.col.2.fol.22.

¶ Scripturas suas particulares nemo cogitur edere. De eden.l.2.sub numer.36. uers. tertius est. colum. 3. fol.25.

Scripturas præsentare, & scripturas producere qd sit

& quo differant. De eden.l.fina.numer.55.colu.2. folio.71.

2 ¶ Secundum tabulas an detur ex testamento rupto. De contrat.l.posthumo.num.25.col.2.fol. 72.

Secundum tabulas quando concurrat cum aditione hæreditatis.ibi.nu.57.col.3.fol. 82.

Secundum tabulas an possit competere quando lapsum est tempus ad petendum contratabulas. in ea.l. nu. 60.col.1.fol.83.

Secundum tabulas concurrit cum contratabulas in testamento liberi.ibi.nu.61.colum.ea. fol.eo.83.

Secundum tabulas potest dari ex testamento. ibid. nu. sub nu.13.uers.sed ijs.col.4.fol.69.

Secundum tabulas non potest dari quando est petita contratabulas,quia non concurrunt.in ea.l. sub. nu. 25.uers.sexto.col.3.fol.72.

Secundum tabulas ceßat donec potest dari contratabulas.ibi.sub nu.48.uers.tertio.col.3. fol78.& competit si non eßet petita contratabulas.ibi.uer.octauo.col.1.fol. 79.

¶ Sensus uer.sancimus.l.1.C.de senten.quæ pro eo quod interest.longa dispositione perscrutatur in ipsa.l. 1. nu.52.col.3.fol.169.

1 ¶ Sententia lata non uisis actis, est ipso iure nulla. De eden.l.2.nu.40.col.1.fol.26.

Sententia an sit ferenda super utraque actione cumulata.De eden.l.edita.nu.131.col.3. fol.50.

Sententia lata per dictionem,prout,quid importet.ibi. nu.142 columη.1.fol. 52.

Sententia faciens mentionem de actis an facia fidem si non producatur relatum, quando relatio fit ab eo qui habet potestatem faciendi. De eden.Authen. si quis in aliquo.nu.60.col.2.fol.63.

Sententia faciens mentionem de actis an faciat fidem si non producantur scripturæ actorum.ubi sup.num. 61.col.ea.fol.eo.63.

Sententia quando fertur super instrumento, non potest dici quod exactio fiat ex instrumento, uere, uel intempretatiue, quia instrumentum nihil aliud facit nisi quod probat obligationem, & negotium, & æquiparatur testibus. ubi sup.sub nu.11. uers. similiter.col.4.fol.56.

Sententia absolutoria super crimine quando impediat de nouo accusari Reum. De transact.l.transigere.nu. 64.col.3.fol.148.

Sentētia declaratoria requiritur in omni pœna quæ imponitur ipso iure.De transact.l.si quis maior. num. 84.col.4 fol.183.

2 Sententia quomodo fieri debeat in materia interesse discutitur. De sent. quæ pro eo quod interest.l.1. nu. 170.col.1.fol.183.

Sententia alternatiue concipienda est si agatur ad estimationem quantiplurimi.in ea.l.nu.171. colum.ea. fol.eo.183.

Sententia debet continere certam quantitatem,si petitio fuit incerta, & liquidata quantitas in processu. ubi sup.nu.174.col.2.fol.eo.183.

Sententia,si petitio incerta fuit,& non liquidata quantitas,ferri potest incerta, liquidanda in executione, uel reseruata sibi liquidatione,& in sententia debet exprimi certa quantitas, si certa petitio fuit. ibid. nu.175.col.ea.fol.eo.183.

Sententia quomodo intelligatur esse conformis libello. ibi.nu.176.col.ea.fol.eo. 183.

¶ Sententiæ executio quomodo fieri debeat in interesse. De senten. quæ pro eo quod interest.l.1.num. 177. col.2.fol.183.

¶ Serui si instituuntur hæredes sine distinctione peculiorum,omnis successio acquiritur domino. Qui adm.l. 1.nu.3.col.3.fol.16.

1 ¶ Seruo quod quid liceat quod non conceditur fœminæ, non est inconueniens.De eden.l.1.sub nu.52.uersic. Quia tamen.col.3.fol.14.

2 Seruo defertur hæreditas.Qui adm.l.1.nu.16. col.4. fol.18.

Seruo defertur bonorum poßessio, & transit in dominum.in ea.l.nu.18.col.1.fol.19.

¶ Seruus solus non potest petere bonorum poßessionem nomine suo, sed debet petere nomine utriusque scilicet suo,& domini.Qui adm.l.1.numer.19.col.1. fol.19.

Seruus an domino inuito acquirat, discutitur.in ead.l. nu.30.col.2.fol.21.

Seruus,& dominus quando de iure antiquo poßent sibi inuicem præiudicare in hæreditate, breuiter epilogatur. ubi sup.nu.39.col.4.fol. 22.

¶ Silentium in milite, ex priuilegio,inducit priuationem quasi dominij,sed in pagano non potest unquam inducere priuationem, & ob id silentium in milite potest dici exhæredatio, sed in pagano non poterit adaptari,& adducitur ratio.De lib.præter.Authen. ex causa.sub nu.24.uers.prætereà.colu.3.fol.132.

1 ¶ Solemnitas quæ potest interuenire in actu non præsumitur, quando partes non possunt renuntiare. De eden. Authen. si quis in aliquo.numer. 53.colum.tertia. fol.62.

2 Solemnitas in bonorum poßessione sublata fuit per legem fin.C.qui admitti. solemnitas actionum sublata fuit per.l.1.C.de form.subl.Qui adm.l.num.77. col.2.fol.32.

Solemnitas nulla,uel iudicis præsentia requiritur in repudiatione bonorum possessionis. Qui adm.l.fin. nu. 10.col.4.fol.42.

Solemnitas testamenti an possit probari per duos testes, late discutitur,referendo quatuor opiniones.de bonor.pos.secun.tab.l.2.nu.11.col.2.fol. 63.

Solemnitas testamenti potest probari per duos testes, concurrentibus,quod pars fateatur testamentum factum,& eius tenorem,& quod neget ualidum propter defectum solemnitas.in ea.l.nu.15.c.1.f. 64.

Solamnitas exhæredationis consistit in multis enumeratis,de liber.præter Auth.ex causa sub nu.4.uers. ualiditas.col.1.fol. 129.

1 ¶ Solemnitates requisitæ ad instrumentum quando præsumantur interueniße nec ne.De eden.Auth.si quis in aliquo.nume.52.col.2.fol.62.

Solemnitates mentionatæ quæ non potuerunt interuenire tempore instrumenti,non præsumuntur neque inter easdem personas,neque inter diuersas, & assignatur ratio.ubi sup.nu.53.col.3.fol.eo. 62.

Solemn-

Solemnitates quæ tempore scripturæ potuerunt interuenire, præsumuntur inter omnes, nisi eis partes non possent renunciare, quia tunc præsumuntur, quamuis eo tempore potuerint interuenire. ubi sup. num. 54. col. ea. fol. eo. 62.

Solemnitates intrinsecæ semper præsumuntur, quid autem sit de extrinsecis. ibi. uers. ideo concludendum. col. ea. fol. eo. 62.

2 ¶ Solita præsumuntur. De collat. l. si emancipati. sub nu. 7. uers. hæc tamen. col. 3. fol. 117.

1 ¶ Soluere promittens cum iuramento in pluribus terminis, si cessat in uno, potest conueniri ad totam summam. De transact. l. si quis maior. numer. 33. col. 2. folio. 176.

¶ Solutio pœnæ an inducat implementum in contractu innominato ut possit producere actionem. De senten. l. petens. nu. 63. col. 2. fol. 110.

¶ Species omnes editionis possunt contineri sub editione iudiciaria. De eden. l. 1. numer. 68. columna tertia. fol. 17.

Species litis quid significet. De eden. l. edita. num. 33 col. 2. fol. 35.

¶ Speculatoris dictum uerissimum ostenditur in materia de qua. de eden. Auth. si quis in aliquo. sub nu. 56. uers. ego uero. col. 1. fol. 63.

¶ Sperantes succedere ab intestato an dicantur habere ueram, & propriam spem. De pact. l. fin. num. 159. col. 3. fol. 135.

¶ Spes omnis deduci potest in contractum, nec prohibetur deduci, nisi ex causa accidentali extrinseca. De pact. l. fin. nu. 4. col. 2. fol. 114.

Spes omnis ratione tristis euentus prohibetur deduci in contractum, uel ratione turpis finis. in ea. l. nu. 5. col. 3. fol. eo. 114.

Spes omnis successionis dicitur uera spes. in ea. l. sub nu. 159. uersi. & istam. column. 4. fol. 134. uult dicere. 135.

¶ Stabularij tenentur edere libros suos quando conueniũtur ex commercio cum furibus. De eden. l. 1. nume. 58. col. 3. fol. 15.

¶ Statuta correctoria proprie debent intelligi. De pact. in rubr. sub numer. 47. uersic. sed in contrarium. col. 2. fol. 77.

2 Statuta excludentia fœminas uel agnatos an sint odiosa, uel fauorabilia, late discutitur, referendo uarias opiniones. unde legit. l. Certum. numero. 32. colu. 2. fol. 105.

Statuta excludentia in totum cognatos uel fœminas, sunt odiosa regulariter, in ea. l. num. 33. column. 3. fol. eo. 105.

1 ¶ Statuti extensio an fiat ad actus de quibus in l. siue apud acta. C. de transact. ponitur in ipsa. sub numer. 22. uers. & hoc uidetur. columna secunda. folio. 157.

¶ Statuto stante quod minores non possint alienare sine consensu consanguineorum, an duo minores consentire possint minori alienanti. De pact. l. fin. num. 66. col. 2. fol. 121.

2 ¶ Statutorum uerba an semper proprie sint intelligenda. Vnde lib. l. Qui se patris. numer. 85. colum. tertia. fol. 100.

1 ¶ Statutum disponens, ut post decem annos amplius creditor non audiatur, & præsumatur debitum fictum simulatum, uel quod minoris uel mulieris iuramentum præsumatur metu, ui, uel dolo extortum, quo casu ualeat. De eden. l. 2. sub nu. 19. uers. sicut in simili. col. 3. fol. 23.

Statutum loquens de scribente quando uerificetur in subscribente. De eden. Authen. si quis in aliquo. nu. 17. col. 4. fol. 57.

Statutum prohibens contrahere an prohibeat consentire. De pact. Rubr. nu. 44 col. 4. fol. 76.

Statutum loquens de pacto, in dubio intelligitur de pacto nudo. ubi sup. nu. 45. col. 1. fol. 77.

Statutum prohibens contractum an proheat pactum liberatorium, uel distractum. ubi sup. numer. 47. col. 2. fol. 77.

Statutum compræhendens sub nomine contractus stipulationem, & donationem, de proprietate sermonis compræhendit pactum liberatorium distractũ, alias secus. ubi sup. num. 48. col. 3. fol. eo. 77.

Statutum loquens de contractu specie, quando extendatur ad distractum. ubi sup. numer. 50. column. 4. fol. eo. 77.

Statutum prohibens aliquem obligari, de proprietate sermonis compræhendit distractum. ibid. nume. 51. col. ea. fol. 77.

Statutum prohibens aliquem alienare, prohibet etiam distrahere, & omnes actus priuatiuos dependentes à uoluntate unius. ibidem. numer. 52. colu. ead. 77.

Statutum prohibens aliquem contrahere uel pacisci, an prohibeat aditionem hæreditatis. ibid. numer. 53. col. 1. fol. 78.

Statutum dicens quod extantibus masculis fœminæ nõ succedant, non habebit locum uno filio extante, de proprietate sermonis pluralis, quia statutũ est odiosum. De pact. l. 1. sub numero. 44. uersic. ideo alias. col. 1. fol. 84.

Statutum excludens fœminas à successione ab intestato non excludit ex testamento. De pact. l. fin. nu. 102. col. 1. fol. 127.

Statutum, quod excludatur filia ab utraque successione, ualet. in eadem. l. numer. 103. columna eadem. fol. eod. 127.

Statutum excludens filias ingredientes monasterium, à successione, an ualeat. ibidem. numer. 105. colu. 3. fol. eo. 127.

Statutum quando dicatur contra libertatem ecclesiæ, remissiue. De pact. l. fin. sub num. 105. uers. quando autem. col. ea. fol. eo. 127.

Statutum si mutat naturam pœnæ, mutatur etiam potestas transigendi. De transact. l. transigere. nu. 84. col. 2. fol. 152.

Statutum si disponat, quod extantibus masculis filiæ fœminæ non succedant nisi in dote, facto autem testamento non succedant nisi quantum in testamento relictum fuerit, intelligitur repetita illa quantitas, extantibus masculis. in ea. l. sub nu. 80. uers. & per hoc. col. 4. fol. 151.

Statutum loquens de contractu an compræhẽdat quasi

contractum, distractum, uel pactum liberatorium, late discutitur. De transact. l. siue apud acta. num. 17. col. 3. fol. 156.

Statutum prohibens aliquem obligari comprehendit de proprietate quasi contractum, distractum, & refutationes. in ead. l. numer. 18. column. 4. fol. eodem. 156.

Statutum prohibens aliquem alienare, comprehendit de proprietate quasi contractum, distractum, & refutationes. ubi supra. numer. 19. colum. eadem. fol. eodem. 156.

Statutum loquens de contractu non comprehendit distractum, uel pactum liberatorium de proprietate, secundum doctores, secus per extensionem. ibid. nu. 20. col. ea. fol. eo. 156.

Statutum prohibens mulierem contrahere habet etiam locum in distractu, & liberatione. in ea. l. sub. nu. 17 uers. sed ipsemet. col. 3. fol. eo. 156.

Statutum disponens quod certo modo cessans soluere priuetur iure suo, an comprehendat contractum iuratum. De transact. l. si quis maior. numer. 31. co. 1. fol. 176.

Statutum cogens partes ad compromittendum, limitatur quando pars peteret compromissum. in ea. l. nu. 46. col. 1. fol. 178.

2 Statutum Ferrariæ disponens quod mulier non possit adire hæreditatem sine consensu consanguineorum, non comprehendit contractum à muliere factum de hæreditate ad eam spectante, quam tamen non occupauerat, ui contractui consanguinei consenserunt, non enim ex hoc uidentur consensisse aditioni. Quid adm. in rubr. sub nu. 32. uers. & inducitur. colu. 3. folio. 14.

Statutum faciens mentionem de hæreditate delata comprehendit hæreditatem delatam infanti, & ignoranti. Qui adm. l. 1. nu. 24. col. 1. fol. 20.

Statutum disponens quod hæreditas delata licet non sit adita transmittatur, comprehendet hæreditatem uere delatam, nullo existente impedimento. Qui admit. l. 1. nu. 22. col. 4. fol. 19.

Statutum prohibẽs beneficium abstinendi, odiosum est, & contra naturalem æquitatem. unde lib. l. qui se patris. nu. 13. col. 1. fol. 88.

Statutum excludens fœminas à successione an tollat suitatem earum. ibi. nu. 17. col. 1. fol. 89.

Statutum præferens agnatos fœminis uel cognatis an comprehendat emancipatos. in ea. l. nu. 83. colu. 1. folio. 100.

Statutum charactans agnatos ad compromittendum an comprehendat emancipatos. ubi sup. nu. 84. col. 2. fol. eo. 100.

Statutum de compromisso inter consanguineos fuit introductum pro bono pacis, & concordiæ inter ipsos, ut tolatur occasio litigandi, quæ solet inimicitias, & homicidia parere. in ea. l. sub nu. 84. uers. & fundamentum. col. ea. fol. eo. 100.

Statutum de compromissis fiendis inter consanguineos late est interpretandum. ubi sup. uers. ex qua sequitur. col. 3. fol. eo. 100.

Statutum præferens agnatos cognatis uel fœminis, in parte uocatiua est fauorabile, & in parte exclusiua est odiosum. Unde legit. l. Certum. nume. 44. col. 3. fol. 105.

Statutum loquens per aduerbium, ab intestato, an comprehendat pupillos uel furiosos. De collat. l. si emancipati. sub numer. 14. uers. Sin autem. colum. tertia. fol. 118.

1 ¶ Stipulatio inuenta fuit út pacta simplicia cum deliberatione facta haberent efficaciam. De pact. in Rubr. nu. 23. col. 4. fol. 73.

Stipulatio an possit informari per pactum, latissime discutitur, & resoluuntur omnia fundamenta contra communem. De pact. l. petens. numer. 48. column. 4. fol. 106.

Stipulatio requirit interrogationem. & responsionem. in ead. l. sub numer. 20. uers. Secundo. columna. 1. fol. 102.

Stipulatio quando continet idem quod pactum, non dicitur seruare pactum, sed potius confirmare, & aliquando destruere nouando. ibi. sub nu. 43. uers. Sed mihi. col. 3. fol. 105.

Stipulatio si certa sit, & pactum incertum, an informetur certi condictio nascens ex stipulatione certa. in ea. l. sub nu. 78. uers. item quæritur. column. prima. folio. 113.

Stipulatio & conuentio de re aliena in casu quo sit sua ualet. De pact. l. fina. sub nume. 16. uers. igitur. col. 4. fol. 115.

Stipulatio præsumitur ex præsentia iudicij. De transact. l. sine apud acta. sub nu. 13. uers. Quarto. col. 2. fol. 155.

Stipulatio habere licere rem aliquam, extenditur etiã ad rem alienam si superueniat ius de nouo, quia fundatur in specie illa. De transact. l. si de certa. sub nu. 25. uers. Secunda ratio. col. 2. fol. 168.

¶ Stipulationes prætoriæ, & iudiciales quæ sint, & in quo differant. De eden. l. 1. sub nu. 80.

¶ Stipulationis forma extenditur ad pactum, & ad alias conuentiones quæ incontinenti placuerunt. De pact. l. petens. nu. 49. col. 1. fol. 107.

Stipulationis cohærentia an uestiatur pactum, latissime discutitur, & resoluuntur fundamenta contra communem. in eadem. l. numer. 50. column. quarta. fol. eo. 107.

Stipulationis contractus an possit per pactum informari. ibi. nu. 58. col. 3. fol. 109.

¶ Subiectum legis postquam liti. C. de pact. est, quid importet renunciatio litis, ut in ipsa. numer. 14. col. 3. folio. 94.

Subiectum legis petens. C. de pact. & eius intentio finalis est, an pactum continens quid diuersum appositum iuxta contractum stipulationis uestiatur cohærentia contractus, informet actionem ex stipulatione uel alio contractu stricti iuris. ut in ipsa. sub numer. 18. uersic. Unde subiectum. column. 2. fol. 101.

Subiectum principale tit. de transact. est tractare de remissione actionis uel exceptionis, ad effectum recedendi à lite præsenti uel futura. ut eo. tit. in Rubr. nu. 10. col. 1. fol. 137.

Subiectum est materia legis transigere.C. de transact. est tractare in quibus criminibus permittantur trãsactiones,& pactiones,& quas pœnas euadant uel incurrant per eas tam accusator quam Reus, ut in ipsa.nu.7.col.4.fol.139.

¶ *Substantia libelli quomodo intelligatur. De eden.l.edita.nu.62.col.2.fol.39.*

Substantia quomodo consideratur, noua declaratio. in ea.l.nu.72.col.1.fol. 41.

Substantia actus duplex, una generalis, alia particularis, & de utraque ubi sup.& uers.Substantia uero.col.ea.fol.eo.41.

2 ¶ *Substitutio uulgaris in quo differat à transmissione. quãdo non peten. par. in Rubr. numer.13.columna. 2. folio.46.*

¶ *Substitutiones uulgares annullantur per Authen. ex causa.C. de lib. præt. ut in ipsa. numer.63. colum.2.fol.140.*

Substitutiones pupillares conseruantur per dictam Authen.ibid.nu.64.col.3.fol.eo.140.

¶ *Subtilitas an sit attendenda, cum distinctione demonstratur.De senten. quæ pro eo quod interest.l.1.nu. 32.col.1.fol.166.*

1 ¶ *Succedendi potestas dependet à lege tam ex testamento quam ab intestato.De pact.l.fin.sub nume. 103. uers.communiter.col.2.fol.127.*

2 *Succedendi modi uarij sunt. Unde lib.l. Qui se patris. sub numer.20 uersic. tertio.columna secunda. folio.89.*

¶ *Succedentes de iure speciali an acquirant per ius accrescendi.Quan.non peten.par.l.1.numer.52. colu. 4.folio.60.*

Succedentes in bonis maternis, anteneantur inuicem conferre,& quæ.De collat.l.si emancipati. nu. 44. col.2.fol.124.

¶ *Succedere ex testamento,ab intestato,& contra testamentum. differunt, & non semper simul conceduntur. De contrat.l.Posthumo.nu. 66. col.4.fol.84.*

¶ *Succeditur dupliciter in bonis morientis,principaliter, causatiue.Quan. non peten. par. in Rubr. numer.7. col.2.fol.46.*

¶ *Successio quid sit, & quomodo diuidatur. Qui adm.in Rubr.15.col.1.fol. 4.*

Successio in bonis morientis quare fuerit introducta. in ea.rubr.nu.16.col.ea.fol.eo. 4.

Successio an sit in hæreditate, uel ius succedendi, uel untrunque, & an successio sit bonorum possessione, uel ius succedendi,uel utrunque.ubi sup.sub nu.64. uers.sed quia.col.1.fol. 13.

Successio principalis in bonis morientis est,quando quis ex prima uocatione. Quan. non peten.par. in Rubr. nu.8.col.2.fol.46.

Successio causatiua in bonis maternis est,quando succedit quis ex secunda uocatione in defectum primi,& fit. octo modis. ubi supra.numer.9.columm.eadem. fol.eo.46.

Successio causatiua aliquando fit ei qui acquisiuit aliquando ei qui nondum acquisiuit, & exempla ponuntur ibidem.numer.10.columna eadem.folio. eodem.46.

Successio legitima quot modis capiatur in iure. Quan. non peten.par.l.1.nu.2.col.1.fol. 52.

Successio legitima non cessat in filijs emancipatis, quia ipsis tributa sunt duo capita,scilicet, unde liberi,& unde agnati.in ea.l.sub nu.29. uers. sed tamen. col. 1.folio.57.

Successio parentibus non fuit concessa ad similitudinem patronorum.unde lib.l.Qui se patris.sub nume. 86. uers.tertio.col.4.fol.100.

¶ *Successiones in ciuitate romana formam,& ordinem à legibus duodecim tabularum assumpserunt. Qui admit.in rubr.nu.17.col 3.fol. 4.*

Successiones habent tacitam uoluntatem testatorum. Quan.non peten.par.in rubr. sub nu.30.uers.ab intestato.col.2.fol.49.

1 ¶ *Successor singularis debitoris an possit conueniri ex.l. si quis maior.C. de transact. ponitur in ipsa.nu.27. col.4.fol.174.*

2 ¶ *Successores ex testamento habere, interest defunctorũ Quan.non peten.par.in rubr.sub nu.30.uers.Quintam rationem.col.2.fol.49.*

¶ *Successorium edictum quid sit,& in quo differat ab alijs modis succedendi.in ea.Rubr.numer.14. col.3. folio 46.*

Successorium edictum habet locum ex sola legis dispositione coniuncta uoluntate testatoris. in eadem Rubrica.sub numer.26. uersic.Differt. columna.4. folio.47.

Successorium edictum quotuplux sit, & quando habeat locum de iure ciuili. Unde lib.l. Qui se patris. nu.25.col.1.fol.90.

Successorium edictum iuris prætorij quid sit, & quot modis fiat.ibidem. numer. 26.columna secunda.folio eod.90.

Successorium edictum iuris prætorij generalissime procedit inter suos, & agnatos,& cognatos siue repudient sui,siue ignorantes moriantur, uel aliter non acceptent.ibi.nu.27.col.3.fol.eo.90.

Successorium edictum secundum legem duodecim tabularum non erat permissum.in eadem.l.num. 63. col.4.fol.95.

Successorium edictum post beneficium abstinendi receptum fuit à iure ciuili de capite in caput sequta abstensione. ubi supra. numer.64.colum. eadem. fol. eod.95.

Successorium edictum de iure ciuili non fuit receptum stantibus suis,& non abstinentibus. ibid.nume.65. col.2.fol.96.

Successorium edictum an sit inductum per §. placebat. in terminis.d.l. Qui se patris, & concluditur quod nihil immutauit de terminis.d.l.ut in ipsa.num.66. col.3.fol.eo.96.

Successorium edictum an propter beneficium abstinendi de iure ciuili haberet locum tam antedictam.l. qui se patris, quam post eam.ubi sup.sub.num. 62. uers. difficultas.col.4.fol.95.

Successorium edictum in transuersalibus agnatis, nullo existente suo inductum est de persona in personam, ubi sup.sub numer.67.uers. igitur. columm.1. folio.97.

¶ Sui dicuntur tantum illi qui obtinent primum locum, & sunt de liberis, & in potestate. Vnde lib.l.Qui se patris.nu.11.col.4.fol.87.
Sui inuicem, nec sui emancipatis tenentur conferre. de collat.l.si emancipati.numer.5. columna prima. folio.117.
Sui an teneantur conferre emancipatis, & quæ conferan.in ea.l.nu.16.col.4.fol.118.
Sui conferant emacipatis, noua datur declaratio. ubi sup.nu.17.col.1.fol.119.
Sui inuicem non tenentur conferre ex capite collationis bonorum, sed solum ex collatione datorum.in ea.l.nu.48.col.2.fol.125.
¶ Suitas quid sit secundum doctores. Vnde lib.l.Qui se patris.nu.4.col.4.fol.86.
Suitas an possit esse sine patria potestate.in ea.l.num.5.col.1.fol.87.
Suitas non potest esse sine patria potestate uera, uel ficta, uel habilitate ad eam.ubi sup.num.8.colum.3.fol.eod.87.
¶ Suitatis diffinitio noua traditur.in ead.l.nume.10. col.4.fol.eo.87.
¶ Suo permissum est succedere sibi ex capite agnatorum, tanquam agnato. Vnde lib.l.Qui se patris.sub numer.65. uers. Quartus casus. columna secunda. folio.96.
1 ¶ Summarium Bart. & doct.ad.l.1.C. de pact.reprobatur.in ipsa.l.1.nu.16.col.3.fol.80.
¶ Superfluum non dicitur quod clarius exprimitur. De pact.l.fin.nu.63.col.1.fol. 121.
Supplicans principi pro contrauentione fienda quando efficiatur periurus non utēdo rescripto. De transac. l.si quis maior.nu.52.col. 1.fol. 179.
2 ¶ Surrogatus dicitur eodem iure repræsentatiue succedere. Quan.non peten.par.l.1.sub num.48. uers.& sic.col.1.fol.60.

T

1 Tacitum pactum est uerum pactum. De pact.in rubr.nu.31.col.1.fol.75.
2 ¶ Tempora quatuor considerantur circa bona materia. Qui adm.l.1.sub nume.49. uers. aduertendum est. col.4.fol. 25.
1 ¶ Tempus ad deliberandum an sit dandum super actione cumulata.De eden.l.edita. numer. 138. colu.2. folio. 51.
2 Tempus petendi bonorum possessiones in ignorante præscribitur per triginta annos, sed datur restitutio.qui adm.in rubr. numer.76.colum.3.fol.15.
Tempus petendi bonorum possessionem non est perpetuum, sed temporale. in ead.rubr.sub nu.45. uersi. ex tertia parte.col.4.fol.9.
Tempus an sit fundamentum exceptionis uel non, quid considerandum sit.ubi sup.sub nu.46. uers.ideo difficultas.col.1.fol.10.
¶ Tenor testamenti deperditi probari potest per duos testes. De bonor. posses. secun.tab.l.2.num.18.col. 3.folio.64.
1 ¶ Termini octo in materia.l.postquam liti.C. de pact.distincti in essentia sæpius repetendi, in ipsa proponuntur.sub numer.12. uersic. igitur. columna secunda. fol. 94.
2 Termini quinque reperiuntur in materia.l.1.C.Qui adm. in quibus dubitatur, an concursus uoluntatis requiratur, scilicet, delatio, aditio, repudiatio, scientia, ut incipiat currere tempus, & negligentia ut amittatur successio. ut in ipsa.l.1.nume.2. col.2. folio.16.
¶ Terminorum omnium pertinentium ad materiam successionum, declaratio, & distinctio traditur. Qui adm.in rubr.nu.26.col. 2.fol.5.
¶ Terminus datus duobus ordine successiuo, primo renuntiante, quomodo incipiat currere secundo. qui adm. l.fin.nu.21.col.3.fol. 44.
Terminus datus uni ad probandum, & alteri ad reprobandum, in dubio, est communis utrique parti, & assignatur ratio.in ea.l.sub nu.21.uer.sed si terminus.col.3.fol. 44.
¶ Testamenti solemnitas an possit probari per duos testes, late discutitur, referendo quatuor opiniones. De bonor. possess. secun.tab.l.2.numer.11. colu.2. folio 63.
Testamenti solemnitas potest probari per duos testes, concurrentibus, quod pars fateatur testamentum factum, & eius tenorem, & quod neget ualidum propter defectum solemnitatis. in eadem.l.numer. 15. col.1.fol 64.
Testamenti deperditi tenor probari potest per duos testes.ubi sup.nu.18.col.3.fol. eo.64.
Testamenti ad substantiam requiritur. quod testator sit paterfamilias, liber, sanæ mentis. quod notarius sit bonæ famæ, quod testes sint liberi, & bonæ famæ.in ea.l.sub nu. 16.uers.sed iterum.col.2.fol.eo.64.
Testamenti quæ sint uires quando filius in potestate uel emancipatus sunt præteriti, tractatur in l. posthumo.C. de contrat. ut in ipsa. numer. 1. columna.3. folio.65.
Testamenti continentis exhæredationem uel præteritionem de uiribus tractatur in Authen.ex causa.C. de liber. præter. ut in ipsa. numer. 1. colum. tertia. folio.128.
Testamenti pro forma causa ingratitudinis hodie inseri debet in testamento.in ead. Authen.num. 17.col. 1.fol.131.
¶ Testamento rupto ex causa præteritionis paternæ, an legata conseruentur per Auth.ex causa.C.de liber. præter latissime discutitur in ipsa Authen.num 23. col.2.fol.132.
Testamento rupto ex præteritione paterna, legata conseruantur per .d. Authen. ex capite extensionis, nō ex ui uerborum. ibid. numer.27. columna quarta. fol.eo.132.
Testamento rupto ex causa exhæredationis, an conseruentur legata.ibi.nu.42.col.1.fol.137.
Testamento rupto per repudiationem, an conseruentur legata.ibi.nu.43.col.2.fol.137.
Testamento rupto ex quacunque causa, præteritionis, exhæredationis, uel quomodocunque, si sit apposita clausula codicillaris, totum testamentū conuertitur

in

in codicillos, aut effectum de quo in d. Auth. sub numero 80. uers. Quare remanet. columna tertia. folio. 144.

1 ¶Testamentum coram quocunque iudice habente iurisdictionem potest publicari. De eden. l. secunda. sub numer. 58. uersiculo tertio facit. colum. prima. folio. 29.

Testamentum non ualidari per præsentiam actorum, quomodo intelligatur. De transact. l. siue apud acta. sub numero. 13. uersic. sexto inducitur. columna. 4. folio. 155.

2 Testamentum præteritione posthumi non nullum ante natiuitatem. De contrat. l. Posthumo. nume. 14. col. 1. fol. 70.

Testamentum rumpitur per natiuitatem posthumi præteriti, & ampliatur tribus modis. in ea. l. num. 17. col. 4. fol. 70.

Testamentum non rumpitur per abortiuum, & quot modis dicatur abortiuus. ibi. nu. 18. col. 1. fol. 71.

Testamentum an reconualescat si posthumus præteritus natus moriatur ante mortem testatoris. ubi sup. nu. 19. col. ea. fol. eo. 71.

Testamentum quare reconualescat moriente posthumo, referuntur multæ rationes, & reprobantur. ibid. nu. 20. col. ea. fol. eo. 71.

Testamentum quando reuouetur seu reconualescat per mortem posthumi præteriti, noua datur declaratio. ubi sup. nu. 21. col. 3. fol. eo. 71.

Testamentum rumpitur per arrogationem filij etiam de iure prætorio, sicut per natiuitatem ueri filij. ibid. nu. 22. col. 4. fol. eo. 71.

Testamētum in quo est præteritus filius in potestate an sit nullum de iure ciuili, præterito tacente. in ea. l. nu. 41. col. 4. fol. 76.

Testamentum in quo filius in potestate est præteritus an sit nullum de iure prætorio, latissime discutitur, & respondetur fundamentis utriusque partis. ibid. nu. 45. col. 2. fol. 78.

Testamentum nullum propter defectum formæ reconualescere non potest ut testamentum. ubi sup. num. 46. licet dicat 49. col. 2. fol. 79.

Testamentum quod iure prætorio sit nullum præteritione filij, resoluuntur fundamenta communia. ibid. nu. 48. col. 4. fol. eo. 79.

Testamentum nullum præteritione filij an reconualescat ex approbatione præteriti de iure ciuili uel prætorio, remissiue. in ea. l. nu. 55. col. 2. fol. 82.

Testamentum secundum formam prætoriam quod præteritione filij nunquam annulletur ipso iure, sed solū per exceptionem, & quod sit necessarium rumpere per contratabulas, quando factum est secundum solemnitatem prætoriam, & sic sit nullum iure ciuili, & ualidum iure prætorio, in ea. l. sub nu. 10. uersi. sed mihi. col. 1. fol. 69. & de ueritate, infra sub nu. 12. uers. non obstant. col. 3. fol. eo. 69.

Testamentum de iure prætorio non requirit pro forma eßentiali institutionem, uel exhæredationem posthumi, sed solum requirit pro effectu executionis. ib. sub n. 13. uer. non obstant, ubi ponitur etiam quæ sit forma eßentialis testamenti. col. 4. fol. eo. 69.

Testamentum in totum ruptum non potest reconualescere, quia à priuatione ad habitum impossibilis est regressus. in ead. l. sub nu. 20. uers. tertio obstat. col. 2. fol. 71.

Testamentum præteritione filij est nullum de iure ciuili, sed ualet de iure prætorio. in ea. l. sub nu. 40. uers. glo. in uer. col. 4 fol. 76.

Testamentum de iure prætorio est ualidum ab initio nō obstante præteritione filij, quia non deficit forma, & non rumpitur per superuenientiam impedimentorum, sed inducitur exceptio impeditiua executionis, & effectus, & cessante impedimento reaßumit uires. De iure uero ciuili testamentum ab initio nullum nunquam potest reconualescere. ubi sup. sub nu 46. uers. & concordando. col. 2. fol. 79.

Testamentum in quo filius est præteritus rumpit testamentum primum, si modo testamentum est in alijs ita ordinatum, & perfectum, quod remota præteritione filij rumperet primum testamentum, & scripti hæredes obtinere poßent hæreditatem. ibid. sub numer. 46. licet dicat. 49. uers. ultimo pro ista. co. 4. fol. 79.

Testamentum secundum ex quacunque causa ualidum certo modo rumpit primum. in ea. l. sub nu. 48. uers. tertio arguitur. col. 2. fol. 80.

Testamentum nullum de iure ciuili an sit nullum de iure prætorio. ubi sup. uers. septimo. columna. 4 folio. eodem. 80.

Testamentum secundum formam prætoriam adhuc differt à testamento secundum formam ciuilem in multis. Vnde legit. l. Certum. nume. 26. colum. secunda. fol. 104.

Testamentum secundum formam prætoriam propter præteritionem irritum effectum non est ipso iure nullum. in eadem. l. numero. 27. col. 3. fol. eo. 104.

Testamentum quomodo reconualescat per mortem posthumi præteriti, nouiter declaratur. in ea. l. certum. nu. 55. col. 3. fol. 109. & sub num. 56. uers. ideo pro resolutione. col. 1. fol. 110.

Testamentum per præteritionem filij in potestate an reconualescat, & quomodo. ibi. nu. 56. col. 1. fol. 110.

Testamentum an reconualescat testatore reuertente ad priorem conditionem. ibi. nu. 59. col. 3. fol. eod. 110.

Testamentum primum quomodo tollatur per secundum & reconualescat inciso primo. ibi. n. 62. c. 1. f. 111.

Testamentum imperfectum inter liberos ualet. ibi. sub nu. 45. uers. Bal. uero. col. 1. fol. 108.

Testamentum ualere negans an talem negatiuam probare teneatur. De collat. l. si emancipati. numer. 7. col. 1. fol. 117.

Testamentum in quo filius est præteritus à patre cum causa insertione quæ sit probata per hæredes, etiam hodie est ipso iure nullum, & q̄uo filius priuetur hæreditate patris. De liber. præter. Auth. ex causa. nu. 22. col. 1. fol. 132.

Testamentum in quo causa non est inserta an sit ualidum hodie. in ea. Auth. nu. 49. col. 2. fol. 138.

Testamentum militis hodie potest querellari, & dici nullum ex causa præteritionis uel exhæredationis. ubi sup. nu. 59. col. 4. fol. 139.

Testamẽtum an hodie rumpatur ex capite dentiæ. ibi. nu.75.col.2.fo.143.

Testamentum causa non inserta est ipso iure nullum, tã quam forma non seruata, sed causa inserta testamẽ tum est ualidũ seruata forma, sicut facta exhæredatione iniqua testamentum ualet, sed si non probabitur, rescindetur postea per quærelam. ubi sup. sub nume.50.uer.ideo.col.3.fo.138.

Testamentum quando est nullum ex alia causa quã prę teritionis, tunc clausula codicillaris operatur effectũ si autem est nullum ex causa præteritionis uel exhæredationis, tunc clausula nihil operatur. ubi sup. nu. 76.uer.unde glo.col.3.fo.143.

Testamentum ex quacunq; causa efficiatur nullum uel annulletur, semper clausula operatur effectus suos, ut omnia scripta in testamento seruari debeant à uiuentibus abintestato, retenta legitima, & hoc regulariter, fallit tamen ut in d.auth.num.83.colum. 4. folio.144.

1 ¶ *Testandi liberam facultatem sibi auffert qui ex conuentione sua uniuersaliter ponit se in statu quo nihil possit habere. de pac.l.fi.nu.127.col.3.fo.130.*

2 ¶ *Testator quare non potest prohibere ius accrescendi, & quando. Quan.non pet.par.in rub.nu.34. col.4. fol.49.& nu.41.col.1.fo.51.*

Testator si instituat in re certa, & prohibeat ius accrescendi fauore uenientium ab intestato, ualeret prohibitio, ut ei succedatur ab intestato, & ille institutus in re certa tanquam legatarius habeatur detracta mentione institutionis. in ea.rub.sub nu.41.uersi. si tamen.col.1.fol.51.

Testator si præteriit ignoranter posthumum, ignorans uentrem prægnantem, uel filium natum, credens eum mortuum, utrum clausula codicillaris operetur repetitionem legatorum, & quod ille posthumus nascens teneatur restituere scriptis hæredibus hæreditatem patris, retenta legitima, uel potius illa clausula non operetur. de lib.præt.auth.ex causa.num.79.colum. 4.fol.143.

Testator per clausulam codicillarem uidetur cogitasse de omnibus uenientibus ab intestato, tam natis, quã nascituris, & ignotis. ubi sup.uer.& fundamentum. col.1.fo.144.

Testator diu superuiuens post natiuitatem filij uidetur approbare testamentum, & uelle decedere cum illo, & includere in clausula codicillari, ut operetur fidei commissum in persona posthumi. ubi sup.uer. limitatur.col.2.fo.eo.144.

¶ *testatorum uoluntates seruari publice interest. in ea. auth.sub nu.14.uer.& rationes.col.4.fo.130.*

1 ¶ *Testes amplius non possunt examinari quando pars dicit testificata. de eden.l.2.nu.4.col.4.fo.21.*

Testes debent interrogari pro utraque parte. in ea.l.nume.48.col.2.fo.27.

Testes examinati in una instantia quando faciant fidem in alia. ibi.nu.59 col.1.fo.29.

Testes examinati, si pereat instantia, faciunt fidem in alia instantia si mortui sunt, sed si sunt uiui, non faciunt fidem inter easdem personas. ubi sup.num.64. col.3.fo.eo.29.

Testes non publicati in quot casibus non faciunt fidem in alia instantia, & quod nouiter poterunt publicari ibi. sub nu.58.uer.addit tamen.col.1.fo.29.

Testes adhoc ut possint probare tenorem instrumenti, quæ requirantur. de eden.auth.siquis in aliquo. nu. 34.col.2.fo.60.

2 *Testes an sint de substantia testamenti, & quomodo intelligatur substantia. de bon.pos.sec.tab.l.2.nu.13. col.4.fo.63.*

Testes præsumuntur contestes si deponunt de unica forma, & non contradicunt in tempore. in ea.l.nu. 21. col.4 fol.64.

Testes quod præsumantur contestes, quomodo intelligatur. ibi.nu.22.col.ea.fo.eo.64.

Testes duo deponentes de testamento an impediant dari bonorum possessionem secundum tabulas. ibid.nu. 24.col.ea.fo.eo.64.

Testes quomodo debent deponere in probando interesse & quomodo concipiendi sint articuli. de senten. quæ pro eo quod inter.l.1.nu.154.col.2.fo.181.

Testes debent dicere quod res ualuit per multos dies ante uel post, si est res uenalis in foro. in ea.l. nume. 155.col.3.fo.eo.181.

Testes debent probare qualitatem rei. ubi sup.nu.156 col.4.fol.eo.181.

Testes quomodo debeant reddere rationem sui dicti. ibi.nu.157.col.ea.fo.eo.181.

1 ¶ *Testificatio est qualificata & limitata quãdo fit per dictionem, prout, de eden.l.edita.num.141. colum.4. folio.51.*

¶ *Testium nomina an sint edenda. de eden.l.1.num.48.colum.4.fo.13.*

Testium dicta edenda sunt partibus post publicationẽ. de eden.l.2.nu.41.col.1.fo.26.

Testium publicatio non impedit acta probatoria facere fidem in alia instantia. ibidem numero.58.col.4. folio 28.

2 *Testium rogatio potest probari per duos testes. de bonorum possessio.secundum tab.l.2.nume.20. colum. 4.fol.64.*

1 ¶ *Theorica noua est subtilis traditur ad cognoscendum quid sit iudicium generale & uniuersale. de eden. l. edita.nu.44.col.3.fo.36.*

Theorica doctorum & glo.in l.1.C.de pact. efficaciter repræhenditur. in ipsa.l.prima.numero.7.colum.3. folio 79.

Tituli de transact.subiectum principale est, tractare de remissione actionis uel exceptionis, ad effectum recedendi à lite præsenti uel futura. de transac.in rub.nume.10.col.1.fo.137.

¶ *Titulus de edendo non uidetur conuenire præcedentibus rubricis & materijs. de eden.in rub.num. 1.col. 3.fol.1.*

Titulus superueniens possessori facit eum quærere dominium ex persona eius à quo habet titulum. de trãsact.l.siue apud acta.sub nu.66.uer.in secunda parte.col.4.fo.163.

2 *Titulus generalis præmitti debet quando agitur de essentiali cognitione specierum. qui adm.in rub. num. 51.col. 4.fo.10.*

Titu-

Titulus de hæred. quæ ab inteſtato, loquitur de omni ſucceſſione ab inteſtato, ſiue facto teſtamento, & rupto uel nullo, ſiue nullo facto teſtamento. unde legit. l. certum. ſub numer. 70. uerſ. & pro hac. colum. 4. fol. 111.

Titulus. C. de collat. tractat de collatione in ſpecie quæ fit cauſa diuidendi hæreditatem parentum. De *col-lat. in rubr. nu. 3. col. 2. fol. 114.*

Titulus de legatis præſtandis an ſit hodie correctus. de liber. præter. Authen. ex cauſa. nume. 35. colum. 4. folio. 135.

¶ *Tradens rem uitioſam an & quando teneatur ad intereſſe extra rem.* De *ſenten. quæ pro eo quod intereſt. l. 1. nu. 96.* Diſtinctio *Bart. circa tradentem rem malam uel uitioſam reprehenditur. nu. 97. Alciati noua, & ſubtilis opinio recitatur. nu. 98. & ipſius Alciati diſtinctio penitus reijcitur. nume. 99. columu. 3. & 4. fol. 175.*

1 ¶ *Tranſactio eſt ſpecies pacti.* De *tranſact. in rubr. nu. 1. col. 2. fol. 136.*

Tranſactio dicitur quaſi tranſiens actio, & etiam proprie eſt ex parte Rei. in ea. rubr. numer. 11. col. 2. folio. 137.

Tranſactio eſt proprie contractus. ubi ſup. nu. 12. col. ea. fol. eo. 137.

Tranſactio requirit rem dubiam ex negatione iurium partium ſuper facto. ibid. nu. 14. columu. eadem. fol. eod. 137.

Tranſactio eſt duplex, propria, & impropria. ibidem. nu. 15. col. 3. fol. eo. 137.

Tranſactio fit quatuor modis. ibid. num. 16. & ex ipſa naſcuntur tres effectus. numer. 17. columu. 3. & 4. fol. eo. 137.

Tranſactio poteſt contineri in quolibet ex quatuor generibus contractuum innominatorum. ubi ſup. num. 18. col. 4. fol. eo. 137.

Tranſactio eſt contractus innominatus etiam appoſita ſtipulatione. ibi. nu. 19. col. 1. fol. 138.

Tranſactio eſt ſemper ſtricti iuris. ibi. num. 20. col. ea. fol. eo. 138.

Tranſactio eſt diſtractus, ſiue conuentio diſtractiua. ibi. nu. 21. col. 2. fol. eo. 138.

Tranſactio eſt diſtractus innominatus. ubi ſup. nu. 22. col. ea. fol. eo. 138.

Tranſactio & placitum tranſactionis ſunt idem. ibid. nu. 23. col. ea. fol. eo. 138.

Tranſactio in prima regula. l. tranſigere. C. de tranſact. permittitur. ut in ipſa. nu. 12. col. 1. fol. 140.

Tranſactio in caſibus prohibitis aggrauat pœnas, ſed in caſibus permiſſis tollit omnes pœnas tam in accuſatore quam in Reo, excepta pœna turpiliani. in ea. l. nu. 14. col. 2. fol. eo. 140.

Tranſactio in criminalibus capitalibus ingerentibus pœnam ſanguinis licita eſt ex prima regula. d. l. tranſigere. ut in ipſa. nu. 20. col. 2. fol. 141.

Tranſactio licita eſt in mutilatione membri. ibi. nu. 21. col. ea. fol. eo. 141.

Tranſactio permittitur in priuatis delictis ingerentibus pœnam ſanguinis. ibi. nu. 22. col. 3. fol. eo. 141.

Tranſactio permittitur etiam in pœna fuſtigationis. ib. nu. 23. col. ea. fol. eo. 141.

Tranſactio permittitur etiam hodie in criminibus ingerentibus pœnam ſanguinis, quamuis ceſſet pœna talionis. ibi. nu. 24. col. 4. fol. eo. 141.

Tranſactio permittitur etiam de iure canonico quando delinquentes poſſunt tradi curiæ ſeculari. ubi ſup. numer. 25. col. ea. fol. eo. 141.

Tranſactio conſanguineorum ualet de delictis perpetratis, à ſuis conſanguineis. in ea. l. nu. 26. colum. 1. fol. 142.

Tranſactio permittitur in criminibus ingerentibus pœnam ſanguinis ad euitandum omnes pœnas ſanguinis tam in Reo, quam in accuſatore. ibid. nume. 27. col. 2. fol. eo. 142.

Tranſactio non eſt licita in crimine adulterij, & refutantur omnes rationes doctorum. in ea. l. nume. 35. col. 4. fol. 143.

Tranſactio an ſit licita in adulterio præſumpto. ibi. nu. 37. col. 1. fol. 144.

Tranſactio permittitur in d. l. tranſigere. ex ſpeciali diſpoſitione. ut in ea. nu. 38. c. 2. fol. eo. 144.

Tranſactio prohibetur in criminibus non ingerentibus pœnam ſanguinis, & referuntur multæ rationes. ubi ſup. nu. 40. col. 3. fol. eo. 144.

Tranſactio permittitur in criminibus non ingerentibus pœnam ſanguinis, etiam poſt ſententiam & pœnam impoſitam. ibid. nu. 42. col. 4. fol. eo. 144.

Tranſactio & pactio permiſſa eſt ante inſtitutam accuſationem in omnibus criminibus. ubi ſup. nume. 44. col. 1. fol. 145.

Tranſactio ſuper actione ciuili licita eſt in omnibus criminibus ibi. nu. 47. col. 2. fol. eo. 145.

Tranſactio an ſit permiſſa in crimine falſi, rationes omnes reprobantur. ibi. nu. 50. col. 4. fol. eo. 145.

Tranſactio in nullo crimine præiudicat nouis accuſatoribus quin de nouo poſſint accuſare. in ea. l. num. 63. col. 2. fol. 148.

Tranſactio in criminibus facta quando impediat alios accuſare. ibi. nu. 65. col. 3. fol. eo. 148.

Tranſactio quando facilius permittatur quam pactum. iai. nu. 66. col. 4. fol. eo. 148.

Tranſactio in criminibus prohibitis non ualet, nec inter tranſigentes, nec inter extraneos. ubi ſup. num. 81. col. 4. fol. 151.

Tranſactio licita eſt in crimine falſi. ibid. numer. 82. col. 1. fol. 152.

Tranſactio ut ualeat dantur multæ cautelæ. ubi ſup. nu. 85. col. 2. fol. eo. 152.

Tranſactio ad quem finem fiat. in ead. l. nu. 61. uerſ. & tenendo. col. 1. fol. 148.

Tranſactio ſicut prohibetur ſuper crimine adulterij, an prohibeatur etiam in crimine raptus. in ea. l. ſub nu. 67. uerſ. pro contraria. col. 1. fol. 149.

Tranſactio an ualeat in priuatis delictis. ubi ſup. ſub num. 72. uerſ. glo. in uerſ. col. 2. fol. 150.

Tranſactio in delictis priuatis non eſt licita quando agitur criminaliter, & eſt communis opinio. in ea. l. ſub nu. 76. uerſ. tamen deciſiue. col. 2. fol. 151.

Tranſactio ea ratione qua prohibetur cum pecunia, eſt etiam prohibita ſine pecunia. ubi ſup. ſub nu. 77. uerſ.

uers.ex secunda.col.3.fol.eo.151.

Transactio ne possit producere actionem multa impedimenta concurrunt.de transact.l.siue apud acta. nu. 4.col.2.fo.153.

Transactio potest quatuor modis concipi.in ea.l. nu. 5. col.3 fo.eo.153.

Transactio facta cum acceptilatione continet implemẽtum perfectum ex parte remittentis, & producit actionem præscriptis uerbis.ibi nu.6.col. ea.f.153

Transactio facta per pactum remissorium continet perfectum implementum,& producit actionem.ubi supra nu.7.col 4.fo.eo.153.

Transactio facta per pactum de non petendo uel non agendo,cum stipulatione,adimpletur uirtute stipulationis,& habet efficaciam.ibi.nu.8.col.ea.fol. 153

Transactio facta per pactum de non petendo uel non agendo non potest adimpleri, & producit actionem. ibi.nu.9.col.ea.fo.eo.153.

Transactio requirit scripturam.in ea.l.num.23. col.2. folio 157.

Transactio non ualidatur per acta,nec sine actis infringitur.ibi.nu.24.col.ea.fo.eo.157

Transactio est secundum quid pactum nudum.ibi. num. 25.col.3.fo.eo.157.

Transactio non tollit dominium,tamen est titulus habilis ad dominij translationem in ea.l.nu.26.col. 4.folio eo.157.

Transactio an recipiat pœnitentiam,& quando resoluĩ possit.ibi.nu.28.col.1.fo.158

Transactio adimpletur per nudam promissionem de non petendo,si actum est ut teneatur ad illum nudum actum promittendi.ubi sup.nu.50.col.1.fo.161

Transactio an contineat unum contractum innominatũ ab utraque parte,uel potius duos.ubi sup.nu.65. colum.3.fo.163.

Transactio an sit contractus correspectiuus,uel distractus ibi.n.69.col.2.fo.164

Transactio an sit contractus nominatus uel innominatus,late discutitur.ibi.nu.71.col.3.fo.eo.164.

Transactio non potest fieri nisi super lite.in ea. l.sub nume.11.uer.& uidebatur.col.2.fo.154.

Transactio est contractus iurisgentium,& essentiam assumit a consensu partium.ibi.uers.iis tamen. col. 3. fo.eo.154.

Transactio est contractus innominatus,in quo ad producendam actionem requiritur implementum.ubi supra sub nu.12.uer.iis tamen.col.ea.fo.154

Transactio facta apud acta uel cum scriptura non consequitur maiorem efficaciam quam si fiat sine actis.ubi sup.uer.notandum.col.4.fo.154.

Transactio dicitur pactum nudum etiam sequto implemento aliquo ab una parte,quæ fecit quod potuit ut impleret.ubi sup.nu.25.uer.sed unum.col.3.f.157

Transactio æquiparatur sententiæ quæ extinguit litẽ. ibi. sub nu.26 uer.& hoc.col.4.fo.157.

Transactio regulariter ualet si dolus interuenit in litigando.fallit tamen ut in d.l.sub nu.63.uer. Vnde conuenienter.col.2.fo.163.

Transactio non est proprie contractus,facio ut des, in persona actoris.& assignatur ratio.ubi sup. nu. 64 uer.ex ultima.col.3.fo.eo.163.

Transactio habet nomen generis, quia conuenit omnibus actibus remouentibus quacunq; discordiam interduos.ibi.sub nu.71.uer.secundum.col.4.fo.164

Transactio non habet formam limitatam à lege, quia non continetur in aliquo ex contractibus nominatis, nec requirit interuentum pecuniæ magis quam alterius rei, nec traditione dominij indiget,cumomnibus modis possit fieri.sub eo.nu.71.uer.tertium. colum.1.fo.165

Transactio tam generalis quamspecialis ad quas res porrigatur.examinatur in l.si de certa.C.de transactio.ut in ipsa.nu.1.col.4.fo.165.

Transactio potest esse generalis,uniuersalis, & particularis.in ea.l.nu.4.col.1.fol.166.

Transactio compræhendit omnes res,si omnia sunt generalia uel uniuersalia.ubi sup.nu.5.col.ea.fo.166

Transactio refertur tantũ ad specificata si omnia sunt particularia.ibi.nu.6.col.ea.fo. 166.si aliqua sunt particularia, & aliqua generalia uel uniuersalia, quid iuris sit,discutitur,per doctores.ibi.nu. 7. col. ea.fol. eo.166.

Transactio generalis restringitur ad res de quibus est lis,fallit in appenditiis & accessorijs.in ea.l nu. 11. col.4.fol.166.

Transactio fit de re certa,sed iure incerta.ubi sup. nu. 12.col.ea.fo.eo.166.

Transactio generalis non porrigitur ad subtracta per dolum.ibi.nu.14.col.1.fo.167.

Transactio generalis non trahitur ad ignorata per errorem.ibi.nu.15.col.ea.fo.167.

Transactio generalis an restringatur per persecutionẽ particularem factam in iudicio.ubi sup.nu. 17. col. 2.fo.eo 167.

Transactio uniuersalis non restringitur per persecutionem particularem.ibi.nu.18.col.ea.fo.167

Transactio particularis restringitur ad specificata. ibi. nu.19.col.ea.fo.eo.167.

Transactio generalis uel alia dispositio restringatur, si persecutio & petitio est particularis.ubi sup.nu.20 col.3.fol.167.

Transactio an possit fieri de ijs de quibus non est lis, & quomodo intelligatur.ibi.nu.23.col.4.fo.167.

Transactio an trahatur ad incogitata.ibi.nu.24.colum. 1.fol.168

Transactio super una re de qua est lis an trahatur ad omnes causas ex quibus pertinet ad actorem, late discutitur ibi.nu.25.col.2.fo.eo.168

Transactio super una re non trahitur ad causas de quibus non est lis.ibi.nu.26.col.4.fo.168.

Transactio facta super petitione generali non relata ad processum, compræhendit omnes causas contentas in petitione generali.ibi.nu.27.col.ea.fo. 168

Transactio relata ad processum & probationes non trahitur ad causas de quibus non est lis.ubi sup. num. 28.col.ea.fo.eo.168.

Transactio generalis uel uniuersalis porrigitur ad omnes res quæ continentur sub generalitate uel uniuersitate,etiam incognita a transigentibus, & assignatur ratio.in ea.l.si de certa.sub num.13. uersic. ex

qua

qua colligitur. colum.1.fol.167.
Transactio an producat actionem propter iuramentum de transac.l.si quis maior.nu.74.col.3.fo.182.
Transactio non extinguit actionem.in ea.l.sub nu. 13. uer.quarto.col.4.fo.170.declara ut sub nu.eo.uers. non ob.quod transactio.col.1.fo.171.
¶ Transactione facta in criminibus primæ regulæ.l.transigere.C.de transac.an possit procedi contra Reum ex eodem processu.ponitur in d.l.transigere.nu.58.col. 1.fol.147.
Transactione non obstante,in omni crimine contra reum potest produci seu procedi ex nouo processu, cum nouo accusatore.in ea.l.nu.60.col.2.fo.eo.147.
¶ Transactionis & pactiones,ne desistatur ab accusationibus,regulariter prohibentur.de transac. l.transigere.nu.6.col.3.fol.139.
¶ Transactionis placitum, & transactio sunt idem. in ea. l.nu.23.in rub.col.2.fo.138.
Transactionis placitum,& placitum de transigendo differunt sicut pactum uenditionis, & pactum de uendendo.in ea.rub.nu.24.col.3.fo.138.
¶ Transigens in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis incidit in pœnam pecuniariam turpiliani.de transac.l.transigere.nu.28.col.2.fo.142.
Transigens in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis an incidat in pœnam turpiliani, latissime discutitur in ea.l.nu.61.col.3.fo.147.
¶ Transigere an sit permissum in delictis in ommittendo. de transac.l.transigere.nu.49.col.3.fo.145.
Transigere an sit licitum in crimine raptus,latissime discutitur.in ea.l.nu.67.col.4.fo.148.
Transigere an sit licitum in crimine raptus,noua datur declaratio,& nouiter declarantur iura allegata.ubi sup.nu.68.col.2.fo.149.
Transigere quando liceat super crimine adulterij, breuiter declaratur.ibi.nu.72.col.1.fo.150
¶ Transigi & pacisci potest indistincte in criminibus priuatis si agatur ciuiliter.de transac.l.transigere. nu. 73.col.2.fol.150.
Transigi uel pacisci an possit in criminibus priuatis quando agitur criminaliter.ibi.nu.74.col.3.f. 150
1 ¶ Tria concurrere debent ad decisionem legis petens. C. de pact.& ad eius exemplum inueniendum, & propterea uariatur in intellectu.ut in ipsa.l. petens.nu. 19.col.2.fo.101
2 ¶ Transmissio quid sit,& quomodo summatur.qui admit. l.emancipata.nu.1.col.2.fo.36.
Transmissio in specie fit per mortem, & successionem, & in hæredes. ibi.nu.2.col.ea.fo.36.
Transmissio differt à successorio edicto.ibi.nu.3.col.ea. fol.eo.36.
Transmissio naturalis quæ sit,& de quibus fiat.ibi.nu. 4.col.ea.fo.eo.36.
Transmissio conuentionalis quæ sit, & quando, & de quibus fiat.ibi.nu.5.col.ea.f.36
Transmissio legalis quæ sit,& de quibus fiat. ubi sup. nu.6.col.3.fo.36.
Transmissio iuris quæsiti passim permittitur,& appellatur hæreditas.ibi.nu.7.col.ea.fo.36.
Transmissio iuris quærendi habet tres partes, aut fit de eo quod pertinet ex causa contractus, aut ex causa legati,aut ex causa successionis. ibi.nu.8.col.ea. fol.eo.36.
Transmissio de eo quod pertinet ex contractu quando fieri possit. ibi.nu.9.col.ea.fol.36
Transmissio de eo quod pertinet ex causa successionis an permittatur.ibi.nu.10.col.ea.fo.36.
Transmissio hæreditatis uiuentis,uel hæreditatis conditionalis nunquam permittitur.ibi.nu.11.c.ea.f.36
Transmissio hæreditatis delatæ regulariter prohibetur fallit in septem casibus,quorum quatuor præsupponunt hæredem impeditum,& tres sine impedimento procedunt.ibi.nu.12.col.4.fo.36.
Transmissio ex potentia suitatis an & quando procedat & qualis sit.ibi.nu.13.col.ea.fo.36
Transmissio ratione sanguinis quando fiat & qualis sit.ubi sup.nu.14.col.1.fo.37.
Transmissio iuris deliberandi qualis sit & quando procedat.ibi.nu.15.col.2.fol.37.
Transmissio ex causa impedimenti in quibus casibus permittatur.ibi.nu.16.col.ea.fo.37.
Transmissio bonorum possessionis an fiat in casibus in quibus de iure ciuili permittitur,tractatur in dic. l. emancipata.ut in ipsa.nu.17.col.3.fo.37.
Ttransmissio an fiat si propter ignorantiam facti non est agnita bonorum possessio.in ea.l.nu.28. colum.2 folio 39.
Transmissio non permittitur,etiam quod decretum sit interpositum,si mortuus non ratificauit.ubi sup.nu. 29.col.ea.fo.39.
Transmissio quid sit,& in quo differat a substitutione. quando non pet.par.in rub.na.11.col.2.fo. 46.
Transmissio quid sit.unde liberi.l.qui se patris.nu. 22 col.3.fol.89.
Transmissio ratione sanguinis & iuris deliberandi nõ pertinet ad dictam l.qui se patris.ibi.nume.23.col. 4.fol.eo.89.
Transmissio ex potentia suitatis pertinet ad d.l. qui se patris.& tempore legis duodecim tabularum erat potentissima,sed propter beneficium abstinendi fuit debilitata,& in successione prætoria in totum annichilata.ubi sup.nu.24.col.ea.fo.eo.89
Transmissio non impedit successorium edictum in eo quod non transmittitur.ibi.nu.45.col.1.fo.93.
Transmissio quare non impediat successorium edictum in d.l.qui se patris.latissime discutitur in ipsa. nu. 71.col.1.fol.98.
¶ Transmissionis uariæ species referuntur.qui admit. le. emancipata.nu.13.& successiue.col.4.fol. 36. & col.1.& 2.fol.37.
1 ¶ Triplex est abscuritas in materia libellorum.de eden. l.edita.nu.64.col.3.fol.39.
2 ¶ Tutor debet petere inuestituram nomine infantis. qui adm.l.infantis.nu.8.col.1.fo.34

V

VALIDITAS Exhæredationis in quibus consistat.de liber.præter.auth.ex causa. sub num.4.uer.ualiditas.col.1.fol.129.

Ven-

1 ¶ Vendens carius an teneatur edere rationes. de eden.l. 1.nu.59.col.3.fo.15.
¶ Vendere unicum iuramento promittens, an alteri uendendo priuetur dominio.de transac. l. siquis maior. nu.34.col.2.fo.176.
¶ Venditio omnium bonorum præsentium & futurorum sine reseruatione aliqua,semper ualet.de pac. l.fin. nu.134.col.2.fo.132.
Venditio non ualet sine pretio,etiam si fiat pactũ quod ualeat.de contrat.l.posthumo.sub nu.43.uer. & ideo.col.4.fo.77
2 ¶ Venditor uendens rem uitiosam ignoranter tenetur ad expensas usq; ad duplum tantum,si uero sciens uendidit,tenetur in totum ad expensas.de sent.quæ pro eo quod inter.l.1.sub n.25.uer.sed circa.c.1.f.165
1 ¶ Verba quando referuntur ad iudicem nascitur officium iudicis.de eden.l.1.sub nu.80.uer.tertio.col.1.f.19
Verba ubi referuntur ad partem importatur actio in factum.ibi.uer.Secundo.col.2.fo.eo.19
Verba,non compelluntur per metum actionis in factũ, demonstrant immediatam actionem in factum. ubi sup.uer.Quinto adducit.col.ea.fo.eo.19
Verba,iudicium in eum dandum, secundum omnes significant actionem.ibi.uer.sexto.col.3.fo.eo.19
Verba,prout consuetum est,posita ab eo qui habet potestatem disponendi,intelligũtur causaliter,pro,quia de eden.l.edita.nu.143.col.1.fo.52.
Verba diuersa uel repugnantia non referuntur ad leg. sed rationes legum.de eden.l.fi.nu.8.col.2.fo.65
Verba illa,placitum & consensus,necessaria fuisse ad diffinitionem pacti,demonstratur.de pac.in rub. nu. 27.col.3.fo.74.
Verba de præsenti uel de futuro tribus modis considerantur in contractibus de pac.l.1.nu.81.col.4.f.90
Verba simpliciter prolata intelliguntur de iure præsenti,non de futuro.ibi.nu.82.col.1.fo.91.
Verba ,nolo amplius uenire ad iudicium,an importent renuntiationem litis & causæ de pac.l. postquam liti.nu.34.col.4.fo.97.
Verba renuntiationis consideranda sunt,quãdo filia renũtiat.de pac.l.fi.sub n.57.uer.& ideo.c. 2.f.120
Verba prægnantia prægnanter intelliguntur.de transa. l.si de certa.nu.22.col.3.fo.167.
Verba,petere,contrauenire,inquietare,& agere,cuius naturæ sint,& q̃uo differant.remissiue.de transf.l.siquis maior.sub nu.50.uer.de natura aũt.c.4.f.178
Verba,do tibi fidem meam,quid importent.in ea. l.sub nu.60.uer.unde resolutiue.col.3.fo.180.
2 Verba cessante legitima successione,quomodo exponenda sint.& declaratur.l.si solus.ff.de acq.hær. quan. non pet.par.l.1.nu.17.col.3.fo.54.
Verba nolo adire.uel nego me adire,uel adiuisse, an inducant repudiationem.un.lib.l.qui se patris.nu.47. col.1.fo.93.
Verba,nolo uel nego,de proprietate sermonis non possunt inducere priuationẽ iuris.in ea.l.n.50.c.1.f.94
Verba,nolo adire,dato termino ad deliberandum, inducunt repudiationem.ibi.nu.52.co.2.fo.94.
Verba,nolo amplius adire,an inducant repudiationem. ubi sup.nu.54.col.3.fo.94.
Verba,nolo adire,prolata ad interrogationẽ patris an inducant repudiationem.ubi sup.nu.55.col.ea.f.94
Verba.negò me aditurum,an inducant repudiationem. ibi.nu.56.col.ea.fo.eo.94.
Verba contextus auth.ex causa.C.de lib.præt.unite referuntur.in ipsa nu.15.col.4.fo.130.
Verba, falsis accusationibus & circumscriptionibus, quomodo intelligantur.ibi.nu.26.col.4.fo.132.
1 ¶ Verbum,edere,habet duas significationes,generalẽ & & specialem,& in generali significat oẽ non apparens in apertũ deducere.de eden.in rub.n.2.c.3.f.1
Verbum,edere, in speciali significatione adaptatur ad uocem uocalem uel scriptam,& differt à uerbo,exhibere,quod respicit corpora scripturarum uel rerũ: ubi sup.nu.3.col.ea.fo.eo.1
Verbum, diuersa, aliquando exponitur pro contraria. & diuersum,est genus,contraria, & discrepantia, species.de eden.l.fi.nu.9.col.2.fo.65.
Verbum,petere,an intelligatur in iudicio uel extraiudicium,late discutitur,& noua datur distinctio. de pact.l.petens.nu.22.col.2.fo.102.
2 Verbum,Rei,in diffinitione capitur uniuersaliter. Qui adm.in rub.nu.60.col.1.fo.12.
Verbum,cessante,quot modis capi possit.Quan.non peten.par.l.1.nu.3.col.2.fol.52
Verbum,liberorum,quot modis capi possit. ubi sup.nu. 4.col.ea.fo.eo.52.
Verbum,hæredibus,quando comprahendat filios tantum,& quando generaliter omnes succedentes ex testamento & abintestato.in ea.l.nu.12.col. 4.f.53
Verbum,legitimis,prout est substantiuum non potest cõprehendere uenietes ex testõ.ubi sup.n.13.c.1.f.54
Verbum,cessante,quomodo intelligatur.in ea. l. sub nu. 26.uer.circa tertiam.col.1.fo.56.
Verbum,suscipere,an importet dominij acquisitionem. unde lib.l qui se patris.nu.39.col.3.fo.92.
Verbum,facultates, quando importet hæreditatem. in ea.l.nu.40.col.ea.fo.eo.92.
Verbum,peruenerit,est cõe.ubi sup.nu.41.co.4.fo.92.
Verbum hæres,in d.l.qui se patris.capitur generaliter ut in ipsa.nu.44.col.ea.fo.92.
Verbum,nego me hæredem, tribus modis capi potest: inductiue,demonstratiue,& ommissiue. ubi sup. nu. 46.col.1.fo.93.
Verbũ,nolo,cum infinitiuo habet duas significationes. unã de præsenti,& aliã de futuro successiue & in perpetuum.ubi sup.nu.47.uer.septimo.col.2.fo.93
Verbum,præterire,in contextu auth.ex causa.C.de lib. præter.positum,refertur ad matrem & lineam maternam,& uerbum,exhæredare,ad patrem.ut in d. auth.nu.25.col.4.fo.132.
Verbum,interest,uarias habet significationes. de sent. quæ pro eo q interest.in rub.nu.6.col.2.fo.146
Verbum,interest,idem significat quod differt. ponitur pro præsens est.& ponitur pro in medio est,sub eod. nu.col.ea.fo.eo.146.
Verbum,interest,capitur cũ distinctione personarũ,& impersonaliter;sed impersonaliter sumptũ pertinet ad materiam interesse.ubi sup.nu.7.col.3.fo.146
Verbum interest in d.materia requirit genitiuum, & est

est uerbum significans utilitatem & damnum. ubi sup.nu.8.col.ea.fo.146

Verbum quando potest capi in genere & in specie, in dubio, intelligitur in specie. in ea.rub.sub nu.104.uers. uerumtamen.col.2.fo.148.uult dicere.158.

1 ¶ Veritas debet manifestari.de eden.l.1.sub nu.13.uersi.nec obstant contraria.col.1.fo.9

2 Veritas est totis uiribus quærenda.de sent. quæ pro eo quod interest.l.1.nu.32.col.1.fol.166.

¶ Versiculus, sancimus, legis 1.C.de sent.quæ pro eo quod inter. loqui de interesse singulari, ex nouis rationib. contra modernos ostenditur, & causa erroris doctorum detegitur in d.l.1.nu.9.col.2.fo.162

Versiculus, sancimus, an loquatur in maleficiis. in ea.l. nu.43.col.3.fo.167.

Versiculus, sancimus, procedit in actionibus arbitrariis quando iuratur in litem propter affectionem, secus si iuratur secundum ueritatem. idem in maleficiis. ubi sup.nu.60.col.2.fo.171.

Versiculus, cum scimus, d.l.1.loquitur de pœna legali tantum.ibi.nu.136.col.4.fo.179.

1 ¶ Vestimenta essentialia pacti inducunt formam specificam, & ea specificata, non autem uestiunt. de pact. l.petens.nu.8.col.3.fo.100.

¶ Vestimentum rei interuentus non est proprie uestimentum, sed implementum.in ea.l.nu.10.col. ea.f. 100

Vestimentum traditionis quod sit, & quando fiat. ubi sup.nu.11.col.ea.fo.eo.100

Vestimentum rei interuentus quod sit, & quando fiat. ibi.nu.12.col.4.fo.eo.100

Vestimentum legis auxilio quod sit, & quando fiat.ibi. nu.13.col.ea.fo.eo.100.

Vestimentum cohærentiæ contractus an reperiatur, latissime discutitur.in ea.l.nu.51.col.4.fo.107

Vestimentum contractus quod reperiatur etiam in contractibus stricti iuris, probatur ubi sup. uer. sed ego puto.col.1.fol.108.

2 ¶ Via clara ostenditur ad resoluendum dubitationes motas contra legem qui se patris.C.unde lib.ut in ipsa nu.31.col.2.fo.91

1 ¶ Viginti iura cumulantur contra decisionem.l.fin. C. de eden.in ipsa nu.23.col.1.fo.67.

¶ Virtus pactorum quæ sit.de pac.in rub.n.15.c.3.f.73

¶ Vitium litigiosi an duret perempta instantia. de eden. l.2.nu.56.col.3.fo.28.

2 ¶ Vnde liberi datur suis & qualis suis.un.lib.l.qui se patris.sub nu.86.uer.quarto.col.4.fol.100.

Vnde liberi non potest dari parentibus, neq; alia bonorum possessio habens nomẽ primicapitis, qd autẽ ipsis cõpetat.ubi sup.uer.quare cõcludẽdũ.c.1.f.101

1 ¶ Vniuersalis propositio falsificatur ex uno.de pact. l.1. nu.45.col.2.fo.84.

¶ Vniuersitas est, quando pluribus unitis constituitur corpus essentiale complectens res unitas, & differens ab eis.de eden.l.edita,nu.45.col.3.fo.36.

Vniuersitas est duplex, scilicet iurium, & corporum. prima est iuris, secunda est facti.in ea.l.nu.47. col. 4.fo.eo.36.

Vniuersitas iuris petitur per uniuersalem actionem, uniuersitas facti petitur per particularem rei uendicationem.ubi sup.nu.49.col.ea.fo.eo.36.

Vniuersitas an incidat in pœnas.l.siquis maior.C. de transact.late discutitur, & concluditur quod non, in uniuersitate naturali.ut in ipsa.l.siquis maior.num. 19.col.2.fo.173

Vniuersitas artificialis an incidat in pœnas.d.l.& distinguitur ultra alios.ibi.nu.20.co.4.fo.eo.173

2 ¶ Vocatus solò iure prætorio si dicat coram iudice, adeo hæreditatem, uidetur agnoscere bonorum possessionem.qui adm.l.fi.nu.17.col.1.fo.44

Vocatus utroq; iure, dicendo coram iudice ad eò hæreditatem, non uidetur agnoscere bonorum possessionẽ. in ea.l.nu.18.col.2.fo.eo.44.

1 ¶ Voluntas notarij requiritur ut sua scriptura efficiatur authentica.de eden.auth.siquis in aliquo.nu.15.colum.3.fol.57.

2 Voluntas militis ignoranter filium prætereuntis non conseruatur.de lib.præt.auth.ex causa.sub nu. 30. uer.secundo.col 1.fol 134.

1 ¶ Voluntates ultimæ fauorabiliores sunt quam contractus.de pact.l.1.nu.98.col.4.fo.92

Voluntates ultimæ non possunt stare in suspenso sicut contractus.de trans.l.siue apud acta.sub nu.39.uersi.secundam rationem.col.1.fol.160.

2 Voluntates testatorum seruari publice interest.de lib. præt.auth.ex causa.sub.nu14.uer.& rationes.col. 4.fol.130.

1 ¶ Votum captandæ mortis inductum per eum qui nõ sperat succedere, non uitiat actum.de pac.l.fi.num.25. col.1.fol.117.

Votum captandæ mortis non semper facit actum esse cõtra bonos mores quando inducitur illud uotum ex facto ipsius qui uult acquirere.& assignatur ratio.ubi sup.uer.unde quarto.col.ea.fo.eo.117.

1 ¶ Vsura an sit, quando datur piscatori pecunia sub conditione ut si nihil capiat quod nihil reddat, & si capiat quod reddat pecunia, & pisces. de transf.l.siue apud acta.sub nu.73.uer.Quarto facit.col.3.fo.165.

¶ Vsuræ promissæ in recompensationem pacti quando à iure permittantur, & exigi possint.de pac.l.petens. nu.61.col.2.fo.110.

2 Vsuræ à canonibus prohibitæ censentur etiam prohibitæ à legibus ciuilibus.unde legit.l.certum.sub num. 38.uer.facit tex.col.2.fol 106.

Vsuræ legitimæ an excedant duplum.de sent. quæ pro eo quod interest.l.1.sub num.25.uer.nec.obst.colu. 1.fol.165.

1 ¶ Vsurarij tenentur edere rationes quando agitur de usuris.de eden.l.1.sub nu.63.uer.secundo.col.4.fo.16.

¶ Vsurarius tenetur edere omnes scripturas suspectas, & schedulas.de eden.l.1.nu.62.col.4.fol.15.

Vsurarius conuenitur ex usuris præteritis licet desierit exercere usuras.in ea.l.sub nu.58. uer. ampliatur.col 3.fol.eo.15.

FINIS.

Series Repetitionum.

Contentarum in hoc volumine, tam in primam, quam in secundam Codicis, cum his quæ summatim in ipsis continentur.

In Prima parte.

De Edendo.

Rubrica. in qua declarantur præparatoria iudiciorum,& multa tractantur de his quæ ex præparatoriis inferuntur ad præparata. & de qua editione tractet titulus de edẽdo.f.1

Lex prima. in qua tractatur tota materia editionis omniũ scripturarũ,& rationum.f.7.

Lex secunda. cuius materia uersatur circa acta,& ipsorũ editionem in iudicio.fol.21.

Lex edicta.in qua examinatur in materia libellorum in iudicio exhibitorum,& actionum propositarum,circa emendationem, mutationem,& cumulationem ipsarum.fo.31.

Lex qui accusare.cuius subiectum est & materia,an & quando Reus teneatur edere actori iura sua.fol.53.

Auth. siquis in aliquo. in qua tractatur de instrumentis in genere subalterno,dum comprehendunt omnes scripturas tã publicas, quam priuatas narratiuas alicuius negotii, & de exemplis uel exemplaribus,quomodo & quando eis uidetur fides,uel non.fol.55.

Lex finalis. quæ est clauis principalis totius tituli.in qua tractatur generaliter, quomodo edendæ sint rationes priuatæ, quando petitur editio ex sola causa ueritatis inuestigandæ, tã ex parte Actoris,quam Rei.fol.64.

De Pactis.

Rubrica.in qua materia pactorum,eorum originis,& ad quem usum introducta fuerint, tractatur.fol.72.

Lex prima. in qua tractatur de pacto remissorio iuris sui,an scilicet ius de futuro remitti possit.fol.79.

Lex postquam liti. cuius subiectum est, quid importet renuntiatio litis fo.95.

Lex petens in qua pactorum materia,& eorum uestimentorum,& quos effectus operentur, latissime declaratur.fo.100.

Lex finalis. in qua tractatur de ualiditate uel inualiditate pactorum, uel conuentionum super hæreditate uiuentis, & iure de futuro initorum.fol.114.

De Transactionibus.

Rubrica.in qua habetur, subiectum principale tituli esse tractare de remissione actionis uel exceptionis, ad effectum recedendi a lite præsenti,uel futura.fol.15.

Lex transigere.in qua tractatur de uirtute & effectu transactionum factarum inter accusatorẽ,& accusatũ in iudicio criminali.f.139

Lex siue apud acta.in qua tractatur quos effectus producat transactio,quæ remedia competant partibus,& quid agendum sit quando unus non adimpleuit,uel quia noluit,uel quia non potuit ex aliquo accidenti, uel ex natura promissionis.fol.153.

Lex si de certa.in qua habetur, ad quas res & ad quas causas porrigatur transactio generalis.& an transactio generalis restringatur ad res certas de quibus erat lis, uel potius generaliter intelligatur.fo.165.

Lex siquis maior.in qua tractatur de effectu iuramenti appositi tam super trãsactione, quã super quolibet alio contractu, tam in confirmando remedia competentia ex eis, quã etiam in habilitando remedia inuicem contraria,ut possint simul concurrere in fauorẽ obseruantis,& odium inobseruantis.f.169

In Secunda parte.

Qui admitti.

Rubrica.in qua tractatur materia successionũ ex edicto prætorum, & plura de origine ipsorum edictorum.fol.2.

Lex prima.in qua tractatur quomodo acquiratur,& expresse repudietur, & amittatur per lapsum temporis bonorum possessio,ubi uocatur ad successionem filiusfamilias, & alij existentes in aliena potestate.fol.16.

Lex infantis.quæ tractat, quomodo hæreditas uel bonorum possessio non habentibus intellectum,deferatur.fol.33.

Lex emancipata.in qua tractatur materia trãsmissionis bonorum possessionis, an scilicet non agnita transmittatur ad hæredes, & quid in hæreditate.fol.36.

Lex finalis quæ tractat quæ solemnitas requiratur hodie in agnoscenda bonorum possessione.fol.42.

Quando non petentium partes.

Rubrica. in qua tractatur de iure accrescendi, & eius introductione, & de ipsius uiribus & effectu. fol.45.

Lex prima.in qua tractatur quomodo & quando habeat locum ius accrescendi in successione prætoria,& quibus accrescat.fo.52.

De bono. pos. secun. tab.

Lex secunda. in qua tractatur de multiplici bonorum possessione,quomodo & quibus detur quælibet.fo.61.

De contratabulas.

Rubrica & lex posthumo. in quibus tractatur de effectu contratabulas. Et quæ sint uires testamenti quando filius in potestate, uel emancipatus sunt præteriti.fol.65.

Vnde liberi.

Lex qui se patris. in qua potius unus casus in quo bonorum possessio unde liberi sit necessaria.fol.86.

Vnde legitimi.

Lex certum. in qua tractatur de omni specie bonorum possessionis,& ponuntur casus in quibus hodie sunt necessariæ bonorum possessiones.fol.101.

De collationibus.

Rubriea.& lex si emancipati. in quibus tractatur,de collatione in specie quæ fit causa diuidendi hæreditatem parentum. & demum de quorumcunque bonorum collatione.folio 113.

De liberis præteritis.

Authentica.ex causa. in qua tractatur de uiribus testamenti continentis exhæredationẽ uel præteritionem.fol.128.

De sent.quæ pro eo quod interest.

Rubrica.in qua proponitur utilitas materiæ, & ordo seruatus per Authorem in declaratione ipsius,eam in decẽ principalibus quæstionibus concludentem.fol.145.

Lex prima.in qua principaliter deciditur,quomodo & quatenus exigatur interesse ex noua decisione.fol.160.

LAVS DEO.

D. IOANNIS BOLOGNETI BONONIENSIS Iurisconsulti Clarissimi In Primam partem Codicis Repetitiones copiosissimæ super omnibus materiis in publicis gymnasiis frequentioribus. In quibus docte & acute disseruntur omnia scitu digna quæ per omnes scribentes antiquos, Modernos, & nouissimos, in ipsis tradita fuere.

Ad Rubricam de edendo.

Summarium.

1 TITVLVS De edendo non uidetur conuenire præcedentibus rubricis, & materijs.
2 Verbum edere, habet duas significationes, generalem, & specialem. & in generali significat omne non apparens in apertum deducere.
3 Verbum edere, in speciali significatione adaptatur ad uocem uocalem, uel scriptam, & differt a uerbo exbibere, quod respicit corpora scripturarum, uel rerum.
4 Editio uocis uocalis fit tribus modis.
5 Editio scripturarum fit quattuor modis.
6 Editio utraque fit ad sex fines seu ad sex effectus.
7 Editio principaliter fit ex quinque causis.
8 Editio quæ fit ex causa litis existentis ad ueritatem inuestigandam est illa de qua tractatur in hoc titulo, & pro ea competit officium mercenarium.
9 Editio de qua in hoc titulo est suasidiaria, & est debilior cæteris alij speciebus seu causis edendi, & appellatur editio iudiciaria, & differt ab edicto prætoris. ff. de edendo.
10 Continuatio rubricæ.
11 Ex præparatorijs an inferatur ad principale, late discutitur.
12 Præparatoria considerantur duobus modis. præparatoria narrata, & præparatoria in essentia.
13 Præparatoria narrata non inferunt aduentum præparati, nisi sint considerata ut præparatoria.
14 Ex præparatoriis facti non infertur factum esse illud ad quod sunt præparata.
15 Ex præparatorijs facti infertur animus ad illud ad quod sunt præparata.
16 Concedens uel eligens præparatoria necessaria ad actum uidetur eligere præparata.
17 Concedens, uel eligens præparatoria utilia sine præparato non uidetur concedere, uel eligere præparatum.
18 Dispositio de præparato trahitur ad præparatoriũ si ad illud est necessarium antecedens.
19 Mulier an propter osculum luxuriosum amittat dotem late discutitur ad partes.
20 Ex præparatorijs proximis, & uiolentis præsumitur adulteriũ in dubio, & mulier priuatur dote.
21 Mulier in Gallia, uel Flandria propter consuetudinem, per osculum non ammittit dotem.
22 Ex osculo, uel tactu consanguinei mulier non ammittit dotem.
23 Ex osculo dato in loco non apto ad ad adulterium mulier non priuatur dote.
24 Ex præparatorijs adulterij sequuta pœnitentia partium mulier non priuatur dote.
25 Ex præparatorijs adulterij in loco apto ad adulterium, licet propter impedimentum adulterium non fuerit subsequutum, tamen mulier priuatur dote.
26 Mulier priuatur dote propter uiolatam pudicitiam suam sine adulterio.
27 Maritus accusans uxorem de adulterio non habebit dotem nisi concludenter probet adulterium.
28 Maritus accusans uxorem de iniuria attroci propter uiolatam pudicitiam lucrabitur dotem, etiam quod non appareat de adulterio.
29 Mulier etiam de iure nouissimo propter adulterium, uel uiolatam pudicitiam priuatur dote.
30 Maritus retinens concubinam non lucratur dotem propter adulterium uxoris.
31 Præparatoria an sint præmittenda late discutitur, & concluditur quod sic, si considerantur ut præparatoria.
32 Omnis diffinitio redditur falsa si unum solum casum non compræhendit, sed regula semper est uera, licet habeat multas exceptiones.
33 Titulus de edẽdo ã sit præparatorius iudiciorũ, late discutitur.
34 In hoc titulo æque principaliter tractatur de editione actorum rationum, actionis, & instrumentorum.
35 Editio actionis non est præparatoriũ iudiciorum, sed pars eorũ.
36 Iudicium proprie, & uere dicitur ante litis contestationem, & incipit a citatione partis.
37 Titulus de edendo quare præcedat titulũ de in ius uocando.
38 Continuationes duæ tradũtur ultra doctores, una de rubrica ad rubricam, alia de materia ad materiam.
39 Acta ueniunt appellatione instrumentorum in specie, & non rationes.
40 Gerundium an importet necessitatẽ, uariæ referuntur opiniones
41 Gerundiũ quid significet in accusatiuo genitiuo, uel ablatiuo.
42 Accusans Semproninm quod insultauit Titium uulnerando an uideatur accusare de uulnere, uel de insultu tantum cum qualitate uulneris.
43 Gerundium in ablatiuo casu quando dispositionem inducat, & quando qualitatem tantum.
44 Gerundium ex æquitate inducit dispositionem, uel qualitatem secundum intentionem libellantis.
45 Differentia inter hunc titulum & titulum ad exhibendum.

Repetitio in Rub. C. de edendo.

IC Incipit secũdus liber Codicis, in quo cõpilatores prosequũtur materiã inceptã de illis Præparatoriis iudiciorũ, quæ uolẽtes litigare præscire, & præcognoscere iubẽtur, antequã ad iudiciũ accedant, ne male instructi inconsulte agẽtes, & tãquã calumniosã actionẽ instituentes, et fouentes iustissimam causã, in expensis condemnandi ueniant, ut admonuit Speculator in tit. de præpa. iudi. §. 1. uersi. circa partes, & uersi. in summa. Quam materiam inceperunt a titulo đ preci. impe. offer. & prosequti fuerunt per totum hunc secundũ librum, cui ut patet dederunt principium ab hac rubrica de edendo. Sed tamen hic titulus male uidetur cõuenire præcedentibus rubricis, & materiis, cũ in primo libro quattuor principaliter posita fuerint, nam primo dictum fuit quomodo compilatio codicis exequuta fuerit, Secundo posita fuerunt generalia circa fidem catholicam, & cultum diuinum, & ecclesias, & ecclesiasticas personas, ac infideles. Tertio

narrata fuere generalia circa ius ciuile tā scriptū quā non scriptum,& dictum de legibus generalibus,& particularibus & constitutionibus principium tam generalibus quam particularibus. Quarto tractatum fuit de magistratibus,& eorum officiis & iurisdictione,ponēdo ultimo loco titulum de magistratibus municip. & post eum,titulum nostrum de edendo in capite huius secundi libri.

1 Qui †titulus ut ex præcedentibus apparet nullam cōuenientiam cum eis habere uidetur,ut recte argui posse compilatores uideantur de mala situatione tam respectu rubricarum,quam respectu materiæ,contra præcepta posita insti. de leg. in princi. & §. fi. insti. per quas personas nobis acquiritur.

Quare pro inuenienda ratione situationis ac continuationis huius rubricæ plenius quam faciant doctores duo principaliter sunt uidenda. Primo quid compræhendatur sub hac rubrica de edendo,& quid in hoc titulo tractetur. Secundo quomodo adaptetur ad præcedentia.

2 Circa † primum sciendum est, quod in materia ista reperiuntur duo uerba habentia diuersam significationem quæ sæpe æquiuoce ponuntur scilicet edere & exhibere. Edere habet duas significationes,unam generalem,& aliam particularem,secundum generalem significationem edere est aliquid non apparens in apertum deducere,Ideo mulier dicitur edere partum. l. Arethusa. ff. de stat. hominum. l. etiam ea. ff. de uerb. signifi. & munus edi dicitur in l. Publius. ff. de condi. & demō. & leges edi dicuntur & publicari. l. prima. supra de emen. codicis,& eius noua editione. & scripturæ & instrumenta eduntur l. prima. §. edere. ff. eod. ac omnes aliæ res quæ alteri demonstrantur. Et in hac significatione sumptum compræhendit sub se uerbum exhibere,cum generaliter adaptetur ad omnia quæ in publicum deducuntur ad quemcunque finem,& ex quacunque causa l. secunda. ff. ad exhiben. & omnis exhibitio est editio in genere sumpta,sed non econtra. argu. l. 1. ff. de adop.

3 Secundo modo†scilicet particulariter sumptum uerbum edere, adaptatur ad uocem uiuam uel scriptam in apertum deductam ad effectum ut intelligatur uel describatur uel ad instruendum detur,& in hac significatione differt a uerbo exhibere,cum exhibitio respiciat ipsum corpus rei,editio nero respiciat uocem uocalem uel scriptam audiendam uel describendam, Vnde exhiberi dicuntur rei conuenti,ut in authentico de exhibe. & introdu. reis. & tabulę exhibentur,ut in rub. de tab. exhi. & res omnes exhibentur. l. 3. & per tot. ff. ad exhib. & testes exhibentur. l. nimis graue. infr. de testi. Nec obstat si dicatur quod immo editio est species, & exhibitio genus,quia scripturæ omnes edūtur in speciali significatione editionis. d. l. 1. §. edere. & per totum. ff. eo. & tamen dicuntur etiam exhiberi. l. nō ignorabit. & l. instrumenta. inf. ad exhibendum. & sic exhibitio generalius capitur, Quia respondetur ꝙ scripturæ exhibētur non ex eo quod exhibitio fit generalior uel sit genus,sed quia in scripturis inest corpus cartę cuius respectu dicūtur exhiberi,& propterea non sine ratione simul scripturæ dicuntur edi & exhiberi, nam si respectus habeatur ad corpus scripturarum,& si uendicantur,& non ad scripturā,exhibitio proprie fit in scripturis. l. 3. §. pen. ff. ad exhi. sed si habeatur respectus ad uocem uocalem uel scriptam edendam uel intelligendam,scripturæ dicuntur edi,ut in toto. ti. ff. eo. Et eadē distinctione testes possunt peti exhiberi,& edi,nam respectu corporis exhibentur,uocem autem suam & testimonium edere dicuntur. Et tabulæ testamenti possunt edi & exhiberi. l. 1. & per totum. ff. de tabul. exhibend. coniuncta. l. 2. ff. eo. Sed cum contingat quod in scripturis plerūque utroque respectu petatur editio,ideo promiscue rationes & instrumenta dicuntur edi & exhiberi. l. 1. infra eo. & nomine testium exhiberi dicuntur. l. non ex omnibus. in fin. ff. de arbi. & l. nimis graue. inf. de testi. & propterea sæpe unum ponitur pro alio. Sed secundum ueram significationem exhibitio fit de corpore,& sub consideratione corporis,& editio de uoce uocali uel scripta,& per hæc constat quod non est inconueniens quod res quæ eduntur dicantur exhiberi, & tamen uerbum exhibere,habeat latiorem significationem,cum omnes res quæ exhibentur proprie & sēper dicantur edi in generali significatione editionis, sed res quæ eduntur ex speciali significatione editionis non proprie dicuntur exhiberi nisi exhibeantur sub consideratione corporis earum, In titulo autem isto & ff. de edendo. Editio capitur in speciali significatione habito respectu ad uocem uocalem uel scriptam,ut clare probatur in l. 1. §. edere. ff. eod. nam ibi dicitur quod edere est copiam describendi facere,& per hoc adaptatur ad scripturas edendas & uocem scriptam. Item dicitur quod edere est in libello complecti,& dare, & per hoc adaptatur ad intentionem actoris scriptam in libello quæ parti datur. Tertio dicitur, quod edere est dictare & per hoc adaptatur ad uocem uiuam, quando actor petit ore suo ius sibi ministrari,nam uoce dictat intentionem suam quæ postea scribi potest a notario uel a parte (quod antiquitus obseruabatur usque ad tempus Iustinia. qui fecit auth. offeratur. infra de lite contesta. iubendo libellum tradi parti)& etiam adaptatur ad uocem uiuam responsiuam in iudicio, uel extra,ut in confessionibus & responsionibus positionum. l. 1. infra eod. & ad testes qui testimonium edere dicuntur.

4 Hæc†autem editio propria de qua tractatur in hoc titulo fit de duobus subiectis,ut patet in d. §. edere. nam aliquando fit de uoce uocali,aliquando de uoce scripta seu scripturis. Editio uocis uocalis fit tribus modis, uno modo proponendo intentionem suam sine scriptis, Secundo respondendo interrogationibus factis a iudice, uel a parte. ut. ff. de interrog. actio. & not. in l. secunda. §. quod obseruari. infra de iure calum. Tertio editio fit de testibus deponentibus negotia, ut to. titu. infra de testi. de quibus testibus tractatur etiam in generalitate legis qui accusare. infra eodem.

5 Editio†uero scripturarum fit quattuor modis, Primo, edendo intentionem in scriptis cōtentam quæ appellatur actio edita. l. 3. infr. eod. Secundo edendo acta publica. l. 2. infr. eo. Tertio, edendo rationes. l. 1. & l. nō est nouum infr. eo. Quarto, edendo instrumenta. l. qui accusare inf. eo. Quinto, edendo aliquas scripturas narratiuas facti,ut continentes legem aliquam,uel statutū uel allegationes iuris. de quibus dicitur per doctor. in l. 2. infra eodem.

6 Vtraque†autem editio fit ad uarios fines uel effectus, nam Aliquando fit ad effectum demonstrandi intentionem suam, Aliquando ad effectum describendi d. §. edere. aliquando ad effectum probandi intentionem suam, Aliquādo ad effectum instruendi iudices uel partem de aliquo negotio. Aliquando ad effectum ut pars aduersa uel alius tertius possit uti tam contra se quam contra alium. Et de his omnibus modis edendi ac etiā de omnibus effectibus editionum tractatur in hoc titulo nostro, Et concludendo super hac prima quæstione quid significetur per hanc rubricam de edendo, ita exponi eius uerba debent. De edendo. i. in hoc tit. tractatur quomodo quis teneatur edere uocem suam tam in demonstrando intentionem suam quam etiā in respōdendo uel instruendo. Item qualiter & quando teneatur edere libellum acta publica, rationes, instrumenta, uel alias scripturas narratiuas tam ad demonstrandum & probandum intentionem suam uel partis aduersæ quam ad instruendum aliquos de negotio in iudicio deducto.

Rursus ꝓ pleniori declaratione significationis huius tituli,

tituli, Sciendũ est q in eo nõ tractatur de omni editione, nec de omni specie editionis considerabili in iure. Sed solũ hic tractatur de una minima specie editionis: Itẽ quamuis hic & ff. eo. sit eadem forma rubricæ, tamen nõ tractatur in eis eadem materia in specie, quia omnes leges positæ in ff. a l. prætor usque ad finem tituli tractãt de una specie editionis diuersa ab ea quæ ponitur in hoc titulo, nec possunt allegari pro concordantibus uel contrariis. solum enim lex prima usque ad l. prætor potest conuenire huic titulo, sicut genus speciei suæ, quamuis aliter arbitrentur omnes glo. & docto.

7 Nam † sicut uariis modis fit editio & ad uarios fines ut dictum fuit, Ita etiam ex uariis causis fit, cũ ex quincuplici causa possit per editionem fieri. Aliquando enim fit editio uel petitur ex causa fundata in dominio uel alio iure reali quod quis habet in corpore scripturarum, & de hac principaliter tractatur in l. tertia. §. penul. & per to. ff. ad exhi. & in l. procurator infra eod. secundum unum intellectum, Aliquando editio fit uel petitur ex causa fundata in promissione præcedente seu conuentione tacita uel expressa, & de ea habetur in l. si qua. & l. Pomponius. ff. famil. hercisc. & l. quædam ff. eod. l. & l. Titius, & l. creditor. ff. de action. empti. Aliquando editio petitur ex eo quia scriptura pertinet ad ultimam uoluntatem, ut sunt testamenta & codicilli, & de ea dicitur. l. prima. & per to. ff. de tab. exhi. & l. prima & secunda. ff. quemad. testa. aperi. Aliquando fit editio uel petitur ex causa fundata in officio publico uel priuato quodquis assumpsit de cuius natura est ut teneatur scribere rationes uel negotia aliorũ, ut in argentario & notario, & de hac habetur in l. prætor. & in l. quædam, §. nummularios. & l. argentarius. & per totum. ff. eo. & de notario no. per glo. in d. l. prætor. §. 1. ff. eo. Et de istis quattuor editionibus seu causis edendi non tractatnr principaliter in hoc ti. nostro.

8 Aliquando † & quarto fit editio uel petitur ex causa fundata in ueritate inuestiganda ex eo quod lis est inter partes, & aliam causam nescit petens allegare nisi ut ueritas inuestigetur & ut conuincatur aduersarius de negatione facta in iudicio, & post specificata substãtialia præsupponit petentẽ habere litẽ cum eo a quo petitur editio, & de ista sola tractatur principaliter in hoc titulo nostro. Pro qua datur officium iudicis mercenarium deseruiens actioni uel persecutioni, & accusationi, uel inquisitioni intentatæ, De qua editione nõ erat perfecte tractatum in. ff. cum in titu. ff. eod. a lege prætor usque in finem tituli tractetur solum de editione quæ fit ex causa fundata in officio assumpto, de cuius natura est conficere rationes quæ certo modo appellantur publicæ. Vnde in. ff. remanebat indecisum quo modo alii mercatores qui conficiebant rationes, & instrumenta ad sui propriam instructionem, & faciebant maximas negotiationes conficiendo calendaria, argu. l. eius qui in prouincia. ff. si certum pet. & in toto ti. ff. de peculio, & de actione tributoria & de exercitoria. Remanebat inquam indecisum in. ff. quomodo, & qualiter tenerentur edere istas suas scripturas confectas ad simplicem eorum instructionem, & non ex aliquo officio assumpto, sed ex propria eorum uoluntate, & de hac editione factæ fuerunt per Imperatores aliquæ constitutiones quæ ponũtur in hoc titulo nostro, per quas mandatur ut cum certa distinctione posita in l. fi. infra eo. tales rationes seu instrumenta confectas & confecta absque necessitate alicuius officii litigantes teneantur edere inuicem ex causa ueritatis inuestigandæ, & in casu quo lis esset de aliquo negotio inter partes, & non ex alia causa.

9 Et sic apparet † quod hæc editio de qua habetur in hoc titulo est subsidiaria & noua introducta in subsidium quando nulla ex quattuor causis præcedentibus possit conuenire, estque debilior omnibus quattuor præcedentibus causis editionis, cum prædictæ editiones possint fieri siue lis existat siue non inter partes, & ad probationem fiendam inter alias personas, non facta differentia inter actorem, & reum, & intentionem uel exceptionem fundãdam, ut infra dicetur loco suo. Hæc autem editio de qua in titu. nostro solum potest fieri quando lis est inter partes & ad seruitium illius negotii intentati, & in ea distinguitur inter actorem, & reum, & exceptionem uel intentionem fundandam, de qua habetur in l. fin. infr. eodem. Et fit de rationibus priuatis seu instrumentis non confectis ex necessitate alicuius officii, & ideo appello istam editionem iudiciariam, non quod aliæ, non possint fieri etiam in iudicio, Sed quia hæc non aliter potest fieri, nisi in iudicio, & pro negotio de quo uertitur lis, & ex officio iudicis mercenario deseruiẽte illi liti, & differt hæc editio ab illa de qua tractatur in l. prætor, & per omnes leges sequentes. ff. eod. Et in qualitate scripturarum. Quare ut dixi patet quod sensus est in hac rubrica de edendo, Idest quomodo fienda est hæc editio uocis, intentionis, rationum actorum, & instrumentorum ex sola causa litis super negotio in iudicio deducto, & ad finem inuestigandæ ueritatis. Quæ nota & toto hoc anno quottidie reducas ad memoriam, quia aperiunt totam materiam, quamuis multa sint contra & præter glosas & doctores, & si nunc non intelligis, postea scies. Quid autem sint rationes, quid instrumenta, & quomodo diuiduntur, dicam in præmissis. l. 1. Vbi est locus suus. hæc autem sufficiant pro generali iuuenum introductione de significatione rub. & de eo quod continetur in hoc titulo nostro.

Nunc secundo loco pro declaratione situationis ipsius rubricę, uidendum est principaliter quomodo hęc editionis materia conueniat titulis, & materiis præcedentibus, Et propter hoc facta est glossa rubricæ, quæ diuiditur in quattuor partes, In prima continuat, in secunda not. in tertia declarat, in quarta quærit, Secunda ibi. & nota. Tertia ibi, & d. Quarta ibi sed quæritur. Ex prima parte colligitur continuatio ad pręcedẽtia, quã Iason hic altius exordiendo declarat.

10 Et † summa continuationis est, quod editio actionis, & rationum, & instrumentorum est pręparatoria ad iudicia, & sic situatio fuit facta respiciendo sequentẽ materiam iudiciorum, & propterea de edendo in principio istius libri tractatum fuit. Ex qua continuatione colligitur, quod editio est præparatorium ad iudicia, & quod ex pręparatoriis infertur aduentus principalis.

Verum quia prędicta habent difficultatẽ, ideo Dec. pro pleniori introductione separatim quęrit de tribus. Primo, an ex pręparatoriis inferatur ad principale, Secundo, an præparatoria sint pręmittenda. Tertio, an titulus de eden. sit pręparatorius iudiciorum.

11 Contra † primum Dec. opponit, Quia uidetur inconueniens, quod ex pręparatoriis quę sunt accessoria, inferatur ad principales. omne enim pręparatorium est accessorium, cum accessoria possint pręcedere & sequi actum, & accessorium non trahit ad se principale. l. q per manus. ff. de iur. cod. & l. ex pupillari. ff. de uulg. & pupi. Sed econtra, principale trahit ad se accessorium & pręparatorium. regula accessorium. de regul. iur. in sexto l. cum principale. ff. de regu. iur. §. si tamen alienam. Insti. de rer. diuis. Et ideo legato argento potatorio uidentur legata ea quę sunt pręparatoria ad bibendum. l. in argento. in princ. ff. de aur. & arg. leg. Confirmatur oppositio ultra ipsum, quia sponsalia sunt pręparatoria nuptiarum. ut nota. in rubr. ff. & extra de sponsal. & tamen factis sponsalibus non infertur necessario matrimonium. argu. l. Item quia. §. 1. ff. de pactis. & l. stipulationũ. ff. de iur. doti & l. si puel-

lia.ff.de sponsa.Similiter datus procurator ad exhibendum non uidetur datus ad agendum.ut inf.dicam.Præterea studium scholarium est præparatorium ad doctoratum.§.fina.in prohe,Insti.& tamen non infertur, fuit in studio per septennium,ergo est doctor.Item ex præparatione cementorum uel lapidum non infertur necessario ad opus.l.stipulatio.§.opus.ff. de no. oper. nunt. Similiter si quis accepit pecuniam ut eat Romã & se præparauit , ex præparatoriis non inferretur quod necessario eat,& ex eis non impeditur quin habeat locum pœnitentia,sed requiritur principium contractus, ut not.in l. si pecuniam. in gloss. magna . uer. cum tamen.ff.de condictio.ob.cau. Similiter qui conuenit aliquem in iudicio dicitur facere præparatoriũ ad iudicium.& tamen non semper sequitur ipsum iudicium, quia potest desistere.l.amplius non peti.ff. rem ratam haberi.& l.prima infr.de plus petitionibus . & exhæredatio est præparatorium ad quærelam inofficiosi testamenti,& tamen non infertur ex titulo de liberis & posthumis ad quærelam, cum titulus de inofficioso testam.in ff.uet.longe præcedat.Item potest dici de petitione hæreditatis quæ præponitur titulo . ff. de acqui. hæred. Idem etiam potest dici de possessione quæ est præparatorium ad dominium & tamen postponitur , ut notatur in rubr.ff.de acquiren. possess. & infinita alia similia posuit Felin. in tractat. suo de conatu quando punitur licet non sequatur effectus .

Sed pro opinione gloss.facit, quia qui eligit præparatoria uidetur eligere illud ad quod est præparatum, ut not.Barto.in l.fina.columna prima infr. de codic. Item qui defendit in præparatorio cogitur defendere in causa principali, nota.Barto.in l.qui proprio . §. itẽ quæritur per illum tex.ff.de procurato. Item probato accessorio probatur principale, ut nota.Bal. per illum tex.in l.secunda infr.de dot.promiss.& concessio facta de accessorio trahit ad se principale,ut nota.dicit Barto.in l.quisquis.infra de agric.& censib.libr.11. Item ex præparatoriis adulterii arguitur & probatur adulterium,ut per gloss.in l.quod ait . in princ. in uerb. in ipsis rebus. per illum text.iuncta.l.si amicis.ff.de adulteriis . Rursus qui se præparat ad occidendum ambulando cum telo punitur de homicidio.l. is qui cum telo.& l.siquis infantis.infr.ad leg.Corn.de sicca. Similiter qui fuit causa rixarum quæ sunt præparatoria ad occisiones tenetur ac si ipse occidisset . l. quoniam multa facinora.C.ad leg.iuli.de ui.facit etiam tex.in §. siquis de ponte. institu. de leg. aquil. ubi qui corpore suo deiecit aliquem de ponte, dicitur corpore dedisse mortem licet ab aqua suffocatus fuerit, quia percussio sua fuit præparatoria ad mortem,& ideo infertur ibi , quod corpore suo etiam dedit mortem. Item qui mandat aliquem occidi inducit tantum præparatoriũ mortis,& tamen dicitur proprie interficere. c. licet mulieres.de sent.excom.Item qui concedit aditum ad fontem qui est præparatorium ad haustum uidetur etiam concedere haustum quod est præparatum,l.3.§.fin. ff. de serui.rusti. præd. item qui cepit locum præparare uidetur opus fecisse.l.1.§.cepisse.ff.de pollici.facit.l.si pecuniam.ff.de cond.ob.cau.

Dec.hic conatur concordare,Dicens quod præparatoria non inferunt ualiditatem præparati,sed data ualiditate principalis & accessorii infertur quod ex præparatoriis sequi debeat aduentus illius ad quod fit præparatio propter ordinem datum a lege.l.ordinarii. in fr.de reiuend.& sic non infertur necessario ad præparatum. Sed infertur aduẽtus præsumptus propter ordinem legis.Sed hæc consideratio nõ eneruat omnia cõtraria,quia immo aliquando infertur dispositiue ad ea quorum causa fit præparatio,ut per Bar.in d.l. quisquis & per multa alia exempla supra adducta. Præterea nõ est uerum quod semper ex præparatoriis inferatur aduentus illius ad quod fit præparatio,ut patet ad sensũ, cum nuptiæ non semper sequantur sponsalia, & post intentatam actionem ad exhibendum non semper sequatur iudicium reiuendicationis uel aliud principale,& qui se præparat ad occidendum non semper postea occidit.l.nõ hoc.inf.und.leg.facit lex amplius nõ peti.ff.rem ratam haberi ; Similiter etiam si utrunque reperiatur inesse,præparatoria non indicant aduentũ illius ad quod fit præparatio quo ad ordinem legis,nã sententiæ sunt præparatoriæ ad appellationes , & tamẽ post titulum de sententiis non sequitur statim de appella.Item iudicia sunt præparatoria ad sententias , & tamen post titulum de iudiciis non sequitur titulus de senten.& re iudi.Itẽ testes & probationes sunt præparatoria ad sententias , & præparantur propter iudicia,& tamen separatim ponuntur a titulo de iudiciis , & titulo de senten.Item editio rationum uel instrumẽtorum est præpartoria ad probationes,sicut exhibitio ad rei uendicationem,& tamen non indicat aduentũ , ut in titulo nostro.ff.& C. coniuncto titulo de probat. Similiter aditio hæreditatis est præparatoria ad petitionem hereditatis,& tamen postponitur titulus de acqui.hæreditate, & exhæredatio est præparatorium quærele,ut insti.de inoffi.test.in princi.& tamen titulus de libe.& posth.postponitur post longum interuallum,& idem potest dici de possessione,& dominio , ut notatur in rub.ff.de acqui.poss. & de actione ad exhiben.postposita titulo.ff.de rei uendicatione cum infinitis similibus .

12 Vnde†pro resolutione plenius est dicendum , Nam hæc quæstio,an ex præparatoriis inferatur aduentus principalis uel ad principale, potest fieri duobus modis.Primo in compilatione alicuius libri,in præparatoriis narratis potest quæri an ex præparatoriis alicuius tractatus positi in uno loco inferatur aduẽtus præparati incontinenti in compilatione . Secundo an ex præparatoriis in actu deductis inferatur aduentus præparati siue ipsum præparatum . Primo modo uidetur capere hic Decius post glosas & doctores,& uult quod ex præparatoriis ad iudicia hic narratis inferatur aduentus narrationis iudiciorum,& pro eius opinione facit,quia titulus.ff.de inoffi.testa.præcedit ti.de petitione hæreditatis,quia est præparatorium.l.quæ de inofficioso.ff.de inoffi.test.in glo.exercere.& ex multis cõtinuationibus rubricarum discurrendo digestum & cõdicem potest confirmari,sed tamen in contrarium faciunt omnia supra adducta per me .

13 Quare†concordando & saluando omnes illas situationes,dicendum est quod ex præparatoriis narratis non sequitur aduentus narrationis præparati nisi appareat ꝙ illa sint considerata ut præparatoria, sed si apparet quod considerantur ut præparatoria,præsumendum est quod sequatur narratio præparati, quia ad illum finem posita fuerunt, & hoc modo procedunt rubricæ de præparatoriis habentes post se præparatum, quia in eis præparatoria ut præparatoria fuerunt considerata, Si uero præparatoria cum qualitate præparatorii non considerantur, & tunc,ut dictum est, non infertur ad eorum præparatum , quia ad istum finem non fuerunt posita, sed fuerunt alio respectu considerata,& ita procedunt omnes rubricæ per me allegatæ contra hanc conclusionem , & hæc distinctio probatur in §.fi.insti.de usu & habi.coniunctio titu. insti.de leg.& patet insti.per quas perso. nob. acqritur. §.fi. in sui ratione & in titu. de mili. testam. qui uario modo ponitur in ff. & C. in titu. de probatio. & de testi. & de fide instrumen. in ff. & C. & decretalibus uario ordine positis propter uarias considerationes factas . Hic autem gloss. in sua continuatione uoluit quod iste titulus sit consideratus ut præparatorius, quia

quia propter iuditia secundum eam præpositus fuit, Sed hoc præsuppositum glosæ non bene probatur in hoc titulo, & contrarium apparet ex multis titulis intermediis ante titulum de iudiciis, qui non uidentur bene adaptari posse ut sint præparatoria ad iudicia ut infra dicam. Vnde remanet, quod hæc conclusio glo. & docto. non probatur, nec sumitur ex hac rubrica.

Secundo modo considerantur preparatoria in actu, de quibus doctores non dixerunt hic, licet multa inculcauerunt, & hoc modo capiendo, si quæratur an ex præparatoriis factis inferatur ad illud ad quod fit præparatio, reiectis dictis aliorum puto ita distinguendũ. Aut quæritur de actuali aduentu. Aut de animo præpa
14 rantis. Aut de dispositione. in †Primo casu nunquam necessario infertur aduentus principalis, cum post præparationem non semper præparans faciat effectum ad quem se præparat. l. non hoc. infr. unde legi. & probatur in l. si pecuniam. cum ibi nota. per Barto. ff. de con di. ob. cau. & per totum illum titulum cum omnibus exemplis supra positis, fallit in adulterio, in quo aliquando lex ex præparatoriis infert ad probationem adulterii. ca. literis. de præsump. cap. præterea. de rescrip. l. sciant, ubi Bal. & Salicet. infra de probat. & in aliis occultis secuto facto, si probatur aliquem fecisse præparatoria præsumitur etiam factum fecisse, ut siquis fuerit inuentus cum gladio sanguinolento, ut habetur in. l. fina. infr. de quæstio. Sed illa sunt propter difficultatem probationis, & ne delicta remaneant impunita, & faciunt indicium, non plenam probationem.

15 Circa † secundum de animo preparantis, dicas quod ex præparatione regulariter infertur animus præparantis ad principale, & preparatoria indicant animum præparantis ad principale, & ideo potest nuntiari nouum opus. l. prima §. & post. ff. de nou. oper. nunt. & ibi Barto. Et dicunt logici & philosophi quod positis præmisis in silogismo scilicet maiori & minori propositione de necessitate sequitur conclusio ex eis absque quod proferatur, & hoc est quod solent dicere, ergo et c. & numquam exprimunt conclusionem principalem. Et ideo. ll. punientes animum habent locum in tali preparante. l. is qui cum telo. infra ad leg. corn. de sicca. & l. si quis non dicam rapere. supra de episcop. & cler. & mandans dicitur occidere. cap. licet mulieres. de senten. excommun. & sponsalia demonstrant animum matrimonii. l. quod Seruius. ff. de condit. cau. dat. & l. si pecuniam. eod. titu. ubi contractus non potest reuocari ex capite causæ non secutæ, licet reuocetur ex capite pœnitentiæ factis præparatoriis. Et prædicta uera. siue sint præparatoria quæ non solent fieri nisi ad illum actum, siue a communiter accidentibus, licet non semper fiant, ut nota. in d. l. si pecuniam. & in l. fina. ff. de quæst. per Barto. & Marsilium enumerantes indicia sufficientia ad torturam. Quod tamen est quando sunt propinqua, sed si non sunt propinqua, uel sunt talia quæ a communiter accidentibus fiunt ad alium finem non probant animum neque ad illum inferunt, ut portare gladium non prohibitum uel solitum portari ad pompam uel defensionem, argu. nota. in l. non solum. §. sed ut probari. ff. de noui. oper. nuntiatione. Aliquando tamen etiam sine animo in genere prohibitorum (ut homines se abstineant a malo) faciens præparatoria punitur de effectu secuto etiam quod nõ habuerit animum ad illum. l. quoniam multa facinora ad l. iul. de ui. cum materia. & per Barto. in l. Diuus. ff. de sicca. per aliam regulã quod qui causam damni dat animo damnum dedisse uidetur. l. item si obstetrix. ff. ad leg. aquil.

16 Circa † tertiũ, An dispositio super accessorio uel præparatorio trahatur ad principale, dicas quod si præparatorium est nullius effectus sine principali, tunc dispositio facta de præparatorio siue accessorio trahitur ad principale, ita procedit doctrina Bart. in d. l. quisquis. C. de agric. & censitis. Et idem in electione facta de præparatorio, ut per Barto. in d. l. fina. infr. de codicil. & per Bart. in l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procu. & est ratio quæ ponitur in l. secunda. ff. de iurisdic. om. iudi. & in l. tertia. §. fi. de serui. rusti. pred. & in d. §. item quæritur, & petita bon. pos. gratia litis agnoscẽdæ sine qua alias est inutilis infertur ad quærelam. l. posthumus. §. fin. ff. de inoffi. testa.

17 Si uero † præparatoria non sunt necessaria ad principale, tunc dispositio uel concessio loquens de accessorio non trahitur ad principale, quia tunc non consideratur ut præparatorium sed ut res specialis, & de uno non infertur ad aliud. l. Papinianus exuli. ff. de minor. & l. fina. de calum. & l. si unus. §. ante omnia. ff. de pact. & qui donauit collum uinarium non uidetur donasse argentum potatorium, & qui donauit equos non uidetur donare currum, quia sufficit in paucis seruisse amico, & ideo Barto. in præallegatis locis semper locutus fuit de præparatoriis quæ utilitatem non possunt habere sine principali, & prędicta uera nisi aliter constet de animo, quia in certis non est locus coniecturis. l. cõtinuus. §. cum ita. ff. de uerb. oblig. & ita debet intelligi quod hic ponit Decius de mandato, per consiliũ Roman. 330. columna secunda. quia istud non est speciale in mandato, sed regulare. Nec obstat lex qui proprio. §. item quæritur. ff. de procur. quia ibi erat connexitas cum principali propter naturam defensionis & interesse actoris, ut habetur in d. l. qui proprio. coniuncta. l. præcedenti.

Ex quibus habes quinque conclusiones ultra Docto. Prima, quod præparatoria narrata seu in tractatu situata non inferunt præsentem aduentum rei ad quam præparantur, contra gloss. & Dec. & communiter Docto. & infra dicam. Secunda, quod præparatoria facta etiam in actu non inferunt præparantem fecisse actum ad quem præparantur, fallit in adulterio pręsumptione legis, secundum distinctionem infr. ponendam, & in indiciis quæ ex præparatoriis aliquando sumuntur ad principale. Tertia est conclusio, quod faciens præparatoria præsumitur habere animum faciendi actum ad quem præparantur, & in tantum eius animus probatur quod punitur ac si fecisset in his in quibus solus animus attenditur. Quarta est conclusio, quod concedens uel eligens præparatoria necessaria ad actum uidetur concedere & eligere illud ad quod sunt præparatoria. Quinta est conclusio, quod concedens uel eligens præparatoria utilia de per se sine principali non uidetur concedere uel eligere id ad quod præparantur, nisi aliter constet de animo concedentis.

18 Sexto † potest poni conclusio econtrario, quod dispositio facta de præparato trahitur ad præparatorium si est necessarium antecedens. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procu. secus si non sunt necessaria, ut ibi notatur. fallit in l. in argẽto. ff. de auro & arg. l. propter fauorem ultimæ uoluntatis, uel alias dic ut ibi, quæ nota, quia ex eis poteris soluere multas quęstiones in practica.

19 Sed † unum notabile specialiter hic examinant Docto. quærentes, An sicut mulier priuatur dote propter adulterium. c. plerumque de don. inte. uir. & uxo. eodem modo priuetur propter osculum luxuriosum, uel per positionum manus ad mammillas. Bal. in cap. tuæ. uers. sed quid si. de procu. tenet quod sic per tex. in c. 1. quib. mod. feud. ammit. ubi uasallus ammittit feudum si colluserit cum uxore domini; sicut si concubuisset. Sed Dec. dicit quod dictum Bald. potest procedere quando per talem coniecturam probaretur adulterium, cum ex prædictis coniecturis & aliis similibus

possit præsumi adulterium, ut per gloss. in dic. l. quod ait. & c. ex literis. de præsump. Sed tunc non propter osculum sed propter adulterium præsumptione probatum priuatur dote, & ita intelligit dic. c. 1. Præterea ille text. non potest induci ad propositum, cum in feudo iniuriæ graues sufficiant ad ammissionem, & ideo concludit quod si in casu nostro appareret non fuisse commissum adulterium mulier non ammitteret dotem, quia. ll. loquuntur de adulterio non de osculo.

Sed pro opinione Bal. Curt. hic inducit dicta l. quod ait lex. iuncta gloss. nam ibi dicitur quod licet occidere filiam inuentam in præparatorijs adulterii, quia præparatoria adulterii æquiparantur adulterio, ergo tanto magis puniri poterit in rebus, quod est minus arg. l. nec in ea. §. sed qui. ff. de adult. & not. in l. 1. ff. de pœn. Secundo confirmat, quia reperta in preparatoriis præsumitur adultera, adic. c. ex literis. Et præsūptiones sunt liquidissimę probationes. l. licet imperator. ff. de lega. 1. & ideo dicit Barto. in l. quod nerua. ff. depos. quod dolus præsumptus est proprie dolus. Tertio adducit. l. consensu. §. uir quoque. inf. de repud. iuncto. §. uirum. ubi mulier attentans narrata in §. uir quoque; ammittit dotem & sic non requiritur adulterium, sed sufficit præparatorium. Quarto ultra Docto. adduci potest, quia adulterium committitur sola concupiscentia c. si Paulus. 32. quæst. 5. Sed in osculo & tactu est concupiscentia, quia appellantur res ueneris, ut per gloss. in d. l. quod ait. ergo per solum osculum quod æquiparatur adulterio ammittitur dos. Quinto confirmatur per tex. in c. dixit dominus 32. quæst. 1. ubi per suspitionem fornicationis potest dissolui matrimonium, sed in osculo & tactu est suspitio, ergo soluitur matrimonium, & per consequens ammittitur dos. Sexto suadetur, nam qui præbet domum ut fiat adulterium punitur ac si factum fuisset. l. qui domum. & l. & si amicis. ff. de adult. ubi plus dicitur, quod præbens locum colloquii punitur eadem pœna, quia colloquium tendit ad adulterium, sed osculum & tactus fiunt ut adulterium succedat, ergo perinde habetur quo ad pœnam ac si adulterium commissum fuisset, & per consequens priuatur dote, eo maxime, quia facilius ammittitur dos, ut si steterit ludis circensibus præsens. l. consensu. §. uir quoque & §. uirum. inf. de repud. Septimo facit ratio talis, nam idem iudicamus de animo cum principio facti quod de ipso facto. l. si quis persuaserit. infr. de fur. l. 1. iuncta gloss. ff. de extraordi. crim. quæ in terminis tenet, si deuētum fuit ad aliquod factum propinquum adulterio punitur de adulterio, & Barto. ibi plus uoluit quod sufficiant tactus, & Alexand. ibi in apostillis concordando dicit idem si interuenit osculū & amplexus. ergo idem si interuenit tactus ad mammillas, & ideo dixit Bal. in l. si quis non dicam rapere supra de episc. & cleri. colum. 2. uer. sexto opponitur, quod qui facit actum proximum facto punitur eadem pœna, ergo idem in casu nostro, maxime attenta opinione de qua in d. c. plerunque. quod in adulterio puniatur affectus licet non sequatur affectus. Confirmatur per text. in l. fugitiui. inf. de fur. ubi serui in præparatorio fugæ puniuntur. Octauo facit l. fugitiuus. ff. de uerb. signific. ubi adulter aleator & fur non ex animo iudicantur sed ex facto assumpto, non enim ex sola mente sed ex aliquo actu scilicet præparatorio, ergo per osculum & tactum iudicatur.

Et tenendo istam partem potest responderi adductis per Dec. hic, quia licet illæ. ll. non faciant mentionem de osculo, tamen extendi debent per alias. ll. quæ hoc dicunt. Et quando constat non esse factum adulterium ut uolebat Baldus tamen ista præparatoria quantum ad pœnam reputantur pro adulterio propter animū, quia fecit quidquid potuit, argu. l. si quis persuaserit. infr. de fur. & hoc est melius quam negare quod Baldus hoc dicat, ut faciebat Curtius, quia uere Bal. hoc dicit, nec obstat quod mulier non ita faciliter priuatur dote sua sicut uasallus, quia immo uidetur quod priuetur facilius, cum priuetur si uoluerit interesse ludis circensibus, & uoluerit conuiuari cum extraneis, ut in auth. ut lice. mat. & aui. §. quia uero plurimas. uers. si quolibet modo consequentis, quæ uidentur multo leuiora & magis separata ab adulterio quam osculari & tangere mammillas, & sic dos ammittitur propter graues iniurias factas marito per solam præsumptionem animi ad adulterium, sicut uasallus priuatur propter iniurias factas domino, & ideo cum dictæ leges loquantur de adulterio puniendo debent procedere in illis casibus qui habentur pro adulterio, quia leges pœnales & odiosæ latissime interpretantur ut compræhendant etiam casum improprium fauore publicæ utilitatis, ne delicta remaneant impunita. ut per Barto. in l. 1. §. exercitus. ff. de iis qui not. infam. & per omnes in l. si quis id quod. ff. de iuris. omni. iud. Nec obstat. l. si præses & l. si de interpretatione. ff. de pœn. quia illæ leges loquuntur quando tractatur de electione pœnarū postquam constat illum casum compræhensum esse a lege, ut mitior pœna eligatur, sed ad hoc ut plures casus compræhendantur in lege uerba latissime interpretantur, ut ad literam dixit Barto. in d. §. exercitus. & per doct. in d. l. si quis id quod. facit lex armorum. ff. de uer. signifi. cum concor.

Si tamen tibi placeret defendere istam mulierem quæ forsan ex causa tua incidit in istas difficultates, posses pro ea adducere tex. in d. §. quia uero plurimas. in auth. ut lice. mat. & aui. Vbi corrigendo. l. C. enumerat causas propter quas potest fieri repudium, & maritus lucrari dotem, & in tertio casu enumerat adulterium, in uersi. si de adulterio. & dicit quod si uult ex causa adulterii accusare uxorem & lucrari dotem debet se inscribere, & si uerax ostenderit adulterium fruetur dote, ergo non sufficit osculum, cum oporteat uerax adulterium demonstrare. Secundo facit text. ibi, in alio loco uersi. si uir de adulterio. Vbi dicitur quod si maritus accusauit uxorem de adulterio & non probauit, quod ipsa mulier poterit eum repudiare & lucrari donationem propter nuptias. ergo requiritur plena probatio, cum ipsa mulier ex imperfecta probatione non tantū non ammittit sed lucratur. Tertio facit, quia pœna priuationis non habet locum nisi in casibus expressis a iure. §. cum igitur. uersi. nec quælibet lex. in auth. de non eligendo secundo nubentes. ut hic per Curt. Quarto probatur text. in d. l. fugitiuus. in uerbo assumpto actu. non diuinando, quia intelligitur assumpto actu ipsius adulterii qui consistit in copula carnali, sicut quis dicitur fugitiuus qui assumpsit ipsum proprium actum fugæ, non qui fecit præparatoria, & sic uidetur quod sit necessarium ut detur principium copulæ, non autem sufficit osculum uel tactus ad mammillas propter quos actus non datur principium adulterio. Quinto facit tex. cum gloss. in l. 1. ff. de extraordinar. criminí. ubi deuenientes ad tales actus ut ibi per gloss. non appellantur adulteri, sed dicuntur sollicitatores alienarum nuptiarum, & puniuntur extraordinarie, non autem pœna adulterii, & per consequens nec etiam erit pœna priuationis dotis quæ datur propter adulterium.

Et tenendo istam partem non obstant allegata in contrarium, & primo non obstat. d. §. quib. mo. feud. amittat. quia ille text. loquitur in casu suo, & non debet extendi ad pœnam adulterii, cum de pœnis adulterii habeamus legem claram in d. §. quia uero plurimas. Non obstat lex quod ait. de adult. quam adducit hic Curt. quia ille text. retorquetur in contrarium secundum uerba græca quæ ibi debent apponi,

apponi, quæ exponuntur articuli in articulum, quo casu apparet quod solum pœna adulterii est quando est incepta copula, & non quando solum interueniant basia uel alia præparatoria, & sic negatur quod licet occidere adulterum quando est in præparatoriis, sed requiritur principium copulæ: uel secundo potest respõderi, quod ille tex. intelligitur de talibus preparatoriis quę potuissent fieri etiam post actum perfectum, & ex eis propter commoditatem loci præsumitur adulterium, quo casu punitur, non propter osculum, sed propter adulterium præsumptum, & quæstio nostra est quando constabat non esse factum adulterium, Non obstat aliud Cur. quod ex præparatoriis præsumatur adulterium, quia uerum est in dubio si propinqua sunt d.c. ex literis. sed nos loquimur quando constabat adulterium non fuisse subsequutum prout debet intelligi dictum Baldi qui alias fecisset quæstionem de indubitabili ut hic per Dec. non obstat lex consensu. §. uirũ. infra de repu. quia ille tex. corrigitur per d. §. quia uero plurimas. Non obstat c. si Paulus 32. que. 4. quia ille loquitur in foro poli in quo per concupiscentiam committitur adulterium, nos uero in foro fori. Non obstat c. dixit dominus. quia debet exponi ut ibi per gl. quando est uioleuta præsumptio, uel dic quod quæstio nostra est quando apparet quod non est commissium adulterium. Non obstat lex & si amicis. quia ille tex. intelligitur quando propter illud colloquium erat secutum adulterium, ut patet inspiciendo literam, nos uero loquimur quando constabat quod non erat sequutum adulterium. Non obstat quod idem iudicamus de animo cum principio facti quod de ipso facto. l. si quis persuaserit. inf. de fur. l. 1. ff. de extra. cri. quia respondetur quod hæc præsumptio non procedit in casu priuationis dotis in qua lex expresse disposuit quod debeat probari uerax esse adulterium, ut d. §. quia uero plurimas. Non obstat lex fugitiui. infr. de fur. quia declaratur per l. fugitiuus. ff. de uerbo. signifi. Non obstat. d. l. fugitiuus. quia retorquetur incontrarium exponendo uerbum, assumpto actu, pro copula carnali prout debet exponi. Ex quibus patet articulum esse disputabilem.

Sed resolutiue loquendo, & amplectendo ueritaté, puto considerandos esse sex casus, quorum quinque de
20 plano procedunt. †Primus casus est, quando sunt præparatoria proxima & uiolenta, ut prostratio in terrã, & manus ad coxam, & non apparet an sequutum sit adulterium uel non, & in hoc casu omnes concordant quod debet amittere dotem, quia adulterium tũc præsumptiue probatum fuit, & dos amittitur non ex præparatoriis sed propter adulterium præsumptiue probatum. Et pro ista distinct. uide ea quæ posuit Abb. in c. cum non ab homine. extra de iudici. nu. 19. uers. Ad secundum. dum disputat, an depræhensio in crimine in-
21 ducat notorium, allegando multas glosas. † Secundus casus est, quando consuetudo est in regione quod alienigenæ exosculentur mulieres publice, ut in Gallia & Flandria, & tunc non præsumitur adulterium, quia quando actus potest esse licitus in dubio præsumitur licitus & bono animo factus. l. merito. ff. pro soci. & per Barto. in l. non solum. §. sed ut probari. ff. de nou. ope. nunt. & quando eueniret quod super causa proiecta in ueniretur, præsumeretur casu cecidisse, & quod iuuenis uellet auxiliari ei in assurgendo.
22 Tertius† casus est, quando sunt consanguinei, quia non præsumitur malus animus ex amplexibus & osculis. l. si ei qui. & ibi notatur. infra de adul. nisi reperirentur nudi in lecto solus cum sola, quia tunc etiam in consanguineis præsumitur adulterium, ut patet in d. cap. ex literis. de præsumptionibus qui loquitur in consanguineis.
23 Quartus† casus est, quando locus delicti non est aptus ad adulterium, ut siquis in aditu publico domus, uel in aula, uel in uia publica uel cenaculo furtim amplexus fuisset iuuenculam, & posuisset manus ad mammillas, tunc non præsumeretur adulterium, nec animum ad adulterium præcessisse propter incommoditatem loci, sed remaneret nudum osculum uel amplexus, & puniretur extraordinarie tanquam sollicitator alienarum nuptiarum, uel alienæ pudicitiæ, & hoc modo intelligitur text. in l. 1. & ibi gloss. ff. de uariis & extraord. cri.
24 Quintus† casus est, quando locus est aptus & datum fuit osculum & amplexus facti, sed postea pœnitentia ducti non compleuerunt adulterium, & hoc casu etiam non debet mulier puniri de adulterio, nec amittere dotem per. l. qui falsam cum sua materia. ff. de fal.
25 Sextus† casus est modo, quando locus erat aptus ad adulterium, quia in camera secreta erant, & solus cum sola, & data sunt oscula & amplexus facti, sed postea propter aliquod impedimentum, superuenientibus forsan familiaribus uel propinquis, non potuerunt complere adulterium, nec etiam dare principium copulæ, sed impediti ab adulterio cessauere, & constat quod non fuit sequutum adulteriũ, & hic est casus dubius, in quo doctores discordant, sed mihi magis placet opinio Baldi quod hoc casu mulier ammittat doté, quia ista præparatoria proxima iudicantur ut adulterium propter animum ad actum, nam adulterium est de attrocioribus delictis in quibus punitur affectus cũ aliquo principio licet non sequatur effectus, ut per Felin. in suo tracta. de conatu quem posuit in quinto libro decretalium. per l. siquis non dicam rapere. sup. de episco. & cleri. & l. is qui cum telo. infra ad l. corne. de sicca. cum suis concor. Et hoc probatur in d. l. quod ait. ff. de adult. iuncta gloss. ubi patri licitum est occidere filiam in præparatoriis inuentam cum animo præsumpto propter commoditatem loci sicut etiam pro uero adulterio. Nec placet opinio Socini quod ille tex. restringatur quando datum est principium copulæ, ut sint articuli in articulum, quia illa lex ita restricta esset frustratoria, cum raro uel nunquam possit esse certus pater quód in tali statu essent adulteri, cum hoc non possit bene uidere, nec adulter expectat ut trahatur corda ad certificandum an articuli sint in articulo, & ideo cum illud requisitum raro uel nunquam possit apparere, lex ita intellecta efficeretur elusoria, quod non est dicendum, argumento notatorum in l. si quando. ff. de lega. 1. Vnde illa lex debet intelligi de commixtione respectu amplexus, & ut mẽbra unius sint super corpus alterius, & fiat commixtio plena, & tunc adultera in talibus præparatoriis reperta occidi potest tam a patre quam a marito, & hanc rationem considerauit gloss. exponendo istum text. de præparatoriis. Igitur si potest interfici mulier & puniri pœna mortis propter præparantia coniuncta cum commoditate loci, ergo tãto magis priuari potest per consequentem positam in d. §. quia uero plurimas. & l. nec in ea. §. 1. ff. de adult.
26 Suadentur† etiam prædicta per d. §. quia uero plurimas, uersic. si cum uiris. & uersi. si circensibus, ubi propter iniurias leues priuatur dote in quibus animus non est ita propinquus adulterio, quanto magis in isto casu in quo clare constat de animo ad adulterium, licet postea propter impedimentum non fuerit subsequutum, quia non tollitur quin fecerit quidquid potuerit, & non sit perfecta iniuria attrocissima, & uiolata pudicitia. argu. l. siquis persuaserit. infr. de fur. & ideo debet priuari dote.
27 Nec† obstant adducta per me sup. in fauorem mulieris, & primo. §. quia uero plurimas. uersi. si de adulterio. quia uerum est quod si uir accusat de adulterio uxorem, & non probat adulterium uerum. uel præsumptum, mulier non debet priuari dote, quia maritus

tus imputat delictum adulterii,& probando præparatoria sola non probatur adulterium, & ideo nõ debet obtinere,sed mulier absolui.l.prætor. §. docere. & ibi Bar.ff.de ui bon.rap. Sed si maritus accusasset uxorem de pudicitia uiolata,& animo ad adulteriũ,& probasset illa præparatoria,tunc obtineret, quia illa præparatoria cum commoditate.loci puniuntur sicut adulterium in amissione dotis,cum propter iniuriam attrocem dispositum sit in d.§.quod mulier amittat dotem. Debet ergo esse cautus maritus ut non accuset uxorẽ de adulterio si constat nõ esse subsequutum, quia alias absolueretur rea & lucraretur ipsa econtrario donationem propter nuptias,ut in d.§.dicitur.

28 † Sed debet ipse accusare de uiolata pudicitia, de animo ad adulterium,& iniuria attrocissima, quæ fiunt ex præparatoriis propinquis cum commoditate loci.Et in hoc consistit totus scopus istius articuli. Non obstat quod pœna priuationis non habet locum nisi in casibus a lege expressis,quia iste casus a lege comprænhenditur, cum per iniurias attroces induxerit ut mulier perdat dotẽ ut sup.dixi.Et quia etiam propter animum & conatum punitur quis de adulterio cum sit de attrocioribus, & cum ex solo conuiuio cum extraneis & præsentia ludorum circensium & per pernoctationem amittatur dos, saltem a maioritate rationis debet fieri extensio. l. iis solis.inf.de reuocandis donationibus.& cap.1.§.porro.quæ fuit pri.cau.beneficii ammittendi. Non obstat lex fugitiuus de uerb.signifi.quia dum tex.dicit assumpto aliquo actu,intelligitur de præparatoriis, non de ipso principali actu propter dictionem, aliquo, quæ uerificatur in quolibet minimo.l.si seruus. §. ait prætor.ff.de acqui.hæredi.& glo.in clemen.1.de for.compet.in uerbo aliqua.Non obstat lex pri.ff.de extraord. cri.quia ibi ponitur pœna uiri,non pœna mulieris, & pœna sollicitatoris non interueniente consensu alterius partis, sed si illa mulier consensisset priuaretur & ipsa dote propter grauem iniuriam, quæ grauitas sufficit ut dictum est, & hoc non negat ille text. qui debet declarari & distingui per d. §. quia uero plurimas.

29 Et hanc†conclusionem puto procedere etiam hodie post ius authenticorum,ut probatur in d. cap. plerunque de donatio.quod ponit ius nouum post leges Iustiniani confectum. Per quem tex.destruitur limitatio Cur. qui uoluit quod hodie propter adulterium uxor non ammittat dotem,per authen. Sed hodie. infr. de adult.quia contradicit dic c.plerunque.quod est posterius,& contrarium tenet glo.ibi,& Salic. & communiter Doct.

30 Sed † placet opinio sua, dum in prima limitatione concludit, quod si maritus retinet concubinam, mulier non amittat dotem, quia tunc maritus non debet lucrari,cum sit in pari crimine,per nota. in l. pacta quæ contra.infr.de pact. & licet maritus non dicatur committere adulterium.l.1. C. de adulter. tamen saltẽ non debet lucrari, per d.§.quia uero plurimas. uer. & siquidem.ubi concumbens cum aliena uxore ammittit donationem factam suæ uxori quamuis non possit ab uxore accusari de adulterio.l.1.inf.de adult. & in terminis de concubina,dixit tex.ibi,uer. siquis in sua domo.& tenet Paul.de Castro consi.127.ne mulier.& Abbas in c.fin.in glo.fin.de adult.& Hippolit.in l.1.§. diuus.ff.de siccar.numero 5. quod nota, quia frequenter contingere potest. Ex quibus habes perfecte expeditã primam conclusionem glo. quomodo ex præparatoriis inferatur ad principale.

31 Secunda †est principalis conclusio glo.quod præparatoria sunt præmittenda.concordat tex.in l. 1. ff. de orig.iur.& in l.1.ff.si cer.pet.& in l. 1. ff. de interrog. act.& in l.ad rem mobilem.ff.de procurato. & c. ante baptismnm.de consecra.distin. 4. & rubr. ff. & infr.de spons.Sed in contrarium allegatur titulus. ff. & C. ad exhib. qui postponitur reiuendicationi. Pro solutione dicebat Iason quod præparatoria sunt præmittenda ad bene esse, non autem etiam de necessitate, ut dicebat Barto.in l.2.§.si prius.ff.de uulga.& pupil. & maxime quia actio ad exhib. non est semper necessaria ad reiuendicationem, cum reiuendicatio detur etiam ad rem immobilem in qua non cadit exhibitio. Quæ solutio reprænhenditur per Cur.& Dec. quia immo in omnibus casibus in quibus habet locum actio ad exhibendum semper ante reiuendicationem interponi debet. l.prima infr. ad exhib. licet aliquando non competat. Vnde Dec.aliter soluit, quia actio ad exhibendum datur ex aliis causis.l.3.§.1.ff.ad exhib.Quę solutio cõfunditur per suam reprænhensionem,quia in casibus in quibus datur,semper præcedit reiuendicationem, & alias actiones,& propter reiuendicationem facta fuit.l.1.ff. ad exhib.

Alciatus etiã uidetur ponere aliam solut.quia actio ad exhibendum fuit inuenta propter actiones mixtas, ut not.in l.1.ad exhib. & ideo ante omnes illas debet poni, quia primo tractandum est de simplicibus, postea de mixtis, Sed hæc est peior cæteris, quia actio ad exhib.semper est simplex. & cum sit præparatoria ad reiuendicationem deberet præmitti cuius causa facta fuit.d.le.1.ff.ad exhib.& non est ratio quare debet postponi,& sic militat obiectio.Ideo Decius ponebat aliam solutionem, quod conclusio doctorum fundatur in ista regula, quod præparatoria sint præmittenda.quæ regula semper durat & uera dicitur etiam quod reperiantur aliqui casus speciales in quibus non procedit,ut per ipsum in l.1.ff.de regu. iur. & in rubr. ext.de iudic.& glo.in l.omnis diffinitio.ff.de regu. iu.

32 †quæ solutio similiter est falsa, & in hoc dicto sæpius æquiuocauit Dec.in quocunque loco dixerit quod regula est uera quando casus aliqui reperiuntur qui non compræhenduntur in regula, uel quod diffinitiuo sit uera, quandoque non compræhendit omnes casus etiam minimos,quia propositio uniuersalis in omnibus redditur falsa si in uno reperitur falsa.l. si is qui ducenta.§.utrum.uersic.& accidit.ff.de reb.dub.& ibi Barto. & docto.& ideo solet dici quod data instantia corruit consequentia.§.pauonum.insti.de rer. diui. & per Iaso.in l.damni infecti quidam.in fi. ff. de damn. infect. quando demonstratur quod uniuersalis allegata per partem non habet locum in omnibus casibus tacit lex non hoc.infra unde legitimi.& concludit ipsemet Decius in d.l.1.de regu.iur.quod regula sit per signum uniuersale, & propterea dicendum est quod semper regula est falsa in totum si reperiantur aliqui casus non compræhensi in ea. Nec obstat alia regula contraria quod omnis regula patitur exeeptionem.l.omnis diffinitio.cum gloss.ff.de regu.iur. Ergo semper reperiuntur aliqui casus non compræhensi, & per consequens nulla esset regula,quia respondetur quod opposita procedunt in exceptione, quæ exceptio non compræhenditur propter suam rationem particularem propter quam separatur a regula, sed nos loquimur de casu non compræhenso in regula, in quo non potest assignari ratio quare separetur ab ea, & hic casus non potest appellari exceptio, cum exceptio propter rationem particularem ex mente disponentis non compræhenditur in regula, & sic æquiuocatio & fallacia est inter exceptionem quæ habet rationem, & casum particularem qui non habet rationem. Igitur qui uult dicere regulam esse ueram, quod præparatoria sunt præmittenda existente contrario casu in actione ad exhibendum, oportet assignare rationem specialitatis quare illa actio non præponitur reiuendicationi, & demonstrare quod est exceptio. Augetur difficultas, nam doctores laborant super actione ad exhibendum, quasi non reperiatur alius casus in quo præparatoria non præmittantur, & non discurre-

concurrerunt quod in corpore iuris ciuilis infiniti sunt casus in quibus præparatoria non sunt præposita, quorum aliquos supra posui, ut de petitione hæreditatis, & titulo de acquirenda hæreditate, & de possessione, & dominio, & no. in rub. de acquir. possess. Item quod actiones exceptiones dilatoriæ & recusationes iudicum sunt præparatoria ad iudicia, ut per glosam in auth. in medio litis. in uerbo prohemiis. & supra late per Purp. & tamen de omnibus illis non est præpositus titulus ad iudicia, ut patet in titu. inf. de excep. & idem potest dici de exhæredatione liberorum ad titulum de inoff. testam. Idem potest dici de iudicio familiæ hercisc. ad peti. hære. l. prima. ff. familiæ hercis. & de actione noxali ad titulum de furtis. & aliis delictis. Item de interrogatoriis actionibus quæ sunt preparatoriæ. l. 1. ff. de interrog. actio. & tamen postponuntur, & idem potest dici de possessorio. l. ordinarii. inf. de rei uend. & tamē eius interdicta ponūtur in diuerso loco a titulo de rei uendic. & in terminis nostris in decretalibus titulus de libelli oblatione postponitur titulo de iudi. cum infinitis similibus quæ longum esset enarrare.

Quare pro resolutione distinguendum est ut etiam dictum fuit supra in alia conclusione, Aut præparatorium consideratur de per se. Aut consideratur ut præparatorium illius actus, si præparatorium consideratur de per se non habito respectu ad principale, tunc præponi non debet. argu. tex. in c. a collatione. de appel. in 6. & §. si tutor. insti. de inoff. testam. & ita procedunt contraria. Nam materiæ contentæ in illis titulis traduntur ut cognoscantur respectu sui non tanquā accessorium siue præparatorium, & ex uariis causis in locis positis situantur. Quare actio ad exhibendum ponitur post titulum de rei uendicatione, quia est actio in rem scripta, & tanquam actio in rem scripta ponitur inter alias actiones in rem scriptas, & titulus de exhæredatione liberorum conuenientius ponitur habito respectu ad materiam testamētorum, quam quod sit preparatorium ad quærelam. argum. §. fi. inst. per qu. pers. nob. acquir. Si uero consideratur ut præparatorium, & tunc præmitti debet ut no. in rub. ff. de spon. & possunt procedere allegata pro hac parte. An autem editio actionis consideretur hic ut præparatorium iudiciorū statim dicemus.

33 Tertia est principalis†conclusio, quod editio est preparatorium ad iudicium, & usque ad finem huius libri tractatur de præparatoriis iudiciorum, iux. glo. in authenti. in medio litis. §. si. in glo. prohemiis, cui conclusioni duo obstare uidentur. Et primo, quia licet editio actionis possit esse præparatorium iudiciorum, tamen editio instrumentorum & rationum nō potest esse præparatoria iudiciorum, sed est instructoria iudicii cepti, cum post litis contestationem fiant probationes, ut no. in l. properandum. inf. de iudi. Alex. hic & communiter doctores fatentur contrarium, & dicunt quod sola editio actionis est præparatorium iudiciorum, & ꝓpter illam præponitur iste titulus, quæ solutio est contra mentem glos. ut hic per modernos, quia glo. uoluit continuare totum titulum nostrum in quo æqualiter ponitur de editione actionis, actorum, rationum, & instrumentorum, & omnes istas partes respicit rubrica æqualiter. l. 1. ff. si certum petat. & ideo postea diuidit editionem in tres species, quasi editionē in genere continuauerit. unde Ial. dicit, quod omnes editiones potētia sunt præparatorię iudiciorum, cum si in libello fiat mentio de rationibus uel instrumentis illa edi debent tanquam pars libelli, ut per Innoc. in cap. primo. de proba. & no. in l. edita. inf. eo. Hanc etiam repræhēdit Dec. quia natura rationū & instrumentorū est probare & produci ad discutiendum & negotiū & probandū, cap. forus. de uerborum signific. & cap. peruenit. de testibus cogen. & editio debet considerari secundum primordialem suam naturam, non accidentalem, iux. glosam secundam. in l. certi condictio. ff. si certum pe. sicut in simili dicitur de exceptione peremptoria quæ licet aliquando possit opponi ante litis contestationem ad impediendum processum, tamen iudicatur peremptoria propter naturam suam, ut no. in cap. primo. de litis conte. in 6. Vnde ipse respondet quod hic titulus est preparatorius iudiciorum respectu actionis tantum, & licet tractet de editione rationum & instrumentorum, Illud uenit in consequentiam ne diuidatur tractatus editionis, & ne multiplicentur tituli. argum. l. nulli. inf. de iud. & si dicatur quod de editione rationum & instrumentorum satis dictum fuit inf. de fid. instrum. respondet ipse quod ibi dictum fuit de instrumentis ad effectum probandi, hic uero de modo edendi, scilicet quomodo & quando editio sit fienda, & pars teneatur edere, de quo modo edendi tractatur hic in consequentiā editionis actionis, quamuis obiter etiam dicatur de editione ad effectum probandi. l. non est nouum. infra eo. Sed hæc solutio non tollit difficultatem, nam licet hic tractetur de editione respectu modi edendi. & quādo quis cogatur edere, & per hoc differat iste titulus a titulo de fide instrumentorum, tamen per hoc non tollitur quin iste modus edendi non debeat discuti post litis contestationem, & editio ipsa non sit fienda post litis contestationem, Ita quod non potest dici esse preparatoria ad iudicia, sed oportet esse instructoria ad ne-

34 gotium, & tendit ad decisionem eius. Nec est†uerum quod principaliter hic tractatum sit de editione actionis, quia immo principaliter de omnibus tractatur tā instrumentorum, quam actionis, & rationum, & una tātum lex est posita de editione actionis, & cæteræ aliæ tractant de aliis editionibus, & in l. fi. ponitur tota materia editionis scripturarum quæ alibi non reperitur. Ideo secundo loco soluit, quod hic iudicium capitur ꝓ sententia, & quod omnes editiones etiam factæ post litis contestationem sunt præparatoriæ ad sententias. argum. no. in l. prima. intra si aduersus rem iudi. in glo. iudicio. & in cap. statutum. §. insuper. in glo. iudicium. de rescrip. in 6. & ibi Dominicus. & in c. in iudiciis. de regul. iur. in 6. sed hæc solutio etiam est ualde absurda, quia ea attenta hæc continuatio traheretur per septē libros usque ad titulum de sententia, & omnia posita in istis septem libris essent de præparatoriis iudiciorum, quod quantum absurdum sit non est opus demonstrare. Præterea sequeretur quod ante titulum de iudiciis oportuisset ponere de testibus, & sic hucusque stat firma oppositio, quod hic titulus non potest esse præparatorius ad iudicia in editione rationum & instrumentorum, de qua etiam principaliter hic dicitur.

Quinimmo ultra doctores dici potest quod nec editio actionis sit præparatoria ad iudicia, sed dicitur esse

35 pars iudiciorum. †Cum iudicium secundum generalē & ueram significationem incipiat a citatione partis. §. si insti. de pœ. tem. litig. & l. ubi ceptum. ff. de iudi. & in toto titulo. de iudic. inf. & in ff. & in decretalibus in quibus locis post titulum de iudiciis ponuntur ea quæ solent fieri ante litis cōtestationem, ut sunt exceptiones dilatoriæ, & declinatoriæ fori, & in decretalibus ponitur titulus de libelli oblatione, & post longum interuallum ponitur de litis contestatione, & esset inconueniens dicere quod in istis locis esset positum iudicium improprie, cum principaliter de eo tractetur, & probatur in l. non potest. ff. de iudiciis, ubi a contrario sensu dicitur quod illud uenit in iudicio quod ante iudiciū acceptum euenit, & sic ante litis contestationem. facit tex. in l. fideiussor. & per to. tit. ff. qui satisda. coga. ubi fideiussor datus de iudicio sisti intelligitur etiam ante litis contestationem, ut habetur in auth. offeratur. Co. de litis contestatione. coniuncta auth. qui semel. infra quomodo & quando iud. Nec obstat lex prima. inf. de plus petitio. & ca. forus. de uerborum sig. & lex prima. infra de lit. conte. cum aliis similibus. in quibus dicitur quod

quod iudicium incipit a litis contestatione, & ab ea sumit exordium, quia in illis legibus capitur iudicium pro una principali parte iudicii. Idest pro parte discussoria, sicut etiam iudicium dicitur omne id quod interuenit in iudicio, ut lis, forus, actio, processus, instantia, sententia, & aliæ partes. ut per glo. in regula in iudiciis. de reg. iur. in 6. ponentem quindecim significationes iudicii quæ pro maiori parte uerificantur in particulis iudicii, ut declarat ibi Ioannes And. & dixi late in rub. ext. de iud.

Iudicium igitur completum habet tres partes principales. Præparatoriam, Discussoriam, & Decisoriam, ut per glo. in auth. in medio litis. §. fi. in glo. prohemiis. & potentior pars est discussoria, & sæpe iudicium sumitur pro illa parte tanquam nobiliori. argum. §. sed quotiens. inst. de iur. naturali. & omnes leges dicentes iudicium assumere exordium a litis contestatione, intelliguntur de hac principali parte iudicii, non de toto iudicio completo, & ideo lite contestata iudicium dicitur acceptum. l. si quo tempore. ff. de peti. hære. & l. nõ potest. ff. de iud. quia tunc incipit discussio, tamen ante dicitur esse. l. ubi ceptum. ff. de iud. & arg. §. omnis. insti. de noxal. acti.

36 Quare† cum iudicium incipiat a citatione partis, editio actionis non potest dici præparatorium iudiciorũ uniuersaliter sumptorum, sed potius dicitur esse pars, cum illa dicatur pars ex qua totum conficitur, ut no. in rub. de lega. primo. & in l. qui usumfructum. ff. de uerb. obliga. & hoc est de mente Barto. in sua continuatione, dum dixit, quod editio actionis est principium iudiciorum, quia præparatoria iudiciorum fiunt ante citationem partis, quæ enumerantur in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex qui. cauſ. mai. & per consequens uidetur quod hæc rubrica hic sit male situata & non cõueniat præcedentibus titulis & materiis, & tanto magis, quia alii tituli sequentes non possunt cõuenire præparatoriis iudiciorum, cum plerumque pacta & transactiones soleant fieri post litis contestationem quando incipit constare de iuribus partium, & raro fiant ante iudicia accepta, ideo per locum a solitis debuissent poni post titulum de iudiciis, & etiam de probatione cum attendatur ea quæ frequentius accidunt. l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cer. pe. & pacta uel transactiones frequenter etiam soleant impedire iudicia. c. 1. de litis contestatione. in 6.

37 Augetur difficultas† quia ex alio hic titulus uidetur male situatus, cum postponatur titulo de in ius uocando, tamen debet præcedere citatio actionis editioné. d. §. fi. inst. de pœna tem. litig. & auth. offeratur. inf. de lit. conte. & apparet in ff. ubi iste titulus positus fuit p multos titulos post titul. de in ius uocando. cum si editio actionis est de præparatoriis, & per consequens potest præponi. Ad hoc contrarium Iaso. hic refert quattuor solutiones, Prima fuit Francisci tigrini qui uolebat quod editio libelli præcedat citationem cum debeat inseri copia libelli in ea. & ita dicebat probari ex ista glo. cum titulis sequentibus. sed Alex. repræhendit, quia regulariter non oportet inserere libellum in citatione, ut per Imolam in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infec. & in auth. offeratur. de litis conte. cum aliis concor. adductis hic per Alex. Secundo soluebat Alex, quod ideo præcedit datio libelli quia copia debet fieri cum præcepto iudicis. le. fi. inf. de requir. reis. & ideo iudex bonus primo uidebit libellum an sit admittẽdus ne frustra uexet aduersarium in comparendo. Sed nec hæc solutio eneruat difficultatem, cum illud sit ad bene esse ut iudex præuideat libellum, non de necessitate, ut hic per Iasonem. Tertia est solutio, fatendo quod editio libelli, & citatio sunt de præparatoriis iudiciorum, & ideo fuerunt præmissa, sed nõ tollitur quin hic titulus & ipse sit præparatorius. Sed hæc solutio non tẽdit ad oppositionem, quia licet omnia sint præparatoria. tamen ordinate debent poni unum post aliud, & hæc citatio sicut in ordine præcedit, debuisset præponi, ut factum fuit in ff. Præterea ut statim dixi, nõ est absolute uerum quod citatio & editio actionum sint præparatoria iudiciorum, quia immo dicũtur esse pars iudicii quamuis sint de primis partibus & præcedant partem discussoriam, ut supra. Vnde Iaso. quarto loco soluit, quod in titulo. infra de in ius uocando non tractatur de citatione quæ fit ab omnibus litigantibus, sed solum de ea quæ fit a personis debentibus præstare reuerentiam citatis, quo casu necessarium est impetrare ueniam a iudice. l. quarta. §. prætor. ff. de in ius uocãdo. quam ueniam non concedit iudex nisi uisa actione intentata & forma libelli, quia contra tales personas non potest intentari actio famosa, ut per Iaso. in §. pœnales. inst. de actio. merito titu. de in ius uocando fuit postpositus huic titulo, cum solum loquatur de istis particularibus personis citatis. ut patet in legibus in titulo sequen. positis. Et hæc solutio est uera & notabilis licet aliqui etiam repræhendant, & per eam apparet ratio, quare titulus de in ius uocando præponitur in ff. de edendo, & hic postponitur, nam causa apparet manifesta, quia in ff. tractatur de citatione omnium reorum, siue debeatur reuerentia siue non. l. 1. & l. plærique. usque ad finem tituli. ff. de in ius uocando. sed in codice in titu. sequen. tractatur de reis citatis quibus debetur reuerentia, & debet præcedere editio actionis ad eam impetrandam, Sed tamen hæc solutio non tollit omnia contraria supra firmata ad situationem. cum nõ reddat rationem quare hic titulus positus fuerit in hoc loco nullam habens cõueniẽtiam cum titulis præcedentibus, & sequentibus, nec possit dici quod sit præparatorius ad iudicia, ut uolebant docto. prout supra declaraui, Ideo cogitandum est adhuc de noua continuatione. Nec cõtinuatio Bar. etiam potest procedere qui uolebat quod hic ponatur de editione tanquam editio actionis sit principium iudicii, quia non est uerũ quod hic consideretur tanquam principium iudicii, ex quo tractatur de editione rationum & instrumentorum quę fit in medio iudicii, & hac ratione attenta fuisset necessarium ponere successiue, & omnes partes iudicii, & tamen constat quod ea quæ ponuntur infra usque ad rubricam de iud. non sunt de partibus iudicii, ut sunt pacta & transactiones quæ potius extinguunt uel impediunt iudicium.

38 Vnde resolutiue† loquendo, puto duobus modis posse continuari rubricam nostram, uno modo secundum corticem uerborum, alio modo secundum mentẽ ad materiam iudiciorum, aliter tamen quam faciat gl. Primo modo potest dari facilis & clara continuatio, quia supra uisum fuit de magistratibus & eorum officiis & iurisdictione. Verum quia coram magistratibus plerumque solent edi actiones rationes & instrumenta, & solet dubitari quomodo & quando partes teneãtur edere. Ideo hic ponitur rubrica de edendo, in qua tractatur qualiter & quando sit fienda editio actionis actorum instrumentorum & rationum, & hæc est literalis continuatio quam in multis locis fecerunt glosæ non habito respectu ad generalem conuenientiam materiarum, sicut mandat tex. in l. 2. ff. de statu homi. ibi, proximos applicantes titu. & patet in rub. inf. qui admitti. & ibi late declaraui ultra alios. & in rub. ff. de legat. secundum unam continuationem quæ melior est ad præcedentem titulum de iure codicillorum. & in rubrica. ff. de solu. cum mille similibus. Secundo potest continuari habito respectu ad materias in mente compilatorum conceptas tractandas, & hæc rubrica mentaliter accommodatur ad titulum de iud. considerãdo eam ut præparatoriam iudiciorum, non in actu, quia actu non potest esse præparatoria iudiciorum realiter ad essentiam ducendo eam, sed solum potest esse præparatoria iudiciorum respectu cuiusdam præscientiæ & co-

& cognitionis quam actores debent habere antequam incipiant litigare, ne propter imprudentiam fouentes iniustã causam condemnentur in expensis, ut dixit Specu. in ti. de præparatoriis iudiciorum. in §. 1. uers. circa partes. & uer. in summa. uolens quod actor debeat præcognoscere multa antequam incipiat litigare, quæ qualia sint ordinatę ponuntur in toto hoc libro cum parte præcedentis.

Igitur dicendum est quod in hoc libro nõ tractatur de iis quæ in actu præcedere debent iudicia, sed solum tractatur de iis quæ præcognitione, prænotitia, & præscientia debent præcedere, cum actor instructus ad iudicium accedere debeat, ne ex defectu requisitorũ etiã fouens iustam causam succumbat & condemnetur in expensis. Et ideo debet esse instructus, an causa sua sit habilis, ut de ea possint offerri preces, ac etiam de iurisdictione iudicum, ut sciat coram quo litigare debeat, & propterea tractatum fuit in præcedenti libro de præcibus offer. & particulariter de iurisdic. cuiuslibet iudic. Et successiue debet esse instructus quæ actio sit intentanda, & quousque liceat eam emendare uel mutare, ac etiam an & quando aduersarius cogatur sibi edere, ut præparare possit probationes suas, & propterea positus fuit iste titulus hic, reseruando ea quæ respiciunt substantiam instrumentorum testium & probationum post titu. de iud. ubi tractatur de meritis causæ, & prout illę editiones sunt pars iudiciorum in actu. Item debet præscire an possit citare aduersarium, & sic quando uenia est impetranda, & propter hoc ponitur titulus sequens, & in l. qui accusare. inf. eod. dicitur qui accusare uolunt, per uerbum futuri temporis, quia antequam accuset debet præscire an aduersarius cogatur edere. & idem facere debet in aliis rub. sequen.

Nunquid autem iudex præparatorii sit iudex præparati, ponunt docto. in rub. extra de iud. & ibi Dec. colu. 2. & mihi placet opinio Bal. in l. ordinarii. inf. de reiuẽdic. secundum distinctionem traditam per moder. in d. rub. quod in dubio erit iudex, ne continentiæ causæ diuidantur. l. nulli. inf. de iud.

39 Ex secunda † parte gl. colligitur triplicem esse editionem, actionis, rationis, & instrumentorum. Addunt hic doctor. quartam editionem, scilicet actorum. Sed Alex. saluat glo. quia sub instrumentis continentur acta. l. 1. ff. de fid. instrum. quod reprǽhendit hic Dec. quia glos. capit instrumenta stricte, dum ea distinguit a rationibus, & si assumeret large, sub instrumentis continentur rationes. d. l. 1. dicit tamen postea saluationem Alexã. posse sustineri, quia glo. allegat. l. 2. quæ alias non faceret in proposito, & licet non contineantur rationes sub instrumentis, istud fuit, quia de eis fecit mentionem. argum. l. doli clausula. ff. de uerborum oblig. Et quod hęc fuerit mens glo. mihi placet, sed tamen non bona redditur ratio quare de actis non posuerit specialem editionem, quia ratio Dec. quod acta sunt publica, sicut instrumenta non concludit, Puto tamen bona ratione posse saluari glo. Nam omnes scripturæ duo solum continẽt principaliter, uel narrationem unius negotii simplicis, uel reciproci, uel narrationẽ plurium negotiorũ hinc inde factorum ex uariis gestis & datis & receptis ab utraque parte. Primo modo appellantur instrumenta ꝓprie & in specie. Secundo modo appellantur rationes. l. si quis. §. rationes. ff. eo. unde cum acta non contineãt data & recepta, & uaria negotia optime continentur appellatione instrumentorum. Et licet acta plura contineantur sub uno processu. cap. quoniam contra. de ꝓbatio. tamen acta inter se sunt diuisa, & unum non continet aliud, & si dicatur quod citatio & productio facta de instrumentis non possunt dici instrumenta cum nõ instruant, quia respondetur quod immo illa scriptura facta a notario de productione facta & de citatione instruit iudicem de recto ordine processus, & sic glosa ẽt cum ratione uoluit comprǽhendere sub instrumentis ipsa acta. Quamuis parum nostra intersit, quare gl. hoc fecerit, cum habeamus claram conclusionem quod in hoc titu. tractatur de editione actorum actionis & instrumentorum, quæ ultra doct. possunt alio modo subordinari, ut sup. dixi, considerando quod est duplex editio, una uocis uocalis, & alia scripturarum. iux. l. 1. §. edere. ff. eo. & in hoc ti. tractatur de utraq; editione, ut declaraui latius in præmissis.

Ex tertia parte, ibi edendo, idest demonstrando, colligitur quod edere est demonstrare, quod uerum esse non uidetur, quia editio non est simplex demonstratio sed ultra demonstrationem requiritur etiam facultas describendi. d. l. prima. §. edere. ff. eo. & in actionibus si non editur libellus debet edi intentio dictando uoce, & narrando factum. l. 3. infra eo. quare editio non potest dici simplex demonstratio. Et in hoc differt titu. ad exhibendum, quia exhibitio est simplex demonstratio sine facultate legendi uel describendi. l. 3. §. sciendum. & §. pe. ff. eo. sed editio est scripturæ demonstratio cũ facultate legendi & describendi, & si non est quod legi possit editio est dictatio uel narratio facti cum facultate describendi, Sed saluari potest gl. considerando substantiam & essentiam editionis, & contraria respiciunt finem & effectum editionis, & actus describendi non est semper necessarius.

40 Ex quarta † parte iuncta glo. rub. ff. eo. colligitur rubricatum esse cum gerundio, quod importat necessitatem, Sed Bar. reprǽhendit, quia iure nõ reperitur quod gerundium importet necessitatem. Immo contrarium uidetur probari, quia in titulo sequenti rubricatur per gerundium. & tamen nemo cogitur uocare quem in ius. l. 1. inf. ut nemo inuit. age. Et idem potest dici de titu. de liber. & posthum. coniuncto titulo. inst. de exhęred. liber. Aliqui saluant, quia in illis casibus, licet non sit necessitas præcisa, tamen est necessitas causatiua si uult litigare, uel si uult facere testamentum ualidum, quæ solutio confunditur per titulum de postulando, quia præcise nec causatiue nemo cogitur postulare. Itẽ in titulo de exhæred. lib. est necessitas instituendi, & tamen rubricatur sine gerundio. Vnde alii saluant quod gerundium importat necessitatem sumptum in passiua significatione, per rubricam. ff. de hæred. inst. & de lib. & posthum. & de exhib. & requir. rei. capiendo necessitatem tamen uere uel causatiue. Quæ saluatio similiter confunditur per rubricam. inf. de acquir. rerum domi. & de acquir. possess. & infra de contrahen. & commitẽ. stipula. & de contra. emp. & de l. fusia tollenda. & de assert. tolle. in quibus nulla est necessitas, & tamen gerundium capitur in passiua significatione. Præterea nõ tollit dificultatem, quia in editione actionis secundum Barto. non est coactio. l. prima. infra ut nemo inuit. Ideo Bar. tertio dixit quod hic dicitur de eden. quia non tractatur de substantia editionis sed de modo edendi, & gerundium significat modum agendi uel patiendi. Qđ Ias. reprǽhendit hic, quia nomina nominalia possunt significare actum. l. prima. infra de execut. re. iud. & l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de noui oper. nunt. & instit. de exhære. liber. Item hic tractamus etiam de actu & effectu editionis. Item tractatur an sit fienda editio, & quãdo, non autẽ quomodo. Quod modo placet, quia rub. per nomen continet tractatum actus. ut inst. de satisd. & de inutilib. stipu. & in titu. de postul. tractatur etiam de effectu & uirtute postulationis, & de in ius uocand. & hoc uoluit glo. in rub. inf. de procu. dum dicit quod in illo titu. de officio procuratoris tractatur de actu procurandi, & in ti. mandati de effectu & actione.

Alciatus tamen uidetur tenere opinionem Bar. quia gerundium quandam qualitatem indicat secũdum naturam uerbi a quo regitur, & si ponitur substantiuum nomen significat necessitatem, sed si nihil ponitur, sed solum dictio, de, denotat modum editionis, ac si diceretur quomodo fienda sit editio, quæ consideratio confunditur

funditur per prædicta adducta per me. Prætera nõ est uerum quod in titu. nostro tractetur quomodo fiat editio, quia nullum uerbum de modo edendi, sed solũ quãdo quis teneatur edere & fiat editio, unde in le. 3. & in leg. edita actio. & in aliis. ll. dicitur an reus teneatur edere, modus uero edendi ponitur in le. 1. §. edere. & §. editiones. ff. eo. cum similibus. Tenenda est igitur opinio quod non refert inter gerundium uel nomen, quãuis in proposito tituli nostri opinio glo. possit sustineri quia in plerisque. ll. ponuntur casus in quibus tenetur quis edere, & in editione actionis est necessitas causatiua si uult litigare, & propter hoc congruenter ponitur hic rubrica per gerundium, & attenta hac congruentia potest saluari opinio Bar. & aliorum in casu suo.

41 De effectu † autem & natura gerundii dicendum est, ut per Bar. in auth. ad reprim. in uerb. nec eorum. ut per Ias. inst. de actio. in princ. ubi dicunt habere tres casus, genitiuum, accusatiuum, & ablatiuum. In accusatiuo casu significat causam siue intentionem finalem. le. 1. §. 1. ff. de dol. l. 1. ff. de tutel. & l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de con. & demonst. In genitiuo casu similiter q̃n apponitur dictio causa uel animo, significat causam uel intentionem. l. 1. ff. ad l. corn. de sic. & l. is qui cum telo. inf. de sica. In ablatiuo autem casu si apponatur uerbum futuri temporis significat conditionem, ut adeundo efficieris hæres, idest si adibis efficieris hæres. l. si tu ex parte. ff. de acquir. hæred. Si uero ponatur præsenti uel præterito tempori tunc denotat qualitatem, ut talis fecit insultum uulnerando, leg. uim facit. ff. quod ui aut clam. Et gerundium dicitur ex eo quod gerit actũ uerbi cui apponitur, & illud informat, reformat, & trãsformat, & actum eius in notitiam deducit, secundum Bal. in l. falsus. colum. 3. uers. præterea. inf. de fur. Et licet prædicta non putem simpliciter esse uera. Tamen quia docto. hic non dicunt, tangam unum solum quod ponit hic Ias. uidelicet.

42 An † si quis accusauit Sempronium quod fecit insultũ uulnerando, an uideatur accusare de uulnere, ita quod probando uulnus possit condemnari de uulnere, Iacobus Butr. & Salic. in l. prima. C. de iis qui latro. occult. tenent quod sic, & sequitur Bal. in l. id quod pauperib. in prima quæst. sup. de episco. & cler. ut refert hic Iaso. quamuis multa concordantia corrupte alleget, ipse tamen tenet contrarium per no. per Ioa. Andr. in additi. Spec. in titu. de libell. obla. in uers. nunc uidendum. ubi arguit ab utraque parte, & finaliter concludit quod gerundium resoluitur in uerbum, ac si dictum fuisset, accuso Sempronium, quia me insultauit & uulnerauit, & q̃d libellus procedat tenet Bar. in l. præses. ff. de pœn. & facit tex. in auth. de secun. nube. in princ. & quia libellus debet interpretari secundum intentionem actoris.

Dec. tamen & Cur. hic dicunt utranq; doctrinam ueram esse, quia si quæratur an libellus contineat accusationem de uulnere, & Ioan. Andr. concludit, quod sic, quia gerundium resoluitur in uerbum, idest insultauit & uulnerauit, ideo continet accusationem de utroque, Si uero quæratur an in libello contineantur duo delicta separata, ita quod duæ sententiæ possint feri de uulnere & de insultu, ut si non procedit libellus super insultu possit sequi condemnatio de uulnere, & hoc negabat But. quia non sunt duo delicta, Sed unum delictum qualificatum per gerundium. Sed tamen non negat q̃n respectu uulneris libellus aliquid non contineat, ita quod tanquam non sit probatum quod est petitum debeat sequi absolutio, & sic solum est uis, an gerundium aliquid in libello deducat, & in hoc omnes concordãt, licet Butr. dicat quod non deducantur duo delicta separata, sed unum qualificatum.

Sed aduertendum est, quia uidetur quod immo istæ opiniones sint contrariæ, & fulcitæ sint bonis rationibus, & utraque possit sustineri. Nam opinio Butrig. est eadem cum opinione antiquorum relata per Io. An. qui uolebant quod per talem libellum solus insultus deducatur in accusatione & non uulnus, cum uulnus accessorie ueniat tanquam pars insulus, & non possit contineri eius accusatio in libello. Nam quando insultus fit cũ uulnere indicatur tantum unum delictum, scilicet uulneris, & de uulnere tantum non de insultu actio competit. l. illud. §. si. ff. ad legem aquil. & per glosam in d. lege qui de crimine. inf. de accus. Si igitur nascitur tantum actio ex uulnere, & uulnus non est deductum in libello, quia ponitur accessorie ad insultum, ergo debet sequi absolutio. Pro eo enim quod petit non competit actio, & nõ fuit facta petitio, cũ uulnus non deducatur principaliter, sed per qualitatem insultus, & ideo dicebat Bar. in l. nunquam. in 3. colum. uers. quæro circa. ff. de priua. delic. quod si quis accusat de uulnere quando sequutum est homicidium, licet possit, tamen non debet iudex pati, quia postea non potest puniri de homicidio, & idem Bar. in l. prætor edixit. §. si mihi. ff. de iniur. & Bal. in l. aduersus. in fi. C. de fur. & sic cum propter uulnus & secutum homicidium sit effectum unum delictum, non potest pœna imponi nisi de uno uel de uulnere tantum uel de homicidio tantum. Igitur libellus prædictus non uidetur quod possit sustineri nisi ꝓ accusatione insultus quæ fit principaliter, & nõ ꝓ accusatione uulneris, quod de se non deducitur, & nisi super insultu potest feri sententia, quia nõ competit actio super uulnere, quia non fuit facta accusatio. Ioan. tamen Andr. ibi tenet contrarium, & dicit quod gerundium disponit, & quod est facta in illo libello accusatio principaliter de uulnere. & allegat quattuor. ll. quæ uidentur probare opinionem suam. primo tex. in l. quisquis. C. de dona. ibi, retinuit usumfructum donando uel rẽ in dotem dando, nam ibi gerundium inducit dispositionem donationis, & est sensus, si quis donauit uel in dotẽ dedit & retinuit usumfructum, non potest enim ibi cõsiderari qualitas addita per donationem, sed uera inducitur dispositio donationis quæ causat facultatem retinendi usumfructum. Item probatur in ca. primo. de offi. cust. ibi, Archidiaconus episcopo denuntiando prouideat, Nam ibi disponitur per gerundium, quod archidiaconus habet potestatem denuntiandi episcopo, ut prouideat. Est ergo sensus, denuntiet episcopo, & sic prouideat ut unus magis diligens inueniatur, idem probatur in clem. sæpe. de uerborum sig. Idem probatur in c. ad apostolicam. §. nos uero. extra de re iud. in sexto. ubi Papa condemnauit Regem Siciliæ, & priuauit regno per gerundia, dum dicit, declaramus priuatum, & sententiando priuamus inhibendo ne quisque pareat ei & decernendo quoslibet esse excommunicatos qui ei præstiterint auxilium, Sensus est enim, sententiamus & priuamus inhibemus & decernimus, ibi enim illa uerba non possunt importare priuationis qualitatem, sed principalem dispositionem, Et sic patet ex prædictis quod istæ opiniones sunt contrariæ, cum But. uoluerit insultum trahere ad se uulnus, & non esse accusationem de uulnere, sed Ioa. An. uelit quod uulnus trahat ad se insultum, & accusatio sit de uulnere principaliter, & utraq; opinio uidetur fulcita bonis rationibus.

43 Vnde aliter † ego puto in hac materia gerundii dicẽdum. Aut enim gerundium adiungitur uerbo cui non potest inducere qualitatem, quia gerundium denotat aliquem actum qui necessario debet præcedere dispositionem significatam per uerbum, & tunc necessario importabit dispositionem, cum non possit importare qualitatem. d. l. quisquis. ff. de dona. & c. 1. de off. custo. Et idem si gerundium denotat actum separatum a dispositione uerbi, & non consecutiuum, etiam quod nõ sit necessarium antecedens. d. c. ad apostolicam. ibi, inhibendo & decernendo. Aut gerundium apponitur uerbo cui potest addere qualitatem, & tunc si apponatur dictio, in, inducit qualitatem tantum. l. uim facit. ff. de ui & ui arm. secundum communem intellectum. & c. 1.

de offic.

de off.primic. ibi,in docendo præsit, idest in illo actu docendi. Et est ratio, quia dictio, in, denotat intrinsicitatem, ut per Bar. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de liber. & posthum. Si uero ponatur sine dictione, in, & tunc secundum subiectam materiam qualificat uel disponit. In legumlatoribus uero disponit. d. c. 1. de offic. custodis. Vel ille tex. loquitur quando non potest qualificare actum, cum archidiaconus non prouideat actu, sed episcopus, & ideo sequitur quod interest an dicatur, fecit insultum uulnerando, an uero dixerit, uulnerauit insultando, quia hoc ultimo casu exponit, idest insultauit & uulnerauit.

44 In casu† autem nostro de proprietate sermonis uera est opinio antiquorum, quod in libello deducatur accusatio insultus non uulneris, quia gerundium uenit qualificatiue significando modum & formam rei, & declarando actum uerbi, ut per Corn. in consi. 105. uisis. uolumi. 2. & consi. 234. considera. in litera. T. uolum. 4. Nec allegata per Ioa. An. obst. quia procedunt in casu quo gerundium non potest denotare qualitatem. De æquitate uero puto opinionem Ioa. An. ueriorem esse, quia uerba libelli interpretantur in fauorem producentis. l. siquis intentione. ff. de iud. & per Alex. in l. diuortio. colum. 3. ff. solu. matrimo. cum aliis adductis per Deci. in fi. & maxime quia alias libellus esset ineptus. argum. l. in ambiguis. ff. de reb. dub. & quia gerundium aptum est etiam importare dispositionem principalem, & uerbum cui additur ad se trahere.

Si tamen contingeret quod pro utroque delicto posset imponi pœna, ut quia statutum hoc dictaret, ut per Bar. in d. l. nunquam. & Bal. in d. l. aduersarius. & tunc casus uidetur dubius, an in libello uideatur facta accusatio de separatis delictis, Sed finaliter puto accusationem factam esse super utroque, cum gerundium possit inducere sua natura dispositionem specialem separatã a uerbo. dicto. c. ad apostolicam. Ex quibus habes tria, Primo quod iste doctrinę sunt contrariæ. Secundo qđ gerundium in ablatiuo casu potest disponere principaliter, & trahere ad se uerbum, & etiam inducere dispositionem æque principalem separatam a uerbo, ac etiã inducere qualitatem tantum, quamuis docto. aliter in hoc sentiant. Tertia est conclusio, quod libellus in casu proposito potest procedere ut per gerundium inducatur accusatio trahendo ad se uerbum, & quod etiam in aliquo casu inducatur accusatio de utroque delicto si super utroq; potest procedi, cogita tamen, quia utilia & difficilia sunt.

45 Vltimo† dicebat hic Cur. quod iste titulus est superfluus propter titulum ad exhib. & actionem ad eum cõpetentem. l. 3. §. sciendum. & §. pe. ff. ad exhib. Sed ipse decipitur ualde, quia actio ad exhibendum scripturas uel instrumenta datur solum quando quis prætendit ius in corpore rationum scripturarũ uel reale uel personale, & fit exhibitio non ad probandum uel legendũ, sed solum ad recognoscendum corpus scripturarum. l. 3. §. 1. 2 & 3. ff. ad exhib. Sed in casu nostro fit exhibitio etiam quod nullum ius prætendat in corpore rationũ, sed ad effectum legendi & copiam uel facultatem describendi, & hæc proprio nomine appellatur editio iudiciaria quæ fit officio iudicis mercenario solum existente lite inter aliquos super aliquo negotio quod nõ est in exhibitione ut supra dixi in rubrica & int. dicam. & hæc sufficiant.

Ioannes Bolog. V. I. D. Bono. Neapoli legens.

Summarium.

1 INSTRVMENTA *In iure æquiuoce duo media significant.*
2 *Instrumentum prout instruit consideratur tribus modis.*
3 *Rationes continentur sub instrumentis in utroque genere sumptis.*
4 *Rationes & instrumenta aut sunt publica aut priuata.*
5 *Rationes sunt publicæ quæ scribuntur ab habente publicam authoritatem.*
6 *Argentarii numularii & mensularii qui sint & fuerint.*
7 *Mercatores fuerunt ultra argentarios qui conficiebant rationes, sed erant priuatæ.*
8 *Mercatores & negotiatores non tenebantur ex edicto de edendo.*
9 *Quare uarii fuerint intellectus in hac lege, narratur.*
10 *Editio generalis fit uariis modis ad uarios fines & ex uariis causis.*
11 *Quinque sunt causæ inducendi coactionem editionis.*
12 *Editio quæ fit ex causa litis pertinẽs ad hunc titu. dicitur iudiciaria.*
13 *Casus figuratio aperiens omnia contraria de materia.*
14 *Lex ista recipit decem restrictiones in materia editionis.*
15 *Aduersarius quis proprie dicatur.*
16 *Quæstioni de facto an sit respondendum.*
17 *Liber rationum priuatarum regulariter probat contra scribentem.*
18 *Liber rationum priuatarum an faciat fidem pro scribente.*
19 *Liber rationum an probet liberationem cum iuramento scribentis.*
20 *Liber rationum quomodo in minimis probet pro scribente.*
21 *Liber rationum an confirmetur per mortem scribentis.*
22 *Liber rationum in uoluntariis probat pro scribente.*
23 *Partitæ rationum confirmatæ per instrumentum an probent.*
24 *Liber rationum probat pro scribente propter consuetudinem.*
25 *Rationes publicæ probant cum iuramento scibentis.*
26 *Dispositio generalis quomodo compræhendat casus priuilegiatos.*
27 *Regula istius legis quomodo compræhendat fiscum.*
28 *Fiscus agit cum priuatis tribus modis, & in duobus priuatus non edit fisco.*
29 *In causa dotis, matrimonii, studii, libertatis, & minoris, Reus nõ tenetur edere.*
30 *A regula non receditur nisi de causa urgenti doceatur.*
31 *Qui habet regulam pro se habet rem certam & claram.*
32 *Iudex debet exprimere causam quare absoluat uictum ab expensis.*
33 *Reus quare teneatur edere uocem uiuam, & non rationes suas.*
34 *Reus quare non edit rationes suas ad detegendum ueritatem.*
35 *Reus an locupletetur cum aliena iactura non edendo.*
36 *Reus ex causa iusta & apparenti edit actori.*
37 *Mandatum an sit necessarium ut argentarius uel reus edat.*
38 *Mandatum expressum requiritur in notario.*
39 *In argentario sufficit tacitum mandatum.*
40 *In editionibus regulariter non requiritur mandatum.*
41 *Mandatum in rationibus priuatis nihil operatur.*
42 *Notarius quomodo teneatur edere, & in quo differat ab argentario.*
43 *In notario requiritur mandatum expressum, fallit in actis.*
44 *Intellectus glo. exemplificantis in argentario non ualet.*
45 *Ex fortuita ammissione scripturarum multiplicanda est editio.*
46 *Fortuita ammissio scripturarum inducit nouam causam.*
47 *Reus tenetur edere instrumenta quibus est usurus.*
48 *Nomine testium an sint edenda.*
49 *Reus edit fisco solum in causa delationis, & de ratione.*
50 *Reus non tenetur edere fisco in causa criminali in qua imponitur pœna corporalis.*
51 *Reus non tenetur edere in causis fauorabilibus.*
52 *Mulier an possit esse argentaria.*
53 *Intellectus communis, quod hic mulier esset argentaria, non ualet.*

54 Intel-

54 *Intellectus Bar. quod hic mulier esset usuraria an procedat.*
55 *Leges antiquæ quomodo possint exemplificari per leges nouas, distinguitur nouiter.*
56 *Clem. prima de usuris habet locum in iudæis.*
57 *Clementina prima an procedat in nauta caupone & stabulario.*
58 *Nautæ caupones & stabularii tenentur edere quando conueniũtur ex commertio cum furibus.*
59 *Vendens carius an teneatur edere rationes.*
60 *Capitulum quamquam. de usur. procedit in uendente carius manifeste.*
61 *Hæredes usurarii non tenentur edere rationes.*
62 *Vsurarius tenetur edere omnes scripturas suspectas & schedulas.*
63 *Mercatores an teneantur edere rationes suas, late discutitur.*
64 *Mandatum de scribendo non inducit necessitatem edendi.*
65 *Consuetudo scribendi non inducit mandatum de scribendo uel edendo de iure antiquo.*
66 *Mercatores nostri temporis non tenentur edere rationes nisi impetrauerint a magistratibus facultatem scribendi rationes.*
67 *Reus edit rationes in quebus actor habet ius reale uel promissionem tacitam uel expressam.*
68 *Omnes species editionis possunt contineri sub editione iudiciaria.*
69 *Reus tenetur edere ad replicationem fundandam.*
70 *Reus tenetur edere rationes ex causa ab æquitate iudicis considerata.*
71 *Intellectus Azonis reprobatur.*
72 *In materia generali editionis contra doct. fienda est regula affirmatiua, quod editio regulariter est fienda.*
73 *Materia tota editionis breuibus uerbis reassumitur.*
74 *Editio an petatur iure actionis uel officio iudicis, late discutitur.*
75 *Editio fit iure actionis si fundatur in iure reali uel quasi.*
76 *Editio fit iure actionis scripturarum ultimæ uoluntatis.*
77 *Editio fit iure actionis propter præcedentem promissionem.*
78 *Editio quæ fundatur in solo fauore ueritatis inuestigandæ fit officio iudicis mercenario.*
79 *Editio actorum quando fiat officio mercenario, uel nobili.*
80 *Editio ex natura officii publici assumpti per quæ remedia fiat.*
81 *Edicta prætorum quæ remedia producant nouiter declaratur.*
82 *Ex edicto. ff. de edendo fit editio officio iudicis nobili.*
83 *Actio ex edicto prætoris est pœnalis & temporalis.*
84 *Effectus qui sint an petatur editio de iure actionis uel officio iudicis.*
85 *Ex mandato facto argentario quare non competat actio mandati.*
86 *Mandatum de scribendo quare non inducat necessitatem editionis.*
87 *Actus factus ab eo qui potest compelli an sit uoluntarius.*
88 *Remedium ex edicto prætoris competit sine formali mandato.*
89 *Necessitas officii non impedit nasci actionem mandati.*
90 *Argentarius non edit actione mandati, quia ei non mandatur ut edat.*
91 *Argentarius edit actione mandati si mandatur ut scribat, & edat.*
92 *Edictum de edendo est ordinarium in sua specie editionis.*
93 *Argentarius procurator tenetur edere actione mandati & officio iudicis.*

Repetitio l. 1. C. de Edendo.

1
DEVIDENTIAM† Præmittendum est, quod instrumenta in iure nostro capiuntur duobus modis principaliter, uno modo pro medio quo utimur ad aliquod faciẽdum, alio modo pro medio ad instructionem. Primo modo sumitur in rubro & nigro. ff. de fundo instructo in strumentoque legato, & per Abbatem in rubr. ext. de fide instrum. & non facit ad propositum nostrum, Secundo modo facit ad materiam nostram, & consideratur tribus modis, in genere generalissimo, genere subalterno, & in specie. Primo† modo sua significatione cõ-
2 præhendit omne illud quod potest instruere aliquem de aliquo negotio tam in iudicio quam extra, & compræhendit omnes scripturas, testes, & omnes alios modos instruendi. leg. notionem. §. instrumentorum. ff. de uerborum signifi. l. 1. ff. de fide instrum. c. peruenit. il 2. de test. cog. Secundo modo capitur pro omnibus scripturis continentibus in se aliquod negotium uel eius narrationem tam publicis quam priuatis, & hoc modo differt a testibus. l. in exercendis. inf. de fide instrum. & in toto titulo dum ponitur alia rub. de testib. & de fide instrum. & in ff. & in decretalibus. Tertio modo capitur instrumentum pro scriptura continente unum ne-
3 gotium tantum uel plura separata uel diuersa. † Et in hac tertia significatione differt a rationibus, cum in precedentibus duabus contineantur rationes, nam rationes dicuntur esse scripturæ continentes plura negotia aliquo respectu connexa, & plura data uel accepta, & nunquam ex unico actu possunt dici rationes. le. siquis ex argentariis. §. rationes. ff. eo. & instrumenta ut dictũ est contineant uel unum tantum uel plura negotia separata. Et sic instrumenta in genere subalterno diuidũtur inter rationes, & istrumenta in specie, in tantum q̃d rationes possunt contineri sub nomine instrumẽtorũ, & differre ab instrumentis secundum uarias assumptiones, & nomenclaturas.

4 Ista autem † instrumenta & rationes diuiduntur inter publica & priuata, nam instrumenta & omnes scripturæ confectæ a publica persona cum suis requisitis a iure, & respectu officii dicuntur publica, ut per Dec. in l. 2. in 1. notab. inf. eo. Illa uero quæ fiunt a persona priuata, uel a publica sine consideratione officii, uel non seruatis requisitis, priuata sunt, & ideo si de emptione domus uel fundi facta sit scriptura a notario rogato, erit publica scriptura, si uero fiat a partibus, uel a tertio subscripta a partibus uel aliis, erit scriptura priuata l. comparationes, & l. contractus. inf. de fid. instru. & l. scripturas. inf. de pig. act.

5 Similiter† rationes diuiduntur inter publicas & priuatas, nam rationes publicæ dicuntur quæ factæ sunt solemniter a publica persona, uel habente publicam authoritatem uel fidem. ut sunt argentarii uel numularii quibus a publicis magistratibus concedebatur potestas scribendi rationes & negotia communia cum partibus, & eorum fides erat approbata ad similitudinem notariorum, Rationes uero priuatæ sunt illæ quæ conficiũtur a priuato sine consideratione alicuius officii, & eius fides non est a magistratibus approbata, ut sunt omnes mercatores & industriosi & alii negotiatores.

6 Argentarii† autem erant antiquitus duobus modis, nam aliquando uniuersitas ciuitatis faciebat unam mẽsam, & constituebat locum in quo deberent omnes ciues uel alii deponere pecuniam suam recepturi eamdẽ ad suam uoluntatem & commoditatem, & huic mensæ præponebant personas approbatæ fidei quibus cõmittebatur ut tenerent computa & rationes omnium deponentium & recipientium pecunias suas, & rationes eorum appellabantur publicæ propter eorum fidem a publico approbatam. Secundo modo erant argentarii qui de suo profitebantur se uelle retinere mensam & bãcum in quo omnes ciues possent deponere pecunias suas recepturi easdem ad eorum uoluntatem & commoditatem in totum uel in partem, & isti pro faciliori executione impetrabant a publico ut eorum fides approbaretur & daretur sibi potestas scribendi rationes suas & omnium negotiantium cum eis, & fideliter promittebant conficere, & obtinebant, dicebantur conficere rationes publicas propter fidem publicam impetratã, & de istis particularibus argentariis loquitur tex. in l. si hominem. §. quotiens. ff. deposi. cum. l. sequen. & le. si uentri.

uentri.§.in bonis.ff.de priuil.credi.ibi publicam fidem sequuti.& leg.argentarius.ff.eo.& cum aliquando ex istis pecuniis depositis negociarentur ad suam utilitatem,& acciperent pecunias sub usuris, eueniebat quod aliquando foro cedebāt & decoquebant, ut dicitur in dictis iuribus,& cum essent priuatæ, & particulares psonæ poterant exercere argentariam istam, etiam per seruum,& facere quod seruus in publico haberet mensam argentariam.l.prætor.§.1.ff.eo. cum & seruorum fides circa scripturas conficiendas a publico approbari poterat.argum.l.generali.inf.de tabu. & scrib. lib.11. & habebant isti argentarii tria nomina,nam dicebantur argentarii propter argentum quod exercebant, & eadem ratione dicebantur nummularii a nummis, & mensularii a mensa, propter tamen uaria negocia distinguebātur in hac mensa argentaria officia, ut aliqui appellarentur argentarii, aliqui custodirent nummos & retinerent computum de eis & appellabantur nummularii,Alii stabant ad mensam recipiendo & soluendo pecunias, & isti dicebantur mensularii, & de istis tribus separatis officiis probatur in l.quædam.§.nummularios.&in l.argentarii.ff.eo.&in l.si uentri.§.in bonis.de priuilegiis creditorum.& l.si hominem.§. quotiens.cum l.sequē.ff. deposi. simul iunctis,& argentarii hoc secundo modo sumpti sunt in usu quotidiano hodie in omnibus ciuitatibus magnis,& appellantur Bācherii uulgariter impetrantes istam publicam fidē conficiendi scripturas, & aliquando accipientes pecunias sub usuris,& sæpissime foro cedentes. Primo uero modo raro hodie reperiuntur,cum uniuersitates hodie raro faciant istas argentarias,tamen potest poni exemplum in ciuitate Ianuæ,Barcelonæ,& Venetiarum.

7 Vltra†istos argentarios eodem tempore erant maximi negotiatores & mercatores qui faciebant magnas mercantias & negotiationes tam per se quam per seruos suos,& filiosfamilias,& conficiebant rationes pro eorum instructione,sed non impetrabant a publico ut eorum fides approbaretur in scribendo,neque promittebant scribere rationes aliorum,sed solum ex uoluntate propria pro eorum instructione, & ut possent uidere sua lucra & damna,& an serui bene se gererent in negotiis,conficiebant rationes, uel mandabant confici,quæ rationes appellabantur priuatæ, quia in eis nō interueniebat publica authoritas,uel fides,neque promissio aliqua de conficiendo realiter ipsas scripturas facta magistratibus.Et de istis mercatoribus & negotiatoribus loquitur totus titulus.ff. de peculio.&.ff.qđ cum eo, & .ff. de tributoria, & exercitoria actione. & inst.quod cum eo.& per totum.& quod conficerent rationes probatur in l.is qui.ff.si certum pet. ibi præpositus calendario,& in omnibus iuribus tractantibus de redditione rationis seruorum,ut in l.boues.§. inter cedere.ff.de uerborum signific.& in §.si peculium,inst.de leg.ibi,liber esto redditis rationibus, & l.cū seruus.ff. de cond.& demonst.cum infinitis concordantibus, & isti mercatores & negotiatores etiam hodie sunt in usu.Istas autem rationes uel instrumenta tam publica, quam priuata ante edictum prętorum negotiatores cōficientes raro tenebantur edere,cum nullum remediū ad editionem inducendam erat institutum, solū enim poterant peti rationes sibi exhiberi ab illis qui prætendebant dominium in corpore scripturarum.iux.legem tertiam.§.pen.ff.ad exhi.uel si per cautionem sibi erat prouisum.iuxta legem si quæ.ff.famil.hærcisc. uel alio modo per contractum promissæ fuissent iuxta legem quædam.ff.eo.Istis autem remediis deficientibus nullum aliud competebat,Quod cum esset iniquum & incommodum,fuit per prætores & constitutiones principum correctum,& primo prætores proposuerunt edictum de argentariis,mandantes ut ipsi tenerētur edere rationes confectas ex publica authoritate, de quo in l.prætor.§.1.& per totum titulum.ff.eo.& in instrumentis factum fuit aliud edictum quando pertinerent ad ultimam uoluntatem.ff.de tab.exhib.& quemadm. test.ape.sed quia ista remedia erant particularia, & illud edictum de argentariis compræhendebat tantum modo argentarios,& eis similes,ut nummularios & mēsularios habentes publicam authoritatem. Eueniebat

8 quod†tot alii mercatores & negotiatores qui conficiebant rationes priuatas non tenebantur edere rationes suas uel instrumenta priuata, quia non continebantur in edicto illo posito in lege prætor.ff.eo. Ideo de iis fuerunt factæ ab imperatoribus constitutiones,Primo regulam antiquam confirmantes,ut in lege.1. & in lege qui accusare.inf.eodem.Postea pro maiori utilitate quia illud uidebatur incommodum quod ipsi non tenerentur edere,factæ fuerunt aliæ constitutiones contrariæ ab Alexandro,disponentes quod rationes & instrumenta deberent edi.l.non est nouum.& l.iustum.& l. procurator.inf.eodem.Vnde succesit difficultas, utrū leges aliæ prohibentes editionem essent correctæ, cū nouę constitutiones mandantes editionem fieri uiderentur æquissimæ,ex eo quod essent fundatæ in ratione ueritatis inuestigandæ, pro qua omnis iudex tantū elaborare debet,ut no.in lege 2.inf.eodem.& dicemus in secundo not.Quare fuit necessariū recurrere ad Ale. qui ultimas conscripserat,ut declararet an istæ constitutiones contrariæ se inuicem corrigerent, uel potius in diuersis casibus procederent,& propterea facta fuit lex finalis inf. eod. per quam constitutiones positæ in hoc titulo,quæ inuicē uidentur cōtrariari,redactæ fuerunt ad concordiam, & decisum fuit quod non essent contrariæ sed diuersæ,& in diuersis terminis procederent,sed tamen non potuit tam clare Alexan.decidere quin pullurarēt difficultas, quomodo uoluerit dictas constitutiones contrarias reducere ad concordiā. Vnde duo fuerunt intellectus, unus glossatorum antiquorum sequentium seriem uerborum illius legis,& dicentium dictas constitutiones fuisse ad concordiam reductas per distinctionem inter actorem & reum, nullam faciendo differentiam inter rationes & instrumenta, ut sit decisio,quod actor tenetur edere rationes, & instrumenta ad fundandam exceptionem rei, & reus nō tenetur edere neque rationes neque instrumenta ad fundandam intentionem actoris. Secundus fuit intellectus Azonis qui cogitauit quod in lege argentarius. & in l.prætor.ff.eo. disponitur indistincte rationes edendas esse tam ab actore quam a reo uel a tertio, & quod leges iubent non constitui differentiam inter actorem & reum.l.fi.inf.de fruct.& lit.expen.& l.nō debet.ff.de regu.iur.ideo ipse dixit quod non debet constitui differentia inter actorem & reum, neque hoc modo uoluit Alex.concordare leges pugnantes,sed debet constitui differentia inter rationes & instrumenta, per quam distinctionem reducantur prædictæ leges pugnantes ad concordiam,ut sit sensus, quod nulla facta differentia inter actorem & reum rationes indistincte ab utroque edendæ sunt,quia communes sunt,& ita,pcedunt leges omnes permittentes editionem,instrumēta uero neque ab actore neque a reo edenda esse, propter regulam.l.nimis graue.inf.de testib.&hoc modo intelligantur omnes leges prohibentes editionem, inter quas est lex nostra.

9 Sed†quia hæc lex prohibet rationes edi actori, & de directo obstat intellectui Azonis qui uolebat indistincte rationes edi, Ideo ipse uolens euitare contrarium exponebat in isto tex.rationes, idest instrumenta, ut prohibeat instrumenta edi non autem rationes,& propterea in tex.nostro insurrexerūt duo intellectus,unus quod hæc lex prohibeat rationes edi a reo actori & instrumenta,qui fuit glo.antiquorum. Alius quod iste tex.tantummodo loquatur de instrumentis, & disponat reum non teneri acto i edere instrumenta, sed bene teneatur edere rationes,Sed tamen quia intellectus

Azo-

Azonis multum repugnat uerbis.l.nostræ.& l.fi.infra eodem. Cum illa lex clare constituat differentiam inter actorem & reum, nec aliter possit intelligi sine maxima uiolatione & subuersione uerborum. Ideo communiter* doctores in d.l.sequuntur intellectum glossatorum antiquorum, quod nulla sit differentia inter rationes & instrumenta, sed constituatur inter actorem, & reum, ut reus non teneatur edere neque instrumenta neque rationes ad fundandam intentionem actoris, sed econtrario actor teneatur edere tam rationes quã instrumenta ad fundandam exceptionem rei, & iste est uerus intellectus quem ego late comprobaui in l.fi.inf. eodem.& dicam inf.loco suo.secundum quem tex. hic proprie stat ut rationes non debeant edi actori, & de instrumentis non loquitur nisi uirtute extensionis, & similitudinis.

30 Generalis† autem editio ut dictum fuit in rubric. fit duobus modis, uel uocis uiuæ, uel uocis scriptæ, & editio uocis uiuæ fit edendo actionem, respondendo interrogationibus, uel testificando, Editio scripturarum fit uel de actis, uel de libello, uel de rationibus, uel instrumentis, uel aliis scripturis narratiuis. Et utraq; editio fit ad uarios fines, ut ad demonstrandum intentionẽ suam ad finem & effectum respondendi, & ad finem, & effectum probandi suam intentionem, uel aduersarii; & ad finem & effectum instruendi uel iudicem uel partem.

31 Rursus editio† fit ex uariis causis, ut etiam ibi dictum fuit, nam aliquando quis petit editionem fieri allegando causam quod habet dominium uel aliud ius reale in corpore scripturarum in totum uel in partem, & de hac causa potest poni exemplum in l.3.§.pe.ff.ad exhibend.& in l.si quæ.& l.Pomponius.ff.famil. hercis. & l.procurator.inf.eodem.secundum unum intellectum. Aliquando editio fieri petitur ex causa quod ita promissum fuit, & de hac sunt tria exempla, uuum in d.l. si quæ.& l.Pomponius.ff.famil hercis.Aliud in l.quædã. ff.eo.Tertium in l.Titius.& in l.creditor.ff.de actioni. emp.Tertio modo petitur editio allegando quod scripturæ pertinent ad ultimam uoluntatem, & de hac editione sunt tria exempla. Vnum in titulo.ff. de tab.exhib.Aliud in titulo quemadmo.test.aper. & aliud in l. qui concubinam.§.cum ita.& in l.prædiis.§. Titio. ff. de leg.3.& fundatur hæc editio, quia scripturæ pertinẽtes ad ultimam uoluntatem sunt communes respectu probationis inter omnes prætendentes interesse.le.2. ff.quemadmo.test.aper.& ibi glo.& docto. Quarto petitur editio fieri allegando causam quod illæ scripturæ sunt publicæ, confectæ a publica persona ex necessitate offici i sibi commissi, & de ista editione ponitur exẽplum in argentariis & numulariis.l.prætor.& l.argentarius.ff.eo.& secundum est exemplum in notario, ut per glo.in d.l.prætor.ff. eo. & de istis quattuor causis edẽdi siue quattuor editionibus sunt introducta remedia pinguia & plena competentia omnibus quorum interest, siue sint actores siue rei, tam ad intentionẽ fundãdam, quam exceptionem, uel ad defensionem, siue sit lis cum possidente scripturas, siue cum alio, ut patet ex generalitate dictorum remediorum.& in l. argentarius. ff.eo.& non faciunt proprie ad materiam legis nostræ. & l.qui accusare.& l.fi.inf.eo.nisi per quasdam improprias limitationes, & in eis est duplicatus fauor causæ editionis, scilicet causa particularis eiusdem fauor inuestigandæ ueritatis.

32 Quinto ex † causa fit editio, quando allegatur solus fauor inuestigandæ ueritatis super negotio de quo discutitur in iudicio, & de ista quinta causa edendi ꝓprie loquitur lex nostra, & lex qui accusare.infr.eodem. & appellatur editio iudiciaria, quia solum fit in iudicio & occasione iudicii, & licet aliæ editiones etiam possint fieri in iudicio & occasione litis, tamen etiam possunt fieri existente nulla lite.d.l.argentarius.ff. eo. hæc autem fit solum lite existente & ex officio iudicis mercenario, quidquid dicant glosæ & doctor.in hac materia qui ualde allucinati fuerunt & confusi. Et causa confusionis fuit, quia uoluerunt coniungere materiam tituli nostri cum materia argentariorum de qua in l.prætor. ff.eo.cum tamen sit maxima differentia ut dixi & infra in dies latius demonstrabo. Prædicta tamen satis sunt de mente Bar.hic in finalibus uerbis in distinctione sua & in secundo intellectu, dum uoluit quod hæc lex intelligatur de rationibus priuatis, & in le. quædam. in princ.ff.eo.& per glo.in clem.1.in §.cæterum. in uerbo rationem.extr.de usur.Ex quibus omnibus sequitur quod hæc l.& l.qui accusare.& l.fi.inf.eo. cum suis cõcord.solum loquuntur de rationibus priuatis quas cõficiebant illi mercatores quorum fides a publico nõ erat approbata, & non continebantur in edicto prætoris loquentis de argentariis, quorum rationes publicæ erãt, & leges de talibus rationibus loquentes non faciunt ad propositum legis nostræ.nec pro contrariis possunt allegari, quamuis in hoc glossæ & doctores uacillauerũt. Quæ editio fundatur solum in ratione ueritatis inuestigandæ, & in quadam æquitate, & ideo indistincte nõ permittitur, quia debilis est, sed cum distinctione posita in d.l.fi. infr. eo. cum declarationibus ibi latius per me traditis.

Iis generalibus sic præmissis concernentibus totam materiam editionis, deuenio ad legem primam. quæ diuiditur in duas partes, in prima ponit factum cui nõ respondet secũdum doctores, sed melius debet dici ꝙ ponit admonitionem seu instructionem quandam. In secunda ponit responsionem ad quæstionem propositam, Secunda ibi, nam quod. Summatur hoc modo. Actor debet habere suas probationes, quia reus ei ad fundandam suam intentionem non tenetur edere nisi ex causa.

33 Casus† ita breuiter fingi potest.erat quædam mulier industriosa forsan ex prouincia Galliæ uel Germaniæ quæ faciebat multa negotia mercantilia emendo uinũ triticum oleum pannos uel alias res quas postea minutim pro tempore uendebat, & ut sciret lucrum & damnum conficiebat quinternum rationum, & in eo scribebat merces emptas & pecunias solutas, ac res uenditas & pecunias redemptas, uel creditas, & cæterorum actuum suorum conficiebat scripturam priuatam per se uel per seruum ad sui instructionem tantum. Emilianus quidam cognoscens istã mulierem diuitem & industriosam, de ea confisus, deposuit penes eam quandam quantitatem pecuniarum quam dicta mulier scripsit in suo quinterno, Elapso certo tempore cum bene non esset clarum an mulier restituisset, petebat Emilianus pecuniam suam restitui, & mulier negabat illas accepisse, & cum Emilianus non haberet testes, instabat aduersariam cogi edere rationes suas ad inuestigandam ueritatis fidem, recusabat mulier se uelle edere, fuit quæsitum quid iuris.

Et uidebatur æquissimam esse petitionem Emiliani propter rationem ueritatis inuestigandæ pro qua iudex elaborare debet.c.iudicantẽ.30 quæst.5.& potius tollerandum esse scandalum quam quod ueritas occultaretur.c.qui scandalizauerit.de reg.iur.in antiquis.atque quia nemo debet locupletari cum aliena iactura, l.nam natura.ff.de cond.indeb. Et non debet princeps pati illicitas extorsiones.l.illicitas.ff.de off.præsi. & l. ex dolo.ff.de dolo.Secundo uidebatur tex.in terminis in l.non est nouum.& l.iustum.inf.eo. Tertio uidebatur totus titulus.ff.de tab.exhib.& l.3.§.pe.ff. ad exhiben.& l.si quæ.& l.Pomponius.ff.fami.hercis.& l.procurator.inf.eo. Quarto pro hac parte uidebatur textus clarus in l.quædam.ff.eo.& in l.Titius.& l.creditor.ff. de actio.empt. in quibus casibus reus indistincte edit. Quinto uidebatur tex.in l.prætor.et l.quædam.§. numularios, & l.argentarius.ff.eo, Sexto uidebatur totus titulus,

titulus.ff.de interroga.actio. ubi reus cogitur edere uocem uiuam contra se.& l.2.§.quod obseruari.cum glo. inf.de iur. calu. ubi tenetur edere positionibus actoris uocem propriam. Septimo facit.l.1.inf.de quęstio. Ubi principalis torquetur ut respondeat ueritatem, & seruus torquetur contra dominum de domo rei assumptus. Octauo facit l. dissolutæ.inf.de cond.sine causa. & quod no.glo.in l.2.ff.solu.mat.in uerb.suspectum.in fi. ubi tenetur de nouo facere instrumentum, ergo illud factum edere tenetur. Nono facit tex.in l.pe.ff.ad l.falci.ubi tenetur edere omnia instrumenta tam hæreditaria quam non hæreditaria. Decimo faciebat, quia depositum est priuilegiatum.l.e.final.infra depositi.& le. in contractibus.§.primo.inf.de non numera.pecu.ergo eodem modo in editione uidebatur esse priuilegiatum.

Istis tamen non obstantibus contrarium fuit determinatum in hac lege, quod immo dicta mulier non teneatur edere rationes suas contra se ad fundandam intentionem actoris Emiliani, & ratio decidendi est triplex, Primo, quia nimis graue est de domo reorum &c. l.nimis graue.inf.de testib.& bis interimitur qui suis armis perit. Secunda raro est, quia nimis damnosum est edere rationes, cum cogatur manifestare secreta sua, & pādere diuitias uel paupertates, quod est ualde periculosum mercatoribus.l.2.circa medium.inf.quando & quibus quarta pars debe. Tertia ratio est, quia reus indebite illaquearetur & periclitaretur, quia posset accidere quod pecunia fuisset restituta per mulierem & sibi non prouidisset de instrumento restitutionis confidens quod de acceptatione non apparebat scriptura aliena. Unde si cogeretur edere rationes suas, scriptura propria faceret fidem contra eam, & cum esset priuata nihil probaret in fauorem suum, & illa remaneret illaqueata, & tota iniquitas esset ex parte actoris illicite exigentis pecuniam sibi restitutam cum aliena iactura, cōtra naturam. Et ideo in tali dubitatione, an actor esset ille qui licite exigeret, uel reus illicite retineret, placuit determinare quod reus non teneatur edere rationes suas actori cui poterit imputari quare non prouiderat sibi de cautione, & instructus ad iudicium uenire debebat. Et propterea Antoninus cōuersus ad Emilianum admonet eū ut inquirat per omnes partes quomodo possit probare se deposuisse pecuniā. Nam eius petitio, quod aduersaria cogatur edere, non est iusta, cum non cogatur edere reus nisi ex aliqua causa particulari.

Nec obstant contraria, & primo quod ueritas debeat manifestari, quia illud procedit quando ex tali editione posset apparere tota ueritas, sed hic non potest apparere tota ueritas, qa posset esse q̄ mulier restituisset pecunias & non haberet cautelas de recepto, & ex ista editione iniq; grauaretur, & sic ueritatis inuestigādæ ratio nō militat. facit tex.in l.& si quidem.inf.de exce. & eodē modo respondetur ad illud quod locupletaretur cum aliena iactura, & ad illud quod non sunt permittendæ illicitæ exactiones, quia illud est uerum quā do illicita est exactio apparenter, hic uero sumus in dubio, & melior est cōditio possidētis.l.1.& per to.ff. de con.ob tur.caus. Nec obst. secundum principale de le. nō est nouum. inf.eo. quia respondet tex.in l.fin.quod ille leges loquuntur in actore qui tenetur edere in quo non militat tantum periculum illaqueationis. tex. uero noster loquitur in reo. Non obstat tertium, quia le. 3.ff.ad exhib.& lex si quæ.ff.fami.hercisc.loquuntur in alia editione quæ fundatur in iure reali uel quasi reali quod habebat actor in corpore scripturarum, & titul. de tabulis exhibendis similiter habet similem rationē, & illo casu editio indistincte fit cum concurrat duplex ratio dominii uel quasi, & fauor ueritatis inuestigandæ, & illud remedium propterea est pinguius, hic uero tractatur de editione iudiciaria quæ fit solum occasione litis, & fundatur sola ratione inuestigandæ ueritatis, & ideo debilis est, & fit ex solo officio iudicis mercenario cum distinctione inter actorem & reum. ut di. l.fi. Non obst. quarum principale de l.quædam. ff. eo. & lex Titius.& lex creditor. ff. de actio.empt.quia ibi tractatur de editione fundata in conuentione expressa uel tacita contingente ex natura negotii deducti in cō tractu, & competit actio ex illo contractu, & illud remedium similiter plenius est quam remedium legis nostræ, quia concurrit ratio ueritatis inuestigandæ cum conuentione tacita uel expressa. Nō ob. quintum principale de l.prætor.& l.argentarius.ff.eo.quia similiter ibi tractatur de alio remedio fundato in natura officii, & quia scribens habet authoritatem publicam, & promisit fideliter scribere, & per hoc sunt rationes publicæ, unde datur illud remedium quod est pinguius, & competit tam contra actorem quam contra reum, hic uero petebatur ut mulier ederet rationes suas priuatas confectas ad sui instructionem absque aliqua obligatione officii, uel redemptas pecunia sua ab argentario uel notario, quo casu sunt priuatæ, ut per Innoc. in c.1. de probatio.& Bar.in l.fi.in fi.uerbis.inf.eo.& non poterat competere aliquod præcedens remedium. & remedium l.nostræ nec potuit competere, quia ratio inuestigandæ ueritatis non militabat ut dixi in ratione decidendi. Non obst.sextum principale de l.1. de interrogatoriis actionibus.& l.2.§.quod obseruari. de iura calu. quia illæ leges loquuntur de editione uocis uiuæ quæ semper debet fieri & potest qualificari etiam dicē do ueritatem, ut inf.dicam in 5.no. hic autem tractatur de editione scripturarum quæ non possunt qualificari sine suspitione falsitatis, & ideo non potest argumentari de uoce uiua principalis ad scripturam uel testes eius, ut inf.dicam. Nec obst.lex prim.de quæstio.quia ibi in principali tractatur de uoce uiua de qua non tractatur in.l.nostra, & in teste est casus specialis in occultis criminibus, ut ibi notatur. Non obstat octauum de.l. dissolutæ, & de notatis per glo.in.l.2.ff.solut. matri. in glo.susceptum.in fi.&.l.plures apochas inf.de fide.instru.quia ibi apparebat clare quod pecunia erat soluta & uere debebatur, hic uero erat dubium de ueritate. Non obst.nonum de l.pe.ff.ad l.falc. quia ibi editio fit ad replicationem, quo casu reus tenetur edere, quia tūc actor tractat de se defendēdo ut præsupponitur in tex. hic, in uerbo ex causa, & est una limitatio ad istam legem, & late ponitur in lege fin.infra eo. Non ob.quod depositum sit priuilegiatum, quia priuilegia competunt deposito quando constat esse depositum, hic uero negabatur, & non apparebat, ut etiam sentit Alciatus. item in hac materia editionis non attenditur priuilegium causæ uel personæ, quod patet, quia fiscus ipse tenetur edere.l.non est nouum.& le. iustum. & le. procurator.infra eodem. & infra dicam loco suo. & latius in lege secunda.& leg.final.infra eodem. ex quibus remanet conclusio, quod hæc mulier non tenetur edere ad fundandam intentionem actoris istas suas rationes priuatas in quibus actor nullum prætendebat ius in corpore, nullam promissionem tacitam uel expressam, & nullum prætendebat officium susceptum.

14 Ex omnibus istis † responsionibus apparent multæ restrictiones ad istam legem. Primo, quod loquitur in reo & non in actore. Secundo, quod loquitur in rationibus priuatis & non publicis, ut etiam tenet Bartolus infra in secundo intellectu. Tertio, quod hic actor nullum habebat ius reale uel quasi in istis rationibus. Quarto, quod nulla interuenerat promissio de conficiendo rationes & de edendo tacite uel expresse. Quinto, quod ista mulier non erat argentaria, nec aliquod officium publicum habebat ex cuius natura teneretur edere & conficere rationes, quamuis multi in hoc allucinati fuerint, & glosa & doctores aperte tenuerint contrarium, & per consequens

sequitur quod leges loquentes de argentariis ex edicto prætoris non pertinent ad materiam istius legis, & legis qui accusare.& l.fi.inf.eo.quæ solum loquuntur de rationibus priuatis uel publicis redemptis pecunia ,propria ab argentario uel notario,quo casu sunt priuatæ, ut p Inn.in c.1.de prob.&Bar.in l.fi.in fi.uerbis.inf.eo. Nec eam possunt determinare,quamuis & in hoc doct. fortiter uacillauerint. Sexto,quod ista lex non loquitur de uoce uiua,quia eam ipsa mulier tenetur edere respondendo positionibus.Septimo,quod hic erat causa ciuilis non criminalis occulta.Octauo, quod hic nō petitur restitutio instrumenti, & hic non constabat solutā fuisse pecuniam.Nono,quod iste Emilianus petebat sibi edi ad intentionem fundandam, non autem ad replicationem,uel ad coadiuuandam intentionem, quia tunc teneretur ei edere mulier.Decimo, quod ista mulier non erat usura iis rationibus, nam alias teneretur edere saltem postlitis cōtestationem,per.l.1,§.edenda, ff.eo.Hic est casus apertus continens totam materiam editionis generaliter,& aperiens uiam omnibus cōtrariis,exponens resolutionem,& breuem ad omnia contraria quæ possent allegari in tota materia,in quorū resolutione multa dixi contra & præter docto.de quorū ueritate particulariter inf.discutiam detegēdo multos errores antiquorum & modernorum, & si plene nunc non intelligis, tunc scies, unde ista non repræhendas nisi prius de tota materia sis instructus.

15 In tex.ibi aduersaria.colligitur, ꝙ aduersarius dicitur esse ille qui mihi se opponit in lite, ut dixit Abb. in c.1.de iud.in 1.no.& in c.fi.de eo qui mittitur in possessione.& hic Dec.& ibi.Quod ampliatur procedere etiā quod lis non sit incepta.§.fi.inst.de pœn.tem.litig.ubi aduersarius dicitur antequam citetur.Item procedit in subrogato in lite.c.siquis.ut lit.pendente.in 6.& ibiDominicus in 2.nota.facit tex.in l.1.ff.de alien. iud. mut. ca. ibi aduersario alio opposito.Similiter procedit etiā in iudice qui inquirit,nam ipse dicitur aduersarius, secundum Dec,in d.c.1.de iud.in 2.no. quia contra iudicem opponuntur illę exceptiones quæ obiiciuntur accusatori,quia subrogatur loco eius,secundum Bar.in l. 2.§.si publico.col.4.uer.quæritur utrum.ff.de adul. & Alex.in consi.175 col.2.uol.2. Nec ob.text. quem ibi no.Bál.in c.cum speciali.de appel.ubi distinguitur iudex inquirens ab aduersario,dum dicit, uel si forte aduersarium non habeat cum iudice,quia ibi non dicitur quod iudex non sit aduersarius, sed quod non est illa pars accusans,& ideo glo.in l.si appellationem. C. de appell.exponit aduersarium,idest iudicem,sed quia est magna uiolatio ad d.c.cum speciali, dicendum est ut statim dicam. Similiter aduersarius dicitur non tantū principalis sed etiam procurator & aduocatus, SecundumNicolaum deMatarellis in uerbo aduersarius.post Antonium de Butrio.d.c.1.de iud.2.no.& in c.testimonium.2.no.ext.de test.& probatur in l.1.§.qui autem. in uerbo aduersaria.ff.de iur.calu.& per Dec.in d. c.1. Subdunt tamen docto.hic & ibi,quod proprie aduersarius dicitur quando se opponit in lite,alias autem si est extra iudicium nō dicitur proprie aduersarius,per tex. in l.cum aliquis.& ibi Alber.C.de iure.delib.ibi,in iudicio aduersatur. & Dominicus in c.1.de iur.calu.in 6. in 3.no.quod dixit Dec.esse notabile pro statutis. Sed hoc ultimum mihi non placet quia non reperitur restricta significatio istius termini aduersarii, qui ita potest uerificari extra iudicium sicut in iudicio, cum omnis dicatur aduersarius qui aduersatur.Item lis potest dici etiam extra iudicium,ut no. in l.ii.inf. de trans.

Vnde puto dicendum,quod aduersarius proprie dicatur omnis ille qui mihi se opponit in quacunque causa tam in lite quam in libello siue in disputationibus.p d.l.cum aliquis. dum dicit,se parat aduersarium in iudicio,ergo extra iudicium etiam aduersarius potest esse, sed tamen postea iste terminus diuiditur inter aduersarium in lite,& extra litem.d.l.cum aliquis.Vnde si statutum facit mentionem de aduersario intelligitur secūdum subiectam materiam,sed si sumus in materia indifferēti,cōis*opinio, quod intelligatur de aduersario in lite,potest procedere, non quod alias non sit proprie aduersarius,sed quia uerba in dubio potius intelliguntur in specie quam in genere, ut no. in rub. ff. soluto mat.&inter plures species intelligitur in dubio de potiori significatione.§.sed quoties.inst.de iur.na.gen. & ciui.& l.1.ff.si ager uecti.& emph. In text.ibi,dispice. gl.exponit diligenter aspice.cōcordat text.in l.sed & si rem.§.fi.de peti.hære.ibi,dispicite.Vel aliter dici pōt, idest circum circa & per omnes locos aspice. In text. ibi,quemadmodum.gl.exponit duobus modis,sed debent simul coniungi,& dici per omnes partes aspice,& qualiter & quéadmodū & pet quas probationes possis facere fidem de tuo credito,nam quod desideras &c.

Et ex hoc colligunt hic doct. quod quæstioni de facto non respondet imperator, idest nō dicit quomodo se habeat factum,sed quæstioni iuris respondet,quę ponitur in uer.nam quod.Sed ego puto quod hoc nō colligatur in isto tex.quia nō est uerum quod hic ponatur quæstio facti,non enim probabile est quod Emilianus interrogaret imperatorem ut diceret quas species probationis haberet,& quemadmodū probare possit, sed sola quæstio fuit, an aduersariam suam posset cogere ad edendum causa probandi intentionem suam, & imperator respōdet admonendo eum ut aliter ipsę inquirat quemadmodum possit probare,quia desiderium suum nō est iustum & probabile, cum reus nisi ex causa

16 cogatur edere.†Dictum tamen docto.probatur in l. eū quem temere.ff.de iud.&in l.ut responsum.inf.de trās. & in l.præcibus.inf.de impub.& ali.subli. ubi iubetur narrationem facti fieri ut congruum responsum de iure dari possit,&ex humanitate aliquando imperator distinguit species facti,per modum tamen conditionis, quia ueritatem ipse scire non potest nisi forsan per processus,uel alias legitime esset instructus.c.1.de constit. in 6.& ignorantia facti potest decipere etiam prudentissimos.l.2.ff.de iur.& fac.ign.facit.l.fi.ff. pro suo. & ex diuersitate facti diuersificatur ius.l.si ex plagis. §. in cliuo.ff.ad l. aquil.

Incontrarium tamen uidetur tex.in l.Diuus.ff.de offic.præs.ubi iubet imperator quod si furiosus interfecit matrem & sit semper furiosus quod ei parcatur,si uero habet dilucida interualla,tunc inspiciatur an in furore existens hoc fecerit,uel non existens in furore, & si aliqua signa compererit quod consulat ipsum,&si mandat consultationem fieri de facto.& eius qualitate.soluit glo.in d.l.eum quem.& Alber.ibi.& in l. solent. §. legatis.de off.procons.quod ibi non consulitur de facto,sed de qualitate facti, quia cum factum esset dubiū propter pares probationes uidetur tunc potius consuli de iure,ut hic etiam perDec.quæ declaratio non placet, quia ibi non erat difficultas in paribus probationibus,sed solum dfficultas erat an præsumeretur esse furiosus,& responsio,quod intelligitur de facto ambiguo,nec etiam est bona,cum ea attenta semper consuleretur super quæstione facti,cum de facto claro nulla potest esse quæstio. Præterea præsumitur iudicem ignorare facta clara.ca.1.de const.in sexto.tanto magis ergo ignorabit facta dubia,& si præsumitur ignorare constitutiones quæ publice exercentur in foro,tanto magis præsumetur ignorare negotia subditorū occulta,maxime si dependent ab animo.Ideo dicendum est quod ibi non erat quæstio super facto,sed solum cōsulitur super præsumptionibus uel coniecturis deductis in processu, an probent animum occidendi, unde uere ibi erat quæstio iuris,an præsumeretur habere animum occidendi, & qua pœna esset plectendus in hoc delicto præsumpto, cum pœna arbitraria regulariter in talibus dubiis soleat imponi,le,prima.& per totum. ff.de

ff. de extraord. crimi. Secundo etiam potest dici quod non est inconueniens ut respondeat super quæstione facti quando factum est deductum in processu & dubitatur quid sit probatum in illo processu, prout uidetur obseruari in omnibus sententiis declaratoriis propter probationes factas in processu. iux. no. in l. ex diuerso. §. 1. de rei uend. quamuis etiam subtiliter intuenti est potius declaratio iuris competentis.

Resoluendo tamen quæstionem in totum ita debet distingui. Aut est factum clarum. & tunc fatua est dubitatio & inquisitio, Aut est factum dubium, & tunc aut quæritur de certitudine naturali facti, & tūc solus Deus potest hoc dicere, uel illi qui fuerunt præsentes per sensum corporeum percipientes, ut no. in. §. fi. instit. de uulg. & pupil. & arg. no. in l. testium. C. de testib. Si uero quæritur de facto probato uel deducto in processu & tunc uera scientia non habetur, sed uehemens credulitas, ut per Bar. in l. admonendi in 4. col. ff. de iureiur. & in l. de etate. ff. de min. & tunc potest consuli de facto ut iudicetur super præsumptionibus, an presumatur ita esse factum uel non esse, & an interuenerit animus uel non interuenerit, & ita loquitur. d. l. Diuus. in qua in effectu est quæstio iuris, an ille præsumptiones inducant probationem unius uel alterius facti.

17 Secundo † notandum est ex isto tex. q̄ liber rationū probat contra scribentem, quia si non probaret contra eum, frustra ista mulier uexaretur in editione, & hoc tenet hic Antonius de Alexandria ponderando istū text. & Bar. in l. nuda ratio. inf. de dona. col. 2. uer. circa secū dum. & in l. quædam. §. nummularios. ff. eo. & in l. admonendi. col. 8. uer. circa secundum. de iureiurā. & ibi Ias. latissime colu. 46. uers. principaliter est uidendum de libro rationum. & uers. uideamus particulariter. ubi dixit idem esse siue fateatur esse suam scripturam, siue neget & postea appareat. Item siue sint scriptæ manu sua siue per manum seruorum suorum uel administratorum, dummodo existant penes dominum, ut per Antonium in c. 2. de fide instr. colu. 5. & ibi Abb. cum aliis cumul. per Ias. in d. loco. Quod tamen intelligitur si est liber rationum completus continens negotia ordinate, secus si esset una schedula pro memoriali, uel scarta facium quoddam. Bal. in rub. C. de const. pec. & Rom. in d. l. nuda. 3. col. & Ias. in d. loco uer. 2. limita. Idē debet intelligi quod causa debiti sit assignata, quia si nulla esset assignata causa, rationes nō faciunt fidem, quia liber non potest inducere obligationem sine causa, ut per Bal. in rub. de fide instr. col. 13. uer. sed quæro quid si in libro. & Abb. in d. c. 2. de fide instr. col. 8. facit lex cum de indebito. §. fi. ff. de prob. Quarto debet intelligi nisi aduersarius primo impugnasset, ut ibi per Iasonem uer. 3. limita. facit tex. in capit. cum olim. de censi. & ibi doctores.

18 Sed † dubium maius est, an liber rationum faciat fidē pro scribente, in quo docto. ponunt regulam quod nō. l. nuda ratio. ff. de dona. l. rationes. & l. exemplo. inf. de proba. & idem tenet Bar. in d. l. quædam. §. nummularios. ff. eo. & in l. admonendi. colum. 8. uer. circa secū dum. quem sequuntur ibi communiter doctores. Limitatur tamen secundum Dec. hic, non procedere in partitis continentibus liberationem seu factis ad liberandum, nam interueniente iuramento scribentis faciunt fidem pro scribente, & eius liberatione allegat Bal. hic col. fi. uer. & istud est uerum, quem sequitur Alex. hic in fi. & in consi. 54. circa id. col. pe. uer. & tanto magis. & in consi. 183. uisis subtilissimis. in prin. uol. 2. Aret. consil. 50. ibi, longa est. col. 3. & Cor. consi. 81. quamquam. col. pe. uol. 3. & Socci. consi. 250. circa præsentem col. pe. & Petr. de ancha. in clem. 1. §. cæterum. uers. subsequenter. de usur. col. pe.

19 Sed hæc † limitatio uidetur multum dubitabilis, cum faciliter quis posset excogitare uerisimilitudinem, cū possit dicere quod suus aduersarius est liberalis, ergo fecit multas expensas, & præsumitur accepisse multas pecunias suas, & Alexand. dicto consilio. 54. non dicit hoc procedere simpliciter, cum ibi concurrebāt multa alia propter quæ præsumebatur ueritas, & Alexander ibi loquitur quando ille qui scripsit erat deputatus ad scribendū & ad illam artem, ut patet ex l. quā allegat. & l. pe. in fi. inf. de erogat. milit. an. & sic erat iam approbata persona. & l. si quis. §. pe. de dona. & idem dixit Bal. in d. l. id quod pauperibus. in fi. sup. de episco. & cleric. & uoluit Alex. in d. cons. 186. ubi uoluit dictum Baldi procedere ex mente sua, quando ille qui scripsit erat solus & erat per suos socios deputatus ad scribendum, nam tunc etiam uidetur approbata eius persona, & potest dici quod interueniente iuramento & concurrente uerisimilitudine & difficultate probationis quod faciat fidem, alias secus. Et ideo ista limitatio restringi debet, ut procedat concurrentibus quattuor, Primo, quod sit approbata persona, ut qa sit deputatus ad scribendum. Secundo, quod partita sit uerisimilis. Tertio, quod sit difficultas probationis. Quarto, quod interueniat iuramentum, & istis concurrentibus procedit limitatio, alias non, ex mente doctorum quos ipse Decius allegat. Et ideo si mercator ad suam instructionē cōficeret rationes, non facerent fidem etiam cum iuramento, quia non fuit deputatus ad scribendum per illos quibus uult præiudicare in scribendo, ut per Alexandrum in dicto cons. 186. in prin. uol. 2. & ita tenet Franciscus Curtius in d. l. admonendi. nu. 104. uersi. in quantum Bar. & Ias. in d. l. admonendi. col. 14. uersi. 4. principaliter concludo.

20 Secundo † limitatur ista conclusio non procedere in quantitatibus minimis in quibus liber rationum probat pro scribente, secundū Bal. in l. id q̄ pauperibus. in fi. sup. de episco. & cler. & in l. 1. col. 3. inf. de conf. & Abbas in c. bonæ. de postul. prælat. il 2. col. fi. & Pau. de castro in consi. 138. alias. 140. allegato hic per Deci. sed istam limitationem similiter ego puto restringendam in iis qui sunt deputati ad scribendum, ut sunt tutores, curatores, sindici, & socii, & similes personæ quarum fides approbata est per deputationem, nam scripturæ istorum credendum erit, & in istis terminis loquitur Bal. in d. l. id quod pauperibus. & in iis terminis eū approbat Ias. in d. l. admonendi. colu. 49. uer. quarto principaliter redeundo. Sed si contingeret quod aliquis faceret massariam magnam, & scriberet in rationibus suis se soluisse aliquas pecunias paruas laboratoribus suis pro eorum labore, nam ei non deberet credi, cum sit testis in causa propria, & faciliter possent defraudari pauperes, uel etiā si aliquis scriberet se soluisse salarium suis seruitoribus in domesticis rationibus, non puto quod præstaretur fides eis nisi interueniente iuramento, & uerisimilitudine aliqua, quia eius fides adhoc non uidetur approbata, & militat regula generalis, q̄d scriptura non facit fidem in fauorem scribentis. l. exemplo. & l. rationes. inf. de prob. Sed solum faciunt quandam presumptionem minorem & maiorem secundum qualitatem & bonam famam scribentis.

21 Subdebat † tamen Dec. hic, quod in casibus in quibus requiritur iuramentum, si mortuus sit scribens, quod ei præstabitur fides ac si iurasset. secundum Pau. de castr. in dicto consi. 138. ad bene examinandum. in 2. colum. quia tm̄ facit mors quantū iuramentū, quia non est credendum quod mortuus uelit relinquere falsum librum contra conscientiam, & hoc etiam replicat Paulus de castro in dict. l. admonendi. Sed hoc dictum non puto uerum, quia Barto. in d. l. admonendi. & ibi Alex. Paulus & Iaso. dicunt solum quod facit magnam præsumptionem pro hærede, non autem dicit quod facit plenam uel semiplenam probationem. ut ibi not. Iaso. columnn. 47. uersicul. circa secundum. ubi examinat per mediam colu. Præterea ratio sua posset concludere in eo qui moritur cōfessus, & optime perfecteq; disposuit de ne-

de negotiis suis, sed in eo qui moritur ex improuiso, uel nõ credens mori, prout sæpissime accidit, secus est, & in terminis hoc dictum Pau. de cast. repræhendit Ias. in d. l. admonendi. col. 49. uer. 4. principaliter. circa fi. & allegat Bal. in tit. de pace const. in uer. uasalli. il pri. ad fi. qui dixit quod non omnis qui moritur est sanctus & contritus, & ideo testis examinatus in articulo mortis potest reprobari, quia nõ præsumitur sem per quod moriens dicat uerum. gl. in c. literas. in uerb. graue. & ibi Bal. in 4. col. ex. de presumptio, Et hoc puto uerius, ut solum insurgat aliqua fortior præsumptio, sed non tanta quantam inducit iuramentum.

22 Tertio†limitatur dicta conclusio secundum Bar. in iis quæ dependent ab eius uoluntate, ut in protestatione declaratoria uoluntatis quæ probatur ex simplici scriptura priuata. l. alimenta. inf. de neg. gest. & sequun * tur omnes docto.

23 Quarto†limitatur non procedere quando una partita uel plures fuerunt confirmatæ per instrumentũ publicum, nam tũc in aliis etiã faciẽtibus in fauorem scribentis uidetur ꝙ debeat prestari fides secundum Paul. de cast. in d. consi. 138. quem seq. Are. in §. actionum. insti. de actio. in 13. q. in materia tute. & eum refert & simpliciter seq. Ias. in d. l. admonendi. col. 50. uer. 5. principaliter, quia sicut si in parte scriptura est falsa, in totũ est falsa, per Inno. in c. fraternitatis. de hæret. Barto. & alii in l. si ex falsis. C. de transact. Ita econtrario si pro parte est approbata, in totum uidetur approbata, & hoc idem uidetur tenere Mathesilanus in notabili suo. 79. & sequ. hic Sali. dicens quod si aliquis utitur libro rationum in sui fauorem quod debet pati quod credatur in eius damnum. alleg. no. in c. olim. de censibus. & gl. in l. 1. §. diem. ff. eo. & l. Gallus. ff. de usur.

Sed in contrarium facit, quia secundum hoc aperiretur uia falsitatibus, nam quis in suo libro rationum scriberet decem partitas falsas, & postea scriberet decem ueras de quibus conficeret instrumenta publica, & hoc modo probaret bonũ esse suum librum falsum, quod est ualde iniquum, Ideo dicebat Abbas in c. 2. 8. col. de fide instr. quod si mercator scripsit se emisse merces pro tanto pretio, & postea in alia partita distanti dixisset se soluisse tantam pecuniarum quantitatem, quod poterit aduersarius acceptare primam partitam de emptione, & repudiare secundam partitam de solutione, & ita dicit esse tenendum, quamuis Cardinalis teneat oppositum in capitulo Bonæ. de postul. prælatorum. & Caccialupus in dic. l. admonendi. num. 64. repræhendit illam differentiam Matthesilani inter epistolam & librum rationum.

Vnde pro solutione puto cõsiderandos esse tres casus, Aut capitula sunt connexa, ut quia in eadem partita dicat se emisse merces pro centum & soluisse pretiũ & tunc illa non potest pro parte acceptari & pro parte repudiari, & si per instrumentum una pars fuisset approbata, tota censeretur approbata, quia cum sit eadem oratio non potest acceptari pro parte sic & pro parte nõ, licet secus sit in epistola, ut per Mathesilanum in d. notabili. 79. qui in hoc optime loquitur. nam epistola est unum corpus habens diuersa capitula sicut sententia. l. etiam. §. ex causa. ff. de minor. sed liber tationum est unum corpus habens plures partitas, & una partita uidetur quodammodo esse una oratio indiuisibilis, ne dẽtur tot minutiæ in libris, quia negotia separata separatim scribuntur, connexa reputantur pro uno actu indiuiduo, sicut dicitur per Bar. in l. grege. §. 1. ff. de fideius. respectu formæ & destinationis, quod sentit Bar. in di. §. nummularios. quia cum solutio & emptio sunt diuersa facta non potest aliter exemplificari. Bar. ibi de connexis nisi sint acta diuersa habentia connexitatem uel respectu scripturæ uel negotii uel personarum uel omnium simul.

Secundus est casus, quando in libro sunt partitæ diuersæ inter diuersas personas, & ex diuersa causa, uel etiã inter easdẽ personas ex diuersa causa, quæ separatio est in scriptura & in negotiis & personis, uel in scripturis uel negotiis solũ, & tunc si aliquæ partitæ sunt probatæ per instrumentũ, non sequitur ꝙ aliæ partitæ sint uere, quia alias daretur materia fabricandi falsum, ut sup dixi, & in hoc uidetur esse communis* opinio ut sentit Bar. in d. §. nummularios. quia Math. loquitur de partitis ex eadem causa & inter easdem personas, non ex diuersa causa, quod patet Per exemplum epistole in qua loquitur de eisdem personis & ex eadem causa, ut expresse tenet Ias. in d. l. admonendi. col. 51. uersi. quid tenendum, ubi refert multas authoritates contrariãtes sed in hoc residet etiam Cur. ibi nu. 505.

Tertius est casus, quando in libro rationum continentur plures partitæ ex eadem causa & inter easdem personas, sed in diuersis locis scriptæ, ut si in uno loco scripsit emptionem, & in aliis cartis scripsit plures partitas solutionum, & confessata uel comprobata fuit per instrumentum una ex illis partitis solutionis, & in hoc * uidentur doctores uarii magis, tamen communiter * doctores uidentur approbare dictum Mathesilani, concludentes quod dicantur partitæ connexæ & subordinatæ, ex quo sunt ex eadem causa & inter easdem personas, ut clare uidetur tenere Decius in dicto cap. 2. de fide instr. licet Abb. ibi aliud tenuerit, & hoc etiam ego puto uerum si concurrat uerisimilitudo & iuramẽtum scribentis & arbitrium iudicis bene discurrentis circa subordinationem illarum scripturarum, ad cuius iudicium doct. multum se referunt.

24 Quinto†limitatur non procedere qñ esset statutum uel consuetudo in ciuitate quod crederetur libris mercatorum, nam tunc præstabitur fides rationibus priuatis, ut aliquid operentur, quia rationes publicæ de iure communi faciunt fidem ꝓ scribente, ut inf. dicã in quæstione mercatorum, & hanc limitationem tenent omnes in d. l. admonendi. dummodo rationes sint facte de pertinentibus ad mercantiam uel negotiationem, quia una consuetudo & lex potest dare authoritatẽ scripturæ. c. cum dilectus. §. fi. de fide instr. quod tamen declara ut per doct. in d. locis. & Caccial. ibi ponit quid iuris quando statutum est in ciuitate Senarum, & Florentinus uenit ad ciuitatem Senarum, an credatur libris Florentini, ut ibi per eum. col. 22. nu. 73.

25 Sexto†declara d. conclusionẽ procedere in scripturis priuatis & rationibus priuatis, sed in rationibus publicis, an faciant fidem pro scribente, uariant doct. & Bar. in d. §. numularios. uidetur tenere quod de iure cõmuni non faciant fidem pro scribente. sed Bal. & Nicolaus Mattarellis & Sali. in l. rationes. inf. de prob. dicunt qđ faciunt semiplenam probationem. Salic. uero ibi se remittit ad dicta hic, sed hic tenet opinionem quod rationes factæ ab argentario uel alio de cuius officio sit cõficere rationes, quod faciant plenam fidem pro scribẽte ut hic latius per eum. Specu. uero tit. de instrumentorum editione. §. nunc uidendum. in uer. licet autem instrumenta. tenet quod si nummularii nostri temporis faciunt scripturam, quod præsumitur pro eis, & illa facit fidem semiplenam cum iuramento partis uel adminiculo testis. Sed Ias. in di. l. admonendi. qui refert ista col. 51. uersiculo ultimo circa istum casum. tenet quod solum faciant aliqualem præsumptionem, Ego autem puto quod faciant semiplenam probationem perfectã taliter quod cum iuramento suo plene probabũt, quia persona istorum scribentium est approbata a publico ut omnes fatentur. Item datur eis liber registratus qui similiter est approbatus. Item publice profitentur se uelle tenere rationes utriusque partis quando petunt sibi dari licentiam scribendi, & propter ista notarius gerit uicem duorum testium, ut notatur per doctores in c. cum Ioannes. extra de fide instrumen. Quare apparet quod scriptura habet authoritatem publicam, ut

dicitur in d.l.argentarius.& l.quædam.§.numularios. ff.eo.& ideo debet plus importare quam scriptura personæ priuatę,&sic saltem facere semiplenam probationem. Et hoc efficaci ratione suadetur, quia alias ipsi cāpsores illaquearentur, cum rationes indistincte teneantur edere, ut inf.dicam.l.argentarius.ff.eo.& probarēt contra se exceptionem pecuniæ, & solutionem eiusdē postea per ipsos factam non possent probare nisi haberent ad latus semper notarium, in tantum quod eorū officium non duraret ultra unum annum, quia omnes cederent foro cum pecunias solutas non possent probare,& esset ualde inconueniens quod de tot solutionibus quæ fiunt quotidie in banchis magnis & magnis apothecis semper deberet fieri scriptura notarii.

Vnde dicendum est omnino, quod si libri non habēt aliquā maculam,& sunt arbitrio boni mercatoris scripti,& regulati, & non sit deductum ab aduersario aliquod præstās probabilem suspitionem falsitatis, quod eorum libris cum iuramento præstabitur plenissima fides in eorū fauorem, Cum sola uerisimilitudo in deputatis ad scribendum per priuatas personas cum iuramento faciat credi priuatis scripturis, ut concludunt doct.communiter * quos retuli in prima limitatione, quanto magis dicendum est quod si persona est approbata a publico quod debet præstari fides eorum publicis rationibus in fauorem eorū, Nec ob.fundamētum Bar.de notario qui pro se non potest conficere instrumētum, quia aliud est in notario qui solum deputatur ad faciendum negotia aliena & nō sua,sed campsores &mercatores deputātur ad scribenda negotia propria & aliena simul,&promittunt se uelle custodire alienas pecunias,& exbursare minutim ad eorum uoluntatē, & retinere bonum computum, & notarius in negotiis suis cōmunibus potest prouidere sibi de alio notario, quia non sunt in notario tanta negotia in uno die sicut in campsoribus & mercatoribus sunt in una hora,&ita obseruat consuetudo,& licet quasi in omnibus locis de hoc sint statuta,tamen puto quod istud etiam sit de iure communi per prædicta,& sentit Bar.in d.l.nuda.sibi contrarius,quæ nota,quia utilissima sunt.

26 Tertio†notandum est,quod reus non tenetur edere in causa depositi,ex quo sequitur, quod reus non tenetur edere in causa priuilegiata, cum depositum sit priuilegiatum,quia non opponitur compensatio.l.fi.infr. de compensa.& habet executionem paratam, ut per Bar.& Ang.in l.pen.infr.depositi,& non potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ.l.in contractibus §.quoniam.inf.de non nume.pecu.& aliquando negās punitur in duplum.l.1.§.1.ff.deposi. Et est ratio, quia regula generalis comprehendit casus priuilegiatos dū modo nō tollatur priuilegium.l.in fraudem.§. fi. & ibi Bal.ff.de testa.mili.& per Dec.in l.1.inf.unde liberi.& hoc tanto magis procedit in probationibus, quia adhuc ante probationes factas non apparet quod sit depositum,& priuilegia non conceduntur nisi quando constat de essentia actus & eius ualiditate.l.Diuus.ff. de testa.mili.& ibi Bar.&.§.1.insti.de mili. testa.& per Bal. & Salic.in l.1.col.fin.infr.plus ualere quod agitur.in fi. quæst.& l.1.ff.de is qui not.inf.& per Bartol.in le.1.§. permittitur. Et hæc regula habet locum etiam quod aliunde non possint haberi probationes, quia fundatur in naturali æquitate materia editionis.l.iustum. & l.fi. infr.eodem.& per Bartol.in auth.ad reprimendum. in uerbo figura.colum.fina. uersi. & ante ex hac causa, & hic per Ias.

Quantum uero ad principale dictum, an regula generalis comprænhendat casus priuilegiatos,duæ tradūtur regulæ per doctores,una negatiua, quod dispositio generalis non comprænhendit casus priuilegiatos quando ipsi casus sunt priuilegiati in materia regulæ. † Sed
27 contra istam regulam facit tex.in l.iustum. infr. eod.& l.illatæ,inf.de fide instru.ubi fiscus tenetur edere aliis, ergo ipsi reus non tenebitur edere, quia maius damnū est edere aliis quam priuilegium quod sibi edatur, & damnum permittitur quod edatur contra eum, ergo non conceditur quod ei edatur,& tamen fiscus est priuilegiatus in materia editionis.leg.2.§.Diuus.ff.de iure fisci.Ad istud contrarium uidentur respondere docto.negando quod fisco non sit edendum, quia uolunt quod indistincte edatur fisco, Sed tamen quia hoc dictum destruit illas leges quæ uolunt fiscum uti iure priuato in materia editionis.

28 Ideo†ego dixi in l.2.in f.eo.& l.fi.& inf.in hac lege, quod fiscus agit cum priuato tribus modis. Primo ex causa negotiationis & cōuētionis,ut in causis gabellarū cōtractuū & similiū negotiorū. Secūdo agit ex causa delationis,ex uiginti causis enumeratis in l.1.cū glo. ff.de iur.fisci. Tertio agit ex cā capitali ad imponēdam pœnā corporalē alicui priuato. Primo casu nō editur fisco nisi in casibus in quibus editur & priuato,qa in negotiationibus quātū ad materiā editionis fiscus utitur iure priuato.d.l.illatæ.inf.de fid.instr.& d.l.iustum.inf eo.& ibi Alc. expresse tenet,qa imputetur fisco q sibi non prouidit de cautela cū potuisset,&ideo gabellotus non tenetur edere instrumentum gabellationis neq;rationes suas ad fundādā intētionē fisci,nisi quatenus teneretur edere alteri priuato. Secūdo casu fiscus habet priuilegium ut sibi edatur,per tex.in l.2.§.Diuus.in fi. ff.de iur.fis. qui tex. proprie loquitur in materia delationis,ut patet ibi,& in l.2.ff.eo.Et est ratio,qa in materia delationis non potuit fiscus sibi prouidere de probationibus,cū nō potuerit cogitare q priuati uellēt delinquere,& q illius bona ad eum essent peruētura. Tertio casu similiter nō editur fisco.l.2.§.Diuus in fi. ff.eo. quia odiū pœnę corporalis præponderat fauori fisci, sicut & alia permittuntur quę ponuntur in l.transigere. inf.de transac,Ad propositum igitur quæstionis redeūdo,respond.obiectis q fiscus non est simpliciter priuilegiatus in materia editionis, quia solum hoc priuilegiū cōceditur in cā delationis propter regulā generalē q sibi nō potuit prouidere de probationibus,sed in causis negotiationis& cōmertii nō reperitur priuilegiatus in materia editionis,de qua tractatur in hac l.nostra.

Et ideo succedit optime regula tex.nostri. quod licet fiscus reperiatur priuilegiatus in causis negotiationis to.tit.ff.& inf.de priui.fisci.tamen quia nō est priuilegiatus in materia editionis expressæ in dictis causis, sequitur q compręhenditur in hac generali regula tex. nostri,sicut & causa depositi, & sic recte considerando in exemplo fisci confirmatur utraq; regula affirmatiua quod dispositio generalis comprænhendit casus priuilegiatos qui non reperiuntur priuilegiati in materia regulæ quæ probatur in d.l.in fraudem.ff.de inoff. test. & in deposito & in fisco probatur etiam in tex. nostro coniuncta.l.iustum.inf.eo.Et idem dicendum est in mi
29 lite & in clerico.c.1.ext.de prob.†Et propter.d.pri.regulam ego reprobaui octo limitationes positas p Dec. in l.fi.inf.eo.qui uolebat quod teneretur reus edere actori in causa dotis,matrimonii,testamenti,libertatis& causa studii,& ecclesiæ,ex eo q habent multa priuilegia,& nō continentur sub regula tex.nostri,sicut nec fiscus ex priuilegio continetur, Quia falsum est quod illæ causæ reperiātur priuilegiatæ in materia editionis, & licet in aliis reperiantur priuilegiatæ.c.fi.de re iud. & l.pe.ff.de manu.uind.tm̄ non reperiuntur priuilegiatæ in materia editionis. Ideo debent cōprænhendi sub regula generali istius l.& l.accusare.inf.& c.1. de proba.& priuilegium concessum in d.c.fi.de re iud. non respicit modum probandi,sed modum decidendi,& limitat regulam quod fauorabiliores sunt rei quam actores in decisoriis,de qua no.in l.de die.ff.qui satisd.cog. Vnde non debet trahi ad materiā editionis. Nec exemplum uel similitudo ad fiscū aliquid faciat,quia nō est uerū qd fiscus in causis negotiationis sit priuilegiatus quan-

quantum ad editionem;ut sup. dixi, Et ita tenẽdum est, licet Purp. hic uideatur tenere illas limitationes, allegã do Bal. nouellum in tract. de dote, nam ratio sua de fauore publicæ utilitatis nihil facit, cum in fisco non permittatur hæc editio ut dixi in causa negotiationis, & causa capitali, ut d. l. 2. §. Diuus. in fi. de iur. fisci, & dixi latius in d. l. fi.

30 Quarto † notandũ est, quod ex causa particulari tenetur aliquando reus edere actori, ex quo sequitur, quod qui uult dicere reũ cogendũ edere, debet assignare causam quare recedatur ab ista regula, quia nõ receditur a regula nisi apparet de causa recedẽdi, ut in citato p iudicem incompetentem dicitur per Inno. in c. præterea, de dilatio. quem seq. Bar. in l. 2. col. 1. ff. si quis in ius uoca, non ierit. Quod etiam seruatur si aliquis citatur ut compareat personaliter, nam debet exprimi causa quare debeat comparere, secundum Bal. in l. 1. §. usus. ff. de procu. quia est regula quod quis non teneatur compa-

31 rere personaliter. l. fi. inf. de proc. † Et qui habet pro se regulam habet rem certam secundum Bar. in l. quoties ff. qui satisd. cog. & Dec. in c. cum ab eo. col. 2. de rescri, & allegãs exceptionem a regula illam debet probare.

32 Ias. in l. qui se patris. inf. unde liberi. † Et ideo iudex decretans reum teneri edere actori debet exprimere causam quare absoluit uictum ab expẽsis, ut per Ias. in l. p perandum. §. si autem alterutra. col. 4. uer. ult. inf. de iudi. facit quod uoluit Bal. in l. generaliter. col. 4. uer. quæro ergo. sup. de episco. & cler. & Dec. in c. consuluit. colu. fi. de appel. & hic Purpu. Et non omnis causa sufficit ut iudex possit cogere, sed debet esse magna, secundũ Rotam in decisionibus nouis. 213, cum aliis positis hic per Purpu. ut inf. dicam in octaua causa.

Quinto notãdum est, q reus nõ tenetur edere rationes actori ad intentionẽ fundãdã, cũ debeat esse instructus per se. l. qui accusare. inf. eo. c. 3. ext. de prob. 4. q. 3. §. qui intendit. & 6. q. ult. c. accusatot. & l. si quando, inf. de dilatio. Et ratio est, quia nimis graue est. l. nimis graue. inf. de test. c. 1. de appel. in 6. & c. 1. de iud. & facit illud uulgare, bis interimitur qui suis armis perit, Et facit, quia lex Iulia prohibet consanguineum dicere testimonium contra suum consanguineum, ut pbat l. lex iulia. ff. de test. ergo tanto magis prohibet reum contra seipsum edere, Intantum quod licet iudex sola facti ueritate inspecta procedat, nihilominus reus actori cogi edere non poterit, ut per Bar. in extrau. ad repr, in uerbo figura. uer. item in hoc casu. prope finem. & ibi dixit hanc regulam esse fundatam ratione & æquitate naturali, ne quis patefaciat archana sua, & rerum suarum arbitrium alteri tribuat.

Sed contra istam cõclusionem fortiter instatur, quia reus tenetur actori respondere positionibus fatendo uel negando contenta in libello, ut not. in l. tertia. §. quod obseruari. inf. de iur. calum. in clem. sæpe. de uerborum signifi. & fatendo probat intentionem actoris, c. primo. de confes. & nulla est maior probatio quam partis confessio. l. 2. ff. de interrog. actio. & no. in rub. de confes. & rub. ext. de probatio. & adhibetur iuramẽtum ut fortiori uinculo cogatur dicere ueritatem, & sic lex desiderat quod quolibet modo ueritas inuestigetur, ergo tanto magis debet cogi edere scripturas, ut appareat de ueritate. Huic obiectioni respondet primo Anto. de butrio. in cap. primo. de prob. colum. secũda. uer. nec obstat fi. & ibi Felinus quem sequuntur cõ-

* muniter* doctores uidelicet, quod in positionibus actor non potest esse aliunde instructus quam ex persona rei, secus in instrumentis quæ possunt aliunde haberi, Quæ responsio, ut etiam dicit hic Decius, non procedit de iure, & nihil ualet, quia ea quæ ponuntur in positionibus possunt etiam probari per testes uel instrumẽta, quinimmo, si negantur, plerumque probantur per instrumenta uel testes, & communis practica obseruat quod producantur in uim capitulorum, & ratio sua tunc concluderet quando positiones non possent fieri nisi de illis quæ penderent a sola conscientia partis, quod non obseruatur. Quinimmo actor potuit cogere reum sibi facere instrumentum & habere suã cõfessionem ut per gl. in l. 2. in gl. suspectum. in fi. ff. solu. mat. & l. plures apochis. inf. de fide instru. & sic ratio q non possit esse aliunde instructus non est uera. Ideo Dec. soluit quod licet cogatur respondere, tamẽ potest negare & sibi imputetur si confiteatur, Sed si producerentur instrumenta contra ipsum non iuuaret negare, & si dicatur quod immo cogitur confiteri propter iuramentum, respondet ipse quod immo negando non facit contra iuramentum, sicut nec facit contra iuramentum calumniæ non producendo instrumenta. Alc. uero hic repræhendit, quia non potest quid imputari reo si noluit peierare. Sed fortius ob. huic solutioni, qa præsupponit q lex concedat ei mentiri & falsum iurare, q nullo modo est admittendum, quia l. non tantum non permittit peierare, Sed nec etiam dicere mendacium, ut no. per Ias. in §. sed istæ. & §. rursus. inst. de act. & lex non debet esse causa inductiua periurii, ut dicitur in §. quia uero multi. in auth. de iud. & in auth. decernimus. inf. de arb. ubi prohibetur deferri iuramentum in casu quo sit suspitio quod iuretur falsum, & est text. melior de iure in §. quia uero multum in auth. ut sin. pro hibiti mat. credi. Nec illud de iuramento calumniæ aliquid facit, quia non iurat pars non esse debitorem, uel esse creditorem, uel quod non habet instrumenta, sed solũ quod credit habere iustam causam, & potest esse quod habeat iustam causam in lite, & quod uere acceperit pecuniam, sed tamen habeat exceptiones quas probare non potest.

Quare Alcia. respondet quod positiones non sunt de iure sed de consuetudine introductæ uolentibus reis ut lites abbreuientur, & de iure non possunt cogi respõdere, licet consuetudo aliter obseruet, sed contra uolũtatem rei per actorem petitur ut instrumenta producã tur, Quod dictum uere nihil est, quia etiã contra uoluntatem suam tenetur respondere positionibus & uerum dicere propter uinculum iuramenti, quia alias ut dixi, lex non permitteret iurare, & si non uult respondere habetur pro confesso. c. 2. ext. de confes. Et licet possit dici quod positionibus de iure quis non tenetur respõdere, tamen interrogationibus de iure tenetur respondere. l. 1. & ibi glo. & ubicunq;. ff. de interrog. actio. & de iure reus tortus tenetur respondere an fecerit delictum. Vnde Cur. soluit quod positiones non erant hoc iure in usu. Sed postea sunt introductæ, quod probatur per d. clem. sæpe. ibi, usus eius. & probatur in l. qui accusare. inf. eod. per regulam actore non probante reus absoluitur, ergo nec cogebantur hoc tempore iurare, & in hoc stat cum Alc. sed plus dicit quod hodie omnes istę ll. sunt correctę, quia correcta ratione. l. nimis graue. inf. de testi. est correcta etiam eius dispositio super ea fundata. arg. no. in l. 1. ff. de leg. tuto. Sed ista opi. est nimis audax, & ualde absurdum est dicere quod totus iste titulus est correctus, & d. l. nimis graue, contra leg. præcipimus. inf. de appel. & l. sancimus. de test. Præterea hæc regula approbata est de iure canonico dic. c. 1. de probat. quo iure positiones erant in usu. d. clem. sæpe. Item istæ positiones etiam de iure ciuili fundantur toto tit. ff. de interrog. actio. & tamen hæc regula seruatur, & licet ille titulus hodie sit correctus, tamen in illis undecim casibus notatis ibi per gl. seruatur ut teneatur respondere, in quibus non tenetur edere instrumenta ad probandum intentionem actoris. Item tenebatur iurare hoc iure si sibi deferebatur iuramentũ an esset debitor uel non. §. si quis postulante. inst. de act. & facit tex. in clem. 1. de usu arguendo a speciali.

33 Vnde † ego puto quod in ista probatione quæ sumitur ex persona rei, quæ est probatio uerbalis, sit specialiter introductum quod possit extrahi ab aduersario,

uersario,ut fit litium finis,quia hæc probatio uerbalis quæ dependet a loquela sua non dicitur esse in bonis suis.arg.l.liber homo.ff.ad l.aquil.& quia actor confisus fuit in eius uerbis,quæ semper habet & tenetur habere,& non potest negare se habere,secus est autem in instrumétis & scripturis,quia eas nō cogitur facere nec tenere, & si habet potest comburrere, & dicuntur in bonis suis & de domo sua,& non est iustum quod illud quod inuenit ad sui instructionem uel sua pecunia redemit cogatur ad alterius utilitatem edere,cum materia nostra non intelligatur nisi de istis scripturis. Et sic differentia est in effectu inter uerbalem probationem personæ suæ,& probationem instrumentorum,&ideo dixit tex.in d.l.nimis graue,ꝙ probationes non debēt sumi de domo reorum,non de persona reorum, & pro hoc facit d.§.postulante.institu.de actio.& le. manifestæ turpitudinis.ff.de iureiur.dum uolunt quod cogantur iurare,& tamen non coguntur edere,& facit etiam quia in criminalibus quis cogitur cum tortura confiteri contra semetipsum,l.1.ff.de quæst.& tamen non cogitur producere testes consanguineos.l.lex Iulia.ff.de test.& l.1.inf.de quæst.& per hanc consideratioñe tollitur alia oppositio quæ posset fieri de tortura rei.

Et uera ratio differentiæ inter uocem uiuam & scripturam uel alias probationes assignari potest,quia responsio uerbalis qualificari potest ut non noceat etiam dicendo ueritatem respectu totius causæ, quod non est in scripturis, quæ non possunt mutari de significatione eorum sine periculo falsitatis, Si enim contingat quod aliquis soluit pecuniam acceptam quam restituit si producit scripturas receptionis cogitur postea probare solutionem, uel restitutionem,alias condemnabitur ei inique,sed si interrogatur an sit debitor,potestuere & cum conscientia negare se debitorem , licet uere acceperit pecuniam,si tamen uel soluit , uel alio modo ex conuentione elisum est debitum , nullam cogetur propter suam responsionem facere probationem.l.&si quidem.inf.de excep.Sicut etiam in litis contestatione permittitur negatio non obstāte iuramento calumniæ, etiam quod postea appareat reum accepisse pecuniam quia non negat partes petitionis , sed totum dictū aggregatum,dicendo nego narrata prout narrantur & petita prout petuntur,secundum formam positam in l.1. inf.de lit.contestatio.& extra de litis contestatione.c. primo.Et si forsan sit positio particularis reo ut declaret an acceperit pecuniam , poterit etiam negare cum conscientia se accepisse pecuniam in libello petitam , & dicere nego solutam,& si soluta est aliqua pecunia, eam ego restitui,secundum practicam traditam per gl. antiquam in d.l.& si quidem.in glo.magna. Vel etiam dicere simpliciter se accepisse pecuniam sed restituisse, & non præiudicat sibi,quia illa confessio non potest,p parte acceptari & pro parte non,cum non sit cōtra præsumptionem iuris,secundum theoricam Bartoli in le. Aurelius.§.idem quæsiit.colum.2.ff. de liberatione legata.& declarat Salic.in terminis in d.l.si quidem.in 3. opposi.Item tertio potest dici quod in positionibus ille actor ponens fatetur, quod non est in exceptionibus cap.cum uenerabilis.& ibi doctor.de except. unde facilius fit editio. Similiter hæc interrogatio fit a iudice non a parte,& facilius tenetur respondere iudici quam parti. leg.penultima.ff.de interrog.actio.sed quia hæ duæ ultimæ rationes parum stringunt , tenendæ sunt duæ priores.

34 Secundo† contra rationem huius cōclusionis quam omnes doctores & leges ubique exclamant esse æquissimam.l.accusare.& l.fi.infra eodem.opponit hic Cur. quia immo uidetur ualde iniqua & concedens occasionem quod reus possit occultare ueritatē, in qua offenditur Deus iudex.& pars.c.1.de cri im. fal. & qui sciens se debere absolutus fuit est in mala fide. ca. a nobis de sent.excommu. & est ligatus sententia Dei qui cognoscit ueritatem,& ei obstaret exceptio, nisi ratione dirimendarum litium obseruaretur rigor sententiæ. Item pro ueritate eruenda permittitur scandalum fieri.cap. qui scandalizauerit.de reg.iur.& l.decurionum.inf. de pœnis.& melius est pati pro ueritate dicenda quā brauium consequi ex adulatione.c.quisquis.cum seq.11.q. 3.Sed Alci.respondet in l.qui accusare.infra eodem.dicens quod non constat eum occultare ueritatem uel esse malæfidei , cum arcana sua non debeat patefacere , nec reo commoditas negandi aufferri debet,unde melius putauit lex remittere conscientiæ suæ.Sed quia hę rationes non in totum tollunt contrarium , tu clarius dicas,quod non dicitur reus occultare ueritatem etiā quod neget,quia posset esse quod scriptura sua ꝓbaret exceptionem suam,& iniq; condemnaretur . Et ideo lex permisit in hoc casu ei negare debitum primum,& noluit cogere edere scripturas,ne forte iniq; cōdemnaretur.arg.l.& siquidem.inf.de exce.præsumit enim,qđ reus habeat aliquam exceptionem elidentem debitum ex quo actor sibi non prospexit de cautela , cum nemo præsumatur iactare suum.l.cum de indebito.ff. de proba.& non est credendum quod si esset uerum debitum quod sibi actor de cautela non prospexisset.

35 Tertio huic†cōclusioni ob.quia secundum prędicta permittitur ꝙ reus locupletetur cum aliena iactura, contr.l.nam natura.ff.de cond.ind.Item in actione ad exhib.cogit quis exhibere cōtra se , alias tenetur ad interesse.l.3.§.sciendum.ff.ad exhi.Similiter potest interrogare ubicunq; est æquitas.l.ubicunq;.ff. de interro. acti.Istis omnibus respondet uniformiter Cur. fatēdo contrarium de æquitate canonica,& ideo dicit quod ꝑ denuntiationem euangelicam & excommunicationis uinculū semper reus cogitur edere,iux.c,nouit.de iud. & per Bar.in auth.ad repri.in uerb.per denuntiationē. & fuit ante eum dictum Socci.in l.qui accusare.inf.eo. & Alex.in l.fi.infra eo.in 15.fallentia. Sed hoc dictum est nimis periculosum,& durum est dicere quod capitulum primum.extra de prob. sit correctum de æquitate canonica,& contrarium probatur in clem.prima. de usur.arguendo a speciali.Nam ibi est specialiter inductum quod censura ecclesiastica &excommunicatione usurarius cogatur edere, ergo regulariter per censuram ecclesiasticam quis non cogitur edere , quod non esset si per denuntiationem euangelicam cogeretur quilibet edere,iux.d.c.nouit.& ius canonicum non prohiberet editionem si esset contra cōscientiam & esset peccatum,ut per Abb.in c.uigilanti.& c.fi.ext. de præscriptio.colum.fi.Et ideo ego puto aliter responderi posse,præsupposito uno quod sæpius firmaui,quod textus noster.& l.fi.inf.eo.loquantur de rationibus particularibus conficientis , uel propria pecunia redemptis , ut etiam hic dicit Alci.& bene,cum si essent rationes publicæ communes uel mixtæ propriis remediis edi deberent indistincte.l.prætor.& l.siquis.& l.quædam.ff. eo. Vnde cum intelligatur de talibus rationibus priuatis,non est iustum quod eas teneatur edere,cum neque eas facere cogi possit,nec retinere,& semper pro derelicto habere & comburere ad libitum possit,& imputetur actori quod sibi non prouidit de cautela.arg.d.§. si quis uult caute deponere.in auth.de instr.caut.& fide. Nec est uerum quod locupletetur cum aliena iactura præsumptione legis,quia non constat de hoc lucro iniusto.Sed lex præsumit contrarium,& quod si debitum aliquod fuit,fuerit elisum aliqua conuentione tacita , cum non prouiderit sibi de cautela.arg.l.cum de indebito.ff.de prob. Vnde ordinem dedit procedendi in iudicio in l.& siquidem.inf.de excep.quod si reus non cōfidit posse probare exceptionē suam neget primo intētionem actoris,ne postea eam fatendo,ex defectu probationis inique condemnetur , & melius est in dubio absoluere reum culpabilem quam innocentem condēnare.Summa est igitur responsionis,quod reus non dicitur

citur occultare ueritatem nec dicitur cum aliena iactura locupletari præsumptione legis, quia lex præsumit nullum esse debitum, uel si aliquod fuit, fuisse elisum aliqua exceptione, & allegata in contrarium procedunt quando constat. Nec si interrogetur a iudice an sit debitor, male facit negando se debitorem, cum possit esse debitum elisum, quod præsumitur. d.l. & siquidem. & hoc procedit tam de iure ciuili quam canonico & in foro conscientiæ. Nec illud de actione ad exhibendum facit contra istam regulam, quia illa exhibitio fit ratione iuris quod agens prætendit in corpore rationum, hic ratione solius probationis fiendæ.

36 Vltimo† nota quod reus ex causa cogitur edere actori ad intentionem fundandam. Causæ autem sunt multæ, de quibus uidebimus infra. Considerando tamen quia quædam sunt causæ quæ propriam ponunt limitationem ad tex. nostrum, ut si fit usuraria hæc aduersaria uel si illis esset usura. l.1. §. edendę. ff. eodem. uel si actor petat ad intentionem iuuandam, uel ad replicationem fundandam, uel si actor demonstrauit casu se ammisisse instrumenta sua. l. illatæ. inf. de fide instrum. uel si iudici uidebitur ex qualitate personæ, ut si rusticus dedit ci ui aliquid uel si demonstrauerit tantam amicitiam fuisse quod uoluit creditur sequi fidem amici uel asserat se stare rationibus illius defuncti, ut per Alc. inf. in 4.5.6. & 7. casu, in omnibus enim istis casibus rationes priuatæ edendæ sunt ex sola causa probationis fiendæ per officium iudicis deseruiens actioni. Aliquæ tamen causæ quæ non faciunt limitationem proprie ad le. nostrã sed sunt editiones separatæ & diuersæ, & non possunt contineri sub materia huius constitutionis, nec sunt eius pars, nisi in quandam consequentiam, secundum modum quem infra dicam, Vnde multa exempla glo. non sunt ad propositum l. nostræ.

Et quia regula est hic, quod reus non tenetur edere, sequitur quod si actor asserit sibi ex causa edi debere, causam allegare debet & eam probare, quia sufficit alii habere regulam pro se, ut in simili dixit Bal. in l. unum. inf. de procu. qui uoluit quod citatus ut compareat personaliter non teneatur comparere nisi citans allegauerit specialem causam quare, ex eo quia regula est ꝙ nemo tenetur personaliter comparere. §. 1. inst. per quas pers. agere possumus. cum ibi not. & eam allegans habet fundatam intentionem. l.1. & l. omnis diffinitio. cũ gl. ff. de reg. iur. & ponit Inno. in c. præterea. de dilat. & sup. dixi. Gl. 1. exponit tex. diligenter aspice, & concordat tex. in l. si rem. §. fin. ff. de peti. hære. uel melius per omnes partes & in omnibus locis aspice.

Glo. quemadmodum. dupliciter exponit tex. Sed tu dicas perfecte aspice an possis probare tibi deberi, quia alioquin non obtinebis, nam non debes confidere de rationibus rei, cum nisi ex causa teneatur edere, & ex ea colligitur, quod cõfessio est species probationis, de quo late per doct. in rub. ext. de proba. ubi concludunt quod confessio est probatio uera siue uerus modus probandi, & releuat ab onere probandi per alios modos probandi. Item colligitur quod depositum potest probari per testes, ut hic per Ias. qui refert gl. in §. quia uero. in auth. ut sine proh. mul. cred. & per doct. in authẽ. iubemus. C. de iudiciis. & in c. 2. ext. de prob. facit text. in d. §. siquis uult caute deponere. in auth. de instr. cau. & fide. Gl. in uerbo rationis. duobus modis exponit textus. & uterq; intellectus reprobatur, sed dicendum est, ut inf. dicam.

Gl. in uer. ex causa. diuiditur in quattuor partes, in 1. ponit causas ex quibus cogitur reus edere, In secunda format quæstionẽ & respondet, In 3. aliam. In 4. ponit alium intellectum. Secunda ibi, sed quomodo. Tertia

37 ibi, quæ incõmoda. Quarta ibi, alia. † Ex prima habes multas causas cogẽdi reum edere, prima, si me mandante uel procuratore meo reus confecit, & si contineant utilitatem meam ut intersit mea edi. l. prætor ait. & l. si quis ex argentariis. ff. eo. & ita tenent communiter doctores, quod duo requirantur, & mandatum, & quod intersit. Sed in contrariũ, quod immo sufficiat interesse sine mãdato, uidetur tex. in l. fi. ff. de bon. auth. iud. poss. ubi indistincte rationes eduntur creditoribus, & non præsupponitur fuisse debitorem argentarium. Bar. in d. l. si quis. soluebat, quod ibi bona & rationes erant obligatæ creditoribus, & licet Cur. reprændat, tamen eius solutio sustineri potest, quia ibi creditores erant missi in possessionem, & instrumenta & scripturæ cum cæteris bonis erant obligatæ ex pignoræ prætorio. arg. §. siquis in fraudem. inst. de act. ubi creditores tanquã domini reum agunt, & ideo fit editio, & introducitur quod apud unum deponantur ut ibi.

Secundo ob. tex. in l. 3. §. pe. ff. ad exhi. Cur. soluit quod ibi ab initio interuenit mandatum in persona illius qui confecit, licet non interuenerit in persona nunc possidentis, & sic uult ꝙ sufficiat ab initio fuisse mandatũ, licet possidenti nõ fuerit factum. & si mãdatarius possidet, cõuenitur officio iudicis. si uero possidet tertius, cõuenitur actione in factũ, ut per eum. Sed tñ hæc solutio nõ est bona, quia idem remedium ꝙ datur cõtra mãdatarium datur etiã contra possidentem. l. prætor. §. 1. & l. quædam. §. 1. ff. eo. & ideo ibi in utroq; casu deberet competere uel actio ad exhibẽdum uel officiũ iudicis. Vnde tu intellige illum tex. in terminis in quibus alias datur actio ad exhibẽdũ, & solue ꝙ ibi agitur ad editionẽ naturalem corporis scripturarum cõtra tertiũ. Nos ad editionẽ probatiuã & iudiciariam respectu uocis ꝑ eas significatæ, & sic ibi ad alium effectum fit. Item ille tex. debet intelligi ꝙ ille habebat aliquod ius in corpore rationũ, quia licet nõ essent suæ, tamẽ carta erat empta de bonis mariti, uel intellige me mãdãte tacite uel consentiẽte, ut ibi dicebat gl. qui cõsensus & mãdatum domini præsumitur, quia seruus erat familiaris.

Tertio obstat textus in l. 3. §. sciendum. el 1. ff. ad exhib. Sed solue quod ille tex. non loquitur de scripturis sed de aliis rebus, & non ad effectum probandi intẽtionem suam, sed de exhibitione quæ fit ad recognoscendum propter ius aliquod reale uel personale quod prætendit actor, iux. l. 3. §. 1. 2. & 3. ff. ad exhib. quamuis aliter dicat hic Cur.

Quarto ob. l. quædam. in prin. & §. nihil interest. & §. numularios. ff. eo. in quibus locis potest agi ex solo interesse sine mandato. Cur. hic laborat. Sed Bar. in d. le. quædam posuit distinctionem per quam possunt tolli omnia contraria prædicta, Sed clarius & plenius quam ipse faciat ita potest distingui, Aut petitur editio ex causa fundata in iure reali in corpore scripturarum per remedium. l. si quæ. ff. fam. herc. & l. 3. §. pe. ff. ad exhib. & tunc nullum requiritur mandatum. quia causa dominii uel quasi sufficit ad inducendam coactionem editionis & requiritur solum interesse partis. Aliquando petitur editio ex eo quia præcessit aliqua promissio uel conuentio describendo & edendo, & tunc similiter non est necessarium mandatum, sed sufficit interesse, quia conuentio est sufficiens causa ad producendum efficax remedium ad editionem fiendam, ut in procuratore promittente gerere negotia alterius, uel tutore, uel socio, de quorum negotiorum natura est teneri conficere rationes, & tacite contrahentes uidentur agere ut conficiantur rationes & edantur, Ideo actione ex illo contractu sine mandato tenetur gerens edere. l. quædam. ff. eodem. Et idem esset si unus per pactum speciale promitteret edere. iuxt. l. si quæ. & l. Pomponius. circa medium. ff. familiæ hercisciundæ. Aliquando & tertio petitur editio scripturarum pertinentium ad ultimam uoluntatem, & tunc similiter non est necessarium mandatum, sed sufficit interesse, quia uoluntas testatoris est sufficiens causa ad producendum ualidum remedium. l. 2. & ibi glo. ff. quemad. test. aper. & l. 1. ff. de tabulis

33 exhi. † Aliquando petitur editio ex eo quia scribens gerebat

rebat aliquod officium propter quod tenetur scribere & conficere rationes, ut in argentariis qui conficiebāt rationes publicas uel quasi, & tunc requiritur mandatū & interesse, quia prætor qualificate mandauit fieri editionem in l. prætor. in princ. & §. 1. ff. eod. ubi gloss. dicit hæc duo similiter esse necessaria in notario, quia editio petitur a notario per similitudinem & per extensionem illius edicti, & ratio rationis est, quia ipsi scribunt in carta, & scripturæ ipsæ quo ad dominium pertinent ad eos. arg. l. 3. §. penu. ff. ad exhi. & ideo requiritur ad iustificandam coactionem in editione quod interueniat illud uinculum mandati. Dicebat tamen Barto. in d. l. quædam quod sufficit hoc mandatum esse tacitum, quia propter consuetudinem & necessitatem officii præsumitur quod negotians cum argentario mandet ei ut conficiat rationes & edat. argum. l. uel uniuersorum. ff. de pigno. actio. & l. Titianus. ff. quod cū eod.

39 †In notario uero quod oportet quod interueniat expressum mandatum, & nunquam præsumitur secundū notata per Barto. & Alexand. & alios in l. sciendum. ff. de uerbo. oblig. & de ratione dicitur infr. in quæst. de mercatore.

40 Aliquando †petitur editio ex causa litis, & fundata in ueritate inuestiganda, & tunc competit officiū mercenarium, & omnes scripturæ petuntur edi propter solum interesse, & non est necessarium mādatum, neque expressum neque tacitum, ut probatur in l. non est nouum. & in l. iustum. & l. fina. infr. eod. quæ simpliciter iubent editionem fieri, nec requiritur mandatum, alias raro eueniret quod esset fienda editio, cum plerumque negotiantes ignorent mercatores tenere uel scribere rationes, unde non potuit esse mandatum & officium iudicis mercennarium ex sola causa æquitatis potest exerceri, & ratio inuestigandæ ueritatis est potentissima ad inducendum officium iudicis mercennarium in lite. arg. l. plane. & l. fin. de petitio. hæredi. & quia non egreditur ipsam litem. In illo autem edicto prætoris mandatum est magis necessarium, quia remedium est pinguius, & competit contra quemcunque tam actorē quam reum, & nulla existente lite. l. argentarius. ff. eo. & ideo oportet intētare officium iudicis nobile, quod requirit fortiorem causam, & sic patet quod licet ex multis causis fiat editio, tamen eis congestis apparet q̧ in uno casu tantum requirit mandatum, scilicet in editione quæ fit ex edicto prætoris de edendo, quo casu nec etiam requiritur quod sit expressum, sed sufficit tacitum, in aliis autem quattuor causis edendi in quibus tractatur de editione rationum priuatarum non est necessarium mandatum, ut ex prædictis patet.

41 Quinimmo †in istis rationibus priuatis si forsan mandatum interueniret nihil operaretur quantum ad editionem fiendam, cum illud edictum disponat de rationibus publicis in quibus non potest esse damnum in edente, cum faciant fidem etiam in fauorem sui, ut dixi in primo notabili, & ideo non potest trahi ad rationes priuatas, in quibus damnificaretur ualde edens, cū per editionem faceret probationem pro aduersario & non pro se, & ideo contractus facti secundum formam. l. cōtractus. & l. comparationes. inf. de fid. instrum. non deberent edi etiam interueniente mandato, quia dicuntur esse priuata instrumenta, ut infr. dicam in quæstio. de mercatore. & in quæstio. fin. latius declarabo ultra docto.

Ex quo infertur ad duo, & primo infertur, quomodo campsores nostri temporis teneantur edere, & alii mercatores qui impetrauerunt licētiam a publico scribendi rationes, quia ipsi tenebuntur edere interueniēte tacito uel expresso mandato, cum rationes sint publicæ, & teneantur ex edicto pretoris in l. prætor. ff. eod. sed si sunt alii mercatores qui non habent istam licentiam scribendi a publico non tenebuntur edere nisi petatur editio per remedium. l. nostræ. quæ præsupponit litem esse inter petentem & illum a quo petitur, & in qua distinguitur inter actorem & reum, & exceptionem & intentionem fundandam uel adiuuandam. Et si concurrit una ex aliis causis sup. narratis, iuris dominii uel promissionis factæ, uel quia pertinent ad ultimam uoluntatem, tenebūtur edere per sua remedia ordinaria, ut per actionem ad exhibendum quando agēs prætendit ius reale in corpore scripturarum. l. 3. §. penul. ff. ad exhiben. uel ex edicto de tabu. exhib. quando scripturæ pertinent ad ultimam uoluntatem. l. 1. & per totum. ff. de tab. exhib. & l. 1. & 2. ff. quemadmo. testa. aperi. uel actione ex illo contractu si præcessit contractus de cuius natura est teneri conficere rationes, ut dicitur in l. quædam. ff. eo. uel aliis remediis sup. enarratis etiam quod non interueniat mandatum.

42 Secundo †etiam infertur, quod notarius tenetur edere ex edicto. ff. de edendo solum quando interuenit mādatum, & interesse concurrat, quia hæc duo sunt necessaria, ut per glo. in l. prætor. §. 1. ff. eo. & ibi Bar. & non sufficit interesse nisi sit mandatum, & non sufficit mandatum nisi sit interesse, & ideo tenetur edere creditori & non debitori secundum Alber. in d. l. prætor. nisi forsan essent aliqua pacta in fauorem debitoris, Et quod requiratur mandatum tenuit etiam Bar. in l. fina. in gl. expedit. de princ. agenti. in rebus. lib. 10. sed in hoc differt ab argentario, quia in argentario sufficit tacitum mandatum, & in notario requiritur expressum mandatum, quod uulgo appellatur rogitus notarii, & nō præsumitur nisi uere interueniat, ut notatur in d. l. sciēdū. ff. de uer. oblig. & tangitur in auth. siquis in aliquo. inf. eo. Et ratio differentiæ, est quia argentarius semper facit negotia mixta in quibus ius est commune cum partibus, sed notarius solum facit negotia aliena, & nō ita potest præsumi mandatum. Præterea in argentario nō datur aliqua merces, sed in notario soluitur merces, & datur pecunia, ut habetur in cap. statutum. in §. notariū in glo. officii. de rescript. in 6. quam pecuniam debent habere duobus temporibus, scilicet in principio quando rogantur, & alio tempore quando reducunt in authenticam formam, ut per Barto. in d. l. argentarius. & probatur in l. fi. circa medium. C. de princi. agentium in rebus. lib. 12. Nec cogitur notarius rogari de contractibus uel aliis actibus nisi habeat mercedem, ut per Bertachi. in tracta. de episcopis. in 2. par. 8. partis quarti libri. §. dicamus nunc. uersi. item deponendus. nume. 41. & allegat Bart. in l. 1. C. de tabula. lib. 10. & in l. 1. §. 1. ff. fur. aduer. naut. & l. munerum. §. fi. ff. de mun. & hono. & Bald. in l. prouidendum. C. de postu. & ibi etiā ponit an notarius possit recipere pecuniam de ordinationibus clericorum, & dic ut ibi, & sufficit ut dixi q̧ notarius edat creditori & non debitori, quia eius non interest, secundum Alberic. in d. l. prætor. quamuis si uult possit omnibus edere, ut ibi dixit Alex. & Ang.

43 Duo †tamen sunt casus in quibus notarius tenetur edere sine mandato omnibus quorum interest, unus est quando conficit acta publica iudiciaria. l. 2. inf. eo. quia iudex qui deputauit eum ad scribendum uidetur ei mādare nomine omnium ut scribat & edat cap. quoniam contra de proba. & dixi post Dec. in l. 2. in princ. infr. eo. Alius casus est quando notarius conficit scripturas pertinētes ad ultimas uoluntates, quia eas tenetur edere omnibus quorum interest sine eorum mandato. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de tab. exhib. & per Bal. in l. fina. uersi. primo quæro. inf. eo. quia præsumitur rogatus a testatore ut omnibus edat. Tertius posset assignari casus, si forsan eueniret quod unus prætenderet habere ius reale in corpore scripturarum, uel cōueniretur per remedium. l. si quæ. ff. fami. herci. nam tunc sine mandato teneretur edere omnibus quorum interest. per. d. l. si quæ. & l. 3. ff. ad exhiben.

44 Redeundo †modo ad glosam, quantum ad intellectū tex. nostri, dicendum est istud exemplum primum positum

situm per gloss. nullo modo posse procedere, Primo, quia illa iura loquuntur de rationibus publicis, hæc autem lex de priuatis pro quibus competunt diuersa remedia diuersissimæ naturæ, ut sæpius dictum fuit, & Barto. hic tenet in secundo intellectu, & potissima diuersitas est, quia in priuatis rationibus distinguitur inter actorem & reum, & exceptionem & intentionem fundandam. l. fi. inf. eo. sed in illo remedio. ff. de edendo non fit illa distinctio. l. argentarius. ff. eo. Secunda est diuersitas, quia hic tractatur de editione iudiciaria, in qua non requiritur mandatum. l. iustum. & l. nō est nouum. & l. fi. inf. eo. sed in editione. ff. de edendo requiritur mandatum saltem tacitum ut sup. dictum fuit. Tertio istud exemplum non potest procedere, quia litera & regula in ea posita repugnat, quia hic ponitur regula negatiua quod reus non tenetur edere, & si ista mulier fuisset argentaria uel successisset argentario, esset regula affirmatiua. l. prætor. §. 1. & l. argentarius. in prin. ff. eodem.

45 Secunda † causa cogendi reum edere rationes uel instrumenta ad fundandam intentionem actoris, est fortuita ammissio instrumentorum suorum uel semel sibi editorum, iuxta. l. si quis. §. fin. ff. eo. & facit. l. fina. ff. de bon. author. iudi. poss. Sed hæc nō est noua causa, prout dicit Dec. Cur. & Ripa, quia ammissio non inducit nouam causam edendi, sed solum inducit multiplicationem coactionis editionis, ut per ammissionem teneatur de nouo edere, ex causa tamen prima & in illis terminis. Et ideo si quis semel edidit uoluntarias rationes quas accipiens ammisisset de nouo non posset cogi edere. quia sufficit uel in paucis amico seruisse. l. tutori. inf. de neg. gest. & l. fi. infra ne uxor pro mari. & l. uolūtariæ. inf. de excus. tut. & propterea iterum non debet teneri edere ut hic per Alexand. sicut nec in prima cogebatur, quia in effectu ammissio multiplicat causam edendi non autem nouam addit, ut hic per Dec. & bene, quia potest dicere, quod eas concremauit & nemo potest ei imputare.

Sed dubium pulchrum est, quid si in confectione cōtractus creditor sibi prouidit de instrumento uel alia scriptura probatoria scripta manu alicuius ex contrahentibus & subscripta iuxta formam. l. contractus. inf. de fide instrum. uel de alia scriptura priuata, & postea ammisit, an postea creditor possit cogere debitorem edere rationes suas. Innoc. in d. c. 1. & Specu. in titu. de instrumen. edit. §. uidendum. uer. ex præmisis, & Rota decis. 219. in nouis. concludunt quod sic, quia militat æquitas, Sed contrarium tenet hic Ripa post Abba. & Felin. in d. c. 1. quia non uidet unde oriatur ista æquitas editionis ex ammissione, nam actore ammittente uel non, semper militat ratio. l. nimis graue. infr. de testi. cum similibus sup. adductis. Et pro hoc allegat tex. in l. 1. inf. de quæst. ubi non possunt torqueri serui contra dominum etiam propter inopiam probationū quæ possunt perire, Sed tamen pro alia opinione fortiter facit, quia cessant rationes allegatæ de quibus sup. Nam non potest imputari actori quod sibi non prospexerit de probationibus. Item cessat ratio suspitionis quod debitum sit elisum aliqua exceptione quam sup. dixi. Dec. etiam in d. c. 1. de probat. nu. 38. late disputat, & finaliter cōcludit quod in hoc casu cogatur edere, quod non habet dubium in spiritualibus, & in aliis causis in quibus exuberat officium iudicis, ut ibi per eum.

46 Ego † autem puto ita distinguendum. Aut creditor probat ammissionem scripturæ cum tenore ipsius, & tunc non est necessarium cogi sibi edere, quia plene probat, ut per Barto. in auth. si quis in aliquo. inf. eod. colu. 3. uersi. quæro & idem si probaretur reum surripuisse uel præsumptiue, ut ibi per eum, & est ratio, quia de nouo potest cogere aduersariū ad sibi faciendū cautelā. l. chirographis. ff. de admi. tutor. l. 2. C. de discuss. cum glo. lib. 10. Sed quid si non posset probare tenorē scripturæ ammissæ, Sed solum ammissionem, & hic est casus dubius, sed mihi magis placet opinio quod possit cogi edere, nam & fiscus propter istam causam edere parti tenetur. l. illatæ. inf. de fide instru. & quia militat ratio indagandæ ueritatis. l. plane. ff. de peti. hære. & cessat suspitio doli in actore, & ratio elisionis exceptionis, & fauore ammissionis alia specialia inducuntur de quibus in l. testium. in fin. infra de testib. & per gloss. in l. 2. de bono. poss. secun. tabu. quæ uoluit testamentum ammissum posse probari per duos testes. Ex quibus remanet quod causa adducta per glo. est bona & separata a prima, Nec obstat l. 1. de quæst. quia illa loquitur in tortura quæ est odiosa, & sicut ibi in magnis criminibus propter æquitatem serui torquentur contra dominum, ita in hoc casu propter æquitatē poterit cogi reus edere suas rationes quando nihil potest imputari creditori,

47 Tertia † insurgit causa ex facto rei, ut quia eis fit usurus in iudicio, ut per Bar. hic per l. 1. §. edenda. ff. cod. & c. contingit de fide instrum. & c. cum persona. de priui. lib. 6. ubi traditur modus edendi. de quo tamen dic ut hic per Cur. Ampliatur secundum Ripam hic istud procedere etiam quod reus uellet uti instrumentis in partibus facientibus in fauorem sui & non aliter nec alio modo, ut consueuit facere communis practica. Et licet ipse uideatur dubitare, quia protestatio quæ pendet a uoluntate iudicis nihil operatur. c. cū. M. Ferrariensis. de constit. & ideo hanc practicam saluat in quinque casibus de quibus per Feli. in c. cum uenerabilis. de excep. Tamen ego in proposito puto eam indistincte esse ueram, quia non potest edere nisi totum, licet uelit uti in parte & partibus cum partes suæ non facerent fidem nisi totum instrumentum ederetur, iuxta. l. 1. §. edenda. & §. editiones. ff. eo. Sed tamen aliæ partes facientes in fauorem aduersarii non erunt de processu, quia non sunt productæ propter protestationem producentis. argu. l. non omnis. ff. si cer. pet. ut ego late dixi in l. fin. in ultima carta inf. eo. post Dec. Ideo debet esse cautus actor ut reproducat alias partes facientes in fauorem sui in parte & partibus & c. ad effectum ut efficiantur de processu & faciant fidem pro eod. Sed tamen ut dixi semper editio erit in totum fiendam nisi sint capitula multum separata iuxta doctrinam Imol. in c. G. perpetuus de fid. instru. & per Felin. in d. c. cum uenerabilis col. 5. uersi. secundus casus. extr. de except. sed si non sunt ualde separata capitula necesse est ut totum instrumentum producat integre, cum suæ partes quibus utitur non ualeant de per se, iux. no. in d. l. 1. §. editiones. ff. eo.

48 Ampliatur † etiam procedere in nominibus testium quæ edenda sunt ut posit opponi contra personas, ut per Spec. in titu. de testi. §. sed qualiter. uersi. post hoc. & c. qualiter & quando. §. debet. & ibi Abbas. ext. de accus. & dixi in l. 2. inf. eo. in ulti. notabili. Nec obst. tex. in l. non ex omnibus. ff. de arbi. quia loquitur de testibus examinandis contra producentem, Nos in examinandis in fauorem producentis, ut ibi Bart. in secundo intellectu & glo. magna in fine ibi hoc sentit, dum dicit quod non tenetur edere ne instruat aduersariū, Si qui testes possint examinari contra edentem nomina. Et idem puto dicendum in dictis testium, ut debeāt edi quando publicatur processus, quia tunc sunt de actis & continentur sub notat. in l. seq. Subiungit etiam hic Alb. & in l. 2. in princi. inf. eo. quod iudex tenebitur interrogare partem ad instantiam alterius partis an habeat aliqua instrumenta quibus usura sit, & ille tenebitur respondere dato competenti termino. l. qui interrogantur. ff. de interrog. acti. & si respondebit quod sic, ille tenebitur edere, per dicta docto. hic. Sed ego reprobaui in l. fi. inf. eo. in pen. carta. declarando intellectum. d. l. 1. §. edenda. ff. eo.

49 Quarta † causa est, fauor fisci, nam fauore fisci reus edit

edit ad fundandam eius intentionem. l. 2. §. Diuus. ff. de iur. fis. & l. nec quisquã. ff. eo. in causis delationis positis in l. 1. cum glo. ff. de iure fisci. & ratio est, quia tractatur de re occulta, nam cum fiscus non possit scire iura sua sibi competentia in bonis alterius quia plerumque ius competit propter delictum alterius, ut habetur in l. 1. ff. de iur. fis. Ideo introductum fuit quod per quemlibet possit denuntiari fisco de bonis ei delatis notificando delicta aliorum uel aliquam aliam causam, & isti denuntiatores appellantur delatores. l. 1. & per totum. ff. de iur. fisc. Et ad probationem faciendam quæ bona reperiantur in patrimonio illius uel hæreditate illa, & quãdo deliquerint denuntiati, quia difficilis est, inductum fuit quod accusati teneantur edere instrumẽta facientia ad causam fisci. dic. l. nec quisquam. & d. l. 2. §. Diuus & ratio rationis est. quia de eis fiscus nec delator possent esse instructi, cum non potuerint de hoc cogitare, & non procedant a negotiatione facta cũ eo. Et prædictam causam puto procedere tantum quando scripturæ pertinent ad causam delationis, ut etiam sentit litera. Sed si scripturæ continerent causam prouenientem a contractu uel a negotiatione ex qua fiscus potuit sibi cautelam parare, tunc non potest cogere reum edere, sed ipse edit ei suas rationes. l. iustum. inf. eo. ubi plus dicitur, quod fiscus edit ad probandum exceptionem rei, quia si procurator fisci petat totum debitum, & reus dicat se soluisse totum uel partem, fiscus debet edere rationes suas ut constet quantum solutum sit sub nomine suo. i. quantum ipse soluerit. Et ibi dicitur sub nomine suo, quia mos est tenentium rationes ut in una parte libri scribant debitores & nomina eorum, & in alia pagina econtrario ponant omnes pecunias solutas a debitore, & sic sub nomine debitoris, & hic est uerus sensus illius legis, licet Doct. in eius intelligentia multum se inuoluant. concordat etiam text. in l. illatæ. inf. de fid. instru.

Ex quibus sequitur quod priuilegium fisci in materia editionis non extenditur ultra causas enumeratas in l. 1. ff. de iur. fisc. & aliis similibus, quia in contractibus & negotiis utitur iure communi. d. l. iustum. infr. eo. & d. l. illatæ. de fide instru. & idem dixi in l. 2. infr. eo. & l. fin. in secundo articulo. inf. eo. Nec obstat. l. in fraudem. §. neque. ff. de iure fisci, ubi nec tertius edit contra fiscum, quia intelligitur de tertio qui habuit beneficio fisci, ut probat ille tex. in uers. idem cum fiscus. & est ratio. quia tunc sumuntur quodammodo de domo fisci, ut declarat Alcia. in d. l. iustum. in fin. princ. &
50 dixi in l. 2. in ultimo notabili. inf. eo. †Quinimo nec priuilegium fisci extenditur ad omnes causas ibi enumeratas, nam non compræhenditur causa capitalis, ut dicit tex. in d. l. 2. §. Diuus. in fin. quia capitales causæ superant in hoc casu fauorẽ fisci & publicæ utilitatis. l. transigere. Inf. de transac. Causam autem capitalem appello quando imponitur pœna corporalis, iux. notata in l. 2. in fin. ff. de publi. iud. & tenet Dec. in l. 2. inf. eo. & ibi etiam late dixi. Non autem si imponitur pœna pecuniaria tantum. Nam si intelligeretur, d. §. Diuus. quando imponitur pœna pecuniaria, priuilegium præcedẽs procederet in paucis casibus, cum in d. l. 1. causæ deferendi enumeratæ plerunque descendant a delicto propter quod priuatur quis bonis suis, & ideo solum procedere quando princeps fuit institutus hæres, uel quando bona uacantia deferuntur fisco, & quando inuentus esset thesaurus, uel res empta minori pretio, in quibus bona deueniunt ad fiscum sine delicto, in aliis uero causis delationis non posset procedere priuilegium fisci, quod est ualde inconueniens. Et ideo restringi & intelligi debet. d. §. Diuus. de causa capitali proprie, quãuis communis opinio docto. uelit quod intelligatur de pœna pecuniaria, exponendo causam capitalem, idest criminalem, quod diuinare est, & contra proprietatem uerborum, & nimis restringeretur prædictum priuilegium. Erit igitur summa, quod quando agitur de causa descendente a negotiatione & commertio, quod reus non tenetur edere fisco, sed fiscus edit reo. l. iustum. inf. eo. si uero agit fiscus ex causa delationis propter delictum, & tunc siquidem agitur ad pœnam corporalem infligendam non sunt edenda instrumenta & scripturę ad probandum delictum, sed si agitur de priuatione bonorum applicandorum fisco, & sic de pœna pecuniaria, tunc editio fit fienda per d. l. 1. coniuncta. l. 2. ff. de iur. fisci.

51 Ex †quibus ego feci unam magnam conclusionem in d. l. fi. repræhendendo Alex. & Dec. & alios ibi, & Ias. & Alex. hic. & Dec. in d. c. 1. de proba. col. 8. cum sequẽtibus & etiam tetigi sup. in notabilibus, quod illud priuilegium concessum fisco non extenditur ad ecclesiam & causam dotis, & causam libertatis, uel aliam similẽ piam causam quia delatio propter crimen non habet locum in illis, nec titulus. ff. de iur. fisc. eis potest conuenire. & in causis negotiationum & contractuum in quibus potest cadere cõuenientia inter fiscum & pias causas fiscus utatur iure communi in materia editionis ut sup. dixi, & per consequens idem erit dicendum de causis piis quod in eis seruetur ius commune, & hoc placet etiam Ripæ hic col. 5. uersi. ampliatur. num. 12. per alia fundamenta quæ possent euitari, sed prædicta magis stringunt, reliqua in hoc articulo plane tangam. in l. fi. inf. eod. Quinta est causa, odium usurarum, de qua statim dicam cum glo.

52 Ex secunda †parte glo. colligitur quod iste text. potest intelligi de argentario, quia licet mulier argentaria esse non possit. l. fœminæ. ff. eo. tamen potest intelligi quod ista mulier successit argentario uel per seruũ exercebat. Bar. tamen dicit quod licet intellectus possit esse in se uerus, tamen est diuinatiuus ad tex. nostrũ. Dec. uero uult quod nec etiam intellectus sit in se uerus, quia mulier non potest per seruum exercere argẽtariam quam nec ipsa potest per se l. si mihi & tibi. §. regula. ff. de leg. 1. & quamuis seruus possit esse argentarius, l. prætor. §. sed si serui. ff. eo. tamen debet intelligi si dominus est capax. argu. §. 1. institu. de stipul. seru. & l. non licet. ff. de contrahen. empt. Et pro ista opinione adduci potest, quod fœminæ alia officia a quibus remouentur non possunt exercere per seruos, argu. not. in l. 2. ff. de reg. iur. & l. 3. §. corporali. ff. de mun. & bono. Præterea tex. in d. l. fœminæ. dicit quod remouentur ab officio, ergo per seruum non possunt exercere, quia alias officium esset penes fœminam, contra illam l. cum officium non possit esse penes seruum, Sed exercitium tantum, quia argẽtaria habet publicam causam l. argentarius. ff. eo. ergo ab ea repellitur sicut ab aliis officiis. l. cum prætor. §. fin. ff. de iudi. & l. in omnibus. ff. de regu. iur. Confirmatur etiam, quia rationes confectæ a uili persona non habent fidem. l. si quis. §. 1. ff. eo. ergo seruus non potest conficere. quia eius authoritas non ualet. l. generali. de tabul. & scrip. & tamen fidem publicam rationes habere debent. d. l. quædam. §. nummularios. ff. eo. Quare concludendum uidetur quod fœmina non possit esse argẽtaria neque per se neque per mediam personam serui.

Sed tamen magis placet opinio communis de qua per Ias. hic, quia non prohibentur fœminæ ab officio ex eo quod sint incapaces, sed solum quia propter honorem & uerecundiam tale officium non conuenire eis prætor existimauit. argu. c. 1. de homic. clan. in 6. & l. qui adulterium. inf. de adult. & esset inconueniens ut dicit hic Alcia. in uersi. cæterum. quod seruus esset capax officii cuius esset incapax mulier libera. per d. l. quod attinet. ff. de regu. iu. Et si dicatur quod hanc rationem tollit tex. in d. l. fœminæ. dum dicit esse uirile officium. respondetur quod intelligitur esse uirile respectu exercitii, sed non respectu effectus, sicut tutela. §. fi. institu. de legit. patro. tut. & ideo cum prohibeatur solum respectu

spectu exercitii, non autem respectu substantiæ actus & officii, succedit regula de qua per Docto. in l. 1. ff. de uerb. oblig. quod qui non potest per se potest per aliū exercitii capacem. Non obstat quod tex. dicit quod remouentur ab officio, quia debet exponi, idest ab exercitio, cum officium illud uideatur cōsistere & eius substantia in exercitio, & necessarium uidetur ex quo seruus potest exercere. d. l. prætor. §. 1. in quo stat totum fundamentum opinionis. Nec obstat quod habeat publicam causam quia intelligitur respectu utilitatis publicæ, cum argentarii a publico deputentur propter publicam causam uel propter publicam authoritatem quam assumunt, quia approbatur eorum fides, tamen officium est priuatum. Nec obstat fundamentum Dec. quia procedit in incapacitate iuris, quo casu qui nō potest per se nec potest per alium. d. l. neque. infr. de hæred. insti. Nos loquimur in incapacitate exercitii tantum, quo casu est impedimentum, & qui nō potest per se potest per alium, ut not. in d. l. 1. ff. de uer. obliga. ut infans & mutus qui possunt per alium stipulari, & per hanc distinctionem reducuntur ad concordiā illæ duæ regulæ contrariæ. Nec obstat quod seruus sit uilis persona, quia propter approbationem factam de eo a publico præstabatur ei fides, cum de iure antiquo seruus posset esse tabellio, ut colligitur ex. d. l. generali. C. de tabu. & scri. lib. 10. dum dicit, deinceps nulli liceat, ergo ante illam leg. licebat. l. 2. ff. rem pupil. sal. fo. ac etiam præponebantur calendario ad negotia gerenda & rationes scribendas. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. pet. & ibi notat.

Quia tamen totum fundamentum communis opinionis est propter inconueniens quod uidetur sequi, quod seruo liceat & non mulieri liberæ. Defendendo aliam opinionem quæ uidetur magis amica iuribus, potes dicere, quod non est inconueniens ut seruo liceat quod non conceditur fœminæ, cum hoc iure ut dixi serui poterant esse tabelliones. d. l. generali & præponi calendariis. d. l. eius qui in prouincia. & non fœminæ. per d. l. 2. ff. de reg. iur. Ex quo inferri potest, quod hodie serui non possunt esse argentarii, cogita tamen, quia articulus est disputabilis.

53 † Quidquid tamen sit, intellectus iste ad l. nostram non est tenendus, quia non adaptatur literæ quæ simpliciter loquitur, & præsupponit regulam in contrarium negatiuam, quod non tenetur edere. Sed si mulier fuisset argentaria, regulariter teneretur edere non tantum existente lite, sed etiam fine lite. l. prætor. & l. argentarius. ff. eo. Et hoc idem puto dicendum in muliere casu quo mulier successerit argentario, quia tex. præsupponit regulam negatiuam, & in argentario uel successore est regula affirmatiua. l. si quis. §. cogentur. ff. eo. Nec ualet saluatio Dec. quia hic tex. non loquitur generaliter ut ipse præsupponit, sed loquitur particulariter, dum dicit, aduersaria tua, & rationibus suis, & hic rationes necessario erāt priuatæ, quia in l. fi. distinguitur inter actorem & reum, quæ distinctio non cadit in l. prætor. & in l. argentarius. ff. eo. & ibi specialitas est in neganda editione. l. si quis. §. prohibet. ff. eo. hic uero specialitas est in permittenda editione, & si regula intelligatur de priuatis rationibus, necessario etiam exceptio debet esse de priuatis rationibus, ut not. in l. 1. ff. de reg. iur. & figurari debet casus in terminis non sub nube, cum decidatur casus particularis, & ideo hæc exempla non sunt tenenda. Nec ualet si dicatur quod hic ponitur regula in tota materia editionis, ut in materia editionis sit regula negatiua, quod reus non tenetur edere, fallit in argentario, & fallit in fisco & similibus, quia respondetur quod etiam considerando totam materiam editionis sumptam in genere generalissimo fienda est regula affirmatiua, quod reus teneatur edere, quia ex quinque causis editionis supra sæpius repetitis quattuor sunt in quibus indistincte mādatur editio, & sola editio iudiciaria de qua habetur in l. nostra est illa quæ recipit distinctionem inter actorē & reum, & in ea etiam si recte inspiciatur regulariter editio fienda est, ut probatur ex distinctionibus traditis in l. fi. inf. eo. Igitur concludendum est, quod lex nostra non potest aliquo modo uerificari in argentaria, & eius successore.

54 Et ideo † Bar. exemplificat alio modo, quod ista mulier esset usuraria, nam hæc esset iusta causa faciēdi mulierem cogi edere rationes suas. cle. 1. de usu. & sic odium personæ inducit quintam causam edendi & cogēdi reum edere ad fundandam intentionem actoris. Et si opponatur prout dicebat Alexan. quod istud exemplum non potest conuenire, quia non potuit Imperator diuinare ad illam cle. quæ fuit postea longo tempore. Respondetur secundum Soc. & alios modernos, quod satis adaptari potest respectu generalis rationis, cū uelit compræhendere tex. omnes iustas causas, & ex extēsione passiua compræhendit etiam d. clem. 1. argu. l. 1. §. lex falcidia. ff. ad l. falc. licet in specie de ea non potuerit cogitare. argu. l. qui iure militari. ff. de milit. testi. Sed uidetur quod nullo modo istud exemplum posset conuenire legi nostræ, quia non ponit decisionem sub nube prout regulariter sunt decisiones. ff. & generales decisiones legis, sed ponit decisionem in themate de facto existenti, & casu in indiuiduo consistenti, quod patet per illa uerba, ipse dispice, ut dictum fuit in primo not. Cui decisioni speciali non potest conuenire d. clementina, cum casus præsentes non possint decidi per leges futuras. l. iubemus. inf. de testam. & sic casus Emiliani non potuit accommodari ad d. clementinam. Nec obstat quod omnes. ll. codicis generaliter intelliguntur per dispositionem factam a compilatoribus in l. 1. & 2. de uet. iur. enucl. & l. 1. de nou. C. compo. quia intelligitur generaliter in casibus similibus, & qui possunt sub uerbis contineri, sed tamen non potuit cōpræhendere nisi causas quæ tunc temporis poterant habere locum. Præterea si præsumeretur quod hæc mulier fuisset usuraria, regula esset affirmatiua, quod teneretur edere, quod hic negatur. Similiter uerba literæ ex alio repugnant, cum usuræ non essent soluendæ ipsi mulieri in terminis eius, sed a muliere Emiliano qui reputaretur usurarius accipiendo usuras pro deposito suo, unde retorquendo rationem ipsi Emiliano nulla ex causa edendum esset.

55 Alia † tamen consideratione potest saluari exemplū de usurario communiter datum, considerando quod leges positæ in corpore iuris duobus modis sunt factæ, uno modo generaliter disponendo, & statuendo non habito respectu ad aliquos casus particulares uel particularium personarum, prout sunt quasi omnes leges digestorum & Iustiniani & authenticorum in quibus figurari debet casus sub nube non in terminis alicuius thematis particularis. Et istæ trahuntur ad nouas leges quia in genere uidentur cogitare de omnibus casibus. l. non est nouum. ff. de legi. l. 1. §. lex falcidia. ff. ad l. falci. & ibi Bart. & clarius in l. fi. infr. in quibus causis in integ. resti. Alio modo fiunt leges, quando proferuntur ad decisionem alicuius casus particularis, uel certarum personarum, prout sunt quasi omnes leges codicis, exceptis factis a Iustiniano, & aliis legibus ff. factis ad interrogationem partis, & istæ respectu decisionis non trahuntur ad futuras leges, quia in casibus petitis non fuit in genere cogitatum de legibus nouis, cum nō deciderent casum suum qui solum potest decidi per leges præsentes, unde tantum possunt trahi ad omnes casus similes tunc præsentes si pro legibus generaliter habentur, ut dixi, & ita procedunt omnia quæ pro hac opinione allegantur. Verum tamen quia leges positæ in corpore iuris ex causa compilationis assumpserunt nouas uirtutes, ut generaliter disponant in omnibus casibus & personis tam præsentibus quam futuris similibus. Et maxime quia similia omnia sunt sublata. l. 1. §. quibus

quibus sup. de no. co. confir. l.1. & 2. de uete. iur. enuclea. & l. leges generales sup. de legib. Ideo in eis & qualibet earum uidetur posita una regula generalis nova uirtute dictæ compilationis tacite inducta & disponens in omnibus similibus casibus & personis, quæ regula potest trahi ad ll. nouas, quia illa sumitur simpliciter non habito respectu ad casum particularem & personas nominatas.

Vnde sequitur, quod ex ista decisione particulari facta in casu Emiliani propter compilationem & collocationem factam in corpore iuris, sumitur una regula generalis in materia editionis, quod reus non tenetur edere actori nisi ex causa rationes suas priuatas nō habita consideratione Emiliani uel mulieris istius uel depositi, sed generaliter considerando omnes personas & casus ex quibus reus tenetur edere. Et poterit etiam comprehendere usurarium, & omnes alias personas conficientes rationes priuatas, quæ ex nouis legibus cogerentur edere, cum in priuatis rationibus compilatores posuerunt hanc regulam generalem in omnibus personis & casibus, & limitationem generalem in omnibus personis & casibus, in quibus reus tenetur edere rationes priuatas, Sed non continebuntur argentarii uel alii conficientes rationes publicas uel alias tres causas edendi supr. enumeratas, quia hæc lex non ponit regulam de eis, cum in illis fiat affirmatiua regula, hic uero est negatiua, sed solum ponit decisionem in hac editione iudiciaria, in qua cōuenit regula negatiua in reo & sic patet quod diuersis modis considerando hanc legem intellectus de usurario potest accommodari, quæ nota & cogita.

56 Subiungit etiam hic Dec. quattuor ampliationes ad dictam clementinam, per quas etiam in consequentiā traduntur alii casus in quibus reus tenebitur edere. Prima est, quod etiam habet locum in iudæo, quia illa clementina generaliter loquitur, & decisio potest adaptari ad iudæum, ut ibi dicit glo. in uerbo censura. quam sequitur Abbas Imola & Cardinalis ibi, quæstio. 8. & Bal. in l.1. §. editiones. in fi. ff. eo. & Dominicus in c. fin. circa fi. uersi. uidi dubitari, de usur. in 6. cum aliis cumulatis per Dec. hic. & in c.1. de probat. col. 12. & ad contrarium, quod non conueniant censuræ ecclesiasticæ, respondet quod censura ecclesiastica bene adaptatur iudæis per indirectum, ut in cap. post miserabilem. & in c. quamuis. de usuris. & dicebat glo. in d. clementina. Quæ conclusio confirmari potest, quia extensio potest fieri de casu ad casum etiam impropriū fauore publico, & maxime fauore animarum. l. sancimus sup. de sacro. eccle. & auth. sacramenta puberum. inf. si aduer. uendi. cum omnes dispositiones pœnales fauore publico sint extensibiles, ne delicta remaneant impunita, ut per Alexan. Iaso. & Dec. in l. si quis id quod. ff. de iur. om. iudi. & Barto. in l.2. §. exercitus. ff. de iis qui nota. infa.

Sed pro opinione contraria, quod illa clementina non extendatur ad iudæum, facit, quia iudæi non uidētur subditi ecclesiæ, ut colligitur ex d. c. post miserabilem. & d. c. quanto. ubi mandatur laicis ut compellant iudæos restituere usuras, facit etiam text. in ca. ius gentium. 1. distin. & sup. de iudæis. l. iudæi. ergo non uidetur eos ligare in dubio. ca. nobis. de senten. excommu. & c.1. de const. in 6. Secundo facit, quia censura ecclesiastica continet quattuor, ut in cap. quærenti. de uer. signi. & unum tantum conuenit iudæis, scilicet priuatio communionis fidelium, & illa etiam per indirectū, d. c. post miserabilem, ergo dispositio non potest habere locum, cum ex quattuor pœnis minima tantum conueniat, & succedit regula generalis, quod cui non conueniunt uerba dispositionis nec etiam conuenit dispositio. l.4. §. totiens. ff. de damn. infe. & l. quod constitutum. ff. de mili. testa. & dicebat Butrig. in l. mancipia. inf. de fur. & cessat omne fundamentum Dec. nec potest dici quod ueniat hæc licentia ex iurisdictione temporali, quia dominus temporalis non potest imponere istam pœnam, ut per Alex. in consi. 1. uolu. 2. & hic Purpur. nu. 20. uersi. 5.

Concordando tamen opiniones, ego puto posse distingui, aut iudæi exercent usuras ex priuilegio Papæ, quia dominus temporalis non potest illud dare, ut per Purpu. hic in d. uersicu. quinto. & tunc ipsi non tenentur ex illa clementina edere rationes si non excedūt quantitatem in priuilegio concessam, quia tales usuræ non sunt prohibitæ, nec dicuntur exercere improbum fœnus, sicut nec etiam comprahendit christianos qui licite ex causa permissa percipiunt usuras, Si uero exercēt usuras ultra summam concessam & extra modum concessum, & ego puto communem opinionem sustineri posse, & in practica ueriorem esse, quia antequā emanaret illa clementina iam ecclesia ordinauerat quod iudæi cogerentur restituere usuras propter maximum damnum christianorum d. c. quanto. de usur. & disposuerat quod censura ecclesiastica certo modo adaptaretur eis, igitur cū illa clementina generaliter loquatur, uoluit æqualiter cohærcere omnes ad edendum propter usurariam prauitatem, ne illa constitutio efficeretur damnosa subditis, & lucrosa non subditis & infidelibus, & dum fecit mentionem de censura ecclesiastica intellexit eo modo quo adaptari potest proprie & improprie. argu. l.2. ff. de offi. procon. & leg. & nota. per glo. insti. de actio. in princ. in §.1. in glo. debetur. & debet fieri interpretatio ut iudæi includantur, ne christiani indebite damnum patiantur, quæ interpretatio fit in omnibus dispositionibus, ut per Barto. in l. omnes populi. in 6. q. principali. ubi late dixi. ff. de iusti. & iur. Nec obstat quod pœnæ non conueniant, quia, ut dixi, sufficit quod aliquo modo possint adaptari, & possint uerificari illa quæ in materia usurarum in iudæis erant inducta. Quinimmo potest dici quod omnes pœnæ cōueniunt, quia licet iudæi sint priuati iure communi cōmunione ecclesiæ & sacramentorum, tamē potest per confirmationem augeri & excitari, argu. l. & si prætor. cum ibi nota. ff. de offi. eius. Præterea non est necessarium quod omnes pœnæ contentæ sub censura ecclesiastica conueniant, quia sufficit una, cum omnes nec etiam concurrant in christianis, ut in c. quamquam. de usur. in 6. in fi. Non obstat quod non sint subditi ecclesiæ, quia non est uerum, ut declarat Abbas in d. ca. post miserabilem. Nec obstat quod illa clementina sit odiosa, quia immo est fauorabilis propter salutem animæ, & extendatur glo. fin. in c. sciant cuncti de electio. Iaso. in d. auth. sacramenta puberum. & in l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pet. & Soc. in consi. 70. & consi. 71. uol. 1. extendentes ad iudæos ca. quamquam. de usur. cum aliis adductis hic per Dec. & sequitur Purpuratus colum. 4. num. 19.

57 Secundo ampliatur procedere dic. clem. in publicano nauta & stabulario, quia in eis eadem ratio est. l.1. ff. nau. caup. & stab. & l. quantæ. ff. de publi. Sed Alcia. hic tenet contrarium, secutus Roma. & Iaso. quia nullum est delictum in persona eorum, immo eorum exercitia sunt utilia & necessaria reipublicæ ut hic per eū, Cuius opinio mihi placet, quia istæ personæ sunt odiosæ propter furtum præsumptum, & propter suspitionem quod habeant cum furibus commertium, non autem sunt odiosæ respectu exercitii. Et eorum lucrum non est odiosum, sed passim permissum & concessum, & sicut improbitas usurariorum non causat editionem quando non agitur de usuris, ut per docto. in d. clemē. Ita etiam improbitas istorum non causabit editionem in exercitio approbato. Vnde non continentur in dispositione dic. clem. quæ procedit in lucro prohibito & odioso. & non potest fieri extensio de lucro permisso ex exercitio necessario reipublicæ & cōcesso ut homines reperiantur qui assumant tale officium, ad lucrū odiosum

odiosũ & punibile,& sic ratio est diuersissima, & ideo uidemus propter necessitatem reipublicæ in multis lo cis permitti iudæis exercere usuras.Præterea.d.clemẽ. se fundat,quia lucrum usurarum est contra legem diui nam & humanam & consumit animas,quod nullo mo do conuenit istis personis.

58 Putarem†tamen in uno casu posse saluari opinionẽ Dec.quod istæ personæ cogantur edere rationes suas quando tales personæ conuenirentur de furto, & dubi taretur an habuissent commercium cum furibus-Nam ad detegendum istud nefandum commertium possent cogi edere suas rationes per rationem.d.clemen. quæ militat in hoc casu,cum lucrum istud fuerit ab omni- bus semper reprobatum, & sit contra legem diuinam & humanam,& sic lucrum est odiosum sicut usurarũ, & exercitium prohibetur sicut usurarum, & commer- tium reprobatur ut in usuris.Item est difficultas proba tionis,ut in usurario contractu, & tractatur de delicto principaliter,& interest reipublicæ ne remaneat im- punitum,unde fienda est extensio, Et cum etiam in d. clementina contineatur usurarius quando agitur de usuris.Ita continebuntur istæ personæ quando conue- niuntur ex hoc reprobato negotio per not.in d.l. si qs id quod.ff.de iuris. om.iu.& Bar.in d.l.2.§.exercitus. de iis qui no.infr. & l.argentarius. ibi, non absimiles. & l.quædam.§.nummularios.ff. eo. Et sicut usurarius non obstante infamia non tenetur edere quando con- uenitur ex approbato contractu, ita isti etiam non te- nebuntur edere quando conueniuntur ex licito cõtra- ctu non obstante infamia.Et si delictum commiserunt in contractu suo illicite exigendo debent puniri pœ- nis suis positis in l.3.ff.nau.caup.stabu.& d.l. quantæ. ff.de publica.sicut & alij mercatores puniũtur suis pœ- nis pro delicto interposito in suis contractibus, & non per hoc debent cogi ad editionem,& hoc uerius & æ- quius est.

Ampliatur & tertio procedere etiam in eo qui de- siit exercere usuras,si tamen conueniatur ex usuris præ teritis.l.prætor.§.iis etiam.ff.eod.Et in hoc bene, quia militat eadem ratio,& agitur de usuris,ut hic per eum, quæ adhuc non sunt restitutæ,secus autem si essent re- stitutæ,quia amplius non agitur de usuris, & abolita est macula.c.cum tu.de usu. Putarem tamen quod si il le qui desiit exercere usuras conueniretur de nouo ꝙ fe cisset contractum usurarium,& ille se defenderet quod desiisset exercere usuras, quod hoc non obstante tene- retur,quia adhuc durat infamia,licet sit emendatus,un de facilius præsumitur malus quam alius. c. semel ma- lus.de reg.iur.& c.testimonium.extra de testibus.quia licet sit extra crimen,non tamen est extra suspitionem criminis.ut per Bart.allegatum per Bal.in rub.infr. de usur.in 2.quæstione.& ideo hoc casu non erit necessa- rium quod capiatur illa summaria informatio quod sit usurarius,de qua per Card.in dic.clemen.in 1. quęstio ne.& hoc tenent hic Aquen.& Purpur.nu.21.uer. subli mitat Soci.

59 Quarto†ampliatur procedere etiam in eo qui uen- dit carius merces ad tempus,quam si statim solueretur pecunia,ut per Abba.in c.ad nostram. de empti. & uẽ di.Sed Dec.hic tenet non habere locum extensionem, quia ille tex.loquitur de usurario manifesto, & uendẽs carius non præsumitur usurarius cum faciat contractũ licitum,per nota.per Bar.in l.quid sit fugitiuus. §.apud Labeonem.ff.de ædili.edic.& propterea dispositio.c. quamquam.de usur.in 6.non habet locum in eis, ergo eodem modo nec dic.clemen. Et pro ista parte consu- luit Paul.de Cast.in d.consi.suo 117.ad primum quæsi tum.lib.1.& in eadem causa ut credo in qua consuluit Abbas in suo consi.22.uol. 1. quia in utroque consilio erat minor qui uendiderat carius, & erat mortuus, & ibi extabat statutum quod non possent contrahere si- ne certa forma,& Abbas refert omnia motiua Paul.de Castro & eis respondet, Et hæc opinio Abbatis mihi uidetur uera in terminis suis,præsupponendo quod ap parebant contractus de quibus agebatur esse de casi- bus in quibus præsumitur usura, & cõstabat per libros quod quando uendebat eis cum pecunia uendebat pro uiliori pretio quam sine pecunia,& ille merces non ua riabantur a communiter accidentibus in pretio ex ua rietate temporis,ut sunt panni sirici & lanei qui regu- lariter non ualent plus in uno mense quam a.10, & il- le iuuenis dicebatur notorius usurarius, quia tenebat bancum paratum ut uenderet ad tempus pro maiori pretio easdem merces, quæ non poterant uariari in pretio quam in uendẽdo cum pecunia, ut ibi latius per

* eum.Vnde cum communiter docto.teneant quod pro pter deprauatam mentem uendens hoc modo sit usura rius & puniatur pœna usurarii, dicto cap. in ciuitate. & c.nauiganti.de usur. & erat manifestum quod facie- bat tales contractus prohibitos,ergo erat usuratius ma nifestus.Nec obstant motiua Decii & Pau. quod usura rius non dicatur regulariter ex cõtractu permisso, quã uis posit ex subtili indagatione detegi usurarius,ut uo luit Barto.in l.quis sit fugitiuus.§ apud Labeonem. ff. de ædili.edic.quia illud uerum est quando est dubium quod illi contractus sint usurarii,sed in casu Abbatis e- rat clarum quod erant usurarii propter qualitatem pre tii & rerum uenditarum, & ideo reputatur usurarius, & non dicitur esse extensio,sed compræhensio, cũ usu- ra ex mente deprauata dicatur uera usura secundũ do- cto.in d.c.in ciuitate.& probat Abbas in d.cons.& per omnia tolluntur.

60 Vnde†conclusiue decidendo dicendum est, quod si constat aliquem uendere carius in modo reprobato, quod tunc est usurarius manifestus & continetur sub capi.quamquam de usur. in 6. sed si est dubium quod contractus sui sint usurarii uel non,licet contractus pa lam faciat,tamen nõ reputabitur manifestus usurarius, per nota.per Barto.in d.§.apud Labeonem.& non cõ- tinebitur in d.c.quanquam. Sed tamen quantum ad d. clementinam. non est necessaria hæc distinctio, quia utroque casu uendens carius continebitur,quia siue cõ stet siue sit dubium an contractus sint usurarii tenebi- tur edere rationes ad hoc ut appareat an contractus sit usurarius, quia de istis contractibus dubiis loquitur.d. clementina prima de usu.ut in ea patet.cum ista tamen restrictione quod publice faciat dictos contractus su- spectos,& summarie in processu appareat,quia nõ om nis qui conuenitur de contractu usurario tenetur ede- re,sed oportet quod constet summarie retro eum esse suspectum de usuris,secũdum Calderi num in d. clem. §.cæterum.in prima quæstione.& Roma.in cõsi. 226. ultra pridie allegata. Et Decium inf. in quæstione se- quenti,& licet Decius dicat oportere constare eum es- se usurarium, tamen Iason & aquenses & Purpuratus hic nu.20.& nu.31.tenẽt quod solum summarie & per argumenta capitur informatio,licet Alexan.in quarta limitatione alleget Card.dicere de plena cognitione, sed ipse hoc non dicit.Ideo sufficit quod summarie cõ stet eum esse solitum facere contractus suspectos.

61 Quinto †extenditur.d.clem. etiam ad hæredes usu- rariorum.arg.l.prætor.§.1.& l.siquis.§.cogentur. & l. quædam.§.nihil interest.ff.eo.ut hic per Ias. & Purpu. qui addit quod stabitur eorum iuramento si negant se habere rationes.ut per Bald.in l.in actionibus.ff. de in lit.iur.& Abba.in consi.13.& Alex.in l. publicati. col. 3.infr.de testam.

62 Sexto†extenditur.d.clem.nedum ad libros rationũ, sed etiam ad schedulam & bastardellum, secundum Ia so.hic.& l.si quis.§.rationes.ff.eod.& sequitur Purpur. hic nu.21.quamuis Dec.inf. in sequenti quæstione ui- deatur dubitare,quia illa cle.dicit codices rationum. Tamen si esset aliqua scriptura separatim facta in frau- dem,ne per codices detegeretur usuraria prauitas,pu- to

to quod optime ex mente. d. clem. contineretur, quæ considerat fraudes & modum eas detegendi, cætera circa istam clem. dic ut per Purpu. hic col. 5.

63 Aliud†exemplum ad istum tex. (tenendo quod loquatur de rationibus priuatis quę regulariter nõ eduntur a reo nisi ex causa) ponebat hic Iac. Butr. in quo posset uerificari illa exceptio contenta in uerbo ex causa, scilicet in mercatoribus & artificibus nostri temporis dicens quod cum ipsi hodie teneantur edere rationes suas quas conficiunt pro instructione sua in suis mercantiis & artificiis, continentur in tex. nostro, in uerbo ex causa, ex extensione passiua, licet officium non habeat publicam causam, sicut argentariorum & nummulariorum, & uere sint rationes priuatæ, & sit casus nouus nouiter ex consuetudine inductus. Quam opinionem sequutus fuit Bar. Salic. & Ang. Franciscus de albergotis. Florianus & Alex. hic. & Iason. & Curt. iunior & idem Bar. in l. quædam. & in l. 1. §. editiones. & ibi Alber. ff. eo. & est communis opinio, tam quod ipsi mercatores teneantur edere rationes suas priuatas, quam quod sit bonum exemplum ad text. nostrum in uerbo ex causa.

Et pro ista opinione adducũtur aliqua, & primo pręsupponendo unum quod uidentur sequi omnes doctores hic, uidelicet quod ubicunque quis scripsit rationes ad requisitionem alterius tenetur propter mandatum edere, ex eo quia propter hanc rationem prætoris edictum emanatum fuit in l. prætor. ff. eod. ut argentarii teneantur edere rationes, ut ibidem dicitur in §. 1. & §. pertinere. Vnde inferunt doctores, quod ubicũque scribuntur rationes ex mandato tacito uel expresso, ille tenetur edere. Igitur argumentatur Butr. Consuetudo facit quod quis uideatur mandare quod solitũ est facere. l. uel uniuersorum. ff. de pignor. actio. & l. Titianus. ff. quod cum eo. sed mercatores nostri temporis cæperunt conficere rationes omnium quæ geruntur cum eis occasione illius mercantiæ, ut experientia docet, ergo sequitur quod negotiantes præsumuntur eis facere mandatum, ergo & ipsi tenebuntur edere ad similitudinem argentariorum in quibus requiritur mandatum, & propter eius interuentum tenẽtur edere. d. l. prætor. §. 1. & §. pertinere. ff. eod. Et licet d. lex uel uniuersorum. & lex Titianus loquantur de consuetudine mandantis, tamen earum ratio militat etiam in cõsuetudine mandatarii. Et facit etiam tex. in l. fina. infr. de fideiuss. iuncta glo. in uerbo simplicitas. quæ dicit quod partes uidentur rogare notarium apponere clausulas cõsuetas. ad idem tex. in l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædili. edict. & l. 4. ff. de spõsa. & l. manumissio per lictores. ff. de manu. uind. & l. si pignori. §. fi. ff. de pign. actio. & generaliter ex consuetudine omnis actus regulatur, secundum Innocen. in c. olim. de uerbo. significa. Sed ad istud fundamentum respondetur tenendo aliã partem, quod ille qui allegat consuetudinem illã probare tenetur, ut per glo. in l. præscriptione. sup. si cont. ius uel utilita. pu. & per Barto. in l. omnes populi. in fi. ff. de iusti. & iur. & in l. de quibus. in fi. ff. de legibus. Vnde licet ista consuetudo appareat in aliqua ciuitate, uel in aliquibus personis, tamen non sequitur quod sit in omnibus ciuitatibus nec in omnibus mercatoribus, Igitur ideo erit necesse particulariter in qualibet lite hãc consuetudinem probare ut hic per Dec. Secundo respõdetur, quia etiam quod sit probata, tamen non infertur quod sit facta ad finem quod inducatur mandatum cũ negotiatoribus propter quod teneantur edere, quia hoc est in damnum scribentium, & ipsi scribunt rationes ad fauorem sui, & non debet retorqueri in eorum odium. l. quod fauore. sup. de legibus. & l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. Nec obstat quod promiscue scribant rationes contra se & pro se, quia hoc faciũt ad eorum utilitatem & instructionem non ad utilitatem & instructionem alterius, Quod demõstratur ultra doct. quia talis confectio rationum redundaret in eorum damnum & destructionem, cum scribendo facerent probationes contra se, & tamen postea non haberent probationes pro se, quia rationes faciunt fidem contra scribentem, & non pro scribente, ut late dixi in secũdo notabili post alios, quod est absurdum, nec credibile, ꝙ uelit consentire illi mandato. Nec obstat l. fi. inf. de fideiuss. quia secundum Dec. ille tex. loquitur de consuetudine generali, hic uero est consuetudo particularis, quæ non est habilis ad inducendum nouum contractũ, licet sit habilis ad declarandum uoluntatem super contractu facto. l. si seruus plurium. ff. de leg. 1. & l. Mella. ff. de adim. leg. Sed quia hæc responsio ad d. l. fi. posset cauillari, quia immo particularis consuetudo inducit nouum contractum in præiuditium sui. d. l. uel uniuersorum. de pigno. action. & l. Titianus. ff. quod cum eo. Ideo potest responderi aliter, quod illa lex probat cõtrarium, quia illa consuetudo paciscentium de qua ibi non potuit inducere quod præsumatur pactum tacite appositum, sed fuit necesse hoc statuere per legem, ut ibi patet. Et tex. in d. l. quod si nolit. §. quia. assidua, cũ concordantibus loquitur de appenditiis, & iis quæ ueniunt in consequentiam contractus, non autem de iis quæ respiciunt substantiam actus, quæ non præsumuntur ut dixit Barto. & Alex. in d. l. sciendum. in fina. col. ff. de uerbo. oblig. dum loquitur de rogitu notarii qui nunquam præsumitur ex consuetudine, & in argentariis est alia ratio præsumendi mandatum ut statim dicam. Quinimmo nec etiam præsumitur ex parte negotiantium quia demonstrarent quod ipsi cõfidunt de simplici eorum scriptura, quod non est credendum, & tanto magis quia hæc consuetudo est stricti iuris cum sit correctoria, & debet stricte intelligi, ut per Inn. in c. dilecto de offic. archid. & glo. in c. Odia. de regul. iur. in 6. & Bar. in l. 1. §. siquis hoc interdicto. ff. de iti. actuq; priua. & Dec. hic & in c. 1. de proba. Patet igitur quod hoc fundamentum de consuetudine non probat opinionem communem, quia non apparet de consuetudine, & si apparet, nunquam poterit apparere quod mercatores scripserint rationes animo eas edendi, & susceperint hoc mandatum de edendo propter maximũ prę iudicium quod eis inferreretur.

Secundo principaliter pro ista opinione adducitur lex argentarius. ff. eo. ubi assignantur duæ rationes æque potentes scilicet quia officium argentarii & nummularii habet publicam causam, & quia eorum opera principaliter consistit in scribendis rationibus, quæ rationes cum sint æque potentes, non requirunt concursum, sed sufficit una d. §. affinitatis. sed una ex istis militat in mercatoribus nostri temporis, quia ex consuetudine eorum opera consistit in scribendo, ergo tenẽtur edere. Sed ad istud respondetur quod immo ibi requiritur concursus utriusque rationis, quia sola confectio rationum non inducit necessitatem edendi, sed requiritur quod officium habeat publicam causam & fidem, quo casu rationes faciunt fidem pro scribente, quia eorum persona est approbata, ut supra dixi in 2. notab. Vnde non est eis pernitiosum edere sicut est in priuatis rationibus, Et sic magna uis est quod habeat publicam fidem. l. si uentri. §. in bonis. de priuile. creditorum. & propterea requiritur concursus illarum duarum rationum, & non adaptantur ad mercatores nostri temporis. Secundo respondetur quod nulla illarum rationũ militat in mercatoribus nostris, quia eorum opera nõ est publica ut constat, nec etiam consistit in rationibus scribendis, sed eorum officium est negotiari. l. semper. §. negotiatio. ubi Bart. ff. de iur. immu. ut dicebat Dec. Nec ualet quod ex consuetudine opera eorum est in scribendo, quia non est uerum, cum aliud sit in argentariis qui recipiunt pecunias alienas deposito, & illas promittunt restituere minutim ad eorum uoluntatem, ac etiam promittunt eorum operam quæ non consistit in alio nisi in conficiendo rationes diligenter, quia nõ promittunt

promittunt negotiationem, sed custodiam, & scr iptu- ram cum suscipiant pecunias alienas. Et hoc promittũt in specie quando datur eis potestas scribend i, & iurant diligenter conficere rationes, propter quod in eis præsumitur mand atum sequentibus negotianti bus publicam fidem. d. l. si uentri. §. in bonis. ff. de priui. credi. & sic patet quod nulla ratio posita in d. l. argentarius militat in mercatoribus nostri temporis, ergo nec dispositio, & per consequens non probat communem sententiam.

Tertio inducitur tex. in l. prætor. in princ. ff. eo. ibi, quia cum singulorum rationes conficiant, æquum est quod mei causa factum est quodamm odo meum mihi edi, quæ ratio punctaliter militat in mercatoribus nostris, Sed respondetur secundum Dec. in d. c. 1. quod illa non est ratio finalis, sed ratio finalis est quæ ponitur in l. argentarius. Secundo respondetur quod nec etiam illa ratio militat, quia non est uerum quod scribant rationes singulorum, & ex eorum causa, sed rationes suas pro sua instructione scribunt, Et hoc placet, quia non cogitant facere probationes aliis, cum sibi nõ possint probationes inducere. argu. l. cum de indebito. ff. de proba. & l. non omnis. ff. si cert. pet. argentarii uero id faciunt quia tenentur scribere & ita promittunt & iuran t, & probationes sibi comparant ut dixi supra in prim o notabili.

Quarto inducitur lex quædam. §. nummularios. ff. eod. ubi ex sola ratione scripturæ quod dictum est de argentariis extenditur ad nummularios. Sed respondetur quod scriptura mercatorum nostri temporis nõ est talis qualis est illa quæ fit a nummulariis, cum illa faciat fidem inter tertios, saltim semiplene, & habeat publicam fidem, & ipsi iurauerunt scribere fideliter rationes singulorum, & gerunt negotium quod principaliter requirit confectionem rationum, quorum nullũ requiritur in mercatoribus nostri temporis.

Quinto inducebat Alcia. quia præsumitur mandatum quando in præsentia scribuntur rationes, si probabiliter interest. argu. nota. per gl. in l. 1. ff. de negõ. gest. Sed respondetur quod non est uerum quod intersit, cũ uideretur mandando approbare eius personam. Item non sequitur, mandare præsumitur quòd scribat, ergo mandat ut edat. Tertio non sequitur quod scribens suscipiat mandatum, quia in mandato requiritur duplex uoluntas, mandantis, & mandatarii, & licet præsumatur uoluntas mandantis, tamen non præsumitur uolũtas suscipientis, cum sit nimis præiudicialis sibi. argu. l. filius familias. §. inuitus. ff. de procur. cum faceret aliis & non sibi probationem ut dictum est.

Contrariam tamen opinionem, quod immo mercatores non habentes publicam fidem non teneantur edere rationes suas quia sunt priuatæ, tenuerunt Iacobus de Beluisõ Bald. hic & Dec. Curtius Antiquus. & Purpu. & Dec. in cap. 1. de probatio. & glo. ordinaria in l. quædã. §. nummularios. ff. eo. quæ uoluit nostros mercatores non æquiparari argentariis, quam sequitur Ang. in l. argentarius. in princi. ff. eod. Card. in cle. 1. de usur. & Petrus de Anchara. & Imo. in d. c. 1. Et mouentur principaliter, quia argentarii consuetudine cõficiebant rationes publice, & tamen ad hoc non cogebantur nisi interueniret mandatum expressum, ut probat tex. in l. prætor. coniuncta. l. si quis. §. pertinere. ff. eo. ergo datur intelligi quod consuetudo sola non sufficit. Ad hoc tamen motiuum respondet hic Alex. negando quod sit necessarium mandatum expressum in argentariis, sed sufficit tacitum quod præsumitur ex consuetudine, & ad tex. in d. §. pertinere. respõdet quod loquitur de tertio non contrahente in cuius persona requiritur expressum mandatum, Quæ responsio confirmari potest, quia in l. quædam. §. nummularios fit extẽsio ad nummularios ut teneantur edere, & tamen non fit mentio de mandato, ergo non requiritur expressum mandatum. Replicat tamen Dec. quod est uiolatio ad d. §. pertinere. qui uenit exponendo l. prætor. in princ. & d. l. si quis. §. ex hoc edicto. quæ loquuntur de persona contrahente, ergo & d. §. pertinere interpretans de contrahentibus intelligitur. §. 1. in auth. de fili. ant. do. instru. nat. Quinimmo potest dici quod intellectus Alexand. in d. §. pertinere, est falsus, quia argentarius non tenetur edere nisi contrahentibus & succedentibus cõtrahentibus quorum causa tantum fit scriptura, & quãdo editio fit tertio non fit per argentarium ipsi tertio, sed argentarius edit contrahentibus qui postea edunt contra tertium uel in fauorem tertii, Vnde aliter potest responderi ad motiuum prædictum, negando ut dicebat Alexand. quod requiratur expressum mandatum, quia nulla lex hoc dicit, & patet in edicto, quod nullam fecit mentionem de mandato, sed est Vulpianus qui interpretando facit mentionem de mandato, quod cum non esset expressum in edicto oportet dicere quod præsumptiue ueniebat, & ideo dum in §. pertinere interpretatur illud mandatum intelligitur de mandato tacito, & si dicatur, alias non fuisset necessarium exprimere personas mandantis si non fuisset loquutus de expresso mandato, re spondetur quod immo fuit necessarium ut declararet an si negotium esset factum cum procuratore edendum esset domino, & e-contra, & ad illum finem ibi Vlpia. interpretatur illud requisitum de mandato, quod patet, quia postea in extensione facta in d. §. nummularios. & in d. l. argentarius non fuit facta mentio mandati, & ideo similitudo ad mercatores nostros tenere uidetur.

Secundo principaliter pro ista opinione inducitur clementina prima. §. cæterum. de usur. ubi particulariter inducitur quod usurarii teneantur edere rationes quando agitur de usuris, ergo non est generale, quia nõ fuisset necessarium inducere, quod tamen est contra mentem literæ. Ad istud fundamentum dantur tres responsiones, demonstrando quod specialitas illius tex. consistit in alio quam in editione rationum, & primo respondetur quod specialitas est in usurariis priuatis qui secreto conficiebant rationes & usuras, sed si publici fuissent mercatores, sine illa clementina tenerentur edere, Decius tamen replicat quod est uiolare illam literam, quæ præsupponit a contrario quod ex alia causa non tenetur edere, quod tamen non esset si mercatores regulariter tenerentur edere, Quæ replicatio non tollit contrarium, quia non potest negari quin tempore illius clementinæ multi tenerentur edere sine ea, ut erant argentarii, nummularii, socii, tutores, procuratores. l. quædam. ff. eo. & omnes qui conueniebantur aliquo ex remediis positis sup. in præmissis, ut actione ad exhibendum, uel interdicto de tabu. exhiben. & in fisco & in multis aliis casibus, quos tamen casus non considerauit d. clementina. Et sic reperiebantur aliqui casus in quibus quis non tenetur edere. Ita etiam nõ est inconueniens quod licet mercatores tenerentur edere quando conficiebant rationes ex consuetudine quod non fuerint considerati in d. clementina, quæ solũ fuit inducta propter illos casus in quibus nullum remediũ competebat, Et non est inconueniens quod una lex propter unum casum faciat dispositionem generalem compræhendentem etiam casus iam dispositos, ut est tex. & ibi not. Bart. in l. Gallus. § nũc de lege. ff. de lib. & posthu. & sic hæc responsio est bona ad d. clem. Secũdo respondebat Alex. quod illa clementina loquitur de scripturis occultis, ut de schædulis, non autem de libris regulatis, & sic in hoc est specialitas. Sed Dec. replicabat quod ille tex. expresse dicit de codice rationũ, Sed duplicari potest quod licet appellet codicẽ rationum, non intelligit tamen de illis codicibus regulatis, sed de illis secretis, sicut nec intelligitur de rationibus aliis quæ ex alia causa edi poterant, Item, ut dixi, non inconuenit quod generaliter loquendo propter unum casum

casum specialem compræhendat etiam casus iam permissos. Tertio respondebat Seuerinus hic, quod specialitas est in eo, quod tenetur edere ad sui turpitudinem detegendam, quod nō est in aliis. l. alias. ff. de iure. iur. & notat Dec. infra in l. fi. Sed replicat Dec. quod turpitudo iam detecta est, quia requiritur quod appareat prius summarie quod sit usurarius, ut per Card. in d. clemen. in pri. quæstio. Duplicabat Lancelotus quod non detegitur ita particulariter, Et hoc mihi placet, quia illa præcognitio est summaria quæ nō infamat, sed ista editio infamat infamia iuris propter sententiā, & præiudicat, & sicut specialitas est in hoc, quia alias ad detegendum crimen suum nullus tenetur edere, ut no. Dec. in d. l. fi. ita illa regula fuisset sufficiens causa faciendi quod usurarius non teneretur edere, licet alias ipse in aliis casibus teneretur. Vnde ut tolleret hanc allegationem partis, disposuit. d. clementina ut teneatur edere, & ita patet quod optime fuit responsum ad d. clemen. quidquid dicat Dec.

Tertio principaliter pro hac opinione adducebat Alcia. hic, quod præsumptum mandatum debet oriri ex aliqua coniectura, sed hic nulla consideratur, ergo &c. Sed responderi potest quod immo est coniectura, quia publice conficit rationes, & publice dicit se mercatorem, & de consuetudine sua scribit rationes aliorum, Vnde cum ex consuetudine scribat præsumitur postea mandatum per prædicta.

Quarto inducitur. d. l. argentarius. quæ allegat duas rationes & in dubio præsumitur quod utraque sit necessaria. Sed respondetur quod istud non est uerū, quando apparet quod una sufficit. d. §. affinitatis. & glo. in l. si non lex eliessentia. ff. de hære. insti.

Quinto inducitur, quia mandatū necessario non inducitur ex consuetudine, ut no. in l. sciendū. in pen. col. per Bar. & Alex. ff. de uerbo. oblig. & ideo dicebat hic. Curt. Antiqu. quod licet fideiussor habeat mandatum de soluendo creditori. l. indebitū. ff. de condi. inde. tamē in dubio dicitur soluere nomine proprio, quia sua interest, potius quā pro executione mādati, ut per Bar. in l. Modestinus. ff. de solutio. uers. secundo casu. si igitur nō uidetur quis exequi mandatū propter suū interesse, ergo tanto minus præsumitur fecisse mandatum. Sed ad istud respondetur ꝗ immo Bart. in d. l. sciendū. præsupponit ꝗ præsumatur mandatū, dum uult ꝗ sufficiat si notarius dicit ego notarius scripsi, & non dixit, rogatus. Præterea ibi est alia ratio, cū notarius scribat negotia aliena quæ non habent mixturā cum suis, sed mercator scribit negotia sua cōnexa cū alienis, & unū nō pōt scribi sine altero perfecte, ergo præsumitur potius mandatū in mercatore quam in notario, sicut propter hanc ratione cōiter cōcludūt doct. ꝗ in argētario sufficit tacitū mādatū. Nec obst. dictum in d. l. Modestinus, qa illud est ex alia rōne, cū ibi nō interuenerit consuetudo ex qua præsumatur uoluntas & obligatio.

Sexto principaliter facit tex. in d. l. argētarius. dū dicit, & alii nō absimiles, ergo præsupponit ꝗ alii reperiūtur similes, ꝗ uerificabitur in mercatoribus nostris, Sed facilis est respōsio, ꝗ loquitur de aliis similibus habētibus publicā fidē, uel cām q̄ nō est in istis mercatoribus, Ex quibus patet ꝗ allegata pro utraque parte concludenter non probant, & articulus est disputabilis.

64 Sed†resolutiue loquēdo, & amplectendo ueritatē, aduertendū est primo, quia doct. omnes præsupponunt ꝗ si aliquis cōfecit rationes me mādāte ꝗ tenetur edere, Quod dictū iure nō probatur, & in contrariū facit regula. l. qui accusare. inf. eo. & c. 1. de proba. ubi instrumēta quæ cōtinēt unū negotiū cōmune nō debēt edi, & tamē præsupponendū est quod fuissent cōfecta mandantibus partibus iuxta formā traditā in l. contractus. & l. cōparationes. inf. de fide instr. ubi fit mentio de instrumētis subscriptis a partibus, & tamē illa instrumēta nō eduntur per d. c. 1. de proba. & d. l. qui accusare. Et

in argentariis mandatū non est sufficiens ad editionē causandam, Quia antiqui argentarii antequam emanaret edictum prætoris recipiebant pecunias aliorum & minutim eas restituebant, sicut post propositū edictū, & credendum est ꝗ negotiantes cum eis sæpisime mādarent ut conficerent rationes & tenerent bonum cōputum, & considerent de eorum scripturis, ex quo etiā confidebant ipsas pecunias sine causa, ergo solitū erat confici rationes cū mandato & sine mandato, & cū prętor mandet edi quando mandatum interuenit, patet ꝗ solum mandatum non sufficiebat ad edendum, sed fuit necessarium edictū. Nec dicatur ꝗ hodie post edictum mandatum est sufficiens causa ad inducendum coactionē editionis. Quia respondetur ꝗ edictum non fuit factū propter solum mandatum, quia hæc causa fuisset cōis cum aliis omnibus mercatoribus & negotiātibus & industriosis, & oēs fuissent coacti edere. Et alias edictū fuisset ineptis uerbis propositū, referendo uerba ad argentarios solos, & diminuti fuissent iureconsulti interpretātes facientes mentionē de nummulariis & mēsulariis tantū, & male diceretur in l. argentarius. ff. eo. de aliis non absimilibus, cum oēs industriosi & mercatores continerentur. Vnde necesse est dicere ꝗ edictū non fuit fundatū super mandato solo (quia mandatum requiritur propter solū interesse partis) sed fuit fundatū super ratione posita in d. l. argentarius. quia eorum officiū habet publicā causam, cū ipsi profiteantur palā se uelle conficere rationes aliorū, & de hoc petunt licētiam a magistratibus, & ita iurant, quæ licentia conceditur eis approbando personā eorū ad scribendū, quia exercitiū non possent facere sine rationibus, quod non ita in aliis personis & negotiis est necessarium. Et sic unū fundamentū cōmune de mandato in quo doctores ita se torquent remanet inutile, quia siue dicamus ꝗ interuenit tacitum siue expressum mandatum tamen nō sufficit ad editionem, quia ut dixi, non fuisset necessarium prætori proponere illud edictum, ac nec etiam fuisset necessarium edictum de tabul. exhiben. cum clarum sit quod semper testator tacite mandabat ut ederentur.

65 Secundo†aduertendum est, quia non probatur bene quod consuetudo scribendi induceret tacitum mandatum, uel si inducebat ꝗ illud mandatum causaret editionem, quia tempore digestorum & codicis erāt ante Iustinianum infiniti & magni mercatores qui scribebant rationes suas. l. eius qui. ibi, calendario. ff. si cer. peta. & in rubro & nigro. ff. de peculio & ff. de institoria actione. & ff. de exercitoria actione. insti. quod cum eo qui in ali. po. & in omnibus legibus quæ dicunt seruos teneri reddere rationes. l. cum seruus. ff. de condi. & demon. & §. si peculium. institu. de lega. & tamen uidemus quod non tenebantur edere, cum soli argentarii & nummularii & illi qui habebant publicam fidem cōpellerentur edere ut in l. per edictum prætoris. ff. de edendo. & propterea ut sup. dictum fuit emanatę sunt leges omnes istius titu. Præterea gubernator fisci semper scribit rationes, & tamen non præsumitur mandatum ut edat, sed tenetur edere ex generali regula, quia actor est. l. iustum. & l. non est nouum. coniuncta. l. fin. infr. eod. Et sic patet quod consuetudo non inducebat mandatum, & si inducebat, non sufficiebat ad edendum, Et ratio est manifestissima, quia non est utile neque mādanti, qui quodammodo uideretur approbare scripturam illam fiedam a mercatore, & neque est utilitas recipientis, cū ipse faceret probationes contra se, & pro se rōes non probarent, quod non est credendū. arg. l. cum de indebito. ff. de probatio. Doct. autem qui hoc dixerunt fuerunt moti quia uidebāt de facto istos mercatores edere, & eorum scriptis præstari fidē, Sed non fuerunt recordati quod per totā Italiam sunt statuta uolentia quod credatur libris mercatorum si cum certa qualitate confecti fuerūt, ut quod impetrauerint

licentiam a magistratibus & iurauerint fideliter scribere rationes omnium, unde Barto. in d. §. nummularios. & in l. nuda. uersi. circa secundum. ff. de probatio. uidetur restringere hoc dictum inum ad tales mercatores.

66 Quare†distinguendum est, Aut isti mercatores impetrauerunt licentiam a magistratibus suis, ut cõsulibus uel aliis ad hoc deputatis, uel ex forma statuti uel de iure, & tunc illi tenentur edere, quia dicuntur habere publicam fidem, cum ista authoritas scribendi rationes & retinendi libros regulatos concedatur a publico illis qui promittunt scribere fideliter rationes omnium eo modo quo gesta fuerunt negotia & iurauerunt. Et ideo succedunt loco argentariorum & nummulariorum, ut dicebat Bar. in d. §. nummularios. & in l. nuda. uersi. circa secundum de donatio. Et dicũtur rationes certo modo publicæ authoritate, licet sint priuatæ quantum ad dominium, sicut erant rationes argentariorum qui dicebantur in d. l. argen. habere publicam causam & publicum officium propter authoritatem publicam & licentiam a publico concessam, licet quo ad dominium ille essent priuatæ. & competerent seruo peculiari. l. prætor, §. 1. ff. eo, & dixi in præmissis. Et hoc idem etiã potest dici esse in notario, ut eius scripturæ dicãtur publicæ propter publicam authoritatem, licet quo ad dominium sint priuatæ, Intantum quod siquis emit a Notario scripturam authenticam, erit priuata ipsius, ut per Innocentium in c. 1. de probationibus. & tamẽ producta in iudicio habebit plenam fidem propter publicam authoritatem.

67 Aut†non habuerunt mercatores istam licentiam scribendi, sed per se conficiunt rationes (quo casu sunt mere priuatæ licet palam scribantur & apotheca teneatur in publico loco quia habent priuatam fidem) & istas non tenentur edere, licet millies sit consuetudo scribẽdi, & licet interuenerit mandatum de scribendo, quia non constat ꝙ ipsi mercatores uelint acceptare illud mandatum ad effectum edendi, nec præsumitur cũ sit nimis eis præiudiciale parare probationes contra se efficacissimas & pro se inutiles, Et ut dictum fuit, non coguntur per edictum, cum solum argẽtariis inducta fuit necessitas edendi, d. l. prætor. ibi, argentariæ mensæ exercitores. quæ extensa fuit postea ad nummularios. ut d. l. quædam. §. fi. & d. l. argentarius. & non ad alios mercatores, ut patet ex lectura illius tituli. Et propterea fuit necessarius titulus noster in quo disponeretur de illis rationibus priuatis quomodo edendæ essent. Et hanc distinctionem sentit hic Ripa col. 4. numer. 8. uersi. quæ conclusio, & ad eam debet redduci dictum illud Socini quod est communis conclusio in consi. 172. considerata contingentia col. fina. uolum. secundo. Et Stefani Beltrandi consi. 102. quia mercatores. uolumi. secundo. Ex quibus patet quod hæc quinta causa edendi non est uera, nam aut isti mercatores habent authoritatem a publico, & tunc non continentur sub regula istius legis, sicut nec argentarii, & non faciunt ad propositum istius materiæ, aut uero non habent istam authoritatem, & tunc causa non est uera, quia ipsi non tenentur edere ex hoc solo quod sint mercatores publici, ut supra dictum fuit.

68 Sexta†causa est cogẽdi reum edere, quãdo actor prætendit ius siue dominium in corpore rationum. l. 3. §. sciendum. ff. ad exhibend. uel ius communionis. l. si procurator. infr. eo. uel si hæres alicuius prædecessoris possidet rationes spectantes ad ecclesiam, & successor petat, ut per Pau. de Cast. in consi. 226. uolu. 2. & quando actor habuit causam a reo & emptor petat copiam instrumentorũ a uẽditore tradi. l. Titius. la 2. ff. de actio. empt. uel cũ præcessit aliquis contractus de sui natura exigens rationũ confectionẽ l. quædã, ff. eo. Idem in legatario. l. instrumẽta. inf. de fideicõ. uel quando dominus dicit aliquẽ esse uassallũ & emphiteotã, & apparet ita esse, sed dubitatur quomodo. Nã tunc uassallus uel emphiteota tenetur edere instrumẽta. gl. in c. 1. §. illud de prohi. feud. aliena. l. 2. in uerbo merito. inf. quando & qui. quar. par. debe. lib. 10. & Ias. in l. fi. in 2. q. inf. de iur. emphi. alias non præsumitur emphiteota, ut hic per Alc. Qui omnes casus continentur sub duplici specie editionis, scilicet sub illa quæ fundatur in iure dominii scripturarum, & in illa quæ fundatur ex præcedenti promissione tacita uel expressa, Et licet isti omnes casus habeant sua particularia remedia propter quæ non adaptantur ad materiã l. nostræ, quæ loquitur de editione iudiciaria ex causa litis, tamen etiam incidenter possunt facere limitationẽ & causam separatã ad regulam. l. nostræ. si incidenter petatur editio in lite existente inter partes. Nam iudex uidens ꝙ propter tales causas per remedia ordinaria potest reus cogi edere, etiam ipse sequutus has rationes ex officio suo mercennario poterit cogere reum ad editionem, quia officiũ iudicis concurrit cum quolibet remedio. l. plane. & l. fi. ff. de petitio. hæredi. & l. penult. §. fi. ff. ad l. falci. ubi instrumenta hęreditaria quæ petũtur iure actionis possunt ẽt edi officio iudicis mercennario, facit quod uoluit Bar. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. Et hoc ẽt potest dici de editione rationum publicarum, si incidẽter petantur edi per officium iudicis mercennarium existente lite, nam licet competat remedium propriũ ex edicto prætoris, tamen poterit etiã incidẽter per officium iudicis mercennarium fieri hæc editio fundãdo arbitrium suũ in cã & ratione posita in edicto prætoris. Et idem potest dici de editione actorum si petãtur per partes incidenter. l. 2. inf. eo. Vt dicamus quod sexta erit causa edendi quando scripturæ debent edi per sua remedia ordinaria ex particularibus causis, nam si incidenter petantur edi in lite, poterit fieri editio iudicis officio mercennario tam contra actorem quam cõtra reum. argu. d. l. plane. & l. fi. de petitio. hæredi. & l. penult. §. fi. ff. ad l. falci. & hoc colore possunt aliqualiter saluari docto. enumerantes has particulares causas editionis in materia legis nostræ.

69 Septima†causa est, quãdo actor peteret a reo sibi edi ad replicationem fundandam uel intentionem iuuandam, quia facilius quod factum est confirmatur quam de nouo inducatur. l. si donatæ. §. si sponsus. ff. de dona. inter. uir. & uxo. & l. iustum. inf. eo. ita tenent Doct. in l. fi. inf. eo. & probatur in l. si maritus. §. fi. ff. ad l. falcid. ubi legatario fit editio ad replicationem fundandã ut appareat quantum sit in hæreditate ne habeat locũ falcidia. Et licet aliqui dicant illum tex. nõ probare, quia loquitur de hæreditariis instrumentis quorum corpora erant in hæreditate, & ibi tanquam corpora hæreditaria eduntur, tamen illud non potest stare, quia ibi dicitur editionem fiendam ut habeatur copia describẽdi, & sic tanquam instrumenta non tanquã corpora hæreditaria eduntur. Item ibi dicitur ꝙ editio est fienda de rationibus tutoris & rationibus pupillaribus, Et rationes pupillares non dicuntur esse de hæreditate, sed pupillo sunt dãdę. l. 1. §. officio. ff. de tute. & ratio. distrah. Nec uerum est ꝙ dicit Bal. in d. l. fi. ꝙ in d. l. penu. instrumenta edantur ad probandam exceptionem hæredis qui dicebat bona non sufficere, & habere locum. l. falcidiam. ꝙ probare tenetur. l. cum de lege. ff. de proba. Nam hoc non cadit in d. §. fina. quia hæres non tenetur probare bona nõ sufficere, sed sufficit dicere quod non reperiuntur alia bona, Et qui prætendit contrarium illud probet, ut per gloss. uulgatam communiter approbatam in dic. l. cum de lege. Et sic onus probandi replicationem legatariorum, quod bona hæreditaria sufficiant, pertinet ad eos, & per cõsequens editio ibi fit ad fundandã intentionem. Et hęc est propria & uera limitatio legis nostræ, & ita intelligit Barto. istum text. in uerb. ex causa. Sed Rip. hic pungit, quia textus præsupponit regulam negatiuam, & in replicatione regula

regula est affirmatiua, & quæstio fuit de probatione depositi, non autem de replicatione. Sed tamen puto exemplum bene posse procedere, quia interrogatio fuit simpliciter, an depositum possit probari per rationes rei, & responsio est quod non, nisi ex causa, ut si probatio esset adminiculatiua. Nam qui elidit exceptionem comprobat principalem intentionem, ut habetur in l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & §. 1. institu. de replicat. & sic cessat utrunque cõtrarium. Similiter procedit tex. noster quando mutuaui pecuniam, & hoc probo, sed non apparet de quantitate, possum cogere edere scripturas ut appareat de quantitate, argu. nota. per Bar. in d. l. admonendi. ff. de iur. iura. in 9. columⁿ. & quod uoluit Raine. in l. 1. ff. de in lit. iura. Et hoc idem poterit esse in deposito in casu d. l. & tenetur cõiter, licet Ripa conetur tollere. ll. allegatas. Sed de hoc dicam in d. l. fi. ubi est locus suus, ubi et faciã mentionẽ de quibusdam casibus positis per Alcia. hic sub hoc membro.

70 Octaua† est causa, cum iudici æquũ uidebitur ex aliqua iusta causa editionem fieri nouiter insurgenti, ut si rusticus sit qui petat scripturas ciuis, quia rustici plerũque confidunt de scripturis dominorũ, uel alia sit causa quæ insurgit ex qualitate negotii uel personæ, ut si est tanta amicitia inter partes quod esset conueniens mutuantem uel deponentem non confecisse cautelam, sicut in simili aliquando argentario priuatus edere cogitur rationes quamuis non gerat ipse officium. l. si quis. §. fi. ff. eo. ut hic per Alcia. qui arbitratur textum nostrũ posse exemplificari hoc modo in uersi. ex causa. Idem et dici potest si forsan muliercula deposuisset suas paruas pecunias apud aliquem pro custodia ut maritaret filiam suam, uel etiam suam paruam dotem alicui deposito dedisset, & illa in apoca scripsisset Salue Regina, uel Credo in deum, ut alias in hoc regno de facto accidit, & in ciuitate Bononiæ, uel etiam alia aliqua similis fraus suspicari posset. Idem etiam posset dici si actor forsan sua instrumenta ammisisset casu fortuito, & constaret, quo casu, ut supra dixi, æquum est reum cogi edere, sicut de hoc multa alia specialia ponunt doct. in l. testium. infra de testibus. & in l. secunda. infra de bono. posse. secũdum tabu. & l. illatæ. infra de fide instrumen. & glo. in l. 2. ff. de fide instrumento. Et generaliter ubicunque qualitas negotii uel personæ inducit iudicem ex aliquibus extrinsecus probatis recedere rationabiliter ab ista regula, poterit ipse cogere reum edere rationes uel instrumenta, Non tamen hoc totum remissum est arbitrio suo, sed debet arbitrium cum ratione regulari, & sola causa ueritatis inuestigandæ nõ est sufficiens, ut hic per Curtium, post Felinum in cap. 1. de probatio. col. 5. in quinta fallẽtia, & Decium ibi col. octaua uers. quarto principaliter. nu. 38. & est communis opinio, ut dixi in quarto notabili.

71 Ex ultima† parte glo. habes alium intellectum, quod hic tex. loquitur de instrumẽtis, qui ut dictũ fuit in præmissis causatus fuit ab una opinione Azo. qui uolebat quod rationes generaliter essent edẽdæ sine distinctione rei uel actoris, unde exponebat, rationes, idest instrumenta, quem intellectum sup. reprobaui, & latius in d. l. fi. inf. eo. dicam. Et ideo dicendum est, quod iste tex. loquitur de rationibus & de instrumentis, & si exponatur rationes, idest instrumenta, generaliter sumẽdo, ut contineantur etiam rationes, bona erit expositio, sed si exponantur rationes idest instrumenta in specie, excludendo rationes, ut faciebat Azo. & tunc falsa est expositio, quia non est uerum præsuppositum suum quod reus teneatur edere rationes, per tex. in l. fi. infr. eo. ubi late insistam circa istos intellectus. Et prædictæ omnes causæ & limitationes non ponuntur ad regulã generalem editionis, sed ad unum particularem articulum editionis iudiciariæ. de qua sola tractatur principaliter in hoc. titu. nostro.

72 Sed respiciendo † materiam editionis in genere generalissimo, dum compræhendit omnes speties editionis, oportet constituere regulam affirmatiuam, quod editio regulariter sit fienda, quamuis doct. aliter fecerint in c. 1. de probatio. & hic. Sed quod debeat fieri regula affirmatiua probatur enumerando omnes species & causas editionis, Nam si editio petatur iure dominii uel quasi, pro qua competit actio ad exhibendum uel actio in factum in subsidium. l. 3. §. penul. ff. ad exhib. sẽper debet fieri ista editio, & idem etiam est in exemplo l. siquæ l. Pomponius. ff. famil. herci. Et idem etiam erit in secunda causa editionis si petantur instrumenta pertinentia ad ultimam uoluntatem, quia semper fiẽda est editio, l. 1. & per to. ff. de tabu. exhib. & l. 1. & 2. ff. quẽad. testa. aper. Et idem est etiam in tertia specie editionis quæ fundatur ex precedenti promissione tacita uel expressa, iuxta l. quædam. ff. eo. & l. creditor. & l. Titius. ff. de actio. empti. & l. si quæ. ff. fami. herci. in uerbo cautione. Et idem etiam est in quarta specie editionis quæ fit ex natura officii suscepti, ut in argentario, notario, & nummulariis, & mercatoribus habentibus licentiam a publico, pro qua datur remedium edicti prætoris generaliter. l. argẽtarius. & l. pretor. in prin. ff. eo. Et idem et est in editione actorũ quæ generaliter iubetur. l. 2. inf. eo. Et idẽ et est in hac editione iuditiaria, quæ fit ex causa litis, & principaliter fit de priuatis rationibus, in qua cõstituuntur quatuor articuli per doct. in l. fi. inf. eo. in quorũ tribus fit editio, Cum actor edat reo indistincte, & reus edat actori ad replicationem, & ad coadiuuandam intentionem secundũ communes opiniones quas ibi firmabo.

73 †Ita quod manifeste constat regulã negatiuã solũ constitui posse in uno articulo editionis iudiciariæ, de qua tractatur in hac lege nostra. sed respiciendo totã materiã, fienda est Regula generalis affirmatiua, quod editio fienda est in omni causa & spetie editionis omnibus quorũ interest a possidẽtibus rationes, Fallit in editione actorum in tribus paruis casibus positis per Dec. & ibi dixi in l. 2. inf. eo. in ultimo notabili. Secũdo fallit in editione iudiciaria in actore qui nõ tenetur in quatuor casibus edere reo, quos posui post Dec. in d. l. fi. in 1. articulo. Tertio fallit in eadem editione iudiciaria in reo qui non tenetur edere regulariter scripturas suas priuatas, exceptis quatuor casibus quos posui post Dec. in d. l. fi. inf. eo. & his breuibus uerbis concluditur tota materia editionis an & quando edendum sit.

74 Superest† modo uidere per quæ remedia petatur editio, an iure actionis, uel officio iudicis nobili, uel mercennario, quæ materia & ipsa redditur difficilis propter conculcationẽ doctorũ quã faciunt cõfundẽdo iura loquẽtia de una specie editionis cũ alia, de quo tractatur per glosatores in glo. fi. Igitur glo. in uerbo officiũ, hoc uolẽs declarare fortiter opponit cõtra tex. in eo quod uult reũ ex cã teneri edere officio iudicis, quia immo uidetur quod editio debet fieri iure actionis, per tria exempla posita in l. quædam. in princ. ff. eo. & maxime in exemplo de procuratore qui per actionem mandati tenetur edere rationes, quod mandatum interuenit etiam in argentario. l. si quis. §. pertinere. ff. eo. ergo uidetur quod ex illo mandato deberet dari actio mandati, & per consequens quod tota materia editionis de officio iudicis & actione in factũ ad interesse sit inutilis & uana. Gl. soluit distinguendo, an præcesserit cõtractus ex cuius natura quis tenetur conficere rationes si uult reddere administrationẽ, quo casu mandat pars ut conficiat totũ corpus rationũ, & tunc cõpetit actio ex illo cõtractu & actio mãdati si est cõtractus mãdati, Si uero quis ex alia causa cõficiebat rationes, & contrahens cũ eo mandat ut scribat aliquod particulare negotiũ, & tunc non nascitur actio mandati, sed cõpetit officiũ iudicis, & post contumaciam actio ad interesse. Sed Barto. dicit quod hæc distinctio gloss. nihil releuat, quia siue generaliter mandetur siue particulariter, semper de-

bet nasci actio mandati quod solo consensu contrahitur tam generaliter quam particulariter ex quocunque verbo.l.1.ff.mandati. Vnde ipse soluit considerando ꝙ mandatū debet esse gratuitum.l.1.§.1.ff.mādati. & qn̄ quis fecit ex necessitate actum non pōt esse mandatū,cū non interueniat officiū gratuitū,Ideo ipse dicit, Aut mandatū fit illi qui non tenetur aliquid facere, & tunc nascitur actio mandati, Aut uero mandatū fit illi qui tenetur illud facere ex necessitate officii, & tūc nō nascitur actio mandati,sed cōpetit officiū iudicis nobile,ut patet in argētario,notario,& nūmulariis, & aliis mercatoribus habētibus publicā fidem, & ita procedit hæc materia secundū eū.Sed quia hæc solutio nō tollit multas alias leges quæ uolūt editionē fieri iure actionis ét ex uolūtate.iō Bar. postea subiūgit suā distinctionē cōplectentē oēs species editionis & totā materiam, ex cuius dictis colliguntur aliquæ conclusiones.

75 Prima† est conclusio,ꝙ ubicunque aliquis prætendit interesse domini in corpore scripturarū tunc cōpetit actio ad exhibendū,& sic iure actionis petitur, Et si cōtingat ꝙ non sit dominus corporis scripturarum,sit tamen dominus illius causæ, ut si rationes ad eum pertineant solū & cōtineant sua negotia principaliter, tūc cōpetit actio in factū quæ ex æquitate succedit loco actionis ad exhibēdū, quia non est uerū ius reale prout requiritur in actione ad exhibendū sicut in simili quādo nō conueniunt requisita ad actionē.l.aquiliæ cōpetit in subsidiū actio in factum.§.fi.insti.de l. aquilia.& ibi not.glo.Et hoc est ꝙ uoluit dicere Barto.Ibi,dominii illius causæ,nam pōt exponi,idest cartæ. Item pōt exponi, idest illius causæ, quia totū negotium scriptū pertinet ad eū,& hoc sequuntur cōmuniter doct.& pōt addi aliud exemplū in l.si quæ & l.Pōponius. ff.famil. hercis.& l.procurator,infr.eod.secundum unum intellectū,Et hæc editio propriori uocabulo uocatur exhibitio,attento ꝙ habetur respectus ad corpus scripturarū,non principaliter ad uocem uocalē uel scriptam, ut dixi in præmissis rubricæ, Et ista conclusio procedit qn̄ editio petitur principaliter de per se,sed ubicunque incidenter petitur in lite existente inter duos,tunc ista editio etiam potest fieri officio iudicis mercennario.l. pen.§.fi.ad l.falcidiam.ubi hæres edit omnia instrumēta hæreditaria legatariis, uel etiam cohæredibus officio iudicis,ut patet ibi,ad iudicem pertinet &c.

76 Secunda† est conclusio, quod ubicunque sunt instrumenta pertinentia ad ultimam uoluntatem,ut sunt testamenta,codicilli,& donationes causa mortis,& similia, & tunc editio similiter petitur iure actionis in factum descendentis ex interdicto de tabu.exhib.l.2.ff. quem. testa.ape. Et hæc conclusio uera est quando petitur principaliter editio de perse, sed si petatur incidēter occasione litis incidentis,tunc poterit fieri officio iudicis mercennario.d.l.pen.§.fi.ff.ad l.falcid. & facit lex qui concubinam.§.cum ita.& lex prædii. §. Titio. ff.de leg.3.Et differunt illi duo tituli inter se,ut not.in l.2.§.fi.ff.quemad.testa.aper. cum hac tamen declaratione addita,ꝙ ille titulus competat solum cōtra eum quē certum est habere instrumenta, sed titulus de tab. exhiben.est magis generalis,& competit contra confitentem & negantem.l.1.§.siquis forte,ff.de tabu.exhiben.Item datur contra notarium,ut per Bart.in l.fi. ff. * de tab.exhib.& sentit Bar.hic,& communiter docto.licet Ripa teneat contrarium, nam nōn est incōueniens fauore ultimæ uoluntatis quod fiat extensio ad notarium qui uidetur promisisse testatori edere,licet tabulæ non sint testatoris quantum ad dominium.

77 Tertia† conclusio est, quod quando præcessit contractus de cuius natura est quod quis teneatur conficere rationes,tunc nascitur ex illo contractu,& editio fit iure actionis.l.quædam.ff.eo.Et ratio est, quia cum teneatur reddere rationem administrationis tacite uel expresse,uidetur hoc promittere in contractu, & in cōsequentiam etiam uidetur promittere edere. l. boues. §.inter edere.ff.de uerbo.signifi.& si non edantur,iuratur in litem.l.penul.ff.de in litem iurand. & in pulcro casu consuluit Soc.in consi.192. & si sunt patrui uel alii consangui nei qui administrauerunt tenentur actione pro tutellæ,ut per Bal.in consi.151.uol. 3.& in hac conclusione cōtinetur etiam tex.in l. Titius. & in l.creditor. ff.de actio.empti.ubi tacite ex natura cōtractus bonæ fidei uenit in obligatione, quia tacite uidetur promissum.Et est etiam aliud exemplum de promissione expressa in l.si quæ & l.Pomponius.ff.famil.hercis. Quæ conclusio etiam debet intelligi quando editio petitur principaliter & de perse, secus si petatur incidenter,quia tunc petitur ex officio iudicis mercenario, ut satis potest colligi in d.iurib.& d.l.si quæ. Et faciunt ea quæ dixi in præced.conclusione, & propter istud dixi sup.quod licet istæ editiones non pertineant ad materiam editionis iudiciariæ,tamen si incidenter petantur propter litem possunt satis in ea compræhendi.

78 Quarta† est conclusio, quod si petantur rationes edi ab eo qui nullum prætendit ius in corpore uel promissione,sed solum allegat fauorem inuestigandæ ueritatis. & tūc appellatur editio iudiciaria, de qua tractatur in hac lege & quasi per totum,& hæc fit officio iudicis mercennario, siue aduersarius sit usurus.l.1 §. edenda. ff.eo.siue non sit usurus,ut ad replicationem uel coadiuuationem, uel in alia causa in qua reus tenetur edere,ex supra enumeratis, & hoc modo intelligitur iste tex.ut dixit Barto.in uersi.nunc oppono, licet in finalibus uerbis corrupte dicat de officio nobili.Et hæc cōclusio est uera, licet doctores eam turbauerint intelligendo tex.nostrum de officio iudicis nobili, sed ita necessario debet intelligi, quia hæc editio non fit nisi existente lite inter partes, & officium iudicis interponatur ad seruitium illius litis, & per consequens est mercennarium.

79 In prædictis† etiam potest interponi alia conclusio de editione actorum,quia acta publica aut petūtur occasione litis motæ inter easdem personas, & tunc editio fit officio iudicis mercennario.l.2. inf.eo.ibi,apud quem res agitur,& sic deseruit officium actioni motæ, sed si principaliter petantur a notario uel per curiam ad aliquem effectum, tunc petuntur officio nobili ex edicto. ff.de edendo. quia tenentur notarii ex illo edicto ex quo ex necessitate officii faciunt,ut per Bar.post glo.in l.prætor.in prin.& l.quædam.§.nummularios. ff.eo.Item etiam possunt peti actione ad exhibendū, uel reiuendicatione, si forsan quis redemisset pecunia propria a notario,& ea possiderentur a tertio, quo casu sunt propria illius ementis,ut per Barto.in l. fi. in finalibus uerbis.inf.eo.& per Innocentium in c. primo. de probatio.Et hac ratione etiam acta possunt peti per actionem ex aliquo cōtractu,si expresse uel tacite promissa fuissent edi,uel exhiberi, quamuis posit dici ꝙ magis sub nomine instrumentorum quam actorum tunc peterentur.

80 Quinta† est conclusio ex dictis Bar.ꝙ qn̄ editio petitur ab eo qui ex necessitate officii tenetur cōficere rationes uel instrumēta ꝙ tūc editio petitur officio iudicis nobili,& in cōtumaciā nō edētis actione in factū ad interesse.l.prætor.in prin.& l.si quis. §.ex hoc edicto. ff.eo.sed hæc cōclusio habet multos† contradictores,& Alex.hic Dec.& Cur.repræhendunt,& articulus est disputabilis & dubius ut ex infrascriptis apparebit. Pro

* opinione tamen cōmuni,ꝙ petatur editio officio iudicis nobili,adducitur text.noster hic qui hoc uidetur dicere in terminis. Sed tribus modis respondetur hic per doctores,Primo,ꝙ intelligatur de officio iudicis mercennario,Quod repræhēdit Dec. quia in dubio debet intelligi de nobili tāquam digniori.§.sed quoties.insti. de iur.natur.Secundo respōdetur, quod intelligitur de officio uertente circa ipsam causam editionis an sit iusta

sta

sta uel non. Quæ responsio uiolat literam, quia tex. dicit primo de exhibitione, & postea subsequitur id exhibere ex causa ad iudicium iudicis pertinere solet, & sic officium est circa editionem, non circa causam editionis. Tertio respondet Dec. q cũ aliæ leges dicant de actione non est curandum de isto tex. Quod etiam nihil est, tum quia aliæ leges hoc nõ dicũt, tũ quia etiam oporteret hic scire quare nõ dicatur de actione. Vnde & quarto & melius respõderi põt, q iste tex. non facit ad propositũ. quia loquitur de editione iudiciaria quæ fit solũ ex cã litis propter fauoré ueritatis inuestigãdę, quo casu non põt cõpetere nisi officiũ iudicis mercenariũ. Sed quæstio nostra est de editione quæ fit propter naturam officii ex edicto posito in l. prætor. ff. eod. Et hæc est realissima responsio & uerissima.

Secundo fundatur hæc opinio cõmunis in l. penul. ff. ad l. falci. ibi, ad iudicium iudicis pertinet explorare. Sed respondetur per Dec. quod ille tex. loquitur in instrumentis hæreditariis quæ eduntur per sua particularia remedia. Quæ responsio nõ est generalis, quia ibi nõ tantũ dicitur de instrumentis hęreditariis, sed ẽt de aliis instrumentis, ut tenent Bar. & alii in l. fi. inf. eo. ubi latius declaraui. Vnde melior est solutio, quod ille tex. non facit in proposito, quia loquitur de editione iudiciaria, uel de alia specie editionis quæ non fundatur in natura officii, hac uero. q. solum tractatur de editione quæ fit ex natura officii habentis publicã authoritatem. de qua sola loquitur ille titulus. ff. de edẽdo. Et hæc est realis responsio, & patet quam impertinẽter doctores allegauerunt leges in hac materia, & quomodo eam confuderunt.

Tertio allegatur l. si quis. §. prætor. ff. eod. ubi uerba referuntur ad iudicem, Vnde nascitur officium iudicis, iuxta glo. in l. si soror, inf. de collatio. & probatur in l. prætor ait coniunctis not. in l. 4. §. hęc actio. ff. de dam. infecto. & l. 2. in princ. & l. Fulcinius. §. prætor ait. ff. ex quibus caus. in poss. eat. Facit lex prima. §. 1. coniuncta. l. ait prætor. §. ex hoc edicto. ff. de mino. & lex. 1. in glo. restituam. ff. ex quib. cau. ma. Sed respondetur q etiam sunt alia uerba posita in eodẽ edicto prætoris respicientia partem, ut patet in l. prætor. ff. eo. ibi, edere debent unde nasci debet actio, ut per Bart. in l. fin. ff. de eo per quẽ factum erit. in primo notab. Et quia ibi ponitur decisio, & in alia parte edicti ponitur limitatio, debet attendi prima pars tanquam principalis. argu. l. si quis nec causam. ff. si cert. peta. Item respondetur, q non semper uerba relata ad partem important officiũ iudicis, ut probatur in l. prætor. ff. quod metus causa. & in omnibus interdictis in quibus pro maiore parte uerba referuntur ad prætorem, & tamen nascitur actio. §. fi. insti. de interdictis.

Quarto allegatur tex. in l. quædam. ff. eo. Ibi metu actionis in factũ, ergo sequitur quod immediate nõ cõpetit actio, sed in cõsequentiã uenit, cũ eo existente cõtumace succedat illa actio in pœnam. Sed facilis est responsio, quia immo intelligitur immediate sicut etiam intelligitur in aliis actionibus ibi enumeratis. Nec obstat q metus præsupponat rem futuram, ex eo q metus nõ cadit in præsenti offensione, sed appellatur dolor. l. 1. ff. quod met. cau. ibi, imminentis periculi, quia respondetur, q hoc etiam uerificatur quando editio fit p actionem, cum in actione expectetur executio quę est de futuro, & quæ præstat dolorem, & sic ante executionẽ etiam pendente iudicio actio infert metum, & ideo debet exponi, metu actionis in factum, idest metu executionis fiendæ super actione in factum.

Quinto pro ista parte facit tex. in l. quædã. ibi, a prætore cõpelluntur, ponderãdo in duobus. Primo quia dicit a prætore, non aũt a iudice, ergo est officiũ nobile, nõ actio, sicut habetur in l. stipulationũ. ff. de uer. obli. ubi ponitur differẽtia inter prætorias & iudiciales stipulationes, nã illæ sunt prætoriæ quæ a prætore expediuntur ex officio suo, quia tunc sedet tanquã iudex, Ille uero sunt iudiciales quæ expediũtur iure actionis, in quibus iudex sedet tanquã iudex, ut declaraui in l. iubere cauere. ff. de iurisdi. om. iudi. Secundo põderãdo in uerbo cõpellere, q ponitur per totum illum titulũ, & in uerbo cogere. d. l. prætor. §. cogentur. eo. tit. quæ coactio requirit iudicẽ uiuũ, & per consequens oportet q præcedat actio uera. Sed responderi potest, quod immo interuenit ut iudex, ẽt q appelletur prætor, cũ prætor sit nomen generale. l. 1. ff. de offi. pręto. & de offi. præsi. & patet discurrendo in omnibus interdictis & aliis edictis quæ producũt actionẽ. Ad secundũ similiter respõdetur, q coactio est duplex, una quæ fit a prætore mortuo, & alia quæ fit a pretore uiuo, & in illis iuribus tractatur de coactione quæ fit a pretore mortuo, nã in edicto mãdãdo q argẽtarii edãt sub pœna interesse, dicitur cogere per illud edictũ pp metũ actionis, & sic dicas q est compulsio edictalis nõ decretalis, ex quibus patet quod adducta pro cõmuni non probant eã.

Vnde Alex. hic tenebat contrariam opinionem, q immo per actionem fiat editio, ut quis in libello intentando actionem petat sibi fieri editionem, Et fundatur primo per d. l. si quis. §. ex hoc edicto. & l. ubi. in fin. & l. fi. ff. eo. ubi fit mẽtio de actione in factum, ergo cõpetit actio. Sed respondet glo. & Bart. & doctores quod illa iura loquũtur de actione quę succedit post cõtumaciã, sicut in obligationibus facti succedit post morã obligatio & actio ad interesse, ut no. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uer. oblig. & hoc denotat nomen interesse, q præsupponit contumaciam præcedentem.

Secundo adducitur. d. l. prætor. in princ. ff. eod. ubi uerba referũtur ad partem, quo casu importatur actio in factum. l. fi. ff. de eo per quem factum erit. Sed respõdetur quod in eis non potest fieri fundamẽtũ, quia sunt alia uerba collata in prætorẽ. d. l. si quis. §. prætor. Secũdo ultra docto. potest responderi, q illa uerba nõ sunt de edicto, sed referunt sensum edicti, Quod probatur, quia ante illud edictum nulla erat nata obligatio ad edendũ, ergo necesse fuit q hoc de nouo præcipiendo induceretur, sed hoc non inducunt uerba ibi posita, ergo non sunt propria edicti, Secundo suadetur ex illis uerbis, edere debent, quæ demonstratiua sunt dispositionis iam factæ, & tamen dicitur in l. argentarius. & l. quædam. §. nummularios. quod pretor iubet, & addit postea, quod postulantibus & iurantibus hoc cõcedit, ergo sequitur quod in d. l. prætor non sunt posita uerba propria edicti. Quare credẽdum est quod uerba primi capitis se haberent sicut uerba secundi capitis per uerbum iubebo, ex quo de tali uerbo fit mentio in dictis locis, & sic ille tex. non probat concludenter.

Tertio adducitur tex. in l. 3. §. pen. ff. ad exhiben. ubi competit actio in factũ pro editione quæ dicitur esse illa quæ hic nominatur, Sed respõdetur negando q sit illa quę nascitur ex hoc edicto, sed est illa quæ nascitur ex uariis causarum figuris, de qua in l. quoties. ff. de præscrip. uerbis. Et hæc responsio necessaria est, quicquid dicat inaduertenter hic Cur. quia ibi tractatur de editione rationum priuatarum, & quæ fit a priuatis, non autem de rationibus confectis ab argentariis qui soli & similes eis tenentur illo edicto. ff. de edendo, ut sæpius dictum fuit, & sic ille tex. nihil facit.

Quarto adducitur tex. in d. l. pretor. in uerbo debẽt, & l. quædã. §. nihil. in uerbo tenetur. ff. eod. quæ uerba denotãt obligationẽ, ergo non cõpetit officiũ iudicis q præsupponit obligationẽ. l. qui per collusionẽ. in fi. ff. de actio. empt. Sed respondetur q immo ẽt officium iudicis præsupponit obligationẽ, ut not. per Alex. & alios & ibi late dixi. in l. 1. ff. de iurisdi. om. iudi. & per Bar. in l. fi. ff. de iniuriis. cum concordantib.

Quinto adducit hic Dec. retorquendo. l. quædam. ff. eo. dum tex. dicit quod nõ compelluntur per metum actionis in factum, quæ uerba denotant immediatam

actionem in factum, sicut etiam in illis casibus editio fit immediate per illam actionem mandati & tutelæ, Et hoc suadetur, quia primo dixit tex. ex hoc edicto nō compelluntur, & postea dicit per metum actionis, ergo illa actio immediate nascitur per edictum & immediate per eam fit editio, Sed respondetur quod ille tex. probat contrarium, dum utitur uerbo metu, quod denotat rem futuram, nō autem præsentem. l. 1. §. metus. ff. quod metus causa. l. nouissime. & ibi nota Bald. ff. ꝙ falso tuto. ibi, compulsus uel metuens ne compelleretur. & l. si pacto quo pœnam. inf. de pactis. Et hoc est necessarium, quia compulsio est præsens, cum requirat actum iudicis, metus uero fit de futuro, sicut alias solet fieri differentia an confessio sit facta metu tormentorum, uel per tormenta, & ideo ille textu. in aliis actionibus non utitur illo uerbo metu. Nec obstat quod dictum fuit de executione actionis quæ futura est, quia de illa non potest intelligi, cum adhuc non præcedat aliqua contumacia.

Sexto potest adduci ultra doctores. d. l. prætor. §. 1. ibi, iudicium in eum dandum, quæ uerba secundū omnes significant actionem, ut notatur in d. l. soror. Et cōfirmatur efficacissime, quia illa actio datur contra patrem & dominum de peculio, ergo non nascitur ex delicto, cum dominus uel pater non teneātur de peculio ex delicto. §. 1. insti. de noxali. & l. contra iuris. §. fin. ff. de pactis. & hoc uidetur ualde stringere. Sed potest responderi quod ille tex. intelligitur de actione quæ succedit post contumaciam non edendo, & cōuenitur dominus de peculio quia per hoc locupletabatur dominus attento quod argentarius negabat debitum uerū, Et hoc suadetur ex illis uerbis de in rem uerso. Vel potest dici quod propter publicam utilitatem in illo casu dominus tenetur de peculio ex negligentia uel dolo serui, cum tota opera argentarii consistat in hoc, & ille qui admittitur ad scribendum promittit particulariter edere, alias non admitteretur ad officium propter publicam fidem, de qua in l. si uentri. §. in bonis. ff. de priuileg. credito. & per cōsequens pater tenetur ex cōuentione filii de peculio nō ex delicto proprio, & Ita patet quod nec adducta cōtra communem probāt concludenter.

81 Et † ut facilior aperiatur uia responsionibus, quia maior uis fit super uerbis edicti an inducant actionem uel officium iudicis, & iura reperiuntur contraria, Ideo sunt cōsiderandi aliqui casus, Aut sumus in interdictis, & tunc quæcunque sint uerba, semper competit actio. §. fi. insti. de interdictis. & no. in rub. ff. & C. de interdi. Et ratio est, quia interdicta habuerunt originē a decretis solemniter factis, ut probatur in §. 1. insti. de interdictis. & dixi in l. 1. ff. de noui. oper. nūtiatione in quibus erat semper iussus prætoris, & ideo solum erat necessaria actio contra contumaces, hinc est ꝙ omnia uerba eorū sunt dispositiua, ut uim fieri ueto, uel restituas & similia, Nec te moueat ꝙ illa interdicta appellentur edicta ut notatur per multos modernos in d. l. 1. quia illud euenit postquam apparuerunt illa edicta utilia esse. & cæperunt postea prætores de eis proponere edicta in albo. Vel etiam quia fuerunt posita & enumerata & scripta per Saluium Iulianū in edicto perpetuo, de quo dicetur in l. edita. inf. eo. & late dixi in rub. inf. qui admitti. & per Alcia. in hac rubr. Sed per talē nouā editionē uel compositionē non tamen mutauerūt nomen uel naturā interdictorū, sicut nec ēt mutauerūt edicta suā naturam, ut not. in l. necessariis. ff. de acqui. hęredi. & dixi in d. rub. inf. qui admitti.

Secundus casus est, qn̄ sumus in edictis, & tunc si uerba sunt in persona prætoris & futuri temporis, regulariter significant officium iudicis. d. l. 2. & l. Fulcinius. §. prætor. ff. ex quib. cau. in posse. eatur. & l. 1. coniuncta. l. si minor. §. ex hoc edicto. ff. de mino. & l. prætor. in princ. coniunctis notatis in l. quarta. §. hæc actio. ff. de dam. infect. cum aliis adductis in l. si soror. infr. de collatio. Et ratio est, quia non inducunt præceptū præsens sed de futuro, & ideo ante non potest constitui in mora quasi ipse prætor iusserit uel disposuerit, cū prætor de facto suo in edicto dixerit, non de facto partiū, & ratio rationis est, quia nō passim illam uult fieri, sed præhabita causæ cognitione, Nec obstat. l. 1. ff. quod met. causa, quia dum dicitur, ratum non habebo, explicat officium iudicis, sed dum conceditur actio ad rescissionem, erant posita alia uerba in edicto, ut probatur in l. metum. §. ex hoc edicto. & in l. si cum exceptione. §. post annum. ff. quod met. cau.

Tertius casus est, quando uerba referuntur ad partes, & tunc nascitur actio, ut dicebat Alex. allegat tex. in l. fi. ff. de eo per quem factum erit. qui text. solum probat quod ex edictis nascitur actio in factum, non autem dicit quando nascatur actio, tamen conclusio est uera, quia quando uerba diriguntur in partem, tunc prætor mortuus facit præceptum, & quod per prætorem uiuū erat exequendum lex ipsa exequitur, & ideo parte non obtemperante per interpellationem uel tempore suo inducitur contumacia & nascitur actio ad executionē. l. 3. §. prætor. ff. de in ius uocan. & l. sed eximendi. §. prętor. ff. ne quis eū. & l. 2. §. prętor. ff. si quis cautionibus. & l. 1. §. secundo. ff. quod quisque iur. facit tex. in l. quæ sub conditione. ff. de condi. insti. sed tamen quia uaria sunt uerba edicti in quæstione nostra, Ideo utraque pars ut dixi potest sustineri.

82 * Resolutiue † tamen loquendo, ego puto opinionem communem ueriorem esse, quod immo per officiū iudicis primo fiat iussus de edendo, & postea eo existēte contumace competat actio ad interesse, & probatur ista opinio, quia in hoc edicto positum est uerbum postulauerit. d. l. si quis. §. prætor. & l. quædam. §. fi. ff. eod. ergo per officium iudicis, quia uerbū postulare, denotat officium iudicis. l. prætor. l. cum postulassem. ff. de dam. infec. & requiritur etiā causæ cognitio. d. l. si quis. §. fi. & l. ubi autem. & l. quædam. §. is autem. ergo corā prætore debet constare an teneatur edere, ergo actio ad interesse non potest competere antequam pręcedat cognitio an teneatur edere.

83 Secundo † facit d. l. fi. ff. eo. quæ ponit tres qualitates istius actionis, scilicet quod non detur in hæredē, & ꝙ sit pœnalis, & quod non detur ultra annum, & qui uult dicere ꝙ actio nascitur ad edendū, oportet ꝙ ipsa actio originē habeat a tēpore scripturæ uel possessionis, iuxta. l. 3. §. fi. & l. de eo. ff. ad exhiben. quo casu nulla ratio dictat quod non debeat dari in hęredē, ut in d. iuribus. sed tex. in d. l. fin. dicit ꝙ non datur, & tamen uidemus ꝙ hæredes possunt conueniri ex illo edicto. ad l. quædam. §. 1. ff. eo. ergo non fit per actionem, quia oporteret ꝙ prius esset nata antequam exerceretur, & antequam esset contumacia, & sic transiret.

Tertio facit d. l. fi. pōderādo in alio, quia omnes cōueniūt ꝙ ista actio datur ad interesse. l. si quis. §. ex hoc edicto. & l. ubi aūt. ergo nō datur ad editionē, quia lex nō dicit, & si uis dicere ꝙ sunt duæ actiones nascētes ex illo edicto, oportet ꝙ hoc demonstres, si uero dicis ꝙ est eadē, ut tenebat Gozadinus, & tunc ab initio est simplex necessario sicut actio ad exhibendū. §. si ad exhibēdū. insti. de offi. iudi. Nā cum antequā intentetur oporteat quod sit nata, & tēpore quo nascitur nulla erat mora, & per cōsequens nullū interesse, ergo necessario ab initio datur ad solam editionem, Et licet postea cresceret per inficiationem uel dolum & contumaciam, tamē semper deberet transire ad hæredes. l. de eo. §. fina. ad exhibend. quia cum contumacia fit in iudicio facta, omnis actio crescens in iudicio transit ad hæredes. §. pœnales. insti. de perpe. & tempo. actio. & l. si in rem. cum glo. ueniet. ff. de reiuendi. Sed hæc actio nunquam transit ad hæredes intentantis. d. l. fin. ergo non potest esse una actio crescens postea per contumaciam, igitur

a primo

à primo ad ultimum sequitur quod ante contumaciã non potest esse nata illa actio, & per consequens non potest dari ad edendum.

Quarto facit, quia hæc actio est pœnalis.d.l.fin. sed pœna nõ potest esse ante delictũ.l.rescriptum.ff.de iis quib.ut indi.ergo antequam iubeatur edere non potest esse nata, & per consequens est necessarium quod primo fiat iussus & contumacia, & postea actio pœnalis ex contumacia nascens, Item non potest esse pœnalis antequam sit mora, & si fuisset nata ante moram nõ posset dici pœnalis non existente delicto, & per consequens non posset impediri transire ad hæredes.

Quinto facit, quia est alia qualitas in hac actione, ut non duret post annum.d.l.fi. Et tamẽ clarum est quod potestas petendi sibi edi perpetuo durat.d.l.prætor in princi. Item ex quo durat per annum, patet quod nasci tur ex circumscriptione uel dolo, quia si nasceretur ex causa mandati uel conuentionis esset perpetua, ut est tex.in l.hæc actio.ff.si mens.falsu.mod.dixerit.Remanet igitur quod cum ista actio detur ad interesse & sit pœnalis, & non transeat ad hæredes, quod non potuit esse nata ante iussum de edendo, quo tempore non potest esse nec mora nec dolus nec contumacia, & per cõsequens necesse est ut præcedat officium iudicis mandantis editionem fieri, & contumacia & dolus inducatur, & sic apparet communem opinionem ueram esse.

84 Et effectus † est maximus an editio fiat iure actionis uel officio iudicis, ut hic per Alex. Primo, in modo formandi libellum. Secundo, quia in officio iudicis nũquam sit in mora nisi cum iussus fuerit.l. cum postulassem.ff.de dam.infec. Tertius est effectus, quia si iussus edere moriatur, hæres non tenetur.l.fin. ff.eod. Sed si conueniretur actione, si periret postea lite contestata, teneretur hæres de dolo defuncti.§. pœnales. insti. de per.& temp.acti.& l.si in rem.in glo.uenia. ff.de re. uẽdic.sicut fit in omnibus arbitrariis. Quartus est effectus & quintus, quos ponit Bart.in l.1. ff.de iur. omn. iudi. col.antepenul.& ibi dixit late in illa quæst.quæ differentia sit inter officium iudicis & actionem. Duas alias utilitates ponit & repræhendit Curt. hic & bene, Sed dum ipse ponit nouam opinionem circa quæst.principalem, determinando quod regulariter detur actio, & limitatur in casibus notatis in d.l.si quis.§. prætor ait. eius opinio sustineri non potest per fundamenta supra adducta quæ generaliter comprehendunt omnes casus.

Alia fuit opinio Ange. quod utraque opinio sit uera, & quod semper detur actio in factum & officium iudicis simul, cum duo remedia extraordinaria possint simul concurrere.l.de pecoribus.inf. ad leg. aquiliam. Sed prout dicit hic Curt. illud uerum est quando non sunt remedia contraria, sed officium iudicis nullã præsupponit obligationem, & actio præsupponit, ergo &c. Præterea obst.rationes quas ego sup.posui ultra alios. Teneas igitur, quod argentarius & notarius non possunt cogi edere iure actionis, sed solum officio iudicis nobili, & si non edant nascitur actio in factum ad interesse, quæ pœnalis est. Et ideo si notarius moriatur post contumaciam suam ante intentatam actionem in factum, hæres non tenetur ad interesse, sed solum principaliter tenetur ad edendum, iuxta l.quędam.§.nihil. & l.prætor.§.1.ff.eo.& tunc si ipse est contumax ex facto suo tenetur ad interesse.d.l.fi.ubi Bart.plus dixit in fi.quod nec etiam datur contra dominum ad pœnã de peculio.sed solum officium iudicis, quod est contra.l. prætor.§.1.in uerbo iudiciũ dabo.ideo dicas quod datur contra dominum uel patrem ex contumacia sua, Et hanc conclusionem puto procedere quando principaliter petitur editio ab argentario uel simili, Sed si incidenter peteretur, posset fieri officio iudicis mercennario deseruienti illi iudicio intẽtato, sicut sup. dixi de aliis causis edendi quę possunt conuerti in editionem iuditiariã, & cõpræhendi sub regula text. nostri exceptiua, ut fiat editio si æquũ uidebitur iudici, & æquitas dictat, ex quo particulare remedium ad editionẽ a prætore fuit partibus concessum, Quãuis aliter & male tenuerit hic Purpu.col.pen.uersi.ista conclusio. Et hoc solo casu saluari possunt exẽpla doct.in hac lege. dum cõmiscuerunt omnes species editionis sub regula text. nostri, ut late dixi in sexta causa. Ex quibus apparet resoluta quæstio, quibus remediis possit peti fieri editio, cum uariis remediis possit peti, & per actionem, & officium iudicis secundum uarietatem causarum uel specierum editionis & modum petendi. Et si omnes editiones petantur incidenter ex causa litis possint peti p officium iudicis mercennarium.

85 Sed subintrat † alia difficultas circa intelligentiam dicti edicti prætoris, quare est quod si mãdatur procuratori ut conficiat rationes, cõpetit actio mandati.l.quædam.ff.eo.& tamẽ non cõpetit actio mandati qñ argẽtario mandatur.glo.dedit solutionẽ, constituendo differentiã utrum cõmittatur alicui ut cõficiat totũ librũ rationũ, & tunc nascatur actio mandati.d.l.quædã, sed si mandatur scribat unũ negotiũ, tunc nõ cõpetit actio mandati. Quod repræhendit Bar.quia idem iuris est in parte libri rationum quod est in toto libro. l. quæ de tota.ff.de reiuendicatio.& si nascitur actio pro toto libro, eadem ratione debet nasci pro uno negotio, cum æqualiter sit conuentio partium. Vnde ipse soluit quod mandatum non nascitur quia argentarius uel notarius non præstant officium gratuitum, quia ex necessitate officii scribunt, & propterea datur officium iudicis, Quæ opinio iustificari potest, ut dicit hic Dec. quia hæc necessitas non tantum est ex parte suscipientis mandatum, sed est ẽt ex parte mandantis, quia sine mandato non posset consequi remedium edicti.d.l.si quis.§.pertinere, quod dicit esse notandum. Secundo iustificari potest secundum Cur. per tex.qui uidetur in terminis. l.at qui natura.§.si libero.ff.de negoti.gest.ubi dicitur quod non nascitur actio ex contractu, quia ille dicitur facere ex necessitate non ex uoluntate, Ex quo inferuntur duæ conclusiones secundum Dec.quod si quis mandaret alicui mercatori non conficienti rationes ex necessitate officii, quod tunc nasceretur actio mandati, & teneretur ad edendum per actionem mandati, quod dictum esset notabile si uerum esset.

86 Sed † ego puto non esse uerum, quia non reperitur bene iure probatũ quod mandatum de scribẽdo inducat necessitatẽ editionis, ut patet in instrumentis scriptis a parte uel tertio & subscriptis a partibus quæ fiunt ex mandato, iuxta l.cõtractibus.& l.comparationes. inf. de fide instru.& tamen hoc non sufficit ad edendum.l. qui accusare.inf.eo.& c.i.de probationibus in sui generalitate. Item argentarii ante dictum scribebant rationes, ut credendum est, & ẽt partes aliquando mandabant ut ea scriberent, & tamen non tenebantur edere, sed fuit necessarium quod per edictum produceretur nouum remedium coactionis. Item edictum potuisset proficere omnibus aliis mercatoribus in quibus eadẽ interueniebant & scripturæ & mandatum. l. is qui in prouincia.ff.si cer.peta.l.cum seruus.ff.de cond. & demõstra.cũ simili.supra adductis. Vnde necessariũ est dicere ꝙ mandatũ ad scribendũ non inducat actionẽ ad petẽdũ editionẽ, nec ẽt hodie sicut nec antiquitus inducebat, Nec obstat d. l. quædam.quia ibi procurator promittit domino suo reddere administrationẽ & reddere bonum computum, & propterea tenetur etiam edere rationes.per l.boues.§. inter edere. ff.de uerbo. significatione.quod non est in casu doctorum.

87 Secundo † infertur ex ista doctrina Bar. ꝙ actus non dicitur uoluntarius si fiat ab eo qui cõpelli põt, faciunt no.per Bal.in l. nouissime.in princip.uersic.in tex.ibi, metu.ff.ꝙ falso tutore.Io.And.in c.bona fides. de reg. iur.in 6.cap.præterea.de iure patronatus.cum aliis cumulatis

mulatis per Dec.in c.cum M.Ferrariensis. de constitu. Sed in contrarium facit tex.in l.si mulier.§. si metu.& §.fi.ff.quod met.causa.ubi dicitur actum meticulosum etiam habere uoluntatem,quia coacta uoluntas est uoluntas,ergo & actus uoluntarius,Sed resolui debet q. non est libera uoluntas simpliciter,sed secundum quid uoluntas,idest coacta, & ad actum in quo requiritur uoluntas non est necesse quod semper sit libera,ut statim dicam.

Tertio uidetur inferri, quod in notario non habet locum remedium illius edicti, quia ipsi datur pecunia ut sup.dictum fuit.& not.in d.l.prætor.in princ. ff.eo. ergo non erit mãdatum,sed locatio.§.in summa. insti. locati.ergo non habebit locum illud edictum quod requirit mandatum.d.§.pertinere.quod tamen totum est contra glo.& docto.in d.l.prætor.in princ.ff. eo. Soluit Dec.defendendo prędictam doctrinam,quod in notario licet interueniat pecunia, tamen non impeditur mandatum si postea tradatur pecunia,ut in simili dixit Bart.in l.1.in fi.princ.ff.de procura. Ex qua solutione uidetur inferri,quod si ab initio interuenisset pecunia quo casu certum est quod est locatio, non competeret illud edictum,quod est contra mẽtem omnium doctorum,& raro illud edictum uerificaretur.

Et ideo duobus modis dicendum est,primo quod interuentus pecuniæ in notario non facit desinere esse mandatum,quia propter grauitatem officii uidetur q. non detur pro mercede sed pro remuneratione, iuxta nota.in l.1.§.1.ff.si men.fal.mo.di.& per Bar.in l.1. §. Diuus.ff.de uar.cogni.& habetur in l.salarium.ff.man

88 da.†Vel secundo potest dici, quod quamuis interuenisset locatio,nihilominus competeret illud edictũ, quia ad eius inductionem non requiritur mandatum ut mãdatum,sed requiritur mandatum ut appareat quod eius intersit,& quando interuenit rogitus uel commissio quod scribantur rationes.quamuis non sit illud formatum mandatum, tamen sufficit ad inducendum remedium edicti,quia lex non curauit de illa forma mãdati,cum non uellet quod ex eo nasceretur actio,& sic dicendum est quod semper notarius tenebitur edere per remedium illius edicti,siue gratis scripserit ex mãdato formiter præstito, siue præcedente pecunia, uel alia conuentione, quæ solet inducere mandatum uel contractum innominatum, cum ut dixi, non requiritur mandatum formatum,sed ad explicandam quandã uoluntatem negotiantium.

89 Sed†contra principale dictum Bar.unum fortiter urget,quia non uidetur uerum quod necessitas impediat nasci actionem mandati uel alterius contractus,cũ nautæ caupones & stabularii ex necessitate recipiant hospites. l.1.in fi.in uerbo nec repellere.ff.furti aduersus nautas.ubi dixit Bar.in 3.notab.quod illæ personæ tenentur recipere hospites,ex quo uoluerunt publice facere illam artem,quamuis non possint cogi antequam facerent,sicut notarius potest cogi cõficere scripturas alienas post quam suscepit officium notariatus,& tamẽ negotiantes cũ illis cauponibus habent actionem ex illo edicto,& etiam ex cõtractibus.l.3.§.ex hoc edicto. & l.licet.§.si seruo.ff.nautæ.caupo.& stabu.Itẽ probatur in l.si procuratorẽ.§.si tutori.ff. mandati. ergo necessitas non impedit actionem ex illo cõtractu. Ad idẽ est tex.in l.si is qui.§.fi.ff. commo. & propter istud cõtrariũ doct.moderni recedunt ab ista consideratione Bar.quãuis Cur.conetur defendere.Sed ego puto eam de iure nõ procedere,quia alias edictũ fuisset dãnosũ, cũ sine eo ex mãdato potuisset dari actio plena,& cũ illo impediatur actio mãdati,& detur remediũ subsidiariũ, q. non est credendum, & incontrarium facit q. uoluit ipsemet Bar.de deponẽte apud bidellũ uel aliũ obligatũ ad custodiã,in l.si quis uxori.§.apud Labeonẽ. ff.de furtis.Nec obstat d.l.atqui natura.§.si libero. ff.d neg.gestis.quia ille tex.declaratur secundũ tex.in d.l.si is q.ff.cõmodati. q. nõ nascatur directa actio,sed bene nascatur utilis,ut in utroque loco tenent coĩter doct. Præterea ibi erat magis error quã necessitas,qui error nõ cadit in casu nostro,& uidetur sẽtire tex.in d. l. si is §.fi.in fi.ff.commod.& sic retorquetur contra Barto.

Ideo Dec.hic,& ante eũ Riminaldus dicebãt rationẽ quare mandatũ non producit actionẽ in argẽtario esse,quia non fit ad istũ finẽ ut producat actionẽ,sed fit ad finem implendi requisita in edicto, cũ sine mãdato non cõpeteret remediũ illud, & sic ibi est sola necessitas mãdantis ut adimpleat edictum,non aũt ut habeat mandati actionẽ,facit lex non omnis.ff.si cer.pet. Sed nec ẽt ista resolutio placet,quia cũ nos simus dubii an interponatur mandatũ ad implemẽtũ edicti,uel ut nascatur actio,in dubio debet præsumi q. potius interponatur ut nascatur actio mãdati quã edicti, cum sit plenior,ut ipsemet Dec.fatetur in fi.cum actio mandati cõpetat ad interesse & trãnsit ad hæredes,& est perpetua secus in illa actione.l.fi.ff.eo. Itẽ si hoc esset in eius uoluntate,edictũ fuisset elusorium,cum quis præsumatur facere actũ magis sibi proficuum,ut not.in l.siquis intẽtione ambigua.ff.de iudi.& per Bar.in l.inter stipulantẽ.§.1.ff.de uerb.oblig.facit q. uoluit Bart.in l.Modestinus.& in l.magis.ff.de solutio.per illa iura.Itẽ non inconuenit q. illud mandatũ operatur suos effectus,ut adimplementũ edicti,& productionẽ actionis mandati. l.in numerationibus.ff.de solutio.& dixit Bar.in l. singularia.ff.si cer.pet.col.3.de eo qui promisit facere cõtractũ quem postea fecit. Vnde Alciatus ponebat quartã resolutionẽ,dicendo q. non potest competere actio mandati quia potest recipere pecuniã contra naturam mandati,Quę resolutio inutilis apparet ex iis quę sup. dixi,& quæ uoluit Bar.in l.1.§.1.ff.de procur.

90 Quare†ego puto in hac difficultate dicendum, quod actio mandati in casu illius edicti non datur propter impedimentũ extrinsecum, ut præsupponunt omnes docto.Sed propter propriam naturã mandati & conuentionis,de quorum natura est ut non trahantur ad ea de quibus non fuit dictum. l. si unus. §.ante omnia. ff.de pactis. quia mandatum ad scribendum non continet mandatum ad edendum, tum quia ista sunt diuersa, & dispositum de uno ex mente contrahentium non trahitur ad aliud propter magnũ incõmodũ q. nasceretur scribenti si teneretur edere faciendo probationem cõtra se,& non pro se,ut supra sæpius dixi.Tum etiã quia natura mandati est,& si sit cõtractus bonę fidei, ut non porrigatur nisi ad specificata,sicut procurator datus ad litigandum nõ habet mandatũ ad appellandũ, & datus ad uendendũ non uidetur datus ad donandũ,iuxta notata in c.qui ad agendũ.de procur.in 6. quia diligenter fines mandati sunt custodiendi.ut per Dec.supra in rubr.col.2.nu.3.Et ideo sequitur q. si ille suscepit mandatum ad scribendũ,& ille non scripsisset, q. competeret actio mãdati ad interesse,quia non scripsisset, si forsan aliquod interesse posset prætendere ex scriptura, nec hoc negat edictũ prætoris, sed nõ cõpeteret actio ad edendum,quia hoc non fuit dictum in mãdato, Nec obstat quod in contractibus bonæfidei ea quæ non sunt dicta etiam ueniant in obligatione. §. in bonæ fidei.cũ materia. inst.de actio.quia illud uerum est in accessoriis ad illum contractum uel ad rem in eo deductam,sed non in alia re diuersa a deducta.d.§.ante omnia.qui loquitur etiam in contractibus bonæ fidei, ut ibi nota.Et tanto magis hoc seruatur in mandato quod propriam naturam continet ut nõ trahatur ad alia nõ expressa sed solũ ad accessoria expressorũ,Nec dicatur quod edere uenit in consequentiam mandati ad scribẽdum ex uoluntate mandantis, quia hoc non procedit in mandato,cũ alias omnis procurator esset datus ad prosequendam causam appellationis quæ uenit in consequentiã principalis causæ,& in terminis dixit de mandato Dec. sup. in rubr.colum.2.nu.3. uers. limita tamen

men.& allegat Rom.conf.330.circa primum.col.2. & cumulata per Feli.in c.cum dilecto.in 4.carta de rescri. & Oldr.conf.130.ommissa prolixitate.& est text.in c. Nicolao.de appel.

91 Item sequitur quod†si forsan argentario quis mādasset ut scriberet & ederet, & appareret quod suscepisset mandatum in utroque, nasceretur actio mandati quæ etiam posset dari simul cum edicto, sicut datur in l.3.§. ex hoc edicto.ff.nautæ caup.& stabu.nec hoc reperitur prohibitum, neque per edictum, neque alio iure, sicut nec etiam impeditur argentarius promittens editionē per stipulationem uel per aliud pactum conueniri actione ex stipulatu ad edendū.l.si quæ.& l.Pomponius.

92 ff.fami.her.Et tanto magis†quia potest dici quod illud edictum sit remedium ordinarium in illa specie editionis, sicut aliæ species editionis habent sua remedia ordinaria. Nec obst.l.quædam.quia loquitur de illis q non tenebantur conficere ex aliquo officio rationes, sed qa promisit administrare promisit etiam reddere rationē administrationis, unde tacite promisit & conficere rationes & edere.l.boues.§.inter edere. ff. de uerborum signifi. Et si contigisset quod ille procurator fuisset argentarius, & scripsisset negotia domini in rationibus publicis, teneretur duplici remedio, tam edicti, quam mandati edere rationes, nec negatur hoc in edicto, neque in illa lege quæ non loquitur de hoc casu, tunc potius nasceretur actio mandati & excluderetur remediū edicti. Sed magis placet quod utrunq; concurrat, sicut etiam officium iudicis mercenarium potest concurrere l.maritus.§.si.ff.ad l.falc.& tenet hic Purpu.nu.33.uer. ista conclusio sic ampliata.

Quare remanet conclusio, quod mandatum non ꝓducit actionem mandati in argentario ad edendum, nō propter aliquā specialem causam uel propter aliquod extrinsecum impedimentum, sed solum quia in mandato hoc non dicitur, & si diceretur in mandato ut teneretur ad edendum, cogeretur edere actione mandati, qa non reperitur prohibitum. Ex quibus habes multas cōclusiones præter alios. Prima, quod mandatum nō producit actionem ad edendum, quia hoc non mandatur argentario. Secunda, quod si argentario fiat mandatū ut scribat & edat & apparet acceptatio tunc contra ar-

93 gentarium dabitur actio mandati ad edendum.† Tertia, quod actio mandati ad edendum potest concurrere cum remedio edicti.ff.de edendo.si fiat personis quę possunt teneri utroque remedio.l.3.§.ex hoc edicto.ff. naut.caupo.& stab. Quarta conclusio, quod si fiat mandatum de scribendo rationes alicui priuato, quod non nascitur actio ad edendum, sicut nec antiquitus nascebatur, quia sunt diuersa mandata. Quinta conclusio qđ si argentario uel procuratori daretur pecunia certa ut scriberet, nihilominus teneretur edere ex edicto, etiam tenendo opinionem quod esset locatio, qa ad edictum non requirit mandatum formale, sed sufficit quælibet conuentio similis mandato. Sexta conclusio, quod si argentarius promittat edere per stipulationem, tenebitur edere ex utroque remedio. Septima conclusio, qđ remedium edicti prætoris.ff.de eden. dicitur esse ordinarium in sua specie editionis, sicut sunt ordinaria alia remedia in suis speciebus, Nec tex.in l.quædam.ff. eo. contradicit, quia enumerat casus diuersos in quibus nō habet locum edictum, & in quibus nec cessantibus remediis ordinariis posset competere remedium edicti, cum non essent personæ publicæ, nec contrahentes ibi in illis casibus essent de personis conficientibus publicas rationes, ut possent adaptari ad edictum, quæ omnia nota. Et per hæc sit expedita ista notabilis lex.

Ioannes Bolog. Iureconsultus Bononiensis primariam cathedram Neapoli de mane tenens die 17. Nouembris.1551.

Summaria super l.secunda.C. de edendo.

1 ACTA Proprie referuntur ad habentem aliquam iurisdictionem.
2 Scriptura non est de substantia actorum.
3 Acta in genere considerantur, & diuiduntur inter acta scripta & non scripta.
4 Acta non scripta sunt gesta sine scriptis edita coram exercente iurisdictionem.
5 Acta diuiduntur inter iudiciaria & monumenta, & iudiciaria sunt quæ exercentur in forma iudicii.
6 Acta scripta sunt scripturæ continentes gesta coram exercente iurisdictionem contentiosam.
7 Acta iudiciaria siue monumenta sunt gesta coram exercente uoluntariam iurisdictionem.
8 Acta etiam proprie sunt ante litis contestationem, & appellantur præparatoria.
9 Acta dicuntur locus in quo exercetur iurisdictio ex destinatione.
10 Instrumentum productum non est de actis, sed sola eius productio.
11 Notarius actorum debet esse a iudice deputatus ad unam causam uel ad omnes in genere ut acta ualeant, sed non requiritur specialis commissio in quolibet actu.
12 Cautela ut acta ualeant sine præsentia notarii actorum.
13 Acta aut sunt ciuilia aut criminalia.
14 Casus figuratio.
15 Acta quare & quando dicantur publica.
16 Publicum in iure ciuili capitur decem modis.
17 Acta publica in dubio sunt notarii quantum ad dominium.
18 Acta non differunt ab instrumentis in editione & coactione.
19 Acta edi ad inuestigandam ueritatis fidem quomodo intelligatur.
20 Promittens in ueritate facere dicitur iurare.
21 Confitens accepisse pecuniam in ueritate non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.
22 Acta tam ciuilia quam criminalia qualiter sunt edenda.
23 Acta publici & priuati iudicii eduntur tertio, & omnibus quorum interest æqualiter.
24 Acta eduntur bis & ter & quotiens opus est omnibus quorum interest.
25 Acta & instrumenta edi debent a tertio possidente originalia.
26 Acta eduntur in quacunque parte iudicij.
27 Interrogatoria quando sint edenda parti.
28 Allegationes iuris quando edendæ sunt partibus.
29 Processus informatiuus non debet edi parti.
30 Positiones quando sunt edendæ partibus.
31 Acta non sunt edenda contra fiscum.
32 Acta edi possunt nullo interueniente mandato iudicis.
33 Acta quomodo edi debeant, breuis & generalis distinctio.
34 Iudex denegando editionem actorum facit litem suam.
35 Iudex quomodo punitur si non edat.
36 Parte negante acta habere quomodo sit procedendum.
37 Acta edenda sunt parti præsenti & absenti sicut iudici.
38 Dilatio an sit danda parti præsenti ad percunctandum acta.
39 Acta an sint producenda productione actuali uel uerbali coram surrogato.
40 Sententia lata non uisis actis est ipso iure nulla.
41 Testium dicta edenda sunt partibus post publicationem.
42 Testes amplius non possunt examinari quando pars didicit testificata.
43 Nullus intellectus traditus ad istum tex. per se est bonus sed omnes procedunt loco exempli.
44 Acta an petantur officio mercenario uel nobili plene distinguitur.
45 Acta & instrumenta æqualiter sunt edenda.
46 Acta an debeant edi fisco a reo in causa criminali.
47 Iudex elaborare debet pro ueritate inuenienda.
48 Testes debent interrogari pro utraque parte.

49 Acta

49 *Acta faciunt fidem inter omnes quando dubitatur de facto.*

50 *Acta ordinatoria iudicii respicientia instantiam non faciunt fidem in alia instantia nisi sint confirmata per sententiam.*

51 *Acta ordinatoria iudicii faciunt fidem coram alio iudice durante instantia.*

52 *Acta ordinatoria iudicii faciunt fidem in alia instantia quando sunt confirmata per sententiam.*

53 *Acta annullata per lapsum instantiæ possunt restitui per principem.*

54 *Acta ordinatoria non pereunt quantum ad effectus non respiciētes instantiam.*

55 *Acta ordinatoria an durent facta transactione.*

56 *Vitium litigiosi an duret perempta instantia.*

57 *Mala fides durat perempta instantia.*

58 *Publicatio in testibus non impedit acta probatoria facere fidem in alia instantia.*

59 *Testes examinati in una instantia quando faciant fidem in alia instantia.*

60 *Acta probatoria confirmata per sententiam faciunt fidem in alia instantia inter easdem personas.*

61 *Acta facta in causa summaria etiam confirmata per sententiam non faciunt fidem in causa plenaria.*

62 *Acta probatoria in exceptionibus dilatoriis etiam confirmata per sententiam non faciunt fidem in causa ordinaria.*

63 *Acta probatoria non confirmata per sententiam faciunt fidem coram iudice surrogato in eadem causa.*

64 *Testes examinati si pereat instantia faciunt fidem in alia instātia si mortui sunt, sed si sunt uiui nec faciunt fidem etiam inter easdem personas.*

65 *Acta probatoria faciunt fidem inter easdem & diuersas personas ad effectum repellendi testes, etiam perempta instantia.*

66 *Acta probatoria non faciunt fidem inter diuersas personas perempta instantia nisi sint mortui.*

67 *Acta probatoria an impediant in alia instantia testes examinari.*

68 *Confessio facta in uno iudicio facit fidem inter easdem persona indistincte in alio iudicio.*

69 *Confessio facta in uno iudicio facit fidem inter alias personas ex causa publicæ utilitatis.*

70 *Confessio procuratoris non præiudicat domino in alia instantia, secus si fiat per nuntium.*

71 *Confessio inducta per contumaciam non præiudicat in alia instantia separata a iudicio.*

72 *Confessio facta per uerba narratiua non præiudicat in alia instantia uel causa, & idem etiam quando alias est imperfecta.*

73 *Acta decisoria faciunt fidem inter easdem & alias personas si sunt facta super exceptione dilatoria, & ad finem contentū in dilatoria, secus ad alium finem.*

74 *Acta decisoria super exceptione impediēte litis ingressum præiudicat quandocunque in meritis causæ.*

75 *Acta decisoria super exceptione peremptoria quando faciant fidem inter easdem uel diuersas personas.*

76 *Acta decisoria super meritis causæ præiudicant in alia instantia.*

77 *Acta decisoria super meritis non præiudicant regulariter inter diuersas personas, fallit in septem casibus hic enumeratis.*

78 *Acta decisoria præiudicant inter alias personas respectu qualis qualis præiudicii.*

79 *Acta decisoria præiudicant ex aliquali præiudicio, etiam quod sententia sit iniqua.*

80 *Acta appellatoria quando præiudicant inter easdem uel diuersas personas.*

Repetitio. l. 2. C. de edendo.

1 AD Euidentiam præmitte differentiam esse inter actus in genere masculino, & acta in genere neutro. † Nam actus generalissimam habent significationem ut comprehēdāt omne quidquid fit. l. Labeo libro primo. ff. de uerborum sig. & l. actus legitimi. ff. de regu. iur. & l. eum actum. ff. de nego. gest. Acta uero referuntur ad iudicia tantū, & dicuntur illa quæ fiunt uel geruntur coram iudice, uel alio habente notionem uel iurisdictionem tam in figura iudicii quam sine figura, de pertinentibus ad eius iurisdictionem uel uoluntariam uel contentiosam, & ad eius executionē. l. acta. & l. actorum. ff. de re iudi. & l. illud. in uerbo, actorum, sup. de sacros. eccl. & l. data. & l. cum in donatione. inf. de dona. & l. 2. sup. titu. 1. Et differunt a gestis, quia requirunt præsentiam iudicis, ut per glo. in l. de curatore. in glo. in uerbo acta. ff. de curatore bonis dando. Et requirunt duas personas, iudicem, & notarium uel alium deputatum, secundum Alex. in l. acta. ff. de re iu. per l. præcipimus. §. in iis autem omnibus. inf. de appel. & c. quoniam contra. de probat. Et requirunt scripturam pro substantia secundum doctor.

2 Sed ego † puto scripturam non requiri de substantia actorum, cum uideamus quod per dictum capitulum quoniam contra. mandatur acta scribi ad effectum ut partes possint probare confectionem eorum, & sic ante illud capitulum acta erant in esse, & ibi mandatur ut acta quæ iam sunt in esse scribantur, & per consequens scriptura nō est de substātia, sed uenit ad probationē, iuxta legem contrahitur. ff. de pigno. & l. proprietatis, & l. cum res. inf. de proba. Et ideo si de actis appareat per confessionem partium non erit necessaria scriptura, ut est tex. notab. in c. fi. de prob. & hoc in specie tenuit Dec. in c. quoniam contra. col. 3. & 4. extr. de probat. facit glo. in auth. nisi breuiores. inf. de senten. ex peri. recit.

3 Vnde † dicendum est, quod gesta generalius capiuntur quam acta, cum gesta significent omnem actum iudicialem & extra iudicialem, ut in rub. & nigro. ff. de nego. gest. coniuncta. l. præcipimus. §. in iis omnibus. inf. de appel. & l. gesta. inf. de re iu. & l. data in donatione. inf. de don. Acta uero strictius capiuntur pro gestis factis coram eo qui aliquam exercet iurisdictionem, Et ita diffiniri possunt, Acta sunt gesta coram aliquo exercente suam iurisdictionem, & ista acta diuiduntur in-
4 ter scripta & non scripta. † Acta non scripta sunt gesta coram exercente suam iurisdictionem non scripta, & requirunt ad sui essentiam præsentiam illius qui exercet iurisdictionem, & quod illud negotium pertineat ad suam iurisdictionem, quod partes sunt in præsentia iudicis, cum non sufficiat notarius, ut habetur per Alexan. in l. acta. ff. de re iu. & Abb. in c. quoniam contra, uers. no. & ibi Fely. ext. de prob. & dixi post Dec. in l. fi.
5 inf. qui admi. † Acta uero scripta sunt scripturæ continentes gesta coram exercente suam iurisdictionem. d. c. quoniam contra. de prob. coniuncta. l. data. & l. cum in donatione. inf. de dona. & ad sui essentiam requirūt partes, iudicem & scribentem notarium, ut hic uolunt doct. per. l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisci. ibi, manu commentariensis. & l. præcipimus. §. in iis. & l. a proconsulibus. inf. de appel.

6 Hæc † autem acta tam scripta quam non scripta diuiduntur inter iudiciaria, & nō iudiciaria, iudiciaria sunt illa quæ fiunt coram iudice uel alio exercente iurisdictionem contentiosam in forma iudicii, de quibus lo-

quitur

7 quitur.d.c.quoniam contra.† Non iudiciaria uero dicuntur illa quæ fiunt coram iudice exercente iurisdictionem uoluntariam, ut sunt decreta in alienatione minorum, insinuationes donationum.d.l.data.& l.cum in donatione.inf.de dona.& l.magis puto. & per totum. ff.de reb.eorum. Et ista plerumque requirunt scripturam,& appellantur aliquando monumenta, de quibus loquitur tex.in l.2.sup.titulo primo.& §.sed neque. in auth.de defenso. ciui. sed non requirunt formam iudicii,sed iudicis ipsius præsentiam,per no.in d. l. acta. ff.

8 de re iu.cum concor.sup.adduct.†Acta uero iudiciaria appellatur iudiciaria propter formam indicii,& sunt,proprie acta,siue fiant ante litis contestationem, siue postea,sicut & iudicium proprie dicitur tam ante litis cõtestationem quam post,ut late dixi in rub.sup.eo.in 3. principali conclusione.reprehendendo Dec.ibi,&hic, & ideo quædam dicuntur esse acta præparatoria, quædam discussoria,& quædam decisoria,ut per gl. in uerbo prohemiis.in auth in medio litis.in §. fi.

9 Tertio†modo acta dicuntur locus in quo solent scribi acta.l.1.infr. de satisdando. l.2.ff. de custo.reorum. ibi,apud acta ductus,idest ad locum in quo solent scribi,& retineri acta, sicut ius dicitur etiam locus in quo redditur ius.l.pe.&ibi dixi.ff.de iusti.& iur.Et hac ratione obligationes scriptæ ab actuariis in dicto loco dicuntur factæ penes acta, idest in loco in quo solẽt cõfici & retineri acta, quia iuris præsumptione ibi semp acta sunt,& tales obligationes assumunt authoritatem maiorẽ in executione & ,pbatione quã faciant aliæ alibi confectæ,quia uestiuntur calore iudicii, & assumũt fidem a loco ex præsumpta frequẽtia personarum quæ uerisimiliter est in loco.argum.l.omnium. inf. de test. & assumunt fidem ab authoritate scribẽtis deputati ad conficienda illa acta publica,& de consuetudine seruatur quod non scribuntur in eis testes sicut nec in cæteris actis,nisi in sententia,quia præsumitur plures semp interfuisse, & propter authoritatem loci non esse locũ suspitioni falsitatis.

10 Et†quia acta iudiciaria solum dicuntur illa quæ geruntur coram iudice, sequitur quod si producatur instrumentum coram iudice, factum cõtentum in illo instrumento siue ipsum instrumentum non erit de actis, sed sola productio quæ sola geritur coram iudice, ut per Inno.Ab.& Dec.in c.cum in iure.ext.de off. deleg. & Dec.hic.

11 Et†ad ualiditatem scripturæ actorum requirit quod interueniat commissio iudicis deputantis notariũ uel duas personas ad scribendum acta, uel generaliter ad totum tribunal,uel in una lite tantum, ut probatur in d.c.quoniam contra.& ibi Abb.Dec. & omnes docto. & Dec.hic colum.1.sed particularis commissio quolibet actu non est necessaria,quia illa uenit tacite ex natura officii assumpti,& præsumuntur interuenire propter præsentiam iudicis, cum lex simpliciter mandet notarium scribere & scripta edere.d.c.quoniam cõtra. de prob.& l.præcipimus.in uerbo nostri autem libellenses.inf.de appel.& d.c.quoniam contra. de proba. Et si contingat quod scribantur ab eo qui non fuit saltem deputatus ad tribunal,acta non faciunt fidem, ut per Bal.in d.l.præcipimus.per tex.in l.in fraudem. §. quoties.ff.de iur.fisci.ibi,manu commentariensis,&idẽ Bal.in l.1.inf.de sportulis.& in auth.sed iudex. sup. de episco.& cler.Nec sufficit consensus partium,quia hæc potestas non dependet a uoluntate partium sed a legis dispositione & mandato iudicis,ut per eundem Bal. & Cyn.in l.repetitæ sup.de episcop.& cler.& l.testamenta.inf.de testam.nisi forsan notarius esset impeditus impedimento longo,ut per Bal.in l.fi.inf.de re iud.uersi. quæro si notarius. Sed si sit absens ex parua absentia, uel impeditus paruo impedimento,tunc non potest alius eius loco subrogari,ut per Dec.hic nu.7.

12 Hoc†tamen casu cautela seruatur in practica, ut rogetur unus alius notarius ad referendum ipsi actuario acta facta,& ille actuarius ad relationem ipsius scribat illud factum a iudice uel partibus, & habebitur perinde ac si esset factum in præsentia notarii,& ita ego uidi seruari a iudicibus magnæ curiæ uicariç,& sacri consilii Neapolitani,& quod dictum fuit de præsentia iudicis procedit de iure, de consuetudine uero multa acta fiunt sine præsentia iudicis de facto,Sed tamen semper notarius scribit quod sunt facta coram iudice, quia iudex in principio officii dat licentiam notario accipiendi omnes scripturas & faciendi citationes. Vnde præsumptiue iudex est præsens,quia dedit licentiam notario scribendi quod ipse sit præsens. Et quando examinãtur testes per solum notarium,& scribitur quod sunt examinati in præsentia iudicis, tunc notarius facit ex delegatione sibi facta,ideo præsumptiue dicitur interuenire præsentiam iudicis. Et quia notarii deputantur a principe uel a iudice ad scribendum acta.d.c. quoniã contra. non est necesse quod rogentur a partibus expresse.qaia præsumitur mandatum propter necessitatem officii,ut sup.in l.præcedenti dictum fuit de argentario & nummulariis. Nec ob. quod acta debeant fieri ad instantiam partis ut dicit Ang.in consi.266.quia uerum est de ipsa confectione actorum. Sed de scriptura non requiritur expressa instantia sed sufficit præsumpta.Oportet tamen quod constet per scripturam de illa generali commissione iudicis, quia nõ creditur ei hoc asserenti neq; de commissione neq; de deputatione loci.d.c.quoniam contra.de prob. & hic per Dec.

13 Acta†uero diuiduntur, Nam quædam sunt ciuilia, Quædam criminalia, Ciuilia sunt quæ fiunt ad utilitatem priuatorum,& omne quod petitur datur parti siue sit debitum siue pœna, Criminalia uero sunt ubicunq; illud quod petitur in iudicio pertinet ad fiscum ex pœna propter delictum alicuius,& in effectu distinguuntur sicut iudicia,quæ aliquando sunt ciuilia,aliquando criminalia,iux.no.per Bar.in l.3.ff.de sepul.uiol.& habetur in rubric.& in l.1.ff.de public.iud. Summatur hoc modo secundum omnes lecturas.Acta ciuilia & criminalia officio iudicis edenda sunt tam iudici quam ei cuius interest.

14 Casus † autem non potest figurari in terminis cũ aliquo themate particulari,quia generaliter loquitur, & omnis figuratio casus particularis restringeret tex. Ideo debet figurari sub nube.uidelicet, Fuit quæsitum an acta debeant edi,& responsio est generalis, quod sic, Sed tamen quia lex melius intelligitur per exemplum particulare.Ideo exemplificando, non restringendo, casus ita breuiter fingi potest secundum omnes lecturas,Fuit quæsitum,cum ciuilis lis esset inter duos de pecuniaria causa,producta fuerunt instrumenta falsa,uel examinati fuerunt falsi testes. Vnde cessante ciuili causa processum fuit super criminali,iux.no.in l. 1.& per totum inf.qua.ciui.actio.præiu.crimi.& coram eo. iudice.l.fi.inf.de ordi.iudi.& no.in l.1.inf.de ordi.cogn. uel coram alio,Et pro discussione totius negotii principalis, petebat pars acta facta in causa ciuili produci in causa criminali, & quia falsificans fuit postea condemnatus, petiit etiam pars ut acta facta in causa criminali producerentur in causa ciuili, Ac insuper quia illæ falsificans in alio iudicio fuerat examinatus ad instantiam alterius,& contraria pars uolebat eum repulsare ne fidem eius dicta facerent, petebat acta contra eum facta produci in alio iudicio ad instantiam tertii, fuit igitur quæsitum,an in quolibet istorum casuũ acta tam ciuilia quam criminalia edi deberent & produci. Et uidebatur primo quod iudici non essent edenda, qa potuit esse instructus ex confectione, & celebratione actorum coram ipso fabricatorum,& ordinatione processus, iuxta legem siquis ex argentariis. §. prætor. ff. eodem.

Item in parte dubium faciebat, quia regulariter scri-

pturæ

pturæ non debent edi.l.1.sup.eo. Item & in specie de causa criminali probat tex.in l.2.§.Diuus.ff. de iure fisci.ubi in causa capitali editio non est fienda. Similiter uidebatur quod tertius non posset petere acta exhiberi, quia non fuerunt facta eo mandante.l.siquis.§.pertinere.ff.eo.Sed his non obstantibus determinatur quod acta sint petenda ipsi iudici uel parti ad eorum instructionem, etiam ad irrogandam pœnam, ac etiam tertio, siue sint ciuilia siue criminalia. Et ratio decidendi fundatur in fauore ueritatis inuestigandæ quæ præualet in omnibus ubicunque non fit in iniuriam alterius, iux.no.in l.1.in 4.no.sup.eo.Non obst.quod iudex possit esse instructus, quia non est uerum quod ea acta possit retinere memoriæ ut sunt, & antequã proferat sententiam debet de nouo ea diligenter inspicere, in tantum quod si processus non esset penes ipsum tempore ferendæ sententiæ non ualeret sententia, ut no.in l.prolatam.C.de sent.Et contrarium de l.siquis.§.fi. procedit in eo qui habet originalia penes se, ut notarius, qd nõ est in iudice qui penes se non retinet acta, sed apud notarium remanet.Et eodem modo respondetur quod pars possit esse instructa.Non obst.no.in l.1.sup. eo.qa procedunt in scripturis priuatis, Hæc uero in publicis. Item ibi sumuntur de domo rei. hic de manu notarii qui est media persona inter litigantes.Non obst.quod tertius non debeat audiri, quia non mandauit, quia illud procedit in priuatis scripturis, licet ex necessitate officii, quamuis certo modo, appellantur publicæ.Sed hic tractatur de editione scripturarum mere publicarũ quæ facilius eduntur per tex. nostrum.& quia fiunt ad instructionem publicam.hic est casus.

15 Nota primo† acta publica edẽda esse ex officio iudicis ut colligitur ex uerbo indebiti. Et dicuntur publica multis ex causis secundum docto.declarando tamen ut dixi sup.Sed in contrarium facit tex.in l.in fraudem. §. neq;.ff.de iur.fis.ibi, acta ad ius priuatum pertinentia. & in §.seque.Glo.exponit acta, idest publica, & sic uidetur quod aliqua sint acta quæ non sunt publica. Decius multum se inuoluit, sed finaliter uidetur residere, quod hic acta appellantur publica largo modo habito respectu quod scribantur a notario uel a persona deputata, iux.c.quoniam contra.de prob. Vel quia fiunt coram iudice cuius persona publica est leg. 2.cum glo.in uerbo publico.ff.ad exhib.& l.in publicum.ff.de seru. fugit.& l.3.§.exhibere.ff.de tab.exhib. Sed tamen indistincte capiendo, quædam sunt publica, & quædam priuata. Quæ resolutio mihi non satisfacit, quia iure concludenter non probatur quod acta aliqua sint priuata, nec ille tex.hoc dicit, sed solum dicit acta pertinere ad ius priuatorum, & attento intellectu isto Decii ad illum textum sequeretur quod plerumq; acta essent priuata, cum quasi omnia acta contineant gesta in lite existente inter priuatos, & pauca fiant de lite cum republica, quod est contra generalitatem istius legis, & præsuppositum commune doctorum, quia licet acta de lite uel de sententia inter priuatos lata conficiantur, tamen publica sunt, sicut in simili dicitur in.le. 1.§. huius studii. ff.de iusti. & iur. ubi ius priuatum & publicum dicitur quia respicit priuatam & publicam utilitatem. Omne tamen ius publicum est, cum priuati non faciant.ll.siue iura.§.constat. inst.de iur.nat.gent. & ciui.

16 Ideo† pro solutione dicendum est publicum considerari multis modis, nam publicum dicitur quod respectu tam proprietatis quam usus ad omnes nationes spectat, ut est mare, aer, aqua, profluens, quæ alio nomine appellantur communia.§.primo.insti.de rerum diuis. Secundo modo dicitur publicum in rebus quarũ usus communis est sed proprietas est alicuius uniuersitatis uel principis, ut sunt flumina, & portus.§.flumina. inst. de rerum diuis.Et hoc magis proprie dicitur publicum licet & possit appellari commune, tamen strictius quã præcedenti casu. Tertio modo dicitur publicum, quod est uniuersitatum, & fuit deputatum ab eis ad usum publicum, ut sunt stadia, theatra, & similia.§.uniuersitatis. insti.de rerum diui.& §.primo.insti.de inut.stip. Quarto modo dicitur publicum, quod est priuatorum quantum ad dominium, & particularium personarum, sed eius usus publicus est, ut sunt ripæ fluminum.§.riparũ. inst.de rerum diuis. Quinto modo dicitur publicum, quod est populare, & conceditur unicuique de populo & priuatum, quod particularibus certis conceditur, & hoc modo actio dicitur popularis.l.4. & per totum. ff. de popul.act.& dicuntur delicta publica uel priuata.l.1.& ibi Bar.ff.de publi.iudi.& no.inst.de pub.iud. per totum.Et iis quinque modis sumptum publicum non potest adaptari ad materiam nostram, nec acta iis respectibus sunt publica.Sexto modo dicitur publicum, illud quod respicit publicam utilitatem, & priuatum illud quod respicit priuatam utilitatem, & hoc modo acta possunt dici publica & priuata, sicut & bona uniuersitatum non deputata ad usum publicum etiam possunt dici publica & bona priuatorum priuata.§.idem iuris. cum glo.in uer.usibus.inst.de inu.stip.l.inter publica. ff.de uerb.sig.

Et acta quæ tractant de lite pertinente ad uniuersitatem dicuntur publica, & quæ tractant de lite pertinente ad priuatam utilitatem sunt priuata, & in hac sexta significatione acta dicuntur publica in l. in fraudem. §. ex iis. ff. de iure fisci, sed poterunt etiam dici priuata, quia uniuersitates respectu imperii sunt priuatæ personæ, l.item uectig.ff.de uerbo. signi.Et hoc etiam modo rationes fiscales possunt dici publicæ quia tractant de utilitate publica & pecunia fiscali, sed alio respectu possunt dici priuatæ si non sunt confectæ a persona habente publicam authoritatẽ, ut si essent scriptæ a seruo reipublicæ, de quibus dicitur in l.non est nouum. & in le. iustum, & in l.procurator.inf.eo. Item possunt dici priuatæ respectu dominii & cartæ, ut statim dicam. Septimo modo potest dici publicum, quantum ad dominiũ, sed priuatum quantum ad fidem, & sic fides & authoritas inducit hanc significationem, ut si uniuersitas uel fiscus habet apodixam alicuius priuati debitoris, uel successit in instrumentis priuatis alicuius priuati, quia respectu fidei & authoritatis est priuata, sed quantum ad dominium dicitur publica Sexto modo, quia pertinet ad uniuersitatem publicam. Et hoc modo acta possunt dici publica & priuata, nam si essent reipublicæ, & essent scripta a persona non habente fidem publicam, essent priuata respectu fidei, & publica sexto modo propter dominium, & de iis duobus modis nec etiam loquitur ista lex.

Octauo modo dicitur publicum, illud quod habet publicam fidem & authoritatem quantum ad inducendum probationem, & priuatum quoad priuatam authoritatem, & hoc modo scripturę confectæ a publicis personis uel a publico deputatis ad certum officium dicũtur publicæ, ut sunt scripturæ notariorum & mercatorum publicorum, ut no.in l.prætor.§.primo.& l.argẽtarius.ff.eo.& l.comparationes.inf.de fide instrum. & c.illud.ext.de præscriptio. Et priuatæ sunt illæ quæ sunt confectæ a non habentibus illam authoritatem. Et ad hanc publicam appellationem non requiritur ꝙ dominium cartæ sit publicum, sed semper erit scriptura publica non obstante quod dominium cartæ sit notarii.Et idem erit si forsan notarius uendidisset scripturam factam ab eo publicam partibus uel aliis, nã semper retinebunt publicam fidem & authoritatem, etiam quod respectu dominii uel cartæ sint priuatarum personarum, ut per Innoc.in c.primo.de prob. quia nõ est necessarium quod durent penes publicam personam, sed sufficit quod a publica persona sint confectæ, sola enim authoritas & fides publica est illa quæ facit has scripturas publicas, unde si notarius faceret apodixam manu propria, scriptura illa esset priuata, licet scribens esset

esset publica persona, quia scribens non dedit ei fidem publicam & authoritatem. Et eodem modo acta dicuntur esse publica, quando conficiuntur a notario uel alia persona a iudice deputata ad scribendum, cui est data publica authoritas, & illa scriptura faciet fidem publicam, & probationem ueram, & authoritatem, & semper durabit publica, quamuis cartæ sint notarii quantũ ad dominium, uel etiam sint alicuius priuati redemptæ per eum propria pecunia a notario, & aliquibus aliis rationibus possint dici priuatæ.

Nono possunt dici publica omnia quæ fiunt coram iudice uel a iudice qui dicitur publica persona, ut per glo. in §. huius studii. in l. 1. ff. de iusti. & iure. & hoc modo etiam acta possunt dici publica, & instrumenta, & obligationes quæ fiunt ab actuariis. Decimo potest dici publicum, quod fit in loco in quo redditur ius. le. in publicum. ff. de ser fugi. & l. 2. ff. ad exhiben. uel deputato ad reddendum ius. Et hoc modo etiam acta dicũtur publica, & similiter obligationes factæ ab actuariis, ut sunt obligantiæ magnæ curiæ Vicariæ. Et istæ duæ ultimæ qualitates augent publicam fidem & authoritatẽ & probationem ut habeant pleniorem fidem & executionem, sed tamen per se non faciunt publicam scripturam. Nã hoc solum quod fiat aliqua scriptura in loco in quo ius redditur uel coram iudice non facit scripturam esse publicam, nisi interueniat aliud, quod sit facta a publica persona habente publicam fidem, & authoritatem. Vt dicamus quod substantia publicæ scripturæ consistat in eo quod conficitur a persona habente publicam authoritatem & fidem, iudicis autem authoritas & locus publicus addunt qualitatem & augent fidẽ, sed tamen non faciunt de per se publicam scripturam, & cum hac consideratione possunt saluari aliquo modo ea quæ dicuntur hic per Decium post Alex. Vnde instrumenta quæ fiunt a notario sunt uere publica etiã quod fiant in loco priuato & sine iudice, & acta non dicuntur esse in substantia magis publica quam instrumẽta, sed propter illas duas qualitates assumunt quandam maiorem uirtutem ad probandum, & præsumptionem pro executione fienda.

17 Et acta ista, in dubio, quantum ad dominium sunt notarii, ut uoluit Io. And. in c. quoniam contra. de probat. quia notarii originalia penes se retinere iurant, ut per Hostien. in c. sicut. ne clerici uel monaci. licet de consuetudine seruetur quod magistri actorum uniuersitatum uel episcoporum relinquant originalia in loco, ut dicebat Io. And. & pro ista consuetudine allegat c. ad audientiam. de præscriptionibus. & sequitur hic Alex. & Dec. reprobato Paul. de castro. Sed ego puto consuetudinem fuisse inductam propter conuentionẽ partium, quia notarii deputati ad locum deputantur cum hac qualitate quod relinquant omnes processus authenticatos in loco in quo administrauerint officiũ, ne cogantur litigantes inquirere notarios eos conficiẽtes si absentes esse contigerit in diuersis aliis officiis & locis, & ne patiantur incommodum inquirendi, unde ipse notarius uidens quod est magnus labor & magna expensa authenticare tot processus & acta uel instrumẽta, contentatur potius relinquere originalia quam facere tantum laborem & expensam. Sed si notarius uellet relinquere in loco copiam authenticam omnium processuum, & actorum, posset inuitis partibus portare secum originalia, quia ipse est dominus cartæ, & iurat ea fideliter penes se retinere, & ei non obstaret aliqua cõsuetudo.

18 Sed iuxta prædicta quærit hic Iaso. quæ differentia sit inter editionem actorum, & instrumentorum, & ponit quattuor differentias. Prima est, quod acta eduntur officio iudicis, instrumenta uero, & rationes iure actionis. Sed hæc differentia falsa est, quia rationes eduntur officio iudicis nobili ex edicto. ff. de edendo. ut sup. dixi in fi. l. præcedentis, nisi habeat ius in corpore. l. 3. §. pe. ff. ad exhi. uel præcedat contractus. iux. legem quædam. ff. eo. & etiam petuntur edi officio iudicis mercenario inter litigantes. l. 1. sup. eo. Eodem modo acta petuntur officio iudicis, uel nobili quando petuntur a nõ litigantibus, uel mercenario quando petuntur ad seruitium actionis intentatæ, ut in l. dicam, & si quis haberet ius reale in eis. eodem modo possent peti iure actionis, sicut & rationes. d. l. 3. §. pe. ff. ad exhib.

Secunda est differentia, quod editio rationum & instrumentorum non fit nisi ex causa, sed editio actorum fit indistincte, ut per glo. in l. 1. §. editiones. ff. eo. & ibi Bar. & l. 2. §. Diuus. ff. de iure fisci. Sed nec etiam hæc differentia placet, quia aut fit inter litigãtes, & semper ex iusta causa eduntur, & sine causa non debent edi. iux. legem in fraudem. §. quoties. in sui ratione. ff. de iure fisci. quamuis frequentior sit causa in actis quam in instrumentis & rationibus, cum illa sint facta plerumque ex uoluntate. Istæ uero ex necessitate officii ad instructionem partium & iudicis. Si uero petitur editio a non litigante, & tunc indistincte pro prima uice sunt edenda instrumenta & rationes, & sæpius quando allegatur causa. l. si quis. §. ex hoc edicto. & §. fi. ff. eo. & idẽ etiam dicendum est in actis. Nam editio actorum non debet fieri nisi petens prætendat ex eis aliquam utilitatem, & sic acta non differunt ab aliis scripturis factis ex necessitate officii, sed solum differunt a scripturis priuatorum, sicut & instrumenta. Quare data paritate terminorum non est differentia.

Tertia datur differentia, quia acta debent edi etiam quod deueniant ad tertium, nam ille tertius tenetur edere, ut est glo. in l. 2. §. Diuus. ff. de iure fisci. Sed rationes & instrumenta non eduntur a tertio secundum gl. in l. in fraudem. §. neque. ff. de iure fisci. & facit in argu. l. sæpe. ff. de re iudic. & l. 2. ff. de appell. Sed in contratrarium allegat hic Socci. tex. in l. 3. §. pe. ff. ad exhibẽ. ubi tertius etiam edit rationes. ipse tamen soluit dicẽs quod rationes possunt peti a tertio si factæ fuissent cũ mandato ipsius, secus si sine mandato, & uidetur sentire quod illæ rationes in d. l. 3. sint factæ mandante marito, quod est diuinare ad illum textum. Vnde hic Rippa dicit quod ille tex. loquitur in diuersis terminis, scilicet in exhibitione, nos loquimur in editione. Et exhibere est substantiam & corpus libri deducere, sed edere est dare facultatem describendi, retinendo apud se originale, ut per Bal. in l. fi. inf. eo. col. 5. in fi. uers. ulti. circa materiam. Sed hæc saluatio nihil ualet, quia si tertius tenetur edere nihil retinendo penes se, ergo tanto magis tenebitur edere retento originali.

Ideo ego puto hanc differentiam non esse bonam, quia Aut petens habet ius in re, & pro actis competunt omnia remedia quæ dantur pro rationibus & instrumẽtis, quia non potest assignari ratio differentiæ, & ideo dabitur actio ad exhibendum. Aut uero non habet ius in corpore, & tũc si possidens acta ea redemit sua pecunia, nullibi reperitur quod teneatur edere, eadem ratione, qua nec instrumenta, quia sunt priuatæ scripturæ habentes probationem publicam, ut omnes tenent in l. 1. sup. eo. nisi forsan non possint haberi ab habente originale, iux. glo. in di. lege in fraudem. §. neque. iuncta. l. si quis. §. exigitur. ff. eo. Si uero habet originale, & tunc æqualiter & acta & alias scripturas edere tenetur l. quædam. §. is autem. ff. eo. Quare datis paribus terminis non est differentia, & in actis semper interuenit mãdatum, cum iudex ab initio mandet pro omnibus quorum interest, sicut in instrumentis interuenit mandatum. l. prætor. §. 1. cum glo. ff. eo.

Quarta differentia, quod rationes & instrumenta non edũtur nisi semel. l. si quis. §. fi. ff. eo. Acta uero edũtur totiens quotiens petuntur. secundum Angelum & Pau. de castro in l. ueluti. ff. eo. Sed nec hæc differentia est uera, quia nulla editio debet fieri sine causa ut supra dixi, & nulla debet peti calumniose, ut probat tex. in l. in frau-

in fraudem.§.quotiens.in ratione dubitandi. ff. de iure fisci.& tex.noster præsupponit contrarium, dum assignat rationem ad inuestigandam ueritatis fidem, & sic data paritate terminorum, æqualiter eduntur,& multiplicata editio in utroque casu permittitur sine præiudicio alterius si fiat ad effectum uidendi & legendi,sed si fiat ut detur copia cum labore notarii,tunc etiã ęqualiter prohibetur per Alber.in d.l.siquis.ff.eo. & Bal.l. 1.§.editiones. & sentit hic Rip.

Quinta est differentia,quod acta non possunt edi nisi cum licentia iudicis,per textum nostrum.Sed alia instrumenta sine licentia. Sed etiam hæc differentia est falsa,quia notarius est dominus actorum suorum ut supra dixi,& ea ad sui uoluntatem edere potest,& confirmat Ripa per legem præcipimus.ibi,partibus edant.in fr.de appel.& ibi tenet Bal. & per textum in c. quoniã contra.de prob.ibi,partibus tribuantur. Nec ob.text. noster, quia in eo notarius recusabat & a iudice cogitur edere, Sed uoluntarie posset,ut innuitur in uerbo iubebit.Nec obst.quod non scribantur sine licentia iudicis,quia alia ratio est in eorum confectione,cum cõtineant ea quæ a iudice & partibus aguntur, Sed copiã eorum dare parti tenebitur,& poterit sine animo calu-
19 mniandi.Quare†remanet in modo & coactione edendi nullam esse differentiam inter acta & instrumenta uel rationes data terminorum paritate.

Secundo nota,quod editio fit ad ueritatem inuestigãdam.concordat.l.non est nouum.inf.eo.& le.si cui.ff.si quis cautio.& l.procurator.inf.eo.& c.illi qui.5. qu.4. cum aliis cumul.hic per Decium. Sed incontrarium facit tex.in l.illicitas.§.ueritas.ff.de off. præsi.ubi docto. uolunt quod iudex non debet iudicare secundum conscientiam sed secundum & acta & probata etiam contra ueritatem,& in le. 1.sup.eodem. dictum fuit quod nullo modo reus tenetur edere actori ad fundandam eius intentionem reiecta ratione ueritatis inuestigandæ,Sed responderi potest quod editio fienda est ad ueritatem inuestigandam semper quando non posset nasci aliquod scandalnm,nec aliquis tumultus uel iniustitiæ possent sequi,sed si potest sequi scandalum, potius tolleratur quod ueritas non appareat aliquãdo quam quod frequentius tot scandala oriantur, ut est glo. & ibi Abb.in c.3.de iure patro.Sed si permitteretur iudici quod iudicaret secundum conscientiam non attentis actis,sæpissime iudices ex uoluntate & passionibus subuerterent iura partium,dicendo quod in conscientia ita sciunt,& ideo ne sequatur hoc inconueniens,q𝔡 frequentissime eueniret,fuit hoc dispositum.

Sicut in simili dicunt docto. in c.cum contingat, de iureiur.quod si statutum disponat ut post decem annos amplius creditor non audiatur, & præsumatur debitũ fictum & simulatum,uel quod minoris uel mulieris iuramentum pręsumatur metu uel ui uel dolo extortum, quod illud statutum ualebit si in loco aliqui casus euenissent de facto in quibus illi contractus fuissent fictitii,& iuramentum metu extortum, & sic statutum habeat primordium ueritatis,& licet possit euenire quod contractus aliqui sint ueri, & iuramenta præstita sine dolo & metu, tamen tolleratur quod non ualeant tales contractus propter euitandum scandalum, Et hanc
* opinionem etiam tenet Barto.& ibi omnes eum sequũtur in l.omnes populi in 4.quæst.princip.ff.de iusti. & iure.dum quærit an ius ciuile ualeat contra ius diuinũ. & idem ponit Abb.& omnes sequuntur in c.fin.de consuetu.Nec ob.tex.in c.qui scandalizauerit,quia ibi glo. respondet quod est triplex ueritas, & quod in ueritate iustitiæ potius tolleratur quod non seruetur,quã quod scandalum fiat,& ille tex.procedit solum in ueritate uitæ respectu peccati ut ibi glo.notat,& in d.l.1.tolleratur etiam quod ueritas non attendatur quæ posset apparere per productionem scripturarum a reo factam, quia posset esse quod actor inique peteret si forsan pecunia sibi fuisset restituta,quam restitutionem non posset reus probare, & sequeretur scandalum quod actor lucraretur cum aliena iactura si produceret suas scripturas priuatas,ut ibi dixi ultra alios in 3.notab.

20 Sciendum†tamen est,quod uerbum,in ueritate, importat iuramentum,ut per Bal. in rubric.infr.res inter alios acta.uersi.sed quid si est usus.& idem Bal. in c. ex insinuatione.extr.de procur.uer.si confitetur. uult q𝔡 talis q cõfessus est se accepisse pecuniam in ueritate nõ potest opponere exceptionem non numeratæ pecunię Quod ultimum repræhendit hic Dec.quia ea facilitate qua inducitur ad confitendum,uidetur etiam inductus ad ponendum uerbum in ueritate.argumento notatorum per Bartolum in l.si ex cautione.inf.de non numerat. pecun.

21 Sed ego†puto dictum Bal.posse procedere, nam ibi Bal.se fundat,quia uerbum,in ueritate,inducit iuramẽtum,& siquis confitetur se recepisse, & iurauerit nõ potest opponere exceptionem,ergo eodem modo quando dixit in ueritate.l.siquis maior.C.de trãsactio. Nec ualet responsio Dec. quia in iuramento non cadit illa facilitas,quod patet,quia si renuntiat exceptioni cum iuramento non potest amplius eam opponere, qa præsumitur deliberate renuntiare,ut no.in le.si ex cautione.inf.de non numer.pecun.Nec obst.lex fi.inf. de nõ numer.pecu.ubi iuramentum non impedit exceptionem opponi,quia ille text.loquitur in iuramento solutionis quod bene respicit tacitam conditionem, si sibi pecunia fuerit numerata,deliberate enim promittit se restituturum pecuniã si sibi soluatur ut conuentũ fuit, secus autem est in iuram. de recepto,quod non recipit hanc conditionem,cum sit de facto præsenti, non futuro.Sicut etiam dicitur de iuramento pręstito,quod omnia dicta in contractu sint uera,quod iuramentum impedit exceptionem simulationis contractus, ut not. in l.nemo potest.per Alex.ff.de leg. primo. & Bartholomeus cæpolla in suo tractatu simulationis, in septima præsumptione.& Alex.in consi.36.uolum.secundo. & Anto.de butrio in c.cum contingat.de iureiur.uersicu. octauus casus. Et sic tota uis reducitur ad illud, an sit uerum quod uerbum,in ueritate,importat iuramentũ, de quo per Abb.in rub.ext.de iureiur.in fi.& per doct. in l.siquis maior.inf.de transa.ubi dicam. quod nota in practica, quia uidetur nouum.

22 Tertio†nota,quod acta tam ciuilia quam criminalia edi debent.concordat tex.in d.c.quoniam contra. de prob.& si notarii negant,possunt cogi ad instantiã partium,& hoc modo loquendo, æqualiter hic tractatur de editione actorum ciuilium & criminalium,licet in contrarium urgeat tex.in l.2.§.Diuus.uer.Diui fratres. ff.de iure fisci.ubi in causa criminali non fit editio.Vna solutio est,quod ille tex.loquitur de instrumentis,non de actis,& acta facta in iudicio dicuntur esse communia partibus quoad usum,& facilius eduntur.argum.le. procurator.inf.eo.Alia solutio est,quod ille tex.loquitur in reo qui non debet cogi edere contra se in causa capitali,licet fauore fisci in causa nummaria cogatur. Nos uero loquimur in notario qui retinet acta penes se, & si reus haberet acta publica redempta a notario pecunia sua esset effectus dominus,& ea non teneretur edere,per istam legem,nisi quando originale esset deperditum,ut dicemus in l.fi.& idem esset si tertius possideret.Notarius uero tenetur edere acta omnibus,quia deputatur ad hoc ut scribat & ea tribuat illis quorum interest.d.c.quoniam contra. in uerbo partibus tribuãtur,& utraque solutio potest esse uera, sed ultima uerior ut inf.dicam circa intellectum illius text. Ex quo sequitur,quod copia inquisitionis & copia articulorũ debet dari reo.Item copia indiciorum ad sui defensionem faciendam.c.qualiter & quando. de accus. & per Bartolum in l.fi. inf. de quæst. cum similibus allegatis hic per Dec.Sed dum subdit quod facilius datur copia in ciuili-

in ciuilibus per legem secundam.§.Diui fratres.uerum est in fisco quando petitur ut reus edat contra se, Sed in notario æqualiter debet fieri editio per textum nostrum. Et facilius in criminalibus, quia tractatur de maiori præiudicio.l.1.inf.de quæst.& dicũtur esse magis publica,& ad repellendum testes debent edi extraneis in alia causa.c.testimonium.ex.de test.

23 Ampliatur ista†conclusio quod acta sint edenda,procedere non tantum in partibus petentibus, in quibus non est dubium,sed etiam in tertiis petentibus, si eorũ interest,ut probatur in l.1.§.editiones.ff.eo.Sed istam ampliationem intelligit Dec. procedere in actis publicis publicorum iudiciorum,ut homicidii & excommunicationis,quia ubique excommunicatus & homicidia æqualiter punitur, secus in actis pertinentibus ad priuatum negotium partium,& hoc etiam tenet Alcia.hic in 2.colum.uersi.alii.& uers.putarem. quamuis uideatur se restringere postea.Mihi uero hæc differentia inter acta priuati & publici iudicii non satisfacit,& puto editionem æqualiter fiendam a notario omnibus quorum interest,sicut uidemus in nummulariis.l.quædam.§.nummularios.ibi, ad eorum fidem sæpe recurritur. ff.eo.& in actis probat tex.in l.sæpe.ff.de re iud. & totus titulus res inter alios acta.& l.2.inf.de appell. & c.testimonium,ext.de testib.& ibi no.etiam in causa infamiæ, quæ nascitur ex publico iudicio. Et est ratio, quia sunt confecta a notario ex necessitate officii ad hunc effectum,

24 Ampliatur † & secundo ut procedat bis & ter & toties quotiens opus erit,& in hoc differt ab instrumẽtis secundum Decium hic late defendentem hanc differẽtiam.Sed ego sup.reprobaui, quia in actis idem est qđ in instrumentis,& eadem ratio. Nam calumniosa editio nunquam fieri debet,per textum nostrum ibi.ad inuestigandam ueritatis fidem. Non obst. quod acta sint facta ut partibus tribuantur, quia eodem modo & instrumenta fiunt a notario ut partibus tribuantur. d.le. quædam.§.nummularios.ff.eo.& licet acta sint cõmunia quoad usum,tamen sunt propria notarii,ut hic per Alex.qui allegat no.per Inno.in c.primo.de prob. Saluari tamen potest in editione actorum, & processus quæ fit ad instruendum eum per lecturam testium. Nã ista semper fieri potest sine causæ cognitione, ut aduocati& partes possint se informare de iuribus suis,ut hic dicit Ripa.& bene.dummodo fiat sine præiudicio partis,ut hic,& ipsa possit habere,& etiam iudex,ne differatur determinatio negotii,Hæc enim editio est facilis notario,quia non requiritur alia scriptura,& sæpius ꝑmittitur, secus in editione copiæ, in qua requiritur labor & tempus.

25 Ampliatur† & tertio ut non tantum notarius cogatur edere,sed etiam tertius possidens,quamuis secus sit in instrumentis secundum glo.in l.2.§.Diuus.& ibi Barto.ff.de iure fis.Sed hæc ampliatio uera est etiam in instrumentis si tertius habeat originalia.l.quædam.§. is cui.l.siquis.§.cogentur.ff.eo.Sed si non habet originalia, falsa est,etiam in actis,quia acta redempta pecunia sunt scripturæ priuatæ ipsius recipientis, ut per Alexã. & Innocen.in c.primo.de prob.& Bar.in l.fi.in fine.in fr.eodem

26 Ampliatur†& quarto ut possit fieri in qualibet parte iudicii,ut per gl.in c.primo.in uerbo requisitus.de senten..excommuni.in sexto.secus in instrumentis, ut per glo.in l.1.§.edenda.ff.eo.Sed Dec.putat hoc idem procedere in instrumentis,& bene.Nam instrumenta in iudicio producta æqualiter eduntur cum aliis actis iudicii. Solum saluari potest hæc differentia in productione quæ fit post conclusionem in causa. Nam aliquando instrumenta non possunt edi acta uero iudici semper producuntur, quamuis data paritate terminorum etiã in hoc non sit differentia,& hoc plus placet.

Limitatur tamen ista conclusio non procedere in

27 multis casibus quos ponit hic Dec.†Et primo limitatur non procedere in interrogatoriis, quorum copia non datur parti,ne instruat testes,ut per glo.in c.2.extr. de testib.in sexto.in uerbo interrogatoriis.& c.in primis. 2.quæst.1.in glo.præsente.& Bal.in l.data opera. col. 2.uers.nota tamen.inf.qui accusare non possunt. & Innocen.in c.per tuas.de testib.in princip. in uerbo in interrogationum. Sed hæc fallentia uel falsa est uel inepta,Nam si interrogatoria sunt producta in actis&sint effecta de actis tunc debet edi parti saltem examinatis testibus,per regulam istam,ut sentit Innocen.in c. per tuas.de testibus,sed si non sunt producta in actis, non est limitatio,quia.l. nostra loquitur de scripturis productis, ut sint de actis.

28 Secundo†limitatur nõ procedere in allegationibus iuris,quarum copia non debet dari parti, Secundum Romanum in sing.261.fui interrogatus.& in l.1.§. edẽda.ff.eo.& sequitur Alex.in l.Iulianus.inf.de iudi. Sed Ias.reprehendit per no.per Iacobnm de Ferraria in sua practica Papiensi,& quia allegationes iuris ponuntur in actis.c.dudum.de electio.il.2. Deci. uero tenet primam opinionem quando allegationes non sunt productæ in actis,quia ille non debent edi, secus quãdo sunt productæ,quia tunc sunt de actis,& edendæ sunt, per istum textum.& in c.quoniam contra de prob.Sed hęc repræhensio Decii non discrepat a Iasone, quia Iason loquitur quando allegationes sunt in actis productæ, ut sint effectæ de actis,quia alias non esset ad propositum tex.ista limitatio,& hoc casu omnes concludunt ꝙ debent edi parti,ut hic per eum.Et sic in effectu intelligendo dictum doctorum in materia istius legis limitatio est falsa,quia semper eduntur, sed intelligendo qđ non sunt productæ in actis,limitatio est uera in se, sed inepta ad l.nostram.

29 Tertio†limitatur non procedere in processu informatiuo qui fit ex testibus examinatis ante inquisitionẽ quorum copia non debet dari parti,ut no.Angel.in le. quæstionis.ff.de quæstio.& est de mente Bart. in l.fin. inf.de quæstio.& per Sali. in d.l.fi.inf.de quæstio.quia non præiudicant,cum debeãt de nouo examinari parte citata post litis contestationem.ut per Alex.in consilio.130.in causa Angelorum.colum.3.uolum.2.& Corne.in consi.68.aliquamdiu.in fi.uol.2. Et hæc limitatio est uera& proprie pertinet ad materiam legis,cum processus informatiuus fit de actis.Fallit tamen quãdo præiudicium fieret ex processu informatiuo, uel aliqua utilitas posset assumi, ut si testis repetitus dixisset contrarium in processu informatiuo,nam ut tollatur fides testi,ad ostendendam contrarietatem debet edi ꝓcessus informatiuus,ut per Socci.hic.& Dec.in c.1. de prob.col.33.

30 Quarto limitatur†non procedere in positionibus dependentibus a facto proprio,quia illarum copia nõ est danda ante responsionem,quia statim tenetur respondere,ut no.Bal.in l.2.sup.ut lit.penden.& Alex.hic, nisi in casu quo in facto proprio possit esse tollerabilis ignorantia,ut no.Bar.in l.2.§.quod obseruari.inf.de iura.calum.ut hic per Decium.Et hæc limitatio est uera antequam respondeat,sed post respõsionem debet dari copia & positionum & responsionum,quia super eis disputandum, & idem potest dici de interrogatoriis, ut post examinatos testes detur copia ut possit appare re sint sint calumniosæ uel non.

31 Quinto†limitatur non procedere in fisco, cõtra quẽ non fit editio,per textum in l.in fraudem.§. neque. ff. de iure fisc.& ibi gl.magna circa finem. & sequitur hic Alex.Dec.uero hic repræhendit, quia durum est quod quis a notario non possit petere sibi edi acta contra fiscum,& ille tex.uidetur quod debeat intelligi de tertio priuato,ut sentit ibi glo.in fi.Sed ipsemet postea dubitat de hoc,quia alias nullum esset specialia in fisco, ꝙ est contra textum. Sed ego uere puto limitationem falsam,

falsam, quia ille tex. in d. §. neque. non loquitur de originalibus possessis a notario, sed de copia possessa a tertio, ut sentit glo. ibi, & hic Dec. Nec obst. quod nullum esset speciale in fisco, quia specialitas ibi non fuit causa defensionis, sed erat dubitatio an acta pro defensione rei contra fiscum essent edenda, & respondet quod sic, quia nulla specialitas est in fisco in hoc, Vnde secundo potest dici ut hic per Alc. quod ille tex. loquitur de actis quæ peruenerunt ad tertium ex concessione fisci, Ideo contra eum non debent retorqueri, & hoc est speciale in fisco, & ibi additur unum aliud, quando fiscus cõcedit acta sua priuato, quod debeat ille cauere denõ edendo contra fiscum, alias fiscus non potest cogi ei cõcedere, & sic in primo dicto fuit decisum quod si nõ fuisset præstita illa cautio nihilominus non potest edere contra fiscum.

32 Sexto † limitatur non procedere quando non interuenit mandatum iudicis, ut per Baldum Ale. & modernos hic, & sequitur finaliter Dec. licet primo repræhendat, sed mihi non placet hæc limitatio, quia est contra generalitatem tex. in l. 2. sup. ut lit. pendente. & d. c. quoniam contra. de prob. & d. l. præcipimus. §. in iis. de appell. quæ mandant simpliciter edi. Nec reperitur quod sit tradita forma in editione quod interueniat mandatum iudicis si notarius ex sua uoluntate uelit edere, cũ lex nostra loquatur quando ipse non uellet, & iudex cogat possidentem edere, & hoc patet, quia non fuit posita clausula annullatiua, quod alias editio sit nulla si nõ interueniret mandatum iudicis, & præceptum hic est affirmatiuum, non autem prohibitio negatiua, iux. no. in l. non dubium. sup. de legib. Suadetur in simili, quia in l. prætor. ff. de edendo. argentarius tenetur edere iubente iudice, & tamen clarum est quod potest edere ẽt sine mandato iudicis, Nec ualet quod in actis precedat mandatum iudicis, quia uerum est quantum ad faciendum ea, sed non quantum ad edendum, postquam iam facta sunt, quia lex sine illa forma mandat edi, & hoc patet discurrẽdo omnia remedia edictoria, de quibus dixi in præmissis. l. 1. & in fi. sup. eodem. Nisi in casu. l. in fraudem. §. neque. ff. de iure fisci. quæ loquitur ut dictũ est, de actis peruentis a fisco in tertium. Ex quibus apparet quod duæ sunt limitationes ad. l. nostram quę uere possunt dici limitationes.

Sed quia hæc materia est ualde confusa, & doctores uarie & imperfecte loquuntur, ideo pro pleniori intelligentia facias aliquos casus aliqualiter de mente Alc,
33 sed aliter quam ipse dicat. † Primus casus est, quod si iudex petit acta facta coram se sibi exhiberi, indistincte edenda sunt, ut se possit instruere, quia sententia nõ ualet non uisis actis. iux. doctri. Bart. in l. prolatam. inf. de sent. & in l. 2. inf. de iud. & idem Bar. in l. properandũ. §. & siquidem. & Felyn. in c. ecclesi. sanctæ Mariæ. de cõsti. colum. 8.

Secundus casus est quando pars petit copiam actorũ factorum in iudicio, & tunc si petit ab aduersario copiam scripturarum quibus usus est uel est usurus, & tũc tenetur edere. l. 1. §. edenda sunt omnia. ff. eo. Et si scripturæ sunt authenticæ, sufficit dare facultatem uidendi, & sibi suis sumptibus capiendi copiam, si uero non sunt authenticæ scripturæ quibus est usurus, tenetur dare copiam suis sumptibus, ut per modernos in d. §. edẽda sunt omnia. ff. eo. ut possit deliberare saltem post litis contestationem, secundum distinctionem ibi positã & in l. edita. in fi. inf. eo. Sed si sunt scripturæ quibus tunc non est usurus quia non sunt de actis, non pertinent ad legem nostram, sed ad materiam. l. 1. sup. eod. Sed si pars acta facta in alio iudicio quę reus possidet petit exhiberi in iudicio præsenti, tunc si possidet originale tenetur ut notarius. l. quædam. §. nihil interest. ff. eo. Si uero non possidet originalia, sed habet redempta a notario pecunia sua, & tunc non tenetur edere, sicut nec alias suas scripturas priuatas, l. 1. sup. eo. & c. 1. ex. de prob. quia sunt priuatæ quo ad dominium, secundum Innocen. in d. c. 1. fallit in fisco, uel delatore petẽte exhiberi in causa delationis, secundum distinctionẽ quam posui in l. 1. tam in rationibus quam instrumẽtis, quia non est differentia ut sup. dixi.

Tertius est casus, quando pars petit a notario acta sibi exhiberi, & tunc facias duos casus. An petat acta facta in alio iudicio, uel in iudicio præsenti facta. Primo casu siue sint facta inter easdem personas siue inter diuersas si sunt acta criminalia, exhiberi debent cuicunque petenti, per textum nostrum secundum docto. hic, secus in causa nummaria, secundum Decium & Alciat. hic. Sed ego sup. reprobaui per generalitatem tex. nostri. & c. testimonium. ext. de testi. & quia nulla est differentia inter acta & instrumenta indistincte eduntur l. quædam. §. nummularios. ff. eo. & eodem modo acta publica eduntur. Si non animo calumniandi petantur, quo casu nec instrumenta ederentur, & non debet distingui an petantur gratia se defendendi, uel alium conuincendi. per. d. legem quædam. §. nummularios. Secũdo casu quando petit a notario sibi exhiberi acta facta in causa in qua litigat, & tunc aut est publicatus totus processus, & totus debet sibi edi per textum nostrum, in tantum quod etiam allegationes iuris sunt edende si sunt producte in processu, quia quidquid est de processu edi debet, ut per practicum papiensem in loco allegato hic per Iasonem & Deci. sed si non sunt productæ in processu, non debent edi, ut per Rom. in singul. suo. 202. & per Decium hic, & omnes, & similiter hoc casu debet dare copiam testium, articulorum, interrogatoriorum, & positionum, & omnium contentorum in processu, quia tunc cessat suspitio, cum processus sit perfectus, alias instructio haberi, & allegationes in iure fieri non possent, & reus se defendere non ualeret, cum super eis sit disputandum, & ita practicatur. Sed si non fuit adhuc publicatus processus, & tunc adhuc regulariter editio debet fieri, per textum nostrum. Fallit tamen primo in testibus qui tenẽtur secreti usque ad publicationem. Secundo fallit in causa criminali in actis factis ante inquisitionem quæ non debent edi, quia solũ fiũt pro informatione curiæ, nisi sint repetiti postea in inquisitione, adhoc ut uideatur an sint uarii, secundum Angel. in l. quæstionis. ff. de quæstio. & per Decium Soci. & Rip. hic. & prædicta editio fienda est parte petẽte, alias non nisi in casu quo proceditur ex mero officio, quia tunc etiam parti non petenti debet dari copia iudiciorum, secundum Hipoli. in consi. 8. in causa magistri. & consi. 55. magnificus. & Rip. hic. Tertio fallit in interrogatoriis testium examinandorum productis ab illo contra quem examinantur testes ad inuestigandã ueritatem & ut apparet an testes sint uarii. Nã tunc nõ debet fieri copia parti ne instruat testes. glo. in c. 2. in uerbo interrogatoriis. de confessi. in sexto. & ponunt omnes moder. Quarto fallit in positionibus, quarum copia dari non debet nisi post responsionem factam a parte, ut per Bal. in l. 2. sup. ut lit. penden. in 2. col. si tamen continent aliquid depẽs a facto interrogati, Alias si non dependent a facto suo, potest petere copiam & terminum ad se informandum, ut per Bar. in l. 2. §. ꝙ obseruari. inf. de iur. cal.

Quartus est casus quando aliquis petit acta exhiberi a tertio possidente ea, & tunc distingue, Aut est priuatus qui petit ad suam utilitatem. Aut est fiscus siue delator ad utilitatem fisci. Primo casu si possidet originalia, indistincte edere tenetur, sicut notarius. l. siquis. §. coguntur. & l. quædam. §. is cui. ff. eo. Aut uero nõ possidet originalia, sed acta habet quia redemit pecunia sua, & tunc non tenetur edere, quia sunt proprie priuatæ scripturæ, ut per Inno. in c. 1 de prob. & Alexã. hic. nisi quando originalia essent deperdita, ut etiam hic ꝑ Alexã. & sup. dixi non faciendo differentiam inter instrumenta & acta, cum hoc tamen, quod consequi non possit

posſit intereſſe ſuum a notario. Secundo caſu quando fiſcus uel delator nomine fiſci petunt & tunc idem dicendum eſt quod nõ tenetur edere licet reus teneatur, quia aliud eſt quãdo petit a reo pro ſuo delicto. Aliud quando petit a tertio poſsidente acta redempta ex ſua pecunia, quia nulla ratio ſuadet quod tertius teneatur edere, cum poſsit fiſcus a notario uel ab alio originalia poſsidente conſequi, & in caſu quo originalia nõ reperiantur, edenda ſunt æqualiter & fiſco & priuato ad inueſtigandam ueritatis fidem, ut per Pau. de caſt. in d. l. ſiquis. §. prætor. & Bal. in l. publicati. in 2. col. infr. de teſt. ut ſup. dixi. Si uero iudex appellationis uel alius iudex ſubrogatus petat acta exhiberi facta coram alio iudice, tunc ſimiliter edenda ſunt ut hic, ſecundum unum intellectum glo.

34 Vltimo† adde, quod ſi iudex denegauit parti editionem actorum corã ſe factorum, uel notarius, faciunt litem ſuam. leg. 2. §. 1. inf. de pœn. iud. qui male iudic. & proceſſus aliter factus eſt nullus, ut per modernos in d. l. 1. ff. de quæſt. & Alc. hic per l. maritus. ff. de quæſt. & Fely. in c. licet Hely. de ſimon. Dummodo opponatur a parte, alias ualeret proceſſus, per l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. & glo. in c. fi. de hæreti. in 6. in uerbo iudicii. licet ſi procedat per officium merum, male faciat non dando copiam inditiorum, ut ſupra dixi, ſed non eſſet proceſſus nullus parte non petente, quæ nota, quia ualde aperiunt omnia dicta, & infra dicenda.

Glo. prima diuiditur in duas partes, In prima exponit tex. in ſecunda ponit quinque lecturas. Bar. uero, ꝑ declaratione glo. opponit contra tex. quod immo ſuperior cogat. l. 2. ſup. ut lit. pend. ſoluit quod ille tex. ꝓcedit iudice ordinario denegante. Quod intellige ſiue ipſe habeat, quod raro accidit, ſiue notarius. nam iudex cauſæ ſi adhuc lis pendet debet cogere notarium denegantẽ edere, alias ſuperior facit d. l. 2. ut lit. pend. Et ſi tertius non litigans petat, tunc adeundus eſt iudex ſuperior notarii uel poſsidentis, & ſi denegat, ille cogit. Ita debet declarari quod hic dicit Bart. ut intelligatur de iudice qui ſuper hoc habeat iuriſdictionem. Secũdo opponit, quod uideatur fruſtratoria editio, cum iudex poſsit eſſe inſtructus de actis corã ipſo & ab eo factis. Soluit quod propter hoc uariatur intelligẽtia legis in quinque lecturas per gl. Sed hæc oppoſitio eſt inſipida ſecundum Cur. hic, quia fundatur ex eo quia nemo præſumitur ignorare factum proprium. Quæ ratio nõ concludit in iis quæ memoriæ mandantur. cum labilis ſit, & in iudicibus occupatis non eſt inconueniens quod obliuiſcantur. l. peregre. ff. de acquir. poſ. Præterea iudex bene uidit productionem ſcripturarum, & eam poteſt præſumi ſcire, ſed non uidit tenorem earum, & dato quod uiderit, non cogitauit ſuper eis, & pro plena inſtructione neceſſarium eſt quod uideat totum proceſſum ordinatum & ſuper eo conſideret, Quinimmo lex præſumit eum ignorare, cum iubeat uiſis actis ſententiam ferre, & ſi iudex non habet penes ſe proceſſum qñ iudicat ſententia eſt nulla, ut habetur in l. prolatam. infra de ſent. & c. Rodulphus. de re iud. Et dixit etiã Bal. in l. quod iuſsit. ff. de re iud. quod iudex poteſt obliuiſci interlocutoriam per ipſum latam. & facti proprii implicit tollerabilis eſt ignorantia, ut per Bar. in le. non fatetur. ff. de confeſ. Ideo hæc oppoſi. non fuit cauſa diſtinctionis glo. Sed tamen quia tex. præſupponit partẽ petere editionem. Ideo uidetur quod oppoſitio ſit ſienda de l. 1. ſup. eo. & ſaluat gl. quod debet intelligi de iudice appellationis petẽte exhiberi ſibi acta coram alio iudice facta, niſi ſaluando Bar. dicas quod ipſe fecit oppoſitionem ſecundum mentem gl. quæ ita putabat, & quod hæc eſſet eius mens, colligitur ex ſecundo intellectu. & Bar. ſentit in 2. intellectu. & ſufficit quod ita glo. cogitauerit, etiam quod eius præſuppoſitum non ſit uerum ut dixi, & repetam in 2. & 3. intellectu.

Et ex hac lectura colligit Bar. quod iudex poteſt petere a iudice & parte ſibi exhiberi acta. † Sed dic, quod 35
alia eſt coactio in iudice, alia in parte, nam in iudice non poteſt cadere coactio poſita hic per Bar. & Innoc. quia parum curaret iudex quod actis ſuis non præſtaretur fides, unde in ipſo alius modus cogendi erit, ut ſi non edat teneatur ad intereſſe, & cum pœna non poſſit uerificari, nec etiam dictum. l. quod conſtitutum. ff. de mili. teſt. Et ideo iudex penes ſe retinens poteſt præciſe cogi faciendo ei præceptum ſub pœna, & idem in notario arg. §. fi. inſti. de ſatiſ. tuto. Sed in parte ſit iuſſus ut producat, & ſi non exhibet, quia nõ uult, uel quia dicat ſe non habere, pronuntiabitur quod inſtrumentis uel actis non ſit præſtanda fides, iux. no. in l. diffamari. inf. de inge. & manumiſ. & l. Titia. de accuſ. & per doct. in c. G. perpetuus. de fid. inſtru. poſt Innoc & per tex. in l. non alienam. ff. de interrog. actio. Iaſ. tamen hic opponit, quia requiritur bina monitio. §. ſiquis autem nõ implens. in auth. de hære. & Fal. Sed Dec. hic, Rippa & communiter moderni ſaluant, dicentes Bar. intellexiſſe quod iuſſus fuerit factus iuridice cum ſolemnitatib. requiſitis, & ipſa non negaſſet hoc quod debeat præcedere monitio, maxime allegando. l. diffamari. Et hæc opinio tanquam magis æqua mihi placet.

Veruntamen quia dictũ Inno. procedit quando quis negat ſententiam latam & acta facta, quo caſu in pœnã negantis priuatur iure ſuo, & ſic non loquitur in terminis Bar. Ideo Dec. pro reſolutione conſiderat tres ca-
36 ſus. Primus† eſt caſus, quando interrogatus ut exhibeat acta negat illa acta, uel inſtrumenta fuiſſe facta, & hoc caſu ſine dubio procedit opinio Innoc. quia confeſsio facta in iudicio ſibi præiudicat. l. 1. ff. de confeſ. & leg. proinde. ff. ad l. aquil. niſi errore probabili eſſet motus, quia eam poſſet reuocare iux. no. in l. de etate. §. ex cauſa. ff. de interrog actio. & Alci. hic poſt Dec. uel niſi reuocaret ante litis conteſtationem, & nullum eſſet intereſſe partis, & in ſumma procedit dictum Innoc. in caſibus in quibus confeſsio facta contra ſe præiudicat ſibi, qui ponuntur in l. 1. & l. certum. ff. de confeſſ. cum concordantibus.

Secundus eſt caſus, quando interrogatus confitetur ſententiam uel acta uel inſtrumenta fuiſſe facta, ſed negat ea ſe habere & non poſſe exhibere, & hoc caſu ẽt communiter doct. intelligunt dictum Innoc. procedere ut pronuntietur amplius non eſſe dandam fidem. Quod tamen ego puto declarandum eſſe quando appareat per aliqua indicia uel præſumptiones iuridicas qđ habet illas ſcripturas. Nam tunc dicitur eſſe in contumacia, & ex eius dolo poteſt priuari, ſecus ſi non conſtaret quod haberet in poteſtate, quia tunc uel debet cauere ſe exhibiturum quando habebit. §. ſed ad exhibendum. inſti. de off. iud. uel abſolui debet, quia in iudicio exhibitionis oportet probari aduerſarium detinere & habere facultatem exhibendi. l. Celſus. §. 1. & §. ſi. ff. ad exhib. & l. ſiquis. §. cogentur. uerſ. ſi ſolus. ff. eod. Nec eſt uerum quod dicit hic Dec. quod præſumatur habere, quia a communiter accidentibus iſta ſunt penes notarium. l. in fraudem. §. neque. in fi ff. de iure fiſ. & l. præcipimus. §. 1. inf. de appel. Vnde ego puto qđ ſolo iuramento poteſt ſe excuſare & purgare, iurando quod ea non habet. l. ſi. inf. de fid. inſtr. niſi eſſet hæres notarii, uel tractaretur de tabulis teſtatoris, & ipſe eſſet hæres. iux. l. 1. & per totum. ff. de tabu. exhibe. Et ideo dictum Bar. in terminis iſtius legis non poteſt ſaluari, niſi probetur uel eum eſſe hæredem notarii, uel quod ipſe poſſedit uel poſſidet, cum de iure apud partes non ſoleãt remanere, uel quod a notario ſibi fuerunt conſignata, uel quod ipſe habet copiam, & deperdita ſunt originalia, quo caſu copia eſt edenda, ut no. in l. 1. ſup. eo. numer. Sed extra terminos noſtræ. l. in aliis ſcripturis priuatis quas aliquando tenetur edere reus, iux. not. in le. 1. ſup. eo. facilius præſumeretur poſsidere, quia conſti-

to per aliquas coniecturas quod aliquo tempore posse disset, posset iudex pronuntiare quod eis in fauorē sui amplius non præstaretur fides, & sic practica posita hic per Bar. magis conuenit materiæ. l. 1. sup. eo.

Tertius est casus quādo fatetur ea facta fuisse & penes se habere, sed dicit nolle exhibere, & in hoc casu dicit Dec. q̄ potest procedere etiam dictum Bar. Sed in contrarium facit, quia nemo cogitur edere scripturas suas particulares, per no. in l. 1. sup. eo. nisi in casib. specialibus ibi dictis, & scripturæ etiam authenticæ redēptæ a notario pecunia sua efficiuntur priuatæ redimentis, & non debent edi, ut per Inno. in d. c. 1. de prob. Et ideo dictum Bar. procedere non potest si petens a notario ea consequi potest, quia non debemus uexari in editionibus. l. si quis. §. exigitur. ff. eo. Si uero nō potest consequi a notario, quia forsan pars possidet, & adhuc dictum Barto. uidetur dubitabile, cum non intersit aduersarii, quia si non producantur acta sententia lata contra appellantem transibit in rem iudicatam. l. ii q ad ciuilia. inf. de appel. & c. Romana. §. si uero, de appel. in 6. Rip. hic & Cur. Saluant restringendo dictum Bar. ad appellatum possidentem, in cuius fauorem trāsiret sententia in rem iudicatam, qui, ne forsan causa possit reuideri, non uult producere acta. In appellante uero uidentur sentire quod non potest procedere dictum Bar. quia satis punitur, quod sententia contra eū lata, si non producat acta, in eius damnum transibit in rem iudicatam. Quod ultimum non admitto indistincte, quia interest etiam appellati quod de nouo reuideatur causa, & per sententiam confirmetur. Et ipse potest instare quod producantur acta ut iudex prosequatur appellationem etiam cessante appellatione, & etiā petere ut in melius reformetur sententia. l. si. in princi. inf. de appel. Ex quibus patet hoc dictum Bar. ita restrictum esse per docto. quod quasi annihilatum est. Nam debet intelligi in casu quo pars instans non possit consequi a notario, ita quod aliunde non potest ei prouideri de scripturis, quod raro accidit. Item in casu quo requisitus fateatur se habere illas scripturas, uel sufficiēter probaretur eas habere, siue sit appellans, siue appellatus, si aliqua ex causa potest interesse, ut sup. dixi. Tertio etiam restringi debet si cum præcepto de edendo facta fuit comminatio, ut hic per Alc. & Cur. Alias ex sola contumacia quis non debet priuari iure suo. le. 1. §. hoc iudicium in glo. magna. ff. si quis ius dicen. nō obtemp. cum concord. allegatis hic per Curt. Nam licet Dec. hic ponat tres solutiones, tamen prima uerior est quod interuenit comminatio, ut patet in ll. allegatis per Bar. ut illa monitio quæ requiritur contineat comminationem priuationis. Item intellige procedere si placet parti uti tali remedio. Nam si pars potius uellet ut producerentur tales scripturæ, non producens condemnari deberet ad interesse. iux. nō. in l. ubi exigitur ff. eo. & §. si ad exhibendum. inst. de off. iud. Ne ex tali remedio confundatur tota materia de edendo, & sentit etiam Cur. hic. Et ideo hoc respectu dictum Bar. raro practicabitur, & paruam habebit utilitatem, Et per experientiam patebit quod semper erit utilius uti remediis regularibus editionis, de quibus in l. 1. sup. eo.

37 Secundus† est intellectus glo. hic, quod exhiberi debeant acta principali litiganti qui absens fuerat, & licet glo. non clare ponat hunc intellectum, & text. loquatur de iudice, tamen placet intellectus quod intelgat de parte, ne frustratorii uideantur tertius & quartus intellectus, ut hic per Curtium & Rip. Sed mihi uerior uidetur opinio Decii, quod immo glo. non cogitauerit de editione fienda parti, quia sicut de iudice dicit in 1. intellec. ita etiam uidetur dicere de iudice in secundo intellectu, ut patet legendo literam. Nec obst. quod alii intellectus essent frustratorii, quia immo & in iudice sequentes intellectus adducunt unum nouum, cum loquantur quando acta non sunt confecta ab eodem iudice, in hoc uero erant confecta ab eodem iudice, sed non retinebantur memoriæ. Ex alio tamen hęc restrictio non est bona, quia iudici etiam utraque parte præsente est edendus processus ut supra dixi & repetam in sequenti intellectu. Ex eo tamen notat Bartol. quod parti petenti non debet dari copia processus siue terminus ad percunctandum acta, quia tota die potest petere copiam de singulis productis in processu, sicut dilatio danda non est illi qui potest esse instructus. le. si quando, inf. de dilatio. & certioratus certiorari non debet. l. 1. in fi. ff. de actio. emp. & l. si quis. §. pe. ff. eodē, secus uero est in absente qui propter absentiam nō potuit esse certus neque instructus de processu, & licet tex. in l. properandum, §. & siquidem. inf. de iud. allegatus nihil dicat de actis, tamen in consequentiam hoc sentit, quia æquum est, & non denegat. Sed Fulg. & Paulus de cast. & Dec. & communiter moderni reprǽhendunt hunc intellectum, quia editio actorum ita debet fieri præsenti sicut absenti, ut dicitur in dict. c. quoniā contra. de prob. & l. præcipimus. §. ex iis & l. a proconsulibus. inf. de appell. alias esset melioris conditionis contumax quam præsens contra. c. eum qui. de præb. in 6. ut hic per Dec. Et hanc partem puto ueram ut editio copiæ fiat etiam præsenti quoties sua interest, sed suis expensis, & non expensis partis, cum sibi imputetur si non petiit copiam cuiuslibet scripturæ quando producebantur, Et hoc, quia melius est habere notitiā processus cum suis actis & requisitis & clausulis ordinariis quam paulatim pro perfecta instructione iuriū suorum & partis ut suas allegationes considerate facere possit. arg. no. in l. 1. sup. eo. & ita obseruatur. Quamuis ratio communis non multum concludat, quia cum contumax admittatur ad suas defensiones, necesse est quod habeat copiam pro sui instructione, quod non cadit in pręsente qui potuit habere notitiam actorum dū fierent. arg. l. si quis. §. pe. ff. eo. & non est nouum aliqua tribui contumaci reuerso quæ non tribuuntur præsenti. l. non omnis. ff. si cer. pe. & gl. in c. statutum. in §. cum uero, in uer. si non audiens. de rescr. in 6.

38 Sed maius dubium† est de dilatione an debeat dari præsenti ad recipiendum copiam, & Alci. hic uidetur tenere quod non, & uidetur etiam sensisse Bar. qui uidetur loqui de dilatione cū potuit esse instructus, quia debet esse contentus prima dilatione quæ fit ut intra triduum respondeat cum comminatione. arg. glo. in c. 1. in uerbo requisitus, de sent. excommunic. Et hæc pars mihi placet si peteret copiam de nouo ut posset respondere, quia satis data fuit, & in hoc differt a contumatia, Sed si peteret dilationem ad percunctandum acta pro allegationibus iuris & instructione aduocati sui, non deberet denegari, quia in ea non fuit in culpa, & utilius est uidere totum processum regulatum & ordinatum, quam uidere particulatim, & hoc obseruatur. Similiter si postea contumax responderet, & faceret nouas probationes, & produceret nouas responsiones, nouus terminus cum copia deberet dari præsenti, quia de eis non potuit esse instructus. arg. l. si quando. inf. de dilat. & sic conclusio quam colligit Bar. ex hoc intellectu pene inutilis est.

Tertius est intellectus, q̄ ista acta debent edi iudici subrogato in locū alterius propter mortē uel alia ex cā, uel quia finitum est officium, & tunc exponitur res idest cā principalis quæ erat apud primum iudicem.

39 Ex hac† lectura infert Bar. quod iudex non potest ferre sententiam ualidam nisi habeat acta. l. hæc autem. §. 1. ff. ex quib. caus. in poss. eat. & l. sed & sua. ff. de acqui. hæredit. Et ideo cauti aduocati coram successore de nouo producunt & reproducunt acta & totum processū, ut hic dicit Bartolus. Sed Alex. reprǽhendit, uolens quod non sit necessaria reproductio, cum sit eadem instantia & idem iudicium. l. mortuo iudice. & l. edictum ff. de iudic. Sed si esset alia instantia, bene esset necessaria

saria productio,ut per Bar.in l.naturaliter.§.nihil com
mune.in septima cōbinatione.ff.de acquir.poss.& sic
dictum glo.debet intelligi de editione quo ad legendū
& se instruendum,quæ appellatur realis præsentatio,p
cessus.Non autem de productione iudiciaria quæ alias
dicitur legalis uel iudicialis productio.Sed Deci.saluat
Bar.ut loquatur de consilio,quia tunc iudex nō potest
se excusare & dicere non uidisse acta,sed si non est fa-
cta productio,præsumitur non uidisse.l.qui in alterius
ff.de reg.iur.& ista fuit mens Bar.licet Cur.neget Bar.
hoc sentire,& hoc puto uerum,sed ratio Dec.non satis
facit, quia ex illa uerbali siue legali productione non
potest induci necessario quod præsumatur uidisse pro-
cessum. Cum uerbalis productio non inducat uisionē
processus,& actorum,sed requiratur presentatio actua
lis processus.Præterea si notarius faceret fidem proces
sum fuisse datum iudici & apud eum stetisse,sine aliqua
productione præsumeretur iudicem uidisse.arg.no. in
l.prolatam.inf.de sent.Et ideo puto ad tollendam præ
sumptionem ignorantiæ,esse necessariam actualem, ut
sup.dixi,productionem,ut per Bar.in l.quod te.in 4.co
lu.ff.si cer.pe.ac tantum tempus transiuisse quo com-
mode potuit uidisse,ut per doct.in d.l.prolatam.infr.
de sent.& Alc.hic etiam quod asserat uisis actis se iudi-
casse,ut per Fely.in d.c.quoniam contra.de prob.col.
78.uel saltem quod notarius per scripturam faciat fidē
quod ipse tradidit processum iudici & apud eum stetit,
& ita obseruatur. Adde etiam quod sufficiat generalis
productio totius processus etiam non nominando par
ticulariter,quia non est necessarium.arg.l.1.inf.de rei
uxo.act.Et quia generalis actus ualet parte non oppo-
nente.l.accipientis.ff.de auth.tuto.& c.imputari.de fi
de instr.l.fi.ubi Pau.de cast.inf.de fid.instr.
40 Secunda est conclusio,† quod sententia lata non ui-
sis actis non ualet ipso iure,ut per Barto.in l.prolatam
inf.de sent.& l.2.& l.properandum.§.& siquidem.inf.
de iud.& ibi Alex.in 3.no.& per Fely.in c.ecclesia san-
ctæ Mariæ.col.8.de const.cum concor.hic adduct.per
* Dec.& est communis* conclusio & uera. Quæ procedit
ne dum in successore,quod non est dubium,quia nō po
test esse instructus,sed etiam in quolibet iudice,quia li-
cet possit esse instructus de actis fiendis coram ipso,ta
men an sint ualida uel non,uel an sint facta inf. termi-
num suum uel non,Item an testes uel instrumenta con
cludenter probent,non potest esse instructus, nisi dili-
genter inspiciat,& suo ordine, & audiat oppositiones
forsan & alia necessaria. Et hæc conclusio uera est tam
in actis necessariis iudicii,quam in probationibus & a-
liis quæ non sunt necessaria ad ualiditatem sententiæ,
secundum Bar. in d.l.prolatam.licet Dec. hic uideatur
tenere contrarium,Nam sua allegata procedunt quan-
do non sunt factæ probationes,sed si sunt factæ & eas
non uideat iudex,sententia est ipso iure nulla, quia in
illa causa sunt de substantia,& super eis fundatur æqui
tas sententiæ & totum constat de omnibus suis partib.
& eis sublatis tollitur forma.l.fi.ff.de usu.& hab. & ita
sentiunt doct.in d.l. prolatam.

Quartus est intellectus, quod iudex commisit totam
causam reseruando sibi sententiam, nam potest petere
exhiberi sibi copiā omnium actorum corā delegato fa
ctorum,iux.auth.ad hæc.inf.de fid.instr. quam allega-
uit gl.cum mate.Et dum præsupponit quod possit fieri
delegatio,licet tex.expresse non dicat,& gl. allegat in
terminis l.nostræ.colligitur quod delegatio potest fie
ri in causa criminali.concordat tex.& ibi no.in l.1.§.
huius rei.ff.de off.eius.licet Rip.hic uideatur titubare.
Adde etiam quod dictum gl.procedit quando totus p
cessus non est formatus,quia si in medio causæ delegās
reuocaret, editio ei fienda est,ut hic etiam sentit Cur.
l.iudicium soluitur.ff.de iud.

41 Quintus est intellectus,† quod quando publicantur
testes,iudex debet iubere ut copia detur partibus, &
bene loquitur,de quo tamen dicas in causa criminali,
ut in cap.cum clamor.& c.cum tu.ex.de test. Ista autē
publicatio potest fieri utraq; parte uel una tantum in-
stante,& copia danda est illi qui publicari uoluit & nō
alii,iux.no.in §.quia uero.in auth.de test. Et hoc solet
fieri ab illa parte quæ dubitans non probasse in princi
pali iudicio in causa appellationis melius prodare intē
dit,iux.no.in l.per hanc.inf.de appel.& clem.1.de te-
42 sti.& glo.in c.causam quæ. de test.† Item scias, quod
amplius non possunt examinari testes si iudex uel no-
tarius reuelauit dicta testium parti. l. siquis aliquid.§.
instrumenta.ff.de pœn.ut per Alciatum hic, Quod in-
telligo quando permisit uidere originale cui erat præ-
standa fides,Alioquin non diceretur didicisse testifica-
ta,ut per Bar.in repetitione.l.quod te.colu.4. ff.si cer-
tum pet.& Baldus in lege fi.ff.quemadmo.test.aper.&
Ro.in singu.32.uisio exempli.cum aliis cumu.per Dec.
in auth.siquis in aliquo.inf.eo.col.2.nu.7.uer.ex hoc.

Sextus est intellectus,quod text. noster intelligatur
de actuali editione processus quæ fit iudici uolenti iu-
dicare ut instruat,quia memoria labilis est.arg.no.in l.
non fatetur.ff.de confes.quod dictum est in se uerum&
necessarium ut sup.dixi quamuis Dec.repræhendat,qa
43 non conuenit literæ quæ generaliter loquitur.† Sed tu
dicas,quod nullus ex præcedentibus intellectibus con
uenit literæ,ponēdo casum de eo in indiuiduo,quia ni
mis restringunt literam,sed omnes sunt ueri si ponātur
pro exemplo.l.nostræ.ut in eis tex.possit exemplifica-
ri,ita q in text.nostro fuit quæsitum generale, an acta
edi debeāt,& responsio generalis q sic,q responsio pō.
test exēplificari in quolibet intellectu,& in oībus simul
& hoc aperte innuunt uerba generalia legis.Alc.tn̄ hic
col.2.uer.alii.tenet quod iste tex.non potest exempli-
ficari in tertio petente sibi edi,quia tertio nunquā de-
bent edi acta,secus in instrumentis.Sed hoc sup.repro
batum fuit,quia immo acta tertio possunt edi, siue sint
priuatæ causæ siue publicæ,quia instrumenta edūtur.
l.quædam.§.nummularios.ff.eod. & toto tit. res inter
alios act.c.testimonium.ex.de testi.unde teneas quod
sup.dixi.

Glo.in uerb.officio.diuiditur in quinque partes, In
prima declarat tex.In secūda opponit,In tertia notat,
In quarta quærit & soluit, In quinta contra solutionē
opponit.Secunda ibi,sed uidetur. Tertia ibi,& nota.
Quarta ibi,sed an.Quinta ibi,argumentum contra. Ex
prima parte colligitur, quod acta eduntur officio iudi
* cis,uel condictione ex lege.Sed communiter docto.te
nent q petātur officio iudicis,per tex.nostrum, in quo
uerba diriguntur ad iudicem,iux.glo.in l.soror.inf.de
coll.& hoc appellatur officium iudicis mercenariū de-
seruiens actioni uel accusationi,ut per Alcia.hic super
uerbo.exhiberi.Subdit tamen hic Curt. quod acta ali-
quando possunt peti sibi edi ex officio iudicis nobili,si
contingat quod reus in causa appellationis petat exhi
44 beri,quia nulla est actio in illo casu,†Sed ego puto ge-
neraliter dicendum, quod si petuntur a iudice coram
quo litigatur,seu qui habet iurisdictionem in causa, ut
sibi exhibeantur,quod tunc officio iudicis mercenario
deseruienti illi iudicio eduntur, siue sit iudex principa-
lis,siue appellationis,quia semper facit pro seruitio il-
lius litis & iudicii.Si uero petantur exhiberi nulla exi-
stente lite,sed petantur exhiberi coram alio iudice ad
seruitium alterius litis uel iudicii, Et tunc necessario
editio fienda est ex officio iudicis nobili,cum nulla co
ram eo sit lis uel iudicium.arg.no.in l.1.sup.codem.&
l.siquis.§.ex hoc edicto.ff.eod.& sic l. nostra potest in-
telligi de officio nobili & mercenario secundum subie
ctam materiam exemplorum. Posset etiam competere
remedium actionis ad exhibendum,si prætendatur ius
reale uel personale in corpore actorum, uel alia re-
media de quibus dixi in lege pri.sup. datis paribus ter-
minis,& si petuntur a notario postea posset compete-

re remedium edicti prætoris de edendo sicut in instrumentis. Ex secunda parte glo. colligitur solutio ad l. 2. §. Diuus. ff. de iure fis. & in effectu concludit, quod tex. noster loquitur de actis, ille tex. loquitur de instrumentis, & hanc differentiam de actis & instrumentis sequũtur communiter doct. cum declaratione tamen statim ponenda. Sed pro pleniori resolutione Bar. hic considerat tres casus, scilicet an fiscus petat a notario, uel petat a tertio, uel petat ab ipso reo conuento, & finaliter dicit quod text. noster loquitur quando editio petitur a notario uel ab aliquo tertio possidente. Nam tunc ille tenetur edere, per textum nostrum, sed l. contraria loquitur quando fiscus uel delator petit reum edere contra se ad fundandam intentionem fisci uel curiæ, & in hoc casu permittitur in causa nummaria fauore fisci, sed non in causa capitali, ut d. §. Diuus. nisi in casu quo testes possint torqueri de domo, ut habetur in l. 1. infr. de quæst.

45 Sed tu† aduertas primo, quia ista differentia inter acta & instrumenta non probatur iure, quia instrumenta confecta a notario possunt etiã dici publica, & æquitas suadet quod edantur omnibus illis quorum interest d. l. siquis. §. ex hoc edicto. & l. quædã. §. nummularios. ff. eod. & datis paribus terminis idem dicendum est in eis. Item præsupponendum est, quod tex. in d. l. 2. §. Diuus. non loquitur in omnibus causis fisci prout præsuponunt doct. Sed loquitur solum in causis mixtis positis per tex. cum gl. in l. 1. ff. de iur. fis. s. quando bona applicantur fisco ex aliquo legali dispositione, ut per delictum, uel ex successione, uel thesauri inuẽtione, in quibus delatores admittuntur ad auxilium fisci propter occupationem iuriũ fisci, & eius ignorantiam. d. §. Diuus. & d. l. nec quicquam. Igitur dicas quod in negotiis pertinentibus ad cõuẽtionẽ partiũ, ut ex contractibus uel quasi contractibus uel aliis similib. causis negotiationis, fiscus utitur iure communi, quia potuit sibi prospicere de cautione, ut probatur in l. iustum. & l. nõ est nouum. & l. procurator. inf. eo. & l. illatæ. inf. de fid. instr. ubi edit ad exceptionem fundãdam, sicut priuati edũt, & satis probatur in d. l. nec quicquam. ponderando negatiuam regulam quam præsupponit, ut hic per Deci. In aliis uero casibus qui non procedunt a conuentione, & delatores admittũtur, in quibus non potest fiscus sibi prouidere de probationibus, Editio est fiẽda a reo, siue sint instrumenta quæ possidentur, siue sint acta effecta iam propria rei, quando a notario haberi nõ possunt per fiscum secundum distinctionem positam in d. §. Diuus. uer. Diui fratres. Sed quia ille tex. præsupponit quod in causa capitali non fiat editio, & sic acta criminalia non edantur, contradicit tex. noster hic, q uult acta tam ciuilia quam criminalia edi. glo. hic soluit, dicens quod aliud est in actis, aliud in instrumẽtis, ut dictum fuit. Bart. uero in sua solutione uidetur sentire nõ esse differentiã inter acta & instrumenta, quia ille tex. loquitur in instrumentis & actis quæ petuntur a reo, sed hęc lex loquitur quando petuntur a notario uel tertio. Dec. tamen tenebat primam solutionem glosæ, qđ acta edantur, & instrumenta non edantur in causa criminali, quia publica sunt & petuntur a notario, quæ solutio uirtualiter reincidit in solutionem Bart.

Sed mihi semper placuit opinio, quod nulla sit differentia inter acta & instrumenta, quam sup. sæpius firmaui, & nemo negat quod ille. §. Diuus. loquitur de editione quæ fit a reo conuento ad intentionem fisci fundandam uel delatoris nomine fisci. Et ideo si reus haberet acta aliqua in scripturis suis a notario redemptis, ppria pecunia, quãuis sint priuatæ scripturæ, & regulariter non edantur, secundum Innoc. in c. 1. de prob. tamẽ fisco in causa nummaria cogeretur edere, quia ratio eadem est quæ in instrumentis & cæteris scripturis, cum acta ueniant appella. ione instrumentorum. l. 1. ff. de fide instr. Sed si peterentur a notario uel tertio possidẽte originalia, fiscus æque consequi posset, & in causa ciuili & criminali & capitali, & quilibet alius priuatus, per tex. nostrum. Et si in effectu habes, quod nulla est differentia inter acta ciuilia & criminalia, & an petantur in causa ciuili uel criminali, Similiter nec etiam est differentia an petantur a notario uel tertio uel reo cõuento possidentibus originalia, quia quilibet tenetur edere originalia etiam quod sit reus. l. quædam. §. cogẽtur. ff. eo. Sed solum est differentia, an acta uel instrumẽta sint publica, ut originalia, uel priuata, quia si sunt publica semper eduntur per l. nostram. & d. §. cogentur. etiam quod sint acta capitalissima, propter quæ reus ueniat condemnandus ad mortem, sed si sunt instrumẽta uel acta priuata tunc procedit distinctio. d. §. Diuus. Et ideo generaliter quando acta uel instrumenta petũtur concludi debet. Quia si petuntur a reo conuento ad fundandam intentionem in lite præsente, tunc si aduersarius est priuatus, nulla regulariter edi debent. l. 1. sup. eo. Sed si fiscus uel delator est aduersarius, & tunc in causa nummaria cogitur edere ad fundandam intentionem delatoris, quamuis sint acta confecta in alia lite, & negotio, siue sint ciuilia siue criminalia. per. di. §. Diuus. Sed in causa capitali non debent edi ciuilia neq; criminalia, per. d. §. Diui fratres. qui indistincte prohibet in causa capitali exhiberi. Et eadem distinctio in omnibus & per omnia procedit in instrumentis, p tex. in l. quædam. §. nummularios. ff. eo. & l. 1. sup. eo. & d. §. Diuus. & §. Diui fratres. Et quod nec etiam fiat differẽtia inter acta ciuilia uel criminalia, probatur manifeste, quia alias ille tex. negaret quod in causa nummaria non possent produci acta de causa capitali, quod est cõtra c. testimonium. ext. de testib. & id quod tenuit ipsemet Dec. & Alc. quod capitalia acta omnibus eduntur propter interesse reipublicæ.

Stat igitur conclusio firma, quod in causa delationis nummaria fisco a reo eduntur omnia acta ciuilia & criminalia, ac cætera instrumenta. & tanto magis a notario. d. §. Diuus. sed in causa delationis capitali reus nihil edit, neque instrumenta, neque acta ciuilia uel criminalia. d. §. Diui fratres. sed omnia notarius indistincte edit, uel tertius possidens originalia. d. l. quædam.

46 §. nummularios. † Sed solum est difficultas, quæ dicatur causa nummaria uel capitalis. Et est opinio quod capitalis dicatur quando tractatur de crimine capitali in quo imponitur pœna corporalis. l. 2. ff. de publi. iudic. Sed pro intelligentia præsupponendum est, quod causa ciuilis uere est illa in qua agitur de re acquirẽda partibus litigantibus. ut dixit Bar. in l. 3. §. 1. ff. de sepul. uiolat. & causa capitalis proprie est illa in qua uenit imponenda pœna corporalis. l. secunda. ff. de public. iudiciis. & §. primo. institu. de public. iudi. causa uero criminalis est in qua agitur de crimine, & pœna applicatur fisco, si est pecuniaria, uel punitur corporaliter. Ita quod causa criminalis diuiditur inter pecuniariam criminalem, & criminalem non pecuniariam, quæ appellatur etiam capitalis. In causa igitur ciuili omnes consentiunt, quod reus tenetur edere fisco per dictum §. Diuus. Similiter in causa capitali in qua uenit imponenda pœna corporalis omnes consentiunt quod reus non tenetur edere fisco, quia odium causæ præponderat fauori fisci.

Solum igitur est difficultas de causa criminali pecuniaria, an in ea sit edendum fisco a reo conuento. & Alexan. hic & Cyn. tenent quod in ea causa criminali pecuniaria non sit fienda editio. per dictum. §. Diuus. in
* uerbo capitali, & sequuntur communiter* doct. dicentes quod illa uerba finaliter posita limitantia prius dictum procedant in omni causa criminali. Et uolentes quod causa capitalis intelligatur generalius pro omni causa criminali in qua imponitur pœna tã corporalis quam pecuniaria quæ fisco applicatur, iux. no. per Bar. in l. 3. §. 1. ff. de sepu. uio. Et hanc opinionẽ sequutus fuit Dec.

Dec.in l.1.ſup.eodem.Sed hic tenet opinionem cõtrariam quod ſolum illa dicatur cauſa capitalis per quam imponitur pœna corporalis per illum textum qui dicit de cauſa capitali.Non autem de cauſa criminali.Et eſt nimis magna uiolatio exponere cauſam capitalem, id eſt criminalem.d.l.2.de publi.iud.& d.§.1.inſti.de publi.iud.& ille tex.exprimit cauſam capitalem,quia tractatur de magno præiudicio. Et hanc partem ego tenui ſup.in l.1.&nunc teneo & tenebo in l.fi.inf.eo.quia tex.loquitur de cauſa capitali, & non facit mentionem de cauſa ciuili uel criminali ut ſomniant docto. ſed de cauſa capitali & nummaria uel dominii, Et quia ſi de cauſa capitali ut criminali intelligeretur prout intelligunt docto.ille tex.paruam daret utilitatem fiſco,quia ſolum ederetur fiſco in tribus cauſis enumeratis in di. l.j.cum gl.quod eſt contra intentionem illius tex.quia ut dixi totus ille titulus loquitur de cauſis fiſcalibus tãtum in quibus habet fiſcus priuilegium,cum in conuentionibus & negotiationibus fiſcus utatur iure priuati.l. iuſtum.& l.non eſt nouum.& l.illatæ.inf. de fide inſtr. Et ideo reus in cauſa delationis,ſiue ſit nummaria, ſiue criminalis,ut quia tractetur de pœna pecuniaria, uel de priuatione bonorum in totum uel partem, ut quia hæres ſit indignus ſi ſuæ ſcripturæ pertineant ad probationem delicti pro pœna pecuniaria,ſemper tenebitur edere ad fundandam intentionem delatoris, & fiſci.per.d.l.2.§. Diuus.cum alias ſi non haberet locum in pœna pecuniaria & in priuatione bonorum, ſolum illud priuilegium haberet locum in delatione bonorũ uacantium,& theſauri inuenti,& in cæteris caſibus enumeratis in d.l.1.ff.de iure fiſci.in tex.& glo. nam procederet contra mentem claram illius tex.Sed ſi agatur de delicto ad effectum puniendi in corpore, tunc non tenebitur edere.per d.§.Diui fratres.in fi.quia nimis graue eſt.l.1.inf.de quæſti. & fauori fiſci præponderat odium capitalis cauſæ.arg.l.transfigere.inf.de tranſ. Et hoc uidetur tenere Alc.in l.iuſtum.inf.eodem.licet hic aliter dicat.Et licet iſta uideatur noua declaratio, tamen ſecundum eam iudicatum fuit in ſacro collaterali conſilio Neapolitano,& prædicta intelligo ſiue ſint alia indicia contra reum, ita quod poſsit torqueri, ſiue non ſint,quamuis inaduertenter hic Dec.teneat contrarium,quia non poteſt argui de probatione quæ ſumitur de corpore rei ad probationem quę ſumitur extrinſecus de domo rei,ut dictum fuit in l.1.ſup.eo.in reſolutione contrarii de poſitionibus & de tortura.

Nec obſt. aliqua fundamenta Curti. qui tenet communem ſententiam,quod nõn ſit fienda editio in cauſa criminali,per legem qui accuſare.infra eodem, quia ille textus loquitur in accuſante & perſequente iniuriã ſuam.Non in delatore ad utilitatem fiſci, & in delatore poteſt etiam probare opinionem ſupra firmatam, cum poſsit intelligi etiam de accuſatione in cauſa capitali.Nec obſtat qnod nemo cogatur reſpondere,ne detegat turpitudinem ſuam,ut per Bar.in l.2.§. quod obſeruari.infra de iur.calum.quia intelligitur quando agitur de alia lite.Sed ſi eſt iudicium ſuper crimine, tũc cogitur reſpondere præciſe ſuper eo,& adhoc torquetur.l.1.infr.de quæſtio.Non obſt.l.non puto.ff.de iure fiſci.intelligendo in cauſa criminali, quia loquitur in deciſoriis. Non autem in probatoriis in quibus magis uel æque fauemus actori.arg.no.per Bar.& doct. in le. fi.inf.eo.in 2.notabili.& in l.de die.ff.qui ſatiſdare cogantur.

47 Ex tertia†parte glo.colligitur quod iudex debet laborare pro ueritate eruenda.Ex quo infert Bart. quod iudex ex officio ſuo poteſt examinare teſtes non productos a parte pro ueritate eruenda,quia in criminalibus tenetur impartiri officium ſuum non requiſitus.l. 4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infe.Item minor tenetur iurare de ueritate dicenda,licet non teneatur iurare de calumnia.d.l.2.§. quod obſeruari.& licet aliq reprætendant hanc differentiam,tamen Cur. eam defendit,& bene.Sed Dec.hic reſtringit dictum Bar.procedere quando iudex examinaret teſtes in fauorem rei Non autem in fauorem accuſationis contra reum, ut ꝑ eundem Bar.ibidem.uerſ.tertio quæro.& uerſ. quarto quæro.& perAlex.in d.§.hoc autem iudicium.num.29. qui finaliter poſt longam diſputationem concludit qđ poteſt abſente accuſatore tam pro accuſato quam contra accuſatum.Sed præſente accuſatore non poteſt niſi ad detegendam innocentiam rei.l. ſi non defendãtur. ff.de pœn,& reus non poteſt nec tacite nec expreſſe renuntiare ſuis defenſionibus.glo.& alii in l. pactum inter hæredem.ff.de pactis. ſed non pro accuſatore,quia reus petit aboleri.l.libellorum.§.primo.ff.de accuſati. ut dixi.Ex quo infertur cautela, quod quando accuſator non poteſt amplius producere teſtes propter terminos lapſos,uel quia didicit teſtificata,quod eorũ nomina notificet iudici,& poſtea ſe abſentet, quia iudex poterit hoc facere,ita tenet Bal.in l,ampliorem.inf. de appell.& ſequitur hicRip.Sed ego puto hanc cautelam periculoſam, quia uidetur quod ſolum iudex poſsit ꝓ accuſatore abſente quando adhuc durat tempus ad probandũ,& ipſe accuſator poſſet ſi eſſet præſens producere teſtes,non ſi elapſum eſſet tempus probandi,cũ tunc ſicut parti non conceditur, nec iudici debet concedi, ſed accuſator puniatur per turpil.l.1.&per totum.ff.ad turpi. & rei nomen aboleatur, cum alias illa materia turpilliani redderetur eluſoria,& accuſator ex abſentia & contumacia ſua nimis lucraretur,&reus nimis dãnificaretur,contra no.in præce. quæſt.

48 Secunda†colligitur concluſio,quod teſtis debet iurare & interrogari pro utraque parte.Et ideo dicit Bald. hic quod teſtis non facit fidem in dicto ſi non uult reſpondere interrogatoriis alterius partis, quia præſumitur uelle ſupprimere ueritatem,Immo ſi teſtis dicat ſe nolle aduerſarium uincere,non probat, ut notat Spec. in titulo de teſti.§,omni.uerſ.interrogatorium. & Alci.hic,& Rip.Ex quarta parte colligitur,quod acta probatoria ut teſtium facta in uno iudicio non faciunt fidem in alio iudicio inter diuerſas perſonas,concordat totus titulus infr.res inte.alio.act.& no.in l.ſæpe.ff. de re iud.& l.2.in glo.inf.quib.res iud.nõn noc.& cap. inter dilectos.§.porro.uer.nec atteſtatione.de fide inſtr. Et eſt ratio, quia non debet unus ex facto alterius pergrauari.l.non debet .ff.de regu.iur.& l. ſancimus. inf. de pœn.Item probationes debent fieri parte citata. le. de unoquoque.ff.de re iud.Sed acta inter alios fiunt aliis non citatis,& ideo non præiudicant.Vnde ſententia & probationes factæ contra unum præiudicãt alii quando citatus fuit.l.cum miles.§.ſi is qui. cum glo. & Bar.ibi.ff.ex quib.cau.ma.& Pau.de caſt.in l. cum filio fam.ff.de uer.obl.cum aliis adduc.per Dec.Rip.& Alci.hic.Et hæc concluſio uera eſt regulariter. Fallit tamen in aliquibus caſibus quos dicam infr.in diſtinctione Bartol.

Secunda colligitur concluſio,quod probationes factæ in uno iudicio faciunt qualem qualem pręſumptionem in alio inter diuerſas perſonas,& tenent cõmuniter*doc. Nam omnia allegata ſup.in alia concluſione procedunt quãtum ad principale præiudiciũ,ſed limitantur nõ procedere in quali quali præiudicio in cõſequentiã,Quæ tñ concluſio debet intelligi in cauſa connexa,ut loquitur glo.hic& gl.in l.ſi duo patroni. ff. de iureiur.& Decius hic & bene in hoc, quamuis imperfecte,& ego dixi infr.numer.78.Sed poſtea dubitat cuius ſit effectus iſtud quale quale præiudicium, & an porrigatur ad ſententiã, quia tamen ordinem confundit & intricate loquitur. Ideo latius & ordinatius dicendum eſt de quolibet ſeparatim ſecundum ordinem Bartoli. Primo de ipſo facto. Secundo de actis ad litis ordinationem pertinentibus.Tertio de actis ꝓbatoriis.Quarto de actis deciſoriis.Quinto de actis appella-

pellatoriis, & in omnibus istis casibus separatim uidendum est quid inter easdé personas, & quid inter diuersas, & quid si secuta fuit sententia uel non super meritis causæ, sed lapsa est instantia, & periit lis, uel secuta fuit sententia absolutoria ab obseruatione iudicii.

49 Primo igitur†uidendum est, an si dubitetur acta ita facta fuisse uel non, scripturæ actorum probet ita facta in alio iudicio. Et Bar. hic concludit quod an libellus sit datus & interuenerit litis contestatio, & an testes sint examinati, & an sententia lata cum partis citatione, & sic sit dubium de facto uel de qualitate facti, tunc scriptura actorum probat in alio iudicio inter easdem personas & diuersas, & omnes sequuntur. Sed tu declara hanc conclusionem procedere quando in actis continetur quid de quo potuit rogari notarius, Alioquin secus, iux. no. in auth. si quis in aliquo. infra eodem. & ibi dicam. Et est ratio, quia notarius facit fidem inter omnes de eo quod rogatur, & ipsi creditur donec probetur contrarium. l. optimam. inf. de contrah. & commit. stipulat. quia scriptura sua secundum solemnitates facta dicitur esse publica quo ad fidé, & ei statur donec ꝓbetur contrarium. l. magnam eo. titulo. Sed si notarius non potest rogari, ut quia sit res quæ non geritur & geri non potuit in præsentia sua tempore confectionis, tunc non facit fidem, quia scriptura sua est priuata, ut habetur in d. auth. si quis in aliquo. inf. eodem. ubi dicã post alios. Et ideo notarius facit fidem de productione instrumenti in actis, non de contentis in ipso instrumẽto, ut per Innoc. & Abb. in c. cum in iure. de off. deleg. & dixi sup. in principio post Dec. Et effectus est maximus quod faciant fidem inter alios, quia impeditur trãsactio. l. res iudicata. ff. de transactio. & impediunt iterũ litem renouari, toto titulo de excep. rei iud. Inter alias uero personas idem erit quod facient fidem de facto & modo facti cum distinctione prædicta, nisi in iis quæ enuntiatiue proferuntur, quæ non probant, nisi inter easdé personas. ut habetur in d. l. optimam. & d. auth. si quis in aliquo. & in l. sciendum. ff. de uerb. obl.

Ex quo infertur, quod si aliquis promisit soluere qđ erit iudicatum quod acta facta probabunt fideiussori ꝙ reus est condemnatus, & quod in tantum fuit condemnatus, & quod sententia sit ualida, quia hic non agitur de effectu facti, sed de exequendo illam sententiam, & de probando solum quod in tantum rite fuit condemnatus, Nam executio contra fideiussorem non fit ex sententia lata, sed fit ex promissione sua, quia promisit soluere quod erit iudicatum, ut hic dicit Dec. & bene. Similiter si quis agat publiciana actione, & uelit probare titulum, poterit producere acta & sententiam ad probandum quod sibi fuit adiudicata, & habet titulum rei iudicatæ. quæ tamen ei inter alias personas fuit confecta, sicut si produceret quodlibet aliud instrumentum emptionis, legati, donationis, confectum inter alios ad probandum rem actam ita fuisse. Et idem si aliquis uellet probare legatarium esse priuatum legato, ut quia accusasset testamentum falsum, uel dixisset esse inofficiosum, uel alio modo curasset illud impugnare, nam tunc acta facta in uno iudicio probarent inter omnes personas quod ille accusauit uel alio modo oppugnauit, & priuabitur legato, iux. c. ex eo. de reg. iur. in 6. & l. post legatum. ff. de iis quib. ut indig. Et idem esset si patronus accusasset libertum suum capite, nam illa acta facerent fidem etiam in fauorem hæredum scriptorum in testamento liberti si patronus prætenderet successionem iuris patronatus quo priuatus fuit. l. etiam. §. si capitis. ff. de bon. liber. & l. qui cum maior. per to. l. ff. eo. ti. Idem esset si quis uellet repellere testem tanquam infamem, & probare quod alias repulsus fuit in alia causa. c. testimonium. ex. de testib. alia etiam exempla ponit hic Bal. & refert Cur.

Et ista conclusio tam inter easdem quam inter diuersas personas, quod acta faciant fidem. procedit siue sint confirmata per sententiam sequentem, quo casu nõ est dubium, sed etiam si instantia sit perempta, uel absolutus reus a iudicii obseruatione, in illis casibus in quibus sufficit iudicium esse acceptum, licet non sit deductũ ad finem, ut in casu legis amplius non peti. ff. rem ratã haberi. le. prima. infra de plus petitio. sed si requiritur sententia non præiudicat, ut in casu legis qui cum maior. §. accusasse. ff. de bonis liberto. sed quantum ad probandum infamiam facti, non est necessaria sententia, ut habetur in dicto capi. testimonium. dummodo aliqua inditia appareant, ut ibi not. Et conclusiue summa est, quod in omnibus casibus in quibus instrumenta publica cum aliis facta possunt produci in iudicio inter alias personas, & probant rem ita gestam, Ita acta facta in alio iudicio poterunt produci inter easdem & diuersas personas, & probabunt rem ita factam uel gestam fuisse non extendendo se ad effectum facti. Et ideo hæc conclusio procedet etiam in extraiudicialibus, ut per Curtium hic qui ponit exemplum per leg. Lucius. ff. de cond. & demonst. & l. demonstratio. §. 1. eo. tit. de eo cui relictum fuit aliquid si gesserit negotia uel aliquem defenderit, uel dederit decem, & generaliter in quolibet casu in quo de facto contento in actis contiget dubitari.

50 Secundus est†articulus, quid de actis ordinatoriis iudicii, & in hoc Bart. concludit quod si sunt effectus qui respiciunt substantiam, ut citatio, fideiussoris datio, litis contestatio, quod non faciunt fidem inter easdé personas in alio iudicio, quia pereunt perempta instantia. l. lite mortua. ff. iud. sol. & per Barto. in lege 2. infra de fruct. & liti. expens. Sed incontrarium facit, quia omnia acta in causa principali præiudicant etiam in causa appellationis, quia faciunt confirmari sententiam, & probant coram iudice appellationis. l. præcipimus. §. primo. & l. a proconsulibus. infra de appellat. & sup. dictum fuit in primo intellectu secundum quem probatur quod acta principalis causæ faciunt fidem in instantia appellationis, cum si non facerent fidem, frustra peterentur produci coram iudice appellationis.

Et ideo in tota hac materia plenius quam faciant doctores oportet considerare duos casus, Vnum, quando in causa principali lata est sententia diffinitiua, quo casu acta assumunt perpetuum robur, quia confirmantur per sententiam. Secundum, quando super causa principali non est lata sententia diffinitiua, sed uel secuta est absolutoria ab obseruatione iudicii propter libellum ineptum, uel processum nullum, iuxta notata per doctores & Aquens. in lege prima. ff. de officio assesso. uel quia actor non probauit absolutus fuit reus interlocutorie secundum distinctionem positam in lege qui accusare. infra eodem. Vel quando nulla sententia lata est, & est elapsa instantia, quo casu proprie lis dicitur dicta. le. lite mortua. in quibus tribus exemplis acta remanent sine confirmatione sententiæ, Et in istis duobus membris separatim uidendum est an faciant fidem in diuersa instãtia inter easdem uel diuersas personas. Et intellige istam conclusionem Bart. & restringas notabiliter quando instantia perit sine decisione causæ, quo casu uere dicitur perire, Sed si extinguitur cum decisione causæ, tunc facit fidem in iudicio appellationis in eadem causa, sed non in diuersa causa, & ita necesse est saluare Bartolum qui in tota hac distinctione fuit defectiuus non ponendo quando acta sunt confirmata per sententiam uel non, sed potest dici qđ ita sentit propter legem quam allegat, & hoc tenet Decius hic, dum dicit quod fideiussor acceptus non trahitur ad causam appellationis. l. apud Sempronium. ff. iudic. sol. quia dicitur litem mori cum instantia. Et eadem distinctio adhibenda est inter diuersas personas, quia in casu quo tertius potest appellare, iuxta l. sæpe. ff. de re iudi. illa acta porrigunt effectum suum contra tertium, quia est eadem causa, licet sit diuersa persona,

Sed

Sed in diuersa causa neque inter easdem neq; inter diuersas probant, ut per Bar.hic.dum allegat.l.spadone.§.qui absolutus.ff.de excus.tutorum. In fideiussoribus distingue, an sit acceptus simpliciter, & trahitur ad causam appellationis, An sit acceptus in illa instantia, tūc per sententiam fideiussio finitur.l.apud Sempronium.& ibi not.ff.iud.solu. Sed si instantia finitur sine decisione causæ, ut hic loqutus fuit Bar.tunc indistincte finitur fideiussio sicut cętera acta ordinatoria.d.l.lite mortua. Ex quibus infertur, quod finita instantia per lapsum temporis, si de nouo causa incipiat, poterunt opponi exceptiones dilatoriæ ommissæ, quia litis contestatio annullata est.d.l.cum lite.& iterum erit iurandum de calumnia, ut hic communiter* docto.

51 Tu autem† dicas plenius quam hic faciant doctores, Aut instantia durat quia pendet lis, Aut est finita p sententiam diffinitiuam, Aut est finita per lapsum temporis, uel propter libellum ineptum, uel propter non factas probationes finita est per absolutionem ab obseruatione iudicii, iux.no.per doct.in l. properandum. in princ.& §.1.inf.de iud.& in l.qui accusare.inf.eo. Primo casu acta ordinatoria facta in uno iudicio faciunt fidem coram iudice subrogato, d.c.causam quæ. de testib.iuncto.c.fi.ext.de prob.quia est idem iudex.l.proponebatur.ff.de iud.c.innotuit.de electio.& tenet Ab. in d.c.causam quæ.colum.1.uers.primo.& sequitur Fely.per tex.in l.uerum.§.ex facto.ff.de mino.facit.l.meminisse.& ibi Barto.ff.de offic. proconsl.& leg.quia est idem iudicium, ut per glo.uigesimasecunda quæstion.4.capi.recursus, in uerbo societatem. Fallit tamen in citatione, ut per Abbatem in c.licet, in fi.de accus.& notatur in l.post edictum.ff.de iudiciis.secundum distinctionem positam per Abbatem in dicto capitu.licet in beato. colum. fin.numero octauo.& sequitur Decius in d.c.causam quæ. Et si subrogatur iudex ecclesiasticus, similiter acta facta coram iudice laico ualent prout ponit Anto.de butrio in c.at si clerici, de iudi. & ibi Abb.& Decius colum.quinta.numer.18.& 19.per duas columnas.

52 Si uero † instantia est finita per sententiam diffinitiuam, & tunc conclusio est generalis, quod ista acta ordinatoria faciunt fidem in alia instantia & inter easdē personas in causa appellationis uel nullitatis uel alterius reuisionis, per textum nostrum hic in primo intellectu, quem omnes sequuntur & per Abbatem in dict. capitulo causam quæ.& allegat tex.in c.per tuas.extr. de appell.cum ibi notatis.facit tex.in l.præcipimus.§. iniis.& §.nostri autem.infr.de appellationibus. Et idem etiam erit inter alias personas quibus sententia potest præiudicare, & tanquam prætendentes interesse possunt appellare iuxta distinctionem positam per Alexā drum in l.sæpe.ff.de re iudic.& de istis actis ordinatoriis, quod faciunt fidem in causa appellationis, est textus melior de iure in lege ita demum.inf.de procuratoribus.ubi propter litis contestationem factam in causa principali non possunt opponi exceptiones dilatoriæ in causa appellationis. Si uero instantia est perempta propter lapsum temporis, uel propter absolutionem a iudicii obseruatione, uel ab instantia tantum, & hic est proprie casus Barto.in hac lege & doctorum, in quo regula est quod acta ordinatoria respicientia merita causæ, & effectum de futuro pereunt per lapsum instantiæ quia non sunt acta causæ, sed acta instantiæ, unde perempta instantia pereunt. l. lite mortua.infr.iudicatum solui. Et ideo omnia permissa fieri antequam illa instantia esset incepta poterunt etiam fieri in secunda instantia non obstante aliqua litis contestatione & aliqua sententia interlocutoria lata in prima instātia quātum ad expellēdas exceptiones dilatorias, quia omnia illa corruunt per.d.l. lite mortua.

Et in hoc est differentia utrum instantia sit finita per sententiam diffinitiuam, uel per lapsum temporis, uel absolutionem a iudicii obseruatione. Sed si fuisset finita instantia per decisionem, secus esset, quia litis contestatio durat, ut sup.dixi, & ideo in causa appellationis exceptiones dilatoriæ non possunt opponi, ut not. per glo.& doctores in lege ita demum infr.de procurator. Et per hoc patet quod doctores inepte dicunt, quod ista acta ordinatoria respiciunt illam instantiam tantum, quia imMo respiciunt etiam alias instantias quæ contingunt in illa lite & causa, & ita intelligit Bartolus in dict.lege cum lite.in primis uerbis. Vnde proprior esset sermo si diceretur quod respiciunt illam litem & causam, & propter hoc ibi dicitur lite mortua, non autem instantia mortua, licet uere dicatur mori quando labitur tempus instantiæ sine decisione, ut ibi per Bartolum, & per decisionem lis finitur, non autem moritur. Sed contra conclusionem principalem Bartoli facit textus in c.præsentata. de testibus ubi mortua lite mandat summus pontifex iuxta huiusmodi acta causam determinari. Soluunt aliqui quod ibi acta fuerunt confirmata a principe, Vnde limitant conclusionem, Sed omnes moderni hic dicunt quod ille textus nō aperit de ordinatoriis litis, Sed solum dicit de probatoriis, Vnde soluunt quod ibi intelligatur de actis probatoriis & bene.

53 Puto † tamen quod princeps possit ualidare acta facta in quolibet iudicio annullata per lapsum instātiæ; restituendo in integrum aduersus lapsum instantiæ, & per talem restitutionem omnia acta confirmabuntur, quia cum sint iuris positiui, princeps in eis potest restituere, sicut quādo restituit aduersus usucapionem, uel aduersus rem iudicatam, uel ad potestatem de nouo appellandi, ut infr.si aduersus rem iudic.cum multis titulis sequentibus. Et hoc modo puto intelligendum aliud uulgatum, quod de consensu partium possunt acta confirmari, quia solus consensus non sufficit, Sed interueniente consensu partium iudex indistincte potest restituere in integrum aduersus lapsum instantię, sicut in aliis casibus, & hoc uidetur multum iuridicum.

54 Secundo concludit Bartol. quod † acta ordinatoria litis mortua lite non pereunt quoad effectus non respicientes causam & litem, ut quod res efficiatur litigiosa, uel quod interrumpatur præscriptio, per glosam in lege properandum.§.primo.infr.de iudiciis.& l.fi.inf. de præscriptione 30.annor.qui textus plene probat istam conclusionem de præscriptione, licet Decius hic titubauerit. Nam de nouo ibi non disponitur quod duret effectus interruptionis, quia istud erat de iure antiquo, sed de nouo disponitur quod per solam citationē interrumpatur præscriptio, quod non erat de iure antiquo, Item quod illa interrumptio perpetuet actionē usque ad 40.annos, cum de iure antiquo perpetuaretur tantum usque ad 30. Nam alias sequeretur quod antiquitus per litem nunquam fuisset interrupta præscriptio, & facit textus ibi, quod post nouam pręscriptionē. Et ratio potest assignari, quia effectu consumato nō requiritur duratio causæ efficientis, sicut neq; pater in filio nato, neq; contractus uestimento pacti incontinenti appositi, ut per Bar.in l.petens.inf.de pac. Et ista ratio est de mente Bar.& ponitur per Ab.in d.c.causam.in fi.colum.

55 Istam † tamen conclusionem limitabat Iason hic.& Abb.in c.significauerunt column.tertia.de testibus.& in dicto cap.causam quæ.in fine. Non procedere quando lis esset finita per transactionem, uel per renuntiationem factam de lite, ut per Bartolum in le.cum mota.infr.de transactio.in primo nota. dum uoluit quod quærela non transit ad hæredes quia finita fuit lis per transactionem, & sequitur Thomas in apostillis ad Barto.in dict.lege 2.colum.prim.& Alexand.hic & in dic. lege cum mota. Sed Decius tenet contrarium, quia quærelæ præparatio non est de effectibus respicientibus instantiam. Item ibi quærela non trāsit, quia requiritur

ritur permanentia in lite.l.Papinianus.§.siquis. il priuo.& l.nam & si parentibus.§.hæredi.ff.de inofficio. testamē. Tertio ibi hæredes non possunt uenire contra factum matris,quia erant eius hæredes.l.mater.infr.de rei uendica. & sic in dict.lege cum mota non potest probari communis opinio.Tamē ab ea non est recedendum per tex.in dicto c.significauerunt.de testib. per quem tex.ita Abb.tenet in dicto c.causam quæ. in fi.de testi.Et ratio potest esse,quia quis uidetur non tātum renuntiare instantiæ sed etiam iuribus causatis ab ea uel fundatis super ea, & sic non uirtute peremptionis instantiæ tolluntur effectus ibi,sed uirtute renūtiationis factæ etiam de illis effectibus, Quod tamen debet intelligi quando per renuntiationem plene fuit extinctum ius partis secundum distinctionem.d. le. postquam liti. Item debet intelligi in iis quæ possunt tolli per renuntiationem partis, secus quando iam ius esset quæsitum. Tertio respectu pœnæ uel priuationis, quia renuntiatio partis non posset præiudicare iuri quæsito tertii.iux.l.1.inf.de plus petitio.& in §.tripli.instit. de act.& no.per docto.in l.edita.infr. eodem. in materia mutationis.

Secundo limitatur non procedere quantum ad effectum impediendi dilatorias exceptiones, quia licet hic sit actus de præterito,tamen perit secundum Barto. in d.lege secunda.colum.secunda.uersiculo item habet effectum per legem hos accusare.§.hæc beneficia. ff. de accusatio.& supra dixi. Sed potest dici quod iste effectus perit alia causa, quia licet sit consumatus, tamen conseruatur a permanentia litis contestationis, ideo si litis contestatio sit sublata, corruit in consequentiam ille effectus prohibitiuus.

Tertio limitatur quando absolutus fuit reus,quia libellus ineptus fuit, nam tunc isti effectus pereunt perempta instantia,ut per Baldum in lege secunda.infr.de fructibus & litis expensis.columm. fina. uersiculo.item habe.Sed ut dicit hic Decius potius illi effectus dicuntur non induci propter nullitatem processus quam qđ pereant, cum ex libello inepto nihil ualidum procedat,ut notatur in lege prima. & maxime per Aquenses colum.tertia.ff.de officio assesso.sed effectus malæfidei potest induci ex lite nulla si in ueritate instruatur reus de negotio, quia ex actu nullo declaratio uoluntatis inducitur.l.fi.ff.de rebus eorum.& ad inducendam malam fidem non requiritur solemnis actus iudiciarius, sed sufficit quod ex uerisimili coniectura potuerit scire quod res non esset sua,ut si in iudicio fuissent producta scripturæ aperientes totum negotium a quibus potuit informari, ut per Baldum in lege prima. infra de euictio.

56 Sed primum † dictum de uitio litigiosi uidetur quod perempta instantia finatur,quia alienatio ualet.le. prima.infr.de præscriptio. long.tempor. quod tamen alias secus esset.l.fi.infr.de litigio.Barto. hic uidetur saluare inter easdē personas, non autem inter diuersas. l. siquis emptionis.§.quod si super illis. infra de præscriptio.triginta annor.Sed Rippa hic tenet quod nec etiā duret inter easdem personas. Et hoc ego puto uerissimum,quia litigiosa res est de qua fuit lis. authentic. litigiosa.infra de litigios.ideo omnes illæ leges loquuntur dependentia litis.l.lite pendente.& l. cum lite.inf. de litigios. Sed quando perit instantia, lis tunc est nulla,dicta leg.cum lite mortua. ergo res desinit esse litigiosa tam inter easdem quam inter diuersas personas.Nec ualet saluatio Dec.quod interruptio & mala fides sit unus effectus uitii litigiosi, quia non est uerum, cum mala fides possit esse sine lite,& inducatur ex processu nullo,ut ipsemet Decius hic dicit,& Bartol.in lege prima.ff.de litigiosis.non dicit quod iste sit effectus litigiosi,Nam unus est effectus quod impeditur alienatio. Secundus est quod ille qui emit non potest præscribere.Tertius quod si cadit a possessione non potest recuperare obstante exceptione litigiosi,Quartus est effectus nouiter inductus quod non ualet contractus sed est ipso iure nullus,ut ibi per Barto.in fi. Et prædicta,procedunt etiam inter diuersas personas a fortiori. Et idē in interruptione præscriptionis inquantum conuenire potest diuersis personis,ut si tertius uellet probare malam fidem possessoris uel interrumptionem præscriptionis unius tertii ad aliquem effectum suum, Non tamen quod mala fides unius sit mala fides alterius,& interruptio unius sit interruptio alterius,& ita debet declarari Barto.Item procedunt quando lis est finita per sententiam absolutoriam ab obseruatione iudicii,quia tunc similiter lis dicitur perire, ut per Baldum in lege secunda.colum. fin.inf.de fruct.& lit.exp.& idem puto uerum quantum ad effectum præscriptionis tricennalis, non quantum ad effectum præscriptionis decem annorum.

57 Item circa† effectum malæfidei,quem Bar. uult durare lite mortua,opponit Rip.hic,quia per litis contest. non inducitur malafides quia nemo debet derelinquere ius suum indefensum.l.illud.ff.de pet.hær.& l.solet. ff.de reg.iur.facit l.ceptum.ff.de rei uend.Et ideo Rip. hic concludit quod opi. Bar. non procedit quando nō est secuta condēnatio.Sed ipse ualde errauit, quia præsupponit quod Bar.uelit malā fidem induci per litis cōtest.Sed Bar.solum dicit quod durat effectus malæfidei intellige in casibus in quibus inducitur.Quando autem inducatur, habetur in leg.item si uerberatum.§. fin. & l.post acceptum.inf.de re.uend.In casu uero quo inducitur malafides per iudicium cessat si fuit renuntiatum liti & causæ,quia tunc petens ammittit ius suum.l.post quam liti.& ibi Bar.inf.de pac.& si fuit transactum incipit possidere ex titulo transactionis.

Tertius est principalis articulus,an acta probatoria faciant fidem in alio iudicio, & in hoc Bart. considerat duos effectus,primus,an faciant fidem in alio iudicio, & concludit quod faciant fidem in alio iudicio inter easdem personas quando sunt publicata.l.fi.infr.de testib.& l.cum antea.circa finem.inf.de arbitr.& l.properandum.§.& si quidem.inf.de iudic. Sed si non sunt publicata non faciunt fidem.l.gesta.inf.de re iudi. Sed doctor. repræhendunt istam distinctionem, an sint publicata uel non,quia publicatio non est necessaria, ut per Barto.in l.prolatam.infra de senten. unde concludunt quod indistincte faciant fidem inter easdem personas, dummodo sint authenticata per notarium cum signis & subscriptione necessariis,& ita intelligitur d. l.gesta.& sentit Bar.ibi uer.posset.& dum allegat illam l.intelligit de publicatione per quam reducuntur acta in publica documenta,quomodo autem inducatur,ponit ibi Bar.post glo.& est uera opinio quam posuit in

58 dicte uer.ponit.Et est† ualde inconueniens quod ille actus publicationis qui non respicit fidem testium, sed solum instructionem partium augeat uel diminuat fidem testium & notarii si originalia sunt perfecta ut intelligi possint, ut late disputat Dec. post Abbatem in dicto c.causam quæ.colum.2.de testib. & finaliter tenet quod publicatio non addit robur uel authoritatē testibus,& iudex eis non publicatis poterit ferre sententiam,uel etiam poterit ipse publicare, si partes uolunt super eis disputare,quamuis sint examinati coram alio iudice.Alcia. dubitat nec bene aperit mentem suam, tamen uidetur inclinare in opinionem Bartol. hic, &

* Curt.hic dicit quod communiter doctores tenent opinionem Barto.hic,per glosam in lege tertia. in uerbo patiuntur.ff.quæ in fraudem creditorum.sed ipse tenet aliam opinionem, quod publicatio non augeat fidem testium,& non sit necessaria publicatio. Nec obstat l. gesta.infra de re iu.quia ille tex.non loquitur de publicatione quæ fit ut inducatur notitia partiū, sed loquitur de publicatione quæ fit a notario adhibendo solēnitates requisitas,& redigendo in authenticā formā, per quam

quam inducitur publica fides. Item quantum ad iudicem scripturę & testes semper sunt publicati siue sit idē iudex siue sit alius iudex de causa cognoscens. cap. cū I.& A.extra de re.iudi.ergo ille iudex qui in alia instātia iudicabit, etiam quod sit diuersa causa, poterit præstare fidem nulla existente publicatione, cum quantū ad ipsum omnia sint publicata.

Tertio facit, quia testamentum coram quocunque iudice habente iurisdictionem potest publicari. l. publicati.C.de testa. Nec obstat quod solus notarius nō potest publicare testes sine iussu iudicis examinantis, iuxta notata in cap.uenerabili.extra de testib. quia satis dicitur esse iudex examinans qui ex aliquo accidenti loco alterius iudicis subrogatur, sicut dicitur de testamento quod potest a quolibet publicari interueniente iussu iudicis, qui certo modo habet iurisdictionem in negotio. Nec obstat quod publicatio testium fit in eadem instantia, non in alia, quia istud non est uerū, quia immo potest fieri in alia instantia in causa appellationis uel reuisionis, ut omnes concludunt, quia sufficit officium alicuius iudicis interuenire, & hanc opinionē tenent Antonius de Butrio, Abbas, Decius, & Imola post Innocentium in dicto capitul. causam. & Curtius hic.& Barto.dum uult quod a quolibet iudice possunt publicari, & in d.l.secunda. Quamuis in alio contradicat, quod ante publicationem non faciant fidē. Quod tamen ego etiam reprobaui, Et practica obseruat contrarium in ciuitate Romana & aliis locis ecclesiæ, ubi raro testes publicantur, & hoc etiam tenet Raphael in d.l.2.& sentit Bart.in l.admonendi.ff.de iur.iura. uersic.quæro quid si dicta testium. Et si recte ponderentur * authoritates, ista est magis communis opinio, licet Felinus in d.c. causam quæ. dicat aliam esse communem opinionem.

Addit tamen Felinus ibi colu.3.nume.15. temperamentum ad istam opinionem, quam dicit esse commūnem, dicens esse quattuor casus in quibus testes nō publicati faciant fidem in alia instantia, & quod nouiter poterunt publicari. Primo, quando acta sunt confirmata per sententiam. Secundo, quando testes essent mortui. Tertio quando pars consentiret. Quarto, quando essent examinati ad perpetuam rei memoriam. & Quintus potest addi casus, quando inducuntur ad repellendum aliquem testem a testimonio, quo casu tractatur de paruo præiudicio. iuxta capit. testimonium. extra de testib. in tantum quod hæc communis opinio ita restricta paruum potest afferre damnum in practica. Vnde melius est indistincte tenere opinionem aliam, ꝙ publicatio non augeat neque diminuat fidem testium, & quod coram quocunque iudice poterunt publicari, & a quocunque notario loco primi subrogato.

59 Quibus † sic stantibus, uidendum est modo an testes examinati in una instantia faciant fidem in alia instantia, in quo Barto. dicit quod inter easdem personas faciunt fidem. l. fina. infra de testib. & l. cum antea. infra de recep.arbi.& glo.in l.properandum.§.fina.infra de iudi. Et sequuntur docto. quando examinati fuerunt in plenario iudicio, sed si examinati non fuerunt in iudicio plenario, uel ad alium finem, & tunc Barto. uidetur tenere quod non faciunt fidem, per tex. in cap. ueniēs. de testib.& in cap.causam.de testib. Idem dixit Bart.in d. l. secunda. ff. iudicatum solui. colum. 3. sed in l. secunda.ff.ui bono.raptorum.colum.penul.uersi.quæro utrum probationes. uidetur repræhendere differentiā an tendant ad alium finem uel eundem, & respondet ad capit.ueniens. quod loquitur de exceptionibus dilatoriis, & sic ipse uidetur cōcludere ibi, quod aut testes sunt examinati in exceptione dilatoria, & tunc non faciunt fidem in causa principali, sed si sunt examinati in causa æque principali, tunc faciunt fidem in alia instātia inter easdem personas, etiam quod tēdant ad diuersum finem, ut si iudicium sit factum super causa ciuili & criminali nascentibus ex eodem fonte. Sed hæc distinctio non est perfecta, & contrariatur tex. in l. fundi. & l.fundum.ff.de excep.ubi acta facta in uno iudicio præiudicant in alio iudicio ad diuersum finem, & ideo per illum tex. Bald. & Alex. hic concludunt quod tunc faciunt fidem in alia instantia quando absolutoria lata in una parit exceptionem rei iudicatæ in alia. & sequitur Felin. in d.c. causam col. secunda. nume.4. uersi. sed non uidit Bar. Sed hæc distinctio nec etiā est perfecta, cum præiudicium non causet quod acta faciant fidem, sed ex hoc quod acta faciunt fidem in alia instantia inducitur præiudicium, & sic aliunde sumendum est quare faciant fidem, Præterea in pluribus actionibus nascentibus ex eodem facto absolutoria lata in una nō parit exceptionem rei iudicatæ in alia, ut per Bart. in d.l. 2.col.3.uersi.pro declaratione.ff.ui bono.rapto.& tamen probationes factæ in una faciunt fidem etiam in alia, ut per eundem in d.l.2.ui bono.rapto.uersi.quæro utrum probationes. Nec concordia facta per Dec. ualet, an causæ tendant ad eundem finem uel non per d.l.fundi.& l.fundum.ff.de exceptio.ubi non tendunt ad eundem finem, & faciunt tamen fidem, cum præiudicent, Et facit tex. in c.2.de exceptio. in 6. cum materia. per quē tex. dixit Bald. in l. 1. in ulti. col.ff.de feriis in apostilla. quod testes super etate examinati coram iudice laico faciunt fidem coram ecclesiastico in causa restitutionis, & causa matrimoniali, & sequitur Feli. in d.c.causam.col.2.nu.4.

60 Vnde † puto latius distinguendum esse. Aut acta sunt confirmata per sententiam, & tunc indistincte faciunt fidem inter easdem personas in alia instantia, si actiones siue causæ sint æque principales, siue tendant ad eūdem finem, siue ad diuersum finē, per d.l.fundi.& l.fundum.de exceptio.& l.duobus.§.exceptio.& §.siquis iurauerit.ff.de iureiur. siue præiudicent inuicem, siue nō, secundum distinctionem Bar. in d.l.2.uersi.pro declaratione. coniuncta quæstio. sequenti.uersi. quæro utrum probationes.ff.ui bono.rapto. siue se tangant, siue non se tangant, per no. in d.cap. secundo. de exceptio. in 6. & facit tex. in cap.testimonium.extr.de testib.& tenet expresse Abbas in cap.ueniens el 2.extra de testib.quia acta faciunt notorium.cap.cum olim.de uerbo. signifi. Nec curo quod sententia sit lata in fauorem examinantis illos testes, uel contra producentem, quia etiam ꝙ non fuerint sufficientes ad uictoriam, tamen faciunt fidem in alia instātia, ut cum aliis adminiculis possint adiuuari, ut expresse dixit Bar. in d.l. 2. uer. quæro utrū. Volens ꝙ testes examinati in causa ciuili possunt coadiuuari ut plene probent in causa criminali. Item procedit in eodem foro, & in diuerso foro, ut per Bald. in d.l. 1.ff. de feriis. & in actis factis coram arbitro, idem & fortius procedit in causis appellationis siue alterius reuisionis, per tex. nostrum hic secundum primum intellectum.

61 Fallit † tamen quando probationes primo factæ sunt in summario iudicio, nam ille non faciunt eandem plenam fidem in ordinario, ut in casu. l. 3. §. duæ sunt causæ.ff.de carbo. edicto. & l. 1. §. si ea. ff. de uent.inspiciend.& Anto.de Butrio, Imol.& Abbas in d.c. causā. de testib.c.ueniens.eo.tit. & sequitur Feli. in d.c.causam.col. 2. nu.5. uersi. fallit primo. sicut dicitur de sententia in l.pen. cum glo. ff.de iis. qui sunt sui uel alieni iuris. Intelligendo tamen de summario iudicio ex natura causæ, ut in dictis exēplis, non de summario iudicio ex forma statuti, seu rescripti iux.cle.sæpe. de uer. signifi. quia tunc summarium iudiciū æquiparatur plenario, ut per Felin. in d.c.causam.uersi.sed restringe.& uersi.quarto restringe.

62 Secundo † fallit in exceptionibus dilatoriis si super eis factæ sunt probationes, nam probationes factæ super dilatoriis, ut quod aliquis est miles, uel fur, uel latro, uel similis persona propter quam prohibeatur a procu-

procuratione forsan, uel alio modo repellatur a iudicio, nam illæ probationes inter easdē personas si principaliter uerteretur quæstio de illo facto non facerent fidem, quia non plene examinantur. argu. nota. in cap. cum dilectus de ordi. cognitio. & in cap. primo. de exce. in 6. Et hæc conclusio procedit etiam super eadem lite, si forsan illæ probationes tangant merita causæ, quia non faciunt fidem per d. cap. ueniens. siue tendant ad eundem finem, siue ad diuersum, nam omnes dilatoriæ respectu aliquo tendunt ad diuersum finem, & aliquo respectu ad eundem, cum tāgant causam certo modo. Quod intelligo quando illud quod agitur in dilatoria plenarie esset discutiendum in meritis causæ, uel in alia instantia, sed quantum ad finem causæ propter quam opponuntur exceptiones, semper faciunt fidem in toto illo iudicio, nam si testes probant quod procurator est infamis, uel miles, uel patitur alium defectū propter quem debeat repelli, uel non faciunt fidem in meritis causæ semper quantum ad effectum illum repellendi propter quem sunt examinati, secus si principaliter de hoc esset iudicium principale, ut no. in l. optimam. inf. de contrah. & com. stipulatio. & in auth. si quis in aliquo inf. eo.

63 Secundo† casu principali, quando acta non sunt confirmata per sententiam, & tunc docto. uidentur cōcludere secundum Barto. hic, quod probant, quia hic solū loquitur quando instantia est perempta propter cursum eius, sed tamen leges allegatæ per Barto. distinguunt, an testes sint uiui uel mortui, & Alexand. in d. l. 2. ff. iudi. solui. in apostilla magna quæ incipit de effectu testium. uer. ex quo infertur distinguit, an sint mortui testes uel non, secundum distinctionem d. l. fi. infr. de testi. quando non sunt publicatæ attestationes, Sed quia hoc dictum de publicatione reprobaui, Ideo ego puto simpliciter dicendum, quod si non est sequuta confirmatio per sententiam, sed tamen adhuc instantia durat, & tunc non est dubium quod faciunt fidem in eodem iudicio coram iudice subrogato, per ea quæ dixi in quæstio. 4. per nota. per Abba. in d. cap. causam quæ. col. 1. & idem etiam erit in alio iudicio quantum ad expellendum testes a testimonio, iuxta ca. testimonium. extra de testib.

64 Sed† si instantia est perempta per lapsum temporis, uel per absolutionē a iudicii obseruatione, & tūc ego puto ꝙ si sint mortui faciāt fidem, & si nō sunt mortui ex consensu partiū faciunt fidē, alias de nouo debent examinari, ut distinguitur iuribus allegatis per Barto. in quibus militat eadem ratio quæ militat in aliis, & non bene poterit par diuersitatis ratio accommodari, & uidetur multum sonare auribus. Et hoc etiam procederet in dilatoriis respectu meritorum causæ, quamuis raro contingat quod in dilatoriis non feratur sentētia tacita uel expressa propter processum ad ulteriora, iux. no. in l. quod iussit. ff. de re iudi. & in l. a procedente. inf. de dilatio. fallit in iudicio summario, in quo oportet quod semper de nouo examinentur uolēte parte per d. c. ueniens.

65 Si tamen† contingeret quod probationes producerētur ad effectum repellendi testes a testificando, iuxta c. testimonium. extra pe testibus. & tunc similiter puto quod hæc regula fallat, quia licet sit lapsa instantia in causa principali illius delicti. tamen facit fidem inter easdem personas & diuersas ad effectum repellendi, ut ibi nota. per docto. Quia tractatur de modico præiuditio, & hæc sunt uera. † Inter

66 easdem personas, inter diuersas uero personas quando instantia perempta est per lapsum temporis, Barto. hic concludit quod acta in illa instantia faciunt fidem in casibus in quibus sententia inter alios lata præiudicat tertio, & hoc non est dubium quando sunt confirmata per sententiam, prout loquuntur leges Barto. quia tunc faciunt rem iudicatam, Sed si non est sequuta sententia, tunc puto quod non faciant fidem, prout est casus noster hic, per regulam res inter alios acta, ut infra res inter alios acta. l. 1. cum materia, si testes sunt uiui, quia non reperitur iste casus decisus ut inducāt præiudicium tertio sicut quando sequuta est sententia, sed si sunt mortui, tunc posset admitti quod faciunt aliqualem fidem, parui tamen momenti, quia non reperitur bene hoc iure decisum, & non est recedendum a regula ubicunque non habemus exceptionem, ut notatur in l. 1. in ultimo notabili, supra eodem. Et hoc uidetur esse tutius, nisi essent hæredes uel successores alii uniuersales uel singulares qui repræhesentant primā personam, ut per Abbat. in dicto cap. Causam. col. 2. uersi. secundo dubitatur. post Antonium de Butrio & Felinū ibi columna quinta uers. tertia regula. num. 18. Si uero causa est diuersa, & inter diuersas personas, & tunc conclusio est clara, quod acta facta in uno iudicio non faciunt fidem in alio, quia ex diuersis penitus non infertur. l. Papinianus exuli, ff. de mino. & l. fin. ff. de calumniato. & hoc modo procedit tex. in l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de excusatio. tuto. ut hic declarat Bar. Fallit tamen quantum ad repellendum testes, per tex. in capitulo testimonium. extra de testibus. ubi plerūque est diuersa causa & diuersæ personæ nullo modo se contingentes, & sentiunt doct. ibi omnes.

67 Secundus† effectus est, an testes examinati in uno iudicio impediant examinari alios in alio iudicio, & Barto distinguit, an secunda instantia tendat ad eundem finem, an ad diuersum finem, nam si iudicia tendant ad eundem finem, non possunt amplius examinari testes publicatis attestationibus in prima instantia propter timorem subornationis, & Hæc conclusio nō habet difficultatem si instantia fuit confirmata per sententiam, & tractetur de causa appellationis, quia nō possunt amplius testes examinari publicatis testibus, ut nota. in l. * per hanc. inf. de appellatio. secundum communem opinionem, de qua ibi per Barto. & docto. & per docto. in d. cap. fraternitatis. de testib. siue de iure ciuili siue de iure canonico, ut per Barto. in d. l. per hanc col. fin. Sed hoc etiam procedit secundum Barto. notabiliter hic, etiam quando non est sequuta sententia, & instantia periit, quia iste effectus impediendi etiam durat, quod est ualde notabile. quia doctor. sequuntur Bart. Aut iudicia tendunt ad diuersum finem, & tunc simpliciter Bar. uult quod non impediatur noua productio, per d. cap. ueniens. & sequuntur docto. hic. & in d. l. secunda. ubi hoc idem dixit Barto. ff. iudi. solui. Sed tamen ille tex. non probat totam conclusionem, cum loquatur de testibus examinatis in causa summaria, unde melius probatur ex iis quæ tacite sentiunt docto. in l. fundi. & l. fundum. ff. de exceptio. & uoluit ipse Bart. in l. 2. ff. ui bonorum raptorum. §. 1. col. penultim. uersi. quæro utrum probationes. ubi uoluit indistincte quod super causa criminali alii testes possunt examinari publicatis testibus in causa ciuili, & econtrario, & hæc uera sūt respectu testium.

68 In confessione† uero Barto. unico uerbo determinauit idem esse quod in testibus, tamen non est uera identitas, quia facilius confessio facit fidem quam testes, quia plenior est. Vnde in cōfessione fienda est regula, quod inter easdem personas semper præiudicat siue sequuta sit sententia siue non, & siue fiat in iudicio summario, siue plenario, quia semper confessio plena est, ut hic dicit Dec. post Bald. & Alex. per l. generaliter. inf. de non nume. pecu. & cap. per tuas. extra de probatio. cum omnibus cumulatis per Felin. in d. capit. causam, col. 3. uersi. secundo restringe. Et idem etiam erit si confessio facta fuit incidenter. ut per Bald. in d. l. mercalem. C. locati. & Feli. in d. loco & Decium hic. & in c.

69 at si clerici extra de iudiciis. col. 2. † Et idem etiam procedit inter alias personas ex causa publicæ utilitatis in confessione facta in uno iudicio, ut quis in alio iudicio ex

ex officio iudicis possit ex confessione priuari illa re accedente publica utilitate, ut late declarat Felin. in d.c.causam.col.5.nu.20.uersic.fallit secundo, & dic ut ibi per eum.

70 Fallit† in procuratoria confessione, quia illa præiudicat solum in illo iudicio, non in alio, ut not. Alexan. hic post Specu. in titu. de confessis. §. nunc uidendum. uersi. sed nunquid confessio. & Dec. hic. & Aret. consi. 33. uiso diligenter. col. fi. Quam tamen limitationem intelligo procedere in alia separata instantia, secus in causa appellationis, quia semper præiudicat propter generalitatem tex. nostri in primo intellectu. Sed si esset nuntius, non procurator, tunc idem esset ac si ipse confessus fuisset, & sibi in hoc præiudicat confessio nũtii sicut si esset ipse principalis confitens, ut no. Bald. in l. 1. inf. de confessis col. 13. uersi. sed quæro nũquid per nuntium. & l. 1. infra de exercitoria. col. 2. uersi. unum scias, allegat. l. pater uindicta. ff. de manumi. uindicta. facit quod uoluit Bart. in l. quia autem. §. constituere. ff. de consti. pecunia, & Alex. in l. quod quis. infr. de procur. & Dec. hic.

71 Secundo† fallit in ficta confessione quæ fit per contumaciam, quia illa non præiudicat aliis, nec in alio iudicio, ut per Bal. hic col. fi. uersi. & ideo. & not. Barto. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci, & in l. cum filius. in princ. ff. de uerbo. obligatio. colu. 3. cum aliis adductis hic per Dec. & Alex. & Felin. in d.c. causam. col. 3. uersi. Item non procedit. ubi dixit non procedere in cõfessione quæ insurgit ex morte illius qui se interfecit, secundum Cinum in l. 2. C. qui testa. facer. possunt.

72 Tertio† fallit in confessione facta per uerba narratiua, nam illa non præiudicat in alia causa, ut per Anto. de Butrio in c. illud. de præsumptio. & facit quod habetur in l. optimam. inf. de contrahen. stipulatio. & dixi post Dec. in auth. siquis in aliquo. inf. eo. ubi aliter ultra alios declaraui illum tex. Quarto fallit in confessione tacita secundum Imo. in clementina constitutionũ. de electio. col. 7. & allegat Barto. in l. si confessus. ff. de custo. reorum, & sequitur Feli. in d. loco uersi. item nõ procedit. ubi addit etiam idem esse in confessione implicita, quæ alio loco non præiudicat secundum Dominicum in c. 1. de confessis in 6. Nec etiam procedit in confessione reprobata secundum Innoc. & alios in c. mulier. per illum tex. extra de iureiur. & sequitur Felin. in d. cap. causam quæ. nota quia sunt utilia in practica.

73 Quartus† est articulus, an acta decisoria faciant fidẽ inter easdem uel diuersas personas, in quo Bar. hic se remittit, Sed tamen quia prædicta remanent imperfecta, ideo tu considera duos casus, unum quando sententia fertur super exceptionibus oppositis per reum uel dilatoriis uel peremptoriis uel incidentibus, Secundus qñ fertur sententia super meritis causæ principalis, primo casu si sententia fertur super exceptione dilatoria, præiudicat principali in eo ꝙ opponitur, ut si opponatur aliquem esse militem, uel ex alia causa non posse esse procuratorem, uel recusetur iudex, & pronuntietur eũ non esse militem, uel eum esse iudicem competentem, & tunc faciet fidem in meritis causæ, ut semper sit iudex, ille sit legitimus procurator in tota causa, etiã in instantia appellationis si ad hoc est datus procurator. l. quod iussit. cum materia. ff. de re iudi. & nota. in l. ante sententiam. inf. quorum appellatio. non recipiantur. Sed si postea uerteretur quæstio principaliter an ille esset miles, uel non, uel an esset infamis uel non, & tunc non faceret fidem, ut not. in l. optimam. infr. de contrahen. stipu. & in auth. si quis in aliquo. infr. eo. neque inter easdem neque inter diuersas personas, quia non plene examinantur. d.c. ueniens. & d.c. causam. facit quod uoluit Barto. in l. quod in diem. §. 1. ff. de compensatio. Et hoc siue sententia sit expresse lata, siue tacite per processum ad ulteriora, iux. not. in d. l. quod iussit. ff. de re-

74 iudi. & l. a procedente. inf. de dilatio. † Sed si sunt exceptiones impedientes litis ingressum, ut in cap. 1. de litis contestatio. in 6. sententia præiudicabit super meritis causæ, ut in exemplo præscriptionis uel transactionis, quia non poterit amplius audiri, nec in eodem neque in alio iudicio, etiam inter easdem personas, si perfecte fuit examinata, alias non iuxta no. per Bar. in d. l. quod in diem. §. 1. ff. de compensatio. & idem inter easdem personas. ut per glo. in l. sed si possessori. §. fin. ff. de iur.

75 ra. † In peremptoria uero exceptione quæ opponitur meritis causæ, uel in incidenti quod uenit propter oppositionem de aliquo præiudicio ad actionem, tunc similiter acta decisoria facient fidem inter easdem personas in eodem iudicio, cũ probata exceptione sequatur absolutio a meritis causæ, & iudicando super meritis uideatur etiam iudicare in incidẽti, cum distinctione tamen posita per glo. & Pau. de Cast. in l. 1. infr. de ordi. cogni. sed inter alias personas non præiudicaret nisi plenarie cognitio facta fuisset, iuxta doctrinã Bar. in l. quod in diem. ff. de compesantio. & d. l. 1. de ordi. cognitio. In alio uero iudicio quomodo præiudicet inter easdem personas, dicas ut per docto. in cap. cum dilectus. de ordi. cognitio. & in ca. 1. de exceptio. & per gloss. & docto. in l. sed & si possessori. §. fi. ff. de iureiur.

76 Secundo† casu principali, quando iudicatum est super meritis causæ diffinitiue, facias regulam, quod sententia diffinitiua præiudicat partibus generaliter in causa appellationis in diuersa instantia, ut in l. nostra. secundum primum intellectum. & in auth. ei qui. de temporib. appellatio. Et etiam in alio iudicio diuerso, ut per Bar. in l. 2. §. hoc autem iudicium. ff. ui bono. rapto. in uers. quæro utrum probationes. Et idem etiam procedit in foro diuerso. ut per Bal. in l. 1. in ultima. colum. ff. de feriis. & Felin. in d.c. causam. colu. 2. num. 4. Et etiam si acta facta sint corã arbitris, ut hic dicit Bar. per l. cum antea. inf. de arbitris. dummodo plenarie cognoscatur, sed si summarie examinatur, tunc non præiudicat etiam inter easdem personas, ut per Bart. in d. l. 2. ff. ui bono. rapto. & per docto. in d.c. causam. de testi. Et ibi Felin. col. 1. nu. 5. uers. fallit primo. cum declarationibus positis per eum per unam colu. cuius dicta procedunt etiam quando acta sunt confirmata per sententiam.

77 Inter† diuersas uero personas facias regulam contrariam, quod acta facta in uno iudicio non faciunt fidem in alio, per rub. & nig. res inter alios acta. & l. 2. inf. quibus res iudicata non nocet. cap. inter dilectos. uer. nec attestationes. ext. de fide instrum. cum aliis concordantibus adductis per Dec. nume. 45. Fallit primo quando ius aliarum personarum uenit in consequentiam iuris deducti In primo iudicio, ut si ruptum est testamentũ per quærelam, nam fit præiudicium legatariis. l. Papinianus. §. fi. ff. de inoffi. testa. etiam eis non citatis & in titulo de uentre inspiciẽdo. l. 1. §. denũtiari. ff. de uentr. inspi. ut nota. per glo. & docto. in l. de unoquoque. ff. de reiudi. nam istis casibus probationes factę inter certas personas faciunt fidem in aliis etiam quantũ ad plenum præiudicium. Alex. tamen ibi tenet contrarium nu. 17. col. fi. de quo dicendum est ut ibi, & per Alexan. in l. sæpe. nu. 16. & latius. nu. 24. per quattuor colum. ff. de reiudi. Secundo fallit in illis casibus in quibus sentẽtia facit ius inter omnes qui ponuntur per Bald. in l. ingenuum. ff. de stat. homi. & nota. in l. 1. §. fi. cum l. seq. ff. delib. agno. Tertio fallit quando alii sunt citati. ut in d. l. sæpe notatur. quo casu non dicitur proprie esse res inter alias personas sed inter easdem, cum & ipsi interueniant in iudicio. Quarto fallit quando interuenit scientia & patiẽtia illius qui prohibere poterat, ut per Alex. in d. l. sæpe. nume. 18. cum declarationibus positis usque ad nu. 24. Quinto fallit in popularibus actionibus, ut per glo. in d. l. sæpe, per tex. in l. 2. ff. de popu. actio. & l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiura. &

sequitur

sequitur Alex. in d. l. sæpe. nu. 33. Et ampliat procedere etiam in iudiciis publicis, quia sentẽtia lata uno accusante præiudicat omnibus aliis qui poterant accusare. l. ubi. §. eisdem. ff. de accusatio. Sexto fallit in sententia lata in fauorem alicuius quæ prodest aliis habentibus ius connexum in casibus positis per Alex. in d. l. sæpe. nu. 48. cum tribus columnis sequentibus. & in casu l. denuntiasse. §. qui absolutus. ff. de adulte. Septimo fallit in casu quem ponit Bart. in l. eos. ff. de falsis. ubi testis dicens unum in uno iudicio, si in alio dicat contrarium, tollit sibi fidem, ut inter alias personas etiam ei non credatur, & per Felin. in d. c. causam. nu. 24. faciũt
78 nota. d. c. testimonium. extra de testi. †Octauo fallit respectu qualis qualis præiudicii, nam tũc res inter alios acta præiudicat, ut per glo. hic. & in l. si duo patroni. ff. de iureiur. & Bar. in l. a sententia. ff. de appellatio. cũ aliis adductis hic per Dec. nu. 45. & per Felin. in d. cap. causam col. 8. nume. 19. uersi. fallit primo. Nec obstat quod testis examinatus parte non citata non facit præiudicium ullum, ut per Bar. in l. maritus. ff. de quæstio. & nota. in c. 2. extra de testib. quia respondetur uerum esse quando principalis cum quo est lis non citatur, secus quando alius qui in consequentiam habet ius in iudicio non citatur, quia tunc facit aliquale præiudiciũ, ut respondebat Felin. in d. cap. causam, col. 8. nu. 19. & Dec. hic nu. 45. Nec obstat d. c. inter dilectos. §. attestationes. ibi, aliquod præiudicium, quia ille text. debet declarari de preiudicio magno, ut hic declarabat Dec. nu. 45.

Et istud quale quale præiudicium importat semiplenam probationem, secundum Barto. in l. admonendi. col. 13. ff. de iureiurando. & sequitur Ant. de Butrio in c. penul. in quarta col. de reiudi. & in c. fraternitatis. de testibus, & Felin. in d. c. causam nume. 19. Quod ego puto uerum quando tractatur de præiudicio probatiuo, ut probetur aliquid inter alias personas per probationes factas in alio iudicio, quia etiam potest probare plene, secundum ea quæ dicta sunt in toto hoc quarto articulo, sed si tractatur de præiudicio reali in sententia respectu priuationis iuris sui, & tunc illud præiudicium non potest determinari certa doctrina, cum aliquando sit præiudicium plenum, aliquando maius uel minus secundum connexitatem negotiorum inter personas, ut sentit Dec. hic nume. 49. & patet discurrendo dicta per Alexan. in d. l. sæpe. Ex cuius dictis etiam apparet quod in uirtute probatiua nec etiam potest dari certa doctrina, ut per Iaso. in d. l. admonendi. de iureiuran.

79 Et ista†conclusio procedit etiam quod sententia sit iniqua, licet Bal. in l. 1. inf. de fals. uideatur tenere quod non. Sed Alexan. tenet contrarium in d. l. sæpe, quia frustra daretur remediũ tertio appellandi. Dec. uero defendit Bal. quia facultas appellandi non præsupponit quod sententia faciat præiudiciũ. l. a sententia. in prin. ff. de appel. iuncta glo. Sed tamen non est recedendum a dictis Alex. quia inanes actiones non admittuntur. argu. l. hæc stipulatio. §. Diuus. ff. ut lega. nom. caue. & in d. l. a sententia omnes fatentur quale quale præiudicium fieri, & tamen præsupponitur in illis terminis ꝙ sententia erat iniqua. ut not. in d. l. sæpe. ff. de reiudic. Et postquam sententia transiuit in rem iudicatam habetur pro ueritate & l. fingit iustam & æquam esse. l. res iudicata. ff. de regu. iur. c. cum inter. de re iudic.

80 Quintus†est articulus principalis, An acta appellatoria faciant fidem in alio iudicio, in quo breuiter dicas ꝙ inter easdem personas faciunt fidem in causa appellationis tam in illa instantia quam in instantia alterius appellationis, & etiam in alio iudicio, in quo sententia lata in primo potest parere exceptionem rei iudicatæ in secundo, ne interim fiat præiudicium. iux. l. si quis cũ totum. ff. de excep. re. iudic. & l. fundum & l. fundi. ff. de except. facit quod habetur in ti. nil innoua. appellapende. Et prædicta omnia puto uera etiam inter diuersas personas in casibus in quibus sententia lata in uno præiudicat uel prodest in alio, & generaliter in omnibus casibus in quibus dictum fuit in aliis præcedentibus articulis acta decisoria aliis præiudicare, facient fidem. Ex quibus habes utilitatem decisionis. l. nostræ. Nam cũ acta in quamplurimis casibus in alio iudicia uel in eadem causa inter easdem personas & diuersos personas faciant fidem, utilissimum fuit per hanc legẽ determinari quod exhibeantur. & ex iis remaneat expedita ista lex. Laus Deo.

Ioannes Bolognetus Iuriscõsultus Bononiensis Neapoli legens.

Summaria super. l. Edita.

1 *ACTIO in iure st noro sumitur dupliciter, de perse, & cum qualitate quod sit edita.*
2 *Actio prout est ius persequendi differt a contractu & obligatione tanquã causa a causato.*
3 *Actio prout est edita est agregatum contractus obligationis & actionis, & est facti.*
4 *Actio edita appellatur intentio.*
5 *Editio actionis fit in scriptis & sine scriptis, in scriptis dicitur libellus, sine scriptis appellatur dictatio.*
6 *Actio edita emendatur mutatur declaratur & cumulatur.*
7 *Emendatio mutatio & cumulatio secundum formam traditam in edicto est permissa.*
8 *Casus figuratio duplex.*
9 *Actionis nomen non est exprimendum in libello.*
10 *Medium concludendi exprimi debet in libello parte opponente.*
11 *Expressio actionis inepta non uitiat libellum, sed ineptitudo medij concludendi uitiat.*
12 *Clausula salutaris, petens ius & iustitiam ministrari, tollit omnes defectus in libello.*
13 *Libellus ineptus procedit in summarijs, si clara in reliquis sit narratio facti.*
14 *Libellus generalis procedit parte non opponente.*
15 *Libellus generalis non procedit in summarijs parte opponente ex incertitudine magna.*
16 *Libellus generalis non procedit parte opponente etiam apposita clausula salutari.*
17 *Libellus generalis non procedit ut super eo sententia proferri possit.*
18 *Iudex causæ an possit cogere partem declarare libellum obscurum.*
19 *Lis an dicatur esse ante litis contestationem.*
20 *Mutatio libelli an permittatur in damnum Rei.*
21 *Mutatio libelli permittitur cum damno Rei in actione et medio concludendi.*
22 *Mutatio libelli fieri potest in fauorem Rei super substantia facti.*
23 *Mutatio libelli docto de errore permittitur etiam in damnum Rei & indistincte.*
24 *Mutatio libelli in narratiuis & enuntiatiuis fieri potest in damnum Rei.*
25 *Mutatio libelli in dispositiuis inducentibus confessionem certam fieri non potest inuito Reo.*
26 *Mutatio libelli in dispositiuis non inducentibus confessionẽ certam facti permittitur inuito Reo.*
27 *Cautellæ traditæ per doctores, ut non possit fieri mutatio uel emendatio, non præiudicant.*
28 *Mutatio uel emendatio quot uicibus fieri possit.*
29 *Emendatio quomodo fit remissa arbitrio iudicis.*
30 *Libellus hodie est offerendus in scriptis.*
31 *Libelli copia danda est expensis actoris, & cætera acta expensis Rei.*
32 *Actio edita quomodo demonstret speciem futuræ litis.*
33 *Species litis quid significet.*

34 *Emenda-*

34 *Emendatio an dicatur fieri quando petuntur centum, & postea quinquaginta.*
35 *Exempla plura emendationis ponuntur.*
36 *Emendatio non cadit proprie in libello nullo.*
37 *Emendatio an possit fieri per adiectionem uel detractionem.*
38 *Mutatio partis rei an faciat desinere esse eandem quando aliquid additur uel detrahitur.*
39 *Libellus alteratus in forma sua dicitur esse idem libellus.*
40 *Emendationis diffinitio quæ continet sex species emendationis saluatur.*
41 *Declaratio quando sit species emendationis.*
42 *Noua diffinitio emendationis traditur per ueros modos diffiniendi.*
43 *Iudicium uniuersale generale & particulare in quo differant secundum doctores.*
44 *Noua & subtilis theorica traditur ad cognoscendum quid sit iudicium generale & uniuersale.*
45 *Vniuersitas est quando pluribus unitis constituitur corpus essentiale complectens res unitas, & differens ab eis.*
46 *Iudicium uniuersale est illud in quo petuntur plures res unitæ per corpus essentiale separatum ab eis.*
47 *Vniuersitas est duplex. s. iurium, & corporum, & hæc est iuris, & alia corporum, quæ est facti.*
48 *Chorus familia, & armentum aliquando sunt uniuersitas aliquando generalitas.*
49 *Vniuersitas iuris petitur per uniuersalem actionem, uniuersitas facti petitur per particularem rei uendicationem.*
50 *Intellectus nouus ad l. uendicatio. ff. de reiuendicatione.*
51 *Generalitas est quando plures res uniuntur per sermonem non constituendo corpus uere sed imaginem, & fit per nomen collectiuum appellatiuum, & per propositionem uniuersalem.*
52 *Intellectus ad l. 2. & l. grege. ff. de legatis 2. quare sit unum legatum.*
53 *Iudicium generale est quando petitur generalitas quæ non constituit corpus essentiale.*
54 *Generale iudicium restringitur per expresionem rerum, secus in uniuersali.*
55 *Iudicium est uniuersale si petitur domus uel uilla uel grex uel alia uniuersitas facti.*
56 *Emendatio in uniuersalibus non potest fieri post litis contestationem.*
57 *Iudicium uniuersale non restringitur per expresionem rerum.*
58 *Petens medietatem hæreditatis non potest post litis contestationem petere aliam medietatem.*
59 *Portio accrescens post litis contestationem potest peti & in sententiam deduci.*
60 *Emendatio an fieri possit post litis contestationem late discutitur.*
61 *Emendationem non posse fieri post litis contestationem ex nouis fundamentis comprobatur.*
62 *Substantia libelli quomodo intelligatur.*
63 *Libellus incertus quando potest declarari usque ad sententiam.*
64 *Triplex est obscuritas.*
65 *Declaratio potest fieri usque ad calculum ferendæ sententiæ si non requirit probationem, alias debet fieri tempore probationum.*
66 *Libellus est nullus non seruata forma. l. libellorum. ff. de accusat.*
67 *Libellus non est nullus si exprimitur inepte medium concludendi.*
68 *Libellus nullus potest emendari si tempora largiantur.*
69 *Gabella an sit soluenda pro libello nullo.*
70 *Ommissio diei & loci an libellum criminalem mixtum uitiet.*
71 *Appositio rei an sit de substantia libelli.*
72 *Substantia quomodo consideratur, noua declaratio.*
73 *Emendatio circa rem edendo aliam contentam sub eadem actione quomodo possit fieri post litis contestationem.*
74 *Emendatio circa rem detrahendo & liti renuntiando quomodo possit fieri post litis contestationem.*
75 *Emendatio addendo accessoria post litis contestationem fieri potest.*
76 *Emendatio circa qualitates potest fieri usque ad sententiam.*
77 *Declaratio ad l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxalibus.*
78 *Emendatio circa qualitatem quæ tollitur per electionem fieri non potest.*
79 *Emendatio declaratoria libelli quomodo possit fieri usque ad sententiam.*
80 *Hæres libellantis quando possit declarare libellum & quid de procuratore.*
81 *Declaratio libelli circa actum de præterito in damnum Rei fieri non potest.*
82 *Declaratio libelli post oppositionem factã per Reum amplius fieri non potest.*
83 *Practica opponendi libello obscuro uel incerto cum cautella.*
84 *Emendatio regulariter fieri potest ante litis contestationem. ampliatur in septem casibus, & limitatur in undecim casibus magistraliter & succincte.*
85 *Emendatio post litis contestationem fieri non potest, & limitatur decem modis breuiter & succincte.*
86 *Mutatio quid sit.*
87 *Mutatio & emendatio capiuntur in genere & in specie, & differunt. & conueniunt uarijs modis accipiendo.*
88 *Mutationis appellatione an ueniat additio.*
89 *Mutatio non potest fieri post litis contestationem.*
90 *Mutatio libelli quando potest fieri in causa appellationis.*
91 *Mutatio potest fieri post litis contestationem ex consensu partium.*
92 *Mutatio an hodie possit fieri post productionem libelli.*
93 *Mutatio contra uolũtatem rei potest fieri si relicta prima actione incontinenti super alia iudicium intentatur.*
94 *Mutatio regulariter permissa est ante litis contestationem, fallit in multis casibus.*
95 *Mutatio regulariter prohibetur post litis contestationem, fallit in multis.*
96 *Mutatio potest fieri post litis contestationem in summarijs.*
97 *Mutatio potest fieri post litis contestationem si ponatur clausula salutaris in libello.*
98 *Mutatio an possit fieri per reum.*
99 *Cumulatio quid sit.*
100 *Cumulatio inducta fuit propter fauorem publicum.*
101 *Prima regula cumulationis declaratur & defenditur.*
102 *Possibilitas producendi exceptionem quomodo capiatur in hac regula.*
103 *Secunda regula prohibitiua cumulationis declaratur & defenditur.*
104 *Tertia regula prohibitiua cumulationis declaratur & defenditur.*
105 *Lex non potest facere quod actus contrarius ualeat.*
106 *Cumulatio permittitur de omnibus actionibus ordine successiuo & conditionaliter.*
107 *Cumulatio in reo permittitur de exceptionibus contrarijs.*
108 *Quarta regula declaratur & defenditur.*
109 *Quinta regula impeditiua cumulationis declaratur & defenditur.*
110 *Sexta regula impeditiua cumulationis declaratur & defenditur.*
111 *In Regno Neapolitano quatuor regulæ prohibitiuæ cumulationis sunt correctæ.*
112 *Intellectus ad constitutionem Regni si ciuiliter agens de præiud. sublatis.*
113 *Primum genus cumulationis declaratur & defenditur.*
114 *Regula maioritatis non habet locum in actionibus nullo modo se tangentibus.*
115 *Cumulatione facta an dicantur plures libelli uel unus libellus.*
116 *Secundum genus cumulationis declaratur & defenditur.*
117 *Intellectus ad §. sed neque. in auth. de fideiussor.*
118 *Intellectus Zasij reprehenditur.*
119 *Libellus peto rem & fructus, an procedat.*
120 *Tertium genus cumulationis examinatur & reprahenditur.*
121 *Cumulatio permittitur regulariter quando intentantur actiones nascentes ex eodem fonte, & tendentes ad diuersa, contra Bar. & doctores.*
122 *Quartum genus cumulationis examinatur.*
123 *Cumulatione facta an sint plures libelli.*

124 *Quintus*

124 *Quintum genus cumulationis breuiter declaratur.*
125 *Cumulatione facta contra regulas an processus ualeat parte opponente.*
126 *Appellatio an sit necessaria ut processus fiat ipso iure nullus.*
127 *Oppositio partis semper est necessaria ut processus reddatur nullus.*
128 *Iurari de calumnia an debeat super actione cumulata.*
129 *Cumulatio potest fieri post litis contestationem.*
130 *Iurandum de calumnia an sit in pluribus actionibus cumulatis nascentibus ex eodem fonte.*
131 *Sententia an sit ferenda super utraque actione cumulata.*
132 *In regno Neapolitano an sit pronuntiandum super utraque actione.*
133 *Epilogatio breuis continens ordinate totam materiam cumulationis.*
134 *In quinque casibus generaliter permittitur cumulatio.*
135 *In duobus casibus semper prohibetur cumulatio, & in cæteris distinguitur.*
136 *In summarijs & in regno permittitur cumulatio semper exceptis quatuor casibus.*
137 *In regno permittitur cumulatio causæ ciuilis & criminalis in instrumento producto secundum formam ritus.*
138 *Tempus ad deliberandum an sit dandum super actione cumulata.*
139 *Dictio prout, quomodo exponatur in hac lege.*
140 *Dictio prout, semper qualificat, & quatuor modis qualificat.*
141 *Confessio & testificatio est qualificata & limitata quando fit per dictionem prout.*
142 *Sententia lata per dictionem prout, quid importet.*
143 *Concessio principis facta per dictionem prout, quomodo intelligatur.*
144 *Libellus referens cum dictione prout, an sit perfectus sine relato.*
145 *Instrumentum edi debet ante litis contestationem si ad illud limitatiue libellus referatur.*
146 *Noua declaratio quare Reo non sit edendum instrumentum mentionatum in libello.*
147 *Clausula saluo iure addendi, quid operatur.*
148 *Edictum perpetuum quod fuerit.*
149 *Emendatio non permittitur nisi saluo iure deliberandi, & interesse Rei.*
150 *Expensæ quales restituendæ sunt.*
151 *Emendans non tenetur ad expensas quando cessat temeritas.*
152 *Mutatio de actione famosa an permittatur.*

Repetitio legis Edita. C. de edendo.

HAEC est Famosa & Practicabilis lex & continet quotidianam materiã, & in ea tractatur de editione, emendatione & mutatione, & cumulatione actionũ, quæ dietim in iudiciis uersantur, & ad eius euidentiam præmittendũ est qd sit actio edita, & quot modis fiat editio, & quomodo actio edita in iudicio alterari possit. Circa primum Bal. hic late insistit disputando an actio sit ius uel factum, uel an differat a causa, uel sit idem cum causa, prout Placentinus tenebat, de quo per glo. insti. de actio. in princ. taliter quod Iason hic dixit ingenium Bald. uolasse per aerem.
1 †Breuiter tamen tota difficultas resoluitur considerando quod actio in iure nostro capitur duobus modis, uno modo respectu sui & simpliciter, alio modo prout est edita, idest cum illa qualitate editionis. Primo modo actio dicitur esse ius persequendi in iudicio quod sibi debetur. d. §. 1. insti. de actio. & dicitur ius, idest potestas iuris & a iure inducta, & appellatur ius dispositum, & nõ disponens, differens a iure quod est ars boni & æqui tanquam causatum a causa, ut per Bar. in l. 2. §. quod obseruari col. 3. ff. de iura. calum. uers. oppono quarto quod dispositio iuris. & ego dixi in tractatu meo de diffe. iuris & facti in princ. quem posui in l. pen. ff. de iusti. & iur.
2 †Et in hac significatione differt a contractu & obligatione etiam tanquam causa a causato, nam contractus facti est, & est principium actus in quo quis promittit, & postea sequitur obligatio quæ iuris est, quia ius promittentem cum præceptis suis astringit ad soluendum, & inducit illud uinculum obligationis. insti. de obligatio. in princ. Postea est actio quæ sequitur obligationem, & est situata in persona creditoris, & est ius actiuum, & mora existente deducitur in iudicium, & discussio postea sequitur per eius exercitium. l. 2. §. post originem. ff. de orig. iur. & post discussionem executio. l. 1. inf. de exe. rei iud. Et in hac significatione nõ potest adaptari opinioni Placenti. quia nimis clara & apparens differentia est inter causam & actionem.
3 Secundo †modo capitur actio prout est in iudicio edita, & per quam demonstratur species futuræ litis, Et in hac significatione non est ius, sed dicitur esse factũ, quia est quædam aggregatio ex contractu obligatione & actione facta, Nam ad edendum actionem non sufficit eam proponere, sed oportet narrare factum exprimendo tria scilicet cõtractum, idest primam causam, & postea obligationem quæ est secunda causa, & postea actionem quæ est ius immediatum agendi, ut dixi glo. in auth. de exhi. & introdu. reis in §. sancimus. in glo. libellum. Et ista tria appellãtur actio edita quæ non potest dici amplius illud ius persequendi, sed est unum aliud corpus formatum ex illis tribus, sicut uia formatur ex actu & itinere, & tamen differt ab actu & itinere. l. prima. ff. de serui. rusti. prædio. Et sicut silogismus formatur ex maiore minore & cõclusione, & totus silogismus differt a conclusione ita etiam actio edita in iudicio differt ab actione prout est iuris quæ est tanquam conclusio respectu totius aggregati.
4 Et hoc †totum consistens ex contractu obligatione & actione appellatur in iure intentio. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudiciis. & §. si minus. insti. de actioni. Et in iis terminis debet intelligi illa disputatio Placentini, an actio sit idem quod causa. de qua in d. §. 1. insti. de actio. & resolutio est danda quod nõ, cum actio hoc modo sumpta non possit dici causa, sed contineat in se causam, & assumit nouum nomẽ quod appellatur actio edita siue intentio, Et ideo Placentinus uolens demonstrare quod actio edita est idem cũ causa, allegauit istã legem, per quam probatur quod actio edita demõstrat speciem futuræ litis, & cum demonstratio ista non possit fieri nisi sit expressa causa & contractus, ideo dixit ꝙ actio significat causam, uel est idem quod causa, sed ueritas est quod actio edita est unum aggregatum confectum ex contractu obligatione & actione.
5 Hæc †autem editio fit duobus modis, sine scriptis, & in scriptis, sine scriptis fit quando actor exprimit corã notario intentionem suam uoce narrando contractum obligationem & actionem, & hæc editio alio nomine appellatur dictatio. l. 1. §. edere. ff. eo. & d iure antiquo seruabatur quasi in omnibus iudiciis, ut per Bar. in l. 1. ff. eo. sed hodie seruatur tantummodo in iudiciis summariis, ut per Barto. in auth. ad reprimendum in uerbo figura. col. 1. & auth. nisi breuiores. inf. de sententiis ex peric. recitan. Secundo modo editur actio scribendo intentionem suam in libello uel cartula cũ illis tribus narratis contractu obligatione & actione, & producendo eam coram iudice, Et hæc editio appellatur intentio scripta, & alio nomine libellus, qui hodie dari regulariter debet per auth. offeratur. inf. de litis cõtest. & de ista et loquitur. l. 2. §. edere. ff. eo. ibi, uel libello cõplecti, dare, uel dictare, & diffinitur secundum Cynum in d. auth. offeratur- quod est breuis carta claram continens intentionem actoris uel accusatoris.

Actio

6 Actio † autem postquam edita est, in processu temporis per actorem aliquando declaratur, emendatur, uel mutatur, & cumulatur. Declarare actioné editam siue intentionem est aliquod uerbum ambiguum uel obscurum explicare uel exponere, Quæ declaratio si nõ mutat substantiam uerborum, passim permittitur, & aliqñ pars aduersa petit ut fiat, ut no. in l. 1. ff. eo. & l. fi. inf. de anna. excep. Emendare uero actionem editam est quãdo aliquid additur uel detrahitur de ipsa re petita, uel de forma petitionis, uel de personis, retẽta eadem causa obligatione & actione, ut si petebantur centum mutuata, adatur aliquid uel detrahatur de summa petita, quasi ab initio illa summa fuerit in cõtractu, uel si dicatur quod non ipsi reo sed patri suo fuerunt mutuata, uel formæ aliquid addatur, ita quod substantia intentionis remaneat, & sola forma alterata sit, ut etiam per Bal. hic in secunda lectura. col. 2.

Mutare uero actionem est quando ex unico contractu uel delicto nascuntur plures actiones, & una fuit intentata, & postea placeat accipere aliam, & relinquere primam, ut si primo fuit intentata actio ex uendito, uel actio furtiua, & postea retenta eadem causa mutetur actio, intentando condictionem certi, ommissa actione ex uendito, uel actione furtiua ommissa intentet actor condictionem furtiuam, iuxta notata in l. certi condictio. ff. si cert. peta. & l. si duobus. §. si colonus. ff. de iur. iura. Sed si contingeret quod mutaretur etiam causa & obligatio, ut quia loco contractus uenditionis quis proponeret contractum commodati uel depositi, & eius actionem, tunc non dicitur proprie mutare actionem, sed totam intentionem, & propriori nomine appellatur mutatio intentionis siue renouatio libelli ut infr. dicetur loco suo.

Cumulare actionem est uni actioni intentatæ aliã addere, & super utraque exercere iudicium, ut si actũ fuit actione ex uendito uel furtiua, addatur etiam in libello certi condictio uel condictio furtiua, & super utraque procedatur, & hoc modo dicitur proprie actio cumulari, Sed si etiam adderetur noua causa, ut ultra intentionem ex causa uenditi adderetur etiam intentio ex causa depositi super noua pecunia, petendo ut super utraque iudicium exerceretur, tunc diceretur cumulatio intentionum, quia cum actione noua etiã causa noua cumulatur cap. cum Ioannes & ibi no. Abbas. de fide instrumen. & l. si idem. ff. de iurisd. omni. iudi. Et sic aliquando est mutatio actionis, aliquando mutatio intentionis, & aliquando cumulatio actionis tantum, aliquando cumulatio intẽtionum, de quibus omnibus plene in hac lege tractatur.

7 Hæc † rursus mutatio emendatio & cumulatio non passim sed cum aliquibus restrictionibus permittitur, quia si lis est contestata & acceptum sit iudicium & res dicatur in iudicio deducta iuxta. l. 1. inf. de litis contesta. non permittitur regulariter neque mutatio neque emendatio. l. non potest. ff. de iudic. Ac etiam requiritur ut omnes expensæ restituantur quæ ex tali emendatione uel mutatione apparuerunt inutiles, & etiam debet dari nouum tempus ad deliberandum quando tempus præstitum effectum fuit inutile ex mutatione. Et ideo in l. addita fuerunt illa uerba, secundum formam perpetui edicti, quia omnia ista erant expressa in edito perpetuo ut infr. dicam loco suo, licet glo. & Bart. aliter declarauerint, Et si super aliqua qualitate circa quantitatem temporis & expensarum reficiendarũ nascetur dubitatio, tunc ex æquitate iudicantis determinabitur, ut dicitur in fin. legis.

Iis sic ad introductionem iuuenum prænarratis, deuenio ad legem, quæ summatur hoc modo. Actio rite edita speciem futuræ litis demonstrat quam licet emẽdare uel mutare saluo interesse partis in expensis & deliberatione. Diuiditur in tres partes, in prima ponit dictum. In secunda ponit unam decisionem circa dictũ, In tertia restringit illam decisionem. 2. ibi, quam licet. 8 3. ibi, secundum formam. † Casus uero ita fingi potest. Litigaturus Valentinianus quæsiuit quid sibi faciendũ esset. Et uidebatur partem ante omnia citandam esse. §. 1. insti. de pœna teme. litig. & sufficere coram iudice generaliter dicere aduersarium sibi obnoxium esse, nõ demonstrando & specificando aliter negotium, & postea in probationibus declarare qd peteretur, & quo remedio. l. fin. infr. de anna. except. ac etiam postea in processu liquidare suam intentionem. Sicut licet petere interesse incertum, & postea liquidare quantitatem in probationibus, iuxta not. in §. curare. insti. de actio. Et sicut quis potest petere sibi generaliter reddi rationem, uel hæreditatem restitui, postea in processu liquidare ius suum. l. licet. infra de iudic. & l. si in rem. in fin. ff. de reiuendi. & nota. in l. 1. ff. eodem. Contrarium tamen determinatur, quod immo ante omnia edenda sit actio specificans intentionem agentis pro consequẽdo quid uelit ab aduersario. Et ratio decidẽdi est, quia aduersarius est certificandus taliter ut possit deliberare an uelit cedere uel contendere ad effectum ueritatis inuestigundæ & discussionis pro iustitia fiendæ, quod totum fit narrando contractum obligationem & actionem, & eo facto edita actio speciem futuræ litis demõstrat, ex qua perfecte deliberare potest reus. Non obstãt contraria, quia licet uerum sit quod debet præcedere partis citatio quando absens est aduersarius ut habeat causam ueniendi in iudicium, tamen eo præsente ante omnia debet edi actio quę respicit totum iudiciũ & demonstrat speciem litis. Et quæstio fuit, quid agendum esset aduersario existente in iudicio. Non obstat l. fin. de anna. except. quia procedit parte non opponẽte, Sed ea opponente specificari debet remediũ, ut hic. Et consilium fuit datum perfectum hic ab imperatore non indigens adminiculo. Non obst. tertium, quia procedit in iudiciis generalibus in quibus est lis super illo agregato, Et sufficit specificatio rerum in processu. Et si petitur uniuersitas non est necessaria specificatio rerum, quia ipsa intentio est certa super iure uniuersali, quamuis comprehendat multas res.

Sed subintrat alia difficultas. An si quis actionem nõ competentem edidit possit postea eam in processu emendare uel mutare, & uidebatur quod non, quia firmatum fuit editionem fieri ut aduersarius deliberare possit, Sed si liceret mutare, aduersarii deliberatio inanis fieret. Item per mutationem mutatur species litis, quod non uidetur iuridicum, quia debet persistere actor usque in finem litis. auth. qui semel. infra quomodo & quan. iud. alias esset in facultate actoris frustrari reum & in expensis inutilibus grauare, contra tex. in §. tripli. & §. si quis intentione. institu. de actio. Et nulla firmitas esset in iudiciis, uel discussione facienda. Tertio faciebat lex, precum. infr. de liber. causa ubi indistincte prohibetur mutatio uel emẽdatio libelli. Quarto faciebat lex quod in hærede. §. eligere. ff. de tribu. Quinto faciebat lex quæsitum. & ibi Bart. ff. ad turpil. & l. accusatus. ff. de adult. Sexto facit l. non potest. ff. de iudiciis. Contrarium tamen determinatur, quod immo possit emendari & mutari certo modo qui continetur in edicto perpetuo, saluo scilicet iure deliberãdi Reo, & refecto damno expensarum, quas tenetur actor reficere secundum æquitatem per iudicem decernendam & hoc usque ad litis contestationem in substãtia actionis, Sed quoad qualitatem, usque ad sententiam, Et ratio decidendi fuit, quia nõ debent permitti iudicia inutilia. c. causam quæ. extra de iudic. & c. finem litibus. de dolo & contumacia. l. quidam extimauerunt. ff. si cert. pet. Nec obstant contraria, quia tex. resoluit saluando interesse partis. Nec obstat quod nõ esset firmitas, quia sufficit quod interueniat tempore litis contestatæ, quo tempore incipit discusio. Non obstat authen. qui semel, quia declaratur per hanc l. ut intelligatur de persistentia

ſtentia in tota lite, non in modo litis uel qualitate. Nō obſt. l. cum precum, quia ille tex. loquitur in narratione facti quæ inducit confeſſionem certam, hic uero in editione actionis & aliis non inducentibus confeſſionem, ut inf. dicetur. Non obſtat lex, quod in hæredem. §. eligere, quia ille tex. procedit in illis actionibus quę per electionem tolluntur, hic uero in aliis actionibus uel in qualitatibus earum. Non obſtat lex quæſitum. ff. ad turpil. quia loquitur in deſiſtentia & in libello criminali, hic in qualitatibus actionis uel in iudicio ciuili. Non obſtat lex non poteſt, quia loquitur poſt litis conteſtationem, hic uero ante litis conteſtationem. In tex. ibi, edita actio. quid ſit actio edita ſupra dixi in pręmiſſis. In tex. ibi, ſpeciem futuræ litis. i. an ſit iudicium reale uel perſonale, uel an agatur ex contractu uel delicto & ex qua ſpecie contractus uel delicti. In text. ibi, emendare. i. mendam tollere, reſeruata ſubſtantia actionis. In tex. ibi, mutare. i. relicta prima actione aliam proponere. In tex. ibi, ſecundum formā. i. uſque ad litis conteſtationem in ſubſtantia actionis, & in qualitate uſque ad ſententiam, & ſaluo intereſſe partis. In tex. ibi, perpetui, quid ſit perpetuum edictum, declaraui, in rubr. inf. qui admit. & Alcia. in rubr. ſup. eo. In tex. ibi, ius dicentis. i. iudicis coram quo litigatur, quia taxabit expenſas, & omne damnum rei conſiderabit & taxabit.

Not. primo ex tex. declarato ut ſupra, quod actio edēda eſt. i. intentio declaranda cum ſpecificatione remedii ut reus ſciat ſpeciem futuræ litis, ad hoc ut poſſit de
9 liberare an uelit cedere uel contendere l. 1. ff. eo. †Vnde colligitur, quod nomen actionis eſt exprimendum, cum per eius expreſſionem magis appareat de ſpecie litis, & reus melius poſſit deliberare. l. omnes. §. ſi. ſupra de epiſco. & cler. & l. fin. inf. de interdi. & l. aduerſus. inf. de excep. & uidetur probari in l. 1. ff. eo. ibi, qua quis actione edere debet, & ibi, cognita actione, & ſic per nomen. l. ad recognoſcendum. inf. de ingen. & manu. Et facit tex. in l. quod in rerum. §. fin. ff. de lega. 1. & ibi gloſſ. uolens illud eſſe expreſſum quod nominatur per nomen. Ad idē l. habebat. ff. de inſtito. quæ innuit per uerbum propoſita actione nominatam fuiſſe actionem per nomen proprium. Ad idem text. noſter hic in uerb. ſpeciem, quia ſpecies in iure capitur pro indiui-
* duo. Contrarium tamen tenet communiter doctor. hic poſt glo. in auth. de exhibe. rei. §. ſancimus. in uerb. libelli. & in c. quo iure. 8. diſti. & Bar. & alii in l. 1. ff. eod. & l. cum mota. inf. de trāſac. & Azzo. in ſumma, per rationem, quia ſufficit quod reus certificetur quomodocunque. l. certum. ff. ſi cer. peta. Sed cum per plenam facti narrationem colligatur quæ actio naſcatur uel de iure competat, ſatis reus dicitur certificari quæ actio intentetur, ut commode poſſit deliberare, quia rei demonſtratæ fruſtra demonſtratio adiicitur. l. 1. in fin. ff. de dot. prælega. facit l. 1. & 2. ff. de liber. & poſthu.

Et ideo dixit Barto. in l. demonſtratio. in fin. princ. ff. de condi. & demon. quod demōſtratur res quatuor modis, æqualiter, uel per nomen proprium, uel per nomen appellatiuum ſingulare, ut gallo preſſus, uel per nomen accidentale ſingulare, ut poteſtas, uel ex præfationibus & coniecturis. Et ideo licet ſit exprimendum nomen accuſati l. libellorum. ff. de accuſ. tamen ſi apponatur nomen accidentale uel appellatiuum ſingulare libellus procedit, ut per Bald. ibi. Et hoc clare deciſum fuit de iure canonico cui ſtandum eſt. ca. dilecti. extra de iudic. per regulam uulgatam, quod ubicunque aliquid eſt dubium de iure ciuili & clarum de iure canonico, quia. ll. non dedignantur ſequi ſacros canones. c. clerici. de iudic. & not. in §. 1. in auth. de eccle. titul. & c. 1. & ibi notat. de nou. oper. nuntia. Non obſt. contraria, quia hic capitur actio pro intentione expreſſa, uel dicitur eſſe edita quando editur totum aggregatum, ꝙ appellatur intentio ut ſupra declaraui & narratur factum. Nam nomen non eſt neceſſarium in cognitione actionis, cum per narrationem facti ſufficiēter eius ſpecies exprimatur. Et illud dicitur expreſſum quod ex narratis colligitur. l. prætor. §. 1. in uerbo expreſſum. ff. de nou. oper. nunti. Et hæc eſt uera ſolutio ad omnia contraria prædicta quia ſatis dicitur nominata ex quo ex narratione facti certificatur qualitas & ſpecies actionis quæ indubitanter naſcitur. Nec ulla. l. dicit ꝙ exprimi debeat per nomē proprium ergo ſufficit quod exprimatur qualibet demonſtratione ſufficienti. Non obſtat quod tex. in c. dilecti ſe reſtringat ad ſacros canones, & ſic non procedat de iure ciuili, ut hic dicit Dec. quia licet ſe reſtringat, tamen ius ciuile recipit determinationem canonum, cum non reperiatur deciſio cōtraria dicto c. primo de nou. oper. nunt. Nec docto. dicunt quod ius canonicum decidat quæſtiones iuris ciuilis, ſed eſt ius ciuile quod in dubiis cauſis uidetur deciſiones aſſumere ſecundum quod in ſuis cauſis decidit
* ius canonicum, & hæc eſt communis concluſio & ſeruanda. Niſi in aliquo loco reperiatur conſuetudo quod exprimatur actio per nomen proprium, ut referūt docto. hic obſeruari Auinioni, quæ conſuetudo ſeruanda eſt, cum omnis actus reguletur a conſuetudine ſecūdum Innoc. in c. olim de uerb. ſigni. & Abba. in c. certificari. de ſepulturis.

10 Sed†contra iſtam concluſionem communem fortiter facit, quia per narrationem facti non uidetur quod reus certificetur de ſpecificata actione, cum in multis caſibus plures actiones particulares ad idem dentur, & in omnibus caſibus competant duæ actiones propria, & aliqua generalis, ſaltem condictio certi, uel condictio incerti. argu. l. certi condictio. ff. ſi cer. pet. l. cū pater. §. uariis. ff. de lega. 2. & l. 1. ff. de tritic. actio. & ſic uidentur ceſſare omnia fundamenta communia, cū narratio facti non habeat uim nominis proprii, ex quo cōuenit pluribus indiuiduis. In tantum quod actiones generales concurrunt cum actione de dolo l. 1. & ibi Bar. §. penul. ff. de dol. & uoluit Dec. poſt alios in ſecunda limitat. quæ non eſt limitatio bona, quia nullus reperitur caſus in quo ſimul cum propria actione non naſcatur aliqua actio generalis, uel condictio certi uel incerti, uel alia generalis. Et eſt neceſſe hoc ſcire, cum actiones habeant diuerſas naturas, quia certi condictio ſemper eſt ſtricti iuris, & actio ex contractu aliquando eſt bonæ fidei, ut no. in l. certi condictio. ff. ſi cert. peta. & una eſt arbitraria, & alia bonæ fidei. l. in bonę fidei. ff. de eo quod cer. loco. & una eſt realis, & alia perſonalis ut no. in l. 1. ff. de lega. 1.

11 Saluari†poteſt duobus modis. Primo, quia ex narratione facti, & ex medio concludendi colligitur an ſit intentata ſpecialis an generalis actio, ut per Bart. in d. l. certi condictio. col. 1. & hoc modo uidetur quod limitatio Docto. ſit inanis, quia ex medio concludendi ſemper apparebit quæ actio competat. Et nunquam reperitur quod duæ actiones habeant idem medium cōcludendi, ut ibi per Bart. Et ſi medium cōcludendi erit dubium, libellus erit incertus, & parte opponente debebit declarari. d. l. ſi. de anna. excep. ut ſtatim dicam uel poteſt dici quod in dubio ſit intentata ſpecialis ex contractu argu. not. per Bart. in rubr. ff. ſolut. matri. in uerbo petatur. prima tamen uerior eſt & generalior, quamuis Ripa hic colum. 2. & alii moderni ſequantur aliam.

12 Hodie†tamen ceſſant ſecundum docto. iſtæ difficultates propter illam clauſulam ſalutarem quæ ſolet apponi uidelicet, intētans omne remedium quod ſibi de iure competit & magis proficuum erit petens ius ſibi miniſtrari omni meliori modo &c. per quam clauſulā tolluntur omnes defectus & ineptitudines libelli, ut per Abba. in c. dilectus. de ordi. cogni. & in c. fin. in fin. de iureiur. & Dec. hic. Niſi ſit contrarietas manifeſta, ut per Mar. Socin. in c. 2. in 3. principali articulo. de libelli

belli oblatio. cum concord. adductis per Capitium in decisione sua. 96. Regni Neapolitani. Si tamen intenta esset una actio inepta poterit procedere iudicium super alia apta quæ deducta sit in probationibus in casibus positis per eundem Capitium in decisione decima in fin. Et per illam clausulam potest dici ꝙ sit inductũ ut utraque actio sit intentata in casibus in quibus de iure speciali loci permittitur cumulatio, uel etiam de iure communi. Sed quia de iure communi permittitur cumulatio duarum actionum nascentium ex eadem causa, potest dici ꝙ per illã clausulam erit intentata actio magis proficua, & cum de iure actionum naturæ sint determinatæ, satis reus poterit esse certus quæ sit magis proficua, & ita necessario est dicendum, quia alias parte opponente nihil prodesset illa clausula.

Et supradictis annectunt Docto. hic aliam difficultatem, an si nominetur actio inepte, procedat libellus, si perfecte fuit factum narratum, de quo plene per Doc. in c. examinata. de iudic. & communis est conclusio, ꝙ non uitietur libellus, per not. per glos. in l. uinum. ff. si cer. pet. Et quia ex narratione facti perfecte demõstratur qualitas actionis. Vnde licet exprimatur nomen ineptum, tamen dispositio non redditur nulla, cum falsa demonstratio non uitiet actus sufficienter demõstratos. l. demonstratio falsa. ff. de condi. & demonst. & §. si quis in nomine. insti. de leg. & hæc opinio est tenenda, licet Cur. hic per leuia fundamenta eam impugnare conetur. Nam per prædictam rationem omnia resoluuntur, & satis probatur in d. cap. examinata. de iudic. & l. 2. de re milit. & per not. in c. dilectus. de fide instru. Remanet igitur in effectu ꝙ nomen actionis speciale non est de iure exprimendum, sed medium concludendi speciale parte opponente erit exprimendũ. Et si medium concludendi esset ineptum, uitiaretur libellus, quia conclusio in libello attenditur, ut per Bar. in l. si prius. ff. de noui. oper. nunt. & l. 1. §. 1. ff. si mens. fals. mod. dix. Sed si ponatur illa clausula salutaris semper procedit libellus non obstante aliqua ineptitudine, quia petitur ius ministrari secundum narrationem facti propositi, non attenta aliqua inepta expressione, ut per Capitium in d. decisione 10. in fine.

13 Similiter† ineptitudo non uitiaret extante statuto ꝙ procedatur summariæ & de plano & sola facti ueritate inspecta, ut est in regno Neap. & in multis ciuitatibus Italiæ secundum Bart. in auth. ad reprim. in uerb. figura. & per Docto. in clem. sæpe. de uerbo. signifi. post gloss. in uer pronuntiatio. Quorum dictum sine dubio procedit quando ineptitudo est in nomine actionis, cũ ipsa clara sit in iure, sed tamen idem etiam erit quãdo ineptitudo est in conclusione, quæ non est necessaria in istis summariis, quia sufficit ꝙ narratio sit clara & apta, ut per Innoc. in d. c. examinata. de iud. & per Alex. in l. uinum. in fi. ff. si cer. pet. & in l. fi. ff. de lib. & posth. & Claud. Aquens. in l. 1. ff. de offic. asses. nu. 10. nisi contineat contrarietatem ut supra dixi. & Aretin. in d. cap. examinata. col. 5. & Felin. in c. cum ordinem. col. 3. de rescrip. & Alex. consi. 121. col. 5. uolu. 1. & Aquenses. in d. num. 10.

14 Secũdo† nota, ꝙ libellus debet esse certus, quia alias speciẽ futuræ litis demonstrare non posset, quod uerũ est parte opponente, sed parte nõ opponẽte libellus generalis procedit sine speciali facti narratione. l. fin. inf. de anna. excep. & Bar. & omnes hic. quia reus tacendo uidetur renuntiare fauori suo tãquam plene sit instructus per glo. ibi. Non obstat uerbum debet, positum in l. si in rem. ff. de rei uẽdi. quia intelligitur parte opponente, uel quantum ad sententiam, ut ibi declarat Barto. in fi. princi. qui hoc modo respondet. & confirmatur, quia ibi datur forma libelli, quæ forma est uolente parte & respectu finis & sententiæ, uel potest dici ꝙ importet uoluntatem, ut declarat Barto. in repetitione. l. creditores. in principio. C. de pigno. & etiam tenet hic Mantua. Non obstat quod res & causæ conclusio sint de substantia libelli, ut notatur in l. prima. ff. eodem, ergo ommitti non possunt. notatur in lege prolatam infra de senten. & in capitu. de causis, de offic. delega. quia respondetur quod uerum est respectu sentẽtiæ, & ideo si non certificatur in probationibns non ualebit sententia, ut per Barto. in d. l. si in rem. sed respectu processus est de forma introducta ad utilitatẽ partis cui ipsa pars potest renuntiare. iuxta notata in l. penul. infra de pact. & ibi nota. Non obstat quod pars tacens uideatur opponere ex quo tractatur de præiudicio ipsius. l. qui uas. §. uetare. ff. de fur. quia illud non procedit in iudicialibus in quibus forma est introducta ad utilitatem partis in qua requiritur contradictio, ut per Theoricam Barto. in l. prima. & 2. infra de relatio. & nouissimos hic, uel non procedit in hoc casu in quo clara apparet decisio in d. l. fina. de anna. excep. Non obstat quod probatio libellus & sententia debẽt esse conformes. l. fi. C. de fideic. libertat. c. licet hely. de simo. quia si postea declarabitur libellus per probationes remanebit conformitas cum probationibus & sententia. Et ita uoluit Bald. in l. quamquam. colu. 1. C. de senten. quæ sin certa quanti. in princ. col. 2. & glo. in l. 1. §. siquis argentum. ff. depositi. & Ancharanus in consil. 229. colu. 2. & hic per Curt. & Mantua. qui latius insistunt.

15 Limitatur† tamen ista conclusio secundum Barto. in auth. ad reprim. in uerbo figura. colum. secunda uer. aduertendum. non procedere in summariis, in quibus etiam parte opponente libellus generalis procedi, ut declarat Iaso. hic. & Alexan. consi. 187. colum. 2. uers. præterea. uolu. 2. Sed idem Alex. in consi. 32. colum. 4. uol. 4. uidetur intelligere Barto. ibi quando pars non opposuit de generalitate, quem sequitur Dec. hic, quia Bart. allegat illam legem quæ ita declaratur. argu. nota. per Barto. in l. non solum. §. liberationis uerba. ff. de liberat. legat. alioquin tolleretur defensio rei, cum nõ possit scire quas probationes uel quas defensiones facere debeat. Et defensio etiam in summariis cum sit de iure naturali non potest tolli, ut per Barto. ibi & Docto. in d. clem. sæpe. Non obstat quod hoc modo intelligẽdo nihil speciale inducatur in summariis, quia immo est aliqua specialitas secundum eum, cum multi sint casus in quibus non procedit libellus generalis parte non opponente, ut in libello criminali l. libellorum. ff. de accusat. uel si libellus generalis producatur coram iudice delegato, uel alio modo habente iurisdictionem restrictam, secundum Ange. in consi. 6. & sequitur Alexand. in dict. consi. 32. Quæ saluatio non est uera, quia nec in dictis casibus libellus generalis procedit parte opponente.

Vnde tu aduertas, quia in libello duplex potest esse generalitas, una respectu facti, ut quia dicatur, aduersariũ esse sibi obnoxiũ, nõ exprimẽdo cãm, & hoc casu puto opinionẽ Dec. uerissimã per rationes suas, quia reus nõ põt deliberare, cũ nesciat ex quo cõtractu cõueniatur, nec diuinare possit & sic aufertur defensio. Quædã est generalitas respectu medii concludendi nõ specificati super facto ex quo cõpetunt plures actiones, iuxta no. in d. l. certi cõdictio. uel respectu conclusionis non positæ, uel alterius incertitudinis non substantialis. Et in hoc casu puto opinionem Barto. procedere posse, ꝙ etiam parte opponente libellus procedat, quia satis potest deliberare super facto, & sic utraque opinio saluari potest. Et hanc distinctionem puto adhibendam esse etiam in libello producto coram iudice delegato uel habente iurisdictionem restrictam, ut per Ang. in d. cõ si. sexto, & hanc intelligentiam forsan uoluit sentire Bart. ibi, dum dicit quod conclusio inepta nõ uitiat, Et uidetur esse de mente Cur. hic, dum considerat an sit talis generalitas quæ tollat defensionem, Et cum hac distinctione debent declarari uerba Afflic. Neapol.

in constitutione dilationis de feriis & dilatio. dum ponit distinctionem inter incertitudinem magnã & paruam, Nam eius uerba possunt exemplificari an sit incertitudo in causa uel in medio concludendi & conclusione, ut dixi. Nec est fiendum fundamentum in dictis Alexan. in d. consi. 187. quia in discursu ita dixit. arg. l. Diui fratres. in fi. ff. de iur. patronatus. & uoluit Corneus in consi. 123. nisi. colum. 1. uolu. 3. dicens quod in summariis requiritur libellus clarior, Et ita tenendum est, quidquid dicat Iaso. hic, & in l. 1. col. 1. ff. eo. & in l. uinum. ff. si certum peta. col. 10. & Are. consi. 103. col. 3. in tertio dubio incipiente in causa & quæstione, contra quos ut dixi est cõis opinio quæ in practica seruatur.

Et per hæc habes unam ampliationem ad illum tex. non limitationem ad regulam, quod libellus generalis non procedit parte opponente, quia hæc regula militat etiam in summariis.
16 † Idem etiam procedit quando apposita est clausula, petens ius & iustitiam administrari, ut per Specu. in titu. de libelli conceptio. §. nunc dicendum, uersi. item talis. Alex. consi. 121. uiso processu. col. 4. uolu. 1. si incertitudo est in causa. Fallit tamen in casibus positis per Alcia. hic colu. 4. uersi. sed quid si. Parte uero non opponente regulariter procedit libellus, per d. l. fi. etiam quod sit incertitudo auferens defensionem, ut sup. dixi per. d. l. fi. quidquid dicat Dec. in ca. consuluit. col. 2. extra de appellatio. Fallit tamẽ in causis criminalibus, & in iudice habente iurisdictionem taxatam, ut sunt consules artium, ut dixit Ang. in consil. suo 6. dictum statutum. col. 1. & sequitur Alex. in d. cõsi. 32. col. 4. & etiam quod summarie procedatur, ut hic per Alcia. quia non potest pars renuntiare iuri publica causa inducto.

17 Tertio † limitatur non procedere quantum ad sententiam, quia super eo non potest ferri sententia nisi probationes specificas fecerit. Barto. in l. si rem. ff. de reiuẽdi. & in l. actionem. ff. de furtis. Abbas & Dec. in capi. dilecti. de iudic.
18 † Quarto limitatur quando iudex uellet cogere partes ad declarandum libellum, quia fatuus est iudex qui recipit libellum obscurum. Ang. in l. 1. ff. eo. Barbatia consi. 58. sapienter. col. penu. uol. 2. dũmodo sit tanta obscuritas quod non possit intelligi, ut hic per Alcia. & Alex. in l. age. inf. de transacti. Reliqua de ista materia libelli generalis dicas ut hic per Purpu. colum. 3. & 4. nu. 9. & 10. cum remissionibus per eum positis, & per Cur. & Mantuam.

19 Tertio † not. ꝙ per dationem libelli non est lis, sed futura demonstratur, facit l. apertissimi. inf. de iudic. ibi, antequam lis inchoetur, & l. 1. infr. de plus peti. & c. forus. de uerb. signifi. facit quod uolunt doct. in l. 1. infr. de liti. contestat. ꝙ principium iudicii incipiat a litis cõtestatione. & glo. in authen. in med. lit. in uerb. prohemiis. Sed in contrarium facit rubrum & nigrum de litis contesta. ubi lis recipit istam qualitatem, ꝙ contestatur, Ergo nata ante erat, quia non entis nullæ sunt qualitates. l. eius qui. ff. si cer. pet. facit tex. in c. forus. §. lis. de uerb. signific. qui generaliter loquitur non se restringendo ad litem contestatam facit etiam text. in l. is qui de statu. iuncta glo. ff. ex quib. cau. maio. ubi dicitur lis cepta ante litis cõtestationem. & lis dicitur præparata. l. quemadmodum. ff. de inoffi. testa. facit lex ordinata. ff. de libera. causa. ubi lite ordinata, dicitur quis litigare, & res dicitur litigiosa dato libello, ut in auth. de litigio. in princ. Faciunt etiam ea quæ dixi sup. in rubr. nostra ꝙ iudicium dicitur esse ante litis contestationem, cum rubrica de iudiciis. ff. & C. & in decretalibus sit posita ante titu. de lit. contesta. & alios titulos tractãtes de iis quæ solent fieri ante litis contestationem, & ad contraria dedi responsum ibi, & inf. de pac. in l. post quam liti. in quæstione an renuntiatio ualeat ante litis contestationem.

Quare ego puto dicendum pro resolutione, Aut consideratur lis pro controuersia uel contentione, Aut capitur pro discusione, Si capitur lis pro controuersia, illa dicitur esse ante litis cõtestationem & proprie per iura prædicta, Si uero capitur lis pro discusione negotii & meritorum causæ, & ista non incipit nisi facta cõtestatione, quia tunc discutitur negotium, Et pro hac differentia facit text. cum glo. in auth. in medio litis. in fi. in glo. prohemiis. & tex. in authen. de exhiben. reis. §. sancimus. in uerbo litem sustinent. Sicut etiam dixi de iudicio, quod si uniuersaliter capiatur incipit a partis citatione, si uero capiatur pro parte discussoria negotii in qua examinantur merita causæ, tunc incipit a litis contestatione, & est una pars iudicii, & nobilior. d. c. forus. §. iudicium de uerbo. signifi. Sed tamen non potest dici quod ante litis contestationem non sit proprie iudicium, & ita potest responderi ad dictam. l. apertissimi. infra de iudi. & l. prima. inf. de plus petitionibus. ut intelligatur de lite quæ denominatur a discussione, quæ est potentior significatio, cum eo tempore dicatur acceptum iudicium. l. non potest. ff. de iudi. l. si quo. ff. de peti. hære. & l. fina. ff. de triti. & est potentior pars quæ dicitur incipere propter illam nouam qualitatẽ, sicut dicitur incipere actio propter nouam qualitatẽ, quæ tamen iam nata erat. §. omnis. ubi text. notabilis. insti. de noxa. actio. Et eodem modo respondetur ad tex. in cap. ex parte. secundo. extr. de uerb. signifi. cum sua glo. quia illa interpretatio fit de litis contestatione, quia tunc maxime uidetur apparere lis ut in §. omnes. in auth. de litigio. Vel dicas ut ibi per Abba. in ultimo notabili quod interpretatio fuit facta de tempore litis contestatæ, quia alias illa sententia fuisset facta elusoria & Abbas ibi plus uoluit, quod lis sit ante citationem, & in præparatoriis iudicii.

20 Quarto † nota, quod actor potest corrigere & emendare libellum, quod tamen intelligit Alexand. hic procedere quando emendatio tendit in fauorem rei, ut quia petebat centum, nunc petat quinquaginta, secus ecõtrario quia per dationem libelli acquiritur ius parti. l. cum præcum. infra de liber. cau. Quam restrictionem reprehendit hic Dec. quia alias frustra esset data ista facultas emendandi, cum plerumque emendatio fiat in damnum rei, ut melius, & plenius actor possit obtinere, & ideo dicit. l. nostram nõ restringi per l. cũ precum. Sed potius econtrario. d. l. cum præcum restringi per tex. nostrum. Et hoc confirmari potest, quia tex. noster specialiter loquitur, cum certo modo permittat emendationem, Illa uero simpliciter prohibeat & hæc est magis fauorabilis, & ideo præualere debet, ut per Barto. in d. authen. ad reprimendum. in uerbo non obstante. & Bald. in l. hac consultissima. colum. 1. inf. qui testa. fac. poss. & hoc tenet Barto. in l. ex hac scriptura. in fi. ff. de donat. in uerbis enuntiatiuis. Nam idẽ uidetur in dispositiuis. & tenet glo. hic & gloss. in l. qui familiæ. ff. fami. hercis. Sed tamen per hanc declarationem uiolatur fortiter dicta. l. precum. & Docto. ibi intelligunt procedere ante litis contestationem, & cum ea concordat. l. rura. infr. de om. agr. deser. libr. 11. & glo. ibi intelligit idem esse in libello cõuentionali qui ante litis contestationem nõ possit reuocari, & uoluit Bar. in l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. dicens ꝙ confessio facta in libello porrecto iudici etiã parte absente præiudicat confitenti. & Barto. in l. 2. in ultimis uerb. infr. de iure fisc. & Bal. in l. unica. col. penul. infra de confess. & Ant. de Butrio. in c. 1. de confess. & Docto. in §. si minus. insti. de actio.

21 Ideo † ego puto pro resolutione considerandos esse aliquos casus. Primus casus est, quando in libello mutatur modus agendi, uel actio, uel medium concludẽdi, & tunc indistincte licitum est, per tex. nostrum, etiam in damnum rei, & ita sentit Alexand. hic, dum dicit circa formam libelli, & hoc omnes admittunt. Et est ratio, quia confessio ex qua non oritur ius uel probatio parti non præiudicat, ut per Bald. in dict. l. cum precum

precum.col.fi.uerf.& fcias.inf.de liber.cauf.

22 Secundus† casus est, quando mutatur aliquid mutans substantiam facti,& mutatur in fauorem rei, & hic similiter est casus clarus,quia permittitur emendatio usque ad litis contestationem,post litis uero contestationem non posset fieri in præiudicium rei respectu iuris quæsiti in pœna tripli, de qua in §. tripli. cum materia. insti. d actio.uel in pœna amissionis causæ, de qua in l.1.infr.de plus peti.& in omnibus casibus quibus nõ est licitũ purgare moram ad euitandã pœnã. facit tex. in l.quamuis.ff.de in ius uoc.Et per Purpur.hic nu.16. uers.secundo limita.

23 Tertius† est casus, quando mutatur substantia facti propter errorem,& tũc similiter potest mutare docto. de errore. l. error. cum materia. supra de iur. & fact. ignor.& hoc similiter admittunt Bart.& omnes hic.& doct.in d.§.si minus.

24 Quartus† casus est, quando in libello sunt uerba enũtiatiua siue narratiua propter aliud, ut siquis narrat se mutuasse cẽtum Titio hæredi,uel filio Sempronii, uel Titio procuratori Sempronii,Nam prima uerba quod mutuauit centum,sunt de substantia facti,& appellãtur uerba narratiua dispositiua,quia narrantur propter se, non respectiue ad aliud,Illa uero uerba, Titio hæredi, uel filio,uel procuratori Sempronii,sunt uerba narratiua enuntiatiua,quia enuntiantur propter aliud.s.propter principale factum. Et ista uerba enuntiatiua narratiua possunt reuocari ante litis contestationem etiã non docto de errore, quia non probant ante litis contestationem,& non acquiritur ius parti, ut per Bart. in d.l.ex hac scriptura.in fina.uerb.ff.de donat.& est tex. in l.cum familiæ.ff.fami.herci.cum glo.quæ ita cõmuniter intelligitur quamuis Bal.in d.l.cum precum. uer. tu dic.aliter uideatur intelligere, & in hoc etiam casu potest procedere tex.noster.Quod etiã ampliatur procedere in uerbis narratiuis,in quibus non fundatur intentio partis,secundum Capiti.in deci.Nepo.71.num. 4.& allegat Bald.in l.prædia.inf.de prædi.mino.& Felin.in c.cum uenerabilis de exceptio.colum.7. uers.limita dupliciter.Quæ autem sint uerba dispositiua, uel enuntiatiua,dic ut hic per Cur.antiqu.& Gozadin.nume.6.

25 Quintus† est casus, quando actor uult mutare libellũ in uerbis narratiuis dispositiuis,ut si dixit,quod mutuauit quinquaginta,postea uult dicere centum, & hic est casus dubius,In quo Dec.contra Alexan. tenet quod licita erit emendatio usque ad litis contestationem,quẽ sequitur Iaso.Salic.& Goza.hic.& Soc.in consi.12.Sed contra præfatos docto.& Dec. fortiter facit illa doctri* na Bar.communiter approbata in d.l.certum. §. siquis absente.ff.de confes.ubi uoluit quod confessio facta in libello absente parte circa merita causæ prẹiudicat cõfitenti,quod non tãtum procedit si libellus est acceptatus a parte, sed etiã quando libellus solum est datus iudici secundum eum,& uoluit glo.per illum tex. in d. l. rura.inf.de om.agr.deser.lib.10.& Ioan.de Imo.in c. si cautio.de fid.instrum.Bar.in l.1.§.fi.de iur.fisci.Innocen.in c.cũ contingat.de offi.deleg.in glo.magna. uer. sed potest.facit lex si aduersus.C.de fid.instru.Et ideo si dicatur uerbũ iniuriosum,statim libellans potest cõueniri actione iniuriarum.l.item apud Labeonem. §. siquis libellos.ff.de iniur.Imo.& Soci.in c.examinata. de iudic.in 2. notab. Et uidetur fateri crimen narratũ in libello Bal.in l.transigere.in fi.inf.de transac. refert Soci.in consi.41.col.fi.nu.13.& Purpur.hic nu.16.col. 2.uers.fallit nunc primo.& Alcia.colu. 8. super uerbo emendari.Et probatur hæc opinio in d. l. cum precũ, ibi,intelligit te supplicasse contra eum qui liber est, nam si teneas quod ibi fuit unus libellus tantum porrectus principi, probatur ibi necessario quod incontinẽti sibi præiudicauit,si uero teneas quod sint duo libelli,ut post supplicationem actor in iudicio dederit libellum conuentionalem,& adhuc apparet quod incontinenti præiudicauit, quia libellus secundus non potuit mutare primum,per illum tex.Similiter probatur prædicta opinio in d.l.2.ubi ante litis contestationem petitio erat facta ab ipsa muliere, quia erat supplicatorius libellus,& tamen ibi dicitur quod sibi præiudicauit in confessione quia semper uidetur confessio facta parte præsente quando fit principi uel iudici,secundum Barto.in d.locis.facit quod uoluit Ioan.Andr.in c.cum impositionibus de iureiur.in 6.quẽ refert & sequitur Phil. Fran. ibi col. 5.qui uoluit ꝙ illa uerba libelli præiudicent etiam quod dictum sit libellum esse subreptitiũ, & sic reprobatum per partem, & idem Abbas in cap. cum uenerabilis.de exceptio.& Capitius in decisione. 71.colum.prima. Nec placet distinctio per aliquos tradita ut sit differentia inter libellum supplicatorium qui præiudicet semper, & libellum conuentionalem siue iudiciarium qui non præiudicat nisi lite contestata, quam differentiam posuit etiam Socin.in consi.41.colum.penul.nume.12.& 13.uolu.pri.quem refert Capicius in dic.decisione.71.circa finem. & uidetur approbare, & etiam sequitur hic Gozadinus. quia talem distinctionem reprobat gloss. in dicta l. rura. per illum text. infr. de om. agr. deser. & Barto. in dicta l. certum. §. si quis absente.ff. de conf. communiter approbatus. & Socin.in dict. consilio 41. loquitur de uerbis enuntiatiuis, ex quo allegat Barto. in d. l. ex hac scriptura.

Vnde in hoc difficili passu ego puto distinguendum esse ut per Bald.in dic.l.cum præcum. Aut reus contradicit libello particulariter negando,& tunc ante litis contestationem actor poterit reuocare,quia confessio in iudicio facta tunc præiudicat quando inducitur quasi contractus ex acceptatione qui non potest inter discordantes induci.argu.cap.cum olim.secundo de cẽsib.& regula ex eo de regu.iur.in sexto. Quod intellige quando fuit particularis contradictio,ut dixi, non autem quando fuit illa generalis quæ fit per litis contestationem,negando narrata prout narrantur & petita prout petuntur,uel quando dicitur libellum esse obscurum uel incertum,ut docet Barto.in l.si dubitetur. §. 1 ff.de fideiuss.uel etiam quando dicitur libellum ex aliis causis fuisse surreptitium,ut uoluit Ioan.Andr.in dicto cap.cum in positionibus quem ibi sequitur Philip. colum.quinta.& Abbas in capit. cum uenerabilis de except. columna septima quia illa generalis contradictio non impedit quin postea pars possit super illo libello se fundare,maxime si ante contradictionem acceptasset in parte & partibus, nec impediret reuocationem confessionis.Vnde sit semper cautus reus ut acceptet libellum in parte & partibus facientibus in fauorem sui,& in reliquis opponat,quia non poterunt reuocari confessiones acceptatæ si sunt certæ, secundũ formam statim ponendam, Si uero reus non contradicit, sed opponat exceptiones dilatorias, & si narratio tunc continet factum certum,actor sibi præiudicat,quia inducitur illa confessio parti & iudici quæ præiudicat cõfitẽti.per d.l.cum prẹcum.& d.l.2. C.de insti. & substi. & Bart.in d.l.certum.§.siquis absente.de confess. cum aliis supra adductis quæ non possunt accipere restrictionem quam ponit hic Dec.& tanto magis si pars acceptasset illam narrationem certam in parte & partibus secundum formam supra traditam.

26 Si uero† non continet factum certum narratio, ut quia agens fami. hærcis. dicat aduersarium cohæredem, & non dicat pro qua parte, uel dicat pecuniam solutam, sed non dicat pro qua parte, uel dicat quod mutuauerit Titio centum, sed non dicat quod tantum centum mutuauit, in tantum quod non uideatur negare eum plus debere, & tunc confessio non præiudicat,per tex.in dicta.l.qui familiæ. ff. fami. herci. secundum unum intellectum,& per tex.in d.l. certum.

§. si quis absente. Nec obstat. §. si minus, insti. de actio. quia ibi non fuit confessio certa, quia non negauit petendo cētum, cum plus deberet, uel ibi fuit cmmutatio intentionum quia petebat ex alia causa. Nec obstat lex de etate. §. fina. ff. de interrog. actio. quam hic adducit Cur. quia ille tex. loquitur in reo se defendente qui potest uti contrariis defensionibus. Nos autem loquimur in actore qui magis debet uenire instructus. l. si quando. infra de dilatio. & l. qui accusare. infr. eo. & l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & in eo qui uoluntarie produxit scripturas, sed reus cogitur necessario respondere, unde ei magis subuenitur. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisda. coga. Nec obstat text. noster hic qui uidetur probare quod reo non acquiritur ius irreuocabiliter, secundum Gozadinum. quia, ut dictum fuit iste tex. limitatur per d. l. precum quæ dicit intelligi debeste supplicasse contra liberum, & sic negat mutationē. Non obstat q̄ potest mutari libellus, ergo debet posse emendari, quia in mutatione non cadit confessio, cum non fiat super re sed super actione, nos loquimur de emendatione quæ fit de ipso facto in quo est confessio. Non obst. q̄ res sit integra, quia negatur, cum ius plene sit quæsitum reo sicut quando fiūt positiones in quibus narratur factum ut est. Nam non potest fieri reuocatio ut no. in l. non utique. ff. de exceptio. & sic remanēt resoluta fundamenta Gozadini hic.

Vnde restat hic conclusio generalis, quod emendatio semper est permissa, siue sit in fauorem rei, siue sit in fauorem actoris, per istum text. & §. si minus. insti. de actio. secundum unum intellectum. Fallit quando in libello esset confessio certa & dispositiue facta per uerba narratiua dispositiua quæ particulariter non fuerunt reprobata per reum, in quibus terminis procedit d. l. cum precum de lib. cau. cum concordantibus. Et hæc uera inter easdem personas, & in eodem iudicio. In alio autē iudicio uel inter diuersas partes ponit Capitius in d. decisione. 71. per totam.

27 Ad tollendas† tamen istas omnes difficultates, cautela est, quod in fine libelli actor dicat se eum producere in parte & partibus facientibus in fauorem sui, & q̄ non intendit fateri aliquid de intentione aduersarii, sicut doctores dicunt in d. capitu. uenerabilis de excep. de producente instrumentum, ut dixi supra in rubri. & bonam cautelam ponit Barto. in d. l. diuus. ff. de re iudi. & Riminaldus hic & Curt. nume. 40. Et si hac cautela utetur eneruabit omnes astutias rei. Econtra autem ipse reus habet pulchram cautelam ad impediēdum mutationem siue emendationem libelli in casibus in quibus supra diximus, q̄ permittitur ut reus acceptet libellum productum in parte & partibus facienti bus in fauorem sui, saltem in uim tacitæ confessionis, nam tunc non poterit emendari secundum Cepol. in sua cautela 106. & 173. libellus. & ideo communiter practici aduocati semper acceptant omnes scripturas in parte & partibus facientibus pro se. Quam tamen cautelam intellige procedere in casibus in quibus confessio inducitur & præiudicat, ut quia sit certa, uel ex ea oriatur ius uel probatio parti, ut per Bald. in d. l. cum præcum. Et si bene considerabis, ista cautela tibi non seruiet nisi in casu Alexan. cum restrictione quam supra dedi, ut quando ex narratione insurgit probatio aliqua, uel ius, uel confessio certa. Vnde alia cautela datur per Curtium hic in ultimo notabili ex mente Bartho. Veronen. in dictis locis. ut statim reus contestetur litem, Quæ non est cautela sed ordinarium remedium si reus non curat de exceptionibus dilatoriis. Sed si esset utile ei proponere exceptiones dilatorias, ut recusationem iudicis, uel exceptionem contra personā procuratoris uel partis, tunc non esset cautela, sed consilium pernitiosum, & nullo modo admittendum, quæ omnia nota quia utilissima sunt in practica.

28 Quinto† nota, quod uariatio permittitur, facit text. in l. nonnunquam. ff. de collat. bono. ubi glos. dixit quod bonum est mutare consilium de bono in melius quod facit pro Doctore qui potest consulendo uariare, declarando ut hic per Deci. Sed in casu nostro in emendatione libelli dicebat Bald. in l. fina. infra. de co. dici. quod admittitur uariatio semel tantum, & idem dicebat in authen. habita. column. 5. uersic. tertio dubitatur. Et idem Calder. in patrono qui præsentauit, nam semel potest uariare. cap. cum autem. de iur. patr. & glos. in l. quidquid astringendæ. ff. de uerbor. oblig. & facit l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerbor. significatio. Dec. tamen uult quod in proposito nostro uariatio possit sæpius fieri, quia designatum fuit tempus ad emendandum, unde ad libitum potest emendare usque ad illud tempus, argumen. text. l. si quis in annos. ff. quib. mod. ususfruct. ammit. & eorum quæ notat Barto. in l. si mihi & Titio. ff. de uerb. oblig. colum. 2. uers. præterea ista. & ibi Raph. & Cuman. Posset tamen dici quod ista emendatio permittatur bis tantum, quia in iudiciis potestas uariandi ultra bis non permittitur, ut patet in appellatione quæ bis tantum fieri potest, ut inf. ne liceat. tert. prouoc. Et interlocutoria bis tantum reuocari potest, ut per glo. in clemen. fin. de appell. & per Barto. in l. quod iussit. ff. de re iudic. Et dilationes ultra tres uices non dantur. l. fina. ff. de ferii. Similiter facultas describendi rationes nō permittitur ultra bis. l. fin. ff. de bon. author. iud. possi. & Iaso. in l. admonendi. ff. de iur. iura. colum. 2. numero 22. Et ita etiam uidetur dicendum in hoc casu, nam uariatio est odiosa & reprobata, ut per Bal. in l. fina. §. cum in secunda. infr. de fur. & in l. de tutella. infra de in integ. restitutio. mino. Quinimmo in secunda uice uidetur de calumnia iurandum esse, ut in d. l. fina. ff. de bon. auth. iudi. possi. quem notat Alexand. in l. 2. §. quod diximus. ff. siquis cautio. colum. 2. uersi. & subdit. Et fideiussor de repræsentando cum clausula, totiens quotiens, liberatur per binam repræsentationem nisi additum sit & quantum placuerit iudici. Pau. de Castr. & Alexand. in l. secunda. §. in si deiussorem. ff. qui satisd. cogan. & Afflic. in decis. 130. Et uidetur ualde durum, ut si primo mutauit actionem & postea alia uice mutauerit, & iterum uelit remutare, quod permittatur, quia inducitur quædam inconstantia actoris, uel præsumpta fraus, uel reprobata negligentia, & idem procedit in reprobationibus testium. cap. licet dilectus. de testib. & in testibus producendis post publicationem, ut per Bal. in c. iurauit. colu. 2. de probatio. per l. fideicommissa. §. siquis decem. ff. de lega. 3. Nec obstat. l. siquis iusiurandum. infr. de reb. credit. in quo se fundant Iason & Aret. quia ille tex. loquitur in dispositione expresse limitata, hæc autem materia non est expresse limitata.

Et hoc puto uerum & tenendum quando sæpius fit emendatio circa idem, Sed si in diuersis partibus libelli uellet facere emendationem uel mutationem circa diuersa, hoc ei permitteretur, ut tenent hic Aret. & Purpu. colnm. 8. nume. 17. uersic. secundo. & saluari potest opinio Dec. Item hoc procedit nisi esset persona quæ posset restitui in integrum. l. si fine. §. restitutus. ff. de mino. & l. 2. §. siquis. ff. ad tertullia. & hic Purpur. facit quod uoluit Dec. in c. quanto. in quarta col. de iudicii. dū limitat. l. siquis iusiurandum. infr. de reb. credi. Nec obstat q̄ dicit hic Dec. q̄ tempus est assignatum infra q̄ potest fieri emendatio, quo casu cessat ratio infinitatis euitandæ, ut notatur in l. unic. C. de senten. quæ pro eo quod interest. & ibi dixi post Decium in secundo notabili. Et ideo si statutum disponit quod compromissum fiat inter coniunctos, intelligitur totiens quotiens res poterit habere effectum, ut hic per eum, & Petrum rebuffum late cumulantem multa circa prædicta in d. l. unica. Nam respondetur quod prædicta loquuntur etiam in casibus in quibus tempus fuit assignatum. Item per ea non tollitur alia ratio uariationis

nis inconstantiæ & negligentiæ reprobatæ in actore quæ est odiosa & sufficit quod bis permittatur in quolibet articulo, maxime quia actor debet uenire instructus.l.qui in alterius.ff.de reg.iur. quę ratio instabilitatis militat etiam quando appositum fuit tempus certū, & facit tex.in l.siquis.§.prætor.ff.eod. Si tamen tanta appareret ratio urgens mutationis, ut quia forsan superuenirent nouæ scripturæ & instructiones in causa, & hoc appareret iudici, posset ipse permittere mutationem.arg.d.l.si quis.§.prætor.ff.eo.& ibi Bald. & Ang. in practica tamen audiui Neapoli in causa magnæ importantiæ septies mutatum fuisse libellum.

29 Sexto † nota. ibi, ius dicentis decreuerit æquitas, ꝙ ista emendatio permissa est arbitrio iudicis,& sic colligitur quod quando aliquid non est determinatum a lege recurritur ad arbitrium iudicis.l.1.§.1.ff.de iur.de liber.l.ius iurandum ad pecunias. §. si de qualitate. & §.non semper.ff.de iureiurando.l.mora.in princ.ff.de usur.l.3.ff.de testi.Dec. multa cumulans in capi.sedes. de rescrip.& Alexan.in consi.17.uiso instruméto. col. 1.uolu.4.& Romanus in consi.37.quæstio est. colu. 2. & Barbatia in consi.51.col.2.lib.1.& consi.45. colum. 2.uolum.4.& procedit etiam in pœnis. Et dixit Bald. per hunc tex.quod iudex potest facere quod procedatur summarie, licet partes uellent procedere ordinarie,quia iudex debet dirimere lites. Puto tamen quod in tex.nostro non sit remissa ipsa emendatio arbitrio iudicis,quia de ipsa emendatione regulæ sunt traditæ per leges quas non potest iudex tollere, ut etiam infra dicam & supra dixi. Solum enim permissum est arbitrio iudicis declarare ꝙ tempus præstandum sit ad deliberandum,& quæ expensæ sint reficiendæ,& quæ dāna restituenda,quæ non possunt per legem determinari propter uarietatem negotiorum.

30 Septimo † colligunt Iason in d. l. de die. ff. qui satis cog.& Ripa hic col.3.quod libellus in scriptis est offerendus.sed Purpura.hic repræhendit & bene, quia iste tex.non facit mentionem de scriptura,sed nouiter fuit dispositum per dicta.authen. offeratur & probatur in d.l.1.§.edere.ibi,in libello complecti dare uel dictare quæ alternatiua diuersificat rem edēdam uel in scriptis uel sine scriptis,& alternatur ad uerbum complecti, & ad uerbum dictare,& sic tollitur fundamentum Ripæ, & est communis conclusio in d.l.1.ff.eod. & in d.auth. offeratur.

31 Et † per illud uerbum dare,colligitur quod libelli copia danda est expensis actoris,ut tenet glo.in clementina sæpe.in uerbo pronuntiatio.de uerbo.significa. Sed contrarium tenet hic Ripa num.12.post Felinum.in c. primo ad fin.de probatio.allegat Barto.in d.l.1.§.edere.ff.eodem.per illum tex.ibi, copiam describendi facere,& est communis conclusio secundū Felin.ibi, Sed tamen ille tex.parum facit,quia illa uerba copiam describendi facere,non referuntur ad libellum, sed ad rationes & instrumenta edenda,Nam uoluit iureconsultus in illa diffinitione complecti omnes modos edendi,& prima uerba copiam describendi facere, referuntur ad instrumenta & rationes, & ista uerba in libello complecti & dare,referuntur ad libellum scriptū quē debet dare parti petenti.Et illud uerbum dictare,refertur ad intentionem sine scriptis, & ideo mihi placet ꝙ in libello actor teneatur dare copiam suis expensis ut ibi,& l.1.in uerbo edere debet,& in aliis debet dare copiam describendi.

Glo.1.respondet tacitæ quæst.quæ posset fieri quare actio edenda sit,& dicit edendam actionem, quia sine actione nemo experitur.l.si pupilli.§. uideamus. ff. de nego.gest.Sed hæc non est bona solutio, quia etiā sine actione cum officio iudicis quis experitur ut per Barto.in l.prima. col.3. ff. de iurisd. om. iudi. & diximus sup.in editione rationum argentarii ,declarando edictum prætoris,facit tex.in cap. qualiter & quando. de accusatio.Præterea tex.in l.prima.ff.eo. dicit edendum esse per rationem ut reus possit deliberare an uelit cedere uel contendere,& hæc est uera ratio.& propter hoc requiritur quod in editione interueniat narratio contractus obligationis & actionis ut dixi in principio legis.

32 Glo.in † uerbo actio, timore contrarii exponit text. cum uideatur absurdum quod ipsa actio edita demonstret speciem futuræ litis,cum ipsa sit inuisibilis & incorporalis.§.primo.insti.de reb.corpor.& incorpo.& non possit alias res demonstrare,soluit glo.exponendo edita actio,idest actionis editio,quasi quod ipsa actio non sit illa quæ demonstret,sed ipsa editio,& ipsum edere,Sed hæc expositio uidetur inepta, quia editio actionis & ipse actus edendi consistit in porrigendo illam cartam iudici uel parti, quæ porrectio cartæ non demonstrat speciem litis, sed est ipsa intentio scripta uel emissa quæ declarat,Ideo Barto.exponit glos. non repræhendendo sed declarando,dicens quod glo.non intellexit de illo actu edendi , idest de editione prout est in fieri,sed intelligit de ipso actu perfecto,quia tex. usus est præterito perfecto,qui actus nihil aliud est nisi libellus qui offertur, de quo in authen.offeratur. infra de litis contestatio.& est sensus, actio edita, idest libellus editus speciem futuræ litis demonstrat,Sed hæc expositio nec tollit totam difficultatem , cum per eam præsupponatur actionem non posse edi nisi per productionem libelli, quod est contra notata per doctor. in l.prima.ff.eo.& in §.edere.cum posset fieri uoce tēpore istius legis ante auth. offeratur. Vnde litera debet exponi,actio edita,idest intentio edita , hoc est totum illud aggregatum contractus obligationis & actionis uoce uel scriptis narratum demonstrat speciem futuræ litis, nam ut sup. dixi, actio edita non est ius persequendi, sed differt ab eo tanquam totum a parte sua, & totum illud aggregatum quod appellatur intentio ex suo proprio uocabulo uerbis narratum demonstrat super quo litigandum & discutiendum sit.

33 Glo.in † uerbo speciem,exponit tex.idest qualitatem futuræ litis,quam expositionem Dec.dicit non esse necessariam,quia immo species actionis ostenditur, ut dixit tex.in l.1.infra de litis contesta. & concludit quod ista sint sinonima,& posita fuerunt ad maiorem declarationem,Sed tu dicas quod immo glo.obscurauit non declarauit tex.quia non poterat lex ista meliori uti uocabulo quam uti uerbo speciem,quia illa differunt specie quæ diuersam essentiam habent in indiuiduo secūdum legistas,ut per glo.in l.2.§.mutui datio. ff. si cert. peta. uoluit ergo tex.dicere , quod actio edita demonstrat ueram substantiam litis futuræ & indiuidualem essentiam per quam separatur ab aliis litibus, non solam qualitatem.Præterea in d.l.1.de lit. contesta. species non refertur ad litem sed ad intentionem , & est sensus,quod lis non dicitur in iudicium deducta si species actionis editæ idest species intentionis est cognita,per quam speciem intentionis deuenitur ad cognitionem speciei futuræ litis. facit text. insti. de rerum diui.in §.cum ex aliena materia. & in §. alia sane causa.& quod notatur in l.3.§. genera. ff. de acqui.posse. colum.3.

34 Glos. in † uerbo emendari , diuiditur principaliter in tres partes, in prima ponit materiam emendationis , in secunda materiam mutationis , in tertia format quatuor quæstiones. Secunda ibi, subiici. Tertia ibi,sed nunquid.& unaquæque diuiditur in suas particulas quas per te potes cognoscere. Ex prima colligitur, quod emendare est ubicunque petii plus nunc uero peto minus uel econtrario. Quam expositionē repræhendit Iaso. quia si primo petiui quinquaginta, est unus libellus, & si post ea petii centum, est alius libellus, & ideo non potest dici libellus emenda-

tus, sed mutatus, siue renouatus, quia uidetur deducta noua causa & noua obligatio & actio, sicut quando facta stipulatione de quinquaginta promittuntur postea centum, nam dicitur noua stipulatio de centum, l. scire debemus. ff. de uerb. oblig. & l. quinquaginta. ff. de probatio. Decius conatus est defendere gloss. dicens quod uarietate sequuta reformatur libellus, cum remaneat eadem causa, per glo. in c. statutum. in uerbo reformandam de rescrip. in 6. Sed hæc declaratio non oppugnat Iasonem, quia ipse non negat quod non sit emendatus quãdo retinetur eadem causa, sed dicit oportere quod exprimatur, quia alias præsumeretur facta petitio ex diuersa causa, & renouaretur libellus in totum, & Iason capit mutationem large, non stricte ut dicunt doc. inf. in materia. Item Dec. in alio uidetur male loqui, quia præsupponit quod reformatio solum fiat per emẽdationem & non per mutationem, quod est falsum, cũ cumulatio actionis fiat retẽta causa & obligatione, & sic retenta libelli substantia, & per cõsequens reformatur libellus, quia quando retinetur aliquid de substantia, semper est reformatio, ut per Pau. de Castr. & omnes modernos in l. lecta. ff. si cert. peta. & in l. iurigentium. §. adeo. ff. de pactis. & sentit glo. in d. c. statutum. in uerbo reformandum. Sed in hoc solo potest saluari, quod mutatio aliquando fit de actione retenta causa, aliquando fit de causa & actione, & ipse intellexit de mutatione in totum, quæ est renouatio, quæ differt a reformatione, ut etiam sentit Iason. Quidquid tamen sit de mente glosæ, oportet, quod ita intelligatur, & in hoc omnes concordant, quod si petatur alia summa ex diuersa causa non dicitur libellus emendatus sed renouatus, si uero petatur diuersa summa ex eadem causa, tunc dicitur libellus emendatus, licet in aliqua parte mutauerit formam.

35 Alia† exempla ponit Bald. hic col. 2. ut si quis dixit in libello quod res spectabat ad se iure dominii directi, & postea detrahat uerbum directi, ut possit obtinere etiã ex utili dominio, erit emendatio. Vel secundo si dixit iure dominii simpliciter, & postea addat uel quasi dominii, ut possit obtinere in publiciana, iuxta c. Abbate de uerb. signi. erit emendatio. Vel tertio, si intentauit possessorium & petitorium & postea detrahat petitorium, Vel quarto, si dixit in libello aliquem debitorem suum ex uero & naturali mutuo, postea dicat ex mutuo simpliciter, ut obtineat ex mutuo ciuili. Vel in libello dixit, contractum esse factũ cũ reo conuento, postea emendat dicendo q contractus fuit celebratus cũ patre suo, uel cum seruo, uel filio, in quibus omnibus casibus libellus ualet & recipit aliquam correctionem & reformationem remanente substantia.

36 Sed† si contingeret q in libello esset talis defectus q uitiaret libellum, tunc dicebat Bald. ibi. col. 2. in repetitione paduana, q si addantur necessaria requisita nõ potest dici emendatio sed potius dicitur de nouo incipere libellus. l. accusatus. ff. de adult. Item econtrario si libello existente ualido per emendationẽ efficiatur nullus, non erit emendatio uel reformatio, sed peremptio & extinctio. Et propterea Iason hic dicebat quod Bar. male loquitur in 2. col. dũ in materia emendationis loquitur de libello nullo, quia libellus nullus non potest dici emendatus, sed de nouo incipit esse, quia quod nõ est non potest reformari, sicut seruus per manumissionem non dicitur capite diminui quia non habet caput sed incipit habere caput. l. hodie. ff. de capi. dimi. §. seruus insti. de capi. dimi. & l. si expressim. ff. de appellatio. cum suis concordan. Sed Dec. conatur saluare Bart. dicendo q Bar. accepit libellum pro ipsa carta non pro libello prout est iuris, qui allegat auth. offeratur. infr. de lit. cõtesta. nec erat ignotum Bart. quod esset nouus libellus, cum ipse hoc dixisset in l. ius ciuile. in uer. inducitur. ff. de iust. & iur. & Alex. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de uerb. obligatio. Et ideo dicit q cõsiderata illa forma ad oculum quæ semper remanet & q scriptura in aliquo mutetur; erit idem libellus reformatus. Sed hæc saluatio non tollit contrariũ, quia libellus hic nõ potest accipi pro carta, sed consideratur pro illo quod significatur per cartam, cum alias sequeretur q si carta libelli fuisset mutata, retenta eadem intentione quod non esset idem libellus sed nouus, & hæc cartæ renouatio non posset fieri post litis cõtestationem, uel si primo erat in carta bombacina, & postea scriberetur in pecorina, uel primo esset in longa figura, & postea scriberetur in figura quadrata post litis contestationem, non posset fieri tanquam esset renouatus libellus. Et econtrario posset fieri emendatio post litis cõtestationem si retenta eadem carta quis cancellaret actionem & contractum & adderet nouum contractum & actionem, ac similiter non procederet hæc cõsideratio Bar. si actio fuisset edita sine scriptis, quæ omnia quam sint absurda non est necesse demonstrare. Vnde dicendum est necessario, quod Barto. hic non bene loquutus fuit, dum uoluit quod libellus nullus dicatur emandari, ut intr. dicam, nisi per quandam emendationẽ facti, quatenus de facto processit, sicut de testamento nullo dicitur quod annullatur quatenus de facto processit, ut no. in l. posthumo. infr. de contra tab. & multa concordantia cumulant ibi moderni, sed tunc non potest adaptari ad mentem glo.

37 Sed fortius† contra omnes instatur, nã uidetur quod nec etiã libellus ualidus possit dici emendatus, sed semper ex qualibet mutatione nouus fit libellus, & si emendatio fiat in minima parte, quia cũ aliquid additur uel detrahitur semper dicitur noua res, ut in simili dixit. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. q ius naturale uel gentium aliquo addito uel detracto transit in nouam iuris speciẽ & efficitur ius ciuile, & ibi Barto. dixit quod est nouus libellus per additionẽ uel detractionẽ, non distinguendo an sit ualidus uel nullus a principio, Et confirmatur, quia forma dat esse rei qua perempta ipsa res perit. l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhiben. & per formã completã res incipit essentiam habere, & ante complementũ formæ non est in rerũ natura. l. si is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad l. falcidiam. & qui rem diminutam reddit non dicitur eam reddere. l. 3. §. si reddita. ff. cõmod. & l. repeti. §. fi. & l. cui. ff. quib. mod. ususfruct. ammit. & l. eadem. ibi. alia res est. ff. de excepti. rei iud. per quæ iura clare constat quod res alterata non dicitur esse amplius illa res, quia sumit nouã formam, & efficitur noua res.

38 Sed† pro communi opinione, q immo dicatur libellus emẽdatus per additionẽ uel detractionẽ factam in eo retenta substantia, facit primo tex. in d. l. iurisgentium. §. adeo. ff. de pact. ubi fit differentia inter tollere contractum & reformare, & idem notant doctor. in l. lecta. ff. si cer. pet. de illa stipulatione quæ per pactum fuerit alterata. Secundo facit iste tex. dum dicit, quam licet emendare uel mutare, ergo præsupponit q eadẽ actio edita remaneat post mutationem & emendationem, cum præsupponatur habilitas recipiendi qualitates mutationis uel emendationis. Tertio probatur sup. de emendatione codicis. in §. supradictis. ubi facta alteratione in codice non definit esse idẽ codex, & appellatur codex emẽdatus, nõ de nouo factus. Quarto facit lex si cui insulæ. ff. de usufructu cõiuncta. l. repeti. §. rei mutatione. ff. quib. mod. ususfruct. ammit. & ponit tex. in l. quid tñ. §. 1. & §. si nauis eo. tit. & in l. seruitutes. §. si sublatum. ff. de seruitu. urb. prædio. Quinto facit text. nota. in l. proponebatur. ff. de iudic. qui expresse dicit quod mutatio partis non facit definere esse eandem rem licet subtilitate quadam uideatur aliter posse dici.

Et istã partẽ ego puto ueriorẽ, q nõ obstante aliqua alteratione etiam in substantialibus, si tamen remaneat maior pars substantiæ, & ab initio ualeat libellus quod

quod dicatur esse emendatus proprie, & idem libellus reformatus. Nec obstat contraria, & primo dictũ Bar. in d. l. ius ciuile. quia ego puto illud esse falsum, & q̃ hic dicunt docto. uerius est quod sit idem libellus, & probatur in d. l. ius ciuile. ubi ius naturale in aliquibus particulis præsupponitur esse alteratum per ius ciuile, & tamen non desinit ius naturale esse, sed remanet idẽ ius naturale, uel idem ius gentium in parte alteratum & reformatum, & si uera esset opinio contraria, oporteret dicere quod amplius non reperiretur ius naturale uel gentium, quia propter emendationem uel mutationem totum esset effectum ius ciuile, & amplius non posset dici quod esset ob ligatio naturalis, sed omnis obligatio esset ciuilis. & in l. 1. §. 1. ff. de iusti. & iur. aperte demonstratur quod apud nos sunt tria iura, naturale, gentium, & ciuile, & idem dicitur insti. de iure natu. in §. fin. & in rub. & nig. insti. de iur. natu. genti. & ciui. Nec obstat. d. l. ius ciuile. quia illa debet intelligi de illa particula iuris naturalis mutata, non de toto iure naturali, nam bene potest dici quod illa particula & illud præceptum solum, uel illa particula mutata efficiatur ius ciuile, sed tamẽ ius naturale remanebit idẽ in substantia cum illa alteratione adiecta, sicut etiam seruatur in d. cap. statutũ. de rescrip. & in d. l. quid tamen. §. 1. & in §. si nauis. ff. quib. mod. usufruct. ammit. nam tota nauis uel domus est eadem reformata, sed tamen illa particula & illa tabula adiecta est noua. Non obstat quod dicatur esse noua forma, quia uerum est quadam subtilitate quæ non habetur in consideratione. d. l. proponebatur. ff. de iudi. sed in ueritate est eadẽ forma. Nec obstat. d. l. iulianus. §. siquis rem. quia intelligitur quando tota forma sublata fuit, hic uero pars eius remansit, ut in d. l. quid tamẽ quib. mod. usufruct. ammit. cum simi. Non obstat. l. quantitas. ff. de excep. rei iudi. quia debet intelligi quando alia noua qualitas remouetur a prima, secus si coniungatur, quia præualet prima, & trahit ad se aliam. argu. l. cum quæritur. ff. de stat. homi. & facit tex. in l. scire debemus. de uerbo. oblig.

39 Quare † dicendum est, quod libellus alteratus ualidus remanente parte substantiæ dicitur esse idem libellus, & proprie dicitur emendatus & reformatus quamuis illa particula addita possit dici noua, & subtilitate quadam uideatur tota forma libelli mutata, & exempla sup. tradita omnia sunt bona.

40 Veruntamen † quia gloss. non bene explicat quid sit emendatio, ideo Bart. hic posuit aliam diffinitionem, dicens quod emendare habet sex partes, corrigere, resecare superflua, mutare uerba remanente eadem sentẽtia, detrahere, addere, & declarare obscura, quæ diffinitio colligitur ex positis in §. quibus. i. consti. codicis. & in titulo de codicis emendatione. §. supradictis. in quibus locis sub nomine emendationis factæ de toto iure ciuili, & sub nomine emendationis factæ de codice, continentur illa sex posita hic per Barto. Et quod corrigere sit emendare, ultra illa iura, probatur insti. de bono. posse. in princ. in gloss. emendandi. in fi. & in auth. ut fratrum filii. in princ. ibi, emendare contigerit. l. 1. de emendatione propinquorum. Et de resecatione probatur in d. §. quibus. & §. supradictis. Et de mutatione uerborum probatur in l. actorum. ff. de re iudic. & in uerbo emendare. Et de detractione probatur in d. §. quibus. & §. supradictis. Nec obstat quod contineatur hic pars super uerbo resecare, quia immo ualde differunt, cum resecatio pertineat ad superflua & superabundantia, & detractio fiat de partibus substantialibus, diminuendo, ut in exemplo huius gloss. & §. si minus. insti. de actio. similiter additio est una pars emendationis, ut probatur in dictis locis. Nec obst. glo. in d. §. 2. insti. de bon. posse. in uerbo emendandi. quam allegat hic Dec. quia capit ibi emẽdationem in specie pro una parte emendationis, idest correctionis, sed hic & in d. §. quibus, & d. §. supradictis magis capitur in genere.

41 Sexto † declarare obscura est una species emendationis, ut probatur in d. iuribus. Nec obstat quod qui declarat nihil addit. l. hæredes palam. §. siquis post. ff. de test. quia duplex est declaratio, & duplex obscuritas, Vna in sensu, quando non bene potest apparere quid intendit actor, uel quia non exprimat causam si libellus est generalis, uel in certus, qui similiter dicitur obscurus. l. fi. inf. de annali excep. uel quando uerba non habent sensum, & tunc declaratio facta est emẽdatio. d. §. quibus. & §. supradictis. Quædam alia est obscuritas in significatione uerborum, quæ multipliciter possunt intelligi, ut si petantur ducati centum, non exprimendo cuius generis, & ista est declaratio differens ab emendatione quæ nihil addit, & potest fieri usque ad sẽtentiam, quia solum exprimit illud magis clare quod ab initio erat expressum mentaliter in libello, & sic appareat quod Bart. bene dixit ponendo istas sex partes siue modos emendationis, Ex alio tamen potest repræhendi, quia non diffiniuit emendationem per modos theoricales diffinitionum, cum diffinitiones constent ex genere & differentiis, & fiant per nomina uerbalia, ut not. in l. 1. ff. de testa. & non ponantur in eis modi constituendi rem diffinitam, sed solum ponantur uerba exprimentia substantiam rei diffinitæ, & differentias substantiales ab aliis speciebus, ut per Bart. in l. 1. ff. de appel. Et si dicas quod corrigere est genus, non apparet quare alia uerba non sunt posita pro genere.

42 Et ideo † puto ita diffiniri posse, emendatio est libelli uel intentionis reformatio retenta causa & specie actionis. Dicitur libelli uel intentionis, ut compræhendatur actio edita tam in uoce quam in scriptis. Item dixi reformatio, ut compræhendantur omnes modi emẽdandi, & omnes species emendationis, quæ species cõtinentur sub hoc uerbo reformationis, cum in illis omnibus tollatur de forma libelli, & subtilitate quadam additur noua forma, & dicitur reformatus, sicut dicitur in l. iurisgentium. §. adeo. ff. de pact. & per Paul. de Castr. quem ibi sequutus fui in l. lecta. ff. si cer. pet. Et non est necesse enumerare istos modos reformandi secundum Bart. in d. l. 1. ff. de appellatio. quia tunc diffiniretur per effectus qui non semper sequuntur ad rem diffinitam, & eorum enumeratio raro potest totam substãtiam significare. Item dixi retenta eadem causa & actione, ut demonstrarem quod non omnis emendatio est reformatio, sed illa tantum quæ non tollit principalẽ intentionem actoris, Et propter hoc quod ponitur ultimo de actione, apparet in quo differat a mutatione, q̃a mutatio est reformatio libelli per remotionem actionis, & aliquando per remotionem causæ, ut infra dicã in materia mutationis.

43 Quibus † sic generaliter discussis, uidendum est q̃ñ & quomodo possit fieri emendatio. glo. hic & clarius in l. 1. ff. eo. dicit quod triplex est iudicium, iudicium uniuersale, iudicium generale, & iudicium particulare, siue singulare. In iudicio uniuersali uel generali emendatio potest fieri usque ad sententiã. per l. 4. & l. si quo. ff. de petitio. hæredi. & l. licet. infra de iudi. & in iudicio particulari solum potest fieri usque ad litis cõtestationẽ. l. non potest. ff. de iudi. Quid autem sit iudicium uniuersale uel generale, & in quo differant. glo. hic neque in d. l. 1. ff. eod. declarat per modum theoricalem, sed solum per exempla, dicendo quod uniuersale iudicium est ubicũque lis est de uniuersitate iurium, uel ut dixit Alex. quæ habent nomina iurium, ut est hæreditas peculium, & dos, & similia. l. hæreditas. ff. de regu. iur. & l. uendicatio. ff. de rei uendi. & l. quod dicitur. uersicu. quod dotis. ff. de impens. in reb. dotalib. fac. facit. l. impensa. ff. de religio. & sump. fu. ibi, æs alienum dotis. & coniuncta. l. prima. §. si hæres. ff. ad trebell. Illa uero sunt generalia iudicia in quibus redditio

rationis administrationis uentilatur uel petitur, ut est causa tutelæ, nego. gesto. uel pro socio. l. licet. infr. de iudi. Et hoc modo loquendi utitur etiam glo. & doct. in c. 1. de libelli oblatio. & Barto. in l. scire debemus. ff. de uerb. obli. & docto. in cap. conquærente. de offi. deleg. & Innoc. in c. certificari. de sepultu. Et aliam differentiam tradebat Specu. in ti. de actio. siue petitione. in §. sequitur. col. duodecima. uersi. differunt autem, ut hic per Decium, quia in uniuersali omnes res iure uniuersi ueniunt, & per expressionem non mutatur natura uniuersi quando omnes res æqualiter compræhenduntur, secus in generali, quia licet iure generalitatis omnes res possint uenire, tamen si aliquæ exprimantur, aliæ non ueniunt. l. licet. inf. de iudic. & nota. per gl. in l. 1. inf. si aduer. rem iudi.

44 Sed † quia per ista non assignatur ratio differentiæ inter iudicium unum, & aliud, & quid in substantia sit iudicium uniuersale, uel generale non exprimatur. Ideo magistralius loquendo oportet considerare, quod aliquando iudicium fit de una re uel pluribus separatis, aliquando fit de pluribus rebus unitis sub uno nomine uel conceptione, Si fiat de reb. separatis iudicium particulare est, si uero fit de pluribus rebus unitis sub uno nomine uel conceptione, tūc dicitur esse iudicium uel generale, uel uniuersale, Dicūtur autem plures res unitæ per unam conceptionem quando plures res exprimuntur per nomen appellatiuum, quod sua significatione compræhendit plura conuenientia in certis qualitatibus, ut not. in l. siquis in fundi uocabulo. ff. de leg. Hoc nomen appellatiuum alio nomine appellatur nomen collectiuum per docto. quia colligit sub se uarias res sub certa ratione conuenientes, & illas significat una conceptione.

Ista autem collectio quæ demōstratur uel fit per nomen appellatiuum siue collectiuum fit principaliter duobus modis, uel constituendo unum corpus intellectuale in esse separatum ab ipsis rebus & eas complectens. Aliquando fit hæc collectio ex solo discursu intellectus non cōstituendo corpus sed solum per discursum intellectus plures res coadunando sub certa ratio-
45 ne. † Primo modo, quando constituitur corpus in rerū natura continens plures res & differens ab eis, tunc appellatur uniuersitas, ut est Hæreditas, Peculium, Dos, Grex, Populus, & similes. Nam in istis omnibus exemplis est unum corpus in rerum natura consistens, & in commertio hominum existens continens plures res, & separatur ab eis, nam hæreditas est unum corpus de perse differens ab ipsis rebus contentis. l. hæreditas. ff. de reg. iur. & §. 1. insti. de reb. corpo. & incorpo. continet enim hoc corpus iuris omnes res & omnia iura quæ fuerunt defuncti. l. 1. §. Scæuola. ff. siquis testa. lib. esse ius. fue. Similiter peculium est unum corpus de perse existens in rerum natura cōtinens omnes res & iura & actiones de peculio. l. peculium. ff. de pecu. Et dos est unum corpus a lege constitutum compræhendens res dotales & iura & obligationes & actiones. l. quod dicitur. & l. penul. ff. de impen. in reb. dotalib. fact. & l. in eum ibi, de patrimoniis suis. & l. impēsæ, ff. de religios. & sumpti b. fune. ubi dicitur quod impensa funeris est æs alienum dotis, ergo dos continet etiam obligationem. & per consequens est corpus in iure considerabile separatum ab ipsis rebus dotalibus & obligationibus & actionibus ipsius dotis, continens tamen eas, ut late dixi in tractatu meo de differ. iur. & facti. in quæstione de dote. Item grex constituit unum corpus separatum ab ipsis ouibus continens dictas oues. l. 2. ff. de reiuend. ubi grex uendicatur, licet oues aliquæ alienæ sint, & tamen totus grex uendicatur, sed res alienæ nō ueniunt in restitutione, & sic patet quod est corpus, quia si non esset corpus separatum ab ipsis ouibus non posset uendicari totus grex respectu alienarum ouiū. Nec potest dici q; sit immaginatum corpus, quia immaginatio & chimera sunt idem, & sicut chimera non potest uendicari nec in contractum deduci. §. 1. insti. de inutilib. stipulatio. eodem modo nec corpus immaginatum, quia nichil est. l. immaginaria. ff. de reg. iur.

46 Quare † remanet, quod uniuersitas est unum corpus existens in rerum natura continens sub se multas res, & separatum est ab ipsis rebus, & per consequens iudicium uniuersale est quando lis est de ista uniuersitate, quia petitur hæc uniuersitas in iudicio continens sub se plures res, & ipsę res non petuntur per se, sed in consequentiam ueniunt, cum compræhendantur sub uniuer-
47 sitate. † Hæc autem uniuersitas est duplex, nam quædā est corporum tantum, quædam iurium & corporū, uniuersitas iurium & corporum est illa quæ continet res & iura & actiones, ut est hæreditas peculium & dos, Et hæc appellatur ius uniuersale, quia ipsa uniuersitas iuris est cum facta sit a iure, quia lex introduxit hoc ius uniuersale continens iura & actiones, quæ sunt similiter creaturæ iuris, ut late dixi in d. tractat. de differen. iur. & facti. & per Bar. in l. 1. §. quod obseruari. colu. 3. de iura. calu. Vniuersitas corporum est grex, æquitiū, armentum. d. l. 1. §. fi. ff. de reiuēdi. & populus & legio. l. intantum. §. uniuersitatis. ff. de rerum diui. & in rubr. & nig. ff. quod cuiusque. uniuer. no. Et ista appellatur uniuersitas facti, quia ab hominibus fuit introducta, & cum compræhendat solum res naturales, & non contineat iura & actiones quæ iuris sunt, Et constituitur qn plures res destinantur per homines ad multiplicandū, uel fructus producendum, ut est in grege, equitio, armento, & familia destinata ad crescendum, Sed si quis habeat chorum & familiam casu factam, uel multos equos in domo ad suum usum, non constituitur corpus aliquod, sed solum generalitas inducitur, ut statim di-
48 cam. † In tantum, quod multitudo equorum uel seruorū uel familiarium aliquando est generalitas, si per discursum non fuit destinata ad aliquem effectum, Aliquādo eadem congregatio seu multitudo seruorum equorū ouium & similium animalium erit uniuersitas constituens corpus uniuersale, si fuit destinata ad certū usū, & multiplicandum uel producendum fructus. Et quia uniuersitas hæc continet solum res naturales, ac quia constituitur per modum naturalem sine artificio iuris, ego appellaui corpus naturale, In uno tamen casu uniuersitas corporum assumit essentiam a iure, quando est uniuersitas personarum, ut populus, & collegiū possidens iura & actiones, nam tunc a iure constituitur una persona repræsentata quæ habet dominia & actiones & alia iura uniuersitatis. l. mortuo. ff. de fideiusso. & late declaraui in d. tracta. in quæstio. de uniuersitate.

49 Effectus † autem magnus est an sit uniuersitas facti uel iuris, quia si est uniuersitas facti potest uēdicari per reiuendicationem ordinariam, sicut uendicantur alia corpora, ut domus, fundus, nauis, & alia corpora quæ ponuntur in l. eum qui edes. & l. rerū mixtura. ff. de usu capio. quæ corpora quantum ad reiuendicationem nō differunt ab aliis rebus particularibus. Vniuersitas uero iurium non petitur per ordinariam reiuendicationem, sed per unam aliam actionem realem uniuersalē destinatam ad petendum iura uniuersalia, ut petitio hæreditatis, bonorum possessoria hæreditatis petitio, & fideicommissaria hæreditatis petitio, de quibus in rubr. ff. de petitio. hæreditatis. & ff. de bono. posse. hæredita. petiti. & ff. de fideicommi. hæreditatis petitio. Et similis etiam actio datur ad petendnm peculiū, quia uniuersitas peculii non potest uendicari ordinaria reiuendicatione, sicut nec hæreditas potest uendicari ordinaria reiuendicatione.

50 Et ita debet † intelligi ille difficilis tex. in l. uendicatio. ff. de reiuendi. ubi grex uendicatur illa ordinaria reiuendi. & non peculium. Nam ratio est, quia peculium est uniuersitas iuris quæ non potest peti per particu-

particularem rei uendicationem,sed grex est uniuersitas facti,& corpus naturale,ut ibi declarat Alber.Ideo uendicatur sicut domus, & si dicatur quare datur petitio hæreditatis ad unam rem tantum si uendicatur uniuersitas.l.etiam.§.1.& l.3.& l.licet minimam.ff. de peti.hære.respondetur quod quando unus habet rem hæreditariam quam sine titulo possidet tunc dicitur turbare in sua possessione hæredem iuris uniuersalis& priuare eum quasi possessione, unde conuenitur actione reali quæ appellatur petitio,& dicitur esse actio mere realis,ut late declaraui ultra alios in rub.ff.si cer. pet. & propterea siquis titulo possidet rem hæreditariam non dicitur hæredem turbare in quasi possessione, unde non conuenitur petitione hæreditatis uniuersali.l. nec ullam.ff.de peti.hære.sed potest conueniri particulari rei uendicatione quæ datur hæredi etiam pro omnibus rebus hereditariis particulariter petitis,& in electione sua est uel intentare particularem pro qualibet re hæreditaria uel petitionem hæreditatis pro iure uniuersali contra non possidentem titulo unam rē etiam tantum,quo casu semper erit lis super uniuersitate, & petetur uniuersitas,& sententia est ferenda super uniuersitate,declarando ad eum pertinere ius uniuersale, & res postea in uniuersitate compræhensę ueniunt per officium iudicis,ut declarat Bar.in d.l.licet minimam. & hic omnes docto. Et eadem omnia possunt dici de peculio uendicando & aliis uniuersitatibus, ut res particulares possint peti particulari reiuendicatione, iux. legem si peculium.ff.de pecul.leg. & etiam ius uniuersale potest peti uniuersali reiuendicatione.d.l.uendicatio.iunctis notatis per Alberic.ibi, & hæc omnia uera sunt quando actor prætendit dominium iuris uniuersalis,sed si aliquis prætenderet ius uniuersale,ut quia sibi legata esset hæreditas,uel peculium legatum, uel alio modo sibi debitum,uel dos sibi debita,& tunc daretur actio personalis uniuersalis ad petendum illam uniuersitatem, sicut datur actio uniuersalis uel officium iudicis ad petendum fideicommissum uniuersale ab ipso hærede.l.restituta.ff.ad trebell. & §.1. cum sequen. inst.de fideicommiss.hære. & in rub. & nig. ff.de hær. uel actio. uend.

51 Alio † & secundo modo principaliter fit collectio, quando plura simul colliguntur, sed non constituitur corpus uniuersale uel uniuersitas separata a rebus, sed solum per intellectum fit quidam discursus compræhēdens multas res simul una appellatione per unam rationem,Et hæc appellatur generalitas,ut est chorus,familia,& cognatio,quando non receperunt determinationem certam ab homine,ut sup.dixi, uel administratio negotiorum, uel rerum gubernatio, uel quando plures res continentur sub una uniuersali propositione l.obligatione generali.ff.de pigno.& ibi no.per Bartolum uel quando aliquis legat omnes seruos suos uel omne argentum suum.l.2.ff.de leg.2.& per glo. & Bart. in l.scire debemus.ff.de uerborum oblig. Et ideo dicitur generalitas quia ad exemplum generis plura complectitur ex solo discursu intellectus, sicut genus complectitur plures species & indiuidua per quendam discursum rationis, non constituendo corpus separatum quod contineat illas res,ut no.Bar. in l. cum incertus. ff.de leg. 1. Et hæc generalitas non est in commertio nostro,nec dicitur esse in rerum natura, nec legari nec uendi potest.ut per Bar.in l.Meuius.§.duorum.ff.de legat.2.& per Bal.in rubr.inf.qui admitti. qui dixit quod genus diffinitur sed non reperitur, & propterea sequitur quod dispositio facta de generalitate dicitur principaliter facta super ipsis rebus compræhensis.le. si chorus.ff.de leg.3,ubi legato choro singulæ res sunt legatæ,non ipsa generalitas,& l.si cognatis.ff.de reb. dub. ubi legatum factum cognatis & cognationi æquiparatur, quia cum non sit aliud corpus super quo fundatur dispositio,necessario fundari debet super ipsis rebus,& res ueniunt principaliter&non in consequentiam cum qualitate collectiua& unionis,ut quodammodo unum legatum sit & una res propter collectionem quę demōstratur per intellectum immaginantem unum corpus comprehendens omnes illas res,ut no.in d.l.si chorus.

52 de leg.3.per tex.†in l.2.& l.grege.ff.de leg.2.& glo.& Bar.in l.scire debemus.in glo.plura.ff.de uerbor. obli. licet Bart.& doctor.non gustauerint nec immaginauerint hanc rationem differentiæ,sed æquiparant legatū chori legato gregis,quod falsum est, quia æquiparatio solum est in hoc,quia plura simul ueniunt, sed differūt in alio,quia in grege legatur corpus separatum ab ouibus,in choro uero&familia constituitur corpus immaginatum per discursum intellectus complectens plura ex uoluntate proferentis.

Et ex prædictis patet quod duplex est generalitas, una prædicabilis,quæ inest in speciebus & prædicatur de eis.l.si quid earum.§.interemptum.ff.de leg.3.le. 2. §.creditum.ff.si certum pet.Et alia est collectiua siue cōtentiua, quæ continet sub se indiuidua immaginando corpus continens,sed non prędicabile, sed quasi sit unū totum confectum ex partibus,&sicut res contentæ sub uniuersitate non continentur sub modo prædicandi sub ea uniuersitate neque uniuersitas prędicatur de eis.

53 Et†quando in iudicio fit similis petitio de pluribus rebus hoc modo unitis per corpus immaginatum,appellatur generale iudicium,ut siquis petat reddi rationem administrationis,uel petat omnes seruos sibi legatos, uel petat hypothecam super omnibus rebus obligatis, iux.l.obligatione generali.ff.de pign.In quo licet plures res unitæ petantur, tamen ipsę res principaliter ueniunt in iudicio, cum nō sit corpus aliud super quo fertur iudicium. Et per hoc differt ab uniuersali, quia in uniuersitate super iure uniuersali formatur iudicium,& res ueniunt in consequentiam, sed in generali iudicio res principaliter ueniunt & non in consequentiam.

Et ideo succedit ratio differentiæ positæ per Specu. in tit.de actio.uel petitio.§.sequitur.uers.differunt.co-

54 lu.12.†Quod uniuersale iudicium non restringitur per nominationem unius rei.l.4.ff.de petitio.hære.ibi, de qua sola controuersia est, quia lis non est super illa re nominata sed super uniuersitate, Sed in generali iudicio si pars se restrinxit ad certas res illæ solæ ueniunt, & non aliæ,quia cum aliæ non sint nominatæ, nec sit corpus sub quo contineantur,merito non possunt in iudicium uenire.l.licet.inf.de iudi. Et per prædicta etiā patet in quo differat iudicium generale a iudicio in quo plures res particulariter petuntur,quiaquando est iudicium generale, illæ res compræhensæ uniuntur p discursum intellectus,& per nomen collectiuum, & efficiuntur quodammodo una res & unum iudicium, Sed quando petuntur plures res particulariter, tunc unaquæque consideratur de per se,& super unaquaq; relis contestatur,& fertur sententia,ut colligitur ex notatis per gl.& per Bar.in d.l.si chorus.& no.etiam Bar.in l.2.& l.neminem.ff.de leg. 2.

Remanet igitur aperta differentia inter ista tria, uniuersale,& generale,& particulare iudicium,quia in uniuersali res particulares non petuntur neque specialiter neque generaliter sed petitur ipsum ius uniuersale. In generalibus uero petuntur ipsę res particulares sed collectiue & generaliter nominantur,& de necessitate non exprimuntur particulariter,& quando exprimuntur res particulares diminuitur iudicium, At in singularibus res particulariter petuntur, & particulariter no-

55 minantur.l.si in rem.de reiuen.†Et ideo sequitur,quod si petatur domus poterit dici uniuersale iudicium.iux. tex.in l.in modicis.ff.de contrah.emp.& in c. cum seculum.de iure patro.& l.eum qui edes.ff.de usuc. & quæ accedunt domui post litis contestationem, siue possidens incipiat post litis contestationem aliquas res par

ticulares

ticulares domus possidere, condemnabitur in sententia in omnibus rebus possessis absque aliqua emendatione, quia res ueniunt in consequentiam. leg. eum qui ædes. ff. de usucap. & si petatur grex uel equitium erit iudicium uniuersale, & si incipiat possidere alias oues uel equos post litis contestationem sine petitione, & mutatione fienda executio erit fienda in omnibus illis rebus. d. l. 4. & l. si quo tempore. ff. de pet. hær. cum con cor. adductis per glosam in l. quæsitum. ff. de peculio. quia licet considerando actionem reiuẽdicationis quę datur pro rebus particularibus uideatur esse iudicium particulare, tamen ex natura ipsius rei dicitur esse iudicium uniuersale, nõ requiritur quod sit intentata actio uniuersalis, sed sufficit quod petatur ius uniuersale, & domus & grex est uniuersitas cum habeat corpus uniuersale differens ab aliis rebus, sicut hæreditas dos & peculium, ut sup. dixi, quod nota quia nouum est, & hęc sufficiant pro cognitione iudicii uniuersalis generalis & particularis.

Sed redeundo ad materiam emendationis, dicebat glo. quod in uniuersalibus & generalibus emendatio potest fieri usque ad sententiam, sed in particularibus usque ad litis contestationem per l. non potest. ff. de iu

56 dic. † Sed Barto. repræhendit, quia in hoc non est differentia inter ista iudicia, cum in iudicio uniuersali & generali emendatio non possit fieri post litis contestationem, sicut nec in particularibus. Nec obst. d. l. 4. & le. si quo. ff. de peti. hær. quia ille res non ueniunt uirtute emendationis, sed ex natura iuris uniuersalis introducti in iudicio, & ex officio iudicis restituendæ ueniunt. ut no. in l. licet minimam. ff. de peti. hær. & l. & harum. ff.

* si ser. uen. & sequuntur docto. communiter* & si Barto. postea non se turbasset subiiciendo alia uerba, docto.

57 nihil amplius dixissent. † Sed ipse subdit unum ex capite suo, quod si petita sit hæreditas nominando unam rem tantum, quod tunc non possunt aliæ res hæreditariæ uenire in iudicio post litis contestationem, nec super eis ferri sententia, quia super eis non fuit lis contestata, Quod dictum communiter hic repræhenditur a doctoribus, quia cum in iudicio petatur hæreditas, & petat actor se declarari hæredem, ius uniuersale introducitur in iudicio, & efficitur iudicium uniuersale, qđ non potest mutari per expressionem unius rei, p text. in d. l. 4. ibi, de qua sola controuersia erat. Aliqui tamẽ conantur certo modo saluare Bar. & prima est saluatio Iaso. quod in actione reali restitutio fit iure actionis non officio iudicis, ut per eundem Barto. in l. si prius. in 2. quæst. ff. de no. oper. nunt. quem ibi ponderant Imo. & alii. & per consequens uidetur quod res principaliter ueniat. Sed hæc saluatio est falsa. Primo quia dictũ Bar. ibi est reprobatum, & tenetur dictum suum in l. & harum. ff. si seruitus uendi. ut per Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poss. Secundo quia loquitur ibi de reiuendicatione particulariter, nõ de iudicio uniuersali, unde quidquid sit in reiuendicatione, omnes concordant quod in petitione hæreditatis res ueniunt officio iudicis, & in hoc Bar. non est sibi contrarius, & sic saluatio non est bona. Alio modo saluabat Alex. quod dictum Bar. hic procedat quantum ad condemnationem, ut iudex non possit condemnare reum in aliis rebus non expressis, sed bene possit in eis fieri executio si declaratus fuit hæres actori, Sed hæc saluatio etiam falsa est, quia est inconueniens quod plus ueniat in executione quam in condemnatione, cum appelletur executio rei iudicatæ, ergo præsupponitur qđ sit iudicatum directo uel in consequentiam, & sic sentẽtia lata sit super omnibus rebus saltem in consequentiã Vnde Socci. tertio modo saluabat, ut intelligatur dictum Bar. quando quis non petiit hæreditatem, sed petiit rem sibi restitui tanquam hæredi, Quę saluatio etiã est falsa, quia illa uerba important quod actor petat se declarari hæredem, ut per Bar. in l. ex diuerso in §. 1. ff. de reiuendic.

Quare dicendum est, quod in iudicio uniuersali dictum Bar. non potest procedere, quia non erit differentia in eo, utrum quis petat hæreditatem, nullam rẽ exprimendo, uel exprimat aliquas res, cum per expressionem rerum non possit alterari iudicium uniuersale; Quod necessario dicendum est, quia intentat petitionẽ hæreditatis quæ solum datur ad petendum ius uniuersale, & est de mente Riminaldi hic, dum allegat. l. si ex fundo. ff. de hæred. insti. ut uideatur egisse ad totum, ꝑpter naturam actionis, detracta mentione ipsius rei. d. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hær. instit. Nec ualet responsio Curt. hic dicentis quod non est inconueniens quod sit hæres & dominus omnium rerum, & tamen non petat nisi unam rem, quia uerum est quod potest petere unã rem si placet per reiuendicationem particularem, sed hoc non potest facere per petitionem hęreditatis, alias actio esset inepta, & non teneret intentio. le. 1. §. 1. ff. si men. fal. mo. dix. & l. habebat. ff. de instit. unde fienda est interpretatio ut petat hæreditatem detraćta mẽtione rei ne pereat iudicium. l. siquis intentione. ff. de iudic. & l. quotiens. ff. de reb. dub. Et propter hoc cessant multa læuia quæ adducit hic Mantua qui defendit opinionem Bart, quasi actor uoluisset se restringere, Quia actor non potest habere hanc mentem, ex quo intentat petitionem hæreditatis quæ datur ad ius uniuersale, & ne sit actio inepta & iudicium inutile, necessario prę sumi debet mentem fuisse super iure uniuersali.

Dictum igitur Bart. solum potest sustineri in iudicio generali, quia cum in eo non inducatur aliquod corpus separatum a rebus, necessario iudicium fit principaliter super ipsis rebus, & ideo restringendo se ad certas res nominatas restringitur iudicium ad illas tantum, & aliæ res non expressæ post litis contestationem nõ poterunt addi tanquam sint res diuersæ & amplius nõ cõ præhensæ in illa generalitate deducta, & ad hoc tendunt & possunt adaptari omnia fundamenta Mantuæ hic & aliorum mod.

Faciunt igitur ex prædictis doct. tres conclusiones, Vna est, quod in iudicio uniuersali uel generali nõ potest fieri emendatio post litis contestationem, sicut nec etiam in particularibus quando additio uel detractio fiat super iure uniuersali contra glo. hic, & est commu

* nis* omnium opinio. Secunda est conclusio, quod in iudicio uniuersali non interest an res exprimantur uel non, quia semper æqualiter in consequentiam omnes res particulares possessæ a reo quocunque tempore ueniunt in iudicio, nec restringitur iudicium per expressionem unius rei, & in hoc communis conclusio est ẽt uera contra Bar. qui in hoc solo repræhenditur. Tertia est conclusio, quod in generalibus iudiciis, si res non exprimatur, omnia compræhensa sub generalitate uidentur petita, & super rebus lis contestata, & sufficit ꝙ in probationibus nominentur, quia est unum iudiciũ propter unionem factam ex nomine collectiuo, Sed si ab initio exprimantur certæ res se restringendo, tunc postea post litis contestationem probatio non poterit fieri super aliis rebus non nominatis, quia dicuntur esse diuersæ a iudicio. l. licet. inf. de iud. Et hæc est conclusio uera, licet doctor. hic nesciuerint eam exprimere, eam tamen sentiunt, & in ea saluari potest illud dictũ Bar. de nominatione unius rei.

58 Ex † prima conclusione colligitur, quod siquis ab initio petiit medietatẽ hæreditatis, & super ea sit lis contestata, quod post litis contestationem non poterit emendando petere aliam medietatem, quia de ea nõ est lis contestata, & est diuersa res. l. non potest. ff. de iudi, Non enim pars quotitatiua hæreditatis compræhenditur in alia parte sicut res hæreditariæ compræhenduntur, quia res hæreditariæ ueniunt in consequentiã iure uniuersi. sed pars quotitatiua uenit principaliter de per se, Et ideo est factus alius titulus separatus, si

pars

pars hæreditatis petatur, & emendatio non aliter potest fieri de alia medietate quam posset fieri si medietas fundi primo esset petita, & postea alia medietas post litis contestationem peteretur. §. si minus. inst. de acti. coniuncta. l. non potest. ff. de iud. & inf. dicemus. facit tex. in l. 2. ff. si pars hæred. pet. Et hæc est etiam communis conclusio & tenenda.

59 Limitatur† tamen ista conclusio non procedere quando post litis contestationem alia medietas incepisset spectare ad actorem iure accrescendi, quia tunc poterit etiam peti post litis contestationem. per l. si proponas. §. fi. ff. de inoff. test. & hæc limitatio pertinet etiam ad iudicium particulare, licet doctores non dicant, quia in hoc non est differentia, & iura allegata per eos loquuntur etiam de re particulari. Item debet intelligi ista limitatio quando pendente iudicio accreuit portio, quia si ante iudicium accreuisset, non procederet, cum si una res pertineat ad actorem in totum ante iudicium non consideratur quo iure ea tota sit sua uel de per se uel iure accrescendi, sed indistincte impeditur emendatio post litis contestationem, quia sibi imputetur quod ab initio petit partem tantum, cum tota esset sua, quod non est quando ab initio non spectabat ad eum tota res, quia non potest ei imputari si totam non petit, & hæc est communis opinio. Et licet Alex. dicat illum tex. non exprimere quod in eodem iudicio consequatur aliam partem, & uult intelligi in alio iudicio. Tamen Deci. dicit esse uiolationem ad illum text. qui uult quod pendente iudicio super toto alteri accrescit actioni. Et pro hac opinione adducit etiam tex. in l. in rem. §. fi. ff. de pign. actio. ubi debitor repetens pignus antequam soluat debitum si postea soluat in eodem iudicio obtinebit. Ad idem facit, quia portio accrescit portioni. l. si Titio. §. si usumfructum. ff. de usufr. Item si quis contestatus est litem in parte usufructus, obtinebit postea etiam in parte accrescente. l. interdum. §. 3. ff. de usufr. accres. Facit etiam tex. in §. fi. insti. de orfici. ubi sine aditione accrescit & acquiritur, & quod uenit iure accrescendi eadem actione petitur, secundum Bar. in l. re coniuncti. colum. 16. uers. quæro utrum. ff. de leg. 3. Sed mihi magis placet opinio Alex. quæ probatur in l. 2. ff. de peti. hær. & hoc glo. tenet in dict. §. si duo. in uerbo accrescit. ibi, licet de nouo petat. Et uidetur in terminis decisum in d. l. 2. quæ dicit quod nõ potest petere nisi partem, & quod sibi non prodest, licet alii non adierint, quæ uerba non possunt uerificari nisi in eodem iudicio, cum statim subiungat quod de nouo petere debeat, & ad contraria respondet hic Dominus meus Ludouicus Gozadinus, & licet in multis idẽ iudicetur de portione accrescente quod de prima portione, ut in acquisitione, non tamen in omnibus, ut in petitione, quia super noua petitione non fuit lis contestata, quod fuit in prima. Item portio accrescens sequitur portionem ut accrescat eam habenti, & si nõ habet non accrescit, & ipso iure acquiritur ut efficiatur hęres in totum sine aditione, tamen non sequitur, ergo in eodem iudicio uenit, sicut nec ueniret in eodem iudicio quando alius possideret partem accrescentem lite existente cum reo de una parte, & nec transit possessio. Et ad l. si rem. cum similibus respondet quod ibi totũ ab initio fuit deductum in iudicium, & super eo lis contestatur, hic uero non, cum non potuerit petere nisi partem. d. l. 1. Sed tamen quia prædicta argumenta solum concludunt in iure accrescẽdi quod nouam inducit acquisitionem, non autem in iure non decrescendi quod habet fundamentum ex causa de præterito, & per recusationem cohæredis nihil de nouo acquiritur, Sed concessum solum non aufertur.

Ideo putarem posse concordari opiniones, ut prędicta opinio Alex. procedat in parte obueniente per ius accrescendi, quia est nouum ius super quo non est lis contestata, ut per prædicta, Opinio uero Bal. procedat in iure non decrescendi, quia tunc cohærede deficiente totum habet iure proprio ex causa de præterito, & poterit in eodem iudicio uenire, quia idem ius est, eadem actio, ædem probationes requiruntur. Et hoc casu procedere possunt allegata per Dec. hic, quia sententia potest ferri super iure de nouo superueniẽti ex causa de præterito, ut no. in d. l. si rem. §. fin. ff. de pignor. actio. faciunt no. in l. 1. §. hoc autem ita. uers. si uero nemo. inf. de caduc. toll. ubi in iure non decrescendi non habet locum onus iniunctum alteri cohæredi, secus in iure accrescendi. Et propterea potest dici quod super toto fuerit facta litis contestatio, & ad dictam l. secundam. potest dici quod loquitur in coniunctis uel disiunctis omnino, in quibus ab initio partes constitute fuerunt, & hæc uidetur esse satis probabilis opinio, & poterit habere locum etiam in singularibus iudiciis, per rationem. d. l. si rem. §. fin. ff. de pign. actio. quæ loquitur in fortioribus terminis quando actio adhuc non erat, hic uero est nata in totum, licet pro parte posset diminui. Facit etiam, quia exceptio dilatoria quæ solum potest opponi post litis contestatio. l. ita demum. infr. de procur. tamen si superueniat post litis contestationẽ potest tunc opponi. Bar. in l. 1. ff. de exceptio. & l. 2. §. munerum. ff. de excus. tuto. & §. exceptionem. instit. de procurator.

60 In eadem† glo. ibi, in particularibus, colligitur quod in particularibus non potest fieri emendatio post litis contestationem, quam opinionem sequuntur communiter docto. Et comprobant per. l. non potest. ff. de iud. Secundo per rationem, quia alias ferreretur sententia super eo de quo lis non est contestata, & ideo esset nulla. l. prolatam. inf. de sent. Tertio adducitur, quia libellus debet esse certus ut reus possit deliberare. l. 1. ff. eo. Sed si licita esset emendatio, nunquam reus esset certus quia semper posset dubitare quod libellus mutaretur. Quarto adducitur, quia per litis contestationem quasi contrahitur. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecu. ergo pars nõ potest recedere. arg. l. sicut. inf. de acti. & oblig. Quinto facit, quia in l. 1. inf. de litis contestatione fit differẽtia inter editionem actionis, & litis contestationem & dicitur quod ante litis contestationem non uidetur res deducta in iudicio, ergo postquam est deducta non debet posse emendari. Sexto facit, quia actor debet uenire instructus. l. si quãdo. inf. de dilatio. & sicut non excusatur propter ignorantiam facti. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. ita etiam nec excusatur ut post litis contestationem uelit mutare. allegando aliquam ignorantiam. facit etiam lex nec etiam. ff. ex quib. caus. maio. & l. ueluti. infr. eo.

In contrarium tamen facit tex. cui non bene respondetur in §. si minus. insti. de acti. Nam exponere ibi eodem iudice, nedum est uiolare tex. Sed etiam est cõtra illum textum, quia iudicium ibi dicitur respectu instantiæ, dum dicit, iudex in eodem iudicio. l. properandũ. inf. de iudi. & c. dispendia. §. reus quoq;. de rescrip. Pręterea ille tex. dicit quod fuit introductum ex constitutione diui Zenonis, ergo debet esse in eadem instantia, cum in diuersa sine illa constitutione petere potest. Itẽ tex. est superfluus, quia debet exponi, iudex condemnabit in eodem iudicio, idest iudex condemnabit coram eodem iudice, quod ineptissimum est. Præterea in §. si quis aliud. illa uerba, in eodem iudicio, exponuntur, id est in eadem instantia, ergo etiam in §. præcedenti. arg. §. illud. uers. ex hoc tamen. insti. de leg. aquil. Similiter alia responsio restringens illum textum ante litis contestationem, uiolat eum, quia repugnat uerbum, petierit, quod importat litis contestationem. l. amplius non peti. ff. rẽ ratam hab. Quod etiam suadetur, quia. §. præceden. & §. sequens. intelligitur post litis contestationem, ergo & ipse. §. si minus. arg. d. §. illud palam. insti. de leg. aquil. Item iudicium proprie est post litis contestationem, ut no. in rub. inf. de iud. Tertia expositio

Rimi-

Rim in al. quod intelligatur in eodem iudicio in genere propter identitatem personarum licet sit diuersa instantia, Similiter est uiolatiua tex. & repugnat significatio in præcedenti & sequ. §. sumpta. Et quia text. nouiter dicit introductum a diuo Zenone, Item illa uerba essent impertinenter posita. Minus expositio domini mei ad illum textum procedere potest, dum dicit eodē iudicio, idest eadem actione, quia repugnat dictio in, cum iudex non condemnet in actione, sed in iudicio. Et sic ille tex. uidetur ineuitabiliter probare qđ emendatio possit fieri usq; ad sententiam. Secundo facit tex. in l. in delictis. §. si detracta. ff. de nox. ubi licita est emēdatio usque ad sententiam. Nec ualet quod dicunt communiter scribētes quod ille tex. loquitur de parua qualitate, quia immo loquitur de qualitate potenti cum p eam petitio augeatur uel minuatur, quia uno modo tenetur insolidum, & alio modo liberatur dando seruū pro noxa. Tertio pro hac opinione adducit Curti. hic stringens fundamentum, quia omnes fatentur quod in alia instantia potest fieri emendatio solutis expensis. Sed circuitus est euitandus, ut no. in l. 1. de leg. 1. ergo in eodem iudicio debet permitti ne diuidantur continentiæ causæ. Et bene facit tex. in l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. ff. si certum petatur. Quarto facit textus noster hic qui non ponit aliquod tempus, sed solum se remittit ad æquitatem iudicis. argum. no. in l. 1. ff. de iure delib. Quinto pro hac parte. Alci. hic in uerbo emendat. adducit omnes fallentias quas ponit hic Barto. nam post litis contestationē potest ambigua uerba declarare. l. si quis intentione. ff. de iud. Item errorē suum potest quis emendare usque ad sententiam. l. error. sup. de iur. & fact. ignor. Item potest qualitas mutari quæ auget & minuit sententiam d. l. in delictis. §. si detracta. Item potest diminuere, quia potest remittere partem debiti & totum debitum pendente iudicio. l. q dam estimauerunt. ff. si certum petatur. Item in generalibus & uniuersalibus additio & detractio permittitur, ut sentit Barto. & alii, supra, quia licet dicant fieri iure actionis, tamen emendatio est. Item hoc probat text. in dicto. §. si minus. & §. si quis aliud. & l. ampliorem. §. si. inf. de appel. quæ generaliter uult augeri posse usq; ad sententiam. & l. apud Celsum. §. item quæritur. ff. de exceptione doli. quæ etiam in iudiciis uere potest procedere.

Ergo generaliter cōcludendo uidetur permissam esse emendationem usq; ad sententiam, sed non mutationem, quia in emendatione remanet substantia libelli, & eadem actio, & causa. In mutatione uero nouū ius adiicitur, & noua causa. Sexto facit secundum Mantuā, quia æquitas fugerit ne incassum litigetur. Item reus proprie non dicitur nisi lite contestata ut per Bald. in auth. litigiosa. inf. de litigiosis. Et tenendo istam partē quæ ualde probabilis uidetur potest responderi adductis pro communi. Nam lex non potest procedit in iis quæ obuenerunt libellanti post litis contestationem, sed in casu nostro uel detrahitur, uel si de nouo additur uenit ex causa de præterito, quod potest. l. si rem. ff. de pigno. actio. uel secundum Curtium, licet noua petitio detur, tamen est eadem instantia, quamuis detur nouū tempus ad deliberandum. Nec secundum fundamentū de litis contestatione obstat, cum non possit procedere in diminutione. Item quando fit emendatio, quia est noua petitio, fit etiam noua litis contestatio. Et Alexā. fatetur emendationem procedere facta noua petitione, secundum Curtium. Nec ualet quod reus non potest esse certus, quia hoc non consideratur, cum respectu præsentis status sit certus, & si emendabitur, noua dabitur dilatio, unde poterit esse instructus. Non obst. quod inducatur quasi contractus, quia potest recedi a quasi contractu iudiciali. Nec assimilatur quasi contractui extraiudiciali, quia redditur in inuitum, & non est nouus consensus, sicut in aliis. Et hoc patet, quia mutari potest qualitas alterans condemnationem. d. l. in delictis. §. si detracta. Vel quasi contractus inducitur super generalitate iudicii & causæ & litis. Non autē super particularitatibus eius. Ex quibus Alcia. dicit post prædictos omnino sequendum esse intellectum Ioan. Fabr. & Iaso. ad dictum. §. si minus. quod emendatio pmittatur usq; ad sententiam probato tamen errore. & in d. §. si minus. & §. si quid aliud. qui euitari nō possunt. Non obstat quintum, quia licet post litis contestationē res sit deducta in iudicium, tñ non tollitur quin possit emendari, cum remaneat eadem causa eadem res & idē libellus in substantia super quibus facta est litis contestatio. Non obstat quod actor debet uenire instructus, quia hæc ratio non potest impedire emendationem, cum alias ante litis contestationem nec fieret emendatio, & alia ratio urget in contrarium ne fiant iudicia elusoria contra bonum publicum. l. 1. ff. de usuca. & cap. dispendia. de rescript. in 6. & capitul. causam quæ. extra de iudic.

61 Sed tamen† licet articulus sit disputabilis, & multum colorata sit præcedens opinio, puto tamen non esse recedendum a communi opinione, quod emendatio regulariter non permittatur post litis contestationem. Et primo per textum in d. l. non potest. qui generaliter loquitur, & est uiolatio restringere ad ius superueniēs ex noua causa, quia lex esset de indubitabili. Item quia dicit alia interpellatione opus est. & ille tex. intelligitur etiam quando diminuitur petitio, cum si est alia summa siue minor, siue maior, semper est nouum debitum, ut no. in §. præterea. insti. de inut. stipu. Nam diuersa summa facit diuersam obligationem & nouum debitū, & quantum ad illud deductum dicitur de nouo accidere in iudicio. Quia summa petita fuit unum indiuiduum forma, ut per Bar. in l. grege. §. 1. ff. de fideiuss. Nec dicitur esse eadem causa, nec eadem actio in indiuiduo, sed solum in specie, ut per Bartolum in l. scire debemus. in princip. colum. si. uer. & si propter hoc. ff. de uerborum oblig. qui multum in terminis uidetur loqui. Vnde super ista noua petitione non fuit lis contestata, quia in contestatione negantur narrata prout narrantur & petita prout petuntur, ut no. in l. 1. inf. de liti. contesta. & sic contestatio & quasi contractus fit super illa formali petitione tantum, & quando additur uel detrahitur est noua petitio & noua causa in specie. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. l. fi. ff. de usu. & habit. l. quidquid tamen. §. si masse. ff. quib. mo. usufr. ammit. potest item ille text. intelligi ex eadem causa, ut probatur in l. Atheius. §. fina. ff. de acqu. plu. arc. licet glo. in uerbo factum. destruat illum textum quia immo debet intelligi in eadem causa, alias non faceret ad propositum de quo ibi. Nec tex. quem allegat, contradicit, quia loquitur in opere quod separari non potest, & non potest primum destrui sine secundo propter connexitatem, & ibi ratione cuiusdā accessionis iudex potest se intromittere sicut in aliis accessoriis & connexis de quibus in l. ædiles. §. sciendū. ff. de ædil. edic. Sed quando opus per se stare potest, expresse in utroq; tex. deciditur quod non possit deduci in illo iudicio, quia super eo non est lis contestata.

Secundo confirmatur, quia omnes pœnæ quæ imponuntur per leges alicui propter iniustam petitionē habent locum post litis contestationem. l. 1. C. de plu. petit. & in §. si quis agens. insti. de actio. ergo non potest fieri mutatio, quia semper posset dicere se pœnituisse, & non incideret in pœnam, & fuisset inconueniens quod per litis contestationem caderet a tota causa, si potuisset pœnitere, argum. nota. per Bal. in l. contra negantem. inf. ad l. aquil. & tamē in istis casibus mutatio fit in fauorem rei de maiori ad minorem summam. Et ideo si quo ad ammissionem totius rei non poterit emendare ad euitandum pœnam, ergo tantominus ad effectū ut possit obtinere.

Tertio facit, quia dicit se possidere usq; ad litis contesta-

testationē pœnitere potest; postea uero non l. is qui se obtulit. ff. de re iudicat. ergo nec etiam hoc casu ut possit emendare. Et facit etiam, quod per litis contestationem inducitur quædam confirmatio a qua non potest recedi ut in iudiciis aliqua sit firmitas ad formandum articulos & defensiones & probationes fiendas, ut per Bal. in c. primo. de lit. contesta. & Ias. in rubric. supr. de in ius uoca. ac etiam ut infinitas euitetur in litibus, & Aliquando accipiant finem arg. eorum quæ dixit Petrus rebuffus & Dec. in l. prima. inf. de sent. quæ pro eo quod interest, in primo notab. & tunc temporis, cū res sit deducta in iudicium, uidetur iniquum quod possit uariari sicut potest ante litis contestationem quando non est deducta in iudicium. l. prima. intra de litis contestatione. nam tunc non dicitur petere, sed uelle petere. l. amplius non peti. ff. rē ratam hab. Item amplius non est tempus præparatoriorum, sed successit secūda pars iudicii discussoria, & æquum uidetur quod quanto tempore durant præparatoria quod possit fieri emendatio, eis uero finitis, remanet solum discussionis materia, ut in auth. in medio litis. in fi. in glo. prohem. sicut post conclusum in causa clauditur os partibus quia incipit tertium tempus iudicii decisorium, ut no. in ca. dilectus. ext. de fid. instr.

Suadetur etiam, quia alias usq; ad sententiam possent opponi exceptiones dilatoriæ & incompetentiæ iudicis, contra. l. exceptionem. infra de probat. & l. fin. infra de excep. & ex mutatione potest causari exceptio incompetentiæ iudicis si summa est maior. Nec admittendum est quod iudex efficiatur competens per l. ampliorem. §. fi. inf. de apella. quia tex. loquitur in casibus in quibus permittitur petitio incerta, iux. no. in §. curare. insti. de actio. Alias enim esset in potestate rei facere omnem iudicem competentem, & illudere legem §. si mutuæ. uersicu. ne in potestate. ff. de iuris. omnium iudicum. Non obstāt contraria. & primo. d. §. si minus. in quo est tota uis, quia responsio Alex. uera est ut restringatur ad litis contestationem, quia tex. dicit, siquis intentione sua, & sic ante litis contestationem, quia illa uerba innuunt tantum productionem libelli, & in illis etiam intendat dare oportere, & licet ponatur uerbū, petierit, tamen refertur ad principium quod tantū loquitur de productione libelli, & fuit etiam de mente Purpur. hic. Et hoc suadetur, quia tex. in d. §. siquis agēs habet locum ante litis contestationem, maxime quando damnificatus fuerit actor in expensis, cum etiam habeant locum pœnæ tripliante litis contestationem, secundum glo. in l. prima. inf. de plus peti. Et per dictā constitutionem fuit declaratum quod sine periculo agit ut cesset dubium, nec incōuenit, quia multa alia correxerat in materia emendationis circa pœnam ammissionis, ut dicitur in §. seq. argum. nota. per Bartolum in l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posthum. Et eodē modo necessario debet intelligi. §. siquis aliud. qui loquitur de mutatione causæ & actionis, in qua omnes fatētur quod non potest fieri post litis contestationem, & utitur uerbo, intenderit, non autem, deduxerit, iux. le. primam. infra de litis contestatio. & hoc multum stringit. Nec obstat tex. noster, quia se restringit ad decisionem perpetui edicti, quod ita restringebat. Nec etiā urget quod se restringit ad æquitatem iudicis, quia eo casu loquitur de interesse & qualitate interesse quod in eius arbitrio permittitur, & etiam quando difficultas est, an sit qualitas, uel obscuritas, uel emendatio.

Non obstat fundamentum Curt. de circuitu, quia ille tolleratur quādo est aliqua utilitas, uel tractatur de ratione iuris, & forma seruanda. argum. l. inter cætera. ff. de lib. & posthum. ut no. in dicta l. prima. ff. de legat. primo. Non obstat. l. in delictis. §. si detracta. quia loqtur de qualitate alterante condemnationem, non de qualitate diminuente uel augente principale debitum. Nam semper est eadem causa, & idem debitum, licet aliquando liberetur præstando seruum pro noxa. instit. de off. iud. §. primo. Non ob. l. error, quia error legitimus & probabilis admittitur d. §. si minus, sed hic non erat error probabilis. Non obstat quod æquitas suadeat, quia immo æquitas suadet hoc ut sit firmitas aliqua propter probationes fiendas, & sibi debet imputari quod non se informauit ante. per l. qui in alterius. ff. de regul. iur. Non obstat quod reus non dicatur ante litis contestationem, quia non est uerum ut dixi in l. prima. supra eo. in textualibus post Decium. Nec ob. dict. §. siquis aliud, quia ut dixi debet intelligi ante litis contestat. quia æquiparat errorem circa rem, & mutationē circa causam & actionem. Non ob. l. ampliorem, quia loquitur quando iudicium est incertum, siue sit particulare, siue uniuersale, & potest poni exemplum in l. sancimus. in fi. inf. de dona. & in omnibus casibus notat. in §. curare. insti. de acti. non autem quando actor addit, ne sit in eius facultate facere iudicem competentem & non competentem, contra. l. si idem. §. primo. in sui ratione. ff. de iuris. omnium iudicum. Non ob. l. apud Celsum. §. item quæritur, quia intelligitur in lite non contestata, uel loquitur in arbitris in quibus non seruatur ordo iudiciarius. l. prima. inf. de arb. Ex quibus declarationibus habes magnam restrictionem ad illam conclusionem.

Successiue Barto. hic prosequendo materiam emendationis, eam diuisit in quattuor partes, in emendationem substantialium, emēdationem circa rem petitam, emendationem qualitatis, & declarationem, ut per eū. Quæ reducuntur ad theoricam hoc modo, quia in libello aliquando ommissa sunt substantialia, aliquando sunt apposita substantialia, sed tamen quia non fuerūt recte posita, ea in parte uult alterare. Primo casu, aliqñ libellus est ipso iure nullus, aliquando ualet parte non opponente. Secundo casu libellus semper ualet, sed tractatur de alterando substantialia posita, quæ alteratio aliquando fit circa rem petitam, aliquando fit circa causam, uel circa obligationem, uel actionem, & quia hæc alteratio non potest fieri nisi per mutationem qualitatis, ideo ponitur de emendatione qualitatis, & quia uerba possunt esse obscura in uarietate sensus, ideo quarto loco ponit postea de emendatione per declarationē, quæ proprie dicitur declaratio.
62 † Primo casu quando ommissa sunt substantialia, & defectus est in substantialibus, & sit talis defectus quod parte non opponente nō uitiat, tunc potest emendari usque ad sententiam. l. fin. §. fi. inf. de anna. excep. Si uero semper uitiat, tunc usq; ad litis contestationem potest emendari si tempora largiantur, alias secus, per l. accusatutus. ff. de adult. & l. Titia. ff. de accusa. Et sic Bar. concludit quod sunt quædā substantialia sine quibus libellus ualet, quod uidetur absurdum. Cum substantiale dicatur illud sine quo res stare non potest. l. 2. ff. de usufr. earum rerum quæ usu. consum. Soluit Fulgos. quod quædam sunt substantialia simpliciter, & ista sunt uera substantialia sine quibus res stare non posset. de quibus per Bartolum in le. prolatam. inf. de sent. & in libello per Bart. in l. si prius. ff. de noui oper. nunt. Quædam sunt substantialia secūdum quid scilicet uolente parte, & hoc modo certitudo libelli est de substantia, & hæc est uera solutio. Potes etiam dicere quod quædam sint substantialia quæ ab initio & semper requiruntur in actu, quædam sunt quæ requiruntur a principio in potentia, licet nō sint actu, sed sufficit potentia, ut est scire siue loquela in homine quæ ab initio sunt in potentia, & postea in actu, & ratio in infante est in potentia non actu, & tamē est de substantialibus hominis, quia est animal rationale, & mortale, & ita in libello certitudo debet esse in potentia, & sufficit quod in actu deducatur usque ad sententiam parte non opponente, Item quædam sunt substantialia fauore partis inducta quibus ipsa potest renuntiare. l. pe. infra de pactis. & Barto. loquutus fuit hic de sub-

de substantialibus in genere.

63 Secundo†concludit Bar. quod libellus in substantialibus respicientibus certitudinem & instructionē partis, ut est res, quantitas, & causa, ea non opponente potest emendari usque ad sententiam. Cui obstat quod immo uidetur posse fieri usque ad conclusionem in causa quæ æquiparatur sententiæ secundum Bartol. in l. si mater. ff. de excep. rei iudic. cum similibus traditis per Alex. in l. 3. §. si seruus. colum. pe. ff. de acquir. poss. Sed Dec. soluit quod illa æquiparatio procedit solum quādo militat eadem ratio, hic uero non militat eadē ratio, quia sufficit quod declaratio sit facta tempore sententiæ, quia fit ad instructionem iudicis, sicut interrogatio potest fieri a iudice etiam post conclusionem in causa secundum Alex. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. quādo autem dicatur conclusum in causa, habetur in c. cum dilectus. de fid. instr. & l. si in rem. §. fi. ff. de euictio. Sed in contrariū facit communis doctrina docto. in c. examinata. de iudic. & in §. curare. in stitu. de actio. & Bald. hic in specie in lectura paduana. colum. 14. quod libellus generalis procedit dummodo probationes sint certæ & specificæ. Vnde uidetur qd declaratio libelli debeat fieri in articulis probatoriis etiam parte non opponente, Non autem post conclusum in causa, quia alias testes non probarent suam intētionem, cum iurent super articulis, ut no. in l. 1. ff. si certum peta. Et probatio eorum esset nimis generalis & non concluderet. c. in præsentia. de proba. & sentit gl. in d. l. fi. in finalibus uerbis. glo. magnæ. & per Bar. in l. 1. §. si quis argentum. ff. depo. ergo uidetur quod declaratio non possit fieri usq; ad conclusionem in causa, sed solum usq; ad tempus probandi.

64 Vnde†ego puto distinguendum esse, considerando quod triplex est obscuritas, Vna quæ impedit sensum uerborum & non apparet quid sibi uelit actor, Alia quæ insurgit ex uaria significatione uerborum, ut si fecit mentionem de ducatis, non expressit de imperialibus uel aliis, uel si fecit mentionem de Sticho, & sunt plures eius nominis. Tertia est obscuritas quæ insurgit ex generalitate libelli siue ex incertitudine. Primo casu declaratio illius obscuritatis est proprie emendatio d. §. quibus. prima constitu. codicis. & de emendatione codicis. §. supradictis. & hæc non poterit fieri nisi usq; ad litis contestationem. sicut nec aliæ partes emendationis ut supra dixi. Secundo casu quando obscuritas causatur a multiplici significatione uerborum, & tunc declaratio illius obscuritatis est uera declaratio, & nihil noui addit, sed quod erat dispositum ostendit, ut infra dicam in materia declarationis. Et hæc potest fieri usque ad sententiam. argum. l. hæredes palam. §. si qd. post. ff. de testa. & hoc casu sine dubio procedit dictum Dec. hic. Tertio casu quando obscuritas causatur ex generalitate libelli uel incertitudine petitorum, & hoc casu potest dubitari an sit declaratio uel emendatio, sed magis placet quod sit declaratio, quia ab initio libellans tacite omnia expressit, & causam, & obligationem, & actionem, quamuis uoce uel uerbis non expresserit, & ita præsumitur ut dicit Dec. infra nume. 34. uer sicul. sed tamen. argum. ca. sicut. de re iudic. Vnde si postea uerbis exprimit illam causam, non addit aliquid de nouo, sed quod iā positum uel narratum tacite fuerat scriptura uel uerbis exprimit, & sic est declaratio.

65 Et ideo†dicendum est, quod ex natura declarationis poterit fieri usque ad calculum ferendæ sententiæ etiam post conclusionem in causa, quia licet pars renūtiauerit instructionibus suis, tamen iudex non renūtiauit instructioni suæ & potestati interrogandi, iux. no. per glo. 4. in capitulo in præsentia. de proba. & hæc declaratio fit ad solam instructionem iudicis quę semper fieri potest. l. ubicunque. ff. de interroga. actio. Alexā. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. colum. 6. ut dicebat etiam hic Dec. & bene quidquid dicat postea Mantua, quia omnia eius fundamenta tolluntur, ꝑpter hanc considerationem, quod hæc declaratio fit ad instructionem iudicis, & semper est utilis usque ad illum punctum sententiæ. Quam tamen conclusionem intelligo procedere quando non indiget aliqua probatione, ut quia pro actore sit præsumptio iuris, sed si indigeret probatione, tunc declaratio deberet fieri tempore probationum, ut si fiat probatio per testes, fiat declaratio tempore articulorum ut testes possint concludenter deponere reddendo rationem dictorum suorū. Et si fiat probatio per instrumenta, declaratio saltem fiat tempore productionis instrumentorum usque ad conclusionem in causa, iux. no. in cap. cum dilectus. de fid. instrum. & l. non hoc. inf. unde legiti. & satis est de mente Barto. in l. si in rem. in fi. ff. de reiuendi. Et prædicta parte non opponente procedunt. Parte uero opponente debet fieri declaratio eo tempore quo reus opponit, siue ante litis contestationem, siue post, adhoc ut reus possit facere suas defensiones, alias tolleretur sibi defensio, quod nunquam conceditur, ut not. in auth. ad reprime. in uerb. figura. colum. 2. & no. in rub. extra de appella. & facit, quia iudex hoc semper potest facere. l. ubicunq;. ff. de interro. act. & c. cū clamor. de testi. Et Reo nō denegat q actori licitū est. l. nō debet. ff. de reg. iu. & per Dec. hic. Non ob. d. Bal. in l. exceptionem. inf. de excep. quia dico illud dictum debet intelligi quod non possit opponi per modum exceptionis dilatoriæ ut per hoc processus sit nullus, uel quod facta declaratione possit petere tempus ad deliberandū, quod est de natura dilatoriæ, sed bene poterit implorare officium iudicis, & facere ut cogat actorem declarare, ut possit suas defensiones facere. cum alias probationes non concluderet. argum. dictæ. l. ubicunque. Vel dic quod post litis contestationem non potest opponi ut declaretur libellus, sed poterit opponi ut declarentur articuli uel processus. Item exceptiones dilatoriæ quæ semper uitiant processum semper opponi possunt ut est exceptio falsi procuratoris, uel exceptio iurisdictionis iudicis, quæ non potest per partes prorogari, iux. no. in c. si diligenti. de foro comp. & l. licet. cū ibi no. inf. de procu. & Sali. in l. ita demum. uers. concludo igitur. inf. de proc. & sic cessant quædam læuia quæ adducit hic Mantua contra Dec.

66 Tertio†Bar. concludit, quod si ommittatur aliquid de substantialibus, ut criminalibus dies & annus, quod emendatio debet fieri si tempora largiantur, & sic præsupponit quod libellus sit nullus non seruata forma. l. libellorum. ff de accus. & hoc tenet Bar. ibi propter uerbum, aboletur. Sed Deci. hic dicit quod immo libellus ualet parte non opponente, propter uerbum aboletur quod denotat accusationem ualere, ut ponderat expresse Bar. in l. ii qui accusatione. inf. ad turpil. & ita refert multos tenere quod libellus ualeat. Et suadetur hęc opinio per dictam l. libellorum. in fi. ibi, postulāte reo. ff. de accus. Sed ego puto opinionem Bar. ueriorem esse, quia tex. ibi dicit quod ex integro repetendi sunt, & simpliciter dicitur rei nomē aboletur etiam ex officio iudicis parte non petente quia semper ille libellus procedere non potest. Nec ob. uerbum, aboletur, quia ut dicit hic dominus meus, abolitio fit ad abundantē cautelam quatenus de facto accusatio processit, ut no. in rub. inf. de abolit. & l. 1. per glos. ibi quæ exponit aboletur, idest extinguitur, & Specu. in titu de aboliti. §. 1. & hoc placet, quia tex. dicit quod nomen rei aboletur, non autem accusatio, & licet ea sit nulla, tamen reus tā quam reus est de facto scriptus, unde necessaria est abolitio ut tollatur illud nomen ita scriptum. l. si maritus. §. fi. cum glo. fi. iunct. l. uim passam. §. pe. ff. de adult. & no. per multa exempla in l. posthumo. inf. de cont. tab. Nō ob. quod dicit Bar. in l. ii q accusatione. quia potest dici quod intelligat de accusatione quæ aboletur, non de nomine rei, & abolitio in accusatione præsupponit

ponit ualiditatem eius,& ita ibi loquitur tex.in uerbo qualicunque accusatio.& ibi libellus erat ualidus.Nõ ob.ponderatio facta in fi.legis. quia ibi libellus ualuit & accusatio.Ideo solo officio iudicis non potest aboleri,sed requiritur petitio partis. Alia etiam cõtra istã opinionem adducit hic Mantua,quibus ipse respondet, sed ex prædictis patet clarior solutio.

67 Quarto†concludit Bart. hic, quod libellus est nullus quando non habet conclusionem,uel habet& ineptam Sed Fulgo. reprehendit dicens,quod libellus ualet sine conclusione,cum nulla causa sit necessaria,ergo si exprimatur,&inepte, non uitiat.l.1.inf.de rei uxo.actio. facit glo.in l.uinum.in fina.uerb.ff.si certum pet. dum uult quod quando non est necessarius libellus, si fiat inepte,non uitiat. Ale.respondet quod expressio inepta demonstrat calumniam agentis,sed quia nõ tollit fundamentum obiectionis.Dec.respondet negando quod causa non requiratur,quia immo requiritur sed non expressio eius nisi in processu iudicii, & licet si non expresserit præsumatur iusta,tamen expressa,&inepta denotat calumniam petentis,sicut in sententia,causæ expressio non requiritur, tamen inepta expressa uitiat. cap.sicut.de re iudica.& per Innoc.in ca. in præsentia. de renunt.

Sed ista dicta doct.uidentur æquiuocare,quia aliud est causæ expressio,aliud conclusio in libello est, quare peto eum condemnari ad dandum centum, & illa uerba,quia mihi debes uel promisisti,denotant obligationem & causam agendi, & sunt medium concludendi,ut declarat Bar.in l.si prius.in 5.oppo.num.13.ff.de noui op.nuntia. Et medium concludendi non est necessarium exprimere quia subintelligitur a lege quãdo precessit narratio facti,&siquis narrauit se mutuasse cẽtum,& petit reũ condemnari,licet non exprimat,tu es obligatus,tamen libellus ualet, quia id subintelligitur a lege,unde si exprimatur & inepte, puto quod libellus procedat,quia clara est iuris decisio, Sicut dicunt docto.in c.examinata.de iudic.quod cum ex narrationa facti constat de actione uera, expressio inepta non uitiat,& in iis terminis fuit loqutus Fulgo.& bene, qd quid dicãt Dec.& Alex.Sed si conclusio esset inepta,ut quia narrasset se mutuasse,& peteret reum condemnari ad eundum Romam,uel edificandam domum,& tũc ista conclusio esset inepta,& uitiaret libellum,quia necessaria est, ut hic per Bart. licet non bene expresserit mentem suam, Et prædicta procedunt in ciuilibus.

In criminalibus uero, quia non est necessaria cõclusio,ut per Bar.in l.libellorum.de accusa.& l.quid ergo §.pœna grauior.ff.de iis qui nota.infam.si exprimatur & inepte non uitiat, quia iudex ex officio suo tenetur punire,ut per Bar.in d.locis.& per Ias.multa allegantẽ in §.omnium.num.131.insti.de actio.ubi etiam ponit quod in causis spiritualibus, uel quando agitur coram Papa non est necessaria conclusio,ut no.in d.c. examinata.Non ob.quod per expressionem ineptam demõstratur calumnia, quia illud procedit quando illa res exprimenda dependet a scientia uel animo & cognitione exprimentis, quia non expressa præsumitur quod bona fuerit,sed expressa& inepta denotat calumniam. Sed quando non dependet ab eius cognitione uel animo,sed ex legis dispositione,tunc expressio inepta nõ uitiat,quia præsumitur error.Ita intelligitur glo. in d. l.uinum.& no.in c.examinata.de iud. Nam in sententia causa eius dependet ab animo iudicis, & in libello conclusio, seu medium concludendi siue causa agendi & ipsa actio dependent a legis dispositione facta plena narratione negotii.Et in criminalibus punitio dependet a legis dispositione & iudicis officio,& in ciuilibus condemnatio dependet a uoluntate actoris qui potest uelle certo modo condemnationem fieri, & si dicatur, immo etiam medium concludendi dependet a uoluntate partis,ut appareat quæ actio sit intentata, ut per Bar.in l.certi condictio.colum. prima.ff.si certum peta.cum per medium concludendi cognoscatur an sit intentata actio generalis uel particularis,& sup.in quęst. de actio.dixi necessarium esse quod exprimatur mediũ concludendi,quia duæ actiones semper nascuntur, generalis,& specialis,ergo si exprimatur,& inepte,debet uitiare,per no.in d.c.examinata. Respondetur negando, quia illud medium concludendi ommissum nunquam facit uarietatem in causa & obligatione,cum in genere illud medium semper sit certum respectu cõclusionis ad condemnationem,& si apponatur clausula salutaris,petens ius & iustitiam ministrari,uel sit summaria causa,tunc non curatur quod plures nascãtur actiones,quia præsumitur nata specialis, ut omnes concludunt supra in quæstione an exprimendum sit nomen actionis. Vnde dicendum erit aliud de medio concludendi quam de conclusione ipsa quæ tota dependet a uoluntate partis.arg.l.1.inf.ut nemo inuitus agere. & quia quis potest renuntiare parti debiti sui,ut per Bart. inf.uers.quandoq; uolo.

Et prædicta uera quando apparet ex tali conclusione contrarietas uel diuersitas omnimoda, si uero esset aliquis saluandi modus,& procedatur ex forma statuti summarie & sola facti ueritate inspecta, tunc procederet libellus etiam cum inepta conclusione,ut per doctor.in d.c.examinata.& Claudium aquensem in le.1. ff.de off.assesso.num 10.uer.2.limitatur.& uers. secundus casus.Nec ob.quod dicebat Curtius quod illa uerba,quia Rex Franciæ uiuit.possunt esse aptissima si fuit talis conditio apposita in actu,ergo præsumetur libellus ualidus,Quia ex narratione facti apparebit qđ pure erat facta illa promissio, unde sequitur quod non potest eo modo adaptari,& tollitur contrarium.

68 Quinto Bar.hic†concludit,quod libellus non potest emendari post litis cõtestationem. Deci.opponit quia nulla potest considerari litis contestatio,cum sit nulla lis.l.4.§. condemnatum.ff.de re iud.Sed Alex. & Fulg. respondent quod Bartol.intelligit de litis contestatione incepta, sed quia inepta est solutio & sibi contraria,Ideo Dec.soluit quod litis contestatio, licet sit nulla ad effectum ut possit ferri sententia,tamen respectu sui dicitur ualida,quia est separata a libello. Item non est uerum quod litis contestatio ualeat cum sit separata a libello,ut dicebat Dec.quia immo litis contestatio est unita cum libello.cũ fiat super libello, negãdo narrata prout narrantur,& petita prout petuntur, & sic se refert ad libellum, & hoc probatur in d.le.si maritus. §.fi.ff.de adult.ibi,nihil agit,prima declaratione, & sic præsupponit quod etiam processus fuit factus etiã usq; ad sententiam,dum utitur uerbo egit in præterito perfecto, & ita ibi intelligit Bar.cum dicit quod debet petere absolutionem. ad idem uidetur tex.in l.licet.intra de procur.ubi litis contestatio nulla dicitur nullo existente iudicio. Præterea litis contestatio fit ad finem perueniendi ad sententiam.l.prolatam.C.de sent.ergo si non potest ad hoc ualere non debet amplius haberi in consideratione. Vnde satis potest dici quod sit facta emendatio ante litis contestationem. Sed hæc solutio non eneruat contrarium, quia non tollitur quin post litis contestationem possit fieri emendatio.le. si maritus.§.fi.ff.de adult. Vnde mihi placet quod indistinctè possit fieri emendatio si tempora largiantur.per dic.l. accusaturus.quæ non ponit hanc distinctionem,& erat inconueniens quod per litis contestationem nullã impediretur quis de nouo prosequi in causa si uoluerit litigare,quia solum absolutio potest fieri ab obseruatione iudicii,non autem a petitis,& facit tex.in d.l.libellorum.de accusa.ibi,ex integro agendum est. Et hæc non est propria emendatio,sed est principium libelli, ut supra dixi.l.hodie.ff.de capi. dimi. quæ operatur effectum prout exnunc,non prout extunc, ita quod de iure est nouus libellus,& principium litis,non autem antiquus

tiquus emendatus nisi quatenus processit de facto, ut statim dicam de gabella.

Sexto hic dicit Bart. quod ista emendatio est fienda si tempora largiantur, quia cum hæc emendatio sumat uires ex se prout exnunc, non potest fieri nisi eo tẽpore quo de nouo potest produci libellus, cum in effectu sit nouus libellus, & non sit proprie emendatio libelli sed renouatio. facit. l. bonorum. ff. rem ratam haber. Sed si emendatio fieret in accidentalibus uel in substantialibus in libello ciuili, si tempus ad agendum esset assignatum iux. l. diffamari. inf. de ing. & manumiss. tunc bene possit fieri post terminum assignatum, ita intelligitur tex. & quod ibi ponit Bar. in l. qui fundum. ff. de contr. emph. Facit quod uoluit Bal. in c. 1. ext. de fid. instrum. qui dixit quod si producatur exemplum infra terminũ, & originale post terminum ualet productio, & sequitur Dec. in auth. siquis in aliquo. inf. eo. Dicas igitur breuius, aut libellus est ipso iure nullus, uel propter substantialium ommissionem, uel ex alia causa, ut in d. l. si maritus. §. fi. ff. de adult. & tunc non est tractandum de emendatione quæ præsupponit ualiditatem libelli, ut probatur in tex. nostro. ut per Alex. sed tractãdum est de renouatione, & in renouatione fit regula, quod potest fieri si tempora largiantur non habito respectu an sit lis contestata uel non. Nec ob. l. accusaturus. de adulter. quę uidetur præsupponere emendationem fieri de libello nullo, quia illa lex debet intelligi de emendatione respectu causæ, quia renouato libello remanet eadem causa, & ideo tex. ibi. dixit ne causa criminis aboleatur, & sic non habuit respectum ad libellum sed ad ipsam causam criminis quæ remanet eadem. Si uero ualet & conceptus fuit generaliter, & tunc si est datũ tampus ad agendum, & speciem actionis exprimendũ, & tunc si tempora largiuntur potest fieri emendatio, alias autem non, quia tempus fuit datum solum ad perfectionem libelli, & ideo requiritur quod non sit lis cõtestata & tempora largiantur, Sed si datum est tempus simpliciter ad agendum, tunc solum consideratur an sit lis contestata, quia post terminum potest fieri declaratio, ut per Bar. in d. l. qui fundum. ff. de cont. emp. & Bal. in l. 1. §. huius studii. ff. de iusti. & iur. uers. & est argumentum.

69 Item† dum Bar. dicit quod pro libello nullo soluenda est gabella. ob. quia de actu nullo non soluitur gabella. l. fi. §. fin autem. inf. commun. de leg. & est tex. in l. ea lege. inf. si mancip. ita fuer. alie. & no. Bal. in l. 2. inf. de eunuch. Item de libello nullo emendato soluenda est gabella, ut dixit ipsemet Barto. in le. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. qui propter sui generalitatem compræhẽdit libellum nullum, & ualidum, licet docto. intelligant q. loquatur de libello nullo. Sed in utroque concludit hic Dec. quod uerba statuti sunt consideranda, nam si statutum loquatur de libello, intelligitur de libello ualido, quia libellus nullus non est libellus. l. filiusfam. ff. de testamẽ. sed si uerba statuti referantur ad producentem, ut quia dicatur, producens libellum soluat gabellam, & tunc pro libello nullo soluenda erit. Sed hæc distinctio non est tuta, quia statutum puniens aliquem facientem actum intelligit ualidum, non nullum. l. j. ff. q. quisq; iur. hæc aũt uerba. Et ideo iudex ferẽs sentẽtiam iniquam quæ sit nulla non punitur, ut no. in l. fi. ff. de uari. & extraor. crim. & l. 1. inf. de pœn. iud. qui mal. iudi. Et generaliter dispositio loquens de faciente actum intelligitur de actu ualido. l. sicut. §. 1. ff. de oper. lib. & le. 1. §. hæc autem uerba. ff. quo. quisq. iur. & ibi no. & l. nõ dubium. sup. de leg. cum concor. allega. per Ias. in d. le. 4. §. condemnatum. in 2. notab. Vnde puto saluari posse Bar. nisi in sportulis soluendis notariis propter laborẽ eorum in quibus non attenditur an libellus sit nullus uel ualidus nisi prohibeatur actus. l. 3. inf. de eunuch. & nisi statutum se referat ad cartam, ut quia dicat, qđ soluatur gabella pro qualibet carta producta in iudicio, uel pro qualibet scriptura, secus si se referat ad nomen iuris quod a lege recipit diffinitionem, quia tunc intelligitur de actu ualido.

70 Septimo† tangit Bar. si agatur de crimine ciuiliter, an ommissio diei, & loci uitiet ipso iure libellum, sed non determinat hic, nec in l. 1. ff. eo. quamuis, colum. pe. uideatur sentire quod sit ipso iure nullus. Et expresse hoc firmat Alex. quem sequitur Dec. per capitulum tuæ. extra de procur. ponderando duobus modis, primo ibi oportet tamen quod inseratur locus & tempus. Et uerbum, oportet, denotat necessitatem, ut no. in l. 1. ff. de iusti. & iur. Secundo, quia se refert in effectu ad legem libellorum. ff. de accus. in qua pro forma requiritur qđ inseratur locus & tempus, & ideo in hoc casu erit de forma, cui partes non possunt renuntiare, ut per Alex. in l. inter cætera. ff. de lib. & posthum. & per repetentes in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & ita respondet fundamentis Fulgo. Sed tamen etiam fundamẽta sua euitari possunt quia uerbum, oportet, ibi debet intelligi quod inducat necessitatem parte opponente, uel in probationibus, sicut fit in l. 1. ff. eo. quæ utitur uerbo, debet, & tamen intelligitur parte opponente. per legem si. inf. de except. Præterea relatio quam facit ad legem libellorum. est circa solam enumerationem eorum quæ requiruntur in libello, non ut eodem modo & iure necessario ponãtur, sed solum parte opponente. argum. §. item is. instit. quib. mod. re contrah. oblig. Puto tamen opinionem Bar. & Alex. ueriorem esse, per textum in d. l. sed & si. §. fi. ff. de dol. dum dicit in hac actione oportet designare quia dolo commissum sit, quamuis in actione qđ metus causa non sit necesse, & sic præsupponit omnimodã necessitatem. & idem dixit in l. prætor edixit. Confirmatur per textum in l. item exigit. dum dicit exigit ut compræhendatur, quæ uerba respiciunt solum formã libelli, non processum, & postea etiam dicit, scire enim debet actor in qua re circumscriptus sit, nec in tanto crimine uagari. Item dum dicit in actione famosa non debet quis uagari cum discrimine alienæ estimationis, & ista uerba respiciunt libellum, quia in sententia clarum est quod debet certificari propter condemnationẽ §. curare. insti. de actio. & estimatio offenditur propter productionem libelli tantum. argum. §. siquis. insti. de suspect. tutor. & ille text. uidetur se fundare in publico fauore cui pars renuntiare non potest. l. ius publicum. ff. de pact. & dicta l. nemo potest. ff. de lega. primo. & interest reipublicæ ne homines infamentur generaliter, sed in specie solum, ut facilius possit constare uel de delicto uel de calumnia, cum utile sit reipublicæ habere homines bonæ famæ, quia dignitatum portæ nõ patent infamibus. l. 2. C. de dignita. lib. 10. facit tex. in le. diffamari. inf. de ingenu. & manumiss. & l. non tantum. ff. de appella. Nec ob. l. fi. coniuncta. l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur. quia iste casus dicitur esse exceptus sub generalitate. l. liberorum. de accusat. quia militat eadẽ ratio & tractatur de crimine. Et cum hac declaratione quod ista forma sit inducta fauore publico, resoluuntur omnia fundamenta quæ adducuntur hic per omnes modernos & possunt adduci. Nec ob. quod in illis iuribus nihil dicatur de loco & tempore, quia dicitur de aliis requisitis in libello criminali, quæ non sunt necessaria in libello ciuili. Vnde idem iudicatur de omnibus, cum ratio incertitudinis ita militat in loco & tempore, quia mutarę possunt qualitatem delicti, sicut in aliis, & ita docto. ibi ad hoc allegant illa iura, ut loquantur in omnibus requisitis in l. liberorum. & de tempore, cum per ea determinent quod parte opponente locus & tempus debet apponi.

71 Octauo† concludit Bar. quod emendatio circa rẽ petitam potest fieri usque ad litis contestationem addẽdo rei petitæ uel aliam subiungendo quæ continetur in prima actione. In quo tamen aduertendum est ad duo. Et primo quia præsupponit quod res non sit de substã-

tia

tia libelli, quia facit separatum articulum de substantialibus, quod tamen est falsum per Bar 2.quæsti. in lege si prius.ff.de noui oper.nunti. Soluit Dec. considerādo substantialia large pro solemnitate, quæ non est ꝓprie substantia sed quidam modus, ut per Bal. in le. etiā colum. 1. inf. de excep. re iudici. & de iis supra locutus fui. Quædam uero sunt substantialia libelli respectu sui, & tunc res est de substantia libelli, quia substantia est omne id sine quo res esse non potest, ut per Barto. in l. prolatam. inf. de senten. Sed hæc solutio non satisfacit, quia alias Bar. inepte loqutus fuisset ponendo in articulo substantialium res quæ non sunt proprie de substantia, & in articulo accidentalium ponendo de substantialibus libelli. Item sup. etiam tractatur de substātialibus libelli respectu rei, quia l. libellorum. ff. de accus. loquitur etiā de substantiallbus respectu rei. Vnde ego puto ꝙ Bar. hic non loquatur de substātialibus proprie, nam licet res sit de substantia libelli, tamen magis uel minus in re iam deducta in libello non est de substantia libelli, sed accidens, & ita ualet libellus in quo quis petat decem sicut si petat uiginti uel triginta. Et in hac parte præsupponit rem esse deductam in libello, & sic ualere libellum, sed quod addatur uel detrahatur de re quod non est de substantia libelli, supra uero in articulo substantialium præsupposuit rem non fuisse deductam in libello, uel aliquid aliud substantiale, ut annus uel mensis uel consul, sed quod postea illud ommissum uelit apponere, & sic supra locutus fuit de substātialibus ommissis, quo casu uitiatur semper libellus, saltem parte opponente, hic tractatur de adiectione uel detractione circa substantialia posita, ita quod sine emendatione libellus erat ualidus, & post emendationē durat ualidus. Vel secundo potest dici quod Barto. loquitur de substantiallbus etiam hic, cum infra ponat articulum separatum de qualitate, prima tamen placet.

72 Quia tamen ista materia substantiæ & formæ sæpe inuoluit mentem iuuenum, & male explicatur per docto. Ideo considerandum est quod duplex est substātia actus, Vna generalis totius rei, Alia particularis ad partes requisitas, Substantia generalis in quolibet actu legitimo comprætendit quinque sine quibus nullus actus esse potest. Causam efficientem. ut l. filiusfa. ff. de testa. & in libello actorem. l. 1. §. accusationem. ff. ad turpil. & l. 1. ff. de uer. obl. Materiam, ut in testamentis & contractibus consensus. l. 1. ff. de test. ibi, sententia uoluntatis. & l. 1. ibi, placitum & consensus. & §. fi. ff. de pactis. & in libello narratio facti. Item formam. ut in testamento hæred. institutio. d. l. 1. de test. & in stipulatione interrogationem uerbalem, & responsionem. l. 1. ff. de uer. obl. & le. 1. inf. de usur. & in libello ordo narrationis cum conclusione. Item subiectum, ut res, ut in testamento hæreditas. In stipulatione res ipsa. §. 1. inst. de inut. stip. & l. nec emptio. ff. de cont. emp. & in libello res petita, ut hic per Bar. Item & solemnitas, ut in testamento septem testes. §. sed cum paulatim. inst. de testa. & eorum rogitus, ut in §. fi. eo. tit. & per doct. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & in stipulatione præsentia partium. §. item uerborum. inst. de inu. stip. & responsio in continenti. & in libello annus & dies, nomen rei, consul, & similia de quibus etiam in l. libellorum. ff. de accus. & in libello ciuili plena explicatio facti. Et ista quinque sup. enumerata. s. Causa efficiens. Materia, Forma, Subiectum, & solemnitas. sunt necessaria ad omnem actum ciuilem, & sine eis actus non potest esse. ut per Bar. in l. prolatam. inf. de sent. & l. si ex pretio. col. 1. infr. si cer. pe. Omnis ergo res quæ est necessaria ad actum in uno ex istis quinq; requisitis contenta dicitur esse de substantia actus in genere.

Substantia uero particularis est quinquplex. Nam quædam est substantia causæ efficientis, quędam materialis. Quædam subiectiua, & Quædam solemnitatis, & requisitum ad unam ex istis substantiis particularibus non dicitur esse de substantia alterius partis, sed solum de substantia actus in genere. Ex quibus soluitur ille nodosus articulus in quo tantum laborant doct. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. An testes sint de substantia testamenti uel non, ponderantes Bar. sibi contrarium. Nam testes sunt de substantia solemnitatis testamenti, & de substantia testamenti in genere in consequentiam, ita quod testamentum sine eis non ualet. Sed tamen non sunt de substantia formali testamenti uel materiali, ita quod eius defectus impediat nasci naturalem obligationem, & hoc expresse sentit Bar. in l. cum quis. C. de iur. & fact. igno. & in l. 1. col. 3. ff. de cond. indeb. Nam ibi uoluit quod testamentum sit nullum ex defectu testium, dum dicit quod impeditur nasci ciuilis obligatio, sed tamen nō impediatur naturalis obligatio, quia non sunt de substantia formali uel substantiali testamēti, sic non contrariatur dictis in d. l. nemo potest. ut ibi latius dixi. Similiter res in libello est de substantia subiectiua libelli, & per consequens de substantia in genere. Sed non de substantia solemnitatis, & sic de singulis. Quomodo autem dignoscatur substātia non potest tradi firma doctrina, tamen ita dicas. Et primo quę sit causa efficiens omnibus constat. Materia uero est res ex qua actus conficitur. §. cum ex aliena materia. insti. de rer. diuis. Forma uero est quæ dat esse rei. l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exhi. & apparet in d. §. cum ex aliena materia. Subiectum est id circa quod actus fit, & differt a materia, quia illa comprætendit rem ex qua actus fit, ut in libello scripto carta, & factum, & in libello sine scripturis ipsum factum. Res uero est subiectum, quia circa eam & propter eam actus fit. Solemnitas uero est modus siue ordo in ipso actu fiendo, ut per Bal. in l. etiam. inf. de exce. re. iud. quæ nota, conferunt namq; ad infinita, & nolui ommittere pro iuuenibus.

73 Circa tamen conclusionem Bar. an emendatio circa rem possit fieri de eadem uel diuersa re. Socci. dicit uideri emendationem posse fieri super diuersa re dūmodo claudatur sub eadem actione, & sic uis non est an sit eadem res uel diuersa, sed solum an sit eadem actio uel diuersa. arg. l. solemus. ff. de iud. sed melius facit tex. in d. §. si minus. uer. itē si aliud pro alio. Saluari tamen potest Bar. quia eadem res potest contineri sub eadem actione duobus modis capiendo actionem in genere & in indiuiduo. Et ipse intelligit quod potest fieri emendatio circa rem addendo quando alia res continetur sub eadē actione in indiuiduo, ut si quis promisit duas res uel plures generaliter, & petebat unam, tm̄ uel, ꝓmisit quinquaginta & petebat uiginti, nam illa additio cōtinetur sub primo contractu. Sed si plures res fuissent promissæ per contractus separatos, tunc licet claudantur sub una actione in genere, tamen petendo aliam intentat nouam actionrm, & sic tunc non emendat, sed cumulat diuersas actiones unius etiam speciei, ita uoluit sentire Bar. dum alleg. l. scire debemus. ff. de uerb. obl. ubi ipse late declarat quando ex promissione duarum rerum inducatur unus contractus uel duo, & ideo uoluit quod in accessoriis possit fieri emendatio, addendo diuersam rem, quia clauduntur sub eadem actione, & non inducitur cumulatio. Putarem tamen quod res possit addi & subrogari loco primæ iux. textum in §. si quis aliud. inst. de actio. & quod etiam in casu quo sunt plures stipulationes ex multiplicatione rerum, iuxta no. in d. l. scire debemus. quod permitteretur emendatio addendo, ex quo sub uno facto cōtinentur, & fuerit una interrogatio & una respōsio, ita ꝙ quo ad cōceptionem sit unus contractus, ut ibi habetur, cū licet sub tilitate iuris dicantur esse plures contractus, tm̄ attēto facto est unus contractus tantum, & una sola deliberatio reqritur in reo, sicut quo ad effectum iuris, si ab initio petantur oēs res simul, nō dicuntur plures actiones cumulatæ, sed potius una actio tm̄, & tāto magis quando esset

do esset contractus ultro citroque obligatorius, ut per eundem Bar. in 3. opposi. Et licet quo ad alia sit magnus effectus, ut ponit Bar. in d. §. scire debemus, tamen quo ad libellum uidetur esse una actio, cum una deliberatio, & una dilatio sufficiat an reus uelit cedere uel contendere.

74 Nono concludit† Bar. quod post litis contestationẽ potest fieri emendatio detrahendo in parte & eidẽ parti plene renuntiando, quia quis potest renuntiare parti litis sicut totę liti, l. postquam. inf. de pact. coniuncta. l. quæ de tota. ff. de reiuendi. & le. quidam extimauerunt. ff. si cer. pe. Quod tamen declarat Bal. hic procedere duobus concurrentibus, ut quod actor in illa parte soluat expensas, & quod reus absoluatur pro parte, quia de tota re debet iudicare iudex. l. de qua. ff. de iudi. & facit. §. fi. insti. de perpetu. & tempor. actio. Puto tamen quod hoc ultimum non sit necessarium, quia in l. postquam liti. non est necessaria absolutoria nisi petatur, & ualebit sententia condemnatoria in illa parte tãtum, tanquam non sit litigatum nisi de illa parte, cum de alia amplius nõ esset lis. Limitat tamen Bar. non procedere quantum ad euitandam pœnam, l. 1. inf. de plu. peti. cum quo ad hoc non possit renuntiare, ut hic declarat Deci. Sed amplia hanc limitationem ut procedat etiam ante litis contestationem in casu quo propter maiorem petitionem reus soluit maiores sportulas uel gabellas, iux. §. tripli, inst. de act. quia non posset emendare in præiudicium pœnæ acquisitæ reo, sed solum quãtum ad prosequendum processum, & in hoc casu procedit declaratio Deci. quod non prohibeatur renuntiare liti, quia reus retinet ius suum, sed in casu l. ei. infra de plus peti. hæc declaratio est inutilis, cum iam amiserat ius suum, & lex renuntiet pro eo.

75 Decimo† concludit Bar. quod emendatio fieri potest post litis contestationem addendo in accessoriis. l. ædiles, §. sciendum. ff. de ædil. edic. & erit utile ad tollendã difficultatem & opiniones docto. an in accessoriis requiratur petitio uel iudex suppleret, ut hic per Deci. Sed tu dicas quod istis terminis poterit etiam addere in causa principali si superueniat ius de nouo post litis contestationem, ut in stipulatione annua quæ unica est licet contineat plures summas. l. Stichum. §. hæc stipulatio. ff. de uerbo. oblig. & §. si quis ita. inst. eo. tit. nam si pendente iudicio superueniat tempus alterius pensionis, poterit addi, quia uenit ex causa de præterito. arg. l. si rem. ff. de pigno. actio. & no. in. d. l. non potest. ff. de iudic. & de istis casibus loquitur. l. ampliorem. §. fin. in fr. de appellatio. dum loquitur de editione & augumẽto summæ.

76 Secundum est† principale membrum emendationis circa reformationem qualitatis libelli, in quo Bar. concludit quod emendatio qualitatis potest fieri usque ad sententiam. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. si per talem emendationem non mutatur actio, secus si per qualitatem mutaretur actio, ut si primo dixisset de furto non manifesto. postea de furto manifesto, uel etiam non mutaretur factum, ut si primo accusasset uxorem de adulterio commisso cum Sempronio postea diceret de adulterio commisso cum Titio. l. denũtiasse. §. quid tamen. ff. de adul. & Bar. bene loquitur, licet Iaso. dicat Bar. errasse, quem saluat Dec. in utroque membro. Sed eius saluatio non uidetur bona, quia si Bart. hic intelligit de emendatione post litis contestationem, sequitur quod ipse uult emendationem qualitatis regulariter posse fieri post litis contestationem, quia si negat quando inducitur noua actio uel nouum factum, ergo quando nõ inducitur permittit. Et sic secundũ hanc declarationem mutatio loci & temporis in casibus in quibus non inducit nouam actionem uel factum qui ponuntur per gl. in l. denuntiasse. §. quid tamen. ff. de adulte. & Bal. hic in 2. colu. in lectura patauina. & sup. retuli. poterit fieri post litis contestationem, Quod tamen uidetur absurdum & contra regulam supra positam & sine lege dictum. Vnde uidetur quod Bar. debet intelligi ante litis contestationem. Nec obstat motiuum Iaso. quod si potest tota actio & libellus nullus renouari ante litis contestationem ut supra dictum fuit, ergo & tanto magis pars actionis uel libelli poterit mutari, quia respondetur quod Bart. non negat quin possit mutari uel renouari, sed dicit quod non potest fieri sub nomine emendationis, Sicut dixit etiam super articulo præcedenti de adiectione rei quæ non continetur sub eadem actione, quia non negat quin possit addi per modum cumulationis, sed dicit quod illa res non potest addi per modum emendationis. Ideo puto mentẽ Bar. totã declarandam esse, quod mutatio causæ in totum uel pro parte, & in aliis substãtialibus, uel mutatio qualitatis eorum non possit fieri ante litis contestationẽ si inducit mutationem actionis uel facti, quia tunc est mutatio uel renouatio, non emendatio, sed si non inducit illam mutationem, tunc potest fieri ante litis contestationem, sed non post litis contestationem regulariter, nisi sit talis qualitas quæ inducit alterationem cõdemnationis, ut in l. in delictis. §. si detracta. ff. de nox. & l. miles. §. decem. ff. de re iudi. coniuncto princi. insti. de off. iudic.

77 Sed† maior difficultas est circa illum textum an si quis egisset contra dominum tamquam scientem, & postea probetur delictum & non scientia, an debeat succumbere actor in totum, uel solum in illa qualitate, Bal. in l. Titia, circa principium. ff. solu. matr. uidetur intelligere quod actor solum succumbat in qualitate, non in toto, & idem Signorollus in consi. 141. procurator domini. Quem intellectum confirmat hic Purpur. numer. 23. quia ibi non est dubitatio an dominus non probata scientia debeat absolui, sed solum an obstet exceptio rei iudicatæ si de nouo detracta qualitate uel addita qualitate uelit agere, & ipse ideo concludit in illo tex. probari quod non obstat exceptio rei iudicatę, & quod per talem detractionem uel additionem non mutatur res. Et hæc opinio uidetur multum æqua, Sed tamen tex. uidetur innuere contrarium, quod immo sequatur absolutio in totum, quia alias frustra dubitaretur an de nouo possit agere, quia si non probaret delictum serui, sicut in primo non obtinuisset, nec etiam in secundo obtineret. Vnde uidetur quod in primo probauit delictum serui, sed tamen quia non probauit qualitatẽ & scientiam domini, succubuit, & postea confisus de probatione circa delictum, de nouo uolebat agere, & dubitabatur an posset obtinere. Et deciditur quod non possit, quia est eadem causa, & ideo necessaria est mutatio libelli, alias sententia non esset conformis libello, Sicut nec etiam posset iudex condemnare dominum sine facultate dandi noxam quando actum fuit noxaliter & probata fuit scientia domini, nam licet sit probata, tamen solum condemnabitur noxaliter quando ita fuit petitum, ergo eodem modo in absolutione quando petitum fuit eum in totum condemnari. Et ita tenebat ibi Dy. licet Bal. dicat quod illud non probatur in illo tex. & se remittit ad no. in l. denuntiasse. ff. de adul. & Bar. ibi in d. §. detracta intelligit quod debeat sequi condemnatio in d. §. quid tamen. uer. hoc tamen hic est aduertendum. & col. fi. uer. quæro si absolutoria.

78 Sed† contra conclusionem Bartoli facit lex quod in hæredem. §. eligere. digest. de tribu. ubi qualitas non potest mutari. Alexander hic multa dicit, & finaliter concludit quod ibi non augetur condemnatio, Quod falsum est, quia immo augetur, uel proprius potest dici quod alteratur modus condemnationis, cum sine scientia condemnaretur ad quantitatem cum facultate dandi noxam alternatiue, §. 1. insti. de officio iudicis. & l. miles. §. decem digest. de re iudicata. & cum scientia dominus condemnaretur sine illa facultate, & sic in plus. §. huic proxime. instit. de actio. Dec. dicit quod in §. si

§. si detracta. condemnatio est uniformis, Sed in §. eligere. condemnatio alteratur, ideo mutatio fieri potest. Quæ solutio etiam non placet, quia immo etiam in §. si detracta. alteratur condemnatio, cum alio modo cõdemnetur dominus sciens, & alio modo dominus ignorans, ut statim dixi. Bulg. soluit quod in §. eligere licita est mutatio usque ad sententiam, sicut in §. si detracta, & sic usque ad sententiam potest mutare actionem, Qđ est ualde durum, quia præsupponitur ibi quod ille actiones electione tolluntur, & ita ibi intelligit Bar. & ita infra dicemus. Vnde solue quod regula Bart. procedit quando illa qualitas non tollitur per electionem, sed si qualitas tollitur per electionem, tunc emendari non potest, quia facta electione actionis cum una qualitate extinguitur ius cum alia qualitate. Et in d. §. eligere. qualitas tollitur electione. Et si quæratur de ratione differẽtiæ, quare in d. §. eligere. qualitas tollitur per electionẽ, secus in d. §. si detracta. illa qualitas non fuit addita actioni per prætorem, sed in iudicio ex modo agẽdi fuit adinuenta. In d. uero. §. eligere. sunt qualitates quæ insunt ex dispositione prætoris, & inducunt nouum nomen actioni. ut inst. quod cum eo. per totum. & de noxa. actio. §. omnis. Vel dicas quod ista sunt iuris positiui quando uolunt leges quod electione tollantur, ut in l. fi. inf. de codi.

79 Tertius est†principalis articulus emendationis, quãdo fit declaratio libelli, in quo Bart. concludit quod emendatio declaratoria potest fieri usque ad sententiã, quia qui declarat nihil de nouo addit. l. hæredes palã. §. si quis post. ff. de testam. Quod tamen debet intelligi cum distinctione quam supra posui ultra alios, nam si declaratio fit de eo quod necesse est probare, & hæc declaratio debet fieri infra terminum probatorium, quia debitum in genere non potest probari nisi specificẽtur causæ quæ specialiter per testes uel instrumenta probãtur. argum. no. in c. in præsentia. extra de prob. & ideo si non declararet infra terminum non posset postea ꝓbare, & succumberet. l. qui accusare. infra eodem. & dicto cap. in præsentia, Cum testis non possit examinari nisi super deductis in capitulis, ut notat. in l. 1. ff. si certum pet. & §. si uero quidam. in authen. de testib. Si uero declaratio fit de eo quod non debet probari, & tunc poterit fieri usque ad sententiam etiam post conclusionem in causa, ut supra dixit Decius & bene. Et confirmatur conclusio Bartol. quia emendatio declaratoria non est propria emendatio, ut supra dixi post Bald. hic colum. secunda. uersic. nota. Nec obstat tex. in §. supradictis. supra de emendatio. Cod. quia permissa emendatione bene permittitur declaratio cum sit minus, Sed tamen si prohiberetur emendatio, non prohiberetur declaratio, quia est diuersa ratio, & probatur in dict. lege hæredes palam. ubi sine solemnitate testium prohibetur emendatio, sed non declaratio. Et prædicta uera in declaratione uerborum, secus si non esset dubitatio in uerbis, sed ex sua mente interpretatur princeps nam tunc non dicitur declaratio, sed noua concessio siue extensio, ut per Paulum de castro in dic. le. hæredes palam. §. quid tamen. quem refert & sequitur hic Deci. & est tex. in c. dilectus. de accus. & exemplificat Barto. in l. ab executore. in princip. colum. 3. ff. de appellatio. uel si promisit equum, & diceret se intellexisse de boue, uel si concessum sit beneficiũ Sanctæ Claræ, & declararet de beneficio Sanctæ Mariæ, ut per Paulum de cast. in d. §. si quis post. & hic per Deci. numer. 49. Sed si com præhenditur sub lata significatione, declaratio potest fieri. argume. l. sed & si possessori. §. si iurauero. ff. de iureiurando.

80 Limitat†tamen Bar. hanc suam conclusionem procedere quãdo ipse producens libellum uellet declarare, secus si mortuus esset, quia hæres eius non potest declarare, ut per glo. in l. Pomponius scribit si frumentum. §. fi. ff. de reiuend. & ideo iuramentum quod poterat præstari a defuncto non potest præstari ab hærede secundum Bal. in l. 3. in prin. ff. de iureiur. Dec. tamen hic tenet quod facultas declarandi transeat ab hæredes, per legem si quis a filio. §. fi. ff. de leg. 1. ubi hęres declarat uoluntatem testatoris in legato relicto, & no. in le. legato generaliter. eo. tit. Secundo adducit quod uoluit Bar. in l. gerit. uers. uenio ad quartum. ff. de acq. hæredi. quod de uoluntate defuncti standum est declarationi hæredis. Tertio adducit quod hæres est eiusdem potestatis cuius defunctus. l. hæredem. ff. de regu. iur. Item hæres ratificat factum nomine defuncti. l. & si fine. §. si procuratori. ff. rem rat. haberi. Item erronea confessio potest reuocari per hæredem. l. non idcirco. supr. de iuris & fac. ignor. Sexto facit textus in authen. de iureiuran. a mori. præst. per totum. & Iaso. dixit in di. lege inter stipulantem. quod hęres succedit in instantia defuncti. l. oratione. cum materia. ff. de feri. Octauo, facultas eligendi quæ competit defuncto transit ad hæredem. l. si stipulatus fuero. ff. de uerbo. obliga. maxime si defunctus egit ex facto alterius. Et respondet adductis in cõtrarium ut hic per eum.

* Puto tamen opinionem communem ueriorem esse, quod in iudiciis facultas declarandi non transeat ad hęredes per d. §. fin. qui non potest intelligi de dubitatione facti, quia in dubitatione facti permittitur declaratio ipsi per dic. legem inter stipulantem. §. 1. ff. de uerborum oblig. & declaratio animi nostri non potest ab alio fieri. argum. l. Labeo. §. fin. ff. de suppel. legat. quia uerba sunt notæ animi nostri. Et ideo dixit glo. in §. aliæ. insti. de actio. & ibi Iaso. quod ea quæ consistunt in animo nostro uel conscientia nostra declarãtur per iuramentum nostrum, & non est locus testibus. Facit etiam tex. in l. centesimis. §. fi. ff. de uerborum obli. ubi stipulatio facta per uerba, si uoluerit, utilis est dummodo declaret mentem antequam moriatur. Et ideo antiquitus legatum optionis erat conditionale, quia ipsa facultas declarandi non transmittebatur ad hæredes. l. 3. §. primò. inf. commun. de legi. & hac ratione etiam facultas adeundi non transmittitur ad hæredes. le. 1. §. in nouis. inf. de caduc. tol. & declaraui ultra alios in le. emancipata. inf. qui admit. Non obst. contraria, & primo tex. in d. l. si quis a filio. §. fin. quia procedit fauore ultimæ uoluntatis, ut habeat locum, cum efficeretur inutilis si hæres non posset declarare, ut ibi Bar. declarat. Vel secundo ille tex. loquitur de iis quę habent effectũ suũ post mortẽ, unde, ne pereat, permittitur declaratio hæredis. Sed nos loquimur de iis quæ effectũ suũ in uita proferentis producunt, nec differuntur post mortẽ, & ita intelligitur d. Bar. in d. l. gerit. de acq. hær. Non ob. quod hæres est eiusdẽ potestatis, quia nõ est uerum in iis quæ personalia sunt, ut in iuramento, & iis que cõsistunt in animo. Et eod. modo dicitur de ratificatione quia hæc non erat affixa animo & personæ defuncti. Et idem dicitur de confessione erronea, & idem de instantia in qua succedit hæres, quia illa est quid separatum a persona defuncti, & non depẽdet ab eius animo tñ. Putarem tñ istam conclusionem restringendã esse ud dubitationem meri facti consistentis in animo. iux. l. duo sunt Titii. ff. de test. tute. sed si esset aliter dubitatio resolubilis de iure, iux. no. per Bar. in l. omnes populi. in 6. q. princ. ff. de iust. & iur. uer. Tertio quęro. tunc illa posset fieri per hæredem, quia & iudex facere potest. l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. Item si sit tale factum de quo hæres posset habere cognitionem. arg. no. in l. in bonæfidei. inf. de iureiu. & hic sentit Purpu. In ꝓcuratore uero dicas quod non potest interpretari nisi habeat speciale mandatum, & econtrario dominus nõ potest interpretari libellũ procuratoris nisi sit specialis procurator, ut per Bar. in d. l. Pomponius. §. fi. Adde tamen quod ista declaratio est necessaria quando est dubitatio circa uarietatem rei uel facti, iuxta no. in le. fin. infr. de ann. except. Sed si esset dubitatio circa sen-

sum uerborum quę possunt multis modis capi, declaratio nō est necessaria, quia fit a lege uel iudice, d. l. siquis intentione ambigua. & ut dixi transit ad hæredes. Sed in casu dictæ legis si declaratio non posset fieri per hæredes.

Et per hæc patet resolutio quæstionis pulchræ de facto contingentis, nam testator instituit duos filios hæredes & posthumum nasciturum si est masculus, & si est fœmina relinquit in arbitrio eius an uelit succedere in uirili an maritari a fratribus eorū arbitrio, nata est filia quæ mortua est in infantili etate, ita quod per eam non fuit facta declaratio, mater eius hæres uolebat declarare quod uellet succedere in uirili, quod tamen negabant fratres eam posse facere, Sed ex prædictis potest dici quod illa mater non potest declarare, quia dependet ab animo filię, Sed tamē quia ex hac institutione unum ius uel aliud fuit quæsitum filiæ, intelligitur in dubio acquisitū ius dotandi, quæ dos licet sit remissa arbitrio fratrum tamen debet regulari, secundum legē cum post. §. gener. ff. de iur. dot. & sic intelligitur de dote arbitrio boni uiri, in qua dote mater succedit in uirili cum fratribus. §. prim. in auth. de hære ab intesta. uenienti.

81 Secundo † limita conclusionem Bar. procedere quando declaratio respicit aliquod fiendum de futuro, secus si respiciat actum de præterito, nam si obscuritas decepit reum de pręterito non potest dicere actor ego sic intellexi, ut per Are. hic exemplificantem in citatione, ut per Bar. in l. aut qui aliter. §. fi. ff. quod ui aut clā. & seq. Purpur. hic & Alc.

82 Tertio † limitatur non procedere in præiudiciū rei facta oppositione, & postea processum fuit super causa, nam tunc actor non potest amplius declarare, quia reo est ius quæsitum, & hoc uoluit Bar. hic dum dicit si ante appositum fuit, ergo si oppositum non fuit & actor noluit declarare, & fuit processum in causa, non poterit amplius declarare, & processus erit nullus.

83 Et ideo † Pau. de cast. hic & Ias. & Socci. dicunt quod cautela est quod opponatur a principio libello, & dicatur quod est obscurus & incertus, sed non petatur declarari, ne instruatur libellans, sed solum reus petat se absolui ab obseruatione iudicii, ut per Cepolam in cautela. 106. libellus, & sequuntur cæteri quos refert hic Purpur. colum. 2. & 3. Qui addit quod libellans debet petere declarari exceptionem oppositam libello, & dici in quo est obscuritas, alias euitari potest. Si tamē petitum fuerit ut declaretur, & non declarauerit actor nō posset amplius declarare in præiudicium rei cui est ius quæsitum, & deberet sequi absolutio ab obseruatione iudicii omnino. Sed si oppositio fuit generalis, & petita declaratio, tunc propter oppositionem poterit solum declarari usque ad litis contestationem, ut hic per Pau. de cast. colum. 2. & Purpur. car. 4. num. 28. Et subdit etiā idem Pau. de cast. quod si reus contestaretur litem non seruando exceptionem oppositam, quod ei uideretur renuntiare, & per hoc litis contestatio & iudicium ualeret & remaneret ius declarandi actori non obstante oppositione facta per eum. Quod ultimum dictum intelligit Purpur. non procedere. d. nume. 28. quando in eadem carta facit oppositiones & contestatur litem, qa tunc uidetur contestari saluis narratis in eadem exceptione, & quod dicit de litis contestatione intelligo in summariis procedere de primo actu contradictorio q habet uim litis contestationis, ut no. in l. ita demum. infra de procur. Et quod dictum fuit de exceptionis reseruatione procederet etiam si generaliter reseruaret sibi omnes exceptiones oppositas in processu. Vnde cautela est, quod reus in litis contestatione semper dicat, saluis exceptionibus oppositis nego narrata prout narrantur & petita prout petuntur, & ita obseruant practici aduocati.

Ex prædictis pro omnium declaratione & elucidatione facias in hac materia emendationis duas regulas cum suis fallentiis. Vnam ante litis contestationem, &
84 aliam post litis contestationem. † Prima regula est affirmatiua, quod emendatio libelli permissa est ante litis contestationem per textum nostrum & glo. & Bar.
* & omnes sequuntur. Ampliatur primo procedere etiā in libello appellationis, uel in causa appellationis pro ducto, Bald. hic, colum. 22. & clarius in le. siquis libellos. in fi. inf. de appel. l. uer. itē no. quod lex edita. & Iaso. colum. 8. Alex. colum. 4. & Purpur. colum. 5. Ampliatur secundo procedere etiam in libello causæ criminalis, iuxta legem libellorum. de accusa. & causæ mixtæ, iuxta capitu. tuæ. de procur. & hic per Bartol. Bal. & in causa spirituali, ut per glo. in cap. secundo. de libel. oblat. & in causa inquisitionis, ut per Baldum in l. accusationem. colum. fi. infra de accus. Ampliatur & tertio, pcedere siue tractatur de emendatione circa substantialia formæ, siue solemnitatis, siue subiecti, dummodo tēpora largiantur, quia hæc emendatio habet uim noui libelli ut supra conclusum fuit per omnes in articulo substantialium. Item procedit siue tractatur de emēdatione qualitatis libelli tam circa rem, siue de emendatione correctoria, siue declaratoria uoluntatis, siue declaratoria uerborum obscurorum. Ampliatur & quarto procedere etiam quod sit oppositum per partem generaliter, dummodo non sit petitum quod non procedatur in causa antequam fiat declaratio uel emendatio ut supra proxime conclusi secundum Pau. de castro. colum. 2. Ampliatur & quinto procedere tam in iudiciis ordinariis quam extraordinariis, & in uniuersalibus, generalibus, & particularibus, ut hic per Bar. glo. & omnes. Ampliatur & sexto procedere siue emēdatio fiat addendo siue detrahendo. §. si minus. insti. de acti. Ampliatur & septimo procedere etiam quod de errore nō doceatur, quia simpliciter lex permittit.

Limitatur tamen hæc regula non procedere quando per partem fuit oppositum & petitum ut non procedatur in causa nisi facta declaratione, nam tunc si procedatur amplius non poterit emendari, sed reus erit omnino absoluendus ab obseruatione iudicii, & totus processus postea factus est nullus, ut hic per Pau. de castro & per doctor. in l. fi. inf. de anna. excep. & Cor. cōsi. 26. colum. 5. uolum. 3. & supra dixi. Limitatur secundo quando emendatio fit propter ommisionem substantialium, quo casu libellus est nullus, & emendatio fieri potest solum si tempora largiantur. l. accusaturus. ff. de adul. & Bar. in materia substantialium, & hic Purpur. & alii. Limitatur & quarto non procedere quo ad euitandam pœnam in casu quo actor incidit in pęnam iuxta. §. tripli. inst. de actio. & ibi Ias. & Bar. supra in alio tamen casu, per legem primam. infra de plu. petiti. Et idem in liberto uocante in ius sine uenia. l. quamuis ff. de in ius uoc. Limitatur & quarto non procedere in uerbis dispositiuis narratiuis, in quibus actor aliquid confitetur in utilitatem partis, nā tunc non posset emēdari. l. cum precum. inf. de lib. cau. & l. rura. inf. de omn. agr. deser. lib. 12. declarando & restringendo ut supra dixi nu. 21. & 22. & Purpur. nu. 16. in 1. limit. Limitatur & quinto non procedere quando per partes esset acceptatus libellus in uim tacitę confessionis, nam tunc et ante litis contestationem non potest emendari libellus, sed debet absolui reus ab obseruatione iudicii, ut per Alexā. & Iason. in locis supra allegatis. sed ego dixi ꝙ procedat solum qñ inducitur confessio. supra nu. 23. Limitatur & sexto nisi statutum disponat quod productio libelli habeat uim litis contestationis, quia tunc non poterit emendari nisi in casibus ponendis in sequēti regula. Limitatur & septimo nisi aliqua iusta causa moueat iudicem ut non fiat emendatio, ut in omnibus casibus in quibus prohibebitur emendatio de quibus inf. per Bartolum in uerbo edicti perpetui. & Bal. hic columna 3. uersi. nunc ponamus. in repetitione paduana.

duana. Limitatur & octauo non procedere respectu effectus postea subsequuti, ut si propter obscuritate reus fuit deceptus, nam non potest emendare & dicere ita intellexi, ut sup. conclusi in præcedenti quæstione. Limitatur & nono nisi lex certam qualitatem ab initio requirat. clem. causam, de electi. uel nisi esset talis qualitas in actione qua electa omnes aliæ extinguerentur per electionem. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribut. & supra dixi ultra alios. Limitatur & decimo non procedere quando semel facta est emendatio, secundũ communiter Docto. Sed secundum opinionem supra traditam potest fieri emẽdatio bis, per not in. d. l. quod iussit, nam si permittitur iudici qui pręsumitur & debet omnia rimari, tanto magis parti. Limitatur & undecimo non procedere quãdo libellans esset mortuus, per tex. in. l. Pomponius scribit. §. fina. ff. de reiuendicat. declarando & distinguendo ut supra dixi. Potest tamen dici ꝙ contraria opinio uerior sit in emendatione, qa cã nõ est ita affixa in animo defuncti sicut declaratio.

85 Secunda est regula negatiua, quod post litis contestationem non est licita emendatio, secundum communiter Docto. hic, qui ita intelligunt istum tex. per. l. non potest. ff. de iudic. & procedit etiam de consensu partium secundum Alex. hic, & Deci. nu. 55. sed debet intelligi quando non uolunt facere nouam litis contestationem, alias secus. argu. not. in. c. fin. extra de probatio. Limitatur primo non procedere statim post litis contestationem, quia fieri potest secundum Alexa. hic, & Purpur. nume. 31. per glo. in uerb. rati. in. l. Pomponius. §. rati. ff. de nego. gest. & Alcia. hic. Limitatur secundo nõ procedere in substantialibus ommissis, quia quandocunq; possunt addi si tempora largiantur, quia cum libellus sit nullus, processus, & litis contestatio est nulla. Et ideo quandocunq; poterit fieri emendatio. argu. l. 4. §. condemnatum, ff. de re. iudic. declarando tamen ut sup. dixi, quod libellus ualeat ut ex nunc. ita quod de nouo processus dicatur incipere, & erit noua instantia. d. l. libellorum. uersi. ex integro. & in effectu non erit emendatio sed principium litis. l. hodie. ff. de capi. dimi. Limitatur & tertio non procedere in iudicijs uniuersalibus uel generalibus in quibus usque ad sententiam potest fieri emendatio addendo res quas aduersarius de nouo incipit possidere. l. 4. & l. si a quo. ff. de peti. hæred. Sed tamen ut supra dictum fuit post Bart. non est proprie emendatio, quia ex natura actionis omnes ille res comprehenduntur. Vnde si quis petijsset medietatem hæreditatis non posset postea petere totã nisi eo modo quo in particularibus. §. si minus, insti. de actio. Limitatur & quarto non procedere in accessorijs quæ post litis contestationem possunt peti. l. ædiles. §. sciendum. ff. de ædili. edic. & hic per Barto. & Purpur. num. 14. Et eadem ratione si ius aliud superuenit post litis contestationem. iuxta. l. Stichum. §. stipulatio. ff. de uerb. obli. & durante lite alia noua portio inceperit currere. iuxta. l. ampliorem. §. si. inf. de appella. idem erit ut supra dixi nu. 75. Limitatur & quinto non procedere quando quis uellet detrahere partem, illi in totum renuntiando. iuxta. l. quidam cstimauerunt. ff. si cert. peta. iuncta. l. postquam liti. inf. de pact. & l. quæ de tota. ff. de rei uendi. & supra dixi. nume. 74. Limitatur & sexto non procedere in detractione qualitatis quæ non inducit mutationem facti uel actionis, sed solum mutatur modus condemnãdi & effectus executionis. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxal. Quod tamẽ uerum est nisi sit talis qualitas quæ per electionem excludat omnes alias, quia tunc non potest fieri emendatio. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribut. & habetur in materia cumulationis in prima regula impeditiua. Itẽ etiam non procedit in alia qualitate quæ sumitur ex dictis Bar. in. l. denuntiasse. §. quid tamen. ff. de adulte. & per Bal. hic col. 2. Limitatur & septimo non procedere quando interuenisset iustissimus error & uellet emendare docto de errore: nam tunc liceret per tex. in. §. si minus, & §. siquis aliud, secundum unum intellectum. institu. de actio. & l. de etate. §. fin. ff. de interrog. actio. & text. noster hic in uerbo decreuit ęquitas. Purpur. hic nume. 31. uers. duodecimo. post Aquenses. Et hæc limitatio multa comprehendit, & soluit multa contraria. Limitatur & octauo non procedere in emendatione declaratoria quæ potest fieri usque ad sententiam, siue sit declaratoria dubietatis facti & intentionis libellantis, quo casu est necessaria, siue dubietatis uerborum in eorum significatione, ut per Bart. hic argu. l. siquis intentione ambigua. de iudic. & not. in. l. fin. §. fin. inf. de anna. excep. & c. literæ. extra de dilatio. Sed si esset clara determinatio nõ posset fieri declaratio, quia tunc esset noua dispositio, ut hic per Bal. intelligendo tamẽ quod declaratio fiat respectu effectus futuri non respectu effectus præteriti, per quem deceptus fuit reus, ut hic per Cur. & Bart. in. l. aut qui alitcr. §. 1. inf. quo. ui aut clam. Quod intelligo in facti ambiguitate, secus si esset ambiguitas de iure resolutiua, quia statim eam lex facit. d. l. siquis intentione. in sui generalitate. Item intellige nisi esset alteri ius quæsitum. argu. l. 1. infra de plu. petit. Et nisi super ea requiratur probatio, quia tunc debet fieri infra terminum datum ad probandum, cum nisi super certo & specifico probationes fieri non possunt. c. in præsentia. de proba. Et nisi oppositum fuit a parte, ut hic per Bar. uel sit mortuus libellans, ut latius supra dixi. Nono limitatur non procedere in libello inepto, quia tunc processus est nullus, & litis contestatio nulla, cum libellus ineptus nullum producat effectum, nec interrumpat præscriptionem, & ideo non obstante litis contestatione nulla, semper poterit fieri emendatio, ut per Bal. & Alex. hic. Purpu. nume. 30. 31. late. Decimo limitatur non procedere in causis summarijs in quibus proceditur sine strepitu & figura iudicij, quia in illis agens ex una causa, & probans ex alia obtinere potest, ut per Iaso. in. l. certi cõdictio. §. si nummos. col. 10. ff. si cert. peta. & Purpu. hic nu. 31. uer. duodecimo. cum declaratione quam ponunt Aquenses in. l. 1. ff. de offi. assesso. col. 3. uer. primus est quando causa. Notandum est tamen generaliter, quod ista emendatio solum potest fieri a libellante ut dixi, uel ab eius procuratore speciali, ut notat. in. d. l. Pomponius scribit. §. fin. ff. de reiuendic. & citari debet pars quando fienda est, quia tractatur de eius præiudicio. argu. l. de unoquoque. ff. de re iud. & per Alber. Claud. Alcia. & Purpura. hic. Quæ nota quia non sunt ita clare discussa & ordinata per alios.

86 In ea. glo. ibi. sufficit de mutatione. glo. & Barto. hic ponunt materiam mutationis, & ex eorum dictis colligitur, quod mutatio est quando libellans relinquit in totum actionem & nouam proponit, Quod comprobat Bart. per. l. 1. infra de mutatio. nomi. & l. mutari. ff. de procu. quæ nimis generales sunt. Vnde melius probat. l. ante litem. ff. eod. titu. de procu. & l. dicere. §. fin. ibi, nam mutare dici potest, ff. de arbit. Ex qua declaratione colligi uidetur, quod mutatio sit quando nihil de mutato retinetur, & quod expositio communis est falsa, quæ exponit edita actio. i. libellus. nam mutata actione remaneret idem libellus, & ille diceretur emẽdari, non mutari. sed tamen non uidetur uerum quod mutatio sit solum quandó nihil retinetur, quia etiã quãdo aliquid retinetur mutatio est, ut probatur in. l. hęredes palam. §. si quid post. ff. de testa. ubi dicitur mutationem fieri quando aliquid detrahitur uel aditur testamẽto & sic remanente eodẽ testamento fit mutatio, ita qđ emendatio uidetur esse mutatio. Et etiam hoc clarius probatur in. l. dicere. §. si. cum. l. sequenti. ff. de arbi. ubi sub nomine mutationis continetur correctio sententiæ tam in totum quam in parte, & correctio in parte est emendatio, ut supra dixit Barto. in sua diffinitione emendationis. Idem probatur in. l. proponebatur. ff. de iudic.

de iudic. ubi mutatio fit de iudicibus & ciuibus & militibus & remanet eadem legio idem populus & idem iudicium, Idem probatur in. l. repeti. §. rei mutatione. & l. quid tamen §. 1. ff. quib. mod. usustru. ammitt. & l. iurisgentium. §. adeo. ff. de pac. uers. si igitur in totum potest cur non & in parte mutari potest. & ibidem postea illa mutatio appellatur reformatio, & uidetur esse idē cum emendatione, & similiter ibi cum augetur prctiū continetur additio & detractio quæ sunt partes emendationis, & etiam cumulatio ipsa dicitur adiectio, & sic uidetur quod emendatio mutatio & cumulatio confundantur.

87 Pro† resolutione oportet dicere quod mutatio & emendatio capiuntur in genere generalissimo, in genere subalterno, & in specie, nam mutatio in genere generalissimo compræhendit omnem alterationem quæ fit de aliqua re tam in totum quam pro parte, & in hac significatione compræhendit additionem, detractionem, correctionem, mutationem de parte, & cumulationem, & emendationem, & ita capitur in dicta. l. dicere. §. fi. ff. de arbitr. & l. iurisgentium. §. adeo. ff. de pactis. uers. si igitur. & d. l. quid tamen. §. 1. & d. le. repeti. §. rei mutatione. ff. quibus modis ususfruct. ammitta. & c. mutare. de reg. iur. in 6. & l. nemo potest mutare. ff. de reg. iur. Et ita diffiniri potest. mutatio est aliqua rei alteratio in forma sua in totum uel pro parte. Secūdo modo capitur mutatio pro renouatione totius rei, quādo tota substantia alteratur uel ommittitur, & alia etiā in totum subrogatur, & hæc potest dici subrogatio & renouatio, & hoc modo capitur in d. l. repeti. §. rei mutatione, & l. ante litem. & le. mutare. ff. de procurator. Et in hac significatione differt a cumulatione, & additione, & emendatione, quæ præsuppponunt aliquā partem substantiæ remanere, sed hoc modo sumpta mutatio præsupponit quod nulla pars remaneat de primo & totum renouetur, & in proposito libelli. Et in hac assumptione appellatur mutatio intentionis quando libellus unus ommittitur & nouus cōcipitur alterius substantiæ. Tertio modo capitur mutatio, quando aliqua pars rei retinetur, & mutatur tota una pars rei ipsius, quæ pars potest esse res separata, ut est in testamento, si mutatur totum unum testamētū, nam testamentū potest dici mutatum propter illam partem mutatam, & quia remanet substantia eadem testamenti non poterit dici mutatum testamentum secundo modo, & potius appellabitur reformatum. Idem in legione & populo, si moriatur miles uel ciuis, & alius subrogetur, nā legio uel populus dicitur mutari tertio modo sumēdo mutationem, sed non potest dici mutatio secundo modo sumendo mutationem, quia mutatio secundo modo præsupponit nihil remanere de substantia prima, & appellatur renouatio, Sed cum hoc casu remaneat prima substantia, dicetur legio uel populus mutatus emendatus & reformatus, & uerificabitur etiam mutatio primo modo, ut probatur in d. l. quid tamen. §. 1. ff. quibus mod. ususf. amit.

Similiter emendatio in genere compræhendit omnem alterationem etiam in totum, in specie uero emēdatio præsupponit quod substantia remaneat, & aliqua alteratio fiat in tota re. In tantum quod emendatio in specie & mutatio tertio modo sumpta in hoc cōueniunt, quod præsupponunt aliquid de substantia remanere, & in aliqua parte fieri alterationem & reformationem, & utraque potest appellari reformatio. Sed tamen inter se postea hanc subtilem differentiam habent, quia mutatio præsupponit unam partem substantialem in totum esse sublatam, & aliam in eius locum subrogatam. Emendatio uero præsupponit partē nullam esse in totum sublatam, sed recipere rem ipsam alterationem remanente substantia etiam in illa parte, & sine subrogatione, ut quando petuntur centum ex causa mutui, & actione ex mutuo, si mutatur res petendo quinquaginta, remanente eadem actione & causa, erit emendatio, sed si tota centum tollerentur, & peteretur unus fundus, uel mutaretur actio ex mutuo, & intentaretur certi condictio generalis, tunc esset mutatio, quia una pars in totum esset sublata cum noua subrogatione, remanente tamen eadem substantia totius.

Summa est igitur, quod mutatio in specie idest tertio modo sumpta est quando una pars renouatur aliud subrogando remanente substantia totius, sed emendatio est quando nulla pars substantialis tollitur, sed solum pars aliqua alteratur addendo uel detrahendo uel corrigendo uel declarando, sed largius capiendo emēdationem, ut in titulo de emendatione codicis. poterit sub se compræhendere hanc mutationem in specie, & largius capiendo mutationem poterit sub se compræhendere emendationem, & sic inuicem differunt, & se inuicem compræhendunt secundum uarias significationes.

88 Ex† quibus remanet soluta quæstio, an appellatione mutationis ueniat additio. nam si capitur mutatio in genere generalissimo, tunc additio & cumulatio est species mutationis & dispositio loquens de mutatione cō præhendit additionem. l. dicere. §. fi. ff. de arbi. secundū unum exemplum quod potest ibi poni. & d. l. iurisgentium. §. adeo. ff. de pact. Et in dubio mutatio capietur in genere generalissimo si in dispositione habetur respectus ad quamlibet alterationem rei. Si uero mutatio capitur secundo & tertio modo, tunc additio non erit proprie mutatio, nec continebitur sub mutatione, & in hac significatione crebrius capitur. cleme. ne Romani, de electio. & l. in conuentionibus. ff. de uerborū obliga. Et tunc dispositio loquens de mutatione non compræhendit additionem, cum additio non præsupponat subrogationem, sed mutatio præsupponat subrogationem, & hoc modo capitur in l. fi. in fi. C. de proxi. sacro. scrinio, ut patet in illa litera si recte inspiciatur, quamuis Dec. hic aliter & imperfecte loquatur. In tex. autem nostro quia lex simpliciter loquitur & ponit mutationem tanquam differentem ab emendatione, oportet dicere quod mutatio capiatur secundo & tertio modo, scilicet quando renouatur in totum libellus alium subrogando, uel quando renouatur pars libelli aliā partem subrogando, ut si ommissa una actione caperetur alia. Nec obstat quod hic præsupponat eādem actionem mutari & remanere, quia non capitur hic actio in specie pro iure persequendi, sed capitur pro intentione tota, ut dixi in principio legis prout est actio edita. Et diffinitur hoc modo, mutatio libelli siue intentionis est intentionis in totum renouatio. Sed si capitur in tertia significatione, tūc appellatur mutatio actionis, & diffinitur hoc modo, mutatio actionis est libelli reformatio unam actionem ommittendo & aliā accipiendo eadem causa remanente.

89 Et† de utraque mutatione procedit dictum gl. quod non potest fieri post litis contestationem regulariter, quia cum emendatio non permittatur post litis contestationem in qua est minor alteratio, tanto minus permittetur mutatio quæ inducit maiorem alterationem, Vnde omnia quæ dicta sunt pro communi opinione supra in articulo emendationis possunt hic repeti ad probandum quod mutatio non potest fieri post litis contestationem, Ante uero litis contestationem permittitur, sicut emendatio eadem ratione, quia adhuc res nō dicitur in iudicium deducta, neque firmitas inducta ex quasi contractu litigantium per litis contestationem de puncto causæ discutiendo. l. pri. infra de litis cont.

90 Et ex † hoc quod non potest fieri post litis contestationem, colligitur quod non potest fieri etiam in appellatione, quia appellatio reducit causam ad tempus litis contest. factæ. l. ita demum. inf. de procur. Quod tū debet intelligi de libello principali in prima instātia producto, secus in libello appellationis, qui similiter pōt mutari

mutari & renouari, ut uoluit Bald. in le. siquis libellos. uers. item no. quod lex edita. inf. de appel. & ibi Decius numer. 53. Sed in restitutione in integrum non erit differentia an sit libellus in principali causa productus uel in causa appellationis, quia indistincte data restitutione in integrum poterit de utroque fieri mutatio uel emendatio non obstante litis contestatione quæ rescissa est per restitutionem in integrum quæ plus tribuit quam appellatio, ut per Barto. in le. fi. inf. si aduersus rē iudicatam. colum. 2. uers. item oppono restitutio quem
91 sequuntur moderni & Dec. hic.† Qui subdit quod omnis emendatio potest fieri post litis contestatio. uolentibus partibus, quia ille quasi contractus inductus per litis contestationem reuocatur si partes consentiant, & acta possunt consensu partium restaurari. cap. fi. extra de proba. & ibi glo. & docto. Sed contrarium tenuit Bal. in authentic. hoc iuramentum. infra de iurament. calum. in fi.

Sed concordando potest dici, quod si partes uolunt mutare post litis contestationem non renouando litis contestationem non poterunt hoc facere, quia non possunt partes ex consensu suo inducere quod sententia sit ualida de eo super quo non fit lis contestata, ut no. in c. de causis. de off. deleg. sed si uolunt renouare litis contestationem, tunc mutationem uel emendationem ex cōsensu suo partes poterunt facere, quia non deficit substantiale aliquod ad sententiam, & ita debet intelligi hic Decius & ipsemet Bald. in authen. hoc iuramentū. se declarauit allegando capitulum final. de probation. Sicut seruus potest dominum inuitum obligare si non uult reuocare peculium. l. siquis seruum. §. etiam. ff. de peculi. quamuis si dominus reuocaret peculium nulla potestas in seruo remaneret obligandi dominum. l. 3. infr. de pact.

In ea glo. ibi, sed hodie. colligitur ex glo. quod mutatio hodie fieri non potest nisi usque ad productionem libelli. per auth. qui semel. inf. quo. & quan. iud. quę cor
92 rigit. l. nostram.† Sed Bar. repræhendit. & clarius loquēdo facit quattuor casus. Primus est, quando actor uult actionem propositam & omne ius suum extinguere renuntiando in totum actioni & liti & causæ, & hoc potest facere per. leg. postquam liti. inf. de pact. & in hoc omnes concordant, declarando tamen quod renuntiās soluat expensas, & alia faciat de quibus plene in dict. l. postquam liti. argum. §. tripli. insti. de actio. & l. 1. inf. de plu. peti. & tunc non prohibetur postea agere ex noua causa etiam petendo eandem rem, quia etiam absolutione sequuta de nouo posset agere. argum. le. si mater. §. eandem. & l. an eadem. §. actiones. ff. de excepti. re. iudi. Secundus est casus, quando actor incepit litigare dando principium instantiæ, & postea uult desistere a lite, non renuntiando causæ, sed solum permittendo labi instantiam remanente sibi facultate ex integro agēdi & instaurandi litem ad sui uoluntatem. Et hoc non potest facere. per d. auth. qui semel. quę loquitur in hoc casu quando reus desiderat litem finiri, sed si reus tacet, etiam hoc permittitur. l. 1. inf. ut nem. inuit. age. Tertius est casus quando actor incipit litem & instantiam, & propter aliquam causam. quia male incipit iudicium uult renuntiare instantiæ remanente sibi facultate agēdi, siue ex eadem causa, & cum eadem actione, siue ex alia actione remanente prima causa, nam si esset diuersa causa & actio, essemus in primo casu, & hoc etiam licitum est concurrentibus duobus, quod incontinenti incipiat secundam instātiam, & quod in prima reus absoluatur ab obseruatione iudicii solutis expensis per actorem, ut lites dirimantur. l. quidam estimauerunt. ff. si certum petatur, nam si cogeretur permanere in eadē causa, non examinaretur negotium principale, & differetur causa, contra rationem dict. authentic. qui semel. cum reus non possit diffinitiue absolui propter libellum male conceptum uel forsan processum nullum, & si persisteret, omnino sequenda esset absolutoria ab obseruatione iudicii, per nota. in l. properandum. §. fin autem. infra de iudic. Et satis dicitur persistere in iudicio ex quo incontinenti incipit de nouo litigare, quia frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora. l. cū fundum. §. seruum tuum imprudens. ff. si cer. pe. & in effectu dicitur persistere usque ad finem ex quo fertur in ea absolutoria.

93 Quartus† casus est, quando quis intentauit actionem tamquam sibi competentem ex una causa, & eam uult ommittere retenta sibi causa & aliis actionibes sibi cōpetentibus, & hoc potest facere, quia satis dicitur persistere in illa actione usque ad finem. ex quo renūtiat ei, & sic mutatio actionis permittitur per textum nostrū, quod tamen intellige de mente Bar. hic quod statim incipiat secundum iudicium. Nam tunc non posset dici mutatio proprie, sed finis illius litis. Et tanto fortius dicitur persistere in lite ex quo prosequitur illam ex eadem causa & super eadem re, & hoc cogitur facere actor uolente reo, per dictam authenticam qui semel. declaratam ut dixi ex mente doct. hic quamuis nullus exprimat. Et hoc modo potest intelligi ille textus dum dicit, usque ad finem, sentiendo de diffinitiua sentētia, quia satis dicitur prosequi usque ad finem ex quo ex eadē causa & super eadem re litigatur expectando diffinitiuam. Et hæc est melior solutio quæ potest dari ad illum tex. quia in tex. nostro uidetur perseuerare in iudicio usque ad sententiam diffinitiuam, licet non in actione. Si tamen contigeret quod uellet mutare & causam & actionem, & tunc etiam hoc permissum esset soluendo expensas, & omne aliud interesse, per rationes positas in tertio casu quæ fortius militant in hoc quarto casu.

Sed huic conclusioni obst. quia uidetur quod actor non possit mutare actionem, cum per dationem libelli ex parte sua uideatur contestari litem, quod patet, qa super illo libello potest deueniri ad sententiam, Nec responsiones Barto. contradicunt, quia loquuntur quando non est facta litis contestatio uera ab utraque parte, sed hic præsupponitur litis contestationem factam ex parte actoris. per dictam auth. qui semel. Sed responderi potest quod ibi præsupponitur litem contestatam ex parte actoris quo ad hoc ut non possit renuntiari illi actioni in totum, nihil facit. argum. dict. l. postquam liti. Vel aliter, productio libelli habetur pro litis cōtestatione pro actore non comparente in eius odium, secus si compareret, Vel potest dici negando quod per productionem fiat litis contestatio, sed est una specialis dispositio, & hæc ultima magis placet, licet aliæ etiā possint procedere.

Secundo obst. quia si attenderemus istam rationem Bartol. quia lis finitur in illa actione, sequeretur quod mutatio actionis indistincte posset fieri post litis contestationem, quia in effectu est nouum iudicium, & primum finitur per renuntiationem. Sed potest responderi quod quando post litis contestationem renuntiat liti, renuntiat etiam causæ, nam uni sine alia renuntiare non potest. d. l. postquam liti, sed quando renuntiat ante litis contestationem, potest renuntiari actioni sine causa, quo casu mutatio fit, & sic mutatio non potest fieri post litis contestationem, Et hęc potest esse una ratio, quare post litis contestationem potest fieri mutatio, quia renuntiatio non potest fieri de actione nisi cū extinctione causę. Quod nota ualde, quia est magna declaratio ad hanc materiam. Et confirmatur quod supra dixi quod hęc lex non loquitur de mutatione actionis & causæ simul, quia tunc est penitus nouum iudicium, & indistincte fieri potest.

Tertio obstat, quia ista renuntiatio actionis potest esse prẹiudicialis reo, qa si perseueraretur in prima actione absolueretur reus ab illa petitione & in cōsequentiam ab aliis actionibus. l. cum duob. §. exceptio. ff. de

iureiur.& per istā rationem dicit hic Cur. posse teneri opinionē glo.in stricta disputatione q mutatio nō permittatur hodie.Sed ego puto responderi posse,qa non apparet adhuc quod esset sequenda absolutoria a petitis.cum si sit actum certi condictione ex uendito, & nolit persequi,non per hoc patet quod actor non foueat iustā causam.Secundo potest actor non cōparere , quo casu licet reus probet,tamen non potest ferri sententia absolutoria a petitis, sed solum quia actor non probauit,iux.no.per Bar.in l.admonendi.in 3.col.ff.de iureiur.quia actori absenti non potest dari terminus ad pbandum per omne genus probationis,ut habetur in di. l.properandum.§.siquidem.inf.de iud.& quando actor renuntiat instantiæ non potest sequi absolutoria a petitis,sed solum quia non fuit probatum,nec auth. illa disponit quod actore non probante possit sequi absolutoria a petitis si renuntiat actioni.Et hæc responsio tanto magis procedit in actionibus diuersis, ut actione ui bonorum bonorum & furti quæ simul concurrunt, & actione legis aquiliæ & in factum siue iniuriarum quę concurrunt,cum absolutoria lata in una non parit exceptionem rei iudicatę in alia .l. cum seruus.ff.de acti. & oblig.& l.2.infra ui bonorum raptorum.&§.fi.inst. si quad.pauper.fecisſ.dica. Et ista mutatio affert utilitatem,cum una actio detur ad duplum, Alia ad quadruplum,& una est rei persecutoria, Alia etiam pœnæ. §. sequens.& §.omnes.inst.de actio.Patet igitur ex prædictis quod textus noster non est correctus per dictam auth qui semel. Et ideo siquis intentauit unam actionē ex una causa,& uelit discedere ab illa actione & causa, uel uelit discedere ab actione retenta causa, quod hoc potest facere.Nec contradicit d.auth. qui semel , quia procedit quando quis uellet retinere actionem & differre iudicium ad aliud tempus, & est communis cōclusio & tenenda non obstantibus aliquibus leuibus quæ adducit hic Purpur.col.20.uers.3.& uers.4.principaliter.num.35.

94 Remanet† igitur conclusio , quod mutatio permissa est ante litis contestationem non solum si uult dimittere primam actionem & causam,quod non habet dubium soluendo expensas,quia tunc in totum extinguitur iudicium,sed etiam si uult dimittere actionem retētа eadē causa, & reseruare sibi alias actiones , dūmodo uelit persequi litem super actione mutata , per textum nostrum . Limitatur tamen ista conclusio non procedere in sex casibus ex undecim positis supra in materia emendationis,nam sex de illis tantum possunt accommodari.Primo igitur limitatur quando actor in libello aliquod fuisset confessus in fauorem rei,quia in præiudicium talis confessionis non admitteretur mutatio l.cum præcum.inf.de liber.caus. Quod intellige etiam si mutans uellet renuntiare liti &causæ,ut colligitur ex dictis Bal hic in repetitione Paduana colum.9. & in 3. oppo.dum allegat l.non utique.ff.de rei uendic. & hic Purpur.Secundo limitatur quando ex productione libelli ius esset quęsitum reo. c.ab eo. de elec. in 6. & §. tripli.insti.de actio. Tertio limitatur quando iudici uideretur non esse admittendam mutationem ex aliqua iusta causa , uel propter suspitionem fraudis , uel quia uellet intētare actionem famosam.ut inf.dicetur. Quarto limitatur quādo mutatio bis fuisset facta, quia ultra bis propter inconstantiam reprobatam non admitteretur,per ea quæ dixi sup.in materia emendationis.Quinto limitatur non procedere quando essent elapsa tēpora ad agendum super certa causa,quia mutatio alterius actionis ex eadem causa non permitteretur.argum. legis cum quæritur.ff.de exceptio.rei iudic. Sexto limitatur quando actio quæ mutatur per electionem esset sublata.per legem quod in hæredem.§.eligere.ff.de tribu. & idem etiam est quando actiones sunt contrariæ origine.l.fi.inf.de codic. Roman. in consilio.125. mulier.& multo magis quando concurrit ratio contrarietatis.ut in l.prima.infra de fur.& l.prima. inf. si seruus extero. secundum declarationem supra positam in emendatione. Quibus potest addi septima fallentia, ut non possit fieri mutatio quando quis accusat criminaliter,quia desistendo incidit in turpillianum secundum Bar.in l.quæsitum.ff.ad turpil.declarando tamē ut ibi, Nec est,inconueniens quod ex eodem facto dentur plures accusationes criminales.arg.l.fi.ff.de iniur.& ex eodem facto possint nasci plura delicta.l.seruus.ff.de act. & obliga.licet Purpuratus hic dicat quod Barto. inepte loquitur num.31.tamen postea saluat. Alia limitatio potest addi de procuratore generali qui nō potest mutare actionem in præiudicium domini , ut hic per Purpura.numer.31.uersi.octauo . Aliam limitationē ponebat Baldus hic de libellante mortuo ut eius hæres non posset mutare , Quæ mihi non placet, quia licet sit bona in declaratione,non tamen procedit in mutatione,cum non possit adduci ratio quare non transeat ad hæredes , & octo fundamenta quæ supra retuli in declaratione probant hic in mutatione, & hoc uerius est,& tenent Aquenses,ut refert Purpu.num.33.uers. limita nono.

95 Secunda† est regula , quod mutatio post litis contestationem non permittitur,quia ex proprio quasi contractu quis instantiæ obligatur.l.3.§. idem scribit.dig. de pecu.cum similibus traditis in alio articulo . Limitatur nō procedere qn̄ quis errore lapsus intētauit malam actionem,& docto de errore uult eam mutare. §. siquis aliud.institu.de actio.nam hoc potest facere etiā post litis contestationem per illum textum in uerb. in hoc iudicio . Sed Curt.hic dicit decisionem illius text. non esse fundatam super errore,quia in substantialibus illud de erore non procedit,ut declarat Riminal. hic, sed esse rationem,quia secundum communem opinionem non debet exprimi actio, & si exprimatur & inepte. non uitiat, ergo eodem modo poterit mutari dummodo non mutetur causa , Sed ad hoc potes respondere , quod licet actio non sit exprimenda,tamen equipollens exprimendum est opponente parte,scilicet medium concludendi,ut conclusi supra in principio legis & illud medium concludendi quod importat actionē hic non poterit mutare lite contestata nisi docto de errore . Et non est uerum quod error in substantialibus semper uitiet libellum,sed solum quando ommissa sūt. nam si sunt expressa & male , processus non est nullus , quia libellus non caret forma,licet super ea actor non possit obtinere,quia non habet ius,& sic regula cum limitatione communi sustineri potest . Sed ex alio mihi non placet hæc limitatio , quia non uidetur agentē esse in errore probabili intentando unam actionem ꝓ alia ex eodem facto, sed solum erit in errore iuris qui regulariter non prodest.l.error.cum materia supra de iuris & fact. ignorā. & ille textus non uidetur loqui in terminis istius regulæ,quia ibi error erat in causa,non in actione,& ibi mutatio fit ab actione ex testamento ad actionem ex stipulatu . Et ideo ille tex. necessario intelligitur ante litis contestationem, cum alias uerbū in eodem iudicio non posset uerificari , cum mutando causam & actionem inducatur nouum iudicium penitus separatum a primo,ut supra sæpius dixi,&in articulo emendationis determinaui merito omnes illos.§.intelligi debere ante litis contestationem. Quare sequitur quod non probat limitationem communem , tum quia loquitur ante litis contestationem, tum quia etiā non potest esse error probabilis intentando unā actionem pro alia retento eodem facto. Vnde limitari debet regula communis primo non procedere statim facta litis contestatione,Secundo quando libellus est nullus ex eo quod in actione proposita essent ommissa substantialia , quia litis contestatio nulla non attenditur . Tertio limitatur non procedere quando libellus fuisset ineptus & nullus .

Quarto

96 Quarto† limitatur nõ procedere in summariis in quibus ex forma statuti uel constitutionis alicuius proceditur summarie de plano & sine strepitu & figu. iudicii, quo casu omnes actiones descendentes ex illa causa uidentur intentatæ alternatiue, si utiles sunt agenti, & ideo si una expressa fuit in libello, alia uero deducta in processu, obtinere poterit actor ex ea quæ deducta fuit in processu, nec expositio nec expressio inepta uitiabit, ut uoluit Antonius de Butrio relatus per Iasonẽ in l. certi condictio. §. si nummos. colum. 10. ff. si cer. pe ta. & Alexand. in l. 1. ff. de offi. assesso. Quod etiam procedit si causa esset mutata, quia in illis si est probatum super una causa, & in libello alia est deducta, fit condẽnatio super illa quæ fuit probata in processu in sex casibus quos posuit Claudius Aquensis in l. 1. ff. de offi. assesso. colum. 3. uersiculo primus casus. per unam columnam. & Purpuratus hic nume. 31. uersicu. 14. & Alciatus in uersiculo sed quid de cumulatione. col. 2. uersi. secundus casus. & Purpuratus. nu. 62. uersi. sexto limita. & uersi. 2. nu. 39. in fi. quæ limitatio fortius procedit si posita esset illa clausula salutaris, petens ius & iustitiã ministrari, ut supra dixi numero 12. & per Capiti. in decisio. 10.

97 Et ideo† sequitur, quod hodie quasi semper poterit fieri mutatio actionis post litis contestationem, cum in omnibus locis apponatur illa clausula salutaris, quæ uult: Intentari remedium magis aptum & conueniens, & illud erit magis aptum de quo facta est probatio. Itẽ in multis partibus Italiæ sunt statuta quod procedatur summarie uel sola facti ueritate inspecta, ut in Regno, in quibus casibus attenditur narratio facti, non cõsiderando quæ causa sit expressa in illis sex casibus positis per Claudium in d. l. 1. col. 3. uersic. primus casus. ff. de offi. assesso. & Alcia. in dicto uerbo sed quid. col. 7. uersi. secundus casus, & uersiculo tertius casus. Quinto limitatur non procedere quando mutatur causa & actio & totus libellus renouando eum & renuntiando liti motæ, nam tunc potest fieri mutatio post litis contestationem, quia illa litis contestatio est extincta per renuntiationem litis, unde non obstat, sicut non obstat quando sequuta est sententia absolutoria ab obseruatione iudicii, uel aliter perempta est instantia, quia de nouo potest litigare, & non impeditur facere mutationes suas & emẽdationes in nouo iudicio cepto. l. si mater. §. eandem. & l. eandem, §. primo. ff. de exceptio. rei iudicatæ.

Et sic tota ista regula, quod post litis contestationẽ non potest fieri mutatio, intelligitur quando retinetur idem libellus in causa & obligatione, quia uult mutare actionem, nam tunc non potest, sed quando uult in totum renouare libellum intentãdo nouam causam, quo casu est mutatio secundo modo sumpta ut supra dixi, tunc poterit semper, quia iudicium primum est finitũ, & nouum iudicium incipit, in quo non consideratur litis contestatio facta in primo, quæ simul cũ lite extincta fuit. l. lite mortua. ff. iudicatum solui. per quam legẽ apparet quod idem esset quando per lapsum instantiæ esset extinctum primum iudicium, ut ibi per Bartolum & hoc tenent aquenses hic colum. 7. & bene licet Purpuratus nume. 39. uersiculo duodecimo. dicat inaduertenter loquutum, quia immo ipse inaduertenter repræhendit, cum senserit de mutatione rei & totius facti, quo casu renuntiatur toti liti motæ, quod permittitur ut dicitur in l. postquam liti. infra de pact. & ipse sentit, uersiculo restringitur. Sexto limitatur non procedere quando partes conuenirent quod post litis contestationem fieret mutatio, secundum Decium hic num. 55. qui dicit quod litis contestatio potest reuocari de consensu partium, sicut aliàs quasi contractus, per not. per glo. in capit. fin. extr. de probatio. Sed contrarium tenuit Bald. in authen. hoc sacramentum. in fin. infra de iuram. calum. quia non possunt facere partes quod lu-per noua actione ualeat sententia nulla facta litis cõtestatione, ut per Barto. in l. prolatam. infra de sentent. & notatur in ca. de causis. extra de offi. de lega. Vnde ista limitatio debet intelligi cum ista qualitate quod partes de nouo faciant litis contestationem, ut dixit idem met Bald. in d. authen. sacramentum. alias consensus solus non prodesset, per dictam rationem, & satis est de mente Decii hic. Aliæ limitationes traditæ in emẽdatione non possunt huic materiæ adaptari.

98 Sed† dubium est quid de reo, an possit mutare uel emendare suam exceptionem post litis contestationem, & uidetur quod non per. l. non debet. de regu. iur. & l. fina. infra de fruct. & lit. expens. & ne feratur sententia super eo de quo non est lis contestata, iuxta nota. in l. prolatam. infra de senten. Sed Bald. Riminal. & Alcia. tenent hic quod immo indistincte reus poterit mutare suam exceptionem etiam post litis contestationem, ꝙ probat Alcia. quia reus potest proponere plures exceptiones contrarias. l. nemo. ff. de excepti. & non uidetur recedere a prima deducendo aliam. Vnde semper remanet litis contestatio, & idem effectus sequitur semper ex propositione exceptionum, sed actor se restringit ad unam actionem. l. qui habebat. ff. de instito. ut hic per eum. Sed ego distinguerem inter dilatorias & peremptorias. Nam dilatoriam habet mutare ante lilis cõtestationem sicut & proponere l. exceptiones. infra de exceptio. Sed peremptorias potest mutare post litis contestationem, quia etiã de nouo proponere potest. l. peremptorias. infra de exceptio. & per hęc resoluuntur omnia contraria, & seruatur æqualitas inter actorem & reum datis paribus terminis. Et propterea admitti debet reus ad faciendam mutationem & emendationem exceptionis, tamen saluo interesse actoris ut ei reficiantur expensæ, & detur tempus ad oppugnandum & se defendẽdum, sicut dictum fuit de actore, per reg. non debet de regu. iur. in 6. & l. petendæ. infra de tempo. in integrum restitutionis. & l. fina. infra de fructib. & lit. expens. & sequitur Zasius in dict. §. si minus. & Purpuratus hic, & Alciatus in uerbo mutari. in fi.

In ea glo. sed cumulatio. glo. incipit tractare materiam cumulationis, & breuiter se expediendo dicit ꝙ cumulatio permittitur in omni parte iudicii, quia non reperitur prohibita. l. necnon. §. ꝙ eis. ff. ex quib. caus. maiores. Fallit quando actiones plures nascuntur ex eodem fonte & dantur ad idem, nam tunc impeditur cumulatio, quia absolutoria lata in prima parit exceptionem rei iudicatæ in alia. l. si mater. §. eandem. & l. cum quæritur. de exceptio. rei iudic. & l. duobus. §. exceptio. ff. de iur. iuran. Secundo fallit quando actiones per electionem inuicem tolluntur. l. 1. infra de furt. l.

99 ꝙ in hæredem. §. eligere. ff. de tributoria. †Barto. uero latius tractando materiam, primo ponit diffinitionem cumulationis, dicens quod cumulatio est unius actionis cum alia coadunatio. facit. l. prætor. ff. ui bonorum raptor. in uerbo coacto. Sed in contrarium facit tex. in l. si plures. §. fi. ff. de pact. ubi coadunatio facit unũ corpus, & tamen cumulatio non facit unum corpus pluriũ actionum esse unum libellum, quia aliquando sunt plures libelli ut infra dicit Barto. Item non omnis coadunatio est cumulatio in proposito nostro, ideo ut cessẽt aliquæ oppositiones modernorum, Potest dici quod cumulatio est plurium actionum in eodem iudicio ab eodem ad effectum procedendi super omnibus facta propositio. Et hæc cumulatio secundum Doctor. inducta fuit propter mutationem & emendationem prohibitam in multis casibus, ut si non potest mutare admittatur ad cumulandum. Quæ ratio parum prodest, quia mutatio plerumque fit de pluribus actionibus nascentibus ex eodem fonte, quæ prohibita est regulariter ut patet in prima regula glo. prohibitiua.

100 Vnde† uera ratio inducendi cumulationem fuit publica utilitas ut sit litium finis. l. 1. ff. de usucapio. quia tanto

tanto tempore & tot expensis fiunt tot lites contra eũdem quanto fit una,& dispendia litium sunt euitãda, capit. dispendia. de rescript. in 6. & capit. finem litibus. de dol. & contum. facit text. in l. non est nouum. iuncta glo. ff. de actio. empti. & in capit. fina. de rescript. & l. singulis. ff. de exceptio. rei iudi. & sentiunt Zasius in d. §. si minus institu. de actioni. & Purpuratus hic & communiter moderni.

Ex quo infertur unum utile in practica, quod cumulatio est fauorabilis & extendenda, & quod restringendæ sunt regulæ prohibitiuæ cumulationum.

301 †Et ideo in Regno quatuor regulæ relatæ hic per Barto. prohibitiuæ cumulationis & omnes leges loquentes de præiudicialibus actionibus sunt correctæ per constitutionem siquis ciuiliter agens de præiudicialibus sublatis. & ibi late Mattheus de Afflicto in sexto notabili. Et ideo saluatur libellus in quo plures actiones contrariæ & remedia subordinata cumulantur successiue & conditionaliter, ut per glo. in l. quæ de inofficioso. in glo. magna. in fin. ff. de inoffic. testam. & dicemus infr. in multis casibus. Hæc autem cumulatio secundum gl. regulariter est permissa. l. necnon. §. quod eis. ff. ex qb. caus. maio. argum. l. primæ. ff. de testib. & ca. cum apud de sponsalibus. exceptis duobus casibus. Quibus addebat Dinus alium in cap. licet pluribus. de regu. iur. & Bart. tres alios, ut sex efficiantur casus in quibus impeditur cumulatio quos Barto. appellat hic regulas prohibitiuas.

302 Prima† est regula prohibitiua cumulationis, quando plures actiones sic se habent quod absolutoria lata in una parit exceptionem rei iudicatæ in alia, Et ultra leges glosæ Barto. addit. l. fundi. & l. fundum. ff. de exceptio. & l. interdum. ff. de pub. iudi. quas si uis inducas faciliter ut per Zasium in §. si minus. institu. de actionib. numero 12. per unam columnam. & Bar. eas dicit melius facere, quia loquuntur in materia cumulationis & in eis prohibetur cumulatio. Tamen non assignatur illa ratio quæ ponitur in hac regula, cum ibi assignetur ratio præiudicii, & sic non uidentur contineri sub regula fundata in ratione exceptionis, & tanto magis quia in l. sed si ante. eodem titulo dicitur quod simul illæ actiones possunt concurrere si primo agitur ad uiã. Bar. autem in d. l. fundi in secunda colum. tollit contrariũ, considerando quod plura sunt genera præiudicialium & uno modo dicuntur præiudiciales quando absolutoria lata in una parit exceptionem rei iudicatæ in alia, ut per glo. in l. per minorem. ff. de iudic. & ideo ille text. allegando rationem præiudicii intelligit de illo præiudicio exceptionis rei iudicatæ, & quia hoc præiudicium exceptionis rei iudicatæ non habet locum quando uia prius petita fuit secundum communẽ cursum causarum, ut ipse declarat in uersiculo pro declaratione, & ideo tunc admittitur concursus, Et si illæ leges intelligerentur de alio præiudicio, non fieret differentia an præcederet uel sequeretur actio de uia, ut ipse dicit in uersiculo iste lex uidetur. Nec obstat quod illa lex uidetur se fundare in præiudicio probationum, quia illud præiudicium probationum ita militaret in casu legis sed si ante si fierent quando primo esset intentata actio de uia. Item in l. sed si ante assignatur ratio quod diuersa sunt corpora, quæ ratio tendit ad exceptionem rei iudicatæ. Nec est uerum quod dicebat Pau. de Cast. in d. l. fundum & sequitur hic Curtius, quod ibi debeat considerari condemnatoria, non absolutoria, quia præsuppositum Pau. est falsum quod condemnatoria lata de uia faciat præiudicium in iudicio ordinario de dominio, cum in iudicio seruitutis ueniat dominium incidenter, & probatur per solam possessionem, ut per Bal. in l. siue possidetis. infra de proba. & per Iaso. in §. omnium. insti. de actio. & ideo tanquam iudicium factum in causa summaria non præiudicabit in plenaria, cap. ueniens. de testib. & præsupponit d. l. sed si ante. Et sic leges illæ probant hanc regulam primam prohibitiuam; & ampliant eam ut procedat non tantum quando actiones nascuntur ex eodem fonte & dantur ad idem ut uolebat glo. sed etiam quando nascuntur ex diuerso fonte & dantur ad diuersa, ut est in d. l. fundi. & l. fundum.

Secundo ampliatur ut procedat non tantum quando absolutoria parit actu exceptionem rei iudicatæ, sed etiam quando possibile est quod pariat, secundum Barto. & Din. Sed quid importat ista possibilitas non bene declarabat hic Bar. attento quod tempore quo fit cumulatio semper adest possibilitas, ex quo nondum deuentum est ad sententiam, unde non uidetur intellexisse de ista possibilitate quæ semper est & erat in regula glosæ. Mantua dicit quod ponitur hæc possibilitas, quia si pronuntiatur super facto obstabit exceptio. iuxta. l. duobus. §. colonus. ff. de iureiura. & exemplificat in certi condictione & actione speciali contractus. Quod nõ est uerum, quia alias si ratio procederet etiam in casu legis si ante. ff. de exceptio. semper procederet regula, cum si pronunciaretur super facto posset præiudicare ut ipsemet Barto dicit in d. l. fundi uersic. pro declaratione. & in exemplo suo absque pronuntiatione super facto oritur exceptio. l. si mater. §. eandem. ff. de excep. rei iudi. & sentiunt hic omnes.

Similiter in condictione furtiua & actione furtiua admittitur cumulatio per l. si pro fure. §. 1. ff. de condictio. furti. & tamẽ possibile est quod pariant exceptiones inuicem si pronuntietur super facto, ergo ista possibilitas non consideratur quod posit pronuntiari super facto, quia talis causa uenit contra communẽ cursum causarum, ut per Barto. in d. l. fundi. & possibilitas extraordinaria & non secundum cursum naturæ nõ attenditur, Quamuis in cõdictione furtiua posit assignari ratio de. §. sic itaque insti. de actioni. cum cumulatis per Iasonem ibi de odio furum, & hic per Mantuam, prima tamen uerior est ut infra dicam. Et ideo ego puto quod Barto. intellexit de possibilitate quæ insurgit ex diuersitate naturæ absolutoriæ, cum dato nullo termino ad probandum reus absoluitur ab instantia & processu, non a petitis, Quæ absolutoria nõ aufert ius actori, ut per Barto. in lege properandum. §. & siquidem. infra de iudic. & lege admonendi colum. 3. ff. de iureiur. & dixi post Decium in l. qui accusare. infra eodem. Sed quando datur terminus plene ad probandum, & actor plene non probauit, absoluitur reus a petitis tanquam actor non habeat ius, & hæc parit exceptionem rei iudicatæ & præiudicat actori, ut habetur in d. §. & si quidem. & d. l. qui accusare. infra eodem. Et sic ista ampliatio Barto. posita fuit, quia non omnis absolutoria parit exceptionem rei iudicatæ, sed illa quæ facta erit super causa plene discussa, & præsentibus partibus examinata. Et possibilitas iudicatur ac si actu esset facta. l. sufficit. ff. de cõdictio. indeb. l. 1. §. si pendeat. ff. ad macedo. & l. pecuniam quam. ff. si cer. pet. & idem iudicamus de eo quod est in uia quod de ipso actũ. l. abesse. & l. quid. & l. qui mittuntur. ff. ex quib. causis maiores. & idem de potentia ducibili ad actum iudicamus quod de ipso actu. l. quæsitum. §. illud fortassis. ff. de lega. 3. & l. tertia. §. si seruus. ff. de acqui. posse. & ibi Alexand. colum. penult.

Tertiam ampliationem addit Barto. ad istam regulam, ut procedat in actionibus quæ nascuntur ex eodẽ fonte & dantur ad diuersa, ut in casu legis interdum. ff. de publ. iudi. in quibus prohibetur cumulatio ut ibi dicitur, Sed uidetur quod ille tex. non faciat, quia ibi absolutoria lata in ciuili actione & causa non inducit exceptionem rei iudicatæ in criminali, nec econtrario, ut declarat Barto. in l. 2. §. ex hoc edicto. ff. ui bono. rapto. uersi. tamen pro declaratione, ubi uoluit quod solum paratur exceptio rei iudicatæ quando iudicatum est super facto, & sic contra communem cursum causarum,

rum,& ibi dicit quod in dubio non præsumitur iudicatum esse super facto nisi dicatur. Et plus uoluit in quæstione sequenti quod condemnatoria lata in ciuili non præiudicat in criminali, sed solum econtrario. Et ideo docto. dicunt quod dicta lex interdum non facit,& ego confirmabo inf. super 3. genere cumulationis, quamuis Zasius in d.§. si minus teneat illam legem probare hanc regulam. Sed melius posset allegari text. in l. pretor edixit. ff. de iniuriis in §. si dicatur. ubi impeditur cumulatio quia fit præiudicium alteri iudicio, & non permittitur agi, ut ibi nota. Bar. qui tamen tex. tunc datur in alio præiudicio, ut infra dicam.

303 Secunda † est regula, quod ubicunque plures actiones ita se habent quod se inuicem tollunt per electionem, quod tunc impeditur cumulatio. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de trib. & l. cum filius. §. uariis. ff. de lega. 2. & l. fin. infra. de codicill. quas inducas faciliter ut per Zasium in §. si minus. col. 4. post nume. 12. uersi. secunda regula. Et d. l. fi. secundum Barto. ibi intelligi debet quando copulatiue dictum fuit quod ualeat iure testamenti & codicillorum, secus si alternatiue dixisset, quia tunc non cadit electio, ut per glo. ibi in uerbo præclusisse. in fin. Et hæc regula apparens est & naturalis, quia si se electione tollunt, ergo non possunt cumulari, quia quod non est cumulari non potest, & ideo Barto. infra uersiculo ex prædictis, dicebat quod non est necesse partem opponere quod non possit cumulari, & est fortis textus cum glo. in l. nemo. §. quotiens. ff. de regu. iur. & dicitur cumulatio uerbalis ex uoluntate, non actu, quia actu non potest esse, cum iam actio sit sublata per electionem primam, quia eligendo unam renuntiat iuri competenti sibi super alia, & per renuntiationem tacitam extinguitur. Nec obstat quod dicit Decius quod uidetur contineri sub prima regula, cum si electione tolluntur obstat exceptio rei iudicatæ, quia respondetur quod illa regula procedit in actionibus quæ sunt in rerum natura, non in extinctis, quia exceptio rei iudicatæ præsupponit actionem. l. 2. ff. de exceptio. & §. si iudicatum. institu. de exceptio. sed si actio non poterat esse quando fertur sententia super prima, non poterit dici quod causatur in ea exceptio, unde regula non debet formari super eo quod non potest esse,& ommitti illud quod apparet, & in effectu existit. Præterea non est uerum quod causaretur exceptio rei iudicatæ, quia cum illæ actiones se inuicem excedant in quantitate, admitteretur cumulatio respectu illius pluris. l. si domum. ff. de fur. & l. prædia. ff. de actio. empti. & l. 1. ff. ui bono. rapto. Et prædicta uera quando plures actiones uere competebant, & eligit unam quæ sibi competit, sed si elegisset unam quæ sibi non competeret credens sibi competere, tunc sibi non præiudicaret, quia electio est nulla, ut si quis peteret legatũ in genere, & eligeret rei uendicationem quæ non competit, ut not. in l. 1. ff. de lega. 1. de quo tamen dicendũ est ut infra.

304 Tertia † est regula, quod quando actiones sunt contrariæ prohibetur cumulatio. l. 1. infra de furt. l. 1. intr. si ser. exter. & l. eum qui & l. contra maiores de inoffic. testam. quæ iura inducas ut per Zasium in dict. §. si minus nume. 12. colum. 3. & nume. 13. in quibus locis uidebis quantum ad regulam errauit in allegando istas leges, & ideo dum reprehendit regulam dic ut infra. Et hanc regulam separatam a præcedenti posuit gl. in l. nemo. §. quotiens. de regu. iur. & comprobatur ratione, quia præcedens procedit quando actiones sunt natæ & eodem tempore competunt actori, sed extinguuntur quãdo actor unam deducit ad exercitium in iudicio, sed in hac regula ab initio nunquam competunt istæ actiones, quia repugnante contrarietate non possunt nasci, & si incipiat agere ex una tũc approbat causam ex qua illa nascitur, & in consequentiam reprobat causam cõtrariam, & per consequens impedit nasci actionem d. l. 1. infra de furt. ubi agendo ex furto impedit actionẽ nasci ex contractu emptionis, & agendo ex uẽdito impedit actionem furtiuam, unde cum una sola competat non potest considerari electio. l. cum illud. in glo. electionem. ff. quando dies leg. ced. Et si dicatur, immo est electio, cum ipse dominus eligat uel contractum uel furtum, respondetur quod electio non est in actionibus, sed in causa, cum habebat duas causas ex quibus poterat procreare actiones, sed non duas actiones, & sic electio est in causa & non in actione, & ideo cumulatio non impeditur propter cumulationem actionũ, sed propter cõtrarietatẽ quæ facit ꝙ actiones non possunt nasci, & illa contrarietas est causa immediata impediendi cumulationem, cum faciat deficere actionẽ de qua in cumulatione tractatur, & propter hoc non consideratur alia causa de absolutoria quam ponebat hic Deci. quia absolutoria non causat exceptionem super ea quæ non reperitur, ut dixi in alia regula, Barto. tamen in d. l. 1. infr. de fur. in summario uidetur ponere illam legem super prima regula, sentiens esse natas illas duas actiones & esse contrarias in exercitio non in natiuitate, ut uidetur probari in l. si seruus meus. ff. commodat. Cur. hic dicit quod mens Barto. hic non discordat a dictis per eum in d. l. 1. inf. de furtis. quæ solutio aperte est contra uerba & mentem Barto. hic. Unde aliter saluari potest quod ibi electio uere facta est de causa producendi actionem, sed tamen quia dominus elegit causam ad effectum producendi actionem, per quandam consequentiam dicitur esse electa ipsa actio. Nec obstat. d. l. si seruus. ff. commod. quia ibi debet intelligi quod nascitur actio & commodati & furti ad uoluntatem domini, non tamen eodem tempore sed uolente domino. Nec obstat quod statim quod fit ablata res fit nata actio, quia non est uerum, cum furtum fiat inuito domino. l. 1. ff. de fur. sed quando dominus scit factum ex sua uoluntate facit furtum producere actionem uel contractum, quia si uult contractum ualere non potest dici quod ab initio sit furtum saltem per quandam iuris fictionem, iuxta. l. proinde. §. 1. ff. si cer. pet. & in l. fi. inf. de iur. codic. & illa duo remedia obliquum & directum non sunt taliter contraria quod nõ possint simul stare & producere actionem. l. recusare. §. si Titius. ff. ad trebell. & sic. d. l. 1. optime allegatur ad regulam. Et similiter. d. l. eum qui. & l. contra maiores probant conclusionem, quia in illis nunquam duæ actiones eodem tempore competunt licet apud actorẽ sit ignotum quæ competat, nam si testamentum est ipso iure nullum uel falsum non potest competere querela, & si testamentum est inofficiosum, nascitur querela, & non potest competere ius dicendi nullum uel accusatio falsi quæ præsupponunt testamentum nullum, licet actor ignoret quod remedium competat. Nec obstat quod ad aliam posset conuolare, quia illud est quia in primo iudicio apparuit quod elegerat remediũ inutile quod non erat in rerum natura, & ibi tolleratur ꝙ per electionem sibi non præiudicet, quia non pendebat a facto proprio, & probabiliter poterat ignorare, nec ex uoluntate sua poterat facere nasci actiones, secus erat in l. 1. inf. de furt. ubi a facto & uoluntate sua pendebat quod una uel alia actio nasceretur, Et sic habes rationem quare in d. l. 1. sibi præiudicat in eligẽdo & non in l. contra maiores. & per consequens sequitur quod ista regula procedit in actionibus contrariis siue sint tales quod per electionem quis sibi præiudicet in secunda, quod est ut dixi quando natiuitas earum depẽdet a uoluntate eligentis, siue sint tales in quibus eligẽdo causam unam non præiudicat in aliis, quod est quãdo natiuitas remediorum non dependet a uoluntate eligentis, Et ista regula comprobatur per uulgatas regulas, quod actus contrarius non potest ualere. l. ubi repugnantia. de reg. iur. & dispositio impediens repulsam testium non intelligitur de testibus contrariis, ut per Domi-

Dominici in cap. 1. col. fi. de testib. in 6.

105 Item† dispositio prohibens nullitatem non intelligitur de nullitate insurgente ex contrarietate, quia legislator non potest facere quod actus habens in se repugnantiam ualeat. Ang. in l. tale pactum. §. qui prouocauit colum. 5. ff. de pact. uers. ulterius ultra prædicta, & in consi. 187. hic punctus circa finem. & Alexand. in consi. 121. uiso processu libro primo. Et propter dictã regulam dixit Ange. in consi. 36. pro decisione. colum. secunda quod non ualet libellus, peto cassari instrumẽtum & declarari nullum, si utrũque principaliter & eodem tempore petatur, & etiam dixit Pau. de Cast. in cõsil. 393. uiso quodam. quod non ualet libellus, peto dotem propter adulterium, & quia maritus cõmisit adulterium, & quia uergit ad inopiam, quia est quædam repugnantia, cum secunda causa tendat ad assecurationẽ dotis quæ remanet penes maritum. & prima tendat ad priuandum maritum in totum ipsa dote, Et licet Dec. hic teneat contrarium, tamen ratio sua nõ tollit quin sit contradictio, & quod illa remedia non sint incompatibilia. Et ideo responsio Decii non potest saluari nisi propter expositionem uerborũ & interpretationem, quæ fit ut ordine successiuo uideantur ista remedia intentata, quæ interpretatio est ordinaria in omnibus libellis continentibus actiones contrarias, quæ non tolluntur per electionem factam de incompetenti, ut per glo. in l. quæ de inofficioso. in fin. ff. de inofficio. testamen. & Abbas & alii in capit. dilectus. de appell.

106 Per† quæ iura datur una limitatio generalis ad omnes istas regulas prohibitiuas cumulationis ratione incompatibilitatis, ut non procedant neque prohibeant cumulationem quando in libello illa remedia incompatibilia ordine successiuo uel conditionaliter intentantur, quia tunc uere non dicitur esse cumulatio, sed quædam subordinatio ut dixit Bald. in l. quod tempore. colum. secunda uers. secundo quæro. infra de restit. milit. refert & sequitur Felin. in cap. significantibus. colum. penul. de lib. oblatio. glo. in l. conductores clara. & l. non ab re. in uerbo ordine, unde ui. dummodo sint tales actiones quod electione non extinguãtur, sed uel una nascatur ab alia, uel quod facta electione de inutili non præiudicetur utili, ut in d. l. cum quo. & l. contra maiores. inf. de inofficio. testamen. & l. quæ de inofficioso. ff. de inoffic. testam.

107 Item† alia limitatio sumitur ex l. interpositas. infra de transactio. cum ibi notatis, & per Barto. in l. nemo. colum. penu. ad fi. ff. de excep. ubi concludunt doctor. quod reus potest uti contrariis exceptionibus. Patet igitur quod hæc regula de iure procedit & differt ab aliis primis, nam inter se istę tres regulæ differunt hoc modo, quia in prima regula actiones competũt ab initio, & possunt intẽtari in iudicio, sed impeditur cumulatio, quia est spes quod per sententiam in una possit generari præiudicium in alia secundum communem cursum causarum, in secunda uero ab initio competunt actiones & durant usque ad iudicium intentatum, sed intentato iudicio super una, propter electionem aliæ tolluntur. In tertia regula ab initio non competunt actiones actu, quia electa una causa impeditur natiuitas actionis ex alia causa, in tantum quod simul nũquã competere possunt. Et licet in omnibus istis propter sententiam in una possit fieri præiudicium in alia, tamen quia in secunda & tertia regula alia impedimenta magis apparent, ab ipsis tanquam a dignioribus denominantur.

108 Quarta† est regula, quod cumulatio impeditur quando actiones sic se tangunt quod condemnatoria lata in una & executione sequuta contingit liberatio ab alia, per tex. in l. 1. §. fina. ff. si fami. fur. fecis. dica. quam inducas faciliter ut per Zasium in d. §. si minus. num. 16. sed dum repræhendit regulam, dic ut infra. Sed contra istã regulam arguit Salicet. duobus modis. Sed primum nihil est. Secundo dicit quod hæc quarta continetur sub prima, quia si sententia absolutoria feratur in prima obst. exceptio rei iudicatæ in secunda, quia unicum dicitur esse factum. l. si familia. ff. de iurisdic. omn. iudi. Alex. conatur saluare, negando quod semper absolutoria pariat exceptionem in alia, sed solum quando dominus conuentus assumeret in se onus probandi furtũ non esse factum, cum ista possint simul stare, quod furtum sit factum, & non fecerit ille seruus, sed si dominus probaret furtum non esse factum, tunc præiudicaretur super omni actione. l. duobus. §. colonus. ff. de iur. iura. Quia uero secundum communem cursum causarum reus non assumit onus probandi, cum sufficiat negare. l. qui accusare. infra. eod. Ideo non attenditur hoc præiudicium raro contingens. Et ad illud quod non sit nisi unum furtum, respondet quod licet non sit nisi unum furtum, tamen sunt plura facta, & plures cõpetunt actiones, ut per Barto. in l. si familia. in fin. ff. de iurisdic. omn. iudi. Dec. uero tenet opinionem Salic. quia quamuis sint plures actiones, tamen ad idem tendunt, & propterea sententia lata in una parit exceptionem rei iudicatæ in alia & impeditur cumulatio, ut dicitur in secundo genere cumulationis. Item dicit ipse, non est uerum quod ad hoc ut absolutoria lata in una pariat exceptionem rei iudicatæ in alia requiratur ꝙ reus assumat in se onus probandi, quia etiam eo non probante absoluitur diffinitiue si actori fuit assignatus terminus ad probandum, ut per Bart. in l. admonendi. col. 3. ff. de iur. iura. & in l. properãdum. §. & si quidem. infr. de iudi.

Sed ego puto resolutionem Alexan. ueram esse, quia reus diffinitiue absolui potest duobus modis, uno modo absoluendo simpliciter a petitis. Alio modo iudicando super facto. & dicendo quod factum secutum non fuerit. Primo casu etiam quod sit datus omnis terminus ad probandum, remanent actiones non intentatæ. l. duobus. §. si quis iurauerit. & §. qui iurauerit. ff. de iur. iura. Secundo uero casu non, ut per Bar. in l. si duo. §. idem Iulianus. ff. de iur. iur. & dixi in l. qui accusare. infr. eod. ubi Dec. ponit. Sed iudex non iudicat super facto nisi reus probet & assumat in se onus probandi, quia solum absoluit a petitis. l. qui accusare. infr. eo. & §. commodum institu. de interd. ergo absolutoria in una non parit præiudicium in alia secundum communem cursum causarum, iuxta nota. per Bar. in l. fundũ. ff. de excep. Et male faceret iudex pronuntiando super facto, non factis probationibus negatiuis pro parte rei. ut in d. §. fi. potest dominus absolui diffinitiue respectu illius serui, sed non respectu totius familiæ, Et tota hæc distinctio probatur in l. duobus. §. exceptio. & §. si quis iurauerit. & §. colonus. ff. de iur. iura. Et ex not. per Bar. in l. 2. §. ex hoc edicto. col. 3. uer. pro declaratione. ff. ui bono. rapto. Sed fortius uidetur obstare secunda ratio Bart. de possibilitate quam posuit supra in prima regula, quia possibile est quod iudex pronuntiet super facto licet non semper faciat, & hoc uoluit sentire Dec. & Salic. hic. Sed eodem modo solue, quod attenditur possibilitas quæ inest secundum communẽ cursum causarum, ut declarat Bart. in d. l. fundum. qui proprie loquitur de possibilitate quam dicit non attẽdi, quia non attenditur quod euenire potest nisi natura rei hoc innuat, per l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerbo. obliga. Tertio obstare uidetur, quod si actiones ad idem tendunt ergo semper inducitur exceptio, per ea quæ dicuntur in 2. genere cumulationis. Sed respondetur non esse uerum quod quando actiones tendunt ad idem, quod semper absolutoria lata in una pariat exceptionem rei iudicatæ in alia, quia illud procedit quando actiones nascuntur ex eodem fonte, hic uero nascuntur ex diuerso fonte propter factum diuersarum personarũ, ut bene procedere possit quod si unus non fecit furtum alius potuerit facere.

109 Quinta†regula est, quod impeditur cumulatio actionum quando una est maior altera, nam prius debet expediri maior. l. fin. inf. de ordi. iudi. & l. per minorem. ff. de iudi. quas inducas ut per Zasium in d. §. si minus, nume. 17. & in eis Bar. declarat quibus modis una causa est maior, altera, & in proposito nostro maior est causa quæ magnum affert præiudicium, ut sunt causæ status quibus præcedentibus non potest alia agitari. l. ordinata. ff. de liber. cau. & l. quoniam Alexandrum. inf. ad leg. iuli. de adult. Item dicuntur præiudiciales ratione præeminentiæ, ut sunt causæ criminales quibus pendentibus debet supersederi in ciuilibus. l. fina. inf. de ord. iudi. & licet glo. in d. l. rerum amotarum. ff. rerum amot. & Alexand. in l. reum criminis. inf. de pro cu. & Bar. in l. interdum. ff. de pub. iudi. intelligant illã legem procedere quando ciuilis ab uno & criminalis ab alio intentatur, Tamen uera est opinio, quòd illa loquitur in utroque casu propter sui generalitatem, & ratio assignata ibi habet locũ in quolibet casu, & hoc innuit ille tex. ibi, intermissa, & ibi, inter partes fuerit lata sententia, & in generali ratione assignata ibi. Hanc tamen regulã limita duobus modis scilicet in casu posito per Bar. in l. interdum. alias creditor. §. qui furem, ff. de fur. & uers. & per hoc dico. & in casu quo causæ essent penitus separatæ, ut hic refert Dec. & latius dicam in primo genere cumulationis, per l. rerum ammotarum. Cui non posset responderi, ut uolebat Mantua q loquitur in casu speciali, quia unum aliud est introductum fauore uxoris ut contra eam non detur actio famosa, & esset inconueniens quod ex suo dolo uxor lucraretur, & maritus pateretur damnum in actionibus suis in quibus tractatur de damno euitando, & maioritas non consideratur in penitus separatis ut infra dicam in. i. genere cumulationis.

110 Sexta†est regula, quod impeditur cumulatio quando actiones ita se tangunt quod una debet prius agitari quam alia, ut in petitorio & possessorio. l. ordinarii. inf. de reiuend. & l. incerti. infr. de interdic. & l. qui de suo. inf. de inoffi. testa. quas inducas faciliter ut per Zasium in d. §. si minus, nu. 18. Salic. dicebat quod ista regula est superflua, quia regulariter petitorium & possessorium concurrere possunt. l. cum fundum. §. fi. ff. de ui. & ui arm. & quando prohibetur, ratione contrarietatis prohibetur, ut per Barto. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqu. pos. Vnde continetur sub regula contrarietatis. Dec. tamen saluat, quia Bart. ponit regulam generalem in qua aliquando potest habere locum exemplum petitorii & posses. Et non dicit quod possessorium semper debet præcedere, sed probat suam regulam per exemplum de possessorio in casu quo potest uerificari, & per exemplum positum in l. quæ de inofficioso. ff. de inoffic. testam. Et ultra leges Bar. dicit etiã quod exemplificari potest in casu l. ut debitum. infr. de hæredita. actio. ubi ille qui dicit testatorem esse suum debitorem, & petit hæreditatem a possessore, non auditur. Sed debet petere hæreditatem, & si apparebit esse hæredem, petere debitum. Idem est etiam in l. 1. ff. fami. hercis. ubi qui agit communi diuidundo prius debet agere petitione hæreditatis, si non est in possessione, Sed tamen quia hæc consideratio non tollit quin compræhendatur sub tertia regula, uel etiam sub quinta, ratione maioritatis, Ideo dicit quod non est superflua ex quo clarius distinguit argu. tex. in §. alio. insti. quib. mod. infic. test. & per Domi. c. 1. col. penu. de sum. trinita. & fide catholi. Ego autem puto hanc regulam necessariam esse, quia regula præcedens contrarietatis tunc procedit quando contrarietas sola est impedimento, sed in hac regula ratio contrarietatis non potest considerari in omnibus exemplis in quibus ordo impedit cumulationem, ut in petitione hæreditatis, & quærela, nam nulla est contrarietas inter ipsas actiones, sed solus ordo successionis, & idem in actione ad exhibendum, quæ tamen non potest cumulari cum re uendicatione. l. 3. §. est autem. ff. ad exhib. Et minus potest cadere ratio maioritatis, quia quærela non est maior petitione hæreditatis. arg. l. fin. inf. de peti. hæred. nec reiuendicatio est maior actione ad exhibendum, sed solum ratio ordinis consideratur, quia unũ est præparatorium ad aliud. Et ideo in omnibus actionibus quarum una est præparatoria ad aliam, erit regula necessaria, & tanto magis erit necessaria tenendo opinionem Barto. quod ratio maioritatis impediat etiã quod nullo modo actiones se tangant, ut ipse dicit inf. in primo genere cumulationis. Et sic omnes istæ regulæ respectu aliquorum exemplorum sunt necessariæ, & separatim considerantur. Et eas omnes approbant hic cõmuniter doctores & Zasius in d. §. si minus. Quinimmo posset dici totum contrarium, quod regula quinta efficitur superflua propter sextam, quia ratio ordinis considerata in sexta militat etiam in quinta, sed ratio maioritatis uel præeminentiæ non habet locum in exemplis sextæ, Nam si est maioritas, ordo inter eas datur propter maioritatem, & sic potest dici quod ratione ordinis impeditur cumulatio, qui ordo cõsideratur aliquando propter maioritatem & præeminentiam, aliquando propter utilitatem, ut est in actione ad exhibendum, ut in d. l. quæ de inofficioso. Nisi saluando dicamus quod in quinta regula licet ordo interuenire possit, tamen non consideratur, sed solum consideratur maioritas & præeminentia in qua fundatur uis actionis, sed in exemplis sextæ regulæ fundatur uis actionis, & utilitas in ordine solo, ut in actione ad exhibendum, quæ præposita facit utilitatem rei uendicationis, & quærela causat locum, & aperit uiam petitioni hæreditatis, Sed in alia regula in exemplis quintæ regulæ utilitas actionis consideratur in ipsa maioritate & præeminentia, & hæc opinio tenenda est, ut sex modis prohibeantur cumulari actiones de iure communi.

111 In Regno†uero Neapolitano quatuor ex istis regulis sunt correctæ per constitutionem si ciuiliter agens de præiudicialibus sublatis, ubi expresse dicitur quod si reus conuentus ciuili actione, reconueniat actorẽ de crimine, quod super utraque procedetur, & idem si accusatus reaccusat accusatorem suum etiam de maiori crimine, & eandem cẽsuram uoluit seruari in aliis præiudicialibus, etiam quod sit talis quod ea probata reddat processum retro nullum, Quam constitutionem intelligunt ibi And. & Afflic. in sexto notabili procedere in omni actione præiudiciali, siue præiudicium fiat per unam actionem alteri ratione ordinis, siue maioritatis, siue præeminentiæ, siue exceptionis rei iudicatæ, uel per condemnatoriam sententiam, & sic expresse uolunt quod corrigatur prima regula, dum dicunt corrigi. l. fundi. & l. fundum. & omnes tres regulæ ultimæ Bar. ut in regno remaneat solum secunda regu. scilicet quando actiones per electionem tolluntur, & regula contrarietatis, quia legislator non potest actum cõtrarium ualidare, ut sup. dixi.

112 Et ista†generalis intelligentia suadetur, quia primo ponit de accusationibus criminalibus quæ sunt potentiæ maioris, & postea decisionem generalem de omnibus aliis, ergo generaliter intelligitur. argu. l. sed & si quis. §. quæsitum & ibi per Barto. ff. si quis cautionibus. & per docto. in l. 1. §. nuntiatio. ff. de nou. oper. nũtiatio. Secundo suadetur, dum dicit etiam quod per eam reddatur processus retro nullus. Tertio quia cumulatio est fauorabilis fauore publico introducta ut lites citius expediantur. l. 1. ff. de usuc. l. singulis. de exceptio. rei iudi. & l. nulli. inf. de iudi. Quarto, quia in regno procedit sola facti ueritate inspecta, & non considerantur apices iuris, ut per Barto. in auth. ad reprimendum. in uerbo figura. & not. in clem. sæpe. de uerbo. signific. & impedimentum cumulationis est de apicibus iuris, ut per glo. in l. si mancipium. ff. de euictio. in glo. actũ.

&

& ideo parte non opponente in istis casibus etiam de iure communi permittitur cumulatio, ut per Bar. inf. in uersi. ex prædictis. Et dixit Aretin. in l. 1. §. si quis simpliciter. col. 2. ff. de uerb. obligatio. quod in omnibus ciuitatibus in quibus proceditur summarie sola facti ueritate inspecta potest fieri cumulatio, allegat Bald. in l. ne quicquam. §. de plano. ff. de offi. procons. & sequitur hic Cur. nu. 213. ergo tanto fortius procedit in casu nostro in quo per constitutionem præiudicia sũt sublata.

Ista tamen conclusio, quod præiudicia sunt sublata in regno, debet intelligi de illa qualitate sola per quã una actio facit præiudicium alteri impeditiuæ processus & cumulationis, quæ est sublata, non autem ipsæ actiones, nam ipsæ actiones remanent, & faciunt præiudicium in meritis causæ in regno sicut faciunt de iure communi, ut si causa filiationis suppositæ opponatur intentanti petitionem hæreditatis, illa præiudicabit in meritis causæ sicut præiudicat de iure communi, si apparebit quod non sit filius, & esset maximum incommodum quod tot actiones essent sublatæ, ut in iudicio non deberent examinari uel admitti ut petebant quidam aduocati Neapolitani, quæ interpretatio merito reiecta fuit, & sensus ille admissus fuit de præiudicialibus sublatis. i. de sublata qualitate illa per quam actiones aliquæ faciunt præiudiciũ aliis in modo procedendi prohibendo cumulationem & processum fieri super utraque eodem tempore.

Limitatur tamen illa constitutio procedere quando utraque actio potest agitari coram iudice laico, sed si actio præiudicialis esset agitanda in alio foro, ut si agẽti petitione hæreditatis opponeretur quod non est filius, quia matrimonium non tenuit, quo casu causa matrimonialis agitari debet in foro canonico, iuxta not. per Bar. & alios in l. Titia. ff. solu. matri. & cap. tuã. de ordine cognitio. & cap. lator. extr. qui fili. sint legi. nã tunc non obstante constitutione oportebit seruare ius commune, ut primo cognoscatur de causa matrimoniali, & supersedeatur in causa ciuili usque ad finẽ causæ matrimonialis, & ita practicatum fuit in sacro consilio Neapolitano, in plena rota, & sentit Afflitus in d. sexto notabili. In istis tamen casibus omnibus si actiones tendunt ad diuersa potest simpliciter fieri cumulatio, sed si tendunt ad idem, oportet quod actor in libello protestetur quod uult esse contentus una solutione tantum, ut dixit Bart. in l. 3. §. fin. ff. de duob. reis in materia duorum reorum. Et hæc omnia procedunt in ciuitate Bononię, & in omnibus aliis locis in quibus proceditur summarie ex forma statutorum, ut per Aret. in d. l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de uerbo. obligat. & Curt. hic nu. 213.

Idemque seruari debet ut cumulatio non impediatur ex dictis quatuor regulis in materia executiua, quã do executiue proceditur, iuxta doctrinam Bart. in l. cõsentaneum. infra quomodo & quando iud. & Alexan. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. infec. col. 20. & Iason in l. 1. in princ. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit. & in l. nulli. in 6. fallen. inf. de iudi. & Cur. hic nume. 210.

Successiue pro pleniori declaratione istius materiæ quomodo & quando cumulatio admittatur, ponit Bar. quinque casus, quos appellat genera cumulationum.

213 †Primus est casus, quando actor uult cumulare plures actiones diuersas & tendentes ad diuersa, ut actiones mutui, commodati, uel depositi, uel legati, uel plures actiones diuersorum contractuum mutui uel commodati. Et concludit post Pet. quod admittitur cumulatio, ꝑ l. si idem cum eodem. ff. de iurisdic. om. iud. l. fina. infr. de anna. excep. Quem tamen casum limitat non procedere quando obstaret aliqua ex regulis præcedẽtibus, ut si quis uellet cumulare actionem ciuilem & accusationem criminalem, quia impeditur ratione maioritatis. l. fin. inf. de ordi. iudi. Non obstat. l. rerum ammotarum, quia intelligitur secundum eum quando unus accusat, & maritus intentat actionem rerum ammotarũ. Cur. tamen hic & Dec. supra in quinta regula in secunda limitatione tenent contra Bart. quod ratio maioritatis non impediat quando causæ sunt penitus diuersæ. per tex. in d. l. rerum ammotarum. non diuinando. & hoc uidetur suaderi ratione, quia si sunt separatæ penitus nullum possunt afferre præiudicium. argu. l. fi. de calu. & hoc idem sentit Dec. in tertia regula, si mulier petat dotem tamquam maritus uergat ad inopiam, & quia adulter sit, licet in alio male loquatur, ut ibi dixi. Et ad l. fin. inf. de ordi. iudi. & d. l. minorum. respondet quod procedunt quando actiones aliquo modo se tangunt ita quod una possit parere præiudicium alteri, & ita intelligit Bal. in d. l. fi. Nec obstat lex pen. quæ uult cumulationem procedere in actionibus se tangẽtibus, quia illa lex procedit quando causa criminalis incidẽter uenit, sed d. lex finalis intelligitur quando principaliter causa ciuilis & criminalis intentatur, sed tamen se inuicem tangunt, quando uero nullo modo se tangũt procedat d. l. rerum ammotarum. Sed glo. in d. l. fin. tenet opinionem Barto. dum opponit quod post cõmissum crimen quilibet potest agere contra suum debitorem. & glo. ibi soluit quod potest, sed finita causa criminali. Et ratio potest esse, quia lex uult quod totus sit intentus accusationi suæ. argu. not. in l. is qui reus. ff. de publi. iudi. & hoc uidetur sequi Alcia. hic, qui allegat. l. interdum. ff. de publi. iudi. & l. 2. §. 1. ff. ui. bono. rapto. Et confirmari potest, quia d. l. fi. de ordi. iudi. non potest intelligi de causa criminali incidenti, quia illa potest simul coniungi per l. penul. eod. titu. & not. in utraque. l. Et ideo dixit Barto. in l. 2. §. hoc edicto. ff. ui bon. rapto. quod prohibetur ciuilis & criminalis intentari uno respectu, propter præiudicium, & ista prohibitio non cadit nisi in iudiciis aliquo modo se tangẽtibus. Alio respectu prohibetur ratione maioritatis, & hoc habet locum in iudiciis nullo modo se tangentibus, & hæc uidetur esse magis communis opinio.

114 Sed opinio† Dec. uerior est in iure, quia esset nimis magnum præiudicium accusatori quod pendente iudicio non posset consequi debitum suum, Et ratio occupationis, quæ sola allegari potest, non concludit, cum accusatus possit reaccusare suum accusatorem quando prosequitur suam uel suorum iniuriam, ut not. in d. l. is qui reus. ff. de publi. iudi. & tamen ex causa criminali uterque est magis occupatus. Item maioritas non attẽditur quando non potest esse præiudicium, quia ex diuersis non fit computatio. argu. l. fin. ff. de calum. & l. Papinianus cxuli. ff. de mino. Et hæc conclusio tanto magis procedit quando de crimine agitur ciuiliter, ut si petatur dos propter adulterium. c. tuæ. extr. de procur. Nec limitatio Bart. de maioritate potest procedere in actionibus nullo modo se tagentibus, sed solum procedit quando actiones aliquo modo se tangunt, ut dixit Decius. Vnde hanc primam limitationem impeditiuã cumulationis propter maioritatem, intellige quando actiones inter se possunt aliquale præiudicium generare, alias secus, Et d. l. fin. intellige ut per Bald. ibi. Secundo limitat Bart. non procedere, quando sententia lata in una pareret exceptionem rei iudicatæ in alia. l. fundi. & l. fundum. ff. de except. Declarãdo ut dixi in quarta regula, quod talis exceptio obstat quando agitur secundum communem cursum causarum, non autem quã do reus assumit in se onus probandi negatiuam, quia tunc exceptio causatur preter communem cursum causarum. Tertio limitat Bart. non procedere quando inter actiones militaret ratio ordinis, ut quod unum sit præparatorium ad aliud. l. 3. §. est autem. ff. ad exhib. Et ego puto ueram, si actiones aliquo modo se tangũt, secus si nullo modo se tangunt, ꝗ tamen raro accidit. Nec obstat glo. allegata in cõtrarium per Dec. hic per l. quã

l. quæ de inofficioso. ff. de inoffic. testa. quia illa gloss. uult quod cumulatio fiat conditionaliter & successiue, non autem simul. Quæ cumulatio permittitur in omnibus iudiciis penitus contrariis, ut per Bar. in l. si expressim. ff. de appellat. Et exemplum Barto. de petitorio & possessorio debet intelligi in casu quo non possunt cōcurrere, iuxta nota. in d. l. naturaliter. §. nihil commune.

Dicas igitur cōclusiue, quod aut actiones nullo modo se tangunt, & tunc cumulatio indistincte permittitur, ut dicebant Purpuratus, & Alciatus uersi. sed quid de cumulatione. colum. 1. & colum. 3. uersi. sed tamē. per l. si idem cum eodē. ff. de iurisdi. om. iudi. Nec obstat glo. ibi, in Verbo, post, quæ uidetur dicere quod cumulatio non possit fieri, quia illa glo. intelligitur de cumulatione fienda ad excludendam iurisdictionem quā prohibet ille tex. Sed non intelligitur de emendatione & cumulatione ad effectum procedendi super utraque quia illa permittitur, & idem probat tex. in l. fi. infr. de annali excep. dum uult quod interruptio præscriptionis fiat in omnibus causis generaliter compræhensis in libello secundum Barto. puto tamen quod ille tex. non plene probet opinionem Barto. cum intelligatur parte non opponente, ut supra per omnes conclusum fuit, & cumulatio in casibus prohibitis admittitur parte non opponente, ut per eundem int. in uersi. & prædictis. & sic ille tex. non probat quod parte opponente procedat cumulatio, de quo nunc agitur. Quæ oppositio non potest fieri ad dictam legem si idem. quia ibi præsupponitur quod opponebat pars ex quo tractabatur de excludendo Iudice, & non sine ministerio Dinus allegauit solum illam legem, & hæc placuerūt Purpurato hic & Alciato in d. loco. Si uero actiones aliquo modo se tangunt, & tunc regulariter cumulatio fieri potest si tēdunt ad diuersa, fallit tamen in tribus casibus positis per Bartolum, quando interuenit una actio maior, ut actio criminalis. item quando absolutoria lata in uno parit exceptionē rei iudicatę in alio, & quando una est præparatoria ad aliam, uel alio modo datus est ordo a iure inter eas, ut per Bartolū hic. Quæ omnes suæ limitationes restringi debent ut procedant quando actiones inuicem se tangunt ut dixi, quia si nullo modo se tangunt semper permittitur Cumulatio, Et actio ad exhibendum non tangit rei uendicationem uel aliam actionem sequentem, quia intentatur ad maiorem commoditatem tantum sequentis actionis. l. 1. & l. 3. ff. ad exhiben. In Regno uero & in omnibus aliis locis in quibus proceditur summarie cumulatio indistincte permittitur in hoc primo genere cumulationis, quia tres regulæ Bar. prohibitiuæ sunt sublatæ, ut dictum fuit, & etiā quando posita est clausula salutaris, petens sibi ius & iustitiam ministrari, ut per Alcia. hic in materia cumulationis. colum. 7. uersi. secundus casus. & Cur. hic nume. 212. & 213. & Purpur. nu. 62. uersi. sexto limita. & uersi cu. 2. Excipi tamen debet unus casus quo prohibetur, si contingeret quod una actio esset necessarium antecedens ad faciendum libellum in alia, ut est aliquando actio ad exhibendum si actor ignorat qualitates rei apponendas in libello, iuxta. l. si in rem. ff. de reiuēd. quia tunc ex ratione naturali præcedere debet, & idem est in officio rescindente & rescissorio secundum Bald. in l. quod tempore. uersicu. secundo quæro. de restitutio. milit.

Subiicit etiam quærendo Bart. hic an cumulatio possit fieri in eodem libello, & determinat quod sic si sunt eiusdem generis, sed si actiones sunt diuersi generis, cu-
115 mulatio debet fieri in diuersis libellis. †Sed communiter docto. tenent quod semper possit fieri in eodem libello. per glo. 2. c. quærelam. de elect. & glo. in ca. 2. de cappel. mona. ubi petitorium & possessoriū super una re possunt intentari. Et ideo Barto. debet intelligi quod sint diuersi libelli attenta conclusione, non autem diuersæ carthæ, secundum Dec. hic, & sic cumulatio potest fieri in eadem cartha. Sed in effectu erunt diuersi libelli, quia erunt diuersa iudicia, Et quando sunt plures actiones eiusdem speciei tantum est unum iudicium secundum eum hic. Sed ego puto etiam in diuersis speciebus cumulationem fieri posse in uno libello & eadem cartha parte non opponente, ut probatur in l. fin. §. fin. inf. de anna. excep. ubi qui dicit obnoxium esse debito rem simpliciter interrumpit præscriptionem in multis casibus. Et idem potest procedere si specifice dicat reum teneri ad dandum centum ex causa mutui, & alia centum ex causa legati, & quia mihi debet peto condēnari ad tales quantitates, Et hoc satis uidetur probari in l. si idem cum eod. ff. de iurisdic. om. iudi. ibi coaceruatio. & c. cum Ioannes & ibi glo. 2. de fide instrumen. & c. cum ecclesia uulterana de electione, cum concordantibus ibi positis. Et parte opponente poterit specificare actor multas causas, declarando libellum, quæ declaratio non faciet plures libellos, sed unus erit tantū emendatus, quia libellus declaratus non est nouus libellus sed idem. l. hæredes palam. §. si quis post. ff. de testa. Et ideo in istis casibus putarem soluendam esse tantum unam gabellam, & ita se habet communis opinio contra Bar. ut hic per Purpur. nume. 74. licet ipse conetur defendere per aliqua lenia, Solum enim potest saluari Bar. respectu effectus causarum, & quando cumulatio fit post iudicium intentatum, Quo casu est uera cumulatio de qua non agitur, uel tertio potest dici quod quando intentatur plures actiones specie differētes & numero, quod semper sunt plures libelli licet sit una conclusio, quia illa conclusio in uerbis est unica, sed in mente est multiplex. per l. scire debemus. ff. de uerbor. obliga. Quando uero sunt differentes numero tantum & non specie, tunc dicitur esse una intentio & unum iudicium, ut dicitur in d. l. hæredes. §. de pluribus. ff. famil. hercisc. & d. l. si fratres. §. si plures. ff. pro socio. Nec obstat quod in hoc casu non possit dici cumulatio, cū efficiatur una actio, & cumulatio præsupponit plures actiones, quia respondetur, quod immo sunt plures actiones, licet coaceruentur ut appareat unam tantum, ut dixit glo. in d. l. si fratres. §. si plures in glo. iudicium & declarat Barto. in d. l. non est nouum repræhendendo glo. ibi, dicens quod duæ sunt actiones in ueritate, sed non uidentur nisi una propter unum iudicium, & ita intelligit dictum. §. si de pluribus. & §. si plures. Nec est uerum quod hæc non sit uera cumulatio quando ab initio proponuntur, quia diffinitio cumulationis conuenit, & diffinitum. §. 1. insti. ui bon. rap. nec aliqua lex prohibet.

116 Secundus† est casus, quando actor uult intentare plures actiones nascentes ex eodem facto & tendentes ad idem, ut si ex uno contractu nascatur certi condictio generalis & actio ex illo contractu. Et in hoc firma est conclusio, quod non admittitur cumulatio, quia obstat exceptio rei iudicatæ. l. eadem. cum l. sequen. ff. de excep. re. iud. & ex ratione illius tex. facta est. l. nemo ex iis. infra de reg. iur. §. quotiens. Licet Dec. dicat quod alia regula impediat quæ ponitur in d. §. quotiens. quod non est uerum, quia illa regula ibi posita non est regula de per se, sed facta fuit ex omnibus casibus in quibus prohibetur cumulatio per alias leges. Limitatur tamen non procedere secundum Bart. hic quando actor esset incertus ex facto aduersarii, nam tunc indistincte poterit in omnibus casibus cumulatio fieri, ut certificatus postea prosequatur unam tantum. l. 1. §. quod autē. ff. quor. legato. & l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribu. Et hæc limitatio habet locum in omnibus casibus superioribus & inferioribus in quibus dicitur cumulationem non posse fieri, nam si actor fuit incertus propter factum aduersarii semper admittetur cumulatio, Sed tamen non est propria limitatio in terminis nostris, quia hic tractamus de cumulatione fienda ad effectum

ctum ut super utraque posset procedi, sed ibi fit cũ protestatione procedendi solum super illa quæ competit, Similiter illud non est bonum exemplum in hoc casu, quia ibi actiones nascebantur ex diuersis fontibus & erant diuersi generis, cum interdictum personale sit, & petitio hæreditatis realis, & dixi in rubr. ff. si cer. peta. p l. sed & si. d. §. petitio, ff. de peti. hære. & l. 1. §. pen. ff. de interdict.

Et ex illo tex. Bart. ibi infert ad saluationem libelli in casu quo actiones nascantur ex diuerso fonte. Dicés quod ualet libellus quando petit rem, & si illa non extat, petit estimationem, sicut ualet libellus, peto rem & si non tradatur peto interesse, ut per gloss. magnam. in l. 1. ff. de actioni. empt. & ibi Barto. in uersi. tertia practica. & Cinus in l. traditio. in uersi. secundo quæritur. C. de actio. empti. & Bald. ibi colum. 1. & Bald. in l. unica. C. de senten. quæ pro eo quod interest. & in consil. 290. allegationes. & Roma. consi. 393. circa primum. colum. 2. Item ualet libellus peto rem & si non dabis peto pœnam. ut not. per Bald. in l. si pacto quo pœnam. C. de pact. in fi. & potest peti factum & si non tradatur peti interesse, ut per gloss. in l. 2. §. item si in facto. ff. de uerbo. obliga. & Barto. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerbo. oblig. col. pen. & ibi per omnes, & hic per Dec. in tantum quod apparet quod ista conclusio procedit siue remedia nascãtur ex eodem fonte siue ex diuerso, cum generalis sit, & omnes actiones quomodocunque se tangentes possunt cumulari conditionaliter, & successiue subordinando uel cum protestatione, & alia exempla ponit Maranta in suo speculo in quarta parte nu. 15. car. 13. & ibi facit mentionem de protestatione quæ solet apponi in libellis quando intentantur actiones ad idem tendentes, quod protestetur esse contentum unica solutione, ut per Barto. in l. 3. §. ubi duo. ff. de duob. reis. & Aret. in §. 1. insti. de duob. reis. & in notabili casu posuit Maranta in dicto suo speculo in quarta parte car. 13. & nu. 14.

117 Sed † huic secundo casui obst. terribilis tex. in §. sed neque in auth. de fideius. Vbi cõtra principalem cumulatur actio personalis & hypothecaria. Bart. hic refert duas solutiones, & postea residet quod ibi fit speciale quia in alio grauatur per illam auth. quæ solutio fragilis est, quia ibi hoc de nouo non inducitur, sed confirmat ius antiquum, ut ibi dicit glo. Dec. hic ponit sextã solutionem, negando quod per hypothecariam tendat in effectu ad eundem finem immediate, cum per ipsam auuocetur possessio, ut sit succursum creditori. l. plus cautionis. ff. de regu. iur. & per aliam exigatur debitũ. Sed hæc solutio, ut etiam ipse fatetur, non tollit contrarium de primo genere cumulationis propter absolutoriam, nam ille tex. contrariatur regulæ de absolutoria, & regulæ de condemnatoria, & regulæ quod actiones tendentes ad idem non possunt cumulari. Ideo ipse dicit quod actio hypothecaria uidetur intentari cõtra diuersas personas, & tanquam contra diuersa iudicatur, sicut in simili dicit Barto. in l. maritum. ff. solu. matrim. dum opponit de l. Nessenius, facit text. in l. si pactus. ff. de pact. Sed hæc solutio non placet, quia ibi ponitur differentia an conueniatur debitor principalis an extranei possessores, & per consequens quod principalis semper consideretur ut principalis, non ut quilibet possessor. Item non tollitur contrarium de absolutoria & condemnatoria. Ideo Cur. septimo soluit quod hypothecaria & personalis nascitur ex diuersa causa & datur ad diuersum finem, cum sit una realis & alia personalis, & per unam debitum, & per aliam possessionem consequatur, Et hanc solutionem puto ueram quantũ ad istud genus cumulationis in quo tractatur de actionibus nascentibus ex eodem fonte, & ad idem tendũt, & hypothecaria & personalis uere tendunt ad diuersa, & nascuntur ex diuersis obligationibus, Sed quantum ad primum genus cumulationis propter primam regulam impeditiuam de absolutoria, adhuc fortis oppositio uiget.

Vnde ego puto solui posse duobus modis, & Primo mihi placet quod generaliter actio hypothecaria possit concurrere cum personali, quia tendit ad adiuuandum executionem super alia actione, cum facta condẽnatione de debito, si non soluatur debitum, fienda est executio in bonis, iuxta l. a Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. & (cum illarum rerum per hypothecariam creditor consequatur possesionem) facilius uenditio fieri poterit. Et ideo potest dici regulam prohibitiuam propter absolutoriam latam traditam supra limitandã esse non procedere quando actiones ita se haberent ꝙ una adiuuaret executionem alterius, & aliquid adderet, sicut etiam dicitur per doctores in l. singularia. ff. si cer. pet. in 2. notabi. quod duæ fictiones possunt concurrere quando una uenit in consequentiam alterius, secus quando principaliter consideratur secundum cõmunem opinione doctorum in l. 1. ff. solut. matr. per l. 1. C. de dotis promissio. & forsan ita uoluit dicere Bal. Et etiam hanc solutionem uidetur sentire Alcia. hic, colum. 5. nu. 40. & allegat in simili, quod quando agitur criminaliter potest implorari officium iudicis ut sibi restituatur res. l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. & ibi Barto. Et pro hoc etiam facit, quia absolutoria lata in prima non semper parit exceptionem rei iudicatæ in alia, quia solum procedit quando ferreretur sententia super debito, non autem quando primo ferreretur super hypothecaria. Secundo respondetur quod in illo textu non dicitur quod cumulatio possit fieri de illis actionibus pro toto debito. nec respectu unius rei & respectu eiusdem personæ, nec illa lex ad quam se refert hoc dicit, & qui uult dicere quod permissa est cumulatio de illis actionibus indistincte debet ex alia parte ꝓbare, cum ex se hoc non disponat, nec lex ad quam se refert hoc dicãt, & ideo necessario debet intelligi ille text. dum loquitur quod ambabus uti poterit, ut procedat in illis casibus in quibus permittitur a iure cumulatio de illis actionibus, cum lex simpliciter loquens & de uno decidens præsupponat terminos habiles in aliis, ut habetur in l. qui testamento. ff. de test. in l. quod testamento. inf. de testam. & c. causam quæ. de elect. & Dec. in l. qui se patris. infra unde libe. col. 5. & rub. qui admi. colu. 7. & lex indistincte loquens declaratur per alias leges magis distincte loquentes. l. sciendum. ff. q satisd. cogan. coniuncta auth. offeratur. infr. de litis contestatio. & in utroque loco notatur. Et tanto magis hoc erit in d. §. neque. quia se refert expresse ad ll. antiquas. & sic debet intelligi in casibus in illis permissis, ut si conditionaliter proponatur, uel successiue, uel cõtra diuersas personas, uel occasione diuersarum rerũ, iuxta. l. quod in hæredem. §. eligere. in fi. ff. de tributo. & l. si quis reos. & l. fin. inf. de fideiusso. Quinimmo etiã quod diceret tex. ambabus cumulatis, adhuc deberet intelligi in illis terminis in quibus permittitur a iure, cum se referat ad l. antiquam. & satis dicuntur esse cumulata si ordine successiuo proponuntur, uel cõtra plures personas, uel propter res, ut per Bart. in l. si plures, ff. de iniur. & tex. cum glo. in l. in operis. ff. loca. & l. hac consultissima. C. de testa. Summa est igitur responsionis, quod per illum tex. nihil noui disponitur in materia cumulationis, sed intelligitur quod ambabus actor uti poterit in casibus in quibus permissum est a iure, ut quando pro parte uult agere una actione contra unũ, & pro alia parte uult agere hypothecaria contra alium principalem, & pro una parte debiti agit personali, & pro alia parte debiti agit hypothecaria ad certam rem, qui concursus antea erat permissus, per d. l. fin. C. de fideiusso. cum concordantib. & hæc est uera solutio & tenenda.

118 Zasius † tamen in d. § si minus. nu. 12. col. 3. ponebat nouum intellectum, quod in illo text. constabat quod actio

actio debiti principalis esset efficacissima, quia dederat fideiussores, & ideo ibi erat certum quod non poterat sequi absolutoria, nimirum si possunt concurrere, & dicit hunc esse suum nouum intellectum quē nemo sub sole tradidit, Et infert postea ad quatuor corellaria quæ etiam nemo sub sole fecit, quia regula impeditiua ad Bart. non procedit quando constat de ueritate actionis, ut ibi latius per eum, Sed conuenientius pōt dici quod nemo sub sole leuius errauerit in illo §. quia ille tex. non ponit casum in terminis particularem, sed sub nube, & generaliter disponitur quid agēdum sit in omnibus casibus, unde non poterat constare de ueritate & efficacia actionis. Item dato quod constaret, non tollitur alia regula de condemnatoria, quod facta executione in una contingit liberatio in alia. Præterea ut communiter intelligunt illum tex. ibi nō disponitur ꝙ possit cumulari, sed quod erat dispositum confirmat, & per consequens non potest dici propter hoc ꝙ constaret de ueritate actionis, & cessant sua corellaria quæ ipse solus approbat.

119 Vlterius† dum Bar. hic præsupponit quod non ualet libellus, peto rem & peto fructus, per d. l. fundi. ff. de exceptio. In contrarium facit tex. in l. ædiles. §. sciendum. ff. de ædili. edicto, & dictum Bart. in l. ex diuerso. §. 1. ff. de reiuendi. Iason soluit post glo. in d. l. fundi. ꝙ aliud est petere fructus tanquam accessorium, & potest fieri. d. §. sciendum. aliud est petere fructus iure actionis separatim, & non potest. per d. l. fundi. si petantur fructus ex obligatione legali quia possessor percepit fructus alienos, sed si deberentur ex promissione, tūc actiones possunt concurrere, quia nullo modo se tangunt, & licet Cur. hic uideatur tenere contra Iasonem, tamen in hoc concordat cum eo, quia idem dixerat, & sequitur Zasius faciliter declarans in d. §. si minus. nume. 12. & facit quod uoluit Barto. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. & Bald. in cap. cum dilectus. de cau. posse. & proprie. & Barto. in d. l. ex diuerso. §. 1. ff. de reiuend.

120 Tertium† est genus cumulationis, quando quis uult intentare plures actiones tendentes ad diuersas, sed nascentes ex eodem facto, Et in hoc casu Bart. concludit ꝙ non admittitur cumulatio, & ponit exemplum in eo qui agit actione ui bonorum raptorum & furti. l. 1. ff. ui bon. rapt. Et in eo qui agit actione iniuriarum & actione legis aquiliæ. l. interdum. ff. de publ. iudi. & l. duobus. §. siquis iurauerit. ff. de iur. iura. quia absolutoria lata in una possibile est ꝙ pariat exceptionem in alia. Sed huic conclusioni obstat quod ipsemet dixit in l. fundum. ff. de exceptio. dum uoluit quod possibilitas inducendi præiudiciū ex absolutoria lata in una causa non attendatur quādo secundum communem cursum causarum non potest euenire, licet aliquando contingere possit si reus assumat in se onus probandi delictū non fuisse factum. quia raro contingit, & contra cōmunem cursum causarum. §. commodum. institu. de interdic. & l. qui accusare. inf. eodem. & probatur in l. duobus. §. siquis iurauerit. ff. de iur. iura. ubi qui iurauit se non rapuisse, & sic sit absolutus a iudicio rapinæ, potest conueniri actione furti. Sed siquis iurauit non incidisse arbores, quia tunc per iuramentum absoluitur a toto facto incisionis, liberatur ab omni actione nascēte ab eo, & ibi not. Barto. in l. si duo §. idem Iulianus. eo. tit. & l. 2. §. 1. col. 3. uersi. pro declaratione. ff. ui bono. rapto. Quare ego puto conclusionem Bar. & cōmunem non esse ueram, quando una actio est maior altera, quia in illo pluri poterit cumulatio fieri, cum obstare non poterit spes exceptionis per absolutoriam, ex quo secundum communem cursum causarum non inducitur præiudicium per absolutoriam etiam diffiniti ue absoluendo, ut supra dixi defendendo Alexand. in 4. reg. per quod tollitur resolutio Dec. hic. Nec etiam quarta regula obstare potest de condemnatoria lata & executione facta, ut de se patet per. d. l. prima. ff. ui bono. rapto. cum quinque concordantibus allegatis in glos. consequatur. Vnde ut dixi cumulatio permittetur, cum hoc tamen quod separatim intententur actiones, & minor primo intentetur, & postea maior in illo pluri, ut in d. l. prima. & in l. prædia. ff. de actio. empti. Si uero utraque simul ab initio proponeretur, uel primo maior, & postea minor, cumulatio non permitteretur, quia maior absorberet minorem, & eam redderet inutilem, Et in his duobus casibus quando utraque simul intentatur, uel primo maior proponitur, dictum Barto. saluari potest, qui forsan ita intellexit per. ll. quas allegauit. Sed quia per hæc non sunt sublatæ, cum textus in l. interdum. ff. de publi. iud. & l. 2. §. 1. ff. de ui bono. rapto. dicant quod impeditur cumulatio, & si ibi non habet locum regula de absolutoria oportet inuestigare rationem quare impediatur ibi cumulatio.

121 Vnde † pro resolutione ego puto aliter dicendum quam faciant doctores, Aut tractamus de ciuili & criminali actione quæ nascitur ex eodem facto, & tunc cumulatio prohibetur regulariter, non quia absolutoria lata in una præiudicet in alia, quia illud non est uerum, ut notauit Barto. in d. l. secunda. § primo, uersicu. pro declaratione. ff. ui bono. rapto. colum. 3. Nec etiā ratione condemnatoriæ, quia illa regula habet locum quando unica solutio est fienda, hic uero utraque procedit, & pœna & solutio rei. l. si pro fure. § primo. ff. de condictione furtiua, & §. pen. insti. de iniur. & §. fi. insti. de obligatio quæ ex deli. nascun. & d. l. interdum. & d. l. secunda. §. 1. cum glo. Sed prohibetur cumulatio propter maioritatem & præeminentiam actionis criminalis, quæ non admittit sociam in iudicio. argu. l. fina. inf. de ordi. iudi. & regulariter proponenda est criminalis primo, & postea ciuilis. l. prætor edixit. §. primo. ff. de iniuriis. fallit quando agitur de re familiari, quia permittitur ex æquitate ut primo agatur ciuili & postea criminali. d. l. interdum. & d. l. secunda. §. primo. ff. ui bono. rapto. sed concursus non admittitur propter præeminentiam criminalis, quæ non admittit sociam, & potius expectat finem ciuilis iudicii quā quod simul agatur, & ista uidetur expressa distinctio text. in d. l. prætor edixit. §. primo. ff. de iniur. Si uero omnes actiones sunt ciuiles, ut actio ui bono. rapto. & furti, uel actio furtiua, & condictio furtiua. l. si pro fure. §. primo. ff. de condictio. furti. & tunc si multiplex solutio est fienda, puto quod procedat cumulatio, quia nulla ratio impeditiua cumulationis obstat, ergo est permissa per rationem glo, hic & doctorum in princi. materiæ. d. l. si pro fure. de condictio. furti. & §. fin. insti. de obligatio. quæ ex deli. nascun. Si uero unica solutio est fienda, & tunc si omnes sunt æquales, uel primo intentatur maior, cumulatio impeditur, quia condemnatoria lata in una & executione facta inducitur liberatio in alia. l. prima. ff. ui bono. rapto. l. siquis. §. ex domo. ff. de furt. iuncta glo. magna in secundo intellectu. Sed si primo est intentata minor, & processū super ea, & postea cumulatur maior, tūc procedit cumulatio cū protestatione ꝙ est cōtētus maiori actione tātū. d. l. 1. ff. ui bono. rapto. uersi. sed si actū. & arg. l. prędia. ff. de actionib. empt. & l. cū ex uno. cū gl. ff. de actioni. empti. Et prædicta uera qñ actio criminalis & ciuilis oriūtur ex eodē fonte, sed si cōtingeret ꝙ actio ciuilis & criminalis non nascerentur ex eodē fonte, tūc si illæ actiones nullo modo se tangerēt simul cumulari possent. l. rerū ammotarū. secunda. ff. rerū ammota. siue sit actor siue sit reus, ut innuit generalitas uerborum illius legis. Sed si aliquo modo se tangerent, & tunc indistincte prohibetur cumulatio ratione maioritatis. l. si. inf. de ordi. iud. generaliter intelligendo tam in actore quam in reo, & in utraque persona, & in una persona, prout innuit litera, & supra dixi, Sed si crimē

incideret in causa ciuili, tunc simul concurrunt usque ad sententiam, ut est falsitas incidens in lite. l. penult. inf. de ordi. iudicio. cum ibi notat. & per Capit. in deci. Regni. 25. & per Afflictum in decisio Regni. 29. Et per hoc patet quod Barto. male allegauit. d. l. fin. & d. l. rerũ ammotarum ad materiam. & l. secunda. §. 1. ff. ui bono. rapto. Et si dicatur tex. in d. §. siquis iurauerit, ꝓbat opinionem Bar. quod iuramentum super rapina excludit actionem furtiuam quæ nascitur ex delicto rapinæ, iuxta. l. 1. ff. ui bono. rapto. & §. 1. insti. ui bono. rapto. & solum excludit ibi actionẽ furti quæ nascitur ex furto sine rapina, prout est separatum delictum, nec inconuenit quod furtum consideretur duobus modis, & de per se, & tanquam pars rapinæ, sicut actus, & uia, & iter, in l. 1. ff. de seruitutibus prædio. rusti. & probatur insti. ui bonor. rapto. in princ. respondetur tamen quod etiam quod ibi excludatur actio ex furto prout est pars rapinæ, illud non est propter rationem absolutoriæ ꝙ inducat exceptionem, ut uolebat Bar. sed quia ibi iuratum erat super facto rapinæ, sicut dicitur in §. colonus. qui sequitur & in hoc est notabilis ille tex. ꝙ iuramentum & sententia super facto rapinæ, licet tollat furtum compræhensum in rapina, tamen nõ tollit furtũ prout est delictum separatum a rapina, cum utrunque possit esse uerum, ꝙ non sit rapina. & sit furtum, & sic non probat conclusionem Bart. quæ nota bene quia enucleant multas confusiones doctorum, ut patet ex dictis Curt. hic qui multum se inuoluit.

122 Quartum† est genus cumulationis, quando quis uult cumulare plures actiones nascentes ex diuerso fonte tendentes ad idem, & Barto. hic concludit, quod si condemnatione facta & executione in una tollitur alia, non admittitur cumulatio. Sed si condemnatione & executione facta non tollitur alia, admittitur cumulatio, ut hic per eum quem sequuntur communiter Docto. Et ex hoc potest confirmari quod dixi supra, quia sicut in hoc casu condemnatoria lata in una non impeditur cumulatio etiam ꝙ competant ad idem, Ita econtrario si oriantur ex eodem fonte debet permitti cumulatio quando per condemnationem nõ tollitur alia & tendunt ad diuersa. Facias igitur regulam in hoc 4. genere, ꝙ plures actiones nascũtur ex diuerso fonte & dãtur ad idem, Aut debetur multiplex solutio, & admittitur cumulatio. l. si is. ff. de actio. & obliga. aut debetur unica solutio tantum, & tunc non potest fieri cumulatio. l. 1. in fi. ff. si famil. fur. fecisse dicatur. & l. omnes. ff. de actio. & obliga. cum concord. Et idem si nascuntur ex eodem fonte, & debetur multiplex solutio, quia condemnatoria lata in una & executione facta non contingit liberatio in alia, & respiciendo finalem effectum dicuntur duæ res in obligatione. s. ipsa res & estimatio.

123 Quærit† hic Barto. quando est facta cumulatio, an sit unus uel plures libelli, & concludit quod est unus si actiones sunt eiusdem generis, secus si sunt diuersæ speciei. Sed tu dicas distinguendo aliter, siue sint eiusdem speciei uel diuersæ, Aut una ponitur successiue post aliam per interuallum temporis, & semper erit nouus libellus, quia fit noua conclusio & noua forma libelli. Aut proponuntur simul, & tunc si generaliter, non specificando causas, & erit unus libellus, licet postea in iudicio fiat declaratio de pluribus. Aut proponuntur specifice, & si est una conclusio, similiter erit unus libellus conceptione, sed quo ad probationem erunt duo, sed si sunt plures conclusiones, sine dubio plures erunt libelli, cum distinctione tamen posita supra in primo genere cumulationis nu. 115. in fine.

124 Quintum† est genus cumulationis, quando actiones ex eadem causa ad idem, sed contra diuersos competunt, & in hoc Barto. se remittit, & etiam Dec. Sed conclusio est ꝙ regulariter admittatur cumulatio. l. 3. §. 1. & ibi Bar. ff. de duob. rei. siue sint consortes unius litis. c. in præsentia. de proba. siue sint plures debitores qui conueniantur a pluribus creditoribus, ut per Rom. cõsil. 249. Siue sint plures possessores qui hypothecaria pro eadem re conueniantur. Alex. in consi. 58. colu. 5. uol. 4. & per Alcia. in princ. materiæ cumulationis. & Purpur. hic.

125 Quærit† Bart. hic, an in casibus in quibus cumulatio non procedit, si fiat & non opponatur, libellus procedat, & ualeat, ac procedat & ualeat processus, & concludit ꝙ sic regulariter, & idem tenuit in l. hos accusare. ff. de accusa. & alii in locis allegatis hic per Alex. & Dec. Qui subiungit quærendo, an parte opponẽte processus efficiatur iure nullus, & refert opiniones contrarias, & finaliter concludit, ꝙ si cumulatio impeditur ratione ordinis, uel quia absolutoria parit exceptionẽ, uel ratione maioritatis, ꝙ processus sit ualidus, & sit necessaria appellatio, secus si ratione contrarietatis, uel quia electa una tollatur alia, & sic in effectu concludit ꝙ in casibus in quibus Barto. uult ꝙ requiratur oppositio partis requiritur etiam appellatio, quod ui detur cõtra mentem Barto. cum partis oppositio nihil adduceret sine interuentu appellationis de qua nihil per Bar. Et in contrarium uidetur facere quod uolunt doct. in l. fi. §. fin. inf. de anna. excep. ubi ex sola partis oppositione sine appellatione processus redditur nullus, & supra dictum fuit.

126 Et ista pars† uidetur multum probabilis, quia si sola partis oppositio facit processum nullum in libello generali. d. l. fi. de annal. except. ergo etiam in ipsa cumulatione in qua similiter tractatur de interesse partis, & in causa criminali de interesse publico, iuxta notata in l. per minorem. ff. de iudi. Præterea & hoc magis me mouet, si appellatio non potest fieri ante sententiam. l. ante sententiam. infra quor. appella. non recipi. ergo non est necessaria illa appellatio, quæ si esset apposita esse frustratoria, Confirmatur etiam per rationem positam hic per Cur. quia exceptio impeditiua cumulationis impedit litis ingressum, ergo super ea non potest lis contestari parte opponẽte. Alexan. hic. Salic. & alii in l. fi. inf. de codicill. ergo processus erit nullus sine litis contestatione ualida, ut per Bar. in l. prolatam. inf. de senten. intelligendo tamen quod pars opponat ad libellum non ad merita, ut notant doctores in l. nam & postea ff. de iureiurando. Pro resolutione tamen puto considerandum, aut iudex habuit discussionem super tali oppositione & pronuntiauit cumulationem tenere, uel tacite per processum ad ulteriora pronuntiauit, ut per Bart. in l. a procedente. inf. de dilatio. & puto sẽtentiam ualere, quia uidetur lata contra ius partis, & multi sunt casus in quibus permittitur cumulatio iuxta not. in l. secunda. infr. quando prouoca. non est necesse, & per appellationem uel ab ea uel a diffinitiua poterit sibi prouidere, iuxta distinctionem Bart. in l. ante sententiam. infr. quorum appellationes non recipiuntur. si uero iudex audita exceptione non curauit de ea, sed sine discussione processit ad ulteriora, quo casu nõ uidetur pronuntiasse super exceptione, ut per eundem Bar. in l. a procedente. & tunc tutius uidetur quod processus sit nullus, quia factus contra legis dispositionem si cõstat iudici qualitas actionum cumulatarum, & hæc possunt procedere etiã quod cumulatio fiat de actione iam extincta. Nec obstat dictum Bald. in d. §. quando. quia dictum suum procedit in meritis causæ, hic uero tractatur de actione super qua fundatur totus processus, quæ magis debet esse apta & approbata.

127 Et † prædicta procedunt quando actiones cumulatæ remanent in rerum natura, Secus si sunt contrariæ origine uel electione tolluntur, quia non requiritur appellatio, secundum Barto. Sed dubium est an istis duobus casibus in quibus Barto. uult processum esse ipso iure nullum intelligatur parte non opponente uel requiratur oppositio partis, & Docto. uidentur concludere ꝙ etiam parte non opponente processus

cessus sit nullus. Sed Cur. uidetur sentire cōtrariū post Dec. dum dicit ꝙ non est necessaria oppositio iuris, ergo est necessaria oppositio de facto, & dum dicit quod debet facere fidem de processu facto in alia causa. l. generaliter. ff. de excepti. Item ubicunque dicitur, a lege non dari actionem, intelligitur parte opponente. Bar. in l. 1. §. sublato. ff. ad trebellia. Item illa regula, ꝙ una electa tollitur alia, procedit quando actiones non sunt contrariæ origine, & facilius admittitur concursus. Et hæc opinio mihi placet, ꝙ indistincte requiratur partis oppositio in omnibus casibus sicut requiritur in libello generali & in exceptione carētię actionis uel impeditiua ingressus litis. c. primo de litis contestatione in 6. & quando actiones durant post cumulationem est exceptio iuris, & quando extinguuntur per propositionem primæ erit exceptio facti uel intentionis excludēdæ, cum non possit esse exceptio iuris ex quo ius partis non durat semper, tamen opponi debet iuxta nota. in l. 2. ff. de except. facit quod not. in cap. fin. de cohab. cleri. & mulie. & in l. 1. ff. de nou. oper. nuntiat. dum uolunt Doct. notorium semper allegandum esse super 6. q. Bart. & l. si adulterium cum incestu. §. idem Poloni. ff. de adult. Nec obstat ꝙ nemo sine actione experiatur, quia si non opponatur, processus & sententia præiudicat, & nascitur noua actio & obligatio ex sententia, iuxta nota. in l. Iulianus uerum debitorem. ff. de cōdic. indeb. ubi condemnatus iniuste obligatur ciuiliter & soluere tenetur. Et ista exceptio potest opponi etiā post litis contestationem in uim peremptoriæ, quamuis in aliis præcedentibus casibus non possit opponi post litis contestationem, ut per Bald. hic colu. fin. uer. sed an exceptio. Non obstat quod cumulatio impediatur fauore publico cui partes non possunt renuntiare. l. ius publicum. ff. de pact. quia est principaliter priuatus iste fauor, & in consequentiam publicus, & ideo potest renuntiari, ut nota. in l. 1. ff. solu. matri. & l. penult. inf. de pact. saltem tacite, sicut dicitur de iuramento calumniæ, quod fauore publico fuit introductum ad tollendam calumniam, & tamen potest renuntiari. capit. primo. §. 1. de iuram. calum. in 6. & dolo futuro renuntiari non potest. l. conuenire. ff. de pact. dotalib. & tamen tacite potest renuntiari. l. unus. §. illud. ff. de pact. Item clericus non potest renuntiare foro expresse. ca. significasti. & ibi Abbas de foro compet. & tamen tacite contrahendo uel delinquendo obligatur foro alieno. c. Romana. §. delinquentes de foro compet. in 6. & c. dilecti eodem titulo. iunc. glo. in uer. cler. Itē filiusfamilias non potest repudiare hæreditatem sine consensu patris, tacite tamen ammittit. l. 1. inf. qui admitti. cū ibi cumulatis per Doct.

228 Si tamen †iudex ex officio suo uellet non admittere cumulationem, hoc posset facere etiam parte non opponente, quia propter prohibitionem iuris libellus dicitur esse ineptus, & ideo iudex potest lacerare, ut per glo. & docto. in l. 1. ff. de offi. asses. & si hoc non faciat iudex oportet quod pars opponat de ineptitudine libelli, ut ibi not.

Quærit glo. hic, an super actione cumulata sit iurandum de calumnia, & concludit quod sic, quia mutatur causa quæ de nouo inducitur in iudicio propter nouā actionem. Bar. uero distinguit, aut per cumulationem non uariatur instantia, & tunc non debet de nouo iurari, quia iuramentum præstatur super tota instantia, & tota lite, etiam super futuris, ne sæpius iuretur. auth. in isto. inf. de iura. calum. aut uero mutatur instantia, & tunc debet iterum iurari, ut hic per glo. & sequuntur hic communiter docto. ut Alex. hic refert, qui dicit nūquam litem super noua instantia uenire in iuramento licet sit eadem causa, quia in causa appellationis nouiter

229 est iurandum. †Et dū tex. hic & glo. & doct. loquuntur de cumulatione facta post iuramentum calumniæ, præsupponit quod post litis contestationem possit fieri cumulatio, quia post litis contestationem præstatur iuramentum calumniæ. c. penult. extr. de iuramen. calum. & ita argumentatur Bald. in auth. hoc sacramentū inf. de iuram. calu. ubi in materia mutationis fecit hāc consequentiam, & cōcludit quod etiam facta mutatione de actione in eadem instantia iurādum est nouiter. Et hoc tenuit expresse glo. sup. in princ. materiæ emendationis. dum dixit quod licet mutatio non possit fieri post litis contestationem, tamen cumulatio permissa est, & est communis opinio, licet Cur. hic tanquam nouum uideatur colligere.

Et ex eo quod Bart. se remittit supra quando per cumulationem dicatur unus libellus, & una instantia, uel iudicium, colligitur quod, quando cumulatur actio diuersi generis, tunc nouiter est iurandum, quia sunt plures libelli, plures instantiæ, & plura iudicia, sed quando cumulantur actiones eiusdem generis, & plures actiones ex uendito uel locato, & tunc sufficit unum iuramentum, quia una actio est. l. non est nouum. ff. de actio. empti. in uerbo una actio uel unum iudicium ut. ff. fami. hærciscun. l. hæredes. §. de pluribus. Et hanc cō*clusionem Bar. sequuntur communiter Docto. quia iuramentum restringitur ad instantiam, etiam quod sit eadem causa, secundum Alexan. hic. qui dicit quod iuramentum calumniæ non trahitur ad causam appellationis, sed de nouo est iurandum, ut per glo. & doctor. in l. 1. infra de iuram. calum. & facit capi. penulti. de iureiuran. Sed utrumque dictum uidetur dubitabile, nam si contingat quod ab initio quis proponat diuersas actiones compatibiles, ut actionem ex uendito, locato, & deposito, & dicat, & quia ex istis contractibus mihi debes trecentum peto te condemnari in trecentum, & sic est una conclusio, ergo uidetur quod sufficiat unum iuramentum ex ratione eius, & quia ab initio uidetur se referre ad totam litem super tribus cōtractibus, Sed saluando Bar. potest dici quod quando sunt hoc modo tres actiones, necessario sunt plura iudicia, ut supra dixi, & contestatio litis raro fiet super omnibus eodē tempore, cum propter uarietatem negotiorum haberet uarias exceptiones dilatorias, & una non impeditur per aliam, & ideo post litis contestationem iurandum erit uariis temporibus super unaquaque. Et si contingat, quod raro accidit, quod eodem tempore iuretur, tunc necessario in iuramento dicitur quod iurat calumniæ causa nihil fecisse uel facturum, unde resoluitur in suas particulares, & erunt tria iuramenta. l. scire debemus. ff. de uerbor. obliga. & sic opinio communis erit semper uera.

Secundum dictum, quando cumulantur plures actiones eiusdem generis, etiam uidetur dubitabile, quia cū quæstio glosę hic sit post litis contestationem, iurāndū erit uariis temporibus super unaquaque, & si cōtingat, quod raro accidit, quod eodem tempore iuretur, tunc necessario in iuramento dicitur quod iurat calumniæ causa nihil fecisse uel facturum: Vnde resoluitur in suas particulares & erunt tria iuramēta. d. l. scire debemus. ff. de uerb. oblig. & sic opinio cōmunis erit semper uera. Rursus illud secundū dictum, quando cumulantur plures actiones eiusdem generis, etiam uidetur dubitabile, quia cū quæstio glosæ hic sit post litis contestationē, ergo præsupponit ꝙ una tantū primo erat proposita, & alia post litis cōtestationē cumulata, atque duo erunt libelli, & duo iudicia, quia leges allegatæ loquuntur qñ ab initio eodē tempore cumulabantur, ut sup. dixi. Sed saluando Bar. pōt dici, ꝙ ipse non negaret, sed intellexit quando ab initio omnes simul proponūtur, Et ideo ex mente sua facienda est regula, quod super actione cumulata semper erit iurandum, fallit quando ab initio proponuntur simul plures actiones eiusdē generis, quia tunc est una instantia & unus libellus, & sufficit unum iuramentum d. authen. hoc sacramentum. in uerbo toto negotio. & d. authen. in isto. ibi, in tota lite. infra de iuram. calum.

130 Sed † dubitatio potest esse quam non exprimunt hic Docto. quid si actiones plures nascantur ex eodem facto an nouiter sit iurandum, & uidetur quod non, quia iuratur super toto negotio, dic. authen. hoc sacramentum. & maxime quando actiones dantur ad idem in illis casibus in quibus permittitur cumulatio, quod est de iure communi, si non est oppositum a parte, ut sup. dixi uel est de iure statutorum, ut in Regno. In contrarium facit hic gloss. quæ dicit quod mutata actione mutatur causa & factum, & ideo dixit Bald. in dic. authen. hoc sacramentum quod in actione mutata est iurandum, & tamen idem est factum. Mihi placet quod distinguatur an actiones dentur ad idem, & sufficiat unica solutio & unicum iuramentum siue actio fuit cumulata ante siue post, quia uere unum est negotium, & actio quæ subintrat & descendit ex eodem negotio, cũ sit fiẽda unica solutio, Sed si actiones dantur ad diuersa, ut in actionibus nascentibus ex delicto de quibus in tertio genere cumulationis, & tunc si ab initio fuisset facta cumulatio, sufficit unum iuramentum, quia probationes eædem requiruntur cum sit idem factum, & super toto facto possit pronuntiare assumente reo onus probandi, sed si ex interuallo, tunc possunt dici plura iudicia, & pluries est iurandum, quæ nota. quia sæpe uidi disputari, an processus sit nullus non præstito iuramento calumniæ.

131 Quærit † etiam hic glo. an super utraque sit pronuntiandum, & quidam dicebant quod non quando absolutoria lata in una parit exceptionem rei iudicatæ in alia, alias secus. Sed glo. dicit hic non esse necessarium, quia nunquam eo casu admittitur cumulatio, & ideo concludit generaliter, quod super utraque sit pronuntiandum, quod sequitur Barto. hic allegando legem de qua re. ff. de iudiciis. Sed subdit quærens postea, an sententia ualeat si super una tantum sit pronuntiatum, & Barto. hic dicit quod sic, quia duæ sunt separatæ actiones, & ualebit sententia pro parte, sicut pro parte potest impugnari. l. etiam. §. 1. ff. de minoribus. & pro parte personarum ualet. l. non idcirco. ff. de iudic. & l. de unoquoque ff. de re. iudi. & sequuntur doctores. Sed illa iura non uidentur probare. nam d. l. etiam loquitur quando sententia ualide est lata quæ pro parte potest impugnari, hic uero quando sententia pro parte iudicii fertur. Item alia iura loquuntur quando fertur in totum pro parte personarum, hic uero quando fertur pro parte illius quod est discussum. Et in contrarium quod pro nulla parte ualeat, facit glo. in l. fin. ff. de iurisd. om. iudi. & ibi notant omnes doctores. & facit. l. hæredes. §. de pluribus. coniuncta. l. in hoc iudicio. ff. fami. hærciscundæ quam etiam hic adducit Cur. sed eius responsio est diuinatiua & uiolatiua, & est refugium miserorum. Puto tamen quod Barto. ex tacita mente sua possit saluari, quia distinxit an sit una instantia & unum iudicium, & tunc sententia non ualet pro parte, quia cum sit unum iudicium & una instantia nõ ualet, quia quando est unum iudiciũ nihil debet remanere indecisum quod in illo iudicio deductum fuit, dicta. l. in hoc iudicio. Si tamen iudex super una actione pronuntiaret, reseruando reliqua ad meliorem deliberationem, satis potest dici quod ualeret sententia. argumen. dictæ. l. etiam & sustinebitur in uim interlocutoriæ super incidenti, ut nota. super. d. l. prima. infr. de ordi. iudicio. & in practica obseruat Sacrum Cõsilium sæpisime. Et lata sententia super secunda uidetur una sententia esse completa super toto, sed si essent plura iudicia, tunc sunt etiam plures sententiæ, & pronuntiando super una actione pronuntiat super toto, & in totũ, & sententia ualet, & ad hoc allegat dic. l. etiam. quia sicut diuersa capitula possunt infringi pro parte, ita diuersa iudicia possunt determinari pro parte, & hoc casu erunt plures sententiæ, siue proferantur in una carta siue in pluribus. In primo uero casu erit una sententia semper, licet diuidatur aliquando per partes, & ad materiam ui de omnino Felinum in c. cum inter. col. 4. extra de re iudi.

132 Sed † circa primum dictum potest esse dubitatio, nã distinctio antiquorum relata per glo. potest de facto euenire si forsan cumulatio sit permissa, ut in Regno, uel quia pars non opposuit, quo casu ualet cumulatio, ut per Barto. in uersicu. ex prædictis & etiam libellus ualebit, ideo dubium remanebit an pronuntiãdum sit super utraque. Et breuiter puto dicẽdum, quod si actiones descendunt ex eodem fonte & dantur ad idem, una tantum sententia sit proferenda, quia unica solutio sit fienda, & aliter non potest decidi, & pronuntiando super una uidetur tacite absoluere super alia in consequentiam, sicut dicitur de interdicto. l. prima. infra de ordi. iudicio. & sic si pronuntiat super utraque, necesse est ut absoluat ab una, sed si pronuntiat super una, tacite absoluit super alia, siue condemnet siue absoluat. Sed si nascuntur ex diuersis fontibus, & dantur ad diuersa, & impeditur cumulatio per regulam de absolutoria, & tunc si fiat absolutio in una sequitur tacite absolutio in alia. dic. l. fundi. & l. fundum. ff. de exceptio. sed si condemnat in una, & tunc super alia debet pronuntiare uel condemnando uel absoluendo, & pronũtiando super una non pronuntiat super alia, sed requiruntur duæ sententiæ. Si uero impeditur propter rationem de condemnatoria, & tunc debet in una condemnare & in alia absoluere, & fere semper duas sententias, uel saltem tacite præsumitur. Sed si obstat ratio maioritatis uel ordinis, super utraque semper est pronuntiandum uniformiter uel difformiter secundum probationes factas ut in l. fina. & in l. penulti. infra de ordi. iudi. & l. rerum amotarum. ff. rerum amotarum. Si uero impeditur ratione contrarietatis, tunc non est necessaria pronuntiatio super alia de qua non est actio, quia sequitur tacita absolutio, quia iudicium non ualet parte opponente ut supra dixi, & si pars non opponeret, tutius esset ad cautelam absoluere, sententia tamen super una actione lata semper erit ualida in omnibus casibus particularibus ut dixi in proximo dicto Bart. uel breuius potest dici, Aut unica solutio est fienda, & actiones nascuntur ex eodem fonte, & tunc sufficit unica sententia siue absoluat siue condemnet, ut dicebant antiqui, Aut uero nascuntur ex diuerso fonte, uel ex eodem, & dantur ad diuersa, & semper requiritur duplex sententia, quia si lata est super una, licet sit ualida sententia, tamẽ remanet alia actio indecisa. Fallit quando cumulantur actiones quæ non sunt in rerum natura, ut dixi ultimo loco.

Pro pleniori resolutione Purpuratus hic reassumit totam materiam ponendo regulam cum fallentiis. Alcia. uero tractauit melius & clarius, sed tamẽ quia omnes articuli supra fuerunt discusi, breuiter subordinãdo ita potest dici, nam primo fienda est regula, quod cumulatio permissa est, Quia non reperitur prohibita. l. necnon. §. quod eis. ff. ex quib. caus. maio. Fallit in illis actionibus in quibus militat aliqua ex sex regulis impeditiuis supra positis, sed quia illæ regulæ non æqualiter procedunt in uariis generibus actionum, ideo non potest tradi regula cum fallentiis quæ apte contineat omnes casus.

133 Vnde taliter ita põt dici, Aut actiones plures cumulãtur cõtra diuersas personas, et tũc regula est generalis, ꝙ cumulatio permittitur, quia nulla ex sex regulis impeditiuis habet locũ inter diuersas personas, ut per dicto. sup. in quinto genere cumulationis. & per Barto. in authen. hoc ita. infra de duobus reis. et l. tertia. §. fin. ff. de duob. reis. Curti. hic numero 207. Purpur. nume. 50. Et addit idem in pluribus reis credendi qui possunt simul cumulare contra unum Alcia. in uersic. quid de accumulatione in princ. Si uero † plures actiones intẽtantur contra easdem personas, et tunc aut nul-

134

lo modo tangunt, & generaliter cumulatio permittitur, quia regulæ prohibitiuæ non habent locum inter actiones nullo modo se tãgẽtes, licet aliter sentiat Bar. in l.rerum amotarum.ff.rer.amot. & dixi in primo genere cumulationis reprehendendo Bar.ibi,& doctores & Alcia.hic sequitur uersic.quid de accumulatione. in principio & col.3.in fi.Si uero aliquo modo se tãgunt, & tunc aut accumulantur successiue & conditionaliter, & similiter indistincte permittitur cumulatio.gloss.& doctores in l.quæ de inofficioso.in uerbo exercere. in fi.ff.de inoffic.testamen.quam sequuntur hic omnes antiqui & moderni,& facit quod dicitur in cap. dilectus. de appellatio.& per Bal.in l.si pacto quo pœnam.infr. de pactis.& Purpu.hic & Alcia.in uerbo sed quid.colu. 7.uersi.primus.Si uero quis simpliciter uult cumulare remedia se tangentia,& tunc si est incertus facto aduersarii,indistincte permittitur cumulatio.per tex. in l. 1. §.quid autem.ff.quorum legatorum.& Barto.hic in secundo genere cumulationis quem sequuntur Purpura. nu.34.uersicu.ultimo aduerte.Curti. & Alcia. in dicto uerbo quid te.col.secunda,& quinta, & omnes antiqui & moderni.Si uero simpliciter cumulantur, & pars nõ opponat,& tunc similiter permittitur cumulatio generaliter ut dixi in quæstione Barto.in uersi.ex prædictis post Dec.& alios,& Alcia. in dicto uerbo sed quid.col. fi.uersic.quartus.& isti sunt quinque casus in quibus generaliter permittitur cumulatio in quocunque genere actionum.

135 Si uero† actiones aliquo modo se tangunt, & cumulatio fit simpliciter & principaliter ab eo qui est certus, & tunc si actiones cumulatæ sunt contrariæ origine, prohibetur indistincte cumulatio.l.prima.inf.de furt. l.contra maiores.& l.eum qui.infra de inoffic.testam. siue facta electione tollatur ius in alia,ut in d.l. prima. infra de furt.siue non tollatur ius in alia propter malã electionem,ut in dic.l.contra maiores.& dixi in tertia regula Barto.& sequuntur etiam omnes doctores.Purpura.nume.57.uersic.secundo limitetis. Si uero actiones non sunt contrariæ origine, sed sunt contrariæ exercitio,& tunc similiter prohibetur cumulatio generaliter facta electione de una.l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de tributo.& l.cum filius.§.uariis.ff.de lega.secundo.& l.fina.infra de codicill.& sequuntur doctores in secunda regula,& ibi dixi, & in quæstione Barto. in uersicu.ex prædictis generibus.& Purpura. nume. 17. & in istis duobus casibus generaliter prohibetur cumulatio.Si uero actiones non sunt contrariæ origine, neque tolluntur per electionem,& tunc aut nascuntur ex diuersis fontibus & dantur ad diuersa, & regulariter permittitur cumulatio.Fallit ratione maioritatis. l.fina.infra de ordi.cogni.Fallit ratione absolutoriæ quæ inducit exceptionem rei iudicatæ in alia.l.fundi. & l. fundum.ff.de exceptio.Fallit ratione ordinis.l.3. §.est autem.ff.ad exhiben.& l.ordinarii.de reiuendi. ut per Bart.in primo genere cumulationis.ibi dixi post alios, & Alcia.hic,& Purpura.nume.46. Si uero sunt actiones nascentes ex eadem causa & dantur ad idem, & regulariter cumulatio prohibetur, quia militat regula q absolutoria lata in una parit exceptionem rei iudicatæ in alia,& regula quod condemnatoria lata & executione facta in una contingit liberatio ab alia. l. an eadem.per totum.ff.de exceptio. rei iudi. Fallit quando non opponitur,ut per Bar.in uersicu.ex prædictis. Fallit in summariis ex forma statuti,Ut in Regno,ut supra dixi, Si uero sunt actiones nascentes ex eodem fonte & dantur ad diuersa,& tunc secundum Barto. prohibetur cumulatio.l.interdum.ff.de publi.iudi.sed ego feci regulam contrariam affirmatiuam, quod permittitur cumulatio.l.prima.ff.ui bono.rapto.l.duobus.§.si quis iurauerit.ff.de iureiuran.& l.si pro fure.§.primo. ff.de condictio.furtiua.& §.fina. insti. de obligatio. quæ ex delict.nascun. Fallit ratione maioritatis quando actio non uult sociam,ut est actio criminalis.d.l. interdum. & l.secunda.§.ex hoc edicto.ff.ui bono.rapto.& l.prætor edixit.§.primo.ff.de iniur. Fallit quando actiones ipsæ se absorbent, quia si intentatur maior non potest cumulari minor,sed si intentetur minor potest cumulari maior in illo pluri.l. prima. cum gloss. consequatur.ff.ui bono.rapto.& l.prædia.ff. de actio. empti. & dixi in tertio genere cumulationis. Si uero sunt actiones nascentes ex diuerso fonte & competunt ad idem, & tunc regulariter permittitur cumulatio. l. is cui. ff. de actio.& obligatio. & l.non est nouum. ff. de action. empt.& l.huiusmodi.§.qui seruum. ff. de lega. primo. Fallit quando unica solutio sit fienda tantum, quia tunc prohibetur cumulatio. l. omnes. ff. de action. & obligatio. & l.Mæuius. §. duorum. ff. de lega. secundo. & l. prima. in §. fina. ff. si fami. furt. fecis. dicat. cum concordantibus ut dixi post alios in quarto genere cumulationis, & hæc uera sunt de iure communi.

136 Sed† de iure statutorum, ut in Regno & in ciuitatibus in quibus proceditur summarie, ut in Ciuitate Bononiæ, in quibus non attenduntur regulæ prohibitiuæ, quia sunt de apicibus iuris ut per Curt.hic numero 213.& Alcia.in uerbo sed quid.colum.7. uersic. tertius casus. & uersicu. secundus casus & Purpura. nume. 62. uersicu. secundo. tunc regula est fienda generalissima quod cumulatio permittitur,& per præfatos doctores hic & Aretin.consilio 103.& Picum hic. Fallit primo nisi actiones sint contrariæ origine,quia repugnat natura,& non potest legislator facere actum contrarium & habentem repugnantiam ualere, ut supra dixi post Decium. & Baldum in l.ne quicquam. §. de plano. ff. de offi. proconsu.Secundo fallit quando actiones sunt contrariæ exercitio.l.quod in hæredem.§. eligere. ff. de tributo.& l.fina.infra de codici.& supra dixi. & Baldus in dicta. l. nequiquam. §. de plano. Tertio Fallit quando una actio est præparatoria ad libellum alterius,quia tunc sine executione prima libellus in secunda fieri non potest. ut l.1.ff.ad exhiben.coniuncta. l.si in rem.ff.de reiuendi.& ibi Barto. Quarto fallit quando actiones sunt intentandæ coram diuersis iudicibus in diuersis foris, ut per Affli.in constitutione si ciuiliter agens in sexto notabili per capi.tuæ.de ordi. cogn. & capitu.lator extra qui filii sint legitimi. & idem etiã erit contra clericos in foro canonico, in quo seruatur ius commune,ut notatur in cap.primo. de noui. oper. nuntiatio.

137 Et ex† prædictis patet quare practica regni disponat quod in instrumentis liquidis permittatur cumulatio ciuilis actionis & accusationis criminalis de periurio de qua dubitauit Afflictus in d. constitutione si ciuiliter agens.nã ex forma ritus permittitur accusatio periurii quia tendit ad certam pœnam soluendam pro periurio, Item agitur ciuiliter ad debitum instrumenti, & quia istæ actiones tendunt ad diuersa, & solutiones diuersæ fiunt,permittitur cumulatio,cum ratio maioritatis non seruetur in regno per d. consti. si ciuiliter agens.secunda ratio assignari potest, quia ibi tractatur de executiuis,& in executiuis permittitur cumulatio, ut dixi post Cur.in primo genere cumulationis.Tertia ratio est,quia debitum principale uidetur peti in consequentiam per officium iudicis,quo casu permittitur cumulatio,ut per Bar.in l.interdum.§.qui furẽ.ff.de fur. Quarto etiam,quia per partes ita conuenitur, ut dixit Mathæus in d.sexto notab. & per hæc fit plenissime expedita materia cumulationum.

138 Quærit† etiam hic glo.an super actione cumulata sit dandum tempus ad deliberandum, & concludit quod sic,quando per primas dilationes non potuit esse instructus super actione cumulata. Sed si potuit esse instructus per primas dilationes, non conceditur, & exemplum ponit in eo qui conuenitur propter rapinam una actio-

actione, postea alicui cumulatur actio ex eodē facto. l. 3. ff. ui bono. rapto. Ponit tamē regulam, Aut actio cumulata descendit ex facto proposito in prima, & tunc non debet dari dilatio, quia satis ex prima dilatione fuit instructus, ut patet in exemplo glosæ. Aut actio cumulata descendit ex alio fonte uel facto, & tunc regulariter debet dari dilatio, quia propter diuersitatem factorum & eorum uarietatem per primam dilationem potest esse instructus, argumen. l. fi. de calumniato. & sequuntur communiter docto. quæ dilatio postea erit maior uel minor secundum qualitatem facti uel personarum, arbitrio iudicis remittenda, ut in illis uerbis, æquitate iudicis demonstratur. & dictum fuit in notabilibus. & ex isto exemplo glosæ apparet quod actiones descedentes ex eadem causa dantur ad idem, cuius contrarium tenuit Barto. in tertio genere cumulationis, sed ego ibi approbaui istam glosam reprahendendo Barto.

139 Glosa in † uerbo prout. declarat textum exponens eū dupliciter, & dicit prout denotat qualitatem & tēpus, & sit sensus, quod mutare uel emendare licet actionem prout edicti &c. id est secundum qualitatem appositā in edicto perpetuo, & usque ad tempus appositum in eo, quæ uerba declarantur per Barto. quod tempus in edicto erat appositum usque ad quod posset fieri emendatio uel mutatio, & erit tempus litis contestationis, & post in certis casibus, & qualitas posita in edicto erat quod saluum esset ius deliberandi ipsi reo, & reficiatur sibi omne interesse suum. Secundo modo exponit glosa, quod per dictionem, prout, denotatur qualitas tantum posita in edicto respectu deliberationis & expensarum, de tempore uero non dicatur, quia in edicto nullum erat uerbum de tempore, & hanc expositionem sequitur Barto. respectu edicti, quia in edicto nihil dicebatur de tempore. sed tamen dicit primam expositionem ueriorem, quia hæc dictio prout, refertur ad editum, & ad æquitatem iudicis, & qualitas determinatur in edicto, & tempus a iudice, & hoc uidentur etiam tenere doctores supr. in ultimo notabili. Sed hæc expositio mihi non placet, cum tempus non potuit esse remissum ad arbitrium iudicis, ex quo lege fuit determinatum ut extendatur tantum usque ad litis contestationem, & nisi in certis casibus ut supra tenuerunt omnes doctores, unde credendum est quod in edicto etiam esset factum uerbum de tempore, licet eius uerba non habeantur, Et idem etiam dicendum est de dilatione ad deliberandum, & de refectione expensarum, solum enim ad æquitatem iudicis remissum uidentur quantū tempus sit præstandum. & quæ expensæ sint reficiendæ, quæ consistunt in facto & non possunt lege determinari. argu. l. mora. ff. de usur. & ista duo copulatiue requiruntur si natura facti requirit, omnia ista considerande in negotio, si uero natura facti requirit dilationem ad deliberandum, uel refectionem expensarum, & non dilationem, uel neutrum, & tunc obseruabitur illud quod erit conueniens negotio, & propterea tex. hic alternatiue & non copulatiue loquutus fuit, quia si copulatiue dixisset, semper utrumque fuisset necessarium. l. si hæredi plures. ff. de condit. institutio. Et per hoc sopitur difficultas in qua tantū laborauerunt Cur. & Mantua supra in penulti. notabili. ubi nihil boni dixerunt. Potest etiam dici quod in secunda expositione glo. uoluit considerare qualitatem generaliter ut comprahendat etiam tempus ad quod non potest fieri mutatio, cum illud tempus etiam dicatur qualitas mutationis, & sit sensus, quod dictio prout, denotat qualitatem omnis emendationis, & mutationis, quæ qualitas consistit in tempore ad quod potest fieri, & in qualitate alia, an & quādo sint dandæ dilationes, & an & quomodo sunt reficiendæ expensæ, & an & quomodo debeat fieri talis emendatio uel mutatio, & hoc mihi placet, & si forsan glo. non cogitauit, puto ita dicendum.

140 Et fac † conclusionem, quod dictio prout, demonstrat qualitates dispositionis per relationem ad aliud, quæ qualitas aliquando in tempore uel in modo uel in causa uel in solemnitate consistit, & alia conditione per quas qualitates restringitur declaratur & demonstratur dictum. l. certum. ff. si certum peta. & l. si in rem. ff. de reiuendi. & l. asse toto. ff. de hæredi. institu. Et ideo dixit Barto. in authen. ad reprimendum. in uerbo figura in fi. primæ columnæ. quod nunquam hæc dictio inducit substantiam dispositionis. sed solum quod est dispositum qualificat. Barto. tamen in authen. ad reprimendum. in uerbo prout, latius declarauit materiam huius dictionis, dicens quod quatuor nodis qualificat actum, nam si refertur ad diuersam rem, & tunc stat similitudinarie. l. prout. ff. de solutio. si uero refertur ad idem, & tunc si refertur ad præteritum certum, & stat limitatiue siue restrictiue. ut hac. l. edita. si uero præteritum est incertum, & tunc potest stare causaliter & conditionaliter, ut declarat tex. in cap. abbate, in §. contra. de uerbor. significatio. & in illo exemplo concedo tibi potestatem accipiendi uectigal certæ quantitatis prout hactenus consuetum est, nam potest exponi si hactenus est consuetum, & potest intelligi causaliter, quia est consuetum, & denotat causam in dubio, tamen dicit ibi quod capitur causaliter quando profertur ab eo qui habet potestatem disponendi, & concessio fit cum causæ cognitione, per dictum capitu. abbate. & idem erit in sententia in qua determinatio fit cum causæ cognitione præcedente, sed si fiat a superiore confirmatio simplex sine causæ cognitione, tunc intelligitur conditionaliter. ut ext. de confir. utili. uel inutili. capit. secundo. & cap. quoniam abbas. de electio. si uero refertur ad futurum, & tunc semper ponitur limitatiue, ut in text. nostro, ibi, ius dicentis decreuerit æquitas. Et hæc theorica est notabilis ad multa, sed non perfecta, licet sit communiter approbata, nam dum uult quod si dictio prout, adiicit aliquid præteritum certum ponatur limitatiue, non est simpliciter uerum, quia si narratur totum factum, & dicatur prout in tali instrumento, non limitat, sed tantum demonstrat locum in quo potest uideri uel probari, & sic qualificat demonstrando, ut hic sensit Barto. in quæst. de libello & clarius in l. postquam. §. si dies. ff. ut lega. nomi. caueat. & probatur in l. secunda. C. de his qui latro. ibi tradas sub examine iudicis arguendos & pœnas condignas subituros prout iuris est, ut ita a iure deciditur, sicut dicitur de relatiuo in l. omnes populi. in princi. ff. de iusti. & iur. & l. cunctos populos. sup. de sum. trini. & sic demonstrat, non limitat, & hoc tenet Bal. hic colum. antepen. uersi. post hoc dicamus. & sequitur Dec. hic nume. 88. Item dum dicit concedo potestatem exigendi uectigalia tantæ quantitatis prout consuetum est, quod intelligitur causaliter, nec etiam semper uerum est, ex eo quia quantitas non est certificata, & oportet uerificari per relationem, & ideo necessario ponitur limitatiue siue ampliatiue ut appareat quantitas de qua cōceditur priuilegium quæ certificabitur ex quantitate alias exacta, sed si quātitas fuisset expressa, tunc procederet dictum Bar. ut dixit Feli. in c. 2. de rescript.

141 Et prædicta † inferuntur ad uarias quæstiones. primo si aliquis confitetur prout in tali instrumento, ista confessio est limitatā, Bald. In l. 2. col. 1. inf. de erro. aduocato. & Roma. consi. 294. hæc confessio. Alex. consi. 3. in causa & lite. uolu. 2. & in consi. octauo. uolu. 4. cum aliis cumulatis hic per Dec. nume. 83. similiter si dixit testis. depono prout in alia mea depositione, secunda depositio est qualificata & restricta ad primam depositionem, Barto. in l. eos. columnn. 4. ff. de fals. Similiter si notarius dixit, secundus testis deposuit prout primus, hæc depositio est qualificata & restricta ad depositionem alterius. Barto. in l. 3. §. 1. ff. de testib. refert

refert Alex. in additione ad Barto. in l. si librarius. ff. de regu. iur. in uersi. quod instrumentum. nam cum dictio hæc prout, addat præteritum certum,& ipsa dispositio non sit completa, stat limitatiue, uel etiam augumentatiue, si plus in eo reperiretur, uel complectiue,& si nõ appareret, illa scriptura nihil ualeret. l. si sic. §.1.ff.de leg.1.& per Feli.in d.c.2.de rescript.colu.5. uersi.aliquando uero.nu.11.& dicit quasi omnes hoc tenere per l. nostram. Sed si confessio uel testificatio esset completa, & se referret ad aliam scripturam staret demonstratiue,& importaret qualitatem demonstratiuã siue magis certificatoriam, sicut dicitur de relatiuo in d.l.omnes populi.ff.de insti.& iur.

142 Infertur† etiam ad quæstio.de sententia, si iudex in sententia dixit, condemno te ad soluendum unum par caponum prout tui antecessores soluerunt, quod etiam si non apparet quod antecessores soluerint, ualebit sententia, quia dictio, prout, stat causaliter,& non conditionaliter in eo qui potuit aliqd disponere, ut per Bart. in l.eum qui.§.iulianus.ff.de consti. pecu. cum cõcor. adductis hic per Dec.& Iaso.in §.præiudiciales. in fin. insti.de actio. Iudex enim potest disponere sententiando etiam in præiudicium partis.l.2.C.quando prouo. non est necesse.cap.cum inter.& cap. sicut. de re iudi. Quod tamen debet dici quando condemnatio est certa de solutione fienda, tam respectu tẽporis, quia quolibet anno uel mense soluatur, quam respectu aliarum qualitatum, sed si dispositio esset imperfecta, ut quia nõ expresisset quolibet anno uel mense, uel alias qualitates necessarias,& tunc necessario staret limitatiue,& si non appareret quod antecessores soluissent, remaneret sententia imperfecta.arg.auth.siquis in aliquo. inf.eo. & sicut in simili, si sententia se refert ad acta, dicendo condemno te ad soluendum prout in actis probatur non exprimendo quantitatem, ut per Felin.in capit.2. de rescript.col.5.uersicu.aliquando.nu.11.per l. si sic. §.1.ff.de lega.1.& ibi Bar.& l.legaui.ff.de libera.lega. Et sic decisio communis procedit tribus concurrentibus, quod sententia contineat condemnationem certã respectu temporis & quantitatis & loci,& quod in processu constet & non se referat ad futurum sed ad præteritum, per prædicta.

143 Quarto† infertur, quid in principe concedente potestatem capiendi uectigalia, prout consuetum est, nam ista uerba posita ab eo qui habet potestatem disponendi intelliguntur causaliter, pro quia.d.cap. abbate.§. contra.de uerbo.signifi.ubi assignatur ratio, quod priuilegium est lex priuata,& debet esse clarum & certum & non captiosum, sicut lex, & sic in legibus etiam hæc dictio capitur causaliter,& assignat causam quam non est necesse ueram esse, cum licet sit falsa demonstratio uel causa non uitiatur dispositio, ut per Felin. late in c. secundo.de rescript.colum.4.nume.10.cum aliis cumulatis hic per Dec. Nec est necesse eam probare, ut per Felin.in dic.loco qui multa similia adducit. Quod tamẽ debet intelligi ut supra, si dispositio est certa, & continet in alio claram determinationem, alias intelligeretur limitatiue & restrictiue dicti generalis, prout est in text.nostro,& ideo si non apparet illud relatum concessio est nulla, ut per Felin, in dict.capi.secundo de rescrip.colum.5.uersicu.aliquando uero.nu.11. allegat. d.l.si sic.§.1.& ibi per Din.& Barto.ff.de lega.primo.& Areti.in l.si locus.ff.de acqui.posses. Oldra.in consilio 154.uiso priuilegio. Secundo intelligitur quando non apparet quid antecessores fecerint, sed si apparuerit quid fecerint antecessores, restringeretur ad illam consuetudinem, quia tunc dicitur relatio facta ad aliquod certum præteritum,& dictio prout, stat limitatiue, per istum tex.& in c.ueniens.2.de testib. & cap.2. de confess.in 6.in fi.& l.præsbiteri.C.de episc.& cleri.& l.secunda.infra de iis qui latro. secundum alium intellectum.& l.item quæritur.§.fi.ff. locat. & in terminis dixit Alex.in consi.9.ponderatis iis.colum.6.uolu. 4. de eo cui cõcessum fuit feudum pro se & sororibus prout erat in concessionibus antiquis, si postea apparerent cõcessiones non compræhẽdentes fœminas, restringitur, & præsumitur concessio facta per errorem,& sequitur hic Dec.nu.86.& in consi.63.col.2.in secũdo dubio & in c.2.de rescrip.

Vnde conclusiue dicas aut princeps cõfirmat,& tũc semper oportet constare.ut per Barto in d.loco. per c. quoniam Abbas. de electio. aut de nouo concedit, & concessio non est perfecta, & tunc si uerba concipiuntur in futurum, similiter oportet quod appareat relatum, quia stat limitatiue, per tex.nostrum in uerbo de creuerit,& Barto.in d.loco.aut se refert ad præteritũ, & tunc si concessio est incerta, semper dictio prout, stat limitatiue, quia se refert ad illud præteritum pro complemento,& si non apparet.reditur, nulla, per nota.per Felin.in d.c.2.de rescrip.col.5. si uero apparet, & est certa,& tunc similiter stat limitatiue, per textum nostrum & Alexand.in consi.9.uol.5.& Dec. hic. Aut uero non est certa, uel non apparet relatum, & tũc stat causaliter, pro quia, & significat causam impulsiuam, & non oportet quod sit uera, ut not.in l.demonstratio falsa.ff.de conditio.& demon.& per Felin.d.c.2. colu. 4.& sic apparet quod regulariter dictio prout, stat limitatiue, siue qualificat dispositionem per relatum. Fallit quando dispositio est certa, & refertur ad præteritum incertum,& potest de nouo referens concedere, Et eadem procedunt etiam in dictione, secundum,& dictione iuxta,& similibus ut per Bar.in d.authen. ad reprimendum.& Felin.in d.cap.2.de rescrip.

144 Quinto† infertur ad libellum in quo actor fecit mentionem de instrumento, an teneatur edere ante litis cõtestationem,& Innoc.in cap.1.de probatio. dicebat q sic, quia est pars libelli, sed Barto.distinguit, Aut fit mẽtio de instrumento per modum assertionis, & non debet edi, secus si fiat mentio per modum limitationis, Dicitur autem per modum assertionis facere mentionem de instrumento quando narrat plene totũ factũ, & postea dicit prout de hoc apparet publicum instrumentum, sed si non narrat totum factum, uel si narrat & addit,& hæc & alia prout apparet in instrumento, tunc dicitur facere mentionem limitatiue & qualificatiue, ut in tex.nostro.& in c.2.de confes.in 6.& cap.ueniens.de testib.Et ratio differentiæ ponitur, quia in primo casu quando narratur totum factum sine instrumẽto potest esse instructus ex lectura libelli, sed quando non narrat totum factum, secus est, quia instrumẽtum qualificat libellum,& est pars libelli.

145 Et hæc† conclusio, quod si ponatur limitatiue instrumentum debet edi ante litis contestationem, tenetur ab omnibus sequendo Innoc.in d.cap.1.ubi Felinus colum.2.nume.26.post Anto.& Abba. & cæteros doctores & omnes doctores hic nemine discrepante. Fallit tamen quando reus uerisimiliter haberet instrumentum penes se.l.2.de edendo.ut hic per Barto. & Bald. in d.l.secunda.& Felin.in cap.primo.de probatio.colum.12.nume. 29. uersic. 3. restringe. & hic communi- * ter docto.declarando tamen si hæres posset illud habere, secus autem si esset clarum quod reus hæres non haberet, ut ibi declarat Iaso. & l. non est ferendus. ff.de transactio. Item debet intelligi quantum ad istam instructionem, nam quãtum ad uim probatiuam semper debet edi.l.postquã.§.si dies.ff.ut leg.nom.cauea. quo casu si forsan reus haberet, potest conueniri ex interdicto de tab.exhib.l.prima. & per to.ff. de tab. & l. secunda.ff.quemad. testa. aperian. Et subdit ibi Calderin.& Feli. quod dicentes in libello instrumentum creditoris simulatum uel falsum non tenentur ei edere, quia præsumitur habere. Idem in petente sententiam cõtra se latam dici nullã, quia præsumitur creditor habere,& ei nõ debet edi ad effectum instructionis, sed

quando appellauit, tenetur edere ad effectum demonstrandi grauamen ut nota. in c. ut debitus. de appellatio. Secundo limitatur non procedere quando actor diceret se non habere commoditatem producẽdi instrumentum, quia tunc non tenetur edere secundum Rotã in decisio. 33. & Feli. ubi supra . uersi. secundo restringe & de hoc dicit stari iuramento actoris. ut per Spec. in tit. de instrumento. editio. §. nunc dicamus. uersi. qd si quis. & Bald. in l. qui stipendia. in fin. C. de procur. & Cur. hic nu. 230. Tertio limitatur nisi cessionarius peteret actione utili, & ageret iure cesso, quia non tenetur edere instrumentum cessionis ante litis contestationem. Specul. in d. §. nunc dicamus. uersi. sed quid ecce. & Felin. in d. loco. uersi. quinto.

Secundum est principale dictum Bar. quod si narratur factum certum libellans non tenetur edere instrumentum relatum ante litis contestationem, quia ipse ex narratione potest esse certus, & deliberare, & ita est etiam communis conclusio quam tenuit Bart. in d. §. si dies. Sed multi in hoc tenuerunt contrarium sequentes Inno. indistincte. ut Aret. & Claudius episcopus. & de quo hic per Purpu. nu. 70. per tex. in l. 1. §. edenda. ff. eo. Qui tex. uere concludenter non probat, cũ intelligatur post litis contestationem, secundum cõmunem intellectum, ut hic etiam dicit Dec. & Purpu.

146 Sed † fortius facit, quia in instrumẽto ponuntur multæ clausulæ quæ limitant & restringunt instrumentũ de quibus reus non potest habere cognitionem nisi ostendatur. Item ut hic dicit Cur. & Purpur. num. 70. & 71. quando aliquis cõuenitur super facto alterius ignorantia est probabilis. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & ipse non tenetur credere assertioni creditoris nisi ostẽdatur instrumentum in authentica forma l. si quis inficiatus. ff. depos. in tantum quod non potest constitui in mora nisi ostendatur authenticum per interpellationem, ut per Bar. in l. quod te. col. fina. ff. si cer. peta. & in repetitio. col. antepe. Et ideo non potest deliberare an uelit cedere uel contendere, cum non teneatur ei credere. Hinc est quod dixit Bart. & docto. ibidem, quod qui uidit copiam testium non dicitur didicisse testificata, quia non est certus de ueritate. Secundo facit tex. in d. l. secunda. ff. eod. a contrario sensu. qui præsupponit indistincte edendum esse in alia persona, & ita etiam uidetur tenere Abbas in c. 1. de probatio. & Bald. in l. inciuile. ff. de legib. & l. qui stipendia. infra de procurato. & ideo uidetur quod solum Bart. possit saluari in eo qui conuenitur ex facto suo.

Sed tamen per hæc non est recedendum ab opinione communi, quia ad hoc ut quis possit deliberare, nõ oportet quod concludenter appareat de intentione agentis, quia tunc non essent necessariæ probationes, sed solum est necessarium quod reus intelligat factum, ut de se possit deliberare an uelit cedere, sufficit enim sola intelligentia facti contenti in petitione, non autẽ iustificatio petitionis est necessaria, quia hoc reseruatur in probationibus. Quod apparet manifeste quãdo actor petit in libello aliquid quod dicit sibi deberi & se probaturum per testes, Nam non debet nominare testes ut reus possit se instruere, sed sufficit ꝙ appareat qualis actio sit intentata, & qualis species litis sit futura, ut patet in tex. nostro. Et ideo ego puto quod si in libello diceret, pro ut hæc & alia apparet in instrumento, si tamen narrat totum factum completum cum omnibus qualitatibus suis, & appareat quod sit integrum, non tenebitur edere totum instrumentum. Tota enim uis huius articuli est in hoc, ut hic etiam dixit Dec. ultimo loco, an narratio contineat totum factum intelligibile, & tunc non est ẽdendum quia semper potest deliberare, an uero contineat factum imperfectum, & est edẽdum, quia non potest deliberare. Nec obstat dictũ Barto. in d. l. ꝙ te. quia ibi non tractatur de simplici instructione, sed de inducẽdo contumaciã in eo qui interpellatur, ut teneatur ad omnes pœnas moræ, & tunc debet esse resolutus de ueritate debiti, sed conuentus non debet esse instructus per libellum de ueritate facti narrati, quia id est de quo litigatur, & totum iudicium agitatur, sed solum debet esse instructus de intentione actoris, quid petat, & quare petat, & ex qua causa petat & hoc totum est quod sit species litis futuræ, ut dicitur in hoc tex. ibi, speciem futuræ litis demonstrat. Vnde si in libello clare narratur factum, & obligatio, & actio, & bona conclusio, satis dicitur esse instructus de quo fienda est discussio in iudicio, ut possit deliberare an uelit cedere uel contendere. Et ex iis apparet ꝙ fundamentum istorum doctorum non consistit in dictione, prout, uel alia simili dictione, quia per quæcunque uerba fiat mentio de instrumento, siue dicendo prout, siue iuxta, siue de hoc est instrumentum, siue per alia uerba semper eadem erit conclusio, quia si totum factum non erit expressum oportebit instrumentum edere, quia in eo continetur pars facti, & est pars libelli, si uero narratur totum factum plene, & tunc nunquam erit necessarium producere instrumentum ante litis contestationem per quæcunque uerba fiat de eo mentio, & per dictionem prout & aliam similem dictionem, ut hic dixit Dec. nu. 88. per doctrinam Bar. in d. §. si dies. & idem Dec. in c. 1. de probatio. & Purpura. nu. 72. uersi. exemplificat. & est uera opinio.

147 Quærit † etiam Bar. hic, quid operatur illa clausula, saluo iure addendi, & concludit quod nihil releuat, ꝗa facultas addendi non pendet a uoluntate partis, sed ex legis dispositione. argum. not. in l. alimenta. inf. de nego. gest. & sequuntur communiter Doct. per tex. in ca. * inter dilectos. de fide instru. Limitatur tamen non procedere secundum Bald. in repetitione paduana, quãdo dictum fuit, saluo iure addendi arbitrio meo, quia tunc poterit addi & mutari etiam post litis contestationem de consensu partium. Nec ꝙ litis contestatio ex cõsensu partium non compræhendat ea de quibus non est facta. arg. in c. de causis. de offi. deleg. quia respõdet Dec. ꝙ immo partes possunt facere ꝙ de nouo fiat, & unico contextu totus processus renouetur. argu. nota. in l. mutari. ff. de procura. & facit tex. in c. fi. de probat. secundum Dec. Cuius ratio mihi non satisfacit, quia sua fundamenta procedunt quando de consensu partium esset facta emendatio, sed si non consentiret pars super emẽdatione uel additione libelli, tunc litis contestatio facta de consensu partium non trahitur ad talem emẽdationem, & sic militat adhuc ratio Barto. Et hoc mihi placet, quia dictum Deci. procedit quando emendatio fit de consensu partium, Nos loquimur parte non consentiente, & quando est consensus partium interest an ponatur clausula illa uel nõ, unde semper inutilis erit, cum si interueniat consensus partium in reiterando litis contestationem, sine clausula permittitur emendatio, & si non est consensus partium non potest fieri aliquo modo etiam apposita clausula. Secundo limitatur per aliquos quos refert Dec. & repræhendit hic & bene. Et sic remanet indistincte cõclusio uera, ꝙ illa clausula saluo iure addendi, nõ facit ꝙ emendatio fieri possit in casibus non permissis.

148 Glos. in uerbo † perpetui. primo exponit tex. Secundo declarat. In prima exponit edicti perpetui. i. generalis, concordat text. in §. 1. insti. de satisda. tuto. quæ expositio licet fieri possit, tamen in proposito non est bona, quia ponitur hic edictum perpetuum ad differentiam edictorum quæ antiquitus durabant anno. §. primo. institu. de perpetu. & tempor. acti. Quæ edicta fuerunt simul congesta & approbata per Diuum Adrianum iuxta. l. secunda. §. sed quia diuinæ. supra de ueter. iur. enucle. & posuit Alciat. supra in rubr. & sic uerbum proprie stat, cum propter approbationẽ sint effecta perpetua, quamuis expositio etiam glossæ possit procedere, quia per talem approbationem edicta

cta prætorum sunt effecta generalia quæ erant localia, ut declaraui ultra alios in rubrica in tertia carta. infra qui admit.

149 Similiter† colligitur quid importent illa uerba, prout edicti monet authoritas, scilicet ut sit saluum ius deliberandi, & interesse suum reficiatur, & de primo intelliguntur prima uerba, & de secundo loquitur tex. ibi, & ius dicentis decernit æquitas quantum ad qualitatem ut sup. dixi in penul. no. Quæ refectio expensarum fit officio iudicis. l. terminato. inf. de fruct. & liti. expen. & non per actionem in factum ut hic declarat Bart. licet aliter teneat glo. Sed tex. allegatus per ipsam loquitur de alio edicto, posito in l. prætor. ff. eo. in qua præcedere debet iussus de edendo. ut dixi in l. 1. sup. eo. Item ad emendationem legitime fiendam ultra tempus præfixum requiritur quod saluum sit ius deliberandi. Quod debet intelligi si per mutationem uel emendationem mutatur causa, sed si non mutatur causa uel factum, nõ est dandum tempus, quia satis per primum potuit instrui sicut dictum fuit supra in cumulatione. Et si parte opponente non fuerint concessæ dilationes, processus esset nullus. ut per glo. in c. uxor felicis. 17. quæst. 4. & clem. sæpe. de uer. signi. in uerbo legis. & in auth. offeratur. inf. de litis contestatio. Secundo requiritur quod damnum reo reficiatur, in tantum quod opponẽte reo impeditur litis ingressus, l. sancimus. inf. de iudi. & aut. qui semel. inf. quomo. & quan. iud. & ideo processus erit nullus qui fit post oppositionem partis. secundum Curtium & alios. In tantum quod non sufficit pignus uel fideiussor, ut hic per Iasonem si sunt liquidæ expensæ, alias præstatur cautio, ut hic per Decium & Bal. in cons. 3. statutum. uol. 2. Et non debet deficere unus denarius secundum Bald. in ca. conquerente. de resti. spolia. parte uero non opponente si procedatur ad ulteriora processus ualebit. Sed iudex poterit condemnare usque ad sententiam reum mutantem uel emendantem, ut per Baldum hic repetitione paduana. & Alci. in fin. Si tamen oppositum est per partem quod reficiantur expensæ, & actor diceret quod non interest sua, quia non fuit damnificatus per talem mutationem, & iudex procederet ad ulteriora, tunc uidetur dicere non esse reficiendas expensas, quia per processum ad ulteriora uidetur absoluere reum ab illis exceptionibus, iux. no. in l. quod iussit. ff. de re iudi. & per Bar. in l. a procedente. inf. de dila. & tunc non posset amplius pœnitere, sed solum reuocare suam interlocutoriam inf. tempus permissum. iuxta nota. in d. l. quod iussit, alias reus appellare potest, & est necessaria appellatio ut processus efficiatur nullus. c. super quæstionum. §. fin. extra de offic. delegati.

150 Aduertendum est † etiam quod solum debent refici expensæ quas non fecisset reus si non fuisset facta mutatio uel emẽdatio, & ideo expẽsæ factæ in itinere ex causa citationis totius iudicii uel aliæ similes non debent refici, quia sine emendatione ex causa litis fecisset ut hic dicit Bar. & omnes, uolentes solum reficiendas esse expensas quæ effectæ sunt inutiles propter mutationem & emendationem. Et ideo inoleuit practica aduocatorum petentium an reus uelit contendere, & si dicit quod sic, dicunt non teneri ad expensas, Quod est uerũ si lis non mutatur, secus si efficiatur longior, uel expendisset in notariis pro pretio scripturarum quas non accepisset non facta mutatione, & in effectu solum damnum debet refici quod passus est propter mutationem, & illæ expensæ effectæ sunt inutiles per mutationem, uel emendationem factam reficiendæ, & si litigat extra suam ciuitatem debent detrahi expẽsæ quas fecisset domi, secundum Bar. in l. eum quem temere. ff. de iud. & per Dec. hic & Alc.

In fin. glosæ colligitur quod in expensis habetur ratio personarum, quia est mulier, condemnatur, cum nõ reperiatur priuilegiata, argum. l. fi. inf. de iur. & fac. ign. In minore uero administrator condemnatur in expensis. l. non est ignotum. inf. de administr. tuto. & si pœna non potest cadere in tutorem, priuatur pupillus, & administratores tenẽtur ad eius interesse. le. Polla. & ibi Bar. inf. de iis quib. ut indignis. & l. meminerint. inf. unde ui. & hoc sequuntur communiter scribentes, quia nemini concedendum est priuilegium in damnum alterius. l. secunda. §. merito. ff. ne quid in loco publi. & maxime contra regulam iur. argumen. l. scio. ff. de in integr. restitutio.

151 Subdit† etiam Bal. hic in repetitione paduana. colu. decima. in octaua oppositione, quod emendans non tenetur ad expensas quando cessaret temeritas, quia sicut in principali causa illo casu non tenetur ad expensas. d. l. eum quem temere. ff. de iudic. eodem modo obseruandum est in emendatione. Item deserenti sine temeritate succurritur. l. properandum. §. sin autem alterutra inf. de iud. & hoc tenet Alc. hic, licet aliqui dicerent. d. l. properandum non facere ad propositum, cum loquatur de eo qui in totum deserit causam, cui succurritur fauore litium minuẽdarum, hic uero actor uult persequi litem. Sed mihi placet opinio prima, quia emendatio est quædam species desertionis causæ in parte emendata, ut supra conclusit Bar. respondendo ad auth. qui semel. inf. quo. & quan. iud. & ideo omnia dicta in d. §. sin autem, possunt habere locum in emendatione.

152 Vltimo† dicit hic Bart. emendationem non esse permittendam quando secunda actio infamaret, & prima non, quod tamen intelligi debet si nulla est utilitas actoris, quia malitiis est obuiandum. l. in fundo. ff. de rei uendi. facit tex. in l. 3. ff. de seru. expor. secus si esset utile actori, ut si cepisset agere rei uendicatione, uellet postea agere condictione furtiua, uel actione ui bono. rapto. ut sentit Bar. hic a contrario sensu. & Purpu. expresse tenet & bene. Et ex iis fit expedita ista notabilis & practicabilis lex. Laus Deo.

Ioan. Bolog. Iurisconsf. Bononi. Neapoli primariam Cathedram de mane tenens.

Summaria super. l. qui accusare.

1 *CASUS Figuratio.*
2 *Hæc lex ponit regulam in ciuilibus & criminalibus causis.*
3 *Actor debet præparare suas probationes antequam agat.*
4 *Regula istius legis intelligitur de instrumentis uel rationibus uel scripturis priuatis quoad dominium & usum.*
5 *Occultans propria instrumenta non punitur.*
6 *Occultans aliena instrumenta uel in quibus alius habet ius punitur pœna falsi, & iuratur contra eum.*
7 *Actore non probante reus absoluitur, quod ampliatur septem modis.*
8 *Honestas personæ quando aliquid operatur.*
9 *Actore non probante reus plene absoluitur, etiam si semiplene sit probatum.*
10 *Absolutoria quot modis ferri possit.*
11 *Actor non probans patitur multas pœnas.*
12 *Aequitas est duplex, scripta, & non scripta, & unde nascatur in hac regula.*
13 *Reus tenetur edere instrumenta quibus est usurus in parte & partibus, & assignatur ratio.*
14 *Fisco an & quando edendum sit, breuis distinctio.*
15 *Iudex an possit inducere testes, deficiente accusatore in probationibus.*
16 *Probatio prolata sub conditione quãdo intelligatur de propria & quando de impropria.*

Repetitio

Repetitio l. Qui Accusare.

IVIDITVR. In tres partes, in prima ponit dictum, in secunda rationem, in tertia comprobationem. Secunda ibi, est enim. Tertia ibi, actore. Summatur. reus non tenetur edere actori propria instrumenta, sed eo non probante reus absolui debet.
1 † Casum figura in genere non restringendo ad aliquod indiuiduum, & compræhendendo causam ciuilem & criminalem. Et in causa ciuili ꝑ ratione dubitandi adducas omnia quæ adduxi in l. 1. supra eodem, & in causa criminali adducas, quod interest reipublicæ ne delicta remaneant impunita. l. ita uulneratus. ff. ad legem aquil. Secundo quia reus torquetur ad ueritaté eruendam. l. 1. de quæst. & fisco fit editio. l. procurator. inf. eo. Et exemplum potest poni in crimine expilatæ hæreditatis, ut accusans petat inuentariũ factum de bonis mariti, uel accusatio fiebat de crimine stellionatus iux. l. 3. §. ubicunque. ff. de crimi. stellio. & accusator petebat ad fundandam intentionem sibi exhiberi instrumenta a reo, cum alias ueritas haberi nõ possit. Contrarium tamen fuit determinatum in utroque casu. per rationem. l. nimis graue. inf. de testi. Nec obs. adducta in l. 1. quia ibi fuit responsum. & inf. dicemus. Et in criminalibus non ob. fauor publicæ utilitatis, qa non tantũ se extendit publica utilitas ut de domo reorum debeat sumi probatio nisi in maxime occultis. l. 1. inf. de quæst. Vel fauor publicus est in puniendo postquam constat de delicto, non autem antequam sint indicia, quia quilibet præsumitur bonus. c. semel malus. de reg. iur. in 6. Non ob. l. nec quisquam. ff. eo. quia secundum communiter docto. loquitur in ciuilibus, & est speciale in fisco, secus in criminalibus, quia odiũ penæ præponderat fauori fisci. Vel secundum alium intellectum firmatum sup. l. 1. & 2. sup. eo. ad l. 2. §. Diuus. de iure fis. est speciale in fisco in causa delationis propter difficultatem probationis quando fiscus uel delator accusat propter publicam utilitaté ex fraudibus & occultationibus reorum, quamuis in causis capitalibus sit idé quod in priuato, hic uero nos loquimur in priuato accusante ad suam iniuriam persequendam.

2 In tex. ibi † qui accusare. iste terminus capitur large ut compræhendat etiam ciuilem petitionem. l. ex iudiciorum. ff. de accus. & l. uiro. ff. solu. matr. quod patet, qa dicit, alienorum instrumentorum. & dicit actore non probante, quæ uerba conueniunt ciuilibus causis, ut no. in §. 1. inst. de pub. iu. Et per hoc patet quod hæc. l. non est superflua, nam plenius & generalius disponit quam faciat. l. 1. tum quia non loquitur in criminalibus tum quia etiam non loquitur in omnibus ciuilib. causis, sed in casu speciali. Sed quia maior erat dubitatio in criminalibus propter utilitaté publicam, ideo usus est uerbo accusare. In tex. ibi, instrumentorum, intelligas generaliter ut compræhendat omnes scripturas probatorias. l. 1. ff. de fid. instr.

3 Nota primo † quod actor debet habere probationes. l. actor. inf. de prob. & l. 2. ff. de prob. & debet eas præparare, ut uoluit Specu. in tit. de præpar. iud. §. 1. & probatur hic in uerbo qui accusare uolunt. alias condemnatur in expensis etiam quod habeat iustam causam, ut per Bar. in l. qui in alterius. ff. de reg. iu. & l. eum qui. ff. de iud. Et hoc facit pro continuatione tradita ꝑ me in rub. sup. eo.

Secundo nota. quod reus non tenetur edere propria instrumenta ad fundandam intentionem actoris uel accusatoris. concordat tex. in l. 1. sup. eo. & l. nimis graue inf. de test. c. 1. de prob & facit. l. 2. inf. quand. & quib.
4 quar. par. debe. † Et hæc regula intelligitur de instrumentis propriis & priuatis quoad dominium, propter uerbum, alienorum, quod est etiam quando sunt authenticata per notarium & redempta pecunia propria, ut per Innoc. in d. c. 1. de prob. & Alex. in l. 2. sup. eo. Ex quo sequitur quod si notarius uel alius ex necessitate officii conficiat rationes uel instrumenta, uel mandante parte, quia quo ad usum non propria sunt sed cõmunia, ea tenetur edere. l. si quis. §. pertinere. & l. quædã. §. nummularios. & l. prætor. ff. eo. Item dum dicit inspiciendorum, patet quod loquitur de probatione intrinseca quæ fit ex lectura scripturarum, unde si peteret exhiberi ad effectum ut recognosceret, ut posset uendicare, uel alio modo peteret ius quod habet in corpore instrumentorum, teneretur edere. l. 1. & l. 2. §. 1. 2. & 3. & §. pe. ff. ad exhi. & sic in effectu intelligitur de propriis & priuatis instrumentis tam respectu corporis quam etiam respectu usus, & ad effectum probandi, & editio petatur ex sola causa litis. Et ampliatur ista regula procedere etiam in seruis & consanguineis. l. de lex iulia. ff. de testib. & l. 1. inf. de quæst. Fallit tamen ista regula in multis casibus positis in l. 1. & 2. sup. eo. & clarius in l. fi. infr. eodem.

5 Ex quo † infertur, quod occultans propria instrumẽta non dicitur esse in dolo, quia facit lege permittente. l. Gracchus. inf. de adul. licet occultans aliena instrumẽta teneatur pœna falsi, ut no. Bar. in l. Paulus. ff. de falsi. Et idem est etiam in tabellione negante se rogatum, & occultante prothocollum, quia tenetur pœna falsi, ut no. Bal. in l. eum qui. inf. de fal. quia licet sit dominus ꝓthocolli sui, ut diximus in l. 2. sup. eo. tamen usus est publicus siue communis, & tenetur edere cuilibet mediãte pecunia sua. l. e. quædam. §. nummularios. ff. eodem.

6 Quod † tamen uerum est si dolose occultauit, quia falsum sine dolo non committitur. l. 1. in princip. & §. 1. & l. 2. & per totum. ff. de fals. & facta probatione quod dolose occultauerit, tenetur ad damnum & interesse partis probandum solum per suum iuramentum, ut per Alex. l. qui restituere. ff. de reiuen. quamuis in dolo in ommittendo interesse debeat probari per testes. leg. si quis. §. cum autem. ff. eo. & secũdum Dec. hic Sed Ang. tenet quod indistincte potest probari per iuramẽtum, Cuius opinio mihi placet quando non scripsisset in prothocolo dolose ius alterius, & dolus sufficit in inducendo iuramentum in litem ueritatis. l. in actionibus. §. 1. ff. de in lit. iur. In dubio tamen si notarius est bonæ famæ, uel res est antiqua, non dicitur dolose occultare, Sed per obliuionem, ut per Alex. & Dec. hic post Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de instrum. edit. §. instrumẽtum. & multa operatur bona fama, per allegata per Decium hic. Sed huic notabili obstant quinque enumerata supra in l. 1. in quarto notab. quibus latius responde prout ibi dixi.

7 Tertio † nota. quod actore non probante reus absoluitur, concordantia iuris ciuilis sunt in glo. & de iure canonico cõcordat tex. in c. fi. de iur. iur. & c. dilectus in fi. de fid. instr. & c. 1. ut ecclesi. benefi. Ampliatur ista conclusio procedere etiam quod actor sit honesta persona, & reus infamis, ut no. per glo. in c. sicut. de senten. excommu. in 6. quæ dicit quod honestæ personæ nõ faciunt quod plus credatur eis in alterius præiudicium,
8 Quod tamen uerum est in istis terminis. † Sed alias honestæ personæ faciunt ut eis deferatur iuramentum, ut no. in l. admonendi. ff. de iureiur. & per glo. in l. bonæfidei. inf. de iur. iur. & similiter testibus melioribus creditur, ut no. in l. 2. §. fi. ff. si certum pe. Sed illud est, ꝓpter paritatem, hic uero est disparitas. Ampliatur & secundo ut procedat etiam in criminalibus per textum nostrum hic, & per glo. In tantum quod non defertur iuramentum in defectum semiplenæ probationis, licet secus sit in ciuilibus, quia in criminalibus requiruntur clariores probationes. l. sciant. inf. de prob. Sed tamen aliquando requiritur iuramentum ex parte rei ad se ex pur-

purgandum, ut no. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in auth. præsenti. §. sicuti. in glo. 1. sup. de iis. qui ad eccle. confug. Ampliatur & tertio etiam quod reus nullum habeat ius, quia commodum possessionis hoc tribuit. l. fi. inf. de reiuen. & §. commodum. insti. de interdic. Ampliatur quarto procedere in beneficialibus etiã quod nullum ius habeat reus, ut per Compost. in c. mandatũ. de rescrip. & per Abbatem in c. cum super. colum. 3. extra de cau. poss. & propri. & hic latius per Decium. Ampliatur quinto etiam quod reus assumeret in se onus probandi, quia eo deficiente adhuc absoluitur, ut per glo. in l. circa. ff. de prob, & ibi Bar. cum limitatione tamen ut hic per Cur. Ampliatur sexto etiam si probationes essent pares, quia in dubio in fauorem rei pronuntiandum est. c. literis. de prob. & d. §. commodum. instit. de

9 interdic. †Ampliatur & septimo procedere etiam si aliqualiter probatũ fuerit ita quod ductus fuerit iudex in suspitionem, quia adhuc reus debet absolui si iurauit in sui purgationem, sed si semiplene probatum fuit, & est factum quod potest scire actor, & sit bonæ famæ, datur sibi iuramentũ in defectum semiplenæ probationis, sed eis non cõcurrentibus, uel quod res sit magna, datur iuramẽtum reo ad se purgandum, ut no. in l. admonendi. de iur. iur. & in l. in bonæfidei. inf. de iur. iur.

10 Aduertas †tamen, quod sententia absolutoria potest ferri multis modis, secundum Bar. in l. admonendi. ff. de iur. iur. colum. 3. quæst. 2. nam aut est præfixa instantia consensu partium, ut in compromisso, & tunc sentẽtia debet esse absolutoria a petitis, & uere. l. si de meis. §. fi. ff. de recept. arbr. Aut præfixa fuit a lege uel statuto, & tunc si data fuit dilatio ad probandum probatumque habendum per omne genus probationis uel renunciatum fuit tacite uel expresse probationibus, & similiter debet absolui diffinitiue a petitis. Si uero nulla fuit data dilatio, uel non perfecte, & tunc absoluitur ab obseruatione iudicii, ut per textum & ibi Bar. in l. prope-

11 randum. §. 1. inf. de iudic. †Et quando actor non probauit datis, uel non, dilationibus, ultra quod reus debet absolui a petitis uel ab obseruatione iudicii, patitur alias pœnas, nam in causa criminali tanquam calumniator punitur per turpillianum. l. 1. & per totum. ff. ad turpil. & poterit in causa ciuili in expensis cõdemnari. per l. properandum. §. 1. inf. de iudi. & Ias. ibi in septima colum. & Alci. hic in uerbo fidem. Item poterit conueniri actione iniuriarum. l. itẽ. §. si quis. & alias pœnas de quibus per Alciatum hic. Limitatur tamen ista conclusio in aliquibus casibus in quibus actore non probante reus absoluitur, ut per glosam ordinariam in cap. primo. extra ut ecclesi. benef. & septem ponit hic Salicetus, & undecim Specu. in titulo de probationib. §. appellare. uersiculo nunc ad propositum. & dic ut per eos in dictis locis.

Glo. in uerbo, accusare. exponit, idest agere. & sic sentit hanc legem habere locum in ciuilibus causis, quod uerum est dummodo non restringatur ad causas ciuiles tantum, sed contineat etiam criminales, ut sonant uerba. argum. l. 2. ff. de alimen. leg. Glos. in uerbo iuris, allegat iura concordantia. Sed quomodo procedat regula cum limitationibus & ampliationibus dixi supra in tertio notab.

12 Glo. in uerbo †æquitatis. declarat tex. intelligens de æquitate non scripta, & hoc ideo dicit, quia in iure scripto est etiam æquitas, cum ius sit bonum & æquum. l. 1. ff. de iust. & iur. & l. si inter me & Titium. ff. si certũ petat. Et ex ea colligitur, quod sit differentia inter ius scriptum & æquitatẽ nõ scriptã. Quę expositio satis tollerari potest, cum æquitas scripta ueniat appellatione iuris, & æquitas præualet rigori iuris. l. præses. infr. de iud. & ista æquitas non scripta non potest seruari sine permissu iudicis, l. 1. & ibi Bar. sup. de leg, Et si quęratur unde nascatur ista æquitas in casu legis nostræ, dic ut in l. 1. sup. eo. in 4. notab. & in l. fi. inf. eo. Et in effectu summa est, quod nascitur quia instrumenta sunt ꝑpria, & potest ea reus tenere, & non tenere, & ad omnem suã uoluntatem comburrere, cum ea retineat ad solam instructionem suam, & ideo non debet in eius odium redundare. l. quod fauore. sup. de legi. & iuxta illud uulgatum, bis interimitur qui suis armis perit, & imputetur actori qui poterat sibi prospicere de probationibus, & propterea lex præsumit debitum esse elisum exceptione aliqua, uel contraria conuentione. Cum non sit credendum quod creditor non sibi prospexisset. argum. l. cum de indebito. ff. de probat. & propter hoc non præsumitur locupletari reus cum aliena iactura, nec etiam occultare ueritatem, ut latius dixi in d. l. 1. in 4. notab. supra eod. Et quia posset esse ꝙ reus non habet facultatem probandi exceptionem uel solutionem suam, tutius reputauit legislator non cogere reum edere, ne eum innocentem condemnaret, contra l. absentem. ff. de pœn. & l. & si quidem. inf. de excepti. facit l. 2. infr. quib. & quand. quar. pars. debet. lib. x. Ex quibus infertur non esse uerum dict. Socci. hic, quod per denuntiationem euangelicam reus cogatur edere, iux. nota. per Bar. in auth. ad reprim. in uerb. denuntiationem, & seq. Cur. in l. j. sup. eodem. quos ego latius reprobaui ibi in quarto notabili.

13 Glo. in uerbo debet. remouet tria contraria, & ideo habet tres partes. Ex prima colligitur quod reus tenetur edere instrumenta quibus est usurus. l. 1. §. edenda. ff. eo. Et quia tex. ibi utitur uerbo futuri temporis, colligitur quod reus debet edere antequam utatur, & per hoc patet quod ratio registrationis factæ in actis assignata non ualet, cum ante registrationem edere teneatur. Vnde aliam rationem hic assignat Deci. quia cum uelit uti, & respondeat se uelle uti, uidetur fateri omnia contenta in instrumento esse uera, ut per Innoc. in c. uenerabilem. de censi. quem ibi sequitur Dec. num. 21. colum. 13. Sed hæc ratio concludit, attenta communi cautela quæ obseruatur, quod usurus instrumentis producit ea tantum in parte & partibus pro se facientibus, & ibi etiam Dec. in 2. conclusione. & in l. fi. inf. eo. & per Paulum in l. 1. §. editiones. ff. eo. & ideo non placet hęc ratio. Vnde ego puto ueriorem esse rationem, quia ex productione efficitur commune quoad usum, cũ quid producatur in actis quoad usum lectionis efficiatur commune & iudici & parti, quia adhunc finem producitur. l. 1. ff. quemadmodum testa. aperia. & l. 1. ff. de ede. & in tantum fienda est editio quod etiam si nollet uti in partibus, in totum edere debet, quia partes suæ nihil probarent, cum sit unum indiuiduum, iux. no. in rub. ff. de leg. 1. & ex quo de proximo est de actis fiendum habetur pro iam facto, per rationem Dec. hic l. pe. ff. de mili. test.

14 Ex secunda †habes, quod est speciale in fisco actore, Sed de hoc dicas prout in l. 1. & 2. sup. eo. & in l. fi. inf. eo. in quibus locis conclusimus, quod si fiscus agit pro negotiis descendentibus ex contractu uel quasi, uel ex dominio uel alia simili regulari causa, nullum est speciale in fisco, sed utitur iure communi. l. non est nouũ & l. iustum. inf. eo. si uero agit ex delatione facta, uel actor nomine fisci in casibus notatis in l. 1. per textum. & glo. ff. de iure fis. & tunc si agit ad priuationem bonorum, uel ad imponendam pœnam pecuniariam, est speciale in fisco quod reus ei agenti edere teneatur. l. nec quisquam. ff. eo. & l. 2. §. Diuus. ff. de iur. fis. Si uero agitur ad imponendam pœnam corporalem, & tunt idem est in fisco quod in priuato, ut reus non teneatur edere d. l. 2. §. Diui fratres. & sic dictum glo, non uerificatur nisi in causa delationis pecuniaria, ut latius dixi in dictis locis, & iste textus loquitur in accusante ad sui iniuriam persequendam, non ad utilitatem fisci in causa delationis.

Et ultimo colligitur, quod regula procedit in instrumentis priuatis & ex uoluntate confectis, secus in instrumen-

strumentis confectis a notario uel alio deputato ex necessitate officii, uel conficiente mandato alterius. di. l. siquis. §. pertinere. & l. quædam. §. nummularios. & le. argentarius. ff. eo. & idem hodie procedit in campsore, uel in mercatore iurante conficere rationes ex forma statuti, & in aliis casibus no. in l. 1. & 2. sup. eo. & l. fi. infra eodem.

Glo. in uerbo actore. primo ampliat dictum. Secundo limitat. & communiter tenetur.
25 † Sed iuxta istam glo. quærit Bar. an iudex possit inducere testes in causa criminali deficiente accusatore. & Cyn. in l. 2. inf. de aboli. dicebat quod sic. per illum textum in uerbo finautem. sed contrarium tenet Bartolus hic per textum nostrum. in uerbo debet. quod importat necessitatem. le. sæpe. ff. de off. præsi. ergo iudex non debet supplere. Secundo facit. l. 1. §. si publico. ff. de adult. & l. iubemus. infra de appel. arguendo a speciali. Tertio allegat, quia in falsario hæc regula adducitur. l. ubi. & ibi glo. in uerbo interlocutoria. inf. de fals. & ad contraria responde ut hic per eum. Et hanc partem ego tenui in l. 2. sup. eo. & comprobaui, quia alias turpillianum nunquam haberet locum. Fallit tamen nisi accusator esset absens, quia inf. terminum probationis iudex poterit inducere, ut ibi latius dixi.

Glo. in uerbo probante. ampliat tex. ut procedat qñ semiplene fuit probatum, quod intellige nisi deferatur iuramentum in defectum probationis, quo casu dicitur plena probatio. d. l. in bonæfidei. inf. de iureiurā. & sup. dixi. Et ex hoc tex. colligunt docto. quod appellatione probationis etiam sub conditione prolatæ uenit impropria probatio, nam hic sub conditione profertur. l. a testatore. ff. de conditio. & demonstrationi.
26 Ex quo inferebant Socci. & Areti. hic contra Bal. in le. bonæfidei. inf. de iureiur. uolentem quod ubicunq; sub conditione profertur probatio quod non potest deferri iuramentum in litem in defectum semiplenæ probationis. per l. Lucius. ff. de condi. & demonstr. nam uidetur confundi per hunc textum. coniuncta glo. in d. l. in bonæfidei. Docto. uario modo soluunt. Prima est solutio, quod dictum Bal. intelligitur quando ab homine ꝑfertur probatio, non autem quando a lege profertur, ꝑ textum nostrum. Secundo soluit Cur. quod dictum Bal. procedit quando probatio profertur affirmatiue, non autem negatiue, inter quæ est magna differentia, ut per Bar. in d. l. si is qui ducenta. ff. de reb. dub. & est notabilis ista limitatio ad illud dictum communiter approbatum. Tertio soluit Dec. quod probatio sumitur secundum subiectam materiam, ut per Baldum in l. peremptorias. inf. sent. rescin. non poss. colum. fi. & per Bar. in l. si constante. ff. sol. matr. in 1. q. & in auth. ad reprim. in uerbo summarie. & omnes istæ solutiones possunt esse ueræ. Et ex eis habes tres notabiles limitationes ad illud dictum Bal. communiter approbatum. cogita tamen. Laus Deo.

Ioan. Bolog. Iurisc. Bononiens.

Summaria super Authentica si quis in aliquo.

1 *AEC materia uidetur difficilis, quia doctores confundunt eam cum legibus non pertinentibus ad eam.*
2 *Hæc auth. duobus modis adaptatur ad. l. Codicis.*
3 *Instrumenta aut narrant negotium aut tenorem alterius scripturæ, si narrant negotium sunt originalia, si narrant tenorem sunt exempla.*
4 *Documentum se referrens ad aliud documentum appellatur memoria, quæ concipi potest tribus modis.*
5 *Exemplum potest confici multis modis.*
6 *Casus figuratio duplex.*
7 *Hæc auth. habet locum inter easdem & diuersas personas per quæcunque uerba fiat relatio.*
8 *Exactio an fiat ex scriptura referente uel relata.*
9 *Scriptura relata producta post terminum an probet.*
10 *Notarius asserens instrumentum relatum esse uisum & lectum per eum an faciat fidem de relato.*
11 *Exactio an ex Instrumento fieri dicatur si sententia est lata ad eius executionem.*
12 *Exemplum datum alteri an probet contra dantem, late discutitur.*
13 *Intellectus. l. in fraudem. §. neque. ff. de iure fisci.*
14 *Exemplum factum ab eo qui fecit originale quando probet.*
15 *Voluntas notarij requiritur ut sua scriptura efficiatur authē.*
16 *Instrumentum an probet si interuenit sola scriptura notarii.*
17 *Statutum loquens de scribente quando uerificatur in subscribente.*
18 *Contractus in scriptis plene probatur per exemplum authenticum etiam quando non reperitur originale.*
19 *Exemplum sumptum authoritate iudicis quando probet.*
20 *Quæ requirantur ut exemplum sumptum authoritate iudici probet.*
21 *Citatio partis quando requiritur ad exemplandum instrumentum authoritate iudicis.*
22 *Citatio partis an requiratur quando periculum est in mora.*
23 *Exemplum non potest sumi authoritate iudicis si statutum requirit scripturam manu notarii rogati.*
24 *Exemplum an faciat fidem si est sumptum de consensu partium.*
25 *Exemplum qualem præsumptionem faciat.*
26 *In materia testamentaria non præstatur iuramentum in supplementum probationis.*
27 *Exemplum excusat a dolo.*
28 *Exemplum inuentum in archiuo publico probat*
29 *Exemplum probat factum antiquum.*
30 *Exemplum in actis registratum plene probat*
31 *Exemplum scriptum a surrogato loco notarij mortui plene probat si interueniant quinque hic enumerata.*
32 *Exemplum productum in actis quando probet contra non opponentem.*
33 *Iudex an possit ex officio suo repellere exemplum parte non opponente, & tenor instrumenti deperditi quomodo possit probari per testes.*
34 *Quæ requirantur ad hoc ut testes possint probare tenorem instrumenti.*
35 *Instrumentum depreditum esse quomodo probatur remissiue.*
36 *Exemplum exemplatum a tribus notariis an probet.*
37 *Notarius non potest scribere per uerba præsentis temporis nisi ea quæ fiunt coram eo.*
38 *Notarius non potest rogari de morte uel natiuitate alterius etiā de consensu partium.*
39 *Notarius non potest rogari nisi de iis que fiunt per conuentionem partium, uel actum negotiatiuum, uel confessionē partis de aliquo actu.*
40 *Exemplum sumptum ab exemplo an faciat fidem.*
41 *Scriptura faciens mentionem de alia scriptura an probet sine relato.*
42 *Intellectus clarus & generalis ponitur ad istam authent.*
43 *Intellectus ad. l. optimam, de contraben. & commit. stipul.*
44 *Instrumentum referens qualitatem simpliciter quando faciat fidem inter easdem personas.*
45 *In. l. optimam. in principio non admittitur probatio incontrarium. contra omnes.*
46 *Dispositio legis optimam, procedit siue sint uerba enuntiatiua, siue dispositiua.*
47 *Dispositio legis optimam, non habet locum quando in alio casu extra instrumentum uerteretur quæstio.*
48 *Dispositio legis optimā, habet locum etiam in qualitatibus quæ tempore contractus non possunt interuenire.*
49 *Dispositio legis optimam. habet locum etiam inter diuersas personas in earum fauorem.*
50 *Dispositio legis optimam. differt in multis a l. 1. C. de fid. instr. & iur. hast. fis. lib. 10.*

51 In

51 *In materia. l. 1. C. de fid. instr. procedit distinctio, an qualitas tẽpore instrumenti potuerit interuenire, uel non.*
52 *Dispositio. l. 7. C. de fid. instr. in quibus casibus habeat locum, & eius materia breuiter narratur.*
53 *Solemnitas quæ potest interuenire in actu non præsumitur quando partes non possunt renuntiare.*
54 *Materia auth. si quis in aliquo. est tertia materia separata a materia. l. optimam. & a materia. l. 1. de fid. instr. & ampliatur multis modis.*
55 *Instrumentum relatum per notarium per ista uerba, per me uiso & lecto, an faciat fidem, late discutitur, & saluatur dictum Speculatoris.*
56 *Legislatori referenti aliam legem creditur plene etiam quod nõ appareat relatum.*
57 *Priuilegium se referens ad illud quod antecessores habuerunt, an ualeat si non producatur relatum.*
58 *Scriptura antiqua faciens mentionem de alia an faciat fidem si non producatur relatum.*
59 *Scriptura referens aliam scripturam facit fidem etiam quod nõ producatur relatum, quando relatio fit ab eo qui habet potestatem faciendi.*
60 *Sententia faciens mentionem de actis an faciat fidem si non producatur relatum, quando relatio fit ab eo qui habet potestatẽ faciendi.*
61 *Sententia faciens mentionem de actis an faciat fidem si non producantur scripturæ actorum.*
62 *Iudici referenti acta interuenisse in sententia non creditur nisi producatur relatum.*
63 *Parti referenti acta interuenisse in sententia non creditur nisi producatur relatum quando per confessionem non potest sibi præiudicare, alias probantur per suam confessionem.*
64 *Notario referenti in sententia acta fuisse facta non creditur regulariter.*
65 *Epilogatio breuis totius materiæ, & eorum quæ nouiter dicuntur contra doctores.*

Repetitio authenticæ si quis in aliquo. C. De Edendo.

1
N Hac auth. † tractatur de instrumẽtis in genere subalterno, dum compræhendũt omnes scripturas narratiuas alicuius negotii, tã publicas quam priuatas. l. in exercendis. & in rub. & nigro. C. de fide instrume. & quomodo unum instrumentũ referẽs se ad aliud instrumentum in totum uel pro parte faciat fidem cum relato uel sine. Et est materia quotidiana & satis difficilis, & augumentata difficultate propter confusionem doctorum quam fecerunt commiscendo hanc materiã cum materia. l. optimam. infra de contrahe. & committenda stipula. & l. 1. infra de fide instrum. & iure hastæ fiscalis. libro decimo.

Et antequam ad eam deueniam prius uidendum est quomodo adaptatur ad legem procurator. supra eodẽ. sub qua posita est, & duo traduntur modi adaptandi.
2 Primo † quod uenit declaratiue ad leg. C. in qua dicitur quod fiscus tenetur edere instrumenta communia cum priuato ipsi, ut ille habeat copiam describendi, & postea dicit quod iterum iubebit exhibitionem fieri quãdo lis erit apud alium iudicem, quę ultima uerba intelligi possunt de iisdem exemplis, & etiam de ipsis originalibus, & si intelligãtur de iisdem exemplis, probatur quod exempla faciunt fidem, & si intelligatur de originalibus, probatur quod exempla non faciunt fidem. Ad tollendam igitur istam dubitationem & uarietatẽ intellectuum in d. l. procurator. posita fuit hæc authe. quæ dicit quod exemplo non creditur, & per consequens in l. C. tenendus est ille intellectus, quod originalia sunt edenda a fisco priuato ut ea exhibere possit coram alio iudice si cum extraneo priuatus litem habebit, nam coram procuratore fisci sufficerent exempla tradita si lis esset cum fisco. Sed contra istam adaptationem facit, quia hæc auth. nihil de nouo addit, ut patet in fi. uerb. ergo non potest tollere dubitationem aliquam quæ iam non fuisset sublata per alias leges antiquas. Præterea in l. si quæ. & l. pomponius. ff. fam. hær. erat dispositum quod originalia essent edenda quando esset fienda plena fides, etiam cum fisco. per legem. 3. ff. de fide instrum. Sed saluando hanc adaptationem potest dici quod erat dubium an iura antiqua essent correcta per dictam legem procurator. sicut etiam fuit dubitatum de aliis legibus præcedentibus in l. fi. infr. eo. ideo ad tollendam hanc dubitationem posita fuit hæc auth. ut sentit glo. in l. procurator. sup. eo. & glo. eorũ. & hoc satis probabile est, saltem respectu Irnerii qui eam hic collocauit.

Secundo adaptatur ad legem. C. ut ueniat addendo, nam in l. procurator. erat dictum, quod exemplum referens in totum originale, non facit fidem, hic uero subiungitur, addendo ut hoc procedat etiam quando unũ documentum faciat mentionem de alio in parte, & ita uidetur tenere hic Bar. Sed contra hanc continuationem, facit, quia hoc quod dicitur erat etiam de iure antiquo decisum, ut patet in litera. Item hoc secundum erat minus dubitabile, cum minus dubium sit quod una scriptura non faciat fidem quando refert aliã pro parte tantum quam quando refert eam in totum, & ideo uidebatur quod iste casus contentus in hac auth. esset compræhensus in d. l. procurator. & non esset necessarium quod de nouo fieret ab imperatore in auth. in corpore unde sumitur, cum iure antiquo hæc quæstio esset determinata, & sic uidetur quod adhuc non fuerit bene adaptata per modum additionis, & ita opponebat hic Cur. Sed saluando postea dicebat, quod non debet per hoc censeri superflua, cum simpliciter dictum magis explicite declaret, & magis specifice hic dicitur quod documentum referens non facit fidem nisi producatur relatum. allegat glo. in l. admonendi. ff. de iureiur. Quæ saluatio non bene eneruat totam difficultatem, unde melius potest dici, quod cum per legem optimam. inf. de contrah. & commit. stipulatio. esset dispositum quod si partes confitebantur unum in instrumento, quod staretur eorum confessioni, idem etiam uidebatur dicendum si facerent mentionem de uno instrumento, quod crederetur absque relato inter easdẽ personas ex causa communis utilitatis, sic & poterat esse dubitatio an generaliter præsumptio illius legis deberet uerificari in omnibus instrumentis inter easdem personas, & determinatum fuit per istam auth. quod nõ credatur referenti nisi producatur relatum etiã inter easdem personas, secundum uerum intellectum quem infra ponam. & d. l. optimam. intelligi in casu suo, quãdo non fuit facta relatio ad aliam scripturam, quamuis aliter intelligant eam doct. & iura antiqua remanent correcta. Et hoc modo nouiter intelligendo tollit hanc dubitationem, & sine causa fuit nouiter facta per imperatorem in d. §. primo. in auth. ut spons. largi. & uenit addendo ad legem codi. ut dicamus quod sicut instru. referens in totum non facit fidem, ita nec referens in parte, siue fiat ista relatio in scriptura publica, siue in scriptura priuata, siue essent æque principales, siue nõ & inducit tacitam declarationem ad. l. codic. & ad. di. l. optimam.

3 Ad euidentiam † totius materiæ præmittendum est quod instrumenta prout fiunt ad instruendum aliquos duobus modis faciunt narrationem, nam aliquando referunt ipsum negotium prout factum fuit, & hoc plerunque contingit ubicunque scribens fuit in præsentia quando negotium fiebat. Aliquãdo referunt tenorem alterius scripturæ, siue aliam scripturam, quod plerunque

quæ contingit quando scribens non fuit præsens negotio, quia cum non possit instrui nisi per scripturam, refert tenorem scripturæ, & non ipsum factum quod nõ uidit. Primo modo appellatur, originale, exemplar, & authenticum, ut dixit glo. in l. 2. ff. de fide instrum. secũdo modo distinguitur, nam si refert totam unam aliam scripturam, & similiter uariis modis nominatur, quia dicitur index, sumptum, exemplum, & copia, ut etiã de-
4 clarat glo. in d. l. 2. ff. de fide instrumentorum. † sed si referat aliam scripturam in parte, remanet sub generali nomine, & appellatur scriptura faciens mentionẽ, uel scriptura referens aliam, uel ex speciali nomine memoria, ut hic in tex. Et hæc scriptura quæ appellatur memoria potest concipi tribus modis: primo modo referendo qualitatem quandam simpliciter sine relatione ad aliquod instrumentum, & hic est casus in l. optimã. inf. de contrah. & commit. stipula. secundum uerum intellectum quem infra ponam in fi. Secundo modo faciendo mentionem de aliqua qualitate pertinente ad actum gestum uel solemnitatẽ actus non se referendo ad instrumentum aliquod, & hic est casus in l. 1. iuncta glo. inf. de fide instrum. & habetur in l. sciendum. ff. de uerborum obliga. Tertio modo potest concipi ista memoria, faciendo mentionem de aliqua qualitate, limitatiue referendo se ad aliquod aliud instrumentũ, & hæc proprie materia pertinet ad auth. nostram, & exemplificari potest, ut si quis dicat in instrumento, talis procurator Titii, ut constat ex publico instrumento aliquo uendidit talem domum &c. uel talis tutor uel curator illius pupilli ut apparet ex instrumento tutelæ uel curæ, uel si quis dicat. Sempronius sciens se teneri soluere centum uirtute legati ut apparet in tali testamento, uel sciens se teneri uirtute sententiæ, ut apparet in instrumento sententiæ, ut in simili dixit Bal. in l. 2. colum. 1. in fi. uers. Vlterius nota argum. infr. de erro. aduocato. cum aliis cumulatis per Dec. in l. edita. sup. eo. circa fi. numer. 85. de eo qui confitetur uel testificatur ut in alio instrumento. Et differunt ista exempla ab exemplis l. optimam, quia ibi non se refert scriptura ad aliã scripturam, sed simpliciter dicit, talis procurator Titii uel seruus uel filius promisit & cætera, & in ea tractatur de qualitatibus habilitantibus personas ad contrahendũ. Item differunt ab exemplis positis in l. 1. inf. de fid. instrum. & iure hast. fis. lib. 10. quia ibi non se refert ad aliud instrumentum, sed simpliciter nominat qualitatẽ pertinentem ad solemnitatem actus, & in hac triplici differentia consistit magna pars intelligentiæ materiæ nostræ, ut inf. dicam.

5 Scriptura † uero referens totam aliam scripturã, quæ appellatur, ut dixi, exemplum, uel sumptum, uel copia induci potest principaliter duobus modis. Primo quãdo fiat ab eo qui fecit originale, & fuit præsens negotio. & tunc, si adhibet solemnitates requisitas ad publicationem, & narrat totum negotium, dicitur esse authẽtica, quia uirtualiter est originale, & dicitur scriptura referens negotium, & facit plenam fidem, & contingit in notariis qui penes se debent retinere originalia, ut per Alex. in l. 2. sup. eo. & ibi dixi in primo notabili. & Barto. infra in 2. oppositio. per legem unum. ff. de test. & in l. 1. §. si quis duobus. ff. de secund. tab. Si uero est alius qui non fuit præsens negotio, & tunc si est priuatus, & sine dubio facit exemplum cui non præstatur fides, ut in l. præcedenti. Si uero est notarius qui rogatur a partibus ut registret aliquod documẽtum de uerbo ad uerbum, & testificatur quod continet totum, & de hoc testetur coram testibus rogatis, & tunc similiter est exemplum, ut infra dicit Bar. in prima quæstio. quia notarius non potest facere auth. scripturam nisi de negotio confecto coram ipso, & de quo rogatus fuit a partibus conficientibus. Et ideo solum sua scriptura faciet fidem quod alia scriptura ita continet, sed non erit authentica scriptura. §. nos uero. in auth. de testib. & infr. dicemus cum Bar. Si uero notarius registrauit aliquam scripturam interueniente iudicis authoritate, & partibus præsentibus uel citatis, & tunc fit exemplum, sed tamen propter iudicis authoritatem probat plene, siue registretur in actis insinuando ut in auth. ut fra. fil. §. 1. siue in inuentario. l. Chirographis. ff. de administr. tuto. siue publicetur citatis citandis. l. publicati. inf. de testa. siue iubeatur per iudicem cum causæ cognitione quod exemplum summatur. c. fi. extra de fide instrum. Et de omnibus prædictis scripturis referẽtibus tractatur hic secundum doctor. maxime coniungendo. l. codi. cũ ista auth. ut ipsi uidentur facere, quamuis secundum uerba ipsius tractetur tantum de scriptura referente aliam in parte quæ appellatur memoria, sed tenendo communem intellectum quia utilior est.

6 Casus † hic debet figurari duobus modis propter diuersa cõtraria. Et primo, Quidam habens instrumentũ feudi uolens prouidere sibi ne passim producendo in processibus priuaretur suo authentico, rogauit unum notarium ut illud scriberet de uerbo ad uerbum, & conficeret publicum instrumentum, ac fidem faceret quod nihil plus uel minus reperitur in originali, & quod ipse auscultauit in præsentia testium, & ita notarius scripsit redigendo in publicam formam, quod instrumentum feudatarius produxit contra suos uasallos, uel in curia regis, petens remissionem uasalli sui, opponitur quod illud est exemplum, & quod ei non debet præstari fides, nec eius uigore fieri possit exactio. Fuit quæsitum quid iuris, & uidebatur quod faceret plenam fidem, cũ scriptum fuit a notario cum solemnitatibus requisitis ad auth. formam & publicam fidem, & sicut omnes notarii retinent penes se originalia, & præstant exemplũ partibus, cui creditur. l. ũquis. §. prohibet. ff. eo. & habetur in c. 1. de fide instrum. Secundo facit. l. publicati. infra de testam. & l. chirographis. ff. de administr. tuto. & §. primus. in authe. ut fratr. filii. ubi exemplis prẽstatur plena fides. Tertio facit l. in fraudem. §. neque. ff. de iure fisci. Quarto adducitur tex. in l. præce. & in l. si quæ. & l. Pomponius. ff. fam. hærcisc. Sed iis non obstantib. contrarium determinatur hic, quod immo non sit prẽstãda fides, & nulla ex hac scriptura possit fieri exactio nisi appareat relatum, & ratio decidendi est, quia ipse notarius non potest facere scripturam publicam de eo de quo a partibus non fuit rogatus & in præsentia sua actum non fuit. §. nos uero. in auth. de testibus. cum sua glo. & ponit Bar. in prima quæstio. Nec obstant contraria, & primo de d. §. prohibet. ff. eo. quia illud procedit quando illemet qui conficit originale dat exemplum, nam tunc dicitur facere authenticum, quia ipse in illis narrat factum, & possunt plures authenticæ scripturæ fieri de eodem negocio ab uno authore. l. unum. ff. de testam. sed hic notarius non fuerat rogatus de illo negotio, nec ei fuerat pręsens, merito non facit fidem sua scriptura. Nec obst. aliæ tres leges, quia loquuntur quãdo ultra scripturam notarii interuenit aliquod extrinsecum, ut authoritas iudicis, & præsentia partium, uel citatio, quæ tollit omnes suspitiones. c. fi. ext. de fide instrum. Non obst. l. in fraudem. §. neque. de iur. fis. quia ibi facit fidem contra eum qui dedit exemplum, qui non potest dicere quod non continetur totum, uel quod non narrat uerum, ex quo ipse dedit, ut per Bar. in prima opposi. & hoc etiam modo intelligitur tex. in l. pe. §. fi. ff. ad l. falci. Non obst. l. præcedens. & l. si quæ. quia illæ leges loquuntur quantum ad instructionem & deliberationem, non quantum ad probationem, ut sentiunt illa iura, quia uolunt quod quando tractatur de probatione fienda, fiat noua productio originalis, ut supra dixi, & patet in eis.

Et sic remanet quod exemplum nunquam facit fidẽ nisi quando interuenit authoritas iudicis uel contra dãtem exemplum uel quando factum fuit ab eo qui fecit originale. Sed iterum instatur, quid si unus dixit in instrumento

ſtrumento quod erat debitor alterius in centum prout apparet in tali ſententia uel inſtrumento, uel teſtamento,& in illis ſcripturis forſan nihil ſit ſcriptum, uel minima pars,ſed creditor conuenit eum ex iſto inſtrumẽto ſecundo,in quo confitebatur ſe debitorem, & reus opponit quod illud inſtrumentum non facit fidem, & petit produci originale,quæſitum fuit an ei credatur, & an faciat fidem,& uidebatur dicendum quod faceret fidem inter eaſdem perſonas.per textum in l.optimã. infra de contrah.& commit. ſtipulat.ubi expreſſe dicitur,quod ſi fiat mentio in inſtrumento quod talis ſit,p curator uel ſeruus alterius,quod credatur ita eſſe inter eaſdem perſonas,taliter quod non poteſt probari contrarium ſecundum uerum intellectum,ergo eodem modo ſiquis diceret ſe debitorem in centum, debet credi ita eſſe prout confeſſus eſt in illo inſtrumento. Secundo facit tex. in l.1.inf.de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſ. lib.10.ubi ſecundum unum intellectum gloſæ ſi in inſtrumento referatur certa qualitas ſolemnitatis,præſumitur interueniſſe donec probetur contrarium. Tertio facit,quia ex tali aſſertione partes confitentur obligationem præcedentem, ergo præſumitur propter confeſſionem, ſicut quando confitetur ſe accepiſſe pecuniam ex præcedenti contractu.leg.generaliter & lege in contractibus.§. primo. infra de non numerata pecunia.

Sed iis non obſtantibus contrarium determinatur, quod immo unum documentum referens ſcripturam aliam non faciat fidem donec appareat relata,& nulla ex hac memoria fiat exactio.Et ratio decidendi eſt, qa illa aſſertio partis fuit limitata ad qualitates & reſtrictiones poſitas in ſcriptura relata, & quaſi ſub conditione dictum,ſi ita apparebit in illa ſcriptura relata, ut no.per Bar.& docto.in l.edita.in colum.pe.Bar.ſupra eo.& inciuile eſt niſi tota lege perſpecta.l.inciuile. ff. de legib.facit l.de iis.ff.de tranſact.Et poſſet eſſe quod illud relatum in eo non contineretur in totum, uel eſſent cancellationes,conditiones,& exceptiones impedientes debitum, quæ non cognoſcuntur per illã ſcripturam referentem.Nec obſt.contraria.& primo text. in l.optimam. quia ille tex.loquitur in diuerſis terminis quando qualitas relata fuit ſimpliciter, & non ſe remittendo ad aliquod aliud inſtrumentum,quo caſu dicitur eſſe confeſſio ſimplex,hic uero qualitas nominata erat limitata per relationem ad aliud. Item. dic.lex optimam.procedit in caſu ſuo in qualitatibus reſpiciẽtibus habilitatem perſonarum ad contrahendum, in quibus ratione publicæ utilitatis fuit inductum ut credatur ſcripturæ inter eaſdem partes, hic uero de aliis qualitatibus.Non obſt.ſecundum de l.1.de fide inſtru. quia ille text. ſimiliter loquitur quando inſtrumentum narrat qualitatem ſimpliciter non ſe referendo ad aliud documentum, hic uero ſe referebat ad aliud documentum, quo caſu diſpoſitio eſt limitata & qualificata per relatum,ut per Bartolum in l.edita.colum. pe.ſup. eo.& Dec.ibi numer.85.& 86. Non obſtat quod uideatur inducta confeſſio per legem in contractibus. quia ille tex.ſimiliter procedit quando ſine relatione facta fuit mentio de qualitate, hic uero facta fuit mentio de qualitate relatiue,limitando diſpoſitionem, per notata in d.l.edita.

Quare remanet,quod inſtrumentum referens nõ facit fidem niſi producatur relatum,nec ex eo poteſt fieri exactio.per iſtum textum. & in §. & hoc inſuper. in auth.ut fratrum filii.& in cap. primo. extra de fide inſtrum.tam inter eaſdem perſonas quam inter diuerſas, ſiue per uerba enuntiatiua, ſiue diſpoſitiua, ſecundum uerum intellectum iſtius tex.qui generaliter loquitur, quamuis aliter uideantur dicere docto.& male,ut infra dicam,quia.l.optimam.& l.1.de fid.inſtr. ut dixi non poſſunt allegari ad materiam noſtram, cum loquantur de ſcriptura ſimplici, non de ſcriptura referente ſe. ad aliam ſcripturam.

7 Notandæ † ſunt primo ex iſto tex.duæ regulæ, una negatiua, quod ex ſcriptura referente nulla debet fieri exactio ſi non producatur originale, quæ regla procedit tam inter eaſdem perſonas quam inter diuerſas, & tam per uerba enuntiatiua quam per uerba diſpoſitiua,quia generaliter loquitur, & ſemper ratio militat, quod ſcriptura eſt imperfecta,& eſt reſtricta & limitata per ſcripturam relatam,& inciuile eſt & cætera.l.in ciuile.ff.de legib.& probatur ex notatis per Decium in d.l.edita.num.85.& 86.ubi per multas authoritates,pbat quod confeſſio diſpoſitiua uel teſtificatio teſtis diſpoſitiua & principaliter emanata dicitur eſſe impfecta quando ſe refert ad aliud documentum, & ſi non appareat illud documentum dicitur eſſe nulla, & ibi dixi late,& etiam eſt de mente Dec.inf.ſuper 1.oppoſi. Bart. in ſecunda parte.

8 Secunda eſt† regula affirmatiua in ſenſu contrario, quod ſi producatur primo ſcriptura referens,& poſtea originale relatum,quod tunc ex illa ſcriptura referente quæ appellatur memoria debet fieri exactio tanquã impleta per productionem originalis, non autem ex originali,quod non producitur ad effectum probandi, ſed ad effectum complendi ſiue confirmandi ſcripturã productam,quia exactio fit non ex relato, ſed ex referente,quia dictio,ex,ſignificat cauſam immediatam.l. eo tempore in fi.ff.de pecul.& l.non dubium.ſupra de legib.Et hoc etiam confirmatur, quia exceptio debet fieri in caſu quo regula poteſt habere locum, cum exceptio ſit de regula.l.prima. ff.de regulis iuris. & ibi per Bartol.& Deci. ergo producto originali exactio fit ex exemplo.

Ex quo infertur ad notabile dictum Bal.in capi. primo.de fide inſtrum.quod ſi producatur copia infra terminum probandi, quamuis elapſo tempore producatur originale,probatio erit facta in tempore.allegat l.ſi donatæ.ff.de dona.inter uirum & uxorem,ſed melius probat tex.noſter ſecundum Decium hic Sed ego puto neque notabile uerum eſſe,neque dictum Bal. nã eſt nimis inconueniens quod ſcriptura non ualida, & priuata tranſeat in publicam fidem,& efficiatur efficax propter productionem originalis, quia quod nullũ eſt non poteſt ex ſubſequenti habilitate confirmari.§. primo.inſti.de exhæ.libe.& §.item furioſus.inſtit quibus mod.infir.teſtam.uel ex adhærenti ex interuallo.argumen.l.iuriſgentium.§.quinimmo. ff. de pactis.ita hęc ſcriptura ſui natura non productiua probationis non poterit confirmari ex ſubſequenti probatione,& ex ſubſequenti ſcriptura ex interuallo. Suadetur etiam,quia quando ſunt duæ ſcripturę de ſe ualidæ,ſiue duo actus & unus confirmat alium,agitur ex confirmante, nõ ex confirmato,ut dicit glo. de ſententia appellationis cõfirmante primam,quia agitur ex ſecunda confirmante. §.poſteriore.in uerbo priore.& ibi docto.inſti. quibus mo.infirm.teſta.& per Alex.in l.ſiquis priore.ff.ad trebellia.poſt gloſ. teneri.ergo tanto magis quando prima ſcriptura confirmata eſt nulla , agi debet ex ſubſequenti confirmante,non ex confirmata. Facit illud qd habetur in §.iuſiurandum.in auth.de defenſo.ciuit. in glo.remouendi.Non ob.tex.noſter.quia ex ſubſequentibus uerbis ſe declarat,dum dicit,& ſecundum ll.quãtitatis debitæ fiat probatio,quod quantitas debetur,ergo ex actu ſubſequenti probatur debitum.Et ideo illa illa uerba,ex hac memoria fiat exactio,exponuntur,id eſt propter hanc memoriam,ut per Barto. in l.1. §. ex incendio.ff.de incendi.rui.& naufrag. Et hæc expoſitio eſt neceſſaria propter uerbum exactio,quæ non fit ex inſtrumentis,ſed ex ſententia, ut infra dicam in tertio no.Secundo reſpondetur quod iſte tex loquitur de documento publico & authentico quod facit mentionem alterius ſcripturæ documenti, & cum ſui natura poſſit facere probationem etiam per productionem ſecundam

cundam impleri potest.

9 Et propter ista†similiter ego puto dictum Bal. esse dubitabile. Item si uerum esset, maximum induceretur incommodum parti aduersariæ, quæ facta oppositione, scriptura non esset authética, & propter hoc sciens nō facere fidem non fecit suas oppositiones uel defensiones, sequens consilium.l.& si quidem.infr.de exceptio. quas fecisset si fuisset producta scriptura authética.iux. d.l.siquidem. Et ideo ego puto dictum Bal. falsum esse uel si admittitur quod etiam admittatur aduersarius ad faciendum suas oppositiones & defensiones etiam ultra tempus datum ad probandum.arg.l.pe.inf.de in integr. restit. Nec ob.l.si donatæ, quia ibi non tractatur de præiudicio partis, uel ibi non est confirmatio uera, sed surrogatio in qua non militat ratio prohibitiua illius tituli, & maritus tenebatur de euictione.

Sed tamen quia in practica dictum Bal. est multū notabile, & Alc. hic illud tenet in uerbo ex memoria. in fi.& communiter sequuntur doct. in uariis locis. saluādo eo modo quo potest saluari, ego puto distinguendum, Aut producitur instrumētum authenticum faciēs mentionem de alio instrumento, & tunc producto relato exactio & productio fit ex primo, quia ipsum instrumentum habet in se uirtutem probatiuam ex quo erat publicum, & habebat etiam confessionem partiū, iux. no.in d.l.optimam.inf.de contrah.& commit.stipu.& impletur postea per productionem relati, & hoc modo procedit ponderatio istius tex. qui loquitur de tali referente. Si uero productum fuerit exemplum quod sui natura non facit fidem, & est negatum a parte, & est inhabile ad probationem, & tunc puto opinionem cōtra Bal. ueriorem esse, quia prima probatio nihil ualet & non potest confirmari nisi in tempore habili, per nota.in l.bonorum.ff.rem ratam hab. cum tota uis probatiua summatur ex instrumento postea producto. Item sequeretur quod testis uel aliæ probationes quæ fiunt ad confirmationem alterius scripturæ productæ in iudicio possent fieri etiam post terminum, quia complét scripturam productam, quod est falsum, ut no.in c.cum dilectus.de fid.instr.

10 Secundo†nota, quod instrumento facienti mentionē de alio non creditur nisi producatur relatum. concordat glo.in c.1.de fid.instr. Et ista conclusio ampliatur ut procedat etiam quod notarius sit ille qui testatur illud instrumentum extare, & dicat quod uisum & lectū fuit per ipsum. Item secundo ampliatur si fuit illemet notarius qui fuit rogatus de utroq; instrumento, ut dicebat Ang.in l.si donationes.la.1.inf.de dona.repræhēdendo Cyn.ibi tenentem contrarium, & probatur prima ampliatio, quia ex hoc quod dicat notarius per se lectum fuisse instrumentum, non augetur authoritas scripturæ, quia non potest facere authenticam scripturam de eo quod non fuit authéticatum. & hoc decisum fuit in contingentia facti in consil. Neapolitano, ut refert Mathæus de Affl.deci.273.in 2.col.ubi unum plus dicit, quod etiā si totus tenor procurationis inseratur quod per hoc non probatur procuratio, ex quo est merum exemplum, & assertio partium præsentium nō debet præiudicare domino qui non fuit præsens in dicto negotio. Quod tamen debet intelligi uerum quantū ad præiudicium domini uel aliorum absentium, sed quantum ad præiudicium præsentium, si emptor uellet dicere quod ille nō fuit procurator, est dubium an faciat fidem, doct.hic dicunt quod sic, sed ego teneo quod nō per generalitatem istius tex, ut dicam inf.dum declarabo materiam.l.optimam.de contr.& com.stipul. Sed si simplex fuisset assertio absq; eo quod se referet ad aliquod instrumentum, & tunc sibi præiudicarent partes, in tantum quod non posset probari contrarium, secundum intellectum quem infra ponam ad dictam l.optimam.quæ loquitur in iis terminis. Nec ob.d.Specul.in ti.de instr.editione.§.restat.uers.fi. quia loquitur in aliis terminis, & intelligitur ut inf.dicam. Secundo ampliatur etiam procedere quando notarius ipse esset rogatus de instru.illo procurationis, quia etiam quod se referat ad instru.suum, tamen relatio non facit fidē publicam, ex quo de hoc tunc non rogatur a partibus, & de actu pręterito non facit instru.solemne, prout requiritur. Nec ob.l.desiderium.inf.depositi.quam alleg.hic Cur.quia ille tex.nihil facit, cum ibi non dubitabatur de deposito an esset uerum uel non, cum partes ibi illud fatebantur factum, sed ille depositarius dicebat se alii dedisse, & uolebat liberari cedendo actiones, quod negatur per illum tex.quia ipse eam contrectauerat dādo mutuo, ut arguit ibi tex. ex instr.

Pręedicta tamen conclusio de notario se referente ad suum instru.debet intelligi quando non scripsit totum instru.sed si notarius inseruisset tenorem totius instrumenti procurationis, tunc plene probaret, quia esset authenticum scriptum ab eo qui fuisset rogatus, & essent in effectu duo instrumenta in eadem carta scripta & procurationis, & negotii pręsentis, & ideo faceret fidem inter omnes. Sed si hoc etiam casu partes non se retulissent ad instr. Sed simplicitet asseruissent eum esse procuratorem, staretur earum assertioni inter ipsas partes, per tex.in d.l.optimam.inf.de contrah. stipulatio.secundum uerum intellectum, quamuis hic Dec.aliter sentiat.

11 Tertio†nota, quod exactio fit ex instrumento, & sic immediate uirtus exactionis nascitur ex instrumento, cum dictio, ex, denotet causam immediatam, ut sup.dictum fuit. Et hoc dicit Dec. non habere dubitationem quando instrum. habet executionem paratam, iux.no. per glos.in l.si debitori.ff.de iudic. sed tamen dicit ipse idem esse quando requiritur sententia diffinitiua, quia instrumentum uidetur esse causa principalis propter quam fit exactio, & illa principaliter consideratur. Et per hanc ponderationem dicit comprobari dictum Angeli in l.si possessor la.1.§. redactæ.uersi.& est utile. ff. de petitione hære.ut hic per eum. Sed ego puto nullū ex istis dictis uerum esse, nam quando instru.est guarētigiatum, executio non fit ex instrumento proprie, sed fit ex sententia lata contenta in instrumento propter probationem factam ab eo per confessionem partis, uel propter præceptum de soluendo contentum in instrumento, ut patet in forma guarentigiæ, & ideo dicendum est de eo ut in alio casu sequenti.

Similiter quando sententia fertur super instrumento, non potest dici quod exactio fiat ex instrumento uere uel interpretatiue, quia instrumentum nihil aliud facit nisi quod probat obligationem & negotiū, & ęquiparatur testibus.l.testium.inf.de testibus.& l. in exercendis.inf.de fide instrum. Vnde si uolumus dicere quod ex instrumento fit exactio habito respectu ad primam causam, oportet sequi absurdum, quod ex probationibus factis in iudicio per testes uel alio modo fiat exactio, & quod ex probationibus nascetur actio iudicati, cum ille sint principalis causa quod feratur sententia condemnatoria, quæ postea mittitur executioni, & si consideraremus principalem causam siue primordialé, idest causam causantem, quod possit ferri sententia, oporteret recurrere ad contractum, & ad causam in libello narratam ex qua conuenitur, & tunc hæc uirtus exigēdi potius deberet tribui actioni quam ipsi instrumento uel scripturis quæ narrant negotium l.cum res. inf.de prob.& actio est instrumentum quo fit exactio, & obligatio est ius propter quod, ut no.in rub.infr.qui admit.in illo articulo an bonorū possessio sit ius quo uel propter quod. Et si hæc consideratio Decii de causa immediata redditur uana, cum ab ipso contractu ad executionem sint intermedia, obligatio actio, scriptura processus, probationes, & sententia, & actio iudicati, ut uere instrumentum dicatur esse causa remotissima, & hæc dictio, ex hac memoria, debet exponi, idest propter

pter hanc memoriam. Vnde concludendum est, quod exactio neque uere neque interpretatiue potest fieri ex instrumento, quod nihil aliud facit nisi quod narrat negotium.

Nam secundum ueritatem exactio solum fit ex sententia lata super instrumento & actione ab ea nata, cum actio ex instrumento nata extinguatur per sententiam iure nouationis, & nascatur noua actio quæ appellatur actio iudicati uel officium iudicis nobile. l. 4. in princ. & §. condemnatum. ff. de re iud. & per Bar. in l. actor. & l. intra dies. ff. de re iudic. & no. per doctores in lege 1. ff. de iurisdic. omnium iud. in materia officii iudicis nobilis uel mercenarii, per tex. in l. minor uigintiquinq; annis. ff. de minor. facit tex. in l. hæreditas. prima. ff. ad trebel. & quod uoluit Dec. consi. 300. Nec interpretatiue dicitur fieri ex instrumento, quia instrumentum non est prima causa, sed est ipse contractus uel obligatio quæ probatur per scripturam contractus, & hęc uirtus exactionis interpretatiua potius debet attribui obligationi, ut patet ex diffinitione posita insti. de oblig. in princ. ibi, quo necessitate astringimur. Quamuis magis placet quod causa non possit considerari principaliter neque in obligatione neque in actione, cum per sententiam extinguatur actio & obligatio iure nouationis ut dixi, & per hoc etiam sequitur quod Dec. male loquutus fuit in consi. suo 69. quem hic etiam repræhendit Alcia. in uerbo memoria. Nec obstat dictum Angel. in d. l. si possessor. quia ibi Ang. non loquitur de instrumento, sed de sententia cum loquatur de condemnatione ex qua immediate potest fieri exactio, sed si ibi ille potestas reduxisset in simplicem obligationem aliquam pœnam, tunc non procederet dictum Angeli qd daretur hæc pœna primo potestati, quia deberet præstari potestati sequenti qui tulisset sententiam & acquisiuisset ius fisco, sicut non debet considerari quo tempore factum sit delictum propter quod uenit imponenda pœna, & fuit factus processus, cum sententia sit illa quę propterea tribuit ius fisco. Et sic Dec. æquocauit de sententia ad contractum uel obligationem inter quæ est magna differentia, ut probatur in dic. l. minor uiginti quinque annis qui fideicommissum. ff. de mino. & hoc uerius est, quidquid dicat Alc. qui seq. Dec.

Glo. prima diuiditur in tres partes, In prima declarat tex. & eum limitat. In secunda limitationem reprobat. In tertia iterum limitat. Secunda ibi, sed Ioannes. Tertia ibi, nisi. Bar. uero pro declaratione diuidit totã materiam in duas partes, Et primo examinat, an exemplum sine exemplato probet. Secundo an unum documentum referens aliud documentum probet. Circa primum Bar. facit regulam, quod exemplum non probat, quam postea per multas declarationes limitat & declarat. Et regula probatur per concordantias allegatas in glo. & per tex. in c. petenti. §. sancimus. 25. q. 2. & l. 3. supra de diuersis rescrip. cum aliis cumul. per Dec. Qui infert ex hoc, quod qui uidit copiam dictorum testiũ non dicitur didicisse testificata, ut no. Bal. in l. fi. ff. quemad. test. aperi. cum similib. adduct. per eum hic, pro quo facit quod uoluit Bar. in l. quod te. in repetitione. in 4. colu. ff. si cer. pe. dum uoluit quod hæres non possit interpellari nisi ostendatur instrumentum authenticum dimissa copia, & per solam copiam non constitueretur in mora, ut ibi no. Et ista regula confirmatur in ca. 1. & 2. de fide instr. ubi Papa non potest facere quod credatur exemplo. & in l. 1. §. sed si quis. ff. de bono. post secund. tabu. & arguit Bar. per eam in cons. 5. uisa. in fi. & Alex. cons. 156. uisis. col. 2. uol. 5.

12 Sed contra † eam Bar. opponit de l. in fraudem. §. sed neq;. ff. de iur. fis. ubi exemplum datum a fisco probat contra fiscum. Cum ibi teneatur cauere de non utendo contra fiscum, quod non potest fieri si non probaret, Sed soluit Bar. quod ille tex. non dicit simpliciter exẽplum facere fidem, sed solum uult probare contra fiscum, & est ratio, quia fiscus ipse dedit, ideo non potest postea dicere quod discordat ab originali, cum ipse dederit & allegaret suam turpitudinem. Et sic per illum textum inducitur limitatio ad istam regulam, ut non procedat contra dantem exemplum, quia omne exemplum probat contra dantem, non uirtute sui, sed quia dans non potest opponere quod exemplum non concordat cum originali. argum. notatorum in l. uendicantem. ff. de euictio. & hoc sequitur Deci. etiam hic & cõmuniter docto. quia uidetur fateri uerum esse exemplũ argum. no. in c. cum uenerabilis. de exce. Et etiam ego puto uerum intelligendo tamen ut statim dicam. Sed tamen tex, quem allegat Bar. non probat, quia intellectus suus ad legem in fraudem. §. sed. neq;. nõ potest stare, quia si illud exemplum non probaret contra alios uana esset illa editio, cum contra fiscum non posset uti propter promissionem quam fecit de non utendo, & contra alios non posset quia non probaret, ideo necesse est dicere quod ibi illud exemplum probat contra alios, & perpendit hic Cur. iunior & Deci. & sic adhuc ille tex. urget contra regulam supra positam. Vnde Deci. soluit quod ille tex. intelligitur de originalibus quæ tradit fiscus parti transcribenda, quæ originalia ꝑmittit non uti contra fiscum licet possit uti contra alios, & hoc probai, quia exemplum quod debet sumere priuatus debet sumi ab originali, & ei sunt data transcribẽda, & dum tex. dicit de exemplis, debet exponi idest originalibus. l. unum. ff. de testam. Sed nec iste intellectus placet, quia ille tex. non dicit quod tradat originalia transcribenda, sed dicit quod edit. Edere autem nõ est dare in posse alterius, sed est in publicum adducere ut habeat facultatem describendi, retenta tamen custodia ab ipso domino, & ita uidetur intelligi. l. procurator. in f. eo. & l. si quæ. ff. famil. hæreiscun. ubi fit secunda editio de originalibus tradendo ea, ergo differt a prima in qua fit copia describendi, & non est credendũ quod ibi originalia tradantur tertio, & fiscus eis priuetur, sed præsupponitur quod apud fiscum originalia remaneant, dum dicit, copiam describendi faciat, alias non requireretur illa copia si traderetur originale, & sic necessario præsupponit exemplum sumi ab originali quod productum contra fiscum probat & etiam contra alios.

13 Vnde ego † puto quod exemplum capiatur pro scriptura authentica quæ traditur a notario retento originali, quæ scriptura probat ut dicam in sequenti limitatione. Et hæc uidentur suaderi ex uersi. quotiens, ibi, manu commentar. adnotanda, idest quoties ibi manu commentariensis adnotanda est idest exemplificanda, licet glo. ibi aliter dicat, & hoc uidetur tutius. Nec potest dici quod ibi lis esset cum fisco, quia illa editio frustratorie peteretur, cum non poterat se adiuuare contra eam in illo uel alio iudicio, & ibi acta essent communia, & non dicerentur acta sua, & oportet dicere q̃ petebat ad instructionem suam contra alios non existente lite, Sed in §. quotiens. lis erat inter alios, & petebat editionẽ actorum, & tex. determinat quod in utroque casu danda sint manu commentariensis, & ideo nõ est mirum si probant contra omnes, quia facta sunt ab eo qui fecit originale, quo casu probant, ut dicemus in sequenti limitatione, & hic intellectus uidetur de mente glosæ ibi, dum allegat. § illud. in authent. ut fratrum filii, & uidetur etiam sentire hic Cur. licet loquatur in tradente.

Quantũ uero ad ueritatẽ limitationis Bar. quem seq. doct. aduertendũ est, quia non oẽ exẽplum sumptum de uoluntate partis probat contra eam, quia plerumque pars non tradit copiam, sed est ipsa pars quam sibi assumit, uel petit ab alio, & sufficit quod dominus instrumẽti consentiat quod capiatur, Nã edere non est tradere exemplum sed est dare facultatem describendi. le. 1. §. edere. ff. eo. & supra dixi in præmissis rub. Vnde est in

conueniens quod si pars edat ut ille possit describere ꝙ astringatur ad credendum illi exemplo cui ipse non interuenit. Quare solum limitatio Bar. potest procedere quando aliquis manu sua uel alius de domo sua tradit & tenetur tradere uerum exemplum, ut est argẽtarius, notarius, uel pars, si ex forma statuti tenetur tradere copiam scripturæ suæ productæ in iudicio, uel in casu legis si quæ. ff. fam. hærcis. quia cum ipse teneatur dare exemplum conueniens originali & concordans cũ eo, non potest opponere quod copia non dicat ueritatem. Sed si aliquis ederet solum ut pars haberet facultatẽ de scribendi, & ipse sua uoluntate exemplasset, tunc non probaret contra dantem, ut dixi, quia nec ipse scripsisset, nec interfuisset exemplationi, & licite potest negare scripturam non continere ueritatem. Putarem tamẽ hoc casu si opponeretur quod copia non facit fidem, ille exemplans posset replicare quod edatur originale, & auscultet eam, & comprobationem faciat, & si ille non faciet, in eius præiudicium credetur, quia præsumitur calumniose opponere. argum. l. 2. ff. eo. & uoluit Bal. in l. publicati. inf. de test. & Dec. inf. in §. limita. nu. 22. Nec ob. ratio Dec. quod uideatur fateri scripturam esse ueram per c. cum uenerabilis. de exce. quia non ꝓcedit ille tex. in terminis nostris, cum hic non cadat aliqua productio nec confessio per opponentem, & dict. Dec. procederet in eo qui produceret illud exemplũ, qui per d. c. uenerabilis non posset dicere quod nõ probet, quæ nota.

Secundo oppo. Bar. de l. si quis ex argentariis. §. prohibet. ff. eo. & soluit dando secũdam limitationẽ, quod ibi exemplum datur ab eo qui conficit originalia quo casu probat. Et hæc limitatio sine dubio procedit si notarius in hoc exemplo adhibuit solemnitates requisitas

14 ad faciendam publicam scripturam† quia tunc non appellatur exemplum sed authenticum. l. unum. ff. de testam. immo hoc necesse habet facere, quia semper originale debet remanere penes ipsum. ca. quoniam contra. de proba. Sed si intelligeretur quod exemplatio esset facta a notario sine authenticatura, tunc conclusio Bar. esset falsa, quia illa copia non probat, cum careat solemnitatibus secundum eundem Bar. in le. 1. §. si quis duobus. ff. de secundum tabu. etiam quod notarius uoluisset facere authenticum. Puto tamen quod Bar. uoluit intelligere de scriptura authentica quam ipse uoluit remouere a dicto. l. nostrę. quia licet assumat aliud nomen quod appellatur authenticum, & non uideatur conueniens limitatio, tamen comparando ad notariũ qui non fuit rogatus, est limitatio, cum alius notarius non possit facere scripturam probatiuam, licet adhibeat omnes solemnitates requisitas ad authenticum, ꝙ non est in notario rogato quando adhibet omnes solẽnitates, nam tunc scriptura plene probat.

15 Aduertas†tamen, quod ad faciendam scripturam authenticam nõ sufficit adhibere solemnitates requisitas sed requiritur etiam animus notarii uolentis facere authenticum. Et ideo si dixit, hoc est exemplum, etiam qđ sint requisita, non erit authenticum, quia notarius potest facere scripturam priuatam quando uult; si tamen constat de eius uoluntate expressa quod uolebat facere exemplum. dicta l. prima. §. si duobus. ff. de contra. tab. & l. scripturas. inf. q potio. in pign. habea. facit. l. an inutilis ff. de acceptilatio. quam allegat hic Alciat. In dubio tamen si adhiberet solemnitates omnes præsumeretur uelle facere authenticum. arg. l. 1. ff. de iur. codicillo. & §. pauonum. insti. de rerum diuisio. & potior est coniectura quæ sumitur ex natura rei quam ex nomine. l. insulam. ff. de præscri. uerbis. & hic per Alciat. sed quando non adhibet solemnitates, siue uelit, siue nõ facere exemplum, semper erit exemplum, & non authẽticum, & hoc casu non est differentia an sit notarius ipse rogatus uel alius, & prædicta limitatio optime probatur per dictam legem unum. ff. de testamẽ. ubi quis potest facere plura originalia de uno actu. & §. unum. insti. de testam. ordi. & per dictum. §. prohibet. & licet Antonius de Alex. dicat illum textum non probare, tamen Cur. antiquus hic defendit nume. 11. colum. 6. ac etiam licet Paulus de castro hic dicat quod potest euitari, quia non sequitur, ille priuatus edit argentario, ergo facit fidem plenam, sed edit ut possit instrui ad effectum ut faceret sibi unum originale. Quę ponderatio satis posset procedere si totum codicem rationum edidisset, sed si aliquas partitas edidisset, prout est magis credendum, tunc non posset uerificari ratio sua, ut per illas partitas posset instrui de toto codice rationum, & ideo uidetur concludenter probare opinionem cõmunem. Et idem probat tex. in l. qui tabulas. §. inde, ff. de fur. & l. Sempronius. ff. de leg. 2. & ibi Bar. & c. dolũ. ext. de conuersio. coniugat.

16 Subdebat†postea hic Dec. quod in casu quo notarius rogatus facit exemplum authenticum, non erit necessarium quod ipse scribat totum, sed sufficit quod se subscribat, quia subscriptio idem operatur quod scriptura, ut no. Bar. in lege emptor. §. Lutius. ff. de pactis. in secundo notabili. & est tex. in lege si quis. §. cogetur. ff. eodem. & §. primo. insti. de emptione & uendi. & le. si ego. §. dotis causa. ff. de iure dotium. & per Angelum & Alexan. in lege si quis ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de uerborum obligat. & l. Diuus. §. idem senatus. & ibi Barto. ff. de falsis, cum præcedenti. & Alci. sequitur limitando non procedere in chirographo per d. l. si ego. §. dotis. Sed eius ratio non ualet, quia in subscriptione est promissio sicut in scriptura, per dicta iura, & ideo docto. prædicti inferunt, quod statutum loquens de scribente uerificaretur in subscribente, ut hic per Decium. Sed ego puto in notario eius dictum non esse uerum, quia notarius tenetur totum scribere manu sua de iure communi. §. nos uero. in authenti. de tabellio. & ibi glo. magistralis. Nec obstat. l. si quis. §. 1. ff. eo. quia ille tex. loquitur de iure antiquo correcto per dictũ. §. nos uero. uel loquitur de pluribus principalibus quorum unusquisque potest facere authenticum, & ideo si plures notarii fuissent rogati de contractu, & unus scriberet, sufficeret subscriptio alterius, per. d. §. cogentur. faciunt no. in c. cum P. tabellio. de fid. instr. & per Bar & alios in d. §. nos uero. de consuetudine tamen uidi seruari Bononiæ quod notarii se subscribunt, dicentes ꝙ propter alias occupationes non potuerunt manu propria scribere, & de hac consuetudine cum tali attestatione testatur hic Cur. antiqu.

17 Quantum†uero ad principale dictum, an statutum loquens de scribente uerificetur in subscribente, placet opinio Dec. aut statutum considerat actum corporalẽ scribendi, & tunc non compræhenditur subscribens, ut si forsan imponeretur pęna scribenti instrumentum in ecclesia, certe non uerificaretur in subscribente, qa nõ uidetur tantus contemptus religionis in subscribente quantus est in scribente totum, Sed si statutum diceret quod scribens non possit uenire contra suam scripturam, & tunc compręhenderetur subscribens, ex eo quia consensus æqualiter colligitur per subscribentem sicut per scripturam totam. l. cum antiquitas. §. fi. inf. de test. & idem si statutum diceret quod scriptura manu debitoris facta mittatur executioni, ut per doct. in d. §. Grisogonus. & Alc. in l. præced.

18 Et prædictã†conclusionẽ, ꝙ ille qui facit originale possit etiã facere exemplum authenticum, tenent Alexã. & Dec. hic & communiter doct. siue contractus sit in scriptis, siue sine scriptis, nam in hoc non debet constitui differentia, cum si in cõntractu requirẽre scripturam pro forma, ut in contractu feudi uel emphiteosis, iux. no. in l. 1. inf. de iur. emph. uel sententia non posset fieri, sequeretur ꝙ nunquã pars possei habere instr. auth. ut hic ponderat Dec. & bene, & sequitur Alcia. in l. præceden. in uerbo præbendam. & ultra ipsum probat in d. l.

in d.l.unum.ff.de test.& l.1.§.siquis duobus.ff. de secu. tabul. ubi testamentum in scriptis requirit pro forma scripturam,& tamen possunt fieri plura originalia, ergo eodem modo & notarius. Nec obstat dictum Bal.in rubr.de fide instrum.colum.3.uers.secundo quæro. qđ hic adducit Dec.in contrarium,quia Bal.ibi hoc non dixit,nec negauit,sed solum dixit quod deperdito originali instrumenti in scriptis,quod authenticum non facit fidem, quia tota substantia dependet ab illa prima scriptura, Quod dictum satis posset procedere quando non appareret deperditum esse originale ut ibi per eũ, Sed tamen quia contradicit generalitas tex.in d.l.1.§. siquis duob.uidetur tutior opinio quod nulla sit differẽtia etiam in hoc inter contractum requirentem scripturam pro forma & contractum sine scriptis, & est communis.

19 Tertio†opponit Bar.de l.chirographis.ff.de admin. tuto.& §.illud. in auth. ut fratr.filii.& soluit ponendo limitationem,quod exemplum ibi erat assumptum cũ authoritate iudicis,quo casu probat propter interuentum iudicis qui est publica persona,ut patet in d.l. publicati.inf.de test.& in d.l.chirographis.ff.de adminis. tuto.& §.illud.in auth.ut fratrum filii. cum quo transeunt omnes. Ista tamen iura possunt euitari,quia loquuntur in casu quo deperditum est originale,quo casu facilius admittitur probatio per exemplum,ut per glo. in l.2.ff.de fid.instr.& per Bar.in l.admonendi.colu.7.ff. de iuriur.uersi.quæro quid de exemplo. Item in l. publicati.concurrit citatio testium ut recognoscant sigilla & scripturam suam,& in di.§. illud.requiritur quod insinuetur in actis publicis,& in dicta l. chirographis. interuenit alius actus solemnis inuentarii, ita quod illa iura concludenter non uidentur probare quod exẽplum factum simpliciter cum authoritate iudicis faciat fidem, unde ista communis conclusio magis probatur per ca.fi.extra de fide instr. quod interminis loquitur. & in d.l.chirographis. ultra ammissionem, ideo exactio fieri potest,quod poterat cogere partem ut faceret nouum originale, & exactio fit ibi,quia pars non opponit,secus si non posset cogi facere aliud originale,& differentiam inter publicationem exemplationem & insinuationem posuit Abb.in d.c.fi.in 2. no.

20 Tamen†quia illa iura non negant quin idem esset etiam si non ammitteretur originale, ideo etiam generaliter possunt intelligi,nec præsupponunt de necessitate quod requiratur ammissio originalis,sed solum dicunt quod eis ammissis probarent. Item illa iura non uidentur requirere quod illud exemplum redigatur in actis ad finem ut non possit probare sine eis,sed ad aliũ effectum,scilicet ad tollendam suspitionem uiolentiæ, ut no.in l.data.& l.donatione.inf.de donatio. Pro resolutione tamen ita oportet dicere, quod aut tractatur de publicanda scriptura priuata, ut est testamentum in scriptis,& tunc requiritur citatio partis, & etiam citatio testium ut recognoscant sigilla sua, & alia posita ꝑ docto.in d.l.publicati. Aut uero tractatur de fienda insinuatione,& tunc requiritur quod ponatur in actis, & seruetur solemnitas posita in d.l.data.& l. in donatione.de donatio.ad effectum ut donatio ultra quingẽtos solidos ualidetur, & tollatur suspitio uiolentiæ inter coniunctos. Aut uero tractatur de simplici fide ut faciat probationem, & tunc non est necessarium quod citentur ipsi testes ut recognoscant, ex quo originale habet suam authoritatem & fidem perpetuam,sed solum debet citari pars quæ prætendit interesse. Nec etiam est necessarium quod ponatur in actis per d.ca.fi.extra de fide instru.& ratio est apparens, quia solum iudex adhibetur ad tollendam suspitionem falsitatis, & ut recognoscatur an originale habeat aliqua uitia diminuentia probationem,unde sufficit sola authoritas sua, & ci-

21 tatio partis quæ prætendit interesse. † Quæ citatio debet fieri particulariter si apparet particularis persona quæ prætendit interesse,alias autem sufficit citatio generalis per edictum,ut hic per Ange.& Dec. nume.10. & facit quod uoluit Abbas ib ca.secundo.de feriis& di la.ubi ponit regulam generalem, quod quando nõ potest cognosci particularis aduersarius,sufficit citatio ꝑ edictum,& citatio ad domum, sequitur Angel.in dic.§. insuper.in auth.ut sponsalitia largitas.& Bal.in l.cõsulta diualia.inf.de test,cum aliis cumulatis per Felyn. in d.c.fina. de fide instrum. Et ultra illud requisitum de citatione,requiritur etiam quod interueniat aliqua iusta causa hoc faciendi,non enim permittitur arbitrio iudicis uel partis hæc exemplatio,sed requiritur qđ sit aliquod periculum ammissionis,ut dicit tex.in d.ca.fi. quem allegat Alex.in consi.141.uolum.4.& ibi no. Abbas in 2.nota.enumerans aliquas causas per quas ueri similiter possit quis dubitare ne pereat, ita quod solũ periculum ne pereat hanc facultatem inducit,& potest addi alia causa in baronibus qui litigant in curia Regis,& habent semper multas lites in quibus oportet ꝑducere sua priuilegia originalia, quo casu eundo per tot manus est periculum ne pereant uel subtrahantur, Vnde iusta erit causa si ipsi petant quod exemplentur authoritate iudicis ad effectum ut in suis scriniis possint custoditum retinere originale, & hæc causa æquiparatur illi quam ponit Abbas de eo qui uult ire peregrinatum & transire per mare.

22 Subdebat†tamen Dec.hic ex mente Innoc.in d.c.fi. quod hæc citatio non erit necessaria quando periculum est in mora.arg.no.in l.de pupillo.§. siquis riuos. de noui oper.nunt.& quod uoluit Innocent. in ca. per uenerabilem.de electio.de eo qui uenit contra iuramẽtum sine absolutione petita,& uoluit etiam Bar.in l.siquis.inf.de naufrag.lib.11. sicut propter periculum in multis casibus possunt examinari testes non citata parte qui ponuntur in ca.in nomine domini.extra de test. quia examinatio testium & exemplatio scripturæ pari passu ambulaut,cum tractetur in utroque casu de probatione & præiudicio sumpto ex probationibus, ut ꝑ dominos de rota in decisione nouis. in titu. de fide instrum.& Abba.in c.Albericus de testi.& in c.Abbate. de uerbo.signifi. Sed hęc æquiparatio non uidetur posse conuenire,quia,ut statim dixi,ad istam exemplationem requiritur aliquod periculum uerisimile de amissione instrumentorum.d.c.fi, unde semper uidetur qđ non possit fieri sine citatione. Præterea in testibus est necessitas propter periculum mortis,& infirmitatis ꝗ potest accidere de hora ad horam,quæ necessitas non potest conuenire instrumento secundum communem cursum naturæ. Et quasi omnes casus ꝗ ponuntur in testibus, quod non debet fieri citatio, respiciunt hoc qđ possent perire, uel cum difficultate possent reperiri uel haberi attento quod non habent propter causam aliorum priuari commoditate negotiandi & nauigandi uel eundi ad loca sibi utilia,iuxta nota. in lege si quando. infra de testibus. Item casus enumerati per Romanum in dicto suo singulari. 361. alias 364. incip. fuit unus ex uobis. procedunt in testibus qui plene nõ præiudicant,prout faceret hæc exemplatio, quæ præiudicat in totum,& quæ inducit plenam probationẽ. Vnde ego puto quod pauci casus possint conuenire,& hæc declaratio Innocentii raro possit habere locum etiam in casu illo quando est imminentissimum periculum perditionis, & illi quorum interest sunt ualde absentes,qui casus,quod sit tam instãs periculum, rarissime etiam posset accidere. Si tamen eueniret,oportet quod iudex esset bene informatus de hoc, & fuisset in processu probatum de casu,Et non deberet citari pars, cum modificatione quam ponit Abbas in dicto capitulo finali.numero quarro.uersi.nota ibi,uidelicet quod adueniente postea parte & remoto periculo fiat intimatio,ut producatur originale, ut possint uidere uitia uisibilia & intrinseca si qua sunt in eo. Quæ declaratio

reducit quasi ad nihilum.d. doctrinam Innoc.

Et ideo ego puto tutius esse quod absentibus partibus fiat citatio per edictum secundum formam positã per Abba.post alios in c.2.de dilatio. & sic semper interueniat aliqua citatio generalis uel specialis. Fallit tamen quando consuetudo esset in contrarium, ut dicit Anto.de Alex.seruari in Regno Neapolitano.& sequitur Curtius antiquus.Sed ego hanc consuetudinem nũquam uidi.Secundo fallit nisi esset multum antiquum, quia præsumeretur citationem interuenisse. arg.no. in l.sciendum.ff.de uerbo.oblig. Tertio fallit secundum Alci.in l.præcedenti, in iis quæ sunt uoluntariæ iurisdictionis, ut si comes Pallatinus faceret exemplari suũ priuilegium, allegat glo.& doct. in c. cum olim. de re iud.Sed contrarium tenuit Ang.hic & Dec.nu.8. uolentes quod requiratur proclama generale, & hoc mihi placet, quia potest interuenire præiudicium tertii facta legitimatione, uel etiam si uellet uti aliquibus prærogatiuis, Alia de hac citatione dic ut hic per Rimin.& Fely.in d.ca.fi.ponentẽ sex fallentias,& Alc.in d.l.præcedenti.in uerbo præbendam.col.3.

23 Prædictam tamen conclusionem, quod exemplum authoritate iudicis factum probet, plene limitabat Bar. in d.l.probatorias.inf.de diuers.off.lib.12. non procedere quando statutum requirit quod ad fidem instrumenti interueniat scriptura manu notarii rogati de cõtractu,& sequitur Alex.& Ias.Sed Deci. repræhendit, quia exemplum authoritate iudicis factum habet eandem fidem quam habet authenticum, & licet ipse non alleget, tamen hoc dicit Abb.in d.c.fi.nu.5.uersi.nota. ultimo.ergo dispositio loquens de auth.trahitur etiam ad tale exemplum.argum.l.1.§.l.falci.ff.ad l.falci. & l. in tantum.§.& consequens.ff.de ser.corru.& in l.siquis persuaserit.inf.de fur.Sed mihi placet opinio Bartoli, quia licet illa duo sint æquiparata, tamen æquiparatio procedit quando lex ulterius non procedit distinguendo, ut facit in d.statuto, dicendo quod debet esse scriptum manu notarii rogati.l.3.supra de diuers. rescri.cõiunctis no.per Cyn.ibi,& sequitur Dec.ibi in quæstio. de exemplo exempli, dum repræhendit Barto.not.per Cyn.ibi num.30.& sequitur Alc.in l.præcedenti.in uerbo præbendam.colum.3.& Curti. antiquus colum.penul.num.14.

Et ultra eos in simili probatur per no.per doctor.in c.in præsentia.de probationibus. uidelicet quod licet monasteriũ æquiparetur filio naturali & excludat substitutum, tamen si testator dixit in conditione de filiis ueris natis ex corpore suo, tũc excluditur monasteriũ, quia uerba conditionis non conuenirent, & licet multi teneant contrarium, ut referunt ibi Abbas & Dec.tamen non contradicunt in hoc, Sed uolunt quod in uerbis non includatur monasterium,& se fundant, quia illa conditio habetur pro non adiecta,& sic concludunt quod propter uim uerborum æquiparatio monasterii ad filios tollitur, licet conditio remittatur, & idem dicunt docto.de filio legitimato, ut non æquiparetur uero legitimo si testator dixerit si decesserit sine filiis natis ex uero & legitimo matrimonio, quia licet generaliter æquiparentur legitimati filiis legitimis, tamen ꝓpter illa uerba excludantur. Facit regula generalis, qđ statutum non compræhendit casus fictos.l.3.§.hæc uerba.ff.de nego.gest.& per Barto.in l. omnes populi. in quinta quæstione sextæ quæstionis principalis. ff. de iusti.& iure.Item mens statuti fuit exempla ualida excludere quæ propter causam specialem faciebant fidẽ, non autem considerauit excludere exempla generaliter inualida, quia fuisset elusorium, cum exempla inualida sint exclusa iure communi, & sic limitatio Bartol. est uerissima.Solum enim dictum Decii potest procedere quando non esset positum in statuto illud uerbũ, manu notarii rogati, quod etiam fatetur ibi Bar. dicẽs hoc casu non excludi exemplum iudicis authoritate factum.Si tamen contineret quod notarius esset mortuus, uel longo impedimento impeditus,& cum authoritate iudicis fuisset alius surrogatus iux.no. in ca. cum P.tabellio.de fide instru.& in l.1.ff.de off.consu. cum multis cumulatis per Deci.hic,& dixi in l.2.sup. eo. in præmissis, tunc puto quod ualeret exemplum manu alterius scriptum, quia propter subrogationem uidetur esse idem notarius.argum.in auth.de iureiur.a moriente præstito.§.1.& notato in §.fuerat.insti.de actio.& l. si eum.§.qui iniuriarum.ff.siquis cautionibus.cum similibus.Et satis uidetur esse de mente statuentium, cum necessitates similes accidant hominibus naturaliter, & ne auferatur facultas probandi, contra.l.3.inf. de hær.

24 Quærit hic Bar.iuxta istam limitationem, an exemplum possit fieri auth. de consensu partium sine iudice & determinat contra Inno.quod sic.per.l.optimam.infra de contr.& commit.stipula.ubi per consensum partium potest fieri quod scriptura probet aliquem esse ꝓcuratorem uel seruum alterius, quod tamẽ ipse restringit ad præiudicium ipsarum partium, non autem ad alias personas, Sed dictum Innoc.magis placet, quia exẽplum non probat factum contentum in illo authentico unde sumitur, quia de eo non potest rogari notarius a partibus, ut inf.dicit Barto.& uirtus probatiua instrumenti non dependet a consensu partium sed a dispositione iuris, ut probatur in dict.l.optimam.arguendo a speciali.& tenet ipse Dec.post Socci.inf.in 2.limitatione num.27.in fi. & ibi dicam. Nec ualet consideratio Bart. quod partes confitentur illud instrumentum esse uerum, quia ista approbatio non auget uirtutem exempli probatiuã quæ ab alio dependet, siue approbent originale tantum, siue etiam utrumque, ut probatur in l.1.§.siquis duobus.ff.de secun.tab.uer.sed & si, ubi testator facit unum codicem ut esset exemplum, & aliũ ut esset authenticum, ex illo exemplo non potest peti bonorum possessio licet milies appareat de ueritate exempli & approbatione testatoris, quia repugnat natura exempli.Nec obstat d.§.prohibet, quia exemplũ ibi facit fidem quia factum est ab eo qui fecit originale, ut dictum fuit in 3.limita.Non ob.l.procurator. supra eo.ubi inter easdem personas probat, & solum editur originale quando litigatur coram alio iudice, quia ibi illud est quia tenetur dare exemplum,& non potest opponere quod non bene dederit, ut dixi in secunda limitatione.

Vnde dicendum est, quod apparente approbatione facta per partes de illo instrumento & exemplo, stabitur illi exemplo, nõ quia de se probet aliquid, sed quia partes confitentur uerum esse quod in illo exẽplo continetur, quæ confessio eis præiudicat etiam in iis quæ non sunt uera l.proinde.ff.ad legem aquiliam.& l.2.& l.de etate.§.1.ff.de interrog.actio,& l. is qui se obtulit. ff.de rei uendi.& hoc modo intelligitur quod dicitur in dicta l.optimam.quia ibi partes sibi præiudicãt uirtute confessionis quæ probatur ex instrumento notarii, non quia illa scriptura ex se probet, ut etiam respõ. Dec.inf.in 10.limitatione.& ita debet intelligi quod dixit Dec.in c.2.col.3.de fide.instr.nu.10.uer.notandũ. dum dicit quod ualet conuentio quod credatur scripturæ priuatæ,& sic generaliter dicendum est, quod consensus partium non inducit quod exemplum probet ex eo quia habeat authoritatem, sed solum quia ita uidentur partes confiteri, sicut dicunt docto.in ca. cum uenerabilis.de excep.& sic ex tacita confessione, non ex exemplatione præstatur fides, Non ob.l.optimam. quia, ut dixi, ibi est confessio partis & authoritas notarii cõficientis illam tacitam confessionem partis, & iste consensus debet esse expressus ut hic dicit Deci. quia cum inducatur confessio tam præiudicialis, & possit fieri exemplatio ad uarios effectus, non apparet quod uoluerint partes exemplũ probare nisi expresse dicant.argu.l.non hoc.inf.unde legi.facit.lex 3. §. falsus.ff.rem

ratam

ratam haberi.& l.Pomponius.ff.de nego.gest. & quod uoluit Bar.in l.si conuenerit.ff.de re iudic.& Alc.in l. præcedenti.& Cur.& actus in dubio interpretatur secundum terminos legis.argum.no.in l.2.C.de noxali. nisi subiecta materia hoc suaderet, ut si partes facerent exemplum producendum ad probationem, nam tacite uiderentur agere,ut faceret fidem.argum. l. ad rem mobilem.ff.de procur.&.l.2.ff.de iuris.omni.iudi. Et iste expressus consensus declarabit in quo præiudicet eorum confessio.Nam si interuenit consensus ut credatur illi scripturæ prout authenticæ,partes uidentur fateri illam scripturam continere totum quod in authentico reperitur, non tamen quod confiteantur uera esse contenta in ea,sicut nec confitentur originale dicere uerum.Sed si postea illam scripturam producerent in iudicio, confiterentur uera esse omnia in ea contenta,ut in d.c.cum uenerabilis.de exce.ita quod amplius eam impugnare non possent ut ibi habetur,&in d.l.optimam. est expressus consensus,quidquid dicat hicCur.quia ibi partes contraxerant cum eo tanquam procuratore uel filio, & expresse dixerunt eum esse procuratorem, & ita habes.4.limita.traditas per Bar.

25 Quinto†ultra Bar.per doct. limitatur non procedere quantum ad præsumptionem,nam exemplum saltē facit præsumptionem secundum gl.in l.2. ff.de fide instr.in uer.item præsumptione.Sed illam glo. reprehendunt communiter doct.&dicunt quod facit solum qualem qualem præsumptionē,iux.no.in l. in bonæfidei. inf. de iureiur. sicut nec etiam testimonium de auditu facit præsumptionem efficacem.Et sic patet recte considerando quod discordia doct. est, an faciat semiplenā probationem, nam omnes uidentur consentire quod faciat aliqualem presumptionem,& ita tenetAlex.hic, & Alc.in l.præcedenti.in fi.& procedit d.Dominici in cons.57.in causa Archidia.col.3.allegati hic per Deci. & cons.187.super isto dubio.col.2. Et similiter de ista aliquali probatione quæ fit a teste de auditu intelligitur d.Ro in l.si uero.§.de uiro.ff sol.mat. & Ale.in cō. 77.in cā accusationis.uol.1.& Pau.de cast.in cons.17.in causa quæ uertitur.col.10.& Bar.in d l. admonendi.ff. de iureiur.uer.sed quid de exemplo.in primo dicto.

Sed de præsumptione inducente semiplenam probationem,communiter doct.tenent contra gl. quam tament saluant in quattuor casibus.Primus casus est, quādo originale esset deperditum,ut uoluit Bar.in l.admonendi.uers.quid de exemplo.in secundo dicto. dicens quod faciat semiplenam probationem.per gl.in l.sicut iniquū.inf.de fide instr.Secundus casus est quādo pars producit exemplum contra eum qui habet originale, nam si ille non producit originale quando opponit cōtra exemplum,præsumitur cōtra ipsum,ut si legatarius producat exemplum contra hæredem.iux.l.2.ff.eo. in 8.q.inf.de test.& Dec.hic in fi.& Alc.in l. præcedenti. col.fi.qui addit quod iudex potest comminari quod si non producatur originale dabit fidem exemplo.arg.l. in uenditione.ff.de bon.auth.iud.poss.& l.fi.inf.de fide instr. Tertius casus est,quando est exemplum de facto antiquo,nam tunc facit plenam fidem, uel saltem semiplenam probationem, ut dicam ultra alios in septima limitatione.

Sed circa primum casum,incontrarium Dec.hic allegat tex.in l.1.§.siquis duobus.uersi.sed & si.ff.de se. tabu.soluunt docto.quod ille textus loquitur de plena ꝓbatione,Quod repræhendit Dec.quia saltem per iuramentum in defectum semiplenæ probationis posset hęres petere bonorum possess. Vnde ipse dicit quod ibi scriptura erat facta a testatore ut esset exemplum, & ideo non probat, Sed hæc solutio nihil ualet,quia nullum sit exemplum nomine exempli ut sit authenticum, maxime quando non sit a notario rogato, & semiplene nunquam probaret.Præterea ibi exemplum erat approbatum ab eo qui sciebat ueritatem dispositionis, & si cessabat suspitio falsitatis, merito uidebatur qđ magis deberet probare quam si fieret ab alio.

26 Tu autem melius†soluas, quod in materia testamentaria,semiplena probatio nihil ualet quantum ad petēdam directam successionem, nec etiam si sit maior semiplena,sed requiritur plena probatio ad consequendum relictum, in tantum quod si unus ex septem testibus sit pupillus uel seruus,licet milies constet de uolūtate testatoris,tamen non potest adiri hæreditas, nec testamentum ualet.§.sed cum aliquis.arguendo a speciali.inst.de testa.& l.si unus.inf.de testam.nota. in l. nemo potest.in princi.ff.de lega.1. Nec iuramentum defertur in testamentis in defectum semiplenæ probationis.licet constet de uoluntate testatoris,quia attenditur forma.d.l.si unus.de testam.&l.nemo potest.Barto.in l.admonendi.ff.de iureiur.colum.antepenulti.& Alcia.in l.præcedenti.colum.final. Extra uero testamentum facit semiplenam probationem si in sui forma scriptura sit perfecta, & appareat quod contineat totū negotium scriptum in originali, & sic conclusio est uera quod exemplum facit semiplenam probationem amisso originali.

27 Quartus†est casus in quo glo. saluari potest,ad effectum excusandi a dolo.arg.l.igitur.§.1.ff.de libe.cau. Sed Dec.repræhendit,quia etiam si nihil probaret excusaretur a dolo,sicut per consuetudinem quæ nihil ualet,ut per gl.in c.cum uenerabilis.ext.de consuet. Magis tamen placet saluatio doctor.quia licet consuetudo non ualeat, tamen nō potest negari quin faciat aliqualem præsumptionem quod in legibus illud disponatur uel permittatur illo casu,& potest poni exemplum qn̄ procuratori alicuius demonstraretur copia unius instrumenti continentis quod dominus esset debitor, & propterea solueret procurator debitum domini, nam non esset in dolo soluendo, quia illa scriptura faceret præsumptionem quod ita sit, non quod probaret illud factum contentum in exemplo,sed probat bonam fidem illius producentis exemplum, & etiam titulum putatiuum,& quod habebat iustam causam credendi. Et eodem modo puto quod excusaret a mala fide, & induceret bonam fidem, ut si alicui demonstraretur exemplum unius instrumenti in quo contineretur procuratorem suum emisse certum fundum uel equum,nā licet non probetur uere titulus,inducitur tamen quædam præsumptio quod ita sit.In tantum quod ille poterit usucapere ex titulo putatiuo. iuxta legem Celsus. ff.de usuca.quam docto.ibi exemplificant in titulo putatiuo quando quis credit procuratorem uel patrem emisse,&non emit,quod non potest procedere,nisi uel quia appareat scriptura non authentica,uel quod ita audiuit dici.Vnde uera uidetur limitatio glo. in d.l.2. de bona fide,quamuis eam ibi repræhendat Bal.Et sic habes limitationem,quod nō tantum excusat a dolo, sed etiam inducit bonam fidem,intelligendo tamen quod sit scriptura de facto alieno, nam si esset de facto proprio,nec etiam prodesset respectu doli, si non esset uerum quod in ea continereturs.Nisi esset factum intricatum uel antiquum quod licet ignorare,iux. nota.per Bar.in l.certum.§.1.ff.de conf.

28 Sexto limitatur†non procedere quando exemplū reperitur in archiuo publico,quia tunc propter authoritatem loci in quo non solent apponi nisi scripturæ approbatæ & authenticæ,probat,per auth.ad hæc.inf.de fide instrum.& c.ad audientiam.& Alex.& Dec.hic cū omnibus cumulatis per Felynum in c. ad audientiam. de præscri.colum.4.uersi.secunda conclusio. Qui intelligunt procedere in loco subdito principali illius archiuii,per doct.per ipsos allegatos.Quę restrictio uidetur esse dubia,qa licet authoritas seruetur in loco, tn̄ extenditur ēt extra locū,sicut scriptura publicata ꝑ iudicem unius loci probat in aliis locis.l.publicati.infra de testamen.§.illud.in authenti. ut fratr.fili.& similiter si no-

si notarius unius loci facit scripturam authenticam, illa facit fidem in aliis locis,& hic admittunt docto. Vnde eodem modo uidetur quod illud exemplum faciat fidem in omnibus locis,quia præsumitur authenticum ex loco quo reperitur.dict.authent.ad hæc.Sed ad ista omnia respondet Bal.in dicto ca.1. de fide instrumen. quem refert Fely.in d.c.ad audientiam.& ueritas depẽdet ab iis quæ notant docto.in l. cunctos populos. supra de summa trini.Et tutior est opinio, quod hæc authoritas loci quæ dependet a iurisdictione & uoluntate dominorum loci non extendatur extra territoriũ, & quod inter solos subditos faciat fidem,& expresse approbat hic Curtius antiquus colum.fi.& Alci.in l.præcedenti.colum.fi.& Allegat glo.in l.1.ff.de peti. hære. quod archiuum est locus priuatus inter non subditos. Nec obst.si contra limitationem dicatur quod authoritas loci sine citatione partis uel iudicis non potest facere exemplum probare ut sup. dictum fuit. Quia potest dici quod exempla ponantur in archiuo publico etiam citata parte ex forma statuti. Vel de consuetudine creditur eis, quia præsumitur quod ille deputatus ad illũ casum non posuisset nisi esset scriptura approbata& uera,quam forsan auscultauit cum originali, & propter officium ipsius deputati præsumitur quod fideliter exerceat officium,& sic faciet fidem. ca.ad audientiam. de præscriptio.Et consuetudo potest facere quod scriptura priuata probet sicut publica, ut notatur in capit. cum dilectus.§.1.extra de fide instrum.Et fortius probatur,quia etiam scriptura priuata reperta in archiuo publico facit fidem,ut per Fely.in d.c.ad audientiam. de præscript. quem sequitur & refert Aimo crauetta in suo tractatu de antiquitate temporis.in uersi. quarto limitatur.in materia archiui publici.fol. 51. & præsumitur posita per consensu partium,ut per eundem in dict. tractatu uersi.octaua.car.72.num.12.& 13.Et hæc limitatio uera est etiam quod appareat quod tanquam exemplum sit factum,quamuis Deci.hic teneat contrarium, cum tex.iu dicto.§.siquis in duobus. non loquatur de exemplo posito in archiuo. & hic dicatur quando exẽplum reperitur in archiuo,& etiam apparebat quod esset exemplum.Nam si non appareret quod esset exemplum,tunc præsumeretur authenticum. Item etiam si constaret esse authenticum ex se, sine dubio probaret etiam extra territorium,quia uis probatiua non depẽdet ab authoritate loci,sed ex eo quia scriptura est authentica,& scriptura authentica probat in omnibus locis,per ea quæ ego adduxi in contrarium, quæ procedunt in hoc casu. Vnde quando constaret quod esset exemplum, & esset positum authoritate iudicis deputati ad illum locum, & hoc testificaretur ille deputatus quod esset scriptura archiui publici & non furtim per aliquem immissa in loco iuxta consilium Cornei cons. 140.colum.7.uolum.3. necesse est dicere quod etiã in hoc casu exemplum probaret propter authoritatem loci in quo reperitur,cum si appareret quod esset authenticum, faceret fidem de per se sine authoritate loci etiã inter omnes non subditos,ut dixi, ergo ut aliquid addat authoritas loci, illud exemplum faciet fidem etiam quod dicatur in eo esse exemplum.l.immunitates.infr. de agric.& censit.lib.11.& Alc.in l.præce.colum. fin. Quod sæpissime potest contingere in testamentis in scriptis,quorum originale est penes hæredes,& ponitur unum exemplum de eo in archiuo publico. Nã dabitur fides propter authoritatem loci inter subditos, quia præsumitur quod licet sit exemplum, tamen ponẽtes illud in loco tali posuerint pro authentico, nisi forsan aliter se haberet consuetudo.argu.c. cum dilectus. de fid.instru.& hoc mihi placet.

29 Septimo†limitatur non procedere quando exemplũ esset antiquum,nam propter antiquitatem probat, ut per Dec.qui restringit procedere quando non constaret quod esset exemplum,secus si constaret, quia tunc ex sola antiquitate non præsumitur pro eo. Quam restrictionem ego puto dubitabilem, quia probatio priuilegiata quæ admittitur in antiquis non admittitur ꝓpter antiquitatem scripturæ sed propter antiquitatem facti, nam factum antiquum difficilius probatur quam nouum,& in antiquis testes de auditu probant,u. no.in l.testium.inf.de testi.& l.si arbiter.ff.de prob. Vnde uidetur quod plene probet sicut testes de auditu.Nec ratio Dec.ualet,quia non tractamus de præsumendo qd exemplum sit authenticum prout ipse deducit, sed tractamus an scriptura quam constat esse exemplum probet factum antiquum, Vnde sicut plures testes de auditu faciunt aliqualem præsumptionem,& eodem modo exemplum de facto nouo,ut dixi in 5.limit. Ita etiam sicut testes de auditu probant factum antiquum, eadẽ ratione sequitur quod exemplum de facto antiquo plene probabit illud factum antiquum propter præsumptionem quæ insurgit ex antiquitate, ut per Crauet. in d.suo tract.de antiq.temp.uer.octaua lim.nu.16.& 17. car.74.ubi concludit plene probare. Et fortius potest dici quod ex antiquitate exemplum faceret semiplenã probationem,sicut uidemus quod ex catastro antiquo probatur factum semiplene,ut per Aret.in l.decem. ff. de uerbo.oblig.& Soci.in cons.235.difficultas.uolu.2. facit quod habetur in c. olim. de censib. taliter qd possit deferri iuramentum in supplementum semiplenæ probationis,iux.no.per Bar.in l.admonendi.col.7.uersi.quæro quid de exemplo.ff.de iur.iur.& no.in l. sicut iniquum.inf.de fid.instr.

30 Octauo limitatur†non procedere in exemplis registratis in actis.Quod tamen intelligit Alex. procedere si registratio est facta citata parte,uel ea præsente& nõ opponente ad instrumenta,ac etiam totus tenor sit insertus,per tex.in d.l.chirographis.de admin.tuto.quia tunc concurrit authoritas actorum,& iudicis& partis, sed contra non citatos non facit fidem,ut per docto. in c.quoniam contra.de prob.& per Alc.in l.præcedenti. col.pe.& facit quod uoluit Barto.in auth. at si contractus.de fide instrum.Nono limitatur non procedere in exemplo quod scribitur a notario cui fuerunt commissæ scripturæ notarii mortui remanente originali penes hæredes notarii,quia illud est tanquam originale, ut in d.c.cum.P.tabellio.de fide instrumen.Et no.Bar. in l.1.§.si quis duobus.ff.de secun.tabu.& in l.e.siquis.§. cogentur.ff.eo.Et ibi dixit unum plus, quod de iure ciuili hæres notarii si est notarius potest authenticare instrumenta sui authoris.per d.l.siquis.§.1.& l.quædam. ff.eo.Sed ego puto hoc dubitabile,quia quando electa est industria personæ, quod concessum est uni nõ trahitur ad hæredes.l.1.§.ne autem.inf.de caduc. tol.& l. nemo est qui nesciat.ff.de duob.reis.& l.si non sortem. §.libertus.ff.de condi.indeb.& in notario contrarium non reperitur dispositum.Nec obst.d.l.siquis.§.1.quia ibi uel intelligitur de exemplo non faciente plenam fidem,uel si facit plenam fidem,iam erat deputatus a iudice,quod patet,quia etiam quod non esset argentarius procedit ille tex.in d.l.quędam.& per illum tex.posset dici quod hęres notarii quamuis non esset notarius posset authẽticare instrumentum,quod est ualde absurdum,& contra tex.in d.c.cũ P.tabellio.de fid.instrum.

31 Dicendum†est igitur,quod ad authenticandã scripturam alienam oportet quod sit deputatus a publico, & requiruntur quinq; q̃ per ordinem enumerat Io. Andre.per illum tex.in d.c.fina.ut refert Abbas in secundo notabili, uidelicet quod ad instantiam partis fiat, & quod notarius sit ille qui reducit in authenticam formam,& quod fideliter referat tantum ea quæ sunt scripta nihil addendo in substãtia,& dictiones,&c.& alias clausulas extendat secundum consuetudinem illius notarii mortui quæ colligitur ex suis instrumentis. Item & quinto quod ordinarius loci hoc iubeat,ut in d. c.fi. late notatur.

Decimo

32 Decimo†limitatur non procedere quando exemplũ esset productum in actis,& pars non opposuit, nã tunc creditur exemplo contra partem non opponentem.argum.l.procurator.sup.eodẽ. Ibi parte desiderante,ut per Fulg.ibi. Sed contrarium tenuit Ioannes Petrutius & Socci.hic per generalem regulam tex. nostri dicentis nullam ex hac memoria fieri exactionem. & in l.secunda.ff.de fide instrumẽ. & ideo iudex non obstante negligentia partis poterit reum absoluere non præstãdo fidem exemplo ex officio suo,quia debet inuestigare ueritatem,ut per Ange.in auth.de tabel.in principi. quod sequitur hic Dec.quia cum constet iudici esse exẽplum, & per consequens non probare, ipse potest ex officio suo supplere defectum partis,ut per glo.in capi. 1.in uerbo publice. de exceptio. in 6. & per Angel. in auth.de testib.in §.1.uersi.intellige nisi opponat. & le. plane.& l.si pars.ff.de petitio.hæredi.& notorium inducitur ex actis,ut per Innoc.& Deci. in c. ex insinuatione.ext.de appella.Et allegat rationem,quia consensus partis non potest facere quod exemplum probet,& si iudex non uult supplere,tunc dicit limitationem procedere quod ei credetur in præiudicium non opponẽtis, & sic in effectu concludit quod sit arbitrio iudicis an uelit repellere actorem uel admittere, & erit quæstio pro amico,quia poterit absoluere, & condemnare reum ad sui beneplacitum, Quod est ualde notabile in practica,quia hoc est dictum Petri,Socini,& Decii, & sequitur Alc.sup.l.præcedenti.col.pe. si exemplum sit uitiosum,quia non accesserit authoritas iudicis, quia non uidetur pars iuri suo renuntiare non opponendo. l.sicut.§.non uidetur.ff.quib.mo.pig.uel hypo. sol.

33 Sed istorum†restrictio mihi uidetur periculosa,quia non uidetur quod iudex posit repellere illam scripturam quę non habet suspitionem falsitatis apparentem, & si pars uoluit agnoscere bonam fidem non fatigando actorem in eo de quo ipse scit posse produci authen. non debet posse mutari a iudice.sicut dicitur de fideiussore qui non opposuit exceptiones dilatorias agnoscẽs bonam fidem.l.si fideiussor.§.quædam.ff. manda. non enim credendum estquod tunc posset opponere iudex si pars non opposuit.facit glo.in l.si mancipium.§.1.ff. de euictio.& idem tenet Bal.in l.si ex cautione. in quarta quæstione.inf.de non num.pecu.ubi dicit quod scripturam priuatam contra se productam uidetur quis approbare non opponendo Alex.in consi.185.in fi.uolu. 6.c.2.de appella.in 6.cum multis cumul. per Crauettã in suo tractatu de antiquitate. uers. quæritur etiam in hac materia.carta. 43. numero.23.24. & 30.ubi plene loquitur.

Sed ego puto latius distinguendũ, Aut pars expresse recepit illud exemplum, uel acceptat,uel reproducit, quo casu uidetur fateri uerum esse quod in eo dicitur, & tunc puto quod iudex non posit reiicere etiã quod uelit,quia pars confessa fuit uerum esse quod continetur in tali instrumento,& sibi præiudicauit.arg.l. secũdæ.& l.de ætate.§.1.ff.de interro.actio.& l. proinde. ff.ad l.aquil. & iudex non potest iudicare contra confessionem partis in præiudicium alterius partis cui iã ius est quæsitum.Nec obstat tex.noster & d.l.2. quia ex actio non fit ex exemplo uel probatione exempli, sed ex confessione facta per partem.l.1.ff.de confes. Si uero pars expresse non approbauit,ita quod adhuc nõ impeditur opponere,uel si impeditur ex lapsu temporis, tamen non approbauit, & tunc nec uerum est quod iudex poterit supplere,ut dicebat Dec. quia non constat de ueritate nec est notorium ut ipse uolebat, si tamen pars negauit se debere & fecit aliquas probationes propter quas reditur dubium ipsum debitum, tunc iudex poterit ex officio suo reiicere,quia actor locupletari uidetur cum aliena iactura,& ut inquirat ueritatem l. 2. & l.non est iustum.inf.eo. Sed si pars non opponeret, sed allegaret solutionem uel aliam exceptionem peremptoriam quam postea non probasset,tunc non uidetur quod iudex posit reiicere sine instantia partis. per legem.4.§.hoc autem iudicium.ff.de damn. infecto. & probatur per d.l.procurator.ibi,desiderante eo qui cõuenitur.secũdum unum intellectum. Nec obstat quod iudex ex officio potest repellere testem infamem, ut per Angel.in auth.de testib.in princ.quia illud procedit in infame teste,in quo est præsumptio quod non dicat ueritatem, sed in exemplo uel copia forsan scripta manu notarii rogati de instrumento non cadit illa suspitio falsitatis, quamuis non sit estensa uel authentica ta,tamen non potest cadere præsumptio delicti,&non debet iudex in hoc posse repellere ex officio.

Erit igitur conclusio, quod exemplum probat quando pars non opposuit, nec iudex poterit repellere ex officio suo.fallit quando reus impugnauit scripturam negando debitum, quod præsumitur quando petit se absolui oppugnando scripturam, ut per Crauett. in d.tractatu num. 43. & 32. sed non uidetur oppugnare petẽdo se absolui si forsan opposuit aliquam exceptionem peremptoriam,quia exceptio præsupponit actionem,quamuis aliter ibi Crauetta teneat & in hoc male.Secundo fallit quando extrinsecus apparuit aliqua suspitio falsitatis,quo casu uidentur militare rationes Dec.Tertio fallit quando istud exemplũ esset sumptum a parte priuata ex se ex facultate describendi cõcessa,nam tunc iudex non haberet aliquam causam credendi quod dicat uerum.

34 Sed iuxta†istam partem quærit Bar.hic,an per testes posit probari tenor instrumenti. & concludit quod sic concurrentibus tribus.Primo, quod instrumentum sit deperditum,Secundo,quod testes sint periti & intelligant clausulas instrumentarias,& earũ uitia.Tertio,qđ testes cognoscant literam notarii, & hæc est communis opinio quam sequitur Dec.hic respondendo cõtrariis.Et Bar.in d.l.sicut iniquum.inf. de fide instrum. & Fely.in c.sicut.in prima colum.cum sequenti. extra de re iudic.& in d. c.cum olim.de priuileg. Sed contra eã opponit hic Curti. quia nunquam testes possunt deponere de alterius scriptura nisi uiderint eam scribere, & sic uidetur quod hæc practica inanis sit,argu. tex. in §. siquis uult caute deponere.in auth.de instr.cau.& fide. & per Bar.in l.scripturas.inf.qui potio.in pigno.habe. & Alex.in consi.123. discussis exhibitionibus. colum. 3.uol.1.Item tex.in d.cap.cum olim.non probat,quia ibi erant adminicula, & ibi nihil dicitur de peritia testium & de cognitione literæ notarii. Et ideo ipse dicit hanc practicam Bartoli magis fundari in suo capite quam in legibus allegatis. Quæ oppositio multum uidetur probabilis, cum raro posit euenire quod quis posset secure dicere quod illa est manus illius notarii nisi uideat scribere, propter uarietatem literæ quam facit unus solus diuersis temporibus.ut in §. primo. in auth.de instrumen.cautela & fide.& conuenientiam literarum quæ sæpe potest accidere in pluribus personis &propter uarias fraudes,Vnde ego puto quod istud requisitum Bar.non sit necessarium,nec ponitur in d. ca. cum olim.sicut nec etiam est necessarium quando quis producit instrumentum auth.in iudicio quod probetur esse manu ipsius notarii scriptum, sed sufficit quod in eo uideatur subscriptio,in qua dicatur quod ille notarius asserebat se scripsisse & esse rogatum a partibus, ꝙ ita præsumitur,ex quo reperitur scriptum. Ideo nec obstat oppositio Curtii quod practica sit uana, quia nego assumptum Bartoli quod sit necessarium probare illam esse manum illius notarii,cum hoc non dicatur in dicto capit.cum olim. sed solum est necessarium testes illos dicere quod in eo erat subscriptio illius notarii qui asserebat se notarium & rogatum de illo actu,& se ita scripsisse,ut patet in d.c.cum olim.ubi illi Cardinales uerisimiliter non cognoscebant literam illius notarii,tum ꝑꝑ dignitatem & alias occupationes, tam etiã

propter antiquitatem temporis,& in hoc Bart. non bene dicit,& in d.l. sicut iniquum. non fecit mentionem de manu notarii siue de cognitione literarum notarii. Nec obstat quod in d.c. cum olim. interueniebant alia requisita, quia respõdetur quod nõ negat ille text. quin sine illis potuisset probari ille tenor priuilegii, sed tamen quia procurator episcopi uolebat repulsare testes,& erat datus terminus ad repulsandum, & aliquos repulsauerat, cum forsan illi erant monaci de monasterio uel seruientes monasterio, ideo tex. ibi facit mentionem de aliis adminiculis ad confirmandum dicta testium,& tanto magis quia illa confirmatio erat debilis, cum illi Cardinales non essent examinati in forma iudicii,& approbatissimis etiam uiris sine iuramento non creditur. c. nuper nobis. ext. de testib.

35 Dicendum† est igitur, quod ad hoc ut testes probare possint tenorem instrumenti, hæc sunt necessaria. Primo, quod testes sint periti qui cognoscant clausulas instrumentorum & uitia uisibilia & inuisibilia. Secundo, quod deponant totum tenorem cum suis clausulis, dicendo se uidisse & legisse & intellexisse eas & tenoré. Tertio, quod interuenerint omnes solemnitates, ut indictio, numerus annorum, dies, consul, anni domini, testes sufficientes, stipulationes necessariæ, ut per Abba. in d.c. cum olim. super glo. aliud. Quarto, quod originale sit deperditum, cum originali extante nunquã admittatur ista probatio, ut per Felin. in ca. sicut. de re iudi. col. 1. & secunda. Quinto, quod testes sint examinati in figura iudicii, ut per Bar. in sequenti quæst. Sexto, quod illi testes dicant in illo instrumento fuisse unam subscriptionem continentem quod ille notarius scripserat uel subscripserat, & erat rogatus a partibus, nec oportet, ut dictum fuit, deponere quod cognoscát manum esse manum illius notarii mortui, sicut nec erat in d.c. cum olim, quæ not.

36 Quomodo† autem instrumentum deperditum probetur. Bar. posuit unam formam in l. emancipatione. inf. de fid. instrum. aliam in l. si pater. ff. de acqui. hære. di. sed tenenda est illa quam posuit in l. si quis ex argentariis. §. an potest. ff. eo. quæ est communiter approbata, ut ibi per Alex. & Cur. hic nu. 28. & per Alexand. in consi. 80. uisis & oportune consideratis. uol. 1. & Felinus in d.c. sicut. de re iudi. extra autem istum casum instrumentum non potest probari per testem, ut dictum fuit, sed oportet quod testes probent negotium, & fuerint præsentes quando gestum fuit. ut d.l. testium. ut hic per Bar. nisi uelit probare contra instrumentum, quia contra illud testes qui non fuerunt præsentes etiã probare possunt, iuxta formam positam in l. optimam. in fi. de contrah. & com. stipu. uel probãdo sub tractionem instrumentorum. d.l. si de possessione. inf. de probatio. uel aliquid per quod præsumatur subtractio, iuxta. l. 2. §. diuus. ff. de iur. fisci. quo casu an sit probandus tenor instrumenti probato furto, dic ut hic per Alex. col. penul. qui distinguit ut per eum.

37 Secundo † quærit an credatur exemplo exemplato cum subscriptione trium uel quatuor notariorum asserentium se uidisse & auscultasse,& concludit quod nõ, quia notarius facit fidem nisi de eo de quo rogatus fuit a partibus,& rogari nõ potest nisi de eo quod fit a partibus tempore rogationis, sed a partibus non potest rogari de facto contento in illo instrumento, quia tempore exemplationis notarii non fiebat a partibus, ergo nec illi notarii possunt facere scripturam publicam de illo negotio, & per consequens remanet quod illa est scriptura priuata notariorum referens aliam scripturã non negotium, cum notarii non sint instructi de negotio ex persona sua sed solum propter relationem & informationem quam habuerunt ex illa scriptura, & propterea in illa scriptura testificantur de auditu respectu illius negotii & non probant. Solum enim possent illi notarii facere scripturam publicam si notarius instrumenti diceret se illud scripsisse manu propria, nam de hac confessione, quia esset in præsentia eorum facta,& de hac essent rogati illi tres notarii, possent facere scripturam publicam ut hic dicit Bart.

38 Ex quo† apparet quomodo notarius debeat scribere instrumentum, nam si uenditio uel mutuũ uerbi gratia fiat coram ipso, tunc debet dicere instrumento, talis uendidit & tradidit in præsentia mea, & cætera. uel talis mutuauit uel numerauit in præsentia mea. Sed si actus retro iam erat gestus sine præsentia sua, & tunc non potest facere instrumentum de ipso actu per uerbum præsentis temporis, quia esset falsarius ut hic per Bart. & in l. si ex cautione. inf. de non nu. pec. & ibi sequuntur omnes. sed solum potest facere instrumentum
* de confes. & dicere, talis cõfessus fuit se uendidisse uel se emisse uel mutuasse, & hoc casu instrumentum perfecte probauit confessionem illam partium, nõ ipsum actum confessatum, quia solum confessio fit a partibus in præsentia sua de qua potest rogari ab eis. argu. not. in d.l. si ex cautione. Nec obstant dicta in præcedenti quæstione, quia respõdet ipse Bart. quod ibi testes sunt examinati in figura iudicii citata parte, in hoc uero casu non fuit factum iudicium. Item illud procedit tantum quando deperditum est instrumentum, hic uero extabat. Eo autem amisso & extante lite inter partes si isti notarii examinati fuissent possent probare tenoré secundum formam sup. positam in præcedenti quæstione. alias autem non probarent, quia testis non potest in scriptis ponere testimonium suum, ut per doct. in c. de cætero. extra de testib. & ibi Felin. col. penul. & ista
* est communis conclusio & uera, & eam tenent Cur. antiquus & iunior & Alcia. in l. præcedenti.

39 Subdit† etiam hic unum notabile Barto. ad quod sæpissime recurrimus, quod notarius non potest rogari quod Sẽpronius interfecit Titium, uel quod talis mortuus est, uel quod talis natus est, quia crederetur testimonio, non testibus contra. l. 2. §. Item diuus. el secundo. inf. de testib. & hoc idem tenet Barto. in l. item senatus. in fi. principii. ff. ad turpil. & Bal. in l. fi. col. penult. uersi. restat quærere. infr. de probatio. ubi respõdit ad illum tex. qui uidetur inferre quod delicta probantur per documenta, quia debet intelligi de ipsa confessione, ut quia partes confessæ fuerunt delictum, uel quod continebant sententiam condemnatoriam, uel quod delictum committitur per instrumentum, ut falsitas, sed maleficium extrinsecum per instrumentum directe probari non potest, Et hæc conclusio non tantum procedit in delictis, sed etiam in non delictis, & naturalibus actionibus, ut quod aliquis sit natus ex illa muliere, uel quod aliquis sit mortuus, uel quod sit uiuus, prout accidit Florentiæ, Secundum quod refert Paul. de Cast. in l. prætor. ff. eod. circa finem principii. quod quidam uolebat facere instru. de natiuitate filii rogando de hoc notarium, & accidit Bononiæ in quodam nobili qui uolebat probare filiũ esse natum ex uxore sua possidente feuda, quæ in puerperio erat a medicis desperata, ut apud regem constaret quod remanserat ei filius ex ea, nam tale instrumentum secundum doct. non facit fidem, & hoc idem dixit Bald. in rubr. inf. de fid. instru. col. 2. uersi. sed dubitatur a quo. & uersic. sed Nicolaus addit tertium. Et dicit uerum esse quantum ad plenam fidem, tamen facit semiplenam probationẽ ut possit deferri iuramentum in supplementum probationis, & dixit seruari ab ambasciatoribus & sindicis q̃ portant instrumentum quod equi mortui sunt in itinere, & stipendiariis quod equi sui sunt mortui in bello, quibus cum iuramento est credendum in istis minoribus, & hoc idem tenet Abbas in cap. 1. de fid. instrum. colum. 6. nu. 4. uersi. sed circa hoc. per duas columnas. & Dec. ibi col. penul. nu. 32. & Cur. hic. & Alci. in l. præcedenti. Et istam conclusionem ego puto sine dubio ueram quando ille actus non fuit factus corã notario, uel

uel si fuit factus coram eo, ipsæ partes facientes nō rogauerunt, quia tunc notarius non facit scripturam publicam, per d. §. nos autem. in auth. de tabellio. Sed q̄n partes rogassent notarium ut conficeret instrumentū de illo actu naturali facto in præsentia sua, ut si pater & mater rogarent notarium quod scriberet instru. de natiuitate filii facta coram eo, uel conficeret instrumētum de morte filii sui in eius præsentia accidente, uel uulneratus rogaret ut conficeret instrumentum de uulnere sibi illato in præsentia eius, uel quod quis fecisset illam domum uel illam scripturam, nam in iis casibus uidetur quod ualeat instrumentum, quia concurrunt requisita posita in dicto. §. nos autem. & uidetur tenere Bart. hic, dum dicit quod ualet instrumentum si notarius dicat quod illud instru. seu originale fuit scriptū manu Sempronii notarii ita consitentis coram eo, & de hoc potest rogari. Nec ualet ratio assignata per Bartolum, quod non creditur testimoniis, quia si ea attenderetur nullum instrumentum faceret fidem, quia in omnibus instrumentis notarius præbet testimonium suum per scripturam de eo quod fit coram ipso, & creditur quamuis non examinetur in iudicio, ut patet ex experientia in practica.

40 Vnde† oportet saluando hanc opinionem dicere, q̄ notarius non potest conficere instrumentum de omni eo quod fit a partibus coram eo & de quo rogatur, sed solum quando geritur aliquod pertinens ad actus conuentionales partium & eorum confessionem, in aliis uero lege non uidetur concessum notario ut possit facere instrumentum, ut de homicidio, natiuitate, morte, edificio, incendio, ruina, naufragio, opera & aliis similibus non pertinentibus ad actus conuentionales partium, & hoc sentit expresse Bal. in d. rub. de fide instr. uers. sed dubitatur. dum allegat l. 1. inf. de iur. fisc. & iur. hastę fisc. & infr. dicam. sed solum potest conficere instru. de confessione, ut si aliqua partium confiteatur se fecisse aliquod de sup. narratis, & hoc modo intelligitur. d. Bart. hic. & illa confessio plene probatur per instru. & præiudicat secundum naturam confessionis. iuxta not. in l. 1. & l. certum. ff. de cōfess. & l. proinde. ff. ad l. aquil. & l. de ætate. in §. 1. & l. in confessionibus. ff. de interro. actio. Nec admitto distinctionem Io. And. in additione speculi quam referunt & sequuntur docto. in d. c. 1. de fid. instru. & ibi Abbas nume. 4. distinguentes an ex illo facto acquiratur ius uel non, quia secundum hoc semper de omni actu posset fieri instrumētum, cum ex omni delicto acquiratur ius parti, uel ex omni actu aliquod ius semper acquiratur alicui parti, & & per conditionem adimpletam, uel defectam acquiritur semper ius alicui, ac per natiuitatem aliquod ius quæratur, uel per mortem propter successionem, & docto. ponunt illam distinctionem ex capite suo, & iure non probant, & hæreditatis aditio uel repudiatio de qua per eos est actus negotiatiuus cum inducatur quasi contractus cum creditoribus & legatariis. §. hæres. insti. de oblig. quæ ex quasi contr. Item in illis potest dici quod probetur confessio partis, non ipse actus, uel est actus negotiatiuus dependens ab una persona tantum.

Et sic constituenda sit conclusio, quod notarius potest rogari de illis tantum quæ dependent a conuentione partium uel ab earum confessione & dicto, & tūc rogatio debet esse facta uel ab utraque parte si pertinet ad plures, uel ab una tantum si dependet a uoluntate unius, ut est testamētum, codicilli, protestatio, hęreditatis aditio, uel repudiatio, iuxta distinctione traditam in d. c. 1. de fid. instru. & per Abba. nu. 4. colu. 6. & Dec. & Alexa. in consi. 110. uol. 2. In reliquis actibus uero nō sufficit quod priuatus roget, sed oportet quod interueniat iussus iudicis ad hoc, ut probat Abba. in d. cap. 1. & ibi Dec. nu. 22. col. pen. Vel quod finito negotio faciat examinari testes coram ordinario iudice ad perpetuam rei memoriam, secundum formam positā per Bar. in l. si quis. infr. de naufragiis. & in auth. sed & si quis. infr. de testib. Vel incipiat litigare, & faciat examinari testes lite cōtestata per uiam ordinariam, cum instru. non probet nisi semiplene, & in maioribus minus, ut per Bald. in d. rubr. de fide instru. uersi. sed dubitatur.

41 Vltimo† circa hanc primā partem quærit Bar. hic, an exemplum exempli probet. i. an sicut exemplum ualidum potest summi de originali, an eo. modo possit sumi ab exemplo, & concludit quod exemplum faciens fidem in aliquo de supradictis casibus potest exēplari, sed si nō facit fidē non potest exemplari nec aliquo modo, p̄bat. per l. 3. sup. de diuer. rescrip. & sic uult q̄ ab exemplo ualido potest sumi exēplum & non ab inualido, & hæc est clara mens eius, licet Curt. hic sine causa dubitauerit. Sed contra istam doctrinam facit, quia uidetur quod. d. l. 1. loquatur etiam de ualido exemplo, quia frustra ibi diceretur de exemplo inualido, cum exemplum inualidum nihil probet, & ideo ibi Cinus tenet contrarium, & Dec. hic dicit quod opinio Bart. repræhenditur communiter, ut hic per eū. Vnde ego puto illum tex. debere intelligi in terminis suis, in rescriptis & mandatis principum eorum manu subscriptis, per l. 1. supra de mand. princi. & l. ad probationes. in. de diuer. offi. quia illa non possunt exemplari, sed solum sumi ab originali, secus in aliis exemplis ualidis. Et satis potest probari per generalitatem tex. in c. 1. de fid. instru. coniuncta. l. ob es. infr. de prædiis minorū. & tenet Alcia. in l. præcedenti. & etiam in l. in fraudē. §. neque. ff. de iur. fisc. intelligendo quod originalia erant apud notarium, & authentica apud fiscum. Ac etiā puto opi. Bart. procedere in casu suo quando exemplū est confectum a notario rogato de originali, uel quando publicatum est per iudicem, quibus casibus plene probat, alias autem exemplum ab exemplo sumptum nihil probaret.

42 Secundo† principaliter ponit hic Bar. materiam propriam huius auth. quæ appellatur memoriale, quando una scriptura facit mentionem de alia scriptura continente aliud factum, an faciat fidem, ut si una scriptura dicat, Titius procurator Sempronii, ut in instrumento per me rogato, uel Stichus seruus Titii, uel talis filius Sempronii fecerunt talem conuentionem uel contractum, & Bar. concludit quod secunda scriptura non facit fidem nisi producatur alia scriptura relata, etiam q̄ scriptura referens sit auth. cui in aliis præstatur fides. Quod ampliat Dec. etiam si notarius dicit, ut patet per instru. de quo rogatus fui. Secundo ampliatur etiam si in instrumento per uerba magis clara hoc disponatur, ut si dictum fuit, talis diebus elapsis fuit cōstitutus procurator in mei præsentia, uel talis seruus Titii, per ea quæ sup. dixi in alia quæst.

43 Limitatur† tamen per Barto. hic non procedere inter easdem personas, quia talia uerba enuntiatiua probant inter eas absque eo quod producantur alia documenta per l. optimam. inf. de cōtrah. & commit. stipu. Deci. tamen hic dicit quod ista limitatio non est uera, & potest euitari. d. l. optimam. quæ loquitur quando uerba proferuntur simpliciter l. uero nostra loquitur quando ultra uerba enuntiatiua documenta se referūt ad aliud documentum, quo casu non uidetur disponere nisi relatiue. Vnde ipse concludit quod inter easdem personas non creditur secundo documento nisi producatur primum. Et d. l. optiman. limitatur procedere q̄n uerba enuntiatiua proferūtur simpliciter, & licet Cur. hic non teneat hanc limitationem, tamen ipsa est uerissima. Pro qua multum facit tex. noster hic, qui debet intelligi de eisdem personis, nam intelligere de diuersis personis est imponere decisionem in casu claro. Et ut determinatio habeat dubitationem, uidetur quod intelligi debeat quod non faciat fidem inter easdem personas

sonas tantum. Secundo facit etiam, quia si quis confitetur per uerba dispositiua referendo se ad instrum. illa confessio non præiudicat nisi appareat relatum, ut per Bal. in l. 2. col. 1. uers. & est argu. inf. de erro. aduocato. quia limitata confessio est, ut per Roma. in consi. 294. hæc confessio. cum aliis cumulatis per Dec. in l. edita. col. pen. nu. 85. sup. eo. ergo tanto minus præiudicabit confessio facta per uerba enuntiatiua. argu. not. in l. ex hac scriptura. ff. donatio. Tertio etiam confirmatur, quia talis confessio facta relatiue etiam per uerba dispositiua semper potest reuocari si aliter appareat in relato, quia uidetur per errorem facta, ut per Alex. in consil. 9. ponderatis iis. uolu. 5. & Cardi. in consi. 11. col. 1. & Dec. in consi. 63. in tertio dubio & in c. 2. colu. 11. de rescript. & in d. l. edita. col. antepen. nu. 86. uers. & hoc uerum est etiam quod dispositio sit certa, ut in dictis locis, ergo effectualiter non facit fidem penes easdē personas, quod est contra. d. l. optiman. quæ præsupponit quod faciat fidem, & probationem non admitti in contrarium nisi quando negatur præsentia.

Nec obst. quod duplex potest esse relatio, una facta per modum assertiuum, & alia relatiue & limitate, ut per Bar. in d. l. edita. col. pen. & quando fit assertiue, quod dispositio non indiget relato, quia respondetur quod uerum est quando quis narrat totum factum, quod tūc non est necessaria productio alterius instrumenti mentionati, quia dispositio est certa ut ille possit deliberare, sed tamen non est certa respectu probationis, quia oportet semper producere relatum ad probationem faciendam, ut ibi Barto. expresse dicit, uersi. & per hoc facit. & sequuntur omnes. Et ideo dicendum est, quod licet in primo documento narretur totum factum, tamen adhuc dispositio dicitur esse limitata, & oportet postea producere instrumentum ad probationem cōplendam, per istum tex. ut appareat an sint cancellationes, uel restrictiones, uel conditiones, & sic semper remanet conclusio, quod quando fit mentio de alio instru. non potest fieri exactio nisi producatur relatum in iis quæ non dependent a sola uoluntate partiū, quia semper dubium est quod in relato non sint aliquæ qualitates limitantes uel diminuentes de fide illius relati. Nec assertio scripturæ ipsius notarii probat illum actū cum non fuerit factus in præsentia sua, & per consequens non potest dici scriptura publica, ut dixit Bart. in uers. iux. prædicta quæro. Et sic sequitur quod hæc auth. generaliter loquitur siue inter easdem personas siue inter extraneas, & nō debet limitari per l. optiman.

44 †Quæ lex loquitur quando fit mētio de aliquo actu simpliciter non se referendo ad aliud instru. ut dixi in præmissis, & patet in illis exemplis ibi numeratis in quibus non bene uidetur conuenire quod fiat relatio ad aliquod instrum. ut quod sit seruus uel filius alicuius, uel quod fuerit præsens. Præterea illa lex loquitur in casu particulari, ut quando aliquis contrahit tanquam procurator, uel tanquam seruus, uel tanquam filius alterius, & in similibus qualitatibus habilitantibus personas ad contrahendum in quibus est magna necessitas & incommodum, ut patet in ratione ibi assignata quæ particularis est & respicit solam habilitatem personarum ad contrahendum, non autem debet intelligi in aliis casibus ultra illos ibi enumeratos, uel similes respicientes personam, intantum quod si illa lex intelligeretur etiam relatiue, tamen solum limitaret hanc auth. in illis quatuor casibus, & ita illam legem optiman. uidetur intelligere Bart. in l. sciendum. ff de uerb. obl. dum ponit exemplum in d. l. 1. de fid. instru. de solemnitate interueniente simpliciter & sine relatione, & idem facit in d. l. 1. Et istam partem quod. d. l. optiman. non loquatur in terminis huius auth. ego sup. sæpius tenui & nunc etiam puto uerum. Nec obst. responsio Curt. quod hæc auth. est fundata in ratione illa, quod notarius non potest facere instru. de actu qui non fit coram notario, quia hoc non est uerum, nec illud dicit Barto. nec docto. in mate. istius legis sed solum in materia exempli, & dato quod diceret, male loqueretur, quia hoc non aperit ista auth. & magis præsumendum est quod sit fundata in natura relationis, & hanc etiam partem tenet Spec. in ti. de instru. editio. §. restat. colu. fin. uersi. penul.

Vnde ego puto constituendas duas regulas, Vna est, quod quando unum instrumentum facit mentionem alterius instru. quod tunc non credatur referenti nisi producatur relatum si tractatur de pleno præiuditio, tam inter easdem personas quam inter diuersas, quia talis mētio est limitata relatiue ad illud instrum. & nō præiudicat ulli, cum ampliationibus tamen & restrictionibus inf. ponendis.

45 Secunda† est regula, quod quando aliquod instru. facit mentionem de aliquo actu pertinente ad negotiū præsens, & simpliciter refert, tunc facit fidem inter easdem personas si respicit habilitatem earum ad contrahendum, etiam quod sit facta mentio per uerba enuntiatiua, quæ regulariter non disponunt, ut per Bart. in d. l. ex hac scriptura. de donatio. per d. l. optiman. quæ magis limitat materiam uerborum enuntiatiuorum, quam limitet materiam auth. nostræ. Et hanc secundam regulam fundatam in l. optiman. ampliat Bar. procedere generaliter in omnibus qualitatibus mentionatis in quocunque instru. Quæ ampliatio est aperte contra illam legem, quæ loquitur, ut dictum fuit, solū de qualitatibus respicientibus habilitationem personarum ad contrahendum, ut quod sit seruus, uel filius, uel procurator domini, cuius res uenditur, uel quod sit in præsentia, ut patet etiam ex particulari ratione ibi assignata quæ in prædicta ampliatione cadere non potest. Vnde melius secundo ultra Bar. & docto. ampliatur procedere. d. l. optiman. & eius regula siue in illis qualitatibus mentionatis possent partes renuntiare, siue non, ut patet in præsentia stipulationis quæ præsumitur ibi, & tamen non possent renuntiare partes illi formæ de præsentia. l. prima. & ibi not. ff. de uerbor. oblig.

46 Limitant† etiam docto. illam regulam & l. non procedere in uerbis dispositiuis, sed solum eam intelligūt in uerbis enuntiatiuis, ut ibi per Barto. in summario. & alii sequuntur in d. l. sciendum. de uerbo. oblig. & idem Bar. in l. ex hac scriptura quæst. pen. ff. de dona. Sed hæc limitatio est falsa, quia immo tanto fortius procedit illa lex si fuisset facta mentio per uerba dispositiua, quia tanto magis præiudicat partibus propter confessionē. l. proinde. ff. ad l. aquil. & l. de etate. §. 1. & l. confessio. ff. de interrog. actio. Secundo docto. limitant non procedere quando probatur contrarium, ut dicit illa lex in fi. quæ uult quod contrarium possit probari per testes omni exceptione maiores, & licet ille text. ponat hanc limitationem in uno casu tantum, tamen Bart. ibi & communiter docto. intelligunt generaliter in omnibus casibus in prima parte positis, & idem Bart. in d. l. ex hac scriptura. in quæst. pen. de donat. & ibi Imola. Sed hæc limitatio similiter est falsa, quia immo in illa lege in exemplis positis in prima parte non admittitur probatio in contrarium, quia bis repetit omnimodo credendum esse, & postea dicit non dubitari, quæ uerba inducunt præsumptionem iuris & de iure, sicut dicitur per docto. in l. 1. inf. de rei uxo. actio. & in l. 1. ff. de uerb. oblig. Nec obst. finis illius legis, quia ille finis nō refertur ad principium, sed solum disponit quando partes uolunt negare præsentiam, ut patet in illa litera, quæ noluit connumerare illud dictum de præsentia cū aliis casibus in principio positis, sed fecit casum particularem ut particularem determinationem ei traderet. Et ratio differentiæ est, quia in primis casibus interuenit confessio partium, & scriptura notarii, & utilitas publica, sed in fine legis interuenit solum scriptura &

& assertio notarii, unde ipsi non est ita credendum in hac assertione, sicut quando concurrit etiam confessio partium, & publica utilitas, & hæc intelligentia apertissime est de mente illius legis propter particulares rationes assignatas, & nulli recte cogitanti & eam respicienti placebit intelligentia communis.

47 Tertio limitatur † non procedere quantum ad alios effectus non pertinentes ad illum contractum, nã tunc nõ facit fidem inter easdem personas, si postea in alio contractu uertatur quæstio de hoc. ita dicit glo. ibi, in uer. si seruus, & probatur per tex. in c. illud. de præsum. & ibi no. Fely. de illis in instrumento dixerãt se coniuges, & tamen illud instrumentum non probat qñ principaliter mota fuit quæstio de matrimonio, & sequũtur * communiter docto. & Math. in no. 71. & Bal. in l. ad probationem. inf. de prob. cum aliis cumul. per Dec. & Curtium & Alci. hic in fine. Qui comprobat quod ex tali appellatione facta inter partes, ut in casu. c. illud de præsum. inducitur quasi possessio propter tractatum, quasi se ita tractent ut coniuges. l. non ignorat. inf. qui accu. non pos. & ibi Pet. Cyn. & Saly. Sed tractatus uel quasi possessio non probat dominium si de eo principaliter postea litigent. l. quidam. & ibi Bar. ff. de condi. inst. & & ideo dicit, quod si quæstio erit de possessione bonorum, uel de alimentis, ex talibus instrumentis inter patrem, & filium, maritum & uxorem, quis probabit possessionem, sed in petitorio non audietur absque aliis adminiculis non concurrentibus. Bar. in l. nudis. infra de proba. & Bal. in ca. per tuas. de prob. & in consi. 180. uol. 3. Et ista limitatio differt a præcedenti, quia in prima habens instrumentum pro se habet fundatam intentionem donec probetur contrarium per optimos testes, sed quando agitur principaliter de negotio, illa scriptura nõ prodest, quia secundum naturam iudicii, si est actor, tenebitur probare intentionem suam, qđ nota. Prædicta etiam limitatio, quod instrumentũ non probet inter alias personas, debet intelligi quando ille personæ non uolunt approbare actum, quia non potest tolli ius tertii. l. id quod nostrum. ff. de regul. iur. l. fi. ff. de pact. sed si tertiæ personæ uolunt approbare, tunc illa mentio facta prodest inter alias personas in earum fauorem, ut ibi docto. qui uolunt quod ex illo contractu probetur dominium mentionatum, siue dominus præsumatur sine alia probatione, & quod ex illa sola mentione acquiratur ius ipsi domino ut possit agere ex illo contractu, ut ibi expresse dicitur in litera.

48 Quarto limitatur ista † regula nõ procedere in iis quę non possunt interuenire tempore instrumenti, secundũ Bar. hic, qui multum ambigue loquitur, dum ex solutione tradita ad d. l. optimam. ponit duo dicta, unum affirmatiuum, quod qualitas mentionata in uno instrumẽto faciat fidem inter easdem personas, Secundum est dictum negatiuum, quod qualitas mẽtionata in instrumento non faciat fidem sine relato, inter diuersas personas, per istam auth. & Barto. hic potest intelligi quod uelit limitare utrumque dictum, & primo quod uelit limitare dictum principale affirmatiuum, scilicet quod si in instrumento fiat mentio de aliquo actu, quod inter easdem personas facit fidem, ut illud dictum non procedat in iis quæ non possunt interuenire in negotio, quia in illis documentũ non probat, & ipse partes possint cõtrauenire, licet fiat mẽtio de illis qualitatibus, nisi fuerint scriptæ per sua instrumenta particularia, & ita intelligit Bar. in d. l. 1. inf. de fid. instr. & iur. hast. fis. & ita uidetur intelligere Dec. hic. & in c. quoniã cõtra. de prob. nu. 50. uer. subsequenter queritur. & hic Bart. dum alleg. l. predia. ff. de acq. pos. & ratio differẽtię potest esse ut sup. dixi, quia quando mentionata possunt interuenire in actu, notarius dicitur rogatus de eis, cũ præsumantur facta in eius præsentia, & per consequẽs potest facere scripturam publicam. §. nos uero. in auth. de tabellio. sed quando non possunt interuenire in negotio illo tempore, ut est subhastatio, non præsumuntur, quia notarius non potest facere de eis scripturam publicam, cum neque uere neque ficte in eius præsentia fieri possit. d. §. nos uero. & sup. dictum fuit. Nec etiam partes confitendo possunt sibi præiudicare, quia illa confessio est impossibilis, & non ualet. l. inde Neratius. §. fi. cum l. seq. ff. ad l. aquil. & no. in l. in confessionibus. ff. de inter. actio.

49 Sed licet † hæc solutio & dictum sit uerum in se, tamẽ non conuenit. d. l. optimam. quia illa lex loquitur promiscue de iis quæ possunt interuenire in negotio, cum quod quis sit seruus Titii possit interuenire in illo negotio & non interuenire, si forsan tunc tpis emeretur. arg. d. l. prædia. cum glo. ff. de acq. poss. & a communiter accidentibus illa qualitas, quod sit seruus Titii, nõ potest interuenire in negotio quia dominus est absens & lex præsupponit ibi quod retro fuerit seruus, & sic patet quod præsumptio sumpta ex illa scriptura facit fidem indistincte, siue mentionata possint interuenire uel non in negotio, alias sequeretur quod in fisco uel procuratore, quia qualitates eo tempore de nouo non possunt interuenire, non posset habere locum illa lex, quod est absurdum & contra literam. Preterea illa qualitas seruitutis prodest etiam inter diuersas personas, quia ille dominus qui non erat pręsens negotio potest agere uirtute illius contractus tanquam fuerit sibi ius acquisitum ex contractu facto a suo seruo uel filio, ut etiam ibi expresse dicit tex. Nec ille emens potest audiri si uellet probare contrarium, sed tenetur soluere illi qui probat se dominum ex illa sola assertione facta in contractu. Et sic remanet conclusio, quod illa differentia posita communiter per docto. an qualitas mentionata possit uel non possit interuenire tempore contractus in actu, non conuenit. d. l. optimam. & per eam destruitur tota illa communis theorica. Secundo modo potest intelligi limitatio Bar. hic ad d. l. optimam. in dicto negatiuo, scilicet quod inter diuersas personas instrumentum faciens mentionẽ de actu per uerba enuntiatiua non præiudicet aliis, tamen præiudicat inter easdem & diuersas personas quando est actus qui potest interuenire, ex eo quia præsumitur interuenire, & creditur instrumento donec probetur contrarium, & ita expresse Cur. hic intelligit Bar. & ita uidetur sentire ipsemet Bar. in d. l. sciendum & dicit Cur. docto. hic & ibi transire indifferenter cum Bart. & istud dictũ habet in se rationem, quia quando potest interuenire in actu, notarius præsumitur rogatus, & quod sit facta illa qualitas in præsentia sua, & per consequens scriptura facta de hoc habet publicam & plenam fidem. d. §. nos uero. in auth. de tabel. & ideo debet probare inter omnes. Et hoc dictum potest exemplificari in d. le. in fi. dũ loquitur de præsentia partium quæ præsumitur interuenisse in præiudicium omnium ad quos potest pertinere dictus contractus.

50 Sed tamen † ex alio dicendum est ꝙ dicta declaratio non potest cõuenire. d. l. optimã. quia ibi ẽt ea quæ nõ possunt interuenire in illo negotio præsumuntur inter diuersas personas, ut statim dixi de qualitate seruitutis & filiationis quæ præsumitur in fauorẽ domini qui nõ est præsens negotio. Præterea d. l. optimã non procedit in omnibus qualitatibus mentionatis, sed solum loquitur de certis qualitatibus habilitantibus personam contrahentium, ut possint facere contractum ualidũ, ut clare innuit litera tam in dicto quam in ratione.

51 Similiter. d. l. optimam † nec etiam potest allegari ad materiam solemnitatis actus mentionati, quia de ea non loquitur litera. Quare resoluẽdo dicas, prædictas. ll. inter se ualde differre in qualitatibus & effectu, & ex earum distinctione resoluitur præcedens difficultas.

52 Nam si sunt qualitates respicientes negotium, ut sunt solemnitates necessariæ ad actum in quibus est materia. d. l. 1. & d. l. sciendum. ff. de uerb. obl. in eis optime

uerificari

uerificari potest illa distinctio Barto. an solemnitates potuerint interuenire, uel non, Cum hac declaratione, quod si qualitates illæ mentionatæ possunt interuenire tempore instrumenti, tunc faciunt fidem inter omnes, quia præsumitur quod fuerint factæ in præsentia sua, & de iis notarius rogatus, & per consequens scriptura habeat publicam fidem, ut per Bart. in d. l. sciendum. & tanto magis si conficit instrumenta particularia de
53 qualibet solemnitate. †Sed si sunt solemnitates mentionatæ quæ tunc non potuerunt interuenire, non præsumuntur neque inter easdem personas neque inter diuersas, quia talis confessio tanquam impossibilis nõ potest partibus præiudicare. argumen. l. proinde. ff. ad l. aquil. & quia notarius non potuit de eis rogari, neque facere publicam scripturam. d. §. nos uero. in auth. de tabell. cum dictis in præcedentibus. Quod tamen debet intelligi si notarius refert illas qualitates prout ex tunc, sed si refert eas prout ex nunc uerba inducenti à præsentem confessionem de actu retro facto, quod præsumitur in dubio, tunc sibi præiudicarent ex sua confessione, ex eo quia cessat ratio impossibilitatis, quia hodie confessio fieri potest de eo quod retro per multa tẽpora factum fuit. Sed tunc scriptura notarii non probabit actum, sed solum confessionem præsentem, & hoc sentit Curt. hic, quamuis nesciuerit se resoluere, dummodo sit talis res in qua confitens possit sibi præiudicare, ut si partes asserant se fecisse retro litis contestationem quæ non interuenerit, nam sibi præiudicabũt. iux. c. fi. de probat. cum sua glo. coniun. glo. in c. de causis de offi. deleg.
54 Sed† si sunt solemnitates quæ tunc temporis possunt interuenire, tunc scriptura præiudicat, inter omnes, quia illæ solemnitates præsumuntur inter omnes, ut supra dixi, cum scriptura sit publica & faciat fidem secundum Bar. Nisi partes eis non possent renuntiare, quia tunc nõ præsumuntur, quamuis eo tempore potuerint interuenire. per l. doli. §. diuersum. ff. de nouat. & sentiunt communiter doct. ita restringentes, d. conclusionem hic, quos cumulate refert Dec. hic nu. 36. uersic. 2. limitatur & per omnes in d. l. sciendum. ff. de uerb. obliga. & Felin. in c. sicut. de re iudi. Nec obst. d. l. 1. de fid. instr. secundum intellectum Bar. hic & glo. in fi. ubi qualitas subhastationis non potest renuntiari, & tamẽ præsumitur donec probetur contrarium, quam ponderat hic Cur. repræhendendo Bar. quia respondetur ut infr. Vere tamen contra hanc restrictionem ad Bart. stringit tex. in d. l. 1. quia ibi procurator fisci non poterat renũtiare illis solemnitatibus, & tamen creditur scripturæ, donec probetur contrarium. Similiter in stipulatione requiritur solemnitas præsentiæ, & ut sine interuallo respondeatur, & in uenditione requiritur pretium, quibus partes non possunt renuntiare. l. 1. ff. de uerb. obli. & §. pretium. inst. de empt. & tamen præsumuntur.

Ideo concludendum est, quod aut sunt solemnitates intrinsecæ, & illæ semper præsumuntur. d. l. 1. ff. de uerb. obli. & d. §. pretium. & in eis nõ cadit distinctio Bar. & tanto magis quando esset in arbitrio partium expedire negotium per alium modum, faciendo aliam conuentionem. Si uero sunt solemnitates extrinsecæ, & tunc procedit distinctio Bart. an potuerit renuntiari uel non, quando possunt eo tempore interuenire. Nec obst. d. l. 1. de fid. instr. quia respondetur quod illa lex intelligitur de iis quibus possunt præiudicare, ut quod sit debitum in tanta quantitate, & quod fuerit iustum pretium, & quod sit habita fides de pretio, & sic responsio est quod in d. l. 1. sunt quædam solemnitates in quibus partes possunt renuntiando sibi præiudicare, & illæ præsumũtur, & quædam sunt in quibus non possunt partes præiudicare, & istæ non præsumuntur, & de iis loquitur hic Bart. Vel secundo potest dici, quod in illa lege solemnitates erant scriptæ per sua instrumẽta particularia suis temporibus confecta, ut ibi expresse dicit Bart. & ideo faciunt fidem donec probetur contrarium, & hic est uerus intellectus ad illum tex. & sic patet quod d. l. 1. distinguitur a materia. d. l. optimam. Et hæc sufficiunt de ista secunda materia præsumptionis solemnitatis quæ non pertinet ad l. nostram. cætera dic ut per docto. in d. l. sciendum. & in d. ca. sicut. de re iud. ubi est locus suus. & coniungendo cum istis declarationibus uidebis multas allucinationes docto.
55 Tertia † est materia quæ ponitur in hac auth. in qua tractatur quomodo qualitas mentionata relatiue ad aliud instru. præsumatur, & in ea constituitur regula, quod si unum documentum facit mentionem alterius documenti, non creditur referenti nisi appareat relatum, quæ regula ampliatur procedere tam inter easdẽ personas quam inter diuersas, propter generalitatem istius tex. & tenet Specu. in ti. de inst. edit. §. restat. colum. fi. uers. pen. & Dec. sup. dixit. Ac etiam tam in uerbis enuntiatiuis quam dispositiuis propter eandem generalitatem tex. nostri. per not. per Bart. in l. edita. col. pen. sup. eo. & ibi Dec. nu. 85. & 86. Tertio ampliatur procedere etiam quod notarius sit ille qui refert aliud documentum, quia semper limitata est dispositio saltẽ quantum ad effectum probandi. Quarto ampliatur, siue dispositio referens sit certa, siue incerta, quia semper est imperfecta respectu probationis, cum se referant partes ad illam scripturam ad effectum probandi, per doctri. Bar. in d. l. edita. col. pen. cum declaratione tamen de qua statim dicam. Quinto ampliatur procedere siue sint solemnitates quibus partes possint renuntiare, siue non. Item siue sint solemnitates quæ tunc potuerint interuenire, siue non, quia in hac regula negatiua non cadit illa distinctio, cum semper sit confessio limitata, & sub quadam tacita conditione facta, si probabitur, Sexto ampliatur procedere etiam quod notarius se referens fuerit rogatus de utroque instrumento ut per Ang. in d. l. si donationes. la 1. infr. de dona. & hic per Dec. quia tunc non fit illud negotium coram notario.
56 Septimo† ampliatur procedere etiam quod notarius dixerit prout apparet in tali instrumento per me uiso & lecto, secundum Paul. de Castr. hic, & Angel. quia per illa uerba non potest augeri auctoritas scripturæ notarii, & sicut si sunt tres notarii dicentes quod auscultauerunt originale, & nihil plus reperitur in eo, & tamen non creditur eis, ut dictum fuit sup. in quæst. Barto. de tribus notariis. uers. iux. prædicta quæro. ita in hoc casu non probabitur factum illius instrumenti propter illa uerba in eo posita. Sed incontrarium est dictũ Specu. in ti. de fid. instru. §. restat col. fi. uers. pen. ubi dixit quod si Titius promisit dare centum Sempronio quæ ipse debet, ex tali instrumento uenditionis per me uiso & lecto, quod tunc probabitur illa centum esse debita absque ostensione instrumenti, quia uidetur esse nouum originale. allegat. l. 3. inf. de fals. causa adiecta. & l. tale pactum. ff. de pact. Alex. autem conatur concordare opiniones, dicens quod dictum Specu. est uerum inter easdem personas, per l. optimam. sed non procedit inter diuersas personas, per istum tex. & uidentur se qui communiter docto. quam concordiam repræhendit Dec. quia Specu. facit uim in illis uerbis, per me uiso & lecto, quæ uerba non essent necessaria inter easdẽ personas per. d. l. optimam. Præterea d. l. non potest determinare dictum Specu. qui loquitur quando fit relatio. & d. l. opti. procedit quando mentionatur qualitas sine relatione, Vnde Anto. de Alexand. saluabat dictum Specu. in casu suo in instrumento procuratorio, quia est necessarium antecedens ad actum. argum. l. ad rem mobilem. ff. de procur. Ideo speciale est in eo ut sine relatione probet, Sed hoc etiam repræhendit Dec. quia licet sit necessarium antecedens respectu partis, tamen non est necessarium antecedens respectu notarii, quia notarius nõ tenetur inquirere an actus ualeat uel non, neç inquirere an partes dicant uerum uel non,

sed

sed solum scribere quod dicunt, ut per Barto. in l. siquis obrepserit. ff. de fals. uers. secundo quæro & glo. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demonst. sicut nec tenetur inquirere an ille qui se nominat filium Titii, uel esse Titium dicat uerũ, ut per Io. de Anna. in c. licet. de crim. fals. col. penul. cum aliis cumulatis per eum hic. Quæ responsio non tollit contrarium, cum non quæratur de notario, sed de necessitate actus respectu partis. Tamen hæc saluatio mihi non placet, quia non tollitur contrarium illud magnum, quod dictum partium in cõtractu non potest præiudicare tertio. l. id quod nostrũ. ff. de regu. iur. & per Afflic. in decis. 273. Vnde Curt. antiq. hic col. 3. dicit quod dictum Spec. non fuit intellectum, sed loquitur in gestis a partibus, & partes possunt sibi præiudicare, quia uidentur facere nouum instrumentum, ut ipse dicebat, sed quando in instrumento narratur aliquod non factum a partibus, uel quod non potest compleri a partibus, ut est quod quis sit procurator alterius tertii absentis, & tunc nõ facit fidem, per auth. nostram, & alia supradicta. Ista saluatio Curt. uera est, tamen ipse non tollit obiectionem Dec. quia tunc saltem facit fidem inter easdem personas, & etiam quod non essent posita illa uerba, per me uiso & letto, procederet eius dictum, quod est contta mentem Specu. Vnde Cur. iunior ponit etiam prædictam saluationem, & negat Specu. facere uim in illis uerbis per me uiso & lecto, quod tamen est expresse contra eius uerba.

Ego uero puto dictum Specu. esse uerissimum, prout illud commendat ibi Bald. in addit. & quod faciat uim in illis uerbis per me uiso & lecto, Nam oportet præsupponere quod Specu. habebat pro claro quod auth. nostra haberet locum etiam inter easdem personas, cõtra Bart. hic, & sequaces, & ideo uolebat quod si diceretur in instrumento, talis procurator Titii, prout constat in instrumento tali, quod nec inter easdem personas faceret fidem, per tex. nostrũ, quia est limitata nominatio, & sub conditione, si apparebit in instrumẽto, per nota. in l. Edita. col. pen. sup. eo. Sed quando adsunt illa uerba, per me uiso & lecto, tunc partes dicuntur cõfiteri simpliciter illud quod continetur in instrumẽto, nec dicuntur se referre amplius ad illud, ex quo de illo habent notitiam plenam. Vnde cum confessio sit simpliciter facta, & non per relationem; dicitur esse ualida, & plene probatur per instrumentum illud, quia de hac cõfessione præsumitur rogatus notarius, quia fit coram eo & ualet. Et si recte intelligendo ponitur ibi una notabilis limitatio ad auth. nostram, quæ uult quod nunquam credatur referenti tam inter easdem personas quam diuersas nisi producatur relatum, nam fallit quãdo adsunt illa uerba, per me uiso & lecto, quia tunc faciet fidem absque relatione inter omnes, cum tunc cesset ratio tex. nostri quod sit imperfecta & facta sub conditione si probabitur per instrumentum. Et hæc est mera ueritas, & confirmatur præcedens oppositio contra docto. restringentes tex. nostrum ad diuersas personas, & habes unam limitationem ad istam aut.

57 Secundo † limitatur non procedere in legislatore referente aliam legem, nam ei creditur licet non appareat. l. relata. gloss. est quam ibi omnes approbant in l. admonendi. ff. de iureiur. & est tex. in §. sed nostra. inst. de succes. lib. & l. 1. §. diuus. ff. de iur. fisc. & inst. de excus. tuto. per totum titu. ibi, iidem rescripserunt. Et est ratio, quia in legislatore non potest cadere ignorantia cum omnia iura præsumatur habere in scrinnio pectoris. c. 1. de constit. in 6. & non potest cadere suspitio falsitatis, cum illud relatum de nouo posset disponere si uellet. Si tamen apparebit lex relata aliter dicens, uel præsumetur correcta, uel reducetur ad concordiam eo modo quo potest, sicut seruatur in aliis legibus contrariantibus. iux. tex. in l. 1. infra de inoffi. dot. & §. quibus prima consti. codicis. ibi, nihil contrarium quod subtili distinctione tolli non possit, & de ista limitatiõne non loquuntur restrictiones traditæ hic per Deci. & docto.

58 Tertio † limitatur non procedere in Principe concedente feudum uel gabellam cum clausula, prout antecessores tui habuerunt, nam tunc licet non appareat ꝙ antecessores habuerunt, tamen concessio ualet, ut per Bar. in auth. ad reprim. in glo. prout. colum. 1. per tex. in c. Abbate. de uerbo. signifi. & ibi doctores, cum aliis cumulatis per Dec. in l. edita. in col. pen. Bar. supra eodem. nu. 85. & 86. Et idem si Papa cõfirmat priuilegia. nam data præsumuntur etiam quod non ostendantur originalia nominata, ut per glo. in c. romano. 19. disti. in uers. desunt. facit tex. de confirmante in c. ult. ext. de confirm. utili uel inutili. & Bald. in l. 1. in fi. sup. de episco. & cler. Quod tamen intelligi debet ut dixi post Deci. in l. edita. si concessio est certa, & non appareat relatum, nã tunc ualet concessio, quia præsumitur esse causa impulsiua, sed si est incerta concessio, tunc nõ ualet, quia per se effectum habere non potest nisi declaretur per illud relatum. Similiter quando appareret contrarium in relato illius quod est dictum in referente concessio non ualet, quia præsumitur conce dens errasse, ut per Alex. late in consi. 9. ponderatis iis. colu. 8. uol. 5. cum aliis cumulatis per Dec. ibi. uersic. & hoc uerum est. nu. 86. & in hoc differt concessio principis a dispositione legislatoris cui semper creditur, cum in eo nulla cadat ignorantia uel suspitio, ut statim dixi, & ita debet declarari & distingui multę auctoritates cumulatæ hic per Dec. in fi.

Quarto limitatur non procedere quando ille notarius esset rogatus de utroque instrumento, & narrat totum instrumentum relatum cum omnibus suis solemnitatibus, nam tunc secundum referens faceret plenam fidem inter omnes, quia in effectu totum relatum apparet, cum uere sint duo instrumenta authentica in una carta scripta.

59 Quinto † limitatur non procedere quando refertur aliquod antiquum, nam propter authoritatem antiquitatis præsumitur esse uerum quod refert licet non appareat relatum, ut in sententia antiqua præsumitur ꝓcessum & mentionata in ea uera esse. c. cum causam. de prob. not. in l. cum aliquis. inf. de iur. delib. & Alcia. hic in uerb. ueteribus. & docto. in c. cum in iure. de offi. de leg. Et idem est in laudo antiquo, ut præsumatur compromissum mentionatum relatiue, ut per Felin. in c. sicut. cart. pen. de re iud. & Cur. cons. 77. & Dec. cons. 36. & hic per Alcia. defendendo eam ab obiectis Socin. & Corn. & bene, Aimon Crauet. in tracta. de antiquitate temporis in 3. parte in fi. nu. 40. & in parte prima uers. uiso de uerbis nume. 10. & uersi. ex præmissis. nu. 61.

60 Sexto fallit † quando quis de nouo haberet potestatẽ constituendi, nã tunc creditur referenti, & ideo si quis narrat se constituisse illum procuratorem, referendo se ad instrumentum, licet non appareat instrumentũ, & tractetur de re præsenti uel futura, credetur referenti, quia de nouo uidetur constituere cum posit, ut per Alcia. hic per l. ne satisdatio. ff. rem ratam haberi, & Soci. hic, & consi. 121. Et hæc sunt quæ pertinent ad materiam istius authen. quia cætera quæ dicuntur per docto. non sunt ad propositum materiæ nostræ, sed pertinent ad alias duas materias supra relatas.

61 Et ex prædictis † infertur ad decisionem quæstio. posită hic per Bart. utrum si in sententia reperiantur hæc uerba, uiso libello, citatione, litis contestatione, & iuramento calumniæ, & aliis probationibus, an si instrumẽtum narret solum sententiam, præsumantur illa acta mentionata interuenisse. Et primo uidetur quod non, quia fit mentio relatiue de alia scripturæ per istũ text. sed contrarium determinat Bar. si sententia est lata præsentibus partibus & tacentibus, quia sibi uidentur præiudicasse, per not. in l. 1. & 2. inf. de relationibus. secus si est

si est lata non præsentibus partibus; quia tunc non faceret fidem, & in effectu ponit regulam, quod acta mētionata non præsumuntur interuenisse in sententia. Fallit quando lata est præsentibus partibus. Et hanc * opinionem asseruit communiter per Doctores esse approbatam Dec. hic & in c. 1. de probat. nu. 50. uers. sub sequenter quæritur, per authoritates cumulatas ibi per eum post Abba. nu. 26. uers. nunc quæritur. Et ibi ponit secundam limitationem, ut non procedat dicta regula quando ipse notarius esset rogatus de omnibus actis, & omnia dicta acta particulariter narrasset & scripsisset in totum, & subscripsisset, quia tunc præsumerentur interuenisse, cum totum relatum appareret, secundum Hostien. ibi, secus si nominasset omnia acta scripta ab aliis notariis, quia eis non crederetur, cum non appareret per publicam scripturam, nisi exemplasset authoritate iudicis. Dicebat tamē Feli. ibi, quod limitatio tradita per Barto. hic de præsentia & consensu partiū, est parui effectus, ex quo lata sententia potest appellari, & de nullitate dici, non obstante præsentia partis. argu. l. sicut. §. non uidetur. ff. quib. mo. pign. uel hyp. sol. & fuit opinio Cum. in l. fi. ff. quādo appellandum sit cum aliis cumulatis ibi per eum. & Dec. num. 53. secundum quam declarationem redditur elusoria doctrina Bart. hic. sed ipse dicit quod saltem esset utilis quando non fuit facta appellatio, & dictum de nullitate.

Nec obst. quod libelli datio & litis contestatio non possint remitti consensu partium, ut per gl. in c. de causis. & ibi Abba. & docto. de offi. deleg. & sic non debet præsumi per nota. supra in præcedenti quæstione de minore & ecclesia uendente. per l. doli. §. diuersum. ff. de nouat. facit quod not. Barto. in l. si forte. ff. de cast. pecu. Quia respon. ibi Dec. quod illa præsumptio, omnia solemnia interuenisse, non inducitur ex illa relatione notarii, sed ex ipsa sententia, in qua omnia præsumuntur solemniter acta, ut per Anto. de Butrio in cap. 1. de fid. instru. & Ange. in l. Imperatores. in fin. ff. de priuil. cred. & per tex. bonum in c. fin. extr. de probation. & illa confessio partium iustificatur ut ibi per eum. & sequitur Rymin. hic & Cur. iunior. Sed tamen hæc declaratio non in totum eneruat contraria, cum illa uerba narratiua actorum dicantur esse uerba iudicis uolētis sententiare, & iudex non potest probare acta. c. quoniā contra de probat.

62 Vnde † ego puto latius considerandum, Aut illa uerba proferuntur a iudice, aut a parte, aut a notario, Primo casu si dixerit iudex uisa litis contestatione libello &c. & tunc præsumitur quod interuenerint, si in processu extant, & apud eum est processus, alias autem non, ut nota. in l. 2. supra eo. super 2. intellectu. Sed si non apparent acta in processu, tunc per illa uerba non præsumuntur interuenisse, quia nō creditur iudici de actis. d. c. quoniam contra de proba. ubi est casus.

63 Secundo † casu, quando pars profert illa uerba, & tunc si profert tamquam tunc facta, sibi non præiudicat, quia impossibile est tempore sententiæ esse dationem libelli & processum, & confessio impossibilis non nocet cui lex uel natura repugnat. l. in confessionibus. ff. de interrog. actio. & in l. inde Neratius. §. fi. cum l. seque. ff. ad leg. aquil. Sed si narrat illa acta tamquam facta retro tempore suo, ut si facit transactionem de lite, narrando illa acta, & tunc si se refert, non præiudicat sibi nisi producatur relatum, per istam leg. Si uero non se refert, sed simpliciter narrat, & tunc si sunt uerba apta ad confessionem, sibi præiudicat, quia pars potest cōfiteri acta fuisse facta. c. fin. & ibi gloss. magna. ext. de probat.

64 Tertio † casu quando notarius refert, & in iis terminis doctores intelligunt Barto. hic, & tunc ego puto quod illa consideratio, an sit lata sententia præsentibus partibus uel non, nihil faciat, quia dictum suum procederet quando iudex narraret, nō quando notarius, & forsan extra iudicium. Vnde oportet dicere, aut narrat tamquam facta nunc, & nihil ualet, quia notarius non potest rogari de eo quod non potest interuenire in actu propter impossibilitatem, per dicta Bar. in q. antepen. Si uero narrat tamquam facta suo tempore, & tunc si specifice narrat & ipse est rogatus de eis, & tunc præsumerentur, quia tot essent instrumenta quibus bene creditur, ut dicebat Host. & Dec. sup. Sed si ipse non est rogatus de eis, & tunc ex uirtute suæ scripturæ non præsumuntur, quia non potest facere scripturam publicam de eo quod non fit coram ipso, ut per Bart. sup. in q. de pluribus notariis. uersi. iuxta prædicta quæro. Fallit quando iudex mandaret ut exemplaret acta facta ab alio, nam tunc esset exemplum factum authoritate iudicis, & probaret, ut per Host. quem refert Abbas in d. loco. nume. 26. Secundo fallit quando sententia transiuisset in rem iudicatam, nam tunc præsumitur pro processu producta sententia per c. cum inter. de re iudi. & declarat Abb. in d. c. quoniam contra. nume. 24. uers. satis mihi placet, quem ibi sequuntur omnes. ut ibi per Dec. qui dicit generalius teneri, quod indistincte præsumitur pro sententia a qua non fuit appellatum, & sufficit eam solum producere, & qui uult impugnare cogitur producere processum ad probandum quod acta allegata non interuenerunt, & ibi alias dixi. Tertio fallit in antiquis, ut per Alcia. hic uersi. ueteribus. per not. in c. cum causam. de probat. & per ea quæ habentur in l. cum aliquis. inf. de iur. delib. & in c. cum in iure. de offi. deleg. Quarto fallit in omnibus casibus in quibus ex aliqua causa præsumitur solemnitas extrinseca nominata per scripturam, qui ponuntur in d. l. sciendum. ff. de uerb. obli. & in c. sicut. de re iudi. & dic ut ibi, quia est locus suus, & plene examinatur.

65 Ex quibus † colliguntur tredecim conclusiones cōtra uel ultra docto. Prima est, quod hæc auth. procedit inter easdem personas, ut dicebat Deci. Secunda est, quod hæc auth. habet locum siue sint uerba enuntiatiua, siue dispositiua, per nota. per Dec. in l. edita. nume. 85. supra eod. Tertia, quod hæc auth. habet locum etiam quod fiat mentio referendo negotium, sed non legendo instrumentum, quia non facit fidem, quia quantum ad probationem refertur ad illud instrumentum, quamuis secus sit in relatione facta in libello, ut per Barto. in d. l. edita. col. pen. dum allegat. l. postquam. ff. ut leg. nomi cau. Quarta est conclusio, quod dictum Specu. est uerū & quod fundatur in illis uerbis, per me uiso & lecto, quia tunc confessio amplius non est limitata nec restricta respectu probationis, sed tota est simplex. Quinta, quod hæc auth. limitat materiam. l. 1. inf. de fid. instru. & iure hast. fisc. quod nūquam præsumitur solemnitas actus si fuit facta mentio relatiue, licet Doct. uelint cōtrarium, ut ibidem in l. sciendum.

Similiter circa legem optimam factæ sunt conclusiones nouæ, nam. Sexta est conclusio, quod lex optimam loquitur quando qualitas fuit relata simpliciter, non autem dicta relatiue ad instrumentum, quia tunc inter easdem personas facit fidem. ut si esset dictum, talis seruus Titii ut apparet ex tali instrumento, nō præsumeretur inter eos quod esset seruus nisi appareret instrumentum, dummodo non esset lectum coram partibus, quia tunc uirtute confessionis præiudicarent sibi, ut per Specu. in d. §. restat. col. fi. Sed non in præiudiciū tertii. Septima est conclusio, quod lex optimam loquitur solum de qualitatibus habilitantibus personas cōtrahētium, ut quod sit procurator filius, uel seruus, uel præsens, non autem de aliis, ut patet in litera, quamuis docto. intelligerēt de omnibus aliis qualitatibus. Octaua est conclusio, quod finis illius legis non refertur ad principium, & quod solum procedit quando notarius refert partes fuisse præsentes, nam tunc admittitur probatio in contrarium, quia solus notarius refert. Sed in aliis qualitatibus relatis per partem & notarium non admitte-

admitteretur probatio incontrarium, & in hoc ponitur ibi casus specialissimus & notabilis in principio legis. Nona conclusio est, quod lex optimam procedit siue sint uerba dispositiua siue enuntiatiua, quamuis aliter dicant docto. quia tanto fortius sibi præiudicant p uerba dispositiua. Decima conclusio est, quod d.l.optimã procedit quo ad qualitates siue potuerint interuenire tempore negotii siue non per l.1. infr. de fid. inst. Vndecima est conclusio, quod d. l. optimam procedit etiam inter extraneas personas si partes absentes uoluerint approbare negotium, ut d. l. optimam, ubi est acquisitum ius domino si uoluerit uti illo instrumẽto, sed non præsumetur in præiudicium alterius extranei per l.id quod nostrum.ff.de regu.iur.& l.fi.ff. de pact.

Circa.l.1.de iur.hast.fisc.date fuerunt aliquæ cõclusiones ultra doctores, & prima quod illa lex non pertinet ad materiam.l.optimam.cum illa l.optimam intelligatur siue possint ille qualitates interuenire in actu siue non, & destrueret theoricam doct.in d.l.sciendum. de uerb.obl. Vnde duodecima est conclusio, quod.d.l.1.cum sua materia non loquitur de qualitatibus pertinentibus ad habilitandum contrahentes ad actum, sed loquitur solum de qualitatibus respicientibus actum & solemnitatem actus. Tertiadecima est conclusio, quod in solemnitatibus relatis per scripturam quæ præsumuntur, admittitur probatio in contrarium, quamuis secus sit in qualitatibus respicientibus personas, per d. l.optimam. & ex iis sit finis huic auth.

Ioannes Bolognetus. Iuriscon. Bononiensis Neap. de mane legens die.19.Ianuarii 1552.

Summaria super. l. Finali. C. de Edendo.

1 *EDICTVM. ff. de Edendo non cogebat mercatores edere rationes priuatas.*
2 *Per.l.non est nouum.& l. iustum fuit dispositum ut priuatæ rationes edi deberent.*
3 *Lex non potest esse ita clara quin dubitationes non recipiat.*
4 *Vna æquiuocatio Azonis causauit uarias lecturas ad istam legẽ & confusionem in tota materia editionis.*
5 *Lex ista se refert ad.l.qui accusare.& non potest refferi ad.l. primam.*
6 *Antonius Carracalla author.l.qui accusare fuit pater Alexan. authoris istius legis.*
7 *Casus figuratio in practica occurrens.*
8 *Verba diuersa uel repugnantia non referuntur ad leges, sed rationes legum.*
9 *Verbum diuersa, aliquando exponitur pro contraria, & diuersũ est genus, contraria & discrepantia species.*
10 *Contrarietas est euitanda, & cum distinctione soluenda.*
11 *Aequitas de qua in hac lege unde nascatur, late discutitur referendo uarias rationes.*
12 *Nouiter declaratur unde nascatur ista æquitas super qua fundatur decisio legis.*
13 *Noua ratio consideratur neglecta per doctores fundata in fauore exclusionis doli.*
14 *Intellectus primus discutitur & defensatur.*
15 *Intellectus Azonis discutitur.*
16 *Intellectus Petri discutitur.*
17 *Intellectus quartus nouiter excogitatur & discutitur.*
18 *Intellectus quintus quorundam repellitur.*
19 *Intellectus sextus nouiter ponitur & discutitur.*
20 *Intellectus communis nouis rationibus confirmatur & approbatur.*
21 *Antoninus pius non fuit coniunctus Alexandro neque de eius cognatione.*
22 *Coram Alexandro agitata fuit quæstio de rationibus & instrumentis.*
23 *Viginti iura cumulantur contra decisionem legis nostræ.*
24 *Reprobantur doctores qui constituerunt regulam negatiuam in materia editionis.*
25 *Regula affirmatiua in materia editionis tradi debet, quod editio regulariter est fienda.*
26 *Editio in generali materia petitur principaliter ex quinque causis nouiter declarando ultra doctores.*
27 *Editio de qua in l.ista & toto titulo petitur ex sola causa inuestigandæ ueritatis quando lis est inter partes & de rationibus priuatis.*
28 *Actor an teneatur edere Reo late discutitur.*
29 *Actor an teneatur edere Reo ad fundandam exceptionem criminosam.*
30 *Actor an teneatur edere Reo ad fundandam exceptionem quæ non tendit ad tollendam æquitatem petitionis.*
31 *Actor an teneatur edere Reo ad fundandam exceptionem compensationis.*
32 *Actor non tenetur edere Reo ad reconuentionem probandam.*
33 *Actor non tenetur edere Reo in exceptione præscriptionis.*
34 *Actor non tenetur edere Reo in exceptione macedoniani, & alia odiosa.*
35 *Actor am teneatur edere Reo in causis fauorabilibus.*
36 *Reus an teneatur edere actori agenti ad fundandam intentionem, late discutitur.*
37 *Reus an teneatur edere fisco agenti.*
38 *Reus non tenetur edere fisco agenti ex causa descendente ab industria negotiatiua.*
39 *Reus teneiur edere fisco agenti ex causa delationis.*
40 *Reus non tenetur edere fisco agenti ex causa gabellæ locatæ.*
41 *Reus quando teneatur edere fisco in causa criminali & in causa capitali.*
42 *Reus non tenetur edere fisco pro alio agenti.*
43 *Reus non tenetur edere fisco agenti quando aliunde non potest habere probationes.*
44 *Reus non tenetur edere actori agenti etiam quod sit priuilegiata persona.*
45 *Reus usurarius tenetur edere actori agenti.*
46 *Reus tenetur edere actori agenti ea quibus est usurus.*
47 *Intel lectus ad l.1.§.edenda.ff.de edendo.*
48 *Reus tenetur edere actori si iusta causa subest.*
49 *Reus tenetur edere actori ad replicationem fundaudam.*
50 *Intellectns ad.l.si maritus.§.fin.ff.ad l.falcid.*
51 *Intellectus ad l.plures apocbis de fide instrumentorum.*
52 *Reus an teneatur edere ad coadiuuandam intentionem.*
53 *Reus quomodo teneatnr edere omnia quibus est usurus.*
54 *Epilogatio breuis quando editio fienda sit continens totam materiam.*
55 *Quid sit præsentare, & quid producere scripturas, & in quo differunt.*
56 *Producens instrumenta in parte & partibus quomodo faciat scripturam de processu.*
57 *Producens instrumentum quando uideatur totum approbare.*
58 *Iudex quando possit se fundare super parte instrumenti non producta in actis.*

Repetitio legis Finalis. C.de Edendo.

AEC lex est clauis materiæ principalis istius tituli, nam in ea tractatur generaliter quo modo edendæ sint rationes priuatæ quando petitur editio ex sola causa ueritatis inuestigandæ tam ex parte actoris quam Rei. Et ad eius euidentiam pręmittendũ est, quid sint instrum. & quid rationes, & quomodo diuidantur, & quomodo rationes comprænhendantur sub instrum. & differant ab eis secundum uarias assumptiones, Ac quæ sint rationes publicæ & quæ priuatæ, & qui fuerint argentarii, nummularii, & mensularii, & in

quo

quo differrent ab aliis mercatoribus, Similiter præmittendum esset quod editio fit ex quinque causis,& quod hic tractatur solum de editione quæ fit ex causa ueritatis inuestigandæ quando lis est inter partes, quæ causa debilior est cæteris causis edendi, quæ omnia latius & distincte dixi in præmissis.l.1.sup.eod. & de uerbo ad uerbum essent hic inserenda,quia hic est proprie locus suus,tamen legendo ibi fingas hic scripta fuisse.

1 Et†inter alia illud repetendum est, quod cum in edicto prætoris de edendo iuberentur argentarii edere rationes qui publicam fidem habebant in eo edicto ꝙ ponitur in l.prætor.cum l.seq.ff.eo. iussio tantummodo erat de edendi rationibus publicis quas conficiebāt argentarii ex publica auctoritate, unde remanebat ꝙ omnes alii mercatores & negotiatores qui conficiebāt rationes priuatas de negotiis suis non tenebantur edere,cum non continerentur illo edicto, & esset alia regula antiqua, quod nemo tenebatur edere rationes suas ad utilitatem alterius,per rationem positam in l.nimis graue.inf. de test. & comprobata per Antoninum pium in l.1.& per Antoni. Caracallam patrem Alexā. in l.qui accusare sup. eo. Quod cum uideretur esse iniquum præstans occasionem malis hominibus locupletandi cum aliena iactura.

2 Ideo †Alexan.auctor.l. nostræ filius dicti Antonini Carracallæ,ut patet ex historiis relatis in lexicon iuris,fecit legem non est nouum.& l.iustum.sup,eo.quibus declarauit priuatas rationes esse edendas, & propter quam declarationē nata fuit difficultas an ille. ll. antiquæ essent correctæ per illas duas.ll. nouas contrarias.Et propterea fuit recursum ad eundem Alexand. qui declararet mentem suam, an uoluerit ipse per dictam.l.non est nouum.& l.iustum corrigere.d.l.1.& l. qui accusare.sup.eo.cum suis concord. cum uiderentur esse contrariæ, uel potius loquerentur in aliis casibus,& omnes remanerent in obseruantia. Vnde Alex. fecit hanc legem,per quam tollendo dictam dubitationem declarauit quod per d.l.iustum & l. non est nouū non sit correcta.l.1.& l.qui accusare.nec dicantur esse contrariæ, sed loquantur in diuersis terminis, & omnes procedāt in casibus suis, & sint in obseruātia distinguēdo an actor petat rationes edi sibi a reo, uel ecōtrario Reus peteret sibi edi ab actore,ut patet in litera.

3 Sed†non potuit tam clare loqui quin remaneret dubitatio super qualitate concordiæ, & cum qua distinctione reducerentur dictæ.ll.pugnantes in apparentia ad concordiam. Et antiqui glosatores sequentes seriē literę dicebant totam uim concordiæ consistere in cōstituendo differentiam inter actorem & Reum nulla habita considera tione an essent instrum. uel rationes, ut sit sensus in ea,quod actor tenetur edere reo tam rationes quam instru. sed reus non tenetur edere actori neque rationes neque instrum.ad fundandam intentionem actoris, sed bene ad replicationem fundandā uel coadiuuandam intentionem, argumento a contrario sensu sumpto in finalibus uerbis.

4 Superuenit †postea Azo. qui uidebat in toto titulo. ff.de edendo argentarios cogi edere non facta differētia inter actorem & reum iuxta l.prætor.& l. argentarius.ff.eo.& quod non solet fieri per.ll. differentia inter actorem & reum.l.non debet.ff.de reg.iur. ideo sibi non placuit intellectus prædictus, & dedit nouū intellectum,asserens quod per legem nostram prædictę. ll.reducuntur ad concordiam per aliam considerationem,constituendo differentiam inter rationes & instrumenta,non autem inter actorem & reum,ut sit sensus,quod rationes debent edi indistincte tam ab actore quam a reo,quia cōmunes sunt.l.siquis. §. rationes. ff.eo.d.l.non est nouum.& l.iustum sup.eod. & l.prætor in princ.& l.quædam.§.nummularios.& l.argentarius.ff.eo.& per glo.1.d.l.prætor.§.1.ff.eo. Instrumenta uero per eandem met.l. nostram disponeretur a nemine edenda esse,per l.qui accusare.supra eo. Sed quia iste intellectus de directo repugnat. l. 1. sup. eod. ubi reus non tenetur edere rationes, & est destructio literæ illius exponere rationes.i.instrumenta. Vnde tertius fuit intellectus Petri imperfectus qui tenebat in omnibus primum intellectum, excepto quod negabat actori esse edendum ad replicationem, quia nulla lex hoc dicit,sed non bene resoluebat contraria. Quartum propterea intellectum alias posui medium inter utrūque, quod fiat differentia in rationibus inter actorem & reum,ut sonat litera,& quod determinatur rationes edendas esse ab actore reo, & non econtrario a reo actori, secundum primum intellectum, sed instrumenta non esse edenda neque actori neque reo, ut inquit litera insi.in uersi.quando.exponendo dictionem quando,pro sed,ut aduersatiue in eo disponatur de instrumentis,& sit sensus,sed non oportet fundare originem petitionis tam actoris quam rei ex instrumentis alienis,& in hoc concordat cum intellectu Azo. & participiat de utroque,& ueritas illius dependet a ueritate assumpti facti quod actor non teneatur edere reo instrumenta.cum ll.solum loquantur de rationibus & nō de instrumentis ut inf.discutietur. Quintus etiam intellectus nouiter dari potest,quod in hoc tex.non ponatur aliqua decisio de instrumentis, quia non apparet de illis formatam fuisse quæstionem coram Alexan. unde determinatio instrumentorum reseruetur ad alias. ll. sed solum hic tex.loquatur de rationibus de quibus apparet quæstionem fuisse factam coram Alexand. cum. l.1.loqueretur de rationibus, dicendo eas non esse edēdas.& l.non est nouum.& lex iustum similiter loquerētur de rationibus,& dicerent eas esse edendas, & cum de rationibus tantum fuisset dubitatum, consequenter decisio Alexan.interpretantis.ll. per se factas tantummodo procedere debet in rationibus, & sit sensus, ꝙ dictæ.ll.non sunt contrariæ,cum reus non teneatur edere actori rationes.d.l.1.& actor teneatur edere reo. d.l.iustum.& l.non est nouum.& utrumque habet in se æquitatem,cum non sit æquū arma sumi de domo reorum,neque instrumenta edi generaliter, nominādo instrumenta ut comprehenderent rationes, ne ter repli caret uerbum rationes, & ne induceretur malus sonus auribus.Sed de instrumentis specialiter ut dixi nullum uerbum fecit in hac l.decidendo, cum non esset dubitatum de eis,sed reseruauit ad ll.suas.Et hic uidetur esse clarus & planus intellectus nullam habens difficultatem,cum conueniat cuicunque decisioni fiat de instrumentis,& uis istius intellectus cōsistit in hoc assumpto facto,quod coram Alex. non fuisset formata quæstio de instrumentis.

5 Sed tamen †ex noua ratione ultra doctores uidetur dicendum quod necessario coram Alex.dubitatio fuerit facta de instrumentis, ideo iste intellectus patitur difficultatem,cum non sit uerum quod hic Alex.in illis uerbis,& quæ a diuo Antonino facta sunt,se referat ad legem.i.prout præsupponunt doctores, quia illa facta fuit ab Antonino Pio qui nullam cognationem habuit cum Alexand.ut patet ex historiis narratis in lexicon iuris.

6 Et ideo†necessario dicendum est quod Alexand.hic se referat ad l.qui accusare.supra eo.quæ facta fuit a diuo Anton. Carracalla patre Alexand. & filio Seueri seu auo,qui secundum Egnatium fuit adoptatus ab Heliogabalo filio Antonini, & quia memoria Heliogabali fuit damnata, dicit Antoninum patrem eius fuisse, Idem Sabel.pag.180.in 2.col. dicit solum quod ut clarum ex sua uita de Phoca ab Antonino Caracalla nominato Heliogabalo Fratre uel Cæsare uiuo auo illorum.& cum in d.l.qui accusare dictum fuerit de instrumentis,apparet quod quæstio facta fuit coram Alex. de instrumentis, simul commiscendo quæstionem de instrumentis & rationibus per relationem ad d. l. qui accusare.

accusare.& l.non est nouum.& l. iustum supra eod. Et ideo intellectus antiquorum glosatorum tanquam magis amicus literæ tenendus est prout communiter tenent doctores & ego infra defensabo ab omnibus obiectionibus doctorum,& secundum illum figurabo casum.Ac secũdum eum hæc lex diuiditur in duas partes in prima ponitur dictum,in secunda ponitur comprobatio & declaratio dicti. Secunda ibi, quod multũ interfit. Secunda subdiuiditur in duas, in prima ponit quod actor tenetur edere reo, cum sua ratione. in secunda quod reus non tenetur edere actori. Secunda ibi, an uero. Summatur hoc modo.Actor tenetur edere reo ad exceptionem fundandam, sed econtra reus non tenetur edere actori ad intentionem fundandam, & utrumque est æquum & conueniens rationi Iuris.

7 Casus† ita breuiter fingi potest, quidam iudustriosus emebat,granum,uinum, & alias merces, & postea minutim uendebat eas ad creditum,& cum pecuniis, secundum quod melius poterat. Et ut omnia posset scire & recordari,ad suam instructionem faciebat quinternum in quo scribebat res emptas & pecunias solutas, ac postea etiam res uenditas & pecunias receptas & non receptas. Et cum elapso aliquo tempore illi qui ei uendiderãt merces peterent pretium sibi debitum, & ad probandum eorum creditum petebant ut ipse cogeretur edere rationes suas, Ille uero uidens se conuentum,cepit & ipse citare debitores suos quibus uendiderat petendo pretium rerum uenditarum, & cum illi allegarent solutionem factam petebant sibi edi rationes eius ut probarent pecunias petitas se soluisse, Mercator autem ille qui erat reus & actor negabat se uelle edere rationes suas omnibus allegando se non teneri edere neque rationes neque instrumenta neque actoribus neque reis ab ipso conuentis. Et allegabat.l.1.supra eo.& l.qui accusare.& l.nimis graue. infr. de testibus.quæ generaliter prohibent aliquem teneri edere rationes suas uel instrumenta.Pro alia parte allegabatur.l.non est nouum.& l.iustum.supra eo.quæ expresse dicunt rationes edendas esse ad inuestigandam ueritatis fidem, quæ leges cum essent posteriores dicebatur quod corrigebãt. l.priores. Sed pro prima parte replicabatur,quod est euitãda legum correctio, & quod ille.ll.erant particulares, Et cum super hoc ualde esset disceptatum ab utraque parte, & casus esset ualde dubius,recursum fuit ad Alexand.auctorem dictarum.ll. ut ipse eas interpretaretur,& sopiret difficultatem.Qui determinando dixit,quod.ll.antiquæ non erant correctæ,sed quod procederent in casu suo, & non essent cõtrariæ aliis iuribus posterioribus neque inter se essent pugnantes,Sed omnes conuenirent iuri & æquitati, & fundatæ essent æquissimis rationibus, & loquerentur in diuersis terminis, Cum multum intersit an reus petat actorem cogi sibi edere ad suam exceptionem fundandam, quia hoc permissum est & æquum, quia iustũ est actorem edere reo,& ratio æquitatis apparet, quia cum potest repellere exceptione doli quando in rationibus suis apparet de solutione facta, & non est credendum,quod in suis rationibus actor scripsisset solutionem factam nisi uere accepisset pecuniam, & ita procedit.d.l.non est nouum, & l. iustum. Si uero econtra actor petit sibi edi ad fundandam suam intentionem, & tunc non tenetur edere,& hoc etiam est æquissimũ. Quod probatur, quia non oportet fundare intentionẽ actoris ex instrumentis alienis,cum actor debeat uenire instructus,& non posfit allegare ignorantiam facti. l.qui in alterius. ff. de regu. iur. & posset esse quod ille reus restituisset pecuniam acceptam quam non posset probare, & si ederet rationes probaret contra se solutionem factam, sed restitutionem probare non posset & remaneret inuolutus iniquæ non habendo commoditatem demonstrandi ueritatem negotii, Et ideo in hoc dubio æquum fuit disponere quod reus non tenetur edere actori,cum ratio inuestigandæ ueritatis non concludat,& posset esse quod ueritas ipsa occultaretur ex tali productione in damnum rei, si forsan restitutionem probare non posset, & ita procedit lex. i. & lex qui accusare.sup.eod. Sed si actor replicaret quod nouiter contractus fuit resolutus & negotia aliter conuersa.& propter hoc peteret rationes rei ad demostrandam nouam conuentionem, tunc reus teneretur edere actori ad fundandam istam replicationem, quia tunc militat eadem ratio æquitatis. Ex qua generali determinatione suis ratiouibus fulcita Alexand. ad propositum casum cõuersus eum determinauit, quod ille mercator in eo qnod conuentus erat a suis creditoribus nõ teneatur edere rationes suas, quia reus non tenetur edere actori ad fundandam eius intentionem.l. prima. & l.qui accusare sup. eod. Sed dum ipse conueniebat suos debitores qui allegabant suam solutionem ipse tenetur edere ad fundandam eorum exceptionem.l.non est nouum.& l.iustum. quia nulla captio potest esse in actore qui scripsit pretium rerum uenditarum sibi fuisse solutum & satis factum, & propter regulam positam, quod actor tenetur edere reo ad exceptionem. Sed si ipse uellet allegare conuersionem aliquam seu nouam conuentionem de ea, tanquam actor replicando, tunc ipsi rei conuenti tenerentur ei edere suas rationes priuatas ad fundandam replicationem si forte aliquas haberent,per eandem æquitatem. Nec obstant contraria,quia per prædictam distinctionem eis responsum fuit.hic est casus clarus & in practica sæpissime occurrens.

8 In tex.ibi † diuersæ exponitur. i. contrariæ secundum glosl. & doctores dicentes quod istæ leges uere sunt diuersæ, & non contrariæ,& loquuntur in diuersis terminis,ut in litera dicitur, & sicut sunt omnes. ll. C.inter se quæ cum loquantur in diuersis casibus, sunt diuersæ,& non contrariæ.§.quibus.prima consti. codicis. Et hæc expositio suaderi potest ex subiecta materia, & quia sequentia declarant præcedentia. l. si seruus plurium.ff.de leg.primo. & etiam ex natura alternatiuæ, quæ ponitur inter parum distantia. l. prima. ff.de reb. dub. Quod est notandum pro saluatione testium qui dicunt aliquid non esse diuersum, & tamen est alia res separata, quia debet exponi, idest non est contrarium.facit tex.in l.lecta.§.sed cũ fortis.ff.si cert. pet.& l.cum pater.ff.de pact.dot.

9 Sed† aduertendum est, quia hæc communis expositio non tollit totum cõtrarium,quia si exponetur uerbum diuersa,& remaneat uerbum discrepantia,adhuc in litera est implicatio & contradictio, quia exprimit quod non sunt discrepantia illa iura, & tamen postea in decisione demostrat quod dictæ. ll. inuicem discrepant,cum una loquatur in actore,alia in reo, unde uel necesse est exponere utrumque uerbum pro cõtrario, uel nullum.Placet tamen mihi qnod uerba proprie intelligantur,nec improprietur per expositionem, & ad contrarium de implicatione & contradictione legis, respondetur quod hæc uerba debent referri ad illud dictum, rationi iuris & æquitati, non ad ipsas. ll. Alex. n.non dixit ꝙ istæ.ll. non essent inter se diuersæ & discrepantes,quia hoc ipse fatebatur, sed dixit ꝙ non erant diuersæ uel discrepantes a ratione iuris & eius æquitate,cũ utraque lex haberet suã rationẽ & æquitatẽ,& dictio,uel ponitur inter genus & speciẽ sicut in l.2. ff.ad l.aquil.Nam hoc uerbum diuersum, est genus, & discrepare,species,quia diuersorum quædam sunt quæ discrepant inter se, quædam sunt quæ non discrepant sed conueniunt,ut patet in legatis & fideicommissis in rubro & nigro infra com.de leg.& comun. de seruitutibus in quibus titulis res diuersæ ponuntur, quæ tamẽ non discrepant in certis qualitatibus.

10 Nota† primo quod contrarietas.ll. est euitãda per distinctio-

stinctionem, ut per Bal. in §. quibus. pri. constitu. C. & l. 1. §. parui. ff. q. ui aut clam. Quod procedit in testamẽtis, contractibus statutis, & omnibus dispositionibus, ut hic per Dec. Et ad hanc dissolutionẽ inducẽdam improprïantur uerba infinitis modis de quibus per Rom. in l. 1. ff. de nou. oper. nunt. & dixi late in l. 2. §. creditũ. ff. si cer. pet. ubi uideas.

Secundo nota, quod ad fundandam exceptionem rei actor tenetur edere, sed non econuerso, & hoc est fundatum in magna æquitate, secundum text. hic ibi, iuri & æquitati consonam, & ibi, ipsa æquitas ita suadet.

11 †Sed opere pretium est uidere unde nascatur ista æquitas, & quæ sit diuersitatis ratio, quod hic magis faueamus reo, cum habeamus regulam de qua per Docto. in l. de die. ff. qui satisda. cogant. quod in principio magis fauemus actori quam reo, in fine magis reo. l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. sed in medio utrique fauemus æqualiter, in modo probandi, & hanc doctri. ponit etiã Azzo. in summa in titu. de reb. dubi. & per Docto. in l. inter stipulantem. in prin. ff. de uerb. oblig. Paul. de Castr. in d. l. non est nouum, soluebat quod arma actoris tẽdunt ad offendendum, arma rei ad defendẽdam, Ideo magis conueniens est quod reo magis faueamus qui se defendit quam actori qui tendit ad offensionem. argu. l. tale pactum. ff. de pact. & facit etiam. l. ut uim. ff. de iusti. & iur. ubi permittitur occidere aduersarium ad defendendum non autem offendendum. l. 4. ff. ad l. aqui. Sed Ias. repræhendit, quia de directo contradicit dictę regulæ, cum attenta ista solutione semper esset fauendum reo, cuius contrarium dicunt Docto. in dictis locis, quia sunt pares in probationibus fiendis. Alio modo soluebat Alexan. inf. in hac. l. in fi. quia actor in facultate habet quãdo agat, Et ideo debet uenire instructus. l. 1. §. fin. ff. de dol. excep. l. 2. infr. de dilatio. secus est autem in reo. Sed hoc etiam repræhendit Ias. quia eo tempore adhuc etiam deberemus fauere reo, Vnde ipse tertio loco respondet, quod immo non fauemus reo plus quam actori, quia eodem modo reus tenetur edere actori ad replicationem fundandam. Quæ responsio non tollit difficultatem & contrarietatem illius regulę quare faueamus reo, sed reddit rationem diuersitatis, quare magis reo edendum sit ad fundandam exceptionem quam actori ad fundandam intentionem. Ideo Curt. dicebat dictum Alexand. melius esse, quia magis fauemus actori, uel æqualiter quando lex non contradicit, sed quando lex contradicit non attendimus illam regulam. Quæ responsio nihil est, quia non assignat rationẽ quare. ll. discedant ab illa regula, & non est credendũ sine aliqua ratione ab illa regula in casu nostro fuisse recessum. Alciat. hic in princi. uidetur assignare rationem, quod hoc inducat fauor necessariæ defensionis, quia actor uoluntarie agit, & reus inuitus accedit ad iudicium. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de uerbo. obligat. argu. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisda. coga. Sed si bene aduertatur, ratio Pau. & Alexan. & Alciat. tendunt ad idem, & simul iunctæ uidentur posse facere plenam rationem, nam actor debet uenire instructus ad declarandum ea quæ petit. l. qui accusare. supra eod. & l. qui in alterius. ff. de regu. iur. & ad se instruendum habet tempus liberum antequam agat. Reus uero non potest uenire instructus, unde deciditur quod actor teneatur edere ad exceptionem fundãdam, & reus non teneatur edere ad intentionem fundandam actoris, quia ipse debet esse instructus. Et quia actor non potest esse instructus super exceptione, ideo ei etiam succurritur ut fiat ei editio, Et tunc cessat ratio opposita quod magis faueamus reo, ut dicebat Iaso. & bene in hoc, nam utrique fauemus æqualiter datis partibus terminis instructionis, Et quia hæc ratio instructionis nõ tollit totam difficultatem, cum si non uideat scripturas per solum tempus non potest se instruere, Ideo addi debet alia ratio, quod in illis casibus tractatur æqualiter de defensione, cum actor se defendat in replicatione sicut reus in exceptione. §. 1. institu. de excep. & institu. de repli. Vnde dicendum est, quod decisio legis fundatur communiter super ratione instructionis defensionis & necessitatis, non respiciendo magis ad reum quã ad actorem, ideo si istæ rationes conueniunt reo, decisio habet locum in eo, Sed si rationes conueniunt actori, tunc etiam ipsi edendum est, Sed quia magis frequenter conueniunt reo, ideo lex posuit decisionem de reo, sicut dictum etiam fuit. in l. qui accusare. infra eod. & in capi. primo. de probat. & 3. q. 3. cap. fina.

12 Aliam † etiam rationem uidetur assignare hic text. quam doct. hic negligunt. silicet fauorem excludendi dolum, nam quando actor petit quod sibi solutum fuit si reus allegat solutionem, dolum committit in petendo, & remoueri potest exceptione doli. l. 3. §. generaliter & per totum tit. ff. de doli excep. unde ut posit constare de isto dolo, inductum fuit quod teneatur edere reo, & si contingat quod reus opponat solutionem uel aliam exceptionem pacti, & actor replicet de alio pacto contrario, uel quod factum aliter se habuit, reus tenebitur edere actori ad replicationem, quia replicatione doli potest submoueri, & sic patet quod fauor exclusionis doli inducit istam causam cogendi ædere, & si postea contingat quod per editionem factam non detegatur dolus allegatus, tunc condemnabitur opponẽs in expensis & damnis ipsius edentis, ut dicebat hic Alciat. colum. 2. per l. 4. C. de edif. priuat. & si detegatur dolus allegatus tenetur dolosus ad omnia damna & expensas partis per tex. inst. de pœn. tem. litig. §. 1. & l. ex facto. in princi. ff. fam. hercis. Et si dicatur quod hæc ratio non concludit, quia non semper est dolus actoris uel litigantis, respondetur quod sufficit quod posit esse dolus, & propterea tex. dicit qui doli exceptione sũmoueri potest, non autem dicit, summouendus est, sufficit enim quod talis causa sit in iudicio allegata quæ si probata a parte fuisset demonstraret dolũ, argumento eorum quæ habentur in capitulo ut debitus honor. de appell. de appellante ab interlocutoria cum causa, & hoc uidetur multum conueniens.

13 Glo. † 1. diuiditur in duas partes prout duos ponit intellectus. Primus est, quod hic fiat differẽtia inter actorem & reum, & exceptionem & intentionem, nam reo in exceptione fauemus, & actori in replicatione, quia fauorabiliores sumus in defensionibus ut supradixi, & ita debet declarari Barto. & replicatio actoris est quædam species defensionis. §. primo. institu. de replica.

14 † Sed contra istum intellectum oppo. primo, quia tex. loquitur de rationibus in duobus locis, & secundum hunc intellectum necesse est impropriare rationes pro instrumentis, & est inconueniens, cum rationes differant specie ab instrumentis; nam rationes continent multa negotia hinc inde facta, Instrumenta uero unum negotium tantum, & ab una parte. l. siquis. §. rationes. ff. eod. quamuis aliquando instrumenta in genere sumendo, possunt compræhendere rationes. l. 1. ff. de fid. instru. Præterea hæc lex interpretatur. l. iustũ. & l. non est nouum. quæ loquuntur in rationibus, ergo & ista debet de eis intelligi, quia lex interpretans aliã legem intelligitur secundum terminos legis interpretatæ. §. 1. in auth. de fili. ant. instru. dota. nat. & argum. nota. in l. sciendum. ff. qui satisda. coga. Ad primum respondet Dec. quod licet loquatur de rationibus, tamẽ uoluit illam habere locum & in instrumentis, Et ideo de eis promiscue facit mentionem, loquendo in dicto de rationibus, & in ratione dicti de instrumentis. Et ratio auget dictum. l. cũ pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. quia ratio est fundamentum legis. l. regula. §. fin. ubi Barto. ff. de iur. & fact. ignor. l. 2. §. si nemo. uers. quid si curatoris. ff. ad tertu. & l. nomen debitoris. §. fina. ff. de leg. 3. Et hoc est multum probabile. Ad secundum

dum respondet etiam Dec. quod in d. l. 1. & in l. qui accusare tractatur de instrumentis, uel hæc lex de eis promiscue tractat, quod etiam est uerum sequendo communē intellectum, quia tex. aperte constituit differentiam inter actorem & reum, dum dicit, eius qui aliquid petit & doli exceptione summoueri potest, quæ uerba concludunt etiam in negotiis particularibus extra rationes, ut tot. titu. ff. de excepti. dol. & §. primo. institu. de excep. & dum dicit ibi, an uero ab eo, a quo aliquid petitur, & ibi, non oportet originem intentionis fundari, quæ uerba generalia sunt & cōueniunt instrumentis, & propter rationem assignatam demonstrauit quod uoluit latius declarare quæsitum, & istum intellectum confirma ut infra dicam ultra alios, ubi demonstrabo uerum esse & necessarium.

15 Secundus† est intellectus Azzo. quod iste text. faciat differentiam inter rationes & instrumenta, & quod disponatur rationes edendas esse indistincte & ad intentionem fundandam & exceptionem fundādam, sed nō instrumenta, Et rationem differentiæ assignat. Azzo. quia rationes fiunt mandante parte & sunt communes. l. si quis. §. pertinere. dige. eodem. secus in instrumētis. & Barto. dicit hunc intellectum defendi posse respondendo contrariis. Sed aliud obst. quia iste text. non loquitur de rationibus factis mandante parte, quia tunc esset de indubitabili, cum clarissimum sit eas edendas esse etiam nulla existente lite ex delicto prætoris. l. argentarius. ff. eo. Sed necessario intelligitur de rationibus priuatis, quarum editionem actori fieri prohibet expresse. l. 1. supra eo. & d. l. non est nouum. & l. iustū. a contrario. Præterea est expressa uiolatio ad d. l. 1. exponere rationes. i. instrumenta. & ibi etiam notatum fuit. Et sic cessat principale fundamentum Azzo. de ratione communionis, & quod ueniat hæc l. interpretādo. d. l. non est nouum. & d. l. iustum. quæ loquuntur de rationibus, quia cum loquantur de rationibus priuatis, necessario ut dixi, cessat communio, & in eis deciditur aperte quod nō sint edendæ nisi reo. Nec ualet si dicatur quod in rationibus continentur data & accepta, & ideo semper in eis probatur exceptio rei. d. l. si quis. §. rationes. ff. eod. quia hęc ratio concludit in actore qui tenetur edere, non in reo qui nihil petit. Præterea instrumenta ita possunt confici mandante parte, sicut rationes. Et sic attenta ratione Azzonis instrumenta efficerentur communia, & deberent edi indistincte, quod est contra præsuppositum suum. Præterea contra istum intellectum fortius obstat, quia litera repugnat, dum dicit, quod multum interfit, & est sensus, nam dictæ. ll. non sunt diuersæ, uel contrariæ & discrepantes a rationibus iuris, quia multum interest &c. & secundum intellectum Azzonis oporteret dicere, nihil interfit, quod est exponere album pro nigro, & est insanire secundū Alcia. Et si dicatur defendendo Azo. quod ipse non faciebat hanc expositionem insanam, Sed intelligebat literam, ut iacet, & solum legebat negatiue, quasi dicat, quod dictæ. ll. non sunt discrepantes a rationibus iuris, ex eo quod multū intersit an reus petat sibi edi ab eo qui petit exceptione doli summoueri, an uero actor petat sibi edi, & supple, non enim in hoc stat concordia istarum. ll. Sed stat in differentia instrum. & rationū, cum rationes ex æquitate semper edendæ sunt, sed hoc casu de instrumentis non oportet originem petitionis ex eis fundare, & ita adaptatur litera ad intellectum Azo. Nam respondetur quod nec etiam cum ista expositione litera adaptatur, quia dictum affirmatiuum legis reducitur in negatiuum dimittendo decisionem imperfectam. & est necesse tot uerba subaudire quod facerent unam aliam legē, & oporteret dicere Alex. nesciuisse loqui, cū dictum de rationibus remaneret imperfectum, & dictum de instrumentis, quod incipit a uers. quādo hoc casu, similiter imperfectum esset, & cōcluderet quod reus non tenetur edere instrumenta, sed econtra rio nihil determinaret, & est absurdū impropriare uerba, & dicere quod lex facta ad tollendas dubitationes imperfecta sit, & nullum casum perfecte nec clare determinet, cum alio modo intelligendo remaneat clara resolutio, & sic iste intellectus in terminus Azonis uidetur quod stare non potest. Sed defendendo opinionem Azonis quē sequitur Socinus, potest dici quod expresse lex loquitur de rationibus tantum, & in duobus locis in decisione non possunt exponi pro instrumentis, nec continere sub se instrumenta, quia species non potest continere sub se genus, quia licet posita spetie ponatur genus prædicatiue, ex quo in specie inest genus. l. si quid earum. §. inter emptum. ff. de leg. 3. tamen posita specie non ponitur genus actualiter, sicut dispositio loquens de homine non comprætendit alia animalia in actu, quamuis prædicatiue animal in genere sumptum insit in homine. Item etiam rationes specie differunt ab instrumentis in specie, & non potest dispositio loquens de una specie comprehendere aliam speciem existente ratione diuersitatis, quia ratio diuersa expresse militat inter instru. & rationes, quia rationes continent plura negotia connexa per quæ inducitur quædā confidentia inter partes, ut tacite propter communionem negotiorum uideantur egisse ut ipsæ rationes edātur, quod non cadit in instrumentis. Nec obstat quod ratio ampliat dictum, quia negatur quod illa uerba, & quando non oportet quod inducant rationem ad dictum præcedens. Sed dicitur quod dictio quando exponitur pro sed, & tota illa oratio uenit aduersatiue, dicendo quod licet rationes edantur tam actori quam reo, tamen in instrumentis est secus, quia non oportet originem petitionis &c. ut statim dicam adaptando literam ad alios intellectus. Et per hoc tollitur etiam responsio Decii ad secundum obiectum factum contra istum intellectum, quia litera in nulla parte demostrat quod loquatur generaliter, cum bis nominet rationes, & sic uidetur quod obiecta contra communem intellectū adhuc uigent unde dicendum est ut statim dicā.

16 Quare† petr. ponebat tertium intellectum, faciendo differentiam inter actorem & reum, & in omnibus tenendo communem intellectum, nisi quod non consentiebat quod sumeretur illatio in finalibus uerbis a contrario sensu, ut reus teneretur edere actori ad replicationem fundandam. Sed huic conclusioni obst. omnia quæ dicemus inf. de replicatione in articulo suo separato, an edendum sit actori in replicatione per tex. nostrum. ibi, originem petitionis. Sed tamen quia secundum communem intellectum non assignatur ratio differentiæ inter actorem & reum, & non bene eneruatur difficultas quod iste text. facit mentionem in duobus locis de rationibus, & uenit interpretando. l. 1. & l. non est nouum. & l. iustum. quæ solum faciunt mentionem de rationibus, & est durum dicere quod fiat mentio de rationibus per modum exempli, cum specie distinguantur ab instrumentis.

17 Ideo † ego puto quartum intellectum posse tradi ad istū tex. qui participiat de intellectu cōmuni, ponendo differentiā inter actorē & reū in rationibus. Et de intellectu Azo. ponendo differentiā inter rationes & instrumenta, ut distinguatur, an quæratur de rationibus, an de instrumētis, si quæritur de rōnibus, & tūc debet fieri differentia inter actorē & reū. Et sit sensus, quod l. 1. & l. non est nouū. & l. iustum. quæ loquuntur de rationibus ita concordantur. quia l. 1. determinat reum nō teneri edere actori rationes suas ad fundandam intentionem. in lege uero. iustum. & l. non est nouum. determinatur quod actor tenetur edere reo ad exceptionē fundandam, quorum utrumque æquissimum est, ut hic dicitur in text. Si uero quæritur de instrumentis, & tunc nullo modo eduntur, & ita procedit lex qui accusare. quæ loquitur de instrumentis quæ indistincte non eduntur ad intentionem uel exceptionē fundandum,

dum, sed solum ad fundandam replicationem, uel intẽtion em iuuandam. Et sic in effectu differentia est inter ratio nes & instrumenta, quia instrumenta æqualiter non eduntur neque actori neque reo ad fundandum, sed solum ad coadiuuandum, & in istis non est differentia inter actorem & reum. Rationes uero ad fundandã intentionem non eduntur actori, sed bene edũtur reo ad exceptionem fundandam. Sed huic intellectui uidẽtur obstare sensus literæ quæ uidetur multum uiolari, quia secũdum istum intellectum uersiculus, quãdo hoc casu, uenit aduersatiue, & exponitur quando, pro sed, & secundum literalem sensum ille uers. uenit redendo rationem & comprobando decisionem. Præterea pronomen hoc, est demonstratiuum ad oculum, ut not. in. l. 1. ff. de nou. ope. nuntia. ergo refertur ad præcedentẽ casum qui uidebatur, & secundum hunc intellectum non potest demonstrare ad oculum aliquem casum, cũ de instrumentis nihil esset dictum. Tertio obstare uidetur, quia exponendo illum uersiculum aduersatiue, remanet imperfecta illa decisio de rationibus, uel saltẽ mutilata, & decisio de instrumentis similiter imperfecta, Sed defendendo intellectum, ad prædicta potest responderi, quod non est conueniens quod ille uersiculus ueniat aduersatiue ut tollantur alia absurda quæ resultãt, cum solum fit mentio de rationibus, & adducta per Azonem de differentia rationum & instrumentorum ponenda ratione communionis, Et sicut secundũ alios intellectus exponitur quando pro quia, ita uidetur tollerandum quod exponatur quando pro, sed. Nõ obstat illud de pronomine, quia satis demostrat ad oculum loquendo de instrumentis saltim, quia debet exponi, sed hoc casu, scilicet instrumentorum, & sic demõstrantur instrumenta præsentia, ex eo quia postea dicit originem petitionis ex instrumentis. Non ob. quod remaneat imperfecta dispositio uel mutilata, quia etiã negatur, cum in dicto de rationibus coniungendo perfectionem primi dicti cum sequenti dicto etiã sequens dictum per subauditionem legalẽ perficitur, ut est tex. in l. 1. ff. de hæred. inst. & l. Seia. §. Gaio. & ibi Bart. ff. fund. inst. & l. doli. ff. de seruo corrupt. & similiter dictum de instrumentis est satis perfectum, cum simpliciter dicat originem petitionis, & petitio adaptatur tam ad actorem in libello quam ad reum in exceptione, & sic determinat de actore & reo, cui non est edendũ ad fundãdam petitionem eorum. Et sic patet quod iste intellectus ab obiectionibus literæ defenditur. solum tamen insistendum est in eo super præsupposito facto. s. an sit uerum quod instrumenta indistincte non edãtur neque actori neque reo, & qui uult sustinere hũc intellectum oportet demostrare quod iura non repugnant quod instrumenta non sint edenda reo ab actore, de quo infra dicam.

18 Alium†intellectum tradebant aliqui, dicentes quod prædicta iura non reducuntur ad concordiam, distinguendo inter actorem, & reum uel inter rationes & instrumenta, Sed distinguendo inter tempus litis contestatæ & post litis contestationem, in terminis legis. 1. §. edenda. ff. eo. ut sit sensus, quod rationes uel instrumẽta quibus quis non est usurus non tenetur edere nec actori neque reo. l. qui accusare. & l. 1. supra eo. sed rationes uel instrumenta quibus est usurus ante litis contestationem non tenetur edere. d. l. qui accusare. & l. 1. supra eo. sed post litis contestationem tenetur edere & rationes & instrumenta. d. §. edenda. & d. l. non est nouum. & l. iustum. Et fundamentum istius intellectus est super uerbo originem petitionis, quasi uelit, quod ad originem petitionis, idest ante litis contestationem non sit fienda editio, Sed bene post originẽ petitionis. i. post litis contestationem edendum est, ut in litera adicit, qui accusare uolunt, quæ uerba denotant principium litis, & in hac. l. dicitur etiã quod potest summoueri doli exceptione, quæ uerba denotant litem adhuc non inceptam. l. 1. inf. de lit. contest. Sed iste intellectus quamuis satis posset in circulis tollerari, tamen in scriptis nullo modo est tenendus, quia nimis uiolat. d. l. 1. & l. qui accusare. quæ loqũtur generaliter ante & post litis contestationem, & etiam propter decisionem tex. in d. l. 1. §. edenda. satis erat sopita illa quæstio, & non potuisset esse tanta dubitatio quod fuisset necessarium facere hanc legem nouam, Item est diuinare ad hanc legem quod illis rationibus erat usurus, quia immo dicendum est contrarium, cum præsupponatur per productionem earum apparere de dolo actoris, ergo uerisimiliter non erat ipse usurus, & uerbũ summoueri potest, refertur ad sententiam, non ad tempus litis contestationis, & uerbum originẽ petitionis, refertur ad substantiam petitionis. i. ad ipsam petitionem sine adminiculis, non autem ad tempus. Similiter in l. qui accusare uerbum uolunt, refertur ad sententiam propter rationem generalem in fine positam, actore non probante reus absoluitur.

19 Sextum†intellectum ego puto nouiter dari posse, ut in hoc tex. nihil decidatur de instrumentis, sed remaneat decidendum per alias. ll. sed solum sit differentia inter actorem & reum super rationibus pro concordia dictarum. ll. prout sonat litera, quia coram Alexandro non fuit formata quæstio de instrumentis, cum esset iã decisa per alias. ll. sed solum quæstio fuit agitata de rationibus, propter legem primam, & l. non est nouum. & l. iustum quæ in terminis rationum inuicem uidebãtur contrariæ, & poterat dubitari quod lex prima fuisset correcta, & ideo recursum fuit ad conditorem. d. l. non est nouum, & l. iustum. ut eas interpretaretur. argumen. l. fi. supra de leg. Igitur cum quæstio nõ fuisset agitata super instrumentis, conueniens est quod nec de eis fuerit facta determinatio, & quæcunque sit, siue cõueniens rationibus, siue contrarietur, non præiudicabit huic intellectui, & iste uidetur intellectus planissimus & sine scrupulo. Nec obstat quod in fine loquatur de instrumentis, quia per illam appellationem significantur rationes tantum quæ continentur sub appellatione instrumentorum. l. prima. ff. de fide instr. & de quibus in duobus locis fecerat mentionem in decis. & ne postea totiens nominaret eas, ad euitandum prauũ sonum uerborum, in assignando rationem dixit de instrumentis quæ etiam sub se continent rationes. Et dicta per doctores in l. cũ pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. procedunt quando oratio ipsa continens rationem non potest conuenire dispositioni, sed hic omnino conuenit dispositioni non facta aliqua uiolatione ad literam. faciunt no. de uerbo petere, per doctores in rubr. ff. solu. matr, Fundamentum autẽ istius intellectus consistit in ueritate præsuppositi, ꝙ coram Alexandro fuisset agitata quæstio de rationibus tantum, & non fuerit dubitatum coram eo de instrumentis, & in hoc solo laborare debet qui uult tenere hunc intellectum, quia in cæteris est planissimus.

20 Vnũ†tñ est ꝙ me fecit dubitare de eo, qa hæc lex expresse se refert ad legẽ factã a patre Alexandri qui fuit Antoninus Caracalla, nõ aũt se refert ad l. pri. sup. eo. ꝙ facta fuit ab Antonino pio. Nã Antoninus pius Regnauit post Adrianũ anno a natiuitate Christi. 140. de quo refertur illud dictũ ꝙ honestius esse putabat unũ ciuẽ seruari a Cæsare ꝙ̃ mille hostes occidi, Cui successit Marcus Antoninus eius filius eximiæ doctrinæ & ꝓbitatis uir, qui Cõmodũ filiũ adoptiuũ cõsortẽ ĩ imperio sibi ellegit anno. 164. Quibus successit Aelius cõmodus filius Marci Antonini ĩ omnibus dissimilis patri, Et eo defuncto regnauit Marcus ælius Antoninus, & postea Aelius ꝑtinax cõfossus a quodã Didio Iuliano, q ignobilis existẽs emerat a militibus nomẽ Imperatoris, sed post septẽ mẽses interfectus fuit a Seuero duce exercitus, & in eius locũ suffecto, qui regnare cepit de anno. 196.

196. & ita imperium ad extraneos translatum fuit per Didium & Seuerum, cui successit Antoninus Caracalla
21 eius filius qui fuit pater Alex. Et sic Anto. pius nõ fuit de progenie Alexandri, neque ei aliqua coniunctione coniunctus etiam largissima. Cum linea Antonini pii desierit imperare quando Seuerus pater Caracallæ & auus Alexandri regnare cepit, ut hic clare perpendit Alciatus.

Vnde sequitur quod hæc lex non facit mentionem de l. prima quæ fuit Antonini pii, sed facit mentionem de l. qui accusare quæ fuit Antonini Caracallæ patris Alexandri. Et cum illa lex qui accusare loquatur de instrumentis, & lex non est nouum. & lex iustum loquantur de rationibus, & inuicem præsupponantur pugnare, in l. nostra clarissime demonstratur ꝙ in l. qui accusare sub uerbo instrumentorum rationes, & in l. nõ est nouum & l. iustum sub uerbo rationibus continebãtur instrumenta, cum alias inuicem non potuissent pugna-
22 re propter diuersitatem subiecti. †Igitur uidetur necessario dicendum esse ꝙ coram Alexandro agitabatur quæstio tam de instrumentis quam de rationibus, & ꝙ dictum de uno intelligatur etiam de alio, & in materia editionis inter rationes & instrumenta nulla esset differentia tempore Alexandri etiam in materia correctoria, Et per consequens sequitur quod communis intellectus non tantum est uerus sed necessarius, & ꝙ ille. ll. reducantur ad concordiam solum constituendo differentiam inter actorem & reum, nullam diuersitatem ponendo inter rationes & instrumenta, Quod etiam alia ratione fundatur, quia credibile est quod Alexander in hac. l. uoluerit tollere omnem dubitationem in materia editionis, & de omnibus instrumentis & scripturis loqui, ne ex leui causa uideatur facta una noua lex, & hanc partem ego resolutiue loquendo teneo, & puto ueriorem esse non tantum in practica sed etiam in puncto iuris.

23 Sed contra† omnes prædictos intellectus alia consideratione instatur, nã omnes prædicti intellectus præsupponunt quod editio non sit fienda in multis casibus sed uidetur totum contrarium dicendum, quod immo editio semper sit fienda, & quod nullus sit casus in quo editio non debeat fieri per tex. in l. tertia. §. penult. ff. ad exhiben. & l. si quæ. & l. Pomponius. ff. famil. herciscun. & l. procurator. infra eodem. Ad idem est tex. in l. prima. ff. de tabu. exhiben. & in l. prima & secunda. ff. quemadmo. testa. aperia. & l. qui concubinam. §. cum ita l. prædia. §. Titio. ff. de lega. 3. Tertio facit. l. quædã. ff. eodem. & l. Titius. & l. creditor. ff. de actio. empti. Quarto facit tex. in l. prætor. in princi. & §. primo. & l. quædam. §. nummularios. & l. argentarius. ff. eodem. ubi semper fit editio. Quinto facit tex. in l. secunda. & per totum. ff. de interrog. actio. & quod nota. in l. 2. §. quod obseruari. & l. prima. infra de quæstio. Sexto facit tex. in l. dissolute. infra de condi. ob. caus. & l. plures apochis. infra de fide instrum. & qnod nota. in l. secunda. in §. 1. in glo. susceptum. in fi. ff. soluto matrimonio. Septimo facit tex. in l. penul. §. fina. ff. ad l. falcid. Octauo facit tex. in l. secunda. §. Diuus. ff. de iure. fisc. & l. secunda. ff. eodem. Nono facit tex. in l. prima. §. edenda. ff. eodem. In quibus omnibus iuribus quæ excedunt numerum uiginti, dicitur editionem indistincte fiendam nec facta aliqua differentia inter actorem & reum, Vnde uidetur absurdum contra tot iura dicere, editionẽ regulariter non esse fiendam. Alexander hic uolens soluere omnia ista contraria, fecit regulam negatiuam in tota materia editionis, quod instrumenta uel rationes non debeant edi, & omnia iura prædicta dixit facere limitationes ad dictam regulam, & ideo hic ipse ponit decem & octo limita. ad hanc materiam, & sequ. communiter doctores hic, & in l. 1. sup. eo.

24 Sed hoc† dictum ego reprobaui in d. l. prima. quia est nimis absurdum contra tot iura in tam uariis materiis disponentia editionem fieri, regulam negatiuam constitui, quod editio non sit fienda per istas paucas. ll. in
25 speciali casu loquentes. †Et ideo ibi dixi quod in materia editionis generaliter considerata fienda est regula affirmatiua contraria regulæ doctorum, quod immo editio regulariter sit fienda per iura supra allegata quæ nimis generaliter permittunt editionem fieri. Et l. 1. supra eo. & l. qui accusare, & l. nostra. & l. nimis graue. infr. de testa. & capit. 1. de prob. quæ uolunt editionem non esse fiendam, nõ loquuntur de editione in genere, sed solũ loquuntur de una specie editionis quę appellatur editio iuditiaria, quæ fit de rationibus priuatis & occasione litis ut ibi dixi.

26 Vnde† pro resolutione, repetendo breuiter ea quæ dixi in rubri. & in l. prima. & in præmissis, & in figuratione casus, dicendum est quod editio petitur & fit principaliter ex quinque causis. Aliquando petitur editio ex causa quod petens habet ius reale uel quasi in corpore scripturarum, & tunc semper fienda est editio, dic. l. tertia. §. penulti. ff. ad exhibend. & l. si quæ. ff. famil. herciscun. & l. procurator. infra eodem. Aliquando petitur editio scripturarum quæ pertinent ad ultimam uoluntatem, & tunc similiter editio semper est fienda si sine calumnia petitur. per l. primam. ff. de tabu. exhibend. & l. prima. & secunda. ff. quemadmodũ testa. aperia. cum concor. Aliquando petitur editio propter conuentionem præcedentem tacitam uel expressam, & tunc similiter semper fit editio. l. quædam. ff. eodem. & l. si quæ. ff. famil. hercis. dum loquitur de cautione. & l. Titius. & l. creditor. ff. de actio. empt. Aliquando petitur editio ex eo quod quis suscepit officiũ publicum, & tunc similiter semper fit editio si interuenit tacitum uel expressum mandatum. l. prætor. & l. argentarius. & per totum. ff. eodem. Aliquando petitur quod quis restituat instrumentum existes penes ipsum, & hoc constat, & tunc similiter semper restituitur. l. dissolute. infra. de condic. ob. caus. Et eodem modo quando constat de debito cogitur quis facere de nouo instrumentum. l. plures apochis. infra de fide instrumen. & quod uoluit glo. in l. secunda. in glo. susceptum ff. soluto matrimonio. Et istæ editiones simul congestæ, ut patet, faciunt regulam affirmatiuam, quod editio fienda est indistincte, contra Alexandrum & Docto. Sed tamen quia loquuntur de uariis speciebus editionum contrariantur huic l. considerando materiam editionis in genere, sed considerando spetialem causam edendi de qua tractatur in toto hoc titulo nostro, prædictæ. ll. non contrariantur huic legi, nec merentur pro contrariis allegari, nec faciunt limitationes bonas.

27 Vnde† aliquando petitur editio ex hoc solo quod est lis inter partes & ad solum finem ueritatis inuestigandæ, & hæc est uera materia nostra cui contrariãtur solum leges positæ in 7. & 8. contrario, & in quinto, Et in hac spetie editionis nec etiam potest tradi simpliciter regula uel affirmatiua uel negatiua, sed oportet considerare aliquos casus diuersos. Nam si petatur editio uocis uiuæ ab ipsa parte, & illa indistincte edenda est. d. l. prima. ff. de interrog. actio. & quod nota. in l. secunda. §. quod obseruari. infra de iur. calum. & l. prima. & per totum. infra de quæst. dum tractatur de reo torto ut confiteatur. Sed si quæratur de editione scripturarum, & tunc quia iura uarie loquuntur, doctores pro resolutione contrariorum considerant quatuor casus separatos, quos particulariter examinant declarando quando fienda est editio, & quando non. Qui quatuor casus solum procedũt in hac quinta editione quæ appellatur iuditiaria, quæ fit ex causa litis, & ad inuestigandam ueritatem, nam in aliis quatuor spetiebus editionum supra narratis hæc distinctio non admitteretur, quia in eis non fit differentia inter actorem & reum, neque inter ex-

ceptionem uel intentionem fundandam. Primus est igitur casus, quod actor tenetur edere reo ad exceptionem fundandam. Secundus econtrario, quod actori nõ tenetur edere reus ad fundandam intentionem suam. Tertius, quod reus tenetur edere actori ad replicationem iuuandam. Quartus, quod reus tenetur edere actori ad coadiuuandã intentionem. Et in omnibus istis casibus editio fit ex offitio iudicis mercennario deseruiẽti actioni intentatæ, & fit solum ex causa litis existentis inter partes, & ad eius seruitium & instructionem. Sed quia in quolibet istorum articulorum est difficultas, ideo separatim super unoquoque insistendum est.

28 Et primo † uidendum est an actor teneatur edere reo ad fundandam exceptionem suam, in quo considerandum est primum an possit cõpetere aliquod remediũ de enumeratis in quinque casibus præcedentibus, & si ne dubio editio erit fienda, quia prædicta remedia cõpetunt, siue lis sit, siue nulla sit lis inter partes. Si uero nullum remedium adaptari potest, Sed sunt scripturæ penitus priuatæ uel a possidente confectæ uel propria pecunia redemptæ a notario uel ab alio conficiente, quo casu sunt suæ ut per Innoc. in ca. primo. de proba. * & tunc communis est conclusio, quod actor tenetur edere ad fundandam exceptionem Rei, per tex. nostrũ. & l. iustum supra eod. Et hæc conclusio non habet difficultatem in rationibus, quia Azzo. & omnes consentiunt quod rationes sunt edendæ, sed solum difficultas est de instrumentis quæ uolebat Azzo quod nunquã essent edenda, Sed communis est opinio quod illa sunt edenda ab actore reo, sicut rationes, per istum text. secundum communem intellectum, quia licet faciat mẽtionem de rationibus, tamen intelligitur etiam de instrumentis, per rationem assignatam in fine, & quia se refert ad l. qui accusare. supra eod. declarando ut supra dixi ultra alios. Secundo probatur hæc opinio per. l. dissolute. infra de condic. sin. cau. ubi creditor tenetur restituere chirographum uel instrumẽtum propria pecunia redemptum a notario, secundum glos. ibi, quando solutum est debitum, ergo tanto magis tenetur edere in iudicio. facit etiam tex. in l. qui tabulas. uersic. sed potest dici. ff. de furt.

Confirmatur per aliquas rationes. Primo, quia fauorabiliores sumus reis. l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. Secundo, quia actor debet uenire instructus, cum in eius facultate esset agere uel non agere. l. pure. §. fi. ff. de excepti. dol. l. petendæ. infra de temp. restitu. & l. si quãdo. infra de dilatio. Tertio, quia omnis exceptio nititur æquitate. l. qui æquitate. ff. de excepti. doli. Quarto, quia iudex non debet pati illicitas extorsiones. l. ubi pactum. & ibi glo. infra de transact. Quinto, facit tex. noster in fin. a contrario sensu, ibi ad petitionis originem non debet edi, ergo ad exceptionis originẽ debet edi. l. cum prætor. ff. de iudi.

Contrariam opinionem tenuit Azzo in instrumentorum editione, non in rationibus, ut actor non teneatur edere instru. reo ad excep. fundandam. Sed solum teneatur edere rationes quæ solent confici mandante parte. Et mouetur primo, quia æqualitas inter litigantes est seruanda. l. fina. infra de fructib. & lit. expen. ergo eadem prohibitio & permissio exhibitionis debet esse in toto. Secundo facit, quia reus in exceptione est actor. l. 1. ff. de excep. ergo eodem modo in reo prohiberi debet editio sicut in actore. Tertio adducitur. l. nimis graue. infra de testi. in generali ratione sui. Quarto facit. l. 1. §. edenda. ff. eodem a contrario sensu, dum disponitur edenda esse instrumenta quibus est usurus, ergo alia non tenetur. Quinto, quia actor nõ tenetur edere nomina testium etiam quod de eis oblitus sit. l. non ex omnibus. ff. de arbitr. ergo nec instrumenta. argum. l. in exercendis. infra de fide instru. Sexto, quia in probationibus fauemus utrique æqualiter. l. petendæ. inf. de tempo. restitu. & l. minorem. de in integ. restitutio.

Septimo, quia reo subuenitur in dilationibus plusquam actori. l. si quãdo. inf. de dilati. ergo sufficit quod conseruetur. Octauo facit tex. noster constituens differentiam inter rationes & instrumẽta. Nono facit, quia rationes eduntur quia sunt communes, instrumenta uero non, ergo cessante ratione in instrumentis cessabit editio. l. adigere. §. quamuis. de iur. patro. Decimo facit, quia posset esset ꝙ actor edendo damnificaretur indebite si forsan negotium fuisset conuersum, & factum pactũ de non petendo, & postea de petendo, & posset expelli replicatione doli, & sic militat ratio istius tex.

Et hanc partem tenet hic Salic. tanquam fundatam ualidioribus rationibus, & sequitur Cur. hic potissime per d. l. 1. §. edenda. ff. eo. qui solum dicit actorem teneri edere instrumenta quibus sit usurus. Non obstat tex. noster. & d. l. iustum. & d. l. nõ est nouum. quia loquuntur in rationibus, & hæc lex uenit interpretando illas. ll. quæ loquuntur in rationibus, quas concedit Azzo. hic edendas esse, & alii tenentes istam partem, quia sũt communes. l. si quis. §. pertinere. ff. eo. Non obstat text. in l. dissolute. inf. de condictio. sin. cau. quia ibi non dicitur de editione. sed de restitu. instrumenti inutilis de quo plene constat satisfactio, Et est æquum, quia euenire posset ꝙ periret probatio solutionis, & de nouo actor peteret, & sic ille tex. loquitur quando constat instrumentum inu tile esse, & redditur ad tollendum fundamentum actoris in casu dubio. Non obstat ratio de fauore reorum, quia non procedit in probationibus ut communiter dicunt doct. in l. de die. ff. qui satisda. coga. Non obst. ꝙ exceptio fundetur æquitate, & propter hoc sit fauorabilis, quia illud procedit quando cõstat de ueritate ipsius, secus quando non cõstat, quia priuilegia non considerantur, ut dictum fuit de deposito in l. 1. sup. eo. in 2. notabi. Non obstat ꝙ iudex non debet pati illicitas extorsiones, quia uerum est quando sibi constat de eis, secus si non constat, ut hic, quia præsumitur ꝙ reus non sit debitor, cum actor sibi de cautela prospexisset. uel, si est debitor, quod sit elisum debitum alia conuentione uel æquitate. argu. l. cum de indebito. ff. de probat. sicut dictum fuit supra de reo in tertio notabili respondendo illi difficultati de ueritate eruẽda, & ꝙ locupletetur cum aliena iactura, quia in materia editionis non obstant, ex quo de eis adhuc non cõstat. Non obstat ꝙ actor sit instructus, & reus non, quia hac de causa dantur dilationes ei ut se possit instruere. l. si quando infra de dilatio. Non obstat tex. in fin. quia illud argumentum fit in rationibus, non instrumentis, & ratio ibi declaratur per dictum. Et sic patet fundamẽta communia non obstare.

Si quis tamen uellet tenere communem opinionem quam hic defendit Alcia. quia nimis aperte repugnat. l. nostræ. quæ apertam facit differentiam inter actorẽ & reum, & contrarium dicere, ut hic dicit Alcia. est penitus insanire, & hoc uerbis uelle demonstrare est inane, Et nihil ineptius exponere, nihil interest. i. multum interest. Præterea contradicit. l. 1. supra eodem. quæ nimis clare demonstrat rationes regulariter nõ esse edẽdas, ut ibi plene dixi. Vnde faciliter adductis contra communem responderi potest. Et primo non obst. ratio æqualitatis seruandæ, quia non procedit quando lex expresse differentiam inducit, ut in l. nostra. sicut facit in l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. & de ratione dictum fuit supra. Non obstat quod reus sit in exceptione actor, quia non est proprie actor, & non põt esse ita instructus ẽt ꝑ dilationes. Itẽ militat diuersa rõ quã hic expresse inducit tex. Nõ obstat. l. nimis graue. ꝗ intelligitur in editione fiẽda ad originẽ petionis. ꝑ tex. nostrum. Non obstat. l. 1. §. edenda. quia ille tex. loquitur in reo edente qui regulariter non tenetur edere ad originem petitionis, nos autem loquimur in actore edente. Item intelligitur de editione quæ fit ante litis contestationem ut certior reus reddatur, non

non ad probationem, ut dicit hic Alcia. Non obst. l. nõ ex omnibus. de arbit. quia nomina testium non sunt edenda propter timorem subornationis, ut per Specu. in tit. de teste. §. qualiter. uers. potest. Non obst. ꝙ reo subuenitur in dilationibus, quia dilationes dantur ad deliberandum, non ad probandũ, nec prosunt in facultate probandi. Non obstat ꝙ differentia constituitur ꝑ tex, nostrum inter rationes & instrumenta, quia hoc negatur secundũ Docto. nec ratio communionis, quæ est potens ratio ad inducendã editionẽ in rationibus, multum stringit, quia in instrumentis ita potest esse cõmunio propter mandatum uel propter aliquod ius, sicut in rationibus. l. procurator. supra eo. Preterea licet possit esse maior ratio in rationibus, tamen in instrumentis est tanta æquitas quæ sufficit, cum reus tractet de defensione.

Ex quibus patet articulũ esse disputabilem ab utraque parte. Vis tamẽ utriusque partis consistit in ueritate intellectuũ traditorũ ad tex. nostrũ. & si tenemus intellectũ sextũ quẽ ego tradidi qui uidetur multũ amicus literæ. & ẽt quartũ intellectũ meũ, opinio cõtra cõmunem, procedit sine difficultate. Tamen quia pro cõi conclusione allegatur, quia supra dixi cõmunẽ intellectũ ueriorẽ esse, ꝙ hic decidatur æqualiter de rationibus & instrumẽtis, & ꝙ nõ sit differentia inter rationes instrumenta, sed solum inter actorẽ & reum, cum corã Alexand. utraque quæstio fuerit agitata, quia se refert ad l. qui accusare. supra eo. & tunc necessario opinio cõmunis est uera, ꝙ instrumenta edenda sint sicut rationes, quia hoc determinatur per istam, l. cui non potest cõmode responderi. Non obstat ꝙ ratio replicationis doli militat in eo ẽt ut possit remoueri, & per consequens tamquã doloso nõ uidetur esse edendũ, sicut nec actori editur propter præsumptũ dolũ, per rationẽ assignatã hic in tex. quia respõdetur ꝙ nõ est ita præsumptio ut reus dolose excipiat sicut in actore ꝙ dolose petat, quia maior præsumptio est ꝙ reus adimpleuerit ꝓmissa, quia ad hoc tenebatur, & præsumitur pro liberatione magis quam ꝙ reus excipiat dolose, cũ in reo sit necessaria conuentio noua ad faciendum ꝙ ipse dolose excipiat, & facta nõ præsumuntur, ut no. in l. si emancipati. per Ias. & Dec. infra de collat. in tertio notab. & in reo tractatur de liberatione quæ est fauorabilis, & in actore de noua conuentione & obligatione quæ nõ est ita fauorabilis, ut not. in l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. in glo. magna. & ibi Bart. & alii. & ideo dicunt Docto. in l. sub prætextu. & in l. si de certa. infr. de transactio. ꝙ maior est dolus actoris quam rei, quia reddit transactionem nullam, ut hic per Curt. nu. 11. & hæc est uerior & tutior opinio.

Et sic constituenda est regula in ista editione iuditiaria, ꝙ actor tenetur edere reo ad exceptionẽ fundandã.
29 †Limitatur tamẽ nõ procedere secundũ Bal. hic col. 4. in exceptione criminosa ad quam probandã non tenetur actor edere reo, allegat tex. in l. 2. §. Diuus in fin. ff. de iur. fisc. Sed ut dicit hic Dec. ille tex. parum facit, quia secundũ eius uerũ intellectum loquitur de crimine puniendo pœna corporali ut infr. dicam quæ pœna non potest habere locũ qñ opponitur crimen per exceptionẽ, quia regulariter non est punibile, ut not. in c. cũ dilectus. extr. de ord. cog. & c. 1. de except. in 6. Vnde Dec. hic confirmabat per aliã regulã, ꝙ quis non cogitur respondere positioni criminosæ & detegere turpitudinem suam. ut not. in l. alias. ff. de iur. iura. in glo. docere. & per Bart. in l. transactione. inf. de transact. Sed nec ẽt hoc fundamentum est concludens, quia Bar. in l. Marcellus. ff. rer. ammotar. dicit ꝙ quis tenetur respondere positioni criminosæ quando ipse locupletaretur cũ aliena iactura. l. quamuis. §. si prætor. ff. de noxal. & l. non intelligitur. §. tacita. ff. de iur. fisc. & c. inquisitioni. extr. de accus. & c. dudũ. extra de elect. il 2. quæ exẽpla propriẹ conueniunt materiẹ nostræ, cum hic actor locupletaretur cum aliena iactura petendo ꝙ sibi nõ debetur. Et in his terminis procedit etiã oppositio de iuramento calumniæ ꝙ non possit opponi de crimine in causa ciuili ad tollendam originem petitionis nisi in consequentiam. & per consequens tam in iuramento calumniæ quam in exceptione est eadem ratio ꝙ quis detegit turpitudinem suam in consequentiam, ergo si in iuramento calumniæ non obstante ꝙ detegatur turpitudo, tenetur actor edere, ergo eodẽ modo & quando opponitur per reum exceptio criminosa. Et ideo ipsemet Dec. in l. 2. nu. 51. tenet ꝙ reus edit fisco in causa criminali indistincte quando non tractatur de pœna corporali prout est hic, & sic hæc limitatio male probatur per doct.

Vnde ego puto ita distinguendum, aut agitur de causa ciuili in qua reus opponit exceptionem criminosã, & tunc actor tenetur edere ad eam probandam, sicut tenetur edere ad probandum exceptionem doli per istũ tex. quæ exceptio doli potest opponi directo ad tollendam originem petitionis. l. 1. & l. 2. §. generaliter. & ꝑ totum. ff. de excep. dol. Aut uero opponitur exceptio ad priuationem iuris quæsiti in pœnam propter delictum, & tunc uidetur æquum ꝙ non edatur reo ad effectum ut actor per exceptiones probatas priuetur iure suo, ut in casu. l. post legatum. ff. de iis quib. ut ind. quando legatarius petit legatum, & opponitur ei ꝙ priuatus est quia interfecit testatorem, uel prohibuit reuocare testamentum, uel accusauit testamentum falsum, uel si patronus petit bonorum possessionem in bonis liberti, & opponit ꝙ est priuatus quia accusauit libertum. l. etiam. §. capitis. & l. si cum natu maior. ff. de bo. liber. & idem si maritus peteret dotem propter adulterium, & opponeretur ei de lenocinio, iux. doctri. Bart. in l. 2. §. si publico. ff. de adult. uel si quis cõuentus propter dolum in societate opponit etiam quod ipse commisit dolum. ff. de compens. l. si ambo. & l. si mora. ff. solu. matri. cum glo. in quibus omnibus uidetur æquum ꝙ procedat limitatio Bal. & in istis omnibus casibus dictum Bal. uidetur posse procedere ꝙ non sit edendum.

30 Secundo †notabiliter limitatur non procedere in exceptione quæ directo non tendit ad tollendam æquitatem petitionis, ut si peteret cẽtum, & opponatur de solutione, nam ad istam exceptionem fundandam æquum est editionem permitti, sed si peterentur centum, & opponeretur ꝙ actor est excommunicatus, uel bannitus, & non potest agere ad istam exceptionẽ fundandam, non est fienda editio, quia ea probata nõ tollitur fundamentum petitionis. Et ideo sequitur ꝙ hæc regula non procedit in exceptionibus dilatoriis, nisi pacti conuenti, Et ratio est, quia cessat fundamentum æquitatis. l. nostræ. cum illæ sint de apicibus iuris & sunt reiiciendæ. l. si fideiussor. §. quædam. ff. mand. & per Bald. ibi in c. 1. & 2. de constitut. & l. alienam. infr. de procurat. & tanto magis procedit hæc conclusio in exceptione excommunicationis uel banni, in qua tractatur certo modo de delicto.

31 Sed † dubium est quid de exceptione compensationis, an in ea actor cogatur edere reo. & Bal. hic dicebat quod non, quia cessat æquitas de qua hic, quia non proprie excipit sed agit. l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. Sed tamen Dec. in c. cum inter. de except. dicebat quod illa. l. nihil facit, quia ibi non committitur stipulatio propter compensationis oppositionem, sed solũ propter solutionem, ut patet ibi, dum dicit, quod qui compensat soluere dicitur. l. si debitor. in fin. ff. qu. potio. in pigno. habea. & licet ibi dicatur quod uidetur petitum, illud uerum est quo ad effectum, sicut etiam si fuisset solutum dicitur esse petitum, Et ideo ipse tenet quod in compensatione editio sit fienda, quia magna æquitas est in retentione, nam qui compensat retinet. l. in restituenda. infr. de peti. hære. c. quo iure. 8. distin. Confirmatur etiam, quia qui allegat com-

pensationem allegat solutionem.l.si peculium.§. de il lo.ff. de stat. liber. & ideo sicut si allegat solutionem, actor ei tenetur edere, eodem modo si allegat compensationem, Et hanc opinionem tenet Alcia.in l.iustum. sup.eo.quia in rationibus hæc exceptio compensationis plerunque militat, cum contineat data & accepta. d.l.siquis.§.rationes.ff. eod. & exceptio.doli competit ex oppositione compensationis, d.l. 2. §. cum inter.ff. de excep.dol. Præterea, si quando est exceptio debilis editur, ergo tanto magis quando est exceptio potens, quæ habet uim petitionis, ut exceptio compẽsationis, & ideo excommunicato datur compensationis oppositio. Vnde restringit dictum Bal.solum procedere quando oppositio compensationis continet maiorem summam quam contineat petitio actoris.

Sed ego puto opinionem Bal.ueriorẽ esse quod immo non fit editio pro exceptione compensationis, quia compensatio est mutua petitio.l.neque.inf.de cõpens. & ibi glo.dicit esse reconuentionem, & idem not. in c. cum inter.de exceptio.ubi communiter docto. uidetur sequi, licet dispensetur forsan ex æquitate. Item cõpensatio est solutio præsens cum petitione.d.l.amplius nõ peti. Præterea non est uerum quod qui compensat dicatur se defendere, quia non impugnat debitum petitum, Sed solum negat se uelle soluere de pecunia numerata, cum per aliam pecuniam sibi debitam possit soluere, & sic in effectu non se defendit per exceptionem solutionis, quia se uelle soluere asserit, licet non de pecunia numerata, & potius dicitur exequi & adimplere petitionem quam aduersari, & se defendere, Et per compensationem nunquam fit solutio nisi facta oppositione in iudicio, quia tunc sequitur solutio legalis ipso iure.l.fi.inf.de compensa.& l.uero.& l.si ambo.ff.de compens. & sicut si tunc uellet soluere actualiter non esset fienda editio, ita si uult compensare.

Igitur ego puto ita distinguendum. Aut allegat compensationem factam in alio iudicio, & sic factam solutionem præteritam, & de nouo petatur, tunc potest fieri editio ad probandam istam exceptionem, sicut ad ꝓbandam aliam solutionem de præterito. Et idem etiam est in omnibus casibus in quibus fit cõpensatio ab initio ipso iure, non expectata oppositione partis.l.si am-
32 bo.ff.de compensa.† Si uero in præsenti iudicio opponit compensationem, non est fienda editio, quia nõ excepit proprie, sed legaliter soluit, cum compensatio nõ fit actionis exclusio, sed adimplementum, & reus opponens exceptionem compensationis non proprie excipiat sed petat actorem soluere.l.amplius non peti.ff.rẽ rat.hab.ubi compensando ita dicitur petere quod incidit in pœnam in quam nõ potest incurrere nisi per suũ contrarium.l.si is qui ducenta.§.cum ita.ff.de reb.dub. & not.in l.ita stipulatus.ff.de uerb.oblig.& uirtualiter actor soluit reo, & reus breui manu soluit actori. iuxta not.in l.singularia.ff.si cer.pet.cum materia.& l. licet. §.quoties.ff.de iur.dot. Nec est uerum quod committatur per solutionem, ut uolebat Dec.sed per petitionem perseueratur, & solutio extraiudicialis facit committi stipulationem, non uirtute solutionis, sed uirtute petitionis cum qualitate perseuerantiæ. Non obst.quod sit retentio, quia quantum ad actum corporeum & uisibilem est retentio.sed quantum ad fictionem & iuris dispositionem est solutio. Non obstat quod sit exceptio doli, quia exceptio doli non competit nisi probato debito actoris quod ipse tenetur soluere, & non ab initio, iuxta not.in l.2.§. & generaliter. ff. de except. do. Non obst.quod compensatio sit exceptio potens, quia potentia eius non stat in uirtute exclusiua, sed in uirtute solutiua, quia per eam extinguit actionem actoris, Non obstat quod sit in rationibus semper compensatio, quia potius in rationibus continentur solutiones quam compensationes, Vel illud uerum est uolentibus partibus, uel non procedit in illis casibus in quibus ab initio fit compensatio, etiam non opposita exceptione, qui nota.in d.§.in bonæfidei.insti.de actio. Nõ obstat quod non possit negari quin sit defensio, quia est defensio in apparentia, ex quo excludit petitionem, sed uirtualiter est solutio, & petitio, & acceptatio. Ex quibus patet in reconuentione non esse fiendam editionẽ, & habes tertiam limitationem quod in exceptione cõpensationis non fit editio reo, & quartam limitationẽ, quod in reconuentione actor non tenetur edere reo.

33 Quinto† limitatur non procedere in exceptione præscriptionis, quia odiosa est, ut per Bald.in l.instrumenta.in princ.inf.de fideicommis.ibi, secus forte, Quam limitationem restringit Alcia. ad præscriptionem rerũ immobilium, secus in usucapione quæ fauorabilis est, iuxta nota.in l.fi.inf. de edic.diu.Adria.toll. Itẽ restringit ad præscriptionem cum malafide, quia illa quæ fit cum bona fide est fauorabilis, cum præscribens sit tutus in conscientia, ut per Innoc.in c. cura.de iur.patro. Ex quo infertur ꝙ ista limitatio nõ procedit de iure canonico, quia nulla præscriptio currit nisi cũ bona fide c. fi. de præscrip. Sed mihi placet limitatio, quia etiam hodie de iure canonico præscriptio quæ fit cum bona fide est odiosa, quia fit in odium negligentis. d.c.fin.de præscrip.& l.fina.de edic.diu.Adria.toll. maxime quãdo non interuenit iustus titulus, & ubicunque sumus in præscriptione statutaria, & in præscriptione actionũ quæ currunt ex mera negligentia.d.c.fi. Et ideo dixit Bal.in l.1.inf.de præscript.trig.uel quadra.an.& Ang. in l.sequitur.§. si uiam. ff. de usucap. quod ubicunque proceditur ex æquitate, non curatur præscriptio. Et facit etiam, quia hæc exceptio non tollit proprie æquitatem petitionis.per dic.sup.in 2.limita. Et idem puto dicẽdum in exceptione trienali, nam & illa est iniquũ præsidium, ut not.in l.1.ff.de usuc. & l. 1. ff. de iust. &
34 iur.& in l.fi.inf.de edic.diui.Adria.toll. †Et eadem ratione puto dicendum in exceptione macedoniani, quæ est de apicibus iuris, & non attenditur & in alia exceptione quæ est odiosa, ut hic per Bal. quod etiam ego admitto, si exceptio est odiosa, quia fit contra naturalẽ æquitatem, ut est illa macedoniani, non autem si esset facta in odium alterius, sicut non curo quod sit fauorabilis facta fauore alterius, si tamen continet iniquitatem, ut in exceptione uelleiani, quando mulier iurasset, etiam quod non renuntiasset uelleiano, uel ex causa iustissima se obligasset, quia tunc cessat æquitas.l.nostræ.arg.c.cum contingat.de iur.iura.

35 Sexto† limitatur non procedere quando actor esset fauorabilis persona ex causa quam mouet, ut pro matrimonio, libertate, uel causa pia, uel dote, & similibus de quibus per glo.in c.fin.de re iudi. quia in istis fauor causæ præponderat fauori actoris.l.lege iulia.ff.de testi.& per glo.in c.in nostra.de testi. Sed istã limitationem repræhendit Alcia.in d.l.non est nouum. 2. colu. sup.eo.qa hæc regula seruatur in fisco. l.iustũ. sup.eo. A qua obiectione potes defendere limitationem, quia ille.ll.loquuntur in priuilegio personæ respectu personæ, nos loquimur in priuilegio personæ respectu causæ, & fiscus non est priuilegiatus respectu sui, sed respectu causæ, ut statim dicam, Nec obst.quod fauor causæ præponderat fauori rei.c. fi. de re iud.quia respondetur quod non est fauor causæ, sed fauor defensionis, ꝙ patet, quia competit etiam actori quando tractat de defensione, ut sup. dixi, & ille tex.dum loquitur de fauore rei non facit ad propositum, & pro hac opinione facit quod dixi inf.in alio articulo de istis causis fauorabilibus, ad quarum utilitatem non fit editio, quamuis aliter Dec.sentiat. Placet tamen opinio Alciat. per aliam rationem, quia in materia editionis non attenditur fauor causæ, ut patet in deposito, & dictum fuit in l. 1.sup.eo.

Septimo limitatur secundum Purpura. non procedere in schedulis & aliis scripturis priuatis, quia est speciale

ciale in usurario.clem.1.§. cæterum.de usu. Quam limitationem merito repræhendit Alci.in d.l.non estno uum.quia tex.noster & omnes leges huius tituli loquũtur solum in rationib.& scripturis priuatis,cum scripturæ non priuatæ per sua propria remedia edantur,ut dixi in 5.casibus.& latius in l.1.sup.eo.

36 Secundo principaliter† uidendum est, an econuerso reus teneatur edere actori ad fundandam eius intentionem.Et in hoc communis est opinio quod non: per le. 1.sup.eo.& l.nostram. Azo.uero uolebat quod immo reus teneretur edere actori ad fundandam originem petitionis rationes, quæ indistincte sunt edendæ. per textum nostrum secundum suum intellectum, constituendo differentiam inter rationes & instrumenta, ut rationes indistincte teneatur edere reus actori, sed nõ instrumenta.Et sicut in præcedenti articulo Azo. contradicebat communi opinioni in instrum. ita in hoc articulo contradicit communi opinioni in rationibus uolens quod reus eas teneatur edere actori,sicut actor reo. Et fundamentum potissimum est,quia æqualitas est seruanda inter actorem & reum.l.non debet. ff. de reg.iur.& l.fi.inf.de fructib.& lit.exp. Secundo facit,quia in probationibus fauemus æqualiter actori & reo,ut no.in l.de die.ff.qui satis.cog. Tertio facit l.prætor.in princ.& l.si quis.§.pertinere.ff.eod.& l.argentarius.ff.eo.ubi indistincte fit editio. Quarto facit,quia reus dicitur esse actor in exceptione.l.1.& 2.ff.de exceptio.Et ad contraria respondebat quod loquuntur de instrumentis.& ideo dicebat quod lex prima.sup. eod. loquitur de instrumentis.per l.qui accusare.eo.titu. & eodem modo intelligebat tex.in c.1.de proba.3.qu.3. §.qui uendit.Quod tamen non negant docto.in instru. nam concordant quod reus non tenetur edere instru. ad fundandam intentionem, sed in rationibus discordant,quia doctor.uolunt idem esse in rationibus quod in instrum.sicut in præcedenti articulo omnes concordabant in rationibus in eo quod essent edende ab actore reo,sed discordabant in instrumentis, cum Azo. negaret ea edi.sed doct.uolebant edenda esse, sicut rationes ab actore reo.

Sed tamen non est recedendum a communi opinione,quod rationes a reo non sunt edendæ.per text.clarum in l.1.supra eo.& est nimis magna uiolatio exponere rationes,idest instrumenta,& ille tex.& l. qui accusare.sup.eo.fuerunt impositæ ad ostendendum istam æqualitatem, & ad contraria sup.sæpius fuit responsum.Nec ob.quod etiam actor dicatur defendere.l. 2. C.de abolito. ubi accusans dicitur defendere suam uel suorum iniuriam,quia respondetur quod ibi est defensio ab exceptione opposita postquam fuit opposita exceptio & respectu exceptionis, sed in principali causa est intentio & persecutio.§.1.insti. de excep. Non ob. quod etiam in actore sit necessitas agendi,ut dicitur in l.5.ff.de separatio. ubi dicitur quod qui ex necessitate agit potest petere separationem,nam ille tex. loquitur in alia materia,& est alia necessitas causatiua, & casus particularis,sicut habetur in l.Titia.ff.de accus. & leg. diffamari.inf.de inge.& ma.Non obst.quod in actore militat etiam ratio instructionis,cum sine instrumento non possit instrui de exceptione, quia respondetur qđ ei imputatur qui sibi non prouidit de probatione,&qa non præsumitur quod fuerit negligens.argum.l. cũ de indebito.ff.de proba.ideo l. præsumit quod uere reus non sit debitor,& petitio actoris sit calumniosa. Non obst.ratio doli,quia ut sup.dictum fuit,dolus rei in hac materia non consideratur,sed dolus actoris,quia præsumitur pro reo quod soluerit,cum sit naturale obligationis adimplere potius quam quod sit in dolo,faciunt no.in l.sub prætextu.& in l.si de certa.inf.de trans. dũ uolunt quod dolus actoris & non rei reddat transactionem nullam.

Tenenda est igitur communis opinio, quod neque rationes neque instrumenta sunt edenda a reo actori, quæ tamen conclusio limitatur non procedere in aliquibus casibus.Et primo limitatur ista conclusio non procedere in omnibus casibus notatis sup.in illis sex conclusionibus primis, uidelicet in omnibus illis casibus in quibus editio peti potest etiam nulla existente lite, uel iure actionis,uel officio iudicis,nam si nulla existente lite debet fieri editio, tanto magis existente postea causa litis,Et licet Alex.hic faciat multas limitationes tamen continétur sub una in effectu,quæ habet plures casus, scilicet quando præter causam litis aliud remedium ad editionem competere potest.

37 Secundo limitatur† non procedere in fisco agente, nam ei reus edere cogitur ad fundandam intentionem l.nec quisquam.ff.eo.l.2.§.Diuus.ff. de iure fisci. & sequuntur ubique communiter docto.Dec.tamen in ca. 1.de proba.arguit contra istam limitationem, Et primo quod d.l.nec quisquam.non probat, quia loquitur negatiue,dicens non esse edenda fisco nisi instrumenta quæ faciunt ad causam delationis. Vnde non probat regulam affirmatiuam,cum negatiua nihil ponat in esse, ut per Bal.in l.1.inf.de condi.inser. Confirmat etiam, quia ibi in illis uerbis negatiuis intendit tex. diminuere facultatem edendi, ergo non debet induci in augumentum editionis.argum.no. in l. legata inutiliter. ff. de adim.lega. Vnde uidetur se restringere ad casum.l. 1.ff.eo.dum dicit, & se defendere professus est, ipse tamen postea subdit,ꝙ quidquid sit in illo tex.regula ꝓbatur in l.2.§.Diuus.ff.de iur.fis.Sed ultra Deci.contra istã limitationẽ faciũt.l.non est nouum.& l.iustum.&l. procurator.supr.eod. ubi fiscus tenetur edere rationes suas ad fundandam intentionem rei, ergo in ista materia editionis fiscus non est priuilegiatus, quia maius est cogi edere rationes proprias ad fundandam intentionem alterius,quam quod ei non fit fienda editio,per l. nimis graue. inf.de testi.& per omnes allegatas sup. in præcedenti articulo pro opinione Azo. Secundo facit tex.in l.illate.inf.de fide instrum. ubi fiscus tenetur edere,& ille tex.loquitur quando soluens dederat pecuniam siue ex causa debiti siue crediti,ut habeat rationẽ dubitandi,& sic ibi probatur quod fiscus teneatur edere actori ad fundandam intentionẽ, ergo ei non est fiẽda editio,quia, ut dixi,maius est damnum cogi edere, nã facit sibi uulnera suis telis quod est nimis graue.l.nimis graue.inf.de testibus. & sic patet quod in materia editionis fiscus utitur iure priuati. Tertio facit.l. nõ puto.ff.de iur.fis.Quarto uidetur tex.in c.1.ext.de proba. Et hanc partem ego teneo.Non obst.tex.in d.l.2.§. Diuus.quia ille tex.loquitur in materia delationis in casibus no.in l.j.iuncta gl.ff.de iur.fis.in quibus fiscus uel delator non potuit esse instructus.Et hoc est quod uoluit dicere tex.in dict.l.nec quisquam. qui negatiue loquitur, ponendo tacitam regulam, quod fisco non sit edendum nisi in causa delationis. Et in causa delationis nõ eduntur nisi instrumenta facientia ad illam causam,ut alias uideantur esse subtracta,per dictam leg.2. §.Diuus.

38 Et ideo† distingue. Aut fiscus agit ex causa cõtractus, uel quasi, uel alia causa descendente a cõuentione partis,uel actione reali,in quibus potuit sibi prouidere de cautela probatoria, & tunc fiscus utitur iure priuato, & ei non editur nisi in casibus in quibus priuato edendum est,& ipse edit eodem modo quo priuati edere coguntur.d.l.non est nouum.& l. iustum. cum aliis alleg.

39 Aut† fiscus agit uel delator eius nomine ex causis notatis in d.l.1.cum glo.ff.de iur.fis.Et tunc ei edendum est quia ibi tractatur de re occulta in qua fiscus non potuit sibi prouidere de cautela probatoria,ideo ei ex priuilegio fauore publico edi debet.l.nec quisquam.& d. l.2.§.Diuus.& dixi latius in l.1.& in l.2.sup.eo.Ex quibus habes unam magnam restrictionem ad istam limitationem,ut non procedat quando fiscus agit ex causa descen-

descendente a conuentione, uel quasi contractu, uel alio regulari fundamento, in qua potuit sibi de cautela prouidere, licet communiter doctores contrarium sentiant.

40 Ex quo† infertur etiam, quod si fiscus petat gabellã siue pretium ab aliquo emptore non poterit petere contractum conuentionis sibi exhiberi, quamuis Bal. in le. 1. §. editiones. ff. eo. teneat contrarium & male per prędicta, quia potuit fiscus sibi prospicere, & uidetur etiã

41 reprahendere Dec. in d. c. 1.† Secundo restringitur ista limitatio non procedere in causa criminali, in qua fisco non est edendum. d. l. 2. §. diui fratres. ff. de iure fis. nam causa capitalis ibi ponitur pro causa criminali quando agitur etiam ad pœnam pecuniariam, iux. no. per Bar. in l. 3. ff. de sepul. uiol. Cum ibi ponat de causa capitali ad differentiam causæ ciuilis & causæ nummariæ quãdo agitur ad uindictam, iux. l. si emancipati. ff. de collatio. & per Decium in d. c. 1. num. 14. licet non se firmet. Sed in l. 2. sup. eo. reprahendit istam restrictionem in pœna pecuniaria per illum textum qui solum loquitur de pœna corporali. & facit tex. in auth. sed hodie. C. de episco. & cleri. Et hæc ultima opinio mihi placet, quia ille tex. loquitur in materia delationis in terminis. l. 1. ff. de iur. fisci. & si excluderetur casus quando agitur de pœna pecuniaria. d. §. diuus procederet solum in trib. uel quattuor casibus de uiginti enumeratis in d. l. 1. in quibus tractatur de auferendis bonis uel de pœna pecuniaria. Et confirmatur per ea quæ dixi supra in alia conclusione, quia in causis communibus non editur fisco nec in causa capitali, ergo necessario debet intelligi in causis in quibus etiam imponitur pœna pecuniaria, cum alias pene inutile redderetur illud priuilegiũ fisci. Ideo ego puto priuilegium fisci esse ut ei edatur in omnibus causis ciuilibus & criminalibus delationis, enumeratis in lege secunda. sup. eodem. & l. 1. ff. de iur. fisci. etiam quod imponatur pœna pecuniaria, & omnium bonorum, dummodo non imponatur pœna corporalis, ita quod sublimitatio præcedens restringatur non procedere solum quando fiscus agit ad pœnam corporalem.

42 Tertio† restringitur non procedere quando fiscus litigat cum alio fisco, quia priuilegiatus non utitur priuilegio contra priuilegiatũ. l. sed si militis. uers. sed & si æqualitas. ff. de excu. tutor. & probatur in d. c. 1. de prob. Secundo hoc confirmatur, quia istud priuilegium competit respectu potestatis quam habet fiscus in subditos suos, quod non procedit in alio fisco. l. ille a quo. §. tempestiuum. ff. ad trebell. Ex quo infertur, quod in nõ subditum non potest procedere ista limitatio, per no. per Bal. in l. exemplo. inf. de prob. Sed ego puto restrictionem indistincte nõ esse ueram, Nam aut fiscus agit ex causa nummaria descendente ex conuentione, & tunc a nullo editur, ut sup. dixi. Aut agit ex causa delationis, & tunc non potest uerificari nisi alius fiscus sit subditus. Et in eo erit dicendum prout in aliis priuatis delinquẽtibus, si fiscus uel uniuersitas delinquat, & probatur in d. c. 1. ubi ponitur regula inter principem & fiscum, & cum ille tex. in d. l. 2. §. diuus. loquatur generaliter, etiã comprahendentur casus priuilegiati. l. 1. supr. eod. & l. in fraudem. §. fi. ff. de test. milit. Nec obst. quod priuilegiatus non utitur priuilegio contra priuilegiatum, quia non procedit quando priuilegium competit propter delictum alterius. arg. l. auxilium. ff. de mino. & no. in d. l. sed si militis. ubi per delictum quis ammittit priuilegium.

43 Quarto† restringitur non procedere quando aliunde fiscus copiam probandi habere potest, quia tunc nõ est ei edendum. argum. l. 2. inf. de noxa. & dicto. §. diuus. ibi, si uerum aliter non inueniatur, ut si a notario possint haberi ille scripturæ probatoriæ, Sed in contrariũ facit, quia notarius semper potest agere contra possidentem originalia, ut no. Bal. hic. & Deci. in c. 1. sed tu dicas quod ista restrictio sine dubio non procedit in scripturis de quibus non est rogatus notarius, quę sunt infinitæ, cum hic loquatur de priuatis scripturis. Item etiam non potest procedere in instrumentis de quibus est rogatus notarius, sed cum longa lite ea possit recuperare, quia non posse, uel cum magna difficultate posse, æquiparantur. l. nepos Proculo. ff. de uerborum significati. & c. aliud. 11. q. 1. & c. faciat. 22. qu. 2. & facit tex. in l. is a quo. ff. ut in possess. leg. Solum igitur ista restrictio procedit quando commode ab aliis uia ordinaria instrumenta fiscus consequi posset, qui satis possunt inueniri in distinctione supra per me tradita, quam restrictionem nota, quia generalis est, & seruit omnibus limitationibus in quibus ex causa editio est fienda.

44 Et ex ista† limitatione, quod fisco ex priuilegio edi debeat, inferunt docto. in d. c. 1. de proba. ad omnes alias causas uel personas fauorabiles, ut in ecclesia, pupillo, dote, libertate, causa testamenti, causa matrimoniali, in causa liberorũ, in causa studii, finaliter in qualibet causa pia, quia in iis sacerdotium & imperium æquiparantur. §. sancimus. in auth. de eccl. rer. alie. & gl. in l. si procurator. ff. de iur. fis. Et in causa fauorabili fauor causæ præponderat fauori rei conuenti. c. fi. de re iudi. & l. inter pares. ff. de re iudic. & eo maxime, quia fauor defensionis operatur quod reo edendum fit. per textum nostrum hic, ergo idem fauor causæ. Et licet illa iura loquantur in sententia, tamen idem est etiam in probationibus super quibus fundatur sententia, uel sine quibus non potest deueniri ad sententiam. l. qui accusare. sup. eo. Et has limitationes separatim ponit Alexan. hic. & latius Dec. in dicto c. primo. de prob. num. 13. cum seq.

Sed nulla ex istis limitationibus traditis per doctor. ad exemplum fisci mihi placet, quia in materia editionis fauor causæ nihil operatur, ut patet in deposito. Et l. 1. supra eo. ubi Dec. ponit conclusionem generalem, quod dispositio generalis comprahendit casus priuilegiatos nisi expresse reperiantur excepti. Nec exẽplũ de fisco procedit, quia fisco non editur ex priuilegio personali, cum regulariter utatur iure cõmuni, nisi in causis delationis, enumeratis in l. 1. de iur. fisc. & sup. dixi. Et hanc partem tenet Bal. in d. l. 1. §. editiones. dũ exẽplificat de muliere petente dotem, Nec obst. d. c. fi. & d. l. inter pares, quia loquuntur in sententia, quando magis constat de ueritate ipsius piæ causæ, sed nos loquimur quando de ea non constat, & ad eam deducendã non datur priuilegium in probando, ut per omnes in d. l. 1. super eo. Nec etiam ex fisco poterit inferi ad personas priuilegiatas, ut minores, ecclesiam, & fauorabiles personas, quia fiscus respectu personæ non est priuilegiatus, cum regulariter utatur iure communi, ut sup. dixi. Solum enim est priuilegiatus in causis delationis quæ conuenire non possunt dictis personis, quia ecclesia, minores, & similes personæ non agunt ex causis enumeratis in d. l. 1. ff. de iur. fis. Vnde solum extẽsio de priuilegio fisci potest fieri ad fiscum ecclesiasticum. §. similiter, in auth. de non alie. & glo. in d. l. si procurator. ff. de iure fis. & hoc etiam uidetur sentire Alc. in di. l. nõ est nouum. dum in præcedenti conclusione reprahendit istas limitationes. Et hoc ego puto tenendum, cum alias istæ limitationes absorberent quasi totam regulã cum procedendo de una ad aliam in infinitum possent fieri illationes contra. le. cum delanionis. §. asinam. ff. de fund. instr. inst. leg.

Et hic infert Alex. etiam ad causa alimentorum, quã tamen ipse bene restringit ut solum edendum fit in causa alimentorum quando aliter non potest haberi copia probationum, & ratio est manifesta, quia in materia editionis tractatur de probationibus, & per consequẽs ante editionem non constat de ista causa fauorabili, & sicut si statutum disponat quod exceptio aliqua nõ possit opponi contra instrumentum, non habet locum quã non

nõ cõstat esse instr. ut p Bal. & Saly. in l. 1. in fi. inf. plus uale. quod ag. ita etiam priuilegium editionis non potest competere, cum adhuc constet de ipsa causa fauorabili. Si tamen contingeret quod in istis causis fauorabilibus concurreret aliud, ut quia non potuisset sibi actor prospicere de probationibus, tunc putarem etiam in istis esse edendum, sicut in fisco, in quo concurrit hęc duplex causa, scilicet priuilegium personæ, & quia aliunde non potuit sibi prospicere de probationibus.

45 Tertio limitatur † non procedere etiam in reo usurario. cle. 1. §. porro. ex. de usur. quam limitationem late firmaui & ampliaui ex mente Dec. & doct. in l. 1. supra eo. & dicendum est ut ibi.

46 Quarto † limitatur non procedere in casu legis. pri. §. edenda. ff. eo. ubi omnia sunt edenda quibus quis est usurus. Quæ tamen limitatio dependet ab intelligentia illius tex. qui habet uarias lecturas. Et primo intelligitur de scripturis editis ipsi iudici, ut determinet etiam edendas esse parti, ut sit sensus, quod siquis edit instrumenta iudici, eorum etiam copiam debet dare parti. & iste intellectus uerus est in se, sed uidetur literæ repugnare, quæ præsupponit in uerbo usurus, quod adhuc non erant edita instrumenta. Ex eo tamen colligitur

* conclusio quæ communiter approbatur a doctoribus, quod de omnibus quæ aguntur in iudicio danda est copia parti petenti, de quo late dixi in l. 2. sup. eo. Secũdo intelligitur ille text. quod pars in principio litis tenetur edere instrumenta quibus est usurus in fine litis, & ea est producturus si de hoc in principio a parte interrogetur, & iste intellectus communiter tenetur, sed sub distinguitur in duos, unus quod solum cogatur edere ea de quibus fecit mentionem in libello, & hoc tenet Alc. hic colum. 2. uers. 3. Qui intellectus etiam uerus est in se, declarando tamen an fiat mentio instrumenti per modum limitationis, uel per modum assertionis, secũdum doctrinam Bar. in l. edita. colum. pe. sup. eo. ubi dixi post Dec. & quando editio petitur ante litis contestationem, sed si petitur post litis contestationem, tunc indistincte edenda sunt saltem post conclusionem in causa, & cum potestate opponendi, iux. no. in c. cum dilectus. de fide instrum. Tertius est intellectus, quod ille text. intelligatur generaliter de omnibus quibus quis est usurus, etiam quod in libello non fuerint nominata ut actor teneatur edere omnia instrumenta si reus ab initio petierit sibi edi, & si iudici uidebitur æquum ex aliqua iusta causa. Sed iste intellectus mihi non placet, quia si æquitas hoc dictat, tunc sumus in aliis limitationibus sup. positis, & hoc solum, quod pars interrogata respondeat se uelle uti, non debet esse sufficiens causa ad edendum & auferre tempus datum a lege de quo in d. c. cum dilectus. de fide instr.

47 Quare † tenendus est intellectus, quod ille tex. loquatur de scripturis mentionatis in libello ante litis contestationem, uel de scripturis productis iudici in processu, quarum copia danda est parti secundum primam & secundam declarationem, & uerbum, usurus, ibi uerificatur habito respectu ad sententiam, cum eis productis sit usurus ut obtineat sententiam, ut sit sensus, edenda sunt parti ea quę sunt in processu si eis est usurus ad obtinendam sententiam, & non est inconueniens ut uerbum, usurus, stet proprie in scripturis nominatis in libello, & improprie in scripturis productis. argum. l. 2. ff. de off. procons. & leg. Siquis tamen uellet tenere tertium intellectum quem uidentur multi sequi, quod intelligatur de omnibus scripturis, ut pars cogatur edere omnes scripturas quibus dixit se uelle uti, cum interrogatus fuisset ut responderet, & sic per hanc responsionem sibi præiudicet, potes eam restringere mitigando ut procedat solum quando pars interrogata respondet sed si negaret se uelle respondere, non esset cogenda, quia potest dicere quod nondum deliberauit, & quod ex testium productione & confessionibus & negationibus & assertionibus partis & aliis producendis in processu deliberabit an illis scripturis uelit uti uel non, & ita euitabit illum textum quia probationum facultas non est angustanda. l. tertia. supra de hæreti. & non debet ita faciliter quis priuari facultate concessa per dic. cap. cum dilectus. extra de fide instrum. quod multum nota in practica.

48 Quinto † limitatur non procedere ubicunque subest aliqua æquitas quæ moueat iudicem ad cogẽdum edere, declarando ut dixi in l. 1. in octaua causa. sup. eo. & Alc. hic & ibi. Alias limitationes ponit Alex. hic. Sed uel falsæ sunt, uel, si sunt ueræ, compræhenduntur sub prima limitatione in præcedentibus posita, quando editio extra causam litis per uaria remedia fieri debet. Vnde aliter non est insistendum.

49 Tertius † est articulus principalis discutiẽdus, an reus teneatur edere actori ad replicationem fundandã, in quo Bart. concludit quod sic, per textum nostrum a contrario sensu, dum negat ad fundandam originẽ petitionis edendum esse, ergo ad replicationem quæ sequitur originem petitionis edi debet, & exemplum ponit quando per reum excipitur de pacto de non petendo, & replicatur de pacto de petendo, iuxta textum in l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. §. primo. insti. de exce. & hoc tenet Ioa. hic. Secundo adducitur. l. si maritus. §. pe. ff. ad l. falci. Vbi legatariis petentibus legatum, si hæres opponit de falcidia, & legatarii replicant de sufficientia hæreditatis, hæres debet edere legatariis ut appareat an bona sufficiant. & sic pro replicatione legatariorum. Tertio pro hac parte uidetur casus in l. plures apochis. inf. de fide instrum. ubi creditor facit apocham debitori, & debitor creditori ad securitatem creditoris, ut possit probare debitum. Si ergo ad securitatem creditoris debet facere nouum instrumentum, ergo tanto magis suum tenetur edere. Quarto facit, quia reo editur ad exceptionem fundandam ut supra conclusum fuit, ergo econuerso edendum est actori ad replicationem, quia per eam actor excipit. §. 1. insti. de replicati. & reus est & se defendit. Facit etiam ratio æqualitatis seruandæ. l. fi. inf. de fruct. & lit. exp. Quinto confirmatur per ea quæ dicentur in sequẽti articulo de intentione iuuanda.

Contrariam tamen opinionem tenent Azo. & alii relati in primo articulo & mouentur per istum textum qui secundum suum intellectum indistincte negat editionem fiendam in instrumentis. Secundo adducitur, quia replicatio iudicatur illius naturæ cuius est actio. l. quæsitum. §. pe. ff. de pecul. & l. si pactum. cum glo. infra de excep. Tertio facit l. ex omnibus. ff. de arbit. ubi nomina testium non eduntur. Quarto facit, quia non editur ad fundandam originem, ergo nec etiã ad fundamentum nullum reparandum. argum. leg. oratio. de spons. Et paria sunt fundamantum non esse, & esse uitiosum. l. quotiens. ff. qui satis. cog. & tenendo istam partẽ non obstant contraria, & primo. l. nostra. quia probat contrarium secundum intellectum Azo. Non obst. lex maritus. §. pe. quia in quantum loquitur de hærede accipiente & producente, nihil facit. In quantum uero loquitur de instrumentis quæ sunt contra debitores hæreditarios, aliquid facit, & tunc debet dici quod eduntur tanquam corpora hæreditaria. uel ibi soluta erant legata integra, & hæres repetebat ex capite tituli, si cui plusquam per l. falci. propter es alienum quod nouiter apparuit ex rationibus pupillaribus, & hæreditas effecta est non soluendo. Vel ibi est quædam quasi communio, cum instrumenta hæreditaria sint ad commodum hæredis & legatariorum prætendentium ius in bonis, & testator uoluit quod uoluntas sua habeat effectum. Vel etiam ibi non est replicatio, sed erat simplex negatio, quia legatarii negabant habere locũ legem falcidiam, & hæres tenetur probare exceptionem suam, sicut fit in excusione. l. cum fideicommissum. ff. de confes. &

confes.& per glo.in l.cum lege.ff.de proba. Vel quarto dic,quod ibi hæres asserebat discussionem fiendam, ad quam erat necesse producere omnia instrumenta hęreditaria,& sic loquitur in casu speciali.Non ob. l.plures, quia loquitur quando constat de solutione facta, &petitur editio,ut illa semper possit apparere,sicut fit in l.dissolute.dę condi.sin.cau.Item non sequitur, aliquis cogitur facere cautelam creditori, ergo ei tenetur edere in lite,quia omnis debitor cogitur facere instrumentum debiti creditori,ut per glo.in l.2.in uerbo susceptum.in fi.ff.solu.matrimo.& tamen ipse non tenetor edere.l.qui accusare.sup.eo.qa tūc constat de debito,hic uero adhuc non constat,& negatur. Quinimmo potest dici.l.plures apochis. retorqueri in cōtrarium, nam ibi præsupponitur quod reus non tenetur edere actori apochas factas ad replicationem, cum nō fuisset necessarium facere illam .l. ut teneatur conficere antipocham,& ita uidetur sentire ipsemet Bar.infra,dū ponit unam limitationem de illa.l.ad articulum replicationis,& uidetur sentire infra in fine, dum in distinctione eam alleg.pro fallentia.Non ob. quod edatur ad coadiuuandam intentionem,quia intelligitur ꝑ quandā petitionem potius quàm remouendo exceptionem.

Sed tamen non est recedendum a communi opinione,quæ probatur in tex.nostro secundum communem intellectum,ac etiam secundum intellectum quem sup. posui,& intellectus Azo.procedere non potest. & non potest negari quod hæc lex non faciat differentiam inter actorem & reum.Et ideo cum disponat editionem reo fiendam ad exceptionem fundandam, eodem modo permittēdum est actori edi ad replicationem, quia
50 in ea tanquam reus excipit. † Secundo comprobatur per dictam l.si maritus.ff.ad l.falci. ubi constat actori edendum esse. Nec potest dici quod ibi edantur tāquā corpora hæreditaria,quia tex. loquitur generaliter in sui ratione,& si ibi ederentur tanquam corpora hæreditaria iure hypothecariæ actionis, ederentur uel per actionem.l.1.ff.de tab.exhib.Sed ille tex.dicit de officio iudicis generaliter,& causa describendi fit editio, & sic ad effectum probationis.Præterea loquitur de rationibus pupillaribus quæ pertinebant ad pupillum, & non erant defuncti sed erant pupilli reditis rationibus,& non corpora hæreditaria.Item tex. non se fundat ex eo quod sint corpora hæreditaria, sed quia per eas scripturas apparere posset quæ bona erant in hæreditate. Item addit generale dictum post quam enumerauit instrumenta hæreditaria,dum dicit,omnia ea per quæ apparere potest quantum sit in bonis,&etiam enumerauerat rationes pupillares,nec illa generalitas potest recipere restrictionem,cum iam multa essent enumerata.argum.leg.sed & siquis.§.quæsitum.ff.siquis caut.Nec procedere potest ille intellectus,quod ibi hæres esset actor,quia non apparet quod soluta essent legata,nec ibi fit mentio de illo titulo.ff. si cui plusquam per.l.falci.ac uerba repugnant,dum ibi dicitur, quod hæres opponit l.falci.ergo non erat actor,quia nō pertinet ad actorem opponere,sed petere. Item tex.dicit quod non poterat hæres soluere quantum erat deductum in cautione,& sic patet quod ibi solum erat præstita cautio de soluendis legatis per titulum. ff. ut leg. nom.cau. Nec obst. alia responsio quod ibi loquatur de negatione exceptionis,quia immo ibi erat replicatio,quod patet, quia tex. dicit quod ibi hæres cogitur exhibere & dare copiam describendi, & ibi dubitatur an teneatur,quod non esset si esset sola negatio exceptionis, quia si hæres non probaret, succumberet in sua exceptione.l.1.ff.de exce.Quod tamen negat ille text. quia præsupponit hæredem interim obtinere. Nec etiam uerum est quod hæres teneatur probare excussionem,quia immo actor tenetur eam probare, sufficit.n. hæredi dicere,in hac hæreditate non sunt nisi hæc bona,& qui uult dicere contrarium,doceat,ut dixit glos. in d.l.cum lege.ff.de proba.quam sequuntur communiter docto.Ideo legatariis asserentibus alia bona esse
* in hæreditate incumbebat onus probandi, ad quā probationem fiendam hæres ibi cogitur edere, & per consequens ille textus probat communem opinionem. Non obst.quod replicatio sit illius naturæ cuius est actio,quia negatur,cum fauorabilior sit replicatio,quia replicatione allegans contraria auditur.l.interpositas. inf.de transa.& per Bar.in l.1.ff.de exceptio. Præterea replicatio fundatur æquitate, petitio uero est de mero rigore.§.primo.de replicatio. Item replicatio non infamat eo modo quo petitio,nec dolus inductus per replicationem.argum.l.2.§.si publico.ff. de adult. Solum enim sequitur naturam actionis quo ad uitam, quia adheret actioni,sicut stipulatio super actu temporali apposita.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si qui. cau.nō autem quoad alia.iuxta no.in rubrica.ff. de uerborum oblig.& militat diuersa ratio propter defensionem. Et si dicatur quod replicatio sui natura est perpetua, quæ propter adhærentiam efficitur temporalis, ut dicebat Bal.ergo eodem modo debet mutare naturam,quo ad probationem.Respondetur,quod quoad uitam est accessorium actionis, & non potest stare sine suo principali,Sed quantum ad probationem non est accessoria, unde quo ad probationem non mutat naturam. argu. l.quod per manus.ff.de iur.codicillorum.sed solū quo ad uitam.d.§.qui iniuriarum.& l.cum principale.ff. de reg.iur. Non obst.l.ex omnibus,quia illud est propter timorem subornationis. Non obst. quod fundamentū sit uitiosum, quia quantum ad uitam solum replicatio super ea fundatur, tamen habet postea suam naturam separatam,ut patet in d.l.si unus. §. pactus ne peteret. ff.de pactis. Et suum fundamentum diuisum super quo conseruatur.Et hæc opinio tutior est & in practica ab ea non est recedendum.
51 Nec ob. lex plures apochis. inducendo ut ego feci, retorquendo contra Bartolum, quia ibi reus non cogitur edere illas apochas,quia negabat se habere,& dicebat nunquam debitum fuisse factum propter quod apochæ essent fiendæ, sed si constaret per aliquas probationes quod haberet apochas de debito,tunc ipse teneretur edere,per regulam nostram,nec fuisset necessariū cogere eum facere antipochas,nec hoc negat ille text. Et ad totam materiam editionis debet dari una limitatio,quod tunc teneatur edere quocunque remedio editionis conueniatur si ipse ea possidet,&hoc constat uel per testes uel per præsumptiones,iux.l.legatum.ff. eo. sed si non constat quod possidet, tunc prius remediis oportunis instandum est in iudicio super dubitatione possideat uel non, & declarare debet, uel se purgare, iux.no.in l.fi.inf.de fide instrum. Limitatur tamen nō procedere in omnibus casibus in quibus diximus sup. non esse edendum ad exceptionem fundandam, quia militat eadem ratio. Si tamen actor haberet unum ex remediis positis supra in illis quinq; casibus enumeratis ante articulum.l.nostræ, utile esset sibi illud intentare,quia cessarent difficultates supra positæ, cum etiā nulla existente lite illa,remedia possent competere, ut supra sæpius dixi.
52 Quartus† articulus est discutiendus,an reus teneatur edere actori ad coadiuuandam intentionem, & Barto. hic determinat quod sic, exemplificando quando quis petat fundum sibi uenditum, fundando intentionem super uenditione principaliter, & si postea contentio est de ualore,ad probandum talem ualorem potest petere sibi edi instrumentum. Vel,ut dicebat hic Salicetus peto pecuniam quam tibi mutuaui, & quia ignoro cuius generis monetæ fuerit, peto instrumentum edi ad coadiuuandam intētionem,ut appareat quod mihi detur.Et probat hæc opi. ꝑ l.nostrā.arguēdo a contrario sensu,ibi,ad originem petitionis fundandam, ergo ad non fundandam petitionis originem potest edi, & per conse-

consequens ad coadiuuandam intentionem. Secundo facit tex.in simili in l.Titius hæres Sempronii.ff. de actio.emp.ubi uenditor tenetur edere instrumenta actori petenti ut appareat quantum ueniat in cōntractu uenditionis.Idem probatur in l.creditor.eo.titu.Facit etiam tex.in l.qui concubinam.§.cum ita.& l. prædia. ff.de legat.3. & hanc opinionem sequuntur communiter docto.

Sed Riminal.hic&Cur.tenent contrarium,quia allegata per Barto.non probant,& in exemplo suo petitio erat dubia,& editio petebatur ad faciendum quod dubia probatio releuaret,quo casu editio dicitur fieri ad intentionem fundandam,cum dubia probatio non releuet probantem.l.non hoc.inf.unde legit.& c. in præsentia.de proba.& sic cum illa probatio de se nihil ualeat,non potest adiuuari,sed utrunque ibi facit probationem ad intentionem, si ergo non debet edi per reū ad intentionem fundandam,ergo nec etiam ad eam coadiuuandam. Et respondet contrariis,quia leges allegatæ loquuntur in contrariis quibus est edendū ad fundandam intentionem,per l.1.& per totum.ff.de tabu. exhib.ergo etiam in replicatione.d.l.pe.§.fi.ff.ad leg. falci.Vel omnes.ll.ille faciunt aliam fallentiam quā supra posuimus,quia unusquisque potest petere ab eo a quo habet causam & ista petitio fit iure actionis,siue existat lis, siue non. Et sic non propter intentionem uel replicationem fundandam,sed propter naturam dispositionis tacite hoc inducentis.

Puto tamen adhærendum esse communi opinioni per textum nostrum hic,& quia hoc conceditur in replicatione quæ est quædam coadiuuatio actionis,quæ coadiuuatio facilius admittitur quam principale,secūdum Alci.hic.l.1.§.siquis edificium.ff.de nou.oper. nūtia.l.si donatæ.in fi.ff.de donatio.int.uirum & uxor.& l.certi condictio.& ibi docto.ff.si certum peta.Et ideo testes qui publicatis attestationibus recipi non possunt tamen causa coadiuuandi probationem admittuntur. c.cum clamor.extra de testib. Facit etiam tex. in l.hæredes palam.§.sed & si notam.ff.de testam.ubi declaratio legati facti facilius permittitur quam principalis dispositio,cum alleg.ibi per doct.& ideo dixit Raine. in l.1.ff.de iur.iurā. quod probato mutuo per testes solo iuramento potest probari quantitas,& seq.Dec.hic. & l.in actionib.ff.de in lit. iur.

Non ob.quod dubia probatio non releuat probantem,quia duplex est dubietas,una circa substantiam dispositionis,alia circa demonstrationes eiusdem. dubietas circa substantiam requirit eandem solemnitatem quam requirit principalis dispositio, ita intelligitur regula.l.non hoc.inf.unde legit.& c.in præsentia.de probatio.Sed dubietas circa demonstrationes facilius declaratur.d.l.hęredes palam.§.sed &si.ff.de test.&ꝑ no. per Raine.in d.l.in actionib.de in lit.iur.&ꝑ regulam, ꝙ declaratio non requirit solemnitates. facit etiā text. in l.asse toto.ff.de hær.institu.cum similib.ibi not. per doct.& ita habes defensatam hanc communem opinionem,Quam limita non procedere in omnibus illis casibus qui ponuntur in primo & tertio articulo, in terminis tamen qui adaptari possunt,& ita habes plene examinatam istam materiam editionis.Glo.omnes sunt ex positiue tex.Et ideo remanent declarate ex intelligentia legis.Et glo.in uerbo doli declaratur ut per Curti. hic in fi.Bar.tamen opponit contra finem legis, dum uult quod reus non tenetur edere ad fundandam intentionem.d.l.1.§.edenda.ff.eo.& soluit ponendo limitationem,quod edi debent instrumēta quibus est usurus reus,hic uero nō erat usurus, & postea ponit distinctionem quam supra late declaraui.

53 Vlterius†ponit Dec.hic unum quod respicit materiā l.2.sup.eo.uidelicet quod nedum instrumenta sunt edēda,sed de omnibus uerbis dictis & allegatis in iudicio danda est copia parti,secundum Bartolum per illū textum & practica seruat in multis ciuitatibus Italiæ. Et per hæc colligitur quod fiendus est quintus articulus, qd omnia quæ sunt præsentata iudici debent edi parti ut habeat copiam describendi,cum super eis sit disputandum, siue illa quæ præsentata sunt sint in fauorem producentis,siue contra. Et iudex potest se fundare super instrumentis productis etiam contra ipsum producentem.ut per Bal.in l.1.inf.ut quæ des.aduo. exceptis aliquibus paucis casibus quos posui post Deci.in l. 2.sup.eo.in articulo,an omnia sint edenda parti.faciūt ea quæ dixi supra in 2.articulo.in 4.limitatione. super intelligentia.d.l.1.§.edenda.ff.eo. Ex quibus remanet confirmatum illud quod dixi in l.1.& replicaui supra quod doctor.hic male locuti fuerunt, dum in generali materia editionis posuerunt regulam negatiuam,quod editio non sit fienda,quia immo ponenda est regula affirmatiua,quod editio sit fienda, ut patet discurrendo omnes causas edendi,quas supra ultra docto. enumeraui. Nam editio quæ fit ex causa iuris realis quod quis habet in corpore scripturarum.Et editio quæ fit ex causa scripturarum pertinētium ad ultimam uoluntatem, & editio quæ fit ex causa præcedentis contractus & cōuentionis,& editio quæ fit ex causa officii publici assūpti ut in argentario,& editio actorum publicorum de qua in l.2.sup.eo. Et restitutio instrumenti inutilis penes creditorem existentis indistincte fienda est tam actori quam reo,tam ad exceptionem fundandam, quā ad intentionem,ut patet discurrendo .ll. omnes quas supra allegaui contra decisionem.l.nostræ. Sola enim editio iudiciaria est in qua prohibetur aliquando editio fieri,tamen,ut uidimus supra de quattuor articulis qui examinantur in hac materia per docto. tres sunt in quibus regulariter editio fienda est.Nam actor tenetur edere reo ad exceptionem fundandam, & reus tenetur edere actori ad replicationem fundandam, Item etiam tenetur edere ad coadiuuandam intentionem actoris exceptis quibusdam paucissimis casibus sup.traditis,& etiam reus tenetur edere actori instrumenta q bus est usurus,intantum quod remanet unus solus minimus articulus in quo non fit editio,scilicet de reo q non tenetur edere actori ad fundandam intentionem, quod etiam non est simpliciter uerum,ut patet in quat-

54 tuor limitationibus supra traditis.Et sic†luce clarus apparet constituendam esse frequentissimam regulam affirmatiuam in tota generali & particulari materia editionis,quod regulariter editio est fienda.Fallit primo, quando non possidet,ut supra dixi.Fallit secundo, in editione actorum in illis quattuor casibus quos posui post Decium.colum.5.in l.2.sup.eo. Tertio fallit in editione iudiciaria in reo qui non tenetur edere ad fundandam intentionem actoris, cum quibusque tamen restrictionibus positis sup.in 2.articulo. Fallit quarto in actore qui non cogitur edere reo in quattuor casibus positis supra in primo articulo,& ita habes paucissimis uerbis explicatam tam amplissimam materiam editionis,in qua docto.tam fortiter dubitauerunt. Et tota causa dubitationis fuit,quia crediderunt titulum.ff.de edendo continere eandem materiam quam continet titulus noster,& ita inciderunt in tot difficultates,quæ cessant factis distinctionibus prædictis.Quæ bene nota,quia non inuenies per aliquem declarata cum tanta facilitate.

55 Vltimo†Deci. hic insistit late,an ualeat quotidiana cautela qua utuntur omnes aduocati in productione scripturarum,protestando se uelle eis uti in parte& partibus tantum pro se facientibus & non aliter nec alio modo.Et adducit multas doctrinas pro utraque parte, & finaliter concludit quod talis protestatio non releuat,per rationes suas ut hic per eum. Sed pro omnium resolutione ego puto circa tria insistendum esse.Primo an producens non obstante protestatione uideatur totum producere.Secundo an uideatur totum approbare.

re. Tertio an iudex super toto se posit fundare. Circa primum præsupponédum est quod aliud est edere scripturas, aliud præsentare, & aliud producere, Edere est copiam describendi facere uel dictare. l. 1. §. edere. ff. eo. Præsentare est scripturam ostendere iudici & penes eum relinquere non faciendo tamen eam de processu, & hæc duo respiciunt ipsum factum solum. Producere uero est scripturam præsentare & facere de actis, ut per hoc efficiatur communis utrique parti, ita quod productio habet quendam effectũ iuris inducẽtẽ quan duam communionem, & potest dici præsentatio legalis Et potest euenire quod instruméta sint præsentata de facto, & tamen nõ sint producta in actis, ut sint de processu si notarius non scripsit quod essent redacta in processu, Et hæc est substantialis & subtilis differentia inter hæc tria uerba, licet sæpissime unum ponatur pro alio.

56 Quo stante † si quæratur an producens instrumentum uideatur totum producere, considerandum est an diuersa sint capitula in instrumento & separata, an uero sint capitula connexa iuxta doctrinam Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de lib. leg. si capitula sunt connexa, & tunc potest procedere opinio Deci. hic, quod nõ obstante protestatione totum uidetur producere, ut si quis producat instrumentum in quo ipse emit fundũ, uidetur etiam producere, non obstante protestatione promissionem & obligationem quam fecit de pretio, & econuerso. non quia non potest restringere causam probatiuam, quia ista ratio non ualet, cum non restringat causam probatiuam, sed non deducit in actis. Sed quia quando sunt connexa, unum potest stare sine alio, ideo uel nihil producit, uel totum producit, ut per Bartolum in dicta. l. Aurelius. §. idem quæsiit. & Ias. in §. siquis postulante. insti. de actio. num. 17. & 18. Et hoc uerum est in producente. Sed ille contra quem producitur aliquod instrumentum magis potest diuidere quã producens acceptando productionem in parte sic & in parte non, ut in distinctione quam ibi ponit Bartol. an præsumptio sit contra eũ uel non. Si uero contenta in instrumento sunt separata, & tunc protestatio ualet, & non dicitur esse de actis, nisi illa pars producta. arg. l. etiam. §. ex causa. ff. de minor. & sicut potest partem sententiæ approbare, & partem non, & partem impugnare, & partem non, ita etiam potest partem producere & partem non, & illa pars non producta non dicitur esse de actis, licet sit scripta in eadem carta. Nec ualet ratio Deci. quod non possit restringere uirtuté probatiuam, quia eam non restringit, sed non deducit illam partem in actis, & non facit eam de actis, nec de ea constat iudici ut iudici, sicut si in actis reperirietur quælibet alia carta non producta a partibus, & hæc conclusio est uera, siue pars consentiat protestationi, siue nõ, quia cum non sit producta in actis in eternum non poterit esse de actis. Et ideo pars non consentiens debet esse cauta ut illam partem ipsa de nouo producat in actis, quia protestatio primi producentis non potest impedire quin alius eam producat, & producta non probet, quia non potest restringere uirtutem probatiuam, ut dicebat hic Deci. cuius ratio concludit in hoc casu. Sicut nec etiam producens testem potest impedire contrariam partem uolentem eum interrogare in sui fauorem contra producentem. per Decium. hic. & in l. 2. supra eo. num. 43. Et idem dicit Alexã. in l. 1. inf. ut quæ desf. aduoc. Nec obs. quod probatio sumitur de domo reorum, quod esse non debet. l. nimis graue. inf. de test. nam illa regula non procedit quando scriptura est manifestata ut uideri possit & possit constare de dolo partis, sicut etiam quis cogitur respondere positioni criminosæ quando alias est detecta turpitudo, ut no. per Bartolum in l. alias. ff. de iur. iur. Vel secundo potest dici, quando scriptura est producta in actis, quia tunc efficitur communis sicut & cætera. acta per productionem, ut nota. in l. 2. supra eo. & per Iasonem in l. 1. §. editiones. ff. eodem.

57 Circa † secundum, dicas quod si quidem non protestatur producendo uidetur totum approbare, ut per Bal. in l. 1. colum. 4. in fi. inf. de confes. & l. si aduersarius. de fide instrumẽ. quia ex productione inducitur quædam tacita confessio de qua per Decium hic. & in c. cum uenerabilis. de exceptio. Si uero protestatur, & tũc si sunt capitula connexa, ea omnia non obstante protestatione uidetur approbare, quia propter connexitatem non potest scripturam pro parte approbare & pro parte nõ, iuxta doctri. Bar. in d. l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de liber. leg. & per Ias. in d. §. siquis postulante. inst. de act. Sed si sunt separata capitula, non uidetur approbare, ꝓpter protestationem quæ ualet, cum possit pro parte impugnari & pro parte non d. l. ex causa. §. primo. ff. de mino. & ita declarari debet dictum Bal. in dicta. le. 1. de confess.

58 Circa † tertium dicas quod iudex debet iudicare secundum acta & probata. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offi. præsi. non autem secundum conscientiam, ut ibi per doctor. quia debet sibi ut iudici constare de facto, ut per Iaso. in §. sed iste. in fi. in materia conscientiæ. institu. de actio. Et ideo si instrumentum productum in actis in parte & partibus continet diuersa capitula, quia propter protestationem alia pars non est de actis, ut sup. dixi, non poterit se fundare nisi in parte producta, quia non constat de ea sibi ut iudici. Et ideo debet facere ꝙ alia pars reproducatur coram eo, uel saltem ipse iubeat notario quod eam deducat in actis, nam iudex potest eam deducere in actis ex officio suo, sicut potest ex officio suo examinare testes non productos a partibus ad ueritatem eruendam. c. cum clamor. ext. de test. Sed si de hoc non appareret scriptura, non posset dici de actis. Et ita potest saluari dictum Bal. in d. c. præsentium. colum. pe. de testib. Cautius tamen esset quod alia pars reproducat, Si uero capitula sunt connexa, & tunc quia non possunt produci in parte quin producantur in totum, omnia erunt de actis, & super eis iudex indistincte poterit se fundare. Et ita potest procedere dictum Innoc in cap. olim. de cens. allegato hic per Dec. Cogita tamen & ex iis remaneat expedita ista notabilis lex. Laus Deo.

Ioannes Bolog. Iuris. Bono. Neapoli de mane legẽs Die. 18. Octobris. 1551.

Finis Tituli De Edendo.

Sequitur Titulus De Pactis.

Summaria super rub. C. de pact.

1 *PACTA Ad pacem & quietem inter homines inducendam & conseruandam inducta fuerunt.*

2 *Conuentio quando sit idem quod pactum in genere.*

3 *Conuentio ex accidenti nomen pacti assumpsit.*

4 *Pacta & obligationes hominum iure naturali primæuo cognita fuerunt.*

5 *Ius naturale primæuum est cum ratione in hominibus ante ius gentium, & appellatur ius naturale hominum.*

6 *Pacta aliqua iure naturali ad certum finem inuenta fuerunt iure gentium, pleraque introducta, & iure ciuili completa.*

7 *Omnia pacta sunt aut simplicia, aut duplicia.*

8 *Omne pactum simplex est pactum nudum nisi ex forma stipulationis uel rei datione uel qualitatibus adhærẽtibus alteretur.*

9 *Pacta correspectiua omnia dicuntur contractus, quasi hinc inde actus respectu obligationis & consensus.*

Contra-

10 Contractus imominati aliquando dicuntur pacta nuda comparata ad contractus nominatos.
11 Pactorum quædam sunt expressa, quædam tacita.
12 Pacta tacita aut habeant naturalem consensum, aut legalem.
13 Pacta habentia legalem consensum aut sunt præsumpta, aut ficta, aut quasi pacta.
14 Pacta imperfecta sunt illa quæ dependere possunt a uoluntate unius uel duorum, ut est policitatio, repudiatio, acceptatio, confeßio, & aditio.
15 Virtus pactorum quæ sit.
16 Pacta quæ non sunt contra bonos mores naturales obligationem naturalem regulariter producunt sine distinctione personarum.
17 Pacta non recepta a iure ciuili uel improbata ex solo rigore iuris ciuilis obligationem ciuilem non producunt.
18 Pacta a iure ciuili reprobata, & lex eis resistat, nullam producunt obligationem nec actionem.
19 Pacta a iure ciuili recepta producunt obligationem ciuilem & actionem.
20 Contractus innominati recepti a iure ciuili non producunt actionem & obligationem ciuilem nisi sequuto implemento.
21 Pacta simplicia non interueniente forma particulari uel alia qualitate extrinseca non sunt approbata nec reprobata a iure ciuili.
22 Pacta nuda ex extrinsecis qualitatibus adhærentibus recipiunt fomentum ut recipiatur a iure ciuili & producant actionem & obligationem ciuilem.
23 Stipulatio inuenta fuit ut pacta simplicia cum deliberatione facta haberent efficaciam.
24 Diffinitio pacti declaratur, & exponuntur illa uerba placitum & consensus.
25 Ad substantiam pacti requiritur quod consensus duorum eodem tempore interueniat.
26 Varii intellectus ad illa uerba, placitum & consensus, referuntur.
27 Verba illa, placitum & consensus, necessaria fuiße ad diffinitionem demonstratur.
28 Pollicitatio non transit in pactum per acceptationem ex interuallo sequutam.
29 Pactum in genere quare diffinitum fuerit per Vlpianum.
30 Pactum an poßit esse sine duorum consensu, late discutitur.
31 Tacitum pactum est uerum pactum.
32 Pactum tacitum habet naturalem consensum quando ex aliquibus extrinsecis apparet paciscentes consentire.
33 Pactum tacitum habet legalem consensum quando præsumitur uel fingitur, a lege.
34 Quasi pactum est quando nullo sequuto consensu ex una parte lex uult obligationem uel actionem nasci.
35 Omne pactum tacitum tam proprium quam improprium semper differt a policitatione.
36 Pactum factum præsenti & tacenti an sit uerum pactum.
37 Ex sola præsentia cum utilitate non inducitur consensus nisi interueniat aliquod extrinsecum signum.
38 Policitatio facta præsenti & tacenti non transit in pactum nisi interueniat actus extrinsecus.
39 Pactum an poßit fieri inter absentes sine nuntio uel epistola.
40 Pactum inter præsentes prodesse potest absenti ad actionem uel exceptionem.
41 Dispositio loquens de pacto non compræhēdit pactum tacitum.
42 Dispositio loquens de pacto non compræhendit pactum donationis factum præsenti & tacenti sine signo.
43 Dispositio loquens de pacto non compræhendit pactum fictum uel præsumptum.
44 Statutum probibens contrahere an probibeat consentire.
45 Statutum loquens de pacto in dubio intelligitur de pacto nudo.
46 Pactum nudum quando fit proprie contractus.
47 Statutū probibens cōtractum an probibeat pactum liberatoriū uel distractum.
48 Statutum compræhendens sub nomine contractus stipulationem & donationem de proprietate sermonis compræhendit pactū liberatorium & distractum, alias secus.
49 Contractus appellatione ex communi usu loquendi continetur stipulatio & donatio.
50 Statutum loquens de contractu in specie quando extendatur ad distractum.
51 Statutum probibens aliquem obligari de proprietate sermonis compræhendit distractum.
52 Statutum probibens aliquem alienare, probibet etiam distrahere; & omnes actus priuatiuos dependentes a uoluntate unius.
53 Statutum probibens aliquem contrahere uel pacisci an probibeat aditionem hæreditatis.
54 Pactum nudum de iure canonico producit actionem efficacem.
55 Quare ius canonicum non seruatur in foro ciuili, plures ratione aßignantur.
56 Intellectus ad capitulum final. de præscriptionib.
57 Continuationes glosæ repræhenduntur.
58 Duplex continuatio traditur.

Repetitio rub. C. de pact.

ACTORVM Frequentissimus usus quam utilis necessariusque hominibus fuerit, quantamque humano generi commoditatem, corporisque & animi quietem pepererit, ille facile cognoscere poterit qui eorū causam, originem, & effectus inuestigare curauerit.
1 † Pacta etenim ad sedanda euitandaque bella, cædes, uiolētias, tollendasque hominum discordias, pacemque producendam, conseruandamue inducta fuisse diligenter perscrutanti apparebit. Vnde pacta a pace, quam inducūt uel conseruant, dicta esse testatur Augustinus ca. pactū de uerborum signi. post Vlpia. in l. 1. ff. de pactis. Indeque erga Deum religio seruatur, iustitia colitur, mundus conseruatur, animaque in eterna quiete cum diuinitate coniungitur.

Quamobrem de istorum pactorum sanctißima institutione uerba facturi, ne illotis ut ita dixerim manib. accedamus quinque ad intelligentiam totius materiæ pręmittenda esse operępretiū existimaui. scilicet Quid sit pactum, Secundo quo iure introductum fuerit, Tertio quot sint eius species. Quarto quid sit pactorum effectus & efficacia. Quinto quomodo procedant diffinitiones traditæ. Circa primum breuiter dicendum est ut docet Vlpianus in l. prim. ff. co. Pactum est duorum in idem pluriumue consensus & placitum, idest pluriū conuentio.

2 Conuentio†autem est plurium animantium coadunatio, quotiens enim plura animalia in unum coadunantur, conuentio est, l. 1. §. 1. ff. eod. quæ tamen potest fieri tribus modis, aut casu, ut quando plura animātia coadunantur sine pręcedenti cogitatione. Secundo qñ prœcedente cogitatione coadunantur, sed ad nullum finem, quæ communis est etiam cum bestiis, & iis duobus modis nomen conuentionis non pertinet ad materiam nostram. Tertio modo fit conuentio cum congregantur homines ex præcedenti cogitatione, & hoc modo pertinet ad materiam nostram, & pro sui substantia requirit consensum, & in hac significatione sumpta denotat idem quod pactū in genere, nam hoc modo sumpta conuentio est duorum in idem consensus cum concursu corporum simul & animorum, uel animorum tātum, sicut pactum. d. l. 1. in princi. coniuncto. §. 1. Et fit tribus ex causis pro conseruatione, scilicet ipsorum cōtrahentium, uel suorum, & pro conseruatione bonorū, iurium suorum, ac etiam ad acquirendum uel ammittēdum. l. fi. ff. de legi.

3 Tales autem†conuentiones ex accidenti nomen pacti assumpserunt, quia cum naturaliter homines appeterent res ad sui conseruationem utiles, quærerentque eas ac

eas ac capere uellent, uaria bella & discordiæ sicut inter canes & feles nascebantur, indeque homicidia uiolentiæ tumultus & extorsiones procedebant, quod cũ esset contrarium iuri naturali animantibusque nociuũ, ceperunt conuentiones facere ad uenandum capiendumque res necessarias, eas cum proportionabili parte diuidendo, & ita euitantes iras ad pacem & concordiã deueniebant, indeque pacta a pace quam inducebant appellari ceperunt. l. 1. ff. eo. & c. pactum. de uerborum signific. & Azo. in sum. colum. 2. uersi. dicitur pactum. Qua ratione eodemque iure naturali homines mouebantur, etiam cum ad procreandum sobolem pacta cum mulieribus & matrimonium facere desiderarent, & societates ad uenandum, in necessitatibusque deposita apud amicos faciebant, capitulo ius naturale pri. distinctio.

4 Vnde † non recte dixerunt doctores in rub. ff. de uer. oblig. & in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. pacta omnia iure gentium introducta fuisse, cum etiam iure naturali primeuo inuenta fuisse constet, nam matrimoniũ in paradiso terrestri initiatum testantur omnes Theologi, quod in se duorum in idem placitum & consensum habebat, societatesque ad uenandum consensum duorum requirebant, depositumque ac donationes rerum acquisitarum pro suo uictu & uestimentis tantum serua ta inter homines iure naturali fuisse testatur tex. in ca. ius naturale. prima distinctione. Obligationesque inde iure naturali excogitatas ac inuentas fuisse necessariũ est dicere, cum illorum restitutio fienda esset, dicto ca. ius naturale. & etiam in brutis animalibus signũ quoddam naturale pactorum & conuentionum, prout genus eorum patitur, appareat dum ea & societates ad bellum, & ad uenandum, facere uideamus, ac experientia quæ est rerum magistra. c. quam sit. de electio. nos docet. & licet tales conuentiones sine animo sint per l. 1. §. 1. ff. si quadrupes pauperiem fecis. dica. & §. 1. insti. eo. tit. tamen in hominibus ex iure naturali fient cum consensu & animo, quia quod faciunt animalia instinctu naturæ sine ratione & animo, faciunt homines instinctu eiusdem naturæ cum ratione & animo, & ideo dixi in tractatu meo de differentia iuris & facti quẽ po sui in l. pe. ff. de iusti. & iur. quod ius naturale primeuũ in hominibus est cum ratione, etiam remoto iure gentium, nam licet ius naturale conueniat omnibus animantibus respectu finis, scilicet ut conseruentur & perpetuentur. l. 1. §. ius naturale. ff. de iusti. & iur. tamen in modo conseruationis & perpetuationis differunt, cum conseruatio in auibus fiat per particularem instinctum ut in aere morentur, & perpetuatio in filios particulari modo, & in piscibus instinctus naturæ facit conseruationem in mari procedere, & extra destructionem cauri, & in siluestribus instinctu naturæ conseruatio in nemoribus & montibus augumentatur, At in hominibus iure naturali per particularem instinctum conseruatio fit ex actibus eorum cum ratione factis.

5 Et sic † ius primæuum naturale in hominibus est cum ratione antequam esset totum ius gentium, & quidqd faciunt homines instinctu naturali cum ratione iure naturali primæuo facere dicuntur, & ideo successio liberorum, matrimonium, societas, & depositum, & permutatio, & donatio, & dominium seu acquisitio in illis rebus quæ acquirebantur propter uictum & conseruationem, & ad illum solum finem iure naturali fuerunt inducta antequam esset ius gentium formaliter inuentum, & obligatio naturalis ex talibus conuentionibus eodem iure naturali primæuo nascebatur. Quæ nec ẽt per seruitutem pœnè extingui potest. le. legatum. ff. de capitis diminutione. l. 3. ff. de iis quæ pro non scriptis. Extra uero ea quæ respiciunt uictum & uestitum & cõseruationem uel perpetuationem naturalem conuẽtiones hominum sunt iure gentium introductæ, & naturaliter inuentæ fomentatæ & ampliatæ. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. Nam cum iure naturali omnia essent cõmunia, eodem iure naturali non erat dominium particulare extra finem uictus & uestitus, nec erant illa duo pronomina meum & tuum. d. c. ius naturale. pri. distin. sed crescentibus & multiplicantibus postea hominib. in mundo apparuerunt aliqui industriosi & diligẽtes qui procurabant abundantem uictum & uestitum pro se & filiis suis in temporibus congruis & alii reperiebantur inertes & otiosi, qui de crastino nullam curã assumebant, & cum necessitatem haberent appræhendebant bona ubi inueniebant, & labores & industrias aliorum comedebant, Hinc bella, discordiæ, & factiones insurrexerunt, & regum creationes, & ciuitates cõdi, & edificari ceperunt, & diuisiones & partitiones terræ fieri, & ita dominia rerum excogitata fuerunt, & ius gẽtium ex uniuersali hominum consuetudine initium habuit. Introductis igitur dominiis iure gentium ex omnibus causis, & illis pronominibus meum & tuum. c. quo iure 8. distinctio. mutatæ fuerunt acquisitiones, & conuentiones iuris naturalis etiam in rebus aptis ad uiuendum, & uenationibus & aliis necessariis ad uictum cum qualitas acquisitionis & retentionis esset alterata per ius gentium, ut generalius liceret retinere & acquirere, quam propter solum finem uictus & conseruationis & perpetuationis suæ. Et illud meum & tuum naturale trãsiuisset in ius gentium, & postea in ius ciuile. argum. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. & ita intelligitur tex. in §. ferè. & §. illud quæsitum. & §. singulorum. instit. de rerum diuis. tunc pro aliis rebus ceperunt etiam inter homines esse bella & uiolentiæ, quando unus uellet appræhendere rem alterius qua indigebat. Vnde similiter conuentiones iure gentium & contractus introducti fuerunt ex quam pluribus causis ultra ius naturale, & conuentiones naturales confirmatæ & fomentatæ. d. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & appellata fuerunt pacta, sumpta denominatione ex effectu magis apparenti propter paces & concordias quas inducebant & conseruabant. dic. l. pactum. de uerborum sign. Et cum hac distinctione debent declarari ea quæ dicunt doctores in dic. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & l. si id quod. ff. de condic. indebi. & in rub. ff. de uerborum oblig. Cum illud ius quod appellatur ab eis ius gentium primæuum pro maiori parte contineat ea quæ sunt de iure naturali primæuo conuenienti gentibus, quod recto nomine appellatur ius naturale hominum. Et cum natura semper nouas formas & necessitates inter homines inducat, successiuo tempore aliquæ aliæ conuentiones etiam pro commoditate commertiorum excogitatæ fuerunt a iure ciuili, quæ ponuntur per glo. & doct. in l. legitima. ff. eo.

6 Quare † remanet, pacta aliqua iure naturali ex certis causis & ad certum finem introducta fuisse, pleraque iure gentium, & aliqua iure ciuili. Sed ab initio quando uel iure naturali inuenta fuere, uel iure gentium in quadam rudi forma concipiebantur, & sub uno generali nomine continebantur, sed postea paulatim ex eorum frequentia ac hominum maiori notitia ceperunt formas magis elegantes accipere, & nomina particularia assumere, atque ita uariæ pactorum & conuentionum species excogitatæ fuerunt, quæ statim subordinando referam, & hæc sufficiant quoad nomen & originem pactorum.

7 Omnia † autem pacta siue conuentiones, aut sunt simplicia, aut sunt correspectiua. l. 1. §. conuentiones. coniuncto fine. ff. eodem. pacta simplicia dicuntur quando plures conueniunt ut ab una parte tantum aliquid fiat uel detur. & ita diffiniri possunt. Pactum simplex est duorum consensus & placitum in idem ab una parte dandum uel faciendum. Et hæc pacta appellantur nuda, idest in simplicitate promissionis cõsistẽtia ab una parte, quæ sola obligatur, Nuda a forma particulari, & nuda a nomine, & nuda a deliberatione, nisi alterẽtur. Igitur

8 Igitur† ubicunque pars sola obligatur, semper dicitur esse pactum nudum, si in concipiendo promissionē non est seruata forma stipulationis de qua in lege prima.ff.de uerborum obligati. Sed si esset seruata forma stipulationis, tunc appellatur specialis conuentio stipulationis propter formam, cum pactum nudum transiuerit in contractum nominatum propter nouā formam superadditam, & nomē particulare assumptum, & idem esset si conuentio uel pactum inciperet a datione rei, quia efficeretur donatio ut per Bartolum in lege iurisgentium. in princi. uersiculo quæro quid de.ff.eodem. ubi dixit donationem esse cōtractum nominatum. tertio alterantur si acceperint aliqua ex uestimentis extrinsecis de quibus per glosam in lege iurisgentium. §. quinimmo.ff.eodem. Et dicam in l.petens. infra eodē. Et de hoc pacto simplici in dubio intelligitur locatio facta quando in dispositione simpliciter facta est mentio de pacto, ut inf.dicam.

9 Pacta† uero correspectiua dicuntur illa in quibus est consensus duorum ut aliquid fiat ab utraque parte, idest quæ fiunt hac intentione ut ab utraq; parte aliquid fiat detur uel promittatur, & dicuntur correspectiua, quia promissio unius partis habet correspondentiam, & correlationem ad promissionem alterius, & alio nomine appellantur contractus, quasi hinc inde actus. le. Labeo lib.1.§.1.ff.de uerb.signi. & dicuntur a contraho, quasi simul traho, quia propter obligationem correspectiuam se inuicem trahunt. facit id quod habetur in l.siquis emptionis.in princ.inf.de præsc.30. uel 40. anno. Eorum tamen contractuum aliqui magis frequētabantur, & in quotidiano usu uersabantur, qui ꝓpter assiduum eorum usum & frequentiam acceperunt formam propriam & nomen particulare ac plenissimam efficaciam assumpserunt, & appellati fuerunt contractus nominati, Illi uero qui non ita frequentabantur, remanserunt sub generali nomine contractus, & dicti fuerunt contractus innominati, qui quattuor modis cōcipiuntur. l.naturalis.in princ.ff.de præscri.uer.& l.1. ff.de rer.permut.& per Alcia.hic col.2.& dicuntur esse debiles, & in eis habet locum pœnitentia. cum non habeant formam particularem. l.si pecuniam. cum materia.ff.de cond.ob.ca.& l.ex placito.inf. de rer.permu.

10 Vnde† & ipsi appellantur aliquando pacta nuda quādo comparantur ad contractus nominatos propter eorum debilitatem, ut not.in l.siue apud acta.inf. de trāsac. quamuis comparando ad pacta simplicia non possint dici pacta nuda, cum potiora sint, ex quo continent obligationem ab utraque parte, & magis deliberata uideātur, ut inf.dicam. Et propterea transactio & ipsa de ꝓprietate sermonis est species pacti correspectiui cū sit cōtractus innominatus. l. siue apud acta. ubi dixi, de trāsac. Et quamuis appelletur pactum nudum aliquando. d.l.siue apud acta. comparando ad contractus nominatos, tamen differt a pacto nudo simplici tanquam diuersa species, quia pactum simplex est secunda species pacti in genere differens substantia a pactis correspectiuis, & quamuis Cagnolus hic laborare uideatur, clarū tamen est ut latius dixi in rub.& d.l.siue apud acta. infra de transact. cum pactum in contractu tanquam genus inesse possit. l.an inutilis.ff.de acceptil.

Rursus pacta in genere diuiduntur, quia quędam re, quædam uerbis, quædam literis, & quædam consensu contrahuntur, ac etiam quædam sunt bonæ fidei, & quędam stricti iuris, aliisque modis per diuersas qualitates diuiduntur, ut per Azonem in summa columna secunda usque ad columnam penultimam ponentem ultra uiginti diuisiones, Inter quas una est scitu necessaria pro intelligentia dictorum Decii & moderno. hic, quam ipse sentit numero decimo octauo. uersicu. item

11 pactorum. † Videlicet, quod pactorum quædam sunt expressa, & quædam tacita, expressa sunt quæ ad oculum uel auditum apparent, per scripturam uel prolationē uerborum, tacita sunt quæ non apparent, sed tamen ex coniecturis compræhenduntur facta, ut quando creditor reddit instrumentum debitori suo, uel bona sunt illata in prædium conductum, uel repetuntur tacite pacta in principio cōtractuum apposita. l. Labeo. §. sed etiam.& l.postquam.& l.item.ff.eo.& l.2.& l. si creditores.inf.eo.

12 Pacta† autem tacita, licet ipse non dicat, & ipsa recipiunt diuisionem. nam quædam habent naturalem cōsensum, & quædam legalem, Naturalem consensum habent quando sumuntur ex signis demonstrantibus consensum, ut in d.l.Labeo.& l.postquam.& l.item. ff. eo. & d.l.2.& l.si creditores.inf.eo.secundum unum intellectum quem infra ponam, quia uoluntas & consensus ita demonstratur facto sicut uerbis, capit.dilecti.& ibi Deci.extra de appellatio.& leg.de quibus. in fin. ff. de legibus.

Pacta uero habentia legalem consensum dicuntur ea in quibus lex inducit, pręsumit, uel fingit consensum ambarum partium uel unius tantum, quamuis constet

13 non interuenisse. † Et ideo diuiditur tribus modis, nam aut est pactum pręsumptum, aut pactum fictum, aut quasi pactum. Pactum præsumptum est quando dubitatur an sit naturalis consensus in eo, sed lex mandat ut præsumatur, de quo habetur in c. nonne. de præsumptio. & in lege prima. in principio. & in §. accedit. de rei uxoriæ actio. Pactum fictum uero est quando lex certa est nō interuenisse cōsensum unius uel utriusq;, sed ipsa fingit interuenisse, ut in casu etiam dictæ legis primæ. de rei uxorię actione. cum aliis quinque exemplis positis per Bartolum in l.1.in prima oppositio. ff. de uerborū oblig.& ibi Alciat.numero.14. & est textus in lege qui ad certum.ff.locati.secundum intellectum Barto.& doctor.in le.si is qui pro emptore.ff.de usuc. dum allegāt illam ll.in materia fictionis. Tertio est quasi pactum in quo est actus apparens ab una parte, ab alia uero parte constat non esse consensum, ut in exemplis positis in toto titulo.insti.de obligatio.quæ ex quasi contrac.nasc. & potius potest dici obligatio a lege concessa propter negotium gestum in re alterius, quam quod dicatur cōtractus, ut declarat Alcia. in lege secunda. in uerbo taciti.infra eodē. Et quod non sit ibi obligatio neque uera neque ficta probatur ex.l.tertia.§.sed & furiosi.ff.de nego.gest.coniuncta.l.qui ad certum.ff.locati. Quare cōclusiue dicendum est, quod pacta aut sunt simplicia, aut sunt correspectiua, & quædam sunt nominata, & quædam innominata, ac quædam tacita, & quædam expressa, & tacita aut sunt præsumpta, aut ficta, aut quasi pacta.

14 Rursus† alia species pactorū potest assignari impropria, quæ non continent conuentionem duorum, sed unius tm̄ uoluntatē hēnt, & appellari possunt pacta imꝑfecta, quæ ex casu possunt trāsire in pactū uerum, ut sunt dispositiones quæ dependent a uoluntate unius, ut est pollicitatio, repudiatio, cōfessio, & renūtiatio. Pollicitatio est solius offerētis promissio. le. pactum. ff. de pollic. Repudiatio est rei sibi delatæ refutatio, quæ requirit ius præsens ad rem, sed quæ nondum quę sita sit. l.1.§.decretalis.ff.de success.edicto. Renuntiatio est iuris sibi q̄siti in re uel spe abiectio, & differt a repudiatione, quia illa fit de re nōdum quęsita, hæc de re quæsita actu uel spe, ut no.in l.1.ubi dicam.inf.eo. Confessio est alicuius facti uel non facti assertio. l.1.inf. de cōfes. Et ista quattuor, ut dixi, ideo appellantur pacta imperfecta, quia licet dependeāt a uoluntate unius, tamen si fiant in præsentia illorū quorū interest acceptantium & consentientium transeunt in pactum. Nam quomodo & quando pollicitatio trāseat in pactum inf. statim dicetur. De repudiatione uero & renuntiatione si fiat in præsentia partis uel alterius nomine eius acceptantis, quando transeat in pactum, uel in contractum innominatū, & amplius non possit reuocari, no.in l.postquā

liti.infra eodem.& ibi Bar.in antepe.quæst. & Deci. in 4.notabili,ubi dixi,quo casu assumit uires&inducit pri uationẽ iuris præsentis & de futuro,ut late dicitur in l. 1. infra eodem. cum alias renuntiatio uel repudiatio simplex non possit fieri de iure de futuro secundum do ctor.ibi, de quo tamen dicendum ut ego conclusi ultra alios in dic.l.prima.infra eodem.in præmissis & super distinctione Barto.Similiter confessio si fiat præsente parte uel alio eius nomine acceptante transit in pactũ & amplius reuocari non potest.ut nota.in l. certum. §. siquis absente.ff.de confessis.& per Bald. in l.Gallus.§. quidam recte.ff.de liber.& posth.& Andreas siculus in c.si.colum.5.extra de success.abintesta.&per Iaso.in §. siquis postulante.insti. de actio.num.33.& 34.cum cõ cordantib.ibi adductis.& hæc sufficiant circa speciem pactorum.

15 Virtus† autem pactorum est multiplex & uaria, ut p Azonem in summa car.fi.sed tamen quia non perfecte loquitur, dicas quod uirtus pactorum diuersa fuit secũ dum diuersa tempora & secundum quod uario modo approbata fuerunt,ut per Azonem in dicto loco & Al. cia.hic. In hoc tamen omnia iura conueniunt quod si pacta sunt facta ad inducendum aliquod quod est con tra bonos mores naturales uel contra præcepta iuris naturalis uel gentium uel iuris diuini, nullius sunt mo menti.leg.iurisgentium.§.si ob maleficium.& §. prætor ait.cum sequenti.ff.eodem.& l. pacta quæ contra,

16 infra eodem.†Si uero pacta nõ sunt contra bonos mo res naturales,nec contraria iuri naturali uel gentium, tunc producunt obligationem naturalem , quæ est de iure naturali primæuo in casibus in quibus pacta sunt de iure naturali primæuo, in casibus uero in quibus pa cta sunt de iure gentium, inducta est de iure gentium. §.primo.insti.de obligatio.& l.Stichus.§. naturalis. ff. de solutio.& nascitur inter seruum & dominum.l.si id quod.ff.de condictio,indebi.& inter patrem & filium. l.frater a fratre.& ibi nota.Barto & alii.ff.de condi. in debi.Nec distinguitur an quis paciscatur sibi uel alii, ut no.in l.stipulatio ista.§.alteri.ff. de uerborum obliga- tio.uel an sint cum causa uel sine causa.l.secunda.§. cir ca.ff.de exceptio.doli.& per Alc.hic col.1.& Ang.con si.202.Socci.&moder.in rub.ff.de uerb.oblig.Et si sunt pacta simplicia , non habet locum pœnitentia, quæ habet locum in correspectiuis.l.si pecuniam.ff.de con- di.ob causam.& l.naturalis.§.primo.ff. de præscriptis uerbis.

17 Obligationem † uero ciuilem pacta non producunt neque actionem nisi illa quæ recepta fuerunt a iure ci uili,omnia enim pacta non approbauit ius ciuile neq; recepit,nam cum iure gentium omnia pacta haberent æqualem efficaciam quando non erant contra bonos mores uel ius naturale,& indistincte manu regia& eo- rum arbitrio executioni mandarẽtur.l.secunda.in prin ci.& §.deinde.ff.de origi.iur.& per Soccinum & mod. in rubrica.ff.de uerborum obliga.ut statim dixi. Iure ciuili successiuo tempore distinctionem receperunt,& in uarias species diuisa fuerunt,ut quædã sint dicta pa- cta nuda,quædam pacta uestita, quædam correspecti- ua,& quædam contractus tam nominati quam innomi nati, ac eorum quædam sunt reprobata , quædam ap- probata,& fomentata,& quædam neq; reprobata ne- que approbata.

18 Pacta quæ iure ciuili † reprobata sunt, si lex resistit obligationi , nullam producunt obligationem neq; a- ctionem.l.iurisgentium.§.si ob maleficium.&§.pretor. & §.dolo.ff.eodem.& l.generaliter.& leg.ueluti.ff. de uerborum obligationibus.& §.primo.institu.de inuti- libus stipulatio.& p Barto.in le. siquis pro eo.ff.de fide iusso.& si lex resistit executioni uirtute exceptionis,im peditur effectus executiuus,ut in macedoniano & uel- leia.ut ff.& inf.ad macedo.& uelleia.& in d.l. iurisgen tium.§.si iudicati.ff.eo.& per Bar.in d.l. siquis pro eo. Et si non sunt contra bonos mores naturales, nascitur naturalis obligatio & ciuilis de iure canonico. ca. cum contingat.ext.de iur.iur.& c.quamuis.de pact.in 6. in- terposito iuramento, ut ibi habetur.

19 Pacta † uero recepta a iure ciuili producunt obliga- tionem ciuilem , & actionem per quam ad executionẽ debent deduci.l.2.§.deinde.ff.de orig.iur.d.l. iurisgen tium.§.prætor.ff.eo.& §.1.insti.de obligatio.&§.1.in sti.de actio. Et omnes contractus nominati relati in l. ex hoc iure.ff.de iusti.& iur.& in §.in bonæfidei. insti. de actio.& l.1.& 2.ff.de publ.actio.cum similibus. fue- runt a lege recepti.&data fuit istis plenissima efficacia l.1.ff.de rer. permu.

20 Contractus uero† innominati fuerunt recepti cum il la qualitate ut non producant obligationem ciuilem& actionem nisi sequuto implemento.d.l. prima. de rerũ permut.& l.ex placito.infra de rerum permuta.& no. in l.siue apud acta.infra de transactio.&sequuto imple mento ab una parte ille qui adimpleuit potest agere contra aduersarium si uult,ut adimpleat,uel si non uult potest pœnitere.l.si pecuniam.ff.de condic. ob caus.& d.l.prima.ff.de rerum permut.& l.naturalis.§. primo. ff.de præscrip.uerb. Non sequuto autem implemento ab aliqua parte nullam habent obligationem ciuilem uel actionem,sed remanent in puris terminis promis- sionis.d.l.ex placito.inf.de rerum permuta. & aliquan do appellantur pacta nuda,ut nota.in d.l.siue apud a- cta.infra de transactionibus. si comparantur ad contra ctus nominatos, nam uere non sunt pacta nuda, ut su- pra dixi,

21 Pacta† uero simplicia neque recepta neque approba ta fuere a iure ciuili, nam cum contineant simplicem promissionem sine aliqua spe remunerationis, quodã- modo indeliberate facta esse reputauerunt iureconsul ti,& noluerunt dare efficaciam actionis uel obligatio nis ciuilis.l.iurisgentium.§.igitur nuda.ff.de pactis.sed reliquerunt in simplici dispositione iuris naturalis uel gentium,ut solum obligationẽ naturalem producãt,& appellata sunt pacta nuda,idest sine efficacia, quasi nõ habentia consensum sufficientem ad exactionem, siue consensum formatum,nec nomen speciale, sed solum quendam consensum informem,& indiscretum,& pro pterea mandauerunt ut tantummodo prosint ad reten tionem.d.§.igitur nuda.quamuis postea iure canonico efficaciam exactionis habuerint.c.1.& 3.de pact. in 6. & ibi nota.

22 Sed† quia poterat accidere quod aliquando delibera- te proferrerentur,& erat iniquum quod non exequerẽ tur,inductum fuit quod si ex aliquo extrinseco admini culo appareret de enixa uoluntate promittentis adiu- uarentur & fomentarentur taliter quod producerent actionem,quæ adminicula appellata fuerunt uestimẽ- ta,idest quædam insufflationes siue uirtutes eis conces sæ,ut si ex interuallo interuenit implementum rei , uel essent apposita iuxta contractum nominatum,uel alio modo fuerint confirmata,de quo tractatur in l.iurisgẽ- tium.in §.quinimmo.ff.eo.& l.petens.inf.eo.& l.lecta. ff.si cer.pe.& l.legitima.ff.eo. Et sic conclusiue dicen- dum est, quod pacta reprobata nullam habent execu- tionem.Pacta uero non reprobata correspectiua si ha- bent speciale nomen plenissimam habent executionẽ si non habent speciale nomen producunt actionem si ab una parte interuenit implementum.Pacta uero sim plicia,quia nuda sunt,efficaciam non habẽt a iure ciui li,nisi ex aliquo extrinseco uestimento confirmata fue rint,uel aliqua speciali causa ius uoluerit actionem p- ducere.l.ad exactionem.inf.de dot.promiss.& no.in l. legitima.ff.eo.& refert Alcia.colum.secunda. uersiculo cæterum.

23 Sed† quia ut dictum est pacta simplicia regulariter non fuerunt recepta ut habeant actionem tanquã nuda & indeliberata, & erat utile etiam aliquando ut con- uentio

pactio in qua unus solus obligaretur haberet efficaciã, iure ciuili inducta fuit stipulatio, in qua ex solemnitate uerborum seruata appareret deliberatam fuisse promissionem,& plenissimam efficaciam consequeretur. l.prima.ff.de uerborum obligatio.§.de constituta.institu.de actio.per quam multum ampliata fuit obligationum efficacia, tam in conuentionibus simplicibus quam correspectiuis.l.si stipulatus.ff.de usur. & l. duo societatem.ff.pro socio.ut nullus remaneat casus iustus in quo obligatio efficax ex conuentione partium induci non possit. De quibus omnibus pactis generaliter tractatur in hoc titulo licet magis principaliter de pactis nudis ut inf.dicam.

24 Omnia†autem prędicta pacta siue conuentiones uel contractus quæ sub uno generali nomine pacti continentur ut dictum fuit, diffiniuntur in l.1.ff.eodem. uidelicet,quod pactum uel conuentio est duorũ uel plurium in idem placitum & consensus.Et dicitur duorũ, quia unus solus non potest facere pactum, sed solũ pollicitationem,repudiationem,renuntiationem,uel confessionem,uel aditionem,ut supra dixi.l. placitum. ff. de pollicita.Item dicitur plurium,quia possunt esse plures,& multitudo ab utraque parte non impedit pactũ. Item dicitur in idem,quia non sufficit quod consentiãt plures nisi etiam in idem conueniant,nam si unus uellet promittere bouem, & alius uellet accipere equm, non posset dici pactum,quamuis consentiant in aliquo dando.l.1.§.2.ff.de uerborum oblig.Et dicitur placitum & consensus,idest placitus consensus, secundũ gl. & Bar.in d.l.1.in princi.in quarta colum.ff.de iusti. & iure.in simili in l.1.ff.de tutel.& §.pe.insti.de serui.& per Abba.Bar.& Fely.in c.1.colum.2.num.5.& 10.extra de rescri.& tanto magis quia duo sunt genera posita in diffinitione quæ non possunt stare,& ideo exponitur placitus consensus,idest uoluntarius consensus,debet enim primitus placere partibus illud quod uolunt agere & postea consentire simul.

25 Vel†etiam dicitur placitum, quia non sufficit partibus placere ut aliquid ab ipsis fiat, sed oportet qd placeat simul,idest eodem tempore,nam si hodie mihi placeret tibi dare centum ut mihi dares domum, & hinc ad mensem tibi placeret,non esset pactum, quia oportet eodem tempore consentire, Bald.in rubri. infra de contrah.emptio.in princi.uersiculo quædam sunt de substantia consensus.allegat.l.consensu.ff.de actio.& obligatio.& ibi glo.in uerbo consentire.quam ibi no. Barto.in primis uerbis.& Albericus, quia non apparet quod promittens perseueret in uoluntate usque ad acceptationem nisi mittatur epistola uel nuntius quæ cõtineat signum uoluntatis permanentis usque ad acceptationem.Nec obst.quod dicitur in l.iurisgẽtium. in §.quod ferè.ff.de pactis.ubi stipulatio differt a pacto, quia pactum potest fieri ex interuallo,& in stipulatione requiritur responsio incontinenti, quia illud dictũ glo.debet intelligi in casibus in quibus potest esse cõsensus,idest simul sensus,ut quia per aliqua signa appareat permanentia uoluntatis.Vnde dicitur in l.pactũ. ff.de pollicitatio.quod est consensus simultaneus,& ex interuallo non possit fieri, cùm non præsumatur permanentia uoluntatis.per l.cum de indebito.ff. de probatio.& Alber.uoluit in d.l.consensu.ff.de actio.& oblig.in princi.& probatur ex toto titulo.ff.de pollicitatio.arguendo a speciali.nam speciale est in certis casibus ut possit agi ex pollicitatione, ergo sequitur quod pollicitatio non possit ex interuallo acceptari, cum si ex interuallo acceptaretur induceretur pactum eo tempore quo placeret ei agere ex pollicitatione acceptando oblata,& sic raro eueniret casus quod ex pollicitatione quis non possit conueniri nisi appareret de expressa reuocatione.

Nec obstat quod confessio & renuntiatio potest ex interuallo acceptari.l.certum.§.siquis absente.ff.de cõfess. & ibi notatur.quia illud procedit in actibus illis qui habent totam substantiam in uoluntate unius,& acceptatio ibi non est necessaria ad ualidãdam confessionem,renuntiationem,uel repudiationem,sed solum ad faciendum quod non possit reuocari,ut per Dec.in le.! postquam liti.in quarta limita.inf.eo. sed pactum non habet totam substantiam in uoluntate unius,& ideonõ præsumitur durare ex interuallo nisi appareãt signa uoluntatem conseruantia,ut nuntius,uel epistola,uel aliquodaliud signum inducens nouam uoluntatem, & satis uidetur esse de mente Bar.Ang.& Pau.in d.l. iurisgẽtium.§.quod ferè.ff. eo.

Sed huic diffinitioni obstant multa, & primo ca. si pactum.extra de uerborum significatio. ubi pactum dicitur ex pace conueniens scriptura,& sic uidetur requiri interuentus pacis & scripturę.Sed facilis est solutio, quia ibi non ponitur diffinitio,sed quædam descriptio sumpta ex eo quod a communiter accidentibus fieri solet.non enim Augustinus ibi curabat dicere de subtilitatibus pactorum iuris ciuilis illa, sed certo modo describere,cui descriptioni non est standum,ex quo habemus ueram diffinitionem,iuxta nota. per Bartolum in lege omnes populi.in sexta quæstione principali.ff.de iusti. & iure.

Secundo obstat lex pactum.ff.de polli.ubi dicitur q́ est duorum consensus & conuentio.Sed similiter respõdetur quod ibi Vlpianus non intendebat diffinire pactum & pollicitationem,& retulit ea quæ inducebant & probabant differentiam,& alia non curauit referre. Nõ enim per uerbum, placitum,pactum a pollicitatione differt,cum placitum non requirat simultaneum cõsensum,nec etiam uerbum.in idem,probaret differentiam,solum enim posuit ea quæ differẽtiam probarẽt, scilicet uerbum,duorum,& quod esset simultaneus consensus.Vnde dixit quod est consensus & conuentio, id est consensus simultaneus,& simul ac eodem tempore pręstitus,uel etiam potest dici quod effectualiter idem significat consensus & conuẽtio quod significant placitum & consensus & sic concordat.

26 Tertio obstat†quia in dicta diffinitionẽ Vlpianus ponit duo substantiua,placitum,& consensus,quæ non uidentur posse stare,cum una species non possit habere duo genera immediata,iuxta notata in lege prima. ff. de testam.Sed doctores soluunt ibi post glosam cõuertendo unum substantiuum in adiectiuum alterius, idest placitus consensus,sicut in simili dixit glo.in l. prima.ff.de tute.in uerbo uis atque potestas.& in §.pe.insti.de serui.in uerbo pactis & stipulationibus. Sed tunc subintrat alia oppositio.quia efficitur superflua diffinitio,cum uerbum, placitum,nihil in effectu addere diffinitioni uideatur quod non contineatur in uerbo consensus.timore istius contrarii Deci.hic in rub.in alia q. dicebat quod illud uerbum,consensus,addit quod exprimi debeat uerbis uoluntas,ut exponatur placitum, & consensus,idest placitum uerbis expressum, & idem confirmabat per dictam legem pactum.de pollicitationi. ibi, consensus & conuentio. Quæ solutio, ut etiam inferius dicam,falsa est,tum quia uerbum,consensus, non denotat aliquam expressionem uerborum, nec conuentio.§. primo. instituta de obligationibus. quæ ex consensu.tum quia sequeretur quod non reperiretur tacitum pactum neque tacita conuentio, quod expresse præsupponit textus in lege secunda & tertia. digestis eodem.& infra etiam dicam. Ac etiam nunquam esset uerum quod esset in contractibus par uirtus taciti & expressi.leg.cum quid. cum materia. ff. si certum petatur.& est absurdum dicere quod ille leges facientes mentionem de tacito pacto intelligantur de pollicitatione, ut uolebat Decius. Vnde Loriotus in tractatu de pactis axioma. septimo & 8. dicit quod placitũ ibi ponitur quia requiritur uoluntarius consensus,& non ualet nisi de re priuata & seriosa, ut ibi per eum.

eum Quæ solutio nec etiam placet, quia pactum metu factum dicitur esse pactum.l.si mulier.§.fi.ff.quod metus cau.& cum sit stricti iuris, ex dolo uel metu non efficitur nullum.§.primo.insti.de exceptio.& notatur in l.eleganter.ff.de dolo.Nec obstat lex 2.§.at cum.ff. de iudic.quia solue ut notatur in dictis iuribus.Et per hãc rationem Cagnolus hic repræhendebat communem expositionem supra traditam per glosam ibi.Alii uero dicebant copulam esse auferendam, & transplantabãt literam hoc modo, quod pactum est duorum consensus in idem placitum,quæ expositio, ultra transplantationem absurdam,falsa est,quia est mala latinitas. contra legem Plautius.ff.de auro & arg.lega. Abbas uero exponebat copulam pro idest,ut sit duorum in idẽ placitum & consensus,idest consensus.ut in cap.monasteria.de uita & honestate clericorum,quem sequitur Fortunius in dic.lege prima.colum.antepe.Sed eius fundamentum est falsum,quia consensus non est sequela pacti,immo est propria materia ex qua fit pactum. l. prima.in fi.ff.eodem. Cagnolus uero dicit quod copula, &,ponitur pro idest,ut uolebat Abbas.nam ibi placitũ ponitur pro conuentione ut patet ex serie illius literę, & conuentio & consensus idem significant. ut patet in fi.uerbis.ibi,conuentionem uel consensum. & ideo dicit ipse quod idem Vlpianus in l.pactum. de pollicitatio.asseruit quod est consensus antequam conuentio. Sed hæc expositio etiam destruit literam& infamat Vlpianum quod nesciret loqui & inuenire uerba propria sine expositione.Et ideo oportet dicere,quod illa uerba ponuntur tanquam diuersa,cum esset absurdum in diffinitione ponere expositionem uerborum, ac etiam contradicit dicta lex pactum.ubi ponitur dictio,atqui, quæ non resoluitur in idest nisi ex magna necessitate contrarietatis.

27 Vnde placet†quod supra dixi, quod illa uerba sint necessaria ad diffinitionem & significant diuersa, & si deficeret unum,diffinitio esset imperfecta, Nam non omne placitum in idem est pactum, nec duorum consensus in idem est semper pactum,cum immo regulariter placitum partium separatum est a pacto,quia placitum inducitur ex tractatu, & postea sequitur consensus simultaneus. Nam primo actus placet partibus singulariter,postea deducitur ad conuentionem, ut probatur ex dictis Abbatis in cap.quæsitum.in q.fi.uer.sed quæro.& in c.cum olim.uers.ulti.quæro.in fi.& c.cum uniuersorum.in primo notab. de rer.permuta. ubi dixit placitũ permutationis differre ab ipsa permutatione deducta ad consensum,nam placitum, & tractatus non ponitur,sed bene ponitur permutatio deducta ad conuentionem,& sic est placitum sine consensu,& necessario utrunque requiritur.

Alio etiam modo potest esse placitum duorũ in idẽ & non esse pactum,si duo uariis temporibus unum actum fieri desiderauerint,cum possit una res plurib.placere diuersis temporibus,&non erit pactum,quia non conueniunt in consensu eod.tempore.l.consensu.&ibi glo.in uer.consentire.& Bar.& Alber.ff.de actio.&oblig. Vnde additur in d.l.1.uerbum consensus,ut appareat quod oportet esse placitum cũ concursu uolũtatis partium eodem tempore. Item quia consensus potest esse permissiuus & per modum licentiæ præstitus. ut per Bal.in 6.oppo.& Alex.in l.1.inf.eo.& Dec.colu.6. ideo Vlp.in d.l.l. pactum. de pollici. non contentatur de uerbo consensus,sed addit uerbum,conuẽtio,ut appareat quod debet esse consensus eodem tempore præstitus,cum in pollicitatione consensus approbatiuus in diuerso tempore possit per partem adhiberi.

28 Et ideo†ad differentiam pollicitationis posuit in declaratione pacti quod deberet habere consensum conuentionalem,idest simul præstitũ,& si pollicitatio semper habeat consensum unius tantum, non obstante qd ex interuallo alius acceptet sibi pollicita & oblata, tamen non erit pactum,sed semper durabit pollicitatio, quia per approbationem sequentem diuerso tempore non potest induci pactum,ut colligitur ex d.l.pactum. quamuis docto.communiter sentiãt contrarium.Et si admitteremus transire in pactum ex subsequenti ratificatione ex interuallo facta omnis pollicitatio produceret actionem,cum semper quis agendo ex pollicitatione demonstraret se ratificasse & acceptasse pollicita.iux.no.per Alex.in rub.inf.qui admitti.in illa q. an intentans petitionem hæreditatis uideatur agnoscere bonorum possessionem, quod tamen est contra mentẽ totius tituli de pollici.qui præsupponit esse speciale in certis casib.quod agatur ex pollicitatione,ut sup.dixi. Et quod non sufficiat consensus duorum in idem nisi sit simultaneus, potest poni exemplum in duobus desiderãtibus contrahere matrimonium, nam est utriusq; in idem duorum consensus,& de præsenti,&tamen nõ est pactum nisi simul consentiant eodem tempore.

29 Quarto†obstat,quia ille titu.ff. eodem.& hic titulus tractant de pactis nudis,& tamen diffinitio compræhẽdit etiam contractus nominatos & uestitos.l. an inutilis.ff.de acceptila.& l.1.§.conuentionis.ff.eod. Aliqui soluunt,quod uerbum, placitum, tollat contrarium, cum alii contractus non habeant placitum solum, sed ultra placitum aliquid aliud pro forma. Quæ solutio nihil est,quia & in contractibus est placitum.l.an inutilis.ff.de acceptilatio.Vera est solutio, quod ibi diffinitur in genere pactum ad effectum ut melius cognoscatur quid sit pactum nudum in specie.argum.l.1. ff. si cer. pe.& potest faciliter dari diffinitio in pacto nudo addendo aliqua uerba,uidelicet,Pactum nudũ est duorum in idem placitum & consensus nullam extrinsecus assumens formam qualitatem & nomen. Simile factũ fuit in titulo de testamentis, ubi diffinitur testamentũ in genere,& tamen non tractatur ibi nisi de testamento paganorum,& in aliis titulis ponuntur aliæ species. Item intentio compilatoris erat etiam aliqua uerba dicere de aliis contractibus.l.legitima.&l.iurisgentium. & l.ab emptione.ff.eo.& pactum simplex potest ab eadem diffinitione assumere propriam diffinitionem,addendo aliqua uerba,ut dicatur.Pactum simplex est duorum consensus in idem dandum uel faciendum ab una parte,& hoc plerumque est gratuitum. Pactum uero correspectiuum est duorum placitum & consensus ad aliqd dandũ uel faciẽdum ab utraq;parte,& subhoc cõtinetur transactio quæ non est gratuita.l.1. ff.de trans.

30 Quinto obstat†huic diffinitioni, quia uidetur quod non semper pactum sit duorum consensus.l.2.inf. eod. & l.si creditores.ubi inter absentes contrahitur pactũ, & non apparet consensus utriusq; partis nisi propter utilitatem absentis.Ad idem est tex.in l.qui ad certum. ff.locati.& l.1.§.accedit.C.de rei uxor.actio.& l. donationes.§.species.ff.de donatio.Soluebat Deci. hic.col. 1. quod in illis legibus & similibus interuenit tacitus consensus qui probatur ex quo tractatur de utilitate absentis.arg.l. qui patitur.ff. manda. Quæ solutio non uidetur posse stare,cum in l.2.& in l. si creditores. inf. eo. nunquam ipsi paciscentes fuissent semper loquuti, & hoc solum quod tractatur de utilitate alterius nõ sufficit ad inducendum cõsensum,ut probatur in l.absenti.ff.de dona.& ignorans non præsumitur consentire, quia ad incognita non cadit consensus uel affectio. le. cum aquiliana.ff.de transactio.& no.in l.si de certa. infra de transactio.Præterea per d. solutionem confunditur alia opinio communis quæ uult quod pollicitatio possit fieri absenti etiam ex causa lucratiua, cum totus titu. de pollicitationibus uideatur loqui de pollicitatione ex causa lucratiua,& secundum illam expositionem necessario esset pactum,&non pollicitatio,quia,p pter utilitatem præsumeretur consentire, contra not. per Bar.in l.quæ dotis.ff.sol.matri.& l.si constante.in §.quæst.secundæ quæstionis principalis. eo. titu. dum alle-

allegat.l.qui uas.§.uetare.ff.de furt.ubi expresse ponit differentiam inter absentem & præsentem, & uult absentẽ nunquam præsumi consentire quia habetur pro contradicente.d.l.qui uas.§.uetare.

Vnde Dec.hic aliter resoluendo difficultatem dicebat,quod in illis iuribus allegatis incontrarium nõ est pactum,quia non interuenit consensus duorum, & adhoc ut sit pactum requiritur quod sit consensus expressus uerbis,ut uolebat Hostien.in summa extra eodem. & probabat per legem primam. ff. eodem. ibi,placitũ & consensus.& dic.l.pactum.de pollicitatio.ibi, cõsensus & conuentio.Sed uolebat quod in dictis iuribus esset pactum tacitum habens consensum præsumptum a lege,qui consensus non est uerus consensus, & propterea nec etiam dicitur esse uerum pactum, & appellabitur quasi pactum,idest imperfectum & pollicitatio.Sicut & quasi contractus, non contractus uerus appellatur quando ab una parte interuenit consensus præsumptus,ut patet in toto titulo instit. de obligatio.quæ ex quasi contractu nascũ. & hoc probabat,quia quantum ad inducendum præsumptum consensum non est differentia inter præsentem & absentem,cum sicut pręsens præsumitur consentire quando de eius utilitate agitur l.qui patitur.& l.si uero non remunerandi. §. si passus. ff.mandati. ita etiam præsumitur quando est absens si tractatur de eius utilitate.d.l.2.& l. si creditores. infra eod.& sicut quando est absens non præsumitur cõsensus si tractatur de eius damno.l.qui uas.§. uetare .ff. de furtis.eodem modo quando est præsens non præsumitur consensus.l.filiusfamilias.§.inuitus.ff.de procurato. Et ideo,dicit ipse,necesse est dicere quod semper sit pactum tam inter præsentes quam inter absentes si tractatur de utilitate absentis, uel quod nunquam sit pactũ, & quia uidetur absurdum quod inter absentes sit pactũ uerum,ideo se resoluit quod nunquam dicatur uerum pactum nisi quando est consensus expressus uerbis, & ubi non est consensus expressus uerbis dicatur tacitum pactum,idest quasi pactum uel pollicitatio.Et hanc eãdem opinionem sequutus fuit in secunda lectura, uno tamen mutato, quod absens præsumatur consentire, quia dicebat ipse inter absentes non potest esse consensus.per legem qui absenti.ff.de donatio.coniuncta le. donationis.§.species.eodem titulo. & in præsente cadit alia coniectura consensus quæ non est in absente, cum præsens sciat & possit contradicere, quod non cadit in absente.Sed tamen ipse non respondet postea ad dic.l.2.& d.l.creditores.inf.eo.& l. qui ad certum. ff. locati.quæ uidentur uelle quod inter absentes sit consensus.& in toto titulo insti.de obligatio. quæ ex quasi contra.nascũ. Nec debebat ex sola lege qui absenti de donationibus demonstrare instabilitatem suam, cum illa lex nihil faciat,quia ideo ibi non fit donatio absenti, quia ad donationem requiritur traditio rei de iure antiquo,& sine traditione non poterat esse donatio, ut per Bar.in l.iurisgẽtium. in prin.ff.eo.Et d.l.qui absenti non negat quod ibi nõ esset pactum, sed bene negat esse donationem, cum deficeret principale requisitum traditionis rei,& propterea in d.le.donationes.§.species, donatio ualet quia interuenit traditio rei.

31 Sed tamen† ex alio tota opinio ista est falsa,quia non est uerum præsuppositum suum quod tacitum pactum non dicatur pactum,& quod ad substantiam pacti requiratur consensus expressus uerbis,ex eo quia in le.2. & 3.ff.eo.dicitur esse tacitum pactum,& tamen pręsupponitur quod dicatur esse proprie pactum, quia tãquã species pacti ibi enumeratur, & species proprie continetur in genere,per notata in lege prima.ff.de testamẽtis.& in rubrica.ff.de legatis primo. Et si ibi est uerum pactum quando cõsensus est tacitus ab utraque parte, tanto magis erit pactum uerum quando est consensus expressus ab una parte.Præterea ipse confundit totam materiam pollicitationis,quę habet quod pollicitatio non producit regulariter actionem,uel exceptionem, nec obligationem,nisi in casibus specialibus enumeratis in l.1.& in l.3.ff. de pollicitatio. & secundum eius opinionem semper induceret obligationem & exceptionem,cum semper absens propter eius utilitatem pręsumeretur consentire etiam ex causa onerosa si forte totum negotium haberet utilitatem,ut patet in l.qui patitur.& l.qui fide.ff.mandati. ubi præsumitur consensus ex causa obligatiua propter utilitatem cõsideratam in toto negotio.Item dicta lex secunda & tertia.ff. eodẽ. & l.2.& lex si creditores.infra eodem.debuissent poni in titulo de pollicitationibus.cum in ipsis propter tacitum consensum non esset uerum pactum Et idem dicẽdum esset de omnibus quasi contractibus enumeratis in titulo de obligationibus quæ ex quasi contractu nascuntur.quæ deberent dici pollicitatio,& essent de materia pollicitationis,& tamen assumunt nomina diuersa.Præterea confunditur.d.opinio Decii per textum in dic.lege donationes.in §.species.ff.de donatio.ubi dicitur donatio uera,&tamen non interuenit expressus cõsensus ab utraq; parte.Quinto confunditur per textum in l.1.§.si quis ita.cum glo.in uer.annuisset.ff.de uerbo. oblig.& l.si stipuler.§.fi.ibi,non tam uerbis quam consensu.eo.titulo.quam adducit hic Cagno.contra Dec. nu.28.& per eam solam eum repræhendit, ubi præsuponitur solam stipulationem requirere uerborum prolationem,alios uero contractus solo consensu sine uerbis perfici posse,ut etiam dixit tex.in §.1.insti de obli. quæ ex consensu nascũtur.& per consequens est pactũ. Sexto confunditur per communem regulam.leg. cum quid.ff.si certum petat.quę uult quod par sit uirtus taciti & expressi.

Vnde ego puto opinionem Decii,ut dixi,esse falsam & quod pactum tacitum dicatur uerum pactum, siue consensus est expressus uerbis siue non,uel ab utraque parte,uel ab una tantum,uel a nulla,quia ad pactũ sufficit hominem consentire.d.l.1.ibi, consensus.ff.eodẽ. & taciti & expressi eadem est uirtus,ut notatur in l. cũ quid.ff.si certum peta.& l.triticum.ff.de uerbo. obliga. & l.de quibus.in fi.ff.de legib.& cap.dilecti.& ibi Dec. extra de appellatio.facit tex.in l.nominis & rei.§. uerbum ex legib.ff.de uerborum significa.& §.1. instit. de legiti.patronorum tutela.& lex quod si nolit.§.quia adsidua.ff.de ædili edic. Nec obstant contraria, quia solutio colligitur ex distinctione quam ego posui supra in diuisione pactorum,quod pactum tacitum est duplex, nam quodam est pactum tacitum habens uerum consensum naturalem,& illud dicitur esse uerum pactum. Quoddam est tacitum pactum habens consensum legalem,& istud non est proprie pactum, quia non habet consensum naturalem,tamen pactum dicitur quia aliquis cõsensus duorũ interuenit,licet nõ naturalis.Et sẽper differt tacitũ pactũ a pollicitatione quæ nõ habet consensum partium neque naturalem neque legalem.

32 Pactum tacitum† habens consensum naturalem est quando non interueniunt aliqua signa demonstrantia paciscentes consentire,etiam extrinseca,ut est ind.l. 2. ff.eo.in creditore qui tradit chirographum debitori, uel in eo qui portat suppellectilia in domum cõductã, & idem procedit in l.2.inf.eo.ubi pactum contrahitur inter creditores & emptorem secundum uerum intellectum propter extrinsecum actum interuenientem ex lite mota & accepta inter eos,ut ibi declarat Bar. & illud pactũ producit exceptionẽ taciti pacti in utilitatẽ uenditoris,ex eo quia emptor tractabat de interesse suo, sicut fideiussor habet exceptionẽ pacti facti a reo principali,quia utilitas & damnum pertinet ad ipsum principalem,& idem est in lege si creditores.infra eodem. ubi pactum est factum inter creditorem & unum correum propter litem motam inter ipsos, quod postea prodest aliis, ex regula communi,quod pactum factũ ab uno aliquando prodest aliis.l.rescriptum.§.fi. cum

tibus sequentibus. ff eo. & facta demonstrant uerum cõsensum sicut uerba. d. l. de quibus. ff. de legi. & per Dec. in c. dilecti. ext. de appella. & in l. 2. in quarto notabili, infra eodem.

33 Pactum † autem tacitum habens legalem cõsensum, est quando non apparent signa propter quæ præsumatur consensus, ideo lex inducit ibi consensum præsumptum, & per consequens efficitur præsumptum pactũ, & si contingat quod clare appareat non interuenisse consensum, lex fingit consensum, & appellatur fictus cõtractus, & in utroque casu potest intelligi tex. in l. 1. in prin. & §. accedit. infra de rei uxoriæ actio. secundum accidentiam facti, ut uolunt doctores in l. 1. ff. de uerb. obligati. etiam Barto. & alii ponunt quinque exempla de stipulatione ficta uel præsumpta. Et hoc modo intelligitur etiam tex. in l. qui ad certum. ff. loca. in quo textu tractatur de contractu ficto secundum omnes doct. in l. si is qui pro emptore. ff. de usucap. allegantes illam legem in materia fictionis.

34 Si uero † contingat quod lex uelit nasci actionem & obligationem nullo existente consensu ab una parte, ꝑpter aliquam æquitatem, tunc appellatur quasi contractus, ut in exemplis positis in toto titulo de obligationibus quæ ex quasi contract. nascu. & appellatur obligatio datiua, ut dicit Alciat. in d. l. 2. in uerbo taciti. infra eod. & satis colligitur ex l. 3. §. si furiosi. ff. de negot.

35 gestis. coniũcta. l. qui ad certum. ff. loca. † Et in istis tribus casibus, quando est præsumptus consensus, uel fictus consensus, uel quasi contractus, non dicitur esse uere pactum, sed tamen nec etiam est pollicitatio, ut uolebat hic Dec. quia ex pollicitatione non nascitur actio, nec exceptio, nec obligatio, & in istis tribus casibus omnia ista nasci possunt, ut patet in præallegatis iurib.

Vt tamen clarius prædicta appareant, tria sunt particulariter tractanda. Primo, an pactum factum præsenti & tacenti dicatur esse uerum pactum. Secundo, an pactum absenti factum ualeat & in eo interueniat naturalis consensus. Tertio, an pollicitatio possit fieri præ-

36 senti & tacenti ex causa lucratiua. † Circa primum uidetur dicendum quod sit uerum pactum. per. d. le. qui patitur. ff. manda. secundo per l. si uero non remunerandi. §. si passus. & l. qui fide. ff. mandati. Tertio per textũ in l. donationes. §. species. ff. de donatio. Quarto per textum in l. 2. §. uoluntate. ff. soluto matrimo. ubi semper est uoluntas quando non contradicit. Quinto, quia qui tacet uidetur consentire. capitulo qui tacet. de reg. iuris in sexto. Sexto per textum in l. 3. in principio. & §. primo. ff. eodem. dum dicitur quod creditor tradendo chirographum creditori facit pactum, & quod qui portat supplectilia in domum conductam ea obligat. Incontrarium tamen, quod immo pactum factum præsenti & tacenti non sit pactum sed pollicitatio, & quando est pactum non dicatur esse uerum pactum, primo facit, quia uerus consensus non adest in tacente. cap. is qui tacet. de regulis iuris in sexto. ubi tacens non dicitur consentire nec dissentire, & per consequens nõ potest esse pactum quod requirit consensum. Secundo facit, quia confessio facta præsenti & non acceptanti nõ præiudicat, ut per Decium in l. postquam liti. in quarta limitatione. infra eodem. Tertio facit tex. in l. 1. §. si stipulanti. ff. de uerborum oblig. ubi si quis interrogat de decem & ille respondeat dare uiginti, ad alia decẽ promittens non obligatur, neque ex pollicitatione, neque ex pacto, & tamen promittens offert illa decem præsenti & tacenti, & ideo dicit text. ibi quod non obligatur nisi postea placuerit diuersitas, ergo non sufficit pręsentia nisi superueniat expressio consensus, & idem dicitur si quis interroget de Sticho & Panfilo, quod nõ obligatur pro Panfilo neque etiam uirtute exceptionis. Quarto facit lex ex pollicitatione. ff. de pollicitati. ibi, apud remp. Quinto facit quod uoluit Ias. in §. 1. inst. de actio. nu. 32. & 33. ubi uoluit quod oblatio iuramenti facta præsenti & tacenti reuocari potest nisi acceptetur, & idem etiam dicitur de renuntiatione facta præsenti & tacẽti in d. l. postquam liti. in pe. q. Bar. inf. eo.

37 Et hæc † pars mihi placet, quod si fiat obligatio præsenti & tacenti quod non dicatur pactum neque uerũ nec præsumptum, etiam quod tractetur de eius utilitate, quia non sufficit sola utilitas cum præsentia ut inducatur consensus. Cum præsentia, ut dixi, indurat mediũ inter consentire & dissentire, nec semper omnia acceptamus quæ sunt ad utilitatem nostram, quia multæ possunt esse causæ quæ inducant nos ad non consentiẽdum, cum saltem insurgat obligatio ad antidora. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hæred. quæ operatur multos effectus, ut per Iaso. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Et si esset pulcra & honesta mulier cui oblata fuisset res a scholari, non est credendum quod faciliter uellet acceptare ne ei teneretur ad remunerandum. Et multi sunt, qui nihil ab amico oblatum acceptare uolunt ex uariis causis quas experientia quæ est rerũ magistra manifestare potest. Et ideo puto persistendũ esse in resolutione quam supra dedi. quod ultra præsentiã & utilitatem requiratur aliquod signum extrinsecum demonstrans naturalem consensum, cum facto, sicut uerbis demõstratur consensus uerus. le. de quibus. in fi. ff. de legi. capitulo dilecti. & ibi Dec. extra de appellat. cum concordantibus positis per Decium in le. 2. in 4. not. infra eodem. Non tamen consentio cum Deci. q͂d requiratur consensus uerbis expressus, sed solum uolo quod interueniat signum extrinsecum ultra præsentiã & utilitatem. Nec obstat lex patitur. ff. mãdati. quia ibi interuenit actus extrinsecus, cum acceptauerit pecuniã sibi creditam, uel per promissionem sibi factam per solutionem, uel ut præsupponitur ibi in uerbo credi. Et eodem modo respondetur ad legem si uero non remunerandi. §. si passus. & l. qui fide. ff. mandati. quia ibi successit postea actus per quem demonstrauit animũ præcedentem & consensum. Quod est necessarium dicere, quia ibi tractatur de obligando, & sic ibi non est causa lucratiua sed onerosa, & nisi interueniat signum extrinsecum consentiẽdi non posset ibi esse consensus. Et doctor. omnes decipiuntur in allegando illa tria iura, q͂a ibi uere non est utilitas, cum tractetur de oblig. neque causa lucratiua, ut probatur in §. 1. insti. de auth. tutor. iuncta glo. ibi, in uerbo nec ullum. & dictis doctorum. Vnde uel necesse est dicere quod propter consensum ꝓbatum extrinsecus ibi est pactum, uel quod ibi est præsumptum pactum habens consensum legalem, quo casu non est uerum pactum, & sic nunquam ille tex. probabit opinionem communem. Et eodem modo respõdetur ad l. item quia. ff. eo. & l. cum quid. & l. triticum. ff. de uerborum oblig. quia ibi ex actu extrinseco apparet de consensu naturali, Vel si non interuenit actus extrinsecus dicatur esse pactum præsumptum uel fictum, non sit uerum pactum, & tanto magis quia obligans in illis iuribus tractat de damno suo. Non obstat. l. donationes. §. species. digest. de donatio. quia ibi interuenit actus extrinsecus acceptationis factus a marito, unde consensus naturalis interuenisse probatur, & ex dispositione rei ante oculos eius mulieris potuit transferri possessio. leg. prima. §. si iusserim. digest. de acquirenda possessione. Non obstat lex secunda. & lex si creditores. infra eodem. quia responsum fuit supra & dicetur in quæst. Non obstat lex postquam liti. quia Iaso. ibi tenet contrarium & sequuntur communiter docto. Non ob. l. tale pactum. ff. de pact. quia non negauit quin interuenerit consensus duorum, sed pręsupponitur quod interuenerit necessario, cum de ualiditate non dubitetur ibi. argum. l. qui testamento. ff. de testam. Non obst. l. 2. §. uoluntate. ff. soluto matrimo. quia illa est uoluntas legis dispositione inducta, cum pater sit legitimus administrator & habeat cõmunionem in actione de dote, in tantum quod si ipsa uult dissentire sine causa, non potest,

potest, ut ibi no. per Bar. & doct. Præterea ille tex. non loquitur in materia pactionis, sed in materia cōsensus, quia ibi est consensus permissiuus præstans licentiam, qui per legem inducitur.

38 Ex quibus† patet quod pollicitatio facta præsenti & tacenti non trāsit in pactum etiam quod tractetur de utilitate tacentis nisi interueniat signum inducens naturalem consensum, & per consequens pollicitatio fit præsenti & tacenti ex causa lucratiua in dubio. Et omnia iura quæ uolunt ex sola præsentia induci consensum procedunt in casu suo, ex ratione particulari, sed tunc non dicitur esse pactum, quia non habet naturalē consensum, sed est pactum præsumptum si dubitetur de cōsensu, uel pactum fictum si apparet non interuenisse cōsensum, quo casu dicitur esse pactum improprie, habēs consensum legalem differens a pacto uero, quia in eo requiritur consensus naturalis & differens a placito pollicitationis, quia in ea nullus debet interuenire consensus, quidquid dixerit Dec.

39 Secunda† est difficultas, an pactum possit fieri absenti, Vt ualeat non obstante absentia quādo tractatur de eius utilitate, & uidetur dicendum quod sic. per. l. 2. & l. si creditores. inf. eo. & l. idem si duobus. ff. eo. ubi pactum factum cum uno prodest aliis ut habeat exceptionem pacti. Secundo facit tex. in l. 1. §. accedit. inf. de rei uxo. actio. Tertio facit lex qui ad certum. ff. locat. Quarto facit, quia hæres adeundo hæreditatem quasi cōtrahit cum creditoribus absentibus. §. hæres quoque. inst. de oblig. quæ ex quasi contr. nasc. & l. cum quid. §. fi. ff. ex quibus causis in possess. ea. Quinto facit lex certi condictio. §. si nummos. ff. si certum petatur. & l. si absentis. infra si certum petatur. ubi absens contrahit mutuum. Et hoc tenet expresse Azo. in summa. num. 16. ubi dixit pactorum quædam esse inter præsentes, & quædam inter absentes. In contrarium tamen facit lex absenti. ff. de donatio. ubi tractatur de utilitate & non obligatur dominus præsupponēdo quod actu daret pro absente, nam si actu nō traderet, non fuisset probabilis dubitatio, cum tunc præsenti etiam sine stipulatione donare non potuisset, ut per Bar. in l. iurisgentium. §. 1. ff. eod. Secundo facit. l. certum. §. qui absenti. ff. de confes. Tertio facit regula generalis, quod alteri stipulari nemo potest. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerb. obli. ubi promittens alii dare non facit pactum cum illo absente, cum nō obligetur ei, sed solum naturaliter obligetur stipulanti, ut ibi dicitur, dum præsupponitur quod nascatur naturalis obligatio. Quarto facit, quia in cōtractibus iurisgentium solum inducitur obligatio per nūtium uel per epistolam. §. 1. inst. de obli. quæ ex cōsen. Quinto facit, quia si quis gerat negotium absentis ad eius utilitatem non inducitur mandatum quod ille absens mandet res suas in necessitatibus gubernari, quia nasceretur actio mandati, non negotiorū gestorum. sicut nascitur in l. qui fide. & in l. qui patitur. ff. man. Sexto facit, quia q absens est ignorat, & qui ignorat nō pōt cōsentire, cum ad incogitata nō cadat cōsensus uel affectio. l. cum aquiliana. ff. de trans. & hæc est ueritas.

40 Non obstāt† contraria, & primo d. l. 2. & l. si creditores. infra eodem. & l. item si duobus. & l. fideiussor. & l. rescriptum. §. fi. ff. eod. & lex certi condictio. §. si nummos. ff. si certum peta. & l. si absentis. quia illa iura non dicūt quod pactum fiat cum absente, sed quod pactum factum inter præsentes prodest absenti, & in d. §. si nummos. etiam erant nummi illius absentis, & ibi potest dici quod tanquam procurator absentis mutuauit, ut ibi notatur. Et in d. l. 2. pactum fuit factum inter creditores & emptores hæreditatis, quod prodest uenditori, quia damnum & utilitas resultat ad emptorem. l. 2. infra de hæreditate uel actio. uendita. & ita ibi intelligit Barto. illum textum repræhendendo glo. quamuis postea uoluerit saluare, & probatur ibi, quia interuenerūt materiæ habiles & signa apta ad inducendum naturalem consensum inter emptorem & creditorem ex lite uoluntarie gesta inter ipsos, & inter uenditorē & creditores nulla habilitas interuenit, ideo illa ambigua uerba de tacito pacto intelligi debent ut minor sit captio l. quotiens in stipulationibus. ff. de uerborum obligati. & le. quotiens. ff. de rebus dubiis cum concordātibus. Nec obstat quod dixit Decius ibi colum. 2. num. 10. saluando intellectum glosæ, quia persona extrinseca nō subintelligitur. leg. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de uerborum obligatio. Quia illud procedit quando apparet persona certa contrahentium, sed ibi non dicitur q contraxerint, ideo debet interpretari quod fuerint illi inter quos habilitas ad paciscendum interuenit. Nec obstat quod tacitum pactum non prosit aliis, quia falsum est, cum tacitum pactum sit eiusdem uitutis. l. cum quid. ff. si certum petatur. & ita ipsemet Dec. tenet in d. l. 2. in fi. 4. notabilis repræhendendo Salicetum. Nec obstat quod l. rescriptum. §. fi. loquatur de exceptione doli tantum, non pacti, quia lex fideiussor quæ sequitur loquitur de exceptione pacti quæ potest aliis acquiri, & hunc intellectum, quod pactum ibi fuerit inter pręsentes, tenet Alci. Non obstat lex qui ad certum. ff. locati. quia ibi non dicitur esse uerum pactum, sed est ficta locatio in qua interuenit fictus consensus, ut tenet Alcia. in d. l. 2. infra eodem. in uer. taciti. & sentiunt omnes doctores in l. si is qui pro emptore. ff. de usucapio. dum allegant illam legem in materia fictionis. Non obstat lex 1. §. accedit. inf. de rei uxoriæ actio. quia si mulier erat absens fingitur stipulatio, & fictus consensus, & ficta præsentia. & sic ibi est fictum pactum ut declarant docto. in rubr. & ibi Alcia. num. 14. ff. de uerborum oblig. & iam sæpius dictum est, quod fictum pactum non est pactum habens naturalem consensum, nec uerum pactum. Non ob. quod sit quasi contractus per aditionē hæreditatis, quia quasi contractus non est pactum, sed quasi pactum sine consensu ab una parte, & obligatio inducitur a lege ut per Alciatum in l. 2. infra eodem. & supra dixi, Et sic remanet, quod inter absentes non potest esse uerum pactum neque consensus ex nulla causa tam onerosa quam lucratiua nisi per nuntium uel p epistolam, sed aliquando poterit esse fictum pactum in quo pręsupponitur ficta præsentia & fictus consensus. Tertia est dubitatio, an pollicitatio fiat præsenti & tacenti ex causa lucratiua, & Dec. hic concludit quod sic, quia per præsentiam non inducitur uerus cōsensus nec uerum pactum, sed est pactum præsumptum quod appellatur pollicitatio, sed hoc sup. reprobaui in pri. quæstio. & ex ibi dictis patet decisio præsentis quæstionis.

41 Ex prędictis inferebat† Dec. hic, an dispositio loquēs de pacto habeat locum in pacto tacito, & exemplum potest poni in l. si quis argentum. infra de donatio. quę uoluit ex pacto donationis nasci actionem, an habeat locum in donatione facta præsenti & tacenti, uel in alia tacita donatione, Et refert primo Angel. tenentem quod sic in pulcro casu in consilio suo. 183. qui consuluit de quadam muliere quæ instituit maritum & suū hæredem, & ita in testamento apposuit clausulam, si non ualet iure testamenti ualeat iure donationis causa mortis, nam dixit ipse in columna secunda dicti consilii, quod licet illud testamentum nō ualuerit iure testamenti, tamen ualuit iure donationis causa mortis, ex quo illi instituti erant præsentes qui præsumuntur cōsentire. le. qui patitur. ff. mandati. & l. tale pactum. ff. eodem. & c. qui tacet. de regulis iuris in 6. & cum sit pactum, ex eo nasci debet actio hodie. per l. si quis argentum. §. fi. inf. de donatio. quæ lex habet locum etiam in donatione caus. mort. secundum glo. in le. cum pater. §. Meuio. ff. de lega. 2. quam ibi sequuntur communiter * doc, ut ibi latius per eum. Et dictum Ang. comprobat Socci. in consi. 112. multum abunde. colum. 4. Sed ipsemet Dec. dicit se consuluisset contrarium, quia pactum tacitum non est proprie pactum ut ipse sup. conclusit.

Et le. si quis argentum quæ est correctoria loquens de pacto non debet trahi ad pactum improprium. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. sicut. d. l. non habet etiam locum in donatione facti, quia ibi dicitur de donatione rei uel qualitatis, ut per Bar. in l. iurisgentium. §. sed cũ nulla. ff. eo. Et sicut etiam illa lex non habet locum in promissione facta nulla expressa causa, quia tunc essent duo specialia, unum quod promissio simplex intelligeretur ex causa donationis, aliud quod ex pacto nudo nasceretur actio, ita nec etiam habebit locum illa lex in hoc casu, cum esset unum speciale, quod pactum nudum produceret actionem, & aliud quod dispositio loquens de pacto trahatur ad fictum pactum. contra. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. & per Barto. in l. si tibi. in fi. princi. ff. eo. Et per istas rationes Areti. in l. 2. colu. 2. ff. de leg. 1. expresse reprobauit dictum consilium Angeli. & idem Deci. in consi. 245. & in l. lenium. C. qui testam. fac. poss. & Ioannes Crotus in rubric. ff. de uerborum oblig. in 2. lectura. Sed Cagno. hic tenet opinionẽ Angel. & dicit quod in dictis Deci. a uertice ad plantas non est sanitas, quia est nimis extraneum dicere quod pactum non possit esse sine uerbis, cum sola stipulatio requirat uerba, ut uolunt omnes docto. in l. 1. ff. de uerborum obligat. & in §. si quis ita. in glo. annuisset. & l. si stipuler. §. fi. eo. titulo. Et expressius consensus per l. æquiparatur consensui sumpto ex præsentia sine contradictione. l. in adoptionibus. cum glo. ff. de adoptio. & per Fely. in c. nonne. colum. 4. de præsumptio. & Deci. hic repræhendunt omnes moder. Curti. & Taurinenses. & Alci. in rub. de uer. obli. & ibidẽ Galiaula col. 2. & Rip. col. 5. Qui dicunt quod contra Dec. cõsuluerunt in illis partibus oẽs doct. & Ruy. seq. in l. 2. ff. de lega. 1. col. 1. pe. cartę. damnãs Are. ibi ut hic refert Cag. nu. 17. & 18.

42 Sed ego † puto distinguẽdum esse ut sup. dixi, nam aut interuenit aliquod signũ naturale per quod apparet ꝙ præsens & tacens consentit, & tunc ego puto quod cõmunis opinio sit uera, quia adest uerus consensus naturalis qui ita facto sicut uerbis demonstratur. l. de quib. ff. de legibus. c. dilecti. ubi Dec. extra de appellatio. & uoluit ipsemet Deci. in leg. secunda. in 4. notabi. infr. eo. qui ita intelligit. l. item quia. & l. Labeo. ff. eo. & ita etiam intelligitur lex. 2. infra eodem. secundum uerũ intellectum. & facit quod uoluit Fely. in dicto capitu. nonne. de præsumptio. colum. 3. num. decimo. uersicu. fallit quarto. ubi ponit exemplum de recipiente literas clem. prima. de procura. & de præstante obedientiam aduersario. c. ex ore. de iis quæ fiunt a maiori parte capituli. & l. filiusfamilias absente. cum glo. ff. ad maced. Et ideo si in casu Ang. maritus procurasset ut uxor faceret testamentum, ac eum institueret, uel conuocasset notarium & testes dicendo quod uolebat facere testamentum & aliquid relinquere sibi, uel rogasset eam ut aliquid sibi daret, uel aliquod simile signum acquirendi demonstraret, & tunc per illam clausulam ex præsentia sola colligeretur consensus uerus & naturalis in donatione qui faceret uerum pactum, cum ad essentiam pacti non requiratur expressius consensus uerbis, ut supra dixi. per l. Labeo. & l. item quia. ff. eo. & compræhenderetur illa donatio in dispositione. l. si quis argentum. inf. de dona. ut uolebat Ang. & communiter doct. Si uero non interuenit signum aliquod acceptationis, uel inferens consensum naturalem, & tunc puto opinionem Decii & sequacium ueriorem esse, ꝙ non erit uera donatio, nec cõpræhẽdetur sub dispositione. l. si quis argentum. inf. de don. inducẽtis ꝙ nascatur actio ex pacto nudo, Quia pręsens & tacens non cõsentit sed tenet medium. c. is qui tacet. de reg. iur. in 6. & ibi gl. adducit exemplum de eo qui tacet quando delicta fiunt, & nihil dicit, ne fiat scandalum. cap. super eo. de cogn. spirituali. & capitulo mulieri. de iureiur. per multa comprobat Fely. in d. c. nonne. colum. 2 uersi. in glos. & ideo dicit Bal. in d. l. 2. §. uoluntate. ff. solu. matri. quod si statutum requirit consensum non sufficit præsentia cum taciturnitate, sed requiruntur signa inducentia naturalem consensum, Vnde cum non interueniat cõsensus, necessario remanebit pactum imperfectum siue pollicitatio, & sine dubio nõ posset habere locum in eo. l. si qs argentum. de donatio. quæ loquitur de pacto, non pollicitatione, & omnes passim conueniunt quod dicta lex non habet locum in pollicitatione nec doctores hic & in rub. de uerb. oblig. aliquod probabile adducunt ꝙ præsentia cum utilitate inducat consensum, unde necessario in hoc casu opi. Deci. procedere debet.

43 Quinimmo † si contingeret quod ex aliqua ratione speciali lex præsumeret uel fingeret consensum pręsentis, ut in exemplis positis per glo. in ca. qui tacet. de regulis iuris. quod præcedit d. c. is qui tacet. & ponit Felinus in dict. ca. nonne. colum. 1. tunc etiam d. l. si quis argentum. ut uolebat Dec. non uerificaretur in tali pacto, quia in eo non est consensus naturalis sed legalis, & per fictionem & operationem legis inducitur pactum legale non pactum uerum, ut dicit Innoc. quem sequitur Fely. in dic. cap. nonne. colum. 2. uer. in glo. quia tacere est præsumptio, non probatio, ut uoluit etiam Baldus in l. 2. §. quod si actor. inf. de iuramen. calumniæ. & fictio non continetur in legibus correctoriis uel statutis, ut per Bar. in l. omnes populi. in 4. quæstio. princ. ff. de iusti. & iur. colum. antepe. & l. si quis maior. in princ. infra de transactio. Et ideo succedit quod dixit Bar. in d. l. si tibi. in fin. principii. ff. eo. quod unum est speciale quod præsumatur consensus, & aliud est speciale quod nascatur actio ex pacto, & tertium est speciale quod sub nomine donationis inter uiuos ueniat donatio causa mortis. & per consequens. d. l. si quis argentum quæ est correctoria iuris communis non potest trahi ad talem donationem impropriam. Et sic dictum Decii potest procedere in duobus casibus, scilicet quando non interuenit signum naturale, quo casu non est pactum, uel quando interuenit fictus uel præsumptus cõsensus legis, quo casu non est pactum uerum, quamuis Decius postea male loquatur in duobus, dum præsupponit qđ pactum præsumptum uel fictum sit pollicitatio, & dum etiam præsupponit quod pactum uerum non possit fieri sine uerbis, ut sup. reprobaui.

44 Sed succedit † alia quæstio quam hic tangunt omnes moderni, quæ ueniant appellatione contractus in statutis uel aliis dispositionibus. Et primo an si statutum prohibeat aliquem contrahere, uideatur prohibere et eum consentire, & Bald. hic dicebat quod non, & idem Bal. in l. fi. col. 2. in uersi. collige ergo. inf. eo. per textũ in l. si pater. in fi. ff. de manu. uindic. & l. aliud est uẽdere. ff. de regul. iur. Sed in contrarium primo facit, quia pactum est consensus. l. 1. ff. eo. sed pactum est prohibitum, ergo etiam consensus est prohibitus. & sic per statutum prohibetur consensus Saluari potest duob. modis, primo, quia pactũ est species, & consensus genus, & prohibita specie non prohibetur genus, sicut prohibito homine stare in certo loco non prohibentur cætera animalia. l. 1. & l. 2. § creditum. ff. si certum peta. Secundo responderi potest, quod duplex est consensus, cõsensus dispositiuus siue conuentionalis, & consensus permissiuus dans licentiam disponendi. Bal. in l. 1. inf. eo. in sexta oppositio. & ibi Alex. & Dec. num. sexto. In pacto uero est consensus dispositiuus, non consensus permissiuus, de quo in l. 2. §. uoluntate. ff. soluto matri. & ideo ille non est prohibitus per. d. l. aliud est uendere. ff. de reg. iur. & hoc modo procedit tex. in l. si fundus. §. primo. ff. de pignor. nam ibi consensus sequens importat dispositionem in persona concedentis, & sic loquitur ibi de consensu inducente dispositionem, & non facit, quamuis Curt. hic multum dubitauerit per illũ tex. Si enim accideret quod alicui uendenti nomine mulieris mulier consentiret, sine dubio consensus iste esset prohibitus, quia effectualiter ipsa mulier contraheret & uende-

uenderet, sed dicta lex si pater. & d. aliud est uendere. non loquutur de isto consensu, sed loquuntur de consentiente qui perse non habet potestatem faciendi actum, cum ipse non sit dominus rei, sed certum ius in re habeat. Et hoc modo considerando raro euenire poterit quod militet eadem ratio in consentiente quæ militat in dante (quamuis aliter præsupponant hic omnes docto.) quia neque proprie neque improprie dicitur contrahere, sed potius dicitur non impedire contractũ d.l.si patre.§.fi.& qui habet ius in re uendita, consentiẽdo uenditioni, non dicitur uendere nec rem nec ius suum, sed potius renuntiare, & per consequens nõ potest compræhendi sub statuto. Quare concludendum est, quod si per consensum præstitum per indirectum inducitur ille contractus prohibitus, ut per ratihabitionem, iuxta cap. rati habitio. de regu. iur. in 6 & tunc compræhenditur etiam cõsensus, quia uirtualiter per ratihabitionem uel consensum dicitur contrahere, & ita procedunt omnia allegata hic per Curt. cum cumulatis per Cagno. in fi. Aut uero ex consensu non inducitur directo uel per indirectum contractus ille, quia ille non est dominus, uel aliter non habet ius uendendi, sed propter extrinsecum ius requiritur eius consensus, & tunc qui consentit non dicitur contrahere, & non compræhenditur in statuto prohibente contractum, quia non contrahit, licet in aliquo actus per consensũ conualidetur uel non impediatur, sed oportet ꝙ alia uerba interueniant in statuto prohibentia priuationẽ illius iuris, ut statim dicam de statuto prohibente alienationem.

45 Subdunt† etiam hic doctores aliam conclusionem, quod quamuis pactum capiatur in genere & in specie, tamen dispositio loquens de pacto, in dubio intelligitur de pacto nudo in specie, ut patet in hoc titulo. & ff. eo. & notant omnes in l. lecta. ff. si certum peta. cum aliis cumulatis per Dec. hic in 2. lect. & Cagno. colum. 2. nu. 6. & est communis opinio. Et rationem Dec. adducit hic, quia pactum uestitum est secundum quid pactum. i. improprie pactum, ideo de eo in dubio non intelligitur. l. hoc legatum. ff. de leg. 3. Quæ ratio falsa est quia pacta uestita & nominata sunt proprie pacta, cũ sint species pactorum in genere. l. iurisgentium. in principi. ff. eod. & omnis species proprie semper continetur sub genere, si uera est speties, ut notatur in l. 1. ff. de testa. & in rub. ff. de leg. 1. & l. si quid earum. §. inter emptum. ff. de leg. 3. Vnde uera est ratio, quia omne uerbũ quod potest capi in genere & in specie, in dubio capitur in specie, ut per Barto. in rub. ff. solu. matrimo. Et non potest dispositio intelligi de aliis speciebus cõtractuum & pactorum, quia illi assumpserunt speciale nomen diuersum, & hoc nomen pactum restrictum fuit ex consuetudine ad pactum nudum, cum aliæ species assumpserint specialia nomina, sicut dicitur in §. non tamen. insti. qui. mod. infirma. testa. & dixi in d. l. lecta. in quarto notabili. Et ita etiam capitur in hoc titulo. & in ti. ff. eo. licet in l. 1. diffiniatur pactum in genere. Nam ibi hoc fuit factum ad maiorem declarationem pactorum, cum ad cognitionem specierum debeat præcedere cognitio generis. l. 1. ff. si cer. pet.

46 Pactum† autem nudum licet appelletur contractus, ut per glo. in l. 1. in glo. figuris. infi. ff. de uerbo. obliga. tamen non dicitur proprie contractus, cum cõtractus in specie solum est in cõuentionibus correspectiuis in quibus est hinc inde actus tam respectu consensus qui ab utraque parte præstatur, quam respectu promissionis quæ fit ab utroque, quam etiam respectu obligationis. in pacto uero est solum hinc inde actus respectu cõsensus qui ab utraque parte est impositus. Sed si ad solũ consensum habeatur respectus, tunc pactum potest dici contractus in genere sicut stipulatio & donatio. iuxta nota. in l. siquis emptionis. intr. de præscriptio. 30. uel 40. anno. & ita sæpe in iure capitur contractus. §. fina. inst. de obliga. & est communis usus loquendi iure consultorum qui præualet in dispositionibus. iuxta notata per Bar. in Rub. & l. 1. ff. de suis & legi.

47 Vnde† merito dubitant hic docto. an si statutum prohibeat aliquem contrahere, uideatur prohibere etiam facere pactum liberatorium, cum etiam pactum liberatorium appelletur in iure contractus. Et in hoc sunt uarii plerique doctores & contrarii. nam Bald. hic uidetur tenere quod prohibeatur, quia pactum dicitur esse contractus. d. l. 1. ff. de actio. & obligatio. in gl. figuris. Et hanc opinionem sequitur hic Cagnol. propter uim extensionis, quia illud statutum extenditur etiam ad distractum & pactum liberatorium. Nam licet ex proprietate uerborum dispositio loquens de contractu nõ compræhendat pactum liberatorium & alios distractus, tamen per extensionẽ trahitur ad eos, ut per Dec. in cap. qua fronte. de appellatio. col. 2. & eiusdem naturæ debet esse distractus cuius est contractus. l. ab emptione. ff. de pactis. Barto. in l. & ideo. ff. de condi. furti. Ruinus in consi. 33. uol. 1. circa fine. ubi decidit quæstionem notabilem & in l. 2. fo. antepenul. colu. 4. ff. de leg. 1. ubi dixit. l. siquis argentum non compræhendere donationem causa mortis ex ui cõpręhensiua sed ex ui extensiua. Item in prædicto statuto ratio quare prohibeatur mulier cõtrahere est ut succurratur imbecillitati mulierum. l. 1. & 2. ff. ad uelleia. & l. transactione. cum ibi nota. per Bar. & alios inf. de transactio. & Cur. hic. sed quando debitorem liberant per pactum uel alio modo distrahunt lædi possunt. l. siquis delegauerit. ff. de nouationib. Iaso. in d. l. more. ff. de acquir. hæredi. & in l. si unus. §. pactus. ff. de pact. ergo &c. Et licet hæc ratio non sit assignata in statuto, tamen quia hæc ratio sola potest assignari, ideo habetur pro expressa, & in quacumque materia ex ea argui potest. l. milites agrum. ff. de re mili. & l. quamuis. cum glo. inf. de fidei com. & in l. iis solis. inf. de reuocand. donatio. & in l. cũ
* lege. de testa. Et hæc est communis opinio, ut per Decium in consi. 172. Brunum late in tractatu de exclusione fœminarum. in 3. articulo principali. Parisium in consi. 72. uol. 1. & consi. 75. uolu. 1. & consi. 21. 26. 43. 83. uolu. 3. & Ripam lib. 1. respon. cap. 19. & cum istis per repertoria cumulatis residet.

Sed in contrarium facit, quia statuta correctoria, ꝓprie debent intelligi, ut per Barto. in l. omnes populi. in 4. quæstio. 6. quæstio. princi. ff. de iusti. & iur. & l. 3. §. hæc uerba. ff. de neg. gesti. Deci. consi. 695. colum. 3. Parisius consi. 158. col. 3. & consi. 159. col. penul. & fin. lib. 4. Sed de proprietate sermonis pactum non dicitur esse contractus, quia non habet ab utraque parte obligationem, maxime quando est liberatorium, cum sit distractus, & opponatur contractui, & appellatione contractus non uenit distractus. l. fin. ibi, contrahentibus uel distrahentibus. & ibi Bal. inf. si tu. uel cur. interue. Ergo pactum non continebitur in statuto loquente de contractu. Et hanc opinionem tenuit Bal. in dict. l. siue apud acta. & Curti. hic infi. & in tali contrarietate fuerunt scribentes, & Bal. ut per Feli. in cap. si. colu. 6. & 9. de foro competenti. & Areti. in d. l. mutum. colum. 4. ff. de acqui. hære. & Iaso. in d. l. si unus. §. pactus ne petere t. colum. 10. ff. de pact. & ibi dixi. & latius in d. l. more. ff. de acqui. hæredi. post Alexand. Dec. in c. qua fronte. de appellatio. & Parpalia in l. siquis maior. in 3. nota. inf. de transactio. & Alcia. in l. Labeo. §. contractũ. ff. de uerb. signi. & Dec. in l. qui se patris. inf. un. lib. Ta
* men in dictis locis communiter est recepta hæc ultima opinio Baldi. in l. siue apud acta. quod non ueniat pactum, & reiecta est eius opinio hic posita. Et pro hac opinione facit, quia remittere, quod consideratur in pacto liberatorio, non est donare. l. Iulianus ait. ff. de conditio. & demonstr. ubi conditio dandi non impletur per remissionem. quem tex. aureum dicit Feli. in c. ueniens. i. colum. 2. uers. secundo intellige. ext. de testibus

bus.facit lex si pignus.ff.quæ in fraudem.credi.ubi inter maritum & uxorem prohibetur donatio & non pignoris remissio.facit tex.in l.1.infr. Si dos const. matr.ubi dos redditur const.matri.& tamen remittitur.l. si constante per glo.in uersi.firma.& ibi Bald. & Rain. C.de don.ante nupt.sicut nec etiam ille qui potest donare semper potest remittere.glo.in c.statuimus.§. notarium,de rescriptis in 6. in glo.remissione. cum aliis cumulatis per Tiraquellum in l.si unquã. de reuo. do. in glo.donatione largitus.nu.142.uer.octauo.

48 Sed ego † in hac difficili passu puto considerandum esse quomodo statutum uoluerit capere contractum, quia si uoluit capere uel nominare contractum quasi hinc inde actum habito respectu ad consensum tantũ, tunc pactum & distractus erit proprie contractus,quia est hinc inde actus in consensu. Et eadem ratione qua stipulatio uel donatio comprehendetur sub nomine contractus,quia est hinc inde actus,& ab utraque parte habens consensum, ut notatur in l.siquis emptionis.infr.de præscriptione 30.uel quadraginta anno.in §.fi.insti.de obligatio.& mutuum potest esse contractus etiã quod incipiat a datione rei. Eadem etiam ratione pactum & distractus uenient appellatione contractus,cũ & ipsi habeant consensum ab utraque parte, ut per gl. in d.l.1.ff.de actio.& obligatio.& l.ab emptione.ff.de pact.& §.fi.insti.quib.mod.soluitur obligatio.& cõtractus ponitur pro conuentione in genere. Et dictæ conuentiones dicuntur contractus ad differentiam actuũ qui requirunt consensum unius, ut est hæreditatis aditio,optio serui,renuntiatio,electio,confessio, repudiatio,& similes actus qui substantiam suam habent in uoluntate unius tantum.Et sicut non consideratur obligatio uel dissolutio obligationis per statutum,sed solum ille modus simul contrahendi & illa conuentio in genere,quando non possunt separari ex mente statuentium ab hoc statuto stipulatio mutuum & donatio, Ita etiã pactum tam liberatorium quam obligatorium & distractus ab hoc statuto ex eorum mente seruari nõ poterit.Et omnes istæ conuentiones uel simul debent cõtineri in statuto,quia habent eandem rationem cõsensus,uel omnes debent excludi,quia non habent obligationem ab utraque parte, & ex subiecta materia apparebit an statutum uoluerit capere contractum in hac generali significatione,Et si ex uerbis uel aliis signis appareat quod statuentes uoluerint comprehendere stipulationem,pactum,uel mutuum,& donationem,sicut colligitur ex.§.fi.insti.de obligatio.ex l. siquis emptionis.infi.de præscrip.triginta uel quadraginta anno.ita etiam eo casu dicendum erit quod ex eorum mente cõprehenditur pactum liberatorium,& distractus in statuto.

49 Et † in dubio puto quod statutum semper in hac significatione uoluerit accipere contractum,cum iste sit communis usus loquendi in hominibus, appellatione contractus comprehendere stipulationem, donationem,& mutuum,& discurrendo per totum corpus iuris ciuilis apparebit plerumque iuris consultos ita accepisse contractum,ideo in dubio ita in dispositione qualibet capietur,iuxta nota.per Barto.in l. 1. ff. de suis & legi.Si uero ex eorum mente apparet quod fuit consideratus contractus,ut sit hinc inde actus respectu obligationis & promissionis simul, tunc de proprietate sermonis nullum pactum nudum neque obligatorium neque liberatorium nec stipulatio nec donatio continebitur,nec etiam distractus de proprietate sermonis,qa in istis non est hinc inde actus, respectu obligationis, & in contractu hoc modo in specie sumpto requiritur pro substantia quod sit ab utraque parte obligatio. l. Labeo. §.contractum.ff.de uerbo.signi.Et ideo statutũ loquens de cõtractu de tali proprietate sermonis æqualiter non comprehendet pactum simplex,nec liberatorium,nec stipulationem,nec donationem, uel mutuũ, quia uerba in dubio debent proprie intelligi.d.§. hæc uerba.& Dec.in consi.695.colum.3.& Parisius in consi.158.colu.2.& consi.109.colum.4.nu.4.cum aliis sup. allegatis.Et sic oportebit ex communi ratione doctorum dicere quod sicut non uenit distractus nec etiam ueniet aliud pactum simplex obligatorium,nec stipulatio,nec donatio. Et ideo cum raro accidat ut statutum prohibens contrahere uel aliqua alia dispositio similis non uelit prohibere donationem, stipulationem, mutuum,& pactum obligatorium,raro etiam poterit euenire quod in tali statuto de proprietate sermonis non includatur distractus & pactum liberatorium, ut sup. dixi.

50 Ex † quibus decidi potest, an sub nomine contractus ex ui extensionis ueniat distractus, nam aut statutum capit primo modo contractum, & tunc non est tractãdum de extensione,cum liberatio ueniat appellatione contractus,Si uero secundo modo capiatur, & tunc oportet discurrere rationem quare factum fuit statutũ, nam illa ratio imbecillitatis mulierum uel fragilitatis sexus non uidetur quod semper præsumatur ut præsupponunt docto.cum si præsupponitur quod capiatur cõtractus pro obligatione ab utraque parte, non uidetur esse considerata læsio quæ æqualiter & fortius cadit in stipulatione,mutuo,donatione, & pacto liberatorio. Et ideo oportet quod ratio alia mouerit ipsos contrahentes,si pro firmo tenetur quod uoluerint capere cõtractus in hac stricta significatione, & necessario oportebit quod ratio exprimatur in statuto,qua expressa faciliter postea apparere poterit an possit fieri extensio ad distractus, & pactum liberatorium, considerando an militet eadem ratio,uel maior, & concurrant requisita ad extensionem,quæ theoricę ponuntur per doctores in l.omnes populi. ff. de iusti. & iur. in 6. quæstio. princi.Bartoli.& in l.si uero.§.de uiro.ff.solu.matr. cũ concor.Et in proposito statuto, quamuis sit correctorium & exorbitans,extensio permittetur ad pactum liberatorium uel distractum ex ratione assignata in eo, quia de stricta significatione ad latam ubicũque est ratio scripta in statuto,licita est extensio.l.filium habeo. ff.ad macedo.& per docto.late in l.maximum uitium. intr.de libe.prete.cum aliis cumulatis per Cagno.sup. in princi.articuli,& dixi post alios in d.l.omnes populi.Et cum hac consideratione & distinctione puto determinandum esse etiam quod dicunt docto.in auth.sacramenta puberum.inf.si aduersus uenditionem, quia uerbum contractibus ibi consideratur respectu consensus simul præstiti,non autem respectu obligationis uel promissionis ab utraque parte, & non est fienda extensio, cum ex proprietate ita sumendo contractum omnes conuentiones ueniunt tam obligatiuæ quã distractiuæ.Et non est uerum ut hic dicit Dec.quod contractus respectu consensus tantum consideratus non dicatur proprie contractus, quia propter communem Iurisconsultorum assumptionem hoc nomẽ assumpsit nouam significationem de proprietate sermonis comprehendentem omnes conuentiones tam simplices quam correspectiuas,& proprietas inducitur a regione, & a iurecõsultis.l.quarta.ff.de leg.1.ubi notatur & d. l. omnes populi.in 6.quæstio.princi.Bart.in 4.quæstio.ff.de iusti.& iur.

51 Si uero † statutum prohiberet mulierem uel minorẽ obligari,utendo hoc uerbo,obligari & non contrahere,& tunc communiter concludunt docto. quod de proprietate sermonis comprehendatur distractus & pactum liberatorium,quia in istis etiam nascitur obligatio,ut colligunt docto.post Alex.& Iaso.ubi dixi. ex. l.si unus.§.pactus ne peteret.ff.de pact. & ibi Iaso. late

52 colum. 10. † Sed si statutum disponit quod mulier uel minor non possit alienare, utendo hoc uerbo alienare,Similiter omnes concludunt quod comprehenditur pactum liberatorium,& consensus permissiuus, & distractus,

distractus, quia per omnes istos modos proprie fit alienatio. l. alienationis uerbo, ff. de uerbo. signifi. & nota. per Iaso. in d. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & procedunt ea quae dicit hic Dec. in fi. secundae lecturae, dum allegat Bald. & Salic. in l. 2. inf. si aduersus dotem. & Andr. sicu. in consi. 41. col. 7. lib. 3. & in ca. si quis praesbiterorum. de rebus ecclesiae non alienand. & per eundem Dec. in d. l. aliud est uendere. ff. de regu. iur. cum aliis cumulatis per Cagno. ibi. & est uera opinio. Et hoc statutum comprehendet etiam repudiationem, renuntiationem, & omnes alios actus priuatos dependentes a uoluntate unius, quia & in eis uera est alienatio. l. 1. cum sua glo. & ibi docto. & l. postquam liti. inf. eod.

53 Sin autem † statutum prohibet contrahere uel pacisci, utrum prohibeat aditionem haereditatis uel repudiationem dubitauerunt hic docto. & Bald. hic & doc. concludunt, quod non, quia repudiare non est pactum, nec contractus, ut nota. in l. 1. & l. postquam liti. infra eo. Alcia. uero tenet contrariam ex ui extensionis, quia militat eadem ratio laesionis quae consideratur in prohibitione contractus. Item repudiatio satis dicitur esse pactum Barto. in l. licitatio. ff. de publica. saltem quando fuit acceptata, & si mulier propter lubricum consilii sibi pacto praeiudicare nequit, Eodem modo nec repudiatione debet posse praeiudicare. glo. in l. 1. inf. eo. & in l. si ita scriptum. §. sub conditione. ff. de leg. 2. ipse tamen residet in hoc, quod si statutum respicit diminutionem patrimonii quod tunc non comprehendetur repudiatio, quia repudians non diminuit patrimonium, sed potius non acquirit. l. si sponsus. §. si maritus secundo. ff. de dona. inter uir. & uxo. nota. in l. 3. inf. eod. sed si prohiberet propter fragilitatem sexus, tunc uideretur esse eadem ratio, ergo eadem decisio. argu. l. illud. ff. ad l. aquil.

Sed breuiter dicendum est, quod de proprietate sermonis repudiatio non uenit appellatione pacti & contractus, tum quia non est pactum, tum quia secundum specialem proprietatem uocabuli contractus in specie, & pactum simplex non est proprie contractus, & tanto minus repudiatio & renuntiatio quae est solius omittentis dispositio, per supradicta. Sed per extensionem aliquando repudiatio poterit contineri si ratio sit assignata in statuto quae aequaliter militat in ea, ut quando facta fuit fauore mulierum propter fragilitatem earum, iuxta nota. in l. 1. & 2. ff. ad uelleia. argu. nota. in l. filium habeo. ff. ad macedo. & l. si quis maior. inf. de transacti. Sed si non esset expressa ratio, tunc non potest contineri uirtute extensionis, cum contrahere & repudiare sint diuersa, & habeant diuersam rationem, & diuersa principia, & non faciliter poterit praesumi ratio super qua fundetur dispositio quae militet in repudiatione. Et quae dicta sunt de extensione quando militat eadem ratio, fortius procedunt in aditione haereditatis, cum aditio haereditatis habeat maiorem conformitatem cum contractu, quia per eam inducitur quasi contractus. §. haeres. insti. de obligatio. quae ex quasi contrac. nascun. Et eadem ratio quae potest mouere ad prohibendum contrahere poterit etiam mouere ad prohibendum adire haereditatem propter occultum aes alienum quod solet esse in haereditate, iuxta not. in §. 1. insti. de auth. tuto. & in §. 1. insti. quib. non est permis. face. testa. Et ideo in dubio dicendum erit ex mente statuentium extensionem fiendam esse ad prohibendum etiam aditionem haereditatis.

54 Vltimo † sciendum est, quod licet de iure ciuili pactum nudum non producat actionem, tamen de iure canonico producit, per not. in c. pri. & c. 3. extra de pact. quae iura ita ibi intelligunt communiter docto. uolentes et quod in foro canonico agi possit ex pacto, sed in foro ciuili non audiatur agens.

55 Vnde † dubium contingit, quare ius canonicum hoc casu non seruetur in foro ciuili, cum seruare pacta respiciat naturalem aequitatem, & contineat causam peccandi, & graue est fidem fallere. l. 1. ff. eod. c. iuramenti. 22. q. 5. & in psal. 89. ea quae processerunt ex labiis meis non faciam irrita, & ius canonicum contradicens iuri ciuili in materia peccati seruatur in foro ciuili, iux. nota. in c. fi. extra de praescrip. & c. fin. de consuetu. Alcia. soluebat negando quod absolute sit peccatum, quia indeliberate promittere uidetur & inaduertēter, Et hanc excusationem admittit lex & approbat iuxta doctrinam Barto. in extrauaganti ad reprimendum. in uerbo denuntiasse. cum multa offeramus quae nolumus dare & credimus non acceptari. argum. l. sciendum. uersi. est autem. ff. de edili. edic. & qui sequitur auctoritatem legis tutus est in foro conscientiae, ut nota. per Abba. in c. uigilanti. in fi. de praescriptionibus. & in ca. nouit. de iud. Sed ista fundamenta Alciat. possent euitari, quia licet ius ciuile admittat excusationem, tamen ius canonicum non admittit, quia alias nō cogeret obseruari, & iniqua esset dispositio, & non dicitur esse tutus auctoritate omnium iurium. l. 3. §. si quis autem. ff. de consti. pecu.

56 Vnde † melius potest dici, quod regula capituli finalis de praescriptio. habet locum quando quis indebite priuatur iure suo, sed in pacto nudo creditor non priuatur iure suo, sed solum non acquirit. argumen. nota. in l. haec autem. §. 1. ff. quae in fraudem credito. Vnde non dicitur esse peccatum urgens, nec ex tali paruo peccato debet induci correctio iuris ciuilis quae & ipsa fundata est in aequitate naturali. Vnde si esset pactum per quod quis priuaretur iure suo, tunc nasceretur actio de iure ciuili, hoc est in foro ciuili seruaretur ius canonicum, & ita tenuit Ias. in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. uolens quod ex pacto nudo posit agi quando ex eo aliquod interesse insurgit ut ibi latius per eum.

57 Glo. rub. ponit † duas continuationes quae referūtur ad materiam iudiciorum, & ultima praesupponit, quod titulus de edendo & de in ius uocando sint praeparatoria iudiciorum. Sed nulla potest stare, per ea quae dixi in rub. C. de dendo. cum ille titulus non sit praeparatorius iudiciorum, neque in editione actorum, neque actionis, neque instrumentorum, ut ibi dixi.

58 Et ideo † duobus modis continuatio potest fieri hic, Vno modo secundum corticem uerborum non habito respectu ad materiam iudiciorū, ut dicatur, sup. uisum est de editione actionis quae fit in iudicio, & de citatione, sed quia facta citatione opponitur quod quis nō habet actionem, quia conuentio allegata forsan est nuda quae non producit actionem, & ideo ut bene cognoscatur an actio competat agenti ponitur haec rubrica de pactis. Vel secundo etiam potest dici concordando cū doctoribus, quod tractetur de pactis relatiue ad iudicia, & tituli praecedentes sint praeparatorii ad iudicia, sed tunc oportet dicere quod sunt praeparatoria respectu praecognitionis, & praescientiae, ut dixi in d. rubr. cum in actu nullo modo possit dici quod illa sint praeparatoria, & eis existentibus praeparatoriis, quod haec materia pactorum & transactionis conueniat. Ideo potest dici, quod cum esset tractandū de iudiciis, praemissa fuerunt multa quae praecognoscere debent litigātes antequam ueniant ad iudicium, ut per Specu. in titu. de praeparatoriis iudiciorum. col. 1. & in fi. & inter alia uolens litigare debet scire an habeat actionem, & an cōuentio quam allegat producat actionem, Ideo ponitur hic titu. de pactis, in quo hoc declaratur, & quia etiam oportet praescire an facta sit transactio per quam impediatur litis ingressus, ideo oportet scire quando transactio habeat efficaciam, uel non habeat efficaciam, de quo tractatur in tit. de transactionibus. Et haec sufficiāt pro generali cognitione materiae pactorum.

Ioannes Bolognetus Iureconsultus Bononien. Neapoli Primariam cathedram de mane tenens. Die. 27. Ianuarii. 1552.

Summaria

Summaria super l. 1. C. de pact.

1 IN hac lege tractatur de pacto remissorio iuris sui. i. an ius de futuro remitti possit.
2 Bona ad nos pertinent ex duplici iure, quæsito, uel quærendo.
3 Ius quærendum habet tres species, ius delatũ, ius de futuro ex causa de præsenti, & ius de futuro ex causa de futuro.
4 In hac lege tractatur de iure de futuro ex causa de præsenti.
5 Ius nostrum amittitur quinque modis ex uoluntate.
6 In hac lege tractatur de remissione iuris acquirendi secundum doctores, per renuntiationem, remissionem, & pactum de non petendo, sed confuse & æquiuoce.
7 Theorica doctor. & gloss. in hac lege repræhenditur efficaciter.
8 Repudiationis & renuntiationis apertissima differentia ponitur.
9 Repudiatio solum fit de iure delato, & est non acquisitio, renuntiatio est priuatio, & fit de iure quæsito, & quærendo. pactum de non petendo non priuat, sed inducit impedimentum petendi uel agendi.
10 Tres ponuntur regulæ in hac materia aliter quam faciant doctor.
11 Natura repudiationis uel renuntiationis non potest alterari a partibus.
12 Renuntiatis potest fieri cum uoluntate unius, & transire in pactum, & contractum innominatum, & contractum nominatum.
13 Ratio dubitandi & decidendi assignata per docto. non procedit.
14 Vera ratio dubitandi & decidendi ponitur.
15 In hac lege fuit una quæstio tantum, & una responsio.
16 Summarium Bar. & doctorum reprobatur.
17 In hac lege remissio fideicommissi fuit ab una parte tantum.
18 Casus figuratio clara.
19 Remissio ista & conuentio fuit æquissima.
20 In debito conditionali competit de præsenti spes debitum iri, quæ nunc est in rerum natura, & in commertio hominum.
21 Incertum conditionis semper minus ualet quam conditionatum.
22 Remissa conditione an sit remissum conditionatum, discutitur.
23 Si remittatur incertum conditionis remittitur etiam conditionatum.
24 Remissa conditione a partibus est remissum fideicommissum si fiat in fauorem debitoris, secus si fiat in fauorem creditoris.
25 Remissa conditione a testatore extraneis institutis non remittitur conditionatum.
26 Remissa conditione inter liberos æqualiter institutos, uidetur remissum conditionatum.
27 Remissa conditione inter institutos filios inæqualiter, an sit remissum fideicommissum.
28 Remissa conditione in filiis, regulariter remissum uidetur conditionatum, quando est conditio si decedat sine liberis.
29 Remisso modo an uideatur remissum legatum modale.
30 Conuentio de qua in hac lege non est transactio, sed pactum correspectiuum, quod aliquando appellatur pactus nudum.
31 Fideicommissum remissum per pactum an finiatur ipso iure.
32 Prænomina uel cognomina non sunt repetenda.
33 Pactum remissorium fideicommissi est æquissimum pluribus rationibus.
34 Duo contraria possunt esse in se æqua & bona diuersis respectibus.
35 Datum ob causam defectus liberorum an repetatur superuenientibus liberis.
36 Donatio regulariter reuocatur per superuenientiam liberorũ, siue sit de omnibus bonis siue de minori quantitate, dummodo si habuisset liberos non fecisset.
37 Datum in hac lege non est datum ob causam liberorum.
38 Lex si unquam non habet locum in re minima.
39 Lex si unquam non habet locum in donatione facta in contractu uenditionis.
40 Lex si unquam an habeat locum in donatione iuris quærendi, late discutitur & nouiter distinguitur.
41 Lex si unquam an habeat locum in filijs naturalibus superuenientibus.
42 Lex si unquam an habeat locum in filijs naturalibus legitimatis post.
43 Legi si unquam quando & quomodo possit renuntiari, remissiue.
44 Condit. si sine liberis decesserit, falsificatur per existentiã unius filij.
45 Vniuersalis propositio falsificatur ex uno.
46 Filij positi in conditione an uideantur positi in dispositione ut sint uocati, late discutitur.
47 Filij positi in conditione, si sunt grauati, censentur etiam positi in dispositione.
48 Filij positi in illa conditione, si decedant sine liberis masculis, uidentur esse positi in dispositione.
49 Fideicommissum non uidetur remissum per diuisionem hæreditatis.
50 Repetitio non datur si deficit conditio de iure remisso.
51 Intellectus communis examinatur, & refutantur rationes doctor.
52 Renuntiatio simplex potest sine pacto æqualiter fieri de iure quæsito & quærendo.
53 Renuntiatio, repudiatio, & pactum de non petendo, in quo differant.
54 Renuntiatio quid sit, & quando fieri possit, & de quibus rebus.
55 Intellectus nouus ad textum traditus declaratur.
56 Renuntiatio per quæ uerba potest fieri, & quem effectum operatur.
57 Intellectus ad l. nec nos. C. de capt. & postli. reuersis.
58 Emphiteosis an possit reuocari si emphiteota uadit uagabundus & ignoratur an uiuat.
59 Intellectus ad l. 1. §. quod ait. ff. quorum legatorum.
60 Intellectus ad l. 1. ff. de cur. bonis dando.
61 Renuntiari an possit iuri de futuro, latissime distinguitur.
62 Iura legaliter acquisita ante acceptationem possunt repudiari & fortius renuntiari & impediri per pactum de non petẽdo.
63 Actiones legaliter acquisitæ possunt repudiari & renuntiari & impediri per pactum de non petendo.
64 Actiones rei persecutoriæ legaliter acquisitæ an possint repudiari uel renuntiari.
65 Ius personale & actiones an possint ammitti repudiatione renuntiatione uel pacto.
66 Noua distinctio, an actiones uel ius personale possint amitti repudiatione renuntiatione uel pacto.
67 Possessio quando possit amitti per repudiationem renuntiationẽ uel pactum.
68 Ius mere reale an renuntiari uel repudiari possit, uel per pactũ remitti, late distinguitur.
69 Confitens rem suam esse alterius non transfert dominium ex sola confessione, sed præsumptio dominij acquiritur.
70 Ius competens spe & non re quando possit repudiari renuntiari & per pactum remitti, late discutitur.
71 Ius competens spe an possit repudiari & per pactum remitti.
72 Ius competens spe an possit renuntiari simplici uoluntate parte præsente.
73 Ius competens spe an possit renuntiari simplici uoluntate cum iuramento.
74 Ius competens spe an possit renuntiari simplici renuntiatione geminata.
75 Ius competens spe an possit renuntiari simplici renuntiatione facta in iudicio.
76 In materia renuntiationis iuris de futuro fienda est regula affirmatiua, quod iuri de futuro renuntiari potest sine pacto.
77 Ius competens nec re nec spe an possit repudiari, late discutitur.
78 Hæreditas uiuentis & res aliena competit nobis spe uera, licet aliquando sit debilis.
79 Ius competens nec re nec spe æqualiter potest repudiari, sicut ius

ius conditionale, & si uerba conueniunt.
80 *Ius competens nec re nec spe potest renuntiari per uerba respicientia futurum tempus, secundum docto.*
81 *Verba de præsenti uel de futuro tribus modis considerantur in contractibus.*
82 *Verba simpliciter prolata intelliguntur de iure præsenti, nō de futuro.*
83 *Scholaris qui promisit cum iuramento doctorari in loco licentiæ an possit alio loco doctorari.*
84 *Qui promisit non offendere aliquem obligatur ex causa de præsenti, non de futuro, remissiue.*
85 *Filia dotata renuntians successioni intelligitur renuntiasse ex causa de præsenti, non futura.*
86 *Epilogatio breuis & substantialis, quando & quomodo iuri de futuro renuntiari, repudiari, uel per pactum remitti possit.*
87 *In hac lege non est pactum de hæreditate uiuentis.*
88 *Pactum remissorium fideicommissi non est contra legem communem, nec testatoris.*
89 *Breuis & substantialis diuisio, an pactum sit contra legem.*
90 *Conuentio de qua in hac lege non est transactio, sed alia pactio correspectiua.*
91 *Remissio fideicommissi in hac lege an fuerit facta per acceptilationem.*
92 *Remittens fideicommissum an possit agere ad sextantem non datum, late discutitur.*
93 *Remittens per acceptilationem an dicatur dare.*
94 *Remittens per acceptilationem an dicatur adimplere contractum innominatum.*
95 *Remittens fideicommissum per uerba affirmatiua an extinguat actionem, & perfecte adimpleat.*
96 *Promittens factum negatum cum stipulationis interuentu habet actionem non sequuto uero implemento.*
97 *Cautio mutiana an habeat locum in contractibus, late discutitur.*
98 *Fauorabiliores sunt ultimæ uoluntates quam contractus.*
99 *Argumentum a contractibus ad ultimas uoluntates affirmatiue ualet, sed non econtrario.*
100 *Cautio modalis non habet locum in contractibus innominatis.*

Repetitio Legis Primæ. C. de Pactis.

ONDITIONIS Incertū. Materia istius legis in se satis difficilis est, eam tamen difficiliorem reddiderūt doctores ex inculcatione quorundam terminorum, & ex quibusdam eorum præsuppositis falsis, per quorum separationem & declarationem
1 efficitur clara & aperta. † Et adaptatur ad materiam tituli, nam cum pacta plerumque fiant uel ad acquirendū ius alterius, uel ad remittendum siue amittendum ius suum, uel ad illud conseruandum. arg. l. fi. ff. de legibus. de omnibus istis erat tractandum in hoc titulo ad perfectionem materiæ, & cum pleræque leges fuissent positæ de pactis acquisitoriis uel conseruatoriis, aliquæ ēt leges fuerunt positæ de pactis remissoriis, ut lex ista. lex seruus. lex postquam liti. & lex cum proponas. & lex penul. infr. eod. Et cum probabilis esset dubitatio, an pacta remissoria iuris de futuro ualerent, posita fuit hæc lex primo loco in qua hoc determinatur, & eius occasione docto. hic posuerunt generaliter materiam, an iuri de futuro liceat renuntiare, & per quæ uerba sit fienda renuntiatio, & quando reuocari possit.

2 Ad euidentiam † omnium dicendorum præmittendum est, quod res & bona possunt ad nos principaliter spectare duobus modis, uel ex iure quæsito, uel ex iure quærendo. l. fi. cum glo. inf. de acquir. poss. Primo modo res dicitur spectare ad nos quando dominium rerū uel aliud ius reale plene nobis quæsitum fuit, siue sint corporales, siue incorporales, & alio nomine appellatur ius quæsitum. Secundo modo res dicitur ad nos spectare quando nondum fuit nobis acquisita, sed eā possumus acquirere si uolumus, uel habemus aliquam spē acquirendi certam uel incertam, & hoc appellatur ius quærendum. d. l. fin. de acquir. poss. & ibi nota. & per Bar. & doct. in l. seruus. post glo. magnam. ibi. inf. eo. & per Decium. & alios inf. in materia.

3 Ius quærendum † tribus modis consideratur, siue eius tres sunt species, Nam aut est ius quærendum cum plena potestate acquirendi de præsenti ex libera uolūtate. Aut est ius quærendum de futuro sine potestate de præsenti competente, sed tamen potestas futura acquirendi est fundata in causa de præsenti, aut est ius quærendum de futuro ex causa fundata in euentu futuro. Ius quærendum cum plena potestate acquirendi appellatur ius delatum, nam illud quod nobis nō est quæsitum, possumus tamen acquirere quando placet, dicitur esse nobis delatum. l. delata. ff. de uerbo. signifi. l. 1. §. decretalis. ff. de successorio edicto. ubi est textus aureus in hac materia. Glo. Barto. & docto. & ibi dixi in l. 1. inf. qui admitti. Bar. late in l. is potest. ff. de acquir. hæred. Ius quærendum de futuro remanet in suo nomine, & appellatur uel ius de futuro ex causa de præsenti, ut quando sub conditione uel in diem aliquid debetur, uel ex ultima uoluntate, uel inter uiuos, nam non potest dici ius de præsenti, quia nūc potest acquiri. §. omnes §. sub conditione. inst. de uerbo. oblig. & l. 4. & per to. ff. de condit. & demonst. & l. si ita scriptum. §. sub cōditione. ff. de leg. 2. tamen dicitur habere aliquam certitudinem de præsenti, quia causa propter quam competit est certa & firma, ut in contractu conditionali q reuocari non potest, ut per glo. inst. de emptio. & uenditio. in prima glo. & in testamento quod per mortem confirmatur. l. quarta. ff. de adim. leg. & nascitur certa spes debitum iri. d. §. sub conditione. inst. de uerbo. oblig. & fortius in debito in diem. d. §. omnis. cum glo. Vnde merito dicitur ius de futuro ex causa de præsenti.

Ius quærendum ex causa de futuro est quando quis sperat succedere consanguineo suo, nam tunc est spes incerta, cum licet lege certo ordine uocentur consanguinei ad successionem, tamen potestas alienandi & testandi omnibus regulariter est concessa. l. si quæramus. ff. de test. & inst. quib. nō est per. fac. testam. in prin. Vnde non est aliqua certitudo quod ipse habeat succedere. Item posset esse quod præmoreretur, & alius sequēs in gradu succederet. arg. l. si quis eum, & l. conficiuntur. ff. de iur. codic. & nota. in §. cum autem impubes. insti. de adopt. in glo. restituturum. in fine. & sic est spes de futuro ex causa de futuro, & est incerta & debilis spes, ut per Barto. in l. fin. in fi. infra eo. & l. post emancipationem. §. 1. ff. de liber. leg. Et idem est etiam inter uiuos si ex aliqua causa spem habet ambulatoriam, ut si sperat habere rem alterius, uel quia est multum amicus, uel alia est similis spes incerta, de qua in l. si rem meam. ff. de uerbo. obli. Et sic ius quærendum est triplex. s. ius delatum, ius quærendum ex causa de præsenti, & ius quærendum ex causa de futuro. Et de hoc triplici iure aliquid per Barto. in l. post emācipationem. §. 1. ff. de lib. leg. & l. qui cum tutoribus. ff. de administ. tut. & l. qui Romæ. §. duo fratres. in 6. q. de uerb. oblig.

4 In hac † autem l. non tractatur de iure quæsito secundum omnes, sed solum de iure quærendo, sed tamē doctores non bene distinguūt prædictas species iuris quærendi, & confuse de omnibus loquendo inducunt difficultatem in materia. Vere tamen dicendum est quod hic tractatur solum de secunda specie iuris quærendi. scilicet iuris de futuro ex causa de præsenti, cum de iure de futuro ex causa de futuro tractetur in l. fi. inf. eo. & de iure delato tractatur in l. delata. ff. de uer. sig. & l. 1. §. decretalis. ff. de succ. edict. & l. 1. inf. qui admitti.

5 Hoc autem† ius tam quæsitum quam quærendum cũ suis speciebus quinque modis principaliter alienatur uel amittitur, per traditionem cum iusto titu. per promissionem iusta conuentione, per repudiationem, & per renuntiationem, & per pactum de non petendo, uel de non utendo iure suo. Primus modus alienandi non pertinet ad materiam nostram, sed de eo habetur in §.per traditionem.insti.de rer.diui.cum materia.& suis concord. De secundo modo amittendi per promissionem & obligationem tractatur generaliter in hoc titulo.& ff.eo.in toto titu.ff.de uerbo.obl.& aliis titulis tractantibus de aliis speciebus contractuum, nam per obligationem res alienatur, cum teneatur soluere. §.1.insti.de oblig.& qui actionem habet ficte rem habere uidetur.l.qui actionem.ff.de reg.iur.& facit.l.fi. ff.ad l.falcid.& hic modus etiam non pertinet ad materiam nostram.

6 Tertius† modus 4.& 5.scilicet quomodo remittatur ius quærendum per renuntiationem & repudiationẽ uel per pactum de non petendo pertinet ad materiam nostram,& de eis tractatur in l.nostra. Alio tamen modo quam dicant docto. hic. qui præsupponunt nullam esse differentiam inter repudiationem & renuntiationem in remissione iuris quęrendi,& confuse & ęquiuoce de utroque modo dicunt tractari in hac l.nostra inducendo inextricabiles difficultates. Et quia in l. nostra ponitur decisio quod iuri de futuro renuntiari potest,cũ decisioni obstant multæ ll. allegatæ in prima glo.quæ uolunt quod ius de futuro repudiari non potest.ideo pro resolutione considerant quod renuntiatio potest fieri duobus modis, uidelicet ex simplici uoluntate solius renuntiantis sine concursu uoluntatis alterius,& secundo per modum conuentionis cum concursu uoluntatis duorum, & quando fit cum concursu uoluntatis duorum, renuntiatio transit in pactum, & appellatur pactum, uel conuentio, uel contractus innominatus. Vnde in materia.l.nostræ constituunt duas regulas, unam quod iuri de futuro non potest renuntiari per simplicem renuntiationem sine pacto, secundam quod iuri de futuro renuntiari potest per renuntiationẽ quæ transit in pactum uel contractum innominatũ. & hanc theoricam posuit glo. hic & docto. communiter.& glo.& ibi omnes docto.sequuntur in l.postquam liti.inf.eo.

7 Sed† contra istam communem theoricam aperte facit totus titul.& l.1.& 2.ff.pro derelict.& §.fin.insti.de rer.diuis.& l.siquis.in §.differentia.ff.de acquir.pos.& ibi Bar.in prima opposi.& in l.non solum.§.liberationis uerba.ff.de lib.leg.nu.7. uers. præterea. in quibus dicitur quod per solam uoluntatem sine pacto cũ alio quis habendo rem suam pro derelicto iuri suo renuntiare potest,& eius dominium amittere,& si istud procedit in iure quæsito, tãto fortius procedit in iure quærendo, quia facilius amittitur ius quærẽdum quam ius quæsitum.l.fi.& ibi Bar.& alii infra de acquir.pos.glo. & docto.in l.2.inf.eod. Et in terminis nostris quod iuri de futuro renuntiari possit sine pacto est text.in l.1. §.1.ff.quib.prouo.non lic.ubi ex sola renuntiatione amittitur ius appellandi sine partis præsentia. Nec ualet responsio ibi tradita, quod renuntiatio fuit facta in iudicio, quia iudicium non auget uirtutem renuntiationis nisi iudex eam acceptet, ut per Barto.& alios in l. postquam liti.colu.pen.q.antepen.inf.eod.& infra latius dicam. Ad idem est tex.in l.denique.§.siquid.ff.de minor.ubi si filius consentit patri paciscẽti amittit ius de futuro, nec potest dici quod ibi sit pactum, quia consensus ibi præstitus fuit consensus permisiuus dans licentiam, non autem obligatiuus,& consensus permissiuus non inducit pactum, ut per Bald. hic in sexta opposi. Tertio facit tex.in l.nihil.§.omnibus.ff.de leg.primo.& l.quotiens.infra de fideicommis. ubi omnes de familia consentiendo alienationi amittunt fideicom. conditionale, quia consentiendo renuntiant iuri suo de futuro ex simplici renuntiatione sine pacto. Nec obstat quod ibi sit consensus duorum, quia negatur, cum ille qui consentit alienationi non præstat consensum obligatorium, sed consensum permissiuum, qui nõ inducit pactum, ut per Bal.infr.in hac lege colu.3.uers. sexto oppono. Quinto facit tex.in l.prima.ff.de cur. bon.dand.secundum uerum intellectum cum multis similibus infra allegandis. in quibus apparet quod iuri de futuro per simplicem renuntiationem renuntiari potest. Nec obstant iura allegata per glo.& doctores, quia decepti fuerunt in eorum allegatione, cum illa iura loquantur in repudiatione, non autem in renuntiatione. Et hæc ęquiuocatio inter renuntiationem & repudiationem turbauit totam istam materiam, & fecit docto. omnes a primo ad ultimum errare in ea.

8 Nam † maxima differentia est inter repudiationem, & renuntiationem, quia repudiatio fit tãtummodo de iure delato,& nunquam potest fieri neque de iure quæsito, neque de iure futuro, ut dixit tex. clarus & aureus in l.1.§.decretalis.ff.de succ.edict.ubi dicitur quod bonorum possessio decretalis non potest repudiari, quia antequam decreta sit non est delata, & postquam decreta est non potest repudiari, quia iam acquisita est,& sic clare demonstrat quod ius quæsitum repudiari non potest, neque ius futurum repudiari potest, cum ibi ante decretum erat ius quærendum, idest cõpetebat potestas petendi decretalem antequam decerneretur, Igitur per illum tex. apparet quod natura repudiationis est ut non possit cadere nisi in prima specie iuris quærendi quæ appellatur ius delatum, quod requirit plenam potestatem acquirendi,& quod nihil obstare possit acquisitioni fiendę. Et per consequens manifeste cõstat quod repudiatio non potest adaptari ad materiã legis nostræ in qua tractatur de iure quod de præsenti non potest acquiri, Et differt specie & in substantia a renuntiatione simplici, cum renuntiatio simplex possit fieri de iure plene quæsito habendo rem pro derelicto, ac etiam de iure quærendo ut supra dixi,& per Soc. late in consi.185.& non repudiatio. Nec obstat rubrum & nigrum.ff.de repud. quia ibi repudium capitur pro renuntiatione, ut declarat text. in l.2.ff. de repud. qui exponit in repudiis, idest in renuntiationibus, uel ibi uere repudium est respectu consensus futuri in matrimonio.i.non acceptat consensum ad matrimonium fiẽdum sibi oblatum. Et ratio differentiæ est manifesta, quia repudiatio respicit ipsam rem, non autem ius rei, quia rem ipsam non ius rei dicitur repudiare, & repudiatio non est rerum amissio, sed est non acquisitio, ut est tex.in l.qui autem.in princ. & §. 1. ff. quæ in fraud. cred.& l.si sponsus.§.si maritus. ff. de don. inter uir.& uxo.& per Deci.ad aliud tamen propositum, infra hac lege colum.7.num.22. Et quando res non potest acquiri ex libera uoluntate actus remissionis uel renuntiationis, necessario respicit ius rei, nõ ipsam rem,& ideo repudiatio in ea non cadit. Renuntiatio uero semper respicit ius rei, quia quis renuntiat ius quod habet in re & ipsa præsupponit aliquod ius quæsitum uel in totum quando est plene dominus, uel spe quando habet aliquam spem acquirendi, cum in iure de futuro semper inducatur aliquod ius de pręsenti quod appellatur spes, uel incertum ut in l.nostra. in quo cadit commertium hominum,& eo quis potest priuari, & de eo possunt fieri contractus.l.nec emptio. in fi. ff. de contrah. empt.l.nam hoc modo. ff. de hær. uel act. uendita. & & §. ex conditionali.insti.de uerb.obli.& facit.l.qui potior.& l.qui balneum.ff.qui potio.in pig.habean.& sic cum dicatur ius quæsitum renuntiari potest, sed non repudiari.

9 Quare† dicendum est tres esse terminos separatos,& tres esse modos remittendi ius suum, scilicet repudiatio, renuntiatio,& pactum de non petendo, siue de nõ utendo

utendo re sua. Repudiatio est non acceptatio iuris sibi oblati, & cadit solummodo in iure delato, & non dicitur esse proprie priuatio. d. l. qui autem. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. & d. l. si sponsus. §. si maritus. el 2. ff. de dona. inter uir. & per Dec. inf. nu. 22. & hæc non pertinet uere ad legem nostram, quamuis de ea infra tractabimus plene ad ostendendam æquiuocationem doctorum & eam tollendam. Renuntiatio est priuatio alicuius iuris sibi competentis, & ista præsupponit aliquod ius de præsenti competere quo possit priuari, quia priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. de uerbo. obl. & ideo in totum contraria est repudiationi, & cadit in iure quæsito plene, & etiam in iure quærendo ubicunque aliqua spes de præsenti competit siue magna siue parua qua possit priuari. Et de ista proprie loquitur tex. noster hic. Nec obstat rubrum & nigrum. ff. de repud. quia respondetur ut supra duobus modis. Tertio est pactum de non petendo quod non præsupponit aliquam priuationem iuris competentis, sed solum inducit impedimentum ad non utendum iure suo, & illud est magis generale quam sit repudiatio & renuntiatio, Et potest cadere in iure quæsito plene, & in omnibus speciebus iuris quærendi, cum quis possit facere pactum de non petendo rem plene suam, uel de non acceptando ius delatum, uel de non petendo ius conditionale, uel hæreditatem futuram, iuxta cap. quamuis. extra de pactis.

20 Et ideo † constituendæ sunt tres regulæ alio modo quam faciant glo. & docto. Prima, quod repudiatio nō potest fieri neque de iure quæsito neque de iure quærẽdo, sed solum de iure delato, quia habet limites restrictos ad ius delatum, & ubicunque est aliquod impedimentum per quod prohibetur quis acquirere, quo casu non dicitur ius delatum. l. delata. ff. de uerbo. signi. uel iam quæsitum est plene ius, non potest fieri repudiatio. d. l. 1. §. decretalis. ff. de suc. edi. l. qui superstitis. ff. acquir. hæred. & l. si ita scriptum. §. 1. ff. de leg. 2. cum concor. allegatis in glo.

21 Et hoc † procedit etiam quod quis repudiaret ius futurum in manibus alterius animo faciendi pactum, quia natura repudiationis non potest alterari per conuentionem partium, argu. notatorum in l. 2. in princ. ff. si cert. pet. & l. nemo potest. ff. de leg. 1. & l. ius publicum ff. de pact. & probatur in d. l. qui superstitis. & d. §. decretalis. & d. §. sub conditione. dum utuntur uerbo nō potest, quod tollit omnimodam potestatem. ut not. in l. Gallus. in prin. per Ias. & alios. ff. de lib. & posth. quãuis doct. omnes contrarium tenuerint.

Secunda est regula, quod renuntiatio potest fieri de omni iure tam quæsito quam quærendo, excepto iure delato (nisi quis renuntiaret iuri adeundi) nec distinguitur an sit ius de futuro ex causa de præsenti, siue ius de futuro ex causa de futuro, quia cum in omni iure de futuro inducatur una spes, siue unum ius ex causa de præsenti acquisitum, & quo de præsenti priuari potest. d. l. nec emptio. de contrah. empt. & hac l. nostra. ideo æqualiter renuntiatio fieri potest tam de iure quæsito quam quærendo de futuro, uel ex causa de præsenti, uel ex causa de futuro. Et hæc renuntiatio si fiat ad finem priuationis tantum consistit in sola & simplici uoluntate renuntiantis sine præsentia partis, ut si uult habere rem pro derelicto. † Si uero fit ad utilitatem alterius, & ille consentiat, tunc transit in pactum, & requirit acquisitionem alterius. l. si me in uacuam & ibi not. ff. de acquir. poss. Et si fiat ut aliquid detur a parte, transit in contractum innominatum, ut hac. l. & si fiat per stipulationem, transit in contractum nominatum, per hoc tamen non amittit naturam suam ut possit fieri de eo quod est contra suam naturam. l. 2. in princ. ff. si cer. pet. & not. in l. actus legitimi. ff. de regu. iur. Solum. n. operatur hoc, quod transiuit in pactum uel contractũ, ut renuntiatio acquirat maiorem efficatiam, quia non potest reuocari, cum si fiat sine parte reuocari possit, ut per Bar. in l. postquam liti. inf. eo. q. antepen.

(22 in margin beside "bere rem pro derelicto")

Tertia est regula, quod pactum de non petendo potest fieri in omni re & in omni iure tam quæsito quam quærendo, & etiam iure delato. l. si unus. §. pactus ne peteret. & ibi nota. ff. de pact. Et differt a renuntiatione omni etiam quod transeat in pactum uel contractũ, quia illa semper inducit priuationem iuris, sed pactum de non petendo non inducit priuationem iuris, sed solum impedimentum ad non petendum, & cõtinet promissionem facti extrinseci, & non respicit ius, ut ego declaraui ultra alios in l. si unus. §. pactus ne peteret. in præmissis, & in lectura. ff. eod. & sic renuntiatio est pactum remissorium iuris, & priuatiuum, & pactum de non petendo est prohibitorium potestatis agendi, & non priuatiuum principaliter.

13 Ex quibus † patet quod Ias. & sequaces in figuratione casus istius. l. in multis male loquuntur, & primo, dũ præsupponunt quod ideo renuntiatio fideicommissi hic ualuit quia facta fuit per pactum, & si sine pacto fuisset facta non ualuisset, ac etiam quod quis non possit habere pro derelicto ius de futuro, ac etiam quod renuntiatio quando transit in pactum uel contractũ trahatur ad alia ad quæ non potest trahi sine pacto, quia omnia ista esse falsa per prædicta demonstraui, quia pactum non potest alterare substantiam repudiationis, nec potest dici quod quando repudiatio transit in pactum quod desinat esse repudiatio quasi interueniat cõsensus duorum, quia siue interueniat siue non semper ex parte repudiantis est ille actus remittendi & se priuandi qui est de substantia repudiationis, & confirmatur, non mutatur per pactum uel interuentum consensus duorum, ut dixi.

Secundo etiam infertur, quod Ias. & alii male loquuti fuerunt, dum uoluerunt quod principalis ratio dubitandi esset in text. nostro quod remissio de fideicommisso non ualeret, quia iuri de futuro renuntiari non potest per simplicem renũtiationem, & quod ratio decidendi fuerit quod hic renuntiatio ualeat, quia fuit facta per pactum, quod etiam sequuntur docto. in l. postquam liti. infra eo. Nam hæc non potuit esse ratio dubitandi, quia clarum erat quod iuri de futuro poterat renuntiari etiam sine pacto per simplicem renuntiationem, quia si potest tolli ius quæsitum, tanto magis & ius quærendum. argu. l. fina. infra de acquir. poss. Nec etiam ratio decidendi doctorum potest conuenire, quia ut statim dixi, pactum non potest facere quod renuntiatio trahatur ad ea ad quæ de sui natura non potest trahi, sicut nec in repudiatione pactum hoc potest facere, cum repudiatio hæreditatis nec etiam facta cũ pacto ualeret si hæreditas non est delata. per d. l. si ita scriptum. §. 1. ff. de leg. 2. in uerbo non possumus. iunctis not. per Ias. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerb. oblig. & in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posthu. Nec obstat. l. 1. ff. de curato. bon. dan. quia loquitur in renuntiatione ut infra dicam.

14 Dubitatio † ergo fuit in isto tex. quia uidebatur quod unum fideicommissum fuisset per conuentionem remissum quod nondum fuisset in rerum natura, & quod per defectum conditionis apparuisset fideicom. illud nunquam fuisse in natura, & per consequens pactum fuisse sine re ex parte remittentis, quo casu non ualet, quia sine re nullus cõtractus fieri potest. l. necessario. §. quod si pendente. ff. de peric. & commodo rei uend. & l. dotium. ff. de contrah. empt. & sicut acceptilatio uel solutio facta super debito conditionali efficitur inanis si non existat conditio. l. sub conditione. ff. de solut. & l. quod in diem. ff. de accep. ita hęc remissio facta de fideicom. conditionali uidetur effecta uana tanquam fuerit sine re deficiente conditione fideicommissi, propter quam apparuit quod nunquam fideicommissum fuerat in rerum natura, & per consequens uidebatur quod læ

sio magna fuisset, tanquam ex parte remittentis nihil datum fuisset,& recepisset sextantem sine causa,& quod ille posset repetere quod dedit tanquam deficiente causa.per l.naturalis.§.1.ff.pe præscrip.uerb.& l. si pecuniam.ff.de condic.ob causam.& l.prim. ff.de cond.ob turp.causam.Sed ratio postea decidendi fuit, quia immo existente nullo fideicommisso propter defectum conditionis nihilo minus adimpletus fuit contractus propter talem remissionem,cum in fideicom.conditionali ante conditionem existat spes debitum iri, quæ spes est in rerum natura,& potest deduci in contractũ. l.nec emptio.ff.de contrahen.emp. & ideo quamuis fideicommissum nondum fuisset debitum,tamen illud incertum cum illa spe debitum iri fuit remissum,quod uolebat certam pecuniam, taliter quod licet postea non sequatur effectus,tamen contractus remanet adimpletus,ut dicit tex.in l.nam hoc modo. ff. de hær. uel act. uendi.& d.l.nec emptio.quæ est glo. l.nostræ confirmans utrumque dictum, tam quod remissio finiuit ius partis competens ei per fideicommissum, quam etiam quod deficiente conditione non datur repetitio, facit tex.in l.spem futuræ.inf.de donat. & l.si iactum retis. ff.de actio.empt.& satis est de mente gloss. magnæ hic in princ.& Alcia.licet non clare loquatur.

15 Tertio† etiam infertur,quod male loquuti fuerunt illi qui uoluerũt ꝙ in l.nostra ponatur duæ quæstiones, una quod iuri de futuro possit renuntiari, altera quod quæratur an habeat locum repetitio, & eos sequitur Cagno.hic. Nam uere in hac l.fuit unica quæstio,& unica etiam fuit disputata coram Seuero, an iste filius Felini posset repetere quod dederat pater eius. Et pro probatione partis suæ allegabat quod remissio erat effecta elusoria, & conuentio iniqua propter defectum conditionis,per quem apparuerat nullum fuisse fideicommissũ in rerum natura in quo potuisset fundari cõtractus ex parte remittentis.arg.l.sub conditione.ff.de sol.& l.quod in diem.ff.de accept. Et responsio Imp. fuit super substantia quæstionis formatæ de repetitione, dicendo quod non competat repetitio, quam decisionem ponit in fine.& l.eam probat in principio. demostrando,quod remissio non fuisset uana, & quod in contractu interuenisset aliqua res scilicet ipsum incertum conditionis quod per remissionem fuit extinctum ad utilitatem filii soluentis. Et sic summa est, quod in prima parte non ponitur responsio ad aliquam quæstionem prout præsupponunt hic Iaso.& Cagno. & alii moderni,sed responsio fuit posita in 2.parte. l. & in prima parte fuit posita comprobatio responsionis, siue unum assumptum falsum a quo descendit tota decisio quæstionis.Quare illud dictum, quod iuri de futuro renuntiari non potest, non adaptatur nec facit ad propositum.l.nostræ, & hunc intellectum præsupponunt Barto. & antiqui, licet & ipsi in aliquibus male loquantur.

16 Quarto† etiam infertur,quod summarium Bart.non est bonum,quia non summat decisionem principalem l.quæ consistit in hoc solum,an posset competere repetito,& ipse in suo summario ponit dictum extrinsecũ.

17 Quinto† etiam infertur, quod in l. nostra fideicom. erat impositum ab una parte tantum,quia solus fil.erat grauatus restituere hæreditatem sub conditione, si decederet sine liberis,& non alius frater,quia hic præsupponitur quod unus remiserit,& alter dederit sextantẽ, quod non fuisset æquum,ut præsupponit tex.si ab utraque parte fuisset iniunctum fideicom.Et propterea pateret quod hæc.l.differt a.l.cum proponas.inf.eo. in qua fideicom.erat impositum ab utraque parte. & idẽ erat in l.de fideicommisso.infr.de transf.Rursus differt a d. ll.in alio,quia hic defecerat conditio,& post defectum conditionis petebatur rescissio ab ipso hærede, non a paciscente,in illis autem iuribus nondum defecerat cõditio,& non apparebat quod fideicom.defecisset,& in iis duobus differt ab utraque lege. Tertio etiam differt a lege de fideicommisso quia ibi fuerat iam lis deducta in esse, & interuenerat transactio,hic uero fuit pactum correspectiuum tantum,siue contractus innominatus in quo potuisset habere locum pœnitentia si una partium non adimpleuisset,quod denegatur in trãsactione.l.fratris.& l.quamuis.inf.de transact. Quarto etiam differt ab ea,quia ibi erant minores,& uolebant restitui in integrum tanquam læsi, & ibi determinatur quod non fuerat læsio,quia reciprocum fuerat fideicõmissum,hic uero fuisset læsio,si gratis remissum esset fideicõ.& per ista duo. d.l.de fideicõmisso differt a.l.cũ proponas.& per consequens patet quod omnes istæ ll.loquuntur in uariis terminis, & non sine ratione per compilatores multiplicatę fuerunt. Ex quibus omnibus simul congestis patet clarus sensus istius legis, & ꝙ doctores ualde æquiuocauerunt in intellectu eius, & quomodo figurandus sit casus ac summarium tradendum. Et diuiditur ut per omnes in duas partes, sed ad alium finem,nam in prima ponitur ratio decidendi siue unum assumptum.in 2. ponitur decisio ad quæstionem formatam.Secunda ibi,cum igitur.Summatur hoc modo.remissio fideicommissi conditionalis extinguit incertum illius iuris de futuro quo priuatur remittẽs, & ideo datum ob talem remissionem etiam defecta conditione repeti non potest.hoc dicit secundum medullam literæ.

18 Casus † breuiter fingi potest secundum ornamenta Ias.quæ leuiter repræhendit Cagno. ad læuia semper intentus. Ea enim licet non sint necessaria ad decisionem,& non ponantur in litera, tamen iustificant thema, & secundum naturalem cursum illud euenisse demonstrant.Dicendum est igitur,quod testator habebat duos filios.Frontonem & Feli.& cum Fronto procreasset liberos,& Feli.inquietus & rixosus appareret,ut dubitaret testator quod uel per imprudentiam alienaret bona sua,uel propter delictum transferret in fiscum, uolens posteritati suæ consulere,quam conseruari credebat in Frõtone & eius progenie,grauauit Feli. quod si decederet sine liberis restitueret portionem suam hæreditatis fratri suo.Mortuo testatore cum Feli. dubitaret fratrem & nepotes desiderare mortem suam, & forsan insidiari uitæ, diuisit hæreditatem cum fratre, & conuentionem unam subiecit, quod dictus Fronto remitteret fideicom.& reciperet sextantem hæreditatis, quem actualiter in diuisione assignauit fratri & filiis ex hac causa.Iis peractis ex uxore sua procreauit filiũ, & ita decessit. unde iste filius Felini uidens per eius natiuitatem defectam fuisse conditionem, & fideicommissum euanuisse, ut nunquam fuerit in rerum natura, & quod patruus suus ꝓ remissione uana & nullius utilitatis receperat sextantem,& nihil in effectu in contractu pro parte ipsius deductum fuerat, Ideo dicebat ꝙ sibi competebat ius repetendi illum sextantem ex capite causæ non sequutæ, tanquam aduersarius pro parte sua non adimpleuisset.

Quæsitum igitur fuit quid iuris.Et dubitationem faciebat,quia hæc conuentio erat contractus innominatus do ut remittas fideicom.in quo habet locum pœnitentia, & datur repetitio si alter non adimpleuerit. l. 1.in fi.ff.de rer.per.& l.naturalis. §. 1. uers.quod si uelim.ff.de præs.uer.sed iste Fronto nihil dederat de suo uel remiserat ut apparuit ex defectu conditionis fidei com.ergo re non sequuta competere uidebatur repetitio.Secundo confirmabatur,quia datum ob causam aliquam, non sequuta causa, repetitur condictione ob. cau.l.1.§.1.ff.de cond. ob causam. sed hic datũ fuit ob causam fideicom.quæ postea nulla apparuit,ergo repeti debet.arg.l.sub conditione.ff.de sol.& l.quod in diẽ. ff.de accept.Tertio faciebat l.domum. ff. de contrahẽ. empt.ubi uenditio domus annullatur,& pretium repetitur si apparuit eam non fuisse in natura tempore contractus.

tractus. Quarto etiam faciebat tex. in l. necessario. §. quod si pendente. ff. de per. & com. rei ue. ubi uenditione facta de re quæ existebat tempore contractus, si tamẽ postea res deficit, ita quod per fictionem retro intelligatur non fuisse in rerum natura, annullatur uenditio, & repetitur quod ex ea causa datum fuit. Quinto hoc suadebat æquitas naturalis, quia iniquum uidebatur quod sine causa ille teneret pecuniam, & locupletaretur cum aliena iactura, contra l. nam natura. ff. de cond. indeb. Iis tamen non ob. contrarium determinatum fuit hic p Seuerũ. quod immo filius Feli. non possit dictum sextantem datum repetere, Et ratio decidendi ponitur in tex. in princ. quia in conuentione non fuit deductum fideicom. neque remissum fideicommissũ, quod de præsenti non extabat, sed fuerat in remissione deductum illud incertum, an fideicom. debendum esset uel non dependens a conditione, quod incertum erat in rerum natura, & de præsenti, & competebat realiter ipsi Frontoni, quia hæc spes debitum iri, Iam erat sibi acquisita, licet non posset transferri ad hæredes iuxta. §. sub conditione. inst. de uerb. oblig. quæ remissa fuerat, & qua spe Fronto fuerat priuatus, ut uere possit dici quod Feli. ex causa onerosa acceperit sextantẽ, quamuis postea defecerit conditio, iux. text. in l. nec emptio. in 2. respo. ff. de contrahen. empt. & l. nam eo modo. ff. de hæred. uel act. uend. & fuerit æqua conuẽtio, cum illud incertum ualeret pluris quam esset ille sextans qui continebat sextam partem hæreditatis. i. duas uncias hæreditatis, quarum una tantum pertinebat ad Feli. & fuit per ipsum datus, permittendo ante partem eum recipere sextantem hæreditatis.

Nec ob. contraria, & primo quod in contractibus innominatis non secuto implemento ab alia parte datur repetitio, quia illud uerum est in se, sed in isto text. interuenit implementum ex parte Frontonis qui remisit illud incertum conditionis quod erat in rerum natura, & quo priuatus fuit, ut amplius existente conditione non potuisset petere fideicommissum. Vnde cũ pro sua parte adimpleuerit, iuste retinet ꝙ sibi ob hanc causam datum fuit. Non obstat ꝙ non sit sequuta causa, quia similiter hoc negatur in hoc tex. quia immo secuta fuit causa perfecte, cum datus sit sextans, ut remittatur illi ius de futuro, & spes, & incertum conditionis quod de præsenti competebat, & illud fuit remissum perfecte & extinctum in totum fideicom. merito non potest habere locum repetitio. Non obstat. l. domum. quia ibi res uendita non erat uere in rerum natura, hic uero illud in rerum natura, & traditum fuit & extinctum. Non obst. l. necessario. §. quod si pendente. quia ibi uere res uendita non erat in rerum natura, hic uero illud incertum fuit in rerum natura, & ex eius extinctione transiuit in Felinum, quia non extantibus liberis non tenebatur amplius ad fideicommissum, & licet fideicom. apparuerit nullum propter defectum conditionis, tamen illud incertum conditionis & illa spes non efficitur nulla. d. l. nec emptio. & l. si iactum retis, & d. l. nam hoc modo. ff. de hær. uel act. uend.

19 Non† obst. quod iniquum sit Frontonem locupletari cum aliena iactura, quia non est uerum quod locupletetur cum aliena iactura, cum ipse remiserit illam spem quæ ualebat illam quantitatem & maiorem forsan considerando conditionem eius personæ & secundum naturam sit propter uaria accidentia probabilis spes quod moriatur sine liberis etiam si unus haberet decem filios, unde iusta fuit conuentio, & sine deceptione. Item æquitas erat in alio, quia auferebat uotũ captandæ mortis. l. de fideicommisso inf. de trans. Tertio concedebatur potestas disponendi de re propria, quod est æquissimum. l. 2. ff. de iis qui sunt sui uel alie. iur. Quarto filii reducuntur ad æqualitatem in onere, quæ æqualitas est naturalis. l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. 2. cum multis cumulatis per Bal. hic. Quinto pretium fuit paruum, cum dederit sextam partem portionis suæ, idest unam unciam, & hæc sexta iuncta cum alia facit sextantem totius hæreditatis, & fideicom. totũ ualebat quatuor uncias cum dimidia, etiam quarta iure nature debita detracta, cum trebellianica hoc iure ex fideicommisso conditionali detrahebatur ex fructibus. iux. not. in l. filium quem habentem. inf. fam. hercis. & l. iubemus. inf. ad treb. & per consequens pretiũ fuit iustissimum, & sic patet quod hæc conuentio fuit æquissima, & non reprobanda. hic est casus facilis & clarus.

20 Notandum† est primo ex isto tex. quod in fideicommisso conditionali, & in alio iure de futuro duo considerantur. s. ipsum fideicommissum, quod est ius de futuro, & spes quod possit debitum iri, quæ appellatur incertum. Primum ius in debito conditionali non est in rerum natura, & nulli est acquisitum. Sed secundum ius. i. ipsa spes siue illud incertum præsens est & est acquisitum nunc creditori futuro, & est ius reale quod potest deduci in contractum ut hic. & d. l. nec emptio. & d. l. si iactum retis. & d. l. nam hoc modo. & d. l. spem futuræ. inf. de don. Dummodo non impediatur ex ratione extrinseca, quia inducat uotum reprobatum, ut uotum captandæ mortis, ut not. in l. fi. inf. eo. uel inducat desiderium tristis euentus. iuxta. l. inter stipulantẽ. §. sacram. cum concord. ff. de uerb. obl. & est tam forte quod si competat uirtute contractus potest transire ad hæredes, iuxta. §. ex conditionali. inst. de uerbo. oblig. Quæ conclusio ampliatur procedere non tantum quãdo hæc spes causatur ex dispositione testatoris uel contrahentiũ, sed etiã si causatur ex ipso facto, uel ex natura facti, ut quando uenditur iactus retium, qui iactus habet spem non propter legem sed propter naturam & industriam hominis. Et illa spes uel incertum potest deduci in contractum, & alienari accepta pecunia, & gratis. d. l. spem futuræ. infr. de don. & d. l. si iactum. & idem est etiam quando uenduntur fructus nasciturі, iuxta tex. in l. interdum. ff. de uerb. obl. Et conuentio super hoc incerto regulatur secundum naturam aliarum rerum deductarum in contractu, nam si tractatur de alienatione transfertur hæc spes de persona in personam. d. l. nec emptio. & d. l. nam hoc modo. & d. l. si iactum retis. Si uero tractatur de remissione actionis uel iuris competentis, & tũc extinguit illam spem uel incertum in persona remittentis etiã ipso iure. ut infr. dicam per istum tex. & l. de fideicommisso. inf. de transact. sicut extinguitur actio, & totum illud ius futurum per pactum uel renuntiationem. l. pen. inf. eo. Secundo ampliatur procedere, siue is habeat causam certã quæ reuocari non possit, ut in debito conditionali per istũ tex. siue habeat causam incertam dependentem de futuro, ut in hæreditate uiuentis, ut not. in l. fi. infr. eo. & per Barto. in l. & post emancipationem. & in l. non soium. §. 1. ff. de liber. leg. omne enim ius de futuro & omnis spes etiam minima potest deduci in contractum & remitti per renuntiationem simplicem uel conuẽtionalem. per d. l. fin. a contrario sensu. & capitulo secũdo de pactis in 6. cum aliis allegandis in glo. in d. l. fi. ubi dixi post Bart. quæst. finali. eum reprobando in certo casu. Nisi ex aliqua causa extrinseca impediatur, ut quia inducatur uotum captandæ mortis, uel alius euentus tristis expectetur.

21 Notandum † tñ est, ꝙ hæc spes siue dubius euentus siue incertũ conditionis semper minus ualet quã ualeat ipsũ ius de quo est spes si cõpetiisset, ut no. per glo. in l. Lucius. in fin. ff. ad trebel. & per Bar. in l. 2. col. 2. inf. de rescind. uend. & l. si quis cũ aliter. ff. de uerb. ob. Regulatur. n. eius ualor secundũ spẽ maiorẽ, uel minorẽ, nã plur ualet spes fundata in causa de præsenti & in fideicõmisso cõditionali quam ualeat spes fundata in causa de futuro, ut hæreditatis uiuentis. Item conditionale fideicom. plus uel minus ualet secundum qualitates

naturales, nam si est conditio si decedat sine liberis, plus ualebit incertum debitum iri in sene & podagroso, uel si per morbum gallicum amisisset uirilia quam ualeret in iuuene & robusto. Et si est iactus retis uel missilium plus ualebit in industrioso & magis exercitato quam ualeret in alio, & propter has cōsiderationes poterat etiam cognosci hic, an contractus fuisset iustus & iustum pretium uel non. Tamen in hoc text. probatur quod pretium est iustum etiam quod teneatur secundum op. aliam fuisse datam tertiam partem pro remissione, cum hoc tempore deberetur minor legitima tertia parte, & remanebat fideicōmissum de quatuor unciis, quia debebatur hoc tempore iure naturæ quarta tantum. authentica nouissima. inf. de inoff. test. & etiā quia aliquod grauamen poterat imponi in legitima. l. quoniam in prioribus. eo. tit. & fructus computabantur in legitima. arg. l. iubemus. inf. ad treb. Prædicta tamen omnia intelligenda sunt quando talis spes uel incertum non fuisset deducta in contractum per modū repudiationis, quia si fuisset repudiata ista spes, non ualeret repudiatio. l. si ita scriptum. §. 1. ff. de leg. 2. siue interuenisset pactum uel stipulatio siue non, quia ius de futuro repudiari non potest ex defectu naturæ & habilitatis repudiationis non obstante pacto. l. qui superstitis. ff. de acquir. hær. & l. 1. §. decretalis. ff. de suc. edict. & supra dixi ultra alios per. l. nemo potest. ff. de leg. primo.

22 Secundo† notandum est ex isto tex. quod per remissionem incerti conditionis remissum est fideicommissum. & glo. exponit. i. conditio incerta & ex ea sequitur quod hic remissa fuit conditio, ideo colligitur, q per remissionem conditionis extinguitur conditionatum. Et ideo Bar. hic in princi. infert ad q. si testator primo grauauerit filios suos nascituros si decesserint sine liberis quod restituant hæreditatem, nam si postea ademerit conditionem, uidetur etiam ademisse conditionatum. i. ipsum fideicommissum, per istum tex. & l. delata. inf. de reb. credit. Et per aliam rationem etiam, quia si non esset ademptum fideicommissum, tamen remaneret inutile, cum unusquisque esset grauatus dare suam portionem alteri, & tantum daret quantum acciperet, unde ad euitandum circuitum non competit actio quasi facta compensatione, ut per Bar. in l. ab omnibus. §. si Titio. in fine. ff. de leg. primo. & l. deducta. §. nummis. in glo. magna. ff. ad trebellianum, Sed incontrarium fortiter facit, quia conditio & conditionatum differunt, sicut dispositio a subiecto, quia conditio apponitur super fideicommisso. l. 1. infr. de cond. inst. Et in terminis quod remota conditione non remoueatur conditionatum, est tex. in l. siquis seruum. ff. de conditio. & demost. & l. 3. §. conditio. ff. de adim. leg. facit tex. in §. pen. inst. de cod. ubi conditio codicillis adimi non potest sicut nec hæreditas. Vnde Ias. hic tenet contra Barto. quia iste text. non probat, cum loquatur de parte remittente, & quæstio Barto. de testatore remittente. Item in parte remittente cum pecunia, necessario oportet dicere quod remittatur fideicommissum, cum remanente fideicommisso dans pecuniam grauaretur magis, cum primo tenebatur ad fideicommissum in futurum, & si non haberet liberos, dando pecuniam teneretur de præsenti & semper, & sic daret pecuniam ut faceret sibi malum, quod non est admittendum. argum. l. cum de indebito. ff. de probat. Quod etiam confirmat Dec. cōcordando cum Ias. in hoc, quod iste tex. non probet dictum Bart. quia hic non fuit remissa conditio, sed fuit remissum illud incertum, & illa spes, seu ille dubius euentus qui fundatur super conditione, ut sentit etiam prima glo. in secunda oppo. Et in quæstione Bart. remissa fuit ipsa conditio, non spes, & sic iste tex. non probat eius conclusionem, & in hoc communiter docto. resident, & ita tenendum est quod iste tex. non probet eius dictum. Secundam igitur rationem adducit postea Bart. quia si sola conditio remitteretur remaneret fideicommissum purum & reciprocum, & per consequens inutile, quia tantum darent quantum reciperent. d. l. ab omnibus. §. si Titio. ff. de leg. 1. Sed hanc etiam repræhendit Ias. quia non est generalis, & non procedit quando filii essent instituti pro inæquali portione, nam habens minorem portionem consequeretur utilitatem si sibi restitueretur portio maior. per. d. §. si Titio. Similiter dicebat ipse, etiam in institutis æqualiter rationem Bar. non esse bonam, quia hæc conditio, si decesserint sine liberis, habet duas partes. Vnam de morte, & aliam de liberis, & remissa cōditione de liberis remanet postea conditio mortis, ut inuicem uideantur grauati cum morerentur, q fideicōmissum est utile propter dubium quis præmoriatur. l. cum proponas. infra eod. Sed Dec. in hoc repræhendit Ias. quia hæc conditio de liberis non est duplex, ut dicit Ias. sed est unica tantum, & adempta in parte uidetur adempta in totum. quia conditio non diuiditur. l. si cui fundus. ff. de cond. & demonst. & per Barto. in l. Aurelius. §. idem quæsiuit. ff. de lib. lega. & tertio, quia hæc remissio resultaret in damnum filiorum, quorum fauore facta fuit remissio, quod non debet esse. l. quod fauore supra de leg. & sequuntur hic moderni omnes.

Sed pro resolutione omnium, cōsiderandi sunt quinque casus, & magis ordinate & substantialiter quā faciat hic Goza. qui considerat decem casus in primo no

23 tab. † Primus casus est, quando uerba diriguntur ad incertum conditionis, siue ad illam spem uel dubium euentum, & tunc conclusio est clara, quod remissum est ipsum fideicom. quia uirtualiter uerba continent conditionatum non conditionem, per istum text. & l. nec emptio. ff. de contrahen. emp. & d. l. nam hoc modo.

24 Secundus† casus est, quando uerba referuntur ad ipsam conditionem, & tunc si remissio fiat a partibus, debet distingui ut per Bal. hic in prima col. aut ille qui uenit obligandus remittit conditionem, ut si iste Felinus remisisset conditionem, & tunc conditio tollitur, & remanet fideicommissum, & purificatur, quia apparet q fuit facta remissio in fauorem creditoris, ergo ita debet interpretari, cum alias haberet damnum si tolleretur fideicommissum, & inducta in augumētum non possunt operari diminutionem. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. facit. l. lecta. ff. si cert. pet. Si uero creditor remittet debitori. i. ille cui acquiritur commodum, & ex tacita mente contrahentium uidetur remittere etiam conditionatum, quia si non remitteretur fideicōmissum remissio resultaret in damnum debitoris qui pure obligaretur, cum eius fauore facta fuisset, contra. l. q fauore. supra de leg. & per rationem, quia inducta ad diminutionem non debent operari augumentum, d. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg.

25 Tertius† casus est, quando remissio fit a testatore, & instituti sunt extranei, & tunc fideicommissum non uidetur remissum, sed remanet, per rationem naturalē, quia conditio & conditionatum differunt. d. l. 3. §. conditio. & d. l. siquis seruum. & §. penul. inst. de cod. & si sunt inæqualiter instituti, fideicom. erit utile, & si sunt æqualiter instituti, inducetur compensatio per petitiones secundum formam positam in l. ab omnibus. §. si Titio. ff. de leg. pri. & hoc sequitur hic Dec. num. 3. licet Cagno. dicat quod fideicom. est remotum in institutis æqualiter, & non bene, quia hoc solum quod fit inutile non facit quod uideatur remissum fideicommissum, ut in d. §. si Titio. unde melius est dicere quod nunquam est remissum, etiam quod remaneat inutile, nisi constaret remissum fuisse fauore grauati, ut per Bal. hic.

26 Quartus† casus est, quando testator inter liberos institutos remittit conditionem, & tunc distinguitur an filii sint instituit æqualiter uel inæqualiter, si æqualiter

si æqualiter sunt instituti, & remittatur conditio, tunc communiter concludunt doctores quod fideicom. remanet inutile, per rationem Bar. & d. §. si Titio. reprobata in hoc opinione Ias. quod remaneat cõditio mortis, quia falsum est, cum sit una conditio tantum quæ non diuiditur & pro hoc Cagno. hic adducit text. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad treb. tamen clarius facit contra Ias. quia mors apposita in conditione est qualitas ad conditionem, quia requiritur quod tẽpore mortis habeat filios, & nõ sufficit habuisse in uita, si in morte non haberet. d. l. ex facto. §. si qui autem. ff. ad trebel. & ibi not. Vnde cum sit qualitas & accessorium conditionis liberorum ergo ea sublata corruit: regula cum principalis. ff. de reg. iuris. & l. 2. ff. de usufr. & ideo remanet purum fideicom. & per cõsequens remanet inutile. Sed tamen an effectualiter sit sublatum fideicommissum magis dubium est, & Dec. non bene aperuit, alii uero moderni quos refert Cagno. uidetur inclinare quod sit sublatum fideicom. quia hæc remissio fuit inducta in fauorem eorum, ergo non potuit redundare in odium, & quia tollitur uotum captandæ mortis. l. de fideicommisso. infr. de transf. Sed placet etiam distinctio Bal. hic columna pri. quod si testator remittat propter eorum fauorem procedat opinio communis per rationem eorum, sed si remittat in odium eorum procedat contraria opinio per contrariam rationem, Et ex uerbis uel coniecturis apparebit de mente, & si non constat, præsumetur eorum fauore. In casu tamen quæstionis Bar. clara erat conclusio secũdum Lancel. & Aquens. & Cagno. quod esset remissum fideicom. quia uerba erant directa ad fideicom. quod tamen non admitto, quia uerba solum erant directa ad conditionem.

27 Si uero † filii sunt inæqualiter instituti, & hic est casus magis dubius, in quo doctores pugnant inter se, nã quod non sit remissum fideicom. tenent Bal. Fulg. Pau. & Rim. & Dec. quia non est recedendum a uerbis nisi aliter appareat. l. non aliter. ff. de leg. 3. & clarum est ista esse diuersa inter se per iura supra allegata. sed Paul. in d. l. si quis seruum. & Alexan. & Ias. Soc. Cur. & Aquens. & Alcia. & Imol. tenent contrarium, quod immo uideatur remissum fideicom. ex præsumpta uoluntate testatoris. per l. cum auus. ff. de cond. & demonst. ubi quando non apponitur conditio liberorum præsumitur apposita fauore liberorum, ergo etiam adimẽdo uidetur testator noluisse in plus grauare, & hæc fuit inductio Imo. Ad hanc tamen inductionem. respõdet Soc. hic, quod lex cum auus. uult subintelligi illam conditionem in fideicom. conditionali, hic autem remota conditione fideicom. remanet purum. & d. l. cum auus non habet locum in fideicommisso puro, ut ibi notatur, & per glo. in l. cum acutissimi. inf. de fideic. Sed saluando Barto. dicit hic Dec. quod illa restrictio glo. in l. cum acutissimi. habet locum quando constat fideicom. esse purum. secus si dubium est, ut in isto casu. & sequitur Cur. hic. & Aquens. & Rim. sed Cagno. aliter saluat, dicens quod illa glo. non est uera, quod tamen est durum, ut per Soc. in d. l. cum auus. colu. decimaquinta. unde prima responsio melior est. Secundo ad inductionem Imol. respondebat hic Dec. quod. d. l. cum auus. loquitur in conditione tacita, hic autem conditio primo exprese posita fuit, & postea expresse reuocata, ergo uidetur standum esse uerbis, quia præsumptio quod nõ fuerit recordatus, uidetur cessare, ex quo eam conditionem prius apposuerat super fideicõmis. Cag. hic demostrat potius uelle defendere Imolã, quã ꝙ defendat. Vnde clarius potest dici, quod dicta. l. cum auus. in isto casu adaptatur, quia lex ex cõiectura testatoris cõiungit fideic. conditionale appositũ filiis cũ illa qualitate si decesserint fine liberis, propter præsumptã dilectionẽ posteritatis suæ, ut per Bar. in l. liberorum. ff. de uer. sign. ideo sicut grauando per fideicom. uidetur ẽt addere qualitatẽ si decedant fine liberis, tamquã plus dictũ & minus scrptum, ita remouendo conditionem uidetur etiam uoluisse remouere fideicom. tamquam plus dictum quam scriptum, ex coniectura ta uoluntate testatoris, ne uideatur uoluisse præferre alios posteritati suæ, & uocare extraneos pure ad successionem exclusa posteritate sua, contra not. in d. l. cũ auus. & in d. l. liberorum. ff. de uerb. sig.

28 Igitur † fienda est conclusio generalis, quod in filiis ex remissione conditionis uidetur etiam semper remissum fideicom. nisi appareat cõditionem remotam fuisse in odium eorum, ut hic dicebat Bal. quia tunc cessat ratio prædicta, sed cessante odio remissio conditionis trahitur ad fideicom. nõ uirtute uerborum, quia aliud est conditio, aliud conditionatum, sed ex coniecturata mente testatoris quæ æqualiter sumitur tam ex tacita quam ex expressa uoluntate. l. fi. ff. de leg. 2. Et sicut ex tacita uoluntate inducitur cõditio, ita ex tacita uolũtate inducitur priuatio fideicõmissi. arg. d. l. fi. de leg. 2. & l. cũ ꝓponebatur. & l. uolũtas. eo. tit. quæ tacita uolũtas cessabit postea si apparebit de odio, quia in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. obl. Secundo fallit quando esset alia conditio quam liberorum, quia tunc cessaret prædicta ratio, & idem esset in filiis quod in extraneis, quia totum fundamentum stat in præsumpta dilectione posteritatis suæ. Tertio fallit quando testator exprese dixisset de conditione sola, ut si diceret conditionem quam apposui fideicom. adimo & reuoco, ut hic per Gozad. nu. 7. uers. Quæ limitatio uidetur absorbere totam regulam, cum talia uerba quasi semper proferãtur, unde restringo secundum distinctionem supra datam de odio uel fauore Quarto fallit quãdo fideicom. esset factum hoc modo, grauo filios meos inuicem si decesserint fine liberis, nam tunc non uidetur remisisse fideicom. secũdum Gozad. hic uers. octaua. nu. 19. sed de hac dicas ut in pri. quarti casus. Quinto fallit nisi testator apposuisset duas conditiones separatas, & postea ademisset unã tantum, nam remanet alia, ut per Goza. nu. 11. Sexto fallit quando aliter constaret de uoluntate testatoris, quia semper primũ locum obtinet. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & dem.

29 Quintus † casus est ubicunque dispositio fuit modalis, & remotum fuit grauamen impositum cum modo, nam reuocato modo uidetur tota dispositio modalis reuocata. l. alumna. §. Seia. ff. de adim. leg. & rationem assignat Bar. ibi. quia legatum datum in uim modi uidetur datum in recompensationem oneris, unde remoto modo remouetur legatum, & sequitur Dec. hic & nouissimi. Ex quo potest inferri ultra docto. quod si appareret ꝙ legatum fuisset datum in recompẽsationem cõditionis, ut si filia instituta fuisset grauata dare mille si nuberet Titio, uel alio modo pro pœna, cõditio fuisset apposita iuxta. §. pœnæ nomine. inst. de leg. ꝙ si illa cõditio fuisset remissa etiã onus uideretur remissum, per rationẽ Bar. in d. l. si quis seruũ. Tamẽ clarius potest dici. aut remissus fuit modus in fauorẽ grauati, uel aliter constat de uoluntate testatoris. d. l. in conditionibus primũ locũ. & tũc legatum uidetur esse remissum. Aut uero fuit remissus modus in odium grauati, uel aliter apparet de uoluntate testatoris, & tunc legatum efficitur purum, ut dicebat Bal. hic in conditione apposita filiis. Aut uero non apparet, & tunc in dubio procedit communis sententia, ut in dubio remisso modo uideatur remissum legatũ. per d. l. alumna. §. Seia. ff. de adim. leg. cum ratione assignata ibi per Bar.

30 Tertio † notandũ est, ꝙ per conuentionẽ factã inter fratres de fideicõ. finitur incertũ conditionis, & sic apparet ꝙ non fuit simplex renuntiatio, sed fuit pactum, quia appellatur cõuentio quæ fit consensu duorum. l. 1. ff. eo. & fuit hic contractus innominatus & conuentio correspectiua, quia Fel. dedit sextantem ut remit-

teretur incertum conditionis, & cum postea tex. inf. appellet pactum, apparet quod contractus innominatus appellatur pactum nudum. idem probat text. in l. siue apud acta. inf. de trans. Quod uerum est ut dixi supra in rub. quando comparatur ad cōtractus innominatos, sed uere & proprie non est pactum nudum, quia pactū nudum est pactum simplex in quo ab una parte tātum nascitur obligatio, & in quo non habet locum pœnitētia, & non expectat aliquod implementum ut producat actionem. l. iurisgen. §. igitur nuda. ff. eod. & dixi in d. l. siue apud acta. Nec potest dici quod hic fuerit transactio, cum hic nulla erat contentio neque lis quod fideicom. non ualeret, & quod non deberetur deficienti bus liberis, sed fatebantur inuicem iura partium, & solum uoluerunt remittere ius, & remiserunt ius non negatum, & per consequens non potuit esse transactio quæ præsupponit partes inuicem contendere & negare iura alterius. l. 1. ff. de transact. & dicam post alios in rub. inf. de trans. Et ideo hic potuisset habere locū pœnitentia ex parte illius qui adimpleuisset si alter esset negligens in adimplendo, quod non permitteretur si fuisset transactio. l. fratres. & l. si pro fundo. & l. quāuis. inf. de transact. & aliud est transactio, aliud est pactio non gratuita. d. l. 1. ff. de transact.

31 Sed iuxta † hoc dubitauit hic Dec. an istud incertum finiatur ipso iure uel per exceptionem, & refert Cuma. consi. 114. Antonius. colu. pen. tenentem quod finitur per exceptionem ex consueta natura pacti. l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. eo. Sed incontrarium adducit not. per Bal. in l. rogasti. §. si tibi. ff. de pact. cui ipse postea non bene respondet, cum ibi sit spes quod nascatur actio in decem tradēdo decem mutuo, sicut hic erat spes quod nasceretur actio, & ipse dicit ibi non esse spem. Vnde melius potest responderi, quod ibi pactum fuit appositum incontinenti, quod tunc uidetur inesse in ipso contractu, ut eum reformet, ut dixi late post Paul. de Cast. & moder. in l. lecta. ff. si cer. pet. & hic pactum fuit ex interuallo positum, & sic non tantum potest sicut illud quod est positum incontinenti. l. petens. infr. eod. & l. iurisgen. §. quinimmo. ff. eod. Vnde Dec. finaliter tenet quod fideicom. finiatur ope exceptionis ex natura pacti, & ideo si cōditio fideicommissi existeret, secūdum eum nasceretur actio fideicommissaria, quæ postea elideretur per exceptionem pacti conuenti. Et effectus est maximus, quia si nasceretur actio procederet iuditium non opposita exceptione. l. exceptione. & ibi Bart. inf. de probat. & in persona fideicommissarii haberet locum ius accrescendi deficiente portione fideicommissarii. iuxta not. per Ias. post glo. in uerb. iurasse. in l. si duo patroni. ff. de iureiur. col. fi. & Cuma. in d. consi. 114. & Cagno. hic quæ omnia cessant si fideicōmissum ipso iure extingueretur, uel deficeret conditio fideicommissi ex natura cessantis conditionis, & hanc opinionem sequitur Cur. Pap. & Alc. & ad d. §. si tibi. patet responsio ex prædic. Nec obst. quod tex. dicit finitum, quia debet intelligi per exceptionem secundum naturam pactorum. Nec obst. quod inducatur exceptio litis finitæ, quia hoc retorquetur in contrarium, cū transactio inducat exceptionem litis finitæ sicut res iudicata. capi. primo. de litis contest. in sexto, & tamen finitur ius ope exceptionis. §. item si in iuditio. inst. de excep. & not. in l. siue apud acta. inf. de trans. Cag. uero hic late insistit, & finaliter uidetur tenere contra communem sententiam, quod ipso iure finiatur, & fundamentum suum potissimum est super regula. l. patre furioso. ff. de iis qui sunt sui uel al. iu. & in l. lecta. ff. si cer. pet. ubi ipso iure pactum extinguit ius. Et quia hic non remittitur ius radicatum, sed spes sola ad ius consequendum, quæ facilius tollitur ut hic per eum, & fuerunt dicta Cur. hic. Sed tamen regula. l. patre furioso est nimis generalis, & uidetur excludi per tex. in l. iurisgentium. §. quinimmo. in glo. magna. uer. secundum Ioan. quæritur. & ibi Bar. uers. ut prædicta effugiantur dicebat Nicolaus, & sic non probat. Eodem modo nec d. l. lecta probat. quia loquitur in pacto incontinenti apposito, hic uero pactum fuit ex interuallo. & sic d. l. lecta retorquetur in contrarium.

Placet tamen ista opinio contra communem, quod ipso iure fideicom. per renuntiationem extinguatur, quia non est uerum quod per pactum remissorium nō possit extingui ius alterius ipso iure, ut dixi ultra alios in d. §. pactus ne peteret in præmissis. Nam ille tex. loquitur de pacto de nō petendo quod non tollit ipso iure actionem, quia non tendit ad tollendum, sed solum in eo promittitur factum extrinsecum de non petendo, sed si esset pactum remissorium, tunc ipso iure extingueret obligationem naturalem per. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solutio. & aliquando ciuilem. ut in d. §. pactus. 2. respo. & l. ab emptione. ff. eod. & l. si tibi. §. quædam. Et ideo consideranda sunt uerba remissionis, nam si remitteus non conciperet uerba ad ius, sed apponeret ea quæ respiciunt factum extrinsecum de non petendo uel agendo, & tunc per exceptionem tollitur. d. §. pactus ne peteret. pri. respo. & dicā in l. siue apud acta. inf. de trans. sed si uerba respiciunt ius, quia renūtiauit spei & incerto conditionis & fideicommissi trāsferendo omne ius in alium, & tunc ipso iure potest extingui fideicommissum, cum hæc renuntiatio succedat loco repudiationis, & sicut repudiatio tollit ipso iure ius delatum. l. prima. ff. de suc. edict. ita & renuntiatio quæ eius loco succedit, & est potentior, ut inf. dicam, & cum in renuntiatione nondum sit nata actio quæ tamen nata est in repudiatione & iure delato, iuxta no. in l. 1. ff. de leg. Et pro hoc est tex. in l. 1. ff. de cur. bon. dan. secundum uerum intellectum, quod ibi fuit renuntiatio iuris sui, & idem etiam esset sequendo communē intellectum si ibi interuenisset pactum. Et tanto fortius procedit dicta conclusio in hac lege in qua interuenerat contractus innominatus qui potentior est & operatur dominii translationem. l. 1. ff. de rer. perm. & l. dedi. de cond. causa dat. Et hanc partem in terminis tenuit Barto. in l. Pomponius. la prima. colum. quarta. ff. de neg. gest. uers. sed præcedens est uerior. nu. 5. & 6. & sentit ēt Bar. inf. in distinctione in primo mēbro.

32 Quarto † nota. quod hic primo appellatur Licinius Fronto, & postea appellatur. Fronto, & sic non interest a cognomina uel prænomina repetantur quando constat de mēte, quia rei demostratæ frustra demostratio adiicitur. l. 1. in fin. ff. de dot. præleg. concordat tex. in l. Gaio Seio. §. imperator. ff. de alim. & cib. leg. & ꝙ uoluit Bart. in consi. 21. ubi consuluit quod non est uis an dicatur Barotius, uel Martinus Barotius. ut hic per Dec. & Cur.

33 Quinto † not. quod pactum uel conuentio de non petendo fideicom. relictum sub conditione mortis nō est iniquum, & rationes tres assignantur, prima quia remouet uotum captandæ mortis, ut dixit tex. in l. de fideicommisso. inf. de transact. & sequuntur doctores hic & ibi. Ex quo uidetur inferri, quod illa conditio uidetur esse iniqua, cum inducat uotum captandæ mortis, quia si bonum est remouere uotum captandæ mortis, ergo malum est inducere. capitulo hospitiolium 32. dist. & ideo uidetur fideicom. non ualere tanquam contra bonos mores. §. pen. & fi. inst. de leg. Sed respondet Dec. quod hoc tolleratur propter uoluntatem testatoris, sicut etiam purgatur conuentio de futura hæreditate ꝑpter uoluntatē domini. l. fi. inf. eo. Quæ sol. nō tollit contrariū, quia in l. fi. erat cōsensus illius de cuius hæreditate tūc agebatur, quia hæredes erant illi de quorū uita & bonis tūc agebatur. Itē remanet adhuc obiectū, quia si tunc bonū est inducere, ergo non erit bonū tollere illam conditionem per eandem rationem.

34 Vnde † melius potest dici, quod nō semper sequitur, hoc est bonum, ergo contrarium est malum, ut est illud nubere,

nubere & non nubere, & communicare quotidie & nõ communicare. ut per gloss. in d. c. hospitiolum. & per Neuiz. in silua nuptia. Et hoc est quando habetur respectus ad diuersa, ut declarat Abb. in c. fi. de consuet. col. 7. uersi. sed contra hoc. nu. 6. nam fideicom. est bonum, quia seruari debet uoluntas testatoris, & conseruari diuitias in posteritate & similes utilitates insurgunt, sed postea quia sequitur ex eo uotum captandæ mortis, q̃ uotum tollitur per remissionem, ex alia consideratione ad alium finẽ efficitur bonum tollere illam conditionem, sed si haberetur respectus ad eundem finẽ. & ad unam rationẽ tantũ, tunc si ex una ratione aliquid esset bonum, ex eadem ratione considerata contrarium esset malum, ut per Abbat. in d. c. fi. de cõsuet. Secunda est ratio, quia fratres reducuntur ad æqualitatem. l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. 2. & l. fi. inf. cõmunia utri. iud. & l. illud. §. fi. inf. de collat. & l. si socius ꝑ filia. ff. pro soc. & l. post mortem. §. fi. ff. de contr. tabu. quas allegat hic Bal. in 1. notab. Sed ista ratio ipsorum concludit in hoc textu, ubi ab una parte tantum est impositum fideicom. sed quando est impositũ ab utraque parte, cessat, quia tunc est æqualitas. Nisi saluando dicas, q̃ quando nulla est conditio, æqualitas est in præsentia, & in euentu futuro, sed quando est fideicom. reciprocum, licet tunc sit æqualitas, tamen ex successu tẽporis si unus moriatur cum liberis & alius sine liberis inducitur inæqualitas inter eos circa potestatẽ disponendi de bonis. Tertia ratio assignatur, quia cum esset fideicom. in fauorem Front. potuit ei renuntiare Fron. l. penu. inf. eo. Sed huic rationi obstat, quia æquum est seruari uoluntatem testatoris. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & demost. & uidetur concurrere interesse testatoris cui hæres non potest renuntiare, sicut dicitur in l. scire. inf. ut in possessi. leg. Sed secundum doct. respondetur, quod uoluntas testatoris non plus extenditur quam uelint illi quorum fauore facta fuit dispositio. l. Titio. centum. in princ. ff. de cond. & demost. & hic per Dec. nam cum testator non peruenerit ad actum prohibitiuum, uidetur permisisse renuntiationem. l. filius. §. diui. ff. de leg. pri. sicut etiam non prohibetur postea fideicommissarius post acquisitionem factam de bonis donare & alienare res sibi relictas. Quarta ratio potest assignari, quod iste remissio fuit priuatiua iuris ipsius remittentis, & spei in præsenti competentis ipsi Frontoni, unde aliquid fuit acquisitum Felino, & pretium datum per Felinum fuit datum ex iusta causa, & fuit conueniens rei quam accepit propter dubium euentũ conditionis, arg. not. in l. Lucius. in fi. ff. ad treb. & in l. 2. infr. de rescend. uend. & sic remanet, quod quatuor rationibus æquitatis hoc pactũ seruari debet, & per consequens æquissima est conuentio ut in tex.

35 Sexto† not. secundum Bal. in 3. nota. quod datum ab eo qui non habebat liberos, propter hanc causam quia non habebat liberos, non repetitur postea per superuenientiam liberorum, & sic sequitur quod conuentio facta propter defectum liberorum non annullatur propter eorum superuenientiam, quod est contra text. in l. si unquam. inf. de reuoc. don. Sed Bal. assignabat rationem, quia hic datum fuit gratia utriusque, quo casu non habet locum. d. l. si unquam. secus si datum fuisset gratia accipientis tantum ex mera liberalitate, quia tunc habet locum reuocatio. d. l. si unquam. Et ex hac responsione infertur una declaratio & restrictio ad illam. l. & in effectu concludit Bal. quod d. l. si unquam habet locum in donatione simplici, non autem in donatione ob causam. Secundo respondetur quo d. l. procedit quando quis donauit omnia bona, uel medietatem bonorum, quia ibi fit simpliciter mentio de portione. l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de uer. sign. Tertio respondetur q̃ d. l. loquitur de bonis quæsitis, hic uero agitur de bonis quærendis, & quia istæ responsiones habent aliqualem contradictionem, ideo Dec. examinat materiam. l si unquam. ponendo multa ad eius declarationem. Sed antequam de intelligentia illius. l. dicatur oportet primo uidere an ille solutiones conueniant huic. l. Et dicas breuiter, quod prima solutio nõ potest conuenire, quia hic Feli. non donauerat, sed per contractum innominatum ex causa onerosa concesserat ut sibi remitteretur illud incertum & illa spes fideicommissi, & sic illa. l. loquitur in donatione, & hæc in contractu oneroso. Secunda solutio, quod illa lex intelligatur de omnibus bonis uel maiore parte bonorum, & in hac non fuerit maior pars, etiam non uidetur uera, quia immo illa. l. intelligitur de portione minori si constat quod eam non dedisset si cogitasset se habiturum filios, ut per Alex. consi. 71. uol. 4. col. fi. & Soc. consi. 157. col. pen. uers. Secundo principaliter. & sequitur hic Dec. sed si Felin. habuisset liberos uel cogitasset habere non dedisset hunc sextantem, ergo solutio nõ tollit contrarium, nec bene diuersificat istas. ll. Tertia solutio nec etiam est bona, quia immo illa lex habet locum in quærendis ut statim dicam, sed dato quod non haberet locum, tamen non conuenit solutio huic legi, quia Feli. hic fuit ille qui dedit, & eius filius uolebat reuocare, quod non conceditur in donatione, Item iste feli. erat effectus plene dominus petitionis suæ & ipse dedit ius quæsitum non autem ius quærendum, quia dedit portionem hæreditatis aditæ. & sic Soc. Dec. & doct. æquiuocauerunt in hac solutione sicut in aliis, ut per eas non sit remotum contrarium de d. l. si unquam.

Vnde uera solutio est, quod illa lex loquitur in donatione, hæc. l. loquitur in contractibus correspectiuis factis ob causam recipiendi, & quia ille Fronto recepit pecuniam ex causa onerosa quæ sequuta fuit, igitur nõ potest reuocari per, d. l. si unquam. quæ non loquitur in contractibus correspectiuis uel onerosis, & in hac solutione melius cogitando resident communiter doctores, ut etiam hic per Cagno. nu. 38. & Taurin. Ripam. Cur. & Aquens.

36 Quantum† uero ad intelligentiam d. l. si unquam. cõstituenda est regula cum fallentiis. regula est, quod donatio reuocatur per superuenientiam liberorum si fuit donatio simplex, & pura, & ex mera liberalitate facta. per d. l. si unquam. de reuo. don. Ampliatur procedere siue sit facta donatio de omnibus bonis, siue de medietate, siue de minori portione, dummodo si cogitasset de filiis non fecisset, ut tenent communiter doct. cumulati hic per Dec. & Cagn. nu. 39. & latius per Tiraq. in d. l. si unquam. Secundo ampliatur procedere etiam in una re particulari ascendente ad quartã uel tertiã partem bonorum, ut etiam refert hic Cagno. post Rip. in d. l. si unquam. & latissime Tiraq. Ibi, in glo. omnia uel partem aliquam. nu. 13. cum multis sequentibus, & nu. 31. & nu. 1. 2. 3. 4. Limitatur tamen non procedere in multis casibus, & primo fallit in donatione onerosa, ut si sit facta ob causam, nam tunc donatio non potest reuocari, ut tenet Ang. & Bal. in d. l. si unquam. & Roma. in consi. 25. pro decisione. & Alex. in consi. 28. præclare. ad finem. lib. 3. cum aliis cumulatis hic per Dec. & Cag. & Rip. ibi, & Tiraq. in gloss. donatione largitus. nu. 11. cũ multis sequentibus, ubi subdit quomodo considerantur merita, & quomodo de eis fienda sit mẽtio, & ideo ut dictum fuit. non obst. huic. l. quæ non loquitur de donatione, sed de cõtractu oneroso. absurdum n. esset quod. d. l. si unquam haberet locum in contractibus, & per superuenientiam liberorum reuocarentur contractus onerosi, cum alias nulla esset firmitas in cõtractibus factis a non habentibus filios, quod est contra publicam ntilitatem. iux. l. ratas. infr. de rescinde. uend. & pro hoc faciunt omnia ea quę late dicit Tiraq. in d. l. si unquam. in glo. donatione largitus. nu. 94. cum decem quæstio. sequentibus. & num. 120. 121. usque ad nu. 152.

37 Aduerras † etiam, quia non est uerum præsuppositũ Bal. quod hic sit datum ob defectum liberorũ, sed fuit datum ut haberet potestatem disponendi de bonis suis & defectus liberorum erat causa impulsiua ad faciendã conuentionem non autem ad dandum, datio autem ue re facta fuit ut ille remitteret incertum condit. & spem quam habebat in illis bonis, ut dans consequeretur liberam potestatem disponendi quæ sequuta fuit & durauit, tunc autem diceretur data ob defectum liberorũ si esset dictum ut reuocaret si postea susciperet liberos, & tenet hic Cagn. nu. 37. & sic habes duas limitationes simul ad d. l. si unquam. ut non procedat in datione ob causam. Siue contractibus onerosis, neque in donatione ob causam.

38 Limitatur † tertio non procedere quando donatur res minima, quia de minimis non curat prætor. l. scio. ff. de in integ. rest. Non obst. ꝙ illa lex loquatur de parte aliqua quæ uerificatur in minima, iuxta gl. in clem. 1. de tor. comp. in uerb. aliqua. & l. si seruum. §. ait prætor. ff. de acquir. hær. quia illa uerba declarantur secundum subiectam materiam. d. l. scio. coniunct. l. minoribus. 25. annis. ff. de minor. & per Areti. in l. Gallus. §. in omnibus. ff. de lib. & posthu. & Alex. in consi. 71. consideratis. uol. 4. col. fi. & tenet Imol. in c. fi. col. 8. uersi. circa prædicta. de don. & Alex. in d. consi. 71. & Corn. in consi. 4. uolu. 3. & Dec. hic & Rip. uers. ego puto. & in d. l. si unquã. & Tiraq. ibi in glo. omnia nu. 6. usque ad nu. 31. quia cum non sit uerisimile ꝙ si cogitasset de liberis uel habuisset non dedisset rem minimam, subiecta materia nec patitur, sed si appareret ꝙ etiam illam rem minimam non dedisset si cogitasset se habere liberos secus esset per eandem rationem.

39 Quarto † limitatur non procedere in uenditione facta modico pretio in qua solet fieri donatio de illo pluri, ut per Soci. hic col. fi. & consi. 225. uol. 2. & consi. 22. uolu. 4. & Rip. & Cagn. hic cum aliis cumulatis per Tiraq. in d. l. si unquam. in glo. donatione largitus. nu. 2. usque ad nu. 10.

40 Quinto limitatur † non procedere in quærendis secũdum Soci. hic qui dicit ꝙ illa lex non obst. tex. nostro, quia loquitur in quæsitis, ut patet in uerbo reuertatur, qnod præsupponit præcedentem priuationem dominii, & acquisitionem, ut not. Bart. in l. quisquis. infra de om. ag. deser. lib. 11. Item text. dicit bona sua, quod pronomen suum, præsupponit acquisitionem præcedentẽ & ius quærendum nõ posset dici esse in bonis alicuius. l. prætia rerum. ff. ad l. fal. & uoluit in simili Bal. in l. 1. car. fi. uersi. 6. arguo. inf. qui adm. & Dec. hic. & Rip. in d. l. si unquam. quæstione undecima parum distinguẽs, & ibi Tiraq. nu. 147. cum multis seq. sed Gozad. hic, & Taurin. col. 13. quem refert hic Cagno. tenent contrarium ꝙ d. l. si unquam procedat etiam in quærendis donatis, quia militat eadem ratio, ꝙ si cogitasset de liberis non donasset, Sed ipsemet Cagno. tenet prædictam opin. quia licet mens donatoriis ita fuerit, & forsan ex mente donatoris uideatur reuocata, tamen illud non erit ex dispositione. d. l. si unquam. quæ expresse loquitur in bonis suis, & bonis quæsitis quæ possint reuerti, & bona quærenda non sint de bonis, nec dicantur donata, sed non acceptata. l. qui aũt. ff. quæ in fraud. cred. & l. si sponsus. §. si maritus. ff. de don. inter uir. & uxo.

Sed ego puto opinionem Goza. ueriorem esse in terminis. l. nostræ, in qua tractamus de iure quærẽdo fundato in causa de præsenti, ubi est spes quæsita & præsens & radicata in persona creditoris, quia ipse potest priuari. l. spem futurę. inf. de don. & l. nec emptio. ff. de contrah. empt. & l. nam hoc modo. ff. de hær. uel act. uend. quod ius dicitur esse in bonis nostris, ut dixi in 1. not. & ꝙ ad nos põt reuerti, cum eo dicamur priuari, & sic uerba. d. l. si unq̃. optime conueniunt. Et sicut siqs donasset nomẽ debitoris conditionalis uel in diẽ cõtinẽtis maiorẽ partẽ patrimonii sui diceretur alienare & cõprehenderetur in edicto de iis quæ in fraud. cred. l. 1. 2. & 3. & 4. ff. quæ in frau. cred. & l. idéque. ff. de don. inter uir. & uxo. & Tiraq. in d. l. si unq̃. in glo. donatione. nu. 142. cũ pluribus seq. ita qñ donauit spẽ præsentẽ quã habet in iure de futuro. d. l. spem. iufr. de don. Non obst. d. l. qui aũt. & d. §. si maritus el 2. de don. inter uir. & uxor. & l. pretia rerum. ff. ad l. falc. quia illa iura loquuntur quando repudiatio fit in fauorem illius qui iu re proprio potest succedere, nam tunc non dicuntur donata bona, sed potius ille non impeditur acquirere, sed quæstio nostra est quãdo donatur ius futurum illi qui per se non potest succedere facta repudiatione, Item illa iura loquuntur in iure delato, non in iure de futuro, in quo iure delato habet solum locum repudiatio quæ præsupponit acquisitionem non factam. l. 1. §. decretalis. ff. de suc. edic. & ualde differt a renũtiatione ut sup. dixi in præmissis; & infra dicam super glo. Et est ratio, quia repudiatio respicit ipsam rem delatam, & non spẽ acquirendi, uel ipsum incertum, cum repudiatio nõ habeat locum in spe, & quando est spes, Sed renuntiatio non refertur ad ipsam rem quæ non est renuntiantis, & ideo ea non potest priuari, sed refertur ad ipsum ius de præsenti competens quod consistit in spe & in illo incerto.

Quare & quomodo potest priuari ego puto multum consideranda esse uerba donationis, an referantur ad ipsas res, uel ad ius quod quis habet & habiturus est in eis. Primo casu si donauit ipsas res uel hæreditatem, tunc donatio non ualet, quia non habet eam, & nõ potest esse doni datio. l. si filius. inf. de donat. & l. constante. eo. titu. sed si inueniretur casus specialis quo posset
* ualere, tunc procedere posset communis opinio, quia d. l. si unquam non loquitur de tali donatione rerũ futurarum. quamuis iura allegata pro communi non ꝓbent in iis terminis eorum opinionem, nec ipsi cogitauerint. Similiter siquis repudiauit ius sibi delatum quãdo habet potestatem repudiandi donationis causa, & tunc similiter poterit procedre communis opinio, per d. l. qui autem. & d. §. si maritus. & d. l. pretia rerum. quę loquuntur proprie in iis terminis, cum hac tamen restrictione ꝙ ille cui uolebat donare erat successurus illi hæreditati iure proprio, ut dicitur in d. §. si maritus. & d. l. qui autem. ad quæ uide omnino quæ ponit Tiraq. ibi in glo. donatione. nu. 142. cum multis seq. Sed si alteri erat quærendum, & donationis causa repudiauit ut quæratur donatario, tunc hæc donatio non potest habere effectum. d. l. si filius. & d. l. constante. infra de donatio. & l. predium. inf. de iur. dot. quia non potest auferre ius successoris. arg. l. fi. ff. pe pact. nisi imꝓpriaretur uerbum repudiauit pro renũtiauit, quod est necessarium ut possit habere effectum donatio. & tunc oportet ꝙ bona prædicta quærantur donãti, & postea transferantur in donatarium ad effectum ut possit habere locum donatio, cum si intelligeretur de repudiatione uere extraneo succedenti acquireretur res repudiata & non posset transferri in ipsum donatarium ut dictum est, & hoc casu dicendum est ꝙ habebit locum l. si unquam. contra mentem doctorum, quia sunt bona sua, cum prius sibi quærenda sint ad perfectionem donationis, & uerificabitur uerbum reuertatur, & tenet etiam hic Alcia. Secundo casu quando uerba donationis referuntur ad ius quod habet donans in ipsis rebus uel habiturus est, & tunc donatio ualet. l. spem futuræ. & l. constante. cum glo. infra de dona. & l. dotis. infra de collat. & l. furti actio. infra de donatio. & iure cõmunis opinio nõ est uera, quia reuocari poterit per superuenientiam liberorum, sicut alia donatio quæsitorum, & dispositio. d. l. si unquam. & uerba eius conueniunt, quia illa spes & illud incertum tunc est in bonis, & eo potest priuari. dic. l. spem. infra de don. & etiam ad donantem potest reuerti, & per consequens habebit locum etiam dispositio. arg. inst. ui bon. rapt. in prin. &

tanto

tanto magis quia illa lex est fauorabilis fauore liberorum confecta,& extendenda.arg.l.cũ auus.ff. de cond. & demon.& hoc uerius est.

41 Sexto†limitatur.d.l. si unquam non procedere in filiis naturalibus secundum Alexan.in consi.40.lib.4.& Soci.consi.226.colu.penul.Rip.uero in d.l.si unquam. quæstione.26.contrarium tenuit,& sequitur hic Cagn. nu.38.uersicu.limita etiam.sed Tiraq.in d.l.si unquam in glo.susceperit.tenuit primam opinionem.nu.47.cũ multis seq.usque ad nu.62.& dic ut per eum.

42 Sed†maius dubium est,an procedat in filiis naturalibus natis ante donationem & legitimatis post donationem,& Rip.in q.31.in fine uidetur inclinare quod nõ reuocetur donatio,quia potuit cogitare de eis, & fuit opinio Bal.quam uidetur sequi Dec.in consi.366.colu. 3.& Tiraquellus in glo.susceperit.nu. 83. Sed Cagno. hic nu.39.tenet cõtrarium,quia filii legitimati sunt uere legitimi,& sunt præstantiores ipsis naturalibus tantum,& si per naturales tantum reuocatur, ergo tanto fortius per legitimatos,per quos seruatur honor & decus familiæ.Corn.consi.4.uolu.3.facit lex. 1. & auth. licet infra de naturalib.lib.Sed ista a longe procedunt & non tangunt medullam & rationem difficultatis, cũ non negetur eos esse uere legitimos,sed dicatur ꝙ non proprie superueniant post donationem,sed sunt antea nati,& de natis non loquitur.d.l.si unquam. quia de eis potuit donator cogitare. Vnde hæc opinio contra Dec.ex alio potest impugnari, negando quod cogitauerit de eis ante donationem, Nam cum ante donationem essent insuccessibiles,non curauit donator de eis, sed postquam fuerunt legitimati, nouiter dicuntur nati,& ideo dixit glo.in §.1.inst.quib. mod. test. infir. ꝙ per legitimatos filios rumpitur testam. quasi agnatione posthumi,& sic dicuntur nati post donationem, & sunt posthumi,nõ autem dicuntur nati ante, nec de eis tanquam filiis successibilibus potuit cogitare ante donationem,nisi appareret ꝙ habuisset animum legitimãdi,ad materiam tamen uide quod dixit Tiraq.in d. gl. susceperit.nu.52.cum seq.

43 Limitatur†non procedere d.l. si unquam quando renuntiatum fuit ei in specie, licet aliqui tenuerint ꝙ ei non possit renuntiari quia facta fuit fauore filiorum, tamen communis est opinio ꝙ ei potest renuntiari cum iuramento,ut per Rip.hic & l.si unquam q.51.& Dec. in l.penul.infra eod.colum.penu.post Ias. cum aliis cumulatis hic per Cagno.cum limitationibus & declarationibus de quibus per Rip.in q.50.& 51.& Tiraq.late in d.l.si unquam.in principio.nu.85.cum multis sequẽtibus usque ad nu.100.& in glo.reuertatur.nu. 261. Et hæc ideo tetigi quia alii hic ponũt,quamuis paruæ sint utilitatis propter illam repetitionem Tiraquelli copiosissimam & elegantissimam qui in hac materia omnibus posterioribus ademit facultatem comentandi illã legem,& ideo cætera dicas ut per eum ibi abundantissime & ordinate.

44 Septimo†notandum est,ꝙ conditio, si sine liberis decesserit,licet sit in plurali numero,tamen uerificatur in uno tantum.l.non est sine liberis.ff.de uerb.signifi.l.1. inf.de condit.inst.& l.pater Seuerinam.§.ita fideicommisso.ff.de condi.& demonst.& l.iubemus.§. fin autẽ. inf.ad trebell.& Abbas consi. 65. Quidam Rainerius. in 2.dubio.uol.2.& Dec.consi.50. cum cõcordantibus ibi cumulatis.Sed in contrarium facit,quia pluralis locutio requirit concursum plurium.l.inter illam.§.fi.ff. de uerb.signi.& l.libertas.§.fi.ff.de manu.test.& c. hoc quoque.de cons.dist.1.glo.in c.statutum. §. insuper. de rescrip.in 6.Et d.l.non est sine liberis uidetur assignare particularem rationem,quia non reperiuntur liberi in singulari,unde secus uidetur in illis uerbis quæ habent numerum singularem.

Ideo alias fuit consultum,ꝙ si statutum dicit ꝙ extãtibus masculis fœminę non succedant, non habebit locum statutum uno filio extante ex proprietate locutionis pluralis,quia statutum est odiosum, ut refert Soci. in c.super eo.de cond.appo.& in c.cum omnes eo.titu. Dec.tamen ad hoc uidetur respondere, negando ꝙ specialitas sit in d.l.non est sine liberis quia immo in numero singulari reperitur liber. l. ius agnationis. ff. de pact.& l.siquis in suo.infr.de inoffi. test. & §. hoc quoque.insti.per quas pers.nob.acqui.& l.siquis uxori.inf. de secun.nupt.Quæ sol.non tollit contrarium, quia licet aliquando reperiatur,tamen communiter proferũtur liberi in numero plurali,ut ibi sentit text.& tamen in tali communi usu loquendi solent homines cõpræhendere filium unicum,qui seruari debet,ut per Bar.in l.1.ff.de suis & leg.non attento ꝙ aliquando aliter dicatur l.nam ad ea.ff.de leg. Vnde secundam dat resolutionem, ꝙ interest an pluralis numerus proferatur affirmatiue,& tunc requirit concursum plurium.d. ll. an uero proferatur in propositione negatiua, & tunc falsificatur per unum,ut per Bal.in d.l.iubemus.§. fin autẽ. infra ad treb.& rationem assignat, quia negatiua potẽtius negat quam affirmatiua affirmet.glo.in c. cũ dilectus.de consuetu.in uerbo a suspensis.& in l.hoc genus ff.de cond.& demonst. Quæ ratio nec etiam est perfecta,quia si lex diceret ꝙ non interuenientibus testibus non ualeat actus,non ualidabitur per unum testem. l. ubi numerus.in sui generalitate.ff.de test.& l. optimã. in fi.inf.de contrah.& committ.stipu.cum glo.per testes.Nec ꝙ negatiua multũ neget tollit istam proprietatẽ uerborũ.Et dictũ Bal. de uniuersali quæ falsificatur per unum,uerificatur siue sit oratio affirmatiua,siue sit oratio negatiua,per d.l.si qui.§.cũ ita.ff.de reb.dub. & ibi Bar.& Soci.& moderni.

45 Vnde†dicendum est,ꝙ illud non est ex natura negatiuæ uel affirmatiuæ dictionis, sed ex natura propositionis uniuersalis quæ falsificatur per unum tantum.l. si is qui ducenta,§.utrum.ff.de reb.dub.& ibi Barto. & Soci.& Bald.in d.l iubemus.§.fin autem.inf.ad treb.Et distinguendum est,an pluralis locutio proferatur simpliciter,& tunc requirit concursum plurium,si uerò ꝓferatur uniuersaliter & tractatur de uerificando & adimplendo,similiter requiritur concursus omnium, cũ uno deficiente falsificetur, sed si tractatur de falsificando,& tunc sufficit unũ,ut expresse dicitur in d.§. utrũ. Et in d.l.non est sine liberis est tacita propositio uniuersalis,si nullos habebit liberos,quia indefinita æquipollet uniuersali.l.si pluribus.ff.de leg. 3. unde falsificabitur per unum filium,sicut si diceretur si nullus ascenderit in capitolium dabo tibi centum,uno ascendente nõ debebitur pecunia.d. §. utrum. & idem etiã dicitur de illo statuto ꝙ extantibus masculis &c.Nam sensus est,si nullus masculus extabit fœmina succedat, ergo uno extante falsificatur propositio. Et idem erit quando statutum erit negatiuum,ut si dicat,extantibus masculis fœmina non succedat,nam ex mente statuentium exponitur,si aliquis masculus extabit.per d.l.si is qui.§.fi.ff.de reb.dub.& per Soci.in d.c.2.de cond.appos.Feli. in c. cum omnes.1.dist.

Quantũ uero ad materiã numeri pluralis an requirat cõcursũ pluriũ.Goz.hic cõsiderat septẽ casus ut hic per eũ,sed tu potes facere regulã cum fallentiis.Regula est, ꝙ pluralis numerus requirit cõcursum pluriũ. d. l.ubi numerus.& §.hoc quoque.de cõse.distin.1.& l.inter illã.ff.de uerbo.signifi.& ideo legatum factum pauperibus non uerificatur in uno paupere.Deci.in c.prudentiam.de offi.deleg. Fallit primo quando pluralis non potest uerificari nisi in singulari.glo.in cap. 2. 8.distinctio.Secundo fallit quando mens disponentis uerificatur in singulari.Barto.Ange.& Iaso. in l. quamuis. C.de imp.& aliis subst. Tertio fallit quando eadem ratio militat in singulari,ut in rub. & in edicto prætoris. ff.ui bonorum rapt.& inst. ui bonorum rapto. Quarto fallit ratione subiectæ materiæ. glo.in cap. secundo

do,de rescript.& nota.in l.si uno.ff.loc.& Feli. in cap. omnes.prima distin.per quam limitationem confirmatur præcedentes conclusiones. Et econtrario etiam numerus singularis trahitur ad pluralē.l.in usu. ff. de uer. sign.& ibi Alcia.no.& in d.l.non est sine liberis. eo.tit. & dicit ibi per eum.

46 Octauo† notandum est ex isto tex. quod rogatus restituere hæreditatē si sine liberis decesserit, potest alienare bona etiam quod non habeat liberos, & extantibus postea liberis non potest reuocari alienatio, ut hic expresse dicitur. Ex quo sequitur quod taliter grauatus si procreauerit filios non tenetur eis restituere, & si non est grauatus restituere eis, siue in eorum persona, nullum est factum fideicom. quia res non possent alienari, & alienatæ possent reuocari per tex.in l.fin. §. fin autem sub conditione, & in auth.res quæ. C. communia deleg.quod tamen negat iste tex. & ad hoc principaliter ponderatur iste tex.per Imol.in l.Lucius. ff. de hæred.inst.colum.5.uersi.idem aduerte.& Cur. etiam inducit in uerbo finitum quod non esset si esset grauatus dare filiis suis. Quæ ponderatio nihil est, cum duo sint fideicommissa, unū in persona fratris, aliud in persona filiorum, si esset inductum solum primum dicitur esse finitum, & tex.iste non facit mentionem de secundo.Communiter tamen docto.hic tenent quod ista lex non probet hoc notabile, quia hic filius habebat legitimam suam liberam quæ erat quarta pars isto tempore, idest untia cum dimidia. §. fin. insti.de inoffi. testa. & in auth.nouissima.infra de inoffi.test. & etiam habebat quartam trebellianicam quæ detrahi potest quando fideicommissum est conditionale, ut not.in l.filium quem habentem.fami.herci.& per Barto.in l. Papinianus.§.meminisse.ff.de inoffi.testa. quæ quarta licet nō possit detrahi nisi tempore mortis, tamen per mortem Felini alienatio potuit confirmari, & sic Felinus hic habebat bona non subiecta fideicommisso quæ poterat alienare.

Sed ista ratio potest euitari, quia hoc tempore poterat in legitima imponi grauamen rationabile, ut erat istud.ut colligitur a contrario sensu.in d.l.quoniam in prioribus.infra de inoffi.test. & isto tempore non poterant detrahi duæ quartæ, ut colligitur ex dictis Barto.in l.Papinianus.§.meminisse.ff.de inoffi. testa. dum dicit quod de iure ciuili non probatur, licet seruetur hodie propter d.l.quoniam in prioribus.& per c.Raynutius.de test.de iure canonico & tāto magis quia fructus imputabantur in quartam trebellianicam, ut not. in l.in quartam.ff.ad l. falc.& l.deducta.§.nummis. ff. ad trebel.Vnde iste non habebat nisi unam unciam cū dimidia, in qua etiam poterat imponi grauamen, & sic nihil liberum habebat, & si dedisset duas untias, ut uolunt aliqui, fortius militaret hæc ratio, quia daret ultra legitimam, & idem esset si ante istam conuentionē aliquam portionem de hæreditate alienasset quæ imputaretur in quartam & legitimam.

Vnde secunda ratio melior uidetur quod iste tex. nō probat, quia hic non erat quæstio an posset reuocari sextans datus propter aliud fideicommissum, sed solum quia causa propter quam datus fuerat non uidebatur sequuta, Nec ualet repræhensio Dec.quia text.generaliter negat reuocationē ex omni causa, quia istud est falsum, quia immo specialis erat negatio & restricta ex primo dicto posito in lege, in qua dictum erat incertum conditionis esse finitum conuentione, & sic remittens erat priuatus iure suo, & adimpleuerat, non aūt aliqua uis facta fuit super Felino an potuerit alienare, & decidit ꝙ ex capite causæ nō sequutæ non pōt repetere, nō aūt negat ꝙ ex capite impotētiæ alienādi nō posset fieri repetitio, sicut nec negat si forsan pater prius donasset hæreditatē filio uel alteri ꝙ ipsi nō posset ex capite donationis reuocare. Tertio ēt iste tex. nō ꝓbat illud notabile, qa hic Fel. erat hæres patris in omnibus bonis pro medietate, unde nō potuisset infringere factum defuncti.l.cum a matre.infra de reiuen.Notabile tamen in se uidetur esse uerum ut tenet glo.in d. l.Lutius la.2.in fi.ff.de hæred.insti.quam sequuntur cō-

* muniter doctores quos referunt & sequuntur Alex.& Imol.in l.ex facto.§.ex facto.ff.ad trebell.& in consil. 185.uiso titu.quæstionis.uolu.primo. cum aliis cumulatis hic per Dec.& Soci.in consi.7.colum.secunda.& consi.80.colum.4.& consi.140.colu.prima.& consilio 218.cum concor.& Dec. hic dicit hanc opinionem esse canonizatam & seruandam in practica, & sequitur Parisius in consi.31.& consi.12.& consi.86.lib.3.Ruinus in consi.111.col.pen.& consi.130.colu.2.& consi.140, colum.6.uolu.2.& idem Ruynus consi.115.& 129.uolu.3.Alex.in consi.16.& consil.120. & Soci. iunior in consi.111.& consi.112.& 118.in prima parte.in quibus locis docto.testantur illam gl. esse communiter approbatam, & hic refert Cagno. per repertoria more solito uagando. Vide Rip.in l.Centurio.nu.159. ff. de uulg. qui tenet quod uideantur positi in dispositione, & ibi alii mod.etiam examinant.

Et hæc conclusio probatur ex concludenti ratione generali, quod ea quæ sunt in conditione non uidētur esse in dispositione.l.siquis sub conditione. ff. siquis omissa causa testamenti.ubi hæres non dicitur grauatus dare decem posita in conditione sibi a testatore, Sed ille tex.potest euitari, quia loquitur de ipsa conditione quam grauatus non est iussus facere, sicut nec iste hæres iussus est procreare & generare filios, sed an uideatur grauatus dare filiis hæreditatē, aliud est diuersum ab illa lege quod nec probatur in ea. Secundo inducit Cagno.hic tex.in l.ex facto. §. ex facto. ff.ad trebell. ubi filii concepti ante deportationem licet faciant deficere conditionem, si decesserint sine liberis, tamen nō impediunt bona deuenire ad fiscum, ergo non sunt uocati.& Soci.iunior in consi.118.colum.3.& Ripa in d. §.ex facto.ubi dicunt esse tex.ineuitabilem. Sed nec ēt iste tex.ita ineuitabiliter probat, cnm ibi dicat quod fiscus uendicat cū sua causa, ergo uidetur quod post mortem filii possint reuocare.Nec ualet quod hic dicit Cagno.quod ibi illa uerba cum sua causa, ponuntur propter filios natos post deportationem, ut ibi gl.uidetur sentire, quia illud nihil est, cum si nati ante depotationem non impediunt fiscum, minus nati post deportationem, & cum tex.dicat cum sua causa, refertur ad utrunque dictum.l.si idem.in fin.ff. de iurisdict. omniū iud. & non potest uerificari illud uerbum nisi filii sint uocati ad fideicommissum.Vnde multi quos refert hic Ripa tenuerunt contra illam glo.& pro opinione contra cōmunem facit, quia ex coniectura uoluntatis hoc uidetur sumi quæ omnibus præualere debet. l. in conditionibus primum locum.ff.de condit.& demonstr.& l. uoluntas.infra de fideicom. sed si testator uoluit quod filii excluderent substitutum, quem prætulit omnibus aliis, ergo uoluit filios excludentes substitutum præferri omnibus aliis, per illam regulam, si uinco uincentē te.argu.l.de accessionib.ff.de diu.& temp.præscrip.& not.in l.si uiua matre.inf. de bonis mate. & sicut non extātibus filiis prohibetur grauatus alienare & alienatum reuocatur in fauorem substituti, ita etiam uidetur quod stantibus filiis prohibeatur alienare in fauorem filiorum qui excludunt substitutum.Ad istud tamē fundamentum respondet Ripa, quod non sunt filii qui excludunt substitutum, sed est defectus conditionis, quia substitutus est uocatus cum illa qualitate, quæ si nō accedat, non est uocatus, ita quod non potest dici quod excludatur substitutus, sed quod non uocatur non extante qualitate, unde cessat tota uis arguēdi, & satis placet.Secundo inducit aliam rationem, quia illa cōditio non est apposita ad excludēdum substitutum, qui ex se erat exclusus, ergo non operatur exclusionem, sed ne uideatur frustratoria dispositio debet dici apposita ut filii

filii sint uocati. Ad istud contrarium Rip. hic refert responsiones quas reprehendit omnes, & uidetur stare cum contrario. Sed tu respōde quod uere filiorum cōditio non appontiur ad exclusionem substituti, sed apponitur ad uocationem, nam testator desiderat substitutum habere non extante sobole, unde eum uocauit cum qualitate illa quod non sint liberi, sed non uocauit liberos cum qualitate si sunt liberi, & sic cessat uis argumenti, quia defectus illius qualitatis operatur qd ille non est uocatus, non autem operatur dispositioné nouam uocatiuam, faciunt ea quæ dixi post Decium de argumento a contrario sensu in le.1.§. huius rei. ff. de offic. eius. quod argumentum a contrario sensu inducit cessationem dispositionis, non auté contrariam dispositionem. Tertio adducit, quia per ablatiuos absolutos inducitur fideicommissum. l. fideicommissa. §. cum esset. ff. de leg.3. qui tamen inducunt conditionem, ergo & hæc conditio inducit fideicommissum, sed facilis est responsio, quia ablatiui absoluti inducunt conditioné ad confirmationem grauaminis, sed non inducunt contrariam dispositionem ad effectum contrarium, ut per Barto. in l. a testatore. ff. de condi. & demonst. & hic Ripa. Quarto inducitur. d. l. Lutius, ibi, prudens cōsilium testatoris prætulit ipsum & eius filios, & est uiolatio dicere quod prætulit abintestato, cum ibi loquatur de dispositione ex testamento, & utatur implicatiua, non solum, unde sicut prætulit ex testamento ipsum hæredem, ergo & etiam filios ex testamento prætulit. sed Cagno. hic respondit quod prætulit conditionaliter, non dispositiue, quia cum uocauerit substitutum cū illa qualitate, si non erant liberi, sequitur quod si sunt liberari non uocauit, & illa qualitas posita est in testamento, ita quod ex testamento potest dici large eos prætulisse, cum propter eos non uocauerit substitutum, sed tamen propter hoc non uidentur substituti uulgariter sed sufficit exclusisse substitutum & reseruasse filiis locum suum in succedendo perinde ac si nullum fecisset testamentum, & sic patet quod fundamenta adducta ꝑ utraque parte possunt euitari.

Resolutiue tamen loquendo, puto communem opinionem ueriorem esse, nam clarum est quod ex ui uerborum filii non sunt uocati neque in sensu directo, ut clare patet ex uerbis, neq; in sensu contrario, quia sensus est quod grauat, si sine liberis, ergo a contrario sensu si non decedat non grauat, non tamen uocat ipsos filios, ut late dixi in l.1. ff. de off. eius. Neque etiam ex cōiectura hoc potest summi, quia onus in una persona appositum non trahitur ad aliam personam, sicut prohibitio alienationis apposita uni personæ non trahetur ad aliam. §.1. in auth. de rest. & no. in l. filiusfamil. §. diui. ff. de leg.1. & conditio fuit apposita fauore hæredis, qa alias teneretur pure. l. illis. ubi Barto. ff. de conditio. & demonst. & inducta ad augumentum non debent operari diminutionem. l. quod fauore. ff. de leg. & existente conditione aliud est quærendum, quia conditio pro causa est. l.4. §. cum quis. ubi Bald. ff. de condi. insti. & l. a Titio. ff. de uerborum obligationib. ideo in ipso hærede liberum remanet arbitrium ex uoluntate testatoris disponendi de re sua. l. filiusf. §. cum quis. ff. de lega.1. & conditionem ascribit testator, sed super ea non disponit, nec eam mandat fieri. §. pœnæ nomine. insti. de leg. quem inducas per te.

47 Limitatur † tamen conclusio prædicta & glos. in d. l. Lucius. non procedere quando testator ulterius processisset grauando ipsos liberos, nam tunc uidetur inductum fideicommissum a patre in liberos ex antecedenti necessario, ut ipsi liberi grauati possint alteri restituere, ut per Bartolum in lege centurio. columen. nona. uersicul. ulterius quero. ff. de uulgar. & pupilla. & per rationem Bartol. ibi positam patet quod illud non est ex eo quia filii sunt grauati, & in antecedens necessarium uidentur etiam honorati. l. denique. §. interdum. ff. de pecu. leg. qui tex. probat concludenter, licet Alex. neget, cum ibi erat connexitas inter peculium & seruū propter quam præsumitur antecedens illud esse relictum, ita in filio cum hæreditate patris est connexitas talis ut possit præsumi fideicommissum præcedens, tāto magis quia apparet cogitasse de conseruatione bonorū in agnatione & posteritate sua, & sicut est ibi casus specialis contra regulam illam quem non honoro grauare non possum, ita in filiis erit casus specialis ut per grauamen eis factum uideātur uocati. Et licet multi teneant contra Bar. quos refert hic Dec. & posuit Alex. in d. l. centurio. carta fina. propter unam rationem, quia si propter grauamen inducetur fideicommissum, sequetur quod regula illa nunquam erit uera, qué non honoro &c. & quod inducta ad diminutionem operarentur augumentum. contra legem legata inutiliter. ff. de adimen. leg. Tamen quia hæc decisio fundatur in specialitate connexitatis existentis inter hæreditatem patris & filios, ipse Dec. dicit quod opinio Barto, communiter seruatur in iudicando & consulendo, ut per Areti. in §. fi. insti. de uulg. & pnpil. & idem Alex. uariādo dixit in cons.64. difficultas dubitationis. colum. 1. uolum.4. ubi dixit opinionem Bar. communiter approbatam. & Socci. in cons.77. in præsenti consultatione. colum.3. & cons.218. consideratis. colum. 2. cum aliis cumul. per Decium hic. quia fideicommissum ex coniectura inducitur. ut per Soccinum multa cumulantem in lege 1. colum.74. in septima limitatione. ff. de uulg. & pupil. & in l. cum auus. ff. de condi. & demonst. carta pe. & fi. Deci. cons.12. & cons.38. & cons.475. & 480. & & Gozadi. cons.30. & cons.102. Par. cons.186. colum. 4. uolum.3. cum aliis cumulatis per Cagnolum hic. Est uera opinio quam sequitur Gozadinus in cons. 26. numer.22. & 23. & cons.39. num.34. cons.74. num.2. col.1. & num. octauo. & cons.83. numer.15. & consi 10. nu. 7.8.9. Et hæc conclusio fortius procedit quando isti filii sunt grauati dare pię causæ, quia cum non possit ualere grauamen appositum ipsis filiis nisi ipsi essent etiā uocati in dispositione, præsumitur hæres grauatus dare suis filiis ut ipsi filii possint dare piæ causæ fauore piæ causæ ut per Petrum de Ancharano cōsilio 62. Gozadinus hic. & Ias. in l. siquis id quod. ff. de iurisdi. omnium iudicum.

48 Secundo † limitatur non procedere quando filii cum certa restrictione sint positi in conditione, ut si dictum sit, si hæres decesserit sine filiis masculis, nam tunc uidētur ex coniectura uocati etiam per fideicommissum. quia cum omnes filii ab intestato succedant tam masculi quam fœminæ. l. maximum uitium. C. de lib. præter. & testator nominauerit solos masculos ad excludédum substitutum, uoluit etiam eos solos uocare ad successionem per fideicommissum, cum alias ipsi soli nisi per testamentum potuissent succedere. Istud fuit originale dictum Guidonis Papæ in quæst. sua.184. per doctrinam Barto. in l. liberorum. ff. de uerborum signific. & l.2. §. uidendum. ff. ad turpil. ubi Bald. concludentis statutum disponens filios nō succedere extantibus masculis, habere duo capita, unum quo filiæ fœminæ excluduntur, & aliud quo filii masculi solum uocantur, & uerba conditionalia ex mente disponentis inducunt fideicommissum. l. fideicommissa. §. cum esset. ff. de leg.3. ergo eodem modo & in persona liberorum inducet etiam dispositionem ut sint uocati ad fideicommissum, quia cogitauit de conseruatione agnationis quæ per masculos solos fit, quæ fauorabilis est, ut not. in l. maximum uitium. inf. de liber. præter. Aret. consi.27. proponitur. & 160. uiso. colum. pe. & Socci. in cons. 28. & Dec. in l. filiæ dotem. inf. de coll. Et prædictam limitationem sequitur Dec. hic, & dicit se plures consuluisse ut patet in cons.280. & cons.318. & cons.545. colum. fi. & cons.584. ad finem. ubi plene examinat & dicit esse

* communem opinionem, & quod nemo contradicit, & respon-

respondet aliquibus motiuis adductis in contrarium, & etiam sequitur hic Curt.colu.3.& dicit se consuluisse, & reperitur in consilio suo.87.& in cons.113. colu. 3.& Socci.iunior consi.113.& consi.119.colum. pe. & 126.colum.7.& Gozadi. in suprascripto cons.allegato in præcedenti limitatione. in quibus locis adducunt quinque fundamenta. Primo doctrinam Barto.in d.le. liberorum.ff.de uerborum signific. Secundo, quia alias succederent cum fœminis, & uocarentur abintestato. per legem maximum uitium. C.de liber.præter. Tertio, quia testator uidetur cogitasse de conseruando agnationem. Quarto, quia expresio de masculis nihil operaretur. Quinto, quia quando quis remouetur a lucro contemplatione alterius illud lucrum debet illi applicari cuius causa remouetur.l.post legatum.§.ammittere.ff.de iis quibus ut indignis.& l.si legatarius.inf. de leg.& l.si defunctus.inf.de suis & leg.cum simili.addu. in cons. 227. per Dec.

Contrariam opinionem tenuit Senatus delfinatus, ut refert hic Cag.seq.hic Rip.num.8.& Socci.cons. 62. uiso capitulo.lib.3.& cons.116.eodem libro. & idẽ Ripa in d.l.centurio.colum.53.Alex.in cons.105.uolum. primo.& consi.185.uolum.2.Socci.in l.cum auus.colu. 65.cum sequenti.uersiculo sed hic addit pulchra. & idẽ Deci.in cons.218.colum 2.& cons.291.colum. fina. & & Paris. cons.31.& con.86.uol.2.ubi testatur communem opinionem esse contra Dec.ut refert Cagnol. hic numer.52.dicens apparere quam grauiter errauerit Decius dicens esse communem opinionem & non habere contradicentem, & hanc ultimam Cagnolus hic asserit esse ueriorem. Et pro ista opinione adducũtur tria. Primo regula communis supra firmata, quod filii positi in conditione non uidentur positi in dispositione, a qua non est in dubio recedendum.l.1.ff.de reg.iur. & & nota.in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur. Quod tamẽ fundamentum est debile, quia omnis regula patitur exceptionem ubicunque assignatur ratio recedendi ab ea, sed hic assignantur plures rationes recedendi, ergo & cætera.

Secundo adducit, quia illa qualitas masculina nõ inducit uocationem sed solum exclusionem substituti, ut soli masculi excludant, non fœminæ, & demonstrat se plus diligere substitutum quam ipsas fœminas, non autem apparet eũ uoluisse masculos uocare. Sed ad istud respondetur quod immo apparet uoluisse masculos uocare, nam omnes isti admittunt quod testator per talẽ conditionem demonstrat se plus diligere substitutum quam filias fœminas & plus masculos quam ipsum substitutum, ergo uoluit quod masculi excludant fœminas, cum etiam appareat quod plus dilexit masculos, quam fœminas, & substitutum, & dũ uoluit qđ masculi excludant substitutum qui excludit fœminas tãto magis uoluit quod masculi excludant fœminas, per dictã regulam si uinco uicentem te.&c.l.de accessionibus.ff. de diuers. & tempor.præscr.cum concord.& ualde absurdum est quod ipse testator uoluerit extraneũ excludere fœminas & filium masculum excludi a fœminis ꝑ parte, ideo coniecturandum est quod testator uoluit filios masculos etiam excludere fœminas, quod cum nõ possit esse nisi sint substituti, dicendum est quod hac de causa uoluit eos uocare, cum demonstrauerit uelle fauere agnationi & posteritati suæ masculinæ, & in hoc stat tota uis quæstionis, & per hanc declarationem iustificantur omnes rationes adductæ pro prima opinione, & resoluuntur responsiones datæ hic per Cag. merito dixit Dec.quod fuit efficacissima ratio.

Tertio adducitur pro ista secunda opinione, quia & ipsa est communis opinio, sed hoc est leue, quia quæ sit communis non bene apparet, & quamuis esset communis, parum importat, quia curãdum non est de opinione communi, quia in hoc tam uario articulo attẽdi debent meliores rationes, argum.§.primi.insti.de hæredi.& propter meliores rationes receditur a communi opinione, ut multa cumulat Neuizanus in syl.nupt.lib. 5.num.10.in materia communis opinionis. Et prædicta conclusio etiam procedere uidetur quando stat statutum quod extantibus masculis fœminæ non succedant, licet uideatur cessare efficacia rationis Dec. tamẽ coniecturandum est quod testator uoluerit etiam hoc inducere ut se conformet cum dispositione iuris cõmunis.argum.nota.in l.hæredes mei.§.cum ita.ff. ad trebel. Et multo magis procedit si filias fœminas exclusit testator in suo testamento a successione, quia tunc magis suam uoluntatem demonstrauit, ut hic per Rippam & Cagno.qui in hoc solo repræhendit Alci.hic contrarium tenentem. Et hanc partem, quod ex uoluntate testatoris uideãtur filii masculi indistincte uocati, ego teneo per rationes adductas pro prima parte, & finaliter sequitur hic Rippa & tanto magis si filii sunt prohibiti alienare, ut per Soccinum consilio 250. cum sequenti, & Cur.cons.64.multum tamen proderit in hoc casu habere iudicem beneuolum. Tertio limitatur non procedere.d.gl.l.Lucius quando testator de filiis & liberis remotioribus fecisset grauamina aliqua, nã si uoluit grauare remotiores, uel remotiores substituerit superioribus, ergo etiam uidetur uoluisse ipsos propinquiores substituere hæredi instituto.ut per Pet.de anc.in cons. 170.& Alex.cons.64.col.fi. uol.5. Socci.tamen contra in d.l.cum auus.colum.pe.& Curti.hic dubitat.sed tamen recte intellecta & ad practicam reducta uera erit ista opinio, alias limitationes ad dictam regulam & cõmunem conclusionem uide per Rip.in l.Centurio. nu. 159.per tres colum. & ibi etiam dixi.

49 Vltimo notandum est, quod per diuisionem hæreditatis non uidetur remissum fideicommissum secundũ Ripam hic.& concordat tex.in l.cum pater.§.hæreditatem.ff.de leg.2.& no.plene Bar.& alii in l.qui Romæ. §.duo fratres.ff.de uerborum oblig.& Dec.in consilio 287.& cons.395. Sed ut dicit hic Cagnolus iste text.nihil facit, quia prædicta procedunt in ipsis grauatis per fideicommissum antequam eueniat conditio fideicommissi, sed hic erat finitum, primo per conuentionem, & secundo quia defecerat conditio, cum Felyn. mortuus fuisset cum liberis.

Glo.prima duobus modis exponit text. sed secunda expositio communiter tenetur, quod hic intelligitur de illa, & de illo incerto, non autem de conditione, ut dixi in primo notabili. Glo.in uerbo finitum.exponit, id est finiri potuit. quam expositionem repræhendit hic Iason.tamquam contrariam textui, & bene dicit si gl. sentit quod non fuerit finitum illud incertum, sed ego puto quod hanc expositionem fecerit quasi reddendo rationem, quod ideo finitum fuerit quia potuit finiri, cũ ratio aliqua nõ obstaret. Potest etiam dici quod in hac expositione sentit quod hic erat dubitatio an per pactum possit finiri & remitti fideicommissum & quod Imper.respondeat quod sic, & hoc modo tenet idem quod uoluit idem Ias.& Cagno. Sed hoc modo intellecta nõ bene loquitur, quia, ut dixi in euidentialibus, non fuit hic quæsitum an potuerit renuntiari, sed solum an non obstante renuntiatione potuerit fieri repetitio, & responsio est quod non, quia contractus fuit completus ab utraque parte, & Fronto dedit rem, idest spem quã ipse penes se habebat, & qua priuatus fuit. Glo.in uerb. sextante.exponit duobus modis text. sed communiter tenent doctores quod intelligatur de sextante respectu portionis Felyni, idest uncia una. Sed quæcunque sit expositio, una est tantum significatio quod intelligatur de una untia, nam sextans sex untiarum est una untia, & sextans totius hæreditatis continet duas untias, & cum ille sextans totius hæreditatis ante partem acciperetur, euenit quod una untia tantum pertinebat ad Felynum & sic semper significatur una untia respectu Felyni, cum si intelligeretur de duabus untiis, respectu

Felyni

Felyni esset triens & non sextans.

Glo.fi.diuiditur in quinque partes.in prima ponit rationem dubitandi & decidendi,in secunda opponit sex modis & soluit,in tertia quærit, in quarta etiam quærit,in quinta allegat iura concordantia. Secunda ibi, sed uidetur sex rationibus. Tertia ibi,item an posit. Quarta ibi,sed an cautio.Quinta ibi,facit.Ex prima colligitur ratio dubitandi ad istum textum uidelicet quod cum per existentiam filiorum defecisset conditio fideicomissi apparuit remissionem fuisse nullam,idest nihil remissum fuisse,quia nullum fideicommissum fuit in rerum natura, sed sextans fuit datus ob causam istam ut remitteretur fideicommiss.quod postea apparuit nullũ, & nihil remissum fuisse,ergo tamquam causa non sequta uidebatur dandam esse repetitionem.Sed dicit glos. quod contrarium determinatur,quia remissio fuit ualida,cum non fuerit facta de ipso fideicommisso quod nunquam fuit in rerum natura,sed fuit facta de ipso incerto conditionis quod de præsenti competebat ipsi Frontoni,& quo propter remissionem priuatus fuit,& sic causa plene sequta fuit,& ideo non datur repetitio. Et hæc est uera ratio dubitandi quam ego supra posui, & est ex mente istius glo.ita declaratæ, non autem fuit illa,an iuri de futuro renuntiari possit, ut dixi in præmissis.Nec etiam illa quod hic renuntiatio fuit facta p pactum,ut postea tenuit gl.quæ semetipsam turbauit, ut inf.dicam, & si gl.habuit hũc sensum prout hic innuunt uerba,bene dixit,sed si habuit sensum quod filii fuissent causa,ut uidetur præsupponere in uers.5.tunc male loqueretur.

50 Et ex†ea colligitur,quod illud incertum facit quod renuntians non est deceptus si renuntiauit pro minori quantitate,nec etiam ille qui dedit fuit deceptus, licet postea non sequatur effectus & utilitas aliqua.d.l. nec emptio.ff.de contrah.emp.&l.nam hoc modo.ff.de hę redi.uel actio.uend.sicut dicitur quod dubius euentus litis minus ualet quam ipsa res,& licet ammittatur lis, ammittens eam nihil recuperat,ut no.in l.2.inf.de rescind.uend.& l.Lucius.in fine.ff.ad trebel.&in l.siquis cum aliter.ff.de uerborum oblig.adeo quod nec minori datur restitutio in integrum.l.de fideicommisso. inf. eodem. Qui tamen tex. loquitur quando ab utraque parte facta fuit remissio fideicommissi reciproci. sed tamen etiam procedit in hoc casu si iustum pretium factum fuit,alias enim secus,ut si ipse esset iuuenis & haberet uxorem fecundam & dedisset medietatem bonorum suorum,certe uideretur læsus,uel etiam si fideicōmissarius pro parua pecunia remisisset fideicommissũ seni & podagroso uel castrato certe posset dari restitutio,& idem posset dici quando talis disparitas manifesta esset inter duos reciproce grauatos, & in summa in illis casibus in quib.minor potest restitui aduersus trãsactionem,qui ponuntur in rub.& nig.inf.si aduers. trãs. ita & posset restitui ex ista remissione si appareret postea læsus,ut etiam tenet hic Decl.nu. 17. & sequuntur mod.& latius ponit Cag.in notab.nu. 19. & est cōmunis opinio.

51 Ex secunda†parte glosæ resoluendo multa iura quæ uidentur inuicem contraria,colligitur,quod iuri de futuro per simplicem renuntiationem renuntiari nō potest,sed solum per pactum,& est ratio secundum eam, quia pactum est uallatum consensu duorum, sed repudiatio simplex dependet a uoluntate unius, & dictũ gl. simul cum ratione sequuntur Bald.Barto. Rymin. Ias. colum.2.Lancel.colum.2.& communiter doctores & similem rationem assignat etiam glo.in l.si uxor.inf.de condi.inst.& §.ex conditionali.insti. de uerborum oblig.Sed contra istam rationem facit secundum Decium quia immo dispositio dependens a uoluntate unius fortior est,quia per eam transfertur dominium ipso iure. l.a Titio.ff.de fur.& non in contractu.l.traditionibus. infra eodem. & idem etiam dicit hic Ripa quia actus dependens a uoluntate unius tantum potest in suis reb. quantum actus dependens a uoluntate duorum.le. per seruum.5.primo.ff.de usu.& hab.& l.qui in aliena.§. fi. ff.de acquir.hæred.& regula, eius est nolle.de reg. iur. in sexto.&hoc ego puto uerum, nam per repudiationē quis priuatur ipso iure in totum omni suo iure.l.1.ff.de suc.edict.& tamen per pactum priuatur ope exceptionis.l.si unus.§.pactus ne peteret.ff.eodem. & dixit sup. Dec.in secunda colum.Et per ultimam uoluntatem impeditur domini translatio prohibita alienatione, & tamen non impeditur per contractum.l.3.infra de cond. ob caus.& not.in l.filiusfam.§.diui.ff.de leg.1.Item est inconueniens quod per simplicem renuntiationem qs ammittat ius quæsitum.l.prima & secunda.ff.pro derelicto.& l.siquis ui.§.differentia.ff.de acquir.possess. & tamen non possit ammittere ius quærendum quod facilius tollitur.ut no.in l.fi.inf.de acquir.possess.& leg. seruus.inf.eodem.Præterea non est uerum quod repudiatio facta per pactum uel contractum ualeat, quia repugnat natura repudiationis,& text. in l. quod quis.§. primo.ff.de regu.iur.& l.si ita scriptum.§.primo. ff. de leg.2.& l.qui superstitis.ff.de acquir.hæredit.dicunt q̃ non potest repudiari,& utuntur uerbo,non potest, qđ tollit omnimodam potestatem, ut notatur per Iasonē in l.Gallus.ff.de libe. & posthum.& l.nemo potest.ff.de leg.primo.Et pactum contrahentium non potest tollere ea quæ sunt de substantia contractus, remanente cōtractu.l.2.ff.si certum pe.& l.actus legitimi.ff.de regu. iur.ideo Dec.Rip.& Cag.non tenent hanc rationem, & ego puto omnino falsam.

Aliam rationem assignabat Bal.hic,quia repudiatio respicit præsentem statum,& est priuatio quæ præsupponit habitum.l.decem.ff.de uerborum oblig. sed pactum respicit futurum tempus, ideo porrigitur ad ius futurum.Sed ista ratio nec etiam est bona, quia secundum eam sequeretur quod si repudiatio fieret per uerba futuri temporis, ualeret, quod est contra illa iura, item sequeretur quod repudiatio posset fieri de iure præsenti,quod est falsum,quia non potest fieri de iure quæsito.l.prima.§.decretalis.ff.de suc.edict.& §.extranei.inst.de hæred.qual.& differ. Præterea dicebãt aliqui quod repudiatio nec etiam posset fieri de iure præsenti,quia legatum in diem certam inducit actionē præsentem,& tamen repudiari nō potest.d.l. si ita scriptum.& hoc dicit Dec.mirum,& non bene soluit, sed alia exempla possent addi augendo eius admirationem ex notatis per glosam in l.is potest.ff.de acquir.hæred. ubi hæreditas de præsenti defertur, & tamen si est extrinsecum impedimentum non potest adiri nec repudiari.Item confunditur,quia repudiatio non potest fieri de iure quæsito de præsenti, ut clare dicit tex. in dicto.§.decretalis.ergo non trahitur ad tempus presens, sed semper respicit ius futurum,& solum ius quærendũ potest repudiari,& sic etiam hæc ratio Bal.est absurda & falsa,

Aliam rationem etiam hic Cagno.uidetur assignare num.57.quia repudiatio est abdicatio quędam quę nō potest operari nisi in iure delato.d.l.si ita scriptum.sed melius allegasset.d.§.decretalis.& l.fi.in uerb. abdicationem.inf.de repud.hæred.Sed hæc ratio similiter est falsa,quia repudiatio non est abdicatio nec priuatio, quia alias repudiando quis diceretur alienare,quod negat tex.in l.qui autem.ff.quæ in fraudem cred.& repudians non efficitur pauperior.l.si sponsus.§.si maritus. lo secundo.ff.de don.inter uirum & uxorem. & sic non est abdicatio uel priuatio,immo est non acquisitio, & non cadit nisi in iure quærendo,ut statim dicam. Nec obst.d.l. fi. quæ appellat repudiationem abdicationē, quia loquitur in suo hærede qui erat ipso iure effectus dominus, & quandam iuris priuationem inducit quæ potest fieri ex dispositione edicti prætoris per beneficium abstinendi.§.sui.insti.de hæred.qual. & differentia.&

tia.& appellatur potius abstinentia quam repudiatio. §.extranei autem.eo.tit.

52 Ex † quibus omnibus patet quod hoc dictum glosæ & docto.non habet in se rationem, & non est mirum, quia in se in totum est falsum, & contrarium est uerũ, quod immo renuntiatio simplex potest fieri de iure quæsito & quærendo æqualiter per rationem supradictam, quia si per eam potest ammitti dominium rerum quæsitarum.d.l.2.ff.pro derelic.& etiam rerum incorporalium.l.siquis ui.§.differentia.ff.de acquir. possess. & ibi Barto.uers.ulterius.& in fi.& in l.non solum.§.liberationis uerba.colum.1.uers.præterea.ff.de lib.leg. ergo stanto fortius per solam renuntiationem potest ammitti ius futurum quod debilius est.l.seruus.cũ glo. inf.eod.Et hæc opinio probatur in l.1.§.siquis ante. ff. a quib.app.non li.& l.denique.§.siquid. ff. de mino.in quibus non fuit pactum,non destruendo literam, & tamen renuntiatio ualet.

53 Vnde uera solutio † est ad contraria allegata in glos. quod aliud est in repudiatione,aliud in renũtiatione, & aliud in pacto de non petendo,ut ego dixi in præmissis.Nam repudiatio habet terminos datos a lege ut nõ possit fieri nisi de iure delato,& non possit fieri de iure quæsito,nec de futuro,sed solum de iure delato. d. l.1. §.decretalis.ff.de suc.edict.& ratio est,quia repudiatio est non acquisitio,non autem priuatio,& ad hoc ut possit uerificari hæc qualitas non acquirendi, oporter qđ nec sit quæsitum,nec impediatur acquiri ius quod conceditur,sed sit datum,quasi sub tacita conditione,si uoluerit acceptare & eo non acceptante illud non uidetur concessum quasi nunquam ei fuerit delatum.d.l.seruum filii.§.primo.& l.si tibi homo.§.cum seruus.ff. de leg.primo.& §.pe.insti.de bono.poss.ac acquisitio dependeat a libera uoluntate.ut colligitur ex no.in d. le. as potest.ff. da acquir.hæred.Et propter hoc nec etiam potest dici priuatio,ut clare dicit.d.l.qui autem. & di. §.si maritus.& expresse tenet Dec.inf.num.22.super dictis Barto.extra glo.dicens per repudiationem declarari acquisitionem non fuisse factam.&ratio rationis est, quia in iure delato lex concedit potestatem acceptandi sub tacita conditione si ille acceptauerit,& si non acptat non dicitur esse delatum, & perinde est ac si nunquam fuisset concessum,ut no.in l.a Titio.ff.de fur.& l. seruum filii.§.primo.ff.de leg.primo.& l.quædã sunt. ff.de reb.dub.Et cum hæc sit natura repudiationis, nõ interest an fiat per pactum,uel per contractum, uel ex sola uoluntate,nec per pactum uel contractum uel iudicium potest fieri quod repudiatio tanquam repudiatio ualeat in iure quæsito uel quærendo contra eius naturam.iux.no.in l.2.ff.si cer.pe.& sentit Dec.inf. colu. antep.& ibi dicam.Nec ob.l.1.ff.de cur.bon.dan.& le. in plurium.ff.de acq.hær.quia loquuntur in renuntiatione,non in repudiatione, ut patet ex illa litera quæ non utitur uerbo repudiare, & in renuntiatione est regula contraria quam statim ponam.

54 Renuntiatio † uero est ualde diuersæ naturæ,nam renuntiatio est refutatio & priuatio iuris sui,& dicitur esse alienatio.l.pe.inf.eodem,cum materia.& potest fieri de iure quæsito & quærendo etiam quod fiat simpliciter ex sola uoluntate.ut l.denique.§.si quid.ff. de minor.ubi non potest dici quod sit pactum,quia est consensus permissiuus, non autem obligatiuus inducẽs pactum,ut dicunt doctores etiam fuisse in l.prima.§. qđ ait.ff.quo.leg.idem probatur etiam in l.nihil.§.omnibus.ff.de leg.primo.& l.quotiens.inf.de fideicommiss. ubi per consensum permissiuum sine pacto ammittitur fideicommiss.conditionale.Ad idem est tex.in l.1. §.siquis ante.non uiolando literam.ff.a quib.app. non li. & d.l.1.ff.de cur.bon.dan.& l.in plurium.in fi. ff.de acquir.hæred.& c. exore. extra de iis quæ fiunt a maior. par.cap.in glo.renuntiasse.& c.gratum.de off.deleg. & c.cum uenissent.de test.& c.quo ad consultationem.de appel.& per glo.&doctores in cap.primo.extra de cõcessione præben.& Abbas in cap.nisi.colum.2. uersic. item queritur.extra de præbend.ubi acquiescendo sententiæ priuat se iure suo.& l.remittit.ff.de iureiurand. in quibus omnibus iuribus probatur clare quod ius nõdum quæsitum renuntiari potest ex simplici renuntiatione sine pacto.Et de iure quæsito quod possit renuntiari probatur in d.l.penul.cum materia.infra eodem. & l.1.& 2.ff.pro derel.& l.siquis ui.§.differentia. ff. de acquirend.possess.& l.legatus.ff.de off.pro.cum glo.arguendo a speciali,& cap.in præsentia de rennntiatio. & l.dispensatorem.§.fi.ff.de sol.cũ aliis positis per Bar. in lege Pomponius.colum.3.& 4.ff.de nego. gest.facit l.2.ff.de remis.pig.Et hoc casu renuntiatio inducit priuationem illius iuris tunc competentis,sed si fiat de iure quærendo,tunc renuntiatio inducit priuationem illius spei quæ de præsenti competit, & illius incerti qđ est in bonis nostris,& potest alienari.d.l. nec emptio. ff.de contrah.emptio.& l.nam hoc modo.ff.de hæred. uel actio.uendi.& per istum textum.& renuntiatio istius spei & incerti trahit ad se illud ius futurũ ut ammittatur perinde ac si de præsenti competeret, ut probatur per istum textum.& alia allegata,& si fiat cum præsentia partis acceptantis,transit in pactum, & appellatur pactum remissorium,& si fiat cum obligatione correspectiua,trãsit in contractum innominatum per istũ textum & si interueniat forma particularis alicuius cõtractus,transibit in contractum nominatum, & de hac renuntiatione proprie loquitur iste textus, & materia istius legis.

Tertio est pactum de non petendo uel de non agendo,quod non inducit priuatiouem neque iuris quæsiti neque quærendi,& per hoc differt a repudiatione & renuntiatione,sed solum inducit impedimentum ad agẽdum & petendum,& continet in se illud factum extrinsecum separatum ab ipso iure, per textum in lege si unus.§. pactus ne peteret. ff. de pactis. & nascitur ex eo exceptio pacti uel doli secundum intellectum quẽ ibi tenui in præmissis & in figuratione casus, & habetur ꝑ Bartolum in lege non solum. §.liberationis uerba. ff. de liber.leg.Et hoc pactum de non petendo potest generaliter fieri de omni iure quæsito & quærendo æqualiter.l.& hæredi.§.filia.ff.eodem.& l.prima.§.siquis parens.ff.siquis a par.fuer.man.& l. denique. §. siquid.ff. de minor.tenendo quod in illis pactum interuenit secundum unum intellectum,& procedit etiam in renuntiatione hæreditatis futuræ cum distinctione posita in l.fi. infra eo.

55 Reuertẽdo modo † ad solutionem contrariorum allegatorum in glo.& eis formaliter respondendo,dicẽdum est quod lex nostra loquitur in renũtiatione quæ est refutatio & priuatio spei & incerti iuris competentis,& quæ per hoc cadit in iure quæsito & quærendo, & non interest an fiat per pactum uel sine pacto, quia renuntiatio est de actis habentibus uigorẽ a uoluntate unius tantum,nec alteratur per pactum uel contractum, nisi quod assumit maiorem efficaciam, ut nõ possit reuocari.argum.notatorum in lege certum.§.siquis absente.ff.de confess.& per Bald.in lege Gallus.§. quidam recte.ff.de liber.& posth.&Dec.in lege postquam liti.in quarta limitatione.infra eodem.numer.octauo. Nec obstant iura allegata in glo.hic,quia loquuntur in repudiatione quæ ualde diuersa est a renuntiatione ut dictum est,& habet locum solum in iure delato.dict.§. decretalis,quia repudiatio est quædam non acquisitio quæ non potest fieri nisi quando est præsens potestas acquirẽdi,& fit de eis quæ conceduntur sub quadam tacita conditione,si uoluerit acceptare, unde cum ipsa habeat limites suos,& propriam naturam, non contradicit textui nostro.Non obstant iura quæ dicunt nasci excep.pacti,quia loquuntur de pacto de non petendo quod non continet priuationem ut dictum fuit,sed solum

lum inducit obstaculum ad petendum. d. l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.

56 Ex quibus† infertur ad decisionem alterius quaestionis quam hic ponunt doctores, an possit fieri renũtiatio per uerba de futuro, quia cum renuntiatio sit proprie priuatio, semper debet fieri per uerba praesentis tẽporis, & referri ad ius praesens, si est ius quaesitum, & si est ius quaerendum, ad spem praesentem, & illud incertum, & si refertur ad spem operatur effectum priuationis nullo considerato euentu. d. l. emptio. Sed si uerba referentur in futurum ad ipsas res quaerendas, ut ad ius quaerendum de futuro, adhuc etiam renuntiatio ualeret, quia tale ius potest etiam deduci in contractum si non est tristis euentus. l. inter stipulantem. §. sacram. & l. interdum. ff. de uerborum oblig. & §. primo. insti. de inut. stipul. sed effectus est, quod si illud ius debeatur, uel extat postea in rerũ natura, tunc remissio ualet tan quam re extante, sed si ius non debeatur, uel conditio non extiterit, tunc renuntiatio non ualet tamquam sit sine re. l. necessario. §. quod si pendente. ff. de per. & cõmod. rei uend. & d. l. interdum. & l. inter stipulantem. ff. de uerborum oblig. & facit text. in lege quotiens in diem. ff. de accep. & l. si Stichum. §. si quis ita. ff. de noua. & l. sub conditione. ff. de solut. & ponit Paulus de Castro hic in primo notab. & Dec. colum. pe. num. 32. in fi. Et hoc est solum quod faciebat dubium in hac le. quia uidebatur quod uerba essent directa ad ipsum fideicõ. seu ad res ipsas relictas, & cum deficiente conditione apparuerit quod nullum fuisset fideicommissum, uidebatur quod nullum esset pactum tamquam sine re factum, sed responsio fuit quod hic renuntiatio fuit facta de spe & incerto, non autem de fideicommisso uel rebus relictis, & cum hac consideratione cessant omnia contraria.

57 Sed quia† in praedictis conclusum fuit quod pactum super iure de futuro potest fieri, ideo contra praedicta uidetur tex. in lege nec nos. inf. de capt. ubi pactum factum super illa haereditate non ualuit, nam ibi matre capta ab hostibus filius ignorans an esset uiua uel mortua tamquam haeres multa bona alienauerat, & iudicia agitauerat, in quibus reportauerat sententiam in contrarium, & eo filio mortuo, nepos ex fratre uolebat omnia bona materterae, dicens quod filius non potuerat alienare antequam esset haeres, & cum possessores contradicerent, determinatur ibi quod si ille nepos est proximior, ille debet petere bonorum possessio, & consequi omnia bona non obstantibus alienationibus factis per filium & filiis agitatis, quia filius non potuit nec agere in iudicio nec alienare, & sic pacta facta a filio super bonis de futuro competentibus non ualent, contra textum nostrum. Gl. soluit quod ibi fuit pactum de bonis captiui, de cuius uita dubitabatur, & ideo non ualet, & haec sunt uerba glo. licet Bartol. dicat eam uelle quod ibi esset error, uere tamen ibi erat nescientia filii, quia nesciebat an mater esset uiua uel mortua, & an sibi competeret haereditas uel non, & ita dubius alienauerat multa bona, renuntiauerat, uel fecerat trãsactionem. Bar. uero dicit quod ibi non competebat ius nec re nec spe, sed aliter non declarat, & uidetur contra illum textum, quia immo competebat de praesenti ius, cum esset mortua uere, & licet ius non esset delatum ut posset adiri haereditas, tamen erat per legem certum, quod ad eum pertinebat successio, ita quod certa spes erat ipsi filio quod bona ad eum spectare poterant licet eam ignoraret filius, & ideo non potest procedere saluatio Dec. & moder. quod ibi non competierit spes, nisi forsan saluando Bartol. diceremus quod ipsi considerauerunt nepotes, non ius filiorum, & extante filio in medio non competebat ius nepotibus nec re nec spe. Sed tamen nec hoc est tutum, quia praesupponitur ibi quod nepotibus erat postea delata bonorum possessio, & quod filius erat mortuus, ut ibi dicit glo. post quam fecerat illas alienationes, idest dum esset dubius de uita matris, & in ueritate spes ei erat quaesita, habetur tamen pro non quaesita, quia spes non potest cadere in ignorante. Item ibi non erat pactum de haereditate uiuentis de succedendo uel non succedendo ut praesupponunt doctores, sed ipse filius tamquam haeres administrauerat bona, & litigauerat, & trãsegerat, & alienauerat, & haec obiectio militat etiam contra considerationem Cagno. hic num. 60. qui effectualiter tenet solutionem glo. quamuis praetendat dare nouam solutionem considerando potentiam succedendi, quia non sufficit potentia succedendi nisi quis sciat se habere ius l. haeres institutus. ff. de acquir. haered. & l. multum, & ibi Barto. ff. de condit. & demonstr. & quando actus se habet ad prohibitum & ad permissum, stat in prohibito. l. prim. §. si pendente. ff. ad macedoni. & tenent hic Aquen. Lancello. & Dec. in l. edita. colum. sexta. supra de edendo. Puto tamen clariorem solutionem dari posse ad illum textum quod ibi filius asserebat se esse haeredem, & tanquam haeres & dominus esset illorum bonorum alienauerat, sed uere non erat dominus nec haeres, cum non poterat adire haereditatem ignorando eã esse mortuam. l. is potest. & l. haeres. inf. de acquir. haeredit. & sic fecerat pactum filius tamquam de re sua quae uere non erat sua, & ideo non ualuit argu. legis si ego. ff. si certum pet. & l. si procurator. ff. de acquir. rer. dominio. & l. si pater suus. C. de haered. insti. & ante aditã haereditatem non poterat esse haeres, nec spes poterat competere, quia spes non cadit in ignoto iure, & ita per indirectum reducitur ad rationem glos. & Bartol. hic uero pactum erat factum de re aliena tamquam aliena sed competenti sibi de futuro cum spe de praesenti quae poterat ad libitum alienari, & ideo ualuit pactum.

58 Et per† illum textum in l. nec nos. inferebat Bald. in auth. qui rem. supra de sacros. eccles. ad quaestionem, an si emphyteota uadit uagabundus per mundum, & ignoratur ubi sit & an uiuat, sed procurator uolens soluit censum, an possit reuocari emphyteosis, & dicit q̃d non potest reuocari, cum propter dubium praesumatur uiuus. per illam legem & qui fundat se in morte debet eam probare, ut per Bartolum in lege & si quidem. intra soluto matrimonio. & Ias. in lege 2. infra de iure emphyt. quaestione. 44. & Barb. in rubric. infr. qui admitti. colum. 49. Bald. tamen in dict. authẽ. uidetur hoc dictum impugnare ut hic refert Dec. & pro eo facit q̃d uoluit Barb. cons. 2. colum. 8. uolu. primo. dicens quod beneficium clerici uagabundi uel de cuius uita dubitatur possit conferri. l. libera peculii. ff. de pecul. & glo. in c. non oportet. in uerbo proficisci. de consec. distincti. ulti. & haec refert Cagno. & respondet ut Felyn. in cap. quoniam frequenter. extra ut lite non cost. §. porro. colum. penul. Sed aliter potest responderi, quia quãdo uagabundus est clericus potest priuari beneficio ex capite non residentiae positis edictis ad ualuas post sex mẽses. c. tuae. cum materia extra de clericis non resid. quod non cadit in emphyteota. & ideo placet quod non possit reuocari emphyteosis nisi probata morte uel per famam uel per alias concludentes probationes quibus mors solet probari, ut no. in l. is potest. ff. de acquir. haeredi. Et probatur in d. lege & si quidem. inf. sol. mat. ubi dos quae est maioris praeiudicii non potest repeti nisi ꝓbata morte uere per uerisimiles probationes, cum homo praesumatur uiuere centum annos. l. fi. supra de sacros. eccles. & non teneatur residere in emphyteosi sicut clericus.

59 Tertio† opponit Barto. post glo. ad illud dictum q̃d per pactum possit remitti ius de futuro de l. 1. §. quod ait. ff. quorum leg. ubi si haeres dedit licentiam legatario ut apprehendat possess. rei legatae ante aditam haereditatem, quod talis licentia non ualet, ergo pactum de iure futuro non ualet. soluit glo. quod illud accedit magis

magis repudiationi quam pacto. Quam solutionem reprælendit Barto. quia ibi erat consensus duorum, hæredis, & legatarii, ergo pactum. l. 1. ff. eodem. & si dicatur ut uoleba Alex. quod ibi erat cõsensus permissiuus non dispositiuus, Respo. hic Dec. quod licet sit consensus permissiuus, tamen inducit renuntiationem & priuationem, cum sufficiat secũdum formam edicti quod non habeat rem legatam contra uoluntatem hæredis. leg. prima. §. primo. ff. quorum legato. Dicebat tamen postea Dec. quod solutio glo. potest sustineri, quia cum natura repudiationis non trahatur ad ius de futuro, pactum uero sic, per legem nostram, tamen quando illud pactum subrogatur loco repudiationis quæ non potest fieri, illud accedit repudiationi, & non ualet, & cũ in illo tex. dicatur quod non ualet, intelligitur de illo pacto quod accedit repudiationi. Sed hæc solutio est falsa, quia præsupponit quod pactum positum loco repudiationis non ualeat, cuius contrarium præsupponit iste tex. in quo factum fuit pactum, quia repudiari non poterat ius de futuro, & ualuit, & ideo glos. ibi uidetur dicere quod pactum consideratur tamquam simplex uoluntas repudiantis, quod etiam falsum est, quia semper pactum consideratur ut pactum, Ideo Bar. ponebat suam solu. quod ibi non competebat ius nec re nec spe, nam illa spes erat tristis euentus, cum non posset competere nisi legatarius deliquisset, & ideo nõ est in consideratione. argum. legis inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerborum obligationibus. & l. merito. ff. pro socio. Sed hanc rationem reprælendit Dec. quia ea attenta nec consensus hæredis præiudicaret post aditam hæreditatem, cum non sit spes probabilis etiam post aditã hæreditatem quod legatarius uelit delinquere, & quamuis eam uelit saluare Aquens. colum. tertia. tamen eorum dictum non procedit, quia cum remediũ illud a iure sit consideratum & introductum, & iã mẽs legatarii de occupando rem legatam appareret, non erat improbabile quod a lege esset concessa spes ad illud interdictum. Vnde Paul. de Castro Dec. hic Curti. & communiter moderni tenent quod ibi non ualet illa licentia quia non uerificantur uerba edicti q; sit licentia hæredis nondum existente adita hæreditate. le. 3. §. siquis ita. ubi Imo. ff. de hæred. insti. faciunt dicta p glosam & Bartol. in lege non dubium. supra de lega. & cap. fi. in glo. penul. de succes. ab intestato. ubi mentio hæredis uerificatur solum adita hæreditate. Sed hæc solutio nec etiam in totum uidetur tuta, quia non habens qualitatem requisitam a iure potest renuntiare cum intentione quod ipse cum habebit qualitatem non uult uti illo iure. l. 1. ff. de cur. bon. dan. & l. in plurium. ff. de acquir. hæredi. secundum communem intellectum, & sufficit quod qualitas superueniat postea. argum. l. pen. ff. de fund. dot. & l. si in rem. §. fi. ff. de pignor. action. & uidetur tex. multum concludens in simili in l. siquis ita. quæ est lex quarta. ff. de conditio. insti. & declarat Bar. in tertio membro. dum allegat l. si rem meam. ff. de uerborum obligationibus. Quare alia uidetur solutio melior, quod ibi non tractatur de renuntiando illi interdicto, quia hæres potuisset renuntiare etiam ante aditam hæreditatem per regulam generalem quam supra latissime comprobaui, quod iuri de futuro renuntiari potest & hæreditati futuræ. d. l. 1. ff. de cur. bo. dan. sed ibi tractatur de concedendo titulum habilem exclusiuum illius interdicti, & titulus habilis est q̃n possidet cum uoluntate hæredis, alias non habet titulum habilẽ ad excludendum, quia qui non adiuit non potest dare consensum uel dissensum, cum non dum sit dominus rerum hæreditariarum, & sic ille textus nihil facit, cum non tractetur ibi de renuntiando interdicto, quod poterat fieri, sed tractatur de concedendo titulum habilẽ retinendi, quod non potest fieri per hæredem non aliter adita hæreditate. Et hoc senserunt doctores, dum dixerunt quod ibi ualebat pactũ quia nõ tenebatur ad renuntiandum, sed erat consensus permissiuus, quamuis nesciuerint exprimere mentem suam. Nam debuissent dicere quod ibi consensus, tendebat ad dandum titulum iustum retinendi ipsam rem legatam, siue ad habilitandum titulum legati concessum a testatore, Itẽ ibi concessa fuit licentia tamquam de præsenti competeret ius, non autem fuit dilata in tempus futurum, q̃a tunc ualuisset. arg. l. cum in tempus. ff. de hær. inst. saltem superueniente postea habilitate. l. si in rem. §. fin. ff. de pig. actio.

60 Vlterius oppo. Barto. contra secundam partem solutionis supra positæ, & conclusionem formatam, quod per repudiationem non possit tolli ius de futuro. d. le. in plurium. §. fin. ff. de acquir. hære. & l. 2. ff. de cur. bo. dan. ubi per repudiationem ammittitur hæreditas pendente conditione, & repudiatur ante existentiam conditionis, & idem probatur in l. prima. §. siquis ante. ff. a quib. app. non licet. quam uoluit allegare Bar. licet corrupte allegauerit. l. fi. §. fi. inf. de tempor. app. facit etiã tex. in l. denique. §. siquid. ff. de mino. (aliæ uero leges non faciunt ad propositum quia loquuntur de pacto) soluit Bart. quod ibi repudiatio facta fuit præsente parte uel iudice gerente uicem partis, ut per præsentiã inducatur consensus duorum & fiat pactum, idem dixit in l. postquam liti. quæstio. antepenu. inf. eodem. & erit pactum de non petendo. Dec. supra reprobauit, cũ præsentia non inducat pactum de non petendo nisi exprimatur, quia præsentia solum potest importare consensum in acceptando illam repudiationem secundum naturam eius, non autem inducit pactum de non petẽdo, Sed hæc responsio confunditur ex text. in lege 2. infra eodem. & l. creditores. ubi inducitur pactum licet non exprimatur. facit lex item quia. & l. Labeo. ff. eodem & dixi supra in rubric. in materia taciti pacti. Sed ex alio solutio Barto. non est bona, quia est diuinatio q̃d fuerit responsio in iudicio, & quod pars fuerit quæ interrogauerit, cum respondere potuerit omnibus interrogantibus etiam quorum non interest. & in d. l. 1. ff. a quibus appa. non licet. non apparet quod esset in iudicio, nec quod fuerit præsentia partis. Præterea dato quod esset præsentia partis, tamen repudiatio non posset fieri neque ex tacito neque per expressum pactum partium, cum repudiatio quæ sui natura non potest fieri de iure de futuro, nec etiam possit fieri per pactum, quia dicta iura quę prohibẽt repudiationem fieri de iure de futuro loquuntur per uerbum, non potest, quod tollit omnimodam potentiã secundum Iason. in l. Gallus. ff. de lib. & posthum. & assignant rationem, quod illud quod ad nos non pertinet repudiari nõ potest. quę ratio generalis est & semper militat ut uoluit Deci. ad aliud propositum infra super secundo membro Barto. dum reprælendit limitationes docto. numer. 26. & 30. Item sicut contrahentes non possunt facere quod uenditio sit sine pretio ita nec possunt facere quod repudiatio fiat de iure de futuro, ut no. in leg. 2. ff. si certum pet. & l. actus legitimi. ff. de reg. iur. sicut nec etiam per pactum potest fieri quod hæreditas possit adiri antequam sit delata, quia repugnat natura aditionis. l. is potest. ff. de acquir. hære. & l. 1. §. decretalis. ff. de success. edict. Ideo ego puto dicendum quod ibi non fuit repudiatio quæ non cadit nisi in iure delato, sed fuit renuntiatio, ut præsupponitur ibi, cum nulla ponatur uerba denotantia repudiationem, sed uerba denotantia priuationem spei præsentis, & negationem actus futuri, dum dicitur quod respondit se non aditurum etiã existente conditione, Quæ renuntiatio præiudicat etiam ex sola uoluntate, cum sit actus dependens a uoluntate unius, & ille text. probat quod renuntiatio potest fieri ex sola uoluntate de iure de futuro, licet repudiatio nõ possit fieri. Vel si tibi placeret dicere quod sit facta in iudicio, dicendum est quod ibi præiudicauit sibi non ex repudiatione quæ fieri non potest, sed ex confessione quæ

quæ in iudicio fit,ut quando quis respondet se non esse hæredem,quæ,etiam quod uere esset hæres, prejudicat.l.2.& l.de etate.§.primo.ff.de interrog.actio. prima tamen uerior.Nec potest dici renuntiationem nõ differre a repudiatione, quia supra probatum fuit contrarium,& si dicatur quomodo cognoscemus an fuerit repudiatio uel renuntiatio, respondetur quod si uerba sunt præsentis temporis est repudiatio quæ talem habet naturam,si uero sunt uerba futuri temporis in dubio intelligetur de renuntiatione, cum renuntiatio ad ius futurum porrigatur,cũ declaratione tamen de qua inf.dicemus in tertio membro Bar.Sed tunc in hac quæstione recedimus a terminis.le. nostræ, in qua quæritur de potestate siue potentia renuntiandi iuri de futuro,non autem quæritur de uoluntate an uoluerint uel non renuntiare.

61 Extra†glo.Barto.pro pleniori intelligentia examinat materiam,an iuri de futuro renuntiari possit,& ponit magistralem doctrinam,faciendo tria membra.Primo quando competit re & spe.Secundo quando competit spe & non re. Tertio qñ non competit nec re nec spe.Sed in hac diuisione Barto. primo repræhenditur de repugnantia uerborum,dum præsupponit quod ius possit competere simul re & spe,cum spes non possit esse de eo quod possidemus & in præsenti habemus. ut not.supra.l.prima.de summa Trini.& fide catho. & le. nec emptio.ff.de contrah.emptio,Doctor.uarii uario modo soluunt.ut Aquens.colum.3.Cur.colum.5.Ripa colum.6.& imperfecte.Sed Dec.colum.6. & Cagnol. num.66.saluant quod Bar.sit corruptus,& quod nõ debeat poni uerbum & spe,sed potius scribendum sit re& non spe,quod probant,quia postea incipiendo examinare nihil dicit de spe,cum alias esset diminutus in re assumptione & discussione articulorum, Quæ saluatio satis potest sustineri,tamen magis placet quod intelligatur etiam uelle quod res competat spe & re simul, q patet, quia ponit exemplum de legato acquisito ipso iure sine facto nostro,nam tunc quamuis sit acquisitio legalis,tamen non est plena acquisitio,cum supersit aliquid per acceptationem acquirendum,ut not.in l.prima.ff.de leg.primo.& l.seruum filii.§.primo.ff.de leg. primo.& l.quidam sunt.ff.de reb.dubiis.& idẽ de actionibus iniuriarum & furti quæ plenius competunt per acceptationem postea sequutam,& non potest dici qđ acquisita legaliter hoc modo perfecte dicantur re competere nobis,cum in eis cadat repudiatio.d.iurib.quæ non trahitur ad ius quæsitum.l.1.§.decretalis.ff.de succes.edic.& fuit etiam declaratio Areti.in §.idem iuris. inst.de excep.

Puto tamen quod Bartolus imperfecte loqutus fuerit,quia de istis iuribus acquisitis reuocabiliter, & habentibus mediam naturam debebat facere particulare membrum.Vnde ex eius tacita mente possunt constitui quattuor articuli,uidelicet quod quædam sunt iura quæ competunt re & spe,ut sunt illa quæ nobis competunt ex acquisitione legali reuocabiliter. Quædam sunt quę competunt nobis re & non spe,ut sunt ea quæ cõpetunt nobis pleno iure per acquisitionem perfectã irreuocabiliter,in quibus non cadit spes propter acceptationem actualem. Quædam competunt spe & non re,ut ius de futuro conditionale. Et quædam competunt nec re nec spe,ut ius de futuro ex causa de futuro, & in quolibet membro melius quam faciant docto. uidendum est de tribus,scilicet de repudiatione, renũtiatione,& pacto de non petendo.

62 † Primo casu quando competunt re & spe,ut legata specierum relicta, & hæreditas quæsita ipso iure filio in potestate succedenti patri qui habet ius abstinendi,& actiones nobis quæsitæ ex legis dispositione sine facto nostro, ut actiones pœnales,& negotiorum gestorum,& tunc concludit, quod renuntiari potest,& per pactum remitti, quia si potest repudiari,ut l.fi.inf.de repud.hære.& d.l.seruũ filii.ff.de leg.1.& l.ei qui ita.in princi.glo.magnæ.ff. de cond.inst.ubi dicitur quod legatum acquisitum per legis dispositionem habetur pro non acquisito cum p repudiationem ammittitur.tanto magis posset renuntiari,cum plus possit renuntiatio tam simplex quam illa quæ transit in pactum quæ magis generalis est, quã repudiatio,Idem & fortius procedit in pacto de nõ petendo,Sed incontrarium uidetur esse tex.in l.si ita scriptum.§.primo.ff.de leg.2.ubi legatum in diem certam competi re, quia actio est nata & spe.l.cedere diem. ff. de uerborum significa.& tamen non potest repudiari. Ang.Aret.in §.idem iuris.inst.de exceptio. dicit quod ille tex.non turbauit spiritum suũ in hac materia, Sed Curt.hic ex mente glos. ibi intelligit quod sit dies talis qui constituit conditionem,& sequitur hic Alcia.& Cagno.Sed hæc solutio multum diuinat ad illum textum qui loquitur de die certa simpliciter, & est aperta destructio. Vnde uerior est solutio quod hæc conclusio Bartol. dum loquitur de repudiatione debet restringi quando nullum est impedimentum ad acceptandum, quo casu ius dicitur esse delatum, Sed quando habet impedimentum uel diei, uel ignorantiæ mortis testatoris,uel an alius præcedat in gradu, uel pro qua parte sit legatarius.uel hæres,quæ omnia impediunt potestatem adeundi.ut per Bartolum in d. l. is potest .ff. de de acquir.hære.impediunt etiam repudiationem.di. l. is potest.& l.quod quis.ff.de reg.iur.& non dicitur delata.l.delata.ff.de uerborum signific.Et fieri debet conclusio,quod ius competens re & spe potest repudiari si nihil impedit acquirere, alias uero si aliquid impedit acquirere non potest repudiari per illum textum, sed bene potest renuntiari per simplicem renuntiationem & per pactum.per l.primam.ff.de cur.bon.dan. cũ concor.sup.adduct.& etiam remitti per pactum de nõ petendo promittendo non petere.Et quod in §. sub cõd. quamuis intelligatur de legato in diem cuius dies iam cessit nihilominus dicatur ius de futuro,tenuit expresse Dec.inf.nu.19.uers.non ommitto.

63 Sed adhuc†contra Barto.instatur de actionibus multis,ut sunt actiones ex delicto quæ acquiruntur sine facto nostro & reuocabiliter, ut actio furtiua, condictio furtiua,exceptio ex pacto alterius.iuxta leg.2.§.creditores.inf.eo.secundum declarationem quam posui supra in rub.& l.fideiussores.& l.idem.ff.eo.de quibus actionibus Bar.non loquitur expresse. Tamen ex eius distinctione uidetur colligi,quod sit idem, quod possint repudiari uera repudiatione & renuntiari cum pacto,& per pactum de non petendo remitti, & hoc clarius expressit in l.Pomponius. la prima.colum.4.uers. sed præcedens.ff.de nego.gest.num.5.& 6.& colum.3. uers.unde in hoc uersiculo.Et hæc conclusio Bart. non habet difficultatem ut tollatur talis actio uirtute exceptionis tam per pactum de non petendo quam per renuntiationem quæ transit in pactum.l.si tibi.§.quædã. ff.eo.Sed an tollantur istæ actiones ex sola repudiatione uel renuntiatione simplici,est magis dubium,& qđ tollantur uidetur tex.in §.fi.insti.de iniur. & l. non solum.§.primo.ff.de iniuriis.& l.dispensatorem.§.fin.ff. de sol.& l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de tribut.& l. 1.C.de furtis.& c.gratum.de off.deleg.& l.si absenti. cũ gl.inf.si certum pe.& c.ex ore. de iis quæ fiunt a maiori parte capituli.cum glo.renuntiasse. Sed incontrarium facit ille tex.in d.l.Pomponius.dum uidetur negare qđ nuda uoluntate tollatur actio negotiorum gestorum iam nata.Nec Barto.ibi clare explicat quid sentiat, nisi quando actio dependet a uoluntate sua in nascendo & competendo,quia tunc clare dicit colum.3.uers.in hoc articulo.quod ex sola uoluntate potest repudiari,& ponit regulam generalem, quod omnia quæ dependent a uoluntate unius non requirunt præsentiam partis in expediendo.per l.cum pater.§.donationis. & l. miles. ff.de leg.2.& l.non idcirco.inf.de cod.& idem etiam dicit

est quãdo per actum contrarium actio extinguitur uel impeditur nasci, nam faciendo actum contrarium, tollitur illa actio uel impeditur nasci ex sola uoluntate, ut in appellatione. d. c. gratum, de off. del. & dic. c. ex ore. Tamen generaliter placet dicendum esse ut supra quod omnes prędictę actiones possunt repudiari si ius plene est delatum sine impedimento. argum. d. l. is potest. & si ius non est plene delatum quod possit renuntiari ex simplici renuntiatione si solum cogitat de sua priuatione, per iura allegata ꝓ prima parte, sed si uult alteri acquirere ius, tunc requiritur præsentia uel consensus partis, cum renuntians intendat se priuare sub illa conditione, ut alteri quæratur, & non aliter. l. si me in uacuam. & ibi Bar. & omnes. ff. de acquir. poss. & tũc ex eius intentione requirit consensum partis, non qđ si ex se ammittere uellet non posset renuntiare solus, per prædicta iura. Nec obstat d. l. Pomponius. quia ibi intelligitur nuda uoluntatę non tendente ad priuationem uel quærendum, nec peruenit ad actum priuationis & repudiationis quo casu in una persona dicitur nuda, Sed si peruenisset ad actum exteriorem demonstrãtem animum priuationis, ut est renuntiatio & repudiatio, & tunc ex sola uoluntate ammitteretur & repudiaretur si ius est delatum, uel secundum subiectam materiam renuntiaretur, Vel loquitur de actione negotiorũ gestorum quæ nascitur ex quasi contractu, & ex facto partis ficto, quia pręsumitur consentire ut declaraui supra in rub. nu. 34.

64 Mathesilanus † tamen limitabat hanc conclusionem sic supra declaratam non procedere in actionibus rei persecutoriis quas ipse dicebat ex sola repudiatione uel renuntiatione sine pacto non ammitti. per glosam in d. l. Pomponius. & per. l. si absentis. infra si certum petat. Ias. pro solutione restringebat dictum Barto. ad dispositionem testatoris, quod est contra eius uerba hic, & dicta eius in d. l. Pomponius in 3. colum. Sed Dec. hic dicit quod Bar. indistincte bene loquitur quod tales actiones etiam ipso iure ex simplici repudiatione & renuntiatione ammittuntur, & rationem assignat, quia ea quæ sine facto nostro acquiruntur non uidentur simpliciter nobis acquisita sed cum quadam tacita conditione concessa, si uolumus acceptare, unde non acceptãdo potius dicuntur non acquisita quam repudiata. leg. hoc iure. §. non potest. ff. de don. & l. seruum filii. §. primo. ff. de leg. primo. & glo. in d. l. ei qui ita. ff. de condi. insti. & l. si sponsus. §. si maritus. 2. ff. de don. inter uirũ & uxor. & stipulatio notarii facta absenti non perfecte competit ei nisi sit acceptata, ut per Paulum de Castro consi. 197. uisis iis quæ narantur. in 2. dubio. Bal. in l. eius. §. satisdatio. in fi. ff. de adoptio. facit l. si ego. ff. de nego. gest. & quod habetur in l. contractus. ff. de regul. iur. per Decium ibi & hic. Nec obst. d. l. absentis. quia Bar. ibi dicit quod est speciale in mutuo, quia singularia quædam sunt in pecunia. l. singularia. ff. si certum petatur. Vel ibi reprobauit nomen, sed non reprobauit actionem. Nec obst. l. si tibi. §. quædam. quia ille tex. loquitur de actione quæsita per acceptationem, & ibi nõ disputatur an possit uel non possit repudiari, sed an tollatur ipso iure uel per exceptio. & hæc opinio mihi placet per prædicta.

Facias igitur regulã generalẽ in hoc primo mẽbro, quando iura competunt nobis re & spe hoc est sine facto nostro, quod tunc si competunt nobis sine impedimento acquirendi, ut quod sunt plene delata, tunc possunt repudiari renuntiari & etiam per pactum de non petendo remitti, sed si adest aliquod impedimentum in acquirendo, & tunc non possunt repudiari etiam interueniente pacto, sed tamen bene possunt renuntiari tam ex simplici renuntiatione quã ex renũtiatione quę transit in pactum inducens priuationem illius spei & iuris, & eodem modo etiam potest induci obstaculum & exceptio per pactũ de nõ petendo uel non agendo. An autem præsumatur remittens uelle repudiare, uel renuntiare, uel facere pactum de nõ petendo, alia quæstio est, quæ non pertinet ad l. nostram. cuius materia est an possit repudiari uel renuntiari, non autẽ an præsumatur uelle repudiare uel renuntiare. Sed tamen de hoc dicas ut ego declarabo infra in quarto membro Bar. ubi doct. ponunt. quæ nota. quia non. bene explicantur per alios hic.

Secũdus est principalis articulus contentus sub hoc primo membro Barto. quando iura nobis competunt re & non spe, quod est quando sunt acquisita facto nostro, uel ex legis dispositione irreuocabiliter, ut quãdo aliquid inuitis & ignorantibus acquiritur, iuxta dicta in §. primo. insti. de hær. qual. & dif. in quo Bar. distinguit, an ius personale quæratur nobis ex facto nostro,

65 uel ius reale. Primo † casu concludunt quod ius personale non potest ammitti sola repudiatione uel renuntiatione, sed requiritur pactum, quod probat, quia quis alteri pacisci non potest. l. fideiussor. ff. eo. & l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerborum obligationib. quæ iura ita possunt induci, nam si creditor repudiat, necessario oportet quod quæratur exceptio debitori extraneo, si forsan repudians uellet agere, sed exceptio extraneo acquiri non potest per alium. le. fideiussoris. & clarius in l. idem in duobus. in fi. cum glo. fi. ff. eo. quæ expresse dicit quod exceptio nulla acquiri potest extraneo, igitur sicut disponendo quis non potest alteri acquirere actionem. d. l. stipulatio ista. §. alteri. ita uidetur qđ repudiando alteri exceptionem acquirere non possit, & per consequens ius personale non possit repudiari, cum non possit sequi acquisito in alium. Et ultra hæc iura Dec. pro ista opinio. adducit aliam regulam, ita argumentãdo, uidelicet, quod sicut ius nobis quæsitũ ex uoluntate duorum nobis competit, ita etiam non potest dissolui nisi uoluntate duorum ut eo priuemur. le. prout quisque. ff. de sol. & propter hoc ipse dicit quod appellationi non potest renuntiari nisi per pactum, ut per Baldum hic in quinta opposi. & ideo infert, quod siquis fatetur debitorem suum non esse sibi obligatum & esse liberatum quod talis confessio non præiudicat si fiat absente parte. ut per Bartolum in dict. l. non solũ. §. liberationis uerba. ff. de liber. leg. approbando. dict. glo. fin. in l. idem si duobus. ff. eo. & idem Bart. in l. certum. §. siquis absente. ff. de confes. & Paulus de Castro. cons. 83. ad idem quæritur. & Felyn. in c. si cautio. colu. 9. uers. fallit septimo. extra de fide instrum. & alii mod. pertranseunt.

Sed ista fundamenta non bene probant conclusionẽ doctorum, & primo. fundamentum Barto. de exceptione non tacit, ex eo quia illa iura loquuntur quando qˢ facit actum ad effectum & finem quod alteri quæratur actio uel exceptio, quo casu regula est uera, quod quis alteri non potest querere actionem uel exceptionem. d. l. stipulatio ista. §. alteri. & per glosam in d. l. idem in duobus. in fin. fallit tamen in casibus positis in l. 2. & in l. si creditores. inf. eo. & l. & hæredi. §. fi. & d. l. fideiussores. per quas fallentias oportet dicere quod communis opi. hic de repudiatione etiam limitari deberet ut in illis casibus repudiatio fieri posset de iure personali, cum cesset ratio Barto. quod quæri non possit, & quasi tota absorberetur, & sic dicas quod illa iura loquuntur de actione uel exceptione acquirenda alteri ꝑ conuentionem, & sic in diuerso casu. Sed quæstio nostra est pertinens ad hanc l. an possit se priuare iure personali renuntiando uel repudiando ad solum finẽ priuationis sui absque consideratione alteri acquirendi actionem uel exceptionem, in qua materia aliquando quæritur actio uel exceptio alteri ex renuntiatione alterius eo ignorante & sine eius facto per l. dispositionem, ut siquis habeat rem pro derelicto, nam statim omnibus appræhendentibus acquiritur exceptio quod renuntiauit, & quod res non est ipsius si de nouo ipse

uellet

uellet petere,& etiã quando quis repudiat hæreditatẽ sibi delatam nam acquiritur exceptio succedenti in ordine si forsan primus uellet petere hæreditatem. Et idẽ potest dici de hærede quando legatarius repudiat legatum, uel in collegatario si alter repudiauerit partẽ suã, quia alteri per ius accrescendi acquiritur. iux. §. si coniunctim. inst. de leg. cum mul. simil. & sic patet quod fundamentum Bar. non probat.

Similiter regula. l. prout quisq; ff. de sol. probat conclusionem prędictã, quia loquitur qñ aliquis obligatus est alteri & uult dissoluere illam obligationem inuito uel ignorante creditore, & in hoc etiam conclusio est data ꝙ debitor non potest dissoluere obligationẽ contractã inuito creditore, quia ius nobis quęsitum sine facto nostro amitti non potest. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. & l. fi. ff. eo. & si utraq; pars cõsentit, tunc oportet ut concurrant in dissolutione ea quæ interuenerũt in obligatione inducenda ad effectum ut tollatur ipso iure. l. ab emptione. ff. eo. & §. fi. inst. qui. mo. tol. oblig.

Sed tamen per exceptionem ex pacto de non petendo sola uoluntate sine interuentu omnium posset dissolui, ut no. in d. l. ꝑ ut quisq;. cum sua materia. & in di. l. ab emptione. cum sua materia coniunctis nota. in l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. ubi late dixi in pręmissis & lectura. Sed hic non tractamus de priuando alium uel alii acquirẽdo per dissolutionem alicuius actus, sed solum materia nostra est an possimus nos mẽt ipsos priuare actionibus & iurib. nostris personalibus sola uoluntate uel repudiando uel renuntiando uel pacto, & an requiratur consensus alterius ad inducendam priuationem nostram, & hoc non bene explicatur per doctor. hic, qui demonstrauerunt quod non gustarunt difficultatem, neq; etiam bene sciuerunt in quibus coturnis pedes tenerent.

66 Ad difficultatem † ergo reuertendo, utrum nos possimus priuari iuribus nostris personalibus ex sola uoluntate nostra per repudiationem uel renũtiationem. Pro parte negatiua quam uidentur hic doct. tenere, ultra ipsos facit, quia actiones sunt ita affixæ ossib. nostris ut in alium transferri non possint. l. 3. cum gl. ff. pro soc. unde uidetur quod requiratur pactum per quod alteri quæratur. l. tale pactum. ff. eo. cum simil. addu. in di. l. 3. Sed incontrarium facit, quia in re sua quis est moderator & arbiter. l. in re mandata. inf. mand. & ea ratione qua quis põt habere ius reale ꝑ derelicto. l. 1. & 2. ff. ꝑ derel. & statim dicã, eadẽ rõne uidet ꝙ debeat posse habere ius ꝑsonale, cũ & in iure ꝑsonali sit dominiũ, & ꝑ cõsequẽs ius reale illius iuris personalis, quia actiones & res incorporales dicuntur esse in dominio & bonis nostris, ut per Bar. in l. si quis ui. §. differentia. ff. de acq. poss. & l. in bonis. cum glo. ff. de acq. rer. domi.

Vnde ego puto ita distinguẽdũ, aut quis uult repudiare ius sibi quæsitum, & tunc repudiatio nã ualet etiã ꝙ sit ius personale, qa repudiatio non trahitur ad ius quæsitum. l. 1. §. decretalis. ff. de suc. edic. quia repudiatio ẽ quædam non acceptatio non inducens priuationem, ut sup. dictum fuit. Aut quis uult renuntiare inducẽdo obstaculum uel exceptionẽ per pactum de nõ petẽdo uel non agendo, & per se hoc non potest facere, quia pactũ de nõ petendo requirit cõsensum duorũ. l. 1. ff. eo. sed si interueniat consensus partis, ualebit renuntiatio & pactum, & sibi præiudicabit, qa quilibet de bonis suis ualens disponere põt facere pactũ de nõ petẽdo, iux. not. in d. §. pactus ne peteret. Si uero quis uult renuntiare ius suum personale se priuando, & hic est casus dubius de quo agitur, in quo dicas ꝙ si renuntiatio transit in pactum, ꝙ est si interuenit consensus duorum, & tunc renuntiatio ualet secundum oẽs, & inducit exceptionem uel priuationẽ, quia nihil impedit ꝙ alteri ius remissũ uel exceptio noua acquiratur, ut per Bar. hic & doctor. quorum dicta hoc solo casu procedunt. Nec obst. le. 3. ff. pro socio. quia illa lex loquitur de communicatione actionis nulla extinctione interueniente quæ non potest ibi fieri, Vel etiam potest dici quod non obstet ex quo ius utile & exceptio alteri quæritur.

Si uero renuntiatio fiat ex sola uoluntate sine pacto ad solũ finẽ se priuãdi, & hoc doct. nõ bene decidũt, sed tũ mihi placet ut distinguaẽ, ꝙ si fiat animo alteri acquirẽdi ꝙ nõ ualet renuntiatio nisi superueniat consensus partis, non quidẽ ex defectu & impotẽtia renũtiantis, sed ex defectu animi sui & uoluntatis, quia qui remittit ad finem ut alteri quæratur non uult amittere nisi sequatur alterius acquisitio. l. si me in uacuã. & ibi no. oẽs ff. de acq. poss. & ita procedunt omnia quæ dixit Bar. in l. non solum. §. liberationis uerba. ff. de lib. leg. dum disputat an acquiratur exceptio doli uel non. Si uero renuntiatio fiat animo alteri non acquirendi, ut si fateretur aliquis unum non esse debitorem suũ animo se solũ priuandi actione & habendi illam actionẽ pro derelicto, & non animo alteri acquirẽdi, & tunc ego puto, qc quid dicant doct. ꝙ renuntiatio ualeat ex sola uoluntate quia. ll. non cogunt homines inuitos retinere bona sua, & sicut permittunt ꝙ unusquisq; possit alienare rem suã, & possit habere eã ꝑ derelicto. l. 1. & 2. ff. pro dere. ita etiã permittunt ꝙ actionẽ suam & aliud ius personale possit ꝑ derelicto habere, quia rõ eadẽ. l. a Titio. ff. de uer. obl. & facit rõ assignata. in l. 1. ff. pro derelic. quia res eo mõ desinunt esse nostræ quo acquirunẽ, & intelligitur de sola uoluntate acquirentis quæ sola cõuenit materiæ illius tit. Nec ob. l. 3. ff. pro soc. quia ille tex. loquitur qantũ ad transferendũ in aliũ, sed quãtum ad extinguendũ siue habendũ ꝑ derelicto suam actionẽ non procederet, & sic in casu proposito debitori acquiretur exceptio doli generalis, si creditor fateretur animo se priuandi aliquẽ non esse debitorem suum, ut dicebant doct. quos reprehændit Bar. in d. §. liberationis uerba. qui bene loquitur quantum adhunc casum. Nec ob. ꝙ actio non extinguitur istis modis secundum. ll. ꝑ tex. in l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & obl. quia respondetur ꝙ in casu nostro non extinguitur actio sed stat sine subiecto, sicut nos dicimus de dominio quod stat sine subiecto, & uacat quando res habita est pro derelicto. Vel si uis dicere quod extinguatur, illud procedit ex defectu subiecti in consequentiam, quia qualitas non potest stare sine subiecto. ut no. in l. prima & 2. ff. de usufruc. Nec obstat fundamentum Bar. quod alteri per alterum exceptio acquiri non potest. gl. in d. l. si in duobus. quia illud procedit in iis quę dependent a uoluntate duorum, ut actio, & exceptio pacti, sed exceptio doli de qua agitur est quodam ius extrinsecum nascens extra id quod agitur, quod potest acquiri, quia non a parte sed a lege conceditur, sicut sup. dixi re habita pro derelicto ab uno acquiritur exceptio renuntiationis omnibus appræhendentibus si forsan de nouo ille uellet petere, ut est textus in cap. super hoc. de renuntiat. & in capitulo secundo & tertio. de restitutio. spoli. Quid autem sit in dubio, an uelit quis uel præsumatur renuntiare uel repudiare inf. dicetur, & cogita super prædictis.

67 Secundam † conclusionem ponit Bar. in hoc secundo membro, quando ius reale est nobis quæsitum plene ex facto nostro, quo casu, ut dictum est, spectat ad nos re & non spe. Et in ea distinguendo dicit quod si est possessio potest amitti sola repudiatione. l. si quis ui. §. differentia. ff. de acq. poss. & omnes sequuntur. Sed hæc cõclusio debet restringi duobus modis, primo ut non ꝓcedat in repudiatione, quia repudiatio etiam possessionis non cadit in iure plene quæsito, sed debet intelligi de renuntiatione. Secundo debet restringi quando alteri non prætendit renuntians acquirere possessionẽ, tunc esset necessaria uoluntas acquirentis, & quo d uere ei acquireretur, secundum distinctionem positam per Bartolum & doctor. in dic. l. si me in uacuam. ff. de acquir. possess.

68 Tertia est†conclusio, quod ius mere reale sola renunciatione ammitti nõ potest.l.e.si quis ui.§.differentia.ff. de acqu. pos.Sed incontrarium facit d.l.1.& 2.& per totum.ff.pro derel.& q uoluit Bar.in d.l.non solum.§. liberationis uerba.ff.de lib.leg.in medio 1.col.scilicet q ius reale ex simplici uoluntate potest haberi pro derelicto.Dec.hic & cõiter doct.restringunt hoc dictũ Bart. procedere qñ intendit alteri acquirere,sed qñ non intẽdit alteri acquirere,& uult tm̃modo priuari,& tunc uolunt q possit renuntiari ex sola uoluntate.d.l.1.& 2.ff. pro derel.Quæ restrictio uidetur contra generalitatẽ d.§.differentia.ubi doct.distinguunt an uelint amittere dominium retenta poss.an uero recedendo a possessione renuntiare dominio,q põt,ut ibi Bar.in prin.Vnde latius distinguendum est secũdum ea quæ sup.dixi, Aut quis uult priuari per repudiationem,& nõ potest, quia repudiatio non trahitur ad ius quæsitum.d.§. decretalis.Aut uult remittere ius reale faciendo pactũ de nõ petẽdo,& indistincte potest fieri interueniente consensu duorum.iux.le.1.ff.eo.& d.§.pactus ne peteret. Aut uult priuari alteri acquirẽdi,& tunc nõ priuat nisi interueniat consensus acquirẽtis.d.le.si me in uacuam. ff.de acq.pos.cum ibi no.&dixi in precedenti cõclusione.Aut uult priuari nemini acquirendo,& hic est casus Bar.in quo doct.concludunt q põt renuntiari per.di. l.1.& 2.ff.p der.& Bar.in d.§.liberationis uerba. in 1. col.seruando tamen distinctionem positam in d.§.differentia,an recedat a possessione,uel non,ut ibi no. Et

69 ex iis†infertur ad q.an si confiteor rem meam esse tuã, hæc confessio operetur dominii trãslationem, de quo dic ut per Dec.& Rip.col.6.& Taur.col.12.

70 Tertium est†principale membrũ Bar. qñ ius spectat ad nos spe & non re,ut est hæreditas delata extraneo, in qua est ius quærendi,nõ quæsitum.l.cum hæredes. ff.de acq.poss.& l.pretia rerum.ff.ad l.falc. idem in hæreditate uel legato cõditionali de quo in l si ita scriptũ. §.j.ff.de leg.2.cum conc.idem potest dici de debito cõditionali inter uiuos.iux.§.ex conditionali.inst.de uer. obl.in quibus omnibus casibus ipse concludit q per pactum põt remitti,ac ẽt põt renuntiari p renuntiationẽ quæ transit in pactum,q contingit tribus modis,uel qñ interuenit consensus expressus ut hic,uel qñ interuenit psentia partis.l.tale pactum.ff.eo.uel qñ interuenit præsentia iudicis in iudicio.l.j.ff.de cur. bo.da.sed per simplicem renuntiationem dicit se remitti non posse per

* d.l.si ita scriptum.§.1.& Bar.hic cõiter approbant doc. Sed contra Bar.faciunt omnia quæ sup. dixi contra docto.q iuri de futuro renuntiari potest,per iura allegata in præmissis,& in prin.gl.faciendo regulam contra Bar.hic,Et quia in multis est imperfectus & in aliquib. male loquitur.ideo pro resolutione considerandi sunt multi casus ad similitudinẽ eorum quæ supradicta sunt quorum aliqui sunt clari.

71 Primus casus†est qñ quis uult hoc ius competens spe remittere p pactum de nõ petendo, promittendo non petere,& in hoc oẽs concordant q ualet talis remissio, sed requiritur consensus partis.d.§.pactus ne peteret.& l.1.ff.de cur.bo da.secundum unum intellectum. Secũdus casus est,qñ uult remittere ius per repudiationẽ, & in hac distingui debet prout sæpius dictum fuit,q si ius est delatum sine aliquo impedimento cũ plena potestate acquirendi,& tunc potest repudiari,alias aũt nõ.di. l.1.§.decretalis.& l.in plurium.in prin.ff.de acq.hær.& ita procedit.d.l.si ita scriptum. §.1. quam male allegãt hic doct.Tertius casus est ubicunq; uult renuntiare per renuntiationem quæ transit in pactum uel contractũ, & similiter hoc potest facere, siue interueniat cõsensus expressus siue tacitus secundum distinctionem quã posui in rub.sup.eo.& in l.postquam liti.inf.eo.siue iudex uel alius habilis acceptet nomine absentis,&hic etiam casus cõiter tenetur per tex.nostrum.& l.1.ff.de curat. bo.da.secundum alium intellectum.& l.fi.§.fi.inf. de tẽpo.appe.Quartus casus est,ubicunq; uult renuntiare iuri de futuro sine cõsensu tacito uel expresso partis per simplicem renuntiationem,& in hoc Bar.facit regulam negatiuam quod non potest renuntiari.per.dict.l.si ita scriptum.§.1.& sequuntur communiter doctor.dando aliquas limitationes ad dictam regulam.

72 Et primo†ut hæc conclusio Bar.non procedat quando pars est presens & tacet.l.tale pactũ.ff.eo.q tñ limitationẽ repræhẽdit hic Dec.ut hic latius per eũ.&Tau. sed Cag.defendit opi.Bar.ut hic per eum latius. Sed tu dicas q oppugnatio Deci.nec saluatio sunt ad propositum,quia oppugnatio Deci.concludit in repudiatione sola,& non in renuntiatione de qua agitur & quæ non requirit ius præsens de necessitate,ut sup.dictum fuit,sicut nec pactum.Nec ẽt saluatio Cag.tollit difficultatẽ, ex eo qeia licet possit sustineri q ex præsentia aliqñ inducatur consensus & pactum qñ tractatur de utilitate præsentis,tũ qñ renuntiatio fieret ex cã onerosa, secundum oẽs non inducitur consensus,&secundum opinio. quam posui in rub.sup.eo.nec etiam inducitur consensus per præsentiam ex causa lucratiua, ita q hæc decisio efficitur particularis in renũtiatione solum facta ex causa lucratiua,in aliis autem casib. articulus remaneret indecisus.Item non est ad propositum materiæ nostræ in qua disputatur de potentia an possit renuntiari uel non.Sed contra oẽs facit,quia ipsi præsupponunt q renuntiatio sine pacto non possit fieri de iure de futuro,quod tamen est falsum,ut sup.conclusi super gl. magna in articulo principali,cũ in iure de futuro est spes quæ competit de præsenti in qua potest cadere renuntiatio & priuatio,ut ibi dixi,& in præmissis. Vnde dicendum est ut dicam inf. de aliis limitationibus.

73 Secundo†limitatur hæc conclusio cõis non,pcedere qñ in illa simplici repudiatione appositũ fuit iuramẽtum,quia tunc uirtute iuramenti concludunt doct. q renuntiatio facta de iure de futuro reassumat uirtutẽ sine pacto,quia iuramentum facit ualere actum omni meliori modo quo potest.l.cum pater.§.filius matrem ff.de leg.2.& ita tenet Cum.& Alex. in l. is qui hæres. ff.de acq.hær.& in l.sed & si quis.§. quæsitum. ff. si quis cau.& seq.hic Ias.col.5.& Fel.in d.c.si cau.Aquẽ.col.3. Taur.col.10.quia obligatio acquiritur Deo,& Deus inducit acceptationem pro parte,ut nascatur pactũ, iux. no.in c.debitores.de iureiur.Sed Dec.repræhendit,qa iuramentum nõ alterat naturam contractus.l.fi. inf. de non nu.pe,& iuramentum non tollit tacitam conditionem subintellectam in donatione,per l.si unquam.inf. de reuo.dona.Oldr.conf.138.cum mulier.& conf.278. licet quantum. sed renuntiatio non trahitur ad ius de futuro,ergo nec per iuramentum potest trahi. Nec ob. d.§.filius matrem.quia procedit in iis quæ possunt alterari per cõsensum partis,& de quibus partes egerũt, & hoc uidetur sequi Cur.Cagno. uero tenet limitationẽ,qa non tollit fundamẽtum q Deus acceptet nomine partis,Sed dicendũ est ut sup.q oppugnatio & saluatio nõ sunt ad propositũ,quia rõ Dec.concludit in repudiatione,nõ in renuntiatione de qua agitur.Nec ẽt saluatio Cag.est bona,qa respicit coniecturas an uoluerit facere pactũ uel nõ,de qua uolũtate non disputat hic, sed solum de potestate an possit renũtiare uel nõ,& tũc cõtra limitationẽ facit,qa si p uerũ pactũ repudiatio non põt trahi ad futura,ergo nec ẽt p pactũ psumptum per iuramẽtũ.d.l.fi.inf.de nõ nu.pec.Preterea ob.cõclusio sæpius sup.firmata,quia qñ uerba respiciunt ipsam spẽ, ius de futuro põt remitti per simplicẽ renuntiationem, igitur tunc limitatio non est necessaria,quia si sine iuramento potest renuntiari iuri de futuro, tanto magis & cum iuramẽto,quod iuram.solum inducit fortificationem,uel aliquam præsumptinoem maiorem in fauorẽ partis respectu compræhensionis uoluntariæ, de qua infr.Vnde dicendum est ut statim dicam.

74 Tertio limitatur†dicta conclusio communis, qd iuri de futu-

de futuro renuntiari non potest per simplicem renuntiationem, non procedere quando renuntiatio fuit geminata, ut per gl. pe. in c. si cautio. de fid. instr. & ibi Abbas in fi. & Fely. col. 10. dicentes quod qui bis confitetur se recepisse pecuniam non potest opponere exceptionem non nu. pec. Sed Dec. repræhendit, quia ea facilitate qua mouetur ad primam mouetur ad secundam, ut per Bar. in l. si ex cautio. inf. de non num. pec. Item si repudiatio non potest fieri de iure de futuro in prima nec etiam poterit fieri in secunda militante eadem ratione, & hanc limitationē reprǣhendunt hic quasi omnes mod. Cur. Aquenſ. Taur. in 6. & Rip. in 6. & Cagn. nu. 75. sed tu dicas ut in pręcedentibus, quod oppugnatio Dec. concludit solum in repudiatione quæ nō pertinet ad istam l. non in renuntiatione, & in renuntiatione non est necessaria, ut statim dicam.

75 Quarto† limitatur prima conclusio non procedere in renuntiatione facta in iudicio. arg. l. 1. ff. de cur. bo. da. & l. in plurium. ff. de acquir. hær. & ibi Bar. & in l. is qui hæres. eo. tit. & hic. Sed Dec. dicit hanc limitationem non probari in dictis iurib. quia d. le. 1. loquitur de repudiatione facta per uerba de futuro, quo casu doctor. admittunt quod renuntiatio ualeat, & in specie hoc dicit Bar. in seq. membro, & d. l. in plurium loquitur in iure de præsenti, & sic non facit. Item illa iura non dicūt quod repudians sit exclusus existente postea conditione, sed solum dicunt quod creditores admittuntur pendente conditione. Item ratio dicti §. sub conditione, ꝙ ius non pertinet ad nos, militat siue renuntiatio sit facta in iudicio siue non, & sequuntur Taur. col. 10. & Ripa. col. 5. & uerum est, intelligendo de repudiatione. d. ll. in qua sola militat ratio. d. §. sub conditione. Sed Cagno. defendit limitationem, quia in iudicio adest præsentia iudicis acceptātis nomine absentis, & inducitur pactum de non petendo quod trahitur in futurum nisi uerba repugnent quæ sint præsentis temporis, ut dicit ipse tenuisse in 1. limit. & cum hac declaratione uidētur pertransire Are col. 2. Rim. 3. & Aquē. 4. & Dec. in c. at si clerici. ext. de iud. col. 12. Sed oppugnatio Dec. & saluatio Cag. non est ad propositum materiæ ut dixi in aliis limitationib. quia ratio Dec. concludit in repudiatione quæ non pertinet ad l. nostram loquētem de renuntiatione. Similiter saluatio Cag. non tollit contrarium ad repudiationem, quia repudiatio quæ sui natura non potest fieri de iure de futuro. d. §. sub conditione nec potest per præsentiam partis uel per acceptationē iudicis uariari, per no. in l. 2. ff. si cer. pe. & l. actus legitimi. ff. de reg. iur. Item in d. iurib. non fuit repudiatio quę non potest fieri per uerba de futuro nec per uerba de præsenti de iure non delato. per. l. 1. §. decretalis. ff. de suc. edic. & sic consideratio Dec. facta ad d. l. 1. de cura. bo. da. non est bona, & similiter saluatio Cag. nō ꝓcedit, per prædicta. Et etiam ex alio, quia respicit præsumptionē uoluntatis sumptam a natura uerborum an ille renuntians uelit facere pactum uel non, quæ quæstio non pertinet ad l. nostram in qua tractatur de potestate an quis possit renuntiare iuri de futuro uel nō sine pacto. Quare intelligentia alia debet trahi ad d. iura. & dici quod non loquuntur de repudiatione, sed loquuntur de renuntiatione, & contradicunt regulę principali positæ hic per Bar. quam communiter tenent doctor. quod iuri de futuro renuntiari non possit sine pacto. Nam totum contrarium uerum est, quod immo iuri de futuro renuntiari potest indistincte cum pacto & sine pacto, ut ego latius demonstraui sup. in præmissis, & super gl. magna nu. 52. & 53.

76 Reuertendo† igr̄ ad decisionē istius 4. casus in quo doct. ponūt regulā cū fallētiis, resoluēdo dicēdū est totū cōtrariū eius ꝙ tenēt ipsi, ꝙ regula est affirmatiua ꝗ probatur in l. nostra cū aliis cōc. sup. cumulat. ꝙ iuri de futuro ꝑ simplicē renūtiationem renūtiari pōt sine pacto, qa refertur ad spē & incertū de præsenti cōpetēs, quo renuntiās priuat. Quæ regula ampliatur procedere ét ꝙ sit ius de futuro ex causa de futuro, ut est hæreditas uiuētis, per tex. in l. fi. in §. pe. inf. eo. & c. quamuis de pact. in 6. & no. per doct. in l. pactū ꝙ dotali. inf. de colla. & dicam repræhendendo docto. in d. l. fi. in præmissis. & super q. ulti. Bar. item ampliatur procedere in iure de futuro & utilitatem præstandi casu, ut est iactus retis, fructus nasciturí, uel partus & similia iura de quibus in l. nec emptio. ff. de contra. emp. & l. interdum. ff. de uer. obl. Quarto ampliatur procedere in istis 4. casibus enumeratis per doct. in supradictis quattuor limitationib. quia non possunt esse limitationes, cum concordent cum regula, quæ, ut dixi, affirmatiue debet poni, & potius inducunt ampliationes siue confirmationes ad regulā, & unā specialē utilitatem possunt afferre, quia propter earum confirmationē renuntiatio quę dependebat a sola uoluntate transit in pactum ex prædictis coniecturis, ut non possit ex libera uoluntate renuntiantis reuocari. arg. no. per doct. de confessione in l. certum. §. si quis absente. ff. de conf. & per Dec. in leg. postquam liti. col. 2. in 4. limit. & per Bar. ibi col. fi. q. ante pe. & ibi latius dixi. inf. de pact. Quare si erit præsentia partis, & interueniāt quę dixi in rubr. qn̄ præsentia partis inducat consensum, uel si interuenit iuramētū, uel si sit facta in iudicio uel geminata fuerit in præsentia partis, trāsibit renuntiatio in pactū, & confirmabit ut non possit ex libera uoluntate renuntiantis reuocari. Similiter primæ qualitates poterunt prodesse ad inducendas aliquas coniecturas quod renuntians habuerit animum comprǣhendendi aliquando ius de futuro ex causa de futuro, quod regulariter non solet uenire in dispositione facta ꝑ cōem uerborum prolationē, ut inf. dicā, post Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de de uer. obl. in 6. q. uel etiam ad inducendam præsumptionem quod quis uoluit renuntiare in fauorem partis, ut renuntians non censeatur uelle amittere ius suū nisi alteri parti acquiratur. iux. no. in l. si me in uacuam. ff. de acq. poss. & dixi in 1. limitatione.

77 Quartū ē† principale mēbrū Bar. qn̄ ius nō competit nec re nec spe, ut est hęreditas consanguinei uiuētis, uel res aliena. quæ aliqn̄ pōt esse mea, in quo Bar. non dicit de renuntiatione, quia præsupponit renuntiationē fieri non posse, sed solum dicit de pacto, an possit de eo fieri, siue an ualeat, & cōcludit ꝙ nō ualet pactum si uerba non conueniunt, ut si uerba referunt ad præsens tēpus, cum nullum ius in ꝑ̄senti hēat. l. nec nos. inf. de capt. & l. 1. §. qđ ait. ff. quo. lega. Sed Rip. hic dicit hæc iura nō ꝓbare, & ego puto uerū, qa ut sup. dixi, tex. in le. nec nos. nō loquit̄ de faciēte pactum sup iure de futuro, sed de faciēte pactum sup iure ꝙ dicebat de ꝑ̄senti ad se spectare, & uere nō spectabat, & ibi renuntiatio nō impedit̄ quia erat ius de futuro sed quia tāquā dn̄s de præsenti, & tanquam ius esset præsens paciscebatur, & uere non erat suum, & sic error erat in dominio rei, & ꝑ consequens pactum non ualebat. l. procurator. ff. de acquir. rer. do. & l. si ego. ff. si cer. pe. Similiter nec. l. 1. §. ꝙ ait. probat, quia ibi nō erat renuntiatio interdicti, sed solum tractabatur de dando titulū habilē ad retinēdū rem legatam, & ibi dicit̄ ꝙ consensus hæredis ante aditam hæreditatem non præstat iustā cām retinendi, qa edictum loquebatur de hærede uere, & hæres non potest dici proprie hæres nisi post aditam hæreditatem. d. l. 3. ff. de hęr. inst. & l. si in diem. ff. de cōd. & demō. & ibi Bar. sed si uoluisset renuntiare interdicto quorū legat. potuisset renuntiare, sicut & ipsam totam hæreditatem poterat repudiare, ut statim dicam, & est ex mente Bar. quando uerba sunt concepta in futurum, Vel potest dici quod ibi non ualet renuntiatio, quia iura particularia hæreditatis non possunt pro parte renuntiari separādo ea ab hæreditate, sicut nec pro parte hæreditas repudiari potest. l. 1. & 2. ff. de hære. inst. & sic patet quod ista iura non probant conclusionem Bart.

78 Præterea non est uerum præsuppositum Bar. quod hæreditas uiuentis nõ competat nobis nec re nec spe, cum immo dicatur competere spe.l.fi.in princi.inf.eo. & licet non sit spes ita potens sicut est ius conditionale, tamen dicitur esse spes quę potest deduci in contractũ, ut probatur in c.quamuis.de pact.in 6.& in l.fi.§.pe.infra eo.& l.1.§.si parens.ff.siquis a par.fuer.ma. & satis dicitur esse de præsenti cum lex præsenti tempore uocet eos ad successionem certa conditione existente, & in casibus in quibus prohibetur pactio uel contractus de hæreditate futura, solum prohibetur quando inducitur tristis euentus uel aliquid contra bonos mores naturales,ut ego dixi post alios in l.fi. inf. eo. & maxime super q.fi.Bar.quamuis Bar.ibi sequantur communiter doct.& Alc.hic dicentes quod talis spes est quædam fantasia,sed ex ibi dictis apparet quod est ius considerabile in iure,& quod potest deduci in contractũ, & est uera spes,quæ differt secundum plus & minus, cum inter spes dentur certi gradus,quia aliqua est spes firma, alia firmior,alia firmissima,& aliqua debilis,debilior,& debilissima,ut per Bar.in l.& post emancipationem.ff. de lib,leg. sed tamen tales gradus nõ impediunt quin possint deduci in contractum æqualiter.per dicta in d.l.fi. in præmiss.& in q.fi.Similiter ꝙ dicit Bart.de pacto nõ procedit,quia qua ratione dicitur pactum impediri super iure de futuro ex causa de futuro quãdo uerba sunt præsentis temporis, eadem ratione impediri debet in iure conditionali, quia uerum est quod ad nos nõ spectat.d.l.si ita scriptum.§.1.ff.de leg.2.& l. si ita stipulatus fuerim.§.1.ff.de uerborum obl.& l. si ita scripsisset, ff.de leg.2.

79 Et ideo concludendum uidetur,quod nulla sit differentia inter ius conditionale fundatum in causa de presenti,uel ius de futuro ex causa de futuro quantum ad hoc quod ad nos non spectat,nec quantum ad modum concipiendi uerba,sed in utroque æqualiter ualebit pactum & non ualebit datis paribus terminis, Solum igitur erit fienda consideratio in coniecturando uoluntatem remittentis, an uoluerit remittens tollere ius ex causa de futuro,uel non uoluerit, & totum hoc quartũ membrum Bar.non bene positum fuit hic, nec bene adaptatur ad materiam.leg.nostræ in qua disputatur de potentia,an iuri de futuro possit renuntiari per pactũ uel per simplicem renuntiationem,& distinctio Bar. respicit uoluntatem, an uoluerit quis renuntiare iuri de futuro,quę uoluntas coniecturatur ex natura uerborũ Et conclusio est fienda,quod in omni iure de futuro potest fieri renuntiatio simplex & per pactum si concurrat uoluntas,& uerba sint conuenientia ad actum, uel per se,uel per coniecturas sumptas a subiecta materia. In dubio tamen uidetur remittentem non habere animum ad ius de futuro nisi sint uerba respicientia tẽpus futurum,ut per Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres. in 6. q.ff.de uerbo.obl. Facilius tamen præsumetur pactum compræhendere ius de futuro ex causa de presenti quã ius de futuro ex causa de futuro,cum primum sit ius cõditionale,& non contineat tristem euentum,aliud uero contineat tristem euentum,ut no.in l.fi.inf.eo. Et si contingat quod dispositio sit facta per uerbum, repudio,in dubio præsumetur repudiatio. le. non aliter.ff. de leg.3.& l.Labeo.in fi.ff.de sup.leg.& si erit uerbum (renuntio)præsumetur renuntiatio, & si erit uerbum, cõuenio,præsumetur pactum nudum,iux.no.in l.lecta in 4.notab.ff.si cer.pet.nisi aliter suaderet subiecta materia. Nam cum natura repudiationis sit respicere res ipsas & non spem,& contineretur quod quis repudiaret spem, uel repudiatio non ualeret nisi aliter constaret de mente,uel tunc intelligeretur de renuntiatione. argum.l.si insulam.ff.de præscri. uerb. cum hæreditas repudietur,& legatum,non autem spes,& si positum sit uerbum renuntio, super dispositione directa ad spem renuntiatio ualebit etiam quod sit facta per uerba præsentis temporis, & trahetur ad ius de futuro in consequentiam,per tex.nostrum,& si fiat per uerba futuri tẽporis respiciendo res ipsas uel ius, faciliter trahetur ad ius de futuro ex uoluntate præsumpta ex natura uerborum.Et summa est,quod respectu potestatis renuntiandi non sit differentia inter ius presens,uel futurum,uel ius quæsitum,& ius quærendum,sed in eis solum fit differentia respectu uoluntatis ex uerbis appositis in dispositione inducentibus uoluntatem remittendi ius futurum uel non,& si proferuntur uerba inepta propter quę dispositio reddatur inutilis,hoc non eueniet ex impotentia disponendi,sed uel ex defectu uoluntatis, uel ex mala conceptione uerborum,& cum hac declaratione debent intelligi omnia quæ posuit Bar.in l. & post emancipationem.ff.de lib.leg.& in l.qui Romę.§. duo fratres.in 6.q.princ.ff.de uer.obli.cum concor.

80 Secundo etiam concludit Bar. quod quando uerba porriguntur in futurum,quod ius de futuro ex causa de futuro renuntiari potest,& sequuntur communiter docto.& ego puto uerum,cum potestas disponendi super tali iure a lege sit cõcessa quando apparet de mente disponentis,& si quando sunt uerba præsentis temporis hoc contingit ut statim dixi,tanto magis eueniet quando uerba concipiuntur in futurũ quæ sunt magis apta.

81 Aduertendum tamen est,quod in dispositione tribus modis considerantur uerba,de futuro,uel de pſenti, nã possunt esse uerba dispositiua contractus, & ista temp debent esse uerba præsentis temporis ad hoc ut contractus inducatur de præsenti,nam siquis dicat renuntiabo hæreditati,uel repudiabo non erit renuntiatio nec repudiatio,sed promissio de renuntiando,& idem si diceretur promittã nõ petere,nõ erit pactum de non petẽdo,sed promissio de faciendo illud pactum,quia uerba futuri tẽporis non disponunt,ut dixi in l.1.& l. 5.§. stipulatio.ff.de uer.obl. declarãdo illã gl. quæ uult qd nullus cõtractus põt fieri p uerba de pſenti, sed debet fieri p uerba de futuro,qa illud dictũ nõ ꝓcedit in uerbis dispositiuis contractus quę nullo modo possunt esse futuri tpis, & de istis uerbis dispositiuis non loquitur Bar.hic nec doct.cum,ut dictum est,uariari nõpossunt.

Secundo modo uerba possunt concipi in præsenti uel futuro tempore circa ipsam rem quæ deducitur in dispositionem .i.circa ipsum ius seu hæreditatẽ,ut si dixerit,renuntio hæreditati meæ præsenti,uel hæreditati competiturę,& hoc casu procedit dist.Bar.quia si uerba sunt præsentis temporis,& dicatur hæreditati meæ præsenti repudio,non compræhendetur hæreditas futura,& si uerba sunt de futuro,dicendo hęreditati futuræ,& tunc trahetur ad hæreditatem futuram, & si contingeret quod ius esset de futuro,& uerba proferantur in præsenti,tunc dispositio non ualeret, quia esset alia res.l.si filius meus.& l.cõstante.inf.de don.& d. le.nec nos.inf.de capt.&satis põt procedere.d.l.1.§.qd ait.ff. quor.leg.Et hoc casu pactum uel renuntiatio nõ impeditur ex defectu potestatis sed ex defectu uolũtatis & cõceptionis uerborũ.arg.l.nõ omnis.ff.si cer.pe.& d.l. Labeo.in fi.ff de supel.leg.& hic per Cag.nu.77.

Tertio modo uerba possunt concipi in futurum uel in præsens tempus circa executionẽ,ut si dicatur, promitto ꝙ non peto,uel promitto ꝙ nõ petã, & in hoc casu procedit decisio gl.in d.l.5.§.stipulatio.ff.de uer.obli.& l.1.ff.de pact.ꝙ semper debent esse uerba futuri tẽporis,quia in omni contractu executio debet porrigi in futurũ,cũ alias cõuentio nõ esset necessaria,nã si nũc executioni mandarẽ cõtractũ quẽ facio, frustra cõtraherem.gl.in §.omnis.inst.de uer.obl.qui.n. de presenti soluit frustra promisit soluere.Nec ob.l.tale pactum. ff.eo.quia illa uerba,profiteor te nõ teneri,sunt uerba dispositiua,quia confitetur eum non esse debitorem, tamẽ postea cõtinẽt sub se uerba futuri tẽporis, qa habet uim pacti de nõ petendo.i.promitto non petere, & de istis uerbis executiuis nec etiã loquitur doctri. Bar. hic & doct.

& docto.cum, ut dixi, uariari non possit, sed solum procedit dictum doctorum quando uerba uariantur circa rem deductam in contractu, & siquidem clara sunt dicendum est ut supra.

82 Sed † quia aliquando uerba simpliciter proferuntur quæ possunt adaptari ad præsens & ad futurum, ut qa remittit omne ius quod habet in illa hæreditate, an intelligatur remissum ius conditionale, uel aliud futurũ ius & magis dubium est quod proprie determinat Bar. in l.qui Romæ.§.duo fratres.q.5.& 6.ff.de uer.obl. & ibi per omnes, quia ibi est locus suus. Sed pro nunc breuiter dicendum est quod in dubio non uidetur remissum ius conditionale nisi aliud suadeat coniectura uoluntatis uel subiecta materia, per tex.in l.si ita stipulatus fuerim.§.1.& l.a colono.ff.de uer.obl.& l.si ita scripsisset.ff.de leg.2.ubi dicitur quod debent exprimi uerba, omne ius præsens in diemue futurum, & idem si dicatur omne ius quod habet uel habere sperat, nam hoc casu ex natura uerborum ueniet ius conditionale, cum in eo iure sit spes approbata, Sed tamen secundum Bar. ibi non ueniet postea ius de futuro ex causa de futuro, & clarius in le.& post emancipationem.§.primo.ff.de liber.legat.& l.qui cum tutoribus.ff. de transactionib. & l.qui Romæ.§.duo fratres.in 6.q.quando uerba possunt uerificari in tali iure cõditionali, nam in dubio interpretantur contra promissorem qui latius potuit legem dicere.l.ueteribus.ff.de pact. & quia renuntiatio est stricti iuris, ut no.in l.postquam liti.ff.eo. Sed si uerba ex subiecta materia nõ possunt uerificari in iure cõditionali, tunc secundum Bar.in fi.d.6.q.dispos.trahetur ad aliud ius de futuro, quia alias dispositio efficeretur elusoria.l.quotiens idem sermo.ff.de reg.iur.& l. si quando.ff.de leg.1.cum conc.alleg.hic per Cag.nu.80. & 84.qui etiam subdit quod talis interpretatio fiet etiã si cum iuramento facta esset remissio & renuntiatio, qa semper uerba proprie intelliguntur & non trahuntur ad futurum nisi sit elusoria dispositio, uel nisi sint multũ prægnantia uerba, gl.& doct.in l.si de certa.ubi latius dicam.inf.de trans.& hic per Cag.nu.83.

83 Et † ex hoc infertur ad q. de scholari qui promisit nõ doctorari nisi in loco licentiæ, & iurauit, quia si de nouo examinabitur in alio collegio poterit ibi doctorari, quia promissio & iuramentum intelligitur, si uult doctorari ex causa illius examinis, non autem si uult doctorari ex nouo examine & ex noua causa, nisi forsan uerba sint multum prægnantia, promittendo ex nulla causa præsenti uel futura doctorari in alio collegio, per prædicta.

84 Secundo infertur, † quod siquis promisit non offendere aliquem sub pœna, intelligitur ex causa de præterito, non autẽ ex causa noua, nisi similiter sint uerba multum prægnantia, Item qui promisit de euictione, & qd super illa re amplius non mouebit controuersiam, intelligitur ex causa præsenti uel præterita, non autem si ex causa noua superueniat postea dominium uel ius in illa re, nisi sint uerba multum prægnantia, dixi post gl. & Bar.in l.si de certa.de trans.& per Cag.hic. Quarto si quis renuntiauit beneficio, & promisit non petere etiã cum iuramento, intelligitur ex collatione & iure præsenti, non ex noua collatione uel acquisitione noui iuris, ut hic per Alc.& Pap.& Cag.& per doc.in d.§. duo fratres.in 6.q.

85 Similiter † si filia dotata renũtiauit successioni paternæ, intelligitur de successione ab intestato, de qua agitur de præsenti, non de successione ex testamento quæ requirit nouam causam, nec de successione fratris etiã in bonis paternis, quia est noua causa de futuro, glo.& doc.in c.2.de renunt.& Fely.in c.si diligenti.col. ult. in 10.limi.de for.comp.& Rip.hic.& Curti. in cons.101. multa cumulans. Et idem etiam est in fratre qui renuntiauit omni iuri quod habet uel habere sperat in feudo paterno, quia intelligitur renuntiasse successioni paternæ in eo, ut per Are.in cons.fi.nu.7.& Iacob.in inuesti. feud.in uerbo & unus ex prędictis uasallis.& Cag.hic.

86 Verum † quia prædicta ex uarietate repræhẽsionum uidentur aliqualiter dissipata, ideo pro resolutione & breui omnium intelligentia in hac difficultate, an iuri de futuro possit renuntiari, distingue aliter, constituendo capita, quam faciat Bar.& doc. Aut enim quæritur de repudiatione, Aut quæritur de renuntiatione, Aut quæritur de pacto de non petendo, Aut quæritur de uoluntate coniecturanda circa res. Primo casu fienda est regula generalis, quod repudiatio solum potest fieri de iure plene delato, taliter quod posset acceptare si uellet, alias autem non l.qui potest.§.quod quis.ff. de reg.iur.& d.l.si ita scriptum.§.sub conditione.ff.de leg. 2.cum conc. De iure uero quæsito plene nec de iure de futuro fieri non potest.d.l.1.§.decretalis.ff.de suc.edi. & per glo.in l.ei qui ita.ff.de condi.inst.& hæc conclusio procedit siue fiat in præsentia partis, siue cum iuramento, uel in iudicio, uel non, quia quod repugnat naturæ actus non potest ualidari ex consensu partium.le. actus legitimi.ff.de reg.iur.l.2.ff.si cer.pe. Secundo uero casu, si quæritur de renuntiatione, & tunc fienda est regula generalis, quod renuntiatio ex sola uoluntate fieri potest de iure quæsito & quærendo, & de iure de futuro ex causa de præsenti, & iure de futuro ex causa de futuro, siue sit ius personale, siue reale, siue sit possessio, uel dominium, siue res corporalis, uel incorporalis. dummo uerba conueniant, & interueniat uoluntas disponentis.l.1.§.siquis ante.ff.quibus appel.non licet. & l.denique.§.quid tamen.ff.de minor. l.nihil.§.omnibus.ff.de lega.1.& l.quotiens infra de fideicommiss.& capitulo gratum.de officio delegati. cum concordantibus supra adductis. Et tanto magis quando transit in pactum, uel firmatur ex iudicio, uel cum iuramento, quia tunc fortificatur dispositio per prędicta. Fallit primo quando uerba non conueniunt.argum.l. Labeo.ff. de supel.legata. Fallit secundo quando fit ad utilitatem alterius, quia tunc requiritur consensus illius, & quod ei acquiratur per l.si me in uacuam.ff.de acquir. posse. cum materia.& hoc casu procedunt quasi omnia allegata per doct.hic.

Si uero quæritur de pacto de non petendo, & tunc similiter est fienda conclusio generalis, quod omne ius, tam præsens, quam futurum, siue ex causa de præsenti, siue ex causa de futuro, siue sit personale, siue reale, siue possessionis, potest per pactum remitti.l.si unus. §. pactus ne peteret.ff.de pactis.& §.1.insti.de repli.& l. & hæredi.§.filiusfamil.& l.si tibi.§.quædam.ff.de pactis. cum concordantibus. Et hoc casu non extinguitur proprie ius, sed inducitur obstaculum ad petendum si promissio sit de non agendo uel petendo, sed si fiat ad effectum extinguendi, tunc extinguitur etiam ius, cum distinctione supra tradita.& latius dixi ultra alios in d.§. pactus ne peteret.in præmissis.& in lect. Fallit primo quando inducitur tristis euentus.l.inter stipulantem.§. sacram.ff.de uerb.obl.& l.fi.inf.eo.& l. si quando.inf. de inoff.test.& l.ex eo.inf.de inut.stipu.cum conc. Secundo fallit quando uerba non conueniunt iuri de futuro, ut quia sunt uerba de præsenti.le. si ita scripsisset. ff.de leg.2.& l.si ita stipulatus fuerim.§.1.ff.de uerbor. obli. Tertio fallit quando quis paciscitur tamquam dominus præsens super iure de futuro l.nec nos.inf.de cap ti.& l.1.§.quod autem.ff.quorum legato. secundũ intellectum quem sup. tradidi.

Si uero sumus in dubio, an renuntiatio uel pactũ trahatur ad futurum ius, & sic appareat de uoluntate remittentis, & concurrat potestas renuntiandi, & tunc stãdum est conuentioni.l.continuus.§.cum ita. ff.de uerborum obligatio.& cap.estote.extra de regulis iur. Si uero non sunt coniecturæ demonstrantes certã mentẽ, & tunc si est repudiatio, quæ significatur per uerbum, repudio, nũquam trahetur ad futurũ ius.l.si ita scriptũ.

§.sub conditione.ff.de leg.2.cum concor. sed in renuntiatione si uerba significant ius præsens, illud solum remittitur. d.l.si ita scripsisset.ff.de leg.2.& l. si ita stipulatus fuerim.§.1.ff.de uer.obli. & idem per eandem rationem erit in pacto.l.si unus.§.ante omnia.ff.de pact. Si uero uerba significant etiam ius futurum,& si est uerbum, sperat, remissio intelligitur de iure futuro ex causa de præsenti,ut est ius conditionale,ut per Bar.in leg. qui Romæ.§.duo fratres.in 6.q.ff.de uer.obl.&l.& post emancipationem.§.1.ff.de lib.leg.& hic per Bar.& doct.in 4.membro,Sed si si est aliud uerbum quod habet significationem conuenientem iuri de futuro, & tunc si potest uerificari in iure habente causam de præsenti,ut in iure conditionali,in dubio de eo intelligetur tamquam in potentiori significatu, sed potest uerificari in eo,trahetur dispositio ad ius de futuro,ex causa de futuro,ut Dec.dicit in 3.articulo Bar. & est communis opinio in d.l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de uerb. oblg.in 6.q.Sed si sunt uerba prægnantia, & tunc renuntiatio trahitur ad omne ius futurum ex quacunque causa, ut dixi in d.l.si de certa.& ibi no.inf.de transactionib. nisi fit tristis euentus.argum.l.fi.infr.eodem.& l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de uerborum obligat. quæ omnia nota.

87 In ea.glo.†ibi,tertio.Glo.opponit de legibus prohibentibus pactum fieri super hæreditate uiuentis, & soluit quod hic non est pactum de hæreditate uiuentis,scilicet,ut Felynus non succedat testatori,uel ille Fronto, non succedat fratri,sed est pactum, quod si res debeatur ex causa fideicommissi fideicommissarius non petat eam,Bar.uero clarius soluit,dicens quod hic non fit pactum de hæreditate uiuentis,sed de hæreditate mortui,quia tractatur de successione testatoris mortui, cũ per fideicommissum succedatur testatori, non hæredi, l.Lucius.§.Dammæ.ff.de leg.2. & sicut si legatarius remitteret legatum non diceretur pactum de successione uiuentis,ita etiam quando remittit fideicommissum,& ideo secus est quando remittitur ius pupillaris substitutionis,quia tunc remissio non ualet, quia tractatur de successione pupilli uiuentis,ut per Bar.in l.qui Romę. §.duo fratres.ff.de uerb.obli.in 3.q.quem referunt hic Rip.col.pe.& Taur.col.5.& Alex.ibi col.pe.& Ias. & Mod.ibi q.7.Bar.& per Cag. hic nu.86.& de remissione pupillaris substitutionis. uide glo.in l.fi.in gl.fi.inf. eo.& ibi dicam.

88 In†ea.glo.ibi,quarto,colligitur quod pactum remissorium fideicommissi non dicitur esse contra legem neque communem neque testatoris, ex eo quia testator non prohibuit istam remissionem, sed cogitauit testator fauere Frontoni & suæ familiæ quatenus sibi placeret acceptare & retinere, sed si non placeret retinere noluit prohibere,cum tunc nõ esset plenum beneficiũ, & sicut non dicitur uenire contra uoluntatem testatoris alienando bona & dissipando, ita nec etiam alienãdo actionem sibi datam a testatore uel aliud ius sibi acquisitum, Sicut etiam legatarius non uenit contra legem communem remmittendo hæredi cautionem de soluendis legatis, nec si contrahentes remittant actionem redhibitoriam pro animali morboso.l.pacisci.ff. eo.& l.quæritur.§.si uenditor.ff.de ædil.edic.Sed dum glo.præsupponit quod si testator prohibuisset remissionem fideicommissi quod tunc non ualeret remissio tãquam contra legem.Bar.repræhendit,nam oportet cõsiderare ex qua causa fit prohibitio,nam si fauore testatoris,& tunc non posset uenire contra eius uoluntatẽ, sed si præceptum fuit factum fauore ipsorum honoratorum tantum,& tunc possunt uenire contra uoluntatem.l.nihil,§.omnibus.ff.de leg.1.& l.quotiens.inf.de fideicom.nisi esset facta prohibitio fauore honorati ,ꝑpter eius imbecillitatem & imprudentiam,ut no. in l. Titio centum.in princ.ff.de cond. & demonst.

89 Vnde†omnia compræhendendo clarius ita potest dici,Aut lex prohibet pactionem,& tunc pactio est contra legem.l.pacta.inf.eo.Aut non prohibet pactionẽ, sed disponit super aliquo,uel mandat aliquid fieri in fauorem alterius quam paciscentis,& tunc pactum similiter est contra legem.d.l.pacta.& ibi Alc.in uariis exẽplis.& per doct.in l.pe.inf.eo. Aut disponit uel mãdat aliquid fieri in fauorem paciscentis,& tunc pactum est contra legem si ille fauor respicit imbecillitatem paciscentis.toto ti.ff.de reb.eorum. Si uero lex concedit aliquod priuilegium alicui in eius fauorem tantum, & tunc non est contra legem regulariter pactum factum contra illud priuilegium,&ille potest renuntiare.l.pe. inf.eo.& l.pacisci.& l.pactum,ff.eod. quia lex uidetur concedere sub tacita conditione,si ei placuerit, ut dicetur late in l.pe.inf. eo. & hoc modo procedit hic glos. Et prædicta etiam seruantur in l.testamentaria. & solum in uno est differentia,quia si testator prohibet aliquid fieri, non semper ualet prohibitio, nam si præceptum est cum causa ualet,& pactum factum contra præceptum testatoris est cõtra legem, sed si præceptum est sine causa,non ualet, & pactum contra præceptum testatoris seruatur.l.filiusfam.§. Diui.cum materia.ff. de leg.1.In casu tamen quo prohibet testator cum causa, & est in fauorem multorum & ipsi omnes consentiant in contraueniendo,& possunt,quia uoluntas testatoris regulatur secundum eorum uoluntatem quibus solum cogitauit fauere.l.nihil.§.omnibus.ff.de lega.1. & per glo.& Bar.sed si omnes non consentiunt, actus non ualet.l.cum pater.§.libertis.ff.de leg.2.sed si est fauor honorati respiciens imbecillitatem animi, ei nõ potest renuntiari,nec contraueniri uolnntati.d.l.Titio centum. in princ.ff.de cond.& demonst.& de materia dicas ut per modernos & nouissimos in d.§.diui. ubi est locus suus.In ea,glo.ibi,quinto,colligitur quod defectus filiorum non fuit causa ut daretur sextans,sed fuit causa ut ipsi fratres deuenirent ad conuentionem, & causa finalis dandi sextãtem fuit remissio fideicommissi,quæ fuit sequuta,& semper durauit, licet spes non habuerit effectum,attento quod illud incertum tunc erat in rerum natura,& ualebat illud pretium,& potuisset Fronto illud uendere alteri,& non consideraretur euentus, ut probatur in d.l.nec emptio.ff.de contr. emp.

90 In ea.†glo.ibi,nonne hic est transactio,colligitur ꝙ hæc conuentio non est transactio, quia dubium quod deberetur fideicommissum non erat ex causa litis sed pendebat ab euentu conditionis, & tunc est transactio quando partes inuicem negãt iura alterius, & propter illam negationem est lis inter partes & controuersia.l. 1.ff.de trans.sed ex pactio hic alia siue contractus innominatus,& sequuntur communiter docto. tamen dicit Bar.quod si hæc conuentio fuisset transactio, non male posita fuisset in hoc tit. quia hic titulus est generalis ad omnes contractus,Quod ego puto uerum per. le.cũ proponas.infra eodem.ubi tractatur de transactione, & tamen ponitur in hoc titulo,quum alias possit dici, quod licet iste titulus sit generalis,tamen quia specialis titulus de transactionibus sequitur in quo tractatur de ualiditate transactionis & eius effectu, & uidetur materiam transactionis remotam fuisse a genere, quia species derogat generi.Regula generi de reg.iur. in 6. & l.doli clausula.ff.de uerborum oblig. & propter hoc infra in tit. de transactionibus facta est lex separata de hac materia.

Vnde tenenda est solutio glo.quod hic non fuit trãsactio,sed alia pactio correspectiua. pro qua solutione sex allegantur hic,quia in dubio.le.intelligitur ut congruat titulo.l.imperatores.ff.de in diem adiectio. Secundo, quia hic non fuerat lis nec uerisimiliter dubitabatur de lite, cum de fideicommisso per confessionem utriusq; partis constabat,ergo non erat transactio.l. 1. ff.de trans.Tertio,quia leges aliæ positæ in hoc tit. loquunt de pacto,non de trãsactione,ergo & ista.arg.l. si

seruus

seruus plurium. ff. de leg. 1. Quarto, quia de transactione est factus specialis titulus. Quinto, quia hæc conuentio appellatur quasi transactio in leg. qui Romæ. §. fi. & §. duo fratres. ff. de uerborum oblig. ergo non est uere transactio propter dictionem, quasi, l. ossa. ff. de religi. & sump. fun. Sexto, quia hæc lex, appellat pactum & cõuentionem, & non transactionem, Contrariam opinionem dicit Cag. hic tenuisse Bar. Cur. & Dec. Rip. col. pe. Sed nullus ex istis eam tenuit si bene inspiciantur eorũ uerba, & Bar. solum dicit quod etiam quod esset transactio potuisset hic poni, nec gl. in l. 1. ff. eo. hoc firmat, & sic est ipse solus qui tenet contrarium. Et pro hac sua opinione adducit, quia lex de fideicommisso loquitur de eadem materia, & tamen appellat transactionem, Sed faciliter retorquetur in contrarium, cum si hic fuisset eadem materia fuisset ibi posita, & ibi præsupponitur quod erat lis de fideicommisso, uel super hæreditate, & postea in transactione litis remissum fuit fideicõmissum, ex quo textus ibi dicit de transactione. Secundo adducit, quia tex. dicit conuentione finitum incertũ quod uerbum conuenit etiam transactioni. Sed hoc nihil est, quia licet etiam per transactionem finiatur discordia partium, tamen hic uerbum, finitum, intelligitur secundum casum propositum, scilicet de conuentione sine lite, cum de ea sit facta mentio, & sic fit de substantia transactionis, uel in iudicio uel extra iudicium. l. 1. ff. eo. & dicam inf. in rub. de trãs. hic autem clarũ est ꝙ fideicommissum erat confessatum per Fely. & nulla erat dubietas de uiribus eiusdem, & solum hic fuit dubitatio de uiribus pacti seu conuentionis factæ propter defectum conditionis, & uere ista fundamenta sua non sunt talia quod faciant articulum disputabilem ut ipse asserit. Minus potest dici quod hæc conuentio sit conuentio annormala, quasi non plene conueniat transactioni neq; pacto, quia pactio est gratuita. l. j. ff. de trãsac. ut ipse dicebat. Quia immo ista conuentio est ordinaria & secundum regulas iuris, cum sit contractus innominatus do ut remittas, uel remitto ut des, ut expresse dicunt doct. & glo. hic, ut patet ad sensum. Nec ob. l. 2. ff. eo. quia illa lex loquitur de pactione simplici, quæ continet promissionem ab una parte tantum, quia illa est gratuita, & sic loquitur de pacto in specie quod proprie appellatur pactum nudum, sed hic fuit pactũ correspectiuum quod etiam proprie dicitur pactum, ut dixi sup. in rub. de pact. & inf. de trans. & quamuis illa lex loquatur de pacto gratuito, non tamen negat quin sit pactio non gratuita, quæ non sit transactio, ut in toto tit. ff. de præscr. uer.

91 In ea. glo. ibi, †remissio per acceptilationem uel stipulationem, communis intellectus est quod hic fuit remissio simplex per pactionem sine stipulatione & acceptilatione, quia hoc non dicit lex ista ut hic per Barto. Sed quia hic in tex. dicitur de repetitione, apparet qđ hic sextans erat datus, unde quærit glo. quid si nõ fuisset datus sextans, an Fronto iste remisso fideicommisso

92 possit agere ad sextantem. †Et dubium facit, quia iste est contractus innominatus, & in contractu innominato siquis non adimplet pro parte sua non potest agere l. ex placito, infra de rerum permut. & non sufficit incipere, sed oportet plene & perfecte adimplere. l. dedi. ff. de condictio. ob causam. ubi qui promittit dare Stichũ non dicitur adimplere tradendo nisi transferat dominium, & tenetur condictione ob causam perinde ac si nihil dedisset, & idem notatur in lege naturalis. §. primo. digest. de præscriptis uerbis. Item quando quis tenetur ad factum negatiuum nunquam potest adimplere nisi per mortem. §. si siquis ita. insti. de uerborum oblig. nam si sub conditione negatiua aliquid promittatur non adimpletur conditio nisi per mortem, qa nõ sequitur, hodie non facit, ergo non adimpleuit factum negatiuum, cum die crastina uel etiam post decem annos possit contrauenire, ut notatur per glosam in lege ita stipulatus. ff. de uerborum obligationibus. & est gl. in lege hoc genus. in glos. finali. ff. de conditionibus & demonstrationibus. Barto. in d. l. ita stipulatus. colum. antepenultim. uer. 4. principaliter. nu. 52. & glo. in l. & si post tres. in glo. fin. & ibi Barto. & Bald. ff. siquis caut. Et propterea in ultimis uoluntatibus fuit dispositum, quod legatarius cui relinquitur legatum sub conditione negatiua quæ de iure non potest adimpleri nisi per mortem quod præstando cautionem de non faciendo fingatur adimpleuisse. l. mutianæ. ff. de conditionib. & demonstr. Sed in proposito remittens fideicommissũ uirtualiter dicitur promittere factum negatiuum, scilicet non petere illud, quod factum negatiuum non petẽdi non potest adimpleri, nisi per mortẽ, quia licet nunc non petat, tamen non constat quod in futurum non petat, cum nihil impediat eum de facto petere, ut est tex. in l. eleganter. §. cum quis. ff. de cond. indeb. circa medium. & l. siue apud acta. infr. de transactio. ubi ille qui remisit actionem siue promisit non petere non consequtur actionem præscriptis uerbis ad petendum ea quæ transactione sibi fuerunt promissa, quia tenetur ad factum negatiuum quod naturaliter non potest impleri, sicut etiam negatiua per rerum naturam non potest directo probari. l. actor. inf. de iureiur. & c. quoniam contra. extra de prob. & ideo transigens ibi reuertitur ad primam actionem, & si excipitur de transactione replicat de dolo quod non adimpleuit, & propter istas rationes glos. hic concludit quod Fronto regulariter nõ posset petere sextantem, quia promittendo non petere, & per tempus aliquod non petendo, non dicitur adimpleuisse pro parte sua, quia in futurum posset esse quod peteret, sed solum remaneret sibi uia quod existente conditione fideicommissi peteret ipsum fideicommissum, & si exciperetur de remissione fideicommissi & pacto de non petendo replicaretur de dolo, quia ipse non obseruasset. d. l. siue apud acta. inf. de transactio. Sed si defecisset conditio fideicommissi, nulla actio sibi competeret, ut hic etiam declarat Alex. ex mente glo. Quod est maximi effectus ut executio istius conuentionis dependeat a uolũtate eius cui renuntiatur propter naturam facti negatiui, & ideo pro subsidio fuit introductũ quod interponatur stipulatio ex parte remittentis quę semper producit actionem cum sit contractus nominatus. l. cum proponas. 2. inf. eo. & d. l. siue apud acta, & l. cum proponas. inf. de transactio. & statim dicam. Nec obstat iste textus, quia dicit glo. quod hic erat datus sextans, uel secundo dicit ipsa, hic erat facta remissio per acceptilationem, quo casu est actus affirmatiuus, quia qui remittit per acceptilationem dicitur dare. l. si mulier. ff. de condic. ob causam. ubi mulier condicit pecuniam quam remiserat per acceptilationem perinde ac si actu dedisset.

93 Ex ista glo. ita †declarata colligitur quod qui remittit per acceptilationem dicitur dare & adimplere, qđ uerum dicit Dec. hic quando remisit ipsam spem & illud incertum, sed si remisisset ipsum fideicõmissum non diceretur adimpleuisse nisi existente conditione. arg. l. quotiens. §. si id quod. ff. de nouat. & l. si in diem. ff. de accep. & est uera conclusio, & ego sup. declaraui, & propterea textus hic facit uim super incerto fideicommissi, non super fideicommisso, innuens a contrario sensu, quod si conuentio facta fuisset super fideicommisso quod deficiente conditione Felynus potuisset repetere sextantem, quod est notabile. Sed dum gl. præsupponit quod hic fuit acceptilatio, ego non puto uerum, quia textus non dicit nec est uerum quod quis non possit uere adimplere sine acceptilatione, cum remittendo per uerba affirmatiua quis dicatur adimplere, ut statim dicam.

94 Itẽ nõ †uideť uerũ ꝙ dixit gl. ꝙ qs p remissionẽ cũ acceptilatione dicať adimplere, qa Bar. in l. siue apud acta. col. 2. uer. oppono ad istud. dicit ꝙ remittẽs p acceptilatio-

lationem non dicitur adimplere, quia acceptilatio non facit quin de facto possit petere & molestare, ut est tex. clarus in l. ubi pactū. & ibi dixi. inf. de transac. Et ideo Bar. ibi dixit quod distingui debet an remissio fiat per uerba affirmatiua, ut remitto actionem, uel libero te, & tunc dicatur adimpleuisse. l. pro fundo. inf. de transact. an uero dictum sit negatiue, promitto non petere, uel non agere, quia tunc non dicitur adimplere etiā sequuta acceptilatione, quia de facto semper potest petere. d. l. ubi pactum. inf. de transact. & uidentur sequi cōmuniter doctores ibi. * Sed ego ibi reprobaui opinionē Bar. & tenui glo. hic, quod immo dicatur adimplere, nā per acceptilationem quis estinguit actionē. l. ut responsum. inf. de transactio. ergo clare constat quod de iure in eternum non pōt agere, quia sine actione nemo experitur. l. si pupilli. §. uideamus. ff. de neg. gest. Nec cōsideratur quod de facto possit agere, quia qui ꝓmittit non agere promittit non petere de iure. non autem de facto. l. stipulatio ista. §. si qui. ff. de uer. oblig. l. 1. §. hęc uerba. ff. ꝗ quisque iur. cum concor. quæ ibi adduxi. unde cum sequuta acceptilatione non possit de iure amplius petere, & per iudicem possit repeli ex officio suo. l. 1. ff. de offi. asses. cum glo. & ibi Aquens. & notatur in d. l. ubi pactum. sequitur quod dicitur adimpleuisse uere hoc factum negatiuum non petendi. Si tamen quis in remissione promisisset non petere de iure nec de facto, tunc sequuta acceptilatione non est adimpletū factum negatiuum in totum, quia acceptilatio tollit potestatem petendi de iure, non autem potestatem petēdi de facto, & ita dixi ibi posse saluari opinionem Bar.

95 Secundo † ex ista glo. colligitur, quod qui remittit fideicommissum non dicitur pro parte sua adimplere, & hoc uidentur sequi doctores hic, dum uolunt quod per exceptionem, non ipso iure sit extinctum fideicommissum. Sed Barto. hic præsupponit contrarium, & clarius in d. l. siue apud acta. colum. 2. dum dicit quod consideranda sunt uerba, an sint affirmatiua uel negatiua, & si uerba sunt affirmatiua, dicitur adimplere secus si sunt negatiua. Sed ego puto consideranda esse uerba ut sentit Bar. in dic. l. siue apud acta. sed clarius quam ipse faciat. Nam si uerba continent promissionem facti negatiui. & tunc non dicitur extinguere actionem, sed solum inducere obstaculum exceptionis, ideo non dicitur adimplere nisi sequuta acceptilatione, ut supra dixi. Si uero uerba continent promissionem facti affirmatiui, ut quia dicit, libero te, uel remitto actionem, uel renuntio actioni, uel liti, & tunc, aut sunt actiones quę pacto nudo tolluntur, ut sunt actiones ex delicto, & actiones nascentes ex contractibus qui consensu cōtrahuntur, & tunc ipso iure tollitur actio in totum, & dicitur in totum adimpleuisse. l. si tibi. §. quædam. & l. si unus. §. pactus. in secundo & tertio responso. ff. de pact. Si uero sunt actiones quæ alio modo nascuntur, & tūc aut dixit, renuntio liti & causæ, & tunc actio remanet licet extinguatur processus, ut dicam ultra alios. in l. postquam liti. infra eodem. repræhendendo Dec. col. 1. & dixi in dic. l. siue apud acta. Si uero dixi renuntio actioni uel remitto actionem, & tunc an tollatur ipso iure, dependet ab illa quæstione quam supra examinaui, utrum actiones possint tolli per renuntiationē, & quia ibi conclusi quod sola renūtiatione possunt tolli actiones, & omnia iura, ideo etiam hoc casu dicendū est quod ille remittens priuabitur actione, & adimplebit in totum pro parte sua, faciunt etiam ea quæ supra dixi in secundo notabili per istum textum. & leg. cum proponas, ibi, cessat fideicommissi persecutio. infra de transactio.

96 Et ideo † fac regulam, quod quando quis tenetur ad factum negatiuum facta oblatione non dicitur adimplere ut possit consequi actionem ex cōtractu innominato. Fallit primo quando ultra promissionem interuenit acceptilatio secundum declarationem quam supra posui. Secundo fallit quando interuenit stipulatio, quia tunc ex stipulationem etiam quod teneatur ad factum negatiuum agere potest. l. cum proponas. inf. eo. & l. cum precibus. inf. de rer. perm. & l. cum proponas. l. siue apud. inf. de transac. & hic per doc. Subdit tamen hic Alex. notabiliter, quem seq. Dec. col. fi. & alii mod. quod licet competat actio ex stipulatione super facto negatiuo, tamen exercitium actionis non potest habere, nisi præstet cautionem quę solet interponi super cōtractibus modalibus de adimplendo modum, de qua in l. insulam. §. quidam. ff. locati. quæ fideiussio differt a cautione mutiana, ut per Bartolum in d. l. mutianæ. ff. de cond. & demonst. & d. l. siue apud acta. col. 2. uers. ad idem oppono. Et rationem differentiæ ponit Bald. in d. l. cum proponas. quia quando nata est actio sufficit illa cautio ad eam conseruandam & coadiuuandam, Sed quando non est nata actio, tunc cautio non est habilis ad faciendum quod actio nascatur, quæ requirit uerum adimplementum. d. l. dedi. ff. de cond. ob. cau. & non sufficit oblatio, ut per gl. in uers. facias. in l. iurisgētium. ff. de pac.

97 In ea. gl. ibi, an cautio mutiana, colligitur quod cautio mutiana non habet locum in contractibus, & in hoc * ista glo. est famosa & communiter approbata. Glo. tamen in d. l. siue apud acta. quam etiam ibi Bar. notat, tenet contrarium, & illam glo. seq. hic Dec. & Salic. in ulti. col. & Taur. & Soc. in d. l. mutianæ. quia non potest assignari ratio diuersitatis inter contractus & ultimas uoluntates, unde dispositio eadem debet esse. l. seruum

98 filii. §. eum qui chirographū. ff. de leg. 1. † Nam ratio cōmuniter assignatur per doct. quia fauorabiliores sunt ultimæ uoluntates. l. in testamentis. ff. de reg. iur. quæ ratio non concludit secundum eos, quia illa solum militat in institutione per quam conseruatur testamentū, & est caput testamenti. §. ante hæredis institutionem. inst. de leg. Sed non militat in legatis, quæ non sunt fauorabilia, cum in eis fiat stricta interpretatio, l. numis. ff. de leg. 3. & l. idem Iulianus. §. scio. ff. de legat. 1. ergo non a contractibus ut not. in d. l. in testamentis. ff. de regul. iur. & l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de uerborum obli. & facit tex. in l. si quis stipulatus. in fin. ff. ex quibus causis maior. Nec obstat dictus. §. si quis ita. quia respondetur secundum eos quod ille textus non negat quin illa stipulatio per cautionem possit effici pura, sed solū ponit simplicem naturam illius stipulationis ut hic latius * per eos. Sed ab istis faciliter defendi potest communis opinio, quæ probatur efficaciter in d. §. si quis ita. dum uult illam stipulationem æquiparari stipulationi, cum moriar, quod non esset uerum si posset adimpleri per cautionem, & in ultimis uoluntatibus nō traditur hęc æquiparatio, quia habet locum cautio in conditione negatiua, per d. l. mutianæ. Secundo facit, quia natura facti negatiui est quod non possit impleri nisi quando quis naturaliter desiit posse facere, ut per glo. in l. & si post tres. in glo. fi. & ibi Bar. & doctor. ff. si quis cautio. & l. ita stipulatus. & ibi Bar. col. pe. uer. quarto principaliter. ff. de uerborum oblig. quem ibi sequuntur omnes. ergo non habet locum cautio, quia non esset uerū quod esset necesse expectare quod desiisset posse facere uel dare, sicut nec in legatis. d. l. mutianæ. & l. insulam. §. fi. ff. loc. facit gl. in l. hoc genus. ff. de cond. & demon.

99 Nec obstat † quod possit fieri extensio, quia respōdetur negando, cum non militet eadem ratio, ex eo quod fauorabiliores sunt ultimę uoluntates. l. uel negare. ff. quemadmodum testam. apper. & no. in multis exemplis in dic. l. in testamentis. quæ exempla non habent locum in contract. ut ibi glos. dicit. Nec obstat lex numis. digest. de legatis tertio. & lex idem Iulianus. §. scio. ff. de leg. prim. quia loquuntur quando uoluntas est dubia, quæ ita interpretatur per legem, Sed qñ uoluntas est clara, & constat quantum relictum fuit a testatore, & tūc fauorabilius mittitur executioni quā contra-

contractus, & fauorabilius nascuntur actiones, & transfertur dominium, ut not. in l. 1. ff. de leg. 1. & l. 1. inf. communia de leg. & per glo. in d. l. in testamẽtis. Et fauorabilius proceditur circa conditionem, cum in contractibus conditio impossibilis annullet. l. non solum. ff. de actio. & obliga. & in ultimis uoluntatibus reijcitur. §. impossibilis. inst. de hæred. instituend. facit. §. fi. inst. de leg. & conditio de facto potest impleri. l. mulier. §. penul. ff. de condit. instit. eodem modo fauorabilius debet posse impleri. Nec obstat lex seruum filiis. §. eum qui. quia ibi arg. fit de contractibus ab ultimas uoluntates affirmatiue, & illud procedit ut quod concessum sit contractibus extendatur ad legata, sed hic fit argumentum a testamentis ad contractus, ut illud quod est concessum in testamentis concedatur in contractibus, & hoc prohibetur regulariter, ut patet ex nota. in l. 1. inf. communia de leg. & l. 1. ff. de leg. 1. & d. l. in testamentis. in multis exemplis glo. facit textus cum gloss. inst. de lege fuscia canina tollenda. Non obst. lex siquis stipulatus. ff. ex qui. ca. maior. quia non exprimit quod in uita exigantur, nec ibi de hoc erat dubium, præterea ibi dicebatur, si non erit Romæ quinquennio, quod dictum negatiuum restrictum ad tempus adimpletur uere lapso quinquennio, & sic ibi non fuit negatiua simplex, sed coharctata tẽpore quinquennii, & ante quinquennium non potuisset per cautionem adimplere, sed lapso quinquennio naturaliter dicitur adimpleuisse. Sed quæstio nostra est quando negatiua esset simplex quæ non potest impleri nisi per mortem, unde si in trãsactione quis promisisset non petere per quinquenniũ, lapso quinquẽnio si non potuisset, perfecte adimpleuisset, sicut per mortem. Non obstat lex mulier. §. 1. ff. de condi. insti. quia retorquetur, & procedit in ultimis uoluntatibus, secus autem esset incõtractibus, quia in eis oportet legem apertius dicere, & sibi imputetur. arg. l. ueteribus. ff. de pactis.

Ex quibus remanet conclusio, quod promittens nõ petere non potest adimplere per cautionẽ mutianam, quia illa non habet locum in contractibus, quidquid dicat glo. in d. l. siue apud acta. quam ibi etiam reprobat
100 communiter docto. † Sed nec etiam ei succurritur per cautionem de modo implendo in casu nostro & materia transactionis, quia. d. l. si insulam. §. fin. ff. loc. habet locum in contractibus bonæfidei nominatis qui produ cunt ex se actio. secus in contra. nominatis tam bonæfidei quam stricti iuris, & etiam in contractibus stricti iuris nominatis, ut per Bar. in d. l. siue apud. de quo dic ut ibi dixi, & licet uelit habere locum in contract. transactionis, tamen ego ibi reprobaui, quia non habet locum in contractibus innominatis, & quia non est uerũ præsuppositum suum quod transactio efficiatur bonæfidei si interponitur super contractu bonæfidei, ut ibi latius dixi, & in rubrica inf. de transact. post Alci. Item ibi erat factum affirmatiuum, ut dicebat Fulgosius. Et hæc sufficiant ad istam legem.

Ioannes Bolognetus Iurisconsultus Bononiensis. Neapoli de mane legens.

Summaria super l. Postquam Liti. C. de pactis.

1 *RENVNTIATIO quid sit & in quo differat ab alijs conuentionibus.*
2 *Renuntiatio in specie prout differt a repudiatione pertinet ad materiam istius legis.*
3 *In iuribus nobis competentibus dantur certi ordines ad ea disponenda.*
4 *Iudicium quid sit, & quæ sint eius partes.*
5 *Lis quid sit, & quare ita appelletur, & in quo distinguatur ab alijs partibus iudicij.*
6 *Causa est duplex, primordialis siue particularis, & Accidentalis siue communis, primordialis consistit in dominio & contractu.*
7 *Causa communis est illa quæ insurgit ex conflictu iurium & allegationum partium.*
8 *Causa communis pertinet ad materiam istius legis.*
9 *Causa potentialis in habitu quæ sit & quando pertineat ad istã legem.*
10 *Instantia quid sit, & in quo differat ab alijs interuenientibus in iudicio.*
11 *Processus quid sit.*
12 *Acta quid sint.*
13 *Renuntiatio super prædictis facta quatenus extendatur.*
14 *Subiectum istius legis est quid importet renuntiatio litis.*
15 *Præsuppositum Bar. falsum refertur in ratione decidendi quod turbauit hanc materiam.*
16 *Casus figuratio enucleans materiam.*
17 *Hæc lex habet locum in renuntiatione partis litis.*
18 *Clerici litigantes uel feudatarij an possint renuntiare sine consensu episcopi uel domini.*
19 *Renuntiatio litis non trahitur ad dominium & actionem.*
20 *Renuntiatio an ualeat parte absente & non acceptante.*
21 *Causa an sit ante litis contestationem.*
22 *Renuntiatio litis an inducat exceptionem litis finitæ & quando.*
23 *Renuntians liti an uideatur confiteri habere malam causam.*
24 *Renuntiatione litis facta an sit ferenda sententia.*
25 *Renuntians liti an debeat puniri tamquam desistens a lite.*
26 *Renuntiare instantiæ an quis possit sine causa.*
27 *Ratio decidendi discutitur quare renuntiatio litis trahatur ad causam.*
28 *Litis nomen an comprehendat causam & actionem.*
29 *Intellectus ad l. litis nomen. ff. de uerb. signific.*
30 *Intellectus Decij ad istam legem reijcitur.*
31 *Ratio noua assignatur pro intellectu legis.*
32 *Lapsu instantiæ non finitur causa.*
33 *Renuntiatio litis per quæ uerba fiat.*
34 *Verba nolo amplius uenire ad iudicium, an importent renuntiationem litis & causæ.*
35 *Renuntiatio litis quo tempore fieri possit ut præiudicet.*
36 *Renuntiatio litis an ualeat parte contradicente.*
37 *Renuntiatio facta parte præsente & acceptante præiudicat utriquæ, quatenus uerba demonstrant.*
38 *Liti præsenti uel futuræ quomodo & per quam conuentionem renuntiari possit, discutitur.*
39 *Liti futuræ renuntiari potest per simplicem renuntiationem, cõtra doctores, & cuius effectus sit.*
40 *Renuntiatio litis simplex non trahitur ad litẽ futurã nisi aliud appareat.*
41 *Renuntiatio litis facta incohato processu quatenus præiudicet.*
42 *Renuntiatio litis facta post litis cõtestationem regulariter præiudicat in totum.*
43 *Præsentia iudicis an sit necessaria in renũtiatione absente parte, nouiter distinguitur.*
44 *Renuntiatio facta ab actore quos effectus producat.*
45 *Renuntiatio facta a reo quos effectus producat.*
46 *Renuntiatio facta a minore an ualeat.*
47 *Remedium extraordinarium an facilius tollatur quam ordinarium.*
48 *Minor renuntians liti an de nouo possit eam instaurare.*

Repe-

Repetitio legis Postquam Liti, C. de Pactis.

HAEC lex est subtilis, & satis difficilis, & difficultas pro maiori parte causatur ab uno præsupposito falso quod fecit Bar. in expositione glo. extra mentem suam & terminos eã declarando, per quam expositionem omnes inciderunt in confusionem, tamen distinguendo terminos ut debet, satis efficietur clara.

1 Ad euidentiam † præmittendi sunt quinque termini separati, de quibus dictum fuit in rubrica, scilicet, conuentio, pactum, contractus, policitatio, & renuntiatio. Renuntiatio differt a conuentione, pacto, & cõtractu, quia dependet a uoluntate unius, & illi a uoluntate duorum. l. 1. ff. de pact. & differt a policitatione, quia illa est solius offerentis promissio. l. pactum. ff. de polici. & hæc est unius amittere uolentis de re aliqua reiectio, ut policitatio alteri concedat, & renuntiatio se ipsum priuet, Et si fiat animo solum se priuandi, renũtiatio simplex dicitur, si uero fiat animo alteri acquirẽdi, tunc requirit consensum illius cui aquiri debet, & transit in pactum uel contractum correspectiuum. l. si me in uacuam. ff. de acquir. posse. Vbicunque autem est simplex renuntiatio, potest quandocumque reuocari antequam alter ius appræhendat, & idem quando fit animo alteri acquirendi & non acquiritur. d. l. si me in uacuam. & l. certum. §. siquis absente. ff. de confessis. de quibus omnibus late dixi in l. 1. sup. eodem. in præmissis. & super glo. magna.

2 Rursus † hæc renuntiatio diuiditur, aut fit de re ipsa sibi delata aut de iure in re uel ad rem, si fit de re ipsa delata dicitur repudiatio, & appellatur alio nomine non acquisitio, & tunc ualet quando ius perfecte est delatum ut fit in eius facultate acceptare & acquirere, alias autem si non est in eius facultate non ualet repudiatio, uel si est res quęsita. l. 1. §. decretalis. ff. de success. edicto & l. delata. ff. de uerb. signif. & l. si ita scriptum. §. sub conditione. ff. de leg. 2. & l. qui autem. §. 1. de iis quæ in fraud. credito. Si uero fiat de iure reali uel personali ad rem, tunc dicitur renuntiatio in specie, & hæc proprie dicitur priuatio, & potest fieri de iure quæsito. l. 1. & per totum. ff. pro derel. & de iure quærendo. l. 1. ff. de cur. bonis dando. & de omni alio iure. l. 1. supra eod. & l. 3. §. siquis ante. ff. quib. appel. non est necesse. & l. nihil. §. omnibus. ff. de leg. 1. cum concord. adductis latissime ultra alios in l. 1. sup. eo. & in præmissis, quæ hic repetas si placet. Et de ista renuntiatione in specie, prout fit de iure reali & personali ad effectum se priuandi, & prout differt a repudiatione, tractatur in l. nostra, determinando quatenus extendatur talis renuntiatio, Et hæc infra in materia huius legis sunt sępius repetenda, quia gloss. hic & doctores perseuerant in errore posito sup. in l. 1. confundendo renuntiationẽ & repudiationem.

3 Secundo † proprius ad textum præmittendum est, quod in iuribus nobis competentibus dantur aliqui gradus & certus ordo ad ea disponenda, Nam primo quis habet dominium in re si legitime fuit quæsita, uel actionem, uel persecutionem, quæ est ius ad rẽ quando ex iusta causa & rite fuit promissa, quæ actio nascitur ex obligatione uel ex dominio quando res nostra possidetur ab alio, iuxta notata in §. 1. inst. de action. & inst. de oblig. in princi. Quæ actio uel persecutio postea deducitur ad exercitiũ qñ in iudiciũ uocatur aduersarius, & legitime editur. iuxta l. edita. sup. de edendo. & §. fin. inst. de pœna temere litigantium.

4 Iudicium † uero est unum uniuersum, siue quodam agregatum continens actorem, reum, iudicem, iurisdictionem, forum, & rem deductam in iuditio, & partiũ iura, & allegationes, & alia necessaria ad faciendũ aliquam discussionem de negotio inter partes. c. forus. de uerb. signif. Et habet tres partes principales, præparatoria usque ad litis contestationem, discussoria usque ad conclusionem in causa, & decisoria usque ad finẽ, ut p gl. in auth. in medio litis. §. fi. in uer. prohemiis. & incipit a partis citatione, & diffinitur hoc modo, iuditium est actus legitimus trium personarum, actoris, iudicis, & rei, ad ueritatem inuestigandam, causam discutiendam, & iustitiam administrandam ordinatus, ut dixi ultra alios in rubr. & l. 2. sup. de edendo. & in rub. ext. de iudic.

5 Inter † alia tamen quæ maxime apparent in iudicio sunt duo homines inter se contendentes uel plures, & ista contentio appellatur lis, dicta ex eo quia non est contentio inordinata & confusa, Sed contentio limitata & ordinata habens certos limites & ordinem a iure c. forus. §. lis de uer. sign. secundum unam expositionẽ, Habet enim hæc contentio limites respectu rei & respectu causæ & actionis quæ exprimi debent certa demonstratione, ut not. in l. edita. sup. de edendo. & l. 1. ff. de edendo & l. in rem. ff. de rei uendic. Item habet limites respectu temporis, quia infra certum tempus finiri debet. l. properandum. int. de iud. Item debet per certos limitatos & legitimos tramites expediri, non autẽ telis, pugnis, lignis, & uulneribus. l. æquissimum. ff. de usufr. & l. meminerint. infr. unde ui. & l. extat. ff. quod metus causa. alias diceretur rixa. l. antepenu. §. turbam. ui bon. rapto. & iniuria. arg. l. quod reipublicæ. ff. de in iur. & si fieret cum armis esset duellum. i. duorum bellum. c. 2. ext. de purgat. uulg. Et hæc lis solum cadit inter partes, & non participat in sui essentia cum iudice, quia fit coram iudice & differt a iudicio, quia iudicium est illud uniuersum & agregatum, Et dicitur propter hoc fieri in iudicio. §. si minus. inst. de action. & continet solum illam contentionẽ, & incipit a citatione partis. Et postea per partes contestatur. i. per utrãque partem limitatur & certificatur & affirmatur quando respondet reus formiter libello, nam tunc apparet super quo & in quo fienda est contentio, Et hac ratione & propter hanc qualitatem assumptam eo tempore dicitur in multis iuribus incipere. l. 1. infr. de litis contest. & de plus petit. nere tamen nõ incipit, sed assumit qualitatem nouam. arg. textus in §. omnis inst. de noxa. actio. ubi qualitas noxalis superueniens uel definens facit dici actionem nasci, quæ uere nata erat, sicut etiam iudicium dicitur similiter a citatione ceptum l. ubi ceptum. ff. de iud. & postea acceptum quando lis contestatur. i. accipitur per partem & legitimatur. l. si quo tẽpore. ff. de petit. hæredit. Et hæc lis similiter differt ab actione & exceptione, quia actio est mediũ quo actor contendit, & exceptio quo reus se defendit. §. 1. inst. de except. & de replic. & not. in rubri. C. qui admitti. super glo. Nec obst. lex litis nomen. ff. de uerbo. signific. quia ille textus non intelligitur ut per Alc. Curt. & ut multi credunt quod dicat litem esse actionem, sed dicit quod lis non tantum potest esse quando intentatur actio personalis, sed etiam quando intẽtatur actio realis, Cæterũ lis ista siue contentio demonstratur per actionis seu persecutionis & exceptionis agitationem, quæ agitatio appellatur negotium, Nam negotium in iudicio est actionis agitatio. d. c. forus. §. negotiũ. ibi, actionem causæ negotium esse.

6 Similiter † lis siue contentio differt a causa, Nam causa est duplex, una primordialis & particularis, alia accidentalis & communis, Causa primordialis in actore est dominium in actione reali, uel contractus siue obligatio rei in actione personali, uel delictum in causis criminalibus, nam totum fundamentum intentionis actoris est in eis & ab eis causatur quod actor uenit ad iudicium, In reo uero causa primordialis similiter est

est dominium, si præsupponit se dominum, uel contractus, uel titulus, siue ius ortum ex contractu uel titulo, nam propter hoc fundamentum prætendit se defendere in iudicio, ut inst. de excep. in princip. & §. 1. de replic. Et hoc modo consideratur causa in libello, de qua causa dubitabat Pileus an esset idem quod actio, ut per glo. inst. de action. in prin. & l. edita. supra de edendo. & l. 1. ff. de edendo.

7 Causa† accidentalis est illa quæ insurgit ex agregato causæ primordialis actoris & rei deducta ad conflictũ. Nam si interrogabitur actor quare petit, respondebit quia est dominus, uel quia res promissa est & sibi debetur, & si interrogabitur reus quare comparet in iudicio, & uult contendere, respondebit quia illa res sibi legata fuit, uel ante actionem sibi uendita uel donata fuit, uel quid simile, & actor ad hoc replicabit negando exceptionem & fundamentum rei, & similiter reus negabit in totum uel in partem intentionẽ actoris, uel quod dolus uel metus interuenit ex parte actoris, in tantum quod ex hoc cõflictu apparet quid est illud in quo partes conueniunt, & quid est illud in quo partes discordant. Illud igitur in quo partes discordant quod demonstratur ex conflictu causarum primordialium partium appellatur causa accidentalis, quæ potest hoc respectu appellari causa, quia causat contentionem partium, nã dominium uel promissio simpliciter non retinet partes in contentione, sed illud solum in quo discordant, & quod insurgit ex conflictu iurium partium, & apud rhetores appellatur constitutio, ut in rhetor. ad Herenium in c. constitutio. Quæ causa est discutienda & decidenda & appellatur causa litis, quia causat eam ut dixi, & retinet partes in contentione, & differt, a lite necessario, ut etiam dixi, quia causat eam, uel quia lis fit super causis. l. properandum. inf. de iudic. & per glo. in l. 1. ff. sol. matrimonio. Et propriori nomine potest appellari causa communis, quia communis est inter partes, Et nascitur de consensu partium ex litis contestatione, quia tunc apparenter demonstratur quando conueniunt partes per quasi contract. iuxt. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. super quo fiat contentio & discussio & determinatio ex intentione & responsione per eas ad iudicem porrecta. Et differt a primordiali, quia illa est particularis partium, & fuit antequam iudicium inciperet, hæc per litis contestationem incipit tam super causa principali quam in exceptionibus & incidentibus. Et hoc modo capitur in c. forus. de uerb. signifi. in uers. causa. Nam ibi causa dicitur a casu, quia casu nascitur ex conflictu uel concursu allegationum partiũ. Et est materia & origo negotii iudicialis, quod faciunt partes contendendo & agitando actionem & exceptionem suam, Et ideo non sine ministerio subditur postea ibidem, quod constat ex argumento aut probatione, nam uarietas probationum & argumentorum hinc inde factorum causam istã conuentionis uariant nutriũt & conseruãt usque ad decisionem, Et alio nomine magis uulgari potest dici punctus difficultatis.

8 †Et de hac causa proprie tractatur in hac lege, quando dicitur ꝙ quis renuntiauit liti & causæ, ut inf. dicam. Alio & tertio modo, capitur causa quando illud insurgens ex conflictu iurium & allegationum partium de quo statim dixi consideratur solum in habitu & potentia. i. antequam fit deducta ad actum, sed in mente considerata.

9 †Nam antequam aduersarium actor uocet in iudicium in mente agitat quid aduersarius respõdebit, & cognoscit in quo erit causa contentionis quando litigabitur, & hoc tempore appellatur causa in habitu & potentia. Et ita capitur quando pars petit a superiore suo causã committi iudici delegato, nam superior cõmittit illam causam quæ nunc est in habitu & potentia, postea per conflictum allegationum & iurium deducetur coram iudice ad actum. Et de causa hoc tertio modo sumpta loquitur totus titulus. ff. & codice & in decretalibus de rescriptis, & de officio delegati, Et differt a causa secundo modo sumpta, sicut potentia ab actu, & habitus ab ipsa re, Et cum hac diuisione possunt concordari opiniones glo. & doctorum in l. causas. infr. de transactio. quæ aliquo modo possunt saluari, licet nesciuerint exprimere mentem suam nec bene distinguere eas.

10 Instantia † uero dicitur esse tempus assignatũ partibus ad contendendum & litem & causam finiendam. l. properandum. inf. de iudic. & sicut terminus ad probãdum differt a testibus & probationibus factis in iudicio & ab ipsa lite & causa, Ita etiam instantia, cum illa sit terminus assignatus a lege ad totam contentionem agitandam & finiendam. Et instantia ista etiam differt a iudicio, quia continetur in eo, ut per Abba. in rubric. de iud. ubi dixi. Item differt a lite & a causa, quia ut dixi, est terminus ad eam. Et propterea hæc instantia potest finiri remanente lite & causa quando lata est sentẽtia, & causa appellationis introducta, uel quando fertur sententia absolutoria ab obseruatione iudicii. Aliquando finitur cum lite & causa in actu quando labitur instantia. l. lite mortua. ff. iudicatum solui. & l. properandum. §. finali. infr. de iudi. sed durat tunc causa in habitu & potentia, cum de nouo lis & causa possit restaurari ut ibi notatur. Aliquando lis & causa & Instãtia finitur, ut quando renuntiatur liti & causæ & instãtiæ, uel fit transactio secundum modum quem statim infra demõstrabo. Et per hoc patet quod male dixit hic Alex. qui uolebat quod instantia esset exercitatio iudicii, quia exercitatio est negotium ut sup. dixi. & instantia est terminus quo actio exercetur & negotium expediri debet.

11 Processus† uero dicitur esse scriptura continens iura partium & modum exercitationis partium & discussionis iudicis & omnia acta iudiciaria. c. quoniã & ibi notatur. extra de probat.

12 †Acta sunt gesta per partes corã iudice exercente iurisdictionem, ut dixi ultra alios in l. 2. sup. de edendo.

Patet igitur ex omnibus prædictis octo esset terminos in materia nostra distinctos in essentia sæpius repetendos. Causa scilicet primordialis partium quæ cõsistit ex dominio uel contractu uel iure reali uel personali partium. Actio uel persecutio uel accusatio & exceptio quæ nascuntur ex eis & sunt media per quæ partes deueniunt ad iudicium agitandum. Tertio est iudicium quod est quodam uniuersale consistens ex actore, reo, iudice, actione, foro, iurisdictione, & omnibus necessariis ad discutiendum, unde actio uel causa conuenit iudicio, quia in eo omnia prædicta continentur. Quarto est lis & contentio partium quæ prouenit a diuersitate iurium. Quinto est causa accidentalis siue communis quæ nascitur ex conflictu iurium & allegationũ partium, & conseruat contentionem & litem inter partes. Sexto est instantia. i. terminus assignatus partibus ad contendendum. Septimo sunt acta quæ ordinate & solemniter fiunt in iudicio iudice exercente iurisdictionem. Octauo est processus. i. illa scriptura continens per ordinem omnia gesta per partes & iudicem cum suis temporibus & locis, iuxta. c. quoniam cõtra. de prob. Et hæc uera de proprietate sermonis, ex usu tamen aliquando unum ponitur pro alio, nam iudicium capitur aliquando pro toto uniuerso, ut dixi, aliquando capitur pro qualibet minima parte iudicii, ut patet ex not. per glo. in c. in iudiciis. de reg. iur. in 6. & per Abba. ut dixi, in rub. de iud. Et is aliquando ponitur pro causa, aliquando pro instantia, ut per glo. in c. 1. §. 1. de procur. in 6. in uer. litis. & l. properãdum. §. fin. inf. de iud. in glo. nihilominus. & quia lis aliquando trahit ad se causam & instantiam, ut in l. nostra. ideo aliquando litis nomine continetur causa & instantia, ut per glo. in c. 1. de proc. in 6. & per Cur. Antiquum hic. Similiter lis aliquando appellatur iudicium, ut per glo. in d. c. in iudiciis. de reg. iur. in 6.

Cum

13 Cum igitur †illa octo in substantia & essentia dicantur esse diuersa, sequitur quod actor ista potest uniuersaliter renūtiare, & particulariter, & sigillatim, & tria, uel, quatuor, uel duo ad suum libitum, quia actus agentium non operatur ultra intentionem agentium. l. non omnis. ff. si cer. per. l. si unus. §. ante omnia, ff. de pactis. Nisi unum ueniat in cōsequentiam alterius, uel sit quodam necessarium antecedens. arg. l. illud. ff. ad l. aquil. & l. ad rem mobilem. ff. de procur. Vnde sequitur, quod si litigantes renuntiauerunt dominio & iuri suo reali uel contractui de re deducta in iudicio, in consequentiam necessariam uidentur omnibus aliis septem sequētibus renuntiasse, cum illa sint causa primordialis omnium quæ sequuntur, actionis, iudicii, litis, causæ, instantiæ, & processus, igitur sublata causa omnes effectus tolluntur. c. cum cessante. de appellat. Et idem etiam erit quādo renuntiatur actioni, quia excepto dominio omnia quæ sequuntur tolluntur. l. ut respōsum. inf. de transac. & erit sublatum iuditium, lis, & causa, & instantia, Similiter si contingat quod renuntietur instantiæ tantum, tunc sola instantia peribit, & lis & causa remanebit saltem in genere, cum possit esse eadem contentio in alio tempore. l. & post edictum. ff. de iudic. & per Bart. in l. edita in materia mutationis. supra de edendo. & infra dicemus.

14 Sed †dubitatio est, quid si aliquis renuntiauit liti tantum, an uideatur renuntiatum causæ & instantiæ, uel si renuntiatum est causæ, an uideatur renuntiatum liti & instantiæ etiam. Et hæc est propria quæstio pertinens ad l. nostram, & quæ determinatur per eam. Quare subiectum legis nostræ est determinare in genere quatenus extendatur renuntiatio facta a litigantibus, & quid importet renuntiatio facta de lite simpliciter uel de lite & causa.

15 †Bar. tamen hic posuit unum uerbū in principio quod turbauit & fatigauit omnes doctores, & ipse in suis dictis redditur confusus & difficilis, quia præsupposuit quod renuntiando instantiæ quis uideatur renuntiasse liti & causæ, quia secundum eum iure isto non poterat unus renuntiare instantiæ nisi renuntiaret liti & causæ, cum non poterat deserere instantiam nisi finiret totam litem. Et ideo dicebat rationem decidendi esse in hac lege, quia renuntiatio causæ est necessarium antecedens ad renuntiationem litis & instantię inferens quod renuntiando liti renuntiat in necessariū antecedens etiam causæ, & renuntiando instantiæ renuntiat in necessarium antecedens etiam liti & causæ, & hoc modo soluebat contrariū. d. l. si unus. §. ante omnia. ff. de pactis. Et cum hac sua ratione prosequitur declarando glo. & exponendo eam quæ non habuit hanc mentem, ut faciat et glosam & comentum suum nō posse intelligi & continere absurdum, Sed istud præsuppositum Bart. est falsum, & repræhenditur communiter per Alex. & alios, & male defenditur per aliquos, quia nihil impedit quod siquis uult non possit renuntiare instātiæ tantum, liti tantum, & causæ tantum, per l. non omnis. ff. si cer. pet. nec unum est necessarium antecedēs ad aliud, ut inf. dicam post alios. Et uera ratio decidendi est illa quam inf. dicam.

Iis sic generaliter & magistraliter præmissis, deuenio ad legem, Quæ diuiditur in duas partes, in prima ponit thema. in 2. illationem ex themate. 2. est ibi, causam. Summatur hoc modo, per renuntiationem litis finitur causa & instātia, & nō potest amplius instaurari.

16 †Casus ita breuiter fingi potest, petebat aliquis rei uendicatione rem unā tanquam suam, ut fundum uirtute successionis ex testamento uel ab intestato uel alia causa, Reus excipiebat quod ille fundus fuerat sibi uenditus uel legatus a primo authore, Replicabat actor negando illam uenditionem uel legatum, uel dicendo falsum testamentum, & ita per istas altercationes introductum & inceptum fuit iudicium, & lis nata propter conuentionem partium, & introductum negotium propter agitationem actionis, ac causa communis cepit apparere ex conflictu allegationum, cum facto concursu partium apparuit quod tota quæstio & uis contentionis erat an testamentum esset falsum, uel contractus falsus, & hæc erat causa communis quæ retinebat eos in contentione & lite, cum hoc solum, quod actor allegaret successionem suam, non faciebat discordiam, sed quia reus dicebat sibi prius concessam per alium titulum, & actor replicabat quod illa instrumenta erāt falsa, & sic uis contentionis consistebat in ueritate replicationis, an illa instrumēta essent falsa, cum in reliquis concordabant partes, & sic hæc erat causa communis, His peractis, cum actor diffideret forsan de uictoria, renuntiauit liti, dicendo renuntio liti de hoc fundo in præsentia iudicis absente parte, postea pœnitentia ductus, confidens forsan melius probare, de nouo cepit instaurare litem. Opponebatur quod amplius non poterat instaurare, quia per renuntiationem litis erat extincta causa & instantia, Replicabat actor negando, quia solum erat renuntiatum liti, & remanebat causa & instantia super qua nouam litem poterat instituere, Fuit quæsitum quid iuris, Et dubitationem faciebat in fauorem actoris quod non esset finita causa & instantia per renuntiationem litis, quia uerba renuntiationis erant solum de lite, & nullum uerbum factum erat de causa & instantia, ergo ad ea non debebat trahi, tū quia renuntiatio est stricti iuris. l. ueteribus. ff. de pactis. tum quia pactum factum super una re non trahitur ad aliam rem. l. si unus. §. ante omnia. ff. de pact. Secundo faciebat, quia lite mortua per cursum tēporis quis non prohibetur litigare. l. lite mortua. & ibi Barto. ff. iud. solui. dum quærit an acta probatoria pereant, ergo eodem modo quando finitur per renuntiationem debet posse restaurari litem, & tanto magis appellatio litis compræhendit instantiam, ut per glo. in ca. 1. §. 1. de proc. in 6. ergo soli instantiæ non autem causæ per illa uerba uidetur renuntiatum, & per consequens de nouo non debet prohiberi litigare. Tertio confirmabatur, quia causa dicitur esse ante litem, & separata a lite, ergo per renuntiationem litis non debet extingui causa, sicut uidemus quod per sententiam latam non tollitur actio uel dominium, sed solum inducitur exceptio. l. exceptio. ff. de except. rei iud. & §. item si in iudicio. inst. de except. ergo non tollitur causa, quia dominium est causa & contractus, ut not. in l. edita. sup. de edendo. & inst. de actio. in princ. & l. 1. ff. de edēdo. Quarto facit, quia hæc renuntiatio facta fuit absente parte, ergo non præiudicat. arg. l. certum. §. siquis absente. ff. de confessis.

Iis tamen non obstantibus contrarium determinatur hic, quod immo per renuntiationem litis etiam finita sit causa & instantia, & quod amplius lis restaurari non possit. Et ratio decidendi est secundum Bar. hic in principio, quia quis non potest de iure liti renuntiare sine alio, cum post litis contestationem non potest actor desistere a lite, sed tenetur perseuerare usque ad finem, unde extinguendo instantiam uel litem per renuntiationem extinguit etiam causam, tanquam sit necessarium antecedēs per l. illud. ff. de acquir. hæred. Sed quia ratio est falsa, cum assumptū sit falsum quod quis non possit renuntiare instantiæ & liti sine causa, quia actus agentium &c. l. non omnis. ff. si cer. pet. ut dicit hic Alex. & alii sequuntur super glo. 1. Qui tamen nec etiam assignauit bonam rationem decidēdi, ut infra dicam. Ideo ratio decidendi fuit, quia causa quæ agitatur descendit ex conflicturationum partium, & est connexa liti, cum ipsa causa communis sit nutrimentum litis, ut sup. dixi in præmissis. Et illa causa quia habebat dubitationem magnam propter conflictum rationum, & actor dubitabat de euentu litis ex multis defensionibus aduersarii, uel execrabatur eam, cogitādo quod tantas defensiones oportebat facere, & tot te-

stes

stes examinare, & labores sustinere. Induxit actorem ad renuntiandum liti, Et sic patet quod prima mens actoris renuntiantis fuit renũtiare causæ quæ erat fundamentum contentionis, quia diffidebat de ea, uel execrabatur eam propter labores & expẽsas, quamuis uerba sint directa ad litem, & sine ratione renuntiaret liti, nisi dubitaret de iustitia causæ uel cogitaret de expensis & laboribus, & per consequens tam liti quam causæ ex coniecturata mente fuit renuntiatum, quia propter quod unum quodque & illud magis. auth. multo magis, sup. de sac. san. eccle. & eadem ratione & ipsa instantia est finita, quæ est terminus datus ad ipsam litẽ & causam. argu. l. cum principalis. de reg. iur. & regula accessorium. de reg. iur. in 6.

Non obstant contraria, & primo quod in uerbis nõ est facta mentio de causa, quia per hoc non tollitur quin ex mente ei non sit renuntiatum. cum primum motiuũ inducendi deliberationem renuntiandi fuit super causa quæ ex conflictu rationum inducitur, & ex probationibus & instrumentis aduersarii demonstratur iniusta, unde propter diffidentiam de causa mouetur ad renuntiandum liti quæ dependet a causa & ei deseruit cum instantia iudicii, & si renuntiatur liti propter causam, ergo tanto magis renuntiatur causæ, auth. multo magis. sup. de sacros. eccles. & mens æquiparatur uerbis. l. nominis & rei. §. uerbum. ff. de uerbo. signifi. §. fin. inst. de legit. patron. tutela. & in dispositionibus stricti iuris l. cum quid. ff. si certum peta. Et si de nouo postea induceretur lis, de nouo etiam eadem causa eueniret, & eadem dubitatio, sicut quando illa causa est finita per sententiam non potest amplius lis instaurari propter exceptionem rei iudicatæ. Et ista renuntiatio inducit exceptionem litis finitæ sicut sententia ut infr. dicam. Non obstat quod lis mortua potest instaurari de nouo. l. lite mortua. ff. iud. sol. quia ille text. loquitur quando lis mortua est per cursum temporis, in quo mens renuntiantis non extenditur ad causam, hic uero lis extincta fuit ex uoluntate partis propter diffidentiam uel dubitationem, & ex mente uidetur multo magis renuntiasse causæ. Non obst. quod lis compræhendat instantiã tantum, quia illud est, quia illa instantia uenit in consequentiam, non tamen de proprietate sermonis, sed non negatur quin ex mente causa uideatur compræhẽsa. Non obst. quod prima causa est dominium, quia illud est uerum, nec de ea cogitauit renuntians, sed non infertur quod non habeat mentem renuntiandi illam causam communem in qua cadit diffidentia & propter quam renuntiatur liti. arg. d. auth. multo magis. Non obst. quod causa est sine lite, quia allegata in contrariũ loquuntur de causa potentiali, & in habitu, quæ est ante litem, sed nos loquimur de causa communi in actu quæ semper nascitur post litis contestationem, ut dixi in præmis. Non ob. quod non interuenit præsentia partis, quia licet non sit præsentia partis, tamen interuenit præsentia iudicis acceptantis nomine partis tanquam persona publica, arg. l. 3. ff. iud. solui. & infra per Bart. q. antepe.

17 Notandum † est primo ex isto text. quod per renuntiationem litis finitur etiam causa communis & instantia, & hæc conclusio procedit etiam in parte litis, si de parte litis facta est renuntiatio, quia & in iudiciis habet locum regula. l. quæ de tota. ff. de reiuend. per l. quidam extimauerunt. ff. si cer. pet. & uoluit Bar. in l. edita. in materia mutationis. sup. de edendo. uers. quando que uolo. & ibi Dec. nu. 41. uers. 2. Bart. facit quod uoluit idem Bar. in l. 2. inf. de non num. pecu. secus autem in iudice qui non potest pro parte iudicare & pro parte non, ut not. in l. fi. ff. de iur. omni. iudic. uel procedit tunc quando militat eadem ratio, ut per Abba. in c. pastoralis. §. item cum in totum in fi. de offi. deleg. & dixi in d. l. fi. de iur. om. iud. Secundo ampliatur procedere etiam quod renuntiatio transeat in contractum innominatum, quod contingit in transactione, nã sicut transactio non potest per pœnitentiam reuocari. l. fratris. inf. de trans. ita nec ista renuntiatio hoc modo facta, quia semper militat ratio minuendarum litium.

18 Limitatur † tamen ista conclusio non procedere in iis qui non possunt ex propria uoluntate renuntiare, sed requiritur consensus alterius, & ideo clericus litigans in beneficialibus non poterit renuntiare liti sine licentia episcopi, per c. admonet & c. quod in dubiis, de renuntia. & feudatarius litigans non poterit renuntiare liti sine consensu domini, ut dixit Bald. in auth. in successione. infra de suis & legit. in final. uerbis. & facit text. in l. legatus. ff. de offic. præsid. cum glo. Vnde dicebat Alexan. hic quod renuntiatio solum ualebit respectu instantiæ, sed non respectu litis & causæ. Dec. uero tenet contrarium, quod immo etiam iis casibus ualebit renuntiatio respectu litis & causæ, quia respectu causæ renuntiatio est tacita, & tacita renuntiatio ualet quæ sequitur ex facto certo, ut probatur in c. dilecti. de foro compet. & ibi Abbas in 3. notab. cõiuncto. c. significasti. eo. titulo. & uoluit etiam glo. in c. ex ore. in glo. renuntiasse. circa medium. de iis quæ fiunt a maiori parte cap. Alcia. tamen pro opin. Alexan. allegat, quia sæpe fierent fraudes, & quis fingeret sibi lites, & postea eis renuntiaret. arg. c. si ciuitas. de senten. excõ. Et pro ista opinione facit tex. in cap. per tuas. ext. de simon. in fine. & c. cum pridem. de pactis. ubi solum infringitur propter uitium simoniæ, & nõ propter aliud sed quando non est illud uitium, transactio ualet. ca. de cætero, c. super eo. cum not. per glo. ext. de transact. Facit etiam, quia præscriptio tollit ius alterius. c. de quarta. de præscrip. & per totum. Et ideo dicẽdum uidetur quod c. admonet. de renunt. procedit quando fit renuntiatio sine causa ab eo qui habet ius acquisitum perfecte & ius certum, sed ubicunque fit renuntiatio ab eo qui non habet ius certum, & renuntiat solum liti & causæ, non autem iuri & actioni, tunc indistincte ualet renuntiatio, quia non dicitur perfecte habere si pacifice non teneat, ut probatur in c. de multa. extr. de præb. ubi per adeptionem secundi beneficii non uacat primum si secundum pacifice non possidet, sed in eo habet litem uel controuersiam, nec præsumitur fraus in dubio quia nemo præsumitur iactare suum nisi detegatur collusio. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probat. & eadem dicenda sunt in feudo. Nec obst. decis. 306. alias 301. in dec. nouis in titulo de renuntiatione, ubi dicitur quod ab istis renuntiatur instantiæ, non iuri. Quia illa decisio procedit secundum illam opinionem quod per renuntiationem tollatur actio & ius seu causa primordialis, sed sup. conclusi quod per renuntiationem non tollitur actio nec ius actionis, ergo non obstat, sed considerando effectum concordat, Et hoc etiam sentit Alex. hic, quia præsupponitur quod causa sit tantum ius partis, & quod ius partis extinguatur per renũtiationem litis, sed uere per renuntiationem extinguitur tantum causa communis quæ est accidentalis & nascitur ex conflictu allegationum partiũ, & lis quæ causatur ab ea & nutritur, & instantia quæ ei deseruit, sed actio & primordialis causa remanet, Et ideo non uidetur esse necessarium quod interueniat consensus domini ad extinguendum litem & causam quæ dependebat a uoluntate sua, cum si non uoluisset agere non potuisset cogi. arg. l. 1. inf. ut nemo inuit. Facit quod uoluit glo. in c. 1. ext. de concessio. præbendæ. & Abbas in c. nisi essent. ext. de præb. col. 2. uers. item quæritur. ubi acquiescendo sententiæ priuat se iure suo. facit. l. ab eo. inf. quomodo & quando iudex. Nec obst. c. dudum. in fi. il 2. de electione. ubi renuntiatio facta fuit admissa per partem, & sic uidetur necessaria admissio, quia ibi cessit liti, & iuri beneficii, & dominio, & actioni, ut ibi sentiunt doct. Et ideo infertur, quod minor sine decreto poterit renuntiare liti, & ualebit renuntiatio, & solum

ſolum per reſtitutionem in integrum poterit inſtaurari lis.l.in cauſæ.§.fin.ff.de minor.& ibi Bal. quia per talem reſtitutionem non tollitur actio & dominium, ut ſtatim dicam.

19 Secundo† limitatur non procedere reſpectu iuris & dominii, nam talis renuntiatio non porrigitur ad dominium, ut per glo.in l.penul.inf.de uſuc.pro empt. & uoluit Bart.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poſſeſ.col.2.uerſ.pro declaratione.& allegat. l.ſi pro fundo.inf.de tranſ. ſicut etiam per ſententiam non tollitur dominium.l.exceptio.ff.de except. rei iud. Et idem dixit Bal.in d.auth.in ſucceſſione.in fi.inf.de ſuis & legit.& allegat.l.ſiquis ui.§.differentia.ff.de acquir. poſſeſ.Dec. tamen hic tenet contrarium, quia in hoc caſu res de qua litigatur eſt penes reum, unde per renũtiationem actoris ex ſola uoluntate poteſt trãſferri dominium, arg. l.qua ratione.§.interdum.ff.de acqui.rer. domi.& §.interdum.inſt. de rerum diuiſ. Nec obſtat lex ſi pro fundo. quia ibi non fuit renuntiatio litis & cauſæ, ſed ſolum dictũ fuit quod a lite diſcederet, Sed hoc fundamentum Decii non tollit difficultatem, quia quæſtio noſtra non eſt an potuerit transferri dominiũ ſine traditione, ſed ſolum quæritur de uoluntate, an uoluerit transferre dominium; Nec reſponſio tradita ad legem ſi pro fundo. facit, quia eſt uiolatio ad literam, cum natura tranſactionis ſit inducere finem liti, & appellatur exceptio litis finitæ.ca.1. de litis conteſt.in 6. & propterea uidetur dicendum quod per renuntiationem ibi finita fuit lis & cauſa, ſed non dominium tranſfertur, facit lex cauſas.inf.de tranſ.cum concor. Confirmatur etiam prædicta opinio ponderando illum text. in fine, dum dicit quod actor renuntians non tenetur de euictione, & tamen reus dans pro tranſactione tenetur de euictione, ergo ex parte rei tranſigentes agunt quod transferatur dominium, & ex parte actoris non agunt quod transferatur dominium, quia ſi ageretur teneretur de euictione non transferendo. l.ex empto.ff. de actio.emp.Et hoc eſt quod uoluit dicere glo.in d. l. pen.quod tranſactio non eſt titulus habilis ad transferendum dominium & inducendum præſcriptionem.

Vnde Alcia.hic quamuis non reſpondeat iſtis, tenet opinionem communem, quod non uideatur renuntiare dominio uel actioni, quia renuntians in dubio uidetur moueri ad renuntiandum quia ipſe fouet malã cauſam, & diffidit de ea, unde non præſumitur uele donare aduerſario, uel fateri aduerſarium ſuum eſſe dominũ ſed ſolum uidetur fateri ſe non habere ius, & qui fatetur ſe non habere ius, non dicit aduerſariũ habere, quia poſſet eſſe quod res eſſet alterius. l. ſi inter te & me. ff. de excep. rei iud. & per conſequens ex tali confeſſione non uidetur transferre dominiũ, licet aduerſarius uincat propter commodum poſſeſſionis.§.commodum.in ſtit. de inter. & illi acquiretur exceptio doli uel taciti pacti uel expreſſi, non dominium, uel ius partis.

Docto.tamen repræhendunt hoc præſuppoſitum Alcia.& communiter tenent quod quis renuntiando liti præſumatur potius renũtiare quia execratur lites quã quod habeat malam cauſam, iux.l.item ſi res.in fi.ff.de alien.iud.mut.cauſa facta.ne præſumatur delictum.argu.l.merito.ff.pro ſocio.de quo infra dicam in ult.notab. in fi. Sed quidquid ſit de hoc fundamento, placet communis opinio, quod non uideatur renuntiare dominio uel actioni, quia tranſactio eſt exceptio litis finitæ, non carentiæ actionis, & præſumitur actionem durare ſi non fuit interpoſita acceptilatio. l. ut reſponſum, a cõtrario.inf.de tranſ.& l.ſiue apud acta. & l.ſub prætextu.i.inf.de tranſ. ergo ſine acceptilatione, non obſtante quod renuntiatum ſit liti, remanet actio, & p conſequens dominium, alias non eſt neceſſaria acceptilatio, & fruſtra Imperator in d.l.ut reſponſum uoluiſſet inſeri in ſupplicatione exemplum pacti.

Vnde dicendum eſt neceſſario, quod renuntians liti non uidetur habere animum priuandi ſe dominio & iure, niſi exprimat, ſed ſolum uult extinguere litem & cauſam communem & inſtantiam.arg. l. cum de indebito.ff.de prob.& l.ſi unus §.ante omnia.ff.de pactis.& l.quidquid aſtringendæ.ff.de uerb.oblig.& l.non omnis.ff.ſi cer.pet.Et ſicut actio & dominium poteſt ſtare ſine lite antequam eſſet cepta, Ita etiã non poterit ſtare ea finita.arg.l.exceptio.ff.de excep.rei iudic.& §.itẽ ſi in iudicio.inſti.de excep. Nec obſtat lex litis eſtimatio.ff.de reiuendic.quia ibi interuenit uenditio tacita, & ex titulo uenditionis transfertur dominium, & cum uenditione ibi concurrit tranſactio & renuntiatio. Faciunt etiam dicta Imol.in c.ſi cautio.de fid.inſtru.uerſ. item aduerte.col.4.in fine.nu.18. ubi dixit quod ſi confiteor rem meam eſſe tuam quod non transfertur dominium regulariter ut ibi per eũ. Facit etiã tex. in l. ſi te.inf.de ing.& manu.& l.diui fratres. §. 1. ff.de liber. cau.ubi renuntiatio litis non prodeſt nec nocet ingenuitati rei, nam præſumitur renuntiare ex eo quia execratur lites, non autem animo aliquid concedendi parti aduerſæ, & dominium ſerui remanet penes ipſum licet renuntiauerit, unde oportet quod ille ſibi prouideat de aliis probationibus.

20 Tertio † limitatur prædicta concluſio ut non procedat quando pars non acceptauit, nam tunc non eſt finita lis nec cauſa, ut per Iaſo.hic, & per glo.in c.cum ueniſſent.de eo qui mititur in poſſeſſionem, & ibi Bal.colum.penul.uerſ.ex quo nota.& ſentit Bar.inf.quæſt.an tẽpen. dum uoluit quod requiratur præſentia iudicis acceptantis, & Salic.in l.generaliter.inf.de non nu. pecu.q.5.dum uoluit confeſſionem non præiudicare ſine præſentia partis, & per Alex.in conſi.15.in cauſa appellationis.uol.4.Decius uero tenet contrarium, quod immo ſufficiat præſentia partis ſine acceptatione, per nota.in l.certum.§.ſiquis abſente.ff.de cõfeſſ.& quia præſens conſentire uidetur in eius fauorem. l.qui patitur. ff.mand.Nec obſtat. c. cum ueniſſent.quia loquitur in recuſatione, ut ibi dixit glo.& Bal.quia ibi pars recuſauerat, ſed hic tractatur de acceptatione, non repudiatione, arg.c.ex eo, ext.de reg.iur.in 6. Nec obſtat doctrina Bar.quia ſecundum eum, Barto. non negat quin præſentia ſola ſufficeret, & idem eſt dicendum de confeſſione, quia ſufficit præſentia.d.l.certum.§.ſiquis abſente.ubi non ſit mentio de acceptatione.Item procedunt prædicta quantum ad hoc ut non poſſit reuocari, non autem quantum ad ualiditatem, quia ſine acceptatione ualet, ſed poteſt reuocari, Et hanc opinionẽ Dec. ſequitur hic Alcia.in princ.per l.3.ubi Alex. inf. de repud.hæred. & quia ſi confeſſio requireret acceptationem non faceret ſemiplenam probationem, cuius contrarium tenet Bart.in l.admonendi.ff.de iureiur.& tãto magis procederet in renuntiatione propter fauorẽ litium minuendarum, ut per Alexand. hic. & in conſil. 132.uolu.4.& Aretinum conſil.96. ubi dicunt eſſe magis communem opinionem quod faciat ſemiplenam probationem.

Sed pro reſolutione conſiderandum eſt, quod renũtiatio ut ſup.dictum fuit, poteſt fieri ad duplicem finẽ ſcilicet ad finem ſe priuandi tantum, & ad finẽ iuuandi reo. Primo caſu ſi renuntiat ad finem ſe priuandi tantum, uel execratur lites ut ſe liberet a labore cura & expenſis, & tunc talis renuntiatio ſibi præiudicabit ſine præſentia partis, quia quis ex ſola uoluntate poteſt habere rem ſuam pro derelicto animo ſe priuandi.l.1.& 2.ff.pro derelicto, & procedit etiam in iure perſonali, ut late demonſtraui in l.1.ſup. eod. in primo membro diſtinctionis Barto. iuncta glo. repræhendendo alios ibi.Et ideo priuabitur lite & cauſa dominio & actione & iure ſecundum quod erit uoluntas ſua, iuxta. l. non omnis.ff.ſi cer.pet.& hoc caſu non procedunt allegata incontrarium, quia omnia allegata præſupponunt renuntiationem fieri ad effectum alii acquirendi, Sed tamen

men quamuis ualeat renuntiatio & præiudicet, tamen poterit quandocunque reuocari antequam sit ius alteri quæsitum, ut hic dicebat Deci. & uolunt doct. in d. §. siquis absente, & per Iaso. in §. siquis postulante. inst. de action. Secũdo casu, quando renũtiatio fit ad effectum alii acquirendi, tunc uera est communis opinio, quod requiratur acceptatio partis uera uel præsumpta, quia renuntiatio non præiudicat nec priuat nisi ei acquiratur. l. si me in uacuam. ff. de acquir. poss. ei autem non potest acquiri nisi consentiat tacite uel expresse. arg. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerbo. oblig. & per Bar. in l. 1. sup. eod. in 2. membro. Et ideo uel erit necessaria acceptatio expressa per se uel per iudicem, uel tacita quæ inducitur ex præsentia in casibus quos ego posui ultra alios in rubrica sup. de pactis. in materia taciti pacti, & in illa. q. an policitatio desinat esse policitatio ex præsentia partis. quæ nota.

21 Secundo† notandum est, quod causa differt a lite, ꝗ omnes admittunt per tex. hic licet uelint litem hoc casu compræhendere causam, & per tex. in l. causas. infr. de transactio. Sed difficultas est solum in quo consistat ista differentia. Glo. in d. l. causas ponit duas opiniones contrarias, sed magis communis est cõclusio, quod causa sit ante litẽ, & sit terminus magis generalis, Sed ego sup. dixi in præmissis, quod utraque opinio saluari potest. Nam si cõsideratur causa primordialis, & illa semper est ante litis principium, quia dominium & actio non præsupponit necessario litem, sed si consideratur causa communis quæ insurgit ex conflictu rationum, & retinet homines in contentione, & ista nascitur post litis contestationem quo tempore fit conflictus, & concordant partes super quo discusio sit fienda, & hoc modo procedit alia opinio, Sed quia hæc causa communis potest esse in mente ante litem, & in habitu, & potẽtia, ideo etiam hæc causa communis quatenus est in habitu & potentia poterit esse ante litem, ut patet in omnibus delegationibus in quibus causa committitur antequam sit lis.

22 Tertio† notandum est, quod per renuntiationem litis causa finitur, ut per Bart. hic in fine quem omnes sequuntur, & sic dicitur causare exceptionem litis finitę. Vnde impedit litis ingressum sicut exceptio transactionis & rei iudicatæ. cap. 1. de litis contestatione in 6. Quod tamen est uerum si pars consentiat, alias non est finita, sed uolẽte alia parte debet perseuerare usque in finem, ut discutiatur de iure partium. l. properandum, §. & si quidem. infra de iud. & auth. qui semel. inf. quomodo & quando iudex. alias renuntiatio non præiudicat, & contradicente parte uitiatur, ut per glo. & Bal. in c. cum uenissent. de eo qui mititur in poss. sed quando pars acceptat impedit litis ingressum etiam quod non sit sequuta sententia super causa. l. diui fratres. ff. de liber. cau. Et ideo infertur, quod impedit fieri compromissum super illa causa in casu quo litigantes ex forma statuti cogerẽtur facere compromissum, quia exceptio quæ impedit ingressum litis agitatæ ordinariæ impedit etiam ingressum litis arbitrariæ, ut per Bal. in l. fratris. inf. de transf. & facit quod habetur per Bart. in l. nã & postea. ff. de iureiu. Addit etiam Bal. hic nouem exceptiones quæ impediunt litis ingressum, Et hic est unus effectus renuntiationis scilicet quod finiatur lis & causa taliter quod de nouo amplius non potest instaurari, Et per consequens etiam sequitur, quod parte opponẽte exceptionem litis finitæ alia non potest pœnitere et quod esset facta per contractum innominatum. argu. not. in d. l. fratris. & l. quamuis. inf. de transf. Sed si pars non opponeret, ualeret iuditium, quia ut supra dixi, remansit actio prima non obstante renuntiatione, sicut remansit actio prima & dominium lata sententia contra actorem l. exceptio. ff. de except. rei iud. & §. Item si in iudicio. inst. de except. Et ideo dicunt hic quidã moderni, quod renuntiatio litis plus potest quam pactum, quia nunquam reperitur quod pactum inducat exceptionem litis finitæ ex causa cuiuscunque conuentionis. Sed Cur. hic dicit hoc causari quia renuntiatio non potest fieri nisi mota lite, & idem esset in pacto facto super lite, Sed tu dicas quod renuntiatio nihil aliud est nisi pactum quando pars consensit, quia tunc est duorum in idem consensus, & sic non est maioris potentiæ. Nec obst. quod pactum de non petendo non inducat exceptionem litis finitæ, quia hoc nõ est ex capite impotentiæ, sed ex capite uoluntatis, quia uerba hoc non dicũt, nec paciscentes agunt, ut dixi in l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. in præmissis & figuratione casus. In renuntiatione uero uerba tendunt ad finiendum litem & causam. Item illud dictum, quod renuntiatio non possit fieri ante litem motam, est falsum, quia transactio quæ continet in se renuntiationem potest fieri ante litem motam. l. 2. inf. de transf. & dixi in rubr. de transf. sicut appellatio ante tempus potest renuntiari. l. fi. §. fi. inf. de tempor. appell. & l. 1. §. siquis ante. ff. quando appel. non est necesse.

23 Sed dubitant† hic doct. an per renuntiationem inducatur confesio, quod ipse foueat malam causam & aduersarius iustam, & Bal. in l. si is. inf. de ingen. & manu. dicebat quod non per illum text. & textum similem in l. diui fratres. §. 1. ff. de lib. cau. pro qua opinione facit, quia renuntiatio non includit confessionem, & potest fieri ex causa quod putat se non habere bonam causã, & ex causa quod execratur lites. l. item si res. §. fi. & ibi Bar. ff. de alien. iud. mut. causa facta. & potius debet interpretari quod fiat causa execrationis litium, & quod nullam inducat confessionem, Et tanto magis, quia alias præsumeretur deliquisse mouendo causam iniquã, quod non debet fieri. arg. l. merito. ff. pro soc. & not. p Bart. in l. non solum. §. sed ut probari. ff. de nou. oper. nuntia. In contrarium tamen facit tex. in c. per tuas. in fine. de simonia. & l. 3. inf. de fide instrum. & ibi Bal. & lex quoniam. ff. de iis qui not. inf. & hoc etiã tenet Bal. in l. transigere. in 11. opposit. inf. de transf. Et d. l. si te. & lex diui fratres non dicunt quod non uideatur confiteri, sed solum quod non prodest ad probãdum ingenuitatem, quia confesio unius non facit uere ingenuum. Dec. hic uidetur tenere quod non uideatur fateri nisi quando probatum est delictum, & uidetur ponere regulam, ꝗ renuntians in dubio non uidetur fateri se habere malam causam uel aduersarius bonam, Fallit quã do probatum fuit per aliam partem.

Sed Gozadinus cõsiderat quatuor casus. Primus quã do probationes sunt factæ ab utraque parte, & postea nouæ probationes fiunt ab una parte, & hoc casu dicit, si aduersarius renuntiat uidetur fateri se non habere bonam causam, ita intelligit tex. in c. per tuas. infr. de simo. facit ꝗ uoluit Feli. in c. nõnulli. colum. fi. in limitat. extr. de rescrip. & quæ habentur in c. 2. de procur. in 6. Secundus est casus, quando nullus probauit, & reus renuntiat iuri suo lite contestata, & tunc uidetur renuntiare propter execrationem litis, non confitendo, ita intelligit dictum Bal. in l. si te. infr. de ingen. & man. Tertius casus est, quando renũtiatio fit in fauorẽ renuntiantis, ut ipse consequatur utilitatem, & tunc nõ fatetur aduersarium habere bonam causam, quia hoc non intendit. l. quod fauore. sup. de leg. l. sicut. inf. de repud. hæred. & ibi Barto. Quartus casus est, quando aliquis renuntiat animo donandi aduersario & in eius fauorem, & tunc præsumitur donatio, non autem quod confiteatur aduersarium habere bonam causam & ipse malam. argum. eorum quæ habentur in l. quæ dotis. ff. sol. matri. Et hæc doctrina est satis bona, sed imperfecta.

Vnde ego puto distinguẽdum inter actorem & reũ, Nam aut reus renuntiat antequam actor probet, uel quia nondum lapsus est terminus, uel quia non potest probare, & tunc non uidetur fateri, sed potius confisus

de

de iuribus suis,& quod actor habet malam causam, quia non potuit probare, renuntiare & donare uidetur,per regulam quod actore non probante reus absoluitur.l.qui accusare.sup. de edendo. Aut uero reus renuntiat postquam actor fecit suas probationes, & tunc semper uidetur renuntiare quia habet malam causam,quia renuntiat defensionibus suis, maxime quãdo actor non acceptat & uult persequi litem,nam reus cogendus est persequi.uel soluere quod petitur,& ita ꝓcedit. d.c.per tuas. quod proprie loquitur in reo renũtiante actore probante,quod nihil aliud est quam dare se pro culpabili,cum renuntiet defensionibus, & dicitur cõuictus,iuxta no.in d.c.de hoc.de simonia.Secũdo uero casu si est actor, qui renuntiat,& tunc si reus ꝓbauit intentionem suam uidetur renuntiare quia habet malam causam & reus bonam, & sic confiteri in fauorem rei, cum reo non acceptante renuntiationem ferenda sit sententia contra actorem.l.properandum. §.& siquidem.inf.de iud.& nota.in c.quoniam frequẽter.§.porro.& §.seq. extra ut lite non contest.& uoluit glo.in l.utique.ff. de reiuendic. quam dicit notabilem Zasius in l.1.col.7.ff.de reiuendic.uers.not.quod actor non potest. Si uero actor renuntiat quia non probauit,& tunc si datus fuit terminus & ipse fecit diligentiã ut probaret & tamen non potuit, tunc præsumitur renuntiare,quia non habet bonam causam,& sic fateri in fauorem aduersarii quod ipse non habet bonam causã, sed non per hoc dicitur confiteri aduersarium habere bonam causam,quia nec sentẽtia hoc facit.l.si inter me & te.ff.de except.rei iud. Sed si actor renuntiauit ante terminum probationis, uel nulla facta diligentia, & tunc præsumetur renuntiasse propter tediũ & execrationem litis,quia hoc est fauorabilius renuntianti, per not.per Bar.in d.l.inter stipulantem.§.1. ff. de uerbo. obligatio.& l.item si res.§.fin.ff.de alie. iud.mut.causa facta.

24 Ex quibus†inferri potest ad multa, & primo, an facta renuntiatione sit ferenda sententia, in quo dicendũ est,quod si pars acceptat renuntiationem, & tunc non est ferenda sententia,sed res remanet in primis terminis.l.diui fratres.§.1.ff. de lib. cau. & c. si quẽ pœnituerit 2.q.3.in uerbo si se absoluũt.Si uero nõ acceptat, & tunc ferenda est sententia, quia tenetur actor perseuerare. authen. qui semel.infra quomodo & quando iudex.& reus etiam l.properandum.§.& siquidem.§.1.infra de iud.& glo.in l.utique.ff.de reiuendicat.& Zasius in l.1.ff.de reiuendic.colum.sexta.uers.not. Sed hoc casu pars potest reuerti ad litem,per not.per glo.in c. cũ uenissent extra de eo qui mititur in possessionem. & ibi Bal.col. 2.& satis ista sunt de mente Curt. antiqui. nu.20.& 21.

25 Secundo†etiam infertur,an renuntians debeat puniri tanquam desistens uel tanquam confessus. In quo ẽt dicas quod si actor renuntiauit non factis probationibus per reum,& tunc regulariter debet puniri tanquã desistens. l. alia. inf.de iis quibus ut indignis & etiam incidit in turpilianum.l.1.& per totum.inf.ad turpilianum.sed non punitur tanquam confessus uel cõuictus, quia ipse non inquiritur. Sed si reus renuntiaret, tunc puniretur tanquam confessus factis probationibus per actorem,ut not.per glo.in d. c. per tuas. & ibi docto. & per glo.in d.c.ad hoc.de simonia.quando actor non acceptauit renuntiationem,quo tamen casu non prohibebitur reus reuerti ad litem per ea quæ dixi sup. post Dec.in 4.limitat. Tertio infertur, an siquis renuntiat instrumento uideatur renuntiasse obligationi, sed de hoc dicas ut per Felin.in c.capitulum.in 14.colum.extra de rescrip.& in c.cum uenerabilis.colum.7.ext. de except.

Glo.1.declarat quid est renuntiare liti,& dicit quod renuntiando liti uidetur renuntiare iuri & instantiæ.

26 †Sed Bar.opponit,quod lis & causa & instantia sunt diuersa,& ego demonstraui in præmissis,ideo dispositio facta de uno non debet trahi ad aliud, per l.si unus. §. ante omnia.ff.de pactis.& sic uidetur quod renuntiatio litis importet solum finem contentionis & litis non autem causæ & instantiæ,& per consequens quod ex integro possit lis instaurari, cum renuntiatio sit stricti iuris, & non debet trahi ad illud quod non est expressũ in ea.arg.l.ueteribus.ff.de pact.& l. quidquid astringẽdæ.ff.de uerb.oblig.maxime quia hic tractatur de dãno euitando.Soluit ipse quod.§.ante omnia non habet locum quando unum uenit in necessarium antecedens ad aliud,quia tunc per renuntiationem unius renuntiatur etiam aliud.arg.l.illud.ff.de acquir.hæred.& hic renuntiatio causæ dicitur necessarium antecedens ad renuntiationem litis, quia non potest iure isto post litis contestationem renuntiare liti retenta causa, ut probatur per not.per Bar.in l.edita.sup.de edendo.colum.3. uers.sumus expediti. ubi dixit quod mutatio non potest fieri lite contestata,& alia ratio non potest assignari,nisi quia non potest renuntiari instantiæ sine lite,q̃a alias extingueret instantiam super prima actione, & litigaret super alia in noua instantia, & sic mutatio fieri posset,sed quia prohibetur,necesse est uel quod ipse ꝑseueret in ea,uel quod renuntiet in totum iuri & causæ & instantiæ.

27 Vnde†ipse dicit quod ratio decidẽdi in hac lege fuit, quia renuntians litis uoluit etiam renuntiare causæ, & eius mens apparet, quia alias renuntiatio facta de lite esset elusoria,& nulla efficeretur & inutilis, & ne hoc fit,præsumitur renuntiare uoluisse etiam causæ & instãtiæ.arg.l.si quando.ff.de leg.1.& d.l.illud & sic ratio decisionis istius tex.est præsumpta uoluntas renuntiãtis. Sed communiter docto.repræhendunt istam rationẽ, & dicunt præsuppositum istud falsum esse,quod isto iure quis non possit renuntiare instantiæ & liti sine iure & causa,per tex.in l.& post edictũ.§.1. ff. de iudic. ubi actor citans peremptorie reum potest renuntiare instãtiæ & liti sine causa,& facere quod non finiatur per sententiam si non comparet in termino citationis, ex quo textus uult quod eo non comparente non possit pronũtiari.Ad idem est text.in l.1.iuncta glo.in uerbo uiginti.inf.de præscrip.10. uel 20.annorum.ubi textus uult quod post omissam litem actio sit perpetuata usque ad 30.annos, ergo potest instaurari, quia alias illa perpetuatio esset elusoria,& hoc etiam ponit glo.hic in fine. & probatur in l.properandum.§.1.inf.de iudic. Præterea hoc præsuppositum sine dubio est falsum quando partes consentiunt,quia etiam hodie potest renuntiari instantiæ siue causæ consentientibus partibus, ut not. in d.l.1.infr.de præscrip.decem uel 20.annorũ. & per Bar.in l.mutari.ff.de procur. Et propterea dicit Alex. quod communiter doctores repræhendunt Barto.quia falsum est quod renuntiatio causæ sit necessarium antecedens ad renuntiationẽ litis, Et ad not.in d.l.edita. respondet quod qui mutat actionem non uult renuntiare instantiæ,sed perseuerat in instantia,cum uelit in eadem cum alia actione litigare.§.si minus.inst.de actio. in glo.iudicio,quæ exponit in eadem.Soci. tamen hic per multa uerba dicit rationem Bar. saluari posse, Sed ipse poterat breuius & magis concludenter dicere ut etiam perpendit hic Cur.nu.16.quod iura allegata cõtra Bart.non loquuntur de renuntiante expresse,sed de peremptione instantiæ per lapsum temporis, quo casu non negat Bart. quod extincta instantia non remaneat causa,& de nouo lis non possit instaurari,immo fatetur in 2.oppositione,& adducit rationem, quia tempus nõ est assignatum ad causam,sed ad instantiam & litem,& illa sola extinguitur.Sed hic tex. loquitur de renuntiatione expressa,cum sit sub titulo de pactis,& quæ fit ad extinguendum litem ante cursum temporis, ideo maior est præsumptio quod habeat animum finiendi etiã causam sine qua lis prohibente lege finiri non potest. Vnde

Vnde etiam uidetur militare præsuppositum Bart. & tanto magis, quia illa iura non loquuntur de lite, sed de instantia, & quæstio istius legis non est an finita instantia finiatur causa, sed an finita lite per renuntiationem finiatur causa, Et eodem modo de instantia tantũ procedit illud quod de uoluntate potest renouari non de lite. Quare Soci. dicit quod præsuppositum Bart. ex alio non procedit, quia sub illa regula l. illud in qua se fundat Barto. non ueniunt maiora expresis, cum potius actus efficiatur nullus quam quod ueniant maiora expresis quamuis sint antecedentia necessaria, ut per Barto. in l. 1. col. 2. uers. respondeo cui. ff. de iurisd. omnium iud. Sed hoc etiam non est tutum, quia ibidẽ Barto. tenet quod in iurisdictione ordinaria ueniant maiora expresis, ut dicit in seq. quæstione quam ibi ponit. Præterea quod ibi dicitur de iurisdictione non adaptatur ad ea quæ dependent ex sola uoluntate, & non tractatur de præiudicio publico, per textum quẽ ibi not. Bal. in l. 2. inf. de dotis promis. ubi promittens usuras uidetur promittere dotem, & per tex. in l. nõ cogendum. ff de procur. & ibi Barto. & per text. insti. de hæredi. inst. coniuncta. l. libertas. ff. de reg. iur. & per no. in c. transmissa. de electi. ubi qui habet potestatem conferendi, dando possessionem uidetur beneficium conferre, quæ omnia refert Curt. ibi & sequitur nume. 12. & 13. Et sic adhuc uidetur militare ratio Barto. secundum quam oportet dicere, quod cum ante litis cõtestationem posit quis iure isto renuntiare liti & instantiæ sine causa, ut not. in auth. qui semel. inf. quomodo & quando iudex. ergo si ante litis contestationem renuntiasset liti & instantiæ non uideretur renuntiatũ causæ quia non esset necessarium antecedens, & sic de nouo posset restaurare litem, quod est magnum dictũ, & continet magnam restrictionem & limitationem ad istam legem, ut non procedat quando renuntiatur liti ante litis contestationem. Sed tamen quia istud est ualde uiolare hanc legem, & alias similes leges generaliter loquentes ut l. diui fratres. ff. de lib. cau. & l. si ante. inf. de ing. & manu. ideo dicta ratio Barto. non potest procedere. Præterea omnes fatentur quod de cõsensu partium potest fieri renuntiatio instantiæ sine causa, etiam hodie, ut dicit Alexan. & not. in l. 1. inf. de præscrip. 10. uel 20. annor. & licet loquantur de instantia, tamen eadem ratione idem esset de lite, ergo sequitur quod attenta ratione Barto. ista lex nunquã posset procedere, quia nunquam per renuntiationem litis finiretur causa, cum hæc lex loquatur de renuntiatione quæ fit de consensu partium, cum loquatur de pacto, prout suadet natura tituli, & præsupponunt communiter docto. & sic loquimur de renuntiatione quæ fit de cõsensu partium, quo casu causa non est necessarium antecedens ad litem uel instantiam, ut dictum est, & si renuntiatio fieret absente parte & non acceptante, ex alia ratione non ualeret renuntiatio, neque de lite neque de causa per not. per glo. in d. c. cum uenissent. de eo qui mit. in posses. Et ibi Bal. colum. 5. Quare necessario reiicienda est ratio Barto. ne ista lex efficiatur inutilis & uana.

28 Vnde† Alex. & communiter docto. assignant secundam rationem decidendi, quia litis nomen de proprietate uerborum comprahendit etiam causam & instantiam, & ideo dicunt quod ex ui uerborum per renũtiationẽ litis uidetur renuntiatum etiam causæ & instantiæ, cũ actus etiã odiosus uerificetur in omnibus partibus significati uerbi, l. 1. §. ꝗ autem. ff. de aleat. & per Aret. in l. cum lege. ff. de testam. & ꝗ ista sit proprietas uerbi, allegant. l. litis nomen. ff. de uerb. signi. & glo. in c. 1. §. 1. de procur. in 6. & ibi Domin. in 5. notabili. & Abbatẽ per illum tex. in c. cum pridẽ. ext. de pactis. Sed Dec. dicit ꝗ hæc cõmunis ratio non est bona, quia præsuppositum cõe similiter est falsum ꝗ litis nomen comprahendat ius & causam, quia lis est cõtentio non aũt ius. c. forus. §. & lis. de uerb. sign. Item causa secundum eum etiam est ante litem, ut probatur ibi, dum dicitur, ꝗ causa est dum proponitur & dum discutitur iudiciũ, & ꝗ differat a iure, probat tex. in d. c. dudum. il 2. de electio. in fine. ubi dicitur separatim ꝗ renuntiauit liti & causæ. Sed ab istis fundamentis, Dec. faciliter posset defendi cõmunis ratio, quia licet lis dicta sit a limite, in sui origine, tamen postea ex communi usu iurisconsultorum potest dici ꝗ accepit latiorem significationẽ quæ ponitur in d. l. litis nomen. ff. de uerb. signi. cui stãdum est ut not. per Barto. in l. 1. ff. de suis & legit. Nec tex. in c. dudum facit, quia ibi sub appellatione iuris uenit dominium & actio ad beneficiũ & sic de causa primordiali, non autem intelligitur de causa cõmuni de qua loquitur hæc lex secundum declarationem quam posui in præmisis. Et tex. in c. forus. §. causa capit causam in habitu & potentia quæ potest esse ante litem ut in comissione facta iudicibus delegatis, ut declaraui in præmisis, uers. tertio modo. Quod suadetur, quia tex. dicit ꝗ causa est origo negotii, negotium autem est qñ exercetur actio idest deducitur ad conflictum, qui fit per litis contestationem, Et ideo Alciat hic, licet non respondeat prædictis, sequitur communem rationem, ꝗ hæc decisio ueniat de proprietate sermonis.

Nihilominus tamen hæc ratio cõmunis ex alio mihi non satisfacit, quia negari nõ potest ꝗ lis ex proprietate uocabuli non differat a causa, ut patet in l. causas uel lites inf. de transactio. & in d. c. forus separãtur isti duo termini, & in l. properandum. inf. de iud. dicitur ꝗ cũ lites fiãt super causis, & cũ diuersis nominibus nũcupantur, & diuersos producant effectus, debent spetie differre. arg. l. si idẽ. inf. de codic. & per Bar. in l. 1. col. 2. ff. de acquir. poss. & qui uult dicere ꝗ una appellatione continentur, debet adducere legem hoc dicentem & distinguentem has leges contrarias.

29 †Quia tex. in d. l. litis nomen non dicit id ad quod allegatur per eos, Nam ibi non erat dubitatio an litis nomen comprahẽderet actionem, sed erat dubium an super actione reali lis posit dici, sicut super actione personali, cum uideretur litem esse quando est actio personalis, quia actio in rem est quædam petitio. Et ꝗ nõ dicatur actionem uenire sub nomine litis, patet, quia extincta lite non finitur actio, nam licet quis renuntiet liti per transactionem, & est exceptio litis finitæ. c. 1. de lit. cõtest. in 6. tamen non tollitur actio, ut supra dixi, per text. in l. si pro fundo. & l. siue apud acta. & l. ut responsum. a contrario. inf. de transact. Nec ob. tex. in c. 1. de procu. in 6. ubi procurator fit dominus litis, quia ibi non dicitur ꝗ lis sit causa, uel si uenit ibi causa nõ uenit ex proprietate uerborum, sed quia alias inutile esset procuratorem effici dominum litis.

30 Vnde† Dec. erat in noua opinione, & dicebat nõ esse uerũ ꝗ per renuntiationẽ litis uideatur renuntiatũ causæ, Nec secundũ eũ iste tex. hoc dicit, sed alternatiue loquitur ponẽdo duos casus, ut renũtiãdo liti finiatur lis, & renũtiando causæ finiatur causa, sed ꝗ renũtiando liti extinguatur causa, uel renuntiãdo causæ extinguatur lis, nõ dicit hęc lex, nec dubitatio de hoc erat fiẽda, nec præsumitur facta, quia hæc lex pertineret ad titulũ de uer. sig. nõ ad tit. de pactis. Dubitatio igitur in hac lege erat secundũ eũ, an talis renũtiatio ualeret, & determinatur ꝗ ualeat, quia qui remittit ius suũ amplius non habet regressũ ad illud. l. qritur. §. si uẽditor. ff. de ędil. edic. & c. qa periculosũ. 7. q. 1. & uerbũ causã, hic positũ exponitur idest litẽ. Sed hæc opinio a nemine tenetur, & eã reprąhendũt hic Cur. & Alcia. quia est nimis destructiua literæ, q uoluit per renũtiationẽ litis extingui causã, alias parua fuisset dubitatio, & in dubio debemus dicere ꝗ decidat casus qui habent maiorẽ difficultatẽ. arg. no. i l. Labeo. ff. de carb. edicto. Et hoc mihi placet, quia si dictum huius legis non intelligeretur de causa, non esset uerũ, cũ remanente causa semper lis

instaurari posset, quia remanent omnia fundamenta pro lite inducenda, sicut quando renuntiatur instantię tantum, ut per Bar. in d.l.edita.col.3. uer. sumus expediti, dum soluit cōtrarium.d.auth.qui semel.inf. quomodo & quando iud. Nec obstat quod non conueniat titulo de pactis, quia immo dicitur conuenire, cum ad istum titulum pertineat exprimere quid importent pacta, & quatenus extendantur eorum uerba, & an porrigantur ad nō expressa, & ponitur hic una limitatio ad materiam.l.si unus.§.ante omnia.ff.de pact.

31 Resolutiue† igitur loquendo, dicendum est ut ego dixi sup. in figuratione casus, quod ratio decidendi fuit, quia licet causa substantia differat a lite, tamē causa est nutrimentum litis propter quam litigantes perseuerāt in lite, & quando inclināt ad renuntiandum mouentur propter dubitationem quam habent de causa propter eius difficultatem, Vnde si mouentur ad renuntiandū quia execrantur lites, difficultas causæ & labor in probando & informando iudices & aduocatos super meritis causæ impellit litigantes ad renuntiandum, Et si mouentur propter suspitionem malæ causæ dubitatio & perplexitas causæ & periculum amissionis & condemnationis futuræ inducit ad renuntiandum, Et sic semper principium mouens ad renuntiandum fundatur super causa, & per eam mouentur postea ad renuntiandum, & per consequens propter causam renuntiatur liti & instantiæ, & succedit regula quod tanto magis habent animum renuntiandi causæ si propter causam renuntiant liti. authen. multo magis. sup. de sacr. sanc.eccles. Et ideo formaliter resoluendo, ratio decidendi fuit, quia qui renuntiat liti habet animum renuntiandi causæ, & per prius renuntiat causæ tacite, & postea renuntiat liti, & tantum operatur tacita uoluntas sicut expressa.l.cum quid.ff.si cer. pet. & l. nominis & rei.§.uerbum.ff.de uerbor.signific. & quia etiam poterat dubitari an hæc tacita mens sufficeret ad inducendam renuntiationem causæ, facta fuit hæc lex, cogitatamen.

Glo.2.diuiditur in tres partes, in prima ponit, quando posit fieri renuntiatio, in 2. quomodo & per quæ uerba, in 3. dicit quod cursu temporis non finitur causa, 2.ibi, & fuit facta, tertia ibi, non autem placet.
32 †Ex ista glo. sequendo ordinem Barto. colligitur, quod per lapsum instantiæ non finitur causa, & lis de nouo potest instaurari, quia tempus non est assignatum causæ ut per eius lapsum extingueretur etiā causa.l.si ea.infr. de accus.& l.Titia.ff.de accus.& l.diffamari.inf. de ingen.& manum. Et in hoc Bar. ab omnibus approbatur, quia instantia tunc non finitur per renūtiationem partis ueram, sed per legis dispositionem, & minus nocet tacita renuntiatio quam expressa, quia ita lex determinauit interpretando nomen partium, uel ita placuit ita disponendo, Nec obstant not.in l.1.inf.qui admit. ubi dicitur quod plus ualet tacita repudiatio quam expressa, & etiam no.in c.dilecti.de foro competenti. quia illud procedit ex eo quia lex ulterius se traxit disponendo quod per cursum temporis mediante quadam præscriptione omne ius extinguatur, uel ibi apposuit tempus ad extinguendum omne ius, hic uero apposuit tempus ad extinguēdum instantiam tantum. & actus agentium & c.l.non omnis.ff.si cer.pet.

33 Secundo † circa eam Bart. quærit per quæ uerba fiat renuntiatio, Et glo. uoluit quod fiat per hæc uerba, renūtio liti, uel nolo amplius uenire ad iudicium, & per omnia similia uerba tacite uel expresse parte absente uel præsente. Sed Bar. perseuerans in suo prӕsupposito, dicit quod in hoc non est fienda uis, quia nulla renuntiatio ualet de lite uel instantia nisi etiam renuntietur causæ, cum teneatur persistere in iudicio, auth. qui semel.inf.quomodo & quando iud. ideo dicit ipse, non interesse per quæcumque uerba fiat. intantum quod si dicatur, renuntio instantiæ resseruata causa, non ualebit renuntiatio, quia non uenit utrumque, per d.auth. qui semel. & l. si quis ui.§.differentia. ff. de acquirend. possess. Sed quia supradictum fuit præsuppositum eius falsum esse quod non possit renuntiari Instantiæ sine causa, & quod ex uoluntate partium in distincte hoc potest fieri, per not.in l.1.inf.de præscript. 10.uel 20. annorum. Et quando pars contradicit non est curandum an ualeat uel non ualeat, ex quo non præiudicatur renuntianti, per notata per glo.in c.cum uenissent. de eo qui mittitur in possessio. Sequitur quod eius etiā dictum hic falsum est.

Vnde ita distingui debet ultra alios. Aut pars contradicit renuntiationi, & tunc non est quærendum per quæ uerba fiat, quia tunc non præiudicat renuntianti, & propter contradictionem uitiatur, per glo.in d.c. cum uenissent & ibi Bal.colum.secunda. Aut pars consentit tacite uel expresse per præsentiam suam uel iudicis, & tunc Barto. non bene loquitur. quia immo curandum est per quæ uerba fiat, quia hæc renuntiatio non trahitur ultra uerba & mentem renuntiantis, per. d. l. non omnis.ff.si cer. Et ideo si renuntiat instantiæ non finitur causa, quia uerba nec mens hoc inducūt, d.l.prima.cum glo.inf.de præscrip.10.uel 20.ann. & per Barto.in l.mutari.ff.de procur. & per Barto. in d. l. edita. colum.3.uersicul.quandoque actor.sup.de edendo, Similiter si est renuntiatum liti reseruata causa, & tunc non finitur causa.sed solum extinguitur lis, quia uerba uel mens contradicunt, Si uero renuntiatur liti simpliciter, & hic est casus istius legis, quod per talem renuntiationem finitur causa, quia licet uerba non importent, tamen mens renuntiantis est uelle finire etiam causam, cum principium rerum mouens consistat super difficultate causæ, & hic est casus planus istius legis, & patet ꝙ est fienda magna uis in uerbis,

34 Sed si diceret aliquis, nolo amplius uenire ad iudicium, ut glo. exemplificauit. ego puto quod ista uerba potius importarent renuntiationem instantiæ quam causæ, quia sunt uerba nimis generalia, & uariis modis possunt exponi, & in dubio interpretamur in fauorem renuntiantis, per notata per Bart. in l.inter stipulantem.§.primo.ff.de uerbor. obligatio. & Antonium de Butrio in c.ex literis. de sponsalibus.& Alexand.in consi.183.uiso puncto.colum.1.uolum.9.quidquid dicant glo.& Bar.

35 Vlterius† circa istam glo. Barto. quærit, quando possit fieri hæc renuntiatio.i.quo tempore & glosl. hic in principio dicit, quod si fiat sine pacto non potest fieri nisi lite contestata, per istum textum, qui dicit liti de prædio motæ, quia tunc dicitur esse lis præsens & ius præsens, si uero fiat per pactum, & tunc potest fieri etiam ante litem motam, quia iuri de futuro per pactū potest renuntiari, Sed Petrus dicit quod etiam per simplicem renuntiationē potest renuntiari liti etiam ante litis contestationem si fiat in iudicio, quia uestitur calore iudicii, Barto. uero hic distinguendo uult saluare glosam, & eius mentem occultat, quia extra terminos suos eam declarat, Nam glo. quærit quo tempore possit fieri renuntiatio. i. quando posit fieri renuntiatio si lis nondum mota est, & sic de lite futura, & ponit illam distinctionem, quod per renuntiationem non potest tolli lis futura, sed solū per pactū, Bart. uero exposuit ꝙ glo. uelit quærere quomodo posit fieri renūtiatio ualida qn̄ dubitatio insurgit ex capite, an renūtiatio facta de lite trahatur ad causam, & qualiter renūtiatio litis trahatur ad causam, & cōcludit ꝙ si fiat post litis cōtestationē, utroque iure tam antiquo quā nouo renuntiatio litis trahit ad se causā, quia renūtiatio causæ est necessariū antecedēs ad renuntiationē litis, si uero fiat ante litis contestationem, & tūc antiquitus renūtiatio litis non trahebat ad se causam, quia non erat causa necessarium antecedens, cum eo tempore poterat renunciari instantiæ sine causa, & de nouo instaurari lis, l.&

l. post edictum. §. 1. ff. de iudic. & l. properandum. §. 1. inf. de iud. Sed hodie per auth. qui semel. inf. quomodo & quando iud. non potest renuntiari instantiæ quando inchoatus est processus per citationem partis, Et ideo ipse infert, quod hodie ante litis contestationem ualebit renuntiatio litis, ut trahat ad se causam si inchoatus est processus, cum hodie renuntiatio causæ sit necessarium antecedens, ita quod secundum eum dictũ glo. solum posset procedere quando aduersarius nondum est citatus, & non est inchoatus processus, etiam quod fiat in iudicio, quia ante citationem renuntiando non habet animum finiendi causam quæ nondum erat, Et ita ut patet Bart. exponit glo. præter terminos suos, & causauit magnam confusionem, Et æquiuocatio est, an dubitatio sit ex capite an renuntiatio possit fieri de lite futura uel præsenti, ut uolebat glo. an uero dubitatio si ex capite an renuntiatio litis ualeat & quomodo & quando trahatur ad causam.

36 Ideo † nos habemus ista duo separatim discutere ut remaneat explanata gl. & Bar. Et primo circa id quod dicit Barto. aduertendum est, quia ipse uidetur uelle quod renuntiatio litis in illis casibus in quibus trahit ad se causam ualeat etiam parte contradicente, quia auth. qui semel solum habet locum parte cõtradicente & instante quod procedatur in lite incepta, & idem etiam est in d. l. & post edictum. ut habeat locum parte contradicente. Sed hoc dictum est falsum, quia quãdo pars contradicit renuntiatio non ualet, quia tractatur de suo interesse, ut not. in c. cum uenissent. de eo qui mittitur in posses. & dixi post alios sup. in 2. limitatione Dec. Et firmat ipsemet Bar. sibi contrarius in seq. quæstione, ubi uoluit quod renuntiatio nõ præiudicat parti absenti, sed requiritur præsentia iudicis acceptantis nomine partis, ergo tanto minus præiudicabit parti contradicenti per regulam ex eo. de regu. iur. in 6. Et ideo sequitur quod non obstante renuntiatione de nouo poterit instaurari lis, uel etiam in eadem persistere, tam per ipsum renuntiantem quam etiam per partem contradicentem, per not. in d. c. cum uenissent. & in d. l. diui fratres. ff. de libe. causa. Si tamen appareret iudici quod pars contradiceret renuntiationi sine iusta causa, & renuntians uellet perseuerare in renuntiatione, tunc iudex posset admittere renuntiationem, & impedire contradicentem. d. l. diui fratres. §. 1. & 2. & per Bar. in l. edita. col. 4. uersi. quandoque actor. sup. de edẽdo. Quod sæpe accidit actore renũtiante, cum reus possideat, sed reo renuntiante, raro uel nunquam admittitur renuntiatio actore contradicente, qui uult cõsequi ius suum & sibi dari quod debetur, per d. l. & post edictum. in prin. ff. de iud. & l. properandum. §. & si quidẽ. inf. de iud.

Nec obstat quod actus inter uiuos non potest fieri sine consensu duorum, per not. per glo. in l. non solum. §. liberationis uerba. ff. de liber. leg. & hic per Barto. in in seq. lectura, quia respondetur primo quod fallit fauore litium minuendarum. Secundo respondetur quod illud procedit quando actus fit ad finem ut alteri quæratur, sed quando fit ad finem ut renuntians solum priuetur iure suo, potest fieri ex sola uoluntate. l. 1. & 2. ff. pro derelicto. & dixi supra in l. 1. latissime. Et prædicta uera quando renuntiatur liti, sed quando renuntiatur instantiæ, tunc parte contradicente tam actor quã reus debent perseuerare usque ad finem, quia semper est præiuditium alterius per d. auth. qui semel. & ponit hic Dec. uer. in glo. renuntiasti. Nisi quando libellus esset male conceptus, ut per Alex. hic. & in consi. 112. uolu. 5. super quo dubio quo casu debet condemnari in expensis, ut per Bal. hic. & Salic. q. 8. nisi sit iusta causa renuntiandi, ut per eundem Salice. & Bal. cum aliis cũ mul. per Dec. nume. 18. uer. in glo. Si uero † renuntiatio

37 fiat parte præsente, & acceptante, & tunc ualet, & præiudicat utrique parti catenus quatenus uerba uel mens demonstrant. dict. l. non omnis. ff. si cert. peta. Sed si fiat parte præsente, & tacente, & tunc præiudicat utrique in casibus in quibus præsens præsumitur consentire, alias non. Quod autem præsens & tacens uideatur consentire, late dixi ultra alios in rubr. sup. eodem.

Secundo principaliter est uidendum, quo tempore possit fieri renuntiatio litis quando dubitatio uertitur ex capite quod lis sit præsens uel futura, & sic an liti futuræ renuntiari possit, & an requiratur quod sit in-

38 cepta. † In qua quæstione breuis est determinatio glo. quod renuntiatio non potest fieri de lite futura nisi per pactum, Sed de lite præsente ualet etiam cum simplici renuntiatione. Sed incontrarium Alexand. hic Allegat uarias opiniones, & finaliter ipse ponit suam distinctionem breuem, quod aut renuntiatur liti mouendæ, & non potest renuntiari nisi per pactum, quia iuri de futuro non potest renuntiari nisi per pactum, ut disse-

* runt communiter doctores in l. prima. sup. eod. Sed si dicatur renũtio liti simpliciter, & nõ addat futuræ uel mouendæ, & tunc si non est inchoatus processus nõ ualet, quia non est subiectum quod renuntietur, sed si inchoatus est processus, ualet renuntiatio, quia lis est saltem improprie, & adest subiectum quod renuntiatur, & uerba improprientur ut actus ualeat. l. insulam. ff. de præscr. uer.

Sed tu latius considera. 4. casus. Aut renuntiatur liti nondum inchoato processu, Aut renuntiatur liti futuræ, Aut renuntiatur liti nondum facta litis contestatio

39 ne, Aut renuntiatur liti facta litis contestatione. † Pri-

* mo casu quando renuntiatur liti futuræ communis cõclusio est, quod renuntiatio non ualet, quia iuri de futuro renuntiari non potest per simplicem renuntiationem sine pacto, Sed hæc conclusio est falsa per textum in l. prima. §. si quis ante. inf. a quib. appel. non est necesse. cum aliis concordantibus quæ sup. adduxi in l. prima. in præmissis, & super glo. prima. & in l. fina. super. quæst. fin. Barto. infr. eod. quibus locis conclusi quod iuri de futuro potest indistincte renuntiari per simplicem renuntiationem, dum modo uerba sint apta importare futurum tempus, Et tanto magis quando lis futura est fundata super iure de præsenti. facit. l. de fideicommisso. infr. de transa. & l. cum proponas. infr. eod. solum enim habet hanc debilitatem quod reuocari potest antequam acceptetur, ut dicam in seq. q. Fallit quando renuntiatur animo alteri quærendi, nam tunc ut præiudicet oportet quod interueniat eius consensus. l. si me in uacuam. ff. de acquirend. posses.

40 Secundo † casu quando renuntiatur liti, & nondum est inchoatus processus, & tunc si uerba non sunt apta ad ius futurum non ualet renuntiatio, non ex defectu uoluntatis, quia uerba hoc non demonstrant quod uelit renuntiare iuri de futuro, ut dixi in d. l. prima. super quarto articulo distinctionis Barto. & per Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerbo. oblig. in 6. q. & in l. & post emancipationem. §. 1. ff. de liber. leg. facit. l. si ita scripsisset. ff. de leg. secundo. & lex si ita stipulatus fuero. §. primo. ff. de uerbor. obligatio. Si uero uerba sunt apta ad ius futurum, & tunc ualet renuntiatio simplex si fiat ad effectum se priuandi, quamuis possit reuocari, sed si fiat ad effectum alteri quærendi, requiritur eius consensus, ut supra dixi in præcedenti casu, facit lex secunda. inf. de transact. cum ibi not. ubi transactio æqualiter potest fieri de lite præsenti uel futura.

41 Tertio casu † quando renuntiatur liti inchoato processu, & tunc siue fiat per uerba denotantia futurũ tempus, siue præsens tẽpus, renũtiatio ualet etiã sine pacto ad effectum se priuandi, quãuis sibi non præiudicet ut nõ possit reuocari, ut dicam in seq. quæstio. nã inchoato processu ius est præsens ut supra dixi, quia lis incipit

a citatione partis, quamuis assumat nouam qualitatem per contestationem partium, Et hoc probatur in hoc textu qui dicit liti de prædio motæ, non autem dicit liti de prædio contestatæ, & si contestatur, ergo ante contestationem est lis, Et ideo dicitur in l. fin. infra de præscript. 30. uel 40. annorum. quod per citationem lis perpetuatur usque ad quadraginta annos, & res dicitur litigiosa. gl. in auth. litigiosa. inf. de litig. & facit gl. in c. relatum. & c. super quæstionum. de offic. deleg. & ibi Feli. nu. 6. Nec obstat. c. ex parte. quia ibi illud non fuit ex proprietate uocabuli. sed ex mente sententiantis, cum alias modicæ uel nullius utilitatis fuisset, ut ibi per Abba. in ultimo notabili. Nec obstat auth. qui semel & d. c. super quæstionum. cum aliis cumulatis ibi per Feli. nu. 6. in quibus dicitur quod a contestatione lis sumit exordium, quia illud procedit respectu illius qualitatis firmissimæ quã sumit ex consensu partium, tamen ante erat nata, & qualitas notabilis superueniens facit rem dici de nouo renasci. §. omnis. inst. de noxal. in uerbo actio incipit. & dixi in rubr. infr. qui admit. in quæst. fin. & sup. in præmissis, & in rubr. sup. de edendo. Et quod proprie fit lis ante litis contestationem, tenuit hic Alc. & Cur. antiquus colum. 4. Si tamen quis uellet tenere quod ante litis contestationem non sit proprie lis, idem esset, quia non potest negari quin sit aliquod ius præsens cui renuntiatur, & ut Alexand. hic dicit, uerba impropriantur ex mente disponentis. arg. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. oblig. & præsumptio ut actus ualeat uincit omnes præsumptiones, ut per Pau. de Cast. in l. ex imperfecto. inf. de testa. & Alex. in l. quamquam. inf. de milit. testa. & Dec. in c. quoniam Abbas. de offic. deleg. facit tex. in l. qui concubinam. §. qui hortos. ff. de leg. 3. cum aliis cumulatis hic per Dec. nu. 23. Hæc tamen difficultas, an lis sit proprie uel improprie ante litis contestationem non esset necessaria, tenendo opinionem quam posui in l. 1. sup. eo. quod iuri de futuro indistincte potest renuntiari, nisi quando uerba essent præsentia, & non possent trahi ad ius futurum, Et tanto magis quando renuntiatio fit per pactum, quia tunc indistincte omnes uolunt quod ualeat renuntiatio tam litis futuræ quam præsentis, dũ modo uerba sint apta importare ius futurum quando sit de lite futura.

42 Quartus † casus est, quando renuntiatur liti post litis contestationem, & tunc omnes concludunt quod ualeat renuntiatio tam simplex quam facta per pactũ, intelligendo tamen quod quando fit parte absente uel per simplicem renuntiationem quod possit reuocari antequam acceptetur per partem, ut dicam in sequenti quæstio. Similiter quãdo fit ad finem ut alteri acquiratur, nunquam ualebit etiam de lite præsenti, nisi interueniat acceptatio & consensus & acquisitio partis, per not. in l. si me in uacuam. ff. de acquir. possess. Et potest dari breuis resolutio ad totam quæstionem. Aut fit renuntiatio ad finem ut alteri quæratur, & tunc non ualet neque de lite præsente uel futura nisi ille acceptet. d. l. si me in uacuam. Aut fit ad finem se priuandi tantum, & tunc indistincte ualet renuntiatio tam per pactum quam etiam per simplicem actũ siue sit lis præsens, siue futura, siue contestata, siue nõ, dummodo uerba sint apta ad ius futurum, quando fit de lite futura, Sed quando fit per simplicem renuntiationem potest reuocari antequam alteri ius quæratur ut statim dicã in sequenti quæstione.

43 Quærit † etiam Bart. hic, an requiratur præsentia partis ad ualiditatem renuntiationis, Et glo. hic sentit q non, dum dicit tam absente parte quam præsente. Sed Barto. respondet, quod immo requiritur præsentia ut præiudicet. l. certum. §. qui absente. de confessis. & l. fin. ff. de interrog. action. Et ideo ipse determinat quod sit necessaria præsentia partis uel iudicis acceptantis nomine partis tanquam publica persona, & ita intelligi debet glo. in l. non solum. §. 1. ff. de liber. legata. Alexan. uero hic addit multas uarias autoritates, & finaliter postea tenet opinionem glo. quod non requiratur præsentia partis, per istum text. qui simpliciter loquitur, & ita intelligit eum Bart. in d. l. non solum. §. 1. de liber. leg. sed postea restringit ad ius reale, quia tex. dicit liti de prædio motæ, & ius reale potest haberi pro derelicto. l. 1. & per totum. ff. pro dereli. Sed Alexand. dicit quod immo ista lex loquitur etiam de iure personali, cum possit moueri quæstio de prædio etiam per actionem personalem, ut hic per eum. Decius uero tenet opinionem Barto. hic, quod immo requiratur præsentia partis, uel iudicis, uel alterius acceptantis. per d. l. certum. §. siquis absente. & d. l. fin. de interrog. act. & quia in lite inducitur quasi contractus de cõsensu utriusque partis. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. & per Bart. in l. 1. §. 1. ff. de præt. stipul. colum. 1. ergo ex renuntiatione facta ex uoluntate unius non potest ille quasi contractus reuocari. Nec obstat hæc lex, quia dicit ipse, debet intelligi quod interuenit præsentia partis cum aliis requisitis ad ualiditatem, quia hic nõ erat quæstio quomodo esset fienda pro ualiditate, sed solũ quas uires haberet, & præsupponitur interuenisse omnia extrema habilia. arg. l. qui testaméto. ff. de testam. sicut oportet præsupponere quod iste esset maior, ut dixit glo. finalis. Et hanc partem ego puto ueram, & probatur in isto textu recte ponderando, nã cum simpliciter loquatur. intelligitur secundum naturam tituli. l. imperatores. ff. de in diem adiect. sed ista est posita in titulo de pactis, ergo præsupponitur quod renuntiatio facta fuit cum pacto & per terminos inducétes pactum, & per cõsequens quod interuenit præsentia partis uel iudicis uel alterius acceptantis. Et ideo male dixit Fulg. dum uoluit quod hæc lex hic male erat situata, quia immo fuit bene situata, cum intelligatur quod interuenit pactum.

Puto tamen latius esse distinguendum, sequendo ea quæ dixi in l. 1. sup. eod. Aut renuntiatio fit animo se priuandi, & ad hunc solum effectum, & renuntiatio ualet absente parte, quia unusquisque potest priuari iure suo tam reali quam personali ex simplici renuntiatione, ut late probaui in l. 1. in primo membro distinctionis Bart. sup. eod. siue sit ius præsens, siue futurum, quia iuri de futuro indistincte potest renuntiari per simplicem renuntiationem, dummodo sint uerba apta, ut ibidem ego conclusi ultra alios. Sed tamen quia nemo potest auferre ius suum alteri. l. fin. ff. de pactis, ideo ista renuntiatio non præiudicabit parti quæ prætendit interesse in illa lite, ut si ei placeret quod renuntians perseueraret in prima lite, iuxta auth. qui semel. infr. quomodo & quando iudex. nam tunc non obstante renuntiatione lis remaneret in suo uigore quatenus prætenderet interesse, & renuntians postea posset eam reuocare, quia parte contradicente renuntiatio amittit effectum suum & uires suas, ut per glo. in d. c. cum uenissent. de eo qui mititur in possession. Et sic in effectu renuntiatio de se ualet, tamen antequam acceptetur a parte potest reuocari, per not. in l. certum. §. siquis absente. ff. de confessis, & si pars cõtradicat amittit uires suas & nemini præiudicat. d. c. cum uenissent in glo. de eo qui mit. in poss. & si postea acceptetur a parte uel ab alio nomine partis amplius reuocari non poterit, ut hic per Dec. nu. 24. Et pactũ principalis prodest fideiussori. l. rescriptũ. §. si. & l. hæredi. §. filia fam. ff. de pact. Et Bal. in confessione in consi. incipiente in primis uidendum est. pro ut refert Feli. in c. si cautio. col. 10. de fide istrum. Et idem in negotiorum gestore secundũ Salic. hic, & in l. 1. 15. opposit. inf. de cõfessis. Et idem in quolibet priuato si ipse postea ratum habeat, ut per Imolam. in d. c. si cautio. col. 4. uersi. item fallit. facit lex soluendo. ff. de neg. gest. & sequitur hic Dec. Et approbat hic Cur. col. 5. qui per duas colum. examinat an pactum

ctum liberatorium prosit absenti, de quo per Bart. in d.l.non solum.§.liberationis uerba.ff.de liber.leg.Sed ipse relatis fundamẽtis pro utraque parte finaliter nu. 52.usque ad finem ponit duodecim casus in quibus pactum prodest absenti, qui tamẽ quasi omnes resoluuntur ad unum, quod pars dicitur esse præsens uere uel ficte, secundum declarationem quam ego posui supra in rubrica huius tituli,& de mente Goz.hic col.fin. Si uero quis renuntiat liti animo alteri quærendi, & tũc renuntiatio non ualet nisi superueniat consensus partis,& ei acquiratur,& per consequens requiritur præsentia partis ad effectum ut statim præiudicet, per l. si me in uacuã.ff.de acquir.possess.cum ibi not.& hoc modo procedit quod dicit Bart. ut uel requiratur præsentia partis,uel alterius,uel iudicis acceptantis nomine partis, Et si fieret in absentia partis quæ ex interuallo postea uellet acceptare, non bene hoc doctores explicant,an interim ualeat ut acceptari possit ex interuallo, tamen communiter doctores ex dictis in præcedẽti conclusione uidẽtur præsupponere quod ualeat quãuis ante acceptationem possit reuocari,& hoc mihi satis placet.Nec obst.ea quæ dixi in Rubrica sup.eo.per not.per glo.in l.consensu.ff.de action.& oblig.in diffinitione pacti, dum uolui quod pactum non possit esse si ex interuallo pars consentiat,quia non est simul consensus.Nam illud procedit in pacto quod non potest esse sine consensu duorum, Sed hic tractatur de renuntiatione quæ habet essentiam a uoluntate unius,licet aliquando transeat in pactum,cogita.

44 Quærit † quarto loco Barto.hic,quis effectus nascatur ex renuntiatione litis, & quid acquiratur parti, & constituit pro resolutione tres casus, Primus casus est quando actor renuntiat,& tunc dicit quod acquiritur reo exceptio pacti uel exceptio doli,ut per glo. in d. l. non solum.§.liberationis uerba, & sequuntur doctor. Quibus adde quod quãdo fit renũtiatio per pactum nascitur exceptio pacti & exceptio doli generalis. l. 2. §. & generaliter .ff.de except.doli. Sed si renuntiatio fiat sine præsentia partis, uel ea contradicente, in casibus in quibus supra dixi quod renuntiatio ualet parte contradicente iuxta not.in l.diui fratres.ff.de liber. causa. & per Bar.in l.edita.colu.4.uersi.quandoque actor. supra de edendo.& tunc competit exceptio doli particularis in subsidium, sicut dicitur de actione doli de qua in l.actione.inf.de transact.Et idem esset etiam quando renuntiatio esset acceptata ex interuallo,uel per alias personas quibus non quæritur exceptio doli,iuxta no.in l.rescri.§.fi.usque ad l. hæredi. ff. de pact. & per Bart.in d.§.liberationis uerba.uers. præterea quædã. Et ista exceptio tam pacti quam doli appellatur exceptio litis finitæ, & impedit litis ingressum sicut aliæ similes exceptiones,ut in c.1.de litis contest.in 6. & l. eleganter.§.siquis post.ff.de cond. indeb. & tenet Bart. hic in fine ponderando uerbum, causam finitam,& uerbum restaurari non potest, Et similiter si compromissum esset factum ex forma statuti impediretur per istã exceptionem procedi uel etiam fieri,& per Bal.in l.fratris.infr.de transa.& supra dixi post Decium in secundo notabili.

45 Secundus † casus est quando reus renuntiat qui habet exceptionem & dicit quod actori acquiritur replicatio, & hoc etiam sequuntnr doctores, Et notandum est quod Barto.dicit acquiri replicationem, & sic præsupponit exceptionem adhuc durare, & non extingui per renuntiationem, Quod facit pro eo quod dixi supra quod per renuntiationem non tollatur actio sed inducitur exceptio,quæ appellatur exceptio iuris exclusiua actionis tam in actione reali quam personali nisi interueniat acceptilatio. l.ut responsum. infr. de transact.uel expresse renuntietur iuri & actioni, secundum ea quæ dixi in l.siue apud acta.infr.de transact.& probatur in d.l.eleganter.§.siquis post. ubi dicit ualere litis contestationem & sententiam post transactionem non faciendo uim in modo transigendi.

Tertius casus est,quando actor non habet actionem & reus renuntiat, in quo Barto. dicit quod actori per renuntiationem Rei non acquiritur actio,quia nõ potest actio intentata per actorem tanquam ex contractu uel delicto competens postea nasci ex renuntiatione Rei si forsan ante non erat nata,argum.l.si unus. §. pactus.in 3. responso.& l.iurisgentium. §.quinimmo. ff.de pactis. Et pro ista opinione facit textus in c.olim. & ibi Abbas & Felin. de rescriptis. ubi ex malo iure Rei nihil acquiritur actori,quia actor tuetur ius ex persona sua non ex persona Rei.l.1.§.primo.ff.si pars hæred.pet.& facit tex.in c.1.de eo qui mit. in possess. in 6. & in c.1.in glo.penul.ext.ut lite pendente in 6. & Romanus in consi.347.quo ad primum dubium. in princ. & per Dec.hic & Felin.in d.c.olim. Incontrarium tamen, quod immo ex renuntiatione Rei acquiratur ius actori super quo potest se fundare, Bal.hic allegat.glo. in l.si maritus.§.si negauerit.ff.de adult.in glo.magna. uersi.sed contra.& facit textus in c.per tuas.in fine. de simon.& tenuit Domi.in c.si duobus.col.penul. de rescrip.in 6. uer. Item nota limitationem, ubi uoluit quod per confessionem Rei ualidetur ius actoris conturbatum ex contradictione Rei.Dec.resoluendo istas autoritates concludit quod aut constat actori nullum competere ius, & tunc nihil acquiritur ei ex confessione Rei per iura allegata per Barto. cum quo in hoc concordat Alexand. & alii. Si uero est dubium an actori competat ius, & factæ sunt probationes ab utraque parte,& Reus renuntiat, & tunc acquiritur ius actori, quia pars sua magis fortificatur, & manifestatur iustitia sua per allegata in ultimo loco, & per Domin. in dic.si duobus & sentit Felin.in d. c.olim. quasi remoto obstaculo remaneat intentio actoris fundata. Et hanc distinctionem ego puto ueram, sed non contradicit Bar.immo tota est de intentione eius, qui dixit quod actio non acquiritur actori si eam non habet,quod est uerissimum.Sed quod non possit acquiri aliud ius non negauit Bar.immo prẽsupposuit quia uult ei acquiri replicationem, ergo eodem modo præsupposuit aliam confirmationem iuris sui acquiri.

46 Glo.finalis † timore contrarii exponit textum, nam in eo dicitur quod post renuntiationem non admittitur restauratio,in contrarium facit,quia minor restituitur aduersus omnes contractus & aduersus transactionem,ut in Rubro & nigro inf.si aduer.transa.ergo etiã aduersus renuntiationem. l.doli.§.diuersum. ff.de nouat.glo.fatetur contrarium, & dicit quod lis nõn potest restaurari per remedia ordinaria, sed bene potest restaurari per remedia extraordinaria, ut per restitutionem in integrum,& istam glo. sequuntur omnes doctor.Ex qua colligitur, quod exclusus a remedio ordinario non uidetur exclusus a remedio extraordinario etiam quod excluso sit facta per uniuersalem propositionem,& cum hac glo. concordat alia in l.unica inf.si de momentanea possessio.fueri.appel. & ibi Bal.circa finem.uer.ultimo quẽro cum aliis cumulatis per Alex. in l.si ab arbitro.col.penul.ff.qui sat.cog.& Bart. in cõsi.101.Gerardus.Et Romanus in consi.40. uiso themate.& Bal. in auth. si captiui. in uer. iuxta hoc sequitur sup.de episc.& cler.cum aliis cumulatis hic per Dec.colum.fin.

47 Per quæ † apparet quod facilius tollitur ius cõmune quã ius speciale,Sed incontrarium facit alia regula, quod facilius tollitur remedium extraordinarium quam ordinarium.glo.in c.si super gratia.de offic.deleg.in uer. principalis. Et glo.in c.finali.in glo.fin.16. q. 4. Et lex correctoria corrigens remediũ extraordinariũ facilius extenditur qnam corrigens remedium ordinarium.gl. in c.statutum. §.1. in uer. numerandum, de rescript.in 6. Et remedium ordinatum facit cessare extraordinarium.

riũ.l.in causæ.2.§.1.ff.de min.& l.in prouinciali. §.1. ff.de nou. oper. nuntiat. per quæ iura patet quod facilius tollitur ius speciale quam commune, & sic tot autoritates uidentur contrariæ. Decius hic resoluendo distinguit, quod aut disponens habet animum tollendi utrunque, & tollitur tam ordinarium quam extraordinarium, quia est minus potens & minus fundatũ per allegata contra gloss. si uero non apparet quod disponens habeat mentem tollendi utrumque, & tunc tollitur ius commune tantum, & non ius speciale, per allegata per glo. in prima parte, & ratio est, quia non præsumitur quod disponens cogitauerit tollere remedia specialia, Et sic ius speciale remanet, non quia fortius sit, sed quia de eo non uidetur cogitatum, ut nota. per Bar. in l.4.§.1.ff.de fideicommiss.liber; Et per Innoc.& Abba, in c.pastoralis. de causa possess.& propr. Et cum hac distinctione debet intelligi dictum Soc. in consilio 298.capio primum, uer. circa tertiam dubitationem. Quam tamen distinctionem ego puto procedere quando lex uult tollere remedia, sed si esset priuatus, tunc difficilius tollit ius speciale.auth. hoc inter liberos. in fr.de test.& ibi not. Ange. uel ibi illud est quia ius speciale habet præsumptionem naturalem pro se, & per cõsequens defectus uoluntatis succedit ex præsumptione. Quod uerius uidetur.

48 Secundo † colligitur ex glo. quod minor renuntians liti de iure communi non potest instaurare litem, Sed incontrarium allegat hic Dec. quia iste minor alienat actionem, ideo non uidetur posse facere sine decreto, sicut nec cętera bona immobilia potest alienare. l. si prædium.& per totum.inf. de præd.minor. nam actio competens pro re immobili reputatur res immobilis, ut per Bar. in l.potest.ff.de aut.tutor. Sed pro opinione glo. facit quod uoluit ipsemet Dec. sup. in 2. notabili. dum dicit quod renuntiatio tacita quæ insurgit ex facto potest fieri sine consensu illius sine quo alias res nõ potest alienari, ut per glo. in c.ex ore. in uers. renuntiasse. extra de iis quæ fiunt a maio.parte capit.& per Abba. in c.dilecti. in tertio notabili. de foro compet. per quæ iura ipse concludit quod clericus potest renuntiare liti de beneficio sine consensu episcopi, & uasallus liti de feudo sine cõsensu domini, Et ibi ego secutus fui confirmando, & tunc placet etiam in isto minore, quia per renuntiationem litis non priuatur dominio rei, uel actione sua, sed solum extinguitur lis & causa quæ causata fuit ab eo deducendo actionem in iudicium, & inducit obstaculum ipsi actioni, ideo non uidetur talis renuntiatio compræhendi sub nomine alienationis rei, Quare uidetur dicendum quod minor renuntiando excludatur a potestate instaurandi litem per renuntiationem de iure communi, sicut maior, sed postea possit petere se restitui in integrum, ut hic per glo. quam sequitur Alc. hic in principio, repræhendens Dec. cogita tamen. Et hæc sufficiant.

Ioannes Bolognetus Iurisconsul. Bononiensis Neapoli legens, de Anno. 1552.

Summaria super. l. petens. C. de Pactis.

1 PACTA aut sunt simplicia aut correspectiua.

2 Pacta correspectiua tanquam conuenientiora negotijs hominum magis frequentantur.

3 In contractibus innominatis loco specialis formæ & nominis requiritur implementum ad efficatiam.

4 Contractus innominati per accidens aliquando dicuntur pacta nuda.

5 Pacta simplicia multum frequentantur, & dicuntur proprie pacta nuda quia sunt nuda a causa & forma & a nomine.

6 Pacta simplicia ex extrinsecis fomentis uestiuntur.

7 Pacta duobus modis uestiuntur, essentialiter, & accidentaliter.

8 Essentialia uestimenta pacti inducunt formam specificam, & ea specificatu, non autem uestiunt.

9 Pacta accidentaliter uestiuntur quatuor modis.

10 Vestimentum rei interuentus non est proprie uestimentum sed implementum.

11 Vestimentum traditionis quod sit & quando fiat.

12 Vestimentum rei interuentus quod sit & quando fiat.

13 Vestimentum legis auxilio quod sit & quando fiat.

14 Pactum iuxta contractum appositum operatur octo effectus circa contractum.

15 Pactum continens idem quod contractus quos effectus operetur.

16 Pactum continens contrarium contractui in totum quos effectus producat.

17 Pactum continens quid contrarium contractui quos effectus operetur.

18 Pactum continens quid diuersum a contractu quos effectus producat, & pertinet ad istam legem.

19 Tria debent concurrere ad decisionem istius legis & eius exemplum inueniendum, & propterea uariatur in intellectu.

20 Casus figuratio aperiens totam materiam.

21 Pactum incontinenti appositum uidetur inesse ipsi contractui.

22 Verbum petere an intelligatur in iudicio uel extra iudicium late discutitur & noua datur distinctio.

23 Pactum appositum iuxta cõtractum stricti iuris informat actionem ex contractu.

24 Contractus nominatus iuxta alium contractum nominatum appositum eius actionem informat.

25 Pactum tacitum informat actionem ex contractu.

26 Contractus stricti iuris an extendatur ad alias res non expressas.

27 Intellectus nouus ad l. etiam. C. de iure dotium.

28 Pactum incontinenti appositum est correspectiuum ad contractum.

29 Contractus habens pacta incontinenti apposita potest præsentari secundum formam ritus in regno.

30 Pactum appositum iuxta contractum stricti iuris uestitur cohærentia contractus & producit propriam actionem.

31 Libellus, peto sententiam pro me feri, an ualeat, late discutitur.

32 Libellus, peto causam sine debito terminari, ualet.

33 Libellus, peto ius & iustitiam ministrari ualet.

34 Clausula, peto ius & iustitiã ministrari, in quibus casibus cessat.

35 Intellectus primus discutitur & repræhenditur.

36 Intellectus secundus refertur & repræhenditur.

37 Facultati declarandi non præscribitur.

38 Potestas naturalis, liberum arbitrium, & potentiæ naturales differunt a iure naturali.

39 Potentiæ naturales an hodie sint alteratæ per ius ciuile, ut præscribi possint, docte & subtiliter declaratur.

40 Præscriptio in iuribus personalibus uel realibus an procedat sine possessione.

41 Facultas declarandi an præscribatur quando tractatur de præiudicio tertij.

42 Pacto de retrouendendo an possit præscribi, late discutitur.

43 Intellectus primus contra saluationes Guglielmi, Fulgosij, & aliorum repræhenditur.

44 Intellectus secundus contra saluationes Baldi repræhenditur.

45 Tertius intellectus latissime examinatur & defenditur.

46 Hæc lex præsupponit necessario pactum continere diuersum a stipulatione.

47 Pactum quamuis non sit de appenditijs contractus, uestitur cohærentia contractus.

48 Stipulatio an possit informari per pactum, latissime discutitur, & resoluuntur omnia fundamenta contra communem.

49 Forma stipulationis extenditur ad pactum, & ad alias conuentiones quæ incontinenti placuerunt.

50 Pactum an uestiatur cohærentia stipulationis latissime discutitur, & resoluuntur fundamenta contra communem.

51 *Vesti-*

51 *Veſtimentum cohærentiæ contractus an reperiatur, latisſime diſcutitur.*

52 *Actio præſcriptis uerbis quando concurrat cum alijs actionibus.*

53 *Pactum pro uno appoſitum iuxta contractum pro alio ueſtitur cohærentia contractus, & referendo pactum ad contractum inſurgit cōtractus tertius innominatus ut cōpetant tres actiones. ſ. actio informata, & duæ præſcriptis uerbis.*

54 *Quartus intellectus refertur & repræhenditur.*

55 *Pactum appoſitum iuxta contractum pro alio factum an informet actionem ex eo.*

56 *Pactum appoſitum iuxta cōtractum correſpectiuum ſemper informat actionem pro quocumque apponatur.*

57 *Actio non competit ex contractu reſultante referendo pactū ad contractum niſi ſit ſequutum implementum.*

58 *Contractus ſtipulationis an poſſit per pactum informari.*

59 *Pactum in fauorem unius an ueſtiatur per contractum in fauorē alterius.*

60 *Declaratio exempli poſiti per glo.*

61 *Vſuræ promiſſæ in recompenſationem pacti quando a iure permittantur, & exigi poſſint.*

62 *Pactum principale non ueſtitur a ſtipulatione pœnali.*

63 *Pœnæ ſolutio an inducat implementū in cōtractu innominato ut poſſit producere actionem.*

64 *Pactum appoſitum iuxta contractum innominatum non ueſtitur cohærentia contractus etiam ſi poſtea ſequatur implementum.*

65 *Naturalis obligatio an naſcatur ex contractu innominato ante implementum.*

66 *Pactum an ueſtiatur cohærentia contractus innominati impleti.*

67 *Pactum an ueſtiatur cohærentia contractus conditionalis, latiſſime diſcutitur.*

68 *Pactum an informet contractum conditionalem.*

69 *Pactum ueſtitum cohærentia contractus cōditionalis an deficiente eo remaneat ueſtitum.*

70 *Intellectus. l. ſi in uenditione. ff. de peric. & com. rei uend. latiſſime ultra alios diſcutitur.*

71 *Pactum de quo in l. ſi in uenditione an proſit ad agendum uel excipiendum.*

72 *Lex ſi in uenditione an intelligatur de periculo interitus uel deteriorationis.*

73 *Lex ſi in uenditione an uelit deficiente conditione ſeruari pactum.*

74 *Lex ſi in uenditione an contineat contractum reſultantem referendo pactum ad contractum.*

75 *Pactum an duret ueſtitum reſoluto contractu.*

76 *Pacta appoſita iuxta contractum an reſoluantur reſoluto contractu.*

77 *Emphiteota qui cecidit a iure ſuo propter canonem non ſolutū an cadat a pacto luendi.*

78 *Actio naſcens ex pacto ueſtito cohærentia contractus bonæfidei an efficiatur bonæfidei.*

79 *Incontinenti fieri quæ dicantur.*

80 *Diſtinctio generalis in tota materia remiſſiue ponitur.*

Repetitio legis Petens.C.de Pactis.

AEC Lex reputatur ualde ſubtilis, & cōtinere terminos difficiles tā doctoribus quā ſcholaribus, Ideo ad euidentiam totius materiæ, ut planum iter ad eam ſternatur, præmittenda ſunt multa, Et primo q; cū antiquisſimo iuregentiū cōuentiones hominum ex accidenti nomen pactorum aſſumpſiſſent, ac ſub uno generali nomine pactorum cōtinerētur, a pace dictæ quaſi ad pacē inducēdam cōſeruandamue inducta
1 fuiſſent. l. 1. ff. eod. & dixi in rub. ſup. eo. † Apparuit po-
ſtea ex uſu & earum frequentia recipere inter ſe diuer
ſitatē, Et compertum fuit duo eſſe principalia genera.
ſ. pacta ſimplicia, in quibus una pars tantum promitte-
bat uel obligabatur, & pacta correſpectiua in quibus
ab utraque parte aliquid fiebat uel promittebatur, Hęc
2 pacta † correſpectiua tamquā magis cōuenientia nego-
tiis hominum magis frequentabantur, & appellata fue
runt contractus, quaſi hinc inde actus in conſenſu obli
gatione uel promisſione. l. Labeo. lib. 1. §. 1. ff. de uerb.
ſignifi. Et cum haberent cauſam apparentem obligatio
nis & promisſionis propter correſpondentiam & ſpē
recompēſationis non dicebantur nuda. l. ſolent. ff. de
præſcrip. uerbis. & l. iuriſgentium. in 2. reſponſo. ff. eo.
& ideo executioni mandabantur, Et cum eorum quæ-
dam eſſent in quotidiano uſu, & in asſiduis negotiatio
nibus, acceperunt ſpeciale nomen & formam propriā
particularem, & ut facilius ab aliis diſtinguerentur, ac
ceperunt ſpeciale nomen, & appellati fuerunt contra-
ctus nominati, Quibus & ius gentium plenum robur
conceſſerat, & ſuccesſiue ius ciuile in totum recepit &
dedit actionē & obligationem ciuilem & plenisſimā
efficatiam ad exequendum.
3 Alii † uero qui talem formam particularem nec ſpe-
ciale nomen acceperunt remāſerunt ſub generali no-
mine contractuum, & appellati fuere contractus inno-
minati, Quibus nec ius gentium ſecundum unam opi-
nionem poſitam in Rubr. ff. de uer. obli. nec ius ciuile,
ſecundum omnes, dedit tantam efficatiam ad agēdum
& exequēdum, Sed in locum formæ particularis defi-
cientis pro productione actionis uel obligationis ciui
lis uoluit utrunque ius, quod ad conſequendam actio-
nē uel aliam poteſtatē agēdi ille qui uellit agere adim
pleuerit pro parte ſua plenisſime. l. ex placito. infr. de
rerum permu. & l. 1. ff. de rerum perm. & l. naturalis. §.
1. & per totum. ff. de præſcriptis uerbis. & l. fi. & ibi no.
ff. de condic. ob cauſam. Ac eidem adimplenti conceſſa
fuit facultas pœnitendi antequā alter adimpleat. d. l.
1. in fin. ff. de rer. permu. & l. rebus. inf. de rerum perm.
& l. ſi pecuniā. & ibi not. ff. de condic. ob cauſam. Et ꝓ
pter hanc rationem, quia ante implementum ſecutum
ab una parte nullam producunt actionem de iure ciui
li, ut probatur in d. iuribus. & propterea habent aliquā
cōueniētiam cū pactis nudis quę nō producūt actionē.
4 Aliquando † contractus innominati appellantur pa-
cta nuda. l. ſiue apud acta. inf. de tranſact. & ibi dicā. &
in rub. inf. de tranſact. & dicuntur nuda ſecūdum quid
& improprie, comparando eos ad contractus nomina
tos, ſed uere non ſunt nuda ut ſtatim dicam.
5 Pacta † ſimplicia uero non ita frequentabantur, cum
non ita conuenirent negotiis hominum, ex eo quia ille
qui obligabatur non eſpectabat aliquid in recompen-
ſationem ab alia parte dari uel fieri, & ideo præſume-
bātur indeliberate facta & quaſi per modū iactantiæ.
arg. l. cum de indebito. ff. de probat. & not. docto. in ru
br. ff. de uerb. oblig. Nec habebāt efficaciam, nec in eis
exercebatur manus regia, ut concluſi cum Alcia. in ru-
br. ſup. eo. & in rubr. ff. de uerb. oblig. quia lex ex hoc
iure. ff. de iuſtit. & iure. & §. ex hoc iure. inſtitu. de iur.
natur. genti. & ciuil. ſolum faciunt mentionem de con-
tractibus nominatis, & ſi iure gētium quis uolebat do-
nare non donabat promittendo, ſed actualiter dando,
quo caſu erat contractus nominatus donationis, ut per
Barto. in l. iuriſgentium. in princ. ff. eod. Sed ſolum eo-
dem iure gentium erant utilia ad retentionem. d. l. iu-
riſgentium. §. igitur nuda.
Et appellabātur pacta nuda quaſi nuda a cauſa, nuda
a forma, & nuda a nomine, & cōſiſtunt ſolum in nudo
quodā & indeliberato conſenſu partium, ſicut alias nu
da uoluntas dicitur. l. Pomponius, la prima. ff. de nego.
geſtis. Et cum iſta qualitate debili recepta fuerunt a
iure ciuili. Vnde neutro iure ſecundum opinionem

ſup.poſitum, uel in iure ciuili ſecundum communem opinionem, non ualent ad obligationem & actionem ciuilem inducendam ſeu efficaciam executionis niſi aſſumant extrinſece cauſam promiſsionis magis apparentem & fomētum nouum.d.§. igitur nuda.

6 † Sed ſi ex extrinſecis conſtat de aliquo ſigno ut cum aliqua deliberatione facta præſumi uideantur, tunc producant actionem & obligationem, ut ſi apponantur iuxta aliquem contractum nominatum & efficacem qui delibe rate ſolet fieri, uel iuxta traditionem alicuius rei actualem, uel fauor cauſæ allegatæ innuat præſumptionem deliberatæ promiſsionis, ut cauſa dotis, uel alia iuſtisſima cauſa naturalis uel ciuilis, tunc producunt actionē iure ciuili, Et antiquo iure gentium efficaciam manus regiæ producebant, iuxta l.in bonæfidei.&.l.legem, ſupra eodem.&.l.ad exactionem.inf. de dotis promiſsione,& l.legitima.cum gl.ſua.ff.de pactis. Quæ cauſæ extrinſecæ ſiue ſigna ſiue actus cohærentes appellata fuerunt alio uulgari nomine a gloſatoribus ueſtimenta pactorum.i. fomenta & calores & efficaciæ cohærentes conſenſui, & illi conuentioni informi.

7 Vnde † innoleuit illud uulgare dictum, pacta nuda ueſtiri certis modis ad producendum actionem uel obligationem ciuilem ſeu efficaciam exactionis, in tantum quod glo. in.l.iuriſgentium.§.quinimo.ff. de pactis.dixit octo eſſe ueſtimenta pactorum, uidelicet ueſtimentum re, uerbis, literis, uel cōſenſu, rei interuentus, traditionis rei, cohærentiæ contractus, & legis auxilio, de quibus ibidē plene per doctores.& in.§.primo.inſtit. quib mod.re contr.oblig. Sed quia in utroque loco cōfuſe loquuntur, ideo breuius.

8 † Et clarius dicas, quod pacta nuda principaliter ueſtiuntur duobus modis, eſſentialiter, & accidentaliter. Eſſentialiter ueſtiuntur re, uerbis, literis, & conſenſu, nam per talia ueſtimenta pacta in genere tanquā una materia informis aſſumunt formam & eſſentiam ſpecificam, & cum illa ſpecifica forma introducuntur in rerum natura, & non dicuntur proprie ueſtiri, ſed potius qualitates eſſentiales aſſumere cum pactis in ſpetie exiſtentibus in rerum natura non addantur, ſed addita cum materia conſenſus & agregata cōſtituunt illos contractus, ſicut ex anima & corpore fit homo, uel ex pariete & tecto fit domus. Et per iſtas qualitates pacta in genere deducuntur ad ſpecificam formam & eſſentiam, ſicut per rationē animal in genere deducitur ad ſpecificam formam & eſſentiā hominis, Et ſicut ille ſunt differentiæ ſpecificæ in animalibus, ita hæc faciunt differentias ſpecificas.

9 Pacta † uero ueſtiuntur accidētaliter quatuor modis, rei interuentu, cohærentia contractus, traditione rei, & legis auxilio. Et iſta dicuntur eſſe proprie ueſtimenta, quia accidunt pactis poſtquam ſunt introducta in rerum natura, ſicut ueſtimēta ponuntur hominibus poſtquam nati ſunt.

10 † Sed ueſtimentum rei interuentus non eſt proprie ueſtimentum, ſed ſuo proprio & ueriori nomine appellatur implementum, quia non eſt extrinſecum a pacto, ſed cōtinetur in eo, quia fit de re deducta in pacto, & magis aſsimilatur eſſentialibus ueſtimētis, cum ab initio eius promiſsio interueniat, & per eius interuentum actualem ſequentem conſequitur actor actionem contra aduerſarium ad intereſſe uel ad repetē dum quod dedit.iux.l.1.ff.de rerum permut.& l.ex placito.& l.rebus.infra de rerum permut. Et ideo non cōuenit niſi in contractibus innominatis correſpectiuis qui non dicuntur proprie nudi quia habent apparentē cauſam promiſsionis & præſumptam deliberationem in promiſsione ut ſint efficatiores.d.l.iuriſgentium.§.1. Quia tamen non habent ſpetiale nomen oportet q̄ addatur illud fomentum implemēti ab una parte quod præſtat efficaciam contractui, & certo modo & improprie appellatur ueſtimentum, cum ſit implementū, ut dixi.

11 Veſtimentum † traditionis rei fit quando una res traditur ex aliquo contractu uel titulo, & poſtea apponitur pactum de aliquo alio faciendo.l.legem.ſupra eod. & l.1.per totum infra de donat.quæ ſub modo. Et differt a ueſtimento rei interuentus, quia illud fit de re promiſſa in contractu principali, & implet illam promiſsionem, & appellatur proprie implementum, ſed ueſtimentum traditionis rei fit quando res ipſa eſt ſeparata a pacto, & non eſt debita propter pactum, ſed traditur pro executione alterius contractus, ut ſiquis ex cauſa contractus dotis tradat fundum, & apponat pactum quod certo modo uel cum certa conditione reſtituatur, uel quod unus eat Romam, uel quid ſimile promittatur per pactum.d.l.legem.ſupra eodem.& l.prima.& per totum infra de donat.quæ ſub modo.cum declaratione tamen de qua per glo.& docto. in l.ſi intra.ff. de pactis.

12 Veſtimentum † cohærentiæ contractus fit quando poſt unum contractum factum contrahentes apponūt aliquod pactum continens quid ſeparatum ab eo quod principaliter deducitur in contractum, & operatur uarios effectus, ut ſtatim dicam, quia hæc eſt proprie materia huius legis.

13 Veſtimentum † legis auxilio fit quando propter fauorem cauſæ lex præſumit deliberatam promiſsionem, & uult quod ex eo pacto agatur, ut eſt in l.ad exactionem inf.de dot.promiſ.& l.ſiquis argentum.§.ſinautē.infr. de donat. ſecundum unum intellectum, & plene per docto.in l.legitima.ff.de pactis. Et hæc ſufficiant quantū ad generalem cognitionem ueſtimentorum pactorum.

In lege autem noſtra ſolum tractatur de uno ueſtimento ſcilicet cohærentiæ contractus, quod fit ut dixi quando pactum apponitur iuxta aliquem contractum diuerſum ab eo. Et quia hoc ſemper non contingit, q̄ pactum appoſitum iuxta cōtractum ueſtiatur, ſed alios

14 uarios effectus operatur, Ideo † ſecundo loco proprius ad textum præmittendum eſt, quod pactum appoſitū iuxta contractum operatur octo effectus, Nam aliquādo confirmat contractum, aliquando implet, aliquando declarat, aliquando reſoluit, aliquādo transformat, aliquando renouat, aliquando reformat, aliquando informat, & ueſtitur, Qui effectus quomodo contingant non declaratur per docto.& confuſe de eis loquuntur, ſed ultra alios poſſunt ita reduci ad ordinem & theoricalem cognitionem.

Nam pacta iuxta contractus poſſunt quatuor modis concipi, Quia pactum aliquando continet idem quod contractus, aliquando continet totum contrarium eius quod apponitur in contractu, aliquando cōtinet quid contrarium contractui ſed non in totum contradicit,

15 aliquando continet quid diuerſum. † Pactum poteſt cōtinere idem quod contractus tribus modis, Nam aliquando replicat in pacto promittendo illudmet quod promiſſum eſt in contractu, geminando conuentionē, & tunc appellatur pactum confirmatorium contractus & inducit conſtitutum ſi interuallo fiat, iux. not. in l.1.& per totum.ff.de conſtit.pec.& in §. de conſtituta. inſtitu.de action.& per modernos & nouiſsimos in rubrica.ff.de uerb. oblig. Secundo poteſt pactum cōtinere idem relatione, quod contingit quando in cōtractu non nominatur res, ſed promittitur illud quod dictum fuit in pacto uel dicetur, & ſic cōtractus ſe refert ad pactum, & tunc appellatur pactum impletorium de quo loquitur primus intellectus glo. dum allegat.l.aſſe toto.ff. de hæred. inſtit. Item poteſt exemplificari pactū impletorium quando per pactum quis promiſit facere contractum, de quo per Bart.in l.ſingularia.in 3. colu. ff.ſi cer.peta. Tertio modo pactum cōtinet idem quod contractus declaratione, quando res expreſſa in cōtractu eſt dubia & per pactum declaratur, & tunc appellatur pactum declaratorium contractus, de quo loquitur glo.hic in 2. intellectu iſtius legis, & hæc quantum ad

ad primum modum concipiendi pactum.

16 Secundo † modo principaliter potest concipi pactũ iuxta contractum appositum ut contineat promissionẽ in totum contrariam contractui, & hoc similiter cõtingit tribus modis, ut contradicat in uoluntate contrahẽtium prima, uel contradicat formæ, uel substantiæ, uel tertio contradicat in ipsa re deducta in contractu. Pactum contradicit contractui in uoluntate quando primo dictum fuit, uendo pro centum, & in pacto dicatur non uendo, uel quod nolunt amplius quod sit uendita res, & istud appellatur pactum resolutorium contractus. l. ab emptione. & l. si unus. §. pactus. 2. responso. ff. de pactis. & l. cum emptor. §. 1. ff. de rescind. uēditio. Et idem erit si adimplementum contrahentes fingant per acceptilationem. d. l. cum emptor. in prin. ff. de resc. uēdi. & l. fi. ff. de acceptilatio. & §. fi. insti. quibus mod. toll. obligatio.

Pactum contradicit formæ contractus uel substãtiæ quando in pacto continetur unum quod est de forma uel substantia contractus, & fit pactum ut non interueniat, ut si in contractu mutui agatur quod non transferatur dominium, uel quod species aliqua sit pretium in uenditione, uel quod donatio causa mortis nunquã possit reuocari, & hoc appellatur pactum transformatoriũ contractus, quia facit desinere contractus nominatos inter partes, & transire in alium contractum, de qua trãsformatione loquitur lex 2. coniuncto. §. appellata. ff. si certum petatur. & ibi nota. per omnes. & probatur in l. ubi ita donatur. ff. de do. causa mor. & ibi etiam not. quando tale pactum ualeat uel non. Et idem etiam erit quãdo partes conueniunt quod illud quod debetur ex causa unius contractus debeatur ex causa alterius contractus, de qua materia habetur per omnes docto. in l. singularia. ff. si cer. pe.

Pactum contradicit contractui in re ipsa quando in contractu uenditur domus, & postea in pacto diciturq; non domus, sed fundus sit uenditus, & tunc appellatur pactum renouatorium, siue pactum nouans, quia retenta forma contractus mutatur res ipsa quæ est subiectũ contractus. argum. l. si ita scriptum. & l. 2. ff. de hæredi. instit. & faciunt ea quæ dixi ultra alios in lege edita. in materia mutationis. numero 87. supra de edendo. & hæc de secundo modo concipiendi pactum iuxta cõtractum.

17 Tertio † modo principaliter concipitur pactum iuxta contractum ut contineat quid in parte contradicens contractui, & hoc contingit quando retenta forma & substantia contradicit in accidentalibus contractus, ut si res uendita sit uel promissa sub cõditione modo promittatur pure uel econtrario, uel erat debitum soluendum certo die, & fit pactum ut soluatur diuersis temporibus, & hoc appellatur pactum reformatoriũ, de quo habetur in le. lecta. ff. si certum petatur. & ibi dixi post Paulum de Castro. quamuis Barto. & antiqui aliter sentire uideantur. Et appellatur reformatorium quia mutat aliqd de forma contractus, sed tamen remanet principalis forma & substantia. argu. l. proponebatur. ff. de iud. & dixi in d. l. edita. loco allegato. Et idem etiã erit si contradicat in parte rei uel pretii deducti in principali contractu, ut habetur in l. iurisgentium. §. adeo. ff. de pact. Et quia in aliquo mutat, potest etiam dici pactum mutans contractum pro parte.

18 Pactum quarto modo † potest concipi iuxta contractum unum ut contineat quid diuersum a contractu & a re deducta in eo, ut si promissa sint centum in contractu, & in pacto promittatur ire Romam, uel ex parte creditoris uel debitoris, & tunc appellatur pactum informatorium contractus, idest pactum quod auget formam contractus addens aliquid non promissum in eo quod est compatibile secum, quasi ualde formatorium, quia formam contractus auget & actionem. Cum actio nascens ex uno contractu sui natura non potest dari nisi ad illud quod est promissum in contractu uel eius accessoriis, tamen propter pactum appositum extenditur ut detur ad aliud diuersum & separatum, & informatur actio ut competat ad promissa in pacto. Et hic est unus effectus istius pacti. Alium etiam effectum producit tale pactum continens quid diuersum, quia propter cohærentiam contractus assumit robur & efficaciam & præsumptam deliberationem in promittẽdo, ut uestiatur cohærentia contractus & producat ex se actionem præscriptis uerbis. l. in bonæfidei. sup. eod. & hic effectus est primus quia primo uestitur, & postea robur assumptum reflectit in contractum, & illum informat ut actio ex eo competat etiam ad pactum. Et de hoc pacto hoc quarto modo concepto tractatur in l. in bonæfidei. supra eo. & in l. iurisgentium. §. quinimmo. ff. de pactis. & in hac lege nostra. Sed tamen l. nostra diuersificatur ab aliis, quia hic loquitur in contrac. stricti iuris, & ille loquuntur in contractibus bonæfid. Et iam clarum erat & receptissimum in iure quod isti effectus nascerentur ex pacto apposito iuxta contractum bonæfidei propter eorum benignam naturam, iux. no. in §. in bonæfidei. insti. de actio. Tamen poterat esse dubium quid de contractibus stricti iuris an actio ex eis descendens informaretur & pactum uestiretur cohærentia contractus. Et propterea facta fuit lex nostra, in qua hoc determinatur secundum communẽ intellectum quem ponit glo. in 3. intellectu.

Vnde subiectum istius legis est, & intentio finalis, an pactum continens quid diuersum appositum iuxta cõtractum stipulationis uestiatur cohærentia contractus & informet actionem ex stipulatione uel alio contractu stricti iuris, & prædicta distinctio conceptionis pactorũ satis est de mente Lorioti in tractatu de pactis axioma. 27. usque ad axioma. 32. licet non ita magistraliter & perfecte loquatur, sed uult iux. contractum stipulationis pactum effic. stipulationem, ut nõ ex pacto, sed ex stipulatione nascatur actio. iuxta. l. lecta. ff. si cer. pet. & quia in stipulatione pacta tacite uidentur repetita. l. Titia. §. idem respondit. & §. fi. ff. de uerb. oblig. Sed quia. d. lex lecta loquitur de reformatione & pacto contradicente contractui, & sic in uno modo concipiendi diuerso ab ista lege, ideo uerior est distinctio supra tradita, ut in l. nostra pactum remaneat pactum separatũ a contractu stipulationis, & uestiatur & informet, & quando contradicit in aliquo & reformat stipulationem tunc desinat esse pactum & transeat in stipulationem, ut ego declaraui in d. l. lecta. & inf. dicam.

19 Tertio † pro intelligentia literæ, & principaliter prę mittendum est, quod in l. nostra ponuntur tres qualitates diuersæ quæ simul debent concurrere ad decisionẽ istius legis, scilicet quod interuenit hic pactum & stipulatio. Secundo quod stiputatio sit facta gratia seruãdi pactum. Tertio, quod pactum sit appositum incontinenti ante uel post, ita quod aliud sit si esset appositum ex interuallo. Quæ tres qualitates cum difficultate possunt simul concurrere in uno exemplo ut sequatur decisio quæ ponitur in textu. Ideo textus redditur difficilior in inueniendo bonum exemplum & figurationem casus. Et propterea habet uarios intellectus. In hoc tamen conueniunt & glo. & docto. quod in l. nostra non tractatur de pacto contradicente contractui nec in totum nec in parte, quia tunc non posset dici quod stipulatio esset facta gratia seruandi pactum, & ideo clarum est quod hæc lex non loquitur de pacto resolutorio, transformatorio, reformatorio, uel renouatorio contractus. Sed solum remanet difficultas an possit exemplificari quãdo pactum cõtinet idem quod contractus uel quid diuersum, & duo primi intellectus præsupponunt quod pactum continebat idem quod contractus stipulationis, sed ultimus intellectus glos. idest tertius prẹsupponit quod in hac lege pactum continebat quid diuersum a stipulatione.

Primus igitur est intellectus, quod in hac stipulatione promissor non expresserat rem aliquam, sed se retulerat ad rem expressam uel exprimendam in pacto, dicendo promitto illud quod promisi, uel promittam in pacto, & sic pactum continebat idem quod contractus & huic intellectui conueniunt illa uerba, quod stipulatio sit facta gratia seruandi pactum, Sed communiter doct. reprehendunt hunc intellectum, quia secundum eum stipulatio esset imperfecta, & ipsa impleretur per pactum, & per consequens esset pactum impletorium stipulationis, sed de natura implementi est quod possit interuenire ex interuallo & semper producat actionē. l. asse toto. ff. de hære. insti. & l. institutio talis. ff. de cōdi. insti. cum concor. alleg. per Bar. Ideo non conuenit literæ in qua præsupponitur quod pactum de se producat actionem, & quod sit necesse quod pactum sit factū incontinenti, taliter quod cesset hæc decisio si apponatur ex interuallo, Tertio etiam reprehenditur, quia lex esset de indubitabili, cum nulla probabilis dubitatio potuerit esse quare ex stipulatione ita concepta nō deberet nasci actio.

Vnde secundus ponitur intellectus, quod in stipulatione de qua hic erat expressa res sed qualitates non erant positæ, ita quod poterat dubitari de qua re esset conuentum inter partes, ut si promisit per stipulationē dare decem aureos, sed non dixi quales, & in pacto postea conuentum fuit ut intelligeretur de imperialibus uel de scutis gallicis, & sic pactum continet idem quod stipulatio, & eam declarat, Sed iste intellectus etiam reprehenditur, quia hæc declaratio potest fieri etiam ex interuallo. l. hæredes palam. §. si quid post. & §. sed si notam. ff. de test. Et quia etiam ex pacto declaratorio nō nascitur actio particularis, cuius contrarium in utroq; præsupponitur hic in litera. Tertio similiter reprehenditur, quia lex non haberet aliquam probabilem dubitionem quod ex ista stipulatione nasceretur actio. contra. l. Labeo. ff. de carb. edicto.

Vnde tertius ponitur intellectus, quod pactum hic continebat quid diuersum a contractu, quia in stipulatione centum erant promissa, & in pacto continebatur ire Romam uel scribere librum, & quia istud pactū incontinenti erat appositum, uestitum fuit cohærentia contractus, & postea retorquendo uigorem assumptum in contractum conformat eum ut producat actionē ex stipulatione ad illud quod est promissum in pacto, ut ire Romam, uel scribere librum, quamuis sit stricti iuris, & ipsum pactum producat etiam actionē præscriptis uerbis. Et huic intellectui conuenit optime litera in uerbo statim, & cum ministerio fuit positum, cum alias si ex interuallo fuisset appositum, nullus ex istis effectibus nasceretur. Sed solum obstat, quia non uidetur qd stipulatio sit facta gratia seruandi pactum. Tamen cōmuniter docto. tenent intellectum, quia satis dicitur stipulatio facta gratia seruandi pactum cum de facto illud conseruet præstando tantam uirtutem & efficaciā. Sed tamen postea iste intellectus subdiuiditur in duos, quia Petrus hic uult quod pactum & stipulatio sint facta a diuersis, & contractus primus sit correspectiuus, ut uenditio, uel permutatio, & super contractu correspectiuo sit apposita stipulatio, & postea sit factum pactum de eundo Romam, ut refert Bar. inf. colum. 2. uersicu. item contra istam lecturam instant ultramontani. Alii uero uolunt quod hic pactum & stipulatio sit facta pro eodem, & utrunque promiserit reus actori, tam cētum, quam ire Romam, & causa istius uariationis est, quia quando contrac. & pactum fiunt pro eodem tunc nulla est correspondentia & nullus contractus innominatus potest insurgere referendo pactum ad contractū ideo non potest nasci actio aliqua noua, sed quādo pactum est factum pro uno, & contractus pro alio, ut quia unus per stipulationem promittit centum, & alius in recompensationem promittit ire Romam, tunc referēdo pactum ad contractum insurgit tertius & tacitus cōtractus innominatus, promitto centum ut eas pro me Romam, ex quo tertio tacito & nouo contractu insurgente potest nasci actio præscriptis uerbis, sicut ex quolibet alio contractu innominato nascitur. l. naturalis. §. 1. ff. de præscri. uerb. Sed communiter docto. tenent utrunque exemplum, siue stipulatio & pactum sint facta pro eodem, siue correspectiue, quia utroq; casu uolunt pactum uestiri cohærentia contractus, & informare eius actionem, & producere ex se ipso nouam actionem. Et quando pactum correspectiue apponitur, uolunt tertium contractum insurgere, & aliam tertiam actionem producere, taliter quod pactum quod ex se solum nullam producit actionem. l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pact. si apponatur iuxta contractum acquirit tres actiones pro sua executione, uidelicet actionem ex contractu quam informat, & actionem ex se ipso quam producit, quia uestitur cohærentia cōtractus, & tertiam actionem acquirit, quia si pactum est correspectiuum ad contractum, referendo pactum ad contractum insurgit ille nouus contractus innominatus q suam producit actionem præscriptis uerbis ad illud q est promissum in pacto, & si præcessisset cōtractus cor respectiuus stipulationem & pactum, ut uolebat Petrus semper nasceretur ille nouus contractus, quia pactum tunc a quocunque apponatur facit correspondentiam cum contractu, & sic insurget ille nouus contractus tacitus, & causa istius considerationis Petri, fuit quia ipse negabat uestimentum cohærentiæ contractus, & negabat quod pactum informaret contractum & actionē, & quod uestiretur ut produceret actionem, & solū uolebat quod competeret actio ad pactum appositū iuxta contractum quando referendo pactum ad contractum insurgeret ille contractus innominatus, alias ille nolebat quod in contractibus stricti iuris nasceretur actio ad pactum, & in hoc constituebat differentiam inter cōtractus bonæfidei, quos uolebat informari a pacto, & contractus stricti iuris, quos negabat informare, uel uestire pactum. Et propterea intelligebat quod hic præcesserat ille contractus permutationis correspectiuus, ut illud pactum semper haberet correspondentiam, & insurgeret ille cōtractus innominatus qui produceret actionem, de qua dicitur in hac lege, & ita intelligebat l. 1. inf. de pac. inter emptorem & uenditorem. & l. cum uir. ff. de præscrip. uerb. cum concor. dicentibus ex pacto apposito dare actionem præscri. uerbis. Sed communiter doc. negant hoc præsuppositum Petri, & uolunt quod pactum uestiat contractum stricti iuris & informet actionem ex stipulatione, & quod reperiatur uestimentum cohærentiæ contractus. per. l. in bonæfidei. ibi, ex pacto. sup. eo.

Et constituitur generalis intellectus in lege nostra, quod quando pactum continet quid diuersum a cōtractu apud quem apponitur siue sit contractus stipulationis siue alius contractus quod illud pactum uestitur cohærentia contractus si incontinenti apponatur, & producit suam actionem, ac informat actionem ex stipulatione, & si forsan est correspondentia inter pactum & contractum, quod insurgit alius tertius contractus, qui similiter producit suam actionem præscriptis uerbis secuto impleméto, & secundū istum intellectum quem infra tenebo ita summatur. Pactum appositum iuxta cōtractum stricti iuris informat ueterem actionem, nouam producit ex se, & tertia etiam competere potest si habet inter se correspondentiam. hoc dicit cum tota materia, sed ad corticem uerborum summatur secundū Alex. Pactum appositum iuxta contractum stricti iuris informat actionem contractus ut detur etiam ad illud quod est promissum in pacto.

20 Casus ita†breuiter fingi potest. inter Titium & Sempronium conuentū fuit per stipulationē de dando centum, ac etiam postea conuentum fuit per pactum de

eundo

eundo Romam,nec curo an interuenerit alius primus correspectiuus permutationis uel uenditionis prout præsupponebat necessarium esse.Nec curo an pactū sit factum pro uno,& contractus pro alio, uel stipulatio & pactum sint facta pro eodem, Desiderabat creditor ex pacto agere ad eius implementum,fuit quęsitum an actio ex stipulatu possit competere ad illud quod est deductum in pacto, & uidebatur quod actio ex stipulatione non posset competere ad cogendum aduersariū ire Romam,quia actio competens ex uno contractu nō uidetur quod possit dari ad rem in eo non deductam, maxime si est stricti iuris,ut no. in §. præterea quædā. insti. de actio. quia contrahentes non intendunt obligari ultra rem deductam in contractu. arg.l. si unus.§. ante omnia.ff.de pact.& l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff.de uer.obl.

Secundo confirmabatur,quia in stipulatione requiritur interrogatio & responsio super tota re.l.1.in princi.& §.siquis simpliciter.ff.de uerborum oblig. & §. siquis stipulanti. Sed super pacto non fuit interrogatio uel responsio,ergo ad illud non potest dari actio ex stipulatione, Tertio suadebatur,quia contractus diuersi diuersa remedia producunt,& unius remedium nō trahitur ad aliud,sicut nec sublata actione unius non præiudicatur alii.l.& an eandem.& le. cum quæritur.ff.de re iudic.& l.duobus.§.exceptio.ff.de iureiur.l. duo societatem.§.sed quoniam.uers.non uideri rem in stipulatione deductam.ff.pro socio. ergo actio competens ex stipulatione non potest dari ad pactum quod in ea non est deductum.Quarto etiam faciebat,quia ex stipulatione certa nascitur certi condictio, & ex incerta actio ex stipulatu.§.1.insti.de uerborum oblig. Sed pactum continet quid incertum l.ubi autem non apparet §.qui id quod.ff.de uerborum oblig. ergo certi condictio quæ nascitur ex stipulatione certa non potest dari ad factum quod erat in pacto promissum.Quinto adducebatur,quia ubicunq; in stipulatione enumerātur plures res, tot sunt stipulationes, quot sunt res, & tot actiones.l.scire debemus.ff.de uerborum oblig.Sed pactum erat separatim enumeratum in cētum, ergo deberent esse diuersæ stipulationes,&per consequens actio ex stipulatione de centum non debet posse competere ad illud quod erat in pacto, cum si uere pactum fuisset in stipulatione nascerentur duæ actiones separatæ.

Iis tamen non obstantibus contrarium fuit determinatum in hoc tex.quod immo actio ex stipulatione cōpetens detur etiam ad illud quod est promissum in pacto, & recte secundum se ferri sententiā postulat si statim ante uel post stipulationem appositum sit pactum.

21 Et† ratio decidendi fuit,quia pactum appositum incontinenti uidetur inesse in ipso cōtractu ut perinde sit ac si per stipulationem promissum sit quod erat deductū in pacto.l.lecta.uers.dicebam.ff.si cer.pe.Vnde dicitur esse pars ipsius contractus,& consensus recipit unā formam ab utraque conuentione.l.fundi partem.ff. de cōtrah.emp.cum omnia quæ incontinenti promittuntur uideantur esse ab initio cogitata & ex mente contrahētium sub una forma stipulationis esse compræhensa, Eodem modo quando pactum est appositum incontinenti,quia interpretatiue omnia sunt sub una conceptione,debet competere actio ex stipulatione etiam ad pactum tanquam augumētata & informata sit a pacto.

Nec obst.contraria. & primo quod actio non detur nisi ad deducta in contractum,quia respondetur quod pactum uirtualiter est deductum in contractum & est pars eius,cum incontinenti positum fuerit & uideatur inesse.d.l.lecta. uers.dicebam. Et ideo non inconuenit ꝙ detur actio ex contractu ad alia non cōpræhensa in uerbis expressis, sicut quando in stipulatione aliquid est tacite actum, datur actio ex stipulatione ad illud.l. triticum.ff.de uerbor.oblig.& l.cum quid.ff.si cer.pe. Non obst.quod requiratur interrogatio & respōsio,nā interpretatiue interuenit in pacto cum sit pars eius, & uideatur inesse ex mente contrahentium, sicut contingit in iis quæ tacite repetuntur & acta sunt.l.triticum. ff.de uerborum oblig.& probatur expressius in l. 1.§. siquis.uersicul.cum adiicitur.ff.de uerborum obli. ubi si adiicitur uel detrahitur in respōsione de eo quod est in interrogatione deductum stipulatio non ualet nisi incontinenti placuerit diuersitas, ergo interpretatiue interrogatio & responsio interuenire dicitur super illa noua conuentione. Nec dicatur quod forma ficte interuenire non possit, quia illud est uerum quando forma nullo modo est expressa, sed ubicunque forma expressa est in parte,si alia pars apponatur incontinenti,potest interpretatiue trahi ad totum.d.l. 1.§. cū adiicitur.& l.Titia.§.idem respondit.& di. l. triticum. ff.de uerborum oblig.& l.item quia.§.1.ff.de pac.& d. l.lecta.uers.dicebam. secundum intelligentiam Pauli de castro.ff.si cer.pe. Non obst.quod quilibet contractus producit suum remedium quod non trahitur ad alium contractum,quia illud est in iis quæ fiunt ex interuallo,secus in iis quæ fiunt incontinenti,quia uirtualiter ex mente contrahentium continentur sub una cōceptione contractus,Non obst.quod actio una non datur ad certum & incertum,quia conceditur, sed dicitur hic quod per pactum informatur contractus & ipsa stipulatio ut contineat promissionem pacti, & postea ita informatus producit duas actiones, actionem certi ad certum,&actionem ex stipulatu ad incertum,sicut si uere utrunque esset deductum in stipulatione per interrogationem & responsionem.l.liber homo.§.fi.ff.de uerborum oblig.Non obst.quod ex uera conceptione efficerentur duæ stipulationes & nascerentur duæ actiones.d.l.scire debemus. ergo una non informatur in ficta conceptione, Quia respondetur quod hic nascūtur duæ, sed omnes ex stipulatione, quia stipulatio informatur per pactum,&tanquam prægnans continet utrāque promissionem, & producit duas actiones competentes,certi & incerti,& sic concordat, & facit lex Titia.§.fi.ff.de uerborum oblg.& quod uoluit Bar.in l.lecta colum.pe.& infra etiam, dum dixit quod informatur contractus, per quam considerationem soluuntur infinita contraria quæ possunt allegari. Vel potest dici quod lex scire debemus non procedit in hoc pacto, qa lex pręsumit ista duo collectiue promissa,quo casu semper est una stipulatio & una actio,d.l.scire debemus.§. 1.& ibi no.Bar.& Iaso.Concluditur igitur quod quādo pactum apponitur iuxta cōtractum stipulationis quod informatur ipse contractus quamuis sit stricti iuris qn̄ utraque res promissa non potest contineri sub una actione, uel informatur actio nascens ex stipulatione si conuenit pacto, & datur illa actio informata ad illud quod est deductum in pacto, & illud pactum uestitur ut propriam pruducat actionem præscri.uerb.

In tex.ibi,petens ex stipulatione, idest agens actione ex stipulatu nascente ex contractu stipulationis, ut consequatur illud quod est deductum in pacto. Recte secundum se ferri sententiam postulat, idest bene agit. In textu ibi,quæ placiti seruandi causa sequuta fuit, id est per cuius conceptionem siue existentiam pactū seruatum fuit,cum propter eam mittatur executioni. In textu ibi,siue antecessit siue statim sequutum sit, idest incontinenti ante uel post appositum fuit, ita quod si

22 ex interuallo fuisset factum secus esset. † Exponendo petens,idest agens,colligitur quod uerbum petens intelligitur in iudicio,concordat tex.in l.amplius nō peti.ff.rem ratam haberi. Incontrarium tamen facit tex. in l.si decem cum petiero.ff.de uerborum obliga. Bar. in d.l.amplius non peti.soluendo dicebat quod uerbū petere,relatum ad eum qui potest acquirere ex petitione uerificatur in qualibet petitione extra iudiciali. d.l. si decem cum petiero.si uero refertur ad eum qui debet obligari intelligitur in iudicio. Sed huic distinctioni obstat

obstat iste tex. exponendo ut supra, ubi tractatur de eo cui acquiritur, & tamen intelligitur in iudicio. Vnde Bal. in auth. habita. inf. ne filius pro patre in fine reprę hendit Bar. in d. l. amplius. & dicit quod si uerbum, petere, refertur ad obligationem, intelligitur extra iudicium, sed si refertur ad iudicium, tunc significat litis cō testationem. d. l. amplius. ubi tractatur de petitione iudiciali. Salic. etiam in l. siquis maior. infra de transactionibus. repræhendit distinctionem Barto. quia uerbum petere refertur semper ad creditorem, Vnde ipse dicit quod si uerbum, petere, negatiue profertur, habet locū. d. l. si decem cum petiero. sed si affirmatiue, procedit d. l. amplius.

Ego autem puto quod uerbum, petere, de propria significatione compræhendit petitionem omnem tam iudicialem quam extraiudicialem, per d. iura. & in dic. rubr. ff. solu. matrimo. & toto titulo. ff. & codice si cer. pe. & in materia indifferenti uerificatur in utraque petitione ex proprietate sermonis, Sed si subiecta materia præsupponit petitionem iudicialem, tunc in dubio intelligitur de litis contestatione, quia ista est potentior significatio, argum. l. 1. ff. si ager uectig. uel emphi. pet. & §. sed quotiens. insti. de iur. natur. gen. & ciui. facit lex uinum. cum materia. ff. si cer. pe. ibi, petitū fuit, & lex. fina. ff. de triti. actio. cum concor. Fallit quando apponitur ad præparatoria iudiciorum, ut si dicatur, promittis mihi soluere ubicunque petitum fuerit, nam sufficit petitio, citatio, & libelli productio. Bal. in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. colum. 2. & in l. fi. in ultima colum. ff. de bon. auth. iud. possid. Et idem de uerbo, postulare, dixit Bal. in l. fi. §. fi. de tempor. appel. in princ. facit quod uoluit Salic. in l. siquis maior. infra de transact. Si uero non præsupponit petitionem iudicialem, tunc si tractatur de obligando ad pęnam procedit. d. l. amplius. sed si tractatur de obligando simpliciter, uel de qualificando obligationem & actionem, tūc intelligitur de petitione extraiudiciali per alia supra allegata. In textu autem isto intelligitur simpliciter, & uerificari potest in utraque petitione, tamen quia text. dicit ferri sententiam postulat, in eadem oratione, ex uerbis apparet quòd de facto petebat in iudicio a parte, & in libello a iudice petebat secūdum se ferri sententiam, Et hoc uerius est, licet Dec. hic uideatur præsupponere duplicationē in petitione & postulatione, sed duplicitas resoluitur respectu personarū, cum petitio referatur ad patrem, & postulatio ad iudicem. l. i. §. postulare. cum materia. ff. de postu. & l. cum postulassem. ff. de dam. infecto.

23 Notandum† est primo ex isto tex. secundum communem intellectum, quod pactum appositum iuxta contractum stricti iuris informat actionem ex ipso contractu stipulationis natam, ut detur ad illud quod est deductum in pacto, Et in hoc reputatur notabilis ista lex quæ extendit. l. iurisgentium. §. quinimmo. ff. eod. & l. in bonæfidei. ad contractus stricti iuris, in quibus uidebatur esse magna dubitatio, ut patet ex rationibus dubitandi supra in figuratione casus adductis, Sed ratio decisionis est, quia hoc pactum uidetur cogitatum ante contractum, & in mente contrahentium sub una conceptione compræhensum, quia incontinenti facta uidentur inesse. d. l. lecta. uer. dicebam. ff. si cer. peta. & dicam inf. disputando articulum post Bulgari. Et in hoc concordat cum. l. lecta. sed differt postea in alio, quia ibi pactum contradicebat stipulationi, & inducit reformationem eius, & non uestitur, ut ibi dixi post Paul. de cast. & alios modernos. Hic uero tractatur de pacto continēte quid separatum a contractu quod uestitur cohærentia contractus & informat ipsum uel eius actionem, & non bene doct. hic allegant. d. l. lecta. pro concordanti in decisione, quia solum concordat in ratione posita in uer. dicebam.

24 Amplificatur † ista conclusio secundum Cur. antiq. procedere etiam in contractu nominato apposito iux stipulationem, ut ille contractus nominatus informet stipulationē, sicut pactum, quia quod pacto concessum est fortius concedi debet contractui nominato si inerit in stipulatione. Et econtrario si fieret contractus uēditionis, & iuxta eum stipulatio apponeretur, ipsa informaret uenditionem & actionem ex se nascentē, ut est tex. in l. prædia. secundum intell. Barto. ibi. col. i. ff. de act. empt. sed Dec. & Rim. quos sequitur Alcia. tenent contrarium, quod contractus iuxta contractum nominatum non informat eum, quia sufficit quod ambo ex se producāt actionem, cum prouisio hominis faciat cessare prouisionem legis. l. fi. inf. de pact. conuentis. Sed prima opinio mihi placet, quia hoc quod producat actionem non impedit informationem, cum pactum uestitum propter cohærentiam producat suam actionē, & tamen informat contractum, ut in l. nostra. Et hoc est uerius, quia semper militat ratio quod incontinenti apponatur, & habent in se correspondentiam. Et est ualde notabile secundum eundem Cur. propter uaria priuilegia contractus bonæfidei quæ non conueniunt cōtractibus stricti iuris, iux. no. in §. bonæfidei. insti. de actio. intelligendo tamen quod contractus qui apponitur iuxta alium contineat quid diuersum, sicut dictum est de pacto, unde lex duo societatem non semper dicitur conuenire. & d. l. predia. facit in proposito si stipulatio fiat de interesse uel pœna, non de contentis in cōtractu. & d. l. si stipulatus. de usur. facit, intelligendo qd stipulatio fit super conuentione de tradendo rem uacuam, non de traditione rei, quia tunc contineret idē. Et ideo sequitur, quod si pactum apponatur iuxta contractum, & stipulatio super pacto tantum, tam pactum quam stipulatio informabunt ipsum contractum, ut actio eius detur ad illud quod est deductum in stipulatione, quamuis sit bonæfidei, uel econtrario.

25 Secundo† ampliatur ista conclusio non procedere et in pacto tacito ut informet actionem ex contractu, secundum Alci. in d. l. in bonæfidei. per. l. hæreditatem. ff. de dona. & idem etiam erit in præsumpto contractu qui informabitur per pactum. l. ex conuentione. in fin. sup. eodem. & idem in quasi contractu, ut per Angel. in d. §. quinimmo. Tertio ampliatur procedere etiā quod pactum sit factum ex interuallo antequam contrahentes deueniant ad extraneos actus. argum. l. duos. §. fi. a cessante ratione. ff. de duobus reis. & l. hæredes palam. §. fi. ff. de testam. ut hic per Gozad. Ex quo infertur qđ si iuxta unum contractum apponerentur centum pacta disputata inter partes toto uno die quod omnia illa pacta æqualiter uestiuntur cohærentia contractus & informant, facit lex continuus. & quod ibi no. ff. de uerb. oblig. Alcia. tamen hic & in d. lege in bonæfidei. tenebat contra hoc notabile, uolens quod pactum non informet contractum stricti iuris, sed eius motiuis respō debo infra super discussione communis intellectus, & dicendum est ut ibi.

26 Secundo† colligitur ex isto tex. secundum prædictū intellectum, quod contractus stricti iuris extenditur ad ea quæ non sunt in eo expressa, & continentur in alia conuentione separata cōtra naturam suam. l. quidquid astringendæ. ff. de uerborum oblig. & l. ueteribus. ff. de pac. & §. fi. insti. de oblig. quæ ex consensu nasc. Et dicit esse mirabile Dec. & in simili adducit tex. in l. etiam. infra de iure doti. in fi. ubi stipulatio de restituenda dote uel rebus dotalibus extenditur ad augumentum postea ex noua conuentione ex interuallo factum. Et illū textum tamquam mirabilem no. ibi Bal. in 2. no. Are. in l. si testamento. inf. de uulg. & pupil. Sed in istis non debet causari tanta admiratio ut faciunt isti, cum procedant secundum regulas notissimas iuris, & non destruunt regulam contractuum stricti iuris. Nam illa regula, quod contractus stricti iuris nō extendantur ad nō expressa, Recipit clarā restrictionem ut non procedat in iis

in iis quæ tacite aguntur, cum uere tunc non extendatur contractus ad ea, sed ex mente contrahentium cõpræhendit omnia, quia uidentur inesse. d. l. lecta. §. dicebam. & l. Titia. §. idem respondit. & l. 1. §. cum adiicitur. & l. triticum. ff. de uerborum oblig. & l. fundi partẽ. ff. de contrahen. emptio. & l. cum quid. ff. si cer. pe. cum concord. & sic non est mirum quod cum in hoc casu pactum contineatur tacite in stipulatione, si actio extendatur ad illud, quod non est uera extensio sed mẽtalis compræhensio.

27 Similiter. d. l. etiam† nihil miri inducit recte intellecta, quia dubitatio non erat ibi, ut præsupponunt doc. sed ibi dubitabatur, quia stipulator non erat stipulatus dotem dari, sed solum res certas datas in dotem, quæ differunt a dote, licet contineantur in dote, cum dos sit ius uniuersale ut dicitur in rub. ff. sol. matri. & ego late examinaui in tractatu meo de differ. iur. & fac. in quæstio. de dote. unde uidebatur quod stipulatio ibi esset principaliter concepta de ipsis rebus, & ipsæ solæ res compræhenderentur, uel aliæ res subrogatæ si forsan aliquæ essent extinctæ, & tanto fortius si ex interuallo aliæ res datæ fuissent pro augumento dotis. Sed tamen determinatur ibi contrarium, quia debet attendi mens & non uerba, & ideo dicitur ibi quod perinde est acsi stipulatus ille fuisset dotem sibi reddi sub iure uniuersali, & non ipsas res particulares quæ in consequentiã ueniunt, & eadem ratione infertur ad augumentum ex trinsecum, ut illud compræhendatur in stipulatione, quia cum effectualiter sit restituendum ius uniuersale, sequitur quod fructus, res subrogatæ, & augumentum dotis ueniunt in consequentiam ex natura uniuersi. l. si quo. ff. de peti. hæredi. & no. docto. in l. edita. supra de edendo. ubi late dixi. & sic ibi non extenditur stipulatio contra naturam suam, sed secundum naturam uniuersi omnia ibi continentur in stipulatione, & hoc mo* do declarando illum textum probat communem opinionem, quod dos sit ius uniuersale, quod nota, quia non est tactum per alios.

28 Tertio† notandum est ex isto tex. quod pactum appositum iuxta contractum tunc uestitur quando fit incontinenti ante uel post, secus si fiat ex interuallo. concordat tex. in d. l. iurisgentium. §. quinimmo. & l. lecta. uers. dicebam. in sui ratione. ff. si cer. pe. & l. in bonæ fidei. sup. eo. & l. 3. inf. de ædil actio. & ratio est manifesta, quia quando fit incontinenti ab initio fuit cogitatum & est pars contractus, & quando fit ex interuallo est separatum a contractu in totum & non potest dici pars contractus, Ex quo sequitur quod pactum appositum incontinenti semper præsumitur correspectiue factum, & qualificare contractum, ut no. Bal. hic in lectura perusina colum. penul. & sequitur Corne. consi. 36. colum. 2. lib. 2. & consi. 57. colum. 5. & consi. 234. uolu. 3. & Socci. cõsi. 273. præsenti consultatione. multa ad hoc cumulans. & Deci. hic qui allegat tex. in l. si uentri §. in bonis. in fi. ff. de priuil. cred. & c. officii. de elec. & quod no. Bar. in l. post contractum. ff. de don. cum aliis cumu. per Dec. consi. 235. † Quod est ualde notabile in

29 Regno Neapolitano propter ritum magne curiæ Vicariæ qui disponit quod instrumenta liquida possint præsentari cum accusatione de periurio, ut in carceribus reus faciat defensiones, nam si in eo pactum est appositum incontinẽti, licet non sit dictum, & eo nomine uel uersa uice, uel positum aliquod uerbum copulatiuum, tamen instrumentum erit qualificatum, & pactionatũ, & non liquidum, quia præsumitur correspectiue positum, ut hic per Decium, & ideo non poterit reus citari super tenore instrumenti antequam probetur pactum obseruatum, & per consequens liquidatum fuisse instrumentum.

30 Quarto† notandum est, quod pactum appositum incontinenti iuxta contractum uestitur cohærentia contractus & producit actionem præscrip. uerb. Ita colligunt hic doct. quasi tex. iste tacite præsupponat quod ad pactum agi potest non tantum actione ex cõtractu informata, sed etiam actione nascente ex ipso pacto. Sed hoc notabile est magis in se uerum quam quod probetur in hoc tex. quia uere de hoc nullum est uerbum nec necessario inferri potest.

Quinto notandum est, ibi, secundum se ferri sententiam postulat. Secundum Bald. Salic. Alex. & communi

31 ter doctores. † Quod ualet iste libellus, peto sententiam pro me ferri. Deci. tamen dicit quod hoc notabile hic non colligitur, quia hæc non fuerunt uerba libellantis, sed imperatoris uolentis exprimere quod taliter agẽs legitime & secundum leges agit, præsupponendo postea quod in libello interuenerint uerba apta, & hoc placet, quia hic non erat dubitatio super uerbis libelli, sed super actione, an competeret uel non. Dictum tamen ab omnibus tenetur, quod talis conclusio est bona si præcessit narratio integra facti & medii concludendi per quæ appareat quod reus est obligatus ex tali causa dare uel facere, nam tunc procedit talis conclusio, quia exponitur, peto condemnari ad ea ad quæ tenetur, sicut in simili dixit Barto. in l. si finita. §. elegãter. colum. fi. uers. sed an quis possit. ff. de dam. infec. quod procedit conclusio, peto declarari mihi competere actionem, si tamen constabat de iure sibi competere, quia exponitur, peto condemnari ex actione mihi competẽti. Et illud dictum Bartol. sequitur Deci. hic. & Cur. antiq. quia conclusio generalis in libello ualet quando facta sit narratio particularis & apta. c. Abbate sane. de re iudica. in 6. & ibi no. & per Bal. in l. consentaneũ colum. 3. uers. sed quæro. inf. quomodo & quando iudex. Et sicut per præcedentia declarantur sequentia. l. si seruus plurium. in fi. ff. de leg. 1. & l. Titia. §. idem respondit. ff. de uerborum oblig. & in libello probatur in le. Aurelius. §. Sticho. in fi. ff. de liber. leg. etiam sequentia declarare debent præcedentia, ut per Roma. in consil. 110. quæstio consultationis. in princip. & hic per Dec. & Cur. Et facit tex. in l. fi. inf. eo. ubi in fi. ponitur dictũ generale, & illud dictum restringitur per præcedentia ut ibi no. per glo. in uerbo paciici. quæ exponit, idest sic ut dictum fuit in prima parte, & sequitur Bartol. & communiter docto. & ibi dixi. Ad idem est textus in §. penul. in authe. ut liceat matri & auiæ. cum glo. in uerbo loquentem. quæ expresse restringit illum textum generaliter loquentem secundum conditiones in præcedentibus positas.

32 Et eadem† ratione procedit libellus, peto causam fine debito terminari, secundum eosdem doctores allegantes textum in l. si libertus. ff. de in ius uoc. Sed melius facit tex. noster hic secundum ponderationem cõmunem, ut hic per Curtium. Et ista procedunt quando causa agitatur secundum ius commune, sed si ex forma statuti procedatur summarie &c. uel sola facti ueritate inspecta, tunc nulla est difficultas, cum tunc non sit necessaria conclusio, ut no. per glosam & doctores in clementi. sæpe. de uerbo. significa. & dixi post alios in lege edita. supra de edendo. & per Aquenses in lege, 1. ff. de off. assessor.

33 Subdit etiam hic† Alex. quod procedit libellus peto ius & iustitiam ministrari. c. 2. & ibi per omnes. c. fi. extra de off. ordi. & c. 1. extra de off. deleg. in uerbo iustitiam exhiberi. Quæ clausula est ualde utilis, quia si narratio uno modo facta sit, & conclusio alio modo, si probationes sunt factæ sup narratis, processus & sententia ualebit non obstante quod conclusione discordante attendatur conclusio & non narratio, ut per Barto in l. certi condictio. in princi. ff. si certum pe. Et Abba. post alios in c. ex parte. B. de foro compe. Et Paul. de castr. in cõsi. 6. in causa quæ uertitur. colum. 2. tamen quando apponitur dicta clausula narrata attenduntur, & probatio facta tenet, ut per Cald. & Abba. in c. 2. de ord. cog. cum simil. traditis per Alex. in consi. 38. uisa petitione. uolum.

uolum.3.& consi.121.uiso processu.colum.2.uolum.1. & aliis cumul.per Decium hic.quibus adde Alex.consil.204.& consi.308.uolum.3. ubi ponit pulchrum dictum,& utilitas insurgit, quia comprahendit omnem actionem.c.1.& 2.ext.de rerum permut.& c.ecclesiæ. quem ibi ponderat Antonius in 1.notabili extra ut lite non contestata.c.primo & 2 de libelli oblat.& in cap. examinata.colum.x.de iudic.Et ita tenendum est, qd quid dixerit Bal.in l.penul.ff.de iusti.& iure., scilicet q est ualde periculosum apponere istam clausulam, quia immo est ualde utilis & bona, ut hic etiam per Curti. multa ad hoc inducentem,& propter dictum c.2.de or di.cogn. dixit se consuluisse,quod si in libello narratur petitorium & possessorium, & in conclusione dixit de petitorio tantum, si tamen est illa clausula, obtinebit in utroque.Et ibi Abbas dixit quod facit sustineri intẽtionem libellantis in omni actione quæ potest resultare ex narratis quando plures actiones competunt, & sequuntur omnes doctor.in l. edita.supra de edendo. & & ibi dixi . & per Capitium in decis. Regni decisione 20.num.22.usque ad finem.& Soci.in l. naturaliter. §. nihil commune.ff.de acq.possess.Alex.in l.si ita stipulatus.§.Chrisogonus.ff.de uer.obl.

34 Cessat† autem uirtus istius clausulæ ubicunq; ex narratis & illa insurgit contrarietas,ut per Alex.in consi. 196.ponderatis.colum.fi.uolum.5.& in cons.110. attẽtis.in princi.Marianus in c.2.de libelli oblatione in 13 principali articulo.& Ioannes Petrut. l.1. in princi. ff. de edendo.& Capitius in decisione 96.colum.2. num. 8.& est ratio,quia nec lex potest facere quod actus habens repugnantiam subsistat ut per Deci.post alios in l.edita.uers.tertia regula.num.62. supra de edendo. & allegat Ange.in consil.187. hic punctus prima fronte. circa finem.Alex.consi.121. uiso processu. uolum. primo.Secundo cessat uirtus istius clausulæ quando nulla actio competeret,quia in eo quod non est non potest operari clausula,ut per Paul.de castro.consi.145.colu. penul. Et sic hæc clausula non tollit uitium carentiæ actionis.Tertio cessat uirtus illius clausulæ in iis quæ nullo modo narrata sunt, Nã illa clausula refertur ad ea quæ in libello narrata sunt, cum super eis petat ius sibi ministrari,ut per Aretinum in consi.7.consideratis diligentissime.colum.4.& Alex.in dicto consi.121. colum.penul.lib.primo.& Dec.hic. Quod debet intelligi quando nullo modo nec proprie nec improprie possunt contineri,sed si large intelligendo comprahenderentur,ut quia narrauit q aduersarius dixit tolle hanc pecuniam,& conclusit de mutuo,si postea fiat probatio de donatione,obtinebit in donatione,quia certo modo potest contineri ex narratis, cum illa uerba multipliciter possint intelligi,ut per glosam & docto. in di. l.cum quid.ff.si cer.peta.Et in simili reperitur decisum in decisio.Regni.Capi.decis.decima. in fine. in pulcro exemplo.equalis etiam uirtutis est clausula omni meliori modo &c.per quam sustinetur libellus, ut hic per Goza.arg.no.per Fulg.in l.iis uerbis. & Bal.in l. quotiens.ff.de hæred.inst.ubi uolunt quod per illam clausulam filius præsumatur institutus in legato. Facit qd uoluit Alex.in cons.113,uolum.3.& Cardinalis in c.ordinarii.de off.deleg.& Ioan.de lignano in c.ii qui. de præb.in 6.

Glo.prima diuiditur in duas partes,in prima ponit intellectus ad textum.in secunda format quattuor quæstiones. Secunda est ibi,sed quia.|

35 Ex prima parte in princi.habes primum intellectum, quod hic stipulatio continebat relatiue illud quod erat deductum in pactũ ut sit sensus, quod ex stipulatione quis potest petere illud quod est promissum in pacto quando stipulatio cõtinet relatiue illud quod est deductum in pacto, qa tũc conseruat illud pactum,faciendo ut ad executionẽ possit deduci.Sed glo.reprehendit hunc intellectum, quia in eo non concurrunt duæ qualitates necessariæ quæ præsupponuntur in hoc textu,uidelicet quod sit appositum incontinenti,taliter quod secus sit si ex interuallo Item quod pactum ex se producat actionem, & in hoc exemplo stipulatio eundem effectum operaretur etiã si esset facta per mille annos ante uel post,ut produceret actionem & pactum, nunquam produceret actionem cum sit impletorium,& agitur ex impleto non implente.l.asse toto.ff.de hær.inst.& l.institutio talis.de condi.insti.

36 Et ideo glo.† recedit ab hoc intellectu, & ponit secũdum,quod hic pactum declarat qualitates rei deductæ in stipulatione eam certificando,ut sit sensus,petens ex stipulatione quis consequitur illud quod est deductum in pacto dum declarauit stipulationem dubiam specificando qualitates rei, & quæ stipulatio est facta gratia seruandi pactum,cum per eam consequatur executionem.Glo.tamen non stat in hoc intellectu,sed nihil in contrarium adducit. Et ideo sentit quod per easdem duas rationes nõ procedit,quia hæc decisio passim haberet locum si per mille annos ante uel post interpositum fuisset pactum, & quia hoc pactum est declaratorium stipulationis,ex se non producit actionem.

Ex quibus reprobationibus ad utrunque intellectũ colligitur quod contrahentes possunt per mille annos implere per stipulationem per pactum sequens quando stipulatio se refert ad illud quod ponitur in pacto, & etiam possunt per mille annos declarare stipulationem dubiam per pactum sequens, & per consequens per cursum triginta uel quadraginta annorum non excluduntur.

37 Vnde sequitur† unum notabile correlatiuum, quod potestati implendi uel declarandi non præscribitur. Quam conclusionem colligunt hic doctores & sequuntur,ut per Iasonem & Curtium numero decimo.& Decium.Et assignauit rationem Salic. quia hæc potestas est naturalis facultas facti dependens a libera uoluntate & a libero arbitrio quod unusquisque habet in re sua,iux.legem in re mandata.inf.manda. Et dixit Bal. in lege prima.colum.2.infra de annali exceptio.uersi. in glo. pro socio.facit glo.in c.ut priuilegia.in glo.pe. in fi.extra de priuil.iunctis.no.per Decium in c.cum accessissent.de consti.colum.8.& glos. in l. qui luminib. ff.de serui.urbanorum prædiorum.& l.uiam.ff. de uia publica.& l.2.inf.de ingen.& manum. Domi.in c. fin. de consuetud.in 6.colum.1.& hic per Decium. Et dixit Bar.in l.1.ff.de condi.ex lege.colum.3.uers.iux.prædicta.quod usus fructus casualis nunquam præscribitur quia ea quæ sunt facti non præscribuntur, & ususfructus ille non est ius sed est quædam facultas facti naturalis quæ non præscribitur,ut no.etiam in l. cum notissimi. & l.sicut.inf.de præscri.30.uel 40.annor. in uerbo ius,& uerbo iure.

38 Et propter† istam rationẽ ego dixi in tractatu meo de differentia iuris & facti quod potestas naturalis differt a iure naturali & potentiis iuris naturalis,Nam potentiæ naturales a natura fuerunt concessæ hominib. circa personas & res suas,& liberum arbitrium datum faciendi & disponendi de persona membris & rebus suis antequam facta essent præcepta iuris naturalis, sicut est potestas uidendi,audiendi,loquendi,intelligendi,sentiendi,comedendi,bibendi,& dormiendi,uel generandi,cum omnes potentiæ prædictæ & aliæ similes competierint hominibus ex concessione immediate facta a natura,non autem propter ius naturale,& proprie dicuntur esse subiectum iuris naturalis, super quibus successiue ius naturale disposuit coharctando liberum arbitrium concessum animantibus a natura, & eisdem iubendo ut potentiis concessis uterentur certo modo & ad bonum finem , scilicet ad conseruationem sui ipsius & perpetuationem specierum, iuxta illud genesis,crescite & multiplicamini.Non autem possunt esse de iure naturali siue introducta a iure naturali, & sic ius na-

ius naturale est frenum liberi arbitrii & potentiarum omnium a natura concessarum animantibus, & differt ab eis sicut frenum ab equo, & ligatus a uinculo, iuxta. §. 1. inst. de obligat. cum glo. ut late dixi in dicto tractatu, nu. 47. & 48. & nu. 67. Cum igitur potentiæ naturales differant a iure naturali, necessario sunt facti & in facto consistunt, & per consequens potestas declarandi de qua hic per glo. & doctores. erit facti & per tempus præscribi non poterit, quia ea quæ sunt meri facti præscribi non possunt, ut uolunt doctores scribētes in d. locis & communiter concludunt. Et in hoc non est dubitandum, nec doctores dubitant.

39 Sed solum dubitatio remanet, an iste potentiæ naturales apud nos hodie dicantur esse facti, uel potius trāsiuerint in ius ciuile propter alterationem factam a iure ciuili in eis, per regulam positam in l. ius ciuile ff. de iustit. & iure. quæ uult quod ubicunque aliquid additur uel detrahitur iuri naturali uel gentium, efficitur ius ciuile. Et nos uideamus quod potestas faciendi matrimonium a natura fuit concessa. l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iure, & tamē est taliter alterata a iure ciuili & canonico ut uideatur esse ius ciuile & potentia ciuilis. Et libertas naturalis & liberum arbitrium est taliter restrictum ut uideatur esse potentia ciuilis. Et potestas contrahendi & paciscendi similiter est restricta, quod plerunque homines contrahere uel pacisci non possunt. Et potestas bibendi, comedendi & dormiendi alterata est propter ieiunia mandata, & uigilias iussas a canonibus & religione. Et potestas testandi non est concessa nisi habentibus testamenti factionem. iuxta. §. primum. de stipulatio. seruorum & §. testamenti factio. inst. de heredum qual. & differ. Et sic uidetur quod potentię naturales hodie propter ius ciuile uel gentiū mutauerint naturam suam, & quod omnibus potentijs naturalibus hodie præscribi possit, quia effectę sunt ius ciuile propter magnam alterationem, & illa differentia tradita per doctores in d. l. cum notissimi, & alijs locis sup. relatis non possit procedere attento iure ciuili, Et ideo multi tenuerunt quod omnibus potentijs indistincte hodie præscribi potest.

Bar. tamen in d. l. 1. col. 2. uersi. iuxta prædicta. ff. de condic. ex lege. uidetur uelle tradere solutionem prædictis & alijs similibus, considerando quod ius ciuile super potentijs naturalibus processit duobus modis, nā aliquando processit eas approbando & restringendo, & non constituendo nouam potentiam seu ius formale, aliquando processit constituendo nouam potentiā, & mandando quod homines non possint uti illa potentia naturali nisi habeant ciuilem potentiam & ius formale. Primo casu remanet potentia naturalis, & uere dicuntur potentiæ naturales, licet sint restrictæ & approbatæ, ut patet in libertate, quę per ius ciuile in multis fuit restricta, & tamen dicitur esse naturalis facultas. l. libertas. ff. de statu homi. & §. libertas. inst. de iure perso. & ibi glo. in uerb. iure. Et idem potest dici de matrimonio, de potestate bibendi, dormiendi, coeundi, restricta per uigilias & ieiunia, a religione. nam adhuc remanent naturales potentiæ, quamuis sint restrictæ, cum nulla noua potestas ciuilis priuatiua fuerit formaliter creata ut sine ea illa naturalis efficiatur inutilis. Secundo casu quando ius ciuile uel canonicum approbauit potentias naturales addendo nouam potentiam & nouū ius formale creando, & tunc amplius non considerantur ut potentię ciuiles quæ præualent. Et exemplum ponitur in potestate testandi, quæ licet sit naturalis, tamen quia de iure ciuili non datur nisi habentibus testamenti factionem. erit ciuilis potentia. & Idem erit in potestate stipulandi. §. 1. inst. de stipul. seruor. Et idem in possessione, in qua ius ciuile introduxit ius possidendi ciuile sine quo potentia naturalis possidendi non consideratur. l. nemo. inf. de acquirenda possessione ut declara uiin dict. tractatu in uigesima quæstione. de possessione. Item potentia agendi in iudicio est naturalis, tamen de iure ciuili fuit introducta actio uel persecutio quæ est potētia ciuilis sine qua agi nō potest. l. si pupilli. §. uideamus. ff. de negot. gest. Et idem est etiam in potentia adeundi hæreditatem quæ naturalis est, tamen ius ciuile introduxit nouam potentiam quæ appellatur ius adeundi, sine quo hæreditas adiri non potest. l. is potest. ff. de aquirenda hæreditate.

In proposito igitur, si quęratur an potentiis naturalibus possit præscribi, dicendum est ex mente Bar. ibi. quod si ius ciuile processit solum restringendo eas, ut in exemplis primo casu positis, tunc præscribi non potest potentiis naturalibus, quia facti sunt a principio, & postea non desinunt esse potentiæ naturales, & differunt a iuribus, ut not. in d. l. cum notissimi. & l. sicut. de præscrip. 30. uel 40. annorum. Si uero ius ciuile ultra restrictionem introduxit seu creauit nouam potentiā ciuilem sine qua actus non possit ualere, & tunc illis potentiis præscribi potest, non quia per ius ciuile tollantur potentiæ naturales & efficiantur facti, quia hoc est impossibile, Sed quia ius ciuile uoluit quod ille potentiæ naturales fingantur non esse quando non concurrit potentia ciuilis, quod potest facere, ut per Bart. in. l. si. is qui pro emptore. in materia fictionis. ff. de usuc. Et tunc cum ille potentiæ fingantur non esse deficiente potentia ciuili solum uidentur apparere potētiæ ciuiles, & eis sublatis etiam uidentur sublatæ potētiæ naturales. Vnde merito potest dici, quod tunc istis potentijs præscribi potest, ex eo quia sunt iuris, & quæ solum attenduntur, quia potentia naturalis ex prohibitione facta a iure ciuili non habetur in cōsideratione, igitur cum illa potentia ciuilis tollatur præscriptione, in consequentiam etiam uidetur tolli illa potentia naturalis, & hoc modo procedant alia allegata per doctores, cogita tamen quia hæc per docto. non bene explicantur. Cum igitur potestas declarandi & potestas implendi sit naturalis, & non sit taliter alterata a iure ciuili, nec nouum ius siue nouam potentiam introduxerit, seu ius formale non creauerit, remanet quod illa potestas est facti & præscribi non potest, Et sic hæc prima ratio Saliceti, quod facultati declarandi non præscribatur, est bona & concludens.

40 Secundam rationem adducebat etiam Salice. quod facultati naturali non præscribatur, quia facultas naturalis & liberum arbitrium non posidetur, ideo non potest præscribi, quia sine possessione non procedit præscriptio. c. sine possessione. de reg. iur. in. 6. Sed Ias. reprædit istam rationem, quia præscriptio. 30. annorum non requirit possessionem. Vt per Bar. in. l. fin. inf. de edic. diui. Adri. tol. col. fin. & l. fin. ff. de eo per quem fact. erit. Quæ reprehēsio non est generalis, quia licet possessio non requiratur in actionibus, tamen requiritur in iuribus realibus, per d. c. sine possessione. & l. sine possessione. ff. de usuc. & per glo. in. l. 4. ff. de petit. hæredit. quæ etiam loquitur in actionibus personalibus. & not. per glo. & Ange. in. l. q luminibus. ff. de ser. urban. pred. Nam dominus habet potestatem edificandi in area sua & claudendi fenestras uicini, quæ potestas durat per mille annos secundum glo. ibi, quia uicinus nō est in quasi possessione, Sed si uicinus prohiberet edificantem, & ille acquiesceret, tunc, quia constitueretur in quasi possessione per patientiam aduersarij, præscriberet seruitutem per decēnium uel alio legitimo tempore ut ibi notatur. Ergo in proposito uidetur quod Ratio Saliceti concludat quod huic facultati non possit præscribi quia non possidetur.

Ex qua ratione ita declarata infertur, quod si prohibiti fuissent uolentes declarare & acquieuissent, tunc quia aduersarius constitueretur in quasi possessione, posset hæc potestas præscribi per triginta annos, Nam hoc casu sequuta prohibitione inducitur a lege unum ius ex

ius extinguens illam potentiam naturalem, quod ius acquiritur ex præscriptione interueniente quasi possessione per patientiam, sicut quasi dominium uel exceptio in aliis rebus, & hoc idem seruatur in libertate quæ nunquam præscribitur, sed per patientiam constituitur quodam ius extinguens libertatem quod acquiritur ex quasi cautione per patientiam & per cursum tẽporis, & appellatur seruitus per quam postea amittitur libertas. Quod est ualde notabile pro limitatione huius conclusionis, & eorum quæ dixi supra in generali regula, quod potentiæ naturales non possunt præscribi, nam non procedit sequuta prohibitione legitima & patientia aduersarii quæ sit apta inducere quasi possessionem, quia tunc acquiritur ex illa quasi possessione unum nouum ius ciuile extinguens illam potentiã naturalem per fictionem, & perficitur per cursum 30. annorum, sicut exceptio uel quasi dominium in aliis reb. & hoc modo potest saluari opinio illorum qui uolunt omni potentiæ præscribi posse.

Sed contra principalem conclusionem in terminis glo. supra firmatam opponebat hic Dec. nu. 8. uers. ult. quod immo facultas declarandi stipulationem possit præscribi semper, quia non uidetur esse potentia naturalis mere, ex quo ius formale constituitur a lege ciuili ex stipulatione nascens, cum facta declaratione nascatur actio ex stipulatione, ergo ei debet posse præscribi per d. doct. Bar. in l. 1. col. 2. ff. de cond. ex lege. Sed ipse non soluit, & ita irresolutus residet. Tu autem faciliter soluas, quia Dec. æquiuocauit, nam doct. hic non quærunt an actio competens ex stipulatione declarata præscribatur, sed solum quærunt, an illi potestati declarandi quæ competit antequam declaretur possit præscribi, & dicunt quod non, quia ad illam potestatẽ declarandi lex non addit ius agendi, nec cõstituit ius formale per quod desinat esse potentia naturalis considerabilis, sed fortius obst. quia licet potestas declarandi sit naturalis & perpetua & facti, tamen stipulatio nata ex illa stipulatione declaranda præscriptibilis est, & extinguitur per 30. annos. Et ideo declaratio facta super ea erit inutilis sublata stipulatione illa uel actione super qua fit. Bal. sentiens oppositionem dicebat quod ante declarationem actio & obligatio non est in rerũ natura, quia ante declarationem non habet subiectum in qua fundetur, quæ saluatio potest sustineri in primo intellectu glo. in quo nulla res erat expressa in stipulatione, & sine re deducta in stipulatione stipulatio est nulla. l. ita stipulatus. ff. de uer. obl. & l. nec emptio. & l. domum. ff. de contr. emp. Sed in 2. intellectu non põt conuenire, quia ibi expressa erat res in stipulatione, licet qualitas esset dubia in uerbis, & in mente sentiebãt de certa qualitate exprimenda, & actio erat nata, licet apud nos qualitas esset incerta. §. conditiones. insti. de uer. obl. cum gl. naturam.

Et ideo conclusiue circa hanc potestatem declarãdi stipulationem de qua in glo. dicendum est, quod cõclusio glos. potest procedere de iure implendi stipulationem cui non potest præscribi per mille annos, nec stipulatio potest per aliquod tẽpus perire, sed in iure declarandi qualitatem rei expressę in stipulatione nõ potest procedere, quia cum illa dubietas nõ impediat nasci actionem & obligationem, illa actio & obligatio q̃ est ius extinguitur per 30. uel 40. an. d. l. cum notissimi. & l. sicut. Et in consequentiam declaratio super eo qd non est saltem utiliter fieri non potest, non quod facultas declarandi tollatur per præscriptionem, quia cum facti sit, præscribi non potest, sed ratione deficientis subiecti, super quo fienda erat declaratio. Aduertas tamẽ quod hæc conclusio quam hic colligunt doct. ex mente glo. quod iuri declarandi non potest præscribi, non bene potest colligi, quia in terminis glos. non poterat tractari de præscriptione, cum de consensu partium pactum erat factum relatum ad stipulationem cum intentione implendi siue declarandi eam, & ideo si forsan aliqua præscriptio interuenisset, illi partes uiderẽtur renuntiasse, quod possunt facere in præscriptione finita. l. cum notissimi. §. iura. uersic. sed & siquis. infra de præscriptione triginta uel quadraginta annorum. per quam legem limitantur ea quæ dicit Bar. in l. nemo po test. col. fi. ff. de leg. 1.

41 Prædictam etiam conclusionem, † quod facultati declarandi non præscribatur, Restringebat Angelus procedere quando præiudicabat solum partibus, secus si præiudicaret etiam tertio, quia ex interuallo non posset declarare in præiudicium tertii, cui est ius quæsitũ. argum. legis fi. ff. de pactis. & nota. Bald. in gabella in l. si constante. uersicu. fallit etiam. in l. de dona. ante nuptias. Et Angelus in l. iurisgentium. in princ. ff. eo. Sed hic repræhendit, quia declaratio potest fieri omni tempore, ut per Paul. de castro in l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de test. & Bald. in le. sed siquis. §. interdum. ff. de usuf. & in l. 1. col. 1. uers. & est argumentum. ff. de iusti. & iure. cum aliis cumu. per Dec. hic. & in c. pastoralis. in fi. de exce. & in c. pastoralis. §. uerum. in tertio notabili. de appella. Et hoc ego puto uerissimum, quia q̃ declarat nihil de nouo addit, sed quod erat iam dictũ manifestat, ut dicitur in d. §. sed si notam. & dixi in leg. edita. in materia declarationis libelli. sup. de edendo. post Dec. ibi nu. 48. & per declarationem apparet solũ quale erat illud ius acquisitum tertio, non autem aliqd de nouo conceditur uel detrahitur, cum ante declarationem actio sibi competeret incerta, arg. §. conditiones. insti. de uer. obl. cum gl. naturam. Nisi quando uerba essent de se clara, & fieret declaratio ex noua uoluntate, quia tunc dicitur aditio, seu noua dispositio, ut per eundem Dec. post Pau. de Cast. in d. l. edita. nu. 49. uers. quod sup. dictum fuit.

42 Subiiciunt hic docto. aliam quæstionem, an pacto de retrouendendo possit præscribi, & an uẽditor post triginta annos possit offerre precium & petere ut sibi retrouendatur. Et Ang. concludit quod uenditor potestatem offerendi amittit per spacium triginta annorũ, quia tanto tempore præscribitur pacto de retrouendẽdo, ut per eundem Ange. consi. 55. ex pacto de retrouẽdendo. colum. fi. uersicu. super hæc dico. Et Ancharanus in consi. 132. uisis & diligenter. colum. 3. uersicu. tertio est aduertendum. & per Iaso. hic. quos sequuntur Dec. Curt. antiquus & Alciatus. Nec obstat lex quod si nolit. §. siquis ita. ff. de ædil. edic. ubi actio uidetur posse effici perpetua ex conuentione partium. Quia ille textus loquitur de præscriptione fauorabili, hic de præscriptione odiosa, iuxta notata per glo. & docto. in l. fi. insti. de edicto diui Adria. tolle. cui renuntiari non potest, ut per Barto. in l. nemo potest. colum. fi. ff. de lega. primo. cum concord. adductis per Alexandrum hic. Nec obstat quod ille uideatur in mala fide, ut dicebat Fulgosius in consilio 122. quia negatur assumptum, cum ipse emptor retineat rem ex titulo suæ emptionis perpetuæ, & non potest constitui in mala fide antequam uẽditor declarauerit uoluntatem suam offerendo pretiũ pro retrouenditione fienda, ut per Pet. de Anchar. in regula sine possessione de regulis iuris in sexto. & Socci. consilio 63. in causa uertente. colum. quarta. Et hanc partem etiam puto ueram, quia omne ius quod habet uenditor ad petendum retrouenditionem est ius legale & formale non dependens a libero arbitrio, sed a conuentione facta, cum si nullum fuisset factum pactũ, ex natura uenditionis non posset petere sibi retrouendi, quia uenditio fit ut perpetuo res sit penes emptorẽ. §. adeo. insti. locati. Et ideo hæc potestas offerendi est fundata super actione quæ nascitur ex pacto conuento & illa actio est ius persequendi ut sibi retrouendatur res cum potestate offerendi, & sic totum est ius formale & per consequens præscribi potest, per notata per Bartolum in d. l. 1. colum. 2. ff. de condictio. ex lege. Et cessat

cessat fundamentum quod adducitur in contrarium, quod ius offerendi sit facultas naturalis, quia nō est uerum, cum illa facultas competat uenditori non ex uoluntate & libero arbitrio sed propter obligationem aduersarii & actionem competentem ex conuentione facta, & est de mente Angeli in dic. consi. 122.

* Limitatur tamen hæc conclusio communis non procedere quando contractus est usurarius, quia tunc emptor semper moratur in peccato & non potest præscribere. capi. finali. de præscriptis, & in terminis dixit Baldus in consilio. 46. uolumi. tertio. in secundo dubio. & sequitur hic Decius. Secundo limitatur secundum aliquos quando partes conueniunt quod nulla curat præscriptio contra pactum, ut per Fulgosium in dicto consilio 122. quia tunc dicitur esse in mala fide. Sed Bald. in consilio. 303. uolumi. primo. & Angelus consilio 55. dicunt quod hoc casu etiam procedit præscriptio, quia ei per partes renuntiari non potest, ut per Bartolum in dicta lege nemo potest. & Alexander hic. columna penultima. Et sequitur Alcia. hic de iure ciuili, sed de iure canonico dicit ueriorem esse opinionem Angeli, quia per tale pactum inducitur mala fides per indirectum, ut per eundem Bartolum in dicta lege nemo potest. columna finali. de legatis primo. per quam de iure canonico impeditur præscriptio. dict. capitulo fina. de præscriptis. Et sequitur Barbat. consilio 51. uolum. prim. & Curti. & Alcia. qui dicit hanc opinionem esse æquissimam. Et idem etiam procedit quando actum est quod quandocunque uel imperpetuum offerre liceat, per legem quod si nolit. §. si quis ita. ff. de ædilitio edict. quia licet uerbū, perpetuum, soleat restringi, & uerbum quandocunque. l. cognitione. ff. ad silennianum. & cap. primo de feudo dato in uic. l. commiss. & §. primo. inst. de perpet. & tempor. actio. tamen uidetur quod non recipiant hanc restrictionem quando apponuntur ab homine ad impediendum cursum temporis, & nō possunt uerificari nisi in præscriptione excludenda, ut per Angelum in le. cum ita stipulatus sum a Proculo. ff. de uerborum oblig. & Cepolla in cautella. 68. petens. in fine. & Alcia hic.

Facias igitur tres casus, Aut est factum pactum simplex, uel quod ad omnem eius uolūtatem teneatur retrouendere, & tunc clara est conclusio quod hæc potestas offerendi & petendi tollitur per cursum triginta annorum. ex regula generali. l. cum notissimi. & le. sicut. infra de præscriptione triginta uel quadraginta annorum. & supra dixi. Aut dictum fuit quod perpetuo, & quandocunque liceat offerre pretium, & ille semper teneatur, & tunc est dubium an uerbum, perpetuo uel quandocunque, restringatur ad triginta annos. iuxta. §. primum. institu. de perpet. & tempor. actione. & le. cognitione. ff. ad silennianum. an uero intelligatur generaliter, & Alciatus tenet quod intelligitur in eternum secundum proprietatem uocabuli per allegata per ipsum. Sed magis placet quod intelligatur usque ad triginta annos, nisi alia uerba sint multum prægnantia expressius declarantia mentem contrahentium, quia infinitas, & perpetuitas est euitanda per legem primā. ff. pro socio. & dict. lex cognitione. & §. primo. instit. de perpet. & tempor. actio. & cap. primo. de feudo dato. in uic. l. commiss. & no. per doctores in lege prima. infra de sentent. quæ pro eo quod interest, & ibi ego in specie dixi de perpetuitate in secundo notabili. & quia talia uerba recipiunt restrictionem ex quadam publica utilitate, ut sit litium finis. l. prima. ff. de usuca. Et hoc procedit etiam de iure canonico, quia non est hic fundamentum de mala fide. Aut uero dictum fuit quod perpetuo duret hæc potestas non obstante aliqua præscriptione, & tunc placet opinio Fulgosii & Alciati quod de iure ciuili curat præscriptio, quia ei non potest renuntiari. Et de iure canonico, quia inducitur mala fides, impediatur præscriptio. d. §. fi. de præscrpi. quia apparet de clara mente contrahentium quod non uolunt ius tale præscribi, sed actionem illam durare. Et ad prædicta uide Balb. in tracta. præscriptionum in quarta parte. 5. partis princ. uer. 3. quæro. & quid de iure offerendi ponit ibidem in uers. 2. quæro. Et nouissime Cag. infinita cumulans in l. 2. q. 8. nu. 70. inf. de pac. inter emp. & uend. qui addit interposito iuramento cū illa clausula ordinaria de non contraueniendo &c. non posse præscribi de iure canonico propter malam fidē ut ibi latius per eum.

43 Secundo † ex glo. colligitur, quod primus intellectus non potest stare, quia non conuenit uerbo statim, & quia ex pacto non potest agi. arg. l. asse toto. ff. de hær. inst. Sed Guido de suzaria conabatur saluare hūc intellectum, considerando quod implementum in stipulatione in qua non exprimitur quantitas uel res potest pēdere a uoluntate partium & a casu, & quando pendet a uoluntate partium tunc stipulatio ualet si incontinenti apponatur implementum, si uero non ponatur incōtinenti, tunc ualebit quod stipulatio redderetur nulla, quia imputetur partibus quod incontinenti non apposuerunt implementum, cum possent hoc facere arg. l. quia ratio. ff. de condit. instituti. Sed quando interuentus implementi dependet a casu, tunc dicebat quod poterat interuenire ex interuallo, & hoc modo respondebat ad. l. cum apud Sempronium. & l. iudicatum solui, ff. iudi. solui. Bar. uero dicit quod talis saluatio non potest procedere, quia non est uerum assumptum, quia quando implementum dependet a uoluntate partium non possit interuenire ex interuallo p. l. si ita stipulatus fuero a Seio. ff. de fideius. & l. quidam cum filiū. §. fi. ff. de uerb. oblig. & l. si uero non remunerandi. §. si filio. fam. ff. mandati. & l. qui pecuniam mutuam accepturus. ff. si cer. petatur, in quibus iuribus non erat apposita quantitas in stipulatione, & referebatur ad sequentem contractum pro implemento, & hoc dependebat a uoluntate partium, & tamen ex interuallo implementū potest interuenire. Item dicebat Bar. obs. alia oppositio glo. quia ex tali pacto non datur propria actio. etiā quod incontinenti apponatur, quia implementū nō producit actionem. arg. l. si ita stipulatus fuero. §. fi. cū. l. seq. ff. de nouat. Quas leges potuit Bar. allegasse ad hoc propositū, quia magis conueniunt, quāuis etiā possint induci pro primo dicto a cōtrario, cū si ex interuallo sequatur implementū, ualet stipulatio, licet tūc sint duo cōtractus, ut per Bart. in. l. singularia, col. 3. & 4. ff. si cer. petatur. Fulg. uero conabatur defendere saluationē Guidonis, & intellectū istum quē dicebat esse ualde amicum literæ, cum cōueniat illis uerbis, quia stipulatio est facta gratia seruādi pactū, ex quo propter eā pactū habet executionem. Item conuenit uerbo statim, non diuinando & non uiolando literā, cum uerbū statim nō determinet totam alternatiuā positam in textu, sed determinat tātum unam partem alternatiuæ, uidelicet quando pactū fuit factū post stipulationē, & cū ministerio nisi semel positum fuit. Et ideo dicebat ipse quia in hac lege solū est necessarium quia pactum apponatur incontinenti quādo sequitur eā, sed quando antecedit, potest præcedere per mille annos. Vnde inferebat quia si plura pacta præcedūt stipulationem, & plura sequuntur, potest agi ex stipulatione indistincte pro pactis quæ præcedūt, sed pro pactis quę sequunt nō potest agi ex stipulatione nisi sequātur incontinenti. Et Ratio differentiæ est, quia quādo pacta præcedūt, apparet quia contrahentes habuerunt mentem ad ea, cum expresse nominauerint, sed quando pacta sequuntur, cōtrahētes nō præsumuntur habere mētem tam longam ut cogitent de pactis ex interuallo futuris, sed solū præsumuntur cogitasse de iis quæ statim apposita fuerunt, nisi ex subiecta materia uel ex natura uerborū aliud appareat, Et cū hoc subterfugio conatur euitare iura allegata per Bart. cōtra intellectū, quasi in illis extrinsecus appareat quia contrahentes cogitauerint

de futuris pactis ex interuallo, & quasi in dubio præsumantur solum cogitasse de pactis & implementis incótinenti apponendis, ut per Bar. in l. non solum. §. morte col. 4. ff. de no. oper. nunti. Et quia hic erat mos antiquus, ut quando uolebant facere pacta concipiebant stipulationem l. duo societatem. ff. pro socio. & l. si stipulatus. ff. de usur. Et hanc opinionem Fulg. sequitur hic Paulus Bulg. & Alci. qui figurant casum ad mentem. l. duo societatem. ff. pro socio. uidelicet quod facta erant quędam pacta de uendendo fundum, & de promittedo de euictione, & de fructibus retinendis, & quod soluere tur certa moneta pro pretio. Et cum uellent soluere pecuniam, fecerunt stipulationem talem, hæc omnia dari fieriue spondes uti conuenta sunt, & per hanc legem determinatur, quod ex stipulatione potest agi ad pacta omnia præcedentia, & ad pacta quæ sequuntur si incontinenti fuerunt apposita, alias secus, quia de eis non uidetur cogitatum fuisse, & sic in summa sequuntur intellectum glo. cum duplici restrictione, quod uerbum, statim, respiciat sequentia, & quod implementum sequẽs dependeat a uoluntate partium.

Sed mihi iste intellectus nec simplex nec cum medicamine Fulgosii & Suzarii satisfacit, tum quia in se falsus est, tum quia non conuenit huic literæ, nec ei amicus est, contra eorum pręsuppositum. Nam quando stipulatio continet idem quod pactum, non dicitur seruare pactum, sed potius confirmare, & aliquando destruere nouando, ut not. per Bar. in l. singularia. ff. si cer. petatur. colu. 3. in §. speciali. uer. assumamus. ubi uult ꝙ hoc iure semper fiebat nouatio ex interuallo. Et quando pręcedebat uel sequebatur pactum incontinenti est implementum stipulationis, & pręsumitur positum cã implendi eam, & ad auxilium stipulationis, & ad eam conseruandam, cum implementum conseruet stipulationem, non stipulatio implementum. l. ita stipulatus. ff. de uer. obl & l. si ita stipulatus fuero. §. fi. cum l. seq. ff. de noua. & per Bar. in d. l. singularia. col. 4. dum uult promissionem de uendendo adimpleri per uéditioné, ideo intentio principalis est conseruare stipulationem ex qua agendum est non ipsum pactum quod non producit actionem. Et sic patet quod illa uerba, seruãdi pactum, non conueniunt. Similiter non conuenit uerbũ statim, quod præsupponit secus esse ex interuallo, Et subterfugium Fulgosii quod determinet solum secundã partem alternatiuæ non est uerum, quia in dubio uerba referuntur ad utranque partem alternatiuæ, cũ una pars alternatiuæ declaret aliam. l. 1. ff. de rebus dubiis. Et positum fuit hoc uerbum semel tantum ad tollendã inculcationem quandam & malum sonum. facit textus in l. prætor ait. §. eritque differentia. ff. ui bonorum raptorum. tertio differentia quam excogitat Fulgosius an præcedat uel sequatur, nullam probabilem rationem habet in se, nec probabiliter potuisset dubitari an ex stipulatione possit agi ad pactũ pręcedens, cum cõtineat idem, & non potest agi ex stipulatione, quin etiam petatur illud quod est promissum ꝑ pactũ. Similiter nec potest esse probabilis dubitatio quod stipulatio non possit impleri per pactum ex interuallo appositum, etiam quod dependeat a uoluntate partium, quia non est pręsumendum quod partes se restrinxerint ad pactum incontinenti fiendum, cum dependeat a uoluntate eorũ, ne uideantur infringere eorum dispositiones. arg. not. in l. si quando. ff. de leg. 1. & quia uerba futuri temporis in dubio intelliguntur ex interuallo. §. omnis. instit. de uer. oblig. ita quod tam ex natura uerborum futuri téporis quam etiam ex facto sequenti, quia pactum fuit positum ex interuallo, apparet in dubio quod cõtrahétes non se restrinxerunt ad pacta incontinenti apponéda, nec aliqua probabilis coniectura adducitur ad illud præsumendum, cum contrarium potius præsumendum sit, ut actus ualeat. argumen. dictæ legis si quando ff. de leg. primo. Vlterius, ut dixi, etiam iste intellectus est falsus, quia in hac lege in dubio agitur quod implementum possit sequi ex interuallo stipulationem, & quocunque tempore, cum in ea præsupponantur fuisse uerba futuri temporis, ut patet ibi, conueniam, & uerba futuri temporis executiua semper intelliguntur ex interuallo, quia si intelligerentur statim essent frustatorie posita, ut per glo. in d. §. omnis. insti. de uerborũ obligationibus. & in lege quinta. ff. de uerborum obligationibus. & l. prima. supra eodem. Et hoc etiam confirmatur, quia in mutuo confessato agitur ut statim numeretur pecunia, & tamen semper stipulatio erit ualida, siue statim siue ex interuallo inf. biennium detur pecunia. §. primo. insti. de liter. oblig. & l. in contractibus & l. fin. infra de non numerata pecunia. Et est textus in dicta lege qui pecuniam. ff. si certum petatur in uersic. accepturus. cui non potest dari responsum quod sint uerba prægnantia, cum text. simpliciter loquatur. Nec natura actus aliquid potest inducere, ut uolebat Alcia. quia intentio in illa lege ex natura actus potius præsumetur incontinenti. per legem cui. ff. de nouatio. & sic. dict. l. qui pecuniam. non potest dari congruum responsum. Et idem potest dici de lege asse toto. & l. institutio talis. ff. de hæredibus instituen. ubi nulla erat coniectura quod intelligeretur ex interuallo, & indistincte intelligi debet siue incótinenti siue ex interuallo, quia præsumitur uelle facere actum ualidum. Nec ualet responsio tradita per Guid. ad iura Barto. quod loquãtur de implemento casuali, quia cõfunditur per dictam legem qui pecuniam. quæ loquitur de implemento uoluntario., sicut hic, & tamen intelligitur ex interuallo æqualiter. Et idem etiam erat in dicta lege asse toto. & leg. institutio talis. Nec obstat dicta lex quia ratio. quia ibi testator se referebat ad uoluntatem tertii cui non competebat aliquod ius nec erat spes probabilis, quod competiturum fuisset, sed hic contrahentes se retulerunt ad ipsosmet qui habebant potestatem disponendi, & hæc est ratio differentiæ inter. di. l. institutio talis. & dict. leg. quia ratio. Similiter responsio Guid. non conuenit dict. leg. quidam cum filium. §. finali. cui concord. lex si debitori. §. fina. digest. de fideiussor. ubi ex interuallo in dubio potest fieri implementum. Nec obstat quod ibi sit oqligatio accessoria quæ non pendet a uoluntate partium, quia saltem pendet a uoluntate stipulatoris, & responsio Fulgosii potest retorqueri, quia si stipulatio accessoria potest sequi ex interuallo quæ per se stare non potest, tanto magis stipulatio quæ per se stare potest poterit sequi ex interuallo. argum. l. primæ. ff. de usufr. Et hoc suadetur per dictam l. si uero non remunerandi. §. si filiofamilia. digestis mandati ubi erat mandatum factum de soluendo. idem probat lex si stipulatus fuero. de fideiussor. Nec obstat quod ibi ponatur uerbum, quandocunque, quia illud uerbũ, quandocunque, non refertur ad interuallum, sed ad plures uices quibus numeratio facta fuerit, ut per Decium. Vel dicas quod si uerbum, quandocunque, facit præsumi ex interuallo, eodem modo uerba pacti futuri temporis, & natura contrahendi facit præsumi ex interuallo, ut per glosam in dicto §. omnis. institu. de uerborum obligationibus. & quia cum posuerint ex interuallo demonstrarunt intellexisse ex interuallo. argumento. §. pauonum. instituta de rerum diuisione. Et sic patet quod hic intellectus non potest procedere ex medicamine Fulgosii Guido. & Alciati. Et repræhendit hic Curtius primum præsuppositum Alciati & Fulgosi. quod contrah. faciant scribi primo pacta & postea apponãt stipulationem ut hic latius per eum. Decius uero dicebat ex alio hunc intellectum posse saluari, referendo uerbum, statim, ad principium legis, ut dicatur quod stipulatio statim sequuta fuit. i. statim interposita fuit gratia seruandi pactum, & hoc casu recte agit siue præcessit pactum, siue sequutum fuit, Sed hæc saluatio ultra quod est destructiua literæ,

teræ, supplantando uerbum, statim, etiam nihil noui af fert ad remotionem legum allegatarum per Bar. contra eum. Nam per hoc nō tolitur quin uerbum, statim, sit superfluum, cum non intersit an præcedat uel sequatur ex interuallo stipulatio, & sic remanet quod iste primus intellectus non est tenendus.

44 Secundus est intellectus, quod hic stipulatio continebat rem promissam, sed quia qualitates rei non erāt expressæ, factum fuit pactum declaratorium stipulationis, exprimendo qualitates, & hic deciditur quod agēs ex stipulatione recte agit petendo illud quod erat deductum in pacto. Glo. tamen non tenet hunc intellectū & licet nihil alleget, tamen credendum est quod uelit repræhendere per easdem rationes. Sed Bar. repræhendit expresse ex tribus. Primo, quia non conuenit literę quę uult stipulationem fieri gratia seruandi pactum, & in hoc exemplo pactum fuit factum gratia seruandi stipulationem. Secundo, quia non conuenit uerbo, statim, cum ista declaratio fortius possit fieri ex interuallo p supradicta. Tertio, quia istud pactū inducit replicationem, & replicatio siue pactum ad replicationem potest induci ex interuallo. Sed Bald. dicit quod stipulatio potest concipi duobus modis. Primo quando continet quantitatem certam in substantia & numero, sed in qualitatibus incertam, & tunc stipulatio est imperfecta. Secundo potest concipi ut non habeat rem expressam, ut si dicatur, promittis decem, & non exprimatur an sit quantitas, uel serui, uel alia res, & tunc stipulatio est imperfecta, sed potest esse ualida si referatur ad pactum & illud sequatur, quia per illud pactum certificatur & perficitur, & hoc casu non interest an præcedat pactum ex interuallo uel incontinenti, Sed si stipulatio hoc modo imperfecta non se refert ad pactum, tunc dicebat ipse potest esse ualida si pactum sequatur incontinenti, secus si sequatur ex interuallo, cum stipulatio nulla & nō suspensa non possit ex interuallo declarari, ut per glo. in l. lecta. in glo. mensem. ff. si cer. pe. & hoc casu dicebat posse saluari intellectum istum, & erit uis in uerbo statim, & dictum de replicatione non erit bonum, cū existente nulla stipulatione non potest tractari de replicatione quæ præsupponit actionem. d. l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. & sequitur hic Bulg. col. 3. Sed Paul. de castro tenet glo. quia figuratio casus glo. est de stipulatione ualida quando quantitas certa erat deducta in stipulatione, & etiam per legem in dubio erāt declaratæ qualitates, cum intelligeretur de minimis. l. numis. ff. de leg. 3. & poterat optime nasci actio, & ei applicari replicatio & declaratio facta super subiecto ualido ualida poterat existere. Præterea etiam quod quātitas non fuisset expressa, adhuc stipulatio potest dici ualida, cum eam contrahentes uideātur suspendisse usque ad tempus pacti, quæ mens declaratur postea ex eo quod sequutum fuit. arg. §. pauonum. insti. de rer. diui. & leg. sed & Iulianus. §. proinde. ff. ad maced. & ex pacto sequto probatur quod retro intellexerit de illis aureis ex tacita confessione quę præiudicat. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. Et hanc opinionem contra Bal. tenet etiam hic Cur. Et mihi placet, quia si tenemus qđ stipulatio sit taliter concepta ut ualeat, uel quia legitime facta fuit, uel quia contrahentes se retulerunt ad pactum factum uel fiendum ut præsupponunt doct. communiter, & tunc declaratio potest sequi ex interuallo, ut dicunt communiter docto. Si uero tenemus quod stipulatio sit nulla ut uolebat Bal tunc incidit in primum intellectum quod pactum est impletorium stipulationis. Vnde tunc huic intellectui obstant omnia quæ dixi supra. contra primum intellectum. & ex ibi dictis apparet quod non potest procedere. Item non potest stare, quid non est facta stipulatio gratia seruādi pactum ut requirit litera, sed econtrario pactum fuit factum gratia ualidandi stipulationem, & sic non conuenit literæ. Pręterea secundū istū intellectum dubitatio esset uana an ex stipulatione possit agi ad illud q̄ est in pacto, cū eadē res in utroq; contineatur & semel tantū debeatur, & non pōt cogitari casus in quo ex stipulatione non petatur illud quod erat promissum per pactum. & saluationes traditæ per Guilielmum Fulgosi. & Alci. non possunt tollere hoc obiectum, quia est ualde concludens, ideo iste intellectus nullo modo est tenendus.

45 Vnde tertius est intellectus, quod hic pactum continebat quid diuersum a stipulatione, & quod in stipulatione decem erant promissa, & in pacto erat promissū ire Romam, & hic determinatur q̄ agens ex stipulatione potest consequi etiam illud q̄ est deductum in pacto licet contineat rem diuersam, & sit conuentio separata a stipulatione. Et istum intellectum tenent gl. & cōiter doct. quia conuenit literæ in uerbo statim, cum si ex interuallo pactum apponeretur non posset informari actio ex stipulatione, & ex ea agi ad pactum. Item conuenit, alio præsupposito, quod ex pacto nascatur actio, quia istud pactum iuxta stipulationē appositum uestitur cohærentia contractus & suam producit actionē. per l. in bonæfidei. sup. eo. & l. iurisgentium. §. quinimmo. ff. de pact. Solum uidetur obstare quod stipulatio sit facta gratia seruandi pactum, cum pactum contineat quid diuersum a stipulatione, Sed Bar. eum defendēdo respondet quod satis dicitur seruari pactum per stipulationem quia per eius præsentiam assumit uires & sine ea nullam haberet efficaciam. Vel secūdo respondetur quod hic fuerunt duo pacta, Vnum quod antecesit qđ continebat idem, & seruatum fuit, Secundum quod sequutum fuit quod uestitur & informat actionem ex stipulatione. Sed hanc secundam responsionem repręhendit hic Dec. quia uidetur expressa diuinatio ad tex. intelligere quod hic interuenerint duo pacta, cum textus præsupponat unum pactum tantum interuenisse quod uel præcessit uel sequutum fuit, & dictio, siue, uenit ampliando circa idem in uarietate positionis. arg. l. si ita. ff. de aur. & arg. leg. Nec diuersitas uerborum, quod primo appellauit placitum, & postea pactum, arguere potest diuersa pacta, quia hic appellatio facta fuit gratia ornamenti ad tollendam inculcationem uerborum & malum sonum. argu. l. 1. sup. eo. ubi appellatur pactum & conuentio. & l. fundi partem. ff. de contr. emp. Similiter Dec. hic repræhendit primam saluationem & responsionem traditam per Alex. quod satis dicatur stipulatio facta gratia seruandi pactum cum a contrahentibus posita fuerit iuxta pactum, & ex uerbis colligatur stipulationem principaliter factam fuisse gratia seruandi pacti, sed secundum hanc lecturam accidētaliter pactum fuisset seruatum a stipulatione quia factū fuisset iuxta stipulationem, & uestimentum assumpsisset ex natura conuentionis non ex intentione contrahentium, prout uidetur requirere hæc litera. Et ideo Alcia. hic recedit in totum ab isto intellectu, dicens quod non est interpretari hanc legem, sed est nouam constitutionem condere, cum lex præsupponat stipulationem continere idem quod pactum, & hic intellectus præsupponat stipulationem diuersum continere. Item lex præsupponit pactum tantum incōtinenti sequi, & intellectus uult incontinenti præcessisse & sequi. Itē lex præsupponit ex stipulatione agi ad id qđ est in pacto, & intellectus communis dicit quod ex pacto nascitur actio. Item docto. præsupponunt pactum informare stipulationem & actionem, & hoc iure non probatur, & falsum esse probat lex in bonæfidei. sup. eo. a contrario.

46 Sed per ista ego non puto recedendum a communi intellectu, quia immo ista lex præsupponit necessario quod pactum continet quid diuersum, cum si contineret idē, uel impleret uel declararet stipulationem, & p cōsequens stipulatio seruaretur a pacto, nō econtra, ut litera exprimit, & cōseruatio non bene pōt cadere nisi pactū cōtineat diuersum, quia conseruans in substātia

debet esse diuersum ab eo quod conseruatur,arg.rubr, & nig.ext.de confir.utili uel inutili.& c.si.de insti.& l. 2.ff.de stipul. seruorum. Præterea si pactum contineret,idem nulla posset esse dubitatio quod ex stipulatione ageretur ad id quod esset in pacto, cum non posset peti quod est in stipulatione quin peteretur quod est in pacto,& separari non possent.& sic fundamentum Alc. retorquetur contra eum.Similiter lex præsupponit necessario pactum præcedere & sequi statim propter naturam alternatiuæ.arg.l.1.ff.de reb. dub. & quia eadē uirtus infunditur per stipulationem siue præcedat siue sequatur pactum.d.l.in bonęfidei.& quia in mente quę fiunt incontinenti sub una forma continentur siue præcedāt siue sequanī.§.ante hæredis institutionē, insti.de leg.qa qcunq; ordo sit in actu in mente p̄supponitur ordo habilis.d.§.ante hæredis institutionē.& no.in le. 2, §.prius.ff.de uulg.& pupil.& sic hoc secundum presuppositum retorquetur.Nec obst.quod hæc lex non præsupponat ex pacto nasci actionem, quia licet uerba nō dicant,tamen ex ratione & mente colligitur ut dixi in in quinto notab.Nec obst.quod pactum non possit informare stipulationem, quia contrarium est uerum ut infra dicam.Nec obst.quod in pacto diuerso non intēdant contrahentes apponere stipulationem gratia pacti,& per consequens quod pactum seruetur ex accidēti,non ex intentione.Quia respondetur quod immo ex intentione contrahentium seruatur quando apponitur incontinenti,quia omnia quæ fiunt incontinenti uidētur præcogitata a contrahentibus,& sub una forma posita,& inuicem correspectiua.ut supra dixi in 3.notabi, & facit lex Titia.§.idem respondet.ff.de uerb.oblig.& d.l.lecta.uer.dicebam.ff.si cer.pe.facit tex.in l.ueutri, §.in bonis.ff.de priuil.cred.in fine. & ibi no. Rippa. & per extrinseca declarantur intrinseca. §. pauonum.insti.de rerum diuis.& l.sed & Iulianus.§.penul.ff.ad maced.& no.Bar.in l.cætera.§.1.ff.de leg.1. facit etiam l, fundi partem.ff.de contrah.emp.& l. tenetur.§.1. ff.de actio. emp.

47 Et ista† conclusio procedit etiam quod pactum sit penitus diuersum,& non sit de accessoriis contractus, cū iste tex.simpliciter loquatur & d.l.in bonæfidei. supra eodem.& l.iurisgentium.§.quinimmo.ff.de pactis. Et probatur in d.l.fundi partem.& d.l.tenetur.§.1.ubi pactum non est de accessoriis contractus, & tamen uestitur per cohærentiam contractus, & efficitur pars contractus,& etiam probatur in d.l.lecta. ubi pactum contradicens contractui dicitur inesse in ipso contractu si fiat incontinenti,& si hoc est in pacto contradicente,tāto magis erit in pacto compatibili cum toto contractu quia in habentibus simbolum facilior est transitus. §. quo genere.inst.qui.mod.tol.obl.Nec obst.d.§. quinimmo.ibi ea.enim pacta insunt quæ legem contractui dant,per quem Paul.de Cast.hic & Bar.ibi tenent contrarium,quia ibi non dicitur quod accessoria pacta dēt legem contractui,sed sensus est quod tunc illa pacta uestiuntur quæ in ingressu contractus apponuntur, quia cum sint præcogitata a contrahentibus semper qualificant contractum & dicuntur legem contractui dare, & sic tantum important illa uerba,quæ legem cōtractui, ac si dixisset,quæ incontinenti apponuntur. Nec obst, lex si tibi decem.ff.eo.ubi pactum non uestitur ut nascatur actio ad uiginti quando decem sunt mutuata, qa respondetur quod ibi repugnat natura contractus, cū est sola conuentione non possit fieri mutuum, sed oportet quod interueniat ipsa res. le. si ultra.inf.de non numera.pecu.& hoc etiam patet, quia nec oritur actio ex contractu innominato resultante ex relatione facta a pacto ad contractum.Non ob.ratio Bal.quod una causa separata non infert in aliam.l.si maritus.ff. de dona. int.uir.& uxo.quia pactum hic non est separatum a cōtractu uel a causa contractus,cum præsupponamus qđ correspectiue sit positum ad contractum, & ex intentione contrahentium uidetur esse pars contractus,& ex eadem causa descendens. Non inficior tamen quod oportet pactum habere aliquam cōuenientiam cum causa contractus, ita quod non appareat extra propositum pactum fuisse factum iuxta contractum, alias autē si nullam haberet conuenientiam uel correspondentiā tunc essent diuersæ conuentiones non se inuicem qualificantes.argum.leg.si tibi.cum glo. infra locati. & infra dicam.

48 Pro† pleniori tamen resolutione omnium quæ opponuntur huic intellectui duo sunt plene discutienda, Vnum an sit uerum præsuppositum doctorum quod cōtractus stipulationis possit informari per pactum.Secūdo an sit uerum quod pactum uestiatur cohærentia cōtractus stricti iuris.Circa primum Christo.porc.instit. quib.mod.re contrah.obl.col. 2.& Socci.in l.1.§.si stipulanti.ff.de uerbo.obl.Et Dec.& Alc.hic & in l.in bonæfidei.sup.eo.& Bulg.tenent quod pactum non informet actionem descendentem ex contractu stricti iuris. Et mouetur primo per le. quidquid astringendæ.ff.de uerbo.oblig.& l.ueteribus.ff.de pactis.Secundo, quia forma non seruata actus est nullus,l.cum ii.§.si pretor. ff.de trans.sed in pacto non est forma stipulationis, ergo nec etiam stipulatio siue actio ex ea.Tertio,quia taciti & expresi non est eadem uirtus quando expressio requiritur pro forma,ut per Bar.in l.triticum.ff.de uerbo.oblig.Quarto,quia stipulatio nō trahitur ad res nec ad personas in ea non contentas.leg.si ita stipulatus. §. Grisogonus.ff.de uerb.oblig.sed pactum non continetur in stipulatione,ergo stipulatio ad eam non trahitur Quinto, quia iure non cauetur hoc, nec ex extensione potest fieri,quia militat diuersa ratio, cum in stricti iuris iudiciis ex pacto non debeantur usuræ etiam incontinenti apposito.l.quamuis.inf.de usu.sed in contractu bonæfidei. sic.l.cum quidā.§.ex locato.ff.de usur.Sexto facit,quia omnia iura loquuntur solum de bonæfid. iudiciis.d.§.quinimmo,d,l.in bonæfidei, ergo inclusio unius est alterius exclusio.l.maritus.inf.de procur.&l. cum prætor.ff.de iud.Septimo facit,quia in pacto non uidetur deliberatio,& cessat ratio quæ ponitur in stipulatione in rub.ff.de uerbo. obl.in qua propter formam uerborum præsumitur deliberatio.Octauo adducitur, quia uerba in dubio sunt interpretanda contra stipulātem,l.ueteribus.ff.de pac. Nono facit,quia non debet plus posse fictio quam ueritas,sed quando uere pactum est in stipulatione tot sunt stipulationes quot res.l.scire debemus.ff.de uerb.obli.ergo eodem modo quādo ficte pactum continetur in ea,& per consequens plures actiones deberent dari pro qualibet conuentione,non autem una informari per pactum.Decimo facit l.1.§.si stipulanti.ff.de uerb.obl.ubi responsio facta de uiginti quando interrogatio est de decem.non facit ualere pactum in aliis decē,ergo non informat actionem ex stipulatu. Vndecimo,facit,quia actio quæ nascitur ex stipulatione certa est certi cōdictio quę nō pōt dari ad incertū.§.1.inst.de uer.obl.ergo non potest informari ut detur ad pactum quod est incertum.l.ubi autem nō apparet.§.siquis id quod.ff.de uer.obl. Duodecimo facit quia hoc pactum non potest dare legem contractui cū repugnet naturæ stipulationis, ergo non potest informare.l.iurisgentium.§.quinimmo.ff.de pac.

Iis tn̄ nō obstantib. puto non esse recedendum a cōi opi.quod immo pactum appositū iux. contractum stricti iuris informet actionē ex stipulatione & alio contractu stricti iuris,& probatur per istum tex. secundū hūc tertium intellectum quem sup.probaui,& demonstraui esse ueriorem cæteris. Secundo probatur per illam efficacem rationem,quod omnia pacta incōtinenti apposita uidentur inesse in ipso contractu.d.l. lecta. uer. dicebam.ff.si cer.pet. & ab initio in mente contrahentium sub una forma conuentionis continentur.& ex eorum intentione habent correspondentiā ad contractū.

l.Titia.

l.Titia.§.idem respondit.ff.de uerb. oblig. Et qualificant & alterant contractum etiam quod contradicant contractui.d.l.lecta.uers.dicebam. taliter quod ꝓsunt ad agendum,ul ibidem dicitur.uer.pactum.ibi, quamuis diuersa sententia obtinuerit.Facit etiam tex.in l.cũ quid.ff.si cer.pe.ubi pacta apposita in mutuo seruantur tam ad agendum quam ad excipiendum etiam quod repugnent naturæ contractus etiam transmutando. l.2. in princ.& ibi no.ff.si cer.pe.Ad idem est tex. in l.2.infra de don.quæ sub modo.ubi pactum seruatur. Quarto facit tex.in l.siquis ita promiserit.§.Seia.ff. de uerb. oblig.ubi est pactum incontinenti appositum, & præsupponitur quod ad illud posit agi licet non dicatur in uerbis.facit etiam tex.in l.in rebus.inf. de rer.perm. coniuncta.l.fi.inf.ad l.falcidiam.nam pactum iuxta traditionem rei uestitur.l.legem.supra eodem.& di.le.in rebus.ergo & iuxta promisionem quæ æquiparatur. d.l.fi.infra ad legem falcidiam. Nec obstant allegata in contrarium,& primo quod in stipulatione quidquid est ommissum omnino,ut non sit actum tacite uel expresse,secus ubicunque in uerbis est ommissum & tacite est actum,quia tunc non habetur pro ommisso. d. l. cum quid.ff.si cer.pe.& l.triticum.ff.de uer.obl.Sed pactum in casu nostro non est omnino ommissum, quia expressum est in uerbis.& tacite in stipulatione est actũ licet in forma uerborum non appareat, ergo non potest haberi pro ommisso,sed est pars contractus. d.l.lecta.uers.dicebam.

49 Non obstat † quod in hoc pacto non sit seruata forma,quia quamuis non interuenerit forma expresse, tamen tacite interuenit,& per quandam extensionem, ꝙ sufficit.l.1.§.cum adiicitur.ff.de uerborum obliga.ubi tex.generaliter determinando dicit quod quando adiicitur uel detrahitur interrogatio, uel obligationi semper uitiatur stipulatio nisi illico placuerit diuersitas, quia tunc alia uidetur contracta obligatio,& sic demõstratur quod forma quæ interuenit in una retrahitur ad aliam incontinenti expressam,& fortius probat, ꝗa interrogatio & responsio in nulla re bene conuenit, & non fuit forma ualida in nulla parte,tamen ex conuẽtione partium trahitur ad alias res & aliam conuentionem.Nec curo an ille textu.referatur ad præcedentia tantum,uel sequentia,uel ad utrunque, uel sit qualitas mutata,uel res ipsa,ut ponderabant ibi multi moderni,& Bulg.hic,quia quantum ad propositum est eadem decisio,quod semper alia conuentio fit siue mutetur res siue qualitas,& mutatio rei nõ potest plus operari quã alia conuentio in qua non fuit forma stipulationis, & tamen in ea subintelligitur ex tacita mente contrahentium forma præcedens.Et suadetur ex.l.lecta.ff.si cer. pe.uers.dicebam.secundum intellectum Pauli de castr. quod pactum ibi reformat stipulationem,& solum nascitur actio ex stipulatione sine forma posita super pacto. Et idem probatur in l. Titia. §. idem respondit. ff.de uerborum obligationibus. ubi quæ sunt dicta in præfationibus tacite uidentur repetita,& tamen super eis non fuit forma stipulationis.facit lex item quia. §. primo.ff.de pactis.& lex.triticum.ff.de uerborum obligationibus.in quibus pactum seruatur sine forma stipulationis,quia illa tacite uidetur repetita, & facta æqualiter super omnibus quæ incontinenti fiunt, ergo eodem modo in casu nostro forma erit tacite repetita, & poterit informari actio ipsa. Præterea secundo respondetur quod non est inconueniens quod ex stipulatione cum sua forma actio descendens trahatur ad alias res,quia extensio facilius fit ad ea in quibus non interuenit quam quod ab initio nascatur actio sine forma,ut probatur in l.etiam infra de iure dotium.ubi secundum communem intellectum de quo supra in secũdo notabili actio ex stipulatione descendens datur ad augumentum dotis factum ex interuallo.& etiam probatur in lege prim.§.sinautem.infra de rei uxoriæ act. ubi dicitur quod stipulatio ex sui natura trahitur ad fructus & partus, & tamen clarum est quod non fuerunt expressi in stipulatione, & petuntur iure actionis per textum in lege si marito.§.fi.ff.soluto matrim.Nec potest dici quod sit speciale in dote,quia ille tex. dicit ꝗd uenit ex natura stipulationis, & illo tẽpore stipulatio seruabat suam naturam super dote, ut demonstratur ꝑ totam illam legem. Et per prædicta apparet quod tertium fundamentum in proposito non est uerum quod taciti & expressi non sit eadem uirtus in iis quæ requirunt formam, quia contrarium supra probatum fuit. Et ad contrarium.de no.per Bar.in d.l.triticum. & clemen.appellanti.de appel.in glo.respondetur quod illa procedunt quando nullo modo forma interuenit, sed quando forma in aliquo præcedit, tunc facilius trahitur ad aliam rem per prædicta. Præterea etiam potest dici quod forma fingitur in illa parte ex consensu partium,& sicut ex stipulatione in totum ficta nascitur actio ex stipulatu.l.1.infra de rei uxoriꝫ actio.ita etiam forma poterit fingi in parte ut ad illam posit trahi actio uel alia nasci.Non obst.§.Grisogonus. quia stipulatio non trahitur ad personas uel res nullo modo compræhensas nec tacite nec expresse,sed hic pactum tacite erat compræhensum sicut poterat esse in l. Titia. §. idem respondit.ff.de uerborum oblig.& facit.d.l. etiã inf.de iure dotium.secundum communem intellectum Non obst. quintum quod lege non caueatur de informatione contractus stricti iuris, quia immo cauetur ꝑ istum textum cui alius intellectus non potest conuenire, & per d.l.lecta.uers.dicebam. ubi pactum prodest ad actionem,ut dicitur a contrario in uer.pactum.&sic patet quod per pactum potest alterari stipulatio & actio ex ea competens.Nec potest fieri fundamentum ꝗd loquatur de alteratione qualitatis,quia idem etiam est de substantia rei.l rogasti.§.si tibi.ff.si cer.pe.Nec etiã attẽdi debet quod usuræ non debeantur ex pacto apposito iux.contractum stricti iuris,quia di.le. quamuis loquitur de usuris in quibus est speciale propter odiũ usurarum.

Non obst. sextum, quod inclusio unius est alterius exclusio, quia illud procedit quando de casu excluso non est facta lex,secus si est facta dispositio,ut in l. nostra.quia tunc argumentum a contrario sensu non potest sumi,ut no.in l.conuenticulam.sup.de episc. & cleri.& l.1.§.huius rei.ff.de offi.eius.Nec obst.quod in pacto non uidetur esse deliberatio, quia illud uerum est quando est simplex& non habet causam,secus quando apponitur iuxta contractum,quia tunc assumit causam contractus propter correspondentiam, & præsumitur deliberate positum ut dixi in præmissis sup. in hac lege,& in 4.notab.& facit lex Titia.§.idem respondit.ff. de uerbo.obl.Nec obst. quod uerba interpretantur cõtra stipulatorem,quia hic non sumus in casu dubio, sed in casu claro, in quo pactum expresse factum fuit, & tacite actum est per partes in stipulatione, unde seruatur dicta lex si Titia.§.idem respondit.& lex. triticum de uerborum obligationibus. & lex cum quid. digestis si certm petat. & ex expressis cognoscitur animus. §.pauonum.inst.de rerum diuisione.Nonobstat motiuum de lege scire debemus.ff. de uerborum obligatio. quod sicut in uera stipulatione non potest dari eadẽ actio ergo nec etiam in ficta,nam respondetur primo ꝙ oppositio nõ est generalis,quia non procedit in pactis de appẽditiis cõtractus in quibus est semper uera actio & stipulatio,ut dicebat Iason in d.l.scire debemus. cuius solutio in appẽditiis uerissima est. In aliis uero pactis nen continentibus appenditia respondetur secundum Alex.in d.l.in bonæfidei. quod attenta forma dicitur esse una stipulatio & una actio,licet subtiliter cõsiderando uideantur plures stipulationes & plures actiones.Et hæc est uera responsio,licet Dec.dicat quoduerba ꝓprie intelliguntur,quia& in d.l.scire debemus dicitur

gitur quod de proprietate uerborum & quantum ad formam est una stipulatio. Et textus hic non dicit quod sit eadē actio in indiuiduo, sed dicit quod ex stipulatione agitur, & siue sint plures res siue una, semper agitur ex stipulatione uere. Secundo respondetur per Bar. in d. l. lecta. col. 3. quod quando actio non potest dari ad pactum tunc non informatur actio sed informatur ipse contractus & prægnans efficitur ut producat postea actiones competentes quas produceret si pactum uere fuisset in stipulatione deductum. & tex. in d. l. lecta. dicit pacta incontinenti inesse in ipso contractu non in ipsa actione, & hanc solutionem sequuntur communiter docto. in d. l. lecta. & ibi dixi. & etiam repetii in figuratione casus. Non obst. quod hic dicit Dec. quod repugnat naturæ stipulationis quæ non recipit res extraneas, quia supra responsum fuit quod stipulatio recipit alias res si fuerunt nominatæ incontinenti, quia tūc nō censentur res extraneæ sed comprælensæ ab initio in stipulatione. arg. l. Titia. §. idem respondit. ff. de uerborum obl. & d. l. etiam. inf. de iure dot. Et eodem modo respondetur ad aliud, quod certi condictio non potest dari ad id quod est deductum in pacto quia respondetur ut sup. & dixi in figuratione casus, quod tunc non informatur actio sed ipse contractus prægnans effectus producat actiones competentes ad utrunque quas produxisset si uere pactum fuisset in stipulatione. Et hoc ego puto naturalius dictum quod contractus informetur quam quod actio informetur, cum pactum insit in ipso contractu. d. l. lecta. uer. dicebam.

Non obstat quod hoc pactum nō possit dare legem contractui cum repugnet naturæ contractus, quia etiā supra responsum fuit quod non repugnat stipulationi, sed in ea dicitur inesse, & eam qualificat etiam quod cōtradicat conuentioni. d. l. lecta. Nec dicatur quod ille tex. loquitur de qualitate, hic de re, quia ibi uirtualiter res alteratur, quia per mutationem temporis mutatur res. §. plus autem. insti. de actio. & omne pactum ꝑpter correspondentiam quam habet ad contractum semper inducit qualitatem minuentem uel augentem summā stipulationis. per. d. §. plus autem. Nec dicatur ut hic ꝑ Dec. quod per dictionem, interdum, præsupponitur regulam esse in contrarium, quod contractus non informatur, & stipulatio & contractus stricti iuris continetur sub regula. Quia ibi dictio, interdum, præsupponit regulam contrariam etiam in contractibus bonæfidei, & illa constituitur, quia pacta non uestiuntur nec informant nisi quando apponuntur incontinenti, alias secus & sic regula & limitatio non ponitur ad genera contractuum, sed in omnibus contractibus in modo concipiēdi pacta. Non obstat lex prima. §. si stipulanti. infra de uerborum oblig. ubi ualet stipulatio in decem, licet interrogatio sit facta de uiginti, nec in aliis decem ualet ut pactum quia ibi nec tacite nec expresse consenserūt in aliis decem, sed si incontinenti placuisset diuersitas, tunc potuisset esse pactum & stipulatio, sicut dicitur in d. §. cum adiicitur. in ratione assignata ut sup. dixi, & ita in effectu uidetur respondere Dec. hic. & Mathesil. in notabili suo. 26. incip. quod si promitto. facit etiā tex. in l. 1. § eum qui. ff. de consti. pecu. Deci. tamen hic ultimo loco satis læuiter residet contra istum communem intellectum, per illam solam rationem, qnia iura in materia informationis loquuntur de contractib. bonæfidei, ergo secus est in contractibus stricti iuris. l. cū prætor. ff. de iudi. & ad istum textum respondet quod primus intellectus est melior, in quo ipse uoluit quod uerbum, statim, transplantaretur. Item dicit quod lex lecta loquitur de pacto reformatiuo, non informatiuo, ut tenent ibi communiter moderni. Sed ut ex prædictis patet, ipse nimis læuiter se firmauit in primo intellectu, quia est merum somnium transplantare uerbū, statim, & tanto magis, quia quocunque loco ponatur semper concludit pactum incontinenti positum fuisse, & diferre, aliud esse si ponatr ex interuallo. Et ideo nō est recedendum ab isto tertio intellectu qui magis notabilis est & magis conuenit literæ quam aliquis alius. Et concludenter per eum remanet firma conclusio, qđ pactum appositum iuxta contractum stricti iuris stipulationem ipsam uel alium contractum informat uel actionem ex eo competentem, secundum quod magis utile & conueniens est negotio partium.

50 Secunda† est dubitatio principalis, an pactum appositum iuxta contractum stricti iuris uestiatur cohærentia contractus, & propriam producat actionem stricti iuris. Vltramontani tenebant quod non, dicentes nō reperiri uestimentum cohærentiæ contractus, sed solum ex positione pacti posse resultare contractum innominatum, referendo pactum ad contractum, ex quo cōtractu innominato insurgente nascitur actio præscriptis uerbis. Et ideo uolebant quod pactum & contractus essent pro eodem, & quod tunc nulla nasceretur actio ex pacto etiam incontinenti apposito, quia referendo pactum ad contractum non potest resultare contractus innominatus, sed quando pactum est pro uno & contractus pro alio, quo casu inuicem possunt habere correspondentiam, tunc referendo pactum ad contractum, insurgit contractus innominatus qui producit actionē præscriptis uerbis, & ita intelligebat omnes leges quæ uolunt pacta iuxta contractum seruari, ut procederent quando aliqua correspondentia poterat considerari, & resultaret contractus innominatus.

51 Et†pro ista sua opinione, quod non reperiretur uestimentum cohærentiæ contractus, adducitur primo, quia uestimentum cohærentię contractus concurrit cū informatione quæ fit ex pacto incontinenti apposito, ex eo quia uidetur inesse. d. l. lecta. uers. dicebam. ideo sequitur quod actio præscriptis uerbis concurrit cū ordinaria actione contractus informata, quod non est dicendum. d. l. quotiens. ff. de præscriptis uerbis. Secundo facit ratio repugnantiæ quæ uitiat omnia acta. le. ubi repugnantia. ff. de regu. iur. quia uno respectu dum datur actio ex contractu iudicatur contractus, & per actionem præscriptis uerbis iudicatur pactum, quod est impossibile. l. 2. in fi. ff. si cer. pe. Augetur hæc repugnātia, quia respectu contractus est pars contractus, & respectu sui si producit actionem est unum totum, cū actus imperfectus non possit producere actionem, qđ uidetur impossibile, ut una & eadem res sit pars & totum, & si dicis quod si unum imperfectum, est pars contractus non est possibile quod producat actionem, & hoc explicat Bulgari. in tribus fundamentis. Tertio facit, nam si pactum uestitur efficitur pars pretii. l. fundi partem. ff. de contrah. emp. sed pretium non potest esse in pecunia numerata. §. pretium. insti. de empt. & uendit. ergo nec etiam ficte pactum poterit esse pars pretii quia non potest plus operari ueritas quam fictio. le. filio quem pater. ff. de liber. & posth. Quarto facit secundum Bulg. qualis est habitudo totius talis est habitudo partis, sed pro toto contractu competit actio unica ad totum, ergo ex pacto non dabitur actio particularis, sed sufficit actio totius contractus, & licet Salic. dicat ꝙ pro qualibet parte contractus competit actio ex contractu, quia uerum est quod illa actio datur pro qualibet parte contractus, sed non sequitur ꝙ quælibet pars contractus producat actionem, sed totus cōtractus tm̄. Quinto adducitur, quia illud quod efficitur pars alterius amplius de per se nō cōsideratur. l. eū qui edes. ff. de usuc. sed pactum efficitur pars contractus. d. l. lecta. uer sicu. dicebam. & d. l. fundi partem. ergo de per se amplius considerari non potest, & per consequens per se non potest producere actionem separatam. Sexto facit, quia frustra fit per per plura quod potest fieri per pauciora. l. cum fundus. §. seruum tuum imprudēs. ff. si certum petatur. sed quando pactum est pars contractus, & ꝑ eo competit actio ex cōtractu, sufficit actori ad consequen-

sequendum suum, ergo non debet dari alia actio ex pacto. Septimo facit, quia ubicunque unum uenit ad perfectionem alterius non potest per se producere actionem. l. si ita stipulatus fuero. §. fi. cum l. sequ. ff. de nouatio. ergo pactum quod uenit ad perfectionem contractus de per se non poterit producere actionem. facit etiam glo. & doct. de traditione fienda ex necessitate. in l. si intra. ff. de pact. Et per ista Bulgari. hic tenet opinionem Petri, & seq. hic Goza. col. 3. uer. circa oppositionem ultramontanorum, & respondent ad fundamẽta communia ut hic per eos.

Sed ego puto non esse recedendum a communi opi. quod reperiatur uestimentum contractus etiam in contractibus stricti iuris. Quæ opinio probatur ex multis. Primo per text. in le. in bonæfidei. sup. eo. dum uult ex pacto nasci actionem si incontinenti apponatur, põderando dictionem, ex, quæ denotat causam immediatã, ut per Bar. in l. si eo tempore. in fi. ff. de pecul. Quæ põderatio suadetur, quia in fine textus dicit quod si ex interuallo pactum apponatur quod ex eo nascitur exceptio, ergo sicut in exceptione dictio, ex, denotat causã immediatam, ita etiam in actione debet denotare causam immediatam. arg. l. 1. ff. de rebus dubiis. Et per illũ textum Alcia. ibi tenet hanc opinionem. Nec ualet responsio Bulga. hic quod debet intelligi de actione informata quæ competit propter pactum, quia tunc uiolatur litera, & inconuenit exponere ex pacto, idest propter pactum, quia est nouam legem facere, & tanto magis, quia in hoc titulo tractatur de uiribus pactorum, & ponit regulam in materia pactorum appositorum iuxta contractum. Nec etiam ualet ponderatio facta per eum de. l. pe. infra ad exhibend. ubi dicitur ex pacto nasci actionem. & tamen intelligitur ibi de actione ex cõtractu propter pactum. quia illa lex loquitur de casu particulari, & debet exponi per alias leges tractantes de illa materia, & secundum subiectam materiam, hic uero non habemus incontrarium leges claras. & d. l. in bonæfidei facit sibi regulam & materiã. Nec etiam ualet alia respõsio ad d. l. in bonæfidei. quod intelligatur in contractu innominato resultante, quia nec etiã conuenit literæ, quia esset accidentalis decisio, cum ex contractu resultante non nascatur actio nisi sequuto implemento.

Secundo pro communi opinione facit. d. l. iurisgentium. §. quinimmo. a contrario sensu. dum sæpius dicit quod ex interuallo pactum non seruatur, ne ex pacto nascatur actio. Nec ualet responsio Bulg. quod debet exponi ex pacto, idest ex contractu propter pactum, quia est nouam legem condere, ut dixi, & est nimis magna uiolatio impropriare uerba in tot locis, & maxime quia non sunt leges incontrarium necessitantes tam uiolẽtam expositionem, ideo non est recedendum a proprietate uerborum. l. non aliter. ff. de leg. 3. & l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercit.

Tertio pro hac opinione facit tex. in l. si uir. ff. de præscri. uer. ibi, uiro in factum existimo reddendum iudicium, & ita ibi doct. summant illum textum. & idem dicitur in l. si conuenerit. ff. de rescind. uendit. ibi, ex empto agendum est, aut proxima emptioni actione in factum. Nec ualet responsio quod illa iura loquantur de actione nascente ex contractu resultante referendo pactum ad contractum, ut dicebat Bulgarin. & Petrus. quia expresse est contra. d. l. si conuenerit. quæ dicit dari duas actiones ad pactum, scilicet actio ex empto informata, & actio in factum quæ nascitur ex pacto propter dictionem, ex, Et quia si contractaretur de actione ex contractu innominato resultãte decisio nõ esset simpliciter uera, cum tunc competat quando sequtum est implementum, & ideo ut dispositio sit perfecta & semper uera debet intelli de actione ex pacto, & est diuinare ibi præsupponere implementum sequutum.

Quarto adducitur lex secunda. infra de pactis inter empt. & uendit. ubi actio præscriptis uerbis datur ex pacto de retrouendendo. & ibi no. glo. & docto. Nec dicatur quod intelligitur de actione nascente ex tertio contractu resultante, quia ut in aliis, decisio illa esset accidentalis, cum non alias nascatur nisi sequutum sit implementum, & esset uiolatio & diuinatio intelligere qđ semper sit sequutum implementum. Nec dicatur etiam quod ibi non potest tractari de uestimento cohærentiæ contractus, cum pactum non sit pro eo pro quo factus fuit contractus, ut dixit Barto. infra in prima quæstione ubi tangam. quia illud procedit in pacto apposito iuxta contractum simplicem, sed quando pactum apponitur iuxta contractum correspectiuum semper uestitur & producit actionem, cum illi contractus sint facti pro utraq; parte & producant actionem pro utraq; parte, & semper pactum est in fauorem illius pro quo est contractus, & pactum poterit semper habere cõuenientiam cum aliqua ex actionibus illis.

Quinto per Bald. adducitur tex. in lege seruus ea lege. ff. de ser. expor. ubi pactum pœnale producit actionem ex se propter uestimentum. & no. docto. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerborum obl. pactum pœnale quod producat actionem præscr. uerb. Nec ualet quod intelligatur de actione ex contractu innominato resultante, quia tunc ut in aliis dictum fuit esset decisio accidentalis quando esset sequutum implementum ab illa parte. Nec potest dici quod ibi non cadit, quia pactum non est pro eo pro quo est contractus, quia ut statim dixi illud dictum docto. non procedit in contractu correspectiuo in quo ab utraque parte est utilitas & actio. Quinimmo nec etiam dictum est uerum, quia immo pactum indistincte uestitur etiam quod non sit factum ꝓ eo pro quo est contractus. ut ego ostendam in dic. q. 1. Bar. sequendo Dec. Nec ualet quod intelligatur de actione informata quia textus dicit de actione præscriptis uerbis.

Sexto adducebat etiam Bal. tex. in l. ea mente. infra de pac. conuentis. ubi si extraneus dedit dotem & pactus sit sibi eam restitui datur actio, ergo uestitur propter cohærentiam contractus. Nec dicatur quod ibi nascitur actio ex contractu resultante, quia ibi nondum erat sequutum implementum, cum actio ex stipulatu ibi nondum esset nata, quia si fuisset nata fuisset acquisita mulieri. leg. unica. in principio. infra de rei uxoriæ actio. & non posset amplius ei aufferri per actionẽ nascentem ex pacto. secundum Acursium in lege auia. infra de iur. dot. uolentem secundum unam lecturam præferri actionem ex stipulatu actioni ex pacto, & licet ultramontani dicant quod ibi est sequutum implementum, tamen est diuinare.

Septimo facit secundum Bal. Quia pactum informat actionem & contractum, ut concludunt iura clara quę cauillari non possunt. ergo tanto magis ex se producit actionem, nam quod possum in alium informãdo multo magis possum per me producendo. argu. auth. multo magis. sup. de sacros. eccl. Nec ualet responsio Bulg. qđ pactum per se hoc non facit sed mediante contractu, quia hoc non tollit obiectum, nam si mediãte contractu ab alio potest habere actionem, ergo etiam mediãte contractu ex se poterit producere actionem. Item uidetur inconueniens quod pactum debile possit alterare contractum potentem, ut necessario dicendum sit quod primo pactum fomentatur a contractu, & postea reflectit in contractum uirtutem productiuam quã accepit a contractu ut informet actionem, sicut luna reflectit lumen quod accepit a sole. Suadetur etiam, quia si pactum debile secundum eum potest alterare naturã contractus potentis, tanto magis contractus potens poterit auxiliari pacto in producendo actionem, stãte uoluntate contrahentium quę est quod pactum producat actionem, cum uideatur propter causam quam sumit a contractu deliberatione factum.

Octauo facit lex Labeo scribit si mihi bibliothecã, ff.de contr,empt.ubi si uendidi tibi bibliotecam pacto apposito si campani tibi uendiderint locum, si es negligens in emendo locum a campanis, competit mihi actio præscriptis uerb.uigore pacti. Nec potest dici q ibi nascatur actio ex contractu resultante, quia contractus innominati non fiunt per dictionem, si, sed per dictionem, ut, ut no. in l.siquis cum debitore.ff.de iureiurãd. & dixi.post Bar.in l.siue apud acta.inf.de trans.Nec dicatur quod ibi est speciale, cum ibi emptor ad illud nõ se obligauerit, sed ex æquitate illud disponitur, & dabitur actio generalis in subsidium.l.1.& 2.ff.de præs.uerbis.non ex pacto. Quia immo ille tex. præsupponit qd actio nascatur ex pacto tacito, quod uidetur appositum ut ille teneatur inquirere & curare ut sibi uendatur locus, quod est magis naturale.arg.l.2.sup. eo.

Nono adducitur lex si in uenditione cõditionali .ff. de pericu.& commo. rei uenditæ. ubi pactum appositum quod periculum pertineat ad emptorem, si res pereat, producit actionem, & ex eo agitur ad pretium, & ibi non potest esse contractus innominatus, nec implementum sequutum, quia erat uenditio conditionalis, de cuius intelligentia tamen infra dicam late.&In dict. lege edita.

Decimo facit lex prima in principio infra de rei uxoriç actione, secundum unam lecturam.&l.siue apud. inf.de ædil.actio.& l.si conuenerit.infra de pignorati. actioni. in quibus locis dicitur quod ex pacto nascitur actio, & tamen non interueniebat ibi aliquod implementum. Nec placet responsio tradita per Bulg.quod in.d.l.si conuenerit.sit speciale.quia illud contingit ibi ex pacto tacito quod semper resultat. argume. l. 2. supra cod.& ex eo nascitur actio. Et in.d.l.non est impossibile.ff.eod.est diuinare quod nascatur actio ex contractu resultante, quia non apparet de implemento contractus ex parte sua. Et hæc est summa inductionis & confirmationis istarum legum, quia est diuinare quod resultet illa actio ex contractu resultante, cum non appareat de implemento, & esset accidentalis decisio, quod est contra simplicitatem illorum iurium.

52 Et tenendo†istam partem non obst.adducta per Petrum & Bulg. Et primo non obstat quod actio præscriptis uerbis non concurrat cum alia actione nascente ex eodem fonte.l.quotiens.ff.de præscr.uerb. quia negatur quod hæc quæ nascitur ex pacto nascatur ex eodem fonte, quia actio informata nascitur ex contractu, & hæc nascitur ex pacto uestito, & quod concurrant, ꝓbant omnia iura supra allegata, & sicut omnes concludunt quod actio præscr.uer.nascens ex contractu resultante concurrit cum actione informata, ita etiam non inconuenit quod illa nascens ex pacto concurrat cum actione informata, quia sunt diuersa principia. Nõ ob. quod sit repugnantia quod pactum sit contractus perfectus & pars contractus & quod non potest esse pars & totum, quia contrarium adductum non procedit quando unum consideratur diuersis respectibus, ut patet in omnibus partibus integrantibus totũ quæ respectu sui sunt perfectæ, & sunt pars alterius rei, ut legata in testamento.iux.not.in rubr.ff.de leg. 1. & una ouis in grege.l.2.ff.de rei uend. & ususfructus ad proprietatem. iux.l.recte dicimus.ff.de uerborum oblig.& per Bart. in l.qui usumfructum.ff.de uerborum oblig. & anima respectu hominis, & species respectu generis, iuxta no. in l.2.§.creditum.ff.si cer.pe.Non obstat quod sicut ad uerum pretium non potest dari actio præscrip. uerbis. ita nec etiam ad partem pretii, ne plus possit fictio quã ueritas, quia respondetur quod sicut non inconuenit q una species non possit esse totum pretium, & tamen potest esse pars pretii.l.fundi partem.ff.de contrah.empt. & §.pretium.inst.de emp. & uend. Ita non inconuenit quod ad pretium totum non detur actio præscr.uerb. & tamen possit dari ad rem quæ succedit in parte pretii, nec dicitur plus posse fictio quam ueritas, sed uaria principia hoc inducunt, & in hoc est notabilis hæc materia, & notant doct.in d.l.lecta.

Non obstat quod quælibet habitudo totius est etiã habitudo ad partes, & ideo si datur unica actio ad totũ debet etiam dari unica actio ad partes. Quia illud satis potest admitti considerando tanquam totum, sed considerando partes per se, potest dari particularis actio ad partem, ut patet in testamento, quia petitio hçreditatis datur ad petendum totum, & etiam ad petendum partem.l.4.ff.de pet.hær.& hæredi competit petitio hçreditatis contra possessores hæreditatis, & contra eosdé etiam parttcularis rei uendi.ut no.in rub.ff.si cer.pe.facit lex si peculium.ff.de peculio legato.& l.2.&l.uendicatio.ff.de rei uendi.& hoc etiam resoluit præcedens contrarium. Non ob.quod illud quod efficitur pars totius de per se amplius non consideratur.arg.§.si fũdus. insti.de leg.quia respondetur posse admitti quando habetur respectus ad totum, & consideratur ut totum, sed quando consideratur ut pars, nihil inconuenit quod sit pars totius, & de se consideretur, ut patet in specie & genere, & anima & homine, & hæreditate & rebus hæreditatis, & grege & ouibus, & pariete & domo.iux.not. in d.rub.deleg.1.& l.item ueniunt.§.sed cum prædiximus.ff.de pet.hær.cum conc.sup.addu.

Non obstat quod frustra fit per plura &c.quia hçc regula non procedit in remediis, ut no.in d.l.1.ff.de leg. 1.& l.cum filius.§.uariis.ff.de lega.2.& l.nemo.§.quotiens.ff.de reg.iur.facit lex duobus.§. siquis iurauerit. & §.seq.ff.de iureiur. Non obstat quod implementum alterius non potest ex se parare actionem.l.cum enim. ff.de noua.quia illud procedit in implemento, sed in casu nostro pactum nõ est implementum ad cõtractũ. Sed est pars conuentionis separata a contractu formali.d.l.fundi partem. Item illud dictum non est uerum quãdo aliqua conuentio est implementum alicuius cõtractus ut per Bartolum in l.singularia colum.3.ff.si certum petatur.

53 Ex quibus†patet quod hæc opinio est fantasia quædam, & fundata in sophisticis rationibus, & certis regulis generalibus non concludentibus. Et iura pro contraria parte sunt apertissima, & non possunt sine calũnia euitari, & expressa uiolatione. Et per consequens tenenda est communis conclusio, quod pactum nudum uestitur cohærentia contractus, & ex se propriam producit actionem. quæ conclusio procedit siue pactum sit pro eo pro quo est contractus, siue pro alio. Sed quãdo contractus est pro uno & pactum ꝓ alio, est unum plus quod referendo pactum ad contractum resultat tertius contractus qui aliam tertiam producit actionem præscrip.uerb.si sequutum sit implementum. Et sic pactum quod ex se sterile est & debile propter cohærentiã contractus consequitur tres actiones, aliquando unam informatam ex ipso contractu, secundam præscriptis uerbis quam ex se producit propter uestimentum, & tertiã quæ nascitur ex contractu tertio resultante, referendo pactum ad contractum si sequutum est implementum, & pactum est pro alio. Et sic opinio Petri de actione ex contractu resultante non improbatur, Sed concurrit cum opinione glo.& doctorum.

54 Quartum intellectum†ponebat Petrus hic, ut per Barto.qui prçsupponebat quod contractus stricti iuris per pactum, sed solum contractus bonæfidei, & ex pacto nudo nunquam competeret actio præscriptis uerbis, Et negabat quod pactum uestiretur cohærentia contractus, ut supra dictum fuit, Vnde uolebat quod hic interuenisset contractus bonæfidei correspectiuus, ut contractus permutationis uel uenditionis, & quod super illo contractu esset apposita stipulatio, iuxta legem si stipulatus digestis de usuris, & lege duo societatem.ff. pro socio. & quod postea sit factum pactum de eundo Romam, quod pactum informet contractũ bonæfi-

bonæfidei, & per consequens stipulationem super eo interpositam pro quocunque apponatur, Et cum contractus correspectiuus sit ad utilitatem utriusque, & producat actionem ad utraque partem, uolebat quod referendo pactum ad contractum in textu nostro resultaret unus contractus innominatus qui produceret etiam actionem præscrip. uerbis sequuto impleméto. Et ita exponebat literam, quod agens ex stipulatione informata ad pactum de eundo Romam recte secundum se feri sententiam postulat siue antecesit pactum siue statim sequutum fuit, ac etiam ad illud met datur actio præscriptis uerbis propter relationem. Iste intellectus in se potest esse uerus & conuenire literæ si ponatur pro exemplo uno, & non restrictiue, nam cũ ista lex simpliciter loquatur, potest exemplificari in uno contractu & pluribus contractibus, Sed si apponatur restrictiue, ut aliter non procedat textus nisi interuenerint duo contractus ultra pactum, & quod pactum ex se non possit producere actionem, falsus est & reiiciendus, quia iste textus uerificatur in simplici stipulatione tantum cum uno pacto, ut supra dixi repræhendendo etiam Bart. qui uolebat quod hic interuenisset duplex pactum. Item nõ potest procedere in eo quod negabat contractum stricti iuris non posse informari, ut sup. dixi. Tertio etiam non potest procedere in eo quod præsupponit pactum ex se non producere actionem, & non uestiri, ut statim dixi. Vnde patet non esse recedendum a tertio intel. glo. qui est communis & uerus. Et constituenda est regula, quod pactum iuxta contractum appositum tam stricti iuris quam bonæfidei uestitur cohærentia contractus, & informat eum uel actionem ex eo.

Quæ tamen regula limitatur non procedere per gl. & doctores hic in aliquibus casibus.
55 † Et primo limitatur non procedere per glo. hic & Barto. in 1. q. quando pactum est appositum in damnum illius pro quo factus est contractus, nam tale pactum non informabit actionem ex illo contractu facto ad utilitatem alterius, Cũ esset repugnantia ut actio quæ datur mihi contra te ad consequendum promissa in contractu detur etiam tibi contra me ad consequendum quod mihi debetur, & eadem actio in indiuiduo sit in persona mea ius persequẽdi quod mihi debetur & ius cogendi me soluere quod ego debeo, quod continet repugnantiam. Exemplũ ponit glosa in eo qui stipulatus est sibi dari pecuniam gratis, idest sine usuris, quam primo numerauerat debitori accipienti, quo casu totus contractus est in fauoré stipulatoris qui mutuauerat, & postea stipulator promittat debitori de eundo Romam in fauorem debitoris. Nam hoc casu actio competens stipulatori ad consequendam pecuniam promissam non potest informari ut detur promissori ad consequendum promissa in pacto contra stipulatorem propter repugnãtiam, & quia quod fauore unius est introductum non debet in eius odium retorqueri. l. quod fauore. sup. de legib. & sequitur Bar. hic. Sed si pecunia fuisset promissa sub usuris, tunc secus esset, Et in hoc casu in quo doctores dicunt actionem non posse informari, in consequentiam etiã concludunt quod non uestitur pactum cohærentia cõtractus, quia ista duo simul concurrunt, & unum nõ potest esse sine alio secundum doctores. Vnde sequitur ꝙ si pactum de eundo Romam est pro una parte, & stipulatio de danda pecunia est pro alia parte, nulla nascitur actio ad pactum, cum illa ex contractu non possit informari, & ex pacto quod non uestitur nulla alia potest competere actio. Sed si pactum nudum apponeretur iuxta contractum correspectiuum, tunc non inspiceretur pro quo esset pactum, cum semper una pars contractus esset necessario pro illo pro quo est pactum, & actio pro parte sua possit informari per pactũ. d. l. fundi partem. & l. tenetur. §. 1. ff. de acti. empti. & l. si uir. ff. de præscrip. uerbis. & opinio Barto. & doctorum in hac limitatione procedit solum quando pactum apponitur iuxta contractum simplicem, ut stipulationis & donationis, Sed Petrus in hoc etiam repræhendebat glo. quod immo etiam potest dari actio ad pactum quãdo pactum est pro uno & contractus pro alio, nam referendo pactum ad contractum potest insurgere contractus innominatus scilicet do uel promitto tibi pecuniam ut eas pro me Romam, qui contractus producit actionem præscriptis uerbis ad cogédum ire Romam sequuto implemento, uel in dando uel promittédo pecuniam. l. naturalis. §. 1. de præscrip. uerbis. & l. 1. ff. de rerum permut. Bar. uero dicit Petrum bene loqui & nihil dicere contra glosam, quia glo. non negat quod ex contractu innominato resultante non possit nasci actio ad pactum, quia hoc uerum est, ut referendo pactũ ad contractum resultet contractus qui producat actionem, Sed glo. dixit ex pacto taliter apposito nõ potest informari actio ex contractu, quia est repugnantia, neque potest pactum uestiri cohærentia cõtractus, ut propter uestimentum ex se producat actionem, & hoc nõ negauit Petrus qui semper uoluit nunquam pactum uestiri cohærentia contractus & producere actionem, & sic unusquisque bene loquitur in sua ratione, ut hic declarat Bar.

Ex cuius dictis colliguntur quinque conclusiones.
56 † Prima est clara & facilis, quod quando pactum apponitur iuxta contractum correspectiuum tunc semper Informat ipsum contractum & uestitur cohærentia cõtractus pro quocunque apponatur, quia semper erit ꝓ eo pro quo est contractus, cum contractus producat actionem ab utraque parte, & una informari poterit in contractu emptionis, locationis, uel permutationis, uel actio. ex uendito, uel ex empto poterit informari, uel actio ex conducto uel locato, & per consequens ẽt uestiri pactum ut producat propriam actionem. Et istã conclusionem tenent Petrus, Barto. & communiter doctores, dummodo illud pactum respiciat utilitatem alterius ex contrahentibus. Sed si pactum fieret cum uno qui non interuenit in contractu, tunc illud pactum nõ uestiretur nec informaret actionem, per tex. in l. si tibi. iuncta glo. inf. loc. secundum unum intellectum de quo statim dicam.

Secunda est conclusio, quod si pactũ apponitur iuxta contractum simplicem, ut stipulationis, uel donationis, & pactum respiciat utilitatem illius pro quo factus est contractus, & pro eadem persona, & tunc similiter communiter doctores concludunt quod tale pactũ uestiatur cohærentia contractus, & informet ipsum contractum, uel actionem per istum textum qui in hoc exẽplificatur per Bar. & doctores ut dictum fuit super tertio intellectu reprobata opinione Petri.

Tertia est conclusio, quod quando pactum est appositum pro uno, & contractus simplex pro alio, & tunc quia habita relatione pacti ad contractum resultat contractus innominatus, si contrahens adimplet contractũ nascetur actio præscriptis uerbis ad pactum ex isto implemento, sicut ex quolibet alio contractu innominato expresso nascitur actio præscriptis uerbis sequuto implemento. l. 1. §. naturalis. ff. de præscrip. uer. l. 1. ff. de rer. perm. & l. rebus. infra de rerum permut. Et in hoc concordant etiam communiter doctores conuenientes cum Petro in hoc.

57 Quarta † est conclusio, quod ubicunque pactum apponitur pro uno, & contractus in fauorem alterius partis fiat, & non sit sequutum implementum, nulla nascitur actio ad pactum, quia actio ex contractu nõ potest informari propter repugnantiam, quia est inconueniẽs quod eadem actio detur mihi contra te & tibi contra me, Nec etiam pactum ex se potest producere actionẽ, quia quando actio non potest informari, nec etiã pactum uestiri potest, cum ista semper concurrant secundum doctores, & in hac conclusione etiam resident commu-

communiter doctores cõuenientes etiam in hoc cum Petro. Sed Dec. tenet contrarium, quia licet actio non informetur, tamen non sequitur quod non possit competere actio ad pactum, & non erit illa repugnantia ex eo quia gloss. non dicit quod informetur actio, sed dicit quod pactum informabit contractum, quo casu non cadit aliqua repugnantia, cum contractus informatus tanquam prægnans effectus & correspectiuus potest producere actiones contrarias, sicut omnes contractus correspectiui producunt actiones contrarias, ut actio ex empto & uendito, & actio commodati directa & contraria, & actio tutellæ directa & contraria,& nulla est repugnantia,& sic cessant contraria,quia repugnantia cadit in eadem actione,sed facta informatione in contractu nascuntur plures actiones ex illo contractu,una in fauorem illius pro quo est contractus,& alia in fauorem illius pro quo est pactum. Et hanc opinionem ego supra sequutus fui in solutione contrarii.d.l.scire debemus.ff.de uerb. obli. & approbant communiter doctores concludentes ex mente Bart.in d.l.lecta.col.pen.ff.si cer.pet.quod ubicunque actio ex contractu non potest conuenire pacto quod tunc nascuntur uariæ actiones ex contractu informato secundum subiectam materiam.

58 Sed † tamen contra cõsiderationem Decii instari potest,quia licet alias contractus possit informari, ut dicit Bar.in d.l.lecta.tamen nõ uidetur quod in casu præmisso possit procedere in contractu stipulationis in quo requiritur pro forma interrogatio & responsio, & ut fiat contractus stipulationis correspectiuus requirũtur duæ formæ,& duæ interrog.diuersæ,& duæ respõsiones, Et uidetur inconueniens quod forma apposita super una re pro una persona trahatur ad aliam personam,& contra stipulatorem super alia re,propter repugnantiam & propter naturam formæ in qua non cadit fictio secundum Bar.in l.triticum.ff. de uerb.oblig. Et textus in l.1.§.cum adiicitur. qui secundum communẽ opinionem quam sup.sequutus fui. præsupponit quod forma super una re trahatur ad aliam personam, loquitur quando forma subintellecta est pro eo pro quo est prima stipulatio,Sed hic forma primę stipulationis est pro uno, & forma subintellecta siue extensa est pro alio, & sic uidetur quod cõtractus stipulationis propter repugnantiam formæ non possit informari hoc casu, Et pro ista opinione fortiter facit textus in l.1. & 2. in ff.de don.quæ sub modo. qui præsupponit quod quando pactum apponitur in donatione in fauorem donatoris non agitur ex pacto uel contractu ad obseruantiã pacti,sed datur condictio ob causam ad repetendum, uel reiuendicatio. Et ideo postea in l.3.quæ subsequitur ibi nouiter est inductum ut noua actio utilis detur ad obseruantiam,& sic uidetur quod illud pactum non possit producere actionem,neque possit contractus informari,sed solum possit dari actio ex contractu resultante referendo pactum ad contractum.

Tamen quamuis ista uideantur multum concludentia, puto eis non obstantibus non esse recedendum ad opinione Decii,ut etiam hoc casu informetur stipulatio & uestiatur pactum ut producat actionem,& stipulatio informata producat contrarias actiones tãquam effecta correspectiua, sicut uidemus quod quãdo stipulatio apponitur super contractu correspctiuo producit actiones contrarias ex una forma, ut in l.duo societatem.ff.pro socio.& l.si stipulatus.ff.de usur. cum concord.& faci lex lecta.ff.si cer.pet.in sui generalitate.& lex traditionibus.& lex legem. sup. eod. & l.3. infr.de don.quæ sub modo. quæ præsupponunt quod pactum uestiatur cohærentia traditionis rei, etiam si traditio fiat ad fauorem unius, & pactum in fauorem alterius, Et suaderi potest per l.ex.morte.inf.de pactis conuentis.ubi dicitur quod si mulier dat uel promittit dotem, & maritus antenuptialem do nationem, quod non est necesse quod sit æqualitas, Sed æqualitas solum debet esse in lucro,alias pactum est nullum,quod ampliat procedere etiam quãdo alius dat uel promittit dotem uel donationẽ antenuptias, & subdit postea in fine, quod non est differentia quis dederit, & quod prædicta habent locum nisi dantes stipulati fuerint, & sic præsupponit pactum esse inualidum iuxta stipulationem dotis,& quod agatur ex stipulatione ad pactum.Nec obstat quod forma non potest trahi, quia immo contrarium est uerum,ut probatur in d. l.duo societatem . ff. pro socio. & d. l. si stipulatus. ff.de usur. ubi stipulatio ita dari fieriue spondes, producit actionem ex stipulatione ab utraque parte propter mentem contrahentium ex subiecta materia,& per tex.in d.l.prima. §.cũ adiicitur.ff.de uerbor.obligat.qui ampliatur per illas leges.

59 Quinta † est conclusio, quod ubicunque pactum est pro uno, contractus pro alio, tunc non potest uestiri pactum quia contractus in fauorem unius factus nõ uestit pactũ in eius odiũ.arg. l.quod fauore.supra de leg. l. legata inutiliter.ff.de adim. leg. & sequunt. doctor. Dec. uero hic tenet quod Immo hoc casu uestiatur, quia negari non potest quin pactum sit penes contractum, & ille contractus non habeat in se calorẽ a quo pactum possit fomentari, & tanto magis quia iam conclusum fuit quod potest informare contractum, & ista duo semper simul concedantur, Et hanc opinionem et ego puto ueram,quia cessat ratio quod pactum nõ possit producere actionem quam ponunt doctores in rubrica.ff.de uerb.oblig. s. quod præsumatur indeliberate factum, & sit sine causa, quia pro quocunque ponatur apparet quod semper est factum ex causa contractus, & quod propter contractum deliberate factum fuit.Et ideo in l.lecta.ff.si cer.pet.dicitur quod pactum incontinenti appositum uidetur inesse in ipso contractu,etiam quod contradicat,& habet uirtutem mutandi qualitates contractus, & aliquando substantiam.l. ubi ita donatur.ff.de don.causa mor. Et in d. l.lecta pactum erat contra stipulatorem cui erant promissa integra quindecim milia soluenda in primo mense.Tertio hoc confirmatur ex uno argumento Bal.in d.§.quinimmo.colum.penul.dum repræhendit Petrum, dicens quod idem operatur obligatio ad dandum quod ipsa datio. l.fin.inf.ad l.falcid. Sed per dationem uestitur pactum factum pro alio.l.3.infra de don. quæ sub modo.ergo & per obligationem ipsam ad dandum. Quarto facit lex ex morte.§.fin.inf.de pac.conu.ubi præsupponitur quod siue dos sit data siue non pactum de redenda ualet,& idem colligitur ex.l.1.§.accedit. inf. de rei uxoriæ actio. coniuncta.l.cum pater. & l.Attilicinus.ff.de pactis do. Nec ibi consideratur quod pactum sit pro uno & contractus pro alio,sicut nec indatione.l.legem, sup.eod.& l.in rebus.inf.de rerum permutati.& l.cum quid.coniuncta.l.2.§.fi.ff.cer. pet. dũ tractatur de mutuo confessato. Quinimmo uere potest dici quod contractus non est factus pro uno cum ab initio in mente contrahentium cum illa qualitate erat factus contractus ut totus esset correspectiuus ut sup. sæpius dictum fuit.Nec obstat lex. si tibi. inf. locati. quia ibi pactum erat factum cum colonis, & stipulatio cum domino, & sic inter diuersas personas erat factus contractus & pactum, hic uero conuentio utraque erat inter easdem personas, licet una in fauorem unius & alia in fauorem alterius. Quare remanet conclusio, quod pactum appositum pro uno informat contractum appositum pro alio, ac pactum uestitur ut producat ex se actionem, Et per consequens limitatio tradita hic per gloss. & doctor. non est uera. Nec obstat quod hic dicit Alcia.in uerbo placiti seruandi,quod pactum sit sine causa,quia supra demonstratum fuit contrariũ. Nec obstat quod non dat legem contractui,quia similiter falsum est,cum ab initio correspectiue ad contractum

ctum ex mente contrahentium factũ fuerit, per ea quę dicta sunt in 3. notabili.

60 Subdit†etiam Bar. hic in fine declarando glo. in illis uerbis, secus si cum usuris. quod siquis promisit acceptã pecuniam restituere sub usuris tunc contractus est etiam factus gratia creditoris propter usuras, & tunc ex pacto agi poterit, quia dicit glo. creditor se onerauit ad pactum propter usuras, Et quia hoc dictum nõ uidetur tollere difficultatem, attentio quod quamuis promittatur pecunia sub usuris, remanet repugnãtia, quia illemet qui promisit pecuniam restituere promisit etiã usuras, & actio quæ datur stipulatori non potest dari contra eum ad pactum, & si etiam promisit usuras impeditur informari. Vnde Barto. declarando glo. dicit ꝙ ea non uoluit informari actionem, nec in usuris locuta fuit de informatione, Sed simpliciter uoluit quod possit agi ad pactum, modus uero agẽdi erit diuersus, ut solutis usuris ille agat ad pactum ex contractu innominato resultante, referendo pactum ad contractum, qui contractus adimpletus fuit ex solutione usurarum & uidentur pertransire doctores. Sed Dec. repræhendit, quia hoc non est declarare glo. sed nouam facere, quia glo. intellexit de actione informata, non autẽ de actione præscriptis uerbis ex contractu resultante, Et quamuis dictum uerum sit in se, quod solutis usuris potest agi ad pactum ex contractu resultante, tamen non est de mente glo. quæ loquitur de actione informata. Et ideo Dec. dicit glo. debere intelligi uoluisse dari ad pactum actionem informatam, Et ad contrarium de repugnantia respondet ut supra, quod obiectum procedit quando tractatur de informatione actionis, secus quando informatur contractus qui tunc potest producere contrarias actiones & contra diuersas personas, Sed tamen quamuis dictum Decii sit in se uerũ ut sup. firmaui, tamen nec etiam uidetur de mente glo. quæ facit differentiam an sit promissa pecunia cum usuris uel sine usuris, & quando promittitur sine usuris, negat in totum informationem, & secundum declarationẽ Decii semper procederet informatio, ut in uno casu informaretur actio, & in alio informaretur ipse contractus, Vnde potest dici, quod forsan glo. non negauit quin etiam ex promissione principali non possit resultare cõtractus innominatus referendo eam ad pactum, sicut & in usuris quia præsupponit quod usura & sors erat ꝓmissa ab eodem, & per consequens seruaretur pactum propter promissionem usurarum, & etiam seruaretur propter promissionem principalem agendo ex cõtractu resultante. Sed uere hoc glo. non dixit, Et in prima negauit informationem quæ etiam neganda esset in usuris. Sed tamen in usuris adduxit tertium modum conseruandi, ut sentit glo. in illis uerbis, quia creditor se onerauit propter usuras, & in illis uerbis, accipienti debitori, quia præsupponit quod ille qui iam acceperat pecunias erat affectus debitor quia promiserat restituere in primo casu sine usuris, & in secundo casu cum usuris, & ille stipulans promiserat ire Romam, & sic contractus semper erat pro uno, & pactum pro alio, & sic apparet quod uoluit loqui de alio modo agẽdi, Et hæc scrupulositas fienda est tenendo communem opinionem, quod pactum non possit informare contractum pro alio factum, sed tenendo opinionẽ quam supra firmaui, quod pactum semper informat uel actionem uel contractum pro quocunque apponatur, tunc prædicta uerba doctorum unguibus sunt delenda.

Secundo ex ratione istius glo. colligitur, quod mutuum factum sub usuris uidetur esse factũ gratia utriusque. Incontrarium tamen uidetur glos. in l. siquis nec causam. ff. si cer. pet. in glo. 1. in fine. per l. rogasti. §. si tibi eodem titulo. ibi, maxime si sub usuris. Soluit Dec. ꝙ ibi propter mutuum solum soluebantur usuræ, hic uero soluuntur propter mutuum & propter pactum factum in recompensatione, Et ideo contractus magis uidetur factus gratia utriusque. Sed melior solutio potest dari, quod mutuum sub usuris potest duobus modis considerari gratia utriusque, primo quantum ad suscipiendum periculum interitus, & hoc modo procedit. d. l. siquis nec causam cum sua glo. & d. l. Rogasti. secundo modo quantum ad utilitatem, & hoc secũdo modo semper est gratia utriusque. arg. l. 3. §. impropria. ff. quando appel. sit. & not. per glosam in §. fin. inst. quib. mod. re contr. oblig.

61 Tertio†colligitur ex glo. quod usuræ quæ promittũtur in recompensationem pacti sunt permissæ a l. quia uidentur permissæ esse loco interresse. l. curabit. infr. de actio. empti. & nota. in capi. conquæstus extra de usuris. & hoc non habet dubium quando ipsum pactum non excedit numerum usurarum, sed si usuræ excederent ualorem pacti, dicebat Salicetus quod tunc sunt permissæ usque ad excessum medietatis, arg. l. 2. inf. de resc. uend. Sed Decius hoc ultimum repræhendit, uolens quod usuræ non permittantur nisi usque ad ualorem pacti & benemeritorum, sicut quando pater donat filio propter benemerita, non ualet donatio in excessu benemeritorum obstante lege, ut no. in l. in donatione. inf. de col. & ibi Alexand. & per Bart. in l. siquis pro eo. §. 1. ff. de fideiuss. cum cõcor. cumulatis per Tiraquellum in l. si unquam. inf. de reuoc. don. Et sequitur Alc. hic in uerbo placiti seruãdi. col. 2. & ego puto uerum, quia Aliud est contractum non permitti nisi certo modo, & tunc non seruatis requisitis actus nõ ualet. Aliud est permittere rescisionem nisi certo modo, quia interim ualet donec concurrat requisitum ad rescindendũ.

62 Secundo†principaliter limitatur dicta regula non procedere quando pactum est principale & stipulatio pœnalis, nam tunc pactum principale nõ uestitur a stipulatione pœnali, nec eam informat. l. nudam. infr. de contrah. & com. stipulat. & istam conclusionem sequũtur communiter doctores ut hic per Bar. Dec. & Alcia. Et ratio est, quia stipulatio pœnalis non qualificat principale, cum principalis promissio sit in conditione, & in pœnali stipulatione nõ promittitur, quia quæ ponuntur in conditione non sunt in dispositione. l. siquis sub cõditione. ff. siquis omm. causa testamenti. & not. in l. 1. in ultimo notabili. sup. eo. Et ideo tanquam hoc non agant contrahentes, non informatur. l. nõ omnis. ff. si cer. pet. & facit etiam, quia inconuenit principale uestiri ab accessorio. l. quod per manus. ff. de iur. codicil. & per Dec. in rubr. sup. de edendo. col. 1. Et licet ultramontani cõtradicere uideãtur, tamen ut dicit Barto. non contradicunt, quia loquuntur in diuersis terminis, & de diuersa actione, cum glo. negat pactum principale uestiri a stipulatione pœnali, & informare actionem ex stipulatione, & sic neget actionem informatam uel ex pacto dari ad executionem pacti. Ipsi uero dicunt competere actionem ex tertio contractu resultante, referendo pactum ad contractum, quam non negauit glo. competere, sed omnes consentiunt eã dari sequuto implemento, quod fit soluendo pœnam. l. siquis a socio. ff. pro socio. & l. prædia. ff. de action. empt. & hoc tenent Bar. Alexan. & communiter doctores. Et sic limitatio est uera, quod stipulatio pœnalis nõ uestit pactum principale nec informatur. Sed tamen si referendo pactum ad contractum insurgit contractus innominatus sequuto implemento per solutionem pœnæ poterit agi præscriptis uerbis ad pactum.

63 Salicetus†tamen hic & Pau. de Cast. dicebant opinionem Petri non posse procedere in eo, in quo uolebat per solutionem pœnæ quem adimplere pro parte sua, taliter quod ex adimplemento possit consequi actionem ac si uere adimpleuisset, cum solutio pœnæ nõ debeat præstare actionem quæ inducitur per modum puniendi. l. siue hæreditaria. ff. de neg. gestis. & l. relegatorum. §. fin. ff. de interdic. & releg. Et hoc confirmabat Decius, quia pœna ex parte recipientis continet causã lucra-

lucratiuam, ut not. Barto. in l. Meuius. §. duorum. colu. pen. ff. de leg. 2. Et per Decium in lege in eo quod. ff. de reg. iur. Tertio dicebat Bal. quod hæc conclusio nõ potest uerificari in facto, quia non potest quis incidere in pœnam nisi aduersarius prius adimpleuerit pro parte sua iuxta. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. & l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. & ubi nulla est petitio ibi nulla mora. l. lecta. uer. penul. ff. si cer. pet. & sic non potest euenire casus ut quis soluerit pœnam quin sit sibi adimpletum, ut sibi remaneat quod petat, uel debeatur, maxime quia in istis contractibus requiritur uerum adimplementum. l. dedit. ff. de condic. ob causam. Nec obstat lex si quis a socio. & lex prædia. quia loquũtur quantum ad alium effectum non ad effectum consequendi actionem, & sequitur hic Decius qui respondet saluationi Alex. ut hic per eum. Sed melius potest dici, quod non sufficit oblatio ad constituendum quem in pœna nisi interuenerit etiam consignatio. l. acceptam. inf. de usur. & ibi no. & l. obsignatio. ff. de solut.

* Sed defendendo communem opinionem potest istis responderi, quod delictum non tribuit actionem ad illud quod quis soluit pro pœna, sed quod solutio pœnę non prosit ad acquirendum nouam actionem ad aliam rem, non prohibent illa iura. arg. not. in l. in numerationibus. ff. de solut. Nam uerum est eum accepisse rem sibi promissam. Et in casu. l. predia. ff. de action. emp. & l. fundi partem. ff. de contra. empt. si quis soluisset pœnã pro pacto esset inconueniens dicere quod non posset consequi rem uenditam sibi tradi, & esset contra bonã fidem, cum pœna non debeat egredi delictum. l. rescriptum. ff. de his qui. ut indign. facit lex litis estimatio. ff. de rei uendic. Et ratio est, quia per solutionem pœnæ inducitur nouatio, ut per Bar. in l. ita stipulatus. in fine. ff. de uerbo. oblig. Nisi apposita clausula rato manente pacto, de qua inf. de transact. l. cum proponas. & l. qui fidem. ff. de transactio. quo casu repręhensio doctorum procedere potest. Nec obstat quod pœna cõtineat causam lucratiuam, quia non est semper uerũ, & illud procedit in pœna ex parte utriusque, secus in pœna pro una parte tantum, ut per Iasonem. in §. pœnales. inst. de actio. in præmissis. & l. 1. §. fin. ff. si quis iusdicenti non obtemper. Nec obstat quod iste casus non possit accidere, quia ultramontani intellexerunt in casu quo possit euenire quod quis soluat pœnam antequam sit sibi adimpletum, uel quando ille soluisset pœnam ex uolũtate, & ille acceptasset, & sic opinio communis in casu suo uerior uidetur, quam sequitur hic Curt. num. 37. & Gozad. nu. 10. si tamen esset apposita clausula rato manente pacto, quo casu per solutionem pœnæ non uidetur soluisse ipsam rem, ut not. in d. l. cum proponas. infr. de transact. & d. l. qui fidem. tunc non consequeretur actionem ex contractu resultante, & non posset procedere opinio cõmunis, quãuis doctores hic non ponãt.

64 Tertio † limitatur conclusio istius textus non procedere quando pactum nudum fuisset appositum iuxta contractum innominatum, nam tunc pactum non potest uestiri a contractu innominato nudo, quia nudus alium uestire non potest cum uestimentis quæ non habet arg. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. Et hæc limitatio non habet difficultatem quando non est sequutum implementum, Sed glo. ampliat etiam procedere quando esset sequutum implemẽtum ex interuallo, quia ab initio nata erat sola naturalis obligatio quo tempore tractabatur de uestiendo & inducendo ciuilem in pacto. Et ideo glo. dicit quod si factum est pactum de permutando, & appositum est pactum de eundo Romam, & postea unus adimpleuit permutationẽ ex parte sua, nulla nascetur actio ad pactum de eundo Romã, quia tempore appositi pacti nulla erat obligatio ciuilis quę

* posset trahi ad pactum, & sequuntur communiter doctores, quantum ad hoc quod ex pacto nascatur actio. Nec obstat quod implementum debeat trahi retro, & eo sequuto retro fingatur obligationem ciuilem natã, & tunc uestiisse, iuxta not. in l. qui potior. & l. qui balneum. ff. qui pot. in pig. hab. & l. quotiens. §. 1. ff. de nouat. Quia dicebat Butrig. illud procedere in conditione casuali, non in potestatiua, ut d. l. qui potior. hic autem conditio siue implementum erat potestatiuum, Et ideo non trahitur retro. Secundo potest respondẹri, quod contrarium procedit in conditione quæ impedit nasci actionem, ut not. in l. quib. diebus. §. fin. ff. de conditio. & dem. secus in modo qui non trahitur retro. Nec obst. quod actus dependens a uoluntate nostra sẽper sit in fieri, & statim sequuto implemento uideatur facti. arg. l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & l. 3. ff. de test. tutella. quia respondetur quod quamuis constitutio contractus traheretur ad tempus pacti, tamen nec etiam pactum uestiretur, quia ex interuallo uidetur esse appositus, uel responde ut hic per Curt. nu. 40.

65 Notandum † est tamen unum quod hic dicit gl. quod ex contractu innominato ante implementum est nata naturalis obligatio. Bal. uero hic col. 13. uersi. de eo q̃ tenebat ante implementum nullam obligationem nec naturalem nasci nec ciuilem, Sed sequuto implemento utranque nasci. per l. 1. inf. de rer. perm. ibi, ex re tradita initium obligationis fieri. Et rationem adducit, quia in eis subest tacita conditio quæ impedit nasci actionẽ ut not. in l. item quia. ff. de pact. Salic. & Dec. hic tamen tenent communem sententiam, quia ab initio est conuentio duorum quæ producit obligationem. l. Stichũ. §. naturalis. ff. de solu. Nec obstat. d. l. 1. Nam Salic. dicit quod ille textus intelligitur de obligatione efficaci quæ producit actionem, quod patet, quia dicit, si res nondum tradita sit nudo consensu non constitui obligationem, quod est solum in emptione & uenditione, nam ista illatio esset falsa si solum tractaretur de obligatione naturali quæ solo cõsensu nascitur, & ideo textus ille aduersatiue dicit, permutatio autẽ. Nec obstat ꝑ sit conditio tacita, quia nõ est uerũ, cũ sit modus, nõ aũt cõditio, ut per gl. in l. si cũ debitore. ff. de iure iur. in fine, & modus nõ impedit natiuitatẽ actionis. d. l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de cõdit. & demonst. & est uera opinio. & hanc ẽt sequitur hic Goz. col. fi. & allegat. l. ex placito. inf. de rerũ permut. in fi. & l. naturalis. §. 1. ff. d ꝑscriptis uerbis plene uideatur ꝑ Soc. Rip. Nigr. & recẽtior. in Rub. de uerb. oblig. ubi dixi plenius.

66 Aliud † etiam colligitur ex glo. tacite, quod si ab initio implementum interuenit, quod tunc pactum uestiatur, quia tempore pacti nata erat ciuilis & naturalis obligatio, quod uerum est quando pactum est in fauorem adimplentis tanquam ex traditione rei adimpleatur contractus innominatus alius qui resultat facta relatione pacti ad contractum ut statim dicam, Sed si pactum esset contra adimplentem, quia adimplens permutationem tradendo rem suam promiserit etiam ire Romam, tunc est maius dubium, an istud pactum factũ iuxta contractum innominatum uestiatur ex adimplemento contractus innominati contra adimplentem. Tamen placet conclusio glo. tacita quod tunc indistincte uestiatur pactum etiam contra adimplentem ut ꝓducat actionem, & etiam informetur actio præscriptis uerbis competens ex contractu innominato, Sed tamẽ eius effectus differatur usque ad adimplementum factũ per eum in cuius fauorem factũ est pactum, quia esset inconueniens quod fortiorem actionem consequeretur ex pacto quam ex contractu, & est pactum uestitũ cohærentia traditionis appositum in fauorem accipiẽtis rem ipsam, Item informata actio nascetur quasi ipse contractus permutationis fuerit tunc temporis informatus per pactum, cum æquipararetur tunc contractui nominato, Et ultra hoc etiam secundum Petrum & Alciatum hic uer. tertius casus & communiter docto. nascitur etiam tertia actio ex contractu resultante in fauorem illius qui non adimpleuerat si tamen postea adim-

adimpleuit, & sic in effectu facto contractu innominato cum implemento idem est ac si factus esset cõtractus nominatus quantum ad effectum agendi.

67 Sed iuxta†hoc quærit glo. an pactum uestiatur ex cõtractu conditionali. & glo. determinat quod sic, quia ab initio nata est ciuilis & naturalis conditionaliter. i. talis quæ existente conditione retro ad tempus contractus trahitur. per l. sub conditione. ff. de solut. & l. qui balneum. ff. qui potiores in pign. hab. Sed multum obstat, quia ante existentiam conditionis nulla natã erat obligatio neque pure neque conditionaliter. l. cedere. diem. ff. de uerb. signi. Vnde Alexand. dicebat quod pactum non uestitur a contractu conditionali, quia cum interim non sit efficax non potest facere quod pactum uestiatur & efficiatur efficax. l. traditio. ff. de aquir. rer. dom. Sed Dec. respondet quod ista ratio procedit quantum ad informandam actionem quæ nõdum nata est, & non potest informari, sed quantum ad potestatẽ uestiendi, non concludit, quia uidetur quod posit uestiri.

Sed quia Bar. & Dec. confuse loquuntur. Ideo pro resolutione istius articuli uidenda sunt tria principaliter & separatim. Primo, an pactum informet contractum conditionalem. Secundo, an pactum uestiatur cohærẽtia contractus conditionalis. Tertio, an resultet contractus innominatus qui dicatur impletus ex contractu

68 conditionali. †Circa primum, Bar. uidetur concludere quod pactum non informet contractum conditionalẽ, quia nullam producit actionem, & actio quæ non est informari non potest. Sed tamen in contrarium facit, quia hic non tractatur de informatione actionis sed de informatione contractus ut sup. dictum fuit. Et ideo uidetur quod contractus ipse informari posit etiam pendente conditione, & ita prægnans fieri ut existente postea conditione producat actionem informatam, quę competat pro contractu & pro pacto, ut illa spes debitum iri, de qua in §. ex conditionali. inst. de uerb. oblig. informetur ut producat postea actionem habilem ad utrunque. & pendente cõditione erit etiam spes quod nascatur actio ad pactum. Et hoc forsan uoluit sentire glo. dum dixit, quod actio nata est conditionaliter, & per consequens sequitur quod pendente conditione ad pactum actio dari non poterit, & saluari potest cum hac consideratione communis opinio. Facit etiã, quia semper uerum est quod pactum incontinenti est appositum, & inesse dicitur incõtractu quamuis pendeat cõditio. d. l. lecta. uersi. dicebam. Et contractus dicitur perfectus, ut per glo. inst. de empt. & uend. in princ. in glo. 1. & hoc procedit in pactis quæ accommodari possunt. in casu uero. l. si in uenditione. ff. de peric. & com. rei uendit. dicas ut inf. de ea separatim tractaui.

Circa secundum, an pactum uestiatur cohærentia cõtractus conditionalis, glo. hic tenet quod sic, & sequuntur communiter doctores quando extitit conditio, nã obligatio & actio trahitur retro. l. qui balneum. ff. qui potio. in pig. hab. & l. sub conditione. ff. de solu. Et ideo existente conditione pactum retro erit uestitum sicut retro facta est liberatio existente conditione. l. sub conditione. ff. de sol. l. quotiens. §. 1. ff. de nouat. Sed tamẽ incontrarium facit, quia conditio potestatiua non trahitur retro. d. l. potior & l. qui balneum. ergo secũdum hanc rationẽ retro non poterit uestiri per. l. Labeo scribit si mihi bibliotecam. ff. de contrah. emp. Sed defendendo prædictam opinionem potest dici quod licet conditio potestatiua non trahatur retro in præiudiciũ partium, tamen quantum ad natiuitatem obligationis & ad alios effectus trahitur retro. Vel potest dici quod in uestimento nõ curamus an trahatur retro, quia hoc solum considerandum est in informatione, Sed quantũ ad potestatem uestiendi pactũ sufficit quod contractus perfectus existat habens suam formam, taliter quod sit nata illa spes debitum iri, quæ sufficit ad præstandum robur & efficaciam pacto, & præsumendam causam & deliberationem promissionis. arg. d. §. ex conditionali. instit. de uer. oblig.

69 Sed maius†dubium est, quando defecit conditio contractus, an retro pactum posit dici uestitum, ut tũc possit operari effectum. Et Barto. hic uidetur tenere quod deficiente conditione pactum non uestiatur nec possit producere actionem aliquam, quia totus cõtractus stat in suspenso, & deficiente conditione perinde est ac si nunquam fuisset factus. d. l. sub conditione. ff. de solut. & l. quotiens. ff. de nouatio. & propterea retro non potest dici habere cohærentiam contractus qui nunquã fuisse creditur ex legis dispositione, & mente contrahẽtium, & nullum habuerit consensum sine quo nihil est. l. 1. in fine. ff. eod. & cum sit nullus uestire non potest. argu. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Et hanc opinionem tenet Alexand. hic, quia contractus conditionalis perficitur ex existentia conditionis. l. uenditio. ff. de cõtrah. emp. & l. cedere diem. ff. de uerb. signifi. & pactum super illo contractu appositum recipit tacite conditionem appositam incontractu. l. actus legitimi. ff. de reg. iur. & l. fin. inf. de non. num. pec. sicut alia conuentio ꝺ pretio redditur inutilis deficiente conditione. l. fundi partem. ff. de contrah. emp. Sed incontrarium quod immo pendente conditione uestiatur pactũ, & duret uestitum deficiente conditione, facit, quia contractus cõditionalis dicitur esse res in rerum natura existens, & contractus perfectus, ut per glo. primam. inst. de empt. & uendit. & in eo est spes debitum iri. d. §. ex conditionali. quæ spes potest deduci in contractum. l. spes. inf. de don. & dixi late in l. 1. sup. eod. & l. nec emptio. ff. de contrah. emp. & non consideratur postea an illa spes deducta fuerit ad effectum ut dixi in d. l. 1. in primo notabili. igitur cum habeat causa suam formã specificam & nomen & essentiam cõueniens est etiam quod habeat calorem ut posit præstare fomentum pacto, taliter, quod cohærentia contractus uestiri posit, & uerificari posit ratio posita in d. l. lecta uer. dicebam. quod dicitur inesse in ipso contractu. Nec obstat quod pactũ assumat conditionem contractus. per l. actus legitimi. ff. de reg. iur. & l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. siquis caut. quia illud uerum est quando pactum fit de rebus quæ solum debẽt obseruari existente conditione, Sed si pactum fiat de rebus quæ solent interuenire, & possunt habere effectum etiam deficiente conditione, tunc uestietur ante existentiam conditionis & durabit eius uirtus deficiente conditione, ut in casu. l. in uenditione. ff. de peric. & commo. rei uenditæ. & l. sed & Celsus. §. si fundus. ff. de contrah. emp. Et hanc partem ego puto uerã propter illam rationem, quia contractus conditionalis habet essentiam & formam pendente conditione, sed effectus pacti differetur usque ad euentum cõditionis. Sed si continebit ea quæ geri debent existente conditione, tunc deficiente conditione deficiet pactum, non quia non uestiatur, quia iam uestitum est præsentia cõtractus, sed quia illud pactũ uidetur esse factum sub illa conditione, & suspenditur per illam conditionem. d. l. actus legitimi. ff. de reg. iur. & l. sub conditione. ff. de solut. & l. fin. inf. de non nu. pec. & l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. siquis caut. & l. 3. ubi bonus tex. §. sub conditione. ff. ut legat. nomi. caue. Sed si pactum continet aliquid agendum deficiente cõditione & annullato cõtractu tunc etiam durabit per. d. l. si in uenditione. ff. de per. & com. rei uend. facit lex sed & Celsus. §. si fundus. ff. de contr. empt. Quod tamen intellige de pactis generaliter appositis, quid autem sit de pacto susceptionis periculi statim dicam.

70 Sed†quantũ ad intelligendum. d. l. si in uenditione aliqua sunt consideranda. Et primo in eius intellectu est difficultas, an illud pactum prosit ad agẽdum uel excipiendum tantum, Et Paul. de Castro uidetur hic tenere quod illud pactum tantum prosit ad conseruandum actio-

actionem, quia non uidetur inesse in illo contractu subiectum habile ad agendum ex pacto, cum suscipere periculum interitus in uenditione non respiciat facultatem agendi, Sed solum uenditor agit actione ex uendito ad pretium defecta conditione uel re deteriorata, & si opponatur quod uenditio est nulla & perempta, tanquam deficiente subiecto. arg. l. domum. ff. de cōtrah. empt. & l. necessario. §. quod si pendente. ff. de peric. & com. rei uend. replicabitur de pacto quod per pactum periculum pertinet ad uenditorem, quod pactum ualet iuxta. §. cum autem. inst. de emp. & uend. Nec etiam dicit ipse conseruabitur pactum ex contractu innominato resultante, cum uenditio non sit facta ut ille suscipiat periculum, sed est facta ut habeat pretium, & solū illa conditio apposita fuit ut suscipiat periculum, & sic referendo uenditionem ad pactum nō insurgit contractus innominatus. Et idem etiam erit quando deficit conditio, & res est perempta, quia replicabitur de pacto quod placuit deficiente conditione periculum ad eum spectare, cum interim potuisset uendere pendente conditione, & habere pretium, & facit glos. in l. pacta conuenta. ff. de contrah. empt. in glo. magna. circa medium. dum uult quod aliqua pacta uestiuntur ad excipiendum, & ibi Fulgos. col. 2. & secundum hoc ibi erit unus de illis casibus in quibus quis agit sine actione de quibus no. in l. ubi pactum. inf. de transact.

71 Communiter † tamen doctores tenent quod immo illud pactum prodest etiam ad agendum, ut hic per Bar. & in terminis tenet Bal. in d. l. si in uenditione. in fine. & uult quod ex pacto possit agi ad pretiū actione praescriptis uerbis. Et dixit idem Bal. in d. l. pacta conuenta. quod omnia pacta posita ad agendum prosunt etiā ad excipiendum, Sed tamen opinio Pauli de Castro uidetur esse magis rationabilis, cum pactum non contineat promissionem pretii, nec ex intentione contrahentiū, nec ex eius conceptione uerborum, sed solum quandā qualificationem contineat circa modum agendi ut infra dicam, ideo non uidetur pactum prodesse ad agendum ad pretium, sed uidetur pactum operari quod contractus sortiatur effectum etiam quod res sit perempta sub colore quod res reputetur esse in rerum natura & fingatur non esse perempta, & tanquam res extaret agatur actione ex uendito ad pretium, Et si opponatur quod contractus est nullus re perempta, replicabitur quod propter pactum res fingitur extare, & non potest allegare peremptionem propter conuentionem. Et hoc ego puto uerum quod istud pactum susceptionis periculi prosit solum ad confirmationem actionis re perempta, non ut ex eo agatur ad pretium, sed agatur actione ex uendito ad pretium, & si opponatur de nullitate contractus propter peremptionem, replicabitur quod per pactum conseruatur actio, quia fingitur non esse perempta, nec potest allegari amplius nullitas ex peremptione contingens.

72 Secunda † est difficultas circa intellectum. d. l. si in uēditione. de quo periculo intelligatur, an de periculo interitus, uel de periculo deteriorationis, cum ille textus non explicet, Et communis est conclusio quod intelligatur de periculo interitus qui regulariter pertinet ad uenditorem. d. l. domum. ff. de contrah. empt. & l. necessario. §. quod si pendente. ff. de peric. & com. rei uend. Nam si intelligeretur de periculo deteriorationis, pactum non esset utile, cum illud periculum pertineat de iure ad emptorem. §. cum autem. inst. de emp. & uendit. & d. l. necessario. §. si sub conditione. uer. plane & uers. saltem. Et haec est uera & tenenda, puto tamen quod etiam possit intelligi de periculo deteriorationis si actum fuisset ut pactum seruaretur etiam deficiente conditione, secundum quod infra dicam, & pactum esset utile si deficeret conditio uenditionis, nam tunc de iure deterioratio & omne aliud periculū pertinet ad uenditorem tanquam dominum per resolutionem contractus, & sic potest generaliter intelligi sicut simpliciter & generaliter loquitur.

73 Tertia † est difficultas in illa lege, an ex mente cōtrahentium pactum susceptionis periculi intelligatur appositum quando existat conditio uenditionis, uel potius emptor uideatur suscepisse periculum generaliter tam existente conditione quam ea deficiente. Salic. ibi arguit pro utraque parte, & quod intelligatur etiā deficiente cōditione, facit ille tex. qui simpliciter dicit pactum ualere, ergo indistincte intelligitur. arg. l. de pretio. ff. de public. actione. Secundo, quia sensus illius pacti est quod si res pereat emptor soluat pretium nulla alia expectata cōditione, quasi re perempta efficiatur pura uenditio, & sic addat nouam qualitatem uēditioni, quod re perempta efficiatur pura, & per consequēs quod reformet contractum secuta peremptione, & ita tenet expresse Fulgo. ibi, & uidetur esse de mente Barhic. Alii uero intelligunt illam legem magis stricte, quod loquatur de pacto quod habeat effectum existente cōditione tantum, ut extante conditione, non obstante quod res interierit, agatur ad pretium, sed si deficiat cōditio, resoluatur uenditio & pactum. Et uidetur hoc rationale, & sufficere quod susceptio periculi importet unum plus quam de iure quis teneatur, ut per glo. in l. si ut certo. §. nunc uidendum. ff. commodati. Et hoc sequuntur hic Pau. de Cast. & Cur. Et uidetur esse magis
* communis conclusio. Et confirmatur, quia non uidetur uerisimile actum esse emptorem teneri de interitu in casu quo ipse nullo modo esset habiturus rem, cum deficiente conditione uenditor non teneatur adimplere contractum, & uerisimile debet attendi. l. si id quod. §. 1. ff. de per. & commod. rei uend. c. quia uerisimile. extr. de praesumpt. Item imputetur uenditori qui legem apertius potuit dicere. l. ueteribus. ff. de pact. & l. Labeo scribit obscuritatē. ff. de contr. empt. maxime circa ea quae regulariter nō solent obseruari. l. si id quod. §. 1. ff. de peric. & com. rei uend.

Et hanc opinionem dicit aequissimam ibi Salic. Et ego etiam puto ueriorem, quia in dubio pacta regulātur secundum conditionem contractus, ut in se eam cōtineant. l. actus legitimi. ff. de reg. iur. & l. fin. inf. de nō num. pec. cum concor. & quia non uidetur aliquo modo probabile quod uellet obligari de interitu rei in casu quo nullo modo eam esset habiturus. arg. l. cum de indebito. ff. de probat. Et pactum est iniquissimum quod pendente conditione emptor semper patiatur damnū sine spe lucri, & uenditor semper habeat utilitatem sine timore damni, & uidetur pactum usurarium & contra bonam fidem & conuentio leonina. iux. §. 1. inst. de socie. Et ideo si expresse fieret, licet de iuris rigore ualeret, tamen de equitate canonica cum difficultate sustineretur. arg. l. bonae fidei. ff. depos. & l. si non fuerit. & l. si unus. ff. locati. Cum si uoluissent contrahentes quod omne periculum spectaret ad emptorem fecissent uenditionem puram resoluendam sub conditione arg. l. 4. ff. de in diem adiect. Si tamen expresse actum fuisset quod emptor teneretur de periculo etiam deficiente conditione pactum sustineri posset sub colore reformationis, quasi contrahentes reformauerint uenditionem cōditionalem in puram resoluendam sub conditione, & maxime si appareret quod uenditor alias esset uenditurus pure rem illam & se liberare potuisset ab omni periculo.

Quare dicas quod pactum susceptionis periculi factum iux. contractum conditionalem in dubio deficit deficiente conditione, & simul cum contractu resoluitur. Fallit quando contrahentes expresse egerūt quod seruetur etiam deficiente cōditione, quia tunc licet prima facie uideatur iniquum & reiiciendum, tamē quia forsan uenditor potuisset uendēdo pure se liberare ab omni periculo, sub colore reformationis seruari poterit, quod nota, quia nullus explicat bene.

Quarta

74 Quarta† est difficultas in illa lege quæ colligitur ex tertia principali conclusione Bart. hic in materia istius legis. An ibi ex relatione pacti ad contractum resultet contractus innominatus. & Barto. hic concludit quod ex illo pacto propter relationem pacti ad contractum conditionalem insurgit contractus innominatus qui producit actionem, quia uendendo sub cōditione adimplet pro parte sua. Et ideo infert, quod ante existentiā conditionis nascitur actio ad illud pactum seruandum uel interesse soluendum. iux. l. naturalis, §. 1. de præsc. uer. Et ita Bart. hic declarat gl. Et sequitur Alc. col. pe. quando actum est inter partes, sed ponit exemplum in aliis terminis & in alio pacto quam susceptionis periculi, quod uere est contra mentem Bar. qui dicit de actione ad pactum etiam pendente conditione. Sed in istis terminis susceptionis periculi Alexand. & Salic. intelligunt Bart. & eum repræhendunt, quia illa spes debitum iri non uidetur quod sufficiat pro implemento, cum uerum implementum requiratur, ut late dictum fuit in l. 1, sup. eod. de obligato ad factum negatiuum. in fin. col. Bart. post Dec. nu. 53. Præterea. d. l. si in uenditione non dicit quod agatur ex pacto, sed quod pactum sit seruandum. Decius tamen conatur defendere Barto. quia iste uenditor alias erat uenditurus pure sine periculo, & uendidit sub conditione ut ei faceret rem gratam & susciperet in se periculum, & ideo uendendo sub conditione uidetur adimplere ex mente contrahentium. Et ad illud, quod requiratur uerum adimplementum, respondet quod lex Iulianus. §. offerri. loquitur de actione ad consequendum pretium, hic autem tractatur de consequendo eo quod est in pacto. Et ad illud, quod in pacto non est deductum pretium, respondit, quod uere non uenit tanquam ex uenditione, sed ex mente uenit tanquam interesse promissum, & ad illud, quod conseruet actionem, respondit negādo quod conseruet, sed producit.

Sed tamen non est recedendum ab opinione Pau. de Castro quam supra firmaui, quia pretium in pacto nec uere nec interpretatiue est deductum, sed solum deductum est quod res non uideatur periisse, & sic operatur confirmationem actionis ex ipso contractu nascētis ad pretium, ut non obstante interitu rei posset intentari. Nec potest nasci contractus innominatus referēdo pactum ad contractum ut ex eo competat actio ad pactū, quia emptor suscipiendo periculum dicitur etiam ipse in totum adimplere ut in plus non possit conueniri ex pacto. ut per Barto. in l. singularia. ff. si cer. peta. colu. 3. de eo qui promittit uendere. Et hoc uerum est quantum ad pactum susceptionis periculi, sed si esset interpositum aliud pactum ut præsupponebat Alcia. in suo exēplo, tunc posset procedere communis opinio per rationem suam quæ non potest saluari in terminis. d. l. si in uenditione. Et idem etiam esset in aliis pactis in uenditione conditionali appositis, qui non cōtineant periculum interitus, in quibus etiam satis possent sustineri cōsiderationes Bar. & Decii hic.

Remanet igitur resoluendo totam quæstionem gl. quod pactum appositum iuxta contractum conditionalem uestitur cohærentia contractus & informat ipsum contractum ut detur ad illud quod est deductum in pacto existente conditione, sed deficiente conditione resoluitur cum ipso contractu nisi aliud actum fuisset. Atque etiam potest competere actio ex contractu innominato resultante, referendo pactum ad contractum, qui contractus innominatus adimpletur per conuentionem contractus conditionalis, ut dicebant Bar. & Deci. & Alcia. Sed in pacto susceptionis periculi in casu d. l. si in uenditione non procedit opinio Bart. sed uerior est opinio Pauli de Castro, quod illud pactum non prodest ad agendum neque ad informandum, sed solum ad conseruandum actionem nascentem ex ipso contractu etiam re perempta, siue existat conditio, quod in dubio præsumitur, siue deficiat quando hoc actū est. Quæ nota & super eis cogita.

75 Vltimo† quærit hic glo. an in casibus in quibus dictū fuit supra pactum uestiri & informare actionem, si resoluatur postea contractus uel alias deficiat, remaneat actio ad executionem pacti. Et glo. hic determinat quod sic. per l. sed & Celsus. §. si fundus. ff. de contrah. empt. & l. post mortem. §. fi. ff. de contra tabu. Sed incontrarium facit lex fundi partem. ff. de contrah. emptio. ubi pactum est pars contractus, ergo eo deficiente uidetur quod tollatur pactum. arg. l. cum emptor. ff. de rescind. uendit. & pactum est correspectiuum ad cōtractum, ut dictum fuit sup. in 3. notab. ergo uno sublato tollitur aliud. l. fin. ff. de accepti. Ideo Bar. dicit distinguendum esse inter contractus simplices & correspectiuos, nam si ponatur pactum iuxta contractum correspectiuum, tunc sublato contractu tollitur pactum. per. l. fundi partem. ff. de contrah. emp. & d. l. fi. de acceptil. Si uero apponatur pactum iuxta contractum simplicem, ut stipulationem uel donationem, & tunc ea sublata remanet pactum, & idem tenet in l. iurisgentium. §. quinimmo. ff. de pactis. & ibi Ange. pertransit. Sed Salicetus hic &
* communiter Doct. tenent glo. indistincte per iura allegata per eā, quia loquitur de pacto apposito iuxta correspectiuum. Item statim quod factum est pactum consequitur robur & efficatiam & producit actionem & aliam informat. Vnde postea deficiente contractu nō debet extingui effectus iam consumatus, ut per Barto. in l. 2. §. fina. ff. de donat. sicut si agnatus adiuit hæreditatem agnati licet postea desinat esse agnatus, non priuatur hæreditate, quia effectus est consumatus. l. fina. ff. unde liberi. Et si pater moriatur non desinit esse filius in rerum natura. Nec obstat secundum eum. l. eū. de accept. quia loquitur quādo una pars liberatur, nā si una liberatur alia etiam liberatur, sed quæstio nostra est si partes liberantur ab una obligatione an sint liberatę ab alia, & tunc non procedit illa lex per d. l. sed & Celsus. §. si fundus. & l. si unus. §. ante omnia. ff. de pac. & l. item illa. §. sed adiicitur. ff. de consti. pecu. Dec. uero saluabat Bar. in casu d. l. fundi partem propter correlationem successiuam, & ideo dicit ipse, quod aut pactum habet correlationem successiuam ad contractū, ut si non fieret contractus sine pacto & tunc sublato cōtractu tollitur etiam pactum cum remaneret sine causa. d. l. fundi partem. Si uero pactum non habet successiuam correlationem ad contractum, ut in l. si in uenditione. ff. de peri. & com. rei uend. hoc est quando pactū continet effectus fiendos etiam remoto uel finito contractu, ut in l. sed & Celsus. §. si fundus. ff. de contrah. emp. tunc sublato contractu non tollitur pactum, per iura allegata pro communi, & ita opiniones reducit ad concordiam, & est de mente doctorum ut hic per Cur. in fine.

Sed tamen uidetur quod nulla ex istis opinionibus sit uera, nam quod sublato contractu tollatur pactum, contra glo. Facit, quia pactum est accessorium ad contractum, & propter eum factum fuit, ergo eo sublato debet etiam tolli pactum, sicut sublato patris testamento tollitur etiam pupillare. §. liberis. insti. de pupil. sub sti. & l. cum principalis. ff. de reg. iur. & not. per glo. in l. si domus. ff. de seru. urban. præd. & pacta dant legem contractui. d. §. quinimmo. & sunt qualitates eorum, ergo sine eis non uidetur quod possint stare. argu. l. 2. ff. de usufru. esset enim absurdum quod resoluto contractu uenditionis uēditor teneretur de euictione, uel ad aliquid aliud. Similiter nec alia opinio uidetur posse stare, quia non sequitur, liberatur a sua obligatione, ergo alius liberatur, cum si mihi uendita sit domus & ei placeat mihi donare pretium, & per acceptilationē me liberare, non sequitur quin mihi cōpetat actio ad fundū, quia si acceptilatio est solutio, ut dicitur in §. 1. inst. quibus mod. tol. oblig. & per ueram solutionem tanquam

quam per implementum non tollatur obligatio alterius, immo confirmatur. argu. l. Iulianus. §. offerri. ff. de action. emp. Ita etiam per fictam solutionem quæ est fictum implementum non debet extingui sed confirmari, & per consequens sublato contractu exceptionis nõ debet tolli pactum. Nec saluatio Barto. potest procedere, quia confunditur per. d. l. sed & Celsus. §. si fundus. ff. de contra emp. & l. si in uenditione. ff. de per. & com. rei uend. in quibus remoto contractu correspectiuo remanet pactum. Item in contractu simplici est iniquum quod remoto contractu remaneat pactum cum dependeat a causa stipulationis. Et in l. nostra remota stipulatione non est iustum quod remaneat pactum de eundo Romam, per ea quæ dixit Decius in. 1. notabil. Rursus nec saluatio Decii uidetur esse bona, quia non reperitur pactum quod non habeat correspondentiam successiuam ad contractum, ut per eundem Dec. in. 2. notabili. Et quia omnia pacta uidentur inesse contractui, etiam quod sint de eis quæ producere possunt effectus remoto contractu, ut hic per Bart. qui uult quod referendo pactum ad contractum resultet contractus innominatus in d. l. si in uenditione. & per consequens deberet unum tolli per aliud per dicta. l. fina. ff. de acceptilatio. Quare uidetur prima facie quod quæstio glo. & doctorum sit inutilis, quia frustra dubitatur an pactum resoluto contractu remaneat uestitum, cum eo sublato corruat etiam & pactum in sui substantia propter correspondentiam successiuam quã in se habeat.

Et ideo oportet distinguere terminos & questiones. Nam aliud est quærere an resoluto contractu sint resoluta pacta, Aliud est quærere an in casu quo non resol-
76 uantur, pacta remaneant uestita. † Circa primum doctores sunt uarii ut patet ex prædictis. Sed facias regulam, quod pactum super principali re appositum iuxta contractum uel pactum de appendititis contractus resoluitur resoluto contractu, siue corruit eo sublato, cũ omnia pacta ex mente contrahentium ueniant accessorie ad contractum, & uideantur correspectiue posita, ut dixi in 3. notabili. & sublato subiecto tollitur qualitas. l. 2. ff. de usufru. & sublato principali tollitur accessorium. §. liberis. institu. de pupil. substitu. & est bonus tex. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. & arg. l. duo societatem. ff. pro soc. & l. si stipulatus. ff. de usur. Et contrahentes tollendo unam partem uidentur etiã uelle tollere aliam partem. d. l. cum emptor. ff. de rescind. uend. & pacta regulantur secundum naturam cõtractus. l. fina. inf. de non nume. pecu. & l. 1. §. sed conditio. ff. ut leg. nomine caueatur. Et esset ualde absurdum quod in l. fundi partem resoluto contractu remaneret pactum, & idem in l. tenetur. §. 1. ff. de actio. empt. & l. duo societatem. ff. pro soc. & l. si stipulatus. ff. de usur. Et conclusio procedit generaliter tam in contractu simplici quam correspectiuo per dictam. l. si eum. §. qui iniuriarum. cum concord. Fallit primo, quando pactum est tale quod non potest habere locum quando contractus durat. l. sed & Celsus. §. 1. ff. de contrah. empt. propter uoluntatem contrahentium. qui tex. etiam in sui ratione procederet in contractibus simplicibus, ut in donatione, iuxta. l. 2. & 3. inf. de reuoc. dona. Secundo fallit quando per acceptilationem contractus adimpletur, quia tunc omnia pacta remanent sicut ex uera solutione si hoc agant contrahentes. l. & pars. ff. de accep. Tertio fallit in casu. l. si in uenditione. ff. de peric. & com. rei uend. Et hæc conclusio non est ad propositum glo. quia glo. non quærit an resoluto contractu resoluatur pactum, sed an pactum quod remanet resoluto contractu remaneat uestitum. circa secũdum fienda est regula cum glo. quod in illis casibus in quibus resoluto contractu non resoluitur pactum quod illud pactum remanet uestitum, quia effectus est consumatus, & quando effectus est consumatus sublata causa non tollitur effectus. l. fin. ff. unde liberi. & l. existimo. ff. de uerbo. oblig. Et sic sequitur quod glo. non loquitur de omnibus pactis, sed de illis tantum quæ remanent ex mente contrahentium resoluto contractu, ut quia sint de illis quæ expediri possunt sublato contractu.

77 Et prædicta † inferuntur ad quæstionem de emphiteota, an si propter canonem non solutum ceciderit a iure suo, iuxta. l. 2. inf. de iur. emphit. uideatur etiam cecidisse a pacto luendi. & Cepol. in tractatu de simulatione contractuum in 2. præsumptione in fine tenet quod uidetur cecidisse a pacto luendi, per rationem positam hic per Barto. quia pactum est pars contractus, & qui cadit a contractu cadit etiam ab eius parte, Sed Barba. in consi. 51. uolu. 1. tenet quod non cadat ab illo pacto luendi, quia pœnæ locus non est nisi quando reperitur expressum. l. & sequẽs. §. Lucius. ff. de relig. & sum. fun. Et pœna respiciens contractum non uidetur quod ad pactum porrigi possit. l. in testamento. ff. de condit. & demonst. Corn. in consi. 288. col. penul. uolu. 3. & pactum uere non dicitur pars contractus, sed legis interpretatione quæ fingit inesse contractui. d. l. lecta. ff. si cert. per. Et pœna trahitur ad casũ tantũ qui continetur ex ꝓprietate uocabuli. c. 1. in fine. ubi Bal. de mil. uassallo qui contumax est. & Bal. in l. 1. inf. de succes. edicto. Vt merito exclusus ab uno capite nõ cẽseatur exclusus ab alio Bal. in l. 2. q. 8. infr. de rescind. uend. Et tenet Iason in l. 2. colum. prima. infra de iure emphiteo. & moderni alii in l. in bonæfidei. supra eod.

Sed Alcia. hic dicit utranque opinionem dubitabilem esse, nam dicit pactum remanere ualidum, sed solum poterit porrigi ad dominium directum de quo solo in pacto continebatur, non autem ad meliorationes & dominium utile quod erat emphyteotæ, & ab eo possidebatur, & cum illæ non essent tunc domini non uidetur cogitatum de eis uendendis. quod tempus attenditur. l. Rutilia pola. ff. de cõtrah. emp. & præsertim quia ex culpa emphiteotæ uidentur acquisitæ domino, & non est uerisimile de eo cogitatum fuisse. l. quæro. §. penul. ff. locati. & illa quæ habent tristem euẽtum non dicuntur competere spe, ut per Bar. & docto. in l. 1. sup. eod. dum respõdet ad l. 1. §. quod ait. ff. quor. leg. Sicut etiam ille qui repetit solutum indebite solũ illud quod fuit solutum repetit non & illud quod interim a possessore occupatum fuit. l. indebiti. & ibi Bar. & glo. §. fin. ff. de cond. indeb. Quare concludit Alcia. quod dictus emphiteota non cadit ab illo pacto luendi, tamen per illud non poterit luere totum fundum, sed solum dominium directum quod erat tunc temporis ipsius domini, quia imputetur ei qui potuit apertius legem dicere. l. quidquid astringendæ. ff. de uerb. obli. & l. ueteribus. ff. de pactis. Et hanc opinionem Alcia. ego puto ueram si clare constaret quod contrahentes uoluissent durare pactum resoluto contractu, quia illud pactum deberet interpretari pro dominio directo tantum, ut ipse dicebat, cum de melioramentis quæ amittuntur per caducitatem non uideatur cogitatum, ne uideatur remissa pœna caducitatis. Sed si expresse non fuit actum quod pactum duraret post resolutionẽ contractus, uel tacite non apparet ex aliqua urgenti cõiectura, ego puto quod resoluto contractu emphiteotico resoluatur etiam pactum, quia illud pactũ fuit pars rei uel pretii & pars contractus. Vnde non potest remanere resoluto contractu ut supra dixi per l. fi. ff. de accep. & pactum habet correlationem ad contractum ut sæpius dixi, & in 3. notabili post Dec. Et hoc in terminis probatur in l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. ubi pactum erat factum de non expellendo & tamẽ intelligitur quatenus soluitur pensio, & sic obseruatur cõtractus ita etiam hic uidetur quod pactum seruetur quousque obseruatur contractus, alias autem resoluto contractu propter inobseruantiam resoluitur etiã pactum, siue corruit tanquam deficiente subiecto. iuxta. l. 2.

l. secunda. ff. de usufru. & l. fin. infra de indicta uiduit. toll.

78 Quærit † etiam hic Bal. an actio quæ nascitur ex pacto uestito propter cohærentiam contractus bonæfidei efficiatur bonæfidei, & concludit quod non, sed solum assumit naturam bonæfidei ut in eo etiam ueniant fructus ex mora. l. secunda. infra de pact. int. empt. & uendit. & sic assumit extrinsece illam qualitatem contractus, non autem efficitur in substantia bonæfidei. Sed incontrarium uidetur tex. in l. prima. & per totum. inf. de rei uxor. act. ubi stipulatio apposita super contractu bonæfidei matrimonii non assumebat qualitates contractus, ut patet ibidem per discursum illius legis. Ad idem est glo. in l. certi condictio. ff. si certum petatur. & ibi doctores. & si illud non est in actione quæ nascitur ex illo contractu, minus etiam erit in actione quæ nascitur ex alio contractu. Vnde placet quod simpliciter remaneat stricti iuris, sed solum acquirat certos effectus bonæfidei, qui not. per docto. in rubr. ff. de uerbor. obligation. super illa. q. an stipulatio reguletur secundum naturam contractus super quo apponitur. & per docto. & in d. l. certi condictio. ff. si cer. pet.

Item quæritur an si stipulatio sit certa & pactum incertum an informetur certi condictio nascens ex stipulatione certa, & Bal. hic & Barto. in l. lecta. colum. fina. ff. si certum petatur. concludunt quod non, sed informabitur ipse contractus ut producat duas actiones, unam ex stipulatione certa, & aliam ex stipulatione præsumpta siue informata per pactum, ut dixi in figuratione casus, & super 3. intellectu.

79 Rursus † etiam quæritur, quando quid dicatur fieri incontinenti. Glo. hic finalis dicit quod paulo ante uel post. Bal. uero hic ponit multas opiniones, & finaliter concludit quod actus dicitur fieri incontinenti quando scriptura non est perfecta si actus fiebat in scriptis. l. contractus. inf. de fid. instru. Vel si actus fit sine scriptis quando adhuc non erat perfectus, cum post perfectionem amplius aliquid non possit addi. l. perfecta. in fr. de don. quæ sub mod. Et ista est communis opinio doctor. hic. & in l. in bonæfidei. sup. eod. dummodo cõstet quod cõtractus est habitus pro perfecto, alioquin enim si non constaret de perfectione ex pacto subsequenti præsumeretur quod contrahentes non habuerunt pro completo, quia ex facto sequenti coniectratur animus. §. pauonum. inst. de rer. diuis. & ita tenet Alcia. ibi colum. 3. & allegat tex. in l. sed & iulianus. §. proinde. ff. ad maced.

80 Vltimo † Barto. hic ponit distinctionem generalem quam ego posui in l. lecta. ff. si cer. pet. & hic non cadit commode. Quando autem pactum nudum producat actionem, dic ut in l. in bonæfidei. ubi est locus suus. Et Alcia. ibi super uerbo petitione. Quando autem uestiatur & quot modis, ponunt doctor. in l. iurisgentium. §. quinimmo. Sed ego breuius & magistralius dixi sup. in præmissis, sed quando reformetur contractus ego dixi in l. lecta. ff. si cer. pet. ubi est proprius locus. Nam licet iste leges uulgo dicantur habere eandem materiã, uere tamen & in specie continent diuersam materiam & tractant de uariis & diuersis effectibus pacti appositi iuxta contractum uel bonæfidei uel stricti iuris. Et hæc sufficiant.

Ioan. Bolognetus Iuriscons. Bononiensis Neapoli legens.

Summaria super. l. Finali. C. de Pactis.

1 *HAEC Lex participat de materia. l. 1. C. de pactis.*

2 *Ius quærendum est triplex. s. ius delatum, ius quærendum ex causa de præsenti, & ius quærendum ex causa de futuro.*

3 *In omni iure quærendo est aliquod ius præsens quod appellatur spes siue incertum, & ipsa res acquirenda.*

4 *Omnis spes deduci potest in contractum, Nec prohibetur deduci nisi ex causa accidentali extrinseca.*

5 *Omnis spes ratione tristis euentus prohibetur deduci in contractum uel ratione turpis finis.*

6 *Pactum super hæreditate uiuentis habet duas partes principales reprobatas separatis & diuersis rationibus. s. pactum cum eo de cuius hæreditate agitur, & pactum inter tertios de hæreditate tertij.*

7 *Pactum factum cum eo de cuius hæreditate agitur reprobatur per rationem quia tollit liberam potestatẽ testandi, non quia inducat uotum captandæ mortis.*

8 *Pactum factum cum eo de cuius hæreditate agitur fit ad duplicem finem, succedeudi, & non succedendi, & pactum de succedendo regulariter reprobatur.*

9 *Pactum dispositiuum bonorum factum cum eo de cuius hæreditate agitur ualet.*

10 *Pactum de non succedendo sine iuramento non ualet, sed cum iuramento ualet.*

11 *Pactum factũ inter tertios de hæreditate tertij reprobatur quia inducit uotum captandæ mortis, non quia auferat liberam testandi facultatem, & non distinguitur an sit de succedendo uel non succedendo.*

12 *Hæc lex est una de quinquaginta decisionibus Iustiniani.*

13 *Hæc lex est delcaratoria iuris antiqui specialiter decidendo quod generaliter legibus antiquis continebatur.*

14 *Aduocati cæsarienses qui fuerint.*

15 *Pactum de hæreditate uiuentis non ualet factum a quocunque ex quacunque causa paciscentes sperant succedere.*

16 *Casus figuratio aperiens uiam ad omnia contraria.*

17 *In dubijs quando sit consulendus princeps per iudices.*

18 *In dubijs quando consulendus est princeps per priuatos.*

19 *Princeps quando debeat consulere alios.*

20 *Dictio plures, quot personas requirat.*

21 *Spes succedendi an sit uera spes, & concluditur quod sic.*

22 *Hæc lex habet locum in omnibus sperantibus succedere ex quacunque causa.*

23 *Rationes decidendi in hac lege plures assignantur declarãtur, subordinantur, & defenduntur.*

24 *Expectare mortem alterius propter eius bona est reprobatum.*

25 *Votum captandæ mortis inductum per eum qui non sperat succedere non uitiat actum.*

26 *Consensus illius de cuius hæreditate agitur quare ualidet pactionem.*

27 *Pactum de hæreditate uiuentis non ualidatur iuramento.*

28 *Pactum de hæreditate uiuentis filij factum inter parentes reprobatur.*

29 *Pactum de hæreditate illius qui ignoratur uiuere an ualeat.*

30 *Pactum de hæreditate uiuentis factum ab ecclesia reprobatur.*

31 *Pactum de hæreditate uiuentis factum a muliere & uniuersitate reprobatur.*

32 *Pactum de hæreditate uiuentis factum a militibus reprobatur.*

33 *Ratificatio illius de cuius hæreditate agitur non ualidat pactum nullum.*

34 *Pactum de re particulari uiuentis reprobatur.*

35 *Concessio facta de officio uiuentis quando ualeat.*

36 *Pactum de fideicommissis conditionalibus an ualeat.*

37 *Pactum de beneficio uiuentis non ualet.*

38 *Pactum de bonis uiuentis inducens liberationem quando ualeat.*

39 *Pactum de re uiuentis per uerba prægnantia factum compræhendens uarios casus ualet.*
40 *Pactum de hæreditate uiuentis ualet in præiudicium paciscentis ut puniatur.*
41 *Pactum de succedendo inuicem si unus eorum decedat sine liberis ualet.*
42 *Pactum de hæreditate uiuentis incerti ualet.*
43 *Pactum de hæreditate uiuentis connexa cum hæreditate mortui ualet.*
44 *Pactum de hæreditate uiuentis debita ex præcedenti obligatione ualet.*
45 *Consensus de cuius hæreditate agitur an rationabiliter ualidet pactum.*
46 *Consensus domini superueniens per ratificationem quando ualidat pactionem.*
47 *Consensus domini quando præstatur non requirit præsentiam quinque testium.*
48 *Pactum credentium dominum mortuum non ualet.*
49 *Pactum de hæreditate uiuentis an ualeat in foro conscientiæ.*
50 *Pactum de bonis alterius ex uarijs causis speratis ualet.*
51 *Pactum de feudis uiuentium ualet.*
52 *Concessio de usufructu uiuentis ualet.*
53 *Mulier transiens ad secunda uota cum consensu filiorum an euadat pœnas.*
54 *Minor prohibitus per statutum alienare an si habuit licentiam a domino possit alienare.*
55 *Minor testans an possit dare minori hæredi suo licentiam alienandi.*
56 *Consensus domini præstitus in pactione potest reuocari.*
57 *Filia renuntians in manibus fratrum hæreditatem patris, eo reuocante consensum, non tenetur seruare renuntiationem.*
58 *Pactum inter filios de stando testamento patris non ualet renouante patre testamentum.*
59 *Filia renuntians successionem maternam & fraternam in manibus patris an teneatur seruare renuntiationem.*
60 *Forma conscribendi renuntiationes filiarum de hæreditate uiuẽtium per notarium, notabiliter docetur.*
61 *Dispositio facta in tempore inhabili collata in tempus habile an ualeat in materia huius legis.*
62 *Quod non potest fieri pure an possit fieri sub conditione.*
63 *Superfluum non dicitur quod clarius exprimitur.*
64 *Hypotheca de re uiuentis quando ualeat facta per tertium.*
65 *Donatio an sit contractus.*
66 *Princeps an possit facere quod pactum de hæreditate uiuentis ualeat.*
67 *Pactum de re particulari uiuentis reprobatur, taliter quod paciscens priuatur tota successione.*
68 *Pactum an distinguatur a pacto, & quomodo intelligatur.*
69 *Pactum filiorum de hæreditate patris uiuentis non ualet.*
70 *Pactum filiorum de sua legitima uiuente patre an ualeat.*
71 *Pactum parentum de hæreditate filiorum an ualeat, late discutitur.*
72 *Parentes uel filij paciscentes de hæreditate ipsorum uiuentium priuantur successione, tanquam indigni.*
73 *Pactum qualiter in themate huius legis erat conceptum, exponitur.*
74 *Pœna priuationis propter pactum de hæreditate uiuentis quando habeat locum.*
74 *Pœna priuationis an habeat locum in minoribus propter indignitatem.*
76 *Pœna indignitatis an possit opponi per paciscentes.*
77 *Pœna indignitatis an applicetur consanguineis proximioribus.*
78 *Pœnitentia an habeat locum inter paciscentes ad euitandã pœnam indignitatis.*
79 *Remedium aliquod an possit dari ut paciscentes non priuentur.*
80 *Præbenda non uacans siue spectatiua beneficij non uacantis quãdo possit concedi.*
81 *Rationes multæ assignantur quare feudum non apertum possit concedi a domino.*
82 *Actus nullus ex aliqua causa propter incertitudinem sustinetur aliquando.*
83 *Qui non potest facere per se quando possit facere per alium, & econtra.*
84 *Prohibitus alienare an prohibeatur consentire.*
85 *Qui non habet plenum ius, quamuis non possit per se facere, potest facienti consentire.*
66 *Stante statuto quod minores non possint alienare sine consensu consanguineorum, an duo minores consentire possint minori alienanti.*
87 *Donatio omnium bonorum collata post mortem donantis ualet non obstante hac lege.*
88 *Clausula siue dispositio in fine posita restringitur per præcedentia.*
89 *Pactum de re aliena regulariter ualet.*
90 *Intellectus ad l. 2. §. illud. ff. de hæreditate uel act. uend. discutitur.*
91 *Materia pacti de hæreditate uiuentis, subordinatur & distinguitur ultra alios.*
92 *Pactum de conseruanda successione an ualeat, late discutitur.*
93 *Pactum de conseruanda successione non ualet contra regulam doctorum.*
94 *Pactum de conseruanda successione, factum a filia prohibita per statutum succedere, non ualet.*
95 *Remissio ingratitudinis facta per pactum an ualeat uel aliquid operetur.*
96 *Pœnitentia filij an impediat facultatem exhæredandi.*
97 *Ingratitudo futura an possit per pactum remitti cum iuramento.*
98 *Ingratitudo futura sine iuramento an possit per pactum remitti.*
99 *Promittens non reuocare donationem ex quacunque causa, non prohibetur reuocare ex ingratitudine.*
100 *Pater remittens ingratitudinem an uideatur tollere exhæredationem factam.*
101 *Filiæ dotatæ exclusæ a statuto non possunt per pactum sibi conseruare successionem.*
102 *Statutum excludens fœminas a successione ab intestato non excludit ex testamento.*
103 *Statutum quod excludatur filia ab utraque successione, ualet.*
104 *Pactum de non succedendo neque ex testamento neque abintestato non prohibetur ualere.*
105 *Statutum excludens filias ingredientes monasterium a successione, an ualeat.*
106 *Pactum quod ingrediens monasterium non succedat, an ualeat.*
107 *Pactum de perdenda hæreditate, an ualeat, & de ratione.*
108 *Pater accipiens pecuniam pro emancipatione an dicatur delinquere.*
109 *Pater accipiens pecuniam pro emancipatione an possit succedere filio.*
110 *Intellectus ad. l. 1. §. si parens. ff. si quis a par. fue. manumis. discutitur.*
111 *Pactum de non succedendo factum ab eo qui recepit quantum sufficit ad legitimam, an ualeat.*
112 *Pactum de non succedendo de iure canonico ualet cum iuramento.*
113 *Filia minor renuntians successioni paternæ, maternæ, & fraternæ, ciernæ, & auernæ, poterit indistincte petere se restitui in integrum respectu successionis eius de cuius bonis non fuit dotata.*
114 *Renuntiatio facta de bonis paternis uel maternis sub conditione ingressus monasterij, quando ualeat.*
115 *Renuntiatio facta a filia in manibus fratris de bonis paternis consentiente patre ualet sine iuramento, sed potest reuocari dissentiente postea patre.*
116 *Pactum de succedendo an ualeat late discutitur, & distinguitur ultra alios.*
117 *Pactum de succedendo factum cum eo de cuius hæreditate agitur non ualet.*
118 *Pactum quod primogenitus succedat, uel primogenitura tolli nõ possit, an ualeat, remissiue.*
119 *Pactũ dispositiuũ bonorum suorum post mortem quando ualeat.*
120 *Donans post mortem suam bona sua an faciat donationem inter uiuos uel causa mortis.*
121 *Donans bona sua post mortem simpliciter uidetur donare inter uiuos*

ter uiuos in dubio.

122 *Donans bona ſua facta mentione mortis per modum cauſæ finalis, dicitur donare cauſa mortis, fallit in tribus caſibus.*

123 *Donans omnia bona ſua præſentia, uel ſimpliciter omnia bona ſua facit donationem inter uiuos & ualet.*

124 *Donatio omnium bonorum facta in pœnam reuocationis teſtamenti non ualet.*

125 *Diſpoſitio an & quando compræhendat futura, ponitur hic remiſiue.*

126 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum an ualeat, late diſcutitur, & concluditur quod non.*

127 *Qui ex conuentione ſua uniuerſaliter ponit ſe in ſtatu quo nihil poſſit habere, aufert ſibi liberam teſtandi facultatem.*

128 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum facta eccleſiæ an ualeat, late diſcutitur & concluditur quod non.*

129 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum cum reſeruatione ut poſſit teſtari, ualet.*

130 *Donatio omnium bonorum cum reſeruatione uſusfructus, an ualeat.*

131 *Donatio omnium bonorum facta cum reſeruatione alicuius modici, non ualet.*

132 *Donatio omnium bonorum facta cum reſeruatione reſtricta ad certam cauſam, an ualeat.*

133 *Donatio omnium bonorum facta cum reſeruatione quæ poſtea fuit donata donatario uel alteri, an uitietur.*

134 *Venditio omnium bonorum præſentium & futurorum ſine reſeruatione aliqua ſemper ualet.*

135 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum non facta mentione de pretioſis an ualeat.*

136 *Obligatio generalis uel uniuerſalis quando ſit, nouiter declaratur plene.*

137 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum non translato dominio an ualeat.*

138 *Momenta quando ſint habenda in conſideratione, ponitur remiſſiue.*

139 *Donatio de ſumma certa maxima quæ abſorbeat omnia præſentia & futura an ualeat.*

140 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum facta ab eo qui prohibetur teſtari, an ualeat.*

141 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum cum iuramento an ualidetur.*

142 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum an ſit duplex, una præſentium, & alia futurorum, & an una uel tota infirmetur, late diſcutitur & diſtinguitur ultra alios.*

143 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum cum clauſula quod ſint tot donationes quot res, an ualeat.*

144 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum facta inter fratres, ſi alter alteri ſuperuiuat, an ualeat, remiſiue.*

145 *Donatio omnium bonorum mobilium & immobilium an ualeat.*

146 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum cum pro nomine meorum uel ſuorum, an ualeat.*

147 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum an poſſit confirmari per principem.*

148 *Donatio omnium bonorum ualida an diminuatur occaſione dotis dandæ, ſicut prohibitio alienationis.*

149 *Donatio omnium bonorum facta abſente donatario quomodo ualeat non ſequuta ratificatione.*

150 *Donatio facta abſenti cum promiſſione iurata de non reuocando an poſſit reuocari ante ratificationem.*

151 *Donatio omnium bonorum facta inuicem inter fratres an per cõfuſionem tollatur.*

152 *Donatio hæreditatis nullo reſeruato an ualeat.*

153 *Donatio de patrimonio ſuo nullo reſeruato an ualeat.*

154 *Pactum de hæreditate obuenta diſponenda an ualeat.*

155 *Pactum de conſeruanda ſucceſſione inter tertios de hæreditate tertii non ualet.*

156 *Pactum de non ſuccedendo inter tertios de hæreditate tertij etiam cum iuramento non ualet.*

157 *Pactum de ſuccedendo inter tertios de hæreditate tertij etiam cum iuramento non ualet.*

158 *Pactum diſpoſitiuum bonorum et hæreditatis tertij inter tertios etiam cum iuramento reprobatur, ſiue donatio inter tertios de hæreditate tertij non ualet.*

159 *Sperantes ſuccedere ab inteſtato an dicantur habere ueram & propriam ſpem.*

160 *Filius in uita patris non poteſt diſponere de legitima, limitatur tamen multis modis.*

Repetitio legis Finalis, C. de Pactis.

N hac lege tractatur de ualiditate uel inualiditate pactorum uel cõuentionum ſuper hæreditate uiuentis, & iure
1 de futuro initorũ. Vnde† participat de materia. l. 1. ſup. eo. tamẽ in hoc differt, quia in l. 1. tractatur quõ & per quam ſpeciem conuentionis poſſit renuntiari iuri de futuro in genere, & per quæ uerba poſſit fieri renuntiatio, in hac uero lege tractatur particulariter de pacto ſuper iure de futuro ex cauſa de futuro, & quõ & quando renuntiatio uel alia cõuentio a iure permittatur fieri ſuper hæreditate uiuen
2 tis. †Et ad eius euidentiam repetendum eſt quod diximus in l. 1. in primis uerbis ſup. eo. ꝙ ius quærendũ eſt illud quod actualiter non habemus, ſed poſſumus habere de præſenti ſi uolumus, uel ex aliqua cã ſperamus habere. Quod ius quærendũ eſt triplex. ſ. ius quærendũ plene cõpetens, ꝙ alio nomine appellatur ius delatũ, de quo in l. delata. ff. de uerb. ſig. Secundo eſt ius quærendũ de futuro, ꝙ nunc acquiri non poteſt, ſed tamẽ habemus aliquã ſpẽ acquirendi ex iure fundato in cauſa de præſenti, ut eſt illud ꝙ nobis debetur ſub cõditione uel in diem. §. ex conditionali. inſt. de uerb. oblig. & fideicommiſſum cõditionale de quo particulariter dixi in l. 1. ſup. eo. Tertio eſt ius quærendũ ꝙ nunc non poſſumus acquirere neque de præſenti neque ex iure fundato ſuper firmitate alicuius cauſæ de præſenti, ſed ſolum ſperamus habere ſi ſuperueniat noua cauſa tribuens nobis ius, ut eſt hæreditas uiuentis, quam licet conſanguineus uel filius poſſit habere uel ſperet, tamẽ oportet ꝙ ſuperueniat diſpoſitio poſſidentis tacita uel expreſſa teſtando uel permittendo ſucceſſionem legalem habere locum, & ꝙ non alienet interim bona, Et idem erit in eo qui ſperat ſibi donari res alterius, quia requiritur noua cauſa ut poſſit acquirere, Et iõ ego appello ius de futuro ex cauſa de futuro, Et de hoc tertio iure quærendo principaliter tractatur in l. noſtra.
3 In omni† aũt iure quærendo ut etiã dixi in præmiſſis. l. 1. eſt duplex conſideratio, nam aliquando conſideratur ipſum ius. i. ipſa res acquirenda, & iſtud ius eſt ſẽper de futuro, & non eſt in bonis noſtris, nec de eo ualet diſpoſitio. l. ſi filius. & l. conſtante. cũ glo. inf. de donat. niſi ſub conditione ſiat, cum res erunt acquiſitæ, ut ſtatim dicã. Aliqñ cõſideratur ſpes qua ſperamus acquirere, & hæc ſpes eſt in bonis noſtris & de præſenti cõpetit, & appellatur incertũ. l. 1. ſup. eo. & l. nã hoc mõ. ff. de hæred. uel act. uẽd. & l. nec emptio. ff. de contrah. emp. & l. ſi iactũ retis. ff. de act. emp. & l. ſpẽ. inf. de donat. Et propterea de præſenti põt deduci in cõtractũ.
4 ut patet in d. iuribus. †Nec conſideretur an iſta ſpes ſit fundata in cã de pñti, uel in cauſa de futuro & ſi eſt cauſa de futuro, an ſit cauſa propinqua, uel multũ remota, uel an ſit ſpes firma, uel debilis, uel ẽt debiliſſima, quia quæcũque ſit, uel debilis, uel firma, uel debiliſſima, põt deduci in contractũ, quia ſemper eſt aliquod exiſtẽs in rerũ natura licet debile uel minimum, & ſemper eſt in comertio noſtro. Vnde æqualiter quis poteſt uendere iactum retis ſiue proiiciatur in mare abundanti, uel in lacu pleno, & a piſcatore ueterano, ſiue proiiciatur in mare ſterili & a piſcatore imprudenti. dicta. l. ſi iactum retis. ſed ſolum uariatur in pretio, ut plus uel minus

nus ualeat. Et idem de conuentione facta super iactu missilium. Et idem erit de eo qui uendit spem hæreditatis uiuentis, nam æqualiter poterit deduci in contractum, siue sit spes proxima, ut in filio sperante successionem patris decrepiti, siue sit remota, ut in agnato, siue remotissima, ut in cognato decimi gradus, nam omni casu illa spes semper est quid existens in rerum natura quæ poterit deduci in contractum & est in commertio nostro, ut not. in §. cum auté impubes. inst. de adopt. & l. pactum quod dotali. inf. de collat. & c. quamuis. de pactis in 6. dum loquitur æqualiter de eo qui renuntiat successioni paternæ, maternæ, fraternæ, auernæ, & aliorum agnatorum, cum ille spes inter se non differat in substantia, sed solum secundum plus uel minus. arg. l. finalis. ff. de fun. inst. & instru. lega. Quinimmo † aliquando & ipse res futuræ sub conditione quadam tacita uel expressa possunt deduci in cōtractum, ut fructus nasciturí, uel partus nasciturí. §. non solum. & §. ea quoque res. inst. de leg. & §. 1. inst. de inut. stipulatio. & l. interdum. ff. de uerb. oblig. & l. si ii qui. quæ est lex quarta. ff. de cond. instit.

5 Ista tamen conclusio, quod spes potest deduci in cōtractum, restringitur non procedere quando per eam speraretur aliquid odiosum & tristis euentus, nam tūc conuentio reprobatur, ut siquis deducat in cōtractum spem quod homo liber efficiatur seruus, uel res sacra efficiatur prophana, uel aliquid simile. l. inter stipulāté, §. sacram. ff. de uerb. oblig. & §. 1. inst. de inut. stipul. & §. non solum. instit. de leg. & idem etiam est in spe hæreditatis uiuentis, quando continet tristem euentum, ut inf. dicemus in hac lege.

Et per prædicta patet quod in materia pacti facti super hæreditate uiuentis fienda est regula generalis affirmatiua, quod pactum super hæreditate uiuentis regulariter ualet, sicut pactum factum super aliis iuribus & de alia spe. Fallit tamen quando illa spes continet aliquod turpe, uel tristem euentum, per istam legem cū concord. quāuis Bar. hic in principio, & clarius in quæstione finali sentiat contrarium, & communiter doctores ut dixi in d. l. 1. in primo notabili. sup. eo. & dicam inf. in quæst. fin. Bar.

Vnde in ista. l. principaliter erit inquirendum, utrū pactum super hæreditate uiuentis contineat aliquod turpe, Vel tristem euentum, ut si est quædam anhellatio reprobata super bonis uiuentis, uel desideriū mortis alienæ, uel aliud contra bonos mores, quia tunc pactum erit prohibitum, alias autem pactum super omni hæreditate uiuentis ualebit & tenebit, Et in hoc communiter doctores ualde allucinati fuerunt ut inf. latius demonstrabo. Et propterea in hac materia reperiūtur leges cōtrariæ, ut in l. pactū ꝙ dotali. inf. de collat. & c. quamuis. de pactis in 6. & l. 3. §. de illo. ff. pro soc. & l. siquis seruum. ff. de action. emp. & l. 2. §. illud. ff. de hæred. uel act. uend. cū aliis concord. inf. allegandis. Quæ omnes reducuntur ad concordiam cum hac sola consideratione an inducatur tristis euētus & desideriū mortis alienæ contra bonos mores.

6 Secundo † etiam principaliter præmittēdum est pro intelligentia materiæ particularis istius legis, quod pactum de hæreditate uiuentis potest fieri multis modis, ut per Bar. & doct. inf. in prima quęstione, Sed quia inordinate loquuntur & confuse, & in multis male, ut potius confundant materiam & difficultent quam declarent, Ideo altius & magis theorice considerando dicas, quod hæc materia habet duas partes principales quarum unaquæque habet suam rationem separatā super qua fundatur, & unaquæque etiā habet suas limitationes uarias & inuicem contrarias propter diuersas rationes super quibus fundantur regulæ, & ex quarū cessatione causantur fallentiæ, nisi separētur istæ duæ partes cum suis rationibus, inducitur inestricabilis confusio propter quam doctores omnes fatigati fuerunt, ut inf. dicam super prima, q. Bar. & super quarta quæstione in princip.

Igitur reducēdo ad theoricā perfectam dicas, quod pactum de hæreditate uiuentis. Aliquando fit cum eo de cuius hæreditate agitur, aliquando fit inter alios de hæreditate tertii uiuentis. † Primo casu pactum non dicitur cōtra bonos mores, ex illa ratione ꝙ inducat uotum captandæ mortis, quia illa ratio non habet locum quando pactum fit de consensu illius de cuius hæreditate agitur, ut patet in hac lege. uer. nisi forte. ubi dicit sublatam esse acerbissimam spem, & si hæc ratio cessat quando pactum fit inter alios de consensu domini, tanto magis cessabit quando pactum fit cum ipso domino hæreditatis. Sed ex alia ratione dicitur esse contra bonos mores. s. quia impedit liberam testādi facultatem, quia siquis promittit relinquere bona sua alteri, uel promittit instituere aliquem obligatur ad illud faciendū & quia in pactis non habet locum pœnitentia, ut not. per Socinū & alios in rubrica. ff. de uerb. oblig. & facit lex sicut. inf. de actio. & oblig. Sequitur ꝙ amplius nō potest tollere istā obligationem, & per consequens aufert sibi liberam testandi facultatem, ꝙ est reprobatū, ut not. in l. siquis in principio testamenti. ff. de leg. 3. quia contra bonos mores uidetur quod ultima uoluntas non sit ambulatoria usque ad extremum uitæ exitum. l. 3. & 4. ff. de adim. leg. Et ideo pactum auferens illam liberam uoluntatem tanquam contra bonos mores non ualet. l. pactum ꝙ dotali. sup. eod. & l. hæreditas. inf. de pact. conuentis. & l. stipulatio hoc modo cōcepta. ff. de uer. oblig. & l. cum donationis. inf. de transaction. facit lex. 1. sup. de sacros. eccles. Sed tamē quia in contrarium sunt multæ leges quę uolunt pactum factum cum eo de cuius hæreditate agitur ualere, ut patet in l. 1. inf. ut action. ab hæred. & contra hæred. incip. & §. post morté. inst. de inut. stipul. & in c. quāuis. de pactis in 6. & l. licet. sup. eo. cum multis concord. infr. allegandis.

7

8 Ideo † pro resolutione & intelligentia, sciendum est quod istud pactum potest fieri ad duplicem finem. s. ad finem ut succedatur paciscenti, & ad finem contrarium non succedendi paciscenti. Primo casu appellatur pactum de succedendo, & hoc regulariter est prohibitū, quia aufert liberam testandi facultatem per iura supra allegata. Fallit ubicunque pactum est reciprocum & fit inter milites, quia hoc casu ualet. l. licet. sup. eo. Et hoc est speciale inter milites, quia habet uim ultimæ uolūtatis, & potest quandocunque reuocari, ut ibi notatur, & per Dec. ibi, in 3. notabili. & specialitas est, quia licet uerba non essent apta ad ultimam uoluntatem, sed ad contractus, tamen iudicatur quędam annormala ultima uoluntas.

9 Secundo † etiā restringitur prohibitio, quando uerba pacto rū referuntur ad successionem uel futurā institutionē, quia tunc non ualet, secus si uerba referantur ad bona, & de præsenti disponat, ut quia quis dicat, dono tibi bona mea in totū uel in parte post mortem meā, quia tūc ualet pactum, & est donatio causa mortis uel inter uiuos collata post morté, quæ ualet, ut in toto, titulo. ff. de do. causa mortis. & inf. & d. l. 1. inf. ut actio. ab hæred. & cōtr. hæredes incip. & §. post morté. inst. de inutilibus stipul. & per glo. hic in uerbo accōmodauerit. in fine. & ibi Bar. & doctores ubi late dixi. Et est ratio, quia tunc nōn aufertur libera testandi facultas, cū donatio post mortem non obliget donantem ad eū instituendum, nec prohibetur alium instituere, licet institutus teneatur ad pręstandum bona donatario, Si tamen quis donasset omnia bona sua præsentia & futura, tunc donatio impeditur, quia cum nihil remaneat super quo possit instituere hæredem, per indirectū remouetur libera testandi facultas, & ideo non ualet, ut notatur per Bar. & alios in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. obligatio. & infra dicam. Et sic patet quod

quod hoc pactum tunc reprobatur quano aufert liberam testandi facultatem, alias autem permittitur, non habito respectu quod sit super hæreditate uiuentis, quia non inducit uotum captandæ mortis propter consensum domini.

10 Aliquando† & secundo ut dixi, fit pactũ cum eo de cuius hæreditate agitur, ut quis non succedat paciscenti, Et istud a ppellatur pactum de non succedendo, Et hoc de iure ciuili est reprobatum, quia uidetur contra bonos mores tractare de hæreditate uiuentis. l. pactũ quod dotali. inf. de collat. & l. si quando. §. 1. infr. de inoffic. testam. Tamen de iure canonico secus est, quia illud pactum ualet si interuenit iuramentum. c. quamuis. de pactis in 6. ubi per Dom. & Ioan. Andream, & alios. & notatur in d. l. pactum quod dotali. inf. de col. Et ratio est, quia non potest inducere uotum captandæ mortis, cum sit consensus domini, per istum textũ in uer. nisi forte. ibi, sublata acerbissima spe, & proptere rea non est contra bonos mores naturales, Item nõ aufert liberam testandi facultatem, quia siquis promittit non succedere non impedit dominum testari & posse relinquere bona sua cui uelit, ideo nullum est delictũ nec desiderium improbatum. Cum hoc solum quod tractetur de hæreditate uiuentis nõ impediat potestatem paciscendi, & certa honestas ciuilis non considera tur de iure canonico, maxime interueniente iuramento, ut no. in d. iuribus. Et tota hæc materia pacti de succedendo uel non succedendo facti cum eo de cuius hę reditate agitur est separata a materia legis nostræ, nec potest pro concordanti allegari, nec pro contraria, quia continet diuersam conceptionem pactorum, & diuersam rationem prohibitionis, & habet suas limitationes fundatas in diuersis rationibus. Sed si est de pacto de succedendo, pertinet. ad. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uer. oblig. ubi omnes ponunt. & si est de pacto de non succedẽdo pertinet ad. l. pactũ quod dotali. inf. de collat. & ibi not. per Dec. & omnes. & in d. c. quamuis. de pactis in 6.

11 Secunda† est principalis materia pacti de hæreditate uiuentis, quando pactum fit inter aliquos de hæreditate tertii uiuentis. Et hæc est illa quæ proprie pertinet ad istam legem, in qua pactum prohibetur, non quia auferat liberam testandi facultatem, quia hæc ratio non conuenit, cum pactum inter tertios factum nõ impediat dominum testari super bonis suis. arg. l. fi. ff. de pactis. Sed impeditur hæc conuentio quia taliter paciscentes demonstrant desiderium magnum hæreditatis illius, & quod uellent cito mori eum ut sui pactum possit habere effectum. Et per consequens inducitur suspitio ne uelint insidiari uitæ eius. Vnde iudicatur conuentio contra bonos mores naturales inducẽs homines ad peccandum ut nec etiam cum iuramento confirmetur. c. non est obligatorium. de reg. iur. in 6. & per istam legem. & l. quidam. §. fin. ff. de don. & l. 2. §. finali. ff. de iis quib. ut indig. Et ideo non distinguitur an sit pactum de succedendo uel non succedendo, quia non potest esse de non succedendo in persona unius quin sit de succedendo in persona alterius, ut per Aretinum. in l. qui superstitis. ff. de aquir. hæred. & ibi Rom. & Alexand. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uer. oblig. nu. 12. & Dec. in l. pactum quod dotali. inf. de col. col. 4. uersi. sexto limitatur.

Et fit duobus modis, nam aliquãdo fit inter eos qui sperant succedere inuicem de modo succedẽdi uel de modo diuidendi res hæreditarias, Aliquando ille qui sperat succedere disponit de rebus hæreditariis uendendo uel donando hæreditatem in totum uel pro parte uel res hæreditarias, Et in utroque casu pactum regulariter non ualet, quia est contra bonos mores & inducit uotum captandæ mortis. d. l. quidam in iure. §. fi. & etiam est reprobatum de iure canonico. c. ne captandæ. de concessio. præbendæ. in 6. & c. 1. & 2. de concesſ. præb. in antiquis. Fallit quando interuenit cõsensus illius de cuius hæreditate agitur, & perseuerat usque ad mortem, per istam legem, in uer. nisi forte. quia tunc per consensum suum cessat illa accerbissima spes, ut ibi dicitur. Secundo fallit in multis casibus positis in gloss. fin. & ibi dicam post alios, in quibus propter diuersas causas cessat ratio quod inducatur uotũ captandæ mortis.

Et sic patet quod illud pactum de hæreditate uiuentis semper reprobatur quando inducit uotum captandæ mortis, cessante autem ista ratione permittitur. Et exceptiones quæ dantur ad istam secundam partẽ causantur ex eo quia cessat uotum captandæ mortis. Et exceptiones quæ dantur ad præcedentem regulam causantur ex eo quia per pactum non aufertur libera testãdi facultas. Et propterea non erit mirandum si istæ exceptiones uidebuntur contrariæ & uariæ, & doctores cespitare, quia confundendo istas duas materias inciderunt in inextricabiles difficultates, quas ex prædicta distinctione tu faciliter resoluere poteris.

12 Tertio† propius ad tex. præmittendum est, quod hæc est noua decisio Iustiniani, & fuit una de illis quinquaginta decisionibus quæ fuerunt additæ in secunda compilatione codicis, de qua habetur in l. 1. sup. de emendatio. cod. iust. & eius no. edit. & quæ fuerint aliæ Cagnolus hic effuso sermone congerit more suo leuibus semper intentus, Et ideo cum sit noua decisio obstat fortiter tex. in l. quidam in iure. §. fin. ff. de don. & l. 2. in fi. ff. de iis quib. ut indig. in quibus dicitur quod donans hæreditatem uiuentis facit contra bonos mores & ius gentium, & actus non ualet, & sic ante istam legem hoc erat dispositum, & nihil noui dedit hic Iustinianus. Soluunt communiter doctores ut hic per Lanzel. Cur. & Cagno. quod Iustinianus hic noluit facere nouum ius, ꝙ patet, quia in fine dixit quod hoc legibus antiquis non erat incognitum. Quæ solutio licet concordet istas leges, tamen non tollit contrarium ꝙ hic Iustin. fecerit constitutionem inutilem. cõtra. l. 1. §. quibus. in prima const. codicis. & non merebatur ut per eam fieret noua compilatio codicis, Et tãto magis quia potest dici quod illa uerba referuntur ad limitationem tantum, non ad principalem decisionem.

13 Vera†tamen & planior est solutio, quod illa iura exprimebant casum particularem, quando quis simpliciter donabat, uel faciebat contractum, uel disponebat de bonis hæreditariis cum alio qui succedere uel non succedere poterat, Sed non dicebatur expresse quando erat factum pactum de succedendo uel non succedẽdo inter tertios, uel de diuidẽdo certo modo hæreditatẽ si unus eorũ esset effectus hæres uel pro portione maiori, In l. postea nostra omnia ista clare expressa fuerunt, & de utroque modo inter aliquos super hæreditate uiuentis generalius deciditur, quod omnia prædicta pacta sint plena tristissimi euentus, & sint reprobata & nullius roboris, Et causa huius constitutionis. ita generalis fuit, quia in cæsarieñ ciuitate per aduocatos illius ciuitatis fuit disputatum an talis cõuentio inter sperantes succedere ualeret quando esset facta sub duplici cõditione scilicet si moriatur ille de cuius hæreditate agitur, & eius hæreditas ad paciscentes deuoluta fuisset, Et quia hinc inde ualde disputatum fuit, Imperator fecit hanc legem generaliter prohibentem omnes pactiones super hæreditate uiuentis, siue sint de succedendo, uel de non succedẽdo, uel de modo succedẽdi, siue sint dispositiue ipsarum rerum quas sperant habere donando uel eas alienando uel obligando. Et ideo in fine ponit generalem decisionem prohibentem omnes contractus cõuentiones & hipotecas de hæreditate uiuẽtis. Nisi interuenerit expressus cõsensus illius de cuius hæreditate agitur. Et ideo potest dici quod tota ista lex fuit declaratoria iuris antiqui remouẽdo difficultates quæ insurgebant ex cõmuni usu & allegationibus

nibus factis & uerbis claris exprimendo ea quæ antiquitus continebantur uirtualiter in iuribus antiquis effecta ambigua propter breuitatem uerborum. Aliam solutionem ponebat Cagno, dicens ꝙ iura antiqua loquebantur quando unus agnatus solus sperabat succedere, hic uero quando erant duo uel plures qui inuicē paciscebantur, quod merito repræhendi debet, quia non poterat esse ratio dubitandi quare magis in uno agnato pactum esset reprobatum quam in pluribus, & licet aliquæ læues rationes potuissent adduci, tamen non erant ita efficaces quod propter eas imperator uoluisset facere nouam decisionem ponendam in noua compilatione codicis, Et tāto magis quia rationes dubitandi quas refert hic textus concludunt siue esset unus agnatus siue plures qui sperarent succedere. Vnde tenenda est præcedens solutio, quod illa iura loquebātur particulariter de donatione simpliciter facta, hic uero dispositio erat facta sub duplici conditione, ut expresse dicit litera a qua in dubio non est recedendum & super qua fuit disputatum. Et magna dubitationis ratio erat, quia stipulatio facta sub conditione, cū quis morietur, uel cum morieris, uel cum moriar, ualebat ut insti. de inut. stipul. §. post mortem. Et ideo concludendum est, quod hæc est noua decisio emanata ad declarationem iuris antiqui dubii, quæ dubietas excitata & fomentata fuerat per cæsarieēses Aduocatos ex allegationibus hincinde factis in publica disputatione, Et propterea ꝙ de iure antiquo generaliter erat dictum particulariter declarando uerbis claris expressit addendo postea generalem extēsionem ad omnes contractus & conuentiones cum una limitatione, nec potest dici superflua per not. per Bar. in l. 1. ff. de uulg. & pupil. col. 2. facit lex siquis Sempronium. & lex Cornelius. ff. de hære. instit. & quæ habentur in l. precibus. in fr. de impub. & al. substitut.

14 Qui†autem fuerint isti Aduocati cæsarienses, uariāt hic doctor. Cagnol. hic satis insulse dicit quod erant aduocati consistorii principis, iuxta Rub. & nigr. infr. de comit. consistorianis. lib. 12. uel quod erant aduocati fisci qui fiscus ad Cesarem pertinebat. Et ad hoc dicendum moti fuerunt propter illud uerbum cæsarienses, obliti quod cæsarea ciuitas notissima & metropolis Cappadociæ tunc temporis florebat. unde Alc. & melius dicit quod erant aduocati illius Cæsareæ ciuitatis abundantis literatissims aduocatis.

15 Rursus†etiam aduertendum est, quia iste textus facit mentionem de pluribus sperantibus succedere ex cognatione, nam cum ministerio simpliciter loquitur, quia non est uis fienda an sperarent succedere ex causa filiationis, uel agnationis, uel cognationis, uel ex testamento, uel ab intestato, ut inf. dicam cum gl. Et tanto magis, quia uerbum, forte, positum fuit quod denotat contingentiam facti, & uerba posita gratia exempli, ut per Imolam. in l. 1. in glo. 2. ff. de appel. & Abbas in c. quoniam frequenter. extr. ut lite non contestata. in princ. uer. quæro quid. & Alexand. in l. in ratione. §. quod uulgo. colu. 11. ff. ad l. falc. cum aliis cumul. hic per Deci. in principio. Et cum gratia exempli dictum sit de cognatione, non restringit legē. §. hactenus. inst. de gradib. & l. damni infecti quidam. in fine. ff. de dam. infecto. & generaliter deciditur quocunque casu uel quocunque modo possint plures sperare alienam hæreditatem etiam extranei si propter talem spem paciscantur pro hæreditate alterius uel rebus hæreditariis tales pactiones sunt nullæ, quia militat eadem ratio ꝓhibitionis, ut per Alciatum infr. in uer. certos modos col. 2. & 3.

Iis generalibus præmissis pro introductione iuuenum, deuenio ad legem, Quæ diuiditur in quinque partes, in prima ponit thema quæstionis. in 2. ponit rationes dubitandi in utraque parte. in 3. ponitur decisio. in 4. ponitur limitatio, in quinta ponitur conclusio generalis. 2. ibi, dubitationem. 3. ibi, sed nobis. 4. ibi, nisi forte, quinta ibi, iubemus. Summatur secundum Barto. pactū per quod disponitur certo modo de hęreditate uiuentis non ualet nisi ille de cuius hæreditate agitur expresse consentiat, & usque ad mortem in uoluntate permaneat. Sed Cagno. repræhendit de imperfectione, sicut solent esse pleraque summaria Barto. asserens non compræhendere ultimam partem textus de hypoteca & aliis contractibus. Sed propter hoc non debuit argui summarium de imperfectione, cum uerbum pactum, generaliter sumptum & uerbū, certo modo, compræhendat omnes conuentiones. l. 1. ff. eod. & l. 1. & l. si conuenerit. ff. de pign. action. & hæc repræhēsio demonstrat imperfectionem intellectus ad maiora.

16 Casus†ita breuiter fingi potest. in cæsariensi ciuitate metropoli Cappadociæ accidit casus, quod plures sperantes succedere in bonis alicuius cognati (qui forsan non habebat filios & erat diues & dubius cui uelet relinquere hæreditatem, & propterea dubitantes ne uni tantum relinqueret hæreditatem) fecerunt inter se cōuentionem, ut quomodocunque cōtingeret quod ille moreretur, & illius hæreditas ex quacunque successione ad aliquem eorum deuolueretur, quod illa hæreditas æqualiter diuideretur, & certa bona particulariter assignarentur, Quo facto mortuus est dominus qui unū tantum ex istis paciscentibus instituit hæredem, Et ille adeptus hæreditatem solus eam retinere uolebat. Conueniebatur ab aliis paciscentibus ut eam communicaret & pacta seruaret, Sed ille excipiendo dicebat conuentionem non ualere tanquam contra bonos mores factam de hæreditate uiuentis. Replicabatur conuētionem non fuisse contra bonos mores. Et super hoc quia oppulenta fuit hæreditas diu litigatum fuit & sæpius disputatum per aduocatos omnes illius ciuitatis, qui erant discordes de ualiditate talis conuentionis. Tandē cum rationes urgerent ab utraque parte habuerunt recursum ad Iustinianum qui imperiali decisione sopiret hanc quæstionem.

Igitur quæsitum fuit quid determinandum esset. Et uidebatur determinandum esse talem conuentionem ualuisse, quia proprie non uidetur esse conuentio de hæreditate uiuētis, cum se restringat ad casum quo dominus mortuus fuisset, & nullū ius sibi paciscentes usurpabant in bonis alienis, Sicut ualet stipulatio & conuētio de re aliena in casu quo fit sua. l. si rem meā. ff. de uer. oblig. & l. spem. inf. de donat. & stipulatio collata in mortem suam uel alterius. Inst. de inut. stipul. §. ista autem stipulatio. Secundo faciebat regula. l. in tēpus. ff. de hæred. inst. Tertio faciebat lex prima. sup. eod. Quarto faciebat c. quamuis. de pactis in 6. propter suā rationē. Quinto faciebat lex. 3. §. de illo. ff. pro socio. Sexto faciebat lex siquis seruum. ff. de action. empt. & lex. 2. §. illud. ff. de hæred. uel act. uend. Septimo faciebat lex licet. sup. eod. Octauo faciebat totus titulus de don. causa mortis. Istis tamen omnibus non obstantibus contrarium fuit determinatum, quod immo talis conuentio & omnis alia similis de hæreditate uiuentis dicatur esse contra bonos mores & nō ualeat, Quia est plena tristissimi euētus inducens uotū captandæ mortis, & suspitionem ne insidientur uitæ illius domini, Et ideo mandat imperator eam non debere seruari neque in principali neque in accessoriis. Et generaliter iubet omnes contractus, & conuentiones, hipotecas, & omnia pacta super hæreditate uel super bonis uiuentis reiicienda esse & non seruanda, Nisi ille de cuius hæreditate agitur consensum expressum præstiterit, & perseuerauerit usque ad mortem, Quod nec etiam fuerat incognitum iure antiquo, sed implicite decisum per. l. quidam in iure. §. si. ff. de don.

Nō obstāt cōtraria, & primo ꝙ nō sit cōuētio de hæreditate uiuētis, cū differatur ad casū mortis, Quia immo

mo est conuentio super hæreditate uiuentis, atteto ꝙ existente conditione conuentio trahitur retro ad tempus uitæ ipsius quo tempore facta fuit,& ad illud reducitur.l.qui balneũ.& l.potior.ff.qui potior. in pignor. habe.& l.quæ sub conditione. ff. de solutionibus. Et non potest negari quin in tali conuentione cogitauerint de morte uiuentis & eam desiderauerint,& causetur uotum captandæ mortis, & quædam suspitio insidiandi uitæ eius contra bonos mores. Quod non cadit in eo qui disponit de re aliena in casu quo possit effici sua per contractus inter uiuos, si tamen etiam in tali casu induceretur tristis euentus, adhuc esset reprobata.l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de uerb.obliga. Nec obstat quod quis possit donare post mortem suam uel alterius,quia ibi si donat post mortem alterius debet intelligi quod donabat rem propriam,quo casu conuẽtio non est reprobata,quia sub conditione mortis alienæ nemo rem suam prohibetur donare, uel alienare, uel de ea paciscі,sed si erat res aliena debet intelligi ꝙ conueniebant sub conditione mortis paciscentis, quo casu pactum fit cum eo de cuius hæreditate agitur, & ualet,per istum tex.in uer.nisi forte.Non obstat Regula.l.in tempus. quia illa non habet locum quando ex tali dilatione inducitur aliquid contra bonos mores. ut d.l.inter stipulantem.§.sacram. ff. de uerbo.obliga. Non obstat lex prima sup. eod. quia ibi erat cõuentio de hæreditate mortui,ut ibi dixi post glo. & doct. non de hæreditate uiuentis,ut hic in textu. & dicam. inf.in quinto notab.Vel ibi uotum captandæ mortis non inducitur ab eo qui sperat succedere, sed ab alio, quo casu non uitiatur actus,ut infr.dicã ultra alios in solutione contrarii de l.in fideicommisso.infra de transact.& inst.de uulg.subst.§.finautem formidolosus. Non obstat.c.quamuis de pactis in 6.quia illud.c.cum materia loquitur de pacto de non succedendo & facto cum eo de cuius hæreditate agitur,quo casu pactum non prohibetur propter uotum captandæ mortis,quia ille consentit,sed solum quia aufertur libera testandi facultas, quæ tamen non tollitur in pacto de nõ succedendo & ideo ualet. Non obstat lex 3.§.de illo.quia ibi fuit pactum de hæreditate incerti uiuentis,quo casu permittitur,quia cessat uotum captandæ mortis. Nõ obstat lex siquis seruum. quia ibi præcesserat conuentio propter quam tenebatur facere illud pactum, unde nõ uidetur inducti ad paciscẽdum propter uotum sed propter obseruantiam promissorum.Et in l.1.§.illud.ibi illa conuentio ueniebat in consequentiam & propter connexitatem quam habebat hæreditas pupillaris cum hæreditate paterna.Non obstat lex licet.sup.eod. quia ibi pactum erat cum eo de cuius hæreditate agitur,unde cessat uotum captandæ mortis. Item ibi erant milites, & fauore militum illa conuentio ualet tãquam ultima uoluntas,ut nec etiam inuicem sibi auferant liberam testãdi facultatẽ.Non obstat totus titulus de don.causa mortis.quia ibi conuentio est cum eo de cuius hæreditate agitur,item ibi conuentio fit de bonis dirigendo [uerba ad bona, non autem ad successionem, taliter quod nec etiam potest dici quod ibi auferatur libera testandi facultas,cum facta donatione adhuc hæres institui potest,hic erant directa ad successionem,Hic est casus aperiens uiam omnibus contrariis, & introducẽs iuuenes in cognitionem totius materiæ.

17 Notandum† est primo ex isto textu secundum Salicetum & alios,quod in dubiis consulendus est princeps. & hoc probatur,dum dicitur quod quæstio uersata fuit inter aduocatos cesarienses, Et imperator hic refert rationes dubitandi propter quas fecit hanc decisionem nouam, propter quam apparet quod quæstio erat ardua & difficilis. Et quod fuerit interrogatus,patet ibi, interrogari,& quod esset cõsulendus necessario in hoc casu apparet,quia per hanc decisionem cum aliis facta fuit noua compilatio & sic hoc notabile colligitur ex isto textu,licet Decius dicat contrarium,cõcordat tex. in auth.de iudic.§.fina.ibi,si quid dubium iudices putauerint damus licentiam nobis denuntiandi ut quæ necessaria sunt edisçant.& lex ad bestias. ibi, principem consulere debent.ff.de pœnis.& l.1.in fine.ff.de quæst. & l.non fine.inf.de bon.quæ libe.ubi non fine ratione consultus fuit princeps an appellatione mariti ueniret sponsus,quia iura uarie loquebantur, & ad solum principem pertinet interpretari leges. iux. l. finalem. sup. de legibus.& c.per uenerabilem.extra qui fil.sint legi. & c.inter alia.de senten.excom. Et hoc debet intelligi quando non est resolubilis per iudices,quia iura dubia sunt,ut in d.l.non fine.inf.de bon. quæ liber. Secus si ex diligenti studio iudex posset se instruere,ut per glo. in l.si de interpretatione.ff.de legib.& per Innoc.in c. cum speciali.de appellat.Abbas in c.1.de iur.cal.in 1. notabili.& in c.capellanus.de feriis.& c. cũ uenissent. colu.3.de iud. Et idem etiam erit quando est super interpretatione mentis alicuius super facto. ut l. Diuus. ff.de offic.præsi.ibi, consulat nos.

18 In priuatis† uero licet bonum esset non obtundere aures principis pro re leui & facili, tamen sæpissime consulitur in re clara.ut l.eunuchis.& ibi glos. inf. de test.& in omnibus iuribus quæ dicunt explorati iuris est, ut sunt quasi omnes leges codicis, in quibus de re facili & decisa clare per ius antiquum consulitur imperator.Sed si contingat quod casus sit decisus per leges, licet cum subtilitate eliciatur,tamen non est consulendus imperator,sed debent consuli peritiores qui subtiliter distinguendo eliciant decisionem.iuxta. §.quibus i.consti.cod. Et adhibere sapientes ad negotia sua, ut per gl.in l.2.inf.de sent.ex periculo recit.in uerbo deliberatione.quia quæ cum consilio geruntur recte geruntur.l.dubium non est.inf. de repud. & l. si auiam. inf.de ingen.in fine.Et propterea inuitis partibus potest iudex causam consulendam committere, ut per Innoc.in c.super quæstionum.in princip. de offic. deleg. quem sequitur Angel.in d.l.2.inf.de senten. ex pericu. recitan.& hic Dec. Quod tamen intellige quando petit consilium a peritis, Alias autem si ab imperitis peteret consilium,non ualeret sententia,ut est textus in terminis in c.ad audientiam. de consuetud. ubi reprobatur illa consuetudo quod iudex iudicet secundum uotũ

19 astantium. †Et hoc etiam seruãdum est a principe qui regulariter non debet ponderosa facere sine consilio procerum.l.humanum.sup.de legib.Et Papa sine consilio cardinalium, ut Iason hic dicit, ut nec cardinalem creare sine consilio aliorum debeat ex humanitate, licet de suprema potestate omnia solus princeps possit facere,ut per Bar.in l.omnes populi. ff. de iust. & iur. col.4.Et Barbatiam in consi.1.uol.1.Felinus in Rubr. de constit.Et Ioan.Crotus in Rub.de consti. in 6. Dicentes quod uicarius Dei cunctos iudicat & a nemine iudicatur.c.nemo & c.aliorum.9.q.3.& c.nunc.21. di stinct.facit.c.1.ut ecclesiastica benefic.§.1.& c. proposuit.de conces.præb.

20 Secundo† colligitur ex textu,quod dictio, plures,requirit ad sui uerificationem ad minus tres,ex quo ponitur separatim a duobus,unde contradicit glo. in auth. de triente & semisse. in uerbo & quia filiorũ, quæ uult dictionem plures, uerificari in duobus, & dictionem

* plurimos,in tribus,& approbatur commuuiter ut per Alexan.in l.sæpe.colum.1. ff. de re iudi. & Iason. in l. & si post tres.colum.3.ff. siquis caut. Sed solutio potest tradi,quia hic dictio plures,non profertur simpliciter, sed cum additione duorum, unde ne uideatur superflua,intelligitur de tribus uel quatuor,sed quando simpliciter profertur,tunc uerificatur in duobus,per l.ubi numerus.ff.de test. & idem de dictione multis, notauit glo. in uerbo multis. in §. primo. insti. de iure person.

21 Tertio† notandum est ibi,spes alienæ hæreditatis,ꝙ cognatus

cognatus etiã remotus dicitur habere spem de hæreditate uiuentis quamuis forsan alius eũ præcedat in gradu. Quod tamen intelligit Bar. intr. in fin. quæstione. de spe impropria, dicens non esse ueram spem quæ nõ habet causam de præsenti & quæ non posit deduci in contractum, cum spes deducatur in contractum. l. prima. sup. eod. & l. spem. inf. de donatio. & l. nec emptio. ff. de contrah. empt. Et idem dixit in l. & post emanci-
* pationem. §. 1. ff. de liber. legata. & sequuntur communiter doct. in tantum quod Cur. Antiquus colu. 1. dicit quod opinio contraria est fatua, quia talis nõ est spes sed quædam uanitas, seu quædam fantasia, Et repræhẽdit Ange. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerbo. obliga. tenentem quod spes succedendi sit spes in iure considerabilis & probabilis. Sed tamen retorqueri potest hæc improbatio, quia ratio doctorum concludit contrarium, quia immo in multis casibus spes ista potest deduci in contractum, ut patet in c. quamuis. de pactis in 6. & l. 3. §. de illo. ff. pro soc. & l. 2. §. illud. ff. de hære. uel actio. uend. & l. si quis seruum. ff. de act. empt. & §. cum autem impubes. inst. de adopt. & l. nec enim. de adoptionibus. & hic in textu. uer. s. nisi. cũ similibus. per quæ demonstratur quod pactum super hæreditate uiuentis ualet & tenet ex natura rei deductæ in conuentionem, nec ipsa spes prohibetur ex se deduci in cõtractum, sed solum per accidens, ut quando inducitur uotum captandæ mortis contra bonos mores, unde cessante ista ratione, per fundamentum eorum apparet quod illa spes potest deduci in contractum, Et per consequens est uera spes, ut etiam ego dixi in præmissis, cum & ipsa habeat ius de præsenti, licet non ita firmum, Et ideo melius potest dici, quod quædã est spes certa, quædam incerta, & incerta aliquando est debilis, debilior, & debilissima. Et propter eius debilitatẽ non prohibetur deduci in contractum. Sed solum præsumitur de ea non fuisse cogitatum inter paciscentes nisi aliud appareat ex uerbis expresis uel ex uerbis prægnantibus, ut ego dixi in l. 1. super quarto mẽbro Bar. ultra alios sup. eod. & ita debet intelligi doctrina Bar. & doctorum in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerbo. oblig. & l. post emancipationem. §. 1. ff. de libera. lega.

22 Quarto† notandum est ibi, forte, quod iste textus nõ se restringit ad sperantes succedere ex causa cognationis, sed generaliter intelligitur de omnibus sperãtibus succedere ex quacũque causa propinqua uel remota, ex testametno uel ab intestato, uel qualibet alia causa propter quam quis ex morte unius persuadeat sibi posse acquiri eius bona, quia dictio forte, denotat contingentiam facti, non causam finalem, ut per Imolam in clem. 1. de appel. post glo. & sequuntur Cur. Dec. Ri. & Aquenses. licet Cagnolus hic dicat hanc legem non habere locum in extraneis, quia non habent spem. iuxta §. extranei. inst. de hæred. qual. & differ. tamen eius dictum est falsum, quia & extranei possunt habere spem si forte ex aliqua causa possunt mortis causa capere, iuxta. l. mortis causa capio. ff. de donat. Et hoc etiam confirmatur, quia textus in fine dicit generaliter omnem pactionem prohibitam esse de re aliena hæreditatis, & omnes huiusmodi pactiones, idest prædictæ, & eis similes. Et quia a communiter accidentibus ista cõtingunt inter cognatos, Ideo de eis fecit mentionẽ, & hoc uerius est.

Quinto nota principalem decisionem istius legis ꝙ pactum de hæreditate uiuentis non ualet, concordat textus in l. quidam in iure. ff. de don. §. fin. & l. 2. in fin. ff. de iis quibus ut indign. & l. si quis mihi bona. §. sed utrum. uersi. sed an nominatim. ff. de acquir. hæred. & l. 2. §. interdum. ff. de uulg. & pupil. Et Notant Petrus de Anchara. in consi. 404. uiso. & Fulg. 73. paterfam. colum. 2. & Soc. in consi. 134. uisa conuentione. uolu. 4. Et hæc conclusio intelligitur de pacto inter alios de hæreditate tertii, sed si fit cum eo de cuius hæreditate agitur, si est pactum de succedendo, non ualet, per l. pactum quod dotale. sup. eod. & l. hæreditas. de pactis cõuentis. & si fit de non succedendo, non ualet de iure ciuili. l. pactum quod dotali. inf. de col. secus de iure canonico. d. c. quamuis de pact. in 6. ut ego declaraui sup. in præmissis, & in figuratione casus.

23 Et Ratio† decisionis istius legis est multiplex, ut hic in tex. prima, quia sunt plena tristissimi euentus, est enim tristis euentus cogitare de morte, quia licet naturaliter & omnibus accidat. l. 1. ff. de conditio. & demonstr. tamen est horribilis, & secundum philosophũ est ultimum terribilium, sicut etiam cogitare de seruitute alterius est tristis euentus. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uer. obligat. quæ est mors ciuilis l. seruitutem. ff. de reg. iuris. Secũda ratio assignatur, quia odiosæ sunt, Nam continent uotum odiosum & reprobatũ. i. desiderium quod proximus moriatur, & est peccatũ auaritiæ, ita festinanter cogitare de rebus alienæ hæreditatis. d. l. quidam. §. finali. Tertia ratio assignatur, quia continet uotum captandæ mortis, & hæc est principalior & substantialior ratio, quia aliæ sunt effectus & rami istius rationis, de qua etiam habetur in. l. de fideicommissio. in fine. inf. de transact. & hic uer. nisi forte. ibi, sublata acerbissima spe. Quarta ratio assignatur, quia est contra bonos mores naturales. d. l. quidam. §. fi. & d. l. 2. in fine. ff. de iis quib. ut indi. Et tanto magis, quia per tale desiderium inducitur suspitio ꝙ insidiari ueiint uitæ illius de cuius bonis festinanter paciscuntur, quod est reprobatum. Et probi uiri naturaliter se abstinent a disponendo de bonis aliquorum eis uiuentibus & ignorantibus. Sed tamen licet uideantur quatuor rationes assignari, unica tamen est cũ suis partibus, & ita subordinari possunt. Nam paciscendo super hæreditate uiuentis contrahentes demonstrant desiderare res alienas, contra præcepta Decalogi & quia ipsi non possunt habere nisi per eius mortem, inducitur uotum captãdæ mortis. i. procurandæ mortis alterius, ut possint habere rẽ desideratam, cõtra aliud præceptum Decalogi, ex qua procuratione succedunt insidiæ ut moriatur, & per consequens inducitur periculosus & tristis euentus. Et quia hominem homini insidiari nefas est. l. ut uim. in fin. ff. de iusti. & iure. sequitur quod est cõtra bonos mores naturales, ultra quod est contra præcepta Decalogi.

24 Sed† contra hanc rationem, primo facit, quia mors est euentus naturalis, & certa est in omnibus. l. 1. ff. de condi. & demonstr. & humanitus contingit. §. 1. inst. de don. & in l. uulgari. §. fin. ff. de uerb. signif. ergo non uidetur contra bonos mores eam expectare, sicut nec est contra bonos mores expectare quod fructus nascãtur, uel quod deficiant, Sed respondetur quod expectare mortem simpliciter non est cõtra bonos mores, sed expectare mortem ut habeat eius bona est contra bonos mores, & sic plus diligere bona quam hominem, ut in præcepto Decalogi, nec rem cupias alienam. Secundo obstat, quia ualet stipulatio cum morietur, uel cum morieris. §. illa autem stipulatio. inst. de inut. stipul. & §. post mortem. & tamen propter bona expectatur mors alterius. Sed respõdetur, quod ibi dispositio non erat facta de bonis illius in cuius mortem confertur stipulatio, Sed erat facta de bonis ipsorum stipulantium, quo casu non est ita suspitio quod procuretur mors alterius, per istum textum in uer. nisi forte. hic uero conuentio erat facta de bonis tertii, & erat collata in mortem ipsius tertii domini, ita quod oportet expectare eius mortem ut eius bona habeantur, Et ideo stipulatio cum morietur, uel morieris, indistincte ualet, quia cessat accerbissima spes si est facta de bonis stipulantium, Item si est facta de bonis tertii & collata in mortem stipulantium, similiter ualet, quia nulla est suspitio. Si uero fiat de bonis tertii, & collata in eius mortem

tem, cum ille morietur, tunc non ualet, per istum tex. in fine, & ita debent limitari illa iura cum suis concordantibus.

Vnde cõclusiue dicendum est quod desiderium alienæ mortis non est simpliciter reprobatum. per d. iura. & facit c. quam præposterum. & c. habent. 13. quę. 2. sed desiderare mortem propter eius bona est prohibitum, quia illud appellatur uotum captandæ mortis, quia cõtinet suspitionem procurandi cum insidiis mortem alterius, contra ius naturale & gentium. le. ut uim. ff. de iust. & iur. & hic sentit glo. in uer. euentus.

25 Sed adhuc † contra istam rationem ita declaratam instatur, quia uidetur quod actus per quem inducitur uotum captandæ mortis & periculum insidiarum uitæ alterius non sit reprobatus, sed recipiatur, ut est tex. clarus in §. sinautem formidolosus. insti. de pupill. substi. & in l. de fideicommisso. ubi similiter est text. clarus. inf. de transactio. Ad hoc contrarium dantur plures responsiones, Prima est quam dedit Angel. & Lancel. hic & in d. l. de fideicommisso. quod aliud est in ultima uoluntate quæ potentior est. l. in testamentis. ff. de reg. iuris. Sed hæc solutio nihil ualet, quia uel a pari procedunt. l. seruum filii. §. eum qui Chirographum. ff. de leg. 3. uel debilior est. §. ex conditionali. insti. de uerbo. oblig. & ibi glo. Item ea quæ sunt contra bonos mores æqualiter prohibẽtur. §. fi. insti. de leg. Secunda est solutio Iaso. in d. l. de fideicommisso. & Dec. hic in 3. notabili. quod accerbissima spes tollitur per uoluntatem testatoris de cuius bonis agitur, & cui succeditur. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. & pupilla. & l. cum pater. §. dammæ. ff. de leg. 2. & quilibet potest imponere legem rebus suis. l. in traditionibus. sup. de pact. Et hanc sequitur Cur. Sed nihil ualet, quia licet sit uoluntas testatoris, tamen non est uoluntas illius de cuius morte quæritur, & propter cuius mortem capiuntur bona, & tractatur de captanda morte hæredis uel alterius grauati, non de captanda morte testatoris, & non tollitur quin honoratus insidietur uitæ grauati, ut dicitur in d. l. de fideicommisso. & d. §. sinautem formidolosus. Et etiam repræhendit eam hic Cagno. Qui tradit tertiam solutionem, quod uotum captandæ mortis non impedit istam pactionem, ut patet in d. l. de fideicommisso. & d. §. sinautem. sed ratio est, quia est contra bonos mores, quia expectatur mors liberi hominis. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerborum oblig. Secundo est cõtra bonos mores, quia est plena tristissimi euentus, & plena insidiarum, Tertio est contra bonos mores, quia iniquum est pacisci de re aliena domino inuito uel ignorante. Sed ipse demonstrauit magis habere uoluntatẽ soluendi contrarium quam quod sciuerit soluere, cum non tollat cõtrarium, quia si est contra bonos mores, æqualiter deberet annullare pupillarem substitutionẽ & fideicommissum sicut istam pactionem, quia in illis iuribus erant illi tristissimi euentus & periculum insidiarum.

Vnde quarto ultra alios dici potest, quod uotum captandæ mortis non semper facit actum esse contra bonos mores & reprobatum, sed tunc facit actum contra bonos mores quãdo inducitur illud uotum ex facto ipsius qui uult acquirere, nam tunc disponens magis demonstrat animum malum, & causatur suspitio quod ipse procurat insidiari uitæ alterius, quia per extrinseca cognoscuntur intrinseca. §. pauonum. instit. de rerum diuis. Sed quando uotum captandæ mortis inducitur ex dispositione uel facto alterius, tunc non est reprobatum, quia non ita apparet de malo animo, nec demonstratur aliquod signum quod ipse uelit insidiari uitæ illius. In illis autem iuribus licet honoratus habeat causam desiderandi mortem grauati, cum per eius mortẽ ipse sit consecuturus hæreditatem uel alias res, tamen hoc uotum nõ fuit inductum ex dispositione ipsius grauati qui sperat succedere, sed ex dispositione testatoris qui uult sibi & alii succedi certo modo, & ꝑpterea ibi actus ualet, & sustinetur, licet fateantur illa iura melius esse quando non inducitur, & sic habes declarationem aliam ad rationem decidendi istius legis, quod ideo reprobatum est pactum quia conuentio erat facta ab illis qui sperabant succedere ex morte alterius, secus si sit facta ab alio, per prædicta. Secundo etiam potest dici quod in dictis iuribus interuenit consensus illius de cuius hæreditate agitur, quia hæres uel alter grauatus a testatore dicitur consentire grauamini acceptando onus. argum. §. hæres quoque. inst. de obli. quæ ex quasi contrac. nasc. cum gl. & l. legem. & l. in traditionibus. sup. eo. Vnde purgatur suspitio & tollitur accerbissima spes, per istum tex. in uers. nisi forte.

26 Sed iterum † instatur contra dictam solutionem de isto tex. uer. nisi forte. ubi per consensum illius de cuius hæreditate agitur pactum non inducit uotum captandæ mortis, & fit ab eo qui sperat succedere. Duæ dantur solutiones per docto. Prima est, quia hoc uotũ non est perpetuum, cum quocunque tempore ille dominus reuocauerit consensum suum annullatur pactio, cum non sufficiat consensus nisi perseueret, & ita dicit Bald. Sed moderni hic quidam repræhendunt, quia hæc potestas reuocandi auget uotum captandæ mortis, quia citius hoc procurabit anteguã reuocet, & sequitur hic Cur. & Cagno. Sed ego puto rationem prædictam esse bonam, quia ille qui scit ab omni uoluntate domini pendere ualiditatem pactionis non ita applicabit animum ad illam acquisitionem dubiam, cum potuerit esse quod ille eam reuocauerit se ignorante, cum reuocatio non requirat eius scientiam, sicut ille qui est institutus in testamento non procurat mortem testatoris, qa ignorat an ipse reuocauerit testamentum, & scit qualibet hora posse reuocare. Item est periculum ne si demonstraret signum aliquod insidiandi & non succederet mors quod ille indignatus incontinenti reuocaret testamentum uel consensum ex sola suspitione. Vnde potius credendum est quod ille qui sperat magis eum affectabitur & ei applaudet & seruiet ut perseueret in uoluntate, & sic ratio ista concludit & reprælensio retorquetur. Secundam etiam assignat rationem Bald. quia non est credendum quod ille dominus consensisset nisi confidisset de eis, & si contrarium postea euenit sibi debet imputari, sicut imputaretur testatori si eius uitæ insidiaretur. Et hanc sequuntur communiter docto. & satis placet. Et potest addi tertia, quia si consensit perinde est ac si ipse disposuisset in testamento suo. Vnde iudicari debet sicut de testamento. prima tamen melior est. Nec obst. quod talis consensus non debet ualidare delictum, ut dicebat Salic. hic in septima oppositione. quia pacisci cum consensu domini non est delictum, & consensus non ualidat delictum sed impedit ne fiat delictum.

Prædicta conclusio ita declarata quæ continet substantiam istius legis. † Ampliatur procedere in multis 27 casibus, & primo ampliatur procedere etiam quod cõuentio sit cum iuramento firmata, quia cum ista pactio sit contra bonos mores naturales non ualidatur iuramento. c. non est obligatorium. de reg. iur. in 6. Nec obstat. c. quamuis de pactis in 6. & l. pactum. inf. de colla. quia in d. l. pactum conuentio non erat contra bonos mores naturales sed contra bonos mores ciuiles, hic uero erat pactio contra bonos mores naturales. Ita tenet Alex. & Ias. post alios quos allegant. & Petrus de Ancha. in consi. 403. uiso. Fulgosi. consi. 73. paterfamilias. & Socci. in consi. 74. Nec ob. quod dicunt Aquens. hic colum pe. quod non sit contra bonos mores naturales. argum. c. quemadmodum. ex. de iureiur. in fi. quia respondetur quod immo est contra bonos mores naturales, quia reprobatur etiam hæc pactio & hoc uotum a iure canonico, ut patet in c. 1. & 2. de concessio. præb. & c. detestandæ. & c. ne captandæ. de concess. præben. in 6. &

in 6.& ibi no.& quia est contra præceptum Decalogi, & inducit peccatum ut dixi per l.ut uim.in fi.ff.de iust. & iur. Secundo ampliatur procedere in filio, ut per gl. 1.& ibi dicemus.

28 Tertio† ampliatur procedere in patre propter generalitatem istius legis. Nec obstat quod in patre non sit suspitio uoti captandæ mortis per legem isti quidem. ff.quod metus causa.& l.cum ratio.ff.de bon.dam.& l. nam & si parentibus.ff.de inoff.testam. quia licet illud sit regulare, tamen in hoc patre paciscente negari potest, quia ex extrinsecis demonstrat malum animum. §.pauonum.insti.de rerum diuis. Nam optime quæri potest quare non adhibuit consensum filii si non desiderat mortem illius,& quare ita paciscitur. Præterea, ut dicebat Iason hic, generaliter disponitur in fine quod nemo sperans per alienam mortem acquirere bona ipsius non possit eo uiuente & ignorante pacisci. Nec ob. d.l.isti quidem. quia contrarium etiam aliquando faciunt parentes, ut patet in l.1.ff.de paric. & facit l. data.inf.de don. in sui ratione.

29 Quarto ampliatur† procedere etiam in eo qui ignoratur uiuere, cum de eius hæreditate agatur. per legem nec nos.inf.de captiuis. & sequitur Cagnolus hic eam defendendo. Sed ego puto eam non esse ueram, quia ibi pactum erat de hæreditate mortui,& in ueritate & in opinione, licet esset dubium,& ibi disponebat tanquam hæres quamuis uere non esset, alias enim sequeretur quod si filius ibi succesisset priuaretur a fisco tanquam indignus. per dictam legem secundam. in fi.ff.de iis quib.ut indig. quod tamen non tenent nec cogitant ibi doctores. Regula ergo legis nostræ tunc procedit quando paciscentes paciscuntur de hereditate uiui sciẽtes eum esse uiuum,& tanquam de uiui hæreditate cõuenientes,& si ignorant, licet conuentio non ualeat ꝑ dictam legem nec nos. tamen non reprobatur, propter rationem leg.nostræ, ne dicamus quod omnis ignorãs mortem testatoris se immiscens in hæreditate priuetur ea,& applicetur fisco. Nec ob. de clerico beneficiato, quia respondi de bet ut dixi sup.in l.1.ubi plenius dicitur de intellectu illius legis.

30 Quinto ampliatur† procedere etiam in ecclesia, quę, cum sit cultrix iustitiæ, debet magis abhorere hanc turpem spem quam priuatus, ut no.in c.1.in titu. de feudi alienatione.& hic Aquens.nu.10.

31 Sexto † ampliatur procedere etiam in uniuersitate, quia & ipsa uenit appellatione personæ ubi militat eadem ratio. l.mortuo.ff.de fideiuss.& l.si a te.ff. ut lega. nomine caueatur.& c.1.§.conuenticulas. & ibi Bal. in 2.no.de pace iur.fir.& Bar.in l.metum. §. animaduertendum.ff.quod.met.cau.cum aliis cumu. per Ias. quẽ sequuntur Aquens.

Sexto ampliatur procedere etiam in muliere ut per Ias.in l.siquis id quod.ff.de iur.om.iud.& no.in l. 2. ff. de uer.signi.& l.siquis maior.& ibi dicam inf. de transactionib.& de minore idem dicunt docto.super uerbo obseruare.

32 Septimo† ampliatur procedere etiam in milite, Primo propter generalitatem textus nostri in fine. Secundo, quia quando aliquid prohibetur ratione turpitudinis uel contra bonos mores, compræhenditur etiam miles. l.miles ita hæredem.§.mulier.ff. de milit. testa. & l.captatorias.C.de milit.testam. Tertio, quia quando agitur de præiudicio tertii miles non est in aliquo priuilegio. l.cum filius. ad finem.ff.de mili.testam. Et l. nec auus.inf.de emanci.lib.ut hic per Iason.& Aquens. Nec obstat lex licet.sup.eodem. quia ibi illa conuentio non reprobatur ex eo, quia non seruatur tanquam sit ultima uoluntas quæ mutari poterat, & ibi specialitas est inter milites, quod licet sint uerba importantia dispositionem inter uiuos, tamen trahuntur ad ultimam uoluntatem.§.1.inst.de mili. testam. nec possent milites facere etiam cum iuramento quod ualeret tanquã donatio inter uiuos irreuocabilis, ut ibi no.

33 Octauo† ampliatur procedere etiam si sequatur ratificatio, quia opportet quod consensus adhibeatur ad faciendum quod conuentio sit reprobata,& impediendũ ne transeat in delictum, & postquam transiuit in delictum & non ualuit non potest postea ualidari per ratificationem, ut no.in l.siquis mihi bona.§.iussum.ff. de acquir.hæredi.& hic tenent Aquenses. Bald. tamen tenet contrarium per legem finalem. infra ad macedon. pro quo potest allegari tex.in c.quod sicut. extra de elect. ubi canonicus spretus potest ualidare per consensum sequentem electionem inualidam. Sed non est recedendum a prima opinione, quia iura allegata incõtrarium loquuntur quando actus in se ualebat sed per obiectionem exceptionis poterat retractari,& ita Abbas in d.c. quod sicut intelligit illum textum, quando electio erat ualida ut ipse ibi declarat colum.3.uer. in glo.consentire.nume. 9. hic autem actus ab initio erat nullus habens annexum delictum. Nec est uerum, quod hic prohibitio ista respiciat solum fauorem domini bonorum ut arbitrantur aliqui. Quia immo respicit fauorem publicum, cum transeat in delictum. argu. legis conuenire.ff.de pact.dota.& le. si unus.§.illud.ff. de pactis. Et licet dependeat a uoluntate domini facere quod non sit delictum, sicut etiam dependet a uolũtate domini facere ꝙ nõ sit iniuria.§.fi. insti. de iniu. & l.uolenti.ff.de reg.iur. & ꝑ Bar. late in l.transigere. ubi dixi.col.pe.inf.de trans. tamen postquam est factũ nõ potest per uoluntatem partium desinere esse delictum, ut dixi in d.l.transigere.& facit.l.potest. ff. de fur. & l. 1.§.1.in fi.ff.ad turpil.

Nono ampliatur procedere nedum in pacto sed in quolibet contractu, ut in fine legis, siue sit contractus principalis, siue accessorius, siue solum obliget bona alterius post mortem illius etiam cum generali obligatione, ut dixi in ulti.notab.

34 Decimo† ampliatur procedere etiam quod pactum fiat de re particulari sine mentione quotæ hæreditatis per textum in fine.ibi, talium rerum,& ibi, alienis reb. & per Bar.in l.cum dominus.§.fi.in fi.ff.de pecul.lega. Perusini hic. Lancello.& Taurin.colu.22.& Cur. colu. 3.& Aquens.columna 2.& Cagnolus numero 91.in ultimo no.& Dec.consi.184.colum.fi.& facit d. l. quidã in iure.§.fi.de donatio. qui declaratur & ampliatur per istum textum non autem corrigitur. Alci.col.3.uer. certos modos.

35 Vndecimo† ampliatur procedere etiam in concessione officiorum, nam siquis concedit officium uiuentis alteri cum uacabit non ualebit concessio, ut per Soccin. consi.53.tenor.uolum.3.& allegat.c.primum.& 2.& c. constitutus.de concessio.præbendæ. ubi episcopus nõ potest alteri concedere beneficium uiuentis. Et plus dicit etiam procedere quando beneficium incertæ personæ concessit, quia ipse uult quod inferior a principe non possit concedere spectatiuã super officiis uiuentiũ etiam non exprimendo personam, per capitulum constitutus.de concessio.præbendæ. Et licet Deci.hic repræhendat quando conceditur beneficium primo uacaturum non exprimendo certam personam, tamen si exprimitur certa persona, ipse tenet opinionem Socci. per istum textum & sic uult quod amplietur iste textus procedere etiam in officiis. Sed incontrarium fortiter facit tex.in c.primo.§. sequens. in titulo de feudo dato in uic.legis commiss.& c.moribus. si de feudo fuerit controuer & c.1. §.siquis.quo tempore miles.& c.1.in princi.qui succes.feudi teneantur.& c.1.episco. uel Abbatem.& c.primo.de clerico qui inuesti. peti. in quib. iuribus dicitur quod dominus potest concedere feudũ uiuentis cum erit ei apertum. ergo eodem modo dominus poterit concedere officium uiuentis cum erit apertum,& officia feuda dicuntur. argum. in rub. & nig. de feudo guardiæ uel gastaldiæ. & de feudo non habente propriam

propriam naturam feudi. & inf. dicam in duodecima limitatione. Nec obstant iura allegata, quia procedunt in beneficiis & clericis in quibus minor debet esse cogitatio temporalium, & hoc magis placet si dominus fecit, quia non militat ratio ita efficax quod inducatur uotum captandæ mortis, ut in seq. ampliatione dicam. Sed si duo fecissent pactum de feudo alterius sub conditione, si post mortem dominus eis concederet, tunc esset magis dubium, tamen puto etiam conuentionem ualere, cum per solam mortem alterius nō succedant, sed requiritur quod etiam superueniat concessio domini quæ dependet a casu, & ideo non est credendum qđ sperans insidietur uitæ illius possidentis propter incertitudinem. Facit lex idem Iulianus. §. const. ff. de leg. 1. Sed si ille impetrasset iam a domino ut a sola morte illius consecutio dependeret, tunc pactum esset reprobatum, sicut si substitutus pupillo paciscitur de hæreditate pupilli uiuente eo. l. 2. §. interdum. ff. de uulg. & pupi. cum simil. alleg. ibi per glo. in uerbo sollicitus. & adde quæ dicam inf. in 12. limitatione.

36 Duodecimo ampliatur† procedere etiam in fideicōmissis conditionalibus debitis fideicommissariis, uel aliis substitutionibus factis de hæreditate testatoris mortui, quia de eis non poterunt fideicommissarii facere pactum cum aliis, uel etiam donare alteri, per istū textum qui uult bona aliena alteri acquirenda per mortem non posse in pactum deduci, ut hic per Aquens. colum. 2. uer. duodecimo. qui respondet ad legem de fideicommisso. quod loquitur de pacto de non succedendo quando remittitur fideicommissum, & sic non continet uotum captandæ mortis, sicut dicitur in c. quamuis. de pactis in 6. Secus autem erit quando ipse fideicōmissarius sperans per mortem succedere fecit pactum in casu quo fideicommissum deferatur, & sequitur Tauri. sub dubitatione tamen. Sed communiter doctor. tenent contrarium, ut Iason dicit in l. 1. sup. eo. & Cagn. hic post Fulgo. uolentes quod pendente conditione fideicommissarius possit uiuente grauato donare ius suum alteri & de eo pacisci, & quod lex quædam in iure §. fi. non loquatur de iure de iure de futuro habente causam de præsenti. per tex. in l. 1. sup. eo. & l. cum proponas. & d. l. de fideicommisso. inf. de trans. & quia hoc solum quod inducatur uotum captandæ mortis non impedit pactionem nisi sit contra bonos mores.

Sed ego puto ampliationem esse ueram, quod immo tale pactum super fideicommisso conditionali non ualeat, quia paciscendo demonstrat desiderium magnum alienæ mortis contra bonos mores. Et ideo in l. 2. §. interdum. ff. de uulg. & pupil. appellatur solicitus de aliena hæreditate, & improbus, & præmatura dicitur conuentio talis. l. 1. §. si impuberi. ff. de colla. cum aliis allegatis per glo. in d. §. interdum. quando substitutus paciscitur de bonis in quibus sperat succedere ex dispositione testatoris, ergo eodem modo in fideicommissis præmatura debet censeri talis conuentio. Facit tex. in l. 2. §. illud. ff. de hære. uel actio. uendi. tenendo utrunq; intellectum, quia si tenetur quod ualet conuentio, ratio assignatur, quia uirtute accessionis ualet. Si uero tenetur intellectus quod ibi pupillus erat mortuus, illud ibi dicitur quia eo uiuo non ualeret. Nec ob. l. de fideicōmisso, quia primo potest dici quod ibi est pactum de non succedendo, quod ualet. per c. quamuis. de pact. in 6. Secundo potest dici quod ibi pactum fuit factum cū eo de cuius morte agitur, unde ualet per textum nostrū in uer. nisi forte. Et si dicatur quod sup. ego dedi nouum intellectum ad illum textum, scilicet quod ibi a testatore erat inductum uotum captandæ mortis, & quando inducitur a tertio a actus ualet. per §. sin autem formidolosus. institu. de pupill. substi. & per consequens nō est contra bonos mores, quia respondetur quod illud procedit quantum ad ualiditatem actus facti a tertio, ut fideicommissi uel substitutionis, sed non procedit quantum ad cōuentionem factam ab eo qui sperat succedere, ut si fideicommissarius faciat pactum, quia tunc pactum non ualet quando est de succedendo uel dispositiuum fideicommissi uel rerum speratarum, sed quando est pactum de non succedendo, tunc ualet. d. l. de fideicommisso. & d. l. 1. sup. de pactis. In quæstione autē præposita non agitur de ualiditate fideicommissi ex facto testatoris, sed agitur de ualiditate actus facti a fideicommissario cum tertio qui non debet ualere p prędicta. Non ob. l. denique. §. si quid. ff. de minor. quia ibi fit renuntiatio, non pactum quæ renuntiatio non inducit uotum captandæ mortis, quia est pactum de nō succedendo, cogita tamen.

Decimotertio ampliatur procedere etiam si illi sperantes succedere paciscantur pro illis partibus pro quibus ad successionē erant peruenturi, Nam adhuc talis conuentio prohibetur, quia non modus paciscendi sed ipsa pactio est reprobata, quia per eam arguimus desiderium turpe & præmaturam conuentionem, ut hic p Rimi. & Cag. nu. 42.

37 Decimoquarto† ampliatur procedere etiam in beneficialibus, in quibus non cadit hæreditaria successio. c. 1. & 2. de conces. præb. & c. detestanda. & c. ne captandæ. de conces. præb. in 6. de quo tamen dic ut ibi & infra per glosam.

38 Decimoquinto† ampliatur procedere etiam quod talis dispositio uel pactio induceret liberationem, ut si filius uiuente patre liberaret debitores paternos, nam talis liberatio non ualeret, & post mortem patris potest illos debitores conuenire, ut per Barto. in l. cum dominus. ff. de pecul. & l. si filius. ff. de sol. dummodo non habeant communionem cum filio in uita patris, quia tūc ualeret liberatio per l. & hæredi. §. filiofamilias. ff. de pact. & l. denique. §. si quid. ff. de mino. Et per hoc infertur, quod prima limitatio Iaso. non est uera, quia text. in d. l. & suum. §. idem probat. loquitur in eo qui renuntiat ius suum, non ius alienum. ut hic per Cag. in 1. limita. & dic ut latius per eum. & Alc. hic col. 4. uer. certos modos.

39 Limitatur† uero non procedere quando quis ꝑmitteret alteri habere licere rem uiuentis quandocunque ad eum perueniat etiam ex successione illius, adiecta stipulatione pœnali. per textum in l. stipulatio ista. §. quæsitum. ff. de uerbor. oblig. Sed communiter doctor. repræhendunt istam limitationem ut hic per Lancell. Dec. col. 2. & Aquens. colum. pe. Taurin. colum. 18. per generalitatem istius legis. Nec ob. d. §. quæsitum. quia ibi non erat facta mentio de successione, & prohibitio legis nostræ habet locum quando quis per mortē sperat habere rem. Si uero per alium modum sperat habere, ut per conditionem casualem uel ex alia causa, tunc ualet conuentio, quia non inducitur uotum captandæ mortis, & ius de futuro, & omnis spes etiam debilis nō prohibetur deduci in contractum. l. si rem meam. ff. de uerbor. oblig. & per Barto. in l. 1. sup. eo. in 3. membro distinctionis suæ. & sunt de mente Iaso. Cagn. & Cur. hic. & si aliqui male referant. Et propterea datur cautela ad disponendum de aliqua re quam quis sperat habere ex successione, ut faciat pactum per uerba prægnantia, non nominando causam succedendi, quia si postea perueniat ad eum ex causa successionis, non inualidatur pactum, quia, ut dixi, omne ius de futuro potest deduci in contractum nisi inducat tristem euentum & uotum captandæ mortis. Si tamen constaret de fraude secus esset, & unum exemplum ponit Cagno. hic ut per eum. faciunt notata per Abbatem in capitulo cum seculum. de iure patron. quando sub generalitate uenditur ius patronatus.

40 Secundo limitatur† non procedere in damnum paciscentis ut ualeat pactum quantum ad faciendum eum puniri, ut hic dicit Bar. quia aufferetur sibi lucrum tanquam ab indigno. l. 2. in fi. ff. de iis quib. ut indig. sed tamen

men hoc dictum non est necessarium, attento quod licet pactum sit nullum, tamen pœna habet locum, quia lex notat factum non autem actum ualidum uel effectum iuris, ut dicitur in l. quid ergo. §. cum autem. ff. de iis qui not. infam. & dixi in l. 1. §. hæc uerba. ff. quod quisque iuris. Quæ pœna habet locum etiam quod conuentio sit facta super una re particulari, & hanc limitationé sequuntur communiter doctor. ut hic per Barto. in tertia opppo si. Iason Paul. de Castro. & Cagno. nume. 42. quia non potest reddi ratio diuersitatis inter casum positum in d. l. quidam in iure. & casum istius legis. maxime quia hæc lex dicit iure antiquo prius dispositum fuisse, & ad illud se refert. Nec ob. quod causa iniusta excusat a pœna, quia non procedit in actu notorie reprobato a iure ciuili, ut per Alex. in consi. 103. colum. prima. uolumi. primo. Et hoc uerum est quando pactum habet suam formam, sed si pactũ ex alia causa esset nullum, tunc non priuaretur, quia de actu nullo non soluitur pœna. l. 1. §. hæc uerba. ff. quod quisque iuris. & not. Iaso. in l. fi. colum. pe. inf. de iure emphyteo. Et Fely. in c. ex tenore. de rescr. uerb. ex rescripto nullo. Et hoc nota, quia inferre potes pulchram restrictionem ad dict. l. quid ergo. §. cum autem. ff. de iis qui no. infam. ut procedat quando actus est nullus propter reprobationem iuris, sed si actus esset nullus ex defectu formæ, ut quia ibi nuptiæ uel sponsalia non haberent suam formam, tunc non procederet illa pœna, per aliam regulam, qa de actu nullo non soluitur pœna, ut tenebant hic communiter docto. ut per Tau. & Cagno. hic numer. 43. ponentes exempla quando pactum non habet essentialia. Sed tamen non placet hæc restrictio ad istam limitationem, quia lex considerauit malum animum a principio, & notauit factum, ut dicitur in d. l. quid ergo. §. cũ autem. ubi nuptiæ erant nullæ ex alia causa quã quod essent binæ eodem tempore, ut quia erant in eo gradu prohibito, & concordat lex eum qui. inf. de adul. & lex amplissimi. inf. de excus. tutorum. cum aliis positis per glosam in dic. §. cum autem. Et ideo limitatio generaliter debet intelligi, quod pactum ualeat etiam quod attendatur in damnum paciscentium ad eorum priuationem, sed tamen pars ipsa non poterit opponere indignitatem, petendo, ut tanquam indignus priuetur, sed * debet esse fiscus, ut est glo. communiter approbata in l. iis consequenter. §. 1. ff. familiæ herciscundæ. & sequũtur hic omnes.

41 Tertio † limitatur non procedere quando plures inuicem conueniunt quod si decedat unus eorum sine liberis hæreditas perueniat ad superstitem uel alium, quia tunc non est pactum de hæreditate uiuentis, sed de re & bonis eorum, ut hic per Ias. & Oldr. in cõs. 139. ad habendum. Et Io. Andr. in addit. speculi. de editione. §. pactum. in ult. col. & Sali. hic cum aliis cumul. per Ias. hic & Aquens. col. pe. & Cur. consi. 1. colum. 7. & Cagno. nu. 52.

42 Quarto † limitatur non procedere quãdo non nominatur persona certa, ut in casu. l. 3. §. de illo. ff. pro socio, ut hic per glosam pen. & Bar. in 7. opposi. & communi- * ter docto. quia uotum captandæ mortis intensius consideratur in persona certa quam incerta, Sed in contrarium facit, quia militat ratio una assignata, quod inuito & ignorante domino disponit de hæreditate uiuentis, Secundo facit, quia promissio siue espectatiua beneficii incerti hominis non ualet. c. 2. & c. constitutus. de concessione præbendæ. & c. 2. de concess. præb. in sexto. Tertio facit, quia idem operatur genus quoad genus quod species quoad speciem, l. si duo. in fin. ff. de administr. tutorum. Quarto, quia procurator incertus non potest constitui, ut per Ioannem de cristis in suo procuratorio, in uerbo certos. Quinto, quia per relationem ad aliud certificatur persona incerta, ergo iudicari debet tanquam certa. d. l. certum. ff. si certum pet. gl. in c. primo. in uerbo certo. de procurato. in sexto. Et ad textum in d. §. de illo. respondetur quod ibi illud cõtingit propter præcedentem contractum licitum, sicut dicitur in d. l. si quis seruum. ff. pe actio. empti. aut quia ibi res efficiebatur communis non propria, uel quia illa lex fuit facta ante generalitatem inductam per istã legem, uel loquitur de hæreditate quæ iam aduenerat, ut patet ibi, quæ iure legitimo obuenit.

Sed tamen per ista non est recedendum ab alia opinione, quæ communis est, ut hic etiam testator Cagn. per illum textum non cauillando eum, qui præsupponit clare conuentionem ualere, & solum dubitat de qua hæreditate intelligatur. Secundo facit text. in c. 2. de præben. in 6. ubi expectatiua ualet ad beneficium primo uacaturum, & in c. dilectus filius. de præben. & cap. si capitulo. & c. si soli. de concessione præben. in 6. cum concor. Tertio facit, quia uotum captandæ mortis non poterit deduci ad effectum propter incertitudinem, & ea quæ generaliter fiunt uidentur neglecta. l. item apud Labeonem. §. primo. ff. de iniuriis. & l. 1. §. dixerit aliquis. ff. nautæ caupo. & stab. Nec obstat quod sit pactio de re aliena inuito domino, quia hoc non sufficit ad inualidandam pactionem, nisi etiam inducatur uotum captandę mortis, ut efficiatur contra bonos mores. Non obstat c. 2. de concessione præben. quia loquitur de concessione præsenti, non de spectatiua. & beneficium uiuentis non potest conferri, uel loquitur in episcopis & aliis inferioribus a pontifice, ut dicitur in c. constitutus. de concessione præben. & in beneficialib. fit stricta interpretatio. Non obstat regula. l. si duo. qa non procedit quando militat diuersa ratio ut hic. Non obstat quod incertitudo certificetur per relationem ad aliud, quia hoc contingit postea ex successu temporis, sed tempore conuentionis erat incertitudo, & sic ualuit & per consequens remanet limitatio communis firmata. Quæ tamen debet intelligi quando sine fraude fuit facta conuentio, non cogitando de certa persona, sed si paciscentes cogitassent de certa persona tacite, tunc non ualeret tanquam facta in fraudem legis. l. fraus. ff. de leg. secundum Bal. & Alci. hic in uerbo certos modos. colu. 6. Qui subdit quod si posidens hæreditatem reperiatur mortuus, & ignoretur a quo, præsumetur mortuus fraude illorum paciscentium, quia fraus probatur coniecturis. l. saccularij. §. 1. ff. de extraord. crim. & l. 1. §. Ité labeo. inf. ne quid in loc. publ. & ibi Alber. & l. dolum. inf. de dolo.

43 Quinto † limitatur non procedere quãdo illa successio est connexa cum hæreditate mortui. nam tunc conuentio ualet. l. 2. §. illud. il primo. ff. de hæred. uel act. uend. nam ibi uenditur hæreditas ab hærede qui erat substitutus pupillo, & tamen hæreditas etiam pupilli, si actum est, uendita erit propter connexitatem, ut ibi glo. in uerbo maxime. cum qua pertranseunt docto. ibi & inf. tangam super glo. Alcia. tamen hic uidetur reprehendere istam limitationem. in uersi. tertius casus. sed infra respondebo suis obiectis.

44 Sexto † limitatur non procedere quando conuentio ueniret ex necessitate pręcedentis contractus, ut in. l. si uero. ff. solu. matri. ubi maritus tenetur restituere uxori omnia quæ peruenient ad maritum ex causa serui manumissi, & conuentio de hæreditate restituenda in uita illius manumissi facta ualebit, & idem etiam probatur in. l. nec. n. ff. de adopt. Et ratio est, quia cum fiat ex necessitate non demonstratur animus insidiandi uel procurandi mortem alterius, neque inducitur uotum captandæ mortis præsumptum. facit lex nec magistratus. ff. de iniur. & lex si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. & lex si quis maior. inf. de transact. ibi, libero arbitrio, a cõtrario sensu, & quod habetur in. l. si intra. ff. de pactis. & in. l. 1. §. 1. ff. de offic. eius. Et ideo dominus qui non potest alienare uasallos. l. inuitus, cũ glo. ff. de fideic. liber. poterit tamen hoc facere ex necessitate imminente, ut per Alex. in consi. 25. col. penul. uol. 5. & ad

5.& ad declerationem.d.l.inuitus.cum glo.uide Rom. consi.26.ad finem.Paul.de Castro consi.74.colum.6.& 7.in antiquis.Barbat.consi.4.uolum.3.& consi.11. uol. 2.& Alex.in l.2.ad finem principii.ff. soluto matrimo. Et Dec.in l.debitorum pactionibus.sup.eo.Et in cons. 689.Cur.iuniorem consi.174.cum multis cumula. hic per Cagno. Et prædictam limitationem comprobant docto.per legem siquis seruum.ff.de actio.emp.qui tamen tex.uidetur probare contrarium,quia negat dictã hæreditatem restituendam,ut patet in fine, tamen quia ex alia causa illud negat, satis præsupponit quod alias teneretur,cum si ipse uenditum seruum manumisisset obligatur ad omne interesse passum per emptorem propter perfidiam suam.l.1.& ibi no.ff.de acti. emp.& in consequentiam etiam restituere hæreditatem quã ex eius morte percepit. Vnde si per pactum promisit eam restituere conuentio ualebit,& sic probat hanc limitationem,& cessant aliqua allegata hic per Taurin.ut hic per Cagnolum.

45 Septimo limitatur†non procedere quando ille de cuius hæreditate agitur consentit,& perseuerat usque ad finem in consensu,nec sufficeret solus consensus nisi ét perseueraret ut hic dicitur in uerbo,nisi forte.Et sic habet locum pœnitentia, & est in eius arbitrio facere qđ habeat effectum uel non,& propterea cessat uotum captandæ mortis,quia,ut supra dixi,posset esse quod consensus reuocaretur ignorantibus paciscentibus, & propter istam dubitationem non ita inclinantur paciscentes ad insidiandum uitæ illius sicut nec etiam hæredes qui instituti fuerunt in testamento inclinantur ad insidiandum uitæ testatoris propter incertitudinem & potestatem reuocandi. Quinimmo potius eos associabuntur & complacebunt ut perseuerent in uoluntate. arg. no.in l.fi.ff.siquis aliq.test.prohib. Secunda ratio assignatur quæ etiam est bona, quia credendum est quod dominus non consensisset nisi confideret de eorum probitate & bona mente. Quam rationem comproba ut per Rimi.hic colum.2.& per Iasonem in sexta. Et iste consensus potest etiam præstari a minore, dummodo sit pubes,quia & pubes testari potest.l. qua de etate. ff. de testamentis.ut per Alcia.Cuius opinio mihi placet, cum non tractetur de eius præiudicio, quia quandocũque ad eius arbitrium potest reuocare.Nec obst.lex pactum quod dotali.sup.eo.quia ibi pactum fuit cum eo de cuius hæreditate agitur hic uero inter tertios eo cõsentiente.Item ibi est pactum de succedendo, hic uero de disponenda hæreditate,quæ sunt diuersa,ut sup.dixi in præmissis,& infra dicam.Item ibi tractatur de obligando patrem ipsum dominum ut teneatur instituere paciscentem,& sic tractatur de obligatione inter paciscentes,hic uero de obligatione paciscentium inter se de hæreditate tertii.Et ibi ratio ꝓhibitionis est ne tollatur libera testandi facultas, hic uero ratio prohibitionis est ne inducatur uotum captandæ mortis,& sic termini & rationes diuersificantur. Nec obstat quod nemo sit dominus membrorum suorum,& quis in necem suam non possit consentire.l.liber homo.ff.ad le.Aquiliam.&l.omne delictum.§.qui se uulnerauit.ff.de re militari.quia respondetur contrarium procedere quando paciscentes haberent animum insidiandi,sed hic nõ cõstat de animo, & per consequens non apparet de delicto,& propter domini consensum præsumitur pactio facta bona fine,& nullum delictum interuenisse, sicut nec etiam præsumitur in substitutione,nisi appareat.§. sinautem formidolosus.inst.de pupil.subst.facit.inst.de iniu.cum suis conc.

46 Sed†tamen iuxta istam limitationem sunt tres difficultates.Prima,an iste consensus sit adhibendus tempore pactionis,uel sufficiat ratificatio.Bal.Salic.& Alcia. colum.4.uers.certos modos.uolunt quod sufficiat ratificatio subsequens,per regulam uulg. quod ratihabitio æquiparatur mandato.l.fi.inf.ad maced.& c.ratihabitionem.de reg.iur.in 6.Deci.consi.31.colum.fi. Secundo facit secundum Cagno.hic. quod ubicunque requiritur consensus alicuius pro interesse suo sufficit ex interuallo illud interponi etiam si actus ab initio sit nullus.Anton.de Butrio quem refert Aret.in l.siquis mihi bona.§.iussum.ff.de acquir.hære.colum.fi.Cur. iunio. in consi.1.colum.7.per textum in c.cum in iure.de electio.& in c.1.de alien.feud.pater. facit quod uoluit Deci.in princ.apostil.text.Et Claud.Aquens.& Aret. col. 2.per textum in l.siquis mihi bona.§.iussum.ff.de acqu. hære.& ibi Ias.colum.fi.uer.limita primo.& Deci. in l.quod ab initio.ff.de reg.iur.& l. semper qui non prohibet.ff.de reg.iur.& hoc probat tex.ibi,iubente & sciẽte,ergo sine scientia uel iussu non debet ualere. Et maxime quia dictio,tunc, refertur ad illud tempus, dum dicitur,tunc enim sublata accerbissima spe. Et confirmatur per uersiculum sed nos.ibi,ignorantibus dominis uel inuitis nihil seruari,ergo infertur quod tunc eo ignorante actus erit nullus,& etiam in fine tex.subiungit super alienis rebus nihil fieri uel pacisci, secta meorum temporum non patitur contra domini uoluntatẽ quæ semper præsumitur.arg.l.qui uas.§. uetare .ff. de fur.& l.pe.§.1.eo.tit. nec consensus superueniens facit desinere esse furtum.Nec ob.contraria,quia illa procedunt quando actus prohibetur ex hoc solo quod non interuenit consensus, sed hic prohibetur propter delictum,& uoluntas superueniens non facit desinere esse delictum,uel actum separatum fuisse a delicto.l. qui ea mente.ff.de fur.& late Bar.ubi dixi in l.transigere.colum.pe.inf.de transact.Nisi forsan in conuentione paciscentes reseruassent consensum illius de cuius hæreditate agitur,nam tunc uidetur esse facta sub conditione (si ipsum præstabit consensum)& pendebit usque ad cõsensum superuenientem,nec potest esse delictum, sicut siquis uendidit feudum uel emphiteosim reseruato assensu domini, non dicitur delinquere nec cadit a iure suo,ut not.per Iasonem & alios in l.2. inf. de iure emphit. Et ideo ego puto opinionem primam non posse procedere nisi in ratificatione sequenti interueniat præsentia partium nouiter paciscentium, alias si partibus absentibus fieret ratificatio,pactum remaneret nullũ, & punibile,& adueniente successione priuandi erunt, & hoc uidetur uerius,licet alia opinio humanior sit. Si tamen contingeret quod primo interuenisset consensus,& postea reuocaretur,& iterum dominus ratificasset,tunc actus posset ualere,quia ab initio habuit essentiam.arg.l.nutu.ff.de leg.3.& l.3.in fi.& l.4. ff. de adimen.leg.coniuncta.l.hæredes palam.§.1.ff.de test. & facit quod dixit Abbas in c. quod sicut.col.2.super gl. consentire. de elect.

47 Secundo † dubitatur an talis consensus debeat præstari coram quinque testibus.& Taurin.colum.12.uidẽtur inclinare quod requirantur quinq; testes, quia iste consensus uidetur habere naturam ultimæ uoluntatis. argum.l.fi.inf.de codicil.& l.fi.inf.de dona. causa mortis. Et etiam sentit Iaso.in 10.notabili.& Cur.iunior consi.94.uolum.prim.cum quantum ad istam partem, quod possit reuocari,sortiatur naturam ultimæ uoluntatis. Sed ego puto quod sufficiant testes ordinarii in contractibus requisiti.l.ubi numerus.ff.de testibus.quia iste consensus non potest esse ultima uoluntas, cum testamentis,non pactis,detur hæreditas.l.hæreditatem. inf.de pact.conuent.& no.per docto.in l.licet.sup.eo. si uero dispositio domini non potest esse ultima uoluntas,tanto minus cõsensus permissiuus siue licentia, taliter quod nec etiam ualebit iure donationis causa mortis,quia consensus permissiuus non disponit, ut ꝑ Bal.in l.1.sup.eo.in 5.opposi.Et esset inconueniens qđ pactum ualeret cum duobus testibus, & consensus qui esset accessorius requireret quinque testes.argum.c.accessorium.de reg.iur.in 6.cum nec sit alienum a dispositione inter uiuos,posse reuocari.l. si pecuniam . ff. de condic

cond.ob ca.& patet in mandato & societate. §.pe.inst. de societat.& §.manet.inst.manda.& sic cessat ratio in qua se fundant tenentes contrarium. Et hoc uidetur uerius & est de mente Alcia.in uerbo. modos.columm. 5. uer.addit Rimi.per l.ubi numerus.ff. de testib.& Soc. in simili casu in consi. 11.uolum.3. Ex qua conclusione infertur, quod hic Riminal.bene dixit in alia conclusione, dum uoluit in 3.notab. quod iste consensus præstitus illis qui de iure non poterunt ab intestato succedere cum aliis qui eos in gradu præcederent, non poterit operari quod illi præferantur aliis succedere uolentibus, cum ipsi etiam inter se non possint facere ut succedant, & dominus per consensum nihil disponat, nec aliquam ultimam uoluntatem inducat, uel per talem modum inducere possit. l.si fratres.§.idem respondit. ff. p socio.& ibi glo. Inter milites uero uideretur esse magis dubium, per textum in l.licet.sup.eo.ubi conuentio inter uiuos fauore militum transfunditur in ultimam uoluntatem, tamen etiam ego puto quod nec inter milites ualebit, cum d.l.licet.præsupponat quod ipsi paciscentes aliquid disponant, sed quando præstatur cōsensus aliis paciscentibus nulla est dispositio, quia, ut dixi, consensus permissiuus nihil disponit secundum Bal.in d.l.1.sup.eo.in 5.oppo.& dixi in rub.sup.eo. Itē dominus consentiens consentit sub conditione si ad ipsos perueniet hæreditas, ergo nō disponit.arg.l. siquis sub conditione.ff.siquis ommissa causa test.& dixi in l.1.supra eo.in ulti.notab.

48 Octauo † limitatur non procedere conclusio istius tex.quando paciscentes credebant mortuum esse dominum hæreditatis, nam pactum ualeret, quamuis uere uiueret, & si moreretur postea, esset seruandum, ut per Alex.in l.siquis mihi bona.§.sed utrum.ff.de acquiren. hære.colu.2.per illum textum, quia credendo eū mortuum non potest præsumi habuisse uotum captandæ mortis, nec demonstrant anhellare eius bona, & sequitur hic Cagno.qui respondet ad l.nec nos.inf. de capt. ut procedat in eo qui erat dubius, sed in hac limitatione præsupponitur pro certo quod credebant eum mortuum. Sed mihi nullo modo placet, quia isti paciscētes si credebant eum mortuum credebant etiam se esse hæredes, cum si non crederent se hæredes frustra paciscerentur, ergo actus eorum non poterat ualere, quia qui paciscitur de re tanquam sua quæ non est sua non obligatur. l.procurator.& l.cum in corpus.ff. de acquiren. rerum dominio. Et tanto magis quando paciscitur tāquam hæres, & uere non sit hæres, ut probatur in d. le. nec nos secundum declarationem quam posui in le.1. sup.eo.quia ibi filius non erat dubius, sed credebat matrem esse mortuam, & est de mente Bar.in d. l.1. supra eo.dum dicit quod ibi erat error, idest errabat in dominio rerum, & in morte matris. Item in illa pactione deficit forma posita hic, quod consentiat ille de cuius hæreditate agitur. Nec obstant contraria, quia bene concludunt quod non delinquunt nec habent uotum captandæ mortis, tamen non concludunt quod actus ualeat ex capite erroris. Si tamen contingeret quod ille tertius informatus de pactione ratificasset & præstitisset consensum, tunc ego puto quod reconualesceret pactum, quia ab initio cessaret ratio delicti quam ego supra ponderaui in uer.sed iuxta hanc limitationem.

49 Nono † limitatur ista conclusio non procedere in foro conscientiæ, quia si uere non fuit uotum captandæ mortis conuentio deberet ualere, quia præsumptiones non attenduntur in foro conscientiæ, ut per Fely. in c.1.colu.11.de const.cum concor. Sed hanc limitationem ego non puto ueram, quia quando aliquid prohibetur propter præsumptionem delicti seruatur ius ciuile in foro canonico, ut per Abbatem de exceptione macedoniani & alia simili exceptione in c.fina.de præscrip.colum.6.uers.hic dicit Bal.num.26.& 27.& allegat Bar.in auth.ad reprimendum.in uer.per denuntiationem.& sequitur hic Felynus & alii. Præterea hęc cōuentio est simpliciter reprobata a iure canonico.c.primo & secundo.& c.proposuit.§.licet autem. de concessione præbendæ.& cap.detestanda.de concessio.præbendæ in sexto. ergo etiam obseruatur in foro cōsciētiæ quantum ad ualiditatem actus.argument.nota.per Abbatem in c.uigilanti.col.pe.& in c.fi.de præscript. Et alia esset in mala fide qui retineret contra pactionē a lege reprobatam, & per consequens peccaret, cum de iure canonico non ualeret pactio.argu.c.2. de maior. & obedien.

50 Decimo † limitatur non procedere in bonis quæ ex alia causa possunt peruenire ad paciscentes quā per mortem, quia pactio tunc indistinctè est permissa, per regulam generalem quam ego posui in l.1.sup.eod. in præmissis & in distinctione Bar.quod super iure de futuro potest fieri omnis conuentio nisi inducat tristem euentum, & etiam sup.dixi in 2.notabili. Vnde indistinctè possunt assignari successores omnibus existentibus in aliquo officio uel dignitate etiam ante finitum officium, quia tunc cessat ratio quod præsumantur desiderare mortem alterius, cum sine eius morte possint habere, & iste tex.loquitur de hæreditate uiuentis & de bonis quæ per modum successionis possunt peruenire ad paciscentes ex causa mortis alterius.

51 Vndecimo † limitatur non procedere in feudis. ut in c.1.§.sequens.de feud.dato in uic.leg.commiss. & c.1.§.si quis.quo tempor.miles.& c.primo.in princi.qui success.feud.teneantur.& c.1.episcop.uel Abbat. & ca. primo.de clerico qui inuest.petiit. cum concor. ut ibi per docto. Et propter dicta iura ego etiam dixi in undecima ampliat.idem esse in officiis temporalibus. argum.rubri & nigri de feud.guard.uel gastal. & de feudo non habente naturam feudi. Et ratio est, quia dominus concedens feuda præsumitur cognoscere legalitatem accipientis, & quod talia reprobata non machinaretur, sicut dicitur hic in textu de domino pręstante cōsensum, qui propter confidentiam quam habet de bonitate paciscentium facit cessare suspitionem delicti, & uoti captandæ mortis, ut dixi in septima limita. Et illa ratio magis militat in principe qui semper pręsumitur uiris idoneis concedere officia.l.2.C.de crim.sacrileg. Item in feudo dominus habet directum dominiū feudi quod concedit in uita possidentis, quod non est hic in promittente hæreditatem alterius. Tertio in feudis ad tempus concessis non cadit successio, hæc autē lex loquitur de bonis quæ acquiruntur per successionem. Et hæc limitatio habebit etiam locum in emphiteosi p eandem rationem ut alteri possit concedi in casu quo erit finita in persona possidentis.arg.no. in l.1. inf. de iure emphyt. & per Iasonem in præludiis feudorum. dum dicit argument.de feudo ad emphiteosim ualere.

52 Item habebit locum in proprieta te, secundum Alciat. hic in uer.certos modos.colum.6.uer.quartus casus. ut proprietarius possit concedere usumfructum fundi qn̄ erit finitus in persona alterius, quia unusquisque dominus potest disponere de rebus suis post mortem suā uel alterius, per tex.in l.mortis causa capio.ff.de don. cau. mort.& uoluit glo.hic in uer.obseruare. Et ad istā duodecimam limitationem uide quæ scribit Sicul.Petr.de greg.in tract.de conces.feu.q.3.ubi dicit conclusionem communem, & limitat dupliciter, & ampliat dupliciter ibi etiam de officio & beneficio, loquitur etiam de iure Regni Siciliæ.

Sexto notandum est, quod pœnæ imponuntur propter periculum alterius & in eius fauorem, cessant si interueniat eius consensus. Nam hæc pactio annullatur propter periculum domini in pœnam paciscentium, tamen illa pœna cessat propter consensum illius de cuius hæreditate agitur si perseueret usque ad mortem. Item prohibitus de re alicuius disponere potest id facere eo uolente. Quod tamen debet intelligi uerum concurrente

currente uno alio, scilicet, quod ille consensus faciat cessare causam prohibitionis, ut in isto tex. in quo propter consensum cessat periculum insidiarum præsumptarum, secus ubicunque per consensum nō cessat causa prohibitionis, ut patet inst. quib. alie. licet uel non. in princ. & per totum.

53 Et propter† hunc tex. dicebat Bal. in l. 1. col. 3. uersic. sed pone. inf. de sec. nupt. quod pœnæ omnes quæ imponuntur mulieri transeunti ad secunda uota cessant si hoc facit consentiente marito, quia imponuntur propter iniuriam mariti, & uolenti non fit iniuria. l. 1. §. usque adeo. ff. de iniur. & sequitur Ang. consi. 396. doctor insignis. & Rom. consi. 219. in themate. Et idem etiam seruandum est si nubat de consensu filiorum. Glos. in auth. de non eligendo. in glo. in uerbo copulantur. & ibi not. Ang. & Bartholomeus Veron. in cautella. 225. si mater. Alex. consi. 63. in dubitatione præmissa. colum. 1. uolum. 5. & Dec. hic. Quod tamen restringi debet ad illas pœnas quæ imponuntur propter iniuriam suā uel filiorum, quia contristatur anima uiri. Sed si essent pœnæ quæ imponuntur quando nupsit infra tempora luctus, quæ etiam in parte seruantur, ut no. in c. fin. de secund. nupt. Et tunc ille remanerent, quia non sunt impositæ propter iniuriam, sed quia actus est contra bonos mores.

54 Secundo infertur † ad statutum disponens quod minor non possit alienare sine consensu consanguineorū. Vnde si testator præstiterit consensum alicui alienationi futuræ, nam alienatio facta per minorem ualebit secundum Bal. hic per l. primam. §. 1. & l. magis puto. §. 1. ff. de reb. eor. Et ideo dicit hic Deci. quod recte fuit consultum Senis quod mulier prohibita alienare ultra quartam partem bonorum suorum non impediatur alienare bona sibi relicta ab aliquo cū potestate disponendi & alienandi, quia ille qui relinquit potuit legem rebus suis imponere. l. legē & l. in traditionibus. supra eo. & c. uerum. de cond. appol. & no. Imola in c. cum dilectus colum. 1. de dona. & glo. & doctor. in auth. excipitur. infra de bonis quæ liber. & in l. quotiens. inf. de donat. quæ sub modo. Et maxime quia hoc statutum odiosum est, ut no. Pet. Anchar. consi. 381. ante determinationem. Et ita determinat Soccinus in consi. 308. in præsenti consultatione. Et hanc partem ego puto uerā, sed non per istum textum, sed per no. in l. in traditionibus. sup. eo. Sed ille qui tradidit non apposuit illam legem, tunc non prodesset illius consensus, quia non cessaret ratio prohibitionis quæ est fundata in imbecillitate etatis, per prædicta. Et oportet quod hæc facultas alienandi detur cum clausula non obstante statuto, qa alias præsumeretur data licentia alienandi seruata solemnitate statuti. arg. no. per Sali. in l. 2. inf. de noxal. & per doct. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. & l. qui testamento. ff. de test.

55 Subdit† postea hic Dec. quærens an testator minor possit dare in testamento licentiam alienādi bona sua filiis suis minoribus. Et Bal. in l. illud. inf. quando decreto opus non est. uidetur tenere quod non & refert Siculus in rub. de reb. eccles. non alien. col. pen. Sed ipse Dec. tenet contrarium & bene, quia ad potestatem disponendi in ultimis uoluntatibus sufficit quod quis sit pubes. l. qua de etate. ff. de testam. & l. Aurelio. §. Gaius. ff. de liber. leg. Nec datur sibi restitutio in integrum, ut not. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad trebel. & tenuit ipse Bal. in l. 1. ff. de rebus eorum. in fine. Et ego puto procedere indistincte ex quacunq; causa faciat, quia in actu testandi est tanquam maior. §. si. insti. qui. & ex quibus cau. man. non pol. Et dum Deci. dicebat quod non datur restitutio in integrum, obstat textus in l. utilitatē. ff. de confirma. tutore. & no. in l. tutor qui repertorium ff. de administrat. tutorum. Sed solue quod illud non fit ratione minoritatis, sed ex alia causa quæ etiā in hac facultate alienandi posset accommodari secundum subiectam materiam, sed extra quæstionem nostram.

56 Septimo † notandum est, quod consensus præstitus ab eo de cuius hæreditate agitur potest reuocari, & ideo sequitur quod contrahentibus ex tali pactione non dum est ius quæsitum, quia non posset postea reuocari. l. fi. ff. eo. & l. debitorum pactionibus. sup. eod. ut dicit Paul. de castro hic. & Petrus de Anchar. in consi. 404. uiso. Et reuocatio operatur etiam quantum ad ipsos contrahentes, quorum obligatio stat in suspenso donec ille moriatur. Ipsi tamen contrahentes particulariter unus sine consensu alterius non possent reuocare, quia contractus quantum ad eos est perfectus sub conditione factus, secundum glosam. institu. de empt. & uendit. in uerbo emptio. & contractus perfectus non potest reuocari, ut ibi. arg. l. sicut. de actio. & oblig. & hic per Cag. numer. 89.

57 Et per† istum textum dixit etiam Bal. in cap. ad nostram il 2. de iureiur. colum. pe. uers. pone filia. quod licet filia renuntians in manibus patris hæreditatem eius teneatur seruare renuntiationem cap. quamuis. de pactis in sexto. tamen si renuntiauit in manibus fratris non tenebitur obseruare etiam stante iuramento si pater reuocauit consensum, per istum textum, quia tunc est pactum filiorum de hæreditate uiuentis patris, & idem si filia simul renūtiat in manibus patris & fratris successioni, & si contingat postea quod pater instituat eam hæredem, poterit succedere, quia pater reuocauit consensum in renuntiatione, & eo renuntiāte pactū remanet nullum non obstante iuramento, quia requiritur perseuerantia usque ad mortem, per istum textum singularem. Sed Iason hic dicit quod Bald. æquiuocat, quia in casu suo agitur de pacto de non succedendo qd̄ firmatur iuramento per dictum cap. quamuis. Sed ego puto quod ipse magis æquiuocauerit, quia Bal. loquitur de filia renuntiante in manibus fratris, & sic est pactum inter fratres de hæreditate uiuentis patris, quo casu non firmatur iuramento, siue sit de succedendo, siue non succedendo, ut dicam super glo. prim. & dixi in præmissis enumerando formas istorum pactorum, in quibus doctores sæpissime æquiuocauerunt. Nam ca. quamuis loquitur solum quando pactum fit cum eo de cuius hæreditate agitur, quo casu non militat ratio huius legis quod inducatur uotum captandæ mortis. sed militat alia ratio, quod tollatur libera testandi facultas l. pactum quod dotali. sup. eo. & l. hæreditatem. inf. de pactis conuentis. quæ ratio cessat in pacto de non succedendo. Sed quando pactum est factum inter tertios de hæreditate uiuentis, non distinguitur an sit pactum de succedendo in hęred. uel non succedendo, quia semper prohibetur, & semper est contra bonos mores, & non firmatur iuramento, Nisi sit consensus illius de cuius hæreditate agitur.

Et ideo ego puto consideranda esse uerba renuntiationis, Nam si sunt directa in patrem, & iuramentum, ut si eius filia renuntiauerit patri successionem, & iurauerit, & tunc pactum ualebit & filia non poterit succedere per dictum cap. quamuis. Si uero uerba renuntiatia sunt directa in fratrem, & iuramentum in fratrem, quia fratri renuntiauit & iurauit, & tunc si pater cōsensit, renuntiatio ualet per istum textum, sed annullatur quando pater reuocauit consensum per rationem Bal. Nec curo an conuentio sit de hæreditate diuidēda uel donanda, uel alia conuentio fuerit, quia hæc lex reuocat omnes contractus & conuentiones. Nec ualet quod per istud pactum non tollatur potestas testandi, quia illa ratio non consideratur in pacto facto inter tertios de hæreditate uiuentis, ut dictum fuit in præmissis. Nec etiam ualet quod pater non uideatur remittere iuramentum per testamentum, quia non est necessarium remittere iuramentum, cum ualiditas conuentionis & iuramenti dependeat a uoluntate domini præstantis consensum, nam si perseuerabit in consensu ualebit pactio

ctio & iuramentum, sed si reuocabit consensum reuocabitur pactio & iuramentum, quia iuramentum habet tacitam conditionem. si dominus perseuerabit in uoluntate. arg. l. fi. inf. de non num. pecu. Et hanc opinionem sequitur idem Iason in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerborum oblig. colum. 6. & Areti. in l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred. Et hæc uera sunt quando renuntiatio fuit generalis facta de successione ex testamento uel abintestato. Sed si fuisset facta de successione abintestato tantum, tunc indistincte filia renūtians posset succedere ex testamento patris, uel ex institutione, uel fideicommisso, quia ei non fuisset renuntiatum, ut hic etiam per Cag. nu. 99. multa cumulantem. Qui et subdit multas quæst. de marito instituto ab uxore qui ex forma statuti lucratur certam partem, de quo dic ut per eum, quia non est materia nostra.

58 Similiter per istum † textum dicebat Deci. in consilio 175. quod si fratres fecerunt inter se conuentionem cū consensu patris de stando testamento patris certo modo facto, & non inducendo eum ad mutandum, si postea mutauit pater testamentum & eos instituit aliomodo, seruabitur institutio, non pactum, quia pater non perseuerauit usque ad mortem, & fratribus non fuit ius quæsitum plene sed reuocabiliter. Et idem tenuit Cur. iuni. in consil. 98. Et ego etiam puto uera prædicta, siue sit facta conuentio de parte hæreditatis, siue de tota hæreditate, siue de re particulari, per istum tex. in fi. ut sup. dixi in 10. ampliatione. cum renuntiatio facta a fratribus inter se in manibus patris operetur solum cōsensum patris, non dispositionem. argu. eorum quæ dixit Soc. in cons. 125. col. 2. uol. 4.

59 Item infertur † ad aliam notabilem quæstionem, qđ si filia renuntiauit in manibus patris uel fratris successionem paternam, maternam, fraternam, auernam, & aliorum quorumcunque, talis renuntiatio non ualebit de successione materna & fratrum absentium & aliorū consanguineorum non consentientium, quia licet respectu successionis patris sit facta cum eo de cuius hæreditate agitur, & ideo ualeat, per cap. quamuis. de pactis in sexto. Tamen respectu successionis matris fratrum & auorum suorum absentium non ualebit, quia in eorum persona non erit pactum cum eo de cuius hęreditate agitur, sed erit pactum inter tertios de successione tertii uiuentis, quod non ualet per istum textum, siue sit pactum de succedendo, siue non succedendo, quia semper est de succedendo in persona alicuius, nec firmatur iuramento, cum totum sit contra bonos mores. c. non est obligatorium. de regul. iur. in 6. ita dixit Romanus in l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred. se cōsuluisse in ardua quæstione. quem sequitur ibi Aretin. colum. 4. & Socci. consi. 73. uolum. 3. & Dec. in d. l. pactum quod dotali. colum. 4. uer. sexto limitatur. inf. de collatio. & in quinta colum. uer. in contrarium allegās multa consilia & authoritates. Et Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbor. oblig. colum. 9. num. 12. Et sequitur hic Cagno. num. 93. dicens se pluries cōsuluisse & consequutum fuisse magnum honorem. Et ideo ad ualiditatem dictorum pactorum oportet quod interueniat præsentia matris uel aui uel aliorum fratrū de quorum successione agitur qui prestent consensum. Nam tunc ualidabitur eorum conuentio per istū textū. uer. nisi forte, si perseuerauerint usque ad mortem. Et Deci. in dictis locis admonet paciscentes ut faciāt eos consentire. Et Socci. in dicto consi. 73. uol. 3. & in cons. 288. uolum. 2.

60 Et ad faciendum † quod illud pactum reuocari non possit & sine scrupulo ualeat, tu adhibeas cautelam aliam, & facias quod notarius scribat renuntiationes separatim uniuscuiusq;, & dicat, & renuntiauit successioni paternæ in manibus patris, & successioni maternæ in manibus matris, & successioni auernæ in manibus auorum, & successioni fratrum in manibus fratrum, uel eorum procuratorum si non poteris habere omniū pręsentiam, uel notarius nomine eorum particulariter stipuletur, & conueniat, nam tunc indistincte ualebit renuntiatio hæreditatis omnium. per. c. quamuis. de pact. in 6. quia erit pactum factum cum eo de cuius hæreditate agitur de non succedendo. In casu tamen quo nō poterit haberi præsentia eorum, & adhibeatur procurator, uel notarius eorum nomine stipuletur, tūc oportet quod sequatur ratificatio eorum in uita ut possit dici quod sit eius expressus consensus quem requirit ista lex, alias non ualeret, ut declarat Soc. in d. consi. 73. colu. 4. uol. 3. & cons. 288. col. pe. uol. 2. & Taur. hic colu. 6. & col. 26. & Cag. hic nu. 93. Et ego puto uerissimum. Quod nota, quia pleriq; in practica decipiuntur, & paucos uidi notarios hanc formam renuntiationis facere, & quod consensus debeat esse expressus, non autem sufficiat sola præsentia, tenent hic Lancel. Dec. Aquen. & Cag. nu. 98. quia uerbum, iubente, positum in tex. aliter non potest procedere sine expressa uiolatione.

61 Octauo † notandum est, quod dispositio facta in tempore inhabili non confirmatur quamuis conferatur in tempus habile, & sic regula. l. in tempus. ff. de hæredib. inst. non habet locum in materia huius legis, & ratio, quia lex resistit propter delictum & spem reprobatam, & quia differendo in tempus habile non tollitur quin de præsenti sit delictum, & non inducatur occasio insidiandi uitæ alterius contra ius naturale. l. ut uim. ff. de iust. & iure. facit lex si minor. ff. de ser. expor. Et in terminis dixit Petrus de Anchar. in c. 2. in 1. no. de concess. præb. facit quod uoluit Bar. in l. impuberi. in princi. ff. de satisd. & per Dec. in l. fœminæ. §. impubes. ff. de reg. iur. Sed si quando actus confertur in tempus habile cessat causa prohibitionis, tunc actus ualet, per d. l. in tempus. & no. in l. quod sponsæ. ff. de dona. ante nup. sicut econtra dispositio facta tempore habili & collata in tēpus inhabile non ualet. d. l. quod sponsæ. & le. Stichus seruus. inf. de manumis. test. & Pau. de cast. consi. 17. colu. 2. in antiquis. Abb. in rub. de test. Bal. inf. ad fi. 1. qu. & Soc. in l. 2. col. 4. ff. de iis quæ pœnæ nomine. & Cagno. hic in princ. leg.

62 Nono † notandum est, quod illud quod non potest fieri pure non potest fieri sub conditione. l. Seius & Augerius. ff. ad l. falc. & Pau. de cast. in l. seruo alieno. §. fi. ff. de leg. 1. Quod procedit non tantum quando est una conditio, sed etiam quando sunt duo conditiones, per istum tex. quia eadem ratio militat quod est contra bonos mores & inducitur uotum captandæ mortis, nec per multiplicatas conditiones tollitur quin paciscētes anhellent ad bona uiuentis cum accerbissima spe. Sed tamen alias, extra istum casum, quod non potest fieri sub una conditione potest fieri sub duplici conditione, ut per Bar. in l. Diuus. §. fi. secundum unum intellectum glo. ibi. ff. de fal. Dicebat tamen Dec. hic quod glo. ibi non approbat illum intellectum, & transit ad aliam solutionem, & merito secundum eum, quia militat eadē ratio in duplici conditione, quia lucrum consequitur si utraque conditio sit uerificata, & ideo glo. ibi aliter respondet, quod specialiter testator ibi ita disposuit, ut uidetur probari ibi, scripturæ testamenti restituatur. Sed tamen Bar. ibi dicit quod primus intellectus glos. fuit approbatus, & alii reprobantur quia continēt diuinationem, & sequitur Alexander ibi in appostillis ad Bartolum. Et Barbatia in consilio 56. colum. 3. uolum. quarto. ubi dicit illum textum esse mirabilem & singularem. Nec obstat ratio Decii, quia negatur quod militet eadem ratio, cum appareat ualde difficile duas illas conditiones simul existere. Ideo lex noluit scribentem ibi puniri.

Distingue igitur in quæstione nostra. Aut per appositionem conditionis tollitur ratio prohibitionis, & tūc quod non potest fieri pure potest fieri sub conditione, ut per Bar. in d. l. Diuus. §. fi. Aut per appositionem conditionis

ditionis non tollitur ratio prohibitionis, tunc quod nõ ualet pure nec ualet sub conditione. per istum tex.

63 Decimo†notandum est ex isto tex. quod non uidetur superfluũ q̃ clarius exprimitur. concordat gl. in c. j. in uerb. filio. de summa trini. in 6. & ibi Domi. & idem Dominicus in c. licet canon. in gl. 2. de elect. in 6.

64 Vndecimo†notandum est ibi, nec hyppothecam. q̃d licet quis possit obligare omnia bona sua præsentia & futura, & effectualiter etiam ueniant bona acquisita p̃ successionem illius qui tunc uiuebat tempore obligationis. l. obligatione generali. ff. de pig. & l. fi. inf. quæ res pigno. oblig. possint. Socci. Ias. & alii in le. qui Romæ. §. Calimachus. in notabil. ff. de uerb. oblig. Dec. in consi. 639. & Aquens. in lege possideri. §. incertam. ff. de acq. poss. Tamen specialiter non potest quis obligare bona sibi obuentura ex hæreditate alterius uiuentis. Et ratio differentiæ est, quia quando generaliter obligantur, pactum potest fieri super hæreditate uiuentis incerti. l. 3. §. de illo. ff. pro socio. Et sic colligitur, quod aliquid potest fieri generaliter quod non potest fieri specialiter. concordat tex. in c. cum seculum. & ibi not. Abb. de iure patr. contra l. si duo. ff. de admi. tuto. quia militat diuersa ratio. facit tex. in l. fi. inf. de remis. pign. & ibi Bar. & quod no. in l. quædam. ff. de acq. rer. dom. & l. 1. ff. de fundo dotali. cum concor.

65 Duodecimo† notandum est ibi, donationis uel aliũ contractum, quod donatio est contractus, propter dictionem alium, de qua per glo. in l. 2. inf. de ser. fug. cõcordat tex. in l. siquis emptionis. inf. de præscr. 30. uel 40. ann. Et istum tex. ad hoc no. Bal. in l. si donationis. inf. de dona. cau. mor. & l. contractus. inf. de fide instr. & Alex. in d. l. donationis. facit l. unica. inf. ut actio. ab hæred. Et ego in rub. sup. eo. ultra alios dixi istud esse de proprietate sermonis ex communi usu loquendi iurisconsultorum qui seruatur in omnibus dispositionibus secundum Bar. in l. 1. ff. de suis & legi. Quia contractus potest dici hinc inde actus duplici respectu, scilicet respectu consensus partium, & respectu obligationis, Nam si habeatur respectus ad consensum, omne pactum & omnis conuentio duorum dicitur esse contractus, idest hinc inde actus ad consensum, quia simul cõsentiunt. l. 1. ff. eo. & dicitur contractus ad differentiam actuum qui expediuntur ex uoluntate unius. l. pactum. ff. de polic. & facit glo. in l. 1. in uer. figuris. in fi. ff. de actio. & obl. & in §. fi. inst. de obl. coniunctis titulis sequ. Aliquando contractus dicitur hinc inde actus respectu promissionis & obligationis, & tunc contractus solum dicitur conuentio correspectiua, quia in ea est hinc inde actus respectu consensus, & obligationis & promissionis, & hoc modo procedit lex Labeo lib. 1. §. 1. ff. de uerb. signifi. & tunc donatio non est proprie contractus nec stipulatio, quia non habet promissionem ab utraque parte, sed tunc appellatur contractus in specie. hic uero capitur contractus in genere qui de proprietate sermonis compræhendit donationem & alia pacta simplicia. per prædicta.

Decimotertio notandum est ibi, secũdum antiquas regulas, quod hoc pactum de hæreditate uiuentis erat contra bonos mores etiam secũdum regulas antiquas, ut patet in d. l. quidam. §. fi. de don. Et ideo hæc lex cõpræhendit casus præteritos, præsentes, & futuros non decisos, quia qui declarat nihil de nouo addit. ut in auth. de filiis ante dotal. instr. natis. §. 1. & no. Bar. in l. omnes populi in 4. q. princ. ff. de iust. & iur. facit quod uoluit Abbas in c. fi. col. 3. in 4. membro. & ibi etiam Dec. col. fi. de const. Nec ob. declaratio Cagnoli quod hæc lex non dicat regulas antiquas disposuisse hoc casu, sed quod uelit tantum annullare hunc casum propter regulas antiquas & earum rationem quod sit contra bonos mores. Nam respondetur quod dato quod esset uerum, tamen non potest tolli quin lex præsupponat q̃d conuentio erat contra bonos mores, ergo continebatur tacite ex mente in regulis antiquis fundatis super ratione, quod conuentiones contra bonos mores naturales sunt reprobatæ. facit lex nominis & rei. §. uerbum. ff. de uerb. signi. & sic in effectu hæc lex declarat quod tacite in antiquis regulis continebatur.

66 Et ex†hoc infertur, quod princeps non potest dispẽsare contra istam legem, per ea quæ no. Abb. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. Et ad textum in cap. ne captandæ. de concessione præbendæ in 6. qui uidebatur facere in contrarium, respondet quod loquitur in expectatiua hominis incerti. arg. l. 3. §. de illo. ff. pro socio. & sequitur hic Cagno. Subdens quod bene posset tollere pœnam indignitatis, ut non posset priuari a fisco, quia illa pœna pertinet ad ipsum. Faciunt etiam ea quę ponit Alberi. & Deci. & Aquenses in l. siquis maior. infra de transact. de pœnis illius legis. & Taurin. hic col. 9. & Cagno. hic num. 79. & 80. latius insistit. Sed incontrarium facit quod supradictum fuit in 10. limitati. de officiis & feudis quæ possunt concedi particulariter etiam uiuentibus possessoribus. Sed responderi potest quod illa procedunt in iis quæ non percipiuntur iure hæreditario, sed ex alia causa, & in iis quæ pertinent quantum ad dominium ad unum ex paciscentibus, & eodem etiam modo potest responderi ad tex. in d. cap. ne captandæ. quia beneficia non habentur iure hæreditario, & sunt Papæ tanquam uicarii Dei, ut habetur in c. ratio nulla. de præbend. in 6. quæstio. prima. cap. fi. & propter maiorem honestatem beneficia diferunt a feudis, ut ibi dixi.

Tamen magistralius decidendo potest dici, cum tota ista decisio sit fundata in præsumptione delicti & p̃curationis mortis, quæ præsumptio potest tolli p̃ principem quia est iuris positiui, ut per Bar. in l. si is qui pro emptore. in materia fictionis & præsumptionis. ff. de usucap. Et ideo recurrendum est ad ea quæ posuit Bar. & doctores in l. omnes populi. in tertia quæstio. princ. ff. de iust. & iur. dum disputant & distinguunt an ualeat statutum contra ius diuinum, & per Abbatem in c. fin. de consuetudine. & per docto. Imolam & Abbatem in c. cum contingat. de iureiurand. in illa quæst. an ualeat statutum quod contractus iuratus non ualeat. Et in ciuitatibus aliquibus possunt esse homines plerique mali, ut in regno, & in aliquibus plerique boni, ut in germania. Vnde non erit inconueniens quod princeps disponat quod talia pacta ualeant, maxime cum iuramẽto. Et esset inconueniens quod consensus unius priuati posset facere cessare præsumptionem mali, & principem non posse. arg. c. per uenerabilem. in 3. responso. inf. qui filii sint legitimi. & §. filiusfamilias. insti. quib. mod. sol. patr. potest. Addit etiam hic Cagnolus studẽs multum in implẽdo folium, an Papa possit sibi eligere successorem, de quo dic, ut per eum, quia ual de distat a terminis nostris.

67 Decimoquarto†notandum est, quod dispositio legis nostræ habet locũ etiã in re particulari promissa ab eo qui per mortem sperabat eam habere, quod uerũ est ut

* sup. firmaui in ampliationib. Et est communis opinio ut hic per Cag. nu. 103. uer. 3. no. Nec ob. l. si rem meam ff. de uerbo. oblig. & lex si rem alienam. ff. de contrah. emptio. quia illa iura loquuntur quando ex alia causa quã ex causa successionis alteri potest acquiri, uel quando generaliter consideratur omnis causa acquirendi, sed iste tex. solum prohibet pactionem quãdo quis sperat habere rem ex successione per mortẽ alterius. Nec obstat. §. post mortem. insti. de inutil. stipula. quia ille tex. loquitur de morte promissoris, & sic quando conuẽtio facta est cum eo de euius bonis agitur, quæ non est de terminis legis nostræ, ut dixi in præmissis, & si loquitur de morte tertii, tunc pactio non fuit facta de bonis illius tertii, sed de bonis paciscentium, ut dixi in princ. 5. notabilis. Subdit etiam hic Cagno. quod quando fuit facta pactio super re particulari quod tota

portio acquisita ipsi paciscenti ex successione applicatur fisco, licet portio tota non sit deducta in pacto, ut per Bar. in l. cum dominus. §. fi. ff. de pecu. lega. Et licet uideatur dubitare Bart. tamen ipse tenet intrepide qd tota confiscabitur, quia offenditur dominus in tota persona, & facit l. uulgaris. ff. de fur. in prin. & probatur in l. 2. in fi. ff. de iis quib. ut indig. & in d. l. quædam. & est communis opi. in d. iurib. ut per Albe. & Raphae. in d. l. cum dominus. §. fi. & in d. l. quædam. §. fi. Et hic perusinos & Lanc. Aquen. col. 3. & Cur. col. 3.

68 Decimoquinto† notandum est, quod factum distinguitur a pacto, ut patet ibi, fieri uel pacisci. arg. not. in rub. de iur. & fact. ignor. ergo pactum non est factum, contra textum in l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. & contractus sunt facti. l. consilio. in fi. ff. de cur. furio. Sed Dec. respondet quod hic fieri capitur pro eo quod fit contra ius & de facto, sed quia pactum fit secundum iura. l. iurisgentium. §. prætor ait. ff. de pact. ideo uidebatur quod saltem pactum deberet ualere, tamē determinatur quod nec etiam pactum ualeat, quia est cōtra bonos mores, & sequitur Cagno. Sed ego puto quod nec oppositio sit ad propositum neq; solutio congruat. Nam iste tex. non dicit an pactum sit facti, sed dicit qd pacisci differt a facto, & tamen clarum est quod pacisci est facti, quia contractus dum sunt infieri sunt facti, secundum omnes in l. 1. ff. de acq. poss. sed non sequitur, ergo pactum uel contractus sunt facti, cum secundum omnes agere est facti, & tamen non sequitur quod actio sit facti, quia immo est iuris. §. 1. insti. de act. Item in di. §. pactus ne peteret. non probatur quod pactum sit factū sed solum dicitur quod in pacto de non petendo uersatur factum, idest promittitur factum, & non ius, ut ego ibi dixi ultra alios in præmissis & figuratione casus. Tamen licet hic & ibi hæc conclusio, quod pactum sit facti, non probetur, tamen uera est in se quod pactum & omnes contractus sunt facti, ut late dixi in tracta. meo de differ. & multipli. signi. iur. & fact. in q. de contractibus. hic uero, ut dictum est, solum dicitur de actu paciscendi. Vnde solutio est ad contrarium, quod licet pactum sit facti, & contineatur sub uerbo fieri, tamen hic non continetur, quia exprimitur separatim, & est alternatiua inter genus & speciem, sicut in illo dicto euangelii, dicite discipulis & Petro, & per glo. in l. 2. ff. ad l. aquil. & l. doli clausula. ff. de uerb. oblig.

Glo. prima. diuiditur in duas partes, in prima arguit quod filii non continentur in hac lege. in secunda determinat quod compræhendantur. Secunda ibi, tu dic

69 contrarium † Et ex ea colligitur, quod hæc constitutio compræhendat etiam filios paciscentes de hæreditate patris uiuentis, tum quia & ipsi insidiantur uitæ suorū parentum, tum quia hæreditas parentum dicitur aliena etiam in filiis. Et hanc secundam rationem approbat hic Cagno. quia secundum eum non est naturale quod filii insidientur uitæ parentum. Et glo. in d. §. pe. instit. quod cum eo. ponit casus speciales. sed ego puto utranque rationem ueram & necessariam, quia non sufficit disponere de re aliena ad hoc ut habeat locum prohibitio istius legis, nisi etiam speret succedere per mortem, & sit suspitio insidiarum, quia alias pactio non esset cō tra bonos mores. Vnde si suspitio insidiarum non militaret in filiis, nec etiam possent comprœhendi sub dispositione istius legis quę præcipue fundatur in periculo insidiarum & uoto captandæ mortis. Et quod filii insidientur parentibus, & lex suspicetur eos insidiari propter desiderium bonorum, concludenter probat. di. §. pe. inst. quod cum eo. & lex prima. ff. ad macedo. Nec obstat quod ponat casum specialem, quia specialitas non attenditur, sed consideratur ratio super qua fundatur, nam si non esset per experientiam cognitum quod filii propter desiderium bonorum insidiantur uitæ parentum, non fuisset factum illud senatusconsultum, & sic demonstratur quod est probabilis suspitio quod filii insidientur uitæ parentum propter bona & generaliter facit totus titulus. ff. de paricidiis. & lex data. infr. de donat. quæ dicit maiorem suspitionem uiolentię cadere inter coniunctos, quia est maior commoditas propter confidentiam, & subdit postea, quod illa lex non erubescit etiā complecti filios & parentes, & sic patet quod & dispositio & ratio utraq; huius legis conuenit filiis paciscentibus super hæreditate patris uiuentis.

70 Et ampliatur† procedere secundum doctores etiam quod filius faceret pactum de sua legitima uiuente patre, quia legitima dicitur esse aliena filio in uita patris. ut no. in l. 1. §. si impuberi. ff. de col. bon. in fi. & Pau. de cast. in auth. si qua mulier. sup. de sacros. eccles. Abbas in consi. 43, uidetur primo. col. fi. uol. 1. & in consilio. 65. agam breuissime. col. 1. Alexa. in l. quia poterat. ff. ad trebel. & in consi. 1. perspectis iis. uol. 5. & Dec. hic. & Alci. quia possent multa accidere quod filius non succedat, & pater non tenetur soluere in uita de legitima, pro condemnatione filii, ut per Bar. in l. sciendum. ff. qui satis. cogan. Et qnod nec etiam inter filios ualeat tale pactum, facit lex si quando. §. illud. inf. de inof. testam. & lex pactum quod dotali inf. de col. cum concor. arguēdo a maioritate, nam si non ualet de iure ciuili pactum de hæreditate uiuentis factum cum eo de cuius hæreditate agitur, tanto minus etiam ualet quando fit sine sciētia, quo casu est locus suspitioni insidiarum. Nec poterit bene filius se purgare a tali suspitione præmature disponendo de bonis patris sine eius consensu per istū tex. qui dicit. quare non adhibuit consensum. Et hanc partem tenet Goza. in consi. 98. in princ. & etiam colu. 2. ubi etiam dicit an præsentia patris in dubio faciat quod inducatur consensus. Nec ob. l. & suum. §. idem probat. & §. si filius. ff. eo. ubi filius uiuente patre, potest facere pactum creditoribus paternis, quia secundum doctores ibi est speciale fauore liberationis, & ibi dicit Alexander quod ille textus non tantum procedit in filiis sed etiam in extraneis liberantibus debitores illius cui sperāt succedere.

Sed ego puto distinguēdum, aut tractatur de pacto liberatorio in parte ad effectum ut non possint debitores carcerari pro debito, & datur eis induciæ quinquēnales uel similes, & tūc satis potest procedere communis opinio, quia illud pactum est ualde fauorabile per l. maiorem. eo. tit. ubi specialiter fuit dispositum quod maior pars possit præiudicare minori in iis quæ respiciūt singulos ut singulos, quod regulariter non solet permitti, ut per Bar. in l. omnes populi. in 2. quæstione. tertiæ quæstio. principalis. ff. de iusti. & iure. & nota. in capi. cum omnes. de consti. Ita etiam specialiter inductum fuit quod illud pactum ualeat factum a filio fauore liberationis in illo casu, & ex serie illius legis cum præcedentibus apparet quod loquitur de illa liberatione temporali. Aut pactum liberatorium fit a filio de creditoribus paternis totaliter eos liberando, & tunc tale pactum non ualet, ut per Bartolum in l. cum dominus. §. fina. ff. de pecul. legato. ubi etiam dixit quod filii succedentes debent priuari ut dixi supra in limitatio. & infra dicam.

71 Sed maius† dubium est, an si parentes faciant pactum de futura successione, filii contineantur in hac lege, ut talis conuentio non ualeat. Et uidetur quod non, quia parentes non insidiantur uitæ filiorum. Sed cruciantur per eorum mortem. l. isti quidem. ff. quod met. causa. Et plura de amore paterno ponit Felynus in c. afferte. de præsumptio. quia nullus est amor qui uincat paternum. Et pulchrum exemplum ponit Barbat. in capitulo in præsentia. colum. 5. de probat. post Andream de Ysernia. Quod accidit in Regno Neapolitano. Nam cum esset accusatus pater & filius de homicidio. finxit Rex uelle suspendere utrunque. Pater uero uidēs quod omnino filius erat moriturus, dixit se commisisse delictum, & ipse solus fuit suspensus, & etiam sequitur hic

tur hic Cag. Sed hoc exemplum parum concludit, quia cum pater uideret utrumque moriturum fecit quod potuit ut filius non moreretur ex quo semetipsum nō poterat liberare, Sed si potuisset liberare semetipsum, ita quod unus eorum solum esset moriturus, forsan ipse nō curasset filium mori ut ipse uiueret prætendens se posse in uno anno facere multos filios, Quidquid tamen sit de illo exemplo, communiter doctores tenent quod hæc lex compræhendat etiam pacta parentum super hæreditate filiorum uiuentium, quia licet cesset sinistra suspitio & uotum captandæ mortis, tamen concurrit ratio generalis posita in fine legis, quod est conuentio facta de bonis alienis contra uoluntatem domini, Sed Deci. dicit contrariam opinionem posse sustineri, quia ratio communis non concludit, cum illa ultima uerba posita in fine legis restringantur per præcedentia, ut intelligatur prohibita conuentio de rebus alienis quando solum inducitur uotum captandæ mortis. & est contra bonos mores, cum, si simpliciter intelligerentur, continerent absurdum & destruerent regulas communes, quod contractus possunt fieri de omnibus rebus quæ sunt in commertio nostro, siue sint nostræ siue alienæ. §. non solum. insti. de leg. §. 1. insti. de inut. stipul. & l. rē alienam. ff. de contrah. emp. & l. si rem meam. ff. de uerborum oblig. Et sic tota decisio legis dependet ab illa ratione, an per pactionem inducatur uotum captandæ mortis siue suspitio insidiarum. Vnde cum secundum communiter doctores in patre cesset uotum captandæ mortis filii & periculum insidiarum. per l. isti quidem. ff. quod metus causa. sequitur quod ex fundamentis cōmunibus concluditur pro opinione contra communē, quod pactum parentum de hæreditate filii non reprobatur, per istam legem. Cagnol. uero uolens sustinere communem opinionem in totum, dicebat quod immo ratio quæ ponitur in fine legis est æque potens cum illa quæ traditur de uoto captandæ mortis, non autem una dependet ab alia, quia utraque ratio simpliciter ꝓfertur, unde sufficit una. arg. §. affinitatis. inst. de nupti. Et ad dic. l. rem alienam. cum concor. respondet quod non loquuntur de contractu facto de re aliena sub spe successionis, Sed ipse inaduertenter incidit in conclusionem Dec. quod illa ratio posita in fine dependeat a prima, & ab ea determinetur, quia si uult quod restringatur finis ad contractus factos sub spe successionis, ergo uult quod tantum procedat quando inducitur uotū captandæ mortis, & est contra bonos mores, quia ita præsumitur in eo qui paciscitur de re quam sperat habere ex successione, ut sæpius dictum fuit. Et ideo adhuc remanet, quod si in patre non est uotum captandæ mortis eius pactum non reprobatur per istam legem. Vnde qui uult tenere opinionem communem, oportet demonstrare quod in parentibus potest esse uotum captandæ mortis & suspitio insidiarum.

Resolutiue tamen loquendo puto opinionem communem esse ueram, quod pactum parentum de hæreditate filiorum per istam legem sit reprobatum, quia in parentibus militat ratio communis, quod continet uotum captandæ mortis, & est contra bonos mores. Nam in eis uerificantur illa uerba quod sit spes alienæ hæreditatis. §. extranei. inst. de hær. qualit. & diff. Item in eis militat quod sit præmatura conuentio. iux. l. 2. §. interdum. ff. de uulg. & pup. & l. 1. §. si impuberi. ff. de colla. bon. Item uerificatur quod sit accerbissima spes, cū paciscantur de re quam non possunt habere nisi ꝑ mortem filiorum. Similiter uerificantur illa uerba, si bonū animum habebat quare non adhibuit eorū consensum. Et est suspitio insidiarum ut probatur ex. d. l. data. inf. de don. & in toto ti. ff. de pari. Et parentes aliquando male sentiunt de filiis propter illecebras nouercales. l. 4. ff. de inof. test. secundum Alc. Non ob. l. nam & si parētibus. ff. de inof. test. & l. isti quidem. ff. quod met. cā. quia illa iura loquuntur secundum cursum naturæ & eius ordinem, secus est in casu nostro qñ ipsi parentes per extrinseca demonstrant ꝙ recedunt ab ordine naturæ nā tunc demonstratur eorum malus animus. arg. §. pauonum. inst. de rer. diuis. & l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de uer obl. Nam cum incipiant facere conuentionē de re quā nō possunt habere nisi per mortē filiorū, necessario demōstrant desideriū eorum mortis, cum non adhibeant eorū cōsensum, ut hic argumentatur tex. facit l. & post emancipationem. §. 1. ff. de lib. leg. & hanc partem sequitur hic Alc. col. 6. & Goza. nu. 10.

72 Et per†hanc considerationem soluitur alia quæstio, an isti patres uel filii debeant priuari successione, tanquam indigni, & applicari fisco, nam quidam dicebant quod non, quia non reperitur expressum, & pœna priuationis non habet locum nisi in casibus expressis. §. cū igitur. ibi, non est lex tale quid dicens. in authē. de non elig. sec. nub. Sed contrarium uerius est, quod immo debeant priuari, quia cum, ut dictum est, paciscendo delinquant & faciunt actum reprobatum contra bonos mores, includuntur in uerbis. l. quidam. §. fi. ff. de don. & d. l. 2. ff. de iis quib. ut indig. Quę pœna in totum etiā habebit locum in filio uel patre liberante creditores alterius in eius uita, ut dixit Bar. in d. l. cum dominus. §. fi. ff. de pecul. leg. quia militat eadem ratio delicti & suspitionis. Nec ob. l. & unum. §. idem dubitat. ff. eo. quia intelligitur quando filius habebat ius obligationis in persona sua, quia fuerunt debitores peculiares, Vel intelligitur de illa liberatione temporali quæ fit ne debitor ponatur in carceribus per certas inducias, ut sup. dixi. Et uidetur tenere Cag. hic in 5. limitat. & nu. 116. & Alc. in uerb. certos modos. col. 2. & Goza. col. 5. nu. 9. q respondet aliquibus leuibus incontrarium deductis.

72 Glo. in uerbo†declarabatur. diuiditur in duas partes. In prima declaratur text. cum ratione. in 2. respondet opinioni quorundam. 2. est ibi, & ideo. Ex prima parte colligitur, quod hic tex. debet intelligi de pactione facta per stipulationem, quia si esset pactio sine stipulatione esset inutilis, cum pactum nudum non producat actionem. l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pact. & sequitur Bar. hic in 2. opposi. & Salic. dicens quod saltem erat aliquo alio legitimo modo uallatum pactum, & est
* communis conclusio. Sed ego puto quod tex. possit ꝓcedere sine aliqua expositione uel subauditione, intelligendo de pacto in genere prout loquitur totus titulus, ut per eundem Bar. in l. 1. in fine. supra eodem. & ideo comprænhendit sub se de proprietate sermonis cōtractus nominatos & innominatos. Item potest etiam uerificari in pacto nudo ubicunque unus ex paciscentibus reperiretur in possessione, & opponeret exceptionem, iuxta legem cum proponas. 2. supra eodem. Et illo casu per istam legem nec etiam prodesset pactum ad exceptionem, & posset tanquam indignus priuari, quia nec naturalem obligationem produceret. di. l. iurisgentium. §. prætor. ff. eo.

Ex secunda parte colligitur quod hic erat conuētio de diuidenda hæreditate æqualiter, & si uni soli obueniret quod similiter diuideretur, uel si forsan æqualis esset successio, quod certo alio modo diuiderent, uel unus haberet certa res particulares, & bene loquitur. Et in omnibus istis modis oportet pręsupponere quod uerba erant directa ad bona, ut promitto tibi dare dimidium hæreditatis uel tertiam partem uel illum & illum fundum si mihi obuenient ex successione.

Tertio colligit, ꝙ nō ualet istud pactū, ꝓmitto ꝙ succedes uel ꝙ succedā, quia hæc non est promissio de facto contrahentium, sed de facto tertii, & promissio de
* facto tertii ex se non ualet, ut no. in l. 1. ff. eo. & hoc sequitur Bar. & cōiter doct. Sed si tale pactum fieret cū eo de cuius hæreditate agitur, tunc ex alia ratione nō ualet, quia tollitur libera testandi facultas. l. pactum ꝙ dotali. sup. eo. & l. hæreditas. inf. de pact. conuen. & le. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. oblig. Fallit

inter milites.l.licet.sup.eo.fauore militum qui præsumuntur ignorare leges.l.1.inf.de testamento militari. & ideo omnis eorum conuentio collata post morté seruatur tanquam ultima uoluntas,ut ibi no.

74 Glo.in uerbo† obseruari.diuiditur in duas partes,in prima supplet ad tex.in secunda colligit argu. Ex prima colligitur quod paciscentes de hæreditate uiuentis non tantum faciunt actum nullum,sed etiam si contingat quod succedant debent priuari hæreditate tanquã * indigni,& applicari fisco,& sequuntur omnes. Sed in contrarium facit,quia hæc lex loquitur de duplici pacto,scilicet de pacto diuidendi hæreditatem inter sperantes, succedere, & de pacto dispositiuo de rebus hæreditariis speratis,& pœna priuationis uidetur esse imposita tantum propter pactum dispositiuum de rebus prout loquitur d.l.quædam.§.fi. Et ideo uidetur quod non debeat extendi ad pactum de diuid.hæreditate.c. odia.de reg.iur.in 6.& c.in pœnis.eo.tit.& §.cum igr. ibi nulla lex dictat.in auth.de non elig. Sed saluando communem opinionem,potest dici quod in d. iuribus continebatur sub generalitate uerborum etiam pactũ de diuidenda hæreditate,ut sup.dixi in notabilibus & præmissis declarando literam.

75 Sed circa istam†pœnam priuationis de aliquibus dubitant hic doct.Et primo querunt,an ista pœna habeat locum etiã in minoribus,uel potius excusentur ab ea, & uidetur primo quod sint excusati,per.l.1.infr. de iis quibus ut indig.ubi minores non uindicantes mortem defuncti non priuantur hæreditate,Sed Lancel.&Dec. & Cur.dicunt quod ille tex.non bene concludit, quia loquitur de delicto in ommittendo, hic de delicto in committendo,quod grauius est,ut per glo.in l.si mora. ff.sol.matr.& in delictis naturalibus non excusatur minor.l.auxilium.ff.de minor.& ita uidetur residere communiter doct.Alc.uero uolens euitare tex.in d.l.auxilium.§.in delictis.dicebat quod ille tex.loquitur quãde delictum est uerum & dolus uerus, hic uero dolus est præsumptus,& delictum præsumptum. Vnde uidetur quod debeat restitui etiam quod sit delictum in cõmittendo,per.l.1.in fi.cum ibi no.ff.de edendo.Placet tamen magis communis opinio,quod minores debeãt priuari,quia hoc delictum est naturale,per.le.ut uim. ff.de iust.& iur. Et hæc lex est notoria & continet factum notorie reprobatum,& præsumptio delicti quæ nascitur naturalis & nascitur ex facto reprobato,Ideo minores non debent posse excusari,ut per Alex. consi. 174.col.5.uer.nam differt.uol.1.facit quod dixit Iaso. post Bar.in l.1.§.nuntiatio.in ulti.col.ff.de no.op.nuntia.& hic Cag.in 10.limit.nu. 74.

76 Secundo†quærunt doct.an alter paciscentium possit ipse opponere de priuatione ista,& ita euitare iudiciũ * & communiter concludunt quod non, sed solus fiscus poterit opponere de ista indignitate & priuatione, ut per gl.in l.iis consequenter.§.1.ff.fam.hercis. & l.hęreditas.inf.de iis quib.ut indig.de qua gl.facit mentionẽ Ias.in l.ex facto.ff.de uulg.& pup.& ibi etiam Aquens. & Pau.de cast.consi.130.col.2.in antiquis.& Barba. in consi.8.uolum.1.& Socci.consi.78.colum.fi. uol.4. & &Cagno.hic num.123.qui infert ad quæstionem de facto contingentem ut per eum.

Tertio quærunt hic doct.quare hæc hæreditas non concedatur consanguineis succedentibus in gradu, iuxta l.1.inf.de sec.nup. ibi quando imponitur pœna propter mores applicatur sequentibus in gradu,Are.dicit quod illa lex.loquitur quando ille qui priuatur est penitus incapax ut in eius persona residere non possit,secus quando delinquens non efficitur penitus incapax, & in eo hæreditas potest residere, quamuis postea priuetur a fisco,ut per gl.in d.l.iis cõsequenter.§.1.in uer. pertinere,& in l.1.inf.de hær.inst. Quæ solutio secundum Papien.hic non assignat rationem diuersitatis de moribus.Vnde secunda est solutio, quod ibi legislator ulterius processit,quæ similiter non tollit contrarium quare ibi ulterius processit.Tertia est solutio,quod ibi non erat delictum naturale,sed solum erat delictum ciuile & contra honestatem ciuilem quæ debetur maritis,hic uero est delictum naturale,& hæc est uera&etiã prima,quidquid dicat hic Cag. qui aliam adducit quæ incidit in idem,quod est delictum contra bonos mores & ius gentium.

77 Quarta est†difficultas, an contrahentes pœnitentia ducti ante mortem illius possint retractando conuentionem euitare illam pœnam indignitatis.Perusini relati hic per Lancel.tenebant quod sic,per.l. Papinianus. §.meminisse.ff.de inoffi.test.Sed Lancel. tenet contrarium,quod immo non sit locus pœnitentiæ. per. l. qui ea mente.ff.de fur.& ibi Bar.Alii se referunt ad distinctionem Bar.in d.l.qui ea mente.sed Taurin.col.15.& Cag.nu.119.tenent primam opinionẽ quod immo habeat locum pœnitentia.arg.l.1.inf.de crim.stelli.& ex pœnitentia tollitur præsumptio doli.Item res est integra antequam hæreditas sit delata,&quando delictum non est consummatum pœnitentia potest habere locũ. Sed istæ rationes non sunt concludentes,quia si nos cõsideramus quod res sit integra semper habebit locum pœnitentia etiam post mortem illius de cuius hæreditate agitur antequam pactum sit executioni mandatũ, cum nullum præiudicium sit sequutum neq; in uita domini bonorum neq; post mortem in bonis,cum insidię non fuerint paratæ eius uitę,neque bona damnificata, Vnde pœna deberet remitti.arg.l.quamuis.ff.de in ius uoc.& ibi gl.& Alex.& l.qui falsam.ff.de fals.Quod tamen est contra illum textum, qui uult quod si instituatur uel alio modo efficiatur hæres quod ei denegẽtur in totum actiones.Vnde uidetur quod lex considerauerit ipsum factum paciscendi & animum malum contrahentium festinando ad bona alterius & non aliquem effectum,& ideo cum factum istud statim sit consumatum,& actus statim sit contra bonos mores,statim successit pœna legis,quæ annullat ipsum actum,& facit ꝙ paciscentes teneantur ad pœnam priuationis quæ mittitur executioni postquam successit in hæreditate. per l.qui ea mente.ff.de fur.cum dictis Bar.ibi,& tanto magis quia reuocatio nihil facit, cum actus iam esset nullus,argum.l.quid ergo.§.cum autem.ff. de iis qui nota. infam.& C.de adul.l.eum qui.& l.amplissimi.C. de excus.tutor.cum aliis allegatis per glosam in d.§.cum autem.Et per hoc cessant omnia adducta per Alciatũ hic quæ tendunt ad demonstrandum quod fisco nondũ est ius quæsitum, nec potest postulari de delicto nisi post mortem. Quia uerum est quod executio uirtualiter fieri non potest nisi post mortem,tamen ante mortem ille est obligatus ad pœnam priuationis & iam actu effectus annullationis est consummatus. Et solum posset saluari alia opinio si pactum fuisset conuentum & non dum scriptum,& sic non habuerit suam formam perfectam,& hanc conclusionem etiam puto uerã si post pactum superueniat consensus domini bonorum,nam actus a principio nullus ex tractu temporis non poterit ualidari.§.1.insti.de exhæred.liber.&l.quæ ab initio. ff.de reg.iur.& l.quod ab initio.eod.tit. Quia non annullatur actus sub conditione si non sequatur consensus.sicut fit in l.unica.D.de contract.iudicum.& l.receptum.ff.communia prædiorum. Sed statim annullatur pure actus quia delictum est consumatum respectu animi,nec expectatur excusatio delicti, sicut etiam fit in aliis casibus in quibus punitur animus licet non sequatur effectus,ut per Felynum in suo tractatu de conatu. & dicta l.qui ea mente.Et facit quod uoluit Bart.in d. l.quamuis. de in ius uocan. dum dixit quando lex non distinguit non habet locum pœnitentia, Et licet hoc uideatur dictum nimis fiscale,tamen in pũcto iuris puto uerius.Siquis tamen uellet defendere communem opinionem quæ humanior est, & eam sequitur Alciat. in uer.

in uer.certos casus.colu.4.potest dici quod istud pactũ non uidetur perfectum nisi sequuta morte illius de cuius hæreditate agitur. Nam sicut quando fit cum cõsensu domini bonorum, pactum stat in suspenso per istũ tex.& ante mortem illius paciscentibus nondum est ius quæsitum, ut posuit Dec.in 4.notabili. Ita etiam uidetur quod hoc pactum sine consensu uideatur stare in suspenso usque ad eius mortem ad effectum ut possit habere locum pœniteatia, Quod tamen etiam parũ stringit, quia non interueniente consensu statim pactum annullatur sine spe reconualescentiæ. Vnde quæstio penderet eb alio, an per superuenientiam consensus pactũ ualidaretur, de quo supra dictum fuit, & Alci. uoluit ratihabitione confirmari.l.1.§.prodest.ff.quor.bonor.& l.1.inf.ad maced. Sed tu dicas ut sup. & adde glo. Bart. & alios in l.non intelligitur.§.quando autem.ff.de iur. fisci.quæ uoluit actum non reconualidari.

78 Aduertas†etiam, quia Bar.hic opponendo super ista glo.præsupponit quod istud pactum ualeat quantũ ad pœnam in odium paciscentium, quod dictum non est uerum nec necessarium, quia cum pactum simpliciter sit nullum, quantum ad omnes effectus est nullum, Nec ad hoc ut pœna habeat locum requiritur ualiditas quã do punit factum, ut in l.quid ergo.§.cum autem. cum glo.ff.de iis qui no.infam. Facit quod uoluit Ias. in le. ubi pactum.col.pe.inf.de transf.& Roman.consil. 483. Cur.in tract.feud.fol.44.uer.17.& facit d.l.3.§. quando.ff.de iur.fis.ubi delictum præsupponitur nullum & quod pœna habeat locum.

79 Sed dubium†est, an aliquando remedium possit inueniri ad euitandum istam pœnam, & Soc.in consi.84. col.4.uol.1.dicebat quod remedium est ut se deferat fisco & lucrabitur medietatem.l.senatus.§.senatus.ff.de de iur.fis.& alia pars dabitur fisco. Sed Cag. tenet contrarium per l.edicto.§.eos.ff.de iure fisci.ubi si ille qui delinquit se deferat lucratur nihil, Nam lucrum medietatis datur illi qui non delinquit.& se detulit, secus autem si delinquit, & allegat etiam no.per Bar. in d. l.senatus.§.senatus, & eundem Bar.in d.l.cum quidam.§. fi.ff.de dona.& Pau.de cast.ibi.quorum dicta dicit posse suppleri ex prædictis. Et ita residet ipse nu.126.uers. ultima dubitatio.& moderni Taur.col.15.cum alia sequẽti. Sed ego puto quod si se deferat, quod habeat tertiam partem, ut probatur in l.1.C.de iis qui se dferunt. lib.10.ubi hæres qui accommodauit fidem & sic delinquit habet tertiam partem si se deferat, & expresse dixit glo.in d.l.edicto.uer.uel. Nec obstat.d.§.eos. quia loquitur de aliis delinquentibus in illis casibus specialibus, ut ibi tenet Bar.in prima solutione. & sentit Lucas de penna in d.l.1.C.de iis qui se defer.col.3. uersi. addo ad hanc materiam.& uer.ex eis quidam sunt totaliter incapaces.col.4. Et hoc ego puto uerum.

80 Ex secunda†parte glos. colligitur, quod præbenda non uacans concedi non potest. Quod sequuntur doctores quando actualiter confertur beneficium, uel aliquis impetrauerit ut statim assequatur beneficium nõ uacans, nam tunc punitur quia excommunicatur & efficitur infamis & deponi debet.c.primo.de concessione præbendæ.nisi habeat iustam causam ignorantiæ. & ibi per glosam & Abbatem.& Oldradum.consi.304. inci.infrascriptæ. In tantum quod si postea eo uacante nouiter impetraret non ualeret impetratio sine dispensatione Papæ, ut per Abbatem in dicto capitulo prim. Et nisi fieret mentio de hoc delicto suo, impetratio esset surreptitia. Abbas in dicto cap.primo. & capi. cum iam dudum.de præbend.& Fely.in cap.postulasti.car. fina. de rescriptis. facit textus in lege sexta.infra unde ui. Et hoc ultimum de obreptione ampliat Dec.hic procedere etiam quod impetrans occupasset illud beneficium prius, antequam uacaret, ignorãter, Nam de ista occupatione ignoranter facta oporteret fieri mentio in rescripto, ut sentit Abbas in d.c.1. dum dicit de eo qui occupauit beneficium uiuentis maxime scienter, & ita iudicatum fuit in parlamẽto delfinali. Si uero quis non impetrauerit beneficium uiuentis ad effectum occupandi non in uita eius sed post mortem, quo casu dicitur impetrare spectatiuam, nõ beneficium. Et in hoc glo.hic secundum Bald.uult quod impetratio ualeat, sed eam intelligit quando impetrauit beneficium primo uacaturum, Sed Dec.negat in utroque casu ualere spectatiuam.

Sed distinguendum est an inferior a principe cõcesserit spectatiuam, ut episcopus, & tunc non ualet, neq; de beneficio certi hominis, neq; incerti.cap.detestandi.de concess.præb.in 6.ibi no. Dominicus in 2.notab. & hoc nouiter ibi inductum fuit, quia secundum leges potuisset spectatiua concedi, & concessio ualeret, per ea quæ dixi supra de feudo. Sed si Papa concessisset spectatiuam, & tunc si fieret de incerto homine ualeret. c. gratia.de rescrip.& c.dilectus filius.de præbend.& ca. ne captandæ.de concessione præbend.in 6. Sed oportet quod impetrans eligat beneficium postquam uacat non autem in uita alterius potest eligere certum beneficium.c.ne captandæ.de concessione præbendæ in 6. Si tamen Papa concederet spectatiuam certi hominis, ualeret de plenitudine potestatis, tanquam ipse sit dominus omnium beneficiorum. ca. proposuit.§.licet.de concess. præbendæ. & ad similitudinem concessionis feudorum ut statim dicam, sed oporteret quod in spectatiua exprimeretur ex certa scientia & motu proprio quia præsumeretur semper obreptio, & propter importuninatem concessa.arg.d.c.ne captandæ.de concessione prębendæ in 6.ut hic per Paulum de cast. & Tauri. col.10. & Felyn. post Bal.in c.nonnulli. in 11. col. de rescr. Et Afflic.in decisi.regni.292. Barba.late in c.constitutus.de rescri.& Cagno.hic num. 129.

81 Secundo†colligitur ex glo.quod feudum uiuentis nõdum apertum domino potest concedi sub conditione, cum erit apertum, & in hoc gl.est communiter approbata per c.1.§.si quis. de feudo in uicem legis commissor.& c.1.qui successor.teneantur.c.moribus. si de feudo defuncti fuerit controuersia.& ibi Andreas de Ysernia.& Aluar.col.fi.uer.quid si dominus.& c.1.§.si quis. quo tempore miles.cum aliis concor. Et ratio est, quia illi qui concedunt dicuntur concedere rem suam post mortẽ alterius, quod permissum est indistincte. §. post mortem.insti.de inutil.stipu.& aperto feudo dominus dicitur habere integrum dominium in eo, & antequam aperiatur habet directum dominium, ut per docto. in l.naturaliter.in princi ff.de acquir.possess.& sicut quis potest donare rem suam post mortem alterius.l. mortis causa capimus.ff.de dona.cau.mor. Ita etiam potest feudum suum concedere post mortem alterius, & sub conditione, si moriatur, & sicut potest conuenire cum alio quod hæredes sui teneantur dare certas res & non ipse, & actio incipiat ab hæredibus & contra hæredes. l.1.infra ut actioni.ab hæredibus.quo casu ille stipulatur rem promissoris post mortem promissoris, ita etiã dominus potest concedere feudum suum post mortem suam uel alterius & post mortem uasalli, & hanc rationem posuit hic glosa. Secunda est ratio, quia in istis feudis non cadit nomen successionis, quia secundus nõ succedit primo, sed habet a Rege ex noua concessione, Hæc tamen ratio parum concluderet, quia nec in beneficiis est successio, ut no.8.quęst.prima.in summa. Tertia est ratio, quia feuda non solent dari nisi personis approbatis quæ per concessionem assumunt nobilitatem & dignitatem. Vnde minor præsumptio est, quod illi faciãt aliquid alienum a iustitia.c.nisi essent. de præb.& dign. Et tanto magis, quia certum est quod omnimodo perueniet ad principem, & ista turpis suspitio ita potest cadere in concedente ut dominus insidiaretur uitæ uasalli ad effectum ut sibi aperiretur, unde sicut in ipso concedente non cadit hæc suspiti o pp dignita-

gnitatem & probitatem, ita nec etiam in eius subrogato. Ideo consuetudo ita innoleuit postea quæ seruāda est, quæ potest ualidare conuentiones & scripturas. argu. c. cum dilectus. in fi. de fid. instr. Et hanc dixit And. de yfernia esse communem opinionem in ca. 1. colu. 7. qui succes. tenea. & tenendam asseruit, licet sit dura. l. prospexit. ff. qui & a quib. dicens quantum periculi & tristissimi euentus immineat possessori feudi ab experto cognouimus, unde Iacobinus de sancto Georgio in suo tractatu in uerbo inuestitura. post Martinum de laude tenuit qđ talis inuestitura non ualebit nisi de homine incerto, & uere ita æquum esset, tamen consuetudo & practica obseruat contrarium ut dicebat Soc. in cons. 73. uol. 3. & ponit Afflict. in decisione regni. 292. dicēs Robertum regem inclitum & sapientissimum sæpissime fecisse tales inuestituras, quia promissionibus alliciuntur animi militum ad fidelia seruitia præstanda, & si prauos euentus sequātur contingit præter uoluntatē concedentis. arg. c. de occidendis. 23. q. 5. & dicit sæpe iudicatum fuisse tempore Regis Ferdinandi. Et nouissime Cagno. num. 134. refert seruatum fuisse in persona ducis Mantuæ qui fuit inuestitus de marchionatu Mōtis ferati sub conditione si præsens moriatur sine liberis, prout postea mortuus fuit, & Dux Mātuæ possidet.

Subdebat etiam Alcia. hic uer. quartus casus. quod idem est in usufructu concesso alteri, quia proprietarius poterit concedere alteri usumfructum post mortem usufructuarii cum ei aperietur. Quod ego non admitto propter similitudinem feudorum, quia in feudis fuit ius moribus inductum, & iura feudorum non possunt allegari ad decisionem aliarum causarum, ut no. in pro hem. feud. Sed tamen opinio potest procedere ex alio capite, quia disponit de re sua post mortem alterius, & nulla potest maior suspitio cadere per talem concessionem quæ esset in persona ipsius proprietarii antequam concederet, cum iam certum erat per mortem usufructuarii peruenturam ad proprietarium. §. finitur. insti. de usufru. Et sicut proprietarius potest uendere ꝓprietatem cum spe quod postea emptori acquiratur ususfructus. §. constituitur. inst. de usufr. & non cadit sinistra suspitio, ergo nec etiam hoc casu. Et si dicatur, saltem uidetur quod hæc concessio sit prohibita procurante eo qui uult succedere, per ea quæ ego dixi ultra alios ad §. sin autem formidolosus. inst. de pupil. subst. Respondetur quod illud procedit in hæreditate in qua quis nō habet spem futuram certam, sed est debilis, & secundū doctores est uana, sed proprietarius habet certissimam spem ut ad eum reuerteret ususfructus, ergo plus ei cō ceditur. Et tanto magis quia non tantum ususfructus reuertitur ad dominum per mortem usufructuarii, sed etiam per multos alios modos. d. §. finitur. inst. de usufructu & per consequens cessat uotum captandæ mortis, & suspitio insidiarum, super quo fundatur prohibitio & reprobatio istius legis. Ex quibus patet quid etiam dicendum sit in ofeudis, de quo late dixi supra in præmissis.

Tertio colligitur ex glos. quod ubicunq; conuentio est de hæreditate hominis incerti quod talis pactio ualet. l. 3. §. de illo. ff. pro soc. & sequitur Bar. & communiter doct. Ex quo sequitur, quod actus propter incer-
82 titudinem sustinetur qui alias non ualeret, & similiter propter incertitudinem actus uitiatur qui alias ualeret. l. tutor incertus. ff. de test. tutel. & c. ad hæc. de rescrip. Et ratio differentiæ est, quia quando actus certus annullatur ex aliqua causa, si interueniat incertitudo, cessat causa prohibitionis, & quando actus certus ualet, ꝓpter affectionem & cognitionem, si sit incertitudo, cessat causa ualiditatis, quia in incertis non cadit affectio, & sic patet quod in utroque casu resoluitur cōtractus, quia propter incertitudinem cessat ratio prohibitionis concessionis quæ est in casu certo. Et hæc conclusio glo. hic procedit etiam quod sit incertitudo de certis, ut si aliquis ex cognatis meis relinquat mihi hæreditatem promitto tibi dare medietatem, & uidetur esse casus. d. §. de illo. quia eadem ratio militat, quia cessat uotum captandæ mortis, & hoc sequuntur hic doctor. etiam in spectatiua beneficiorum. Quod tamen debet intelligi, ut dicebat Alci. post Bar. nisi forsan contrahētes haberent in mente de certa hæreditate certi hominis, sed non expresserunt, propter istam legem, nam talis conuentio non ualeret, l. fraus. ff. de legi. & fraus potest tolli ex multis coniecturis, si forsan pars uel testes dicerēt ꝙ tractatus fuit habitus super certa hæreditate, uel qualitas contrahentium hoc demonstraret, uel forsan inueniretur ille mortuus ignoto authore, iuxta l. sacculari. §. i. ff. de extraord. crimin. Nam ex istis uel similibus coniecturis præsumeretur ꝙ ab initio interuenerit uotum captandę mortis, & pactio non ualeret, cum esset facta in effectu de hæreditate certi hominis uiuentis. arg. l. 1. §. item Labeo. ff. ne quid in loco publ. & ibi Alber. & l. dolum. inf. de dolo. facit quod uoluit Fulg. & Alber. & Alex. in l. si mulier. §. si mulier. ff. ad uelle. Putarem tamen quod propter hoc solū, quod dominus bonorum esset inuentus mortuus incerto authore, non præsumeretur pactio facta in fraudem, nisi forsan aliæ coniecturæ apparerent. arg. l. merito. ff. pro socio. & l. non solum. §. sed ut probari. & ibi Bar. ff. de noui op. nunti. & in c. 1. de scrutinio.

Glo. in uerbo accommodauerit. diuiditur in tres partes, in prima remouendo contrarium colligit unū notabile ex isto tex. in 2. ponit aliud notabile. in 3. ponit limitationem ad primum dictum. 2. ibi, sic. tertia ibi, per stipulationem tamen. Ex prima parte colligitur, ꝙ per pactum quis non potest dare hæreditatem suā alteri, tamen potest alteri paciscenti consentire, sed Bar. dicit quod hoc notabile non colligitur hic, quia hic dominus non consentit pacto quod ipse det hæreditatē, idest pacto dispositiuo de hæreditate & translatiuo hęreditatis, sed solum consentit pluribus paciscentib. sub conditione si ad eos deueniet hęreditas, ita quod dominus non obligatur eis dare hæreditatem, nec impeditur testari. Sed si in pacto contineretur quod ipse dominus teneretur dare hæreditatem, sicut non posset obligari, nec ualeret pactum. per l. quod dotali. sup. eo. & l. hæreditas. de pactis conuentis. & l. hæreditas. inf. de iis quib. ut indig. Ita nec etiam paciscenti consentire, nec obligaretur. & sic hic non consentit illi quod non possit facere, & sequuntur Pau. de cast. Alex. & alii. Aqu. tamen dicunt quod glo. potest saluari, quia hic consensus qui præstatur est reuocabilis super pacto irreuocabili quod ipse dominus facere nō posset, & sequitur hic Cagn. Magis tamen placet opinio communis, quia pactū factum ab istis erat pactum de disponenda & diuidenda hæreditate sub conditione, si ad eos deueniret hæreditas, Quod pactū potuisset optime facere testator, quod in casu quo eos reliquisset hæredes possent disponere inuicē, & diuidere bona hæreditaria. arg. l. fin. inf. fam. hercis. Præterea consensus præstitus est reuocabilis, eodem modo pactum reuocabile ab ipso domino de hæreditate sua ualet, ut in donatione causa mortis, & in donatione inter uiuos suæ hæreditatis, ut inf. dicetur post Bar. Et si opponatur ad tex. iste consensus non debet posse reuocari per tex. in l. quod semel placuit. de reg. iur. in 6. & l. sicut. inf. de act. & obli. Respondetur secundum doctores, quod iste cōsensus habet naturam ultimæ uoluntatis quæ reuocabilis est. l. 3. in fi. ff. de adim. leg. Quæ solutio similitudinarie potest procedere, idest quod sicut ultima uoluntas potest reuocari, ita etiam hic consensus, sed non procedit substantialiter, quia iste consensus non est ultima uoluntas, sed est actus inter uiuos reuocabilis per pœnitentiam, cū nihil impedit actus inter uiuos posse reuocari, ut est societas. §. manet. insti. de societate. & mandatum. §. is qui exequitur. insti. manda. & contractus innominati. le. si

pecu-

pecuniam.ff.de cond.ob cau. & commodatum.

83 Secundo colligitur†ex glo.quod ille qui non potest facere actum potest tamen facienti consentire, & licet possit dici quod nec hoc hic colligatur, tamen Bar. in eo facit duas conclusiones, una est quod quando quis habet plenum ius in re si non potest per se facere actũ nec etiam potest facienti consentire.l.si fundus.§.1.ff.de pignor.Et ratio est, quia consentiens ipse uidetur facere.l.in ædibus.§.quod si filius.ff.de donat. secundum Bald.in l.si ut proponis.in fine.inf.de ser. pignor.dato.manumis.Et sic uerba Barto.resoluuntur, quod si militat eadem ratio, quia non potest per se facere nec etiã potest facienti consentire, alias secus. Vbicunq; enim quis habet ius perfectum, tunc si non potest per se facere non potest facienti consentire, quia ipse uidetur facere, & ille faciens non potest habere authoritatem faciendi nisi illam assumat a domino, & eius nomine faciat, & ideo ipse dominus uidetur facere & per consensum dare potestatem faciendi, & non præstare simpliciter consensum, sicut qui consentit alteri donanti rem suam ipse uidetur donare.Bal.in l.si pater.infra de inofficioso testam.in secundo notabili.quia quando dominus consentit ipse proprie dicitur facere.Bal.in d. ca.si ut proponis.

84 Eadem ratione†dicebat Dec.hic, quod si mulier uel minor prohibetur alienare per statutum, nec etiam poterit alienanti consentire, quia si ipsa habet ius perfectum, nullus potest habere authoritatem alienandi nisi ab ea & eius nomine alienaret, ergo præstando cõsensum dicitur ipsa facere, & succedit regula, quod qui per se non potest prohibetur etiam per interpositam personam.l.3.§.non tantum.ff.de dona. inter uirum & uxorem.facit lex cum quis.§.cum autem.ff.de reg.iuris.& per Bal.in l.2.inf.si aduer.donatio.& Barba.in consi.42.colum.7.uolum.3.Et Claudius Aquens.in l. Gallus.§.uidendum.colum.fi.ff.de lib.& posth.docto.in ca.si quis.de reb.ecclesiæ non alien.Quam tamen conclusionem intellige retentis eisdem terminis & in eodem subiecto rei, ut sit illa met res quam uult alienare & alienanti consentire, Item intellige nisi prohibeatur ex aliquo extrinseco defecto respiciente formam, ut mutus uel infans non possunt stipulari, tamen possent seruo suo stipulanti consentire, ut no.in l.1.ff.de uer.obl.

85 Secunda†est conclusio, quod qui non habet plenum ius, licet non possit per se facere actum, tamen potest alteri consentire, quando per consensum perficit ius alterius.l.si pater, in fi.ff.de manumis.uindict.Et ratio assignatur ibi in tex.quia non uidetur facere, sed potius dicitur non prohibere alium facere, & ideo sequitur, ꝙ si ille qui consentit non posset ius suum alienare, nec etiã posset alienanti consentire, quia talis consensus non pficeret ius alterius, & ideo si statutum prohiberet minorem uel mulierem alienare rem suam, sicut non posset ipsa alienare, ita nec etiam posset alteri uendenti cõsentire, quia licet proprie non alienaret ipsam rem tamen per consensum alienaret illud ius quod habet in re.l.ii.ff.de remissione pignoris.& per totum.& codice eodẽ titulo, & idem etiam esset si consentiret illi qui non haberet reliquum ius in re.Et ideo regula hoc modo resoluitur, quia ubicunque quis non habet ius in re perfectum si non potest per se facere tamen potest facienti consentire quando per talem consensum perficitur totum ius in alienante, quod est quando ille consentiendo potest se priuare iure suo, & consentit illi qui habet reliquum ius, & hoc casu ille qui consentit non dicitur proprie facere de proprietate sermonis, sed alius cui consentit.d.l.si pater.in fi.& l.aliud est uendere.ff.de regu.iur.Et ideo remedium rescindendi contractum dabitur ipsi facienti, non consentienti, secundum Dec.hic & in d.l.aliud est uendere. Et ad prædicta de materia uide Fely.in c.cum te.col.15.uer.3. quia non sequitur.ext.de rescr.Dec.in c.1.& 2.col.6.& c.at si clerici.§.de adulteriis.ext.de iud.& idem Dec.consi.124.col.2.& consi.140.col.2.& consi.251.& Barb.consi.12.col.12.uol.1.dcidentes per prædictam regulam uarias & notabiles quæstiones.

86 Et inter alias†quæstiones plærique moderni hic inferunt ad decisionem quæstionis, quod si per statutum prohibetur minorem uel mulierem alienare sine consensu duorum consanguineorum, quod duo minores ꝓpinqui poterunt cõsentire, quia statutum prohibet minores alienare, non alienanti consentire, & aliud est alienare, aliud alienanti consentire. Quod tamen uidetur esse absurdum, & contra mentem statuentium qui uoluerunt perficere intellectum illius minoris, non debilitare, & si cecus cecum ducit ambo in foueam cadũt §.minor.inst.de excus.tutor.& l.fi.inf.de legit.tutor.& §.fi.inst.de fiduciaria tutella.& in auth.de sanctis.epis.§.1.Nec obstat hæc regula, quia illa procedit in eo qui habet aliquod ius in re, non autem procedit in eo qui habet præstare authoritatem, iux.not.in l. si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acq.hær.Sicut nec etiam tale statutum compræhendit fœminas propter earum imperfectionem, ut no.Dec.in l.2.col.7.uer.25.ff.de reg.iuris, & non esset satisfactum intentioni statuentium nec securitati minorum.Vnde prædicta regula resoluitur sicut quælibet alia regula brocardica iuris, quod aut per consensum præstitum cessat ratio prohibitionis, uel in consensu præstito non militat ratio prohibitionis, & tunc qui non potest uendere uel alium actum gerere ꝑ se, poterit alteri facienti consentire.l.si pater.in fi.ff.de manumis.uindi.nam ibi ratio prohibitionis manumissionis in minore est subspitio subordinationis fiendæ per ipsum seruum. Quæ ratio cessat quando alter maior est dominus & manumittit, quia licet consentiat minor, tamen non est suspitio quod ille maior manumittens qui est dominus subornetur, sed si in consensu non militat eadem ratio, uel per consensum non tollitur ratio prohibitionis, tunc non ualeret consensus, ut est in casu dicti statuti in quo per consensum minorum non tollitur ratio imbecillitatis in alienante, & sic non cessat ratio prohibitionis, & idem etiam esset si forsan minor consentiret alteri domino minori manumittenti, nam tunc per consensum non ualidaretur manumissio, quia non cessaret ratio prohibitionis considerata a lege, & hoc modo considerando resoluũtur omnia quę dicuntur per Aquens.in l Gallus.§.forsitan.col.1.ff.de lib.& posth.& alia quæ possunt allegari.

Ex secunda parte colligitur alia regula, quod qui potest per se potest etiam per alium.de quo Bar.hic & docto.se remittunt.Et per Bar.& omnes in l.1.§.item acquiritur.col.fi.ff.de acq.poss.Fely.in c.quæ in ecclesiarum.in col.3.de const.& in c.1.2.notab.de sum.trinit.& fide catho.& Aquens in l.ut uim.fol.pe.ff.de iust.& iur.uer.succedit alia quæstio.Et Hipol.de mar.in notab.175.& Ioan.de platea in l.unica.col.2.de thesauris.cum aliis cumu.hic per Cag.nu.141.

87 Ex tertia†parte colligitur, quod ualet donatio omnium bonorum collata post mortem, nam licet quis non possit facere pactum dispositiuum de successione, referendo uerba ad successionem, ut si dicatur, promitto quod succedas, uel quod faciam te hæredem, tamen potest quis facere pactum dispositiuum bonorum, ut si dicatur promitto tibi omnia bona mea, uel partem bonorum post mortem meam, quia hæc promissio nõ respicit potestatem testandi directo, cum per eam non prohibeatur testari si alia habeat bona uel habiturus est, & hanc conclusionem sequuntur omnes hic, quando quis donat omnia bona sua præsentia tm̃, quia tunc non aufertur sibi libera testandi facultas neq; directo neq; per indirectum, cũ alia bona possit acquirere de quibus poterit testari Et si uerba sunt dubia, interpretãtur ut sint donata bona præsentia tantum, si actum est ut concedantur ei post mortem suam, ut declarat Alex.

in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uer. obl. col. 5. uer. item inquantum. & Ro. consi. 26. pro decisione. in 3. dubio. & Ang. in cõsi. 125. uiso. col. 1. & Abb. in consi. 17. uidetur. lib. 1. & consi. 48. August. lib. 1. & Dec. hic. Secus si dictum fuit, dono omnia bona mea præsentia & futura, quia tunc regulariter non ualet donatio, quia per indirectum aufertur libera testandi facultas, cum nihil possit habere quod sit suum tempore mortis suæ de quo possit testari, ex quo omnia quæ acquiret efficientur illius cui donauit ex capite bonorum futurorũ donatorum, Nisi expresse reseruasset aliquid de quo posset testari, ut concludunt omnes clare in d. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uer. obl. cum declarationibus inf. tradendis.

Ex ultima parte gl. colligitur, quod donatio omniũ bonorum est donatio causa mortis uel inter uiuos, qđ hic examinat Dec. sed quia alii ponunt super. 3. q. Bar. ideo reseruo ibi dicendum. Gl. in uerb. pacisci. format multas oppositiones quibus particulariter respondet Et primo resoluendo contrarium de. l. rem alienam. ff. de contr. emp. dicit quod regula tex. in fi. dum prohibetur pactum de re aliena contra uoluntatem domini, intelligitur quando per tale pactum inducitur uotum captandæ mortis, quod est quando paciscentes sperant rem alienam de qua paciscuntur effici suam per successionem fiendam propter mortem domini, secus si non habetur consideratio ad acquisitionem per successionẽ sed alio modo potest peruenire ad paciscentes. l. rem alienam. ff. de cont. emp. & §. non solum. inst. de leg. &
* §. 1. inst. de inut. stip. & seq. hic Bar. & communiter docto. & dixi etiam super 1. glo. in q. de parẽtib. post Dec.

88 Et ideo † colligitur hic aliud notabile, quod clausula in fine posita restringitur per præcedentia, & declaratur per ea, & facit ad quæst. de conclusione libelli generali, quæ restringitur per narrationem specialem præcedentem, ut per doct. in l. petens. sup. eo. ubi dixi in 2.
89 notab. post alios. † Et fienda est in materia nostra regula generalis contraria huic tex. quod omnes res alienę deduci possunt in contractum æqualiter, sicut res propriæ, & contractus ualet per prædicta iura, Fallit ubicunque per talem pactionem inducitur uotum captandæ mortis, quod est quando paciscentes sperant habere per mortem domini, & illa spe moti fecerunt pactũ ut hic in l. nostra. secundum mentem omnium. Et sic hic ponitur limitatio & dictum particulare.

Secundo colligitur, quod prohibitio istius legis habet locum quando pactum fit de successione hominis certi, secus si pactum fiat de successione hominis incerti, per l. 3. §. de illo. ff. pro soc. quod intelligitur quãdo non fuit habita consideratio certi hominis in fraudem huius legis, ut sup. dixi ex mente Alc.

90 Tertio colligitur † intellectus ad l. 2. §. illud. ff. de hæred. uel act. uendita. quod ibi dictio maxime. abundat. Quæ solutio est expresse destructiua illius literæ, & eã repræhendunt Ias. Rimi. & cõiter doct. Et ideo Barto. dat solutionem secundã, ꝗ ibi facta fuit uenditio totius hæreditatis testatoris, & sub uniuerso uenit hæreditas pupillaris, & ex ratione conceptionis, & hanc seq. Rimi. & Dec. quia multa ueniunt sub uniuersitate quæ ꝑ se non possunt uenire. l. quædam. ff. de acq. rer. do. & c. cum seculum. & ibi Abb. ext. de iure patr. Et hanc solutionem ego sup. secutus fui. Nec ob. si dicatur quod iste intellectus non potest conuenire quod ibi ueniat ratione connexitatis uel in consequentiam, quia semper ueniret, quod est contra illam literam quæ uult quod nõ ueniat nisi expresse de ea actum sit. Quia respondet Deci. quod illud tolleratur ibi quia accessorie uenit, cum pupillaris substitutio sit pars & sequella paterni testamenti. §. liberis. inst. de pupil. substi. Quæ solutio non tendit directo ad contrarium, nec bene eneruat illud, cum etiam in consequentiam & sub uniuersitate nõ ueniat hæreditas uiuentis. l. 1. §. si impuberi. in fi. de coll. bon. ubi in collatione totius hæreditatis non uenit illa legitima debita in bonis uiuentis. Sed sustinẽdo prædictam solutionem quæ communis est, potest dici qđ ibi non uenit illa legitima, quia ignoratur quanta sit, & posset effici nulla per consumptionem bonorum factã ab ipso patre ignorante in uita, uel diminutionem, sed bene poterit uendi cum uniuersitate, ut uenditio sit facta de illo incerto, per d. §. illud. Tertia traditur solutio quod ibi pupillus erat mortuus sed nondum erat delata hæreditas, & ille tex. uult quod siue sit delata siue nõ quod illa hæreditas ueniat, dummodo pupillus sit mortuus. Quæ solutio in se non habet difficultatem in decisione, & eam sequun. Aquens. Papiens. & Christofol. de castelione. & Fulgos. propter uerbum hæreditas, quod præsupponit mortem pupilli. Sed Cag. dicit diuinatiuam. quia tex. negat delatam quod de proprietate cõpræhendit hæreditatem uiuentis, & proprietas attendi debet. l. non aliter. ff. de leg. 3. Sed non bene fecit põderationem, quia delata dicitur hæreditas proprie quã do extitit omnis conditio, & sublatum est omne impedimentum. l. delata. ff. de uer. signi. ideo etiã post mortem potest non esse delata hæreditas proprie. Et sic hæc solutio potest procedere, tamen non potest negari quod aliqualiter non sit uiolatiua literæ, quia nõ fuisset probabilis ratio dubitandi quare non deberet uenire. Vnde prima solutio est communior & notabilior. Nec ob. quod alias sub uniuersitate semper ueniret, ꝗa respondetur quod immo non debet uenire propter dubitationem delicti, & bona nunquam ueniunt in dubio quando est periculum quod paciscentes incidant in pęnam, ut no. in l. obligatione generali. de pigno. de obligatione uel pignoratione feudorum. Et quando hæreditas uenit sub uniuerso, uel ratione connexitatis, non uidentur paciscentes cogitare de morte alterius, seu habere uotum captandæ mortis, quia propter aliam rem & ad alium finem facta fuit conuentio, & idem dicendum est in casu. l. si quis seruum. ff. de act. emp. & clarius in l. si uero. ff. so. matr. & hic per Bar. & omnes.

Ex ultima parte glo. colligitur, quod pactum de futura hæreditate consideratur duobus modis, nam quodam est pactum de succedendo, & de ipsa successione, & ut succedatur, & istud prohibitum est per l. pactum quod dotali, sup. eo. & l. hæreditas. de pactis conuentis & l. pactum quod dotali. inf. de colla. & de hoc non loquitur ista lex. Quodam est pactum de disponenda hæreditate quando erit per successionem acquisita, & hoc non erat ita clare prohibitum, sed fuit prohibitum per
* istam legem, & sequuntur communiter docto. sed ego sup. in præmissis clarius distinxi, & statim repetam simul cum theorica Bar.

91 Extra glosam † Bart. plenius complectendo materiã eam examinauit per quattuor principales quæstiones, ad quas semper recurritur, Sed intelligibilius procedẽdo oportet distinguere ut dixi in præmissis, quia pactũ de hæreditate uiuentis potest principaliter fieri duob. modis, Aut fit cum eo de cuius hæreditate agitur, Aut fit inter plures de hæreditate tertii, Circa primum pactum potest fieri etiam duobus modis, primo disponẽdo de bonis, referendo uerba ad bona, ut dono tibi omnia bona mea uel partem bonorum, uel uendo tibi hæreditatem meam post mortem meam. Secundo referendo uerba ad successionem, ut promitto tibi quod succedes, uel te faciam hæredem uel instituã. Et hoc secundo casu rursus potest pactum concipi trib. modis, quia Aliquando fit de conseruanda successione, Aliquando de amittenda successione, quod alio nomine appellatur pactum de non succedendo, Aliquando de inducẽda successione, quod alio nomine appellatur pactũ de succedẽdo, & iis omnibus formis potest fieri pactum cum eo de cuius hæreditate agitur. Circa secũdum principale, quando pactũ fit inter tertios de hereditate tertii uiuentis, tunc põt cõcipi quattuor modis. Nam

Nam aut fit pactum inter tertios de conseruanda successione eis in hæreditate tertii quam sperant habere, Aliquando fit pactum inter tertios de amittenda successione sperata, ut si unus ꝓmittat nõ succedere in bonis alterius tertii. Aliquando fit pactum de inducenda successione, i. succedendo certo modo, & iis tribus modis uerba referuntur ad successionem, Aliquando fit pactum super bonis, referendo uerba ad bona sperata, ut unus donet bona sperata alteri, Quos omnes quatuor casus Barto. commiscuit sub suo quarto confundendo.

Sed ego particulariter tractabo eos constituendo duas partes principales in hac materia. s. quando pactum fit cum de eo cuius hæreditate agitur, & quando fit inter tertios de hæreditate tertii, Quæ partes habēt suas proprias rationes super quibus fundantur non se inuicem tangentes, & habent suas proprias limitationes taliter separatas quod limitationes unius materiæ contradicunt limitationibus alterius materiæ, ut sine prædicta diuisione nodus inestricabilis insurgat. Prima igitur pars in materia generali pactorum de hæreditate uiuentis, est quando pactum fit cum eo de cuius hæreditate agitur. Et in ea, quando reprobatur pactū per leges, reprobatio fundatur super ratione quod qs non potest sibi auferre liberam testandi facultatem, de qua ratione habetur in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. oblig. & l. siquis in principio testamēti. ff. de leg. 3. Et si tollatur libera facultas testandi, pactum non ualet, & si non tollatur, directo uel per indirectum padum ualet. Ideo tot erunt limitationes ad hanc partem materiæ quot casibus pactum non auferret liberam testandi facultatem, Et nulla habebitur cōsideratio de uoto captandæ mortis, de quo dicitur in ista lege. quia hæc ratio non conuenit huic parti. Verumtamen, quia ut dictum fuit, aliquando uerba pacti referuntur ad successionem, aliquando referūtur ad ipsa bona, quæ conceptiones operantur diuersos effectus, separatim de utraque conceptione uidendum est.

92 Et primo† quando uerba referuntur ad successionē, quia ut dictum est de tribus fieri potest. Bart. quærit an ualeat pactum de conseruanda successione, idest quod successio quæ sibi de iure competit conseruetur & non auferatur, Et Bar. concludit quod siquis priuatur potestate succedendi propter delictum, quod pactum ualet si delictum est præteritum. per l. fi. inf. de reuoc. donat. sed si delictum esset futurum, tunc non ualeret pactū, quia inducerentur paciscentes ad delinquendum. l. cōuenire. ff. de pactis dotal. & sequuntur communiter do* cto. Sed in contrarium facit, quia potestas succedendi non dependet a uolūtate illius cui succeditur, quia successiones lege deferuntur. l. obuenire. ff. de uerbo. sign. & l. si fratres. §. idem respondit. ff. pro socio. & in rubro & nigro. ff. & infra de legitimis hæred. & instit. de legitima agnat. succes. & de cognator. succes. & ius publicū pactis priuatorum tolli non potest. l. ius publicum. ff. de pactis. Secundo facit, quia si aliquis priuatur potestate succedendi propter delictum, ut si est deportatus, uel hæreticus, uel aliter incapax, non potest per pactū effici successibilis, quod patet, quia testator in testamēto nihil potest relinquere. l. 1. inf. de hæred. instit. & l. in tempus. ff. de hæred. instit. argum. a speciali. Similiter si est spurius non potest effici successibilis per pactum. auth. ex cōplexu. infr. de natur. liber. & facit lex pactum quod dotali. sup. eod. & lex hæreditas. infr. de pactis conuentis. quia hæreditas solum per homines potest dari ex testamento, non per pactionem uel conuentionem inter uiuos, ut in d. iuribus. ergo nec etiam per pactionem potest conseruari. Cagno. hic num. 157. sentiens difficultatem conatus fuit saluare Bart. dicens quod Bart. non intellexit de illis qui priuantur successione ex dispositione iuris, quia cum non possint succedere non potest per pactum induci conseruatio successionis sed quæstio Bart. fuit de illis qui de iure possūnt succedere, sed ex uoluntate ipsorum quibus succeditur possunt priuari, & sic restringit quæstionem Barto. ad illum casum solum ingratitudinis. Quæ restrictio licet in se possit procedere, tamen non saluat Barto. quin sit defectiuus, & quæstio sua non sit imperfecta & diminuta & sine ordine theoricali quē uidetur uoluisse tradere. Præterea titulus quæstionis non conuenit, quia tunc non est quæstio de conseruanda successione neque pactum, sed esset pactum de non opponēdo ingratitudinem siue delictum ingratitudinis, cum commissa ingratitudine remanet filius successibilis tam ex testamento quam abintestato non opponente patre, per d. l. fi. de reuoc. donat. si non est delictum priuans ciuitate uel familia. Vnde non potest dici quod conseruetur successio quæ sine pacto poterat habere locum, sed solum pactum operatur quod non potest pater opponere ingratitudinem, & inducit quandam replicationē filio si contra pactum opponeretur de ingratitudine, argu. l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & §. primo. inst. de replic. Et cum per ingratitudinem esset acquisitum unum ius priuandi filium per pactum, postea pater ei renūtiauit, quod potuit facere, iuxta. l. si unus. §. illud. ff. de pact. & l. penul. sup. eo. Et sic pactum non conseruat successionem quæ sine pacto competebat, sed solum tollit obstaculum quod poterat obiici, & eneruat potestatem exhæredandi, & sic quæstio resolui tur, an per pactum possit remitti ingratitudo, non autē an possit conseruari successio.

93 Et in quæstione† de conseruanda successione, resolutio fienda est contra Bar. quod successio non potest cōseruari per pactum, quia ius publicum &c. l. ius publicum. ff. de pact. Et ideo tex. in l. siquis filio. §. irritum. uer. nisi. inf. de iniust. rupt. & irr. testamento. cum gloss. permittitur. & l. 1. & 2. ff. de ueter. militum succes. & l. cum is status. §. si miles. ff. de don. int. uir. & uxor. dicūt quod oportet per iudicem conseruari successionem. Similiter contra Bar. in secunda conclusione, quādo quis priuatur successione propter iuris rigorem, facit, quia successio est iuris publici ut dictum fuit, & non potest per pactū mutari, & pater non potest emancipando filiū cōseruare successionē in præiudiciū suorū hæredū ei abintestato succedentiū, neque facere ꝙ ipse in successione retineat iura suitatis, quia est effectus iuris priuatiuus qui incontinenti succedit, & non potest per hominem impediri. arg. l. non potest. ff. de fur. & l. 1. §. 1. in fin. ff. ad turpil. Vnde fuit necessarium quod per legem disponeretur quod filius qui efficitur sui iuris per priuilegium retineat iura suorum hæredum, iuxta. §. illud. in auth. constitu. quæ de dign. & l. cum in adoptiuis. inf. de adopt. & §. sed hodie. instit. de adopt. quia alias nunquam poterant succedere abintestato tanquā sui, nec etiam ex testamento, licet eos potuisset tanquā extraneos in testamento instituere. Quod etiam confirmatur per tex. in d. §. fi. inst. de legit. agnat. succes. ubi licet pater posset sibi conseruare successionem abintestato, tamen non poterat conseruare suam ipsi filio, neque successionem filii aliis fratribus uel agnatis. §. 1. inst. de succes. cognat. Neque etiam dando filium in adoptionem poterat successionem conseruare sibi uel aliis filiis, neque suam filio dato in adoptionem. §. emācipatos. instit. de exh. lib. §. emancipati. inst. de hære. quæ abintest. & d. l. cum in adoptiuis. infr. de adopt. & §. per emancipationem quoque inst. quib. mod. sol. patria potestas. Tertio facit tex. in l. cum duobus. alias si fratres. §. idem respondet. ff. pro soc. ubi dicitur quod non potest quis præferre ulteriorem agnatum ꝓximioribus. & glo. ibi dixit. s. abintestato. secus si ex testamento, & sic patet quod licet quis possit testando facere non uocatos a lege succedere, tamen non potest facere quod ab intestato aliter succedant quam disponat lex. Confirmatur per tex. in l. pactum quod dotali sup. eod.

eod. ubi pater per testamentum potest facere quod filia succedat, sed per pactum nõ potest facere quod succedat. Ad idẽ text. in §. sciendũ. inst. de succes. cogn. ubi per capitis diminutionẽ priuantur agnati, & tamẽ absurdum esset quod per pactum potuisset fieri contra legem quod succederent. Et eodem modo potest induci lex fin. ff. unde liberi. & l. quidam cum filium. ff. de uer. oblig. non potuisset fieri conuentio quod non obstante emancipatione uel exhæredatione cõseruaretur ius
* successionis, Et hæc uidetur esse communis opinio per ea quæ dicunt docto. in q. illa de statuto. Nec obst. d. §. fi. inst. de leg. agn. succes. quia ibi est casus specialis qui per legem permissus erat expresse ut pater posset tunc conseruare ius succedendi, sed per illum tex. non cõcedebatur aliis cognatis, & illud solum eueniebat in illa emancipatione quæ fiebat secundum formam positam per Theopil. in d. §. per emancipationẽ. inst. quib. modis sol. patria potest. Et pactum iunctum cum dispositione legis plus poterat quam pactũ solum. ut per Bart. in c. ueniens. de iur. iur. Et ideo ex illo tex. non potest inferri ad alios casus, sicut nec etiam de iure antiquo inferebatur, & quod concedebatur patri non concedebatur filio, econtrario neque aliis agnatis. d. §. emancipatos. insti. de exhær. liber. cum cõcorda. Remanet igitur, quod pactum de conseruanda successione non ualet, siue priuatio contingat propter delictum, siue propter iuris rigorem, siue impediatur succedere ex testamento, siue solũ priuetur successione abintestato, quia cum statim fit quæsitum ius tertio per legem, pactum priuatorum tollere non potest. l. fin. ff. eo. & l. debitorũ pactionibus. sup. eo. cum aliis supradictis.

94 Ex quo† sequitur, quod si statutũ disponit quod mulier priuetur successione abintestato extantibus masculis, quod si dotetur & faciat pactum quod possit succedere abintestato quod illud pactum nihil ualet contra statuti dispositionem, & non obstante pacto filia excluditur a successione abintestato, quia ius acquisitum filiis masculis pater non potest auferre. l. fin. ff. eod. Et si filius renuntiaret successioni tali, nec etiam acquireretur filiæ ex pacto. per l. ius publicum. ff. de pactis. & d. l. si fratres. §. idem respondit. ff. pro socio. sicut quando pater dat filium in adoptionem non potest sibi reseruare successionem filii, neque filius successionem patris sine dispositione legis concurrente. arg. l. cum in adoptiuis. inf. de adopt. & l. ius agnationis. ff. eod. & §. minus. inst. de hær. quæ abintest. Et tanto fortius procederet ista conclusio si statutum priuaret eam utraque successione, quo casu nec instituta in testamento posset succedere, sed in primo casu instituta in testamento posset succedere & non alio modo, iuxta. l. hæreditas. inf. de pactis conuentis. & l. pactum quod dotali. sup. eod. & no. in l. licet. sup. eo. & inf. dicam.

95 Sed dubium† restat circa principalem cõclusionem Bar. de remissione ingratitudinis, an si pater remiserit filio ingratitudinem per pactum possit postea eã obii-
* cere in exhæredatione, Et in hoc communiter concludunt docto. quod si est tale delictum per quod de iure deponatur uel debeat mori ciuiliter & tunc pactum patris nihil ualet contra legis dispositionem. arg. l. 1. infr. de hæred. inst. Sed si est tale delictum propter quod de iure non debet mori ciuiliter, & delictum fit præteritum, & tunc ualet remissio, & amplius pater non poterit exhæredare filium ex illa causa. per l. fina. inf. de reuoc. don. Neque etiam hæres patris poterit obiicere etiam quod tacite remittat pater non opponendo in uita, per d. l. fi. Et idem si filius reconcilietur. arg. notatorum per Felin. in ca. repellantur. in fine, de accus. adeo quod post reconciliationem non poterit amplius exhæredare, ut hic per Iason. colum. 5. quando prius non fuisset exhæredatus, sed si prius fuisset exhęredatus, per reconciliationem non uideretur reuocare exhæredationem, ut per Areti. in l. filio quem pater. ff. de libe. & posth. col. 1. & Rom. consi. 459.

96 Item sola† pœnitentia filii non tollit facultatem exhæredandi quam habet pater Felin. ca. Rodulphus. de rescrip. col. 4. facit lex. 2. ad finem. inf. de lib. & eor. liber. & tenet hic Cagno. nu. 147. Nisi forsan ultra pœnitentiam contulisset patri uel donatori. Aquens. in l. 1. col. 5. ff. solu. matri. quem etiam hic sequitur Cagno. Et hæc remissio intelligitur facta in successione ex testamento, quia si esset facta in successione abintestato nihil operaretur, cum præsupponatur quod sit tale delictum quod de iure communi priuat filium successione, ut hic per Iason. & Cagn. nu. 110. Potest tamen dici quod si forsan esset de casibus in quibus hæreditas post mortem patris aufertur filio tanquam ab indigno, tunc talis remissio impediret quod non deberet priuari sequuta reconciliatione. argum. not. in l. 3. & 4. ff. de adim. leg. Si uero contingat quod delictum non sit prę teritum, & pater promittat non opponere ingratitudinem futuram uel delictum quocunque tempore perpetrandum, & tunc concludunt doct. quod non ualet talis remissio, quia inuitaretur filius ad delinquendum, uel donatarius, contra. l. conuenire. ff. de pact.

Et ideo Bal. hic col. 3. dicit quod si in instrumẽto donationis contineatur quod donans promittit non reuocare donationem ex quacunque causa uel ingratitudine, quod non obstante pacto si superuenerit ingratitudo poterit eam reuocare, & sequitur hic Pau. de Castr. & idem Bal. in l. fin. in uer. extra quæro. de bonis liber. cum concord. adductis per Alexand. in d. l. stipulatio hoc modo. ff. de uer. oblig. col. penul. & ibi omnes moderni, & Roman. in consi. 26. pro decisione col. fin. uer si. quinto posset dubitari. Bal. in consil. 18. notissimum uol. 3. Ioan. de Imola in consi. 35. in casu præmisso. colum. 6. uer. an autem res donatę. Quia illud pactum est contra bonos mores & non debet seruari. l. si unus. §. illud. ff. de pact. & Bal. in l. 1. inf. de ingra. liberis. & Dec. hic. & l. contractus. ff. de regu. iur. & in c. 1. col. 3. de appel. Cur. in tracta. feudor. uer. qui quidem uasalli. col. 18. uer. sed restat. & Corn. consi. 102. uol. 1. Et hæc conclusio procedit in omnibus aliis casibus in quibus per ingratitudinem priuatur aliquis iure suo, ut si liberti ꝑ ingratitudinem reuocẽtur in seruitutem uel filii in patriam potestatem. l. filios. infra de ingrat. liber. Et in filio legitimato qui propter ingratitudinem reuocatur ad naturalem statum, ut per Bal. in c. 1. §. filii nati. inf. si de feud. fuer. controuer. Roma. in notabili, 222. primo quæritur.

97 Limitatur † tamen prædicta conclusio nisi appositũ sit iuramentum, Nam tũc etiam ingratitudo futura potest remitti secundum Ioan. And. in titu. de donat. §. 1. uer. quid si actum. & Alexand. in d. l. stipulatio hoc modo. qui dixit hoc seruari in practica per tex. in c. quẽadmodum. §. fin. extra de iureiur. Alex. consi. 40. sup. i. circa finem colu. 4. & Imol. in d. consil. 35. Socin. consi. 53. col. 2 uolu. 1. Felinus. c. si diligenti. colum. 7. de foro cõpetenti. & Aquens. in d. l. stipulatio. colu. 4. Baueria in tracta. de uir. iuram. casu. 38. late Ripa in repetitione. l. fin. inf. de reuoc. dona. q. 54. & Tiraq. in d. l. si unquam. Nec obstat quod tale pactum sit contra bonos mores ut põderabat Romanus in d. l. stipulatio. Et latius Barbatia. in c. fin. col. 5. & 6. de don. Corn. consi. 102. uol. 1. & Papien. hic uolentes iuramentum non ualere per c. non est obligatorium. de reg. iur. in 6. Quia respondent communiter docto. quod non est uerum quod detur materia delinquendi, quia illa remissio solum impedit quod ingratitudo non potest opponi quantum ad commodum pecuniarium, non quantum ad interesse publicum, & quod non possit criminaliter puniri, ut dicitur in d. c. quemadmodum dum uult quod iuramentum de non accusando de adulterio prodest solũ ad impediendam petitionem separationis matrimonii uel acquisitionis dotis, non autem quantum ad impedien-

pediendum denuntiari & puniri criminaliter pœna le gali, Ex quibus uidetur limitari posse. d.l. conuenire. de pact.dotal.non procedere quando appositum esset iuramentum, quia eo apposito maritus impediretur agere actione rerum ammotarum, secundum Cag. hic. Sed ego non puto uerum, quia ibi est duplex delictũ, unum furti, & aliud in retinendo rem alienam, per quã locupletatur cum aliena iactura, Vnde iuramentum non potest facere quod quis retineat cum peccato rẽ alterius.d.c.non est obligatorium.& per Abbat. in ca. fina.de consue. Dicendum est igitur, quod ingratitudo futura remitti potest cum iuramento cum ista qualitate quod non impediatur potestas uindicandi delictum publice, ac etiam cum illa qualitate ne locupletetur qs cum aliena iactura, ut cũ peccato quis retineat rem alterius per d.l.conuenire.de pactis dotal.

98 Dec. uero † hic dicebat quod immo etiam sine iuramẽto debet posse remitti ingratitudo futura cum istis duabus qualitatibus, attento quod in effectu uidetur solum tractare de commodo pecuniario ipsius remittẽtis sine præiudicio alterius, & uidetur quod iuri suo qs possit renuntiare.c.ad apostolicam.de reg.& l.penul. sup.eod. Secundo, quia ab initio donatio fuit perfecta, & dominium quæsitum plene, & tractatur de reuocatione ex causa ingratitudinis ex potestate concessa de rigore iuris, ergo uidetur quod per pactum possit renũtiari illi rigori, quia uidetur facere quod non sit delictũ non reuocando ad animum.l.1.§.usque adeo.ff.de iniur.& §.fin.insti.de iniur. Et cum per talem renũtiationem reducatur donatio ad suam naturam irreuocabilem, l.perfecta.inf.de dona.quæ sub modo. & l.cũ profitearis.& l.fin.inf.de reuoc.don. cum simil. Ideo facilius ualere debet.argu.l.si unus. §. quod si in specie. ff. de pactis.& glo.in c.statutum.in uer.numerandum. de præb.in 6. Quarto adducit, quia donatio ob causam nõ potest reuocari propter ingratitudinem, ut not. in d.l. fin. Et unusquisque potest dicere donationem esse factam ob causam, & ei creditur quãdo dicit, si libere potest donare, ut per Bar.in l.si forte.ff.de castr.pecul. & not.in l.si donatione.infr.de collat. ergo uidetur quod possit facere ut non possit reuocari propter ingratitudinem, quasi uelit asserere quod est donatio remuneratoria siue ob causam, & cum hac opinione Decii uidetur hic pertransire Cur. & alii non tangunt.

* Sed tamen iis non obstantibus puto ueriorem esse communẽ opinionem, quod ingratitudo futura per pactum non possit remitti sine iuramento, per rationem d.l.conuenire.ne homines inuitentur ad delinquendũ, quia quod istud pactum nõ ualeat interest reipublicæ, ne mali præmientur & boni priuentur.arg. l.ita uulneratus.ff.ad l.aquil.& c.ut famæ.de sent.excom.& l.congruit.ff.de offic.præsid.& propterea pactum dicitur esse contra bonos mores ciuiles, & de iure ciuili non ualet.arg.l.pactum quod dotali.inf.de colla. Et facit tex. in l.iurisgentium.§.si pacisc̃ar. ff. de pactis. Secundo ꝓbatur per tex.in l.si unus.§.pacta.ff. de pactis. ubi dicitur quod dolus futurus remitti nõ potest quia interest reipublicæ homines timere pœnam ciuilem furti quę applicatur parti, ergo eodem modo uidetur quod non possit remitti ingratitudo futura, cum expediat reipublicæ quod ille timeat priuari ut abstineat a malo, ut dicitur in d.§.pacta. Et propterea tale pactum tanquam contra utilitatem publicam non debet ualere sine iuramento.d.l.iurisgentium.§.si paciscar. sed cum iuramẽto tolleratur pactum quantum ad interesse suũ, quia potest seruari sine interitu salutis eternę, & remota pœna publica pactum non est plene contra publicam utilitatem, & boni mores ciuiles non habentur in consideratione in iuramento.c.quamuis.de pactis in 6. & d.cap. quemadmodum.de iureiur.

Nec obstant cõtraria.& primo quod quilibet potest renuntiare fauori suo, quia illud non procedit quando fauor priuatus concurrit cum fauore publico ut timeatur illa pœna ciuilis.d.l.si unus.§.illud. & §. pacta. & d. §.si paciscar.ff.eod. Non obstat quod donans possit dicere esse donationem ob causam, nam tunc non est pactum contra bonos mores, hic uero pactum est contra bonos mores, & non debet ualere. Facit tex.in l.siquis seruum.§.etiam. ff. de peculio. ubi seruus obligat dominum eo inuito, & tamẽ si reuocasset peculium ex sola uoluntate potuisset impedire se obligari. Aduertendum est tamẽ quod in casibus in quibus ingratitudo potest remitti siue de præsenti siue de futuro, ꝙ per hoc non tollitur actio ordinaria ex donatione acquisita ad seruandum ea quæ tenetur præstare ex contractu donationis, ut per Cur.hic & Cagno.nu.154. per gl. in d. l.fi.de reuoc.donat. quæ dat electionem donatori uel reuocare donationem uel agere ut obseruẽtur promissa, sicut etiam dicitur in simili de pœnitentia.in l. naturalis in §. 1.ff.de præscr.uerbis.

99 Si tamen† contingeret quod quis promisisset non reuocare donationem etiam cum iuramento, tamen non intelligeretur remissa potestas reuocandi per ingratitudinem, quia continet causam peccandi, sed intelligeretur remittere potestatem reuocandi propter inobseruantiam contractus, ut quod faceret certum quid, uel eum aleret, uel alia similia, Quæ inobseruantia contractus semper potest remitti & fieri quod illa nõ incidat in moram, ut not.Barbat.in consi.4.uolu.4. In casu autem quo non est remissa reuocatio potest fieri expresse uel tacite, ut donando alteri, Roman.in consi. 284. & Cagno.hic nu.144. In patre uero remittente ingratitudinem ad effectum ne possit exhæredare, concludunt doct.quod si remisit ingratitudinem præteritã, remissio ualet indistincte, tam tacite quam expresse, & ea remissa non potest pater amplius exhęredare, sicut remissa iniuria non potest amplius agere.argu.§.fin.insti.de iniur.& l.si unus.§.pactus.2.responso.ff.de pactis.

100 Sed dubitant† doctores, an pater remittens ingratitudinem post exhæredationem factam uideatur tollere exhæredationem, & Bar.in l.3.§.non solum. ad finem. ff.de adim.leg. Dicebat quod sic, quia ambulatoria est uoluntas, per illum tex. Sed Picus tenet contrarium, tamen quia adducit rationem leuem, Ideo Iason aliã adducit, quod sicut pater benedicendo filium non uidetur instituere eum, nec etiam maledicendo uidetur exhæredare, ut per Bal. in prohemio decre. & moder. in authen.licet.inf.de lib.præter. Ita nec etiam remittendo ingratitudinem uidetur reuocare exhæredationẽ. Secundo adducit, quia pater emãcipando filium exhæredatum non reuocat exhæredationem, nec etiam iterum adoptando.l.filio quem pater. ff. de lib. & posth. Nam non est existimandum ut ita faciliter quod iudicio suo statuit uelit reuocare.l.3. ff.de militari testamẽto. Et hanc partem tenuit Aretin. in d.l. filio quem pater.col.1. Et Roman.consil.459.& Cagno.hic nu. 145. Sed Alcia.hic in uer.adhuc.distinguit, an simpliciter sit sequuta reconciliatio, & tunc ex ea non uidetur reuocari exhæredatio, quia reconciliatio non tollit pœnã iam incursam, nec pœnitentia.l.qui ea mẽte. ff. de fur. & arg.l.2.in fine.inf.de lib.& eor. liber. Si uero pater remittit causam ingratitudinis declarando quod amplius non uolebat eam obstare, & tunc uidetur esse remissa exhæredatio.arg.l.in ipsius.inf.famil. hercisc̃un. & cum exhæredatio sustineatur propter causam ingratitudinis, sublata ea, ipsa exhæredatio corruit ex se, arg.l.3.ff.de adim.leg.

Sed unum uidetur obstare huic distinctioni, quia.d. l.in ipsius.& d.l.3. non uidentur posse allegari in proposito exhæredationis, ex quo loquuntur in legato ꝙ aufertur & datur sola uoluntate, l.nutu. ff. de leg. 3. secus est in exhæredatione quæ requirit formam & uerba.l.3.ff.de libe.& posthu.& l.commodissime & §. fin. inst.de codicil. Nisi dicamus quod ille text. loquitur de

exhæ-

exhæredatione facienda, non tollenda, uel melius, loquitur de exhæredatione tollenda nōdum sublata causa exhæredationis, sed ubicunque sublata fuit causa exhæredationis, corruit ex se. Sed nec etiam hæc responsio tollit contrarium, quia licet tollatur causa ingratitudinis, tamen non tollitur fundamentum exhæredationis, cum tēpore quo facta fuit exhæredatio erat uera causa ingratitudinis, & non est necessarium quod postea duret ad eam conseruandam. Et ideo uerior uidetur indistincte opinio Iaso. & Aret. quod non uideatur reuocata exhæredatio nisi expresse reuocetur in remittendo ingratitudinem, sicut nec per ingratitudinē subsequentem ipsa institutio facta non fuisset sublata, sed potius ei auferretur tanquam indigno. l. hæreditas in testamento. inf. de iis quib. ut indig. ubi est text. multū concludens.

101 Secundo † principaliter concludit Bart. quod si statutum excludit fœminas a successione abintestato extantibus masculis, si sunt dotatæ possunt fœminæ tempore quo dotantur conseruare sibi successionem per pactum, per d. §. fin. inst. de leg. agn. succes. Sed incontrarium uidetur tex. in d. l. pactum quod dotali. sup. eod. ubi filia non erat exclusa a successione, & tamen nō potuit filia conseruare successionem per pactum, quanto minus quando est exclusa poterit conseruare & aufere testandi facultatem. Secundo facit, quia illud statutum factum fuit fauore masculorum, & ipsis fuit acquisitū ius, ergo non potest auferri. l. fin. ff. de pactis. & per Bar. in l. 2. §. nunc uidendum. ff. ad tertul. & filia inuita potest cogi acceptare dotem & non succedere, ut per Brunum in tract. excl. fœm. fol. 23. uer. duodecimo quæro & per Iaso. hic col. 7. ergo pater per pactum nō potest auferre ius suum filiis. d. l. fi. Tertio quia sequeretur ꝙ hæreditas daretur pacto illis qui secundum legem non possunt succedere nec in testamento sunt instituti, Et hanc partem tenent hic Bal. Fulg. & Pau. de Cast. & Alexand. & in d. l. stipulatio. Et ibi Aqu. colu. penul. dicunt * communiter teneri quod requiratur consensus masculorum & confirmat Iason, ut hic per eum, respondēdo ad d. §. fin. ut sup. in alia q. Cagno. uero hic dicit opinionem Bar. ueriorem esse, quam tenent Ang. & Iason hic, & Aret. col. 3. Perusini, Ieronim. tortus, Decius, ambo Decii, Papienses, & Cur. antiquus, Taurin. campegius, in tracta. dotium in ultima parte. Et Taurinen. in tracta. exclus. fœm. in 6. princip. artic. quarto casu 13. q. & eam dicit esse communem opinionem, Et fundamentum istius opinionis est, quia sicut pater potest præiudicare masculis testando, eodem modo & paciscendo uel consentiendo tali reseruationi. Nec potest dici filiis ius quæsitum, quia ius eorum dependet a uoluntate patris, ut sicut pater posset instituendo præiudicare, ita etiam posset per pactum, arg. l. seruum filii. §. eū qui. ff. de leg. 1. Item facit tex. in l. si patronus non aluerit. ff. de bon. liber. Et tanto magis dicebat Deci. hoc procedere quia non uidetur ius quæsitum filiis nisi sequuta dotatione, ergo pater dotando antequam acquiratur ius filiis potuit reseruare successionem. arg. l. legē. sup. eo. Et ideo dicebat Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. quod pater in uita sua potest legitimare filium in præiudicium agnatorum eis non citatis, quia adhuc ius non est eis quæsitum, & pater donando cuilibet extraneo uel instituendo poterit facere quod nihil habeant, Et dixit Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adopt. quod in priuilegio principis citatio non requiritur quia totum ius dependet ab eo, Et per hanc cōsiderationem ꝙ nondum ius sit quæsitum, cessat unum fundamentum tenentium contrariam partem, ꝙ filiis sit ius quæsitum.

Nec obstat quod pacto non potest dari hæreditas, quia hoc casu non datur hæreditas pacto, sed datur ex dispositione iuris communis. Et per pactum tollitur obstaculum statim quod uoluit esse in potestate patris an uelit eam succedere apponendo conditionem dotationis, ut hic dicit Iaso. colum. 6 & Lancel. & Curt. antiq. colu. 4. & fuit solutio Thomæ dotii secundum Cagno. hic, Per quam responsionem tollitur ponderatio alia, quod pactum illud sit odiosum, quia immo est fauorabile, ex quo conseruatur ius commune, & res de facili reuertitur ad naturam suam. l. si unus. §. pactus. uer. quod si in specie. ff. de pact. & non potest dici contra bonos mores, quia ex se non dat successionem. Nec tollit potestatem testandi, cum pater non impediatur instituere quos uelit relicta ei dote iure institutionis, sicut etiam tenetur facere nō facta reseruatione per pactum, Præterea dicunt isti doctores, non est inconueniens quod in filiis pacto detur hæreditas, cum omnis uoluntas patris seruetur. l. fin. inf. famil. hercifcun. & expresse hoc dicit Iason & Riminal. hic colum. 5. & Aqu. * in l. licet sup. eo. & Cagno. dicit esse commune dictum quod in filiis pacto potest dari hæreditas, & sequitur & intelligit prædictam conclusionem procedere siue tempore dotationis fiat reseruatio per pactum siue postea & quia semper militat eadem ratio quod pater potest præiudicare testando, ergo etiam & pacisci, maxime in filiis, in quibus ut dictum fuit seruatur omnis uoluntas patris. d. l. fin.

Sed ego puto aliam opinionem de iure ueriorem, quod immo pactum istud de conseruanda successione non ualeat, quidquid dicat Bar. & sequaces per ea quæ dixi in principali articulo. Quia præsuppositnm istorū doct. est falsum, quod sicut pater potest præiudicare testando possit etiam præiudicare paciscendo de successione, Nam bene potest procedere dictum eorū in pacto dispositiuo bonorum uendendo & alienando bona, sed non in pacto de succedēdo, quia pactum de succedendo est reprobatum in filiis & paretibus & in omnibus personis. d. l. pactum quod dotali. sup. eod. & l. hæreditas. de pactis conuentis & pactum conseruatiuum successionis stante prohibitione statuti est in effectu dispositiuum successionis & de succedendo, & probatur in d. l. fratres. §. idem respondit. ff. pro socio. cum sua glo. quæ uult quod licet unus possit instituendo in testamento præferre distantiorem in gradu illi qui est proximior, tamen non potest facere per pactum quod succedat abintestato uel uigore pacti, Et alioquin sequeretur quod cum quilibet extraneo possit facere pactum ille deberet præferri filiis uel aliis, ex quo testando eos potest præferre, iuxta nota. in l. cum auus. ff. de cond. & demonst. & tamen clarum est quod neque filius neque alius habet ius quæsitum in bonis eius per l. qui superstitis. ff. de acqui. hæred. & glo. in l. 1. §. si impuberi. ff. de collat. & secundum Bar. in fine dicitur spes uana. Et ratio est manifestissima, quia certus modus traditus est a lege testatori quo potest præiudicare cōsanguineis faciendo testamentum uel aliam ultimam uoluntatem, Sed non est data potestas ut possit præiudicare alio modo disponendo de successione quam per testamentum uel aliam ultimam uoluntatem, nec tollere ius in successione abintestato quæ dependet a lege & est iuris publici. d. §. idem respondet, cum sua glo. Et lex uocat agnatos uel cognatos uel filios si nullum factum erit testamentum, uel si factum, non ualeat. l. 1. ff. de suis & legit. & ff. si tabul. test. nullæ extabunt. Nec ualet ꝙ in filiis hoc sit concessum per. l. fi. quia illa lex non dicit quod per pactum præstetur successio filiis, sed dicit quod omnis uoluntas patris seruatur si habēbit naturam ultimæ uoluntatis, & speciale est in filiis quod omnia uerba trahantur ad ultimam uoluntatē, sicut etiam est in milite, ut not. in l. licet sup. eod.

Confirmantur prædicta, quia pater dando filium in adoptionem non poterat seruare ius sibi in succedendo, neque filius hoc poterat facere de bonis patris. l. cū in adoptiuis. inf. de adop. Nec potest filius in emancipatione reseruare ius suorum hæredum in successione.

§. illud

§.illud.in auth.cōstit.quæ de dignit.Et iura simpliciter dicunt per emancipationem tolli ius agnationis. §. fin. inst.de legit.agn.tutella.& §.pen.inst.de succes. cogn. & l.fin.ff.unde liberi. Et nemo potest facere quod leges non habeant locum in suis pactionibus. l. obligationum fere.§.placet.ff.de action.& oblig.

Dicendum est igitur,quod licet pater possit præiudicare filiis testando, tamen non potest eis præiudicare paciscendo de successione quod abintestato non succedant eo modo quo uocantur a lege. d.l.hæreditas. inf. de pactis conuen. Et per statutum acquiritur ius filiis, maxime inducendo necessitatem filiæ acceptandi dotem a filiis & non succedendi, Quod ius non potest tolli nisi per modum datum a lege faciendo testamentū, sed non alio modo,ut per glo.in d.l.si fratres.§. idē respondit.ff.pro socio. etiam quod non sit ius plene formatum. Vnde non obstat Negatio facta per doctores quod non sit quæsitum ius filiis, quia immo est quæsitū conditionaliter si non faciet testamentum alios instituendo,Et quamuis pater teneatur dotare, & filia non excludatur nisi sit dotata,tamen adhuc est ius quæsitū, cum ipsa offerente filio cogatur acceptare dotem & se excludere,ut uoluit Brunus in d.suo tract.fol.24.uersic. duodecimo quæro.Nec quod possit testando præiudicare,impedit quod ab intestato non sit ius quæsitum & sub conditione si non erit factum testamentum, & ius conditionale est firmum ius,ut not.in l.1. sup.eo. Nec obstat quod per pactum solum tollatur obstaculum statuti,quia respondetur quod illud obstaculum non potest per pactum infringi cum sit iuris publici.d.l.ius publicum.& l.non est.& l pactum.ff.de pactis. Nec obstat quod dotando potest pater imponere legem. l.legem.sup. eod. quia respōdetur quod illud contrarium non procedit in traditione necessaria, ut notatur in d. l.legem.per glo.& ibi Bar.in l.si intra.ff.eo. Et sic patet opinionem contra communem ueriorem esse, & quod pactum de conseruanda successione indistincte non ualet.

102 Tertio†principaliter concludit Barto.quod quando statutum excludit fœminam a successione ab intestato,quod non uidetur excludere a successione ex testamento, Et hanc conclusionem sequuntur communiter doctores, & est uera & clara, quia duæ sunt successiones,ex testamento,& ab intestato.§.fina.inst. per quas personas ius acquir.& l.1.si tab.test.nullæ extab.& dispositio loquens de una non trahitur ad aliam. l. si domus.ff de ser.urban.pred.& l.si unus.§.ante omnia.ff. de pactis. Et ideo filia renuntians successioni ab intestato non prohibetur succedere ex testamento, ut per Bar.in l.stipulatio hoc modo. ff.de uerbo. oblig.& ibi per omnes. Nam tales renuntiationes & exclusiones sunt stricti iuris,ut not.in l.postquam liti.sup.eo.Cald. consi.5.Et Corneus consi.30.& 120.ubi dixit has renūtiationes sæpe fieri sine causæ cognitione de communi stilo notariorum,Socin.consi.106.uolu.1.Cur. Iun. consi.22.& 26.col.fina.Et Dec.418.& 552. Et ideo ipsa filia renuntians non prohibetur in eisdem bonis succedere fratri,ut per Alex.& alios in l.1.§.ueteres. ff.de acquir.posses.& Benedict.capr.in consi.12.& Dec. in l. quotiens duplici. ff. de regu. iuris. facit pulcra decisio Bal.in l.fin.uersi.etiam argumentum.inf.ad l.falcid.Et Dec.in consi.402.ubi etiam dixit renuntiationem tacti esse & non præsumi.Et Dec.hic nu.25.& Alex.consil. 155.uiso tit col. 2.uersi.quinimmo.Et Cagn.hic multa alia cumulans.nu.165.per unam col.

103 Quarto†Bar.concludit,quod statum ualeat quod filia excludatur a successione ex testamento, & ab intestato,Sed in contrarium facit secundum Bal.hic colu.9. uersi.sed potes.quia impeditur libera testandi facultas quæ non potest impediri.d.l.stipulatio hoc modo.& l. pactum quod dotali.sup.eod. Et tanto magis, quia ut hic dicit Deci.facultas testandi est de iure [illegible] sicut & testamentum,ut per Barto.in l.interdum.col.1. ff.de cond. & demonst.& non potest per rescriptum principis rescindi testamentum.l.si testamentum. infr. de testam. & facultas testandi debet esse magis libera quam potestas matrimonii faciendi,ut per Bar. in l.illc autem.§.1.ff. de hæred. insti. ubi non potest aliquid relinqui ut instituatur hæres, & tamen potest aliquid relinqui ut quis ducat certam uxorem. l.Titio centum. §.Titio.ff.de condi.& demonstr.Confirmat Are.hanc opinionem.col.3.quia pactum de perdenda hæreditate non ualet quia tolleret liberam testandi facultatem & non firmatur iuramento,ut per Bar.in d.l.stipulatio hoc modo.col.1. ita nec etiam per statutum secundum doctrinā Bar.in l.omnes populi.in 4.q.principali.ff.de iust.& iure.

Communiter tamen doctores tenent opinionē Bar. q̄ immo tale statutum ualeat ut hic per Iasonem Dec. & Cagno. Et fundamentum istius opinionis est, quia potestas succedendi dependet a lege tam ex testamen. quam ab intestato, Nam quis non posset facere testamentum disponēdo de rebus suis post mortem nisi lex concessisset,ut per Dec.& ibi dixi inrubr. infr.qui testamen.facere possunt.& l.lege obuenire.ff.de uerbo. signifi.Et similiter successio ab intestato dependet a dispositione legis,ut in auth.de hær.ab intest.uenien.per totum.& §.1.& 2.insti.de bon.posses.ergo per statutū potest tolli.Nec potest dici quod tollatur libera testandi facultas,quia hæc oppositio non potest fieri legislatori qui posset cū causa disponere quod quis nullo modo possit testari.l.1.inf.de secund.nupt.& auth. ex cōplexu.inf.de incest.nupt.& l.edicto. ff. de bon. posses. Ita etiam potest facere quod illa mulier sit intestabilis & non possit succedere disponēdo quod nubere extra territorinm sit delictum & priuetur ciuitate,arg.l.cum lege.ff.de testam. Et huic fundamento male potest respondieri,& cessat potissimum fundamentum quod auferatur libera testandi facultas.

Non ob.quod per pactum fieri non potest ergo nec etiam per statutum,quia consequentia non est uera,q̄a multa possunt fieri per statutum quæ non possunt fieri per pactum, & argumentum de pacto ad statutum tenet affirmatiue.i.potest fieri per pactum ergo per statutum,sed non negatiue, nō potest fieri per pactum ergo nec per statutum,ut per Iasonem in l.impossibile. ff.de pactis.& in auth.præterea.infr.unde uir.& uxor. col.2.in 5.notabili.& ibi etiam Dec.Item affirmatiue, nec etiam semper tenet argumentum de pacto ad statutum,ut per Iasonem.in d.l.si diuersa.colum.1.inf.de transact.& aquenses in l.ut uim.col.2.& 3.ff.de iust.& iu.in l.non solum.§.morte.col.3.uersi.unde quantum. ff.de noui oper.nuntiat. Et Felin. in c.ecclesia sanctæ Mariæ.de constit.col.32.uerb.quibus tamen non obstantibus.& hic Cagn.

104 Præterea†non est uerum præsuppositum Bar.in d.l. stipulatio hoc modo. quod per pactum non possit fieri quod quis non possit succedere ex testamento uel ab intestato,maxime interueniente iuramento,ut probatur in l.1.§.si parens.ff. siquis a par. suer. manum. quia militat ead.ratio quod pactum potest seruari sine interitu salutis eternæ.capi.quamuis.de pact.in 6. item nō est uerum quod per tale pactum tollatur potestas libera testandi, quia licet unum non possit instituere, non sequitur quod alios non possit.arg. l.cum ita legatum. ff.de condit.& demonst.Et sicut quis delinquendo potest facere quod non possit institui hæres.l.1.inf.de hęredib.inst.eodem modo posse facere uidetur quod nō possit institui ex conuentione,cum æqualiter tollatur de medio,Præterea per conuentionem talem recte cōsiderando,non impeditur pater instituere, sed est ipsa quæ impeditur succedere,quia efficitur incapax, & sic defectus inducitur in causa subiectiua non in causa efficienti,Et hoc puto uerissimum,& tenuit Dec. hic. Et

Aquens.

Aquen.in d.l.stipulatio.col.3. uer. quartus & ultimus. & ibi etiam Iason col.6.uer.secundo.& hic Cagno. nume.177.Et sic conclusio remanet,quod statutum ualet quod quis non possit succedere & ab intestato & ex testamento etiam non consentientibus agnatis,ut hic per Bar.quia tale statutum prohibēs mulierem hoc modo succedere est factum fauore publico, non fauore agnatorum,ut per Aquens.col.fin.Et de ualiditate dicti statuti prohibentis alienari bona in forenses non est dubitandum per l.unicam.C.ne liceat hab.metropo.lib.10.& l.fin.C.de contrah.emp.& Bal.late in consi.30.& 44.col.fin.Et Dec.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.de constitu.col.antep.& consi.629.& 642.cum multis cumul. hic per Cagno.nu.179.Qui addit quod si uerba sunt dubia in statuto intelligitur priuare solum a successione abintestato,ut per Brunum in d.tracta.artic.8.q. octaua.Item non intelligitur excludere a potestate acquirendi ex donatione causa mortis uel ex contractu inter uiuos nisi exprimat,ut per Math.de afflit. in decisi. Regni.350.& Bar.in consi.72.ex facto. & Iason in d.l. stipulatio.col.3.uer.secundo ad idem.& hic Cagn.nu. 181.& 182.ubi addit an extendatur ad bona sita extra territorium.

105 Quinto†Bar. examinat, an statutum ualeat quod ingrediens monasterium non succedat, & concludit distinguendo,an statutum utatur uerbo præsentis tēporis,ut ingrediens monasterium,& tunc ualeat, an uero utatur uerbo præteriti temporis, & tunc non ualeat, quia iam ecclesiæ est ius quæsitum ut hic per eum, Sed * communiter doctores tenent indistincte statutum non ualere,quia est contra libertatem ecclesiasticam,faciendo quod bona ad eam ex quacunque causa non perueniant,Et hoc probatur in l.Deo nobis.§.1.sup.de episc. & cler.quæ loquitur de eo qui nondum ingressus fuit, sed habebat uoluntatem ingrediendi,& tamen non potest priuari quarta parte, & succedit in totum ab intestato,Item uerba statuti debent intelligi prolata in tēpore quo actus suam efficaciam consequitur. l.in delictis.§.si detracta.de noxal.sed tempore quo hæreditas defertur erat iam ingressus,ergo disponitur semper de ingresso,& per cōsequens nō ualebit, Item licet sit uerbum ingrediens, præsentis temporis,tamen est postea uerbum succedat,quod est futuri temporis quod refertur ad tempus successionis, & sic dispositio differtur in tempus inhabile,argum.l.quod sponsæ.infr.de donat. ante nupt.& ibi Bar.dicit quod ista regula nūquam fallit. Item retraherentur mulieres uoluntate ingrediendi monasterium,& in dubio iudicandum est pro ecclesia.c.fin.de re.iud.& l.si pars.ff.inoffic.testa. & Anchar. in consi 273.pro & contra. Et ad fundamentum Bart. quod in primo casu ille est laicus,Respondit Gozad. ꝙ non interest,cum de proximo sit efficiendus monachus uel clericus,& ideo debet haberi pro clerico.arg. l.penul.ff.de testam. milit. per quam regulam consuluit in pulcro casu Cepolla in consi. 39. & in alio casu in terminis statuti Abbas in consi.79.uol.2.& Petrus de Ancharano in cap.2.de constit.& Abbas in simili in d. ca. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. & hic per eum. Et istam opinionem contra Bar.tenet Iason Ange.Imola Ludouic.& Alex.in d.l.stipulatio.cum aliis cumul.per Iasonem hic.& Dec.Riminal.& Aquens. & Brunum in tracta.de exclus.fœmin.artic.6.in 2.q.Dec. & Repetentes nouissimi in c.in præsentia. de probat.col. 25. uer. prima facie.Cum hac tamen limitatio,quod monasterium sit capax, secus si monasterium esset incapax successionis,quia tunc fieret ei præiudicium nullum, cum nulla ratione successio ei deferri possit,Et ideo cessante ratione prædicta quod sit contra libertatem ecclesiæ,statutum ualebit, ut ibi late per eos, & infra dicam ponendo tres limitationes.

Quando autem statutum dicatur contra libertatem ecclesiæ,habetur plene per Felinū & Dec.in d.c. ecclesia sanctæ Mariæ.colu.3. Et pro intelligentia. d.l. Deo nobis.uide omnino Alex.in consi.138.uolu.2. & Dec. consil.114.& 674.Et pro dicto Bar. quod moriens habeat tractum successiuum,facit quod uoluit Bal. in l.fi. ad finem princ.infr.de bon.quæ liber.& Pau. de Castr. in l.si peculium.§.fina.ff.de leg.2.& Dec.in l.2. §.fin.colum.4.ff.si cer.pet.ubi dixi.Gelius libr.6.noctium atticarum.c.113.Et differentia Bar.de iure quæsito & quærendo communiter reprobatur hic,quamuis Dec.comprobet in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.col.24.in uer.secūda conclusio.& in consi.168.col.4. quia utroque modo retrahitur ab ingressu religionis, Quæ tamen ratio solum concludit quando monasterium est capax bonorum ut dixi,Item non uidetur concludere in iis quæ acquiruntur monasterio nisi per indirectum, quia nō ita faciliter reiiceretur illa a monasterio. De intelligentia autem.d.§.sed & præsenti.uide Dec.in c. in præsentia. col.25.& Parisium ibi nu.135. & Berou̅ bon. & Barbat.in consi.13.& 20.lib.1.& Alex.consi.13.colu.2.& consi.35.lib.3.Dec.consi.263.& 674.& Iaso.cons.212. uolu.2.

106 Vltimo†aduerte,quia dum Bar. hic dicit quod ualet pactum quod ingrediens monasterium non succedat, istud dictum potest intelligi duobus modis, primo ꝙ pactum non sit contra bonos mores naturales,sed solū sit factum contra bonos mores ciuiles, quia non inducatur uotum captandæ mortis, ex quo est pactum negatiuum,ut infra dicam, & est pactum factū ab eo qui iam destinauerat ingredi monasterium, ut non possit retrahi a uita contemplatiua, maxime consentiēte monasterio,& tunc dictum suum est uerum in se quod pactum ualeat, Sed tamen non probat propter hoc quod statutum ualeat, Quia nō tenet argumentum de pacto ad statutum affirmatiue quando tractatur de alienatione & particulari dispositione rerum suarum,cum res ꝓprias facilius dominus possit alienare & destruere quā lex.l.in re mandata.inf.mandati.cōiuncta. l.item si uerberatum.§.fi.ff.de rei uendic.& l.Lucius.ff. de euict. & per Iasonem in l.si diuersa.colum.1.inf.de transact. & Aquēses in l.ut uim.ff.de iust.& iure col.2.& 3. & l. nō solum.§.morte.ff.de noui oper.nuntiat.col.3.uer.quātum.& hic Cag. nu.178.

Secundo modo potest intelligi Barto.quod pactum ualeat de non succedendo quādo quis ingrediatur monasterium si accepit tantum quantum ualet legitima, Et tunc etiam dictum Bar.est in se uerum,Et posset inferi quod etiam statutum ualeat,quia cum in l.Deo nobis sufficiat quod habeat quartam partem ex testamento patris,uidetur quod statutum non sit contra libertatem ecclesiæ, cum si unus priuatus testando potest eā priuare successione,ergo tanto magis lex uel statutum, quia tantum ualet species quo ad speciem quantum genus quo ad genus.l.si duo.in fine.ff.de admin.tut.Et sic una limitatio potest tradi ad conclusionem præcedentem,quod statutum non ualeret si prohiberet successionem totam,secus si prohiberet tantum successionem ultra legitimam,quia tunc ualeret, tanquam uelit præsumi testamentum factum a patre.

Tertio modo potest intelligi dictum Bar. quod pactum de non succedendo factum cum iuramēto ualeat quando non destinauerat ingredi monasterium, sed fecit pactum cōditionale quod si ingrederetur monasterium non succedat, & hoc modo dictum Bart.esset periculosum,quia militant omnes rationes quas sup. posui in q. de statuto.nam si per statutum non potest fieri, ergo nec etiam per pactum, & quia dicitur esse contra libertatem ecclesiasticam, & retraheretur ab ingressu religionis & uita cōtemplatiua quod est damnosum ipsis & contra libertatem ecclesiæ. Et ita communiter te* netur.Dummodo sit monasterium capax bonorum,quia si esset monasterium incapax,cessarent prædictæ rationes, & nulla esset fraus, quia cum ingrediens ipso iure priue-

priuetur bonis, statutum potius confirmat ius ecclesiæ quam quod detrahat, ut dictum fuit, Et Alciatus sequitur hic, in uer. qui contra. uer. alius quoque casus. in fine. Et allegat Corneum in auth. sacramẽ. puberum. infra si aduer. uendit. uer. 4. fallit. Quod statutum dicit ualere etiam quod postea pontifex concessisset priuilegium quod efficiantur capaces monaci, quia non uidetur derogasse statuto. argu. c. 1. de constitu. in 6. & Are. in c. ad apostolicam. de simon, & c. ad apostolicam. de iis quæ fiunt a præla. Secundo fallit quando successio iure solo municipali fuisset concessa, nam tunc etiam eo iure municipali posset tolli, ut si forsan statuto esset dispositum quod succederet ille qui ab uno latere tantum esset coniunctus, & postea disponeret quod ille cõiunctus ingrediens monasterium non succederet, ualeret statutum respectu istius successionis, l. siquis curialis ubi Bal. sup. de episc. & cler. Et Salicetus in auth. cassa. sup. de sacros. eccles. Tertio fallit quando ipsa filia renuntiasset tempore ingressus de consensu monasterii, nam tunc renuntiatio ualeret indistincte, quia uis prohibitiua iuris communis ne pactum ualeat uideretur esse sublata per statutum ut pactum posset ualere, & maxime cum adhuc monacis non fuisset ius perfecte quæsitum. arg. c. 2. de clandest. despons. & hic per Alciat. in uerbo quæ contra. uersic. alius quoque casus.

107 Secundo† principaliter quærit Barto. hic, an ualeat pactum de perdenda hæreditate. i. de non succedẽdo, in qua. q. uidentur iura contraria, quia quod non ualeat, est textus in l. pactum quod dotali. inf. de collatio. & l. ex eo. inf. de inutil. stipul. & l. si quando. §. illud. infra de inofic. testamento. & quia pactum uidetur cõtra bonos mores per istum textum, Sed in contrariũ quod ualeat pactum, est tex. in l. 1. §. si parens. ff. siquis, a par. sue. manum. & l. cum quo. in fine. ff. ad l. falcid. & cap. quamuis. de pactis in 6. cum concord. ideo Barto. hic distinguendo concludit, quod si pater facit pactum de non succedendo quando accepit pecuniam ut emanciparet quo casu pater delinquit, secundum Bar. quia gratis debet emancipare. Et tunc pactum ualebit in pœnã patris delinquentis, per l. 1. §. si parens. ff. siquis a par. fuer. manum. secundum unum intellectum. Si uero nõ delinquit, sed simpliciter paciscitur donante filio quantum sibi debetur pro sua legitima, & tunc pactum ualet, per d. l. 1. §. si parens. secundum alium intellectum. Si uero non accepit tantum, & tunc non ualet de iure ciuili. d. l. si quando. §. illud. inf. de inofic. testõ. & l. pactum quod dotali. infr. de collati. secus de iure canonico. d. c. quamuis.

Et in summa facit regulam, quod pactum de perdenda hæreditate non ualet. Fallit quando fit ab eo qui delinquit. Fallit. 2. quando fit ab eo qui accepit tantum quantum sufficit ad legitimam. Fallit. 3. quando interuenit iuramentum. Sed circa regulam istam Barto. insistunt doctores de ratione quare est quod istud pactum de perdenda hæreditate non ualeat. Et Iason in d. l. pactum quod dotali post aliorum rationes adducit, quia hæc renuntiatio de hæreditate uiuentis non potest fieri quia nec etiam aditio potest fieri. l. qui superstitis. & l. is potest. ff. de acquir. hæred. & ibi etiam hoc dicit Rimin. Sed eam improbat ibi Dec. ut per eum. Et ultra eum facit, quia aliud est repudiatio, aliud renuntiatio, nam superstitis nulla est repudiatio, quia repugnat natura repudiationis quæ præsupponit ius delatum, secus in renuntiatione quæ potest fieri de iure de futuro, ut dixi in præmis. l. 1. & in distinctio. Bar. sup. eod. Aliam ratiõe assignat ibi Dec. quia sicut hæreditas pacto donari non potest. l. hereditas. inf. de pactis conuentis. ergo nec etiam pacto remitti potest, arg. d. l. is potest. facit. l. 3. §. conditio. ff. de adim. leg. Sed Cagn. hic repræhendit, quia alia ratio est in repudiatione quæ non est in concessione, Nam si pacto datur hæreditas tollitur libera testandi facultas. d. l. pactum quod dotali. sup. eo. quod non est quando pactum est negatiuum, ut hic per Bar. in fine. q. Et ultra ipsum hæc ratio tollitur, quia falsum est præsuppositum quod illud quod pacto non datur non possit per pactũ remitti, quia priuilegia multa pacto non dantur, sed lege, & tamen per pactum possunt remitti. l. penul. sup. eo. & fideicommissum nõ datur pacto, & tamen pacto amittitur. l. 1. sup. eo. Aliam rationem adducit hic Aretinus col. 4. quia meritis magis quam pactionibus debent filii astringi ad paterna obsequia. l. si quando. §. illud. inf. de inoffic. testamẽto. & eam posuit Cor. consi. 30. colum. 3. lib. 2. Sed Cagno. repræhendit, quia non est generalis, cum loquatur ille textus in filiis, & hic quæratur generaliter an ualeat pactum de non succedendo, sed ipse postea nullam aliam assignat. Alc. uero in uerbo quæ contra. assignat aliã, quia successiones per iuris modos non per pacta deferũtur, & iure publico & sanguinis contemplatione. l. 4. ff. de testam. Sed hæc ratio non concludit, quia ea quæ lege conceduntur pactis renuntiari possunt. l. pacisci. ff. eo. Et l. penul. sup. eo. Vnde uidetur illam fuisse rationem prohibitionis, quia lex habuit pro absurdo homines cogitare de bonis peruẽturis per mortem alterius, Et præmatura dicitur dispositio & festinatio quædam. l. 2. §. interdum. ff. de uulg. & pupil. & l. 1. §. si impuberi. ff. de collat. bon. cum concord. alleg. per glo. in d. §. interdum. Et licet in pactione renuntietur successioni, tamen non potest negari quin sit mortis cogitatio propter bona alterius, & quin demõstretur aliquis animus ad illam successionem, & quodam signum malorũ morum & animi deprauati, Ideo placuit iuriscõsultis honestatem hanc seruari ut propter mortem alicuius de eius bonis non cogitetur, Sed quia periculum uitæ eternæ & interitus salutis uincunt illam honestatem ciuilem, Ideo iure canonico postea dispositum fuit ut concurrente iuramẽto præualeat periculum salutis tali honestati. c. quamuis. de pactis in 6.

108 Hæc† tamen regula secundum Bar. limitatur nõ procedere quando pactum de non succedendo habet mixturam delicti, exemplum ponit ipse quando pater accipit pecuniam in premium emancipationis, & sic secundum eum pater dicitur delinquere accipiendo pecuniã pro emancipatione, Sed incontrarium facit, quia immo uidetur non esse delictum accipere pecuniam pro emancipatione. l. utrum turpem. ff. de uerb. oblig. Alexand. ibi soluebat quod licet non sit turpitudo uitians stipulationem, tamen pater dicitur turpiter facere, propter quam turpitudinem excluditur a successione. Itẽ ille tex. loquitur in patre adoptiuo in quo non cadit tanta coniunctio neque affectio naturalis sicut in uero patre. Dicebat tamen Dec. hic non bene probari quod sit turpitudo, quia lex permittit quod in premium emancipationis acquirat olim tertiam partem, hodie medietatem usufructus. l. cum oportet. §. cum autem. infr. de bon. quæ liber. ergo non est turpitudo accipere pecuniam, cum lex non permitteret. c. erit lex. 4. distin. & l. 2. ff. de legib. Et ratio est, quia patria potestas est res inæstimabilis. l. cum filius. §. secũdum uulgarem. ff. de leg. 1. Et per Bar. in l. ut liberis. in fine. de collat. & habet actionem propter eam. l. 1. §. per hanc. ff. de rei uendic. Vnde non uidetur posse dici aliqua ratione turpem esse acceptionem, uel per acceptionem pecuniæ ex causa emancipationis turpitudinem induci, quia ille text. simpliciter dicit stipulationem non esse turpem, neque causam stipulationis esse turpem, uel iniustam, & tamẽ causa stipulationis fuit illa acceptio pecuniæ, & sic expresse negat accipere pecuniam esse turpe uel iniustũ, Et tex. in d. l. 1. §. si parens, neque tacite neque expresse præsupponit aliquod delictum causari, Et ideo Dec. hic & in d. l. pactum quod dotali. tenet quod recipere pecuniam pro emancipatione non sit delictum neque turpitudo, Et sequitur hic Cagn. nume. 197. & Alcia. in uerbo quæ contra. uer. alius casus. Et hoc etiam mihi placet,

placet, quia nec in libertatis datione hoc pactum erat reprobatum. Nec obst. d.l.1.§.si parens. in primo dicto quia ibi non priuatur successione propter delictũ neque propter pactum, cum ibi nulla fiat mẽtio de pacto uel delicto, sed priuatur, quia accipiendo pecuniã propter emancipationem datam ipse uidetur uendere omne ius quod sperat ex illa patria potestate, uel transigere illo modo.

109 Vel secundum† Alcia. in d.§.si parens pater prohibetur succedere non propter aliquam pactionem uel remissionem, sed quia a lege non uocabatur ad successionem quando ipse accipiebat pecuniam, quia tunc cessabat ratio propter quam prætor erat motus ad uocandum ad successionem, nam illa æquitas quæ insurgebat propter grande beneficium concessum cessabat ubi cunque pro remuneratione contentus fuerat accipere illam pecuniam præsentem, & uidetur illud incertum extimasse pro tanta pecunia, & pro ea illud uendidisse ut dicebat etiam Rimin. hic. Et repetentes in d.l. stipulatio hoc modo. Et hæc solutio Alciati mihi placet, & est perfecta, attento iure digestorum & codicis, quo iure pater aliter uocabatur ad successionem filii retẽti in potestate, & alio modo uocabatur ad successionem filii emancipati, Sed considerato iure auth. quo pater uocatur ad successionem ex solo uinculo cognationis nõ considerata patria potestate. §.1.& §. reliquũ. in auth. de hæred. ab intest. uenientibus tunc ista solutio est imperfecta, & non concluderet quod pater facta emancipatione non uocaretur a lege ad successionem.

110 Ideo† dicendum est ut sup. dixi, quod pater emancipando filium non potest succedere si accepit pecuniã, quia uidetur uendere omne ius patriæ potestatis ipsi filio, & omne emolumentum extimare pro illa pecunia, & in consequentiam compræhendisse etiam ius succedendi, cum dederit potestatem faciendi testamentum per manumissionem quam non habebat existens in patria potestate. l. fin. §. filius autem. inf. de bon. quæ lib. & l. penul. inf. qui testam. facere poss. quæ successio in consequentiam ueniens potest uendi per l.2.§. illud. ff. de hæred. uel act. uendit. & supra dixi, & hæc est uera intelligentia ad d.§.si parens. & ad limitationem positam hic per Bar. per illum tex. Vnde sequitur quod si pecuniam accipiendo diceret se nolle prẹiudicare sibi in successione, quod tale pactum ualeret, & non excluderetur a successione, quia pecuniæ receptio uideretur facta pro alio emolumento patriæ potestatis, non includendo potestatem succedendi.

Prædicta tamen conclusio procedit quando parens emancipando uel dominus manumittendo acciperet pecuniam ex conuentione, ut in d.§.si parens sed si nullam acciperet pecuniam a filio, sed ex legis dispositione lucraretur, ut medietatem usufructus, iuxta. §. cum autem. insti. per quas pers. nob. acquir. tunc non priuaretur successione, quia illud lucrum ei a lege conceditur simul cum facultate succedendi, per tex. in §.1. in auth. de hæred. ab intesta. ueni. coniuncto. d. §. cum autẽ. quamuis Decius hic uideatur dubitare. Nam illud lucrum non est loco legitimæ ut præsupponunt aliqui, sed est premium illius quod in uita pater potuisset lucrari ex causa patriæ potestatis, ut per glo. in d. §. cum autem. Et in d.§. si parens. premium datur propter illã emancipationem, & omnes effectus patriæ potestatis.

111 Secundo† limitatur. d. regula Barto. non procedere quando pecunia tanta data fuit quod æquaret legitimam debitam, nam hoc pactum ualeret etiam de iure ciuili. d.l.1.§.si parens. ff. si quis a par. fuer. man. 2. respõso. & uidentur approbare hic doctor. tacendo uel leuiter pertranseundo. Sed in contrarium facit. d.l. pactum quod dotali. ubi illa lex præsupponit filiam accepisse dotem quæ iuris interpretatione & præcepto eius ascendit ad legitimam & succedit loco legitimæ, ut per Paul. de Cast. in auth. res quæ. inf. ad trebel. secundo facit. d. lex si quando. §. illud. ubi non ualet pactum. Et responsio tradita hic, quod non accepit quantum sufficit, est ualde diuinatiua ad illa iura, maxime ad d.l. pactũ quod dotali. Præterea non bene potest dici uiuente patre datum esse quantum sufficit ad legitimam, cum legitima debeatur tempore mortis, & possent eo tempore esse ualde auctæ uel diminutæ facultates patris, argu. l.1.§. si impuberi. ff. de collat. bonor. & Iason in §. si quis in fraudem. insti. de acti. Vnde illa spes minoris uel maioris quantitatis, & illud incertum minus ualet quam ipsa legitima. l.1. sup. eo. Et semper uidetur quod pecunia data propter illud incertum sufficiat ad ualorem legitimæ. d.l.1.& arg. glo. in l. Lucius. in fine. ff. ad trebel. & nota. in l.2. inf. de rescind. uendit. Vnde Salic. in d.l. pactum. concordando iura dicebat. quod tex. in d. §. si parens loquitur quando factum erat testamentũ, & tunc pactum ualeat de non ueniendo contra testamentum si accepit quantum sufficit ad legitimam. d.§. si parens. sed si non accepit quantum sufficit, non ualet d.l. si quando. §. illud. Nec est diuinare ad illum tex. secundum Cur. antiq. hic nu.35. quia tempore codicis sufficiebat habere legitimam quocunque titulo l. Papinianus. §. si quis morte. ff. de inoffic. testamento. & si fuisset data integre frustra fuisset dubitatum an debuisset excludi, cum indistincte fuisset excludendus, facit textus in l. cum quo. §. fin. ff. ad l. falcid. Sed ab intestato nõ ualet pactum. d.l. pactum quod dotali. Et hæc opinio satis potest iustificari, quia quando fit testamentum præiudicium est solum in legitima, Vnde sufficit accipere quantum ualet legitima uel incertum illius legitimæ, Sed quando succeditur ab intestato, tunc tractatur de tota hæreditate, & de portione integra ipsius paciscentis, Vnde nunquam uidetur accepisse quantum sufficit nisi ascenderet ad ualorem totius portionis suæ in hæreditate, Et in dicto. §. si parens. in primo casu semper dicitur accepisse quantum sufficit, quia transigendo uidetur tantum extimasse omnem successionem futurã, & omne aliud emolumentum occasione patriæ potestatis sibi debitum uel acquirendum, ut sup. dixi ex mẽte Alcia. Si tamen appareret læsio magna, tũc posset dici in primo casu sicut in secundo, quod pactum non ualeret. arg. d.l. si quando. §. illud. & per Alexan. in consi. 130. lib.4. & hic Cagno. nu.200. Et bene in hoc, Sed de iure canonico posito iuramento non esset necessaria d. subtilitas seu distinctio, quia indistincte ualeret pactum, sicut ualet quando fit a filia renuntiãte successionem paternam, per c. quamuis. de pact. in 6. Et ista conclusio procedit etiam de iure nouissimo quo filius debet habere legitimam iure institutionis. §. aliud quoque capitulum. in auth. ut cum de appel. cogn. ut uoluit Alexan. in consil. 130. post Ange. quia cum ipse habeat legitimam, amplius de iure non est instituendus, reprobando Bar. in d.§. si parens. qui uidetur uelle contrariũ in fine, quem Aquen. sequitur in d.l. stipulatio hoc modo. colum.5. uolens in effectu quod d.§. si parens hodie sit correctus. Sed mihi placet opinio Alex. quem etiam sequitur hic Cagno. quia iura institutionis procedunt quando aliter non est satisfactum filio, & est de mente Cur. antiq. circa finem. dicentis quod tunc non excluditur filius uirtute pactionis, sed uirtute ueræ receptionis legitimæ. Et tanto magis quia testamentum nõ est nullum uolente filio. l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & irrit. testamento. & no. in l. posthumo inf. de cõtrat. & filius non potest uelle uenire contra testamentum quando promisit non uenire contra accedente iuramẽto. d.c. quamuis.

112 Tertio† limitatur. d. regula. l. pactum. tradita hic per Bar. non procedere de iure canonico quando est appositum iuramentum per d.c. quamuis. de pact. in 6. Quã
* conclusionem sequuntur communiter docto. quia hoc pactum non est contra bonos mores naturales, sed solum contra quandam honestatem quod uideatur continere

tinere quandã festinationem quæ non attenditur cum tractatur de periculo animæ.l.sancimus.sup.de sacr.eccles.Nec obstat lex nostra,quia ut dixi in præmissis,hic pactum fuit factum inter tertios de hæreditate tertii, quo casu pactum est semper contra bonos mores,Et iõ sequitur ꝙ.d.c.quãuis non procedit quando filia renũtiasset successioni maternæ uel fraternę in manibus patris,quia tunc esset pactum inter tertios de hæreditate matris uiuentis uel fratris,ut supra dixi in sexta limitatione dando formam concipiendi istas limitationes.

113 Ex qua† distinctione infertur, ꝙ filia semper poterit petere se restitui in integrum & contrauenire ratione minoris ætatis uel enormis læsionis in quantum renũtiauit hæreditati illorum a quibus non accepit dotẽ, nam licet accepta dote non possit contrauenire in bonis paternis, si dos est sufficiens, ut uolunt communiter doct.relati per Dec.in consi.206.& consi.266.& cõsi.180.cum seq.& clarius in consi.616.Iason in cõs.178. lib.2.& cons.134.uol.4.Cur.iun.cõsi.53.& 101.& 141. Et afflictus in decisione regni.322.tamen quando fuit facta renuntiatio de bonis alterius a quo non habuit dotem nec per statutũ excluditur a successione aliorũ quando est dotata a patre,semper uidetur esse enormiter læsa,cum sit donatio simplex in qua filia semper læditur,ut in terminis dixit Iason in consi.134.uol.3.nu.14.quod ualde nota.Plures alias limitationes ad d.ca. quamuis.ponit Deci.& moderni in d.l.pactũ quod dotali.& in consilio 206.& 156.quas uide per te quia non sunt proprie de materia nostra, & ibi est locus suus ordinarius.

Aduertas tamen ne decipiaris, ꝙ in d.l. pactũ quod dotali ponũtur duæ regulæ,una est de iure ciuili & est negatiua, ꝙ pactum de non succedendo non ualet, per illum textum.& ad illam regulam traduntur multæ fallentiæ quæ sunt affirmatiuæ & procedunt sine iuramẽto & de iure ciuili quas ibi etiam ponit Decius.Alia ponitur regula affirmatiua,ꝙ pactum de non succedendo ualet,& hæc est de iure canonico uera, & requirit iuramentum,& fundatur in d.c.quamuis. de pactis in 6. Et ad istam regulã traduntur multæ limitationes per Dec. ibi.& in d.c.quamuis.quæ uidentur contrariæ primis, sed non sunt,quia primæ respiciunt ius ciuile, & secundæ ius canonicum,& istæ secundæ limitationes erunt negatiuæ,& procedent etiam interueniente iuramento,Et similiter istæ textus licet uere non possit dici ꝙ limitet illas regulas,quia loquitur de alio genere paciscendi quod fit inter tertios,& ille regulæ dautur in pactis quæ fiunt cum eo de cuius hæreditate agitur, tamẽ generaliter considerando pactionem iste textus limitat utranque regulam, Nam limitat regulam negatiuã fundatam in d.l.pactum.per uer.nisi forte. & regulam d.c.quamuis per principalem decisionem quæ procedit etiam iuramento interueniente, & propter istas inculcationes doctores hic & ibi confundunt utranque materiam.

114 Inter† alias tamen limitationes traditas ad d. c. quãuis.una est quam posuit Soci.in consi.183.& Cor.in cõsi.272.uol.3.ꝙ ingrediens monasterium si renuntiauit cum iuramento successioni paternæ uel maternæ sub cõditione si ingrediatur monasterium,ꝙ talis renuntiatio non ualeat,quia uidetur in pœnam ingressus se priuasse hæreditate,quæ pœna non ualet in præiudicium ecclesiæ, Et quia illa renuntiatio uidetur facta tempore quo deferatur hæreditas, quo casu iam est effectus monachus & alienæ iurisdictioniis,dẽ dixit in l.2.col. 3.ff.de iis quæ pœnæ nomine.nu. 5. Sed si contingeret ꝙ renuntiasset simpliciter, uel dicẽdo siue ingrediatur siue nõ,tunc dicebat ualere renuntiationem,quia tunc cessat ratio ꝙ in pœnã ingressus uideatur facta, & ꝙ ꝑ eam efficiatur timidior,ut ibi latius per eum, & sequitur Cagn.hic defendens ab obiectionibus aliquorũ nu. 206.& 207.& bene,Sed si omnino destinasset ingredi & de proximo esset ingressurus,& tunc semper renuntiatio ualeret,quia nõ uideretur facta nomine pœnæ, sed animo se priuandi deliberato, Et quilibet ingrediens potest donare omnia bona sua præsentia & futura. auth.ingressi sup.de sacrosan eccles.& ponit Dec. in d. c. in præsentia.col.29.uer.postremo.& ibi Parisius & Berous.Si tamen cum consensu monasteri fieret pactum, tunc indistincte ualeret,quia monasterium potest sibi præiudicare in quærendis.Decius consi.169.colum.4. Quarto principaliter limitatur dicta regula fundata in d.l.pactum quod dotali.quando filius uel alius renuntiaret post mortem patris,ut tenent gloss. & omnes in l.1.sup.eo.Et Bal.& Imola in d.l.stipulatio hoc modo & Cur.antiq.hic col.pen.per l.si quando.§.illud.inf.de inoffic.testamento.in fine.ubi est textus clarus ꝙ ualet renuntiatio etiam sine iuramento.

115 Quinto† limitatur non procedere quando filia renũtiauit in manibus fratris successionem paternam.consentiente patre,nam tunc ualebit renuntiatio etiam sine iuramento,per istum textum,Et si fieret sine consensu patris,non ualeret etiam cum iuramento, quia tunc esset pactum factũ inter tertios de hæreditate alterius, quod semper est contra bonos mores, & nunquam firmatur iuramento.c.non est obligatorium. de reg. iur. in 6.& sup.dixi.& tenet Petrus & Cin. & Raphael in d. l.pactum.Quamuis Cur.antiquus hic impugnet allegãdo authoritatem Raphaelis.Sed ipse equiuocauit commiscendo ista duo genera pactorum, sicut in infinitis locis fecerunt doctores se confundendo, Sed distinguendo illa duo genera pactorum cum suis rationibus omnia erunt plana.

Sexto limitatur.d.regula.l.pactum quod dotali. nõ procedere quando pater legitimaret filium naturalem cum conditione ꝙ non succederet nisi in certa quantitate,quia si tunc filius renuntiaret successioni patris, ualeret renuntiatio,quia esset conformis cum iure cõmuni quo filius non succedit nisi limitare, ut per Alex. Et Paul.de Cast.in d.l.pactum.& Curt.antiq. hic colu. penu.uer.5.& in d.l.pactum. Et hoc puto uerum, quia potius dicitur quædam confirmatio iuris competentis patri.argu.l.cum inter socerum. §. cum inter. ff. de pact.dotal.

116 Tertio† principaliter quærit Bar.an ualeat pactũ affirmatiuũ de succedẽdo factũ cũ eo de cuius hæreditate agitur.Et primo arguit ꝙ non,per d.l. pactum ꝙ dotali.sup.eo.& l.hæreditas.inf.de pactis conuentis. & l. stipulatio hoc modo.infra de uer. oblig. in quibus iuribus in terminis expressum est ꝙ tale pactũ non ualet, quia per illud tollitur libera facultas testandi, cũ si illi paciscentes sunt efficiendi hæredes nõ poterit testator alios facere hæredes,ꝙ est cõtra bonos mores, quia nemo potest sibi imponere legem a qua non possit recedere.l. siquis in principio testamenti.& ibi Barto.ff.de leg.3.etiam cum iuramento. ut ibi per Bar.colu.2.Sed incontrarium facit quod uoluit glo. hic in uerbo accõmodauerit. quæ dicit quod possum per stipulationem promittere omnia bona mea post mortem, & erit donatio uel causa mortis uel inter uiuos,quam dicit notabilem Bart.Et ideo ipse distinguit,quod aut aliquis facit pactum quod illum instituet hæredem,udl ꝙ succedet,& tunc illud pactum non ualet per prima iura.Aut uero dicit dono omnia bona mea post mortem, & tũc pactũ ualet.Et hanc distinctionem sequuntur communiter doct.Sed potes eã per clariora uerba tradere, distinguendo an uerba respiciãt ipsa bona uel dispositionem bonorum,& tunc pactũ ualet, Aut uero uerba respiciunt successionem,uel disponunt quod succedat,& tunc pactum non ualet, & sic uis stat in cõceptione uerborum, & paciscentes in hoc debent cõsulere peritos, Et ratio differentiæ est, quia quando uerba respiciunt successionem,tunc testator promittit eum facere hæredem,& cogitur ex natura dispositionis inter uiuos cum institue-

instituere hæredem, nec potest pœnitere, & per consequens aufertur sibi libera testandi facultas, quod est contra bonos mores, & prohibetur, ut dicitur in d.l. pactum quod dotali. sup. eod. & quia testamento non autem pactis datur hæreditas. l. hæreditas. infra de pactis conuentis, & promittens successionem ab intestato promittit illud quod est iuris publici, & non dependet a potestate sua. l. si frater. §. idem respondit. cum gl. ff. pro socio. facit lex obligationum fere. §. placet. ff. de acti. & oblig. & lex nemo potest. ff. de leg. 1. Sed quando disponit super bonis, tunc promittit eum facere hæredem, sed obligat se & hæredem suum ad tradendum sua bona donatario, Quæ obligatio non impedit quod ipse non possit facere hæredem, immo præsupponit quod alius erit efficiendus hæres qui conuenietur pro tali obligatione, & actio hodie potest incipere & in persona testatoris & in persona hæredis. l. 1. infr. ut action. ab hæred. & contra hæred. incip. Et per consequens non tollitur facultas testandi, & non est contra bonos mores. Nisi forsan quis per talem donationem faceret quod ipse nunquam sit habiturus bona in suo dominio, quod esset quando donaret omnia bona sua præsentia & futura, nam bona præsentia statim desinũt esse sua, & bona futura etiam sub nomine futurorum uenditorũ ueniunt, ut nihil unquum sit habiturus, nam hoc casu licet directo per talem donationem non auferatur libera testandi facultas, quia non promittit aliquem instituere hæredem, tamen per indirectum tollit facultatem testandi, faciendo quod ipse non habeat subiectum neque aliquid de quo possit testari, & testamentum præsupponit hæreditatem pro subiecto. l. prima. ff. de testamen. ibi, de eo quod quis post mortem fieri uoluit.

117 Tertia † est igitur quæstio principalis, an ualeat pactum de succedendo factum cum eo de cuius hæreditate agitur. Et concludit Barto. hic & doctor. quod non ualeat, per iura sup. allegata, & est ratio, quia aufertur libera testandi facultas, cum illum cogatur instituere ut sup. dictum fuit. Et idem etiam est si pactum esset factum de succedendo ab intestato, quia non ualebit, cũ successio ab intestato sit publici iuris, & non potest per pactum mutari. d. l. si fratres. §. idem. ff. pro soc. & ad impediendum eam inductum fuit quod fiat testamentum uel alia ultima uoluntas, Vnde sine ultima uoluntate non potest mutari. arg. l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & obliga. & l. nemo potest. ff. deleg. 1. & l. hæreditas. inf. de pactis conuentis. Et declarat Dec. post alios per eum relatos in consi. 494. col. 1. ubi dixit conuentionem non ualere quod alio præmoriente alter succedat per l. licet. sup. eod. Et ideo dixit quod cauti debent esse paciscentes, & quod consulant peritos. Et idem Dec. in d. l. pactum. inf. de col. & consi. 225. & consi. 300. & consi. 655. & Iason in consi. 17. col. fi. lib. 3. & consi. 60. & consi. 172. uolum. 4. Cur. iunior consi. 15. & 25. col. fi. & consi. 171. Raine. in l. 1. §. sed & si mihi. col.

* 1. ff. uer. oblig. & est communis opinio & indubitata. Nunquid autem ualeat pactum cum uxore secunda quod filii nati ex ea non succedant in feudis, posuit Dec. in d. l. pactum. inf. de collat. col. 2. Et Pau. de Cast. in consi. 201. uisis impetrationibus. in antiquis. & Iacobin. in

118 tractatu suo de feu. in sua inuestitura. car. fin. Et an † ualeat pactum quod primogenitus succedat, uel quod illa primo genitura tolli possit, est ampla materia de qua per Tiraq. in sua primogenitura. Et plura scripsit Cagn. in prohemio digestor. §. nos uero. in uer. discipuli & per Guidonem papam. q. 257. & in decis. tolosan. decis. 452.

119 Quarto † uidendũ est, an pactũ factum cũ eo de cuius bonis agitur dispositiuũ bonorũ ualeat, ut si quis donauit omnia bona sua, uel partem bonorũ post mortẽ, Et gl. hic cõcludit quod sic, in uer. accommodauerit. in fine. &

* sequuntur communiter docto. distinguendo ut inf. Et ratio est, quia unicuique data est potestas disponendi de bonis suis in ultima uoluntate & inter uiuos, conferendo dispositionem post mortem suam. l. in re mandata. inf. mand. & l. 1. ff. de testam. & l. 1. sup. de sacros. eccl. dummodo obseruet modos disponendi traditos a iure argu. d. l. obligationum. §. placet. Et licet conferatur post mortem, tamẽ præsupponit alium hæredem a quo petatur. l. 1. inf. ut action. ab hæred. & cessat ratio prohibitiua de qua in præsenti. q. Sed quia gl. diminute loquitur, ideo uidendum est separatim de aliquibus.

120 Et primo † quando quis donauit post mortem, an sit donatio inter uiuos uel causa mortis, Et Bar. hic cõcludit quod si non est facta mentio mortis, sit donatio inter uiuos. Si uero est mentio mortis, & tunc sit donatio causa mortis, nisi sit dictum quod non possit reuocari, uel nisi sit expresse dictũ quod sit donatio inter uiuos. l. Seia. ff. de dote præleg. & l. Seia. & l. ubi mortis. ff. de donation. causa mortis. Sed hæc distinctio in proposito uidetur esse inutilis, cum si præsupponimus donationem factam post mortẽ, ergo est facta mentio mortis semper, & sic semper erit donatio causa mortis, Itẽ contrarium decidit tex. in l. 2. infr. de iure doti. ubi præsupponitur quod sit donatio inter uiuos, & in l. cũ maritus. §. fi. ff. de pact. dotal. Sed responderi potest quod Bar. intellexit quod sit facta mẽtio mortis respectu causæ finalis, dicendo quod facit cogitatione uel timore mortis, uel ponendo conditionem mortis, non autem quod sit facta mentio mortis respectu dilationis, ut quando dixit dono post mortem meam, ut declarauit Bal. in l. 2. inf. de iur. dot. col. 2. quem sequitur Alex. consi. 13. circa primum. col. 2. lib. 1. & consi. 77. uisis lib. 4. & hic per Dec. nu. 20. Et ratio est, quia donatio causa mortis non requirit dilationem mortis pro substantia, cum nunc possit habere uires suas, quãuis possit reuocari. §. 1. inst. de donat. & not. in l. 2. ff. de leg. 1. Vnde sicut sine dilatione mortis non desinit esse donatio causa mortis, ita nec etiam erit donatio causa mortis propter hoc solũ quod donatio sit collata post mortem, & per consequens hæc donatio dono tibi omnia bona mea post mortẽ, in dubio erit donatio inter uiuos, & ita tenendum est, licet Cagn. hic se deceperit.

Vnde reuertendo ad principale dictum Barto. ex eo

121 colliguntur aliquæ conclusiones. † Prima erit conclusio Bar. quod si quis donat bona sua post mortẽ uel simpliciter non facta dilatione aliqua, in dubio præsumitur donatio inter uiuos, quia quando non est facta mẽtio mortis per modum causæ finalis, semper in dubio præsumitur donatio inter uiuos. per d. l. Seia. ff. de dona. cau. mor. ubi idem tenet Bart. & idem Bar. in l. Seia.

* ff. de dote præleg. & est communis opinio. ut per Alex. in l. quæ dotis. in 3. col. nu. 5. ff. sol. matri. reprobando glo. dicentem idem esse quãdo esset facta ab infirmo, quia infirmus ẽt facit actus inter uiuos nisi faciat mentionem mortis. d. iuribus. Secundo ampliatur procedere ẽt quãdo est facta mẽtio mortis sed per modum dilationis, ut sup. dixi. Tertio ampliatur procedere quãdo facta esset mẽtio mortis in genere, ut per Alex. in d. l. quæ dotis. col. 4. uer. 5. limita. per illum text. ubi erat dictũ quocũque modo soluatur matrimoniũ. Quarto ampliatur procedere quãdo esset facta mentio mortis per modũ demõstrationis, ut si dicatur dono tibi proprietatem reseruato usufructu usque ad mortẽ, ut per Alex. ibidem uer. septimo limita. Quæ tamen ampliationes omnes possunt cotineri sub prima quando non est facta mentio mortis per modum causæ finalis.

122 Secundo † concludit Barto. quod erit donatio causa mortis facta mentione mortis per modum causæ finalis, Et est ratio, quia hæc est forma donationis causa mortis, & in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbo. obligatio. Boerius in dec. 353. in 2. parte per totam. Fallit tamen secundum Bart. quando est dictũ quod sit donatio inter uiuos, quia uerba deseruiunt intentioni non intentio uerbis. c. intelligentia.

gentia.de uerbo. signific.& l.3. in fine. ff.de supel.leg.
& l.4.ff.de leg.1.& l. non aliter. ff. de leg.3.& Alexan.
in d.consi.13. uolu.1. Et idem esset si non facta men-
tione mortis esset dictũ ꝙ esset donatio causa mortis,
& sequitur Alex.in d.l.quæ dotis. Secũdo fallit quãdo
est dictũ ꝙ nõ possit reuocari.per l.ubi ita donatur. ff.
de don.cau.mor.& sequitur Alex.in d.l.quæ dotis.uer
si.sexto limitatur & in consi.19.uisis col. 6. uer. ex hoc
sequitur.& Pau.de Cast.in cõsi.96.notãdum. in princi.
pio.& cõsi.82.in ista donatione.in nouis.& in d. cõsil.
13.uol.1.& Soc.consi.54.in præsenti cõsultatione. Sed
in cõtrarium facit dictũ Bal.in l.cũ quis.ff.de cõdic.ob
cau.in uer.quid si dixi dono.ubi cõcludit ꝙ si in dona-
tione causa moriis fuit apposita clausula generalis pro
mitto firmã & gratã habere & in nullo opponere uel
cõtrauenire, ꝙ nõ obstãte tali clausula si pœniteat po-
terit reuocare donator, quia intelligitur illa clausula
secũdum naturã donationis cã mortis.arg.l.fin.insti.de
nõ nu.pec.& sequitur Alex.in d.l.quæ dotis. Sed Dec.
dicit cõcordãdo opiniones, ꝙ cõsiderãdum est an illa
clausula sit apposita in ipso cõtractu, ut si dixit, dono cã
mortis & nolo posse reuocare, & tũc procedit opinio
Bar.hic & cõis.si uero illa uerba ponãtur postea in fine
cõtractus in clausulis executiuis accessoriis, & tunc nõ
mutat donationẽ cã mortis, Et ita procedat illud dictũ
Bal. quia clausulæ accessoriæ nõ alterãt naturam cõtra
ctus uel dispositionis præcedẽtis, ut est text. notab. in
clem.1.in fine de præbendis. Et latius per eũdem Dec.
in consi.305.& in l.in omnibus.ff.si cer.pet. & mihi pla
cet. Tertio fallit quãdo donatio est facta corã duobus
testibus, nam tũc mẽtio mortis præsumitur esse facta ex
cã impulsiua, nõ finali, & sic sit donatio inter uiuos ad
effectum ut actus ualeat.arg.l.si quãdo.ff.de leg.1. Et
per Alex.in d.l.quæ dotis.col.4.uer. ultimo. & allegat
Cinũ in l.licet.sup.de pact.iunctis nota.per ipsum in l.
hac cõsultissima.§.per nũcupationem.inf. de testa. Sed
in cõtrarium facit lex.1.ff. de iure codic. ubi ex uerbis
demõstratur animus ad testãdum ẽt ꝙ adhibeat quin-
que testes, Vnde puto ꝙ prædicta cõclusio procedat qñ
uerba essent dubia, & uerbum mortis posset capi ex cã
impulsiua & finali, sed quando uerba essent clara, tunc
actus potius esset nullus.d.l.1.ff.de iure codic.

123 Tertio†concludit Bart. ꝙ siquis donat omnia bona
sua præsentia post mortẽ suam, donatio ualet ẽt nulla
facta mẽtione mortis, & erit donatio inter uiuos, & nõ
aufert liberã testãdi facultatem, cum nõ excludat pote
statem testãdi uel instituẽdi alium hæredẽ, immo præ-
supponit aliũ hæredem, ut habeat quem cõueniat per
d.l.1.inf.ut actio.ab hæred. Nec ẽt per indirectum tolli
tur illa potestas, quia remanẽt alia bona de quibus po-
terit testari saltem quærẽda, & fructus, & sequũtur cõ-
* muniter doct.& si est donatio cã mortis põt eam reuo
care, & postea testari.l.nõ omnis.ff.si cer.pet.& nullus
discrepat ab opinione, ut hic per Cagn.nu.118. Quã cõ
clusionem ampliant doct.procedere ẽt ꝙ dicatur, om-
nia bona, sine uerbo præsentia, quia in dubio præsumi
tur donare præsentia tantum.l.fi.§.1.ff.de leg.2. Et uer
bũ post mortem, non refertur ad extensionẽ bonorũ,
& intelligitur donare ante mortẽ, sed differt executio-
nẽ dationis post mortẽ, & donatio est de præsenti col-
lata in executione ad mortem, Ita declarat Alex.in l.sti
pulatio ista.col.5.ff.de uerb.oblig.uer.inquãtũ. & Ro-
ma.in cõsi.26.pro decisione.in primo dubio. & Ange.
in cõsi.175.uisis.col.1.Abbas in consi.28. uidetur pri-
mo.& cõsi.48.August.li.1.Dec.hic nu. 19. & ẽt uidetur
tenere Bar. Et probatur per l.si ita.ff.de aur.& arg.leg.
& l.si ita scripsisset.ff.de leg.2.& l.si ita stipulatus fuero
§.1.ff.de uerbo.oblig.Barbat.consi.6. uolu. 3. Felin. in
c.fin.de constit.Ias.in l.pater.colu.2.inf.de inoffic. te-
stamento & consi.5.uolu.3.& hic Cagn. Nec obst. d.l.
stipnlatio ista quam ibi ponderat Alex.in contrarium.
col.4.uer.sed quid si dixi dono tibi, uolens quod in do-
natione causa mortis ueniant futura in dubio, qui a a
gitur de modico præiudicio propter potestatem reuo
candi.l.fi.C.quæ res pign.oblig.pos.& l.quotiens.cum
glo.§.fi.ff.de usufru. Quia respondetur quod non tolli-
tur generalitas dictarum legum quæ etiam ipse loquũ
tur de paruo præiuditio, ex quo procedunt in ultimis
uoluntatibus. Nec ibi glo.hoc tenet, ut etiam hic decla
rat Cagno. Et quia in prædicta donatione non ueniũt
futura, Remanet quod ipse poterit testari de fructibus
& aliis quæ præsumptiue poterunt sibi acquiri. per l. si
defunctus.inf.arbit.tutelæ.& l.cura. §. deficientium.
ff.de mun.& honor. Facit quod uoluit Roma.cons.159.
colum.2.& consi.248.& consi.346.colum.fi.Aret. con-
sil.13.colum.2. Dec.consi.175.col.3. Iason in l. decem
col.8.uers.item propter.ff.de uerb.oblig.& in auth.in-
gressi. sup.de sacros.eccles.

124 Prædicta†tamen conclusio limitatur non procedere
quando donatio esset facta in pœnam reuocationis te-
stamenti, quia tunc non ualet, ut per Barto. & alios in
d.l.stipulatio hoc modo.& late Alexand.consi.156.li.
7.siue sit donatio particularis, siue uniuersalis, ut per
Cur.iunior.in consi.56.colum.3.Alexan.d.consi.156.
& Paris.in consi.69.lib.3.reprobantem Dec. aliter te-
nentem in consi.297.ut per Cagno.nume.222. Nisi illa
donatio esset facta ecclesiæ, quia tunc ualeret etiam in
pœnam mortis, ut consuluit Iason omnia prædicta re-
ferens in consi.169.lib.4. Secundo limitatur dicta con
clusio secundum Aquens.in d.l.stipulatio hoc modo co
lum.fi.non procedere quando talis donatio fuisset fa-
cta ab existente in articulo mortis, uel a notorie prodi
go, quia tunc uidetur cessare spes quod possit acquire-
re bona de quibus possit testari, & sic aufert liberam te
standi facultatem, per indirectum, & refert & sequitur
hic Cagno. Tamen contrarium tenet Angelus in d.l.sti
pulatio asserens donationem subsistere, quia egritudo
& senium non tollunt potestatem disponendi de bo-
nis suis inter uiuos.l.senium.inf.qui testam. facer. poss.
quia adhuc non cessat spes quod alia bona nõ possit ac
quirere de quibus possit testari, cum ab alio possit in-
stitui, uel legato honorari, uel ab intestato succedere.
Et ego puto uerum tam in notorie prodigo quam etiã
in existente in articulo mortis, quia etiam quod sit in
articulo mortis, si donat inter uiuos cogitat de uita &
sperat alia bona habere, & prodigus per se & per cura-
torem suum multa possit acquirere.arg. l. si a furioso.
ff.si cert.petat.& not.in l.is cui.ff.de uerbo.obligatio.

125 †De intelligentia autem.d.l.fina.de aur.& arge.leg. &
an & quando in dubio compræhendantur futura. uide
hic Cagn.qui duas notabiles.q.disputat nu. 229. usque
ad nu.236.in materia testamentaria, ad quẽ me remit-
to quia non pertinent ad legem nostram.

126 Quarto†concludit hic Bart. quod donatio omnium
bonorum præsentium & futurorum non ualet quia au
fert liberam testandi facultatem per indirectum, cum
sibi non remaneant bona de quibus ualeat testari.d. l.
stipulatio hoc modo & l.pactum quod dotali.sup.eod.
Facit lex Iulianus alias si pupillus.ff.de acquir. hæred.
ibi metu onerum patris timidius. Item quia talis do-
natio est contra bonos mores, quia sicut expectase tri
stem euentum est contra bonos mores. l. inter stipu-
lantem. §. sacram. ff.de uerbor. obligationib. Ita est
contra bonos mores ponere unum hominem in tali
statu ut nunquam sit spes quod aliquid sit habiturus,
* Quam conclusionem sequuntur communiter docto.
Sed contra eam facit fortiter secundum Alciatum,
quia non est uerum assumptum doctorum quod nihil
possit lucrari, cum ei possit relinqui aliquid cum con-
ditione quod ad alium non possit transire & non pos-
sit disponere. argumen. auth. excipitur. infr. de bonis
quæ lib. Secundo potest donatarius interim effici in-
capax futurorum.argu.glo.in l.quemadmod. in uerbo
uendi.inf.de agric.& censitis. Item potest uendere ea

consentiente donatario, & postea redimere, & amplius donatario non acquirerentur. arg. l. fi. infr. de remis. pignor. Item posset habere bona a testatore prohibita alienari, iuxta l. filius fam. §. diui. ff. de leg. 1. Quinto si institueret seruum necessarium hæredem semper habebit hæredem. §. primo. instit. qui & ex quib. cau. Item sexto ad potestatem testandi non est necessarium habere bona, quia hæreditas consistere potest sine aliqua re. l. hæreditas. ff. de petit. hæred. Septimo donator nō potest condemnari ultra quam facere possit. l. inter eos. §. 1. ff. de re iudic. Octauo, in futuris non est uera donatio, quia dari non possunt, sed potius est promissio de donando cum acquiret. & sic obligatur personaliter, & ideo sequitur quod potest testari, quia obligatus persoualiter etiam existens non soluendo potest testari. l. qui soluendo. & l. si is qui soluendo. ff. de hæred. instituend. Nono considerat, quia non uidetur aliquod probabile adduci posse quod hæc donatio non firmetur iuramento, cum non sit contra bonos mores naturales quod quis non faciat testamentum, cum hoc nouiter sit introductum de iure speciali, ut not. per Dec. in rubr. inf. qui testam. facer. poss. Et sic patet quod prima ratio Bart. & docto. de potestate testādi quæ aufertur, non concludit. Similiter nec secunda ratio Barto. concludit secundum eum, quod quis non possit se ponere in egestate perpetua, cum immo quis hoc possit facere, quia potest se uendere ad pretium participandum. §. 1. inst. de iure person. & perpetuo incapax erit, & hoc pmittitur etiam de iure canonico, ut patet in monachis & transeuntibus ad monasterium, ut not. per Abba. in rubr. extra de reg. & transeunt. ad relig. & in c. cum ad monasterium. ext. de statu. monach. & clemē. exiui de paradiso. de uerbo. signific. ubi magnum meritum propter hoc acquirit. facit tex. in ca. quo iure. 8. distinc. Vnde patet quod opinio communis est sine fundamentis. Incontrarium uero, quod immo talis donatio ualeat, probat tex. in l. secunda. & l. 3. ibi, innane nomen hæredis. & l. si totas. & l. fi. inf. de reuoc. don. Sed tamen quia in uanū laboraret qui uellet tenere in practica opinionem contra communem, cum istæ donationes omnium bonorum regulariter sint suspectæ & sæpissime priuent successores naturales indigne & propterea sunt odiosæ.

127 Ideo ego puto non esse recedendum ab ea. Et ita potest iustificari. Nam quando quis donat omnia bona sua præsentia & futura uere ponit in eo se statu quo certū est ꝙ nihil habebit tēpore mortis, Vnde deficit subiectum super quo possit testari, Testamentum uero prę supponit aliquam rem de qua possit testari. l. 1. ff. de testam. & institutio non potest fieri de re aliena, licet legata possint fieri de re aliena. Bal. in l. humanitatis. in secūda. q. quartæ. q. principalis. inf. de impub. & aliis substit. nisi habeat bona ut trahatur ad estimationē, & not. doct. in l. in quartā. ff. ad l. falcid. & ideo de iure digestorum filius non habens castrense nec quasi castrense peculium non potest testari, sicut nec seruus. l. filiusfa. ff. de testam. Et idem de monacho not. in auth. ingressi. sup. de sac. san. eccles. & in c. in præsentia de probat. Vnde patet ꝙ ubicunque constat ꝙ secūdum communiter accidentia quis non est habiturus bona nō potest testari etiam ꝙ posset esse ꝙ postea mutando conditionem acquireret. d. l. filiafam. de testa. Nec obst. ꝙ ille qui est non soluendo possit testari, quia ille nō est in certo statu ꝙ nō possit acquirere, Sed ille qui omnia bona sua pręsentia & futura donauit est in certo statu ꝙ nihil unquam est habiturus secūdum communiter accidentia, Item licet sit non soluēdo, tamē in patrimonio suo habet aliquid ꝙ est suum licet ad plura quam habeat sit obligatus, Sed iste donās nihil ꝙ suum est in præsenti habet, nec est spes probabilis ꝙ sit habiturus. Nō obst. quatuor casus cōsiderati per Alciat. in quatuor primis fundamētis in quibus donās potest acquirere, quia illi sunt particulares casus & raro cōtingentes qui nō habētur in cōsideratione. l. nam ad ea. ff. de leg. Nō obst. ꝙ possit instituere seruum necessarium hæredem, quia hoc negatur, cum nihil habeat de quo eū instituat, nec iste donās æquiparatur illi qui est non soluēdo, cum nihil habeat, nec est spes ꝙ sit habiturus, ꝙ nō est in eo ꝗ est nō soluēdo, ut dixi. Nō obst. ꝙ nō sit necessarium habere bona, quia hæreditas consistit sine re, quia respōdetur, negādo primo quod hæreditas possit esse sine re aliqua præsenti uel futura, ut dixi in tractatu meo de differ. iur. & facti in q. de uniuersitate. cum uideamus ꝙ filiorum familias & seruorum nulla est hæreditas quādo nō est spes quod possint acquirere, Et ideo cōtrariū potest procedere quādo est spes quod aliquid habere possint, sed si nō est spes communis quod aliquid possint habere, tūc nulla est hæreditas. Sed in isto donatore nō est spes ꝙ aliquid habere possit ideo dicendū est ꝙ testari nō poterit. d. l. filiusfa. ff. de test. facit lex quæsitum. ff. de pecul. Nō obst. ꝙ donator nō possit cōdemnari ultra quam facere possit, quia illud beneficium cōceditur illi uiuenti, sed eo mortuo cessat beneficium & causa beneficii.

Nō obstat ꝙ super bonis futuris nō sit uera donatio, cum illa bona prius sibi acquirātur, & postea eorum efficiatur debitor, & sic de eis poterit testari sicut alii debitores. Quia respōdetur secundum Alex. in d. l. stipulatio quod hæc communis cōclusio debet intelligi quādo in donatione appositum est cōstitutum pro donatario, cuius uirtute trāsfertur dominium futurorum statim quod acquirūtur, per no. in l. quod meo. ff. de acqu. possess. & per Tiraq. late in suo tractatu cōstituti. & in l. quamuis. ff. de præcar. coniuncta. l. traditionibus. sup. eod. Et constitutum etiam potest trahi ad futura, ut per doct. in l. 3. §. incertā. ff. de acquir. posses. sicut etiam fit in obligatione omnium bonorum. l. obligatione generali. ff. de pignor. Nec obstat ꝙ hic dicit Alcia. ꝙ cōstitutū nō trahatur ad iura incorporalia in quibus non est possessio, & sola cessione trāsferuntur. l. 3. ff. pro socio. & ius futurum cedi nō possit, ut per glo. in l. fi. inf. de hæred. uel actio. uendit. & Bal. in l. spē. inf. de donat. Quia respōdetur quod cōstitutum nō trahitur ad futura nūc, nec nunc potest cedi ius incorporale, sed tamē quod cessio postea succedēte acquisitione nū habeat effectum nō negant illa iura. arg. l. fi. inf. quæ res pigno. oblig. poss. Vel secundo potest dici ꝙ illud dominium nō habetur in cōsideratione ex quo ante acquisitionē certum est ꝙ nō est permāsurum. l. qui sic. ff. de solut. & l. fi. §. penul. infra de bon. quæ liber. & dicā infra in 4. limitatione Decii. Vel tertio potest dici ꝙ cōtraria procedunt ubicūque tractatur de acquisitione particulari secus quando tractatur de acquisitione uniuersali omnium bonorum, nam ratione uniuersitatis multa permittuntur quæ alias non permitterentur. l. quædam. ff. de acquir. rer. domin. c. cum seculum. & c. ex literis. extr. de iur. patron. & l. si debitor. cum ibi not. inf. de sententen. pasis.

Nō obstat nonū, ꝙ iuramētū super ea pręstitū nō est cōtra bonos mores, quia immo est cōtra bonos mores priuare se potestate testādi, Quod patet, quia quis cū iuramēto nō pōt facere ꝙ nō possit reuocare testamētū, ut per Bar. in d. l. si quis in pricipio testamēti. inf. de leg. 3. in q. pen. & licet a principio nō fuerit cōcessa ista potestas, tamē postquā fuit cōcessa approbata fuit iuregētiū ut cōtrarium dicatur esse cōtra bonos mores, cū uideamus ꝙ nō tollitur iuramēto, ut per Bar. ibidē, & sic remanet ꝙ ista prima ratio cōmunis satis cōcludit. Similiter ēt secūda ratio cōmunis, ꝙ quis se ponat in statu quo unq̄ nihil sit habiturus, ēt bona est, quia alioqn quis posset se priuare alimētis & uictu cōtra ius naturale. Nec obstat quod possit se uēdere ad pretium participandum, & facere se incapacem, & ingredi monasterium, & aliis similibus modis se priuare potestate acquirendi,

quirendi, quia contraria procedunt in eis qui mutant suam conditionem & efficiuntur in potestate alterius, quo casu habentes eos in potestate tenentur alimenta re.l.2.ff.de iis qui sunt sui uel alieni iuris. & in monachis Abbas facit eis expensas. d.ca. cum inter. de statu monach. Sed quæstio nostra est, quod quis existens sui iuris se ponat in egestate perpetua, quod est absurdũ, sicut est absurdum quòd homo liber perpetuo seruiat. l. Titio centum.§.Titio.ff.de condit.& demonst.& not. per doct.in l.stipulationes non diuiduntur.ff.de uerb. obliga.in ratione quare precise nemo obligatur ad factum. Non obstat lex.2.& 3.& l. si totas. inf. de reuoc. donat.quia illa iura intelliguntur de donatione præsentium tantum, uel dic ut inf. dicam super intellectu illorum iurium & similium.

Ex quibus remanet firmata opinio cõmunis, quod donatio omnium bonorum præsentium & futurorũ non ualeat, Et quia nemo discrepat quod ista sit cõmunis opinio, ideo ut dicit hic Dec.nume.30. ab ea nõ est recedendum, & est canonizata, ut per Roma. in consi. 171.pro decis.Cor.consi.252.lib.3. Iason & Aquens. in d.l.stipulatio.& ambo Decii, Rippa libr.3.de donat.& principum gestis. q.113.Gozadinus hic & in cons. 87. & Aret.col.fi. in quibus apparent etiam responsiones ad contraria ultra ea quæ supra dixi.

128 Limitatur † tamen ista conclusio non procedere secundum Bar.in donatione omnium bonorum præsentium & futurorum facta ecclesiæ, nam licet nihil sibi remaneat, tamen tolleratur quando donauit ecclesiæ, quia si ecclesiæ donat propriam personam, multo magis poterit dare omnia bona, quia nunquam potest decipi, auth.ingressi.sup.de sacros.eccles. Item quia quando tractatur de salute animæ uidetur agi de maiori bono quod est eternum, Et commodum animæ est cũctis rebus præferendum.l.sancimus.sup.de sacros.eccles.c. infirmitas.de pœnitent.& remission. Et hanc cõclusionem tenuerunt hic communiter docto.ut hic per Dec. & Iason.& in consi.169.col.3.& seq.uolu.3. Et Deci.in c.in præsentia.in septimo notab.extr.de probat. Ioannes Crotus in d.l.stipulatio hoc modo.nume.62.& Parisius in c.in præsentia. de prob.col.10.cum seq. cumulans multas alias authoritates. Contrarium tamen tenuit Ange.in consi.179.uisis prædictis. colu. 5. quia in quemcunque conferatur donatio semper militat ratio quod aufertur libera testandi facultas, & est contra bonos mores, Item quia homo remanet nudus sine spe acquirendi & aliquid possidendi, & turpitudo uidetur a fortiori habere locum in ecclesia & ecclesiasticis personis, & idem sequitur Petrus de Anchar.in consi.232. de primo dubio.& Roman.in auth.similiter. in 2. speciali.de contractibus.inf.ad l.falci. & ibi respondet ad d.l.iubemus quod in ea erat donatio omnium bonorũ facta simpliciter, in qua non ueniunt futura.argum.l.si ita.de aur.& arg.leg. Item ibi patrimonium prolatum fuit in dispositione inter uiuos, & non comprehendit futura.l.cum pupillus.ff.rem pupilli sal.fore. ibi, non solum quæ in primo habet, sed in omnibus, quamuis aliter sit in ultima uoluntate. l.nam quod.ff. ad trebel, Præterea dicebat Deci.ille tex.nihil facit, quia ibi non quæritur, nec dubitant de ualiditate donationis factæ ecclesiæ, sed solum quod bona ecclesiarum non possũt alienari, & donationes factę & acquisitiones remaneãt inconcussæ, & quod ille tex.nihil faciat, mihi placet.

Sustinendo tamen communem sententiam Dec. hic dicebat quod ratio contra Bar.allegata, quod sit cõtra bonos mores donatio, non concludit, quia de iure canonico boni mores alio modo considerantur quam de iure ciuili, ut colligitur ex no.in d.c.quamuis. de pact. in 6.coniuncta.l.pactum.infr. de coll. & per Bal.ibi.q. 39.Voluntaria enim paupertas propter Deum, etiam statu non mutato, non est contra bonos mores, & a iure canonico improbata, in qua agitur de salute animæ quæ plus ponderat quã facultas testandi.d.l.sancimus. Et tanto magis quia de iure naturali non reperiebatur. meum & tuum.c.quo iure.8.distinct.& c. ius naturale. 1.distin.facit quod not.in summa.12.q.1. quod omnes fideles uendebant bona sua & offerebant ad pedes apostolorum.

Sed tamen pro alia opinione facit, quia si de iure canonico non consideraretur ista facultas testandi, per iuramentum posset quis confirmare testamentũ ut amplius non posset mutari, & tamen contrarium tenent doctor.in d.l.siquis in principio.& ibi Barto.col. pen. uersi.quæro quid si testator iurat.& 13.q.2.cap.ultima uolũtas.& ibi refertur Ioan.Andreæ qui dicebat quod illud de actibus apostolorum procedebat in primitiua ecclesia & in illis qui renuntiauerant seculo, & non in reliquis laicis. Nisi saluando dicas quod illud est quia natura testamenti est reuocabilis.l.3.ff.de adim.leg. & non firmatur iuramento actus contra substantiam & potestatem reuocationis, sicut nec firmatur iuramento mandatum factum procuratori cum promissione ꝙ non possit reuocari.c.fin.de proc.in 6.Quod tamen nõ est tutum, & si tenetur hæc communis opinio necessarium est quod alia communis præcedens sit falsa quod per iuramentum non firmetur donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, ut sup. dixi. Vnde tutius est tenere quod paupertas perpetua hoc modo sine mutatione status sit reprobata etiam de iure canonico, quia procurauit quod clerici non ordinentur sine titulo & reditibus, ne mendicent.c.cum secundum. & c.2.extr.de præben. Item mandatur episcopis ut faciant expensas pauperibus.16.q.prima.c.fi.& 12. q. 2. c.concesso.& c. quatuor. Et prohibitum fuit res ecclesiæ alienari ut in rubro & nigro de reb.eccle.non alie. & facit c.clericus uictum.96.distinct. & ca. Odoardus. de solut.ubi non possunt conueniri clerici ultra quam facere possint, ergo uidetur quod ecclesia non permittat ꝙ quis se ponat in egestate perpetua, cum Deus hominibus omnia quæ sunt in mundo subiecerit, ut in genesi.c.1.Vnde placet opinio contra communem, quod ratione ecclesiæ donatio omnium bonorum non confirmetur, & sic limitatio non est uera.

129 Secundo † limitatur dicta conclusio non procedere secundum Bar.quando donans reseruasset sibi tantum quod de eo posset testari, quia tunc cessat ratio supra allegata.d.l.stipulatio hoc modo.& ibi Bar.uer.idem dico.& Soci.consi.101.uisis duobus.lib.2.& Dec. in consil.30.& sequuntur communiter docto.& totus mũdus obseruat ut hic per Cagn. Sed istud reseruatum non debet esse in omnibus arbitrarium donantis, sed debet

130 habere aliquas qualitates. † Et primo debet esse reseruatum de eo quod transit ad hæredes donantis ad effectum ut de eo possit testari, alias autem si sibi reseruaret aliquod officiũ temporale uel usumfructum, non ualeret donatio, quia de usufructu non potest testari, cum non transeat ad hæredem.§.finitur. inst. de usufr. & idem de alio officio non transmissibili, & fructus qui reperiuntur penes donantem non sunt sui, sed acquirũtur donatario sub capite futurorum, ut uoluit Paul. de Castro in d.consi.101.notandum.colum. penul.quem sequitur Dec.hic numero 32.uer.secundo fallit.& consilio 30.& consi.251.Cur.iunior.consi.25. & hic colu. penul.Et Cor.consilio 176.uolum.2. Nec obstat quod dixit Alex.in d.l.stipulatio.colu. antep. ꝙ ille usufructus nõ uenit sub nomine futurorum, quia ususfructus cum omnibus fructibus uidentur reseruati in dominiũ donatoris de quibus poterit testari, & Bar. hic expresse dicit de fructibus in quibus poterit testari. Quia respõdetur ꝙ dictum Bart.hic de fructibus non procedit in terminis suis, quia loquitur quãdo donata fuerũt bona præsentia tantum, & Alex. quando donata fuerunt etiam futura, Nec illud de pretio etiam potest adaptari secundum Dec.hic, quia in uenditione præsupponitur

quod pretium remaneat penes uenditorem, alias non esset uenditio, Sed donatio, & propter repugnantiam pretium non potest uenire sub nomine futurorũ, Sed in donatione aliud est, de cuius natura non est ut aliquid remaneat penes donatorem. Et ideo nihil repugnat quod non possit donare fructus nasciturος ex usu fructu reseruato. Vnde Cagn. hic dicit quod uerior est opinio quod donatio sit nulla obstante ratione principali impeditiua, quamuis multi decipiantur in hoc, ut hic per eum. Ex alio tamẽ capite potest saluari opinio Alexan. quia licet natura donationis non repugnet ut fructus ueniant in donatione, tamen mens contrahentium uidetur repugnare, quia si solũ ius utendi & fruẽdi & non fructus essent reseruati, sequeretur quod donans non haberet unde uiueret, & sic uellet uiuere de alieno tempore uitæ suæ, quod uidetur esse absurdum, quia qui reseruat sibi usufructum illum reseruat pro cõmoditatibus suis, & non ut uitam suam faciat stipendiariam donatarii, unde tacite uidentur agere contrahentes quod sub reseruatione usufructus etiam sint reseruati fructus, quæ tacita mens sicut expressa attenditur. l. cũ quid. ff. si cer. pet. & l. 3. §. 1. ff. de pactis. Et hoc uidetur esse uerius, & sequitur hic Alciatus uer. quid si donatione. Tamen quia iudices naturaliter inclinant ad infringendas istas donationes, & interpretantur fructus non esse reseruatos, ut detur occasio infringendi eas, cum sint plerunque contra naturale uotum, & factæ uel in fraudẽ, uel calore iracundiæ, uel subductionibus, ideo tutius est quod in reseruatione exprimantur etiam fructus de quibus possit testari si sunt quantitatis sufficientis, ut per docto. in d. locis. & per Gozadinum consi. 87. & Paris. consi. 71. col. 1. lib. 1. & 26. lib. 2. cum aliis cumul. per Cagn. nu. 240. & Alcia. hic qui dicit ꝙ usufructuarii solent testari de fructibus. l. si defuncta. de usufr. & fructus in dubio uidetur reseruati. arg. l. si fundũ per fideicommissum. ff. de leg. 1. & l. si uero. §. idem Papinianus. ff. mandati.

231 Secundo† istud reseruatum debet esse in notabili quãtitate propter quam uerisimiliter donans esset habiturus hæredem, ut per Aquenses in specie in d. l. stipulatio hoc modo. col. fi. quia de modicis nõ curat prætor. l. scio. ff. de in integr. restit. Iason in auth. qui rem. col. 5. supr. de sacr. eccles. Dec. in d. ca. de appellationibus. col. 2. de appel. Soc. consi. 108. col. 2. li. 1. ubi dixit quod nihil & modicum ęquiparantur. Vnde cum non sit uerisimile quod pro minimo aliquis inueniat hæredem, satis potest dici ꝙ aufertur libera testandi facultas per indirectum, Modicum autem iudicabitur secundũ ualorem rerum donatarum & conditionem personarum, Et hoc modo intelligitur quod dicebat Alex. consi. 59. lib. 5. & Curtius iunior in consi. 1. col. 7. uolentes ꝙ donatio subsistat reseruatis sexaginta libris, tamen si esset nobilis uel doctor esset uerecundum quod eius hæreditas esset de sexaginta libris uel florenorum. 25. Vnde tutius est facere reseruationem notabilis quantitatis, ne pro re minima ammittat totum, & sequuntur etiam nouissimi. nu. 222.

232 Tertio† istud reseruatum debet esse in libera potestate ipsius donantis absque alia conditione uel restrictione, ut si diceret quod reseruat sibi centum ut possit testari inter liberos suos, uel ut possit testari ad piam causã uel pro anima sua, ut uidi multas donationes factas, quia tunc non ualeret donatio, cum non haberet liberam testandi facultatem, ut per Socin. in consi. 126. ad finem lib. 3. Deci. consi. 30. colum. 2. & consi. 203. colu. prima. Cur. iunior consi. 25. Ripa in d. tractatu de donatio. Et ideo clausula reseruationis debet fieri libera, ut libere de eis possit testari. Et hoc placet tenendo opinionem communem de qua infr. in seq. articulo. Sed tenendo opinionem quam ibi tenui, hæc conclusio nõ posset procedere, quia iste expressionis solent fieri per modum cuiusdam demonstrationis, non per modũ restrictionis, cum alias taxatiue diceret, ut possit solũ testari ad pias causas uel inter liberos, & est de mẽte Alcia. hic colu. fin. Ideo teneas conclusionem ut dicam in seq. articulo.

Similiter concludunt doct. quod si donans reseruasset sibi certam pecuniam ut de ea possit in uita disponere, non ualeret reseruatio, quia non competeret ei illa pecunia pro faciendo testamentum, quia testamentum fit in morte, & per consequens donatio non ualeret, ut per Barto. in consi. 75. Aquens. in d. l. stipulatio. colu. fina. cum posset reperiri tempore mortis quod nihil haberet ut per eos, & Dec. in d. consilio 30. & 251. colu. prima. & Cur. iunior consi. 25. & sequuntur hic omnes moderni, ut refert Cagno. nume. 243. Sed contrarium ego puto uerius, quia facultas testandi conceditur uiuis non mortuis, & testator in uita disponit, nõ in morte. arg. l. qui duos. §. primo. de man. testam. Et ideo debet fieri interpretatio de potestate testãdi ut actus magis ualeat quam pereat. l. quotiens in stipulationibus. ff. de uerbo. obliga. & l. quotiens. de rebus dubiis. & l. quotiens. de reg. iur. Et præsumptio non admittitur ad impugnandum sed ad confirmandum actum. l. siqs a filio. ubi Bal. & alii. ff. de leg. primo. facit lex 3. ff. de mil. testam. Et hoc tenet ibi Alcia. colum. fina. per prædictas rationes, & quia testamenti confectio competit uiuis, non mortuis, ut per glo. in rubr. ff. solu. matri. & uerba illa posita fuerunt causa declarandi, non restringendi. l. donationes. §. species. ff. de don. Pau. de Cast. in consi. 246. cum dicta substitutio. Et hæc uidetur esse mens contrahentium quæ attendi debet. l. Titia. §. fin. ff. de leg. 3. & Barto. in l. 2. ff. de adim. leg. Nec obstat ratio Bart. quod testamentum non possit iudicari actus inter uiuos, quia licet conferatur post mortem, tamen fit in uita, cum mortuus non testetur, ut per glo. in rub. ff. solu. matri. & quamuis actus conferatur post mortẽ, tamen non desinit esse factus in uita, ut patet per l. pater filium. ff. de inoffic. testam. §. hoc autem. in auth. de non eligendo secundo nubentes. l. legata. & ibi Socin. ff. de condi. & demonst. Barbat. consi. 42. & seq. lib. 1. Deci. in l. precibus. colum. 5. infr. de impub. & aliis substit. & patet in donatione uel stipulatione facta post mortem. ut in l. 1. inf. ut actio. ab hæred. & §. post mortem. insti. de inutil. stipulat. & ita consuluit Iason consi. 130. colu. 5. uolu. 4. & inclinat Rom. cui uisa fuit dura consultatio Bart. Et mihi etiam uisa fuit dura & non uera, & credo quod ipse & doctores æquiuocauerint inter uerbum in uita disponere, & inter uiuos, Nã nemo potest negare quin testamentum sit dispositio facta in uita, sed tamen non dicitur actus inter uiuos, quia actus inter uiuos sunt contractus & dispositiones irreuocabiles. Vnde si dictum fuit ut possit disponere in uita non uidetur habere dubitationem, Tamen si dictum fuit disponere inter uiuos, tunc magis probabilis uidetur consultatio Bart. quia illa uerba non uidentur posse adaptari ad ultimam uoluntatem, Tamen etiam in hoc casu placet opinio contra Barto. tum quia donantes non intelligunt uim istorum uerborum, tum etiam quia expressio facta de dispositione inter uiuos non excludit quin possit disponere in ultima uoluntate, quia facta fuit simpliciter gratia exempli, non autem restrictiue, nisi apponeretur dictio tantum, uel alia similis taxatiua, Et hoc uidetur in terminis probari in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. & ibi Bart. Aretin. & alii, quia consideramus effectum, non modum, & mentio mortis trahitur ad actus inter uiuos. argum. l. seruum filii. §. eum qui. ff. de leg. primo. Nec obstat saluatio Cagno. quod testamentum non habeat effectum nisi post mortem, quia per hoc non infertur ꝙ non sit factum in uita, sicut donatio uel stipulatio collata post mortem nõ desinit esse actus inter uiuos. §. post mortem. inst. de inutil. stipul. Item licet dicatur ultima uolunta omnis dispositio tractans de successione. l.

si quis

si quis cum.ff.de iure codicil.& Cur.iunior consi.4. colum.4.tamen non tollitur quin fiat in uita.Item secundo respondetur q; tales ultimæ uoluntates non sunt exclusæ in illa reseruatione,sed ex mente reseruantis cõtinentur,& illud de dispositione in uita fuit expressum gratia exempli quæ non restringũt.l.damni infecti qui dã.in fine.ff.de dam.infec.& §.hactenus. inst. de grad. Nec obst. lex uerbis ciuilibus . ff. de uulg. & pupil. in qua Cagno.facit magnum fundamentum,Nam illa lex non procedit quando actus nullo modo potest operari effectum,quia tunc uerba impropriantur ne actus sit nullus.l.Sceuola.ff.ad trebel.sed solum procedit si actus aliquo modo potest uerificari.Item loquitur in uerbis ciuilibus & directis quæ non obliquantur,hic uero actus non poterat tollere nisi traheretur reseruatio ad ultimam uoluntatem,& erant uerba generalia quæ utranque significationem poterant habere . Quare concludendum est q; talis reseruatio & omnis similis ualebit,& generaliter intelligetur nisi sint apposita uerba taxatiua,& per consequens donatio conseruabitur. Et eadem conclusio fortius procedet si testator reseruauit ut quis posit disponere in uita & in morte , nam talis reseruatio generaliter intelligetur ut sit retenta libera potestas disponendi, Quamuis aliter & male cõsuluerit Dec.in consi.251.& Cur.sequitur hic.& consi.25.& consi.120.colu.2.quia illa uerba exprimunt illud quod tacite inest,& potius quandam demonstrationem quã restrictionem inducunt si non sunt apposita taxatiue,& uerba in dubio intelliguntur prolata secundum præceptum legis.argu.l.hæredes mei.§.cum ita.ff. ad treb. facit.l.ob es.inf.de pred.minor.& lex Gallus.§.& quid si tantum.& ibi per omnes.ff.de liber.& posthu.

133 Sed dubium†restat, quid erit quando istud reseruatum alteri fuit donatum,an prima donatio uel secunda irritetur,tanquam prima donatio peruenerit ad casum * a quo incipere non potuit & communiter docto. tenet quod prima donatio remaneat ualida, quia sufficit q; ab initio ualuerit, & si tunc fuisset mortuus habuisset facultatem testandi,ut per Bal.hic in penult. & ultima col.Taurin.in col.24.uer.secundo.& Deci. sentit in d. consi.251.circa finem.& consi.300. & hic Cag. Et ego puto omnino tenendum,quia alias esset in facultate donantis infringere donationem factam donando alteri illud reseruatũ & cætera bona sua,& sic esset irreuocabilis,prout uoluit tex.in §.aliæ.insti.de donat. & l. fi. infr.de reuoc.don. Et ius alteri quæsitum non potest auferri per debitores . l. debitorum pactionibus . sup. eo.& l.fi.ff.eo.

Et ideo dicendum est , q; secunda donatio tanquam auferens liberam testandi facultatem non ualebit, Sed difficultas remanet, quid si illud reseruatum fuisse donatum eidem donatario acceptanti, an præcedens donatio omnium bonorum uitietur , uel potius secunda . Dec.in d.consi.30.dicit quod secũda donatio uitiatur , & prima remanet,& sequuntur nouissimi, Sed ego puto conclusionem istam uerissimam quando donatio reseruati est facta tertio uel donatario ex interuallo,Sed quando fuisset facta donatario in eodem instrumento, tunc esset maior dnbitatio,cum utraque se inuicem annullare uideatur,per l.si libertus minorem.§.fi.ff.de iure patro.& dixi sup.in quæstione alia quãdo duæ sunt donationes præsentium & futurorum. Tamen hoc casu etiam puto communem opinionem ueram, quia donatio reseruati necessario fit separatim a principali donatione,& inter eos cadit ordo tam in faciendo quam etiam in scribendo,& propterea per ibi allegata hæc. Secũda donatio uitiabitur,& prima ualebit. Vnde cautella est quod illud reseruatum donetur causa mortis, quia indistincte utraque ualebit , uel q; donet illud reseruatum sub conditione,si nullo alio modo disposuerit de eo neque in uita neque in morte , nam tunc etiã hæc secunda ualebit,quia non aufert liberam potestatem disponendi,quia conditio nihil ponit in esse.l. pecuniam quam.ff.si cer.pet.& l.quotiens.ff.de nouat.& l.sub conditione.ff.de sol.cum concor.

134 Ista †tamen reseruatio non est necessaria secundum omnes,in uenditione omnium bonorum præsentium & futurorum , quia pretium ei remanet de quo potest testari,& succedit loco rei arg.l.si rem & pretium.ff.de petit.hæred.Item ualet constitutio dotis facta a muliere de omnibus bonis suis,ut per Alexan.in d.l. stipulatio.col.7.& Dec.in d.consil.251.Sed si extraneus daret pro muliere,tunc esset donatio facta mulieri & nõ ualeret,per predicta.Et quando data sunt omnia bona in dotem quõ fiat exactio contra uxorem a creditoribus multa,ponit Cagno. hic nu. 252. & 253.dic ut per eum cum suis doctrinis cumulatis.

135 Tertio †principaliter limitatur conclusio prædicta Bar.de donatione omnium bonorum , non procedere quando essent uerba simplicia de præsentibus & futuris,& nihil dixisset de rebus pretiosis,Nam tunc in tali donatione non ueniunt pretiosa, cum de eis debeat fieri spetialis mentio. arg.l.obligatione generali. ff.de pign.& ideo super eis poterit testari,& in reliquis donatio remanebit ualida,secũdum Mathesil.in notab. 135. nota unum motiuum.fol.12.& sequitur Alex.in d.l.stipulatio.col.7.& ibi Imola.Sed Dec.tenet contrarium, quia d. lex obligatione generali. non loquitur de obligatione uniuersali , sed loquitur de obligatione generali,quæ inter se ualde differunt,nam generalis dispositio est indefinita , & non tantum compræhendit sicut uniuersalis, & non æquipollet uniuersali quando non militat eadem ratio.l.quæsitum. §.illud. ff. de leg.3. & posuit Bar.in l.si pluribus.ff.de leg.2. Sed donatio uniuersalis omnium bonorum omnia compræhendit . l. Iulianus.ff.de leg.3.& l.a procuratore.inf. mandati. & per Bar.in l.generali.§.uxori.ff.de usuf. leg. Secundo etiam respondet q;. d. l.obligatione generali procedit in uita , sed quando donatio est collata post mortem tunc cessat ratio affectionis quæ soluitur per mortem. arg.§.deinceps.in auth.de nupti.& uoluit Marianus in tractatu oblig.in 9.libello.q.1.& Alex.in d. l. stipulatio.col.7.uidetur sentire & Alciatus expresse in uerbo neque donatione.col.3.uer.idem si dixisset.

136 Sed†prima solutio data per Decium ad d. l. obligatione.nihil ualet,dum præsupponit q; in d. l.obligatione generali non fuerit obligatio uniuersalis , Quia immo obligatio facta fuit per propositionem uniuersalẽ, dicendo obligo omnia bona mea præsentia & futura , ut uoluit Bar.in l.si ita.ff.de aur.& argen.leg.& docto. in d.l.obligatione exemplificant eam in propositione uniuersali.Et obligatio æqualiter dicitur generalis siue fiat per indefinitã siue per uniuersalem quia indefinita illo casu æquipollet uniuersali, cum alias non appareret quæ bona essent obligata,ut per Socin.in l.si is qui.200.§.utrum col.4.ff.de reb.dub. & idem Socinus in tractatu obligationum in decimo libello.q.3.Et Moderni de fano in tractatu de pignoribus.nu.37.fol.6.dicunt.l.obligatione generali habere etiam locum in donatione omnium bonorum, in qua tractatur de pleno præiuditio.arg.l.si cui.ff.de seruit.& l.1.ff.de testib.& l.nepos Proculo.ff.de uerb.sig. & sequuntur etiam docto.in d.l.stipulatio.nu.67.Et ratio rationis est, quia uniuersalis propositio recipit restrictionem de habilitate.l.1.§. nũtiatio.ff.de nou.ope.nũtia.& l.ut gradatim. ff.de muner.& honor.& Zasius multa cumulans.in d.§. nuntiatio.per quas rationes Cag.hic respondet ad contraria ut hic per eum nu. 257. Sed tamen doctores non bene uidentur tollere secundam rationem Decii,q; affectio non cadat in rebus post mortem .

Et ideo ego puto distinguendũ, aut donatio collata fuit post mortẽ respectu executionis, ut si dicit, dono oĩa bona mea post mortem meam , & tunc placet opinio Decii q; compræhendantur etiã pretiosa,quia non

militat ratio quare pretiosa debeant detrahi, & uerba generalia sui natura comprahendunt omnia. d. l. Iulianus. ff. de leg. 3. Et iura allegata incontrarium loquuntur quando militat aliqua causa urgens ad restrictionẽ faciendam, ut patet in d. iur. hic uero nulla ratio hoc dictat, ergo proprie sunt capienda. l. non aliter. ff. de leg. 3. & l. 75. §. ꝗ autem. ff. de aleat. & l. in fraudem. in fine. ff. de milit. testam. Et ideo cum nihil remaneat ex regula. d. l. stipulatio hoc modo. donatio remanebit nulla, & hæc significatio in dubio capitur in dispositione omnium bonorum, sicut si esset dispositio ultimæ uoluntatis. l. cogi. ad trebel. Si uero donatio nõ est collata post mortem, sed simpliciter donauit omnia bona sua præsentia & futura non reseruato sibi usufructu & fructibus, nec reseruatis sibi centum de quibus possit testari, Et tunc puto opinionem communem ueriorem esse, quod non ueniant pretiosa, per d. l. obligatione generali quæ loquitur de propositione uniuersali secundum omnes ibi, & eius ratio fortius militat in donatione in qua tractatur de pleno præiudicio, ut dicunt doctores, & cessat secunda ratio Decii. Nec obstat quod indefinita faciat obligationem generalem, non uniuersalem, quia ipse decipitur, cũ generalis dispositio æqualiter fiat tã per uerba indefinita quam per uerba uniuersalia, quia illa indefinita non potest continere alia bona nisi etiam ista cõtineat, quia æquipollere debet uel uniuersali, uel particulari, & particularis non potest cõpræhendere cætera bona, ut per Bar. in d. l. si pluribus. ff. de leg. 2. Vnde per indefinitam & uniuersalem propositionem æqualiter fit obligatio generalis.

Nec obstant notata in l. edita. supra de edendo. & l. 1. ff. de edendo. ubi est differẽtia inter iudicium uniuersale & generale, quia illud ꝓcedit iure generali uel uniuersali, non in propositione, Nam in propositione non fit ista differentia, quia pro eodem iudicatur proposito generalis & uniuersalis, ut dictum fuit. In rebus uero constituitur illa differentia, quia generalitas & uniuersitas inter se differunt, nam generalitas est quædam collectio multarum rerum non constituens corpus separatum a rebus, sed solum per discursum intellectus plura colligens, ut est genus respectu specierum, quia genus est quædam idea quæ non est in cõmertio nostro, ut per Bar. in l. Meuius. §. duorum. col. 3. ff. de leg. 2. & genus diffinitur sed non reperitur, ut per Bal. in Rub. inf. qui admit. Et ideo dispositio generalis principaliter disponit super rebus contentis in generalitate. l. si chorus. ff. de leg. 3. Vniuersitas uero est collectio multarum rerum constituendo unum corpus separatum ab ipsis rebus, ut est hæreditas, peculium, & dos, & grex in qua solum dispositio fit super ipso corpore uniuersali, & res ueniunt in consequentiam. l. 4. ff. de petit. hæreditatis. & dixi late in l. edita. supra de edendo. & in tractatu meo de differentia iuris & fact. in quæst. de uniuersitate. Sed quando propositio est facta, tunc non diuersificatur uniuersalis a generali, quia semper per uerba uniuntur res, & propositio non potest constituere corpus separatum a rebus, ideo æqualiter disponit, Si tamen quis non diceret, dono omnia bona mea. Sed diceret dono tibi patrimonium meũ, tunc esset donatio uniuersalis, quia uniuersitas esset donata, quia patrimoniũ est quodam corpus uniuersale differens a rebus, quod uidetur donatum, & res in consequentiam ueniunt, & non cadit illa restrictio de qua in d. l. obligatione generali. Soluas igitur formaliter respondendo, quod allegata per Decium loquuntur in uniuersitate & generalitate, non autem in propositione generali uel uniuersali. Quæ nota.

137 Quarto† dicta conclusio Bart. limitatur non procedere quando donator nondum dominium tradidisset, qa tunc de dominio poterit testari quamuis sit hæreditas inutilis in hærede qui totam hæreditatem tenetur dare donatario, ita dixit Ange. consi. 179. & Roman. & Alexan. in d. l. stipulatio hoc modo. per glo. in auth. si qua mulier. in uerb. deligere. sup. de sacrosf. eccles. Et Alcia. hic in uer. neque donationes uersi. cæterum. Et sentit Alexan. in alia q. dum uoluit quod per constitutũ transferatur dominium, & si non apponatur constitutum super futuris quod non transferatur dominium de eis & super illo possit testari, Sed Areti. hic col. ultima. & Decius nu. 34. & in consil. 130. reprehendit hanc limitationem, quia illud dominium momentaneum non habetur in consideratione. l. qui sic, ff. de sol. & l. cum nõ solum. §. fi. inf. de bon. quæ liber. & non tollitur ratio ꝙ hæredem non inueniret, cum nemo se uellet onerare litibus & grauaminibus pro illo innani nomine hæredis, quia donator uel hæres tenetur transferre dominum in donatarium. l. siquis argentum. §. fi. infra de donat. & tenet Abbas in consi. 52. colu. 2. lib. secundo. Sed iste duæ rationes non uidentur cõcludere, nam immo dominium momentaneum habetur in consideratione in institutione hæredis, cum uideamus eum qui est nõ soluendo posse instituere hæredem. l. qui soluendo. ff. de hæred. instit. & tamen dominium erit momentaneũ apud hæredem. arg. l. a diuo Pio. §. ine unditione. ff. de re iudic. Nec etiam secunda ratio, quod ille non inueniet hæredem, uidetur concludere, quia & ipsi inueniunt hæredes saltem seruos, & etiam liberos. l. si libertus soluendo. ff. de bonis liberto. propter affectionem rerum. & §. 1. inst. qui & ex quib. causis. Et non potest negari quin habeat subiectum super quo possit testari, Et per consequens non impeditur testari, sicut nec etiã impediuntur testari alii qui sunt non soluendo, Et hæc opinio multum uidetur probabilis.

Tamen defendendo aliam opinionem, quod donatio non ualeat, potest dici quod effectualiter tollitur facultas testandi ex quo redditur inutilis, cum nullum inueniet hæredem. l. si nemo. ff. de testam. tutela. Nec illud dominium habetur in consideratione, quia destinatum est ut nõ remaneat penes hæredem. d. l. qui sic. Nec obstat quod in illo qui est non soluendo dominiũ est momentaneum, quia illud non est ex speciali uoluntate præambula, Sed paulatim efficitur non soluendo, hic uero ex dispositione præambula omnium bonorũ dominium est transferendum, ita quod clarum est ꝙ nihil erit quod non transferatur, Sed in eo qui est non soluendo est spes lucri ut aliquid sit acquirendum ei ꝙ in alios non transferatur, & sic certitudo translationis totius dominii causat quod illud non habetur in consideratione. cogita tamen.

138 Quomodo† autem procedat illud uulgatum, momẽtanea non haberi in consideratione, ponit Rom. in cõsi. 256. & 499. & Aret. in consil. 50. col. 3. & consi. 60. col. fi. Et Barbat. consi. 12. nu. 25. uol. 1. Soci. consi. 53. colu. fi. lib. 4. Iason in l. non tantum. inf. de legatis. & Rimin. in l. in traditionibus. sup. eod. col. prima. & Iacobinus in tractatu feudorum. fol. 43. uersi. sed circa præmissa. & in 3. parte fol. 3. q. 27. & Hippolit. de marsil. in l. falsam. columna sexta. de falsf. cum aliis cumul. hic per Cagno.

139 Quinto† limitatur d. conclusio Barto. non procedere quando quis donasset certam summam expressam, ut ducatorum centum milium, quam summam totum patrimonium donantis non potest facere, cum omnibus acquisitis & acquirendis per centum annos. Nã licet ad satisfaciendum sint necessaria omnia bona sua tã præsentia quam futura ut nihil remaneat futuro hæredi, tamen quia spes est aliqua ꝙ ipse possit acquirere tantũ ꝙ satisfaciet & plus. arg. l. si defunctus. inf. arb. tutellæ. & l. cura. §. deficientium. ff. de muner. & honor. & multa tacite permittuntur quæ expresse non permitterentur. l. siquis Sempronium. ff. de hæred. inst. & reg. expressa nocent non. de regulis iuris in sexto. ideo donatio ualebit. Et hanc fallentiam refert Socin. in regula 108. & approbatur per Fulgo. & Alcia. Sed

Dec.

Dec.dicit eam periculosam, quia militat ratio quod qs uerisimiliter non sit habiturus hæredem, Nam uidetur quod ridiculum sit cogitare quod quis lucretur tantã summam pecuniarum, & est quædam falsitatis imago, ut dicebat Bal.in l.1.inf.de ser.fugi.& sermones nostri debent adaptari rebus sensatis.l.si ita quis.in uer.nemo sanus diceret.ff.de euictio.Barb.consi.34.col.4.uol.1.l. non uerisimile.ff.quod met.cau.& c.proposuisti.colu. 5.& c.in præsentia.in 12.nota.de prob.& Curt. iunior consi.17.col.2.

Sed ego puto limitationem ueram, quod donatio ualeat, quia non aufert liberam testandi facultatem, cum debitores qui sunt non soluendo possunt facere testamentum, & si in uita fiet exactio habebitur ratio ne cõdemnetur nisi inquantum facere potest.§.pen. insti.de actio.& ibi Iason & l.inter eos.§.1.& 2 ff.de re iud.; & sufficit quod illud reseruatũ sit in potestate donatoris ad effectum ut possit testari de eo. Item possibile est qd uel ex cessione, uel casu acquirat maximum episcopatum & statum uel etiam pontificatum ut experientia docet quæ est rerum magistra habitantibus Romæ.c. quam sit.de electione. Nec obstat quod de rebus sensatis intelligãtur sermones nostri, quia hoc est etiã sensatum quod quis speret acquirere bona multa, iuxta illud. si fortuna uolet fies de rhetore cõsul.l.si defunctus. arbitrium tutellæ. Et apparuit in Scilla & Ottauiano & multis similibus, In tantum quod bona fortunæ nõ habent modum neque taxationem a natura, & dic. l.inter eos.non distinguit quæ quantitas sit donata, & an esset soluendo tempore donationis.

Nec obstant conclusiones supra firmatæ in quibus di[...] quod dominium momentaneum non habetur in cõsideratione, quia omnes illę conclusiones procedunt quando quis donauit uniuersaliter bona futura, & certitudinarie se posuit in statu quo nihil habere poterit, priuando se illa naturali præsumptione acquirendi, cum omnem quantitatem etiam infinitam acquirendã donauerit, sed in proposito casu non se priuauit illa potestate acquirendi, nec acquirenda donauit, & non est ita certum quod dominium sit momentaneum in eo ꝑpter illam spem acquirendi, & hanc partem puto uerã, & est de mente Alciati in dicto loco.uersi.cæterum. in fine. Et hoc etiam casu possunt exemplificari.le.2.& 4. inf.de inof.dona.& per totum. Et sicut testari potest omnis existens non soluendo, ita etiam iste, & hæres faciendo inuentarium poterit se liberare grauamine.l.fi. C.de iur. deliber. & consequi utilitatem.l.si libertus ꝗ soluendo.ff.de bon.liber.uel si est seruus necessarius hęres institutus consequetur premium libertatis.l.qui soluendo.ff.de hæred.insti.

140 Sexto limitatur† dicta conclusio nõ procedere in eo qui ex aliqua causa prohibetur testari, sed non prohibetur contrahere, nam hoc casu ualebit donatio, quia cessat ratio prohibitiua.arg.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patro. Et per Seuerinum in disputatione incip.Alexan.sed postea concludit eã esse factam in fraudem ab eo qui testari non potest, ut in simili dixit Imola & Dominicus in cap.quanquam.de usur.in 6.Dec.uero dicit hanc fraudem non posse considerari, ex quo ipse de se non potest testari, Sed Cagno. repræhendit limitationem, quia in ea militat alia ratio Barto. quod se ponit in statu quo nunquam est habiturus aliquid, & sic manebit in perpetua egestate.argum.l.inter stipulantem. §.sacram.ff.de uerborum obliga. Sed potest dici quod illa ratio Barto.non est concludens, quia potuisset etiã alteri se uenundare & priuare potestate disponendi, & se ponere in egestate perpetua.§.primo.institu. de iure person. Sed tamen quia potest dici quod illud procedit mutato statu, ut supra dixi in articu.principali. Ideo limitatio defensari potest alia ratione, cum non possit considerari fraus si lex dedit liberam potestatem disponẽdi de bonis suis omnibus in uita, quo casu magis cõsiderate uidetur disponere, cum sit in suo sensu recto, & non in infirmitate constitutus, & non sit in aliqua necessitate ut debeat cogitare de fraude. Præterea ex ista donatione nunquam erit in egestate perpetua, quia & ipse alimentandus est.l.fi.inf.de reuoc.donatio. & nõ condemnatur nisi in quantum facere potest si istis remediis non renuntiauerit expresse in donatione.

141 Septimo† limitatur non procedere quando iuramẽtum esset appositum super tali donatione, quia cum iuramentum possit seruari sine iactura salutis eternæ seruandum est.c.cum contingat.de iureiur.ita dixit Cor. late in consi.252.uolum.3. Sed Barto.& communiter doctores tenent quod iuramentum non ualidat talem donationem, & idem tenent in dict. l.stipulatio.de uerborum obligatio.& Cur.iunior hic col. pen. Abbas in consi.48.col.fin.lib.2.& Corn.consi.6.colu. 2. lib.2. & consi.60.col.penulti.& in consi.176.col.fin.in 3. uolu. Aquens.in l.licet.colum.2.supra eodem.Cur.iunior in consi.23.Nam iuramentum non ualidat dispositionem impedientem liberam facultatem testandi, quia id repugnat charitati proximi, & est contra bonos mores. Sed incontrarium facit quod supra concludunt doctores de donatione facta ecclesiæ, Nam si est contra bonos mores, ecclesia nõ potest retinere res donatas nec inducere aliquod inhonestum, & doctores ibi uolentes euitare hoc, dixerunt quod boni mores aliter considerantur de iure canonico, quod non habet pro absurdo quod unus se ponat in egestate perpetua, cuius contrarium hic dicunt. Ideo ego supra dixi illam opinionem non esse ueram, & hæc erit uera. Quæ conclusio procedit tam respectu præsentium quam futurorum bonorũ quia cum sit unica oratio non potest pro parte ualere, & pro parte non, ut per Decium consi.30. ad finem. & Ruyn.in l.1.§.siquis ita.de uerborum oblig.colum.pe. quod licet sint duæ donationes, una præsentium & alia futurorum, tamen una impedit aliam, & non potest dici quod una magis ualeat quam alia, & concursu se impediunt.l.quotiens.ff.de usufruct. Nec ordo scripturæ debet attendi.l.nec enim.ff.de solu.& l.petens. supra eodem.& Barto.in l.contractus. infra de fide instrumen. Sed hoc ultimum non est simpliciter uerum, quia fundamentum est falsum, quod quando sunt duæ donationes utraque uitietur, quia prima ualet, & secunda annullatur, ut infra dicam in alia limitatione. Solum ergo hoc dictum de iuramento procedit quando sub uno nomine collatiuo continentur præsentia & futura, quo casu est unica donatio.ut nota. in lege scire debemus. §.primo.ff.de uerborum obligationibus.& cum sit unũ indiuiduum non potest pro parte ualere & pro parte non, ut nota.per Bartolum in lege grece.§.illud.ff. de fide. Sed si præsentia & futura non continentur sub uno nomine collectiuo, tunc donatio ualidatur per iuramentum, & secunda sine iuramento ualet.ut infra dicã ultra alios.

142 Octauo† limitatur prædicta conclusio non procedere.respectu præsentium, nam cum donatio præsentium sit una & primo facta, & donatio futurorum sit alia, prima debet ualere, & secunda postea annullari, argum l. sancimus.infra de dona. Et licet Bart.hic non determinet, tamen Salic.determinat quod ualeat in præsentibus, quia sunt duæ donationes.argum l.scire debemus. ff.de uerborum obliga.& secunda est causa quod tollatur facultas testandi, non prima, Quam opinionem tãquam æquam confirmat Dec.quia primo est facta mẽtio de præsentibus, ergo ualet.argum.l. qui soluendo. ff.de hære.insti.ubi pluribus seruis nominatis ualet libertas in primo, cum non possit ualere in omnibus, & superfluum debet uitiari.l.siue generali.ff. de iure dot. facit regula quod utile per inutile non debet uitiari.c. utile.de reg.iur.in 6.& actus in dubio debet ualere. le. quotiens.ff.de regu.iur. Et uidetur tenere Alcia. in uerbo neque donatione.colum.2.dicens quod donatio de nomina-

nominatur a datione,& in prima parte ualet quia sunt præsentia,alia uero est donatio de futuro,Sed incõtrarium adducitur tex.in l.si libertus minorem.§.fi.ff. bono.liber.Præsupponendo quod libertus maior centenario non potest præterire patronum,sed sic minor cẽtenario.§.postea.& §.sed nostra.insti.de succe.liber.& ibi Theo.fi.Vnde libertus si per alienationem non efficitur minor centenario fraudatur solum patronus, qa habet minorem legitimam in bonis liberti, sed si alienat ut efficiatur minor centenario, fraudatur patronus in totum in successione ex testamento ut nihil habeat & in fraudem legis fit,sed quando libertus alienat in fraudem patroni,tunc reuocatur alienatio per calui sianam uel fauianam actionem,Sed si alienat ut efficiatur minor centenario,tunc alienatio est ipso iure nulla tanquam facta in fraudem legis, in tantum quod alienatio facta antequam sit minor centenario ualet qa est solum in fraudem patroni, & etiam illa quæ est facta post quam effectus fuit minor centenario, quia illa est in fraudem patroni in successione ab intestato, solum enim est ipso iure nulla quando per eam efficitur minor centenario,Si igitur alienatio facta fuit de plurib. rebus simul per quam alienationem efficitur minor cẽtenario,dubitatur ibi an illa sola sit ipso iure nulla, uel tota alienatio omnium rerum simul,&respondetur ibi quod ista alienatio est nulla,Ergo eodem modo licet p donationem futurorum tollatur facultas testandi, tamen quia utraque donatio eodem tempore facta fuit, ideo tota debet esse nulla,& ita tenet Alex.in d.l.stipulatio.colum.penult.& confirmat per textum in lege si non sortem.§.si centum.ff.de condict.indebi.& §. emphiteosim.in auth.de non alie.ubi emphiteosis quę potest ualere usque ad tertiam generationem si fiat in per petuum uitiatur in totum,nec tenet usque ad tertiã generationem,facit tex.in l.grece.§.illud.ff. de fideiusso. Sed Deci. tenet primam opinionem per dictam legem qui soluendo,& dictã legẽ quotiens.de regul.iur. & ad contrarium respondet quod ille tex.loquitur in pluribus simul alienatis ordine successiuo. Et ideo una tantum reuocatur,ut ibi dicitur in fi.& dicta.l.qui soluendo.Item ibi fuit fraus, hic nulla est fraus,& hanc solutionem confirmat per dictam legem qui soluendo. la prima.ff.de hæred.instit.ubi dicitur quod si plures simul sunt instituti & uiuant,quod nulla ualet institutio, quia se inuicem impediunt,& sic secũdum eum uis est an fiant simul uel ordine successiuo,& ratio est,quia efficiuntur unum indiuiduum destinatione.argum. di.l. grece.§.illud.& ibi Barto.Sed tamen uidetur quod per hoc non tollatur contrarium,quia in hoc exemplo quã do donauit omnia bona præsentia & futura, sicut utraque uidetur esse facta, & sic uidetur simul debere uitiari, sicut dicitur in dicta lege si libertus minorem. §.finali. & dicta lege qui soluendo. la prima. ubi utraque institutio uitiatur quia simul facta fuit unica cõceptione.

Quare pro solutione oportet considerare quando quid dicatur simul factum,uel ordine successiuo, si fiat in eadem scriptura,nam si fiat in diuerso actu uel tempore,tunc cadit ordo successiuus.d.l.si libertus.in fine. & d.l.qui soluendo.la secunda. Sed quando fit in eadẽ scriptura uel eodem actu,est magis dubium, cum plures stipulationes eodem tempore fiant,& tamen distinguitur,quia una uitiatur,& non alia.d.l.1.§. siquis ita. ff.de uerborum oblig.& per consequens uidetur quod sit ordo successiuus, & ideo ego puto considerandas tres conceptiones donationis. Aut enim quis donauit in diuersis orationibus bona præsentia & futura cum interuallo aliquo, ut si dicat dono tibi bona præsentia, & postea dicat dono tibi bona futura, &tunc ego puto limitationem esse ueram quod prima donatio ualet, & secunda uitietur per dictam legem qui soluendo.la secunda.ubi in eodem testamento erãt instituti duo cum diuersis orationibus, & tamen prima institutio ualet,& secunda annullatur,& hoc modo potest etiam intelligi.d.l.si libertus.§.fi.in fi.ff.de iure patro.Nec obstat quod supra dixi de donatione reseruatæ quantitatis,quia aliud est in illo casu, quia compræhenditur illud reseruatum in uerbis primæ donationis & hoc tenet Dec.in dicto consi.30. Si uero donauit omnia bona sua præsentia & futura unica conceptione, & in hoc casu puto quod tota donatio sit nulla, & hæc solet esse communis forma concipiendi donationem, Nam falsum est presuppositum tenentium contrarium quod sint plures donationes,quia immo unica est, ex quo sub hoc nomine collectiuo,bona,continentur plures res separatæ, quo casu est unica stipulatio & donatio.ut in dicta.l.scire debemus.§.primo.& ibi glo.magna.& Iason in illo exemplo octo seruos & decem seruos.Vnde cum sit unica non potest pro parte ualere & pro parte non,& in hoc doctores æquiuocauerunt. & facit d.l.qui soluendo.la prima.& l.grece.§.illud. & l. si non sortem.§. si centum in sui ratione.quia actus est indiuiduus destinatione partium, & hic etiam indiuidua donatio,& per Barto.in l.si ex toto.ff.de leg.2.& l.siue generalis.ff.de iure dotium. in prima sol. posita in glo.ualet.Nec placet opinio Alci.quod donatio uera non possit esse in futuris, cum de eis datio fieri non est uerum hodie,per legem siquis argentum.§.si.inf.de donatio.& §.aliæ.insti.de donatio.ubi disponitur qd sola pactione sine interuentu rei donatio perficiatur, Si uero fiat donatio præsentium & futurorũ sub diuersis nominibus,ut dono tibi omnia bona mea futura, & tunc casus est dubius,quia unica conceptio est propte unicum uerbum dono.§.si coniunctim.inst. de lega. tamen sunt plures donationes,sicut siquis diceret, dono tibi illum fundum & illum equum.d.leg.scire debemus.&una uitiata remanet alia d.l.1.§.siquis.ff.de uerborum oblig.Sed sunt simul factæ,cum una sit conceptio uerborum,sicut in stipulatione annua.l.si Stichum. §.primo.ff.de uerborum obliga. & inter eas non cadit ordo prioritatis uel posterioritatis. §. ante hæredis institutionem.insti.de leg.& l.2.§.si prius.ff.de uulga. & pupil.& l.pe.ff.eo.& facit.l.quotiens.ff.de usu. Et põt induci tex.in l.qui soluendo.la prima.secundum alium intellectum quod ibi dictum fuisset illum & illum Appollonium instituo,& constaret quis esset prior nominatus,Sed pro contraria parte quod prima ualeat, & non secunda,facit,quia hæc uidetur esse natura tradita in donatione.l.sancimus.infra de donat.sicut multa alia specialia concessa fuerunt per dictam legem siquis argentum.Et male uidetur posse euitari. dicta l. sancimus.quæ loquitur in terminis donationum. Nec obst. quod concursu se impediant, quia hoc contingit quan do est unica donatio compræhendens plures res, ut erat in lege qui soluendo.la prima.cum l.seq.ff.de hæred.insti.ibi duos Appollonios. Sed quando sunt plures,datur ordo,ut in d.l.prima.§.siquis ita. de uerborũ oblig.cum una uitietur & alia non,& tanto magis hoc debet esse in donatione,in qua talis forma tradita fuit per dictam legem sancimus.Nec obstat quod sit indiuiduum.dict.l.grece.§. illud.quia negari potest cum sint duæ stipulationes.d.l.scire debemus.& diuersæ d.l.prima.§.siquis ita.Puto tamen communem opinionem etiam in hoc casu ueriorem esse,quod utraque uitietur, & sit contra bonos mores,cum licet donatio prẽsentiũ per se non sit contra bonos mores,& donatio futurorũ per se non sit contra bonos mores,tamen simul iunctę efficiuntur contra bonos mores,quamuis sint diuersæ & separatæ donationes,& qui uult inualidare donationem futurorum oportet demonstrare quod sit secundo loco facta, quod non potest apparere in hoc casu, cum sint unica cõceptione uerborũ expeditæ.Ideo debent simul uitiari.d.l.si libertus minorem.§.pe.dum dicit.plures res simul fuerunt alienatæ,nam potest intelligi

ligi uel per uniuersalem propositionem, omnes istas res, uel exprimendo eas particulariter, ex quo postea in §.fi.dicit quod una primo facta fuit,& postea secunda,& sic ex interuallo,ut no.per Decium in l. in bonæ fidei.supra.eo.num.10.& satis probatur in d. l. qui soluendo.ibi,duos Apollonios.& succedit.l. duo sunt Titii.ff.de test.

243 Nec obstat†lex sancimus.quia ille text. procedit ex alia ratione,cum ibi illud procedat etiam quod fuisset unica donatio quæ pro parte infirmatur ex spetialitate illius.l.sed huc tantum donatio futurorum potest infirmari quando esset secundo loco facta,qui ordo non probatur propter unicam conceptionem. Nec obstat lex prima.§.siquis ita. quia ibi uitiatur stipulatio propter formam ommissam,hic uero uitiatur propter accidens,quod tollatur facultas testandi,quæ ratio non potest induci nisi hæc donatio sit secundo loco facta,quod non bene probatur ut dixi,& sic uis stat in ordine, quæ sit prima,& quæ sit secunda,& cum non posit assignari ratio quare una sit magis prima quam alia, ideo se inuicem debent uitiare. d.l. qui soluendo. la secunda. Et propterea puto idem dicendum esse quando in donatione exprimitur quod sint tot donationes quot sunt res,quia licet sint plures donationes, tamen in eis non datur ordo,ergo simul iunctæ tollunt potestatem testādi,& per consequens sunt contra bonos mores, quare remanet regula cōmunis,quod tota donatio uitiatur. Fallit quando una donatio facta fuit uno tempore, & alia alio tempore,uel in diuersis orationibus,uel in diuersis instrumentis,cum aliquo interuallo.d.l. si libertus.§.fi.de iure pat.

244 Ex quibus†infertur ad conuentionem quam sæpissime faciunt fratres inter se, quod si unus præmoriatur alteri alter superstes succedat,& tunc eo casu unus alteri donabat,& ireuocabiliter omnia bona inuicem cōmunia,utrum ualeat talis donatio confirmatoria, Et quia clarum est quod prima non ualet, quia aufert liberam testandi facultatem per dictam legem pactū quod dotali.sup. eodem. est dubium an alia donatio tanquā in consequentiam facta ualeat.EtCagno.hic num.269. dicit uideri primo dicendum quod talis donatio tanquam in consequentiam facta non ualeat,quia pactum de succedendo principaliter interpositum non ualet d. l.stipulatio hoc modo.cum aliis supra allegatis. ergo uitiari etiam debet pactum donationis accessoriū, sed tamen contrarium determinat Alex.in consi.83.uisa facti narratione.colum.penul.lib. 2. uolens quod ualeat donatio,quia utrunque est principale,& unus actus est successiuus alteri, & ualet, & sequitur Riminal. in l. gelicet.supra eodem. Facit quod uoluit Iason in consi.211.uolum. secundo.de quo late dicas ut per doctores in dicta leg.licet.ubi est locus suus.Et ultra remissiones quas dedi supra in principio istius tertiæ principalis quæstionis Barto. uide Iaso. in consilio. 215. libro secundo. ubi ponit de pacto facto inter fratres de non alienando,donando,permutando, & locando,nec quouis alio modo distrahendo bona inter ipsos diuisa, etiā per uiam testamenti, nisi inter se ipsos, an teneat, & an alter uxori suæ partem dictorum bonorum possit relinquere.

245 Octauo limitatur† prædicta conclusio Bar.non procedere quando dixit,dono omnia bona mea mobilia, & immobilia præsentia & futura,quia tunc ualeret donatio,ex quo retinuit penes se donantem iura & actiones quæ in prædicta donatione non continentur,quia constituunt tertiam speciem,ut nota.in l. a Diuo Pio. §.primo.ff.de re iudic.& late Ias. in d. l. stipulatio hoc modo concepta.colum.fina.&Bar.consi.50.& Bal.cōs. 232.uolumi.2.& Alcia.hic in uerbo neque donatione. uers.illud constat. Et confirmat propter pronomen, mea,quod refertur ad ea quæ dominio acquiruntur, ut per Barto.in l.si ita legatum.ff.de auro & arg.leg.Et idem etiam est quando dixit,bona mea præsentia & futura ubicunque essent,nam nec etiam comprændenrentur iura & actiones quæ non circumscribuntur loco,ut per eosdem in dicto loco per legem Gaius.ff. de leg.2.& Alcia.sequitur in d.uers. illud constat. & Cag. hic num.270.& hoc etiam casu uerificari possunt lex 2. & 3.& per totum infra de inof.don. Prædictæ tamen omnes limitationes non sunt proprie limitationes ad conclusionem de qua agitur,quæ loquitur ubi constat nihil fuisse reseruatum in donatione,Scito præterea, si aliqua insunt per quæ posset uitiari actus donationis ad ea tunc non esse in hac materia faciendam relationem, ut per Rippam in loco sæpius allegato. & per Cagnolum hic.Quid autem ueniat appellatione mobilium quando de eis facta fuisset donatio uel contractus,ponit late Decius in consilio suo. 270. uolumine secundo.

246 Nono limitatur†non procedere quando in donatione est appositum illud pronomen,meum,quia dicēdo, dono tibi omnia bona mea, comprænendit solum res corporales,non autem iura,&ideo donatio ualet,quia in iuribus remanebit potestas testandi.argum.no. per Barto.in d.l.si ita legatum.ff.de auro & arg.lega.ut hic per Aret.& Alcia.in dict.uers.constat.Sed hoc mihi nō placet,quia qui donat uerisimiliter donat sua non aliena,& uerbum,sua,adaptatur etiam ad iura,cum in iuribus cadat dominium,iuxta not.in §.sed iste.insti.de actio.& in cap.de quarta. de præscrip. Vnde hac limitatione reiecta potest dari alia,ut si dictum fuit,dono omnia bona mea post mortem meam, cū executio sit collata post mortem, remanet dominus in uita usque ad mortem,de quo dominus poterit testari,ut per Bal. in l.1.colum.7.uers.item est argum.infra de iure fis. libro 10.Quæ limitatio etiam est periculosa, per ea quæ dixi sup.in 4.limit.quia cum clarum sit quod omnia sint applicanda donatario,illud dominium erit momentaneum & non habebitur in consideratione. l. qui sic. ff. de sol.l.fi.§.pe.inf.de bon.quæ liber.& uirtualiter uidetur quod non habeat de quo possit testari, cum uerisimiliter non possit inuenire hæredem.Nec obst.quod ille qui est non soluendo habeat dominium momentaneum rerum suarū,quia ibi non est ita certitudo quod nullum dominium sit habiturus,sicut est in eo qui uniuersaliter se priuauit omnibus bonis suis præsentibus, & futuris,ita quod nunquam est spes quod sit habiturus dominium perfectum in aliqua re,sed in eo qui est non soluendo est aliqua spes quod lucrando possit habere dominia perpetuo permansura penes suos hæredes.argum.no.in l.si defunctus.infra arb.tut.& sic limitatio ista nec etiam est uera,quamuis Cag. eam hic sequatur.

247 Decimo†limitatur prædicta conclusio non procedere quando princeps qui non recognoscit superiorē cōfirmasset prædictam donationem ex certa eius scientia,& de plenitudine potestatis, non obstantibus quibuscunque contrariis,nam tunc ualeret,quia non posset ei dici,cur ita facis,argum.c. proposuit. §.licet. de concess.præben.&c.ut nostrum.§.secundo.ut eccle.bene.& fuit dictum Bal.in prohe.dec.colum.4.& in præludiis feud. colu. 9.& in specie Dec.cons.655. colum. 3.Et hoc mihi placet.quamuis Cagnol. hic dicat quod non consuleret principes hoc facere,quia nulla iniquitas insurgit ex tali confirmatione, neque alicui aufertur quod suum sit,cum bona sint propria ipsius donantis,& reseruando paruam quantitatem pro testamento potuisset priuatus ualidare eam,&ideo non apparet in quo lædatur conscientia principis in confirmatione, & maxime tenendo opinionem illorum qui uolunt qđ per iuramentum possit ualidari.Si tamen princeps cōfirmaret post mortem donantis, tunc posset insurgere iniquitas,cum statim successoribus acquisitum sit ius, quo princeps sine causa non debet eos priuare,argum. no.per

no.per docto.in l.Gallus.§.& quid si tantum, in materia legitimationis .ff.de lib.& posth.

148 Nunquid† autem donatio omnium bonorum possit diminui occasione dotis dandæ filiæ, sicut prohibitio alienationis facta a testatore diminuitur. iuxta authe. res quæ.infra communia de leg.Ponit hic Curti. colu. fin.& tenet quod possit diminui,quia fortior est prohibitio facta per testatorem, quam donationis, quia in donatione donator non potest conueniri nisi inquantum facere potest.l.inter eos.§.1.ff.de re iudic.& §.penul.insti.de actio.& hoc uidetur satis æquum. argum. tex.in l.1.inf.de inoff.don.& in l.1.inf.de inof.dot.cōcurrentibus tamen terminis.d.auth.quod fit de liberis quia illa auth.loquitur de liberis,& non habet locum in extraneis, ut uoluit Bal.ibi & Pau.de cast.& Ias.col. 2.& 5.& Cagno.hic num.273. qui subdit casum quem ipse habuit in facto,& sæpissime occurrit in materia. d.auth.in contingentia facti,in quo fuit disputatum an ualor bonorum deberet attendi tempore dotis constitutæ,an uero tempore dotis restituendæ. Nam mulier pro consecutione restitutionis suæ dotis capere uolebat bona fideicommisso subiecta, opponebatur quod tempore receptæ dotis erant alia bona fideicommisso minime obnoxia,ideo cessare fauorabilem prouisionē d.auth.res quæ.in subsidium editam.& quod ageret cōtra possessores dictorum bonorum, prout fieri debere tenet ibi Bal.ubi Cor.colum.3.Rom.cons.232.in 1.dubio.& Socci.cons.85.colum.fi.lib.pri.Sed Pau.de cast. ibi tenet attendi debere tempus restitutionis petitæ, & consequenter si eo tempore non sint nisi bona fideicommiss.subiecta,posse ea capi & alienari pro restitu. dotis ex prouisione auth.prædictæ.sequitur ibi Ias.colum.fi.Et consuluit bis Pau.de cast.in cons.13.& 130. circa ea.in antiquis.Sequuntur Opizon. & Ferdinand. hisp. in repetitione.§. Diui.& Matthe.de Afflict.in decisione regni.314.pro hac parte consuluerunt Iaso.cōs. 257.lib.2.Dec.consi.519.colum.fi.& Cur.iunior in cō si.9.Et hanc opinionem tenet ipse,tum quia fauet dotibus,tum quia communis est,ut ex prædictis apparet.& mulier dicens non esse alia bona in quibus dos sibi possit restitui,uidetur habere intentionem fundatam, & contrarium dicenti incumbere onus probandi,iux.gl. in l.cum de lege.ff.de probat. secundum Decium loco præalleg.Sed hæc ultima ratio non concludit si rei demonstrarent per inuentarium plura bona fuisse extra fideicommissum, Quo facto uidetur potius quod actio intentanda sit cōtra possessores,ne sit in potestate alienantium bona ante fideicommissum fraudare fideicōmissarios in diminutione fideicommissi,per regulā nō debet.ff.de reg.iur.Et ideo puto concordari posse opiniones,Aut hæredes alienantis soli opponunt,& tunc procedat opinio Pau.de cast.cum seq. quia uidetur solum tractari de præiudicio eorum, Aut uero fideicommissarii & tanquam tertii prætendentes interesse opponunt de fideicommisso,& petunt procedi contra cætera bona,& tunc puto opinionem primam ueriorem esse,quia esset iniquum quod hæredes uel alii primi possessores alienando bona possint diminuere fideicōmissum & fraudare successores, & hoc uidetur esse æquius fauore ultimarum uoluntatum.arg.no.in l.testamentis.ff.de reg. iur.

149 Addunt etiam hic doct.circa ualiditatem istius donationis omnium bonorum cum reseruatione iuridica quod requiritur etiam præsentia donatarii,& si nō interueniat,non ualet donatio etiam quod notarius stipuletur nomine absentis,& ille postea ratificauerit,& sic uel necessaria est eius præsentia,uel stipulatio notarii cum ratificatione sequenti, quia non sequuta ratificatione posset donator alteri donare & transferre in secundum dominium,& sequens ratificatio non præiudicaret,ut per Alex.in consi.115.uolumine secundo. & Dec.in lege contractus.in quinta limita.& in lege nec tutella.§.nec paciscendo.& in l.semper qui non prohibet.col.fi.ff.de reg.iur.& cons.217.& cons.239.& 247. col.3.& cons.407.colum.3.& 432.colum.fi.& consilio 586.& 661.& Curti. iunior in cons.55.& cons.120. & Alex.in consi.153.libro 5. cum aliis cumulatis hic per Cagnolum.

Quam conclusionem ampliāt doctores procedere etiam quod in ea interpositum sit iuramentum,ut per Bauer.in tractatu de uirt.iur.colum.5.in 12.effectu. & Deci.in dicto cons.432.colum.fi. Non obstante quod iuramentum præstetur Deo, & suppleat uicem absentis,& faciat absentem acquirere sine cessione,ut per Iaso.in l.stipulatio ista.§.alteri.& §.si stipuler. circa fi.ff. de uerborum oblig.Secundo āmpliat procedere etiam quod pater acceptasset nomine filii, quia illa acceptatio non sufficit. Tertio† ampliant procedere etiā quod 150
ex particulari clausula donator promisisset cum iuramento non reuocare,secundum Cag.hic,quia si nō ualet donatio,nec etiam clausulæ accessoriæ debent ualere.iux.glo.in lege si patronus.super uerbo fauiana. ff. siquis in fraudem patr.cum aliis cumulatis per Alex.in l.1.§.si uir.ff.de acquir.possess.Ias.in l. non dubium.colum.pe.& fi.sup.de leg.primo.& cons.133.colum. pe. lib.4.& Dec.in l.cum principalis.ff.de reg.iur. Tamen in hoc ultimo placet mihi opinio Alex.in di. l.stipulatio ista.quia qui renuntiat fauori suo & potestati reuocandi cum iuramento tenetur seruare iuramentū, quia non est contra bonos mores.per c.cum contingat. de iureiur.Nec obst.iura supraallegata de accessorio,quia loquuntur quando principale nullo modo ualet, sed donatio facta absenti notario stipulante ualet, licet antequam sit ratificata per donatarium possit reuocari, ergo uidetur quod renuntiatio accessoria remaneat ualida & debeat seruari,sicut dicitur de iuramento de nō opponendo exceptionem non numeratæ pecuniæ per docto.in l.si ex cautione.inf.de non numer.pecu. & de renuntiatione.l.si unquam.per docto.ibi.inf.de reuoc. don.Quia ratio quæ militat in donatione quæ non potest fieri absenti.l.absenti.ff.de don.non militat in illa renuntiatione potestatis reuocandi,quæ cum iuramento potest acquiri absenti,sicut alia iura personalia, ut per Ias.in l.stipulatio ista.§.alteri.& §.si stipuler.col.fi. ff.de uerb.obli.

151 An autem† requiratur semper præsentia donatarii ponunt Matth.de Afflict.in decis.reg.275.& Dec.cons. 35.& Rip.lib.3.respo.cap.11.Et prædicta de ualiditate donationis uel inualiditate procedunt etiam quando duo fratres uel amici faciunt inuicem donationem post mortem eorum ut superstes habeat bona alterius, q̄ ualebit facta conuenienti reseruatione, si sit de omnibus bonis præsentibus & futuris, sed si fuisset facta de bonis præsentibus tantum,siue de bonis mobilibus & immobilibus,non comprehendendo actiones ualebit sine reseruatione,etiam si fiat pure & irreuocabiliter& nunc prout extunc,nec esset opus insinuatione secundū Alex.in cons.83.colu.pe.uolum.2.& Ias.in cons.5. uolum.3. sed si non apponeretur illa clausula conditionalis,ita quod superstes & eius liberi habeant, tunc esset pura donatio & inutilis,quia tantum deberet dare quātum accipere,secundum Cag.hic.sicut dicitur de patre donante filio.l.1.§.primo.ff.de dona.& l.siquis pro eo. §.primo.ff.de fideiuss.& Barto.& alii in l.frater a fratre colum.pe.ff.de condictio.indebiti. & partes uidentur uoluisse facere actum elusorium,sicut in l. an inutilis. ff.de acceptila.& in l.non solum.in fi.ff.de actio.& oblig.cum aliis cumula.per Alex.in l.1.§.siquis ita. ff. de uerborum oblig.& Socci.in cons.16.colum.5.uersi. ex quibus.lib.3.& Dec.cons.166.Sed tamen obstat dictū Barto.in lege omnibus.§.si Titio.in fi.ff.de leg.primo. & Barto.& docto.in l.prima.in primo notab.sup. eod. uolentes quod fideicommissum simile non sit nullum, sed actio non detur ad euitandos circuitus. Sed respondendi

deri potest defendendo præcedens dictum, quod ibi uterque erat grauatus dare certam rem & portionem si bi relictam, sed in hoc casu uterque donauerat bona pſentia & bona futura, & sic donauerat etiam bona acquirenda sibi per socium donantem ex donatione, & actus omnimodo efficeretur elusorius, per dictam leg. qui sic. ff. de sol. Quod tamen restringe quando simpliciter unusquisque donauit alteri. sed si usi fuissent uerbo, superstes habeat, tunc mortuo uno donatio alterius efficeretur nulla deficiente persona cui deberet acqri, sicut dicitur etiam de substitutione quæ non transit ad hæredes, iux. no. in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uul gari & dupil.

152 Sexto† concludit Bar. hic, quod non ualet donatio hęreditatis nullo reseruato, quia dicitur donatio omniũ bonorum præsentium & futurorum, cum hæreditas cõtineat iura præsentia & futura, & augmenta & diminutiones. l. item ueniunt. §. fructus. ff. de peti. hæredi. & hãc opinionẽ sequitur Alex. in l. quæsitũ. §. si mihi seruus. ff. de leg. prim. & Ias. in l. licet. colum. pe. supra eodem. & ibi Aquens. colum. prima. & Crot. in d. l. stipulatio hoc modo. num. 52. Sed contrarium tenet Bart. in d. l. quæsitum. §. si mihi. ff. de leg. prim. & Dec. hic & plures moder. quos refert Cag. quia potest intelligi de bonis pręsentibus, per dictam legem quæsitum. §. primo. & actus in dubio debet interpretari ut ualeat. argum. l. quotiẽs. ff. de reb. dub. cum uulg. Tamen doctr. Barto. ibi potest euitari, quia dubitauit ibi an uitietur ex eo quod est certum in nomine appellatiuo, non quia aufert potestatẽ testandi, & ideo Bar. ibi uidetur præsupponere quod in aliis termini sint habiles, & quod facta fuerit reseruatio de competenti quantitate ut posset testari. arg. leg. qui testamento. ff. de test.

Vnde concordando opiniones, considerandæ sunt diuersæ conceptiones donationum, nam siquis donat hæreditatem suam non faciendo mentionem de morte, sed simpliciter dicat, dono hęreditatẽ, & tunc donatio in dubio intelligitur de bonis præsentibus habitis per hæreditatem uel a patre uel ab aliis consanguineis ac si diceret, dono hæreditatem per me acquisitam & retentam, & ideo alia bona alio modo quæsita uel quærenda remanerent in potestate donatoris ut de eis possent testari, & per consequens donatio ualeret, & ita procedat opi. Bart. in d. l. quæsitum. §. prim. & sequacium, & est communis. Aliquando quis donat hæreditatẽ suã post mortem, & sic faciendo mentionem de morte, differendo executionem ad illud tempus, sed donatio sit pura, & tunc similiter donatio ualet, quia fuit facta de hæreditate præsenti, cum uoluerit tunc perfici, & tempus mortis appositum fuit propter executionem, & resoluitur ac si dixisset, dono omnia bona mea præsentia post mortem meam, uel omne meum patrimoniũ, & ideo bona futura remanent sub dominio donatoris de quibus posset testari, & per cõsequens donatio ualebit, & sentit Pau. de cast. in d. l. quæsitũ. §. cum seruus. ꝓ quo faciunt ea quæ dixi sup. in 3. limit. Aliquando dixit dono hæreditatem meam post mortem meam, & non expressit irreuocabiliter, uel nõ apparet quod distulerit executionem, & tunc in dubio erit donatio causa mortis, quia uerbum, hæreditas, refertur ad mortem l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred. & l. hæreditas. inf. de pact. conu. & compræhendet etiam futura, Sed tamẽ ualebit sicut alia donatio causa mortis ut per Cag. hic num. 78. quamuis Dec. in l. licet. sup. eodem. colum. fi. sentiat cõtrarium. Sed si dixit, dono irreuocabiliter inter uiuos, & tunc si differtur dispositio post mortem, siue oblatio, compræhendet futura, & tunc donatio non ualebit, quia nihil haberet de quo posset testari, & hoc modo procedit dictum Bar. hic & sequa. Aliquando uero donatur pars hęreditatis, & tunc sine dubio donatio ualebit quomodocunque concipiatur, quia semp remanet de quo posſit testari. Nec obst. dictum Cyn. & Bal. relati hic per Alex. uolentium quod pars bonorũ non potest sub nomine hæreditatis largiri. & Dec. cons. 184. colum. fi. & 30. colum. prima. cum concor. adductis per Cag. num. 277. quos sequitur. Quia eorum dictum intelligitur quando pactum est de succedendo, non autem sit pactum dispositiuum bonorum, nam pactum de non succedendo non ualet neque in parte neque in totum, quia semper est contra bonos mores, le. pactum quod dotali. supra eodem. & l. illa autem. §. 1. ff. de hæred. insti. Sed pactum dispositiuum bonorum indistincte ualet, & sic æquiuocatio fuit inter pactũ de succedendo & pactum dispositiuum bonorũ, inter quæ est differentia ut sæpius dictum fuit, & per gl. hic in uerbo accommodauerit. Non ob. de nomine hæred. quia hoc nomen etiam adaptatur ad actus inter uiuos. ut rubr. & nigro de hæred. uel actio. uend. & in hanc partẽ postea per multa uerba Cag. incurrit.

153 Et prædicta † omnia procedunt etiam siquis donauerit patrimonium suum, nã idem iuris est. l. nã quod. §. fi. & l. cogi. ff. ad trebel. solum enim erit differentia, quia quando donatur hæreditas, in dubio præsumetur donatio causa mortis, quia propter ultimas uoluntates hoc nomen inductum fuit. Sed quando dicitur patrimonium uel facultates, tunc in dubio erit donatio inter uiuos, quia patrimonium significat proprie quod habetur inter uiuos. l. cum pupillus. ff. rem pup. sal. fore. & est de mente Alc. hic in uer. neque donatione. uers. sed quid si donat. & uer. quid si patrimonium. & facit text. in l. 2. & 3. & l. si mater. inf. de inof. dot. in l. 2. & 3. & in l. si totas. inf. eod.

154 Quarto† principaliter quærit Bart. hic, an ualeat pactum de hæreditate obuenta certo modo disponenda, & hæc est materia particularis. l. nostræ in qua Bart. facit regulam, quod pactum non ualet, per istum textũ. Fallit quando est de hæreditate incerti hominis. Fallit quando uenit ex natura præcedentis contractus. Fallit in l. 2. §. illud. ff. de hæred. uel actio. uend. Fallit quando fit pactum ad liberationem, de quibus omnibus dictum fuit supra in gl. pacisci. & in 5. notab. ubi posui. 17. ampliationes. & 13. limitati. Et illa de pacto liberatorio restricta fuit ad liberationem extraordinariam quæ fit per maiorem partem creditorum, uel quando filius habet communionem obligationis per textũ in lege hæredi. §. si filiafam. quam hic uoluit allegare Bar. qui corruptus est. ubi filia facit pactum de dote uiuente patre. Sed si tractatur de simplici liberatione, tunc nõ ualet pactum, ut per eundem Bar. in l. cum dominus. §. fi. ff. de pec. leg. Sed, ut supra dixi, ista dicta Bar. sunt diminuta, quia hoc pactum super hæreditate obueniendą uidetur etiam fieri cum eo de cuius hæreditate agitur, & nunquam ualet etiam cum consensu illius. d. le. pactum. sup. eo. & aliquando inter tertios fit de hæreditate tertii, & hoc pactum regulariter non ualet, & super eo debent formari quatuor quæstiones quas hic firmauit Bar. simpliciter.

155 Nam primo debet quęri, † utrum ualeat pactum de conseruanda successione quam sperant paciscentes in hæreditate tertii, & hoc pactum non ualebit, quia est contra bonos mores, continens uotum captandæ mortis, per istum tex. sicut etiam dictum fuit in alio pacto facto cum eo de cuius hæreditate agitur, sed istud fortius impeditur, quia concurrit alia ratio prohibitiua, de qua in tex. nostro.

156 Secundo modo† potest fieri pactum, scilicet paciscendo, quando plures consanguinei agunt inter se, quod licet ambo succedant, tamen unus solus debeat habere hæreditatem, & hoc pactum etiam non ualebit, licet sit de non succedendo, & contrarium fuerit dictum de pacto, quando istud pactum est factum cum eo de cuius hæreditate agitur, nam quando fit inter tertios de hęreditate tertii, semper continet uotum captandæ mortis, quia semper habet annexum pactum de succedendo,

cum

cum si agitur ut unus non succedat, simulēt agitur ut alter succedat, & sic in eo erit uotū captandæ mortis, & suspitio insidiarum. & ideo nō ualebit etiam ꝙ sit appositum iuramentum, quia cum sit contra bonos mores naturales. l. quidam. §. fi. ff. de donat. non potest firmari iuramento. c. non est obligatorium. de reg. iur. in 6. & dicuntur nimis festinare & præmature conuenire. l. 2. §. interdum. ff. de uul. & pup. cum cōc. appositis ibi per gl. & hoc casu non habet locum. c. quamuis. de pac. in 6. quia ibi erat factum pactum cum eo de cuius hæreditate agitur.

157 Tertio modo potest esse†pactum de succedendo, scilicet de inducenda successione, ut si agatur quod ille q non potest succedere ex consensu consanguinei succedat in hæreditate uiuentis, & hoc etiam casu pactū nō ualebit, siue agatur ut unus succedat, siue quod æqualiter succedant, uel certis modis per istum textum, quia continet uotum captandę mortis, & periculum ne uolētes succedere insidiētur uitæ illius domini. Nec potest firmari iuramento, per eandem rationem. per. d. c. non est obligatorium. de reg. iur. in 6.

158 Quarto†modo potest fieri pactum hæreditatis dispositiuum, ut quando consanguineus donat hæreditatem quam sperat habere alteri cōsanguineo uel extraneo, & tunc similiter istud pactum non ualet, per istum textum & per dictam legem quidam in iure. §. fi. ff. de don. Nec potest firmari iuramento per eandem rationem. Nec obstat si dicatur quod immo ipsa pacta omnia debent ualere, quia non auferunt liberam testandi facultatem, cum pacta tertii non impediant dominos testari. Quia respond. quod illa ratio non est causa prohibitionis in materia nostra sed solum prohibet quando pactum est factum cum eo de cuius hæreditate agitur, hic uero pactum est factum inter tertios de hæreditate tertii, in quo ratio prohibitiua est, quia continet uotū captandæ mortis, & ideo limitationes quæ dantur ad istam legem differunt a limitationibus positis in le. pactum quod dotali. infra de collatio. Et in c. quamuis. de pact. in 6. quia ibi limitationes inducuntur quando cessat ratio impeditiua facultatis testandi, hic uero limitationes inducuntur quando cessat ratio inducendi uotū captandæ mortis, ut dixi in præmissis, & sæpius repetii, quia in tota hac l. docto. se confundunt.

159 Vltimo†quærit hic Barto. an illi qui uocantur ad successionem ab intestato, eo uiuente dicantur habere spem probabilem, & ipse concludit quod non, quia ista spes dependet a uoluntate ipsius uiuentis, & faciendo testamentum potest eludere eum, & priuare successione, & illa est uera spes quæ non dependet a uoluntate alterius. l. 2. ff. de statuliber. Secundo adducit, quia illa est uera spes quæ potest deduci in contractum. l. spem. inf. de dona. sed hæc spes non potest deduci in contractum, ut patet in isto tex. cum suis conco. ergo est spes uana. Sed contra utranque rationem, facit primò, quia illa dicit esset spes quæ depēdet a uoluntate alterius, qđ patet, quia debitum conditionale ex conditione potestatiua dicitur dependere a uoluntate alterius, & tamē dicitur uera spes. l. pecuniā. ff. si certum pe. ubi adiicitur fideiussor. & l. quidam cum filium. §. fi. ff. de uerborum oblig. cum concor. Secundo facit, quia in pupillo cui datus est substitutus & est mortuus testator est spesquę non dependet a uoluntate alterius nec mutari potest, & tamen non ualet pactum. l. 2. §. interdum. cum glo. in uerbo solicitus est. ff. de uulg. & pupi. & l. prima. §. si impuberi. in fi. ff. de colla. bono. ergo dependere uel non dependere a uoluntate alterius non mutat naturā spei, & hoc perpendebant Aquensi. hic. Sed Cagnol. conatur respondere quod Bartol. intelligi debet quando talis spes deduci potest in contractum, Quod nihil est dicere, quia expresse ipse uult quod quando non potest deduci in contractum non sit spes. Contra secundam rationem etiam facit, quia immo spes successionis hæreditatis potest deduci in contractum, ut patet in isto tex. quando interuenit consensus illius de cuius hæreditate agitur. Aliqui soluendo limitant dictum Bar. nō procedere quando consensit dominus. Sed Cagnol. aliter dicit, quod hæc spes non potest deduci irreuocabiliter, sed solum cum facultate reuocandi. Quæ solutio non tollit contrarium, nam in l. 3. §. de illo. ff. pro socio. & in l. si quis seruum. ff. de actio. emp. & in l. 2. §. illud. ff. de hære. uel actio. uendi. & §. cum autem impubes. insti. de adoptio. & §. fi. inst. de leg. agn. suc. & in capi. quamuis de pact. in 6. deducitur spes ista in contractum irreuocabiliter & sine consensu domini, & cōtractus ualet, & obseruatur, & sic ex ratione eiusdem Barto. debet concludi quod sit uera spes.

Et istam partem ego puto ueram, quod omnis spes successionis dicatur uera spes, & semper mihi uisum fuit in hoc passu Bar. errasse, quia ponderando iura omnis spes potest deduci in contractum siue sit hæreditatis siue sit inter uiuos, per multa iura quæ allegaui in præmissis, & in lege prima. supra de pactis in primo notab. Et in casibus in quibus impeditur deduci nō est ex eo quia non dicatur uera spes, sed quia inducitur aliquis tristis effectus. Vnde non obstat lex nostra, quia hic ꝓhibetur pactio ex illa ratione quod inducitur uotum captandæ mortis, & ideo ea cessante pactum semper ualebit, ut dixi in quinto notab. Nec obstat lex pactum quod dotali. supra eodem. & l. hæreditas. de pact. conuentis. quia ibi impeditur conuentio non quia non sit uera spes, uel quia non possit deduci in contractum, sed quia tollitur libera facultas testandi, & ideo ea cessante illa spes deducetur in contractum, & pactum ut patet in limitationibus positis per Decium in lege pactum quod dotali. infra de colla. Nec ob. lex post emācipationem. & ibi Bart. ff. de liber. leg. quia illud intelligitur ad certum finem de quo ibi. & quia de illa non uidetur cogitatum. sed ubicunque apparet contrahētes de ea sensisse, & uerba adaptantur, spes erit considerabilis, per iura supraallegata, & Barto. ibi non negat quod illa spes non potest deduci in contractum, sed quod nō uidetur de ea cogitatum, quia non est ita firma spes ut faciliter de ea contrahentes uideantur cogitasse, & idē dicendum est de eo quod uoluit Barto. in lege pri. col. fi. in tertio membro supra eodem, & ibi dixi. Nam alia est quæstio an præsumatur spes ista deducta in contractum, & tunc procedunt allegata contraria per Bart. in dictis locis. Alia est quæstio, an si contrahentes cogitauerint an possit deduci spes in contractum, & in hoc Barto. male loquitur, quia regulariter potest deduci in contractum nisi sequatur tristis euentus. per textum nostrum. & leg. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerborum obliga. Et cum ista sit regula, quod spes omnis cuiuslibet successionis etiam debilis potest deduci in contractum, sequitur quod limitationes Cagn. hic non sunt necessariæ.

160 Sed†quamuis filius habeat spem probabilem in bonis patris, & possit deduci in contractum, tamen de pręsenti non dicitur habere ius in dictis bonis nec etiam in legitima per dictam legem primam. §. si impuberi. ff. de colla. bono. cum multis similibus adductis per Felynum in c. iudæi. el secundo. colum. 1. de iudi. & ideo condemnato filio pater non tenetur soluere condemnationem respectu legitimæ, nec contra eum potest fieri executio, ut per Specu. in titulo de execut. sententiæ. §. sequitur. colum. 5. & 6. Ias. in l. lex cornelia. colum. 2. ff. de uulgari & pupillari. & in auth. nouissima. colu. 2. inf. de inoff. test. ubi addit quod secus est si statutum disponit quod pater teneatur soluere legitimam ꝓ condemnatione filii, quamuis talia statuta sint odiosissima & contra æquitatem, secundum Baldum in l. si filius. ad finem. infra de bonis proscrip. facit quod dixit Bald. in lege si qua pœna. ff. de iis qui sunt sui uel alien. iur. & Hipol. in l. unans. ff. de sicar. & Brun. Hast. in 3. uolum. de

consil.

const.& statutis colum.prima. ubi declarat quomodo debebit fieri ista computatio legitimæ, & licet istud statutum sit rigorosum, tamen in multis casibus apparet utile, quia parentes sunt magis diligentes in corrigendis filiis, pater tamen nunquam sustinebit pœnam corporalem pro filio, ut inf.ne fil.pro pat. & per Ang. in cons.63.si promisit.can.in c.2. de const. cum aliis ad duct.per Cagno.

Alius casus est in quo filius uiuente patre habet legitimam, quando ipse incipit dissipare, quia cogitur pater assignare aliquam rem pro sua legitima, ut per Ias. in l.si constante.ff.soluto matrimo.colum.33.uer.& ad prædicta.Aquens.in l.nuper.ff.ad trebel.& idem Ias.& mod.in §.siquis in fraudem.in præmiss.instit.de actio. Tertius casus est in iudæo effecto Christiano, quod statim potest petere legitimam uiuente patre, ut per Ioa. de anna.in c.iudæi. el secundo.de iudæ. de quo tamen dicas ut hic per Cag.in fi. quia non est materia huius legis.& ex iis sit expedita ista notabilis lex. Die ultimo Aprilis. 1552.

Ioannes Bologneti Iurisconsul. Bononiensis, Neapoli legens.

Summaria super Rubrica. C. de transactionibus.

1 *TRANSACTIO Est species pacti.*
2 *Pactum nudum est duplex, correspectiuum, & simplex, simplex est uere pactum nudum.*
3 *Pactum nudum correspectiuum est improprie pactum nudum, sed certo modo comparando ad contractus nominatos.*
4 *Contractus innominati omnes non sequuto implemento sunt pacta nuda respectu nominatorum.*
5 *Generalia an debeant præponi, uel specialia.*
6 *Generalia sunt præmittenda quando in titulis specialibus tractatur de substantia & cognitione specierum.*
7 *Speciales tituli sunt præponendi quando in generalibus tractatur de qualitatibus accidentalibus specierum.*
8 *Materia integra specierum contractuum non fuisset congruenter hic tractata.*
9 *Continuationes tres rubricæ ponuntur.*
10 *Subiectum principale istius tituli est tractare de remissione actionis uel exceptionis ad effectum recedendi a lite præsenti uel futura.*
11 *Transactio dicitur quasi transiens actio, & etiam proprie est ex parte rei.*
12 *Transactio est proprie contractus.*
13 *Diffinitio transactionis.*
14 *Transactio requirit rem dubiam ex negatione iurium partium super facto.*
15 *Transactio est duplex, propria, & imprepria.*
16 *Transactio fit quattuor modis.*
17 *Tres effectus nascuntur ex transactione.*
18 *Transactio potest contineri in quolibet ex quattuor generibus contractuum innominatorum.*
19 *Transactio est contractus innominatus etiam apposita stipulatione.*
20 *Transactio est semper stricti iuris.*
21 *Transactio est distractus siue conuentio distractiua.*
22 *Transactio est distractus innominatus.*
23 *Placitum transactionis & transactio sunt idem.*
24 *Placitum transactionis & placitum de transigendo differunt, sicut pactum uenditionis & pactum de uendendo.*

Repetitio Rubricæ De Transact.

IC Titulus continet materiam subtilem & difficilem, & quotidianam, & ideo diligenter examinandus. Et ad eius euidentiam præmittenda sunt multa respicientia generalem cognitionem terminorum, quorum aliqua declarantur ex continuatione rubricæ. Ideo ante omnia placet de continuatione rubricæ disserere. Continuatur igitur hæc rubrica ad præcedentia secundum glos. hic, quia supra uisum est de pactis in genere, sequitur uidere de pactis in specie, sed quia transactio est pactū in specie.l.cum mota.& l.transactione.l. de fideicommisso.& l.siue apud acta. inf.eo. Ideo post titulum de pactis uidendum est de transactionibus, & hanc continuationem sequuntur communiter docto.ex qua duo colliguntur.

1 Primo quod†transactio est species pacti. Secundo ꝙ in continuationibus primum ponendus est titulus generalis, & postea specialis, Sed contra primum& sic cōtra continuationem instari potest, quia non uidetur ꝙ transactio sit species pacti, immo distinguitur a pacto. l.1.inf.eo.& l.1.ff.eo.Sed solutio dari potest ex mente omnium, quia trāsactio distinguitur a pacto in specie, sed non a pacto in genere, sub quo continetur, sicut adoptio distinguitur ab arrogatione & compræhendit arrogationem si sumatur in genere.l.1. ff. de adoptio. Et sicut contractus stipulationis est species pacti,& cōtinetur sub pacto in genere.l.1.in fine.ff.de pact. & tamen distinguitur a pacto in specie, ut a pacto nudo. le. lecta.ff.si certum pet.Sed iterum contra hanc solutionē instari potest, quia immo uidetur quod transactio non distinguatur a pacto nudo in specie, ut concludunt omnes in lege prima.ff.eodem.& supra eodem. & transactio etiam est pactum nudum in specie.l.siue apud. inf. eodem.& ibi not.& l.cum proponas.2.sup.de pact. ergo transactio non distinguitur a pactis in specie.

2 Pro solutione†dicendum est, quod pactum nudum est duplex, scilicet simplex,& correspectiuum, Pactum nudum simplex est quando ab una parte tantum est ꝓmissio & obligatio sine solemnitate stipulationis, & est uerum pactum nudum, ut dixi in rubrica & in l. petens.in præmissis. sup. de pact. & hoc semper differt a transactionibus.l.1.& l.transigere.inf.eo.sicut a quolibet alio contractu correspectiuo.†Pactum nudum correspectiuum est conuentio simplex habens duorum obligationem & promissionem, & hoc non est proprie pactum nudum, sicut nec contractus innominati, quia habent causam siue præexistentem materiam.l. iurisgētium.§.primo.ff.de pactis, Sed quia non habent nomē speciale nec formam specificam uel solemnem, nec producunt actionem nisi sequuto implemento, ideo appellatur pactum nudum, scilicet ab implemento, non autem a causa. Cum pactum nudum uerum sit nudum a causa a forma specifica & a nomine,& sic pactum nudū correspectiuum, idest contractus innominatus certo modo appellatur nudum comparando contractibus nominatis, qui incontinenti producunt actionem sine implemento.Et hoc modo transactio potest appellari pactum nudum non sequuto implemento ab una parte, & tamen distinguitur a pacto nudo simplici, & est species pacti in genere.Et sic est pactum nudum, & distinguitur a pacto nudo simplici, & continetur sub pacto ingenere sine repugnantia.l.iurisgentium. §.primo.ff.eodem.coniuncta.leg. ex placito. & leg. precibus.infra de rerum permut. Est ego transactio species pacti correspectiui,& per hoc semper differt a pacto nudo simplici, & cum pactumcorrespectiuum sit species

pacti

pacti in genere, transactio similiter est species pacti in genere.

4 Rursus† quia pactum correspectiuum aut est nominatum aut innominatum, & transactio est species pacti innominati, sequitur quod semper transactio differt a contractu nominato, & ab eo semper distinguitur, & quia pactum correspectiuum aliquando est nudum ab implemento, & propterea contractus innominatus qui est nudus ab implemento appellatur pactum nudum, Ideo etiam transactio appellatur pactum nudum correspectiuum non sequuto implemento. dict. l. siue apud acta. inf. eo. & l. cum proponas. sup. de pact. Sed quia transactio fit solum super lite & re dubia, distinguitur postea specie ab aliis contractibus innominatis seu pactis correspectiuis ut infra dicam in diffinitione, sequitur quod gl. bene dixit in prima conclusione.

5 Sed contra† secundam conclusionem, & sic contra situationem rubricæ similiter instatur, nam dato qd transactio sit species pacti, tamen non uidetur bene posita hæc rubrica hoc loco, quia oportebat prius poni species pactorum, & præcedere cognitio specierum, & postea poni titulus generalis, sicut factum fuit in titul. de regulis iuris, ubi post particularem cognitionem iuriũ & materiarum ponitur titulus ille generalis de reg. iur. ut ibi no. Dec. & Cagno. nam cognita particulariter utriusque iuris materia facilius postea per uniuersitatẽ cognosci potest, ut est tex. in §. sed ne in primis. inst. de leg. & hoc obseruatum fuit in titu. de iurisdi. omni. iud. ubi prius tractata fuit materia iurisdictionis, & postea in genere, & idem obseruatam fuit in titulo communia prædiorum, & in titulo communia delegatis. & in titulo communia de successionibus cum præcedentibus titulis. Sed saluando hanc situationem, dicendum est quod immo compilatores bene fecerunt ponendo primo titulum generalem, & postea specialem, quia ad cognitionem specierum deberet præcedere cognitio generis. l. 1. ff. si certum pet. & ibi no. per omnes. Et probatur ratione, quia species non potest diffiniri nisi per suum genus. l. 1. & ibi not. ff. de testam. Ergo cognitio generis debet præcedere ne diffiniatur ignotum per ignotius, & ita obseruatum fuit in titulo. ff. de seruitutibus. cum sequentibus. & in titulo de tutelis. cum sequẽtibus. tam in C. quam in. ff. & in titulo de probationib. tam in ff. quam in decreta. & in titulo de usucapionib. & in titulo. insti. de obligationibus. cum sequentib. Et ad contrarium. (Post uarias solutiones positas in rubri. ff. de regu. iur. per Decium. & nouissimos qui referunt ea quæ traduntur a cõmentatoribus Aristotelis, nihil tamen de eo quod dicitur a iureconsultis discutientes) Ita responderi potest, & mihi semper placuit hæc distinctio.

6 Aut tractandum † est de cognitione substantiali specierum, & de earum substantia specifica, & tunc prius incipiendum est ab uniuersalibus & generalibus, quia nulla species potest cognosci nisi præcedat cognitio generis, quod continet materiam specierum. le. 1. ff. si certum pe. cum sine genere species diffiniri non possit, ut no. in l. 1. ff. de testame. & per diffinitionem cognoscitur quid est res. Et est oratio explicans quid rei, ut per Baldum in rubric. inf. qui admitti. colum. 2. & no. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Et sine genere non potest explicari res in eo quod quid, & hoc modo procedunt loca allegata, ut in titulo de usucap. & de seruitutibus, & de tutelis, & de probationibus cum suis sequẽtibus titulis.

7 Aut uero † tractandum est de accidentibus speciertũ, & in quo conueniant, & disconueniant inuicem circa accidentia, & tunc prius oportet cognoscere species separatim & eorum naturas, & postea cognoscere accidẽtia eorum in quibus disconueniant & conueniant, & hoc modo procedit tex. in d. §. sed ne in primis. institu. de leg. nam prius tractat de natura legatorum separatim, & de natura fideicommissorum, & postea mixtim ut appareat in quo sunt æquiparata. Et hæc æquiparatio & conuenientia non potest apparere nisi prius appareat cognitio particularis æquiparatorum, & hoc modo procedit titul. communia delegatis, & titu. communia utriusque iudicii. & communia de successionib. Nam in iis titulis tractantur quædam qualitates & cõuenientiæ specierum inuicem quæ non possunt percipi nisi prius ipsa æquiparata cognoscantur. Vnde in materia seruitutum positus fuit titu. de seruitutibus generalis, in quo substantialiter tractatur de seruitutibus in genere, Postea fuerunt positi particularis tituli specierum seruitutum, postea alius titulus generalis tractauit conuenientias & æquiparationes, ut cõmunia de seruitutibus. Et in titulo de iurisdictione omnium iudicum tractatum fuit de iurisdictione omnium iudicum in conuenientiis accidentalibus, & sic iurisdictionum conuenientiæ positæ fuerunt, & tractatum fuit postea de iurisdictione in abstracto, cum præcedentibus titulis tractatum fuisset de iurisdictione in concreto, propter quod ille generalis titulus posuit generaliter conuenientias accidentales iurisdictionis in concreto, & etiam in abstracto, uel dicas ut ibi dixi. Et hoc modo procedit etiam titulus. ff. de reg. iur. nam cum illæ regulæ ponant quædam accidentia conuenientia multis iuribus, oportuit primo tractare de ipsis iuribus, & postea ponere quasdam generales pronuntiationes sumptas ex conuenientia multarum legum, quæ appellantur regulæ. Nam regula est quædam propositio generalis demonstrans unum quod æqualiter in multis legibus obseruatur. Cum igitur in proposito tractandum esset de transactione in substantia & de eius essentia specifica, conueniens fuit ut poneretur post titulum generalem de pactis per l. 1. ff. si cer. pe. & sic recte situata fuit hæc rubrica.

8 Sed iterum† instatur, quia adhuc uidetur male situata, cum debuisset poni cum materia aliarum specierũ contractuum, uel hic debuissent poni aliæ species pactorum per dictam rationem, & sic uidetur quod superflue bis tractetur de materia contractuum, ut uel hic uel ibi de omnibus fuisset tractandum ne fieret multiplicatio inanis. argum. l. nulli. inf. de iudiciis. Pro solutione dicendum est, quod intentio compilatorum non fuit hic ponere de omnibus cõtractibus uel pactis, sed solum de contractibus & pactis nudis factis ad impediendum actionem, quæ pacta nuda non potuerunt cognosci nisi præcedat generalis titulus de pactis. Et in præcedenti titulo tractatum fuit de pactis simplicibus uel correspectiuis sine lite, hic de pactis simplicibus uel correspectiuis factis super lite uel litis occasione, de contractibus uero nominatis reseruauit dicere postea infra suo loco, Sed quia infra dicitur de rerum permutatione, quæ est pactum correspectiuum, & in ff. similiter inferius tractatur de rer. permu. & de contractibus innominatis in titulo de præscrip. uerb. in materia aliorum contractuum.

9 Ideo† uidetur necessario recurrendum esse ad ea quę dixi nouiter sup. in rubrica de edendo. uidelicet quod omnes istæ rubricæ positæ fuerunt ad instructionem actoris, & ad finem consequendi unam quandam generalem præcedentem præcognitionem quam debet habere quis quando uult litigare, iuxta admonitionem Speculatoris in titulo de præparatoriis iudiciorum. colum. prima. circa finem. Et ante omnia actor debet scire an habeat actionem, & an actio sua sit elisa aliqua exceptione, quod solum fit per pactionem de non petendo, uel per transactionem quæ interponitur super lite ad impediẽdum iudicium. Ideo de eis solum tractauit Et infra postea in titulis sequentibus in generali materia contractuum tractatur de cõtractibus quatenus iura acquiruntur per eos, & super quibus & de quibus fiunt iudicia. Vnde ad contrarium respõdetur quod hic

non

tractauit de pactis in genere principaliter ut traderentur postea omnes eorum species, sed quia iudiciorum occasione tractandum erat de pactis de non petendo & de transactionibus per quæ inducitur exceptio impediens litis ingressum uel iudicium, & cum non possent tractari nisi præcederet cognitio generis eorum, Ideo præmissa fuit rubrica generalis de pactis. Vel potest dici sequendo continuationem Bar. in l. 1. sup. eo. aliter tamen quam ipse dicat, uidelicet quod cum hic esset tractandum de iudiciis post materiam magistratuum, & pacta uel transactiones soleant impedire ingressum litis uel iudicii executionem, iux. capitulum primum. de litis contest. in 6. Ideo erat uidendum de pac. de non petendo & transactionibus, sed quia ad cognitionem specierum deberet præcedere cognitio generis, Ideo præmissa fuit rubrica generalis de pactis, reseruando postea tradere inferius de cōtractibus super quibus fiunt iudicia. Vt continuando ad corticem uerborum potest ita dici, quia coram magistratibus solēt fieri editiones, de eis uisum fuit sup. & quia propter editiones factas solent homines peruenire ad pacta & transactiones iudicia impedientes, Ideo de eis tractaturi compilatores posuerūt rubricam generalem de pactis, & postea de transactionibus. Sed iterum instatur, nam adhuc hic titulus uidetur superfluus, cum in præcedenti titulo tractatum fuit de pactis simplicibus & correspectiuis, & etiam de transactionibus, ut patet in l. 1. & l. cum proponas. 1. & 2. sup. eod. ergo etiam alias leges tractantes de transactione poterat simul ponere ibi. Solutio potest dari quod licet congruētius potuissent poni istæ leges in titulo præcedenti, tamen quia multa sunt specialia in transactione, & multę dubitationes nascebantur propter frequentiam trāsactionis, ad pleniorem cognitionem factus fuit titulus particularis de trāsactionibus, sicut positus titulus de actionibus peculiaribus inst. quod cum eo. quamuis de eis esset dictum in §. actiones autem. institu. de actio. & hoc propter difficultates multas nascentes ex frequentia eorum, ut dicitur in princi. institu. quod cum eo. Et sic patet quod cōtinuatio bona est, & quod recto ordine hoc loco situata fuit hæc lex.

Ad euidentiam autem materiæ nostræ præmittendum est, quod, ut statim dictum fuit, non intenderunt compilatores hic tractare de omnibus conuentionib. nec de omni modo uel causa cōueniendi per homines, Sed solum de conuentionibus tendentibus ad remissionem iuris sui in agendo uel excipiendo. i. ad remissio-
10 nem actionis uel exceptionis. †Et ideo subiectum principale tit. præcedentis & istius tituli fuit tractare de remissione actionis uel exceptionis, & quis effectus ex tali remissione sequatur.

Vnde præmittendum est quod pacta tam nuda quā correspectiua fiunt ad duplicem finem, Aut. n. fiunt ad obligandum principalem, Aut fiunt ad remittendum alteri ius acquisitum. De primo non tractatur hic neq; in titulo præcedenti principaliter, licet occasionaliter de pacto nudo simplici & obligatiuo dicatur, De secundo uero principaliter tractatur in iis titulis, Sed quia eorum quæ remittuntur quædam sunt confessata per partes, & quædam sunt negata, primo casu quādo sunt confessata, ut quia de actione uel exceptione competēti non dubitatur inter partes, & tunc si remittuntur gratis, dicitur esse pactum gratuitum, si uero remittuntur cum aliqua spe remunerationis, tunc est pactio correspectiua, siue contractus innominatus, de quo habetur in l. 1. sup. eo. Secundo casu quando iura negantur per partes, & sic efficitur dubium an competat actio uel exceptio prætensa, si propter talem negationem est lis in iudicio, uel dubitatur futura, & tunc si remittuntur gratis, appellatur pactio nuda, si uero remittuntur cū pecunia uel aliquo alio ab alia parte dato uel promisso in recompensationem, & tunc est transactio. In tantum qued ad hoc ut sit transactio oportet quod fiat remissio actionis uel exceptionis, & quod illa remissio fiat aliquo dato uel retento, & quod fiat super actione, uel exceptione negata, & istis omnibus concurrentib. dicitur esse transactio proprie, alias autem non diceretur transactio, sed pactio siue cōuentio simplex siue correspectiua, & propterea transactio distinguitur a pacto tam simplici quam correspectiuo. l. transigere. inf. eod.
11 & l. 1. ff. eo. †Et appellatur transactio, quasi transitio actionis uel exceptionis, siue transiens actio, quia per eā transit, idest annullatur actio uel exceptio, ut per Bar. l. siue apud acta. inf. eo. col. pe. uer. sed tunc quæro. & glo. 1. in l. 2. inf. eo. & ibi glo. subdit quod transactio ꝑprie est ex parte actoris quando actor remisit actionē, Quod potest procedere ex communiter accidentibus, Tamen quia remissio æqualiter fit etiam de exceptione. l. super possessione. infr. eodem. & qui excipit dicitur agere. leg. prima. ff. de exceptionibus transactio etiam proprie erit in reo per prædicta, & actor siue actio capietur generalissime, ut compræhendat exceptionem.

12 Et†dicitur proprie contractus, quia est hinc inde actus. i. ab utraque parte interuenit tam consensus quā obligatio siue datio. l. Labeo. ff. de uerborum significatione. cum pactum magis large dicatur contractus, qa solent esse hinc inde actus respectu consensus, non obligationis, ad differentiam pollicitationis & aliorū actuum qui fiūt ex uoluntate unius, ut dixi in rub. supra de pactis.

13 Et diffinitur†per Hostien. in summa extra eo. & Azo. in summa, quod est duorum de re dubia & lite incerta non gratuita pactio, & dicitur pactio, quia est species pacti, & pactum est genus ad pactum nudum & cōtractus innominatos & uestitos, & dicitur non gratuita ad differentiā pacti simplicis quod fit ex liberalitate, ut no. in l. transigere. inf. eo. Et tantum important ista uerba, pactio non gratuita, posita pro genere, quātum pactum correspectiuum, uel contractus innominatus, nam transactio semper fit aliquo dato uel retento. leg. transactio. inf. eo. l. 1. ff. eo. & per Soc. in consi. 99. serenissimus. col. 5. uol. 3.

14 Itē†dicitur de re dubia, quia si esset res clara, & ius partium clarum, non esset transactio, sed pactio correspectiua. l. 1. sup. de pactis. & l. cum proponas. eo. tit. & ibi glo. notat. ut ego dixi. & debet esse dubietas ꝑpter negationem facti, nō aūt ꝑp negationē iuris, qa si esset clara decisio iuris non efficeretur res dubia, quia ius est certum nō obstante negatione partis, nisi uariæ essent opiniones, ut per Bar. l. cum proponas. inf. de reb. cred. & Cur. iuniorem in consi. 150. in materia præsentis. colum. penu. num. 16. qui error iuris dubii æquiparatur errori facti, ut per Fel. in c. de quarta. de præscriptionibus. col. 8. & Ale. & Ias. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uer. obl. & Cur. in d. loco. Item dicitur de lite, qa non sufficit omnis dubietas ad faciendam transactionem, Sed oportet quod sit dubietas propter negationē partis, nam si esset dubium propter conditionem, uel ex alia causa, & partes inuicem non negarent ius, tunc esset pactū, non transactio. ut per gl. magnam in l. 1. supr. de pac. post medium. & ibi dixi. Item dicitur, incerta lite, hoc est lite probabili, quæ habeat rationes & argumenta ab utraq; parte, quia si esset lis clara, & iura unius partis essent manifesta, non esset transactio. l. & post rem. ff. de trāsactionib. quia extimatur ille dubius euentus litis. Item si esset lis ficta uel simulata non ualeret transactio, cum sine lite esse nō possit, ut no. Ang. in l. cum ii. §. sed cum lis. ff. de transactionib.

Et ideo sequitur, quod si notarius faciat mentionem de lite non creditur ei, nisi appareat; quia lis est de substantia transactionis, & lex resistit potentiæ trāsigendi, ut per Angelum in dicto. §. sed cum lis. & in consil. 215. reperitur in quadam carta. colum. secunda.

ſequitur Pau.de caſt.in d.§.ſed cum lis.& Alc.& Deci. hic.& idem Angel.in conſil.18.uiſa narratione.columna pe.& in conſi.99.uiſis dictis compromiſsis.& Alex. in l.ſi cauſa cognita.col.fi.uerſ.5.limita.poſt Bar. infra eo.& Abb.poſt Cardinalem in c.expoſita. de arbitris. Et in tantum procedit,quod nec ualebit in uim pacti, arg.l.an inutilis.ff,de accept.& Bar.& Alex.in d. le. ſi cauſa cognita. Lis autem ſufficit quod ſit extra iudiciũ l.2.infr.eo.uel probabilis dubitatio litis futuræ propter qualitatem facti, nam ſi in iure clara eſſet deciſio non ualeret tranſactio ut per Cur.in d.conſi.150.materia præſentis,& ſic patet diffinitionem eſſe bonam. Et ex eo quod dicitur non gratuita pactio, demonſtratur quod aliquid debet dari uel remitti,unde ſequitur, q̃d ſi conueniant partes quod non petatur debitum ſi reus iurauerit ſe non debere licet recedatur a lite tamen nõ dicitur eſſe tranſactio uera,ut in l.2.ff.de iureiur. nam potius dicitur eſſe gratuita pactio ſub conditione iuſiurandi,licet largo modo dicatur tranſactio, ex eo quia fit tranſitio actionis. dic.leg.2.ff.de iureiurãdo.Similiter ſi plures diuiderentur hæreditates inter diuerſos & facerent tranſactionem, quia ſe quietarent de iuribus inuicem competentibus.l.tres fratres.ff.de tranſactionibus.& l.qui Romæ.§.fi.ff.de uerborum oblig.& Fulgoſius conſilio.120. & Alex. in l. fideicommiſſ.in ultimo notabili.infr.eodem. cum aliis cumulatis hic per Decium. tamen nõ eſt proprie tranſactio,niſi inuicem partes ſe negarent hæredes,& propter illam negationem aliquid donarent ſibi inuicem,& ſi ex hoc ſolo eſſet lis ut diuideretur hæreditas,concordando in iurib. eorum,licet diuidendo recederent a lite, tamen quia lis eſſet clara,& nihil darent inuicem præter debitum, & ſi diuidendo recederent a lite, tamen non diceretur proprie tranſactio. Item dum dicitur,lite incerta,patet quod oportet quod lis non ſit finita, & ſi eſſet finita tranſactio non ualeret,quia definit eſſe lis incerta,& res dubia,quia ſententia facit notorium,ut notatur in capitulo fin. de cohabitatione clerici. & mu.l. eleganter.§.ſiquis poſt.ff.de condictione indebiti. Niſi eſſet dubium an eſſet iudicatum, uel an ſententia ualuerit. l.poſt rem.ff.eodem.Ad tollendas tamen iſtas difficultates notarii ſolent in tranſactionibus dicere quod partes deuenerunt ad illam tranſactionem pactum uel cõuentionem,ut refert Barto.in l.ſi de certa.colum.prim. inf.eodem.

15 Et per prædicta†patet, quod duplex eſt tranſactio, propria,& impropria,& tranſactio propria eſt quando fit de re dubia in facto uel iure,& quando ſunt opiniones,& eſt lis præſens uel dubitatur fore, & eſt lis incerta,& etiam remittitur actio uel exceptio.& aliquid datur uel retinetur, Quibus omnibus concurrentibus eſt uera & propria tranſactio,ſed aliquibus eorum deficientibus non eſt propria tranſactio.l.2.ff.de iureiur. & notatur in l.ſi duo ſocietatem.§.arbitrorum.ff. pro ſocio.& c.ex literis de tranſactionibus.& l. trãſactum. infra de uerboſum ſignificatione.& l. qui Romæ.§.fi. ff.de uerborum ſignificatione.Alcia.tamen hic dicebat potius eſſe contractum habentem ſimilitudinem & formam tranſactionis,quam tranſactio.argum.legis.2.ff. de libero homine exhibendo.& l. proponebatur. in fi. ff.de iud.Sed reſolutio prædicta communis eſt & clarior & tenenda.

16 Fit autem† tranſactio principaliter quattuor modis, quamuis in l.2.ff.eod.dicatur quod fit duobus modis. Quia cum tranſactio conſiſtat in remiſsione actionis uel exceptionis,quattuor modis fieri poteſt, ſicut quattuor modis fit remiſsio, Nam aliquando quis remittit actionem per pactum de non petendo uel de non agendo,& tunc actio prima remanet,& qui remittit non acquirit actionem quia tenetur ad factum negatiuum nõ petendi,quod naturaliter non poteſt adimpleri.§. ſiq̃s ita.inſt.de uer.obl.& l.ita ſtipulatus.ff.de uer.obl.& l. ſiue apud acta.& ibi dixi poſt omnes.inf.eo. & Loriotus notat in ſuo tractatu de pactis & tranſactionib.axioma.86.Secundo modo fit remiſsio actionis per pactum de non petendo, & cum interponitur partibus acquiritur actio noua propter ſtipulationem interpoſitam. l.cum proponas.& d.l.ſiue apud acta.inf.eo. Tertio modo fit remiſsio actionis per pactum remiſſorium .i. renuntiando liti uel actioni uel iuri, & tunc quia pars remittens obligatur ad factum affirmatiuum quod põt adimpleri per executionem,acquirit ſibi actionem pręſcriptis uerbis,tamquam adimpleret,ut per gl. & Bar. in l.1.in fi.q.ſup.de pac.& ibi dixi.& in l.actione.infr. eo.& in d.l.ſiue apud acta.Actio uero prima aliquando extinguitur,& aliquando durat,nam ſi eſt actio pœnalis,uel actio deſcendens ex contractu qui conſenſu contrahitur,extinguitur l.ſi tibi.§.quędam.& l.ſi unus.§.pactus ne peteret.2.reſponſo.de pac.Sed ſi eſt actio alterius naturæ,tunc ſi renuntiatum eſt liti tãtum,remanet actio ſecundum ea quę dixi in l.poſtquã liti.ſup.de pactis.ſed ſi eſt renuntiatum iuri uel actioni,tunc extincta eſt actio,quia per renuntiationem ſiue per pactũ remiſſorium poteſt extingui omne ius.l.1.ſup.de pac. & dixi in pręmiſ.& in lectura.d.l.ſi unus.§.pactus ne peteret .ff.de pac.& l.ſiue.inf.eo. Quarto modo fit remiſſio actionis uel exceptionis per acceptilationem,& tũc extinguitur actio & totum.l.ut reſpõſum.inf. eo.ſed ut remittens acquirat ſibi actionem præſcriptis uerbis,dependet a modo conuentionis, quia ſi promiſit non petere ſimpliciter per acceptilationem,adimplet,quia extincta actione clarum eſt quod amplius de iure agere non poteſt,& ideo acquirit actionem præſcriptis uerbis,ſed ſi promiſit non petere de iure nec de facto, tũc non acquirit actionem præſcrip.uerb. q̃a per acceptilationẽ nõ impeditur agere de facto.l.ubi pactum.inf. de tranſactio.& ita debet intelligi Bar.in d.l. ſiue apud acta.col.2.uer.oppono iſtud.inf.eo. & ibi ego reprobaui eum,& latius etiam ibi dixi de iſtis omnibus modis concipiendi tranſactionem.

17 Ex quibus†apparet qui effectus naſcantur ex tranſatione, Nam tres principales ſunt effectus, primus eſt quod receditur a lite,& inducitur bonum publicum, & propterea in ea non habet locum pœnitentia, & diſtinguitur ab aliis contractibus innominatis.l. fratres leg.quamuis.infra eodem. Secundus eſt effectus,quod impeditur ingreſſus nouæ litis,& exceptio tranſactionis appellatur exceptio litis finitæ, ut not. in capitulo primo de litis conteſtatione in ſexto.In cauſa uero criminali producit tres effectus principales quos dicemus in lege tranſigere infra eodem.Tertius eſt effectus productiuus actionis, nam ſi partes adimplent pro parte ſua acquirũt ſibi actionem præſcriptis uerbis, ut ſi fiat remiſsio per pactum affirmatiuum.l.ſi pro fundo.infr. eodem. Vel etiam per acceptilationem .l. ubi pactum infra eodem.Vel per exequtionem promiſſorum, alias autem ſi ſequutum non eſt implementum non naſcitur actio.l.cum proponas.2.ſupra de pactis.& l. ſiue apud acta.infra eodem. Sed ſi eſt appoſita ſtipulatio,tunc indiſtincte acquiritur actio ſtipulatoribus. d. l.cum proponas.ſupra de pactis.& l.cum proponas.infra eodem. cum declaratione quam ponit Alex.& Dec.in l.1.ſup. de pac.col. fi.

18 Secundo†etiam infertur,quod tranſactio pręciſe nõ continetur ſub una ſpecie cõtractus innominati, nam quãdo fit pactum de non petendo, uel remiſsio actionis ſimplex,ut aliquid detur ab aliqua parte,tunc eſt facio ut des ex parte remittentis, & ab alia parte eſt do ut facias,& ſi contingat q̃ ab aliqua parte aliquid faciendum ſit,tunc ab utraq; parte eſt facio ut facias,ut no.in l.cum mota.& in l.ſiue apud acta.col.pe.Bar.infra eod. Sed ſi remiſsio fit cũ acceptilatione, tunc remittere eſt dare.l.ſi mulier.ff.de cond.ob cau.etiam quod debitũ non ſit certum,ut dixi in dicta.l. ſiue apud acta.& tunc erit

erit contractus do ut des ab utraque parte. l. si pro fundo. inf. eo. & idē quādo agitur ut ab utraq; parte sit da tio, secundum declarationem Bar. in d. l. siue apud acta. Et in omnibus istis casibus sequuto implemento perfecte nascitur actio præscriptis uerbis etiam quod sit cō tractus facio ut des, quia ex isto facto aliquid acquiritur parti secundum declarationem gl. in l. naturalis. §. quod si faciam. ff. de præscr. uer. & Bar. in d. l. siue. colu. 2. in princ. col. pe. Et hæc transactio licet respectu con ceptionis uideatur esse unus contractus, tamen respectu formæ & natiuitatis actionis uariatur, & ab utraq; parte est duplex, cum ex una parte dicatur facio ut des & ab alia parte est do ut facias, ut declarat Bar. repræhendendo opinionem glosatorum in d. l. cum mota. & l. siue apud. inf. eo.

19 Tertio† infertur, quod transactio semper est contractus innominatus etiam apposita stipulatione, quamuis aliter teneat hic Alc. uers. cæterum. allegādo tex. in l. cum proponas. sup. de pac. & l. precibus. inf. de rerum permu. quia illa iura non dicunt quod transactio producat actionem, sed stipulatio super transactione posita, ut no. in l. si pacto quo pœnam. sup. de pac. & l. nuda. inf. de contr. & com. stipul. facit l. si duo societatem. ff. pro socio. & quod dixit Bar. in l. singularia. colu. 3. ff. si cer. pe. Nec obst. quod habeat speciale nomen siue elegans nomen iux. l. iurisgentium. in prin. ff. de pact. quia respondent omnes doct. quod est nomen generis cōueniens multis aliis contractibus. arg. l. 2. ff. de iureiu. & l. transacto. ff. de uerborum signifi. & l. qui Romæ. §. fi. ff. de uerborum oblig. & per Bar. in d. l. siue apud acta. quæstio. 2. colum. pe. ad exemplum permutationis ut ibi per eum quem ibi defensabo ab obiectionibus doct. non enim dicunt doct. transactionem esse generalem contractum, sed dicunt esse specialem contractum habentem tamen nomen generis, Nomen. n. transactionis conuenit pluribus contractibus etiam nominatis, quamuis transactio separetur ab aliis speciebus contractuum.

20 Quarto† infertur, quod transactio est stricti iuris sicut cæteri contractus innominati excepta permutatione rerum, ut no. in §. actionum. inst. de act. in gl. in uerbo permutatione, & propterea transactio dolo confecta non est ipso iure nulla. l. actione. & l. sub prætextu. inf. eo. & l. tres fratres. ff. eo. sicut nec alii cōtractus stricti iuris. l. pe. inf. de inuti. stip. & l. siquis cum aliter. ff. de uer. obl. Et hoc procedit siue transactio fiat super cō tractu bonæfidei, uel stricti iuris, secundum Alcia. hic, quamuis Bar. in d. l. actione. dicat trāsactionem super contractu bonæfidei transire in contractum bonęfidei & effici nullam propter dolum dantem causam contractui. arg. in l. 1. in fi. ff. ad tertu. & sequitur Cacialupus in tractatu transactionis q. 5. uer. an autem contractus. dicens hanc esse communem opinionem. Sed Alc. dicebat transactionem non rescindi propter dolum, quia semper est stricti iuris, & per eam non resoluitur contractus super quo ponitur, ut præsupponunt doct. sed solum receditur a iudicio quod semper est stricti iuris. l. 1. inf. si plures una sententia. Et transactio ipsa est con tractus separatus impediens contractum habere effectum, non resoluens. l. si donationis. inf. quod met. cau. Quod ego uerissimum puto, quia si exceptiones inducit, ergo separata est ab ipso contractu, & alias renuntiatio litis esset bonæfidei aliquamdo, quod tamen negant omnes in l. postquam liti. sup. de pact. Et si stipulatio apponatur super contractu bonæfidei semper remanet stricti iuris, nec mutat naturam suam. l. i. §. sed non ignoremus, cum tribus sequentibus. & §. cumque stipulatus. inf. de rei uxo. actio. ubi expresse dicitur stipulationem antiquitus retinuisse propriam naturam, & nouiter quod efficiatur bonæfidei fuisse dispositum, & hoc idem procedit, quando interponitur ad resoluē dum, cum alioquin acceptilatio super contractu bonæ fidei apposita efficeretur bonæfidei, quod omnes negant, & opinionem Bar. in d. l. actione. repræhendit hic Rimi. & Cur. iunior col. fi. per fundamenta posita hic per Alc. Nec ob. contraria, quia respondendum est ut ibi per Curt.

21 Nunquid† autem transactio possit dici contractus nominatus uel innominatus, posuit late Loriotus in tractatu de pac. & trans. axio. 78. 79. & 80. ubi concludit q non sit contractus sed distractus habens speciale nomē ut ibi per eum, & cum ista consideratione conatur euitare argumenta cōia, quod transactio sit contractus innominatus, dicendo quod nec est nominatus nec innominatus, sed est distractus, quia per eam receditur a cō tractu. l. 1. §. conuentionis. ff. de pac. ibi, cōtrahendi trāsigendi, & etiam quia resoluit negotium dicitur distractus. arg. §. 1. inst. qui. mo. recontr. obli. Pro qua opinione ultra eum facit. quia pactum de non petendo secundum doct. in l. si unus. §. pactus. ff. de pac. appellatur distractus. & ibi Ias. in illa q. an statutum prohibens obligari uel contrahere contineat pactum de non petēdo, & idem potest dici de acceptilatione quæ est resolutiua contractus & obligationis. §. quo genere. inst. quib. mo. tol. obl. Nec ob. quod inducat obligationem & actionem, quia pactum de non petendo inducit obligationem, & tamen appellatur distractus, & similiter indebitum producit obligationem & actionem, & tamē appellatur distractus. d. §. 1. iust. qui. mod. recontr. obl. & facit l. emptio. ff. de resc. uend. & l. ab emptione. & l. iurisgentium. §. adeo. ff. de pac. Quāuis propriori nomine possit dici conuentio distractiua. In ea. n. est conuentio, quia est consensus duorum, tamen ordinata ad distrahēdum, unde Bal. in l. 2. ff. de iureiu. quem refert Cacialupus in tract. de trans. q. 4. dicebat quod transactio respectu sui dicitur esse contractus, quia ab utraq; parte nascitur obligatio, sed si consideratur respectu cōtractus super quo interponitur, dicitur esse distractus, sicut pactum de non petendo. & hoc tenendum est, quod trāsactio dicatur esse distractus. tertio modo sumendo distractum, ut ego declaraui ultra alios in l. siue apud acta. super 1. q. Bart. inf. eo. Sed tamen licet hæc opinio sit uera & tenenda, non euitatur per hoc quod non debeat dici conuentio innominata, quia sicut reperiūtur conuētiones obligatoriæ nominatæ & innominatæ. l. iurisgentium. ff. de pac. ita etiam reperiuntur conuentiones distractiuæ, sicut distractus nominati & innominati, nam acceptilatio est distractus nominatus, & etiā indebitum & pactum de non petendo & pactum remissorium siue renuntiatio litis dicūtur esse distractus nominati. l. si tibi. §. quædam. ff. de pac. & l. postquam liti.

22 cum materia sup. de pac. † Et ita uidetur etiam dicendū quod transactio, quamuis sit distractus, tamen debeat dici distractus innominatus, Vnde ipsemet postea dicit quod debet appellari contractus nominatus quia habet speciale nomen. Nec obstat quod non producat actionem, quia dicit ipse illud procedit in placito de transigendo non in ipsa transactione, cum placitum de transigendo differat a transactione & non producat actionem, & sit pactum nudum. l. siue. inf. eo. sicut nec alia pacta quæ fiunt de contrahendo, quia aliud est cō trahere, aliud pactum de contrahendo. l. ex placito. inf. de rer. permu. transactio uero ipsa secundum eum separatur a placito transactionis & est contractus nominatus, & non producit actionem, quia consistit in exequtione litis, & in eius decisione. l. eius rei. ff. de reiuendic. & l. pro fundo. inf. eo. & non indiget actione, sicut nec donatio indiget actione quæ contrahitur & denominatur ab exequtione, ut per Bar. in l. iurisgentium. in princ. ff. de pac.

23 Sed† similiter in hac consideratione euanuit intellectus suus, primo, quia pactum transactionis & ipsa trāsactio sunt idem, sicut ipsa permutatio & placitum permutationis sunt idem, & donatio pactionalis & pa-

tum donationis sunt idem, nam aliquando appellatur placitum transactionis, & placitum permutationis, ut appareat quod transactio potest esse duobus modis, scilicet plena, quando interuenit adimplementum, & nuda, quando non interuenit adimplementum, & quãdo iura loquuntur de placito permutationis uel transactionis, præsupponunt adimplementum non interuenisse, & propterea conuentionem talem fuisse nudam, & semper non sequuto adimplemento erit placitum transactionis etiam quod decidatur lis, & remittatur actio. Nec iure probatur contrariũ, sicut semper erit placitum permutationis quãdo conueniunt partes in permutatione ad differentiam exequutionis interpositæ in ipso contractu. d. l. ex placito. Nec ob. contraria, qa tunc pactum differt a contractu transactionis quando fit pactum de transigendo, de permutando, & de donãdo, quo casu est pactum continens promissionem de transigendo & de permutando, sicut quando fit pactũ de uendendo quod differt a uenditione, ut per Bar. in l. singularia. in 3. col. ff. si cer. pe.

24 Et sic Loriotus æquiuocauit inter pactum transactionis, & pactum de transigendo, & pactum donationis & pactum de donando, quæ inter se differunt sicut interest inter pactum uenditionis & pactum de uendendo, cum pactum uenditionis sit ipsa nuda uenditio quę nuda cõtraria pactione dissoluitur. l. ab emptione. ff. de pact. & l. ex placito. & ibi gl. de rer. permu. Præterea dato quod transactio denominaretur ab exequtione, tamen deberet producere actionem, sicut depositum commodatum & mutuum producunt actionem, & tamen denominantur ab exequtione, ut inst. qui. mod. re contr. obli. per totum. Similiter in transactione licet sit decisio litis & remissio actionis ab una parte, tamen quia ab alia parte aliquid dari debet, oportet ut aliqua actio nascatur ad illud consequendum, & si esset cõtractus nominatus, produceret illam actionem, quod tamen negatur in l. cum proponas. sup. de pac. & l. siue apud. inf. eo. Nec ob. quod in donatione nõ nascebatur antiquitus actio, quia donatio est contractus simplex, non correspectiuus, sed contractus correspectiui omnes licet denominentur ab exequtione, tamen producunt actionem, quia præsupponunt aliquid esse faciendum ab alia parte, quod non contingit in donatione,

* Quare puto communem opinionem esse ueriorem, qd transactio sit contractus siue distractus innominatus, quia non producit actionem, dictis iuribus, nec habeat speciale nomen, sed genericum conueniens aliis conuẽtionibus factis super lite, ut dicebant doctor. similiter nec habet certam formam cum possit cõtineri sub qualibet specie ex quattuor contractibus innominatis, ut sup. dixi. & appellatur placitum & pactum nudum, ut in l. cum proponas. & l. siue apud. inf. eo. & ad cõtraria ex prædictis patet responsum. & inf. latius dicam in d. l. siue apud acta. Et hæc sufficiant pro generali intelligentia terminorum.

Ioa. Bolo. Neap. de mane legẽs. Die. 9. Aprilis. 1552.

Summaria super l. Transigere. C. de transactionibus.

1 *AD Bonos principes pertinet conseruare quietem & pacem inter subditos.*

2 *Legislatores precipuam curam habuerunt ut iudicia criminalia recto ordine & debito rigore fierent.*

3 *Legislatores curauerunt ut accusatorum copia haberetur.*

4 *Legislatores curauerunt ne daretur occasio diffamandi & indebite uexandi innocentes.*

5 *Legislatores curauerunt ne accusatores sine abolitione desisterẽt ab accusationibus.*

6 *Transactiones & pactiones ne desistatur ab accusationibus regulariter prohibentur.*

7 *Subiectum & materia istius legis est tractare in quibus criminibus permittantur transactiones & pactiones, & quas pœnas euadant uel incurrant per eas tam accusator quam reus.*

8 *Regula affirmatiua intelligitur de criminibus capitalibus ingerentibus pœnam sanguinis.*

9 *Crimen raptus continetur sub regula affirmatiua, excepto quod in eo punitur occultatio.*

10 *Regula negatiua intelligitur de criminibus publicis respicientibus publicam utilitatem ut contineantur etiam priuata delicta.*

11 *Crimen falsi an excipiatur, a secunda regula negatiua.*

12 *In prima regula permittitur transactio, pactio, renuntiatio litis, exculpatio, pax, & abolitio.*

13 *In criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis omnes prædictæ cõuentiones sunt permissæ regulariter ante institutã accusationem, sed postea prohibentur, excepta pace & abolitione.*

14 *Transactio in casibus prohibitis agrauat pœnas, sed in casibus permissis tollit omnes pœnas tam in accusatore quam reo, excepta pœna turpiliani.*

15 *Reus ex transactione sine indulti impetratione paruam consequitur utilitatem & quam.*

16 *Per transactionem cum impetratione legittma indulti reus consequitur plenam securitatem.*

17 *Consanguinei debent esse diligentes ut accusent de nouo reum si uolunt impedire indulti impetrationem fiendam propter trãsactionem factam cum accusatore,*

18 *Practica apud omnes foros obseruat ut per solam transactionem Reus paruam utilitatem consequatur.*

19 *Casus figuratio declarans totam materiam.*

20 *In criminibus capitalibus ingerentibus pœnam sanguinis licita est transactio ex prima regula istius legis.*

21 *Transactio licita est in mutilatione membri.*

22 *Transactio permittitur in priuatis delictis ingerentibus pœnam sanguinis.*

23 *Transactio permittitur etiam in pœna fustigationis.*

24 *Transactio permittitur etiam hodie in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis, quamuis cesset pœna talionis.*

15 *Transactio permittitur etiam de iure canonico quando delinquentes possunt tradi curiæ seculari.*

26 *Transactio consanguineorum ualet de delictis perpetratis a suis consanguineis.*

27 *Transactio permittitur in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis ad euitandum omnes pœnas sanguinis tam in reo quam accusatore.*

28 *Transigens in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis incidit in pœnam pecuniariam turpiliani.*

29 *Pactio, renuntiatio litis, & exculpatio permittitur in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis.*

30 *Pater remittens iniuriam filii an possit præiudicare filio, latissime discutitur.*

31 *Noua distinctio datur an pater possit remittere iniuriam filii & impedire ne accuset.*

32 *Pater potest remittere iniuriã pupilli quem habet in potestate.*

33 *Pater non potest remittere iniuriam criminalem inuito filio in eius præiudicium quando est maior.*

34 *Tota hæc materia alterata est in regno Neapolitano.*

35 *In crimine adulterij non est licita transactio. & refutantur omnes rationes doctorum.*

36 *Noua ratio assignatur.*

37 *In adulterio præsumpto an sit licita transactio.*

38 *Transactio permittitur in hac lege ex speciali dispositione.*

39 *Pœna adulterii an sit pœna sanguinis.*

40 *Transactio prohibetur in criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis & referuntur multæ rationes.*

41 *Secunda regula habet locum in delictis priuatis & publicis, & in pacto, exculpatione, & renuntiatione litis.*

42 *Transactio permittitur in criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis & post sententiam & pœnam impositam.*

43 *Pax potest fieri de omnibus criminibus indistincte si non tangit*

gitur processus.

44 Transactio & pactio permissa est ante institutam accusationem in omnibus criminibus.

45 Abolitione legitime impetrata licita est omnis conuentio & desistentia.

46 Negatio siue assertio quod non uult accusare a quolibet fieri pot.

47 In omnibus criminibus licita est transactio super actione ciuili.

48 Iuramentum interpositum an faciat ualidari transactionem in criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis.

49 In delictis in ommittendo an sit permissum transigere.

50 In crimine falsi permissa an sit trausactio, rationes omnes reprobantur.

51 Intellectus modernorum referuntur & impugnantur.

52 Nouus intellectus traditur ad exceptionem falsi.

53 Crimen capitale quot modis dicatur.

54 Mutilatio membri an sit pœna capitalis.

55 Dispositio loquens de pœna capitali an intelligatur de exilio.

56 Appellatione mortis an intelligatur de ciuili, uel naturali.

57 Vnus actus an possit esse pro parte permissus & pro parte repudiatus.

58 Transactione facta in criminibus primæ regulæ an possit procedi contra reum ex eodem processu.

59 Intellectus nouus ad l. 2. C. de abolitio.

60 In omni crimine non obstante transactione contra reum potest procedi ex nouo prpcessu cum nouo accusatore.

61 Transigens in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis an incidat in pœnam turpiliani, latissime discutitur.

62 Argumentum a correlatiuis quando procedat.

63 Transactio in nullo crimine præiudicat nouis accusatoribus cũ de nouo possint accusare, & nu. 65.

64 Sententia absolutoria super crimine quando impediat de nouo accusari reum.

65 Transactio in criminibus facta quando impediat alios accusare.

66 Transactio quando facilius permittatur quam pactum.

67 In crimine raptus an sit licitum transigere, latissime discutitur.

68 Noua declaratio, an in crimine raptus licitum sit transigere, & nouiter declarantur iura allegata.

69 Intellectus ad §. pe. in auth. ut liceat matri & auiæ. discutitur.

70 Intellectus ad §. adulteram, in auth. ut nulli iudicum. discutitur.

71 Intellectus ad l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adulter.

72 Super crimine adulterii quando liceat transigere, breuiter narratur.

73 In criminibus priuatis si agatur ciuiliter indistincte transigi & pacisci potest.

74 In criminibus priuatis quando agitur criminaliter an transigi uel pacisci possit, latissime discutitur.

75 Priuata crimina non assumunt essentiam a uoluntate offensi.

76 In priuatis delictis curia prosequitur propriam iniuriam & iniuriam subditi.

77 Intellectus ad l. & si quidem. in fi. C. de contrab. & commit. stipul. discutitur.

78 Differentia inter transactionem & pactum super criminibus.

79 Aduersatiua aduersatur in iure & in facto.

80 Aduersatiua repetit omnes qualitates orationis præcedentis, sed non omnes clausulas.

81 Transactio in criminibus probibitis non ualet, nec inter transigentes nec inter extraneos.

82 In crimine falsi licita est transactio.

83 Hæc l. habet locum in committentibus crimina & mandantibus ea fieri, quando est similis pœna.

84 Si statutum immutat naturam pœnæ, immutatur etiam potestas transigendi.

85 Cautelæ multæ ut transactio ualeat.

86 Epilogatio totius materiæ.

Repetitio legis Transigere. C. de transactionib.

N Hac lege tractatur de uirtute & effectu transactionũ factarum inter accusatorẽ, & accusatum in iudicio criminali, & an per transactionem uel pactionem factam inter partes uel remissionẽ seu exculpationem factã ab offenso super accusatione criminali impediatur curia per se uel per alium accusatorem procedere in causa &
1 condemnare reum ad pœnam. † Et ad eius euidentiam præmittendum est, quod cum ad bonos psincipes pertineat cõseruare quietem & pacem inter subditos suos expelendo calumniãtium iniquitates, & procurãdo ut homines bene uiuãt, & alios nõ lædãt, ut in prohemio inst. in prin. Et propterea eorum & reipublicę ualde interfit delicta puniri. l. ita uulneratus. ff. ad l. aquil. & .c. ut famæ. de sent. excom. ac ualde expediat quod puniciæ malis hominibus careant eos que diligenter conquiri & manifestari. l. congruit. ff. de off. præsi. & homines pœnalibus iudiciis cohærceri. l. si unus. §. pacta. ff. de pact. & l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publicanis. Ideo ultra iudicia ciuilia propter quæ homines coguntur unicuiq; ius suum tribuere, etiam institutæ fuerunt leges pœnales, seu sanctiones pro cohærcendis criminibns, & pro earum executione instituta fuerunt iudicia criminalia quibus mediantibus delinquentes punirentur, ut per gl. inst. de publ. iud.
2 Et ut recto ordine † talia iudicia ac cum debito rigore procederent, ac tamen ne propterea occasiones calumniandi probos uiros & innocentes condemnandi uel diffamandi malis hominibus præstarentur, legislatores circa tria præcipuam curam habuerunt. Et pri-
3 mo † procurauerunt ut accusatorum copia haberetur, cum sine accusatore nemo sit damnandus. l. accusatore §. siquis accusatus. ff. de mun. & honor. c. 1. ut ecclesiastica benefic. in prin. & 2. q. 1. c. de manifesta. & Bar. l. 2. §. si publico. ff. de adult. Ideo dederunt facultatem accusandi pluribus personis, & non solum offensis & eorum coniunctis qui dicuntur prosequi suam uel suorum iniuriam. iux. l. non prohibetur. & l. si crimen. inf. qui accusare non possunt. & no. in l. lex cornelia. §. 1. ff. de iniur. Sed etiam in attrocioribus dederunt facultatem accusandi omnibus de populo. iux legem 2. & ibi Bar. ff. de public. iud. & §. publicorum. insti. de publi. iudic. & §. 1. insti. de suspectis tutor. Ac etiam eos inuitauerunt cum præmiis, dando ciuiles actiones & pœnales, ut furti, iniuriarum, & ui bonor. rapto. iux. §. pœnales. inst. de actio. & l. siquis id quod. ff. de iur. om. iud. & toto tit. ff. de popul. actio. Et aliquando seruis dederunt libertatẽ. in rub. & nig. inf. quib. cx cau. serui pro pre. lib. accipi. & l. 1. C. de iis qui se deferunt. & l. edicto. & l. senatus. §. senatus. ff. de iure fisci. Ac etiam fecerunt officiales & denuntiatores criminum, de quibus habetur per Bartolum in lege diuus. ff. de custo. reorum. & lege prima. §. qui urbem. ff. de officio præfecti urbis. & l. 1. C. de decur. lib. 12.
4 Sed tamen † ne postea hæc potestas accusandi in malam partem traheretur, & in iniuriam subditorum conuerteretur, & daretur materia calumniandi, & alios indebite uexandi uel diffamandi odio uel inuidia, Ideo legislatores secundo loco præcipuam curam habuerũt ut accusatores certis modis cohærcerentur, & ultra pęnam religionis & condemnationis expensarum de qua in §. primo. insti. de pœna temere litigantium. quæ cõmunis est etiam iudiciis ciuilibus. primo prohibuerũt certos homines suspectos actu accusare. l. prim. & per totum. ff. & C. qui accus. non poss. et le. hos accusare. ff. de accusation. Ac et illos quos admiserunt noluerunt

passim admitti, sed solum certa solemnitate seruata, ut quod se obligent ad pœnã talionis, & dent fideiussorẽ de expensis & persequendo litem usq; ad finem, & ꝙ se inscribant ad illã pœnã talionis, & remaneant carcerati iux.l.fi.inf.de accus.& l.qui crimen.inf. qui accus. nõ possunt. Et hac etiam de cã institutus fuit titulus de calumniat. a lege remia. puniens calumniantes eadem pęna.l.fi.inf.de calu.& in priuatis criminibns pęna extra ordinaria.l.1.§.calumniatoribus.cum conc.adduct.ibi in gl.calumniatorib.ff.ad turpil.& d.l.fi.inf. qui accus. non poss.& l.& in priuatis.ff.ad turp.& c.1.& 2.& c.fi. 2.q.3.& indelatore eadem pœna.l.senatus.§.siquis arguatur.ff.de iur.fis.& alię similes pœnę, & prę sumitur semper calũniatus quãdo non probat.l. criminis accusationẽ.cũ glo.& l.2.cum gl.fi.inf. qui accus. non poss.

5 Rursus† tamen quia sæpissime accidebat quod accusatores corrumperentur metu, precibus, & amore, & uel tedio uel corupti desisterent ab accusationibus inceptis, uel colluderent cum accusatis, Ideo tertiam curam legislatores habuerunt, ne sine iusta causa ab inceptis accusationibus desisteretur, & principaliter cauerunt ne delinquentes supponerent eorum amicos ad accusandum, ut præcluderent uiam aliis, & ipsi suppositi causam leuiter agerent permittendo excusationes indebitas ac testes non admittendos, nec curando inuenire ueras probationes, nec, ut conuenit, insistendo in causa, ut indebite delinquentes absoluerentur, atq; ita per collusionem delicta remanerent impunita, & ideo fecerunt titulum inf. de collusione detegenda. & habetur in c.fi.ext.de collus.deteg.& idẽ factum fuit in delatoribus suppositis.l.senatus.§.siquis delatorem. ff. de iure fis. Ac ẽt factus fuit titulus.ff.de præuar. per quem imponitur pœna extraordinaria præuaricatorib. idest accusantibus uerè delinquentes, sed eorum crimina abscondentibus neq; persequentibus accusationes cũ diligentia necessaria, & negligentes producere testes, colludentes.l.1.& l.fi.ff.de præuar.& l.1.§. præuaricatorem.ff.ad turp. Similiter ne accusatores pecunia corrupti desisterent ab occusatione uel precibus uel amore desisterent, disposuerunt quod accusatores præstarent fideiussionem de persequendo usq; ad fin. & fraudẽ nõ admittendo.l.qui crimen publicum.inf.qui accus.non poss. ac se obligarent ad pœnam turpiliani, ꝙ disposuit generaliter quod omnes desistentes ab accusatione nõ impetrata abolitione puniantur pęna.500.lib.auri.l.3. in fi.ff.de præuar.& l.1.§.siquis.& l.2.ff.ad turpil. Et si per bienniũ non finiretur cã, posita fuit pœna.4. partis bonorum de qua in l.1.inf.ut inf.cer.tempus cã crimi.

6 Similiter† hac de causa prohibitæ fuerunt pactiones sine pecunia, & transactiones cum pecunia inter ipsas partes, & reo imposita fuit pœna quod propter corruptionem quam fecit habeatur pro confesso & conuicto.l.fin.ff.de præuar.& c.fi.§.præuaricato.2.q.3. Et hæc pœna habet ẽt locũ in corrũpente delatorem & ultra, & est pœna 500.aureorũ.l.imperatores.ff.de iur.fis. & l.eius qui delatorem.eo.tit.ac non obstãte trãsactione uel pactione causa & processus remanet in suo uigore.l.2.inf.de aboli. Accusator ẽt corruptus uel trãsigẽs punitur primo pęna 4. partis bonorũ, qa nõ finiuit causam.l.1.inf.ut inf.cer.tẽpus. Et ẽt extraordinarie corporaliter punitur si fuit corruptus, ut per Azo. in summa in d.tit.allegantem.l.3.inf.qui accus.non poss. Secundo punitur pœna senatusconsulti turpiliani, quod uetauit omnes accusatores desistere ab accusatione sub pœna quingentarum librarum auri, ut per glo. in le.3. in fi.ff.de præuar.& l.si fœmina.inf.ad turp. & l.ab accusatione.eo.tit. Tertio punitur pęna pręuaricationis tanquam occultans uera crimina.l.2.ff.de præuar. & l. 1.§.præuaricatorem.ff.ad turp. Item & quarto si fuit calumniatus punitur pœna calumniæ de qua in l. fi.in fr.eo.& l.senatus.§.siquis arguatur.ff.de iur.fis. Quinto etiam punitur, quia si pœnitentia ductus uelet postea persequi repellitur tanquã suspectus & dubius de præuaricatione.l.2.& 3.& l.qui destitit.ff.ad turpil. & nihilominus contra reum proceditur ex eodem processu uel ex officio, uel alio accusatore instãte.l.2.inf.de aboli. Quæ omnia procedunt regulariter factis transactionibus uel pactis, in certis tamen criminibus in quibus imponitur pœna sanguinis miserationis causa recessũ fuit a tanto rigore, & permissum fuit accusatis corrumpere suum accusatorem, ac facere transactionem ad effectum ut accusator desistat a lite, & processus annulletur, & transactio ualeat, & corruptio, & desistentia sit quasi in omnibus impunita tam ex parte accusatoris quam ex parte accusati, de quibus criminibus tractatur in hac lege, & quia hic casus frequentissime accidebat, & magna erat dubitatio quæ essent illa crimina in quibus licitum esset corrumpere accusatorem, & in quibus prohiberetur, & transactio esset impunita, & quas pœnas incurrerent transigentes uel euitarent, Ideo facta fuit ista lex in qua doctores omnia prædicta examinant.

7 Vnde subiectum istius legis † & principalis materia est tractare in quibus criminibus liceret pacisci uel trãsigere, & casu quo transactio facta sit an tota causa criminis sit finita, uel potius curia ea non obstante ex officio uel per alium possit procedere ex eodem processu uel alio. Et an accusator euadat omnes pœnas prædictas simul cum pęna turpiliani. Et similiter an reus euadat omnes pœnas prædictas, & si non euadit quas pœnas incurrat, & a quibus liberetur, & hæc quantum ad generalem cognitionem terminorum & materiæ. Secũdo principaliter præmittendum est propius ad textũ, quod ista lex pro decidenda illa difficultate, in quibus criminibus licita sit trãsactio, ponit duas regulas cõtrarias, unã affirmatiuã, & aliã negatiuã, cũ suis exceptionibus in qbus circa intellectũ literæ sunt difficultates.

8 Prima est† regula affirmatiua, quod in criminibus capitalibus licita est transactio, Sed quia non exprimit de quibus capitalibus criminibus loquatur, redditur ambigua regula. Cum capitale crimen sit illud quod eximit caput a ciuitate, & triplex est caput, scilicet corporale, iurisgentium, & iuris ciuilis, ut mors naturalis, dãnatio in metallum, & deportatio.l.sunt quædam. coniuncta.l.qui ultimo.ff.de pœn.& l.2.ff.de publ. iud. & §.publicorum.insti.de publ.iudic.cum concor. Vnde dubitatur an intelligatur de criminibus capitalibus eximentibus caput naturale per quæ inducitur mors naturæ, uel de eximentibus caput iurisgentium, per quę inducitur mors iurisgentium, ut in omnibus habeatur ꝓ mortuo, ut est damnatio in metallum, an potius de eximentibus caput ciuile, per quæ priuatur ciuitate, ut est deportatio, & aquæ & ignis interdictio. Et cõis conclusio est, quod regula intelligatur posita in criminib. capitalibns ingerentibus pœnã mortis naturalis, quæ est pœna sanguinis, per textum in secunda parte. ibi, in aliis autem criminibus capitalibus non ingerentibus pœnam sanguinis, & per textum in lege in omnibus. ff.de præuaric.ibi, in omnibus criminibus excepto sanguine, & per textum in lege prima.digestis de bon. eorum qui sibi mortẽ consciuer.ibi, sanguinem suum qualitercunque redimere, ut sit sensus, quod in omnibus crimtnibus ingerentibus pœnam sanguinis licita sit transactio.

9 Secunda est† difficultas circa exceptionem, an exceptio de adulterio trahatur ad crimen raptus, ut in eo ẽt sit prohibita transactio uel pactio, Sed licet uariæ sint opiniones, & non facile possit colligi quæ sit opinio uerior, & applicari animus ad unam partem, tamen communis est opinio quod crimen raptus contineatur sub regula, & non sub fallentia, ut innuit litera quæ excipit solum crimen adulterii, et hanc opinionem ego inf. sequar, quia iura quæ allegantur in contrarium. ut lex penu.inf.quib.ex caus.ser.pro prem.liber. accip. et le. 1.§.pe.

1.§.pe.inf.de raptu uirg.recte in spiciendo non pc nunt pactionem,sed occultationem.& per consequens qualitatem extrinsecam pacti de occultando.Nam occultatio in hoc crimine est punita propter odium eius,& frequentiam,& manifestatio est præmiata quia solent parentes libenter occultare hoc crimen& dissimulare,& sic in crimine raptus hoc solum est speciale quod punitur occultans & præmiatur manifestans.

10 Tertia est†difficultas circa literam in regula negatiua quæ loquitur de publicis criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis, de quibus publicis criminibus intelligatur,cũ trib.modis dicatur publica crimina uel iudicia secundum glo.hic.& Bar.in l.2.& colu.2.ff. de publi.iud. Docto.tamen hic uidentur intelligere hanc secundam regulam de publicis delictis secundo modo, quãdo quilibet de populo admittitur ad accusandum, Sed tamen postea disputando tenent quod idem etiam seruatur in priuatis delictis,& ita ampliant regulam ut per Bar.hic col.pe. Pro qua opinione facit, quia litera dicit de publico crimine,non autem de publico iudicio,ut non uideatur compræhendere.l.quod senatus.ff. de iniu.&l.interdum.ff.de publ.iud.& lex appellat priuata delicta,non priuata iudicia in tit.ff.de priua.delic. & leges sæpe loquantur de crimine publico.l. qui crimen.inf.qui accus.non possunt.Tamen quia docto.cõsentiunt idem esse in delictis priuatis, magis placet qđ non subaudiatur litera,sed per crimina publica intelligatur de omnibus criminibus in quibus agitur ad utilitatem & uindictam publicam, ut etiam in hac regula compræhendantur priuata delicta quæ efficiuntur publica quando criminaliter accusatur reus,& hic tex declaratur per.l.fi.ff.de præuar.dum dixit,in omnib.causis præterquam in sanguine, qui corrumpit delatorem pro conuicto habetur.& l.1.ff.de iure fis. loquitur etiã de priuatis delictis,in quibus admittuntur delatores, ut ibi habetur.Vt sit sensus in hac regula, quod in omnibus criminibus non ingerentibus pænam sanguinis sit prohibita transactio.

11 Quarta est†difficultas in litera,an in secunda regula * excipiatur crimẽ falsi,& communis est opinio quod sic & ita intelligunt illa uerba,citra falsi accusationem .i. excepto crimine falsi.Sed tamen quia postea non assignant bonam rationem diuersitatis ab aliis criminib. ac non conuenit literæ quæ non dicit citra crimen falsi,sed citra accusationem falsi,& sic se refert ad processum & modum opponendi, Ideo Alcia. hic & Loriotus in tractatu de pac.& transact.axioma. 103.& 104. dicunt crimen falsi non excipi a regula,sed quandã qualitatem apponi in ista regula,& Alc.uult ut addatur qualitas,quod transigens in talibus criminibus non possit euitare accusationem falsi,quia transigens occultat crimina.c.1.de fals.&calumniatur quia falsa crimina obiicit.l.1.§.calũniari.ff.ad turp.&l.senatus.§.siquis arguatur.ff.de iur.fis.Vnde tãquam falsarius accusari potest, sed quia dictio,citra,secundum hoc est inclusiua, contra eius naturam,Ideo Loriotus intelligit aliter,& exponit citra falsi accusationem.i.nisi possit argui de falso quod falsam accusationem instituat,quo casu presupponit ipse quod ualeat transactio,Sed ego aliter declaro,ut dictio,nisi,sit exclusiua,& neget quod falsi accusatio possit fieri etiam quod in iis criminibus fiat transactio,ut sit sensus,quod licet suspitio falsitatis inducatur per transactionem,non tamen est tanta ut possit accusari de falso,ut infra latius dicam, & hæc quantum ad intelligentiam literæ.

Tertio præmittendum est circa particularem materiam legis,nam licet in ea fiat mentio de transactione & pacto,tamen sunt alii quattuor actus pertinentes ad materiam qui ordinantur ad desistentiam ab accusatione, uidelicet,renuntiatio litis,& exulpatio,pax,& abolitio,de quibus clare doct.non determinant, tamen ita

12 dici potest ex mente eorum.†Quod in regula affirmatiua de criminibus ingerentibus pœnam sanguinis omnes isti actus sunt permissi, quia si permittitur transactio quæ habet in se annexã corruptionẽ, facilius pmittitur pactũ & renuntiatio litis,& ẽt exculpatio sine pecunia,uel ẽt cum pecunia ex identitate rationis,& a fortiori ẽt pax quæ respicit rãcorẽ animi, & excludit uindictam uiolentã extraiudicialem,& non tangit processum uel pœnam legalem,& a fortiori abolitio permittitur quæ fit authoritate magistratus, & nõ cõceditur ab eis nisi appareat iustum.l.1.§.siquis.ff.ad turpil.l.1. & 2.& per totum.inf.de abolitionibus.ut inf.dicam.

13 In secunda†uero regula antequam instituta sit accusatio omnes prædicti actus etiã sunt permissi indistincte,qa nemo cogit accusare.l.si maritus.§.si negauerit. ff.de adul.& l.res quæ.§.fi.ff.de iur. fis. & l. quæsitum. & ibi Bar.no.ff.ad turp.& de exculpatione est tex. in l. diuus.ff.ad fill.& ibi no.Fallit in crimine raptus secundũ declarationẽ quã sup.dixi.Et idẽ põt dici in adulterio respectu mariti,quia uidet lenociniũ cõmittere.l.de crimine.ff.de adul.sed post institutã accusationẽ trãsactio prohibita est per istã legẽ.Itẽ est pactio secundum cõem opinionẽ,& per consequens etiã renuntiatio litis & exculpatio quæ habet maiorẽ suspitionẽ uel calumniæ,uel præuaricationis,uel corruptionis, quia per oẽs istos actus accusator desistit a lite & incidit in pœnam turpi.quinq; librarũ auri,de qua in l. 3. in fi. ff. de præuaricatorib.& quæ imponitur generaliter pro desistentia.l.ab accusatione.ff.ad turp.& l.quid est.& l.infra ad turp.Sed abolitio si impetratur a magistratu uel principe permissa est secundũ distinctionẽ positam in l.fi.inf.de abol.& l.1.§.siquis.& l.2.inf.de aboli.&si est abolitio generalis,dicendum est ut per Azo.in summa inf.de generali abolitio. Hæc.n.abolitio inuenta fuit principaliter ut siquis errasset in accusando aliquẽ in totũ uel in parte criminis uel in persona uel in qualitatibus & postea melius informatus fuisset, ut ei permittatur desistere.l.res quæ.§.fi.& l.senatus.in princ.ff. de iur. fis.& C. de abol. l. 2. De pace uero dubitat ẽtBar. * & doct.inf.tamẽ cõis est opi.ut semper sit permissã si tãtum rancorem animi remittit,& non tangit processum uel remissionẽ litis,hoc.n.iure diuino iubentur oẽs facere, iuxta illud mihi uindictam & ego retribuam, ut per Ioã.Fab.in §.fi.inst.de iniu. Sed si haberet annexã remissionem processus,secus esset per tex.in l.1.§. pe. inf.de rap.uirgi.ut inf.dicam loco suo.

14 Alia est†difficultas in hac materia, & de principalibus, quos effectus producat transactio uel pactio in criminibus permissis, ut criminibus ingerentibus pœnam sanguinis, nam in criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis omnes concordant quod aggrauant delictum, quia augent suspitionem, Et si interuenit pecunia ut possit esse corruptio, Reus habetur pro confesso & punitur pœna quingentorum aureorum.l. in fi fis.causis.& l.eius qui delatorem.& l. imperatores. ff. de iure fisci.& etiam proceditur ex officio nullo interueniente accusatore.l.secunda.uer.eius.infra de aboli. debuissent enim partes petere abolitionem allegando errorem,& impetrassent.l.2.in principio.ff.de iure fis. & l.2.& 3.inf.de abol.Sed dubitatio est in prima regula,an partes euadant pœnas supra narratas, uel potius eas incurrant non obstante pactione & transactione et exculpatione,cum natura transactionis sit in causa ciuili producere tres effectus,uidelicet, quod recedatur a lite,& quod impediatur litis ingressus.l.postquam liti.sup.de pac.& c.1.de lit.contest.in 6.& quod producat actionem ad consequendum promissa.l.cum proponas.& l.si pro fundo.inf.eo.& no.in l.siue.infr. eodẽ. * et dixi supra in rubric.Tamen communiter docto.conueniunt quod in reo non tantum operatur ut recedatur a lite.et quod amplius non audiatur accusator. l. q destitit.ff.ad turpil.cum alias possit.l.3.§.si is. ff. de sepul.uiol.sed etiã operatur effectus ꝙ ipse nõ incurrit in

pœnam corruptionis, nec quod habeatur pro confeſſo quia lex miſerationis cauſa hoc ei tribuit & indulget. l. 1. de bon. cor. qui ſibi mor. conſci.

Sed quid ſit in accuſatore, ſunt opiniones, hic in glo. & aliqui uolunt quod accuſator nullam euadat pœnã, ſed ſolum tranſactio ualeat in fauorem Rei ad euitandum in ipſo incurſum pœnarum, aliqui uolunt ꝙ actor euadat omnes pœnas, quia ab utraq; parte tranſactio eſt impunita, cum fiat. l. permittente. l. Gracchus. inf. de adul. regula non debet. de reg. iu. in 6. Bar. tamẽ & poſt

* eum cõiter docto. tenent quod etiam profit accuſatori quantum ad euitãdas ſuas pœnas ut pœnam calumniæ de qua in l. fi. n inf. de calu. & pœnam præuaricationis, de qua in l. 2. ff. de præuar. & pœnam talionis, de qua. l. fi. inf. de accuſ. & l. qui crimen. inf. q accuſ. non poſſunt. ac etiam quartæ partis bonorum, de qua in l. 1. C. ut infra certum tempus actio crimina. & ibi Azo. in ſumma quia ſatis dicitur eſſe cauſa finita per trãſactionem, ac etiam pęnam corruptionis euitat ſi interuenit pecunia de qua l. ſancimus. §. diuus. & §. ſiquis arguatur. ff. de iure fiſ. & l. 1. & 2. inf. de calu. & l. 3. ff. de cond. ob. turp. cau. & arg. l. 1. & fi. C. de pœna iudicis qui male iudicauit. Sed tamen non euadit pœnam turpiliani quinq; librarum auri, quia turpilianũ generaliter pro omni deſiſtentiá non impetrata abolitione punit accuſatorem l. 1. §. ſiquis. & l. ab accuſ. ff. ad turpil. Et eſt ratio, quia ſi ita paſsim ꝑmitteretur accuſatori impune deſiſtere ab accuſatione ex cõuentione & tranſactione, omnes accuſatores facerent mercãtiam de accuſationibus, & eſſet in facultate accuſatorum facere quod crimina non punirentur tranſigendo unus poſt alium, Et licet miſerationis cauſa in alijs pęnis indulgeatur, tamen uoluerũt leges ut aliqualẽ pœnam accuſator incurreret, & hoc tutius eſt & magis conueniens utilitati & honori reipu. & quieti populi. Aliud etiam legiſlatores ſibi reſeruauerunt contra reos, ne penitus delicta remanerent impunita, quod ſolum tranſactio ualeat quantum ad extinguendum proceſſum factum cum illo accuſatore, & tranſigente, ut ipſe impediatur de nouo accuſare, quia tranſactio eſt exceptio litis finitę impediens proceſſum nouum cum illo. c. 1. de litis conteſt. in. 6. Sed tamen non præiudicat alijs accuſatoribus, qui, ſi uolunt, non impediuntur accuſare. l. qui cetu. §. fin. ff. ad. l. iul. de ui pub. quod etiam eſt commune tranſactionibus factis ſuper cauſa ciuili. l. 1. ſup. eod. & not. in. l. ſi unus. §. ante omnia. ff. de pac. Et in terminis hoc dixit glo. in. l. diuus. ff. ad ſena. ſille. in uerbo nec ſollicitudo, qa ius alteri q̃ſitũ nemo põt auferre. l. fi. ff. de pac. & trãſactio extinguit proceſſum, & inſtantiã illã, & non delictum.

15 Et ſic † effectualiter non multũ lucratur Reus ex iſta tranſactione, cum omnes alij de populo uel conſanguinei poſſunt accuſare & facere inſtantiam ut puniatur. Hanc tamen commoditatem conſequitur, quod non habet tot inimicos, & ſi tranſactio fuit facta cũ eo qui primus poteſt accuſare poteſt feliciter impetrare indultum ſiue indulgentiam criminis a curia uel principe, cum alias boni principes non ſoleant concedere indulgentiam criminis niſi concordata parte.

16 Quo indultu impetrato † cõſequitur plenã quietẽ, qa amplius nõ poteſt Reus accuſari ab alijs cõſanguineis, cũ per tranſactionẽ ſit extinctus proceſſus, & per indultũ principis cõceſſum gratis uel ꝑ cõpoſitionẽ factã cũ curia ſit extinctũ delictũ, ut nullus alius poſſit audiri.

17 Vnde † cauti ſint conſanguinei alii qui nõ fuerunt concordati ut ſtatim porrigãt ſuã accuſationẽ, & ſe faciant partẽ, qa tunc indultũ nõ poterit cõcedi niſi & ipſi ſint cõcordati, ſed ſi ante eorũ accuſationẽ Reus ſe compoſuerit cũ curia & conſequtus fuerit indultũ habebit plenã ſecuritatem, & accuſator tranſigens ſimiliter erit ſecurus, quia eius tranſactio recepta eſt a curia, cum occaſione tranſactionis conceſſerit indultum, & tanquã impetrauerit abolitionem a lite poſſit deſiſtere. l. 1. §. 1. ff. ad turpil. & inf. latius dicam.

18 Deſinant † ergo admirari iuuenes quibus uidetur in practica ſeruari quod habita remiſsione partis amplius non quæratur de delictis, quia illud non contingit ex ſola tranſactione, cum non obſtãte tranſactione curia poteſt ipſa procedere contra reum ad puniendum, ſaltem ex nouo proceſſu, uel ex conſuetudine ex eodẽ proceſſu, & etiam admittere poſsit nouum accuſatorẽ, & etiam poteſt procedere contra ipſum accuſatorem tranſigentem pœnam turpiliani, ſed totum illud quod eis uidetur in practica ſeruari contingit quia plerunq; Rei habita remiſsione a parte ſe componunt cum curia antequam compareant alii accuſatores & impetrãt indultum ſiue indulgentiam criminis & extinctionem delicti & ita conſequuntur plenam ſecuritatem, & ſic recte conſiderando practica obſeruat totam deciſionẽ iſtius legis, quãuis in multis partibus Italiæ per ſtatuta iſtæ pœnæ ſint alteratæ & diminutæ, & in regno facta eſt aliqua alteratio per quinq; conſtitutiones iſtius regni & unum ritum, ut inf. dicam, & per Robertum marantam in ſuo ſpeculo, in materia inquiſitionis. c. 47. & 48. nu. 63, cum ſeq. uer. ult. & hæc ſufficiant quantũ ad generalẽ cognitionẽ materiæ & introductionẽ iuuenũ.

Iis ſic utiliter præmiſsis, deuenio ad legem, quæ diuiditur in duas partes prout duas ponit regulas, unam affirmatiuam, & aliam negatiuam, Secunda ibi, in aliis autem, & quęlibet pars diuiditur in duas alias prout in qualibet ponitur exceptio, Summatur ſecundum gloſ. & doct. Sanguinis in pœnis, niſi mechus, tranſigit omnis, in aliis nulli liceat niſi crimine falſi, & ſecundum meum intellectum circa incurſum in crimen falſi. Ca-
19 ſus † breuiter fingi poteſt, Accuſatus fuit aliquis de homicidio uel ueneficio uel alio crimine capitali ingerẽte pœnam ſanguinis uel mortis naturalis, Reus dubitans ne conuincatur fecit tranſactionem cum accuſatore dando ei certam pecuniam ut deſiſteret a lite & accuſatione, Qui deſtitit, ſed nihilominus curia contra eum procedebat admittendo nouos accuſatores, Opponebatur quod lis erat finita per tranſactionem, Quęſitum fuit an tranſactio ualuerit, & ſi ualuit, an curia potuerit procedere in cauſa. Et dubium faciebat, quia trãſactio habet hanc naturam ut extinguat litem & impediat nouum ingreſſum litis c. 1. de lit. conte. in 6. & dicitur exceptio litis finitæ. l. fratris. inf. eo. & no. ind. poſtquam liti. ſup. de pac. Et hoc procedit in cauſa ciuili, tamẽ in cauſa criminali multa faciebant quod non ualeret, qa pactum iſtud uidetur contra publicam utilitatem impediens delicta puniri. l. ita uulneratus. ff. ad l. aquil. & dans materiam delinquendi. l. in operis. inf. de pœn. & l. conuenire. ff. de pac. dot. Secundo faciebat, quia ille qui corrumpit accuſatorem habetur pro confeſſo. l. fi. ff. de præuar. l. in fiſci. & l. eius qui delatorem. ff. de iur. fiſ. & l. quoniam. ff. de iis qui no. infa. & punitur pœna quingentorum aureorum. l. imperatores. ff. de iur. fiſc. Similiter accuſator punitur tanquam præuaricator & occultãs crimina uera. l. 1. §. præuaricatorem. ff. ad turpil. & l. de crimine. cum gl. inf. de adul. Item incidit in pœnam quinq; librarum auri ex turpiliano ſenatuſcõſulto tanquam deſiſtens. l. 3. in fi. ff. de præuari. Tertio tanquam pecunia corruptus, & crimina abſcondẽs puniri debet. c. 1. de crim. fal. Ac incidit in pœnam. 4. partis bonorum. l. 1. inf. ut inf. certum tempus. & ſi delinquens punitur, ergo actus uidetur eſſe reprobatus, quia de actu ꝑmiſſo nulla eſt pœna. l. Gracchus. inf. de adul. Tertio faciebat, quia non obſtante tranſactione iudex ex eodem proceſſu poteſt procedere in cauſa uſque ad condemnationem. l. ſecunda. infra de abol. Item alius poteſt accuſare l. qui cetu. § finali. ff. ad legem iuliam de ui publica. & l. tertia. §. penultimo. ff. de ſepul. uiolat. & ſic cum ſit inutilis uidetur prohibita, quia actus fruſtratorius nõ ꝑmittit. l. 3. §. Diuus. ff. ut leg. nomine caue. Quarto facit lex de crimine. inf. de adul. & ibi gl.

Iis

Iis tamen non obstantibus aliter fuit determinatū per istam legem, quod immo in istis criminibus de quibus in themate, cum ingerant pœnam sanguinis, transactio sit permissa, ut ualeat quātum ad extinguendum processum, & impediendum transigentem nouiter accusare, & euitādum omnes pœnas tam in reo quam in accusatore. Et ratio decidendi fuit, quia in istis criminibus miserationis causa concessum fuit reis ut possint qualitercunque sanguinem suum redimere, l. 1. ff. de bon. eor. qui sibi mor. consci. & hæc humanitas uincere debet odium pœnarum. l. famosi. ff. ad l. iul. maiest. & Dec. in l. 2. sup. de edendo. & cum ualeat transactio, etiam extinguit processum, & impedit nouiter per trāsigentem procedi. l. fratris. sup. eod. & no. in c. 1. de lit. contest. in 6. Sed in aliis criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis aliter fuit determinatum, quod transactio non ualeat, & per consequens partes non euadāt pœnas, sed augeantur, & aggrauentur propter suspitionem corruptionis & præuaricationis & collusionis inductam, quia in istis non militat ratio miserationis q̄ rei tractent de redimendo sanguinem suum, & ideo nō indulgetur eis neque permittitur transigere uel pacisci uel alio modo desistere a causa ne delicta remaneant impunita, Et ut omnia clare pateant, facta est lex ista ponens duas regulas, unam affirmatiuam, quod in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis licita est transactio excepto crimine adulterii. Secunda negatiua, q̄ in aliis criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis non liceat transigere citra falsi accusationem.

Non obst. contraria, & primo quod reipublicæ interest, quia illud interesse reipublicæ non attenditur in istis criminibus ingerentibus pœnam sanguinis, cū humanitatis ratio præualeat iis casibus publicæ utilitati, & miserandum sit ei qui qualitercunque uoluit redimere sanguinem suum, maxime quia in totum per talē transactionem nō impeditur delicta puniri, cum alius accusator possit de nouo accusare, Non obstat quod reus habeatur pro confesso, quia illud procedit in criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis, in quibus non ualet transactio, secus autem est in istis criminibus in quibus humanitatis causa permissū est ut possit transigi impune. Et istud idem dicendum est in accusatore, quod licet soleat propter transactionem puniri tanquam corruptus, præuaricator, & calumniator, & aliis pœnis, tamē illud procedit in criminibus nō ingerentibus pœnam sanguinis, in quibus prohibetur transactio, secus autem est in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis, in quibus miserationis causa permissa est transactio ad euitandum pœnas. Non obst. quod incidat accusator in turpilianum, quia hoc est uerū, nec hoc negat iste tex. quod non incidat licet ualeat transactio, ne contingat quod accusatores auaritia inducti faciant mercantiam de accusationibus & raro talia delicta punirentur. Valet igitur transactio ad euitandum omnes pœnas excepta pœna turpiliani, secundum cō- * munem opinionem, sed secundum aliam dicitur quod illa pœna non habet locum in iis criminibus. Nō obst. quod iudex possit prosequi ex eodem processu, quia similiter non procedit in iis criminibus, sed in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis. Sed secundum cōsuetudinem Italiæ semper iudex ex eodē processu potest prosequi usque ad litem non obstante transactione in omnibus criminibus, secundum Ange. ut inf. dicam. Non obst. quod alius potest accusare, quia hoc est rationabile, cum transactio non extinguat delictum, sed solum processum, sed licet alius possit accusare non tollitur quin trāsactio ualeat & sit utilis, cum ille accusans amplius non possit prosequi, l. 2. & l. qui destitit. ff. ad turpil. & l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adult. Sicut et seruatur in transactione in causa ciuili. l. 1. cum materia. sup. eo. & pactum unius non nocet alteri. l. si unus. §. ante omnia. & l. fi. ff. de pact. & extinguit processum illum formatum. Sed ne in totum delicta remanerent impunita, hæc duo fuerunt reseruata per l. s. quod accusator incidat in turpilianum, & quod contra reum possit procedi ex nouo processu, & instante nouo accusatore. Quæ duo etiam postea possunt euitari si facta transactione antequam superueniant alii accusatores reus concordauerit se cum curia, & obtinuerit indulgentiā criminis, & extinctionem delicti, quia tunc reus habebit plenam securitatem, & accusator non poterit molestari in pœna turpiliani, cū transactio sit acceptata a curia, & accusator desistat impetrata abolitione, ut sup. dixi, & infr. dicā. Non obst. lex de crimine. inf. de adul. quia ille text. loquitur in crimine adulterii, in quo est speciale ut transactio fieri non possit licet ingerat pœnam sanguinis, & ideo in hac regula exceptum fuit illud crimen. Quare remanet clara decisio in quibus criminibus liceat transigere, & quos effectus producat, quando ualeat, & quando non.

20 Notandum † est prius est isto textu quod in criminibus capitalibus. i. in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis licita est transactio, Et tanto magis pactum quod fit sine pecunia & minus est puuibile, siue fabricatus sit processus & factæ probationes, siue non sit fabricatus processus, quia hæc lex simpliciter loquitur, Et rationem assignat Barto. post glo. quia unicuique licitum est redimere sanguinem suum qualitercunque. l. 1. ff. de bon. eo. qui sibi mor. consciu. Quæ ratio secundum Bar. concludit etiam in actore, quia cum teneatur ad pœnam talionis tractat & ipse de redimendo sanguinem suum. l. fi. inf. de accus. Etiam quod calumniatus fuisset, uel iurasset falsum, ut per Barto. in l. 1. colu. 2. inf. de iur. calum. uer. Item quæro. quæ tamen potestas redimendi sanguinem suum restringi debet ad casus & modum permissum a lege, quia si aufugeret a carceribus, uel occideret custodes carcerum, impune non faceret. l. prima. & per totum. ff. de cust. reo. & ff. de effract.

21 Ampliatur † hæc conclusio procedere etiam in mutilatione membri, quia licet non sit ultimum suppliciū, tamen in ea tractatur de redimendo sanguinem, & æquiparatur pœnæ capitali. §. ad hoc prohibemus. in auth. de collator. ibi, præter ultimum supplicium & membri abscisionem, quia & in membro absciso est mors, secundum Barto. in l. 2. ff. de publ. iud. Item iste tex. excipit in fine regulam primam de capitalibus, & nominatur per pœnam sanguinis, ergo præsupponit q̄ pœna sanguinis sufficiat etiam quod non sit mors naturalis, cum desinat esse homo perfectus. Ad idem est tex. in l. fi. ff. de præuaric. ibi, in omnibus criminibus præterquam in sanguine. Et hāc opinionem tenent Alber. Salic. colum. 12. & Pau. de Cast. & Ioan. fabri. & Cinus hic q. 3. Et Anton. de Alexan. col. 1. & Cur. antiq. colu. 1. & Anto. de Butr. in c. 1. de col. detegend. & Aquens. hic. & Iacobus de arena, in d. l. 1. ff. de bon. eor. qui sibi mor. cons. qui extendit illam legem ad mutilationem membri. & Bal. in l. 2. q. 1. in 3. col. ff. si ex noxal. causa agatur. & l. furti. §. 1. ff. de iis qui not. infam. qui extendit. l. non tantum. ff. de appellat. ad mutilationem mēbri, & sequitur Feli. in c. cum super. de re iudic. in prin. & sequuntur hic omnes moder. & antiqui. & faciunt ea quæ dicunt doc. in l. 1. ff. de offic. eius, quando reddunt rationem quare delegari non potest causa continens abscisionem membri. per d. §. ad hoc. in auth. de collator. Nec obstat quod iste tex. faciat mentionem de crimine capitali, quia mutilatio membri æquiparatur crimini capitali ut dictum fuit, Vel potest dici quod iste tex. se declarat in 2. regula. Et confirmatur per regulā positam in d. l. in omnibus. ff. de præuar. & d. l. 1. de bo eor. in uerbo sanguinem. Nec obst. authoritas Bar. in l 1. ff. de publ. iud. qui dixit quod mutilatio membri nō est pœna capitalis, quia licet non sit pœna capitalis uere, tamen ei æquiparatur quantum ad pondus, & quia homo

homo efficitur inutilis. Nec obst. quod de iure digestorum non enumeratur inter alias pœnas capitales, quia eo tempore & tempore libertatis romanæ non erat cognita pœna mutilationis, sed postea fuit inuenta a iure auth. d. §. ad hoc prohibemus, ut dicunt hic Rim. & Lãcel. & Cur. antiq. & est communis opinio in. d. l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius. Et hæc ampliatio procedit etiã in delictis non ingerentibus pœnam sanguinis de iure communi, si tamen statutum disponeret quod pro aliquo delicto imponatur pœna mortis naturalis uel alia pœna sanguinis, ut in crimine falsi, in quo per totã Italiam est mutilatio membri, & in furto est pœna suspensionis, ut per Bal. & Salic. hic, uel etiam si alternatiue disponeret quod imponeretur pœna pecuniaria & corporalis, ut per Barto. in d. l. 2. ff. de publ. iud. & Aquens. hic. qui addunt idem esse in pœna arbitraria quando iudex extimaret imponendã esse pœnã sanguinis, ut per glo. in §. in summa. inst. de iniur. de qua per Felin. in c. ex literis. in 10. col. de const. cum seq.

22 Secundo † ampliatur ista regula procedere etiam in delictis priuatis in quibus ingeritur pœna sanguinis, nam licet non dicantur publica, tamen in eis uerificatur illa ratio quod imponitur pœna sanguinis, & cum effectu est pœna capitalis, quia eximitur caput a ciuitate & non curamus de modo ex quo habemus effectum. l. quo ad statum. ff. de pœnis. & l. Gallus. §. quod si eius. ff. de libe. & posth. Et ita tenent Alber. Salic. Io. fabri. Cy. & Petrus hic. Anton. in c. 1. de col. dot. & Cur. antiq. & iunior & Mantua col. 2. & Alcia. colum. 2. & Alexand. col. 2. nu. 6. Iaso. & communiter alii. Et ad istum tex. qui loquitur de publicis iudiciis respondent quod hoc factum fuit propter communiter accidentia, quia a communiter accidentibus pœna mortis solet imponi pro publicis iudiciis, sed non causa restrictionis, Et exẽplum de eis relatum fuit, quia in eis erat maior dubitatio, uel saltem uirtute extensionis delicta priuata continebantur, cum militet eadem ratio, ergo eadem dispositio. l. pen. sup. de pac. & l. qui neque. §. 1. ff. de reb. eor. Nec inconuenit quod dispositio loquens de pub. iud. extendatur ad priuata, quia illud fit econtrario in l. illud. ff. ad l. aquil. & in l. si postulauerit. §. si quæstionẽ. uer. ratio. ff. de adult. Sed ego puto quod hæc responsio non sit necessaria, quia tex. hic sub nomine publicorum iudiciorum compræhendit, & priuata, quæ & ipsa dicuntur publicæ utilitatis. l. quod senatus. ff. de iniur. & per Bar. in l. 1. col. 2. ff. de publ. iud. & glo. 1. hic. & facit lex licitatio. §. quod illicite. ff. de publica. Et hoc satis potest colligi inst. de publ. iud. in prin. dum dicit q per accusationes exercentur, quod tamen etiam procedit in priuatis quando agitur criminaliter, idem etiã ꝓbatur in rubr. ff. de publ. iudic. coniuncta. l. interdum. eod. titu. Et hæc intelligentia suadetur per text. in l. in omnibus criminibus præterquam in sanguine, & non consideratur differentia inter publica & priuata delicta, & in l. imperatores. & l. eius qui delatorem. ff. de iure fisc. coniuncta. l. 1. eo. titu. ubi enumerantur crimina tam publica quam priuata, & tamen indistincte procedit pœna. d. l. eius qui. & l. imperatores. eod. titu. Nec obst. si dicatur quod hic appellat publica crimina, non publica iudicia, quia posuit crimina pro iudiciis in quibus agitantur.

23 Tertio † ampliatur procedere etiam in pœna fustigationis secundum Salic. hic, quia & ipsa dicitur esse pœna sanguinis, & licet non dicatur pœna capitalis proprie, ut per docto. in l. imperium. ff. de iurisd. om. iudi. ubi dixi. & per Bar. in l. 2. ff. de pub. iud. tamen sufficit quod sit pœna sanguinis, quia per declarationem sequẽtem positam in 2. regula apparet quod prima regula cõsiderauit sanguinem tantum, & uerba capitalibus criminibus, latius capiuntur, & sequitur hic Cur. antiq. Alex. nu. 7. & Alcia. col. 8. sub uerbo in aliis. per l. interposita. sup. eod. nisi sit leuis castigatio, Et mihi placet, maxime quia per talem transactionem ex toto non fit præiudicium publicæ utilitati. Et idem tenent Aquens. hic quando pœna est multum corporis afflictiua, inferentes idem esse etiam in pœna bullationis in facie, facit tex. in §. adulteram. in auth. ut nulli iudicum. ubi est bonum exemplum de fustigatione magna.

24 Quarto † ampliatur procedere etiam hodie quo tempore pœna talionis recessit ab usu ex generali consuetudine, secundum Bar. in l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iud. & l. si cui. in princ. ff. de accusat. & in l. libellorum. ff. de accus. & Specul. in titu. de accus. §. 1. uer. nec minus. & omnes docto. hic, ut quamuis non teneatur illa pœna accusator, tamen possit transigere, etiam quod non sit pœna sanguinis ex eius parte secũdum Rimin. hic, quia correlatiuorum eadem est dispositio. l. fin. de ind. uid. tol. & l. fin. ff. de accep. & l. 1. inf. de cupr. libr. 11. & quia non debet licere reo quod non licet actori. l. non debet actori. ff. de reg. iur. Et idem tenet Paul. de Cast. hic. & Anton. de Alex. & Cur. antiq. quia iste tex. loquitur in rem, dicit enim quod in criminibus capitalibus, ergo extenditur ad omnes personas. l. metum. §. animaduertẽdum. ff. quod met. cau. Nec obst. quod immo sit diuersa ratio inter actorem & reum, & per consequens cessat arg. a correlatiuis. ut per docto. in d. locis, cum in accusatore non sit pœna sanguinis sicut in reo, quia respõdetur quod immo militat eadem ratio, attento quod si non extenderetur ad accusatorem reus non posset transigere nolẽte accusatore accipere pecuniam, & differente remittere quærelam propter dubiũ pœnæ, & sic per indirectum tolleretur quod directo permittitur contra. l. oratio. ff. de sponsal. secundũ Cur. iun. hic. colu. 2. nam uere transactio non esset simpliciter permissa, sed solum factum transigendi non esset ꝓhibitum in reo, uel melius non punibile, quod est contra generalitatem literæ quæ in rem concipiendo uerba dicit, transigere permissum est, impersonaliter loquendo, & actus non potest esse ualidus existente uno ex contrahentibus incapace. l. litigatoris. §. fi. & l. si de meis. ff. de arbit. & in auth. de non elig. secundo nubentes. §. prospeximus. Et per hanc responsionem tollitur etiam secunda ratio faciens incõtrarium, quod cessante ratione legis cessat dispositio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. quia non est uerum quod ex toto dicatur cessare, cum tractetur etiam de interesse rei qui nunquam posset transigere cum accusatores non uellent cõsentire. & propter hoc dispositum in uno ex correlatiuis trahitur ad aliud ne actus efficiatur elusorius, ut not. Bal. in d. l. fi. de ind. uid. tol. & sic licet ex parte accusatoris & eius consideratione non permittatur, tamen consideratione rei permittitur. l. petendæ. inf. de tempor. in integ. restitu. sequitur hic Alciatus colum. 3. dicens quod non posset propter hoc dici quod ratio istius legis sit correcta cum in reo adhuc remaneat firma, & propter reum extenditur ad accusatorem. cap. a multis. de ætate & qual. & Aret. in l. 2. ff. de uulg. & pupil. Et hanc partem ego puto ueram per prædictas rationes, Et quia etiam non est uerum quod accusator nõ teneatur ad pœnam sanguinis, cum licet non se inscribat tamen leges eum puniunt similitudine supplicii ꝓpter calumniam. l. fin. inf. de calum. & licet ex consuetudine sit sublatus modus obligationis per inscriptionem, tamen non est sublata ipsa pœna. l. 2. infra ad turpil. & d. l. fina. infr. de accusat. & l. finali. infra de calumniat.

25 Quinto † ampliatur procedere etiam de iure canonico, nam licet secundum illud nulla pœna sanguinis imponatur. c. sententiam sanguinis. extr. ne cler. uel monaci. & c. præuaricator. 2. q. 3. in glo. Tamen in criminibus in quibus condemnantur delinquentes ad perpetuos carceres poterit fieri trãsactio, quia est pœna mortis, & ei æquiparatur secundum Abbat. in c. 1. de col. de teg. & comprobat, quia sicut hic nolunt doctores quod in

crimine falsi licita sit transactio quia pœna infamiæ æquiparatur morti. l. isti quidem. ff. quod met. cau. ita etiam idem dicendum est in pœna perpetui carceris quæ æquiparatur morti ut licita sit transactio per legẽ nostram. Sed communiter doctores repræhẽdunt hac ampliationem, quia in pœna perpetui carceris non est pœna sanguinis in qua fundatur decisio istius legis. Vnde non continetur in uerbis, nec illud quod æquiparetur morti facit, quia secũdum Alex. æquiparatur morti ciuili non naturali, cum damnatio ad perpetuos carceres sit quasi quædam damnatio in metalũ, ut per Anton. de Butr. in c. 1. de coll. deteg. & per Bart. in l. 2. ff. de public. iud. & Iason hic sequitur & Mantua & ponunt omnes doctores in l. imperium. ff. de iur. om. iud. Mihi autem magis placet ampliatio ut hæc lex procedat etiam de iure canonico, per rationem suam, quia licitũ est redimere sanguinem suum qualitercunque. d. l. 1. ff. bon. eor. qui sibi mor. consciu. Nec obstat quod de iure canonico non sit pœna sanguinis, quia hoc uerum est quantum ad primam sententiam quam proferunt ecclesiastici iudices, tamen si postea incorrigibilis durat condemnatus relinquitur curiæ seculari puniendus secundum leges. c. cum non ab homine. & c. at si clerici, & ibi Abbas & Deci. extr. de iudic. Et in aliquibus casibus non expectatur quod sit incorrigibilis, ut per gloss. in d. c. cum non ab homine. glo. & Abbas in c. ad abolendam de hæreticis. colum. 2. & c. 1. de homic. in 6. & sic patet quod in effectu sicut in laicis est timor pœnæ sanguinis, propter quem timorem licebit trãsigere per istum tex. Et cum habeamus effectum pœnæ sanguinis non curamus de modo. l. Gallus. §. quod si eius. ff. de liber. & posthu. Sicut in simili dicit Bal. & Salicet. hic de statuto disponente quod si quis non soluat certam pœnam ei amputetur manus, uel pes, uel caput, nam quamuis prima pœna sit pecuniaria, tamen quia potest succedere pœna sanguinis, iudicatur pœna sanguinis. arg. l. non intelligitur. §. siquis palam. ff. de iure fisci. & sequitur hic Alcia. sub uer. in aliis. colum. 3. uer. sed quid in delictis. ergo idem dicemus in delictis de iure canonico, ut iudicetur habere pœnam sanguinis etiam q; prima pœna non sit sanguinis, sed carceris, uel detrusionis in monasterium, sed ex eius defectu possit ad eam perueniri. Et si non expectatur incorrigibilitas ad hoc ut tradantur delinquentes curiæ seculari, pro absoluto tenet Alcia. sed tamen ego puto idem esse in omnibus aliis criminibus in quibus est necessaria incorrigibilitas sequens, per rationem prædictam, si sunt talia delicta quod per leges ciuiles imponatur pœnæ sanguinis & idem etiam esset dicendum de delictis militaribus quæ secundum suos terminos ueniunt in hac lege. arg. l. quædam delicta. ff. de pœnis.

26 Sexto† ampliatur procedere etiam quando non imponitur pœna sanguinis ipsi transigenti, sed imponitur suis cõsanguineis, nam licitũ erit cõsanguineis defendẽtibus causam sui cõsanguinei uel persequẽtibus iniuriam sui consanguinei redimere sanguinem eorum cũ pecunia. argumen. l. 2. & 3. & 4. ff. de liber. cau. & hoc omnes consentiunt in patre per. l. isti quidem. ff. quod met. cau. Sed Rimin. uult idem procedere in aliis consanguineis enumeratis in l. lex cornelia. cum glo. ff. de iniur. quia satis dicitur redimere sanguinem suum redimendo sanguinem consanguineorum suorum, & sequitur Alcia. colum. 4. uer. sed quid si filio etiam inuito cõsanguineo. per. l. non tantum. ff. de appel. & d. l. 2. & 3. ff. de lib. cau. Nec uerba uidentur contrariari quod textus dicat suum sanguinẽ, quia humanitatis fauore uerbum suum, generalius accipitur ut comprehendat etiã sanguinem suorum, quia hæc potestas in persecutionibus criminum æqualiter pertinet pro se & suis l. uxor. & l. non prohibentur. & l. de crimine. infra qui accus. non pos. & c. omnibus. 4. q. 6. quia iniuria consanguinei interpretatur ut sua. d. l. 3. ff. de liber. cau. Et hoc etiam mihi placet quando ipsi consanguinei ratificant, quia ipsi uidentur transigere arg. tex. in c. cum ad sedẽ. prope finem. de restit. spol. ibi, nec spoliauit nec ratum habuit, sed si ipsi consanguinei non consentirent, & cõtradicerent, tunc uidetur absurdum quod eis inuitis ualeat transactio, & repellantur a prosecutione causæ, cũ utilius sit eis per sententiã finiri causam quam per transactionem, cum per transactionem recedatur a lite tantum & non extinguatur delictum, sed quando finitur per sententiam extinguitur in totum ut amplius accusari non possit nisi detecta collusione. l. si cui. §. 1. & ibi Barto. ff. de accusat. Ideo ego puto quod transactio cõsanguinei nihil operetur si principalis uult prosequi confidens de iustitia sua, sed si principales uelent consentire, & negligere causam, ne forsan condemnentur, diffisi de iure suo, & tunc potest procedere communis opinio, quia conuenit. l. non tantum. ff. de appellat.

27 Septimo† ampliatur ista regula legis nostræ ut permittatur transactio non tantum quantum ad ualiditatem transactionis ut recedatur a lite & extinguatur, p. cessus inchoatus, & transigens impediatur de nouo accusare, qui effectus sequuntur ex transactione facta in causa ciuili ut dixi sup. in rubr. & ẽt in causa criminali per l. qui destitit. ff. ad turpil. & l. accusationem. inf. qui accus. non possunt. Sed etiam quantum ad impediendũ incursum pœnarum. Nam actor transigens euadit pœnam talionis de qua in l. fi. inf. ad turpil. Et pœnam calumniæ de qua in l. 1. §. calumniatorem. ff. ad turpil. & l. fi. inf. de calumniat. quæ semper præsumitur quando non probauit, nisi doceat de suo errore. iux. l. criminis accusationem. cum glo. 1. & l. 2. in glo. fi. inf. qui accus. non poss. Tertio euadit pœnã corruptionis, quod corruptus pecunia destiterit, de qua in l. si fœmina. inf. ad turpil. & l. ab accusatione. ff. ad turpil. Quarto euadit pœnam præuaricationis de qua in l. 1. & 2. ff. de præuar. Quinto euadit pœnam. l. 1. & 2. inf. ut infra cer. tẽpus causa crim. Et eadem ratione etiam reus euadit pœnam corruptionis de qua in l. imperatores. ff. de iure fisci. Secundo euadit pœnam quod habeatur pro confesso, de qua in l. in omnibus. ff. de præuar. & l. in fisci causis. & l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. & l. quoniã. ff. de iis qui not. infam. Tertio euadit pœnam cõtumatiæ, ut propter contumatiam præsumatur perpetrasse delictum, uel propter fugam, de qua in c. decernimus. & in c. absens. 3. q. 9. & c. rursus. 9. q. 3. & l. 3. sup. de assessor. & in auth. qua in prouincia. uer. quia contumatia eius. inf. ubi de crimine agi oport. cum aliis cumul. per Hippolit. in consi. 49. domine deus. nu. 29. uersi. patet etiam de iure communi. Item processus factus annullatur ut amplius super eo procedi nõ possit, ut per Alex. & Ia. & alios quos refert Cur. antiquus. nu. 10. Et ratio est, quia quod fit lege permittente pœnam non meretur. l. Grachus. inf. de adult. & not. in l. ut uim. ff. de iust. & iure. Item est quintus effectus, quod nulla partium debet condemnari in expensis, cum non appareat quis illorum commiserit calumniam, nec ab aliquo detecta fuit, uel alium uicisse non appareat. Et hoc modo procedit opinio Bal. in auth. generaliter. sup. de episc. & cler. & aliorum qui uolunt reum non condemnari in expensis, quia licitum fuit redimere sanguinem suum etiam per calumniam se defendendo. Alias autem nõ facta transactione reus uictus condemnaretur in expẽsis, Et idem in accusatore si appareret de eius calumnia. per l. qui crimen. inf. qui accus. non possunt. & per rationem quam hic ponunt Riminald. & Cur. num. 9. quod nullus inueniretur accusator si non speraret recuperare expensas, quod etiam ego puto uerum sequuta condemnatione super meritis, & in eodem ut dixi, & sequitur Ioriotus in tracta. de pact. & transact. axiom. 98.

28 Ne tamen† ex tanta indulgentia legis daretur materia

giacrassandi in criminibus, quia impunitas delictorũ &c.l.Si operis.inf.de pœnis.in fine cum concor.duo si bi reseruauerunt legislatores in hac permissione transactionis, Vnum contra accusatorem, ne faciliter incli netur ad transigendum, ut ipse semper incidat in pœnã turpiliani pecuniariam quinque librarum auri, de qua in l.3.in fine. ff.de præuar. cum alias nullus accusator perseueraret usque ad finem, & facerent mercantiam de accusationibus, & sperantes semper aliquid consequi lucri transigendo instituerent accusationes calumniosas contra diuites, Et quod accusator semper hanc pœnam incurrat, tenuit originaliter Barto. hic quem

* sequuntur Alex.Ias.& Cur.antiquus & iunior communiter alii doctores, & ego puto uerũ & tutius esse, quãuis Alc.hic post Riminal.hic & Guidonem de Suza.teneant quod in totum impunita est transactio, & idem uoluerit Loriotus in d.tract.axiom.98. per generalitatem. l.Grachus. inf. de adul. Tamen ut dixi, prædicta opinio communior est & uerior, quia alias esset ualde iniquum & damnosum reipublicæ & quieti populorũ, & daretur occasio delinquendi.d.l.si operis.inf.de pœnis.Nec hæc lex concludenter hoc dicat. Secundo etiã unum aliud reseruauerunt legislatores contra reum, ut non obstante transactione contra reum ex nouo p̃cessu cum nouo accusatore possit procedi.l.qui cetu.§. si.ff.ad l.Iul.de ui.publ. uel quod ex officio fiat inquisitio in casibus in quibus de iure permittitur, de quibus per Bar.in l.2.§.si publico.ff.de adult.& c.1.& 2.de col. deteg. Quæ duo etiam euitantur si facta transactione pars se composuerit cum curia, & impetrauerit indultum plenum cum abolitione, ut dixi sup. in præmissis & inf.dicam.

29 Octauo ampliatur procedere etiam in pacto & renũtiatione litis, nam pactio & renuntiatio litis permissa est per istum textum in uerbo pacisci, Et ratio est manifesta, quia si transactio permittitur quæ habet in se speciem corruptionis, cũ semper fiat aliquo dato uel retento.l.transactio.inf.eod.& per consequens est magis reprobata, ergo tanto magis permittitur pactum, quod non habet in se corruptionem.argu. l.quoniam. & l.furti.§.si pactus.ff.de iis qui not. infam. Et per hoc infertur idem esse in exculpatione, siue sit facta cũ pecunia, siue gratis, ut possit fieri sine pœna, quia militat eadem ratio.facit lex Diuus Marcus.ff.ad senat. consul.si leni.cum glo. Idem etiam & tanto fortius procedit in pace quæ semper permissa est quia tollit animi rancorem non autem tangit processum nec eum infirmat, & hoc tenet expresse Ioannes fabri in §.fin.inst.de iniur.

* & Alcia.hic, & cõmuniter doctores ut inf.dicam, quia omnes iubentur remittere rancorem a lege christiana iuxta saluationem euangelicam & dimitte nobis debita nostra sicut. &c.

30 Nono ampliatur procedere cõclusio istius legis nedum quando offensus fecit transactionem cum reo accusato, Sed etiam si pater offensi uel auus fecerit transactionem qui habet eum in potestate ut reus consequatur prædictas utilitates transactionis ex tali conuentione facta cum parẽtibus offensi, Et ut melius appareat, subiicio quæstionem quæ de facto euenit hoc anno in magna curia uicariæ. Quidam interfecerat filiumfam. qui habebat uxorem prægnantem tempore mortis, & filius posthumus natus fuit secundum leges in potestate aui sui.§.1.insti. de patria potestate.& §.admonendi inst.qui.mod.tol.patri potestas. qui auus fecit concordiam cum occisore & trãsactionem tam de iniuria sua quam de iniuria filii & nepotis, per quam remissionem partis occisor obtinuit indultum a rege uel barone cũ abolitione criminis. Postea nepote effecto maiore post mortem aui sui accusauit occisorem allegans indultum non ualuisse quia non habuit remissionem a parte offensa & ab hærede occisi, & quod transactio erat facta cum eo qui non habebat potestatem remittendi in iuriam quæ non pertinet ad auum sed ad filium occisi qui est eius hæres. Et introducta lite dicebatur pro parte nepotis accusantis quod illa pax transactio & conuẽtio non ualuit quia non erat habita cum offenso, nec auus potuit facere remissionem nomine pupilli, Sicut nec tutor potest facere nomine infantis, ut per Dec. per alios in l.pactũ procuratoris. sup. de pactis. & Io. Crotum in l.4.§.Catho.ff.de uer.oblig. col. antep. nu. 115. & Nellus in tractatu bannitorum in tertia parte secundi temporis.q.33. Ergo tanto minus pater uel auus qui minus potest quam ipse tutor, ut probatur in §.pupillus.uer. sed qui in potestate. inst. de inutil. stipul.& ibi glo.in uer.patris.cum intersit pupilli inultã non relinqui iniuriam.l.miles.§.socer.ff.ad l.iuliam de adult.

Sed pro parte inquisiti allegabatur indultum & pax facta cum auo qui dicebatur habere potestatem faciẽdi pacem & remissionem iniuriæ factæ filio in potestate existenti, & etiam nepoti similiter existenti in potestate sua, ut determinauit Maranta in suo speculo in materia inquisitionis.2.parte. Car.47. Dicens quod patre uel auo remittente iniuriam neque offensus neque fratres offensi filii dicti remittentis possunt amplius quærelare, & tanto minus cæteri consanguinei, & indultum est legitimum, quia pater potest inuito filio remittere iniuriam per l.sed si unius.§. filiofamilias. & ibi Bar.ff.de iniuriis.& Bar.& doctores in l.in personã. ff.de pactis.& Angelus ibi, & clarius in d.§. filiofam. ubi allegat Bal.dicentem esse utile pro statutis disponentibus quod aliquis non possit puniri habita pace & concordia ab offenso, nam sufficit haberi per patrem, quia licet pater non possit remittere alias actiones. l. 1.inf.de bonis maternis.& l.cum oportet. inf.de bon. quæ liberis, tamen potest remittere actionem iniuriarum quando est persona honesta, quia non est præsumptio quod pater remitteret si non esset utile filio, Et idẽ tenet glo.in c.cum illorum.in uerbo passus. de sententia excommu.ubi dixit idem esse in Abbate remittente iniuriam monaci, & hoc ibi notat Abbas & alii doctores. Et ideo neque filius offensi neque fratres agunt, quia omnes reputantur una persona propter patriam potestatem, ut omnes uideantur remittere, cum iniuria considerata in persona fratris etiam in patrẽ reuertatur, ut semper pater tam ex persona sua quam ex persona offensi & fratrum in sua persona habeat iniuriam.

Sed pro prima opinione faciunt ea quæ uolunt hic doct.p l.qui cetu.§.fi.ff.ad l.Iul.de ui.publ.ubi doct.dicunt quod uno transigente non impediuntur alii accusare. Sed hic facta transactione a patre remanet filius occisi qui est offensus, ergo uidetur quod possit accusare fortius quam alii extranei, quia est magis proximus & offensus & est principalis in ordine cui sequens in ordine non debet posse præiudicare.arg.not.in l.si maritus.§.si negauerit ff.de adult.& l. fi. ff. de pactis. & per glo.in l.diuus.in uerbo sollicitudo.ff.ad senat. consul. silennia. Et ideo dixit Bar.in d.l.lex cornelia.ff.de iniuriis.quod si unus remisit iniuriam, alius consanguineus non potest agere ciuili actione, sed debet criminaliter accusare, & sic uidetur quod remissio partis bene profit quantum ad ciuilem actionem, sed non quantum ad criminalem causam. Et iura allegata in contrarium loquuntur de actione ciuili, cuius utilitas acquiritur patri, & in ea habet usũfructũ & administrationẽ, secus uidetur dicendum in accusatione criminali in qua utilitas pertinet ad fiscum & rem publicam nec pater habet administrationem. Et ideo dixit.d. l.lex cornelia. §.illud. quod actio legis corneliæ competit filiofamilias, & ratio uidetur esse, quia per legem corneliam erat inducta etiam accusatio criminalis in illis tribus casibus, quæ non erat in pœna prætoria, Et accusatio criminalis magis afficit personam quam actio ciuilis, cũ accusans criminaliter debeat stare carceratus, subscriberet

bere se ad pœnam rationis.l.fi.inf. de accusat.& personaliter comparere,& personaliter puniri, per l. qui iniuriarum actionem.quæ est antepen. ff. de iniur.& per Bar.in l.penul.§.ad crimen.ff.de publi.iudic. Et ideo sicut pater non potest comparere pro filio in causa criminali, ita etiam uoluit lex cornelia quod pro iniuriis pertinentibus ad illam legem actio soli filio non patri competeret,& per consequens nec etiam transactio patris debeat filio præiudicare quin possit accusare, sicut nec etiam transactio aliorum consanguineorum præiudicaret filio, facit etiam tex.in §.fi. inst. de noxal. actio.cum glo.in uer.conueniri. Et in terminis uidetur esse textus in l.inter.§.filiusfamilias. & l. filiusfam. ff. ff.de adult. ubi filiusfam. accusat de adulterio uxoris suæ inuito patre,& ibi Barto.tenet quod in criminalibus & in iis quæ sunt publici iuris non cõsideratur patria potestas, Et ibi plus dixit glo.quam commẽdat ibi Angelus.quod pater non potest accusare nomine filii, ergo nec etiam uidetur quod possit remittere accusationem nomine filii, Et quamuis doctores sint uarii an requiratur consensus quando filius criminaliter accusat, ut notatur in l.fi.§.necessitate, infr.de bon.quæ lib. tamen in hoc concordant, quod hæc accusatio pertineat ad filium non ad patrem,& specialitas quæ adducitur ibi per aliquos consistit solum quod non requiritur consensus patris, Sed nulla est specialitas propter crimen adulterii quod filiusfam. accuset, quia prosequitur iniuriam proprii doloris.d.filius. quæ ratio cadit in hærede, qui est eadem persona cum defuncto.§.1.in auth. de iure iur.a,mor. præst. & maxime si est filius & hæres occisi,& facit tex.in l.post legatum. §. filiusfam.ff.de iis quib.ut indig. ubi præsupponitur etiã quod filius possit accusare de falso inuito patre, & non est speciale in adulterio. Et Alberic.in d.l.inter.§.filiusfa. dicit quod est communis opinio.

Communiter tamen doctores tenent, quod indistincte remissio patris noceat filio ut ipse non possit accusare amplius,& propterea indultum factum a curia pretextu remissionis aui uel patris seruaretur, Et intelligunt tex.in d.l.filiusfamilias. procedere tam in actione ciuili quam criminali,& ibi expresse hoc tenet Angelus, dum infert ad statuta disponentia quod pœna non possit imponi habita pace ab offenso,& intelligũt de pœna criminali, quia clarum est in iure quod pœna ciuilis non possit exigi remittente patre iniuriam, per l.si tibi.§.quædam.ff.de pactis.& §. fi. inst.de iniur. & & idem sentit in d.l.in personam.ex mente Bal. in d.§. filiofamil.si statutum concipiatur in rem, ut si dicatur quod habita pace uel concordia non imponatur pœna, Sed si statutum loqueretur in personam, tunc uolebat Bal.& Ange.in d.§.filiofam.quod non sufficiat remissio patris, quia filius uere est offensus, Quæ communis conclusio ex sua ratione fortius posset procedere quando occisus non haberet filios, sed solum fratres, quia cum æqualiter sint consanguinei, & æqualiter ad eos transeat iniuria ex persona filii offensi, & oẽs sunt in potestate, faciunt unam personam tantum, & conueniens est quod pater præferatur ipsis fratribus, ut concludebat Maranta in d.loco.& ita seruatum fuit in sacro consilio,& in magna curia uicariæ.

31 Sed tamen † quia non bene potest responderi ad iura supra allegata pro alia parte,& tractatur de publica utilitate, ideo concordando opiniones distingue, Aut quæritur de actione ciuili, aut de accusatione criminali, Si de actione ciuili quæratur, placet communis opinio, quæ sine dubio procedit in hoc casu quod remissio patris perpetuo noceat filio, Quia licet non possit pater repudiare hæreditatem relictam filio. l. 2. inf.de repudianda bonorum possessione.nec legatum.l.ex repudiatione.infr.de fideicom.& l.remittente.inf.de iure de liber.nec alias actiones.l.1.inf.de bon.mater.tamen potest remittere actionem iniuriarum, quia propter patriam potestatem filius est eadem persona cum patre.§.ei uero.inst.de inutil. stipul. & iniuria filii uidetur esse patris & communis cum eo. Et lex confidit in hoc de patre quod bonum capiet consilium pro filio, quia nullus est amor qui uincat paternum.l.fi. infr. de cur.furiosi.& late per Alber.in d.§.filiofam.& quia hæc actio facilius remittitur quam aliæ actiones rei familiaris.l.si tibi.§.quædam.ff.de pactis, Et ad l.lex cornelia.§.illud.ff.de iniur.responde ut per Bar. in d. §.filiofamilias.

32 Secundo † uero casu quando quæritur de accusatione criminali,& tunc aut offensus uel hæres offensi est pupillus & in potestate aui sui, & tunc etiam ego puto quod ualeat remissio etiam in præiudicium filii, ut postea effectus maior non possit accusare, nec contra offendentem ex forma statuti poterit procedi, quia pater in hoc habet potestatem super filio,& ei plus tribuitur quam tutori, quia & ipse est offensus,& lex prǽsumit q̃ si ipse pater remittit suã iniuriam quod etiam bonum sit filio remittere suam, quia præsumitur pater pro se capere bonum consilium,& pro filio.arg. l. isti quidẽ. ff.quod metus causa.& l.cum de indebito.ff. de proba. Nam illud quod est necessarium apparere in tutore, q̃ pax sit utilis pupillo quando ipse tutor facit pacem, ut per Dec.in d.l.pactum procuratoris.supra de pactis. & Crotum in d.§.Catho.nu.115.præsumitur interuenire quando pater remittit propter communionem iuriæ quam habet cum pupillo,& quia nullus est amor qui uincat paternum.l.fi. inf. de cur. furio. Et si iudex uellet se informare an pax esset utilis pupillo, eam caperet a parentibus & proximioribus, Et per hoc patet responsum ad d.§.pupillus.uer.sed si in potestate. quia est iniuria quæ communis est patri & filio. Fallit tamen quando pater esset uilis persona, ut no.in d.§.filiofam. Secundo fallit quando iniuria esset illata a cõiuncta persona, secundum Bar.in d.l.Lucius.

Et prædicta conclusio procedit etiam quod non sit concordata curia, & impetratum indultum, nam amplius non poterit audiri tanquam filius, quia remissio patris est remissio filii,& solum posset uenire tanquam unus de populo, ut in simili dicitur in l. iure mariti. ff. de adul. Et si filius uellet impedire indulti impetrationem, oporteret quod accusaret tanquam unus de populo,& faceret nouum processum, quo casu nõ posset amplius dici partem fuisse concordatam cxistente accusatore, & non posset concedi abolitio uera siue indultũ nisi etiam concordaretur ipse filius accusans, Sed si nec ipse nec alius accusaret ante indultum,& postea obtineretur indultum, amplius nec ipse nec alius posset accusando audiri, quia licite per curiam esset extinctum crimen, ut etiam supra dixi.

33 Si uero † offensus filius esset maior,& tunc si pater trãsigit de iniuria sua propria, non est dubium quod sibi & aliis præiudicat, quia in ista iniuria quæ infertur per offensionem alterius non procedit lex qui cetu.§. fi. ff. ad l.iul. de ui publ. cũ sit facta iniuria. & d.§.finalis, admittit alium accusatorem pro ipso uero adulterio tanquam iure proprio ueniens, non pro iniuria quæ per indirectum refunditur in patrem.arg.l.3.§. hæc uerba ff.de neg.gest.& quod uoluit Bart.in l. siquis maior. in 2.oppositione.inf.eo.

Sed si pater remitteret iniuriam personalem filii nomine filii,& hic est casus dubius, an talis remissio præiudicet filio ut amplius non possit accusare, & communiter docto.in d.§.filiofam.ut dixi, uidentur tenere q̃ in totum præiudicat filio, Sed mihi magis placet cõtraria opinio quod talis transactio non præiudicet filio, quia in criminalibus pater non censetur esse eadem p̃sona cum filio.argu.l.nam quod. ff. ad trebel. nec admittitur ad eius defensionem, sed ipse filius personaliter debet comparere, ut colligitur ex generalitate tex. in l.penul.§.ad crimen.ff.de publ.iud.& §. fin. insti.de noxal.

noxal. actio. Et probatur. in d. l. lex cornelia. §. illud. ff. de iniur, secundum alium intellectum de quo per Alberic. qui uult quod ex iniuria descendente ex l. cornelia actio uel remissio non competat patri sed filio, Et est tex. expressus in d. l. inter. §. filiusfamilias. & l. filiusfam. ff. de adult. & ibi not. per docto. Quod ego puto sine dubio procedere quando est filius & hæres, sed si contingeret quod esset frater occisi qui fuisset iure coniunctionis tantũ offensus, ut in casu posito per Rober. maranta. tunc posset esse maior dubitatio, quia iniuria transit ad fratres & ad patrem æqualiter iure coniunctionis & etiam iure successionis si non fecit testamentum. §. reliquum. in auth. de hæred. ab intest. uen. Vnde uidetur quod pater debeat præferri, cum ad eundẽ reuertatur iniuria quæ primo transiuit in fratres, iuxta not. in l. frater a fratre. ff. de condic. ind.

Tamen placet hæc opinio etiam in fratribus occisi, quod remissio patris eis non præiudicet, sed non obstante remissione patris ipsi de nouo possint accusare, iuxta. d. l. qui cetu. §. fi. quia ius accusandi est fundatum in persona fratrum ex. l. dispositione, nec transit ad patrem eius administratio, ut dicit Bar. in d. l. inter. §. filiusfamilias. quia nec etiam ei acquiritur usufructus, & quia patria potestas in iis quæ sunt publici iuris nõ habetur in consideratione. d. l. nam quod. ff. ad trebel.
* Et communiter tenent doctores in d. l. finali. §. necessitate. inf. de bonis quæ liber. & ibi Salic. in penul. q. & allegat. l. post legatum. §. si filius. ff. de iis quibus ut indig. Putarem tamen ex alio capite posse excludi fratrẽ, si post remissionem factam a patre accusatus obtinuisset indultum antequam accusarent fratres, quia cũ pater præcedat in accusando, sufficit eius remissio ad excludendum fratres & cæteros consanguineos, cum ad ualiditatem indulti sufficiat habere remissionem a propinquiore, cum sit quod imputetur consanguineis, nec est necessarium habere remissionem ab omnibus, Sed si fuisset auus qui non haberet in potestate occisum, tũc eius remissio non præiudicaret nec ualidaret indultũ, cum ipse non sit de proximioribus, sed potius fratres, uel saltem æquales sunt in gradu. d. §. reliquum. in auth. de hæred. ab intest. uenientibus. & quando remissio non est facta a primo qui uocatur non dicitur proprie concordata pars. Et prædicta conclusio tanto magis procederet si extaret statutum quod haberi debeat pax ab offenso uel ab hæredibus offensi, alias non habita pace ab offenso uel eius hæredibus non possit rebãniri uel concordari cum curia, prout reperitur in multis partibus Italiæ, & est de mente Bal. & Ang. in d. l. 1. §. filiofamilias. ff. de iniur.

34 In regno† uero prædictæ omnes pœnæ fuerunt alteratæ per quinque constitutiones continuas, quarũ prima incipit Accusatorum temeritatem, quæ punit desistentem ante litis contestationem ab accusatione. Secunda est quæ incipit Accusatori post litis contestationem, quæ punit accusatorem non comparentem post terminum sibi datum post litis contestationem. Tertia est quæ incipit. Pœnam calumniæ. quæ innouat pœnã calumniæ ut nemo admittatur ad accusandum nisi se subscribat ad pœnam talionis, quam ipse petit accusatis dari. Quarta est quæ incipit Sæpe contingit. quæ punit colludentem. i. præuaricatorem pœna centum augustalium. Quinta est quæ incipit post citationem, per quam quasi in totum corrigitur hæc lex, quia prohibet indistincte fieri transactionem cũ pecunia, & si fiat ante litis contestationem soluat curiæ duplum, quod recepit, & si post comparitionem soluat. 12. augustales. & si post litis cõtestationem soluat. 14. & nihilominus procedatur in causa ex eodem processu perinde ac si facta non fuisset. Et eadem pœna imponitur paciscenti sine pecunia, nisi in uno casu, quando fit pactio ante cõparitionem partis, quo casu est impunita, tamen nõ præiudicat curiæ, Taliter quod in regno partium compositio in nullo crimine præiudicat curiæ quin possit procedere etiam ex eodem processu, & nullam affert utilitatem, nisi quod accusans non insistit, & tanquam parte concordata potest peti compositio a curia & obtineri indultum. Multæ tamen sunt ciuitates quæ habent priuilegium in certis criminibus quod concordata parte infra triduum a die accusationis quod amplius non possit procedi per curiam, quod priuilegium uidi obseruari in ciuitate Salerni. Et de intelligentia. d. constitutionum uide ibi Andr. de Isernia, & Matthæ. de afflicto ibi. & Robertum maranta in suo speculo in materia inquisitionis. Car. 48. uersic. ultimo quia superius. nu. 63.

35 Secundo† notandum est ex isto tex. quod in crimine adulterii non licet transigere, quamuis in eo imponatur pœna mortis naturalis & sãguinis, Et rationes multas refert & repræhendit Barto. & finaliter residet, quia in reo est frequentia criminis, in actore uero ratio est, quia occultans adulterium propter pecuniam incidit in legem Iuliam de adulter. l. auxilium in fine. ff. de minor. & l. mariti. §. plectitur. ff. de adult. Sed Alex. repræhendit, quia lex Iulia habet locum etiam in celante stuprum propter pecuniam, ergo etiam in eo deberet esse specialitas, Et frequentia criminis etiam consideratur in homicidio. l. de crimine. inf. de adult. Item illa ratio non æque concluderet in pacto in quo non interuenit pecunia, ut dicitur in d. l. mariti. §. plectitur. Ideo Salic. & Alex. assignant rationem propter honorẽ matrimonii, & ne turbentur natalia filiorum. arg. l. super statu. inf. de quæstio. Petrus dicebat quod hæc exceptio adulterii fuit impetrata ab illis qui erant zelotipes uxorum suarum, Sed si scholares tunc affuissent nõ consensissent huic exceptioni, Sed Cur. Antiquus reprehendit, quia hæc lex seruatur etiam inter alias nationes, & iste dolor tãgit omnes. l. si uxor. §. 1. ff. de adult. ubi glo. refert uersum omeri. nisi dicatur quod considerauit principium. Rationem tamen Alex. & Salice. se-
* quuntur communiter doctores post Paul. de Castro. ut hic refert uterque Curt. Sed Alc. primo comprobat rationem Barto. quia legislator suspicatur quod semper interueniat pecunia, & compræhenditur per hoc etiã pactum sine pecunia. per l. is cuius. i. respõso. ff. de adul. & faciliter si permitteretur pactio fraus fieri posset, & semper grauatur opinio eius qui negligit hanc uindictam domus suæ. l. miles. §. socer. ff. de adult. Sed tamẽ postea addit rationem, quia crimen adulterii est sub regula negatiua, & erat in eo generalis ratio prohibitiua, quia tunc non erat pœna sanguinis per l. siquis uiduam. ff. de quæstio. Sed postea aucta fuit illa pœna ad sanguinem. per l. quamuis. inf. de adult. tamen nõ cessauit prohibitio, sublata ratione prohibitionis impulsiua. arg. l. 1. §. sexum. ff. de post. & per Bar. in l. 2. §. fin. ff. de decur. Sed hæc ratio est falsa, quia lex Iulia de adulteriis ab initio imposuit pœnam sanguinis. §. Item lex Iulia. in uer. gladio. & ibi glo. inst. de public. iud. Nec obst. d. l. si. & lex siquis uiduam. quia ibi non punitur adulterium quod adhuc non erat commissum, sed punitur corrumpens mulierem ad finem adulterii uel stupri committendi, Et ideo mitius punitur, & satis probatur ex exemplo Lucretiæ Romanæ quæ semetipsã interemit. Mantua etiam repræhendit rationem Alex. quia licet fiant adulteria, tamen lex semper præsumit filium natum ex matrimonio. l. filium diffinimus. ff. de iis qui sunt sui uel al. iur. Sed hoc parum facit, quia doctores considerant ueritatem, cum aliquando filius unius rustici succedat in maxima dignitate indigne. Potest tamen dici quod lex super statu. non faciat quia loquitur in causa libertatis, sed si esset clarum quod esset ingenuus in quæstione filiationis succedente, non militaret ille textus, & sic non bene probat communem rationem. Loriotus in tractatu de transactionibus axio. 102. dicebat rationem fuisse, quia lex non uult reconci-

conciliationem matrimonii adulterini per quam maritus leno appellatur. l. 2. §. lenocinii. ff. de adult. & quia hæc ratio militat etiam in stupro. l. mariti. §. plectitur. ff. de adult. & etiam in raptu. arg. l. 1. §. nisi. C. de rap. uirg. & omnes etiam tam consanguinei quam extranei eadem pœna puniuntur, etiam si minor sit. l. auxilium. §. fi. ff. de min. ideo dicebat hanc exceptionem adulterii trahi etiam ad raptum & stuprum, ut in istis tribus criminibus non fit licita transactio, sed gratuita remissio sit permissa sine pecunia, quia cessat lenocinii suspitio. d. §. plectitur. & l. miles. in princip. & §. socer. ff. de adult. quod non est in transactione. l. mariti. §. quod si patiatur. ff. de adult. Sed hæc ratio non satisfacit, quia potuisset lex facere quod transigendo non incideret in lenocinium, sicut fecit quod non habeatur pro confesso, nec reputetur calumniosus accusator, nec incurrat alias pœnas. Item est uiolatio ad istũ textum extendere hanc exceptionem ad stuprum & raptum & incestum, contra. l. 1. ff. de regu. iuris.

36 Ideo† ego puto rationem esse, quia mulieres lacrimis suis & intercessionibus corrumpunt totum mundum. l. qui cetu. §. fi. ff. ad l. Iul. de ui. publ. ibi, precibus exoratus. Et eueniebat quod nunquam adulterium puniebatur, cum semper preces mulierum, intercessiones consanguineorum, respectus eorum, & timor tumultus & seditionis & inimiciciarum detinebat accusatores ab accusando, & sic ratio prohibitionis est nimia frequentia transactionis per quam remanebat delictum impunitum, Et si dicatur hæc ratio concludit etiam in incestu & stupro & raptu, respondetur negando quod in totum militet eadem ratio, quia cum marito & uxore est quædam societas & communio dicta. l. 1. §. rerum ammotarum. propter quam facilius fit reconciliatio maxime propter filios communes & honorem eorum. Et mariti libenter fingunt nõ credere hoc fuisse. argu. l. mariti lenocinium. §. 1. ff. de adul. ibi, uel adumbrare patientiam respectu incredulitatis, & experientia quæ est rerum magistra. c. quam sit. de electione. demonstrat. Vnde in aliis criminibus non eueniebat tanta frequentia transactionum. Item stupra & incestus non ita frequenter fiunt, quia non est occasio tãtæ conuersationis sicut est in muliere maritata, a communiter accidentibus, & plures sunt qui possunt adulterium committere quam stuprum, & hæc uidetur satis apparens ratio. Vel ultimo potest dici, quod licet rationes prædictæ de perse non sint sufficientes, tamẽ simul iunctæ demonstrant specialitatem magnam in crimine adulterii respectu aliorum criminum, quæ nõ cadit in aliis criminibus. Ideo ex tot specialitatibus colligitur quod homines desiderant magis honestatẽ in matrimonio quam in aliqua alia re, propter quam conseruãdam inductum fuit quod in adulterio nõ possit fieri transactio uel pactio. Et finaliter resoluitur hæc ultima ratio in communem rationem quæ iis considerationibus saluari potest.

37 Prædictum† tamen notabile, quod in crimine adulterii non fit licita transactio, limitat Iason hic non procedere in adulterio præsumpto quod inducitur per trinam monitionem secundum formam positam in auth. siquis. inf. de adult. secundum Iacobum de arena in auth. ut liceat matri & auiæ. §. fi. & sequitur Bald. in nona opposit. & Cur. antiq. & Alc. & Angel. hic. & in l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adult. Et ex ista limitatione infert Bal. hic, quod statutũ disponens quod de omnibus maleficiis possit fieri pax, excepto adulterio, illa exceptio intelligetur de homicidio uero, non præsumpto uel ficto, quia statutum nõ intelligitur de casu isto l. 3. §. hæc uerba. ff. neg. gest. Sed hæc limitatio mihi uidetur dubitabilis intelligendo eam tanquam limitatio quia quando adulterium est præsumptum non est pœna mortis naturalis, Ideo sequitur quod ille casus ex natura uerborum continetur sub secunda regula posita in hac lege, qua prohibetur quãdo nõ est pœna sanguinis fieri transactionem, ut dixit glo. fi. de excep. tali. Illatio autem Bal. declarari debet ut per Bar. in l. omnes populi. in 6. q. sextæ quæst. princi. ff. de iustit. & iure. ubi late dixi.

Secundo limitatur non procedere quantum ad pacem & rancorem animi, quia hæc poterit fieri de crimine adulterii, ut per Bar. hic secunda lectura. Quæ limitatio uera est, sed non est particularis ad adulteriũ, sed est generalis ad omnia crimina, & conuenit etiam secundæ regulæ negatiuæ, cum in omnibus criminibus tam publicis quam priuatis permissa sit pax inter homines, dum modo non fiat præiudicium accusationi & processui facto, cum cesset ratio fundamentalis regulæ quod delicta non remaneant impunita. Ita dixit Antonius de Alex. hic. & allegat consi. Bal. incip. domino potestati corradi. & est tex. in d. §. adulterã. in uer. reconciliauit. & glo. in auth. sed hodie. inf. de adult. & Ioannes fabri in §. fi. inst. de iniur. & sequuntur hic omnes moderni.

38 Tertio† notandum est ex isto textu. quod transactio non dicitur esse prohibita nisi expresse prohibeatur, & sic semper est permissa quando non reperitur prohibita. l. nec non. §. quod eis. ff. ex qui causa maio. Et ratio est, quia conuentiones in genere sunt permissæ. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. & fortius transactio per quã disceditur a lite. arg. not. in l. fratris. & l. quamuis. infr. de transact. faciunt ea quæ cumulant doctores nouissimi in l. edita. supra de edendo in materia cumulationis. & aliqua hic per Mantuam. Et per hoc sequitur secundum Cur. hic, quod transactio non assumit aliquod particulare robur, & ualet ex cõmuni regula. Et ideo non est mirum quod hæc transactio non præiudicet aliis uolentibus accusare. per l. si unus. §. ante omnia. ff. de pactis. & in l. 1. supra eodem. & non præiudicat etiã transigẽti si superuenirent noua inditia, nisi uerba sint prægnantia, per ea quæ no. in l. si de certa. inf. eod. & per Mantuam hic nu. 17. allegat. l. 3. ff. de sepul. uiol. §. si is. & l. qui destitit. ff. ad turpil. quæ iura non probãt. Sed melius probarent notata in d. l. si de certa. & l. cũ aquiliana. ff. eo. restringendo tamen ut ibi notatur qñ fraude fuissent subtracta inditia. Sed quantum ad dictum Cur. de robore ex alio non procedit, quia cũ hęc permissio impediat incursum pœnarum, uidetur quod pactio nouum robur accipiat. Et hoc est propter concursum humanitatis qua inducitur ut quis qualitercũque possit redimere sanguinem suum, quæ ratio fuit causa ut cum effectu non prohiberetur transactio in iis criminibus.

39 Quarto† notandum est, quod in adulterio imponitur pœna sanguinis, quia exceptio debet esse de regula. l. 1. ff. de reg. iur. & l. nam quod liquide. in fine. ff. de pen. legata. & hoc tenet glo. Bar. & doct. in l. quamuis. infr. da adult. & §. Item lex iulia. in glo. punit. inst. de publ. iudi. Et hoc procedit etiam de iure antiquo tempore legis iuliæ, ut supra dixi, quamuis Alc. teneret contrarium, quia lex siquis uiduam. ff. de quæst. quam ipse allegat, procedit in adulterio præsumpto siue tentato & non sequuto, Quod intelligebat Cur. hic & Mant. procedere respectu uiri, secus in muliere, quia mulier detruditur in monasterium. auth. sed hodie. inf. de adult. & in Corp. unde sumitur. & facit tex. in §. si uero. in corpore eo. titulo. quod tamen qualiter procedat inf. dicemus. Vnum tamen uidetur obstare regulæ istius legis sup. firmatæ, quia uidetur inconueniens quod quando crimina sunt maiora quod minus puniantur, cum permittatur transactio in eis, & in minoribus prohibeatur. Cur. miratur, sed non soluit. Sed uera solutio est, quod per hoc ideo non remanent impunita, cum curia possit procedere uel ex officio, uel ad instantiam alterius accusatoris, Et humanitas inducens naturaliter homines ad euitandam mortem uincit rigorem iuris

&

& odium delictorum, quæ humanitas non inducit in aliis criminibus, & cessat ratio dispensationis.

40 Quinto† notandum est, quod in criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis nõ permittitur transactio, Et ideo non obstante trãsactione accusator incidit in pœnam calumniæ, præuaricationis, & talionis, corruptionis, & turpiliani, Et reus incidet in pœnam corruptionis, & habebitur pro confesso. iuxta. l. fi. ff. de præuaric. & procedetur ex eo. processu ad condemnationem. Et ratio est secundum Bar. & doctores, quia interest reipublicæ ne delicta remaneant impunita. l. ita uulneratus. ff. ad l. aquil. & l. licitatio. §. quod illicite. ff. de public. & c. ut famæ. de senten. excom. & l. in operis. inf. de pœnis. Et idem de calumnia dixit tex. in l. 1. §. & hoc edictum. ff. si mulier uentris nomine. & de mẽdacio in l. fi. inf. de accus. & de dolo in l. in delictis. §. dominus. ff. de noxal. Sed contra istam rationem facit quia per transactionem non prohibentur delicta puniri, ut sup. dictum fuit in alia regula. Vnde Bal. hic assignat aliam rationem, quia per transactionem inducitur confesio & efficitur delictum notorium, & transactio super delicto notorio non ualet. arg. l. & post rẽ. ff. de transact. & l. 1. eod. tit. ibi, de re dubia, & dixi in rubrica, Quæ ratio non concludit, cum in regula permissiua idem dicendum esset, ut etiam perpendit hic Mant. & posset fieri cum protestatione, quod non intẽdit confiteri crimen, sicut quotidie obseruat practica, & in alio tenent doctores in fine ponendo cautelas. Tertia assignatur ratio, quia daretur materia delinquẽdi. contra. l. conuenire. ff. de pact. dotal. Item & quarto quia pœna uenit applicanda fisco cui partes non possunt præiudicare. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pactis. Quæ similiter confunduntur propter primam regulam permissiuam, in qua omnes istæ rationes possunt uerificari, & fortius militat, cum in illa regula tractetur de grauioribus delictis & ueniat publicatio bonorum cum morte naturali. l. 1. ff. de bon. damn. Vnde Mant. assignat sextam rationẽ, quod transactiones fuerunt inuentæ ut discedatur a lite in causis ciuilibus, & non in causa criminali. l. 1. ff. eo. & licet hoc idem fit in causis capitalibus, tamen ibi illud fuit factũ, quia mors omnia soluit. §. deinceps. in auth. de nupt. Sed non est recedendum a ratione Bar. & communi, ne delicta remaneant impunita, & ne detur occasio delinquendi, Nec obstat quod conueniat etiam regulæ permissiuæ, & tamen in ea non consideratur, quia hoc est ex alia causa, quia in illis criminibus dispensatum fuit ex speciali ratione descendente ab humanitate, per quam homines naturaliter effugiunt mortem, quæ humanitas uincit fauorem publicum & odium delictorum, attento quod hic transactio non est in totum sine pœna turpiliani, & potest procedi ex alio processu, & in totum non spernitur fauor publicus. Item militat alia ratio dispensatiua, quia interest reipublicæ ne homines ita faciliter moriautur, ut eis in casu necessitatis aliquando possit uti. Et sic remanet quod finalis ratio prohibẽdi transactionem est fauor reipublicæ ne delicta remaneant impunita. Sed ratio dispensandi in prima regula fuit humanitas quæ uincit odium delictorum, & alia utilitas accidentalis pro futuris necessitatibus reipublicæ.

41 Et ista † secunda regula prohibitiua procedit etiam in delictis priuatis, ut per Bar. hic colum. penul. per l. fina. ff. de præuar. ibi, excepto sanguine, & satis intendit hæc litera dum dicit, cum ingerentibus pœnam sanguinis, & sup. dixi in præmissis, & facit lex & in priuatis. ff. ad turpil. Item ampliatur procedere etiam in pacto, licet non sit pœna confessionis. l. quoniam. & l. fi. §. pactus. ff. eod. ut inf. dicam cum glo. 3. Ampliatur procedere etiam in renuntiatione litis, quia per tales conuẽtiones receditur ab accusatione contra publicam utilitatem, & in renuntiatione est maior suspitio calumniæ; Quarto etiam ampliatur procedere in exculpatione, ut & ipsa sit prohibita, quia præsumptio est quod ipse calumniatus fuerit uel præuaricatus exculpando, & si prætendit errasse poterat petere abolitionem a iudicibus quam impetrasset si causa iusta fuisset. l. 1. §. sigs. ff. ad turpil. & l. res quæ. & l. eius. ff. de iure fisci. & l. 2. & 3. inf. de abolitionibus.

42 Limitatur† tamen ista conclusio non procedere quãdo lata est sententia, & punitus reus, quia tunc in omnibus criminibus licita est transactio. §. adulteram. in auth. ut nulli iudic. secundum intellectum traditum per Bar. inf. in solutione eiusdem. in 3. colu. uer. tertio oppono, Et sequitur Iason post Bal. hic. & in l. cum affirmas. inf. de liber. causa. & l. æquissimum. ff. de usufr. & Iason inf. col. 5. super solutione. d. §. adulteram. & ibi dicam. Et est ratio manifesta, quia amplius non est cõtra publicam utilitatem nec impedit delicta puniri, cum iam sit punitum, & nõ dicitur proprie transactio, quia per eam non receditur a lite, Sed est potius quædam reconciliatio, ut statim dicam de pace. Quod tamen intellige post pœnam perfecte irrogatam & satisfactam ut probatur ibi, uerberatam, Sed si pœna non esset peracta, ut quia adhuc duraret exilium, quod uel fuit temporale uel perpetuum, tunc non ualeret pactũ, quia adhuc militat ratio quod delicta remaneant impunita, & quod datur materia crassandi per l. in operis. inf. de pœnis. Nisi exilium est appositum loco satisfactionis interesse partis, per illam regulam qui nõ habet in ere luat in corpore. c. 2. de maledi. & c. finem. de dolo & contumatia.

43 Secundo† limitatur non procedere in pace, quia pacem nemo prohibetur facere. ut per Bar. inf. 2. lectura. & in consi. 270. domino potestati. per tex. & ibi etiam notat Bar. in l. si tibi. §. quædam. ff. de pact. immo lege christiana iubemur remittere iniurias in oratione dominica. & no. in c. siquis contristatus. 90. distinctio. & in c. 1. de maled. in glo. penul. & Io. fabri. in §. fin. inst. de iniuriis. qui dicit quod nullus bonus christianus posset agere iniuriarum si non licet facere pacem absque præiuditio accusationis. Nec obst. l. 1. §. penul. infr. de rap. uirg. quia ille textus intelligitur de rancoris remissione quæ prohibet accusationem fieri, & sic tangit ꝓcessum, & habet annexam pactionem de crimine & ꝓcessu. Item loquitur de illa pace quæ fit ad occultandũ illud crimen ut non deueniat ad notitiam curiæ, ut infr. dicam ultra alios, quæ occultatio specialiter in illo crimine prohibita fuit, hic uero limitatio intelligitur de pace quæ solum fit ad tollendum uindictam extraiuditialem propria authoritate contra leges quæ uindicta etiam prohibetur lege ciuili, cum inimici cogantur dare fideiussorem de non offendendo, ut per Bart. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præsid. & Felinum in rub. de treug. & pace. & Bal. in consi. 388. uolu. 1. Nec obst. quod pax fiat per pactũ, & pactum sit prohibitum, quia Respondetur secundum Albericũ in tractatu statut. secunda parte. q. 125. quod pax per uiam contractus prohibetur, Sed non remissio rancoris, & uidetur sequi Alciatus hic. Sed clarius potest dici quod fieri potest pax recipiens siue continens remissionem rancoris & uindictam extraiudicialem, & non tangens processum neque accusationem, siue fiat per contractũ, siue per alias conuentiones, siue cum pecunia, siue gratis. Sed remissio iniuriæ & pœnæ delicti cum annullatione processus & accusationis, & ut desistatur a lite, illa fieri non potest, quia hæc respicit fauorem publicũ, & hoc tenet Bar. in l. non solum. §. iniuriarum. ff. de iniur. Abbas in c. 1. de iniur. Iason plene in l. si tibi. §. quædam. ff. de pactis. Felinus in c. de iis col. fin. de accusat. & Ioannes de anania in c. 1. colum. antepenul. de maled. & Paris in tractatu sindic. in uerbo compositio. fol. 10.

Tertio limitatur non procedere secundum aliquos in

In exculpatione quæ uidetur permissa semper, per l. diuus. ff. ad senatusconsul. silenni. & l. serui. infr. de adult. Nam quādo offensus reperit aliquē esse in culpabilem & innocentem, æquum est quod desistat a molestationibus indebitis, & ita tenet glo. in l. si quidem. in fine. infr. de contrah. & commit. stipul. In contrarium tamē facit, quia permissa exculpatione inueniretur uia fraudibus, & per indirectum tolleretur dispositio huius legis, cum omnes facientes transactionem semper dicerent, prout de facto omnes dicunt, reperiisse eos innocentes & non culpabiles, & leges imponentes pœnam præuaricationis simpliciter loquuntur, similiter leges loquentes de desistente, Vnde puto hanc limitationem non esse ueram, & quod non sit licita exculpatio per prædicta, & supra posui de hac exculpatione in ampliationibus. Nec obst. rationes allegatæ, quia ueræ sunt, & æquissimum est innocentem exculpari, sed hoc debet fieri authoritate publica impetrata abolitione a iudicibus, nam si illi uidebunt errorem probabilem, & innocentiam Rei, concedent abolitionem, alias præsumetur fraudulenter facta in fraudem istius legis. l. abolitionem. infr. de abol. & l. 2. l. 3. inf. de abol. & l. 1. §. si quis. ff. ad turpil. & qui destitit sine permissu iudicis citra abolitionem semper est suspectus per d. iura. & hoc uerius est.

44 Quarto † limitatur non procedere quando quis fecit transactionem pactionem uel exculpationem antequā esset instituta accusatio, & essent peracta solemnia de quibus in l. fi. inf. de accusat. nam tunc potest desistere & transigere propria authoritate citra incursum pœnarum. l. quæsitum. ff. ad turpil. & l. diuus. ff. ad silennianum. & ibi Bar. notat. & inf. colu. fin. uersi. & prædicta. quem sequuntur omnes. Nec obst. quod desistat, quia non dicitur desistere qui nondum incepit. l. decem. ff. de uer. obli. Non obstat quod sit damnum reipublicæ, quia non est damnum, cum non cogatur accusare. l. res quæ. §. fin. ff. de iure fisci. & l. 1. inf. ut nemo inuitus agere. & adde ea quæ inf. dicam de eo qui negauit, fallit tamen in crimine raptus, in quo non ualet talis conuentio ante institutam accusationem. l. 1. §. penul. infr. de raptu uirgin. & l. penul inf. de iis qui pro præm. lib. accept. quando fuit facta ad finem occultandi crimen, quod in dubio præsumitur. Et quia frequentissime occultantur per partes dicta crimina, inducta fuit pœna de qua in d. l. 1. & premium concessum manifestanti. de quo in d. l. penult. ut infr. dicam. declarando illā ultra alios. Secundo fallit in regno per constitutiones supra dictas. Tertio fallit in crimine incestus & adulterii, quando interuenit pecunia, quia inducitur lenociniū. l. auxilium. §. fi. ff. de min. & l. si mariti. §. plectitur. ff. de adult.

45 Quinto † limitatur non procedere in eo qui destitit impetrata abolitione, & de consensu curiæ facta fuit transactio, quæ eam approbauit, nam tunc euitantur omnes pœnæ. d. l. 2. & tertia. infra de abol. & d. l. 1. §. si quis. ff. ad turp. l. Et iste consensus semper uidetur præstitus quando curia occasione illius transactionis facit compositionem cum reo de delicto, & concedit indultum, nam alias non posset curia concedere indultum nisi admitteret & approbaret illam transactionem, cū indultum concessum parte non concordata non ualeat in præiudicium eius. l. 3. inf. de abolit. Et propter hanc causam in practica uidetur multis quod transactio sit permissa, cum ea obtēta impetratur indultum a curia, sed tamen totum contrarium est uerum, quia in regno & in aliis partibus transactio magis est prohibita quam prohibeatur de iure communi, tamen quia frequentissime post concordatam partem impetratur indultum & extinguitur delictum per abolitionem, ideo uidetur esse permissa, ut dixi etiam in præmissis.

46 Sexto † limitatur non procedere quādo quis negauit se uelle accusare, nā licet maritus uel alius uocetur ad accusandum, & præferatur aliis, tamen ipse potest dicere se nolle accusare. l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adulter. & si post negationem alius occupauit locū, amplius non admittitur ad accusandum. d. §. si negauerit. sed si nullus incepisset accusare, tūc etiam posset uariare & accusare. l. 3. §. si is. ff. de sepul. uiol. Quæ limitatio intelligitur ante institutam accusationem, ut sonant illa uerba se nolle accusare, & ibi notatur secundum unū intellectum, nam si post institutam accusationem diceret se nolle accusare, incideret in turpilianum ex generali prohibitione turpiliani, ut per Barto. in d. §. si negauerit. in 4. quæstione. Et ratio est manifesta, quia non offenditur publica utilitas ante institutam accusationem, cum nemo cogatur accusare. l. 1. inf. ut nemo inuitus. & l. res quæ. §. fi. de iure fisci. Nec dicitur desistere cum nondum inceperit, ut per Bar. in l. quæsitum. ff. ad turpil. Nec dicitur illudere curiam non facta aliqua promissione iuxta. l. fina. infra de accusat. Nec cadit ratio calumniæ uel præuaricationis. Et cōfirmatur, quia si quis potest transigere indistincte ante accusationem institutam ut dixi supra in 4. limitatione, tanto magis potest negare se uelle accusare, quod minus est. Nec obst. lex. 1. §. penul. infra de rap. uirg. & lex penul. infr. ex quib. cau. ser. pro prem. lib. accip. quia speciale est in crimine raptus in quo ante institutam accusationem sit conuentio uel pactio ad finem occultandi crimen, quæ occultatio est prohibita, & manifestatio præmiata propter frequentiam, ut infra dicam. Nec obstat lex mariti. §. plectitur. ff. de adult. & l. auxilium. in fine. ff. de minor. quia illi textus loquuntur quando data est pecunia propter quam accipiens efficitur leno, & sic ibi etiam est speciale quando per talem conuentioné quis incideret in crimen lenocinii, prout est in adulterio & stupro & incestu, sed si cōuentio fuisset facta gratis, taliter quod non committeretur crimen lenocinii, secus esset, ut colligitur ex. d. §. plectitur. Nō obstat lex & si quidem infr. de contrahen. & committen. stipu. in fine. ubi præsupponitur non ualere etiam ante institutam accusationem, quia respondetur quod ibi exponitur instituendam, idest institutam prosequendam. Vel dic quod ibi non fuit facta transactio, sed solum cōuentio ne accusaret, quę uidetur prohibita, ut dicatur quod aliud est transigere remittendo actionem, aliud est dare pecuniam ut non accusaret, cum delictum non appareret ut occultaretur, argum. prædictorum in præcedenti limitatione. Vel dicas quod ante institutam accusationem prohibita est transactio cum pecunia, sicut contingit in l. auxilium. ff. de minor. Vel melius dicas quod ibi facta fuit conuentio de non accusando super delicto futuro, quæ conuentio est prohibita, quia inducit occasionem delinquendi, contra. l. conuenire. ff. de pactis dotal. & sic illa lex loquitur in casu legis si unus §. illud. ff. de pactis. Et iste intellectus suadetur, quia in secundo responso erat dictum quod promissio facta super instituta uel futura accusatione ex probabili causa ualeret, Vnde dum in 3. resp. dicitur ob non instituendam accusationem promissionem non ualere, ne sit superfluus text. oportet dicere quod delictum non erat perpetratum, & hoc est tutius, ut infra dicam.

47 Septimo † limitatur nō ꝑcedere quātū ad pœnā ciuilem super qua permissa est trāsactio si pertinet ad partē. l si tibi. §. quædā. ff. de pactis. & l. si unus. §. illud. & §. pacta. eo. tit. & l. post decisioné. inf. de fur. & l. si pro fure. ff. de condi. furti. & l. interdū. §. qui tutelā. ff. de fur. & infra late examinat Bart. col. penul. quem omnes sequuntur. & ibi dicā. Et est ratio, quia non tractatur de publica utilitate, ex quo pœna non applicatur fisco, & quilibet potest renuntiare fauori suo. l. penul. supra. de pactis. Et si fiat per pactum sine pecunia indistincte ualet sine aliqua pœna, sed si fiat per transactionem cum pecunia, tunc transactio ualet quantum ad extin-

guēdum processum,& ut recedatur a lite, & ꝙ amplius non posit audiri, ut habetur in dictis iuribus, tamen reus efficitur infamis,& habetur pro confesso, & nocebit postea in causa criminali si per alium accusaretur, ut per Barto.in l.2.§.ū.col.pen.ff.ui bo nor.raptor.Saltem respectu qualis qualis præiudicii l. in fisci causis. & l.eius qui delatorem.ff.de iure fisci.& l.quoniam.& l.furti.§.si pactus.ff.de iis qui no.infa.

48 Octauo† limitatur non procedere quando interuenit iuramentum,nam illud pactum uidetur esse seruandū, per tex.in c.quemadmodum.§.fina.extra de iureiuran. qui textus uidetur loqui etiam de accusatione criminali, quia dicit, quod potest denuntiare, non accusare. Sed tamen potest dici quod ille textus loquitur quantum ad ipsum iurantem qui non posit uenire cōtra iuramentum suum,sed non dicit ꝙ transactio ualeat quātum ad euitandum incursum pœnarum ex tali contrauentione tam ex parte accusatoris, quia non negat ꝙ contra reum non posit procedi. Vel secundo potest dici ꝙ ille textus loquitur antequā esset instituta accusatio,quo casu indistincte permissa est transactio sine periculo incursus pœnarum,ut per Barto. in l.quæsitum, ff.ad turpil.& supra dixi.Item ille tex.magis urget contra regulam.l.cōuenire.ff.de pactis dotalibus, quia ibi conuentio fuit facta antequam crimen esset commissū & pro solutione dicas ut per Decium & Cagnolum ubi dixi in l.fi.supra de pactis.super prima quæstione Bar. cum concordantibus ibi cumulatis. Vnde dicēdum est ꝙ limitatio non est uera, quia per iuramentū non ualidatur transactio,quia est contra bonos mores, & contra publicam utilitatem, & inducit occasionem delinquendi,ut per Barto.in l.siquis pro eo.ff.de fideiuss.Sed tamen repellit iurantem ab accusatione ut nunquā audiatur etiā quod nullus accusauerit.iuxta text.in l.3.§. si is.ff.de sepul. uiol. & dixi supra & infra super text.in §.si negauerit.& facit pro hoc. c. debitores. de iureiur. ubi iuramentum usurarum seruatur propter obligationem quam iurans fecit Deo, licet contractus sit nullus & retractandus saltem per repetitionem, ut ibi notatur,& per Abbatem in c.1.colu.1.eodem titu. de iureiuran.

49 Nono † limitatur nō procedere in delicto in ommittendo,in quo permissa est transactio,ut per glo.notabilem in l.2.ff.ad silenn.quam sequitur Cin. & Bal.hic, & in l.iuris gentium.§.si pacitcar.ff.de pactis. ubi dixit illam glo.esse singularem.& in c.quoniam frequenter. in 2.col. extr.ut lite non contestata & sequitur hic Iason,quia delictum in ommittendo non est ita graue sicut delictum in committendo,iuxta gl.in l.si mora. ff. sol.matri.Sed Bar.ibi reprehendit illā glo.& alii quos ibi refert Igneus,quia ille textus loquitur in casu speciali quo serui ex negligentia tam acriter puniūtur, & est inconueniens quod ille qui delinquit desistēdo per trāsactionem posit postea transigere super tali desistētia, quod est contra generalitatem istius legis secundum eos ibi.Et pro hac opinione facit, quia ille textus etiā loquitur de exculpatione facta ante accusationem institutam,& quia leuitas criminis non consideratur ad potestatem transigendi, sed solum an sit pœna sanguinis uel non.Et esset incōueniens quod in leui crimine permitteretur transactio,cum sit specialiter inductū in magnis delictis in quibus imponitur pœna mortis, & in omnibus aliis leuibus delictis prohibeatur, & æqualiter militat ratio publicæ utilitatis ne delicta remaneāt impunita.Ideo ego puto limitationem falsam,& quod hæc regula procedat etiam in delictis in ommittendo, sicut & præcedens regula permissiua procederet etiam in delictis in ommittēdo si imponeretur pœna sanguinis, ut in eo qui non reuelasset proditionem principis uel patriæ. iuxta nota.in l.1.& 3.ff.ad l. iul. maiest. & l.quisquis.inf.eo.titu.

Decimo limitatur non procedere quando pecunia datur pro damnis expensis & interesse, ut per glo. in l. 1.in glo.2.inf.de pœna.iud.qui male iudic. & per Bart. in l.prima.§.sed & constitutio.in 2.oppositione . ff. de calum.Quæ tamen limitatio procedit quantum ad euitandum pœnam corruptionis, & quod habeatur pro confesso ex datione pecuniæ,sed quantum ad ualiditatem transactionum uel pacti non procedit, cum ut supra dictum fuit prohibita est etiam pactio gratuita exculpatio & renuntiatio litis, & omnes conuentiones per quas accusator desistit ab accusatione ut plene dictum fuit.

50 Sexto† notandum est,quod in crimine falsi permissa est transactio,& rationes multæ assignantur quas refert & repræhendit Barto. hic, qui finaliter concludit quod ideo permittitur transactio in crimine falsi, quia hoc crimen magis infamat & uituperat quam aliquod aliud crimen, & infamia æquiparatur morti naturali. l.isti quidem.ff.quod metus causa.& l.iuxta. ff. de manumisis uindicta. & l.Iulianus.ff.siquis ommissa causa testamenti.per quæ iura dixit Alexand. in l.si constante.in 4.colum.ff.solut.matrimo.quod iura exorbitantia extendantur ex similitudine rationis excepto quando tractatur de pœna infamiæ,quia euitanda est.l.fi.infra de interd.matrim.Et uasallus interficiens sororem domini non priuatur feudo, & tamen priuatur si eam cucurbitauerit,ut per Bald.in c.1. §. similiter. colu. 2. in fine quibus modis feudum amit.& quamuis alia delicta etiam infament,tamen non inducunt tantum uituperium sicut crimen falsi,secundum doctores.Sed incōtrarium facit,quia non uidetur ꝙ maior infamia posit reperiri quam quod quis efficiatur seruus pœnæ,& cōdemnetur in metallum uel ad bestias,cum mortui fingantur,& non credatur eis sine tortura.l.qui ultimo.in fine.ff.de pœnis.& ibi not.Bart.& l.fin.ff.de quæst. Et si non permittitur transigere ad euitandum seruitutem nec etiam uidetur permissum ad euitandum infamiam ex causa falsitatis,Nisi dicatur quod illa nō appellatur infamia,ex quo efficitur seruus qui nullam extimationem dicitur habere sicut nec caput.l.hodie. ff.de capit. dimin.tunc enim consideratur infamia quando remanet ciuis liber, Et hæc interpretatio & saluatio tenenda est in regno, quia constitutio post citationem, in fine interpretatur istam legem ut excipiat crimen falsi.

51 Alciatus † tamen hic dabat nouum intellectum ad istum textum, dicens quod hic non excipitur crimen falsi ut præsupponunt doctores,Sed quod per illa uerba citra falsi accusationem, decidatur unum de quo poterat dubitari,an ille qui fecit istam transactionem prohibitam incurrat etiam pœnam falsi, sed ipse dicit hic determinari qnod transigens in istis casibus prohibitis incidat in pœnam falsi,cum præuaricatio & corruptio & calumnia quæ præsumuntur ex transactione habeāt in se speciem falsi,& propter falsum posit condemnari,per l.1.§.1.& §.præuaricatorem. ff.ad turpil. Et dicuntur fallaciter accusare.l.fin.infr.de abolit.& pœnæ præuaricationis & calumniæ ad similitudinem. l.corneliæ de falsis fuerunt introductæ.l.siquis obrepserit. ff.de falsis. ut merito dici posit taliter transigentes in pœnam falsi incurrere. Qui intellectus suadetur propter dictionem citra,quæ non tam est exceptiua quam priuatiua.l.cum dos.ff.de pactis dotal. & l. delator. ff. de compensat. Et uidetur multum argutus intellectus tamen non est perfectus,quia textus non facit mentionem de similitudine pœnæ falsi,sed loquitur de accusatione falsi, & secundum istum intellectum oporteret dicere ꝙ faciens transactionem in criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis posset accusari de falso, ꝙ iure non probatur, quia solum habet locum pœna præuaricationis & calumniæ & corruptionis,nō pœna falsi. Vnde Loriotus in suo tractatu de pactis & transact.axioma.103.ponebat alium intellectum, ut deli-

delicet ꝙ in l. noſtra ponatur una exceptio in omnibus criminibus, non ad falſi crimẽ, exponendo dictionem, citra. i. niſi reus dicat accuſationem falſo inſtitutam, nam tunc tranſactio fieri poterit, & ſit ſenſus, in aliis criminibus non licet tranſigere niſi quando reus allegaret accuſationem falſo inſtitutam. Sed nec hæc expoſitio ſatisfacit, quia ſi reus allegat falſo inſtitutam accuſationem, tunc accuſator incidit in pœnam calumniæ, nec per hoc ꝙ accuſator eſt calumniator excuſatur reus a pœna tranſactionis, & ꝙ tanquam corrumpens habeatur pro confeſſo.

52 Vnde† ego puto alium eſſe intellectum ad iſtum textum, & ꝙ dictio citra, ſit excluſiua, ut eſt ſua natura, ut probant leges allegatæ per Alcia. & ſentiunt communiter doct. & ideo dicendum eſt, ꝙ hæc lex excludat accuſationem falſi poſſe fieri, Et eſt ſenſus, ꝙ tranſactio eſt prohibita in aliis criminibus, ſi tamen fiat, non incidunt tranſigentes in crimen falſi, & ideo tranſactione facta accuſatio falſi inſtitui non poteſt. Et rationẽ dubitandi faciebant leges allegatæ per Alcia. Et ſuadetur iſte intellectus, quia litera non quadrat ꝙ excludat crimen falſi, cũ loquatur de accuſatione falſi, nõ de crimine falſi, & ſecundum intellectum communem oporteret dicere citra falſi crimen uel delictum, cum tranſactio fiat de crimine, non de accuſatione, & tranſacto ſuper crimine accuſatio remittitur.

Tenendo tamen communẽ intellectũ a quo in practica non eſt recedendũ, põt dici ꝙ ideo expreſſũ fuit de accuſ. non de crimine, propter elegãtiam, quia duabus uicibus fecerat mentionem de criminibus, Et rõ differentiæ inter crimen falſi & alia crimina poteſt allegari, quia falſum ꝙ non nocet alteri non eſt punibile. l. Diuus Adrianus. ff. de falſis. & l. damus. inf. de falſis glo. in l. 1. §. præterea. ff. ad l. cornel. de ſic. cum aliis late cumul. per Hippo. in d. §. præterea. nu. 14. Et ideo gl. & Bar. in l. athletas. ff. de falſis dixit ꝙ in crimine falſi quis licite poteſt deſiſtere uſque ad ſententiam. & allegat. l. alia. C. de iis quib. ut indig. & l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſtam. & per Bart. in l. Lucius. ff. ad turpilia. & ſecundum diſtinctionem Bart. ibi uideretur diſtinguendum in l. noſtra. Vel licet ſit dubium an poſſit quis deſiſtere impune ab accuſatione falſi in certis caſibus, tamen quando interuenit conſenſus partis indiſtincte permittitur deſiſtentia per iſtum textum qa non eſt punibile falſum niſi quatenus alium offendit. Glo. 1. ponit differentiam inter pactum & tranſactionem, & eam ſequuntur communiter doctores, & ego latius dixi ſup. in rubrica.

53 Glo. ſecunda† remouet unum contrarium, nam tex. per aduerſatiuã autem, præſupponit ꝙ ſecunda regula loquatur in alio caſu differente a primo in iure & in facto. per l. hoc amplius. §. de iis autem. ff. de dam. infec. & l. ſed & ſi lege. ff. de petit. hæred. quod tamen uidetur falſum, quia primum dictum loquitur de capitali crimine, & ſecundum dictum loquitur etiam de capitali crimine, & ſic aduerſatiua non eſt ad factum. Glo. ſoluit dicens ꝙ immo ſecundum dictum aduerſatur etiã in facto, quia in primo dicto capitur crimen capitale alio modo & magis generaliter, Nam crimen capitale capitur tribus modis, ſicut etiam capitur capitis diminutio. Aliquando. n. crimen capitale dicitur quando imponit mortem naturalem tantum, Aliquando illud quod inducit mortem ciuilem, Aliquando illud quod inducit priuationem ciuitatis, ut hic per eam. Ex qua colligitur ꝙ aduerſatiua aduerſatur hic ad pœnam ſanguinis, ut primum dictum intelligatur de crimine ingerente pœnam ſanguinis, ſecundum dictum de crimine non ingerente pœnam ſanguinis, & aliis criminibus ſimilibus, & ſequuntur communiter doct. Secundo colligitur, ꝙ tribus modis conſideratur crimen capitale. Addit Bal. quartum modum hic in 2. oppoſitione, quando amputatur membrum, nam mors dicitur in illo membro. §. ad hoc prohibemus. in auth. de collator. & not. per glo. in l. imperium. in uer. animaduertendum. ff. de iuriſdic. omni. iudic. Facit hic textus in uerbo ſanguinis. Nec obſtat quod iura tractantia de crimine capitali non enumerãt membri abſciſionem, quia de iure antiquo non erat cognita illa pœna, ut probatur in. l. ſiquis forte. § fi. cum quatuor ſequentibus. & l. mortis. §. 1. ff. de pœnis, ubi enumerantur quaſi omnes pœnæ & non eſt credendum quod ſi fuiſſet cognita non fuiſſet enumerata.

54 Sed† contraria opinio uerior eſt, quod pœna amputationis membri non ſit pœna capitalis, quia per eam neque uere neque ficte eximitur caput a ciuitate, per quam ſolam cauſam appellatur crimen capitale. l. 2. ff. de public. iud. & §. 1. inſti. de pub. iud. cum aliis allegatis in glo. & quamuis membrum moriatur, tamen non moritur homo, nec eximitur caput a ciuitate, cum mutilatus poſſit teſtari. l. qui manus. ff. de teſta. & in multis aliis remaneat utilis reipublicę, prout legitur de Appio ceco qui in magno diſcrimine ciuitatis fecit ſe portari in ſenatum, & mutauit opinionem ſenatus. Nõ obſtat quod iure antiquo non eſſet cognita hæc pœna, quia per hoc non infertur quod hodie quando cognita eſt ſit capitalis, & ideo ictus fuſtium non appellatur pœna capitalis. l. capitalium. §. 1. ff. de pœnis. Nec obſtat textus in d. §. ad hoc prohibemus. in auth. de colla. quia licet ibi eadem ſit diſpoſitio de crimine capitali & mutilatione membri, non per hoc infertur quod ſit crimen capitale, ſed illud ibi diſponitur propter grauitatem cauſæ & ſimilitudinem rationis, cum ſicut mors naturalis amplius non poſſit reſtaurari, eodem modo nec mutilatio membri, quod non cadit in deportatione, & condemnatis in metallum, Et ubicunque damnũ eſt irreparabile multa permittuntur quæ alias non permitterentur, ut patet in appellatione, ut per Bart. in l. ante ſentẽtiam. inf. de appel. & iudici de facto procedẽti reſiſti poteſt quando eſt damnum irreparabile, ſecũdum ea quæ notantur in l. ut uim. & ibi dixi ultra alios ff. de iuſtit. & iure in materia iudicis facientis uiolẽtiã.

Dicendum eſt igitur, ꝙ pœna mutilationis membri non eſt pœna capitalis, tamen diſpoſitio loquens de pœna capitali compræhendit etiam pœnam mutilationis membri, per extenſionem, quia a iure fuerunt ęquiparatæ propter grauitatem cauſæ, & quia eſt damnum irreparabile, Et per hanc rationem hæc lex compræhendit etiam mutilationem, & maxime etiam quia poſtea ſecunda regula declarat ꝙ uis ſola eſt ſuper pœna ſanguinis, & quod prima regula intelligitur generaliter de pœna ſanguinis, & militat eadẽ ratio poſita in l. 1. ff. de pœn. eor. qui. ſib. mor. conſc. cum damnum ſit irreparabile & redimatur ſanguis, Et hæc humanitas uincit publicam utilitatem, & non cadit tanta ratio in metallum licet ſit pœna capitalis cũ ſit damnum reparabile, Et idem dici debet de fuſtigatione ſiue ictu fuſtium inducente magnam ſanguinis effuſionem & pœnam, ſecus in leui caſtigatione, ut ſup. dixi in primo notabili.

Reſoluendo ergo clarius contrarium formatum per Bar. dicas, ꝙ capitalia crimina capiuntur in genere, & in ſpecie, in genere dicuntur eſſe illa per quæ caput eximitur a ciuitate, hæc autem diuiduntur, nam quædam imponunt mortem naturalem, & quædam mortem ciuilem, & illa quæ imponunt mortem ciuilem quædam priuant libertate & ciuitate, quædam priuant ciuitate tantum, & quædam priuant fama, Et prima regula intelligitur de criminibus capitalibus in ſpecie ingerentibus pœnã mortis, & aliis criminibus ſimilibus ingerẽtibus pœnã ſanguinis, Et ſecũda regula intelligitur de aliis criminibus tam capitalibus quã non capitalibus propter illa uerba non ingerentia pœnam ſanguinis, & etiam de pœna infamiæ, ut ſup. dixi.

55 In aliis† uero diſpoſitionibus qñ fit mentio de pœna

capitali,intelligitur de deportatione uel exilio, ut per Iaso.hic per glo.uulgatam in l.1.sup.ne christia. mancip.& in l.in criminali.infra de iur. om. iud. quam approbat Imola.in l.2.ff.de publ.iud.& Ioan.de Anania in c.qualiter & quando de accus.§. ad corrigendos. in 4.col.& Ioan.Andr.in c.quanto.super glo.1. de iureiurra.quem sequuntur alii Referentes gloiatorem saluasse monetarium a pœna mortis naturalis etiã q statutũ imponeret pœnã capitis,per l.qui cum maior.§. is demum.cum seq.ff.de bon.liber.& l.hos accusare.§. omnis.cum glo.in uerbo capitis.ff.de accus.& text.in l.cũ patronum.ff.de iure patr.gl.in l.pen.& ibi Bal.C. quæ res uend.non poss.& Ange.de malefi.in tracta. malefi. in uer.caput.col.5.cum aliis cumulatis per Iason hic.& Lancelotum.& Felin.in c.ex literis.de const. num.22. uer.& tenendo hanc.Et est communis conclusio,quia * in interpretatione pœnarum mitior pars est eligenda. c.in pœnis.de reg.iur.lib.6.& l. si de interpretatione. & l.si præses.ff.de pœnis.Nec ob.not.per Bar. in l.2.§. exercitus.ff.de iis qui not.infam.& in l.si quis id quod. & ibi Iason.& Dec.& ego dixi.ff. de iur. om. iud. quia illa iura cum suis concordantibus procedunt in disposi tionibus pœnalibus quæ fauore publicæ utilitatis latius intelliguntur,& extenduntur ne delicta remaneãt impunita,& ideo uerba improprian tur ut plures casus comprænhendantur in dispositione,sed postquã sunt cõ præhensi plures casus,& est dubium qualis debeat esse pœna,tunc mitior fit interpretatio.d.c.in pœnis. de regu.iur.in 6.& cum ministerio ibi dicitur in pœnis, nõ in pœnalibus,quia in pœnis semper fit mitior interpretatio,sed in pœnalibus fit extensio & impropriatio ut comprænhendantur multi casus, ut dixi in d. l.si quis id quod.& per Bar.in d.§.exercitus.Et prædictã opinionem tenent & comprobãt hic Aquen.per tex. in l.penul.ff.ad l.pompeiã de paric.& l.1. cũ glo. & ibi Salic. infr.ad l.iuliã pecul.ubi alternatiua ponitur inter pœnã capitis & ultimum suppliciũ.Nec obstat q secũdum istã rationem statutũ in dubio deberet intelligi de pœna infamiæ quæ minor est aliis, & est capitalis. l.licet la secunda.ff.de uerb.sign.& hic per Alex.& Ias.quia respondetur q illa lex & l.præses intelligitur de minore, nõ de minima,secundũ Bal.post Innoc. in c. de causis. col.5.de offic.deleg.& hic per Aquens. Vel dicas q pœna infamiæ non est pœna capitalis eo modo quo communiter intelligitur,quia non aufert nec libertatẽ nec ciuitatẽ nec ius ciuile,licet extimatio maculetur, & illa infamia est communis cũ omnibus delictis. Fallit tamen quando alia lex declararet, ut patet in l. 1.inf.de rapt.uirgi.cõiuncta.l.& castitatis.inf.ad l.iul.de adult. Secundo fallit quando uerba sunt clara quia dicitur ultimum supplicium.l.qui ultimo.ff.de pœnis,uel mortẽ naturalem,uel q amputetur caput a spatulis,ut per Fulgos.in l.præsenti.sup.de iis qui ad eccl. confug. & Bal. in c.nonnullii in 2.col.de rescrip.per glo.in c.de causis. de offic.deleg. Et idem quando mens colligitur ex subiecta materia uel aliis coniecturis.l.aut facta. in princ. ff.de pœnis.& arg.l.si uno.ff.loc.& l.insulam.ff.de præscrip.uerb.

56 Sed incontrarium facit secundũ Aquens. quia mors similiter capitur dupliciter,ut per Bal.in c.2.de maior. & obed.tamen appellatione mortis uenit mors naturalis.l.qui ultimo.ff.de pœnis.& per Felin.in c.ex literis. de cõst.uersi. Sdo quia per tex.in l.fi.infr.de iis q ueniã ætatis impetrauer.& l.ex ea parte.§.insulam. cum con cor.ff.de uerb.obli.Et dixit glo.in c.placuit.16.q.1. q appellatione mortis semper intelligitur de naturali,nisi in casibus expressis a iure.Item gloss. in d. l. 1. C. ne christ.mancip.quam omnes allegant,non probat,ut dixi in l.imperium.ff.de iur.om.iudic. quia ille text. fuit declaratus per aliam legem. Respondent ipsi hic quod appellatione mortis proprie non uenit mors ciuilis, sed per quandam consequentiam. l.seruitutem. ff. de reg.iur.ideo intelligitur in potiori & uera significatione,sed pœna capitis secundum leges proprie compræhendit deportationem uel aliã eximentem caput a ciuitate,Et hoc satis placet, quia caput plerũque capitur ciuiliter.l.hodie.ff.de capit.dimin. Fallit tamen ratione contrarietatis euitandæ.c. quam periculose. de pœnit.distin.1. & idem si subiecta materia uel communis usus loquendi suaderet,& idem dicit Bal. in d.c.2.q si fiat mentio de persona intelligitur de morte naturali,Et si dicatur prout in Galia,sub pœna confiscationis personæ,nam intelligitur de persona naturali, & idẽ si utatur uerbo superlatiuo,dicendo,grauissima pœna. Et prædicta uera in statuto imponente pœnã mortis, quid autẽ sit in aliis dispositionibus ponunt doctor. in l.Gallus.§.& quid si tantũ.ff.de lib.& posth.glo. in clẽne romani.de elect.§.2.in glo.moriente,quę exponit.i.cedente.Abbas in c.nisi.col.pen.uer. Item ex prædictis.extr.de præbend.Et Loriot.in tractatu de morte. in princ.per tres colu.& ex distinctione ibi posita potes etiam resoluere prædicta.

Glo.magna diuiditur in tres partes, in prima declarat regulam affirmatiuã,in 2.declarat exceptionẽ multis modis opponendo,in 3.reuertitur ad primam regulam.2.ibi,nã in eo quod excipit,3.ibi.Item contra.Ex prima parte colligitur,q regula text. nostri procedit indistincte in accusato,ut per transactionẽ non incidat in aliquã pœnã, secus ex parte accusatoris qui non obstãte trãsactione incidit in pœnam turpiliani propter * desistentiã,& eam sequũtur communiter doct. Ex qua colligitur q actus ab una parte est permissus & ab alia parte est reprobatus,& dare pecuniam est permissum & accipere est prohibitum.concor.l.secunda.& per totum.ff.de cond.ob.turpem cau. ubi ab una parte accipere pecuniam est turpe,& dare non est turpe,& idem dicitur in l.3.§.1.ff.de calumn.& in c.debitores. de iureiur.ubi accipere usuras peccatum est, & dare usuras non est peccatũ,Et generaliter ubicunque in correlatiuis uon militat eadẽ ratio dispositio loquens de uno non trahitur ad aliud,ut no.in l.fi.inf.de indict.uiduit.tollend.& l.fi.infr.de acceptilat. & per Nicol. euer.in suo cẽtum.arg.in c.de correlatiuis.& gl. in c. super eo.de usur.& c.1.de consang.& affin.

Sed incontrarium facit, quia unus actus non debet diuerso iure censeri.l.eum qui edes.ff.de usuc.Secundo facit,quia correlatiuorũ eadẽ est disciplina etiã in pœnis.l.1.inf.de cupr.lib.12.& maxime quando actus redderetur elusorius nisi traheretur ad aliud correlatiuũ. arg.l.si quando.ff.de leg.1.& l.fi.ff.de accept.& l. uenditor.ff.de rescind.uendit.Ne sequatur absurdum q legislator ab una manu aliquid concedat & in alia deneget.l.Gracchus.inf.de adult.Tertio facit,quia trãsactio proprie est ex parte actoris,quia est actionis transitus, glo.in l.2.sup.eo.Propter ista contraria doct.uarii fuerunt in lege nostra.nam Petrus & Cinus uolebant q illud q dicitur in hac lege intelligatur æqualiter tam de accusatore quã de accusato per iura proxime allegata, sed alio modo restringebant istam legem, uolentes q lex nostra permittens transactionem procedat quãdo nondum facta est inscriptio, & præstita fideiussio, & alia seruata de quibus in l. fina. infr. de accusat. post inscriptionem uero dicebat non procedere legem nostram, sed indistincte prohibitam transactionem, & incurri in pœnas ordinarias, & hanc intelligentiam sequuti fuerunt cæteri docto.usque ad tempora Barto. qui eã non tenet, nec alii posteriores, quia est nimis magna uiolatio & restrictio ad legem nostram quæ simpliciter permittit transactionem. Secundo, quia alias sequeretur quod ante inscriptionem in delictis non ingerentibus pœnam sanguinis non esset permissa transactio quod est contra omnes post Barto. in l. quæsitum. ff. ad turpil. ubi indistincte determinatur quod desistens ante inscriptionem non incidit in turpi-

turpilianum, cum non dicatur desistere qui nondum incepit.

57 Ideo † Bar. posuit unam opinionem mediam inter opinionem glo. & antiquorum, uolens ꝙ transactio ualeat etiam post inscriptionem ut dicebat glo. quam in hoc sequitur, & non tantum in persona accusati sed et in persona accusatoris, & in hoc etiam cum Cino & antiquis nisi in pœna turpiliani. Volens in effectu quod trāsactio ualeat ex parte accusati, ut non habeatur pro confesso nec puniatur tanquam corrumpens iustitiam, iuxta.l.3.ff.de condi.ob.turp. cau. uel corrumpens aduersarium, nec possit contra eum procedi ex eodem ꝓcessu, Item etiā trāsactio ualeat ex parte accusatoris, ut non obstante quod desistat ab accusatione non possit puniri pœna talionis tanquam non probans.l.fina.inf. de accus. nec tanquā calumniator uel præuaricator, l.fi.inf.de calum. nec tanquam non finiens causam infra biennium.l.1.C.ut inf.cer. tempus. Sed solum incidat in pœnam turpiliani quæ est quinque librarum auri. l.3.in fi.ff.de præuar. Et fundamentum istius opinionis est, quia accusator propter pœnam talionis & calumniæ ipse tractat de redimendo sanguinem suum cū possit puniri corporaliter, & ideo ratio hnmanitatis militat etiam in eo.l.1.ff.de bon.eor. qui sibi mor. consci. Secundo quia uidetur inconueniens quod unus actus in totum sit permissus ab una parte & in alia parte reprobatus, cum alias nullius posset esse utilitatis ex parte illius cui permissus est, & propter istam rationem ualet.argu.a correlatiuis.l.1.inf.de cupress.lib.11.& l.fin. ff.de accept.& l.fi.infr.de ind.uidu.tol.& not.Bar. in l.1.col.1.inf.ne liceat potent. Et in proposito trāsactio ex parte rei non posset esse utilis, cum nō reperiret accusatorem trāsigentem, & esset implicatio, ꝙ ex parte actoris posset procedi ex eodem processu, & non ex parte rei. Tertio facit, quia lex nostra loquitur simpliciter, ergo ab utraque parte uidetur permissa transactio, cum loquatur impersonaliter, ut per Bart. in l.metum. §.animaduertendum.ff. quod met. causa. & tanto magis quia transactio principaliter consideratur ex parte actoris, ut per glo.& doct.in l.2.sup. eod. Nec obstat quod hodie non sit pœna talionis, quia hoc non tollit intellectum istius legis, quia hoc tempore erat necessaria inscriptio per d.l.fi.inf.de accus. Item etiā quod hodie cesset pœna talionis, tamen non cessat hæc ratio, quia remanet pœna calumniæ & præuaricationis, licet sit sublata illa solemnitas inscriptionis. l. de crimine.inf.de adult.& l.ab imperatore.ff. de præuarica.& l.fi.infra.de calumniat. Et hanc partem tenet Ange. & Salic.& Pau.de Cast. Alex. Francis. tigrini Curt. antiq.
* iunior.& Alcia.& communiter doctores.& Bar. in l.si maritus.§.si negauerit.ff. de adult.& Anto. de Butr. in c.1.de collus.deteg. Et ego etiam puto uerā, quidquid conetur dicere hic Mantua quia non potest tollere generalitatem istius legis.

58 Sed † in duobus remanet difficultas, an sit uerum ꝙ iudex non possit amplius procedere ex eodem processu & an accusator incidat in pœnā turpiliani, Nā consuetudo obseruat cōtrarium ꝙ non obstāte trāsactione ꝓceditur contra reum ex eodem processu, quamuis communiter docto. sequantur opinionem Barto. Quam consuetudinem comprobat hic Fulgos. procedere etiā de iure, per tex. in l.2.inf.de abolit. quæ loquitur indistincte, & compræhendit casus in quibus permissa est trāsactio & prohibita, & ad fundamentum Bart. ꝙ trāsactio sit exceptio litis finitæ, respondet ꝙ nō procedit in pacto, & sic non est generalis ratio. Alex. tamen dicit ꝙ opinio Bar. uerior est, quāuis opinio Fulgos. sit sustentabilis, cum ad l.2.inf.de abolit. possit respōderi ꝙ loquatur in casibus in quibus nō erit permissa transactio, & similē respōsionem recipiat ét.l.imperatores.ff. de iure fisci.& sequitur uterque Curt. & Alciat. dicit humaniorem. Sed ego puto cōsiderādum ꝙ difficultas reducitur an accusator possit annullare processū factū ad eius instantiā in causa criminali si forsan transigendo re- *
nuntiauit liti & causæ, Et magis placet communis opinio ꝙ poterit renuntiare, cum hæc sit natura transactionis extinguere litem, & ad illum finē fiat.l.fratris. infr. eodem. ideo cum permissa sit per legem nostrā intelligetur permissa secundum suam naturā. l. item ueniūt, §.sed cum prædiximus.ff.de pet.hæredit. & per glo.4. in l.certi condictio.ff.si cer.peta. & ad alium finem ista lex non sit posita in hoc titulo, & dicitur semper exceptio litis finitæ siue fiat cum pecunia.c.1. de litis contesta.in 6. siue fiat gratis.l postquam liti & ibi notatur in penul.q.Bar.sup.de pactis. Et sicut permittendo labi instantiam extinguitur processus ex uoluntate partis. l.1.C.ut inf.cer.temp. ita etiam per transactionem poterit extingui processus. Nec obst.d.l.2.de abol. quia illa intelligitur quādo transactio erat prohibita ut hic per Cur. iuniorem ponderantem uerbum ibi per deceptionem, & uer. corruptus, & uerbum redempte miserationis, per quæ uerba præcedentia restriguntur generalia uerba posita in fine, ut per glo.fin.in l.fi. supra de pactis.& ibi notaui. Non obstat quod ibi non est necessaria inquisitio, cum sequuta transactione habeatur pro confesso.l.fi.ff.de præuaric.coniuncta.l.1.ff.de cōfessis quia respondetur secundum Cur. antiq. quod ibi non inquiritur de ueritate criminis, sed de modo transactionis factæ, & de eius causa. Item secundum Cur. iuniorem adhuc facta confessione aliqua super ueritate criminis sunt inquirenda.l.1.§.siquis ultro.ff.de quæst. & l.1.§.item illud.ff.ad silenni.

59 Tertio † potest responderi ultra doctores, quod ille tex. necessario intelligitur de trāsactione facta in casu prohibito, cum ibi petatur abolitio, & in casibus in quibus permissa est trāsactio non sit necessaria abolitio ꝓpter generalitatem tex. nostri, qui dicit simpliciter nō esse prohibitam transactionem, & si requireretur abolitio non ualeret transactio ex se, nec posset recte appellari transactio ualida, sed potius abolitio petita, & concessa de consensu partium, iuxta l.fi. inf. de abolit. Vnde cum d.l.2. loquatur de petita abolitione, necessario intelligitur in casu quo transactio est prohibita, Nisi dicatur quod petebatur abolitio ad euitādam pœnam turpiliani, quod etiā est contra illum textum qui etiā loquitur de pœna rei. Secundo potest dici quod ille tex. loquitur de eo qui negabat trāsactionem factam & petebat abolitionem tanquam accusatus esset innocēs, & ita decipiebat iudicē sub prætextu innocētię accusati, percipiendo pecuniā, & corruptus desistendo, & propter hoc mēdacium & illā fraudē ibi punitur, & ꝓceditur in crimine perinde ac si non esset facta trāsactio, nā cum beneficio trāsigendi sibi a lege concesso male utatur, eo priuari debet.c.priuilegiū.11.q.1. Et secūdum hāc declarationem nouam ibi ponitur una limitatio notabilis ad primā regulā istius legis, quod possit fieri trāsactio in istis criminibus, ut illa procedat quādo trāsactio fiat sine fraude, sed ubicunque interuenit fraus, & partes negāt trāsactionem, & petunt abolitionem ex capite innocentiæ decipiendo iudicem, tunc transactio efficiatur nulla, & puniantur partes priuatæ beneficio transactionis, & proceditur contra eas perinde ac si non esset permissa transactio ex eodem processu. Quod ualde nota, quia facit contra eos qui fraudando legem faciunt duo instrumenta, unum exculpationis siue remissionis gratis, & aliud in quo ponunt mutuum confessatum, nam detecta fraude priuabitur beneficio transactionis etiā in casu permisso, & procedetur contra eum perinde ac si transactio fuisset prohibita. Et sic communis opinio, quod regulariter non possit de iure procedi ex eodem processu, remanet defensata.

60 In uno † tamē oēs conueniunt ꝙ ex nouo processu curia potest procedere per inquisitionē in casibus in qui-

bus de iure uel ex forma statutorum permissum est iudici ex officio suo inquirere, quia ius publicum pactis priuatorum tolli non potest. l. ius publicum. ff. de pactis. & l. iurisg. §. si paciscar. eo. tit. & si accusator nouus comparebit, procedetur contra reum sine dubio ex nouo processu ut inf. dicam. Et effectus est maximus propter testes qui de nouo sunt examinandi, & si sunt mortui uel absentes deficiet probatio, & dabuntur nouæ dilationes, & fient nouæ defensiones. Consuetudo tamé per totam Italiam obseruat quod ex eodem processu proceditur, & quod partes ex sua uolũtate in nullo crimine non possunt annullare processum factum, & forsan quia per totam Italiam tales transactiones per statuta sunt prohibitæ, & solum prosunt transactiones in casu permisso ne habeatur pro confesso reus, & accusator non incidat in pœnas calumniæ & præuaricationis. & ita constitutum est in regno.

61 Sed† maior est dubitatio, an accusator p transactioné in casibus permissis per hanc legem euadat pœnam pecuniariam turpiliani. Et Bar. hic tenet cum glo. quod nõ euadat, quia illa non est pœna sanguinis, & cessat ratio posita in d. l. 1. ff. de bon. eor. qui sibi mor. consci. Ex qua resolutione Bar. uidetur inferi quod nec etiam euadit pœnam præuaricationis quæ semper nõ est pœna sanguinis. l. de crimine inf. de adult. Vel hodie non haberet locum, cum esset pœna talionis uel calumniæ, uel quando non est pœna sanguinis. Vnde multi tenét ꝙ transactio sit permissa simpliciter, & per eam accusator euadit omnes pœnas quæ imponuntur desistenti tam ex turpiliano quam ex alia lege, quia transactio fit ad istum finem ut desistatur, ergo si permittitur, erit cũ suo fine & effectu. arg. l. oratio. ff. de spons. & si fit lege permittente non debet esse pœna. l. Gracchus. inf. de adult. Cum alias sub tegmine legis quis incideret in pœnam & deciperetur, quod esse non debet. l. 1. C. de iis qui ueniam ætaris impetrauerunt. & l. meminerint. C. unde qui ui. c. qui peccat. 23. q. 3. Secundo facit lex in senatusconsulto. §. eos. ff. ad turpil. ubi dicitur ꝙ illi qui non possunt puniri de calumnia non inciduut in pœnam turpil. Sed facta transactione accusator nõ potest puniri de calumnia ut omnes fatentur, ergo nec etiam incidit in turpil. Tertio facit, quia hæc lex præsupponit transactionem permitti ex communi regula ut sup. dixi in 3. notabili. ergo generaliter operari debet finem litis & impunitatem in omnibus, cum ratio non possit allegari quare magis euitet unam pœnam quã aliam. Quarto facit, quia sicut reus euadit omnes pœnas etiam ꝙ transigendo corrumpat accusatorem, eodem modo uidetur ꝙ accusator ex sua corruptione nõ debeat incidere in aliquam pœnam, Quinto facit lex destitisse. ff. ad turpil. ubi permissio principis facit ꝙ accusator non incidat in pœnam, ergo eodem modo uidetur ꝙ lex hoc possit facere, quia princeps est lex animata in terris. §. fi. in auth. de consulibus. Sexto facit regula correlatiuorum, & uidetur esse eadem ratio, cum alias inutilis esset ista permissio, quia non reperientur accusatores transigentes, Septimo facit secundum Alc. quia non reperitur iure dispositum ꝙ in causis in quibus licita fit transactio ex transactione incidat in pœnam. Nam lex eius qui. ff. de iure fisci, cum concord. loquitur in causis pecuniariis pertinentibus ad fiscum ex utilitate pecuniaria iuxta not. in l. 1. ff. de iure fisci. Et lex prima. inf. de pœn. iud. qui male iudic. loquitur de causis pecuniariis de quibus non tractat hæc lex. Similiter lex de crimine loquitur de crimine adult. in quo prohibetur transactio per tex. nostrum. Item lex si fœmina inf. ad turpil. loquitur de causis in quibus nõ permittitur transactio. Et lex secunda. infr. de abolit. generaliter tractat de casibus in quibus necessaria est abolitio, sed non dicit in omnibus casibus necessariam esse abolitionem. Et sic cum omnes leges imponentes pœnam loquantur in casibus in quibus prohibetur transactio, non possunt limitare hãc regulam primam istius legis quæ loquitur quando transactio est permissa, & uere hæc opinio est multum amica iuribus.

Pro opinione tamen Bar. & communi, quod immo accusator semper incidat in turpilianum, licet transigẽdo euadat pœnam calumniæ & præuaricationis, adducunt docto. aliqua. Et primo adducitur, quia non incõuenit quod unus & idem actus pro parte sit approbatus & pro alia parte reprobatus. l. 2. ff. de calum. & l. 3. §. fi. & per totum. ff. de condic. ob turp. causam. & similiter ab una parte tantum ualeat & ab alia non. l. militis. §. ueteranus. ff. de milit. testam. l. 2. ff. ad macedo. & per Iasonem in l. 1. colu. 3. ff. de rerum permut. & facit tex. in c. olim. de rescrip. Secundo facit, quia non est inconueniens quod actus ualeat, & faciens puniatur. l. fi. ff. de diuor. & l. si mariti. §. qui damnatam. ff. de adult. & l. castitati. infr. de adult. ubi punitur de lenocinio ducens damnatam de adulterio, & tamen matrimonium ualet. Quinimmo regula solet incontrarium poni, ꝙ faciens non punitur de actu nullo. l. 3. §. hæc uerba. ff. quod quisque iur. & ibi dixi. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. nisi in casu quo lex solum notat factum. ut l. qd ergo. §. cum autem. ff. de iis qui not. infam. & nisi in casibus in quibus punitur affectus licet non sequatur effectus. Tertio facit, quia causa finalis permittendi transactionem est ut reus possit redimere sanguinem suum. d. l. 1. ff. de iis qui sib. mo. conf. ergo non uidetur considerandum quod actor incidat in pœnam pecuniariam turpiliani. Lex enim misericordiam habet reo transigenti, non autem intendit premiare accusatorem & liberare reum a pœna, & principalis intentio attéditur. l. siquis nec causã. ff. si cer. pet. Quarto uidetur esse tex. in l. Lucius. ff. ad turpil. ubi desistens ab accusatione in casu permisso, ut in crimine falsi, non incidit in turpilianum. Et istam partem ego puto ueram, quia pœnæ quæ infliguntur accusatori sunt ex uariis causis, & non inconuenit ꝙ ex uno actu euadat pœnas impositas ex una causa, & incidat in pœnas ex alia causa, Nam quando fit trãsactio euadit pœnas corruptionis, & pœnas calumniæ & præuaricationis, quia ex processu non bene cõstat de delicto utriusque partis, tamen non euadit pœnam desistentiæ, quia de desistentia semper cõstat etiã ꝙ non plene appareat de delicto. Et pœna turpiliani non depédet a ueritate delicti uel calumnia partiũ, sed a simplici desistentia, unde non inconuenit, ꝙ certas pœnas euadat, & certas non, quia cessat ratio inducens dictas pœnas, & militat ratio inducens pœnã turpiliani desistentiæ & instabilitatis. Et quamuis per istã legem indulgeatur transigenti in aliis pœnis cessante ratione uel propter humanitatem, tamen non debet indulgeri in pœna desistentiæ quæ tendit ad alium finé, Et hoc cõfirmatur ex l. destitisse. cũ omnibus legibus sequentibus. ff. ad turpil. ubi enumerãtur omnes casus in quibus cessat turpilianum in desistente, & tamen nõ enumeratur iste casus in quo fit transactio, nihilominus text. in l. 1. §. siquis. ff. ad turpil. dicit quod omnis desistens ab accusatione punitur si non impetrauit abolitionem, ergo ubicunque desistit per transactionem debet puniri, quia non interuenit abolitio, nec iste casus reperitur exceptus, & ideo est compræhensus per l. ab accusatione. quæ declarat. d. §. siquis. Et adhærendum est regulæ donec probetur exceptio, ut notatur in l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur. & per Barto. in l. secunda. columna secunda. ff. siquis in ius uoc. non ierit. & hanc regulam cum exceptione impetratæ abolitionis tãtũ ponit lex. 1. 2. & 3. inf. ad turpil.

Tertio hoc suadetur, quia ille qui accusat promittit non desistere usque ad finem. l. prima. infr. ad turpil. ergo non potest uenire contra promissionem suã, & per consequens desistere non impetrata abolitione. argu. l. si is qui. 200. §. cum ita. & §. utrum. ff. de rebus dubiis. Quarto facit lex fin. §. 1. infr. de abolit. ubi dicitur quod

quod quando reus passus est carcerem uel aliud damnum quod abolitio non possit peti nisi de cōsensu partis, ergo uidetur quod consensus solus partium non tollit pœnam, sed oportet quod abolitio impetretur a iudice. Quinto facit lex fœmina. inf. ad turpil. in sui generalitate. quę dicit quod desistens ex pacto incidit in turpil. & uerbum contrauentum, ibi positum non refertur ad crimina in quibus transactio est prohibita, sed refertur ad pactum quod semper est uetitum & prohibitum quantum ad turpil. Sexto facit, quia in pœna ciuili licita est transactio secundum omnes ut infr. dicam cum Bar. & tamen illa transactio permittitur cum pœna infamiæ. l. quoniam. & l. furti. §. pactus. ff. de iis qui not. inf. ergo non inconuenit quod in causa criminali permittatur cum pœna turpiliani.

Et tenendo istam partem non obstat allegata in cōtrarium, Et primo non ostat quod transactio fit ad finem desistendi, ergo permittitur cum suo fine. Quia respondetur quod fit ad finem desistendi per ipsas partes, sed lex non permittit eam ad solum finem desistendi, sed ipsa miserationis causa ad euitādum pœnas sanguinis quas incurrit accusator ex causa calūniæ & præuaricationis, & corruptionis, Vnde non euitantur aliæ pœnæ in quibus non cadit ratio miserationis, & cessante ratione concessionis cessat concessio. arg. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. & cessante ratione exceptionis remanet regula. l. 1. cum ibi not. ff. de reg. iur. Nec obstat de pœna pecuniaria corruptionis, quia infr. respondetur. Et per hoc tollitur quod fiat permittente lege, quia lex non permittit simpliciter, Sed miserationis causa ad euitandum pœnā sanguinis, & ad certos alios effectus. Sicut dicitur de tempore quod condemnatis datur miserationis causa, quod non impedit compensationem, licet tempus appositum in stipulatione impediat. l. quod in diem. coniuncta. l. si cum militi. §. 1. ff. de compensat. quia cessat ratio miserationis, cum fine difficultate possit fieri solutio. Nec obstat quod transactio uideatur permissa ex regula generali. l. fratris. supra. de transactio. quia nō est uerum in causa criminali in qua est regula prohibitiua, tamen miserationis causa illa regula non porrigit uires suas ad certa crimina, Et ideo uere est permissio noua exceptionem inducens ad regulam prohibitiuam, tamen quia hæc exceptio concordat cum regula generali, uidetur permissa ex regula generali, & sup. etiam dixi in notabilibus. Et ideo illud uerbum prohibitum non est, debet exponi. i. permissum est, per hanc legem quæ tollit prohibitionem.

Non obstat lex in senatusconsulto. §. eos. ff. ad turpilianum. quia ille textus loquitur de illis qui ab initio non tenentur de calumnia, ut sunt illi qui ex necessitate accusant, uel ex sanguinis affectione mouentur, & alii qui ibi notantur per glo. & doctor. non autem intelligitur de eo qui potest ab initio de calumnia puniri. Non obstat quod hæc permissio etiam extenditur ad pœnam pecuniariam corruptionis, ergo eodem modo ad pœnam turpiliani. Quia respondetur quod illud innuit liberatio contingens in persona rei æqualiter cum actore, nam datis patribus terminis sicut reus non punitur illa pœna pecuniaria corruptionis, eodem modo nec punitur actor, ut seruetur æqualitas, Sed in pœna desistentiæ non cadit æqualitas, quia illa sola habet locum in accusatore, & ad illam permissio ob hanc causam non debet trahi. Item pœna desistentiæ est generalis fundata in alia causa extrinseca ad quam permissio transactionis non debet trahi. Tertio in pœna desistentiæ concurrit aliud uinculum, quia se obligauit per stipulationem non desistere. d. l. fi. inf. de accusat. Quarto illa pœna corruptionis in reo est connexa cum transactione, & non posset esse utilis nisi & illa euitaretur, cū transactio non fiat nisi aliquo dato uel retento. l. transactio. supra eo. & sic in hac pœna pecuniaria corruptionis est specialis ratio quæ non potest trahi ad pœnā desistentiæ. Non obstat lex destitisse. quia ille tex. probat contrarium, cum desistentia semper sit prohibita a lege nisi impetretur abolitio, & est falsum quod per. l. nostram permittatur desistentia, Sed potius non punitur permittendo transactionem.

62 Non obstat † regula correlatiuorum, quia hic non militat eadem ratio, & quando militat procedit, Vnde in casibus in quibus est pœna sanguinis in accusatore, uel periculum pœnæ sanguinis, quia est eadem ratio in utroque eodem modo in utroque permittitur trāsactio ad euitandam illam pœnā, Sed in pœna desistentiæ nō militat eadem ratio, quia habet suam causam particularem, non commixtā cū aliis pœnis ab alio fonte descēdentem. Præterea illa regula habet locum in eisdē terminis, quando sunt iidem termini in utroque correlatiuorum, ut est in pœna sanguinis quæ cadit in utroque, Sed pœna turpiliani non accommodatur reo, nec est similis alicui pœnæ datæ reo. Vnde argumentū de correlatiuis non potest habere locum in hac pœna, cū in reo nihil operetur, & dissimilitudinem cum reo in ea accusator non possit allegare, Et cum pœna corruptionis participet in reo & accusatore, ideo quod est dispositū in eo fuit etiam dispositū in accusatore, ut supra dictū fuit. Non ob. fundamentum Alciati q; non reperitur iure dispositum q; in casibus in quibus permittitur trāsactio habeat locum pœna turpiliani, quia immo hoc reperitur cautum propter generalitatem senatusconsulti, a quo excipitur solus casus abolitionis, & alii enumerati in l. senatus. §. eos. ff. ad turpil. Et textus in l. 1. & l. si fœmina. inf. ad turpilianum loquitur generaliter in omni crimine. Et sub generali sermone comprændendū tur omnes casus qui continentur sub significatione uerborum, quamuis maior ratio sit in uno quam in alio. l. 1. §. quod autem. ff. de aleat. not. in l. 1. sup. de edendo ubi dixi post Decium.

Et ita remanet defensata communis opinio a qua non est recedendum, & est uerior & tutior opinio, Cū si impunita in totum esset transactio, sequeretur quod in casibus in quibus nō posset ex officio inquiri quādo imponeretur pœna sanguinis delicta remanerent impunita, cum reus corrumperet omnes accusatores, & euitaret sententiam & punitionem, & accusatores uenderent accusationes & mercarentur super eis, & accusationes efficerentur uenales, quod in iudiciis ualde prohibetur. l. 3. ff. de condic. ob. tur. causam. & l. fi. infr. de pœn. iud. qui male iudic. cum materia sua. Textus tamē per doctores allegatus in d. l. Lucius. ff. ad turpil. nō facit, quia ibi non apparet quod fuisset facta transactio, sed solum ibi interuenerat abolitio quæ non trahitur ad crimen falsi per rationem ibi assignatam per doctores, & non aperit an incideret in turpilianum si ibi interuenisset transactio & sic non facit, De facto tamē in practica accusatores euadunt istam pœnam, quia plerūque rei post remissionem partis se concordant cum curia, & obtinent indultum, & curia recipit & approbat transactionem, & concedit abolitionem, unde accusator licite desistit impetrata abolitione. iuxta. l. 1. intr. ad turpil. & l. 1. §. si quis. ff. ad turpilianum.

63 In† ea gl. ibi, lex qui cetu. §. fi. colligitur q; trāsactio facta nō extinguit delictū, Sed solū extinguit pcessū, tū licet ille qui trāsigit reppellatur ab accusatione, tū oēs alii admittūtur si uolūt accusare, & curia ipsa ex officio pōt procedere in casibus in quibus permittitur inquisitio, quia res inter alios acta aliis non præiudicat. l. 1. inf. res inter alios acta. & ius quæsitum uni per aliū non potest auferri. l. fi. & l. si unus. §. ante omnia. ff. de pactis. & ius publicum pactis priuatorum tolli non potest. l. ius publicum. ff. de pactis. Nec talis transactio uel exculpatio facit aliquam præsumptionem pro reo uel eius innocentia, sicut etiam contingit in transactione facta in causa ciuili, l. prima. sup. eod. & per Marantam

tam in suo speculo in materia inquisitionis.car.47.nu me.48. Videas etiam ad materiam Lucam de pœna in l.1.C.de desertor.lib.12.& quomodo in regno procedatur non obstante transact. ponit Maranta in d. loco nu.66. Nec obstat lex.licet.§.fi.ff.naut.caupon.& stab. & l.si cui.§.iisdem.& ibi Bar.ff.de accusat.in quibus dicitur quod sæpius ex eodem crimine quis non potest molestari. Quia respondetur quod illa iura intelliguntur quando terminatum est iudicium per sententiam diffinitiuam nulla interueniente collusione, sed quando iudicium est alio modo terminatum,uel per desistẽtiam,uel per lapsum instantiæ,uel per abolitionem generalem,non impeditur de nouo accusari & molestari.d.l.qui cetu.§.fi.& d.l.3.ff.de præuaric. & l.crimina lis.cum glo.in uer.absolui.inf. ut infra cer. temp. Abbas in c.de iis.col. fi. de accus.& ibi Felin.colum.1. & l.libellorum.§.quod si libelli.& §.si accusator.ff. de accusat.Et est ratio, quia quando per sententiam est terminatũ oritur ius inter omnes,& præsumitur pro reo, arg.c.cũ inter.extra de re iudicata.& c.bonæ.il 1.de electione.& quod fuerit innocens.argu l.ingenuum.de statu hominum.& per doctores in c.in presentia.de ꝓbat.super glo.finali.Nec obstat illud de popular.actionibus.quia respondetur ut per Bar.quem sequuntur doctores.

64 Et ideo†fac regulam,quod quando causa finitur per sententiam tunc præiudicatur omnibus aliis qui amplius non possunt accusare.d.l.licet.§.fi.ff.nautæ caup. & stabul.& l.si cui.§.iisdem.ff.de accusat. fallit quando interuenit collusio uel præuaricatio.l.3.ff. de præuar. & c.fi.extr.de collus.detegenda.& ibi docto. Secundo fallit quando fuit absolutus a iudicii obseruatione. l.libellorum.§.quod si libelli.ff.de accusat.& per Abbat. & Feli.in c.de iis.col.fi.de accusat.Tertio fallit quando præcedens in gradu in accusando ignorabat crimen, nam ille post absolutionem factam instante accusatore sequente in gradu poterit de nouo accusare si calumniose non uenit.d.l.si cui.§.eiusdem.ubi textus clarus. & ibi Bar.ff.de accus.Abbas in d.c.de iis.colu.fi. & Alexan.in consi.11.col.pen.uolu.1.Quarto limitatur non procedere quando non esset sufficienter punitus, secũdum Bar.in l.senatus.col.fi.de accus.& Maranta in suo speculo in materia inquisitionis.car.49.nume.89.& de materia etiam car.46.nu.44.uer.octauo.

65 Sed † quando iudicium est alio modo terminatum, ut per transactionem,tunc fac regulam contrariam,ꝙ alii non impediuntur accusare,per rationes prædictas nec curia inquirere in casibus in quibus potest procedi ex officio,dummodo hoc faciat ex nouo processu, quia per transactionem ualidam finitur lis & extinguitur processus de iure,iuxta not.in l.post quam liti.sup. de pactis.& l.fratris.sup.eod. Sed de consuetudine generali per totam Italiam & in regno per constitutionẽ post citationem proceditur ex eodem processu. Fallit tamen dicta regula quando remissio esset facta per eũ qui habet offensum in potestate,nam tunc trãsactio facta impedit non tantum transigentem procedere sed etiam omnes alios fratres uel coniunctos existentes in potestate transigentis,secũdum Bar.in l. in personam. ff.de pactis.& l.1.§.filiofamilias.ff.de iniur. de quo dicendum est ut ego ultra doctores dixi sup.in fine primi notabilis.Secundo fallit quando post remissionem obtinuisset reus indultum & abolitionem criminis, nam tunc impediuntur omnes consanguinei accusare, quia cum sit extinctum crimen per abolitionem, nulli amplius potest competere potestas accusandi,quia imputetur aliis consanguineis qui non accusauerunt, uel nõ astiterunt accusationi per alium factæ demostrando se partem, quia tunc nõ potuisset reus indultari nisi prius etiam eis concordatis.d.l.præuaricationis.ff.de præuaric.Quod tamen est uerum si aliis consanguineis negligentia potest imputari.arg.d.l.si cui.§.iisdem. ff.de accusat.quem intelligo in extraneo qui accusauerat, uel alius inferior, & nunc alius superior coniunctus uult accusare,nam sicut ibi non obstante sententia absolutoria potest accusare si non potest imputari negligentia,Ita etiam poterit accusare de nouo nõ obstante indulto & transactione facta ab inferiore si sibi non potest imputari negligentia.

66 Iuxta†prædicta opponit etiam Bar.de lege.iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pactis una est solutio quod aliud est in pacto,& aliud in transactione, Quam solutionem repræhendit Barto. quia facilius permittitur pactum quam transactio, cum cesset suspitio corruptionis.l.furti.§.si pactus.ff.de iis qui not.infamia coniuncta.l.in fisci causis.ff.de iure fisci.Et ideo si permittitur transactio a fortiori permittitur pactum. Bart. tamen non uidetur intellexisse solutionem gl. dum ipse dicit quod quantum ad infamiam non est differentia, inter pactum & transactionem, cum per transactionem incurratur infamia,non per pactum. Quæ ratio uidetur concludere quod fortius permittitur pactum quã transactio,Sed glo.uoluit contra. quod fortius permittatur transactio quam pactum, tamen hoc dicit procedere quando tractatur de publica utilitate, quia contra publicam utilitatem transactio ualet, sed non pactum,cũ administratores reipublicæ possint transigere contra publicam utilitatem,sed non gratis pacisci, quia pacta sunt ambitiosa,& non ualẽt,& ad hoc inducit.l.si præses.sup.de transact.facit lex ambitiosa.ff.de decret. ab ord.fac. Vnde argumentum factum a glo. debet aliter solui,quia lex si præses loquitur in causa ciuili, nos in causa criminali,Item illa lex loquitur in administratoribus quando gubernant republicam qui præsumũtur ambitiose concedere res publicas & pecuniam publicam & non possunt donare, sed bene possunt transigere,per quam minus læditur res publica,Sed hic tractatur de causa criminali quam remittit priuatus homo de re sibi competenti,& non est administrator,& tunc facilius conceditur pactum quam transactio,& non cõsideratur illa ratio ambitiosæ concessionis. Et ideo si forsan administratores facerent transactionem in causa criminali in præiudicium uniuersitatis componendo delinquentem,tunc non possent facere, quãuis priuatus posit, Vnde secunda est solutio, quod hic uerbũ pacisci,stat proprie,& ampliat dictum legis ut procedat etiam in pacto,Et ad contrariũ respondetur quod limitatur per legem nostram quæ miserationis causa permittit pactum & transactionem contra publicam utilitatem,quia ratio humanitatis uincit fauorem publicum,maxime quia non ex toto remanent delicta impunita concessa potestate aliis accusandi ex nouo processu per d.l.qui cetu.§.fin.

67 In† ea glosa ibi, de raptu. colligitur una ampliatio ad limitationem positam in tex.nostro,ut sicut in adulterii crimine non posit transigi,ita etiam nec in raptu Sed quia uariæ sunt opinionis, & articulus est disputabilis,ideo reassumo ipsum,Et primo pro opinione Ioãnis quæ uidetur approbata in l.qui filium.§.fi.ff.ad trebel.facit textus principalis in d.l.fi.inf. quibus ex caus. serui pro præm.liber. accip. in uerbo transactione dimissum.ergo transactio ualet,quia si non ualeret transactio non posset dici crimen dimissum.arg.l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.alioquin non de iure sed de facto diceretur crimen dimissum, contra legem libellorum.§.quod si libelli.ff.de accusat. Sed huic fundamento respondetur quod ille tex. loquitur de transactione facta ante inceptum iudicium,quo casu non obstat, ut in istis terminis dixit Bar.in l.mariti.§.si negauerit. ff. de adult. Secundo respondetur quod loquitur de dimissione de facto non de iure, cum de iure nullum crimen posit dimitti ne super eo posit procedi, & quod ita debet intelligi,facit,quia ille tex.pręsupponit quod ex transactione crimen erat occultatum, & per hoc datur

datur premium seruo, unde non consideratur an ualuerit de iure uel de facto.

Secundo pro dicta opinione facit, quia rationes allegatę pro exceptione adulterii non militant in crimine raptus, ut hic declarat Barto. considerando utranq; rationem. Sed responderi potest quod immo militat eadem ratio, cum ille quæ assignantur per Bart. non sint ueræ, nec lex dicit quod crimen adulterii exceptum sit propter illas rationes. Nam uera ratio est ut supra dixi quia facilius in istis criminibus homines inducuntur ad paciscendum propter honorem consanguineorum desiderantium talia crimina occultari & obliuioni mandari, & quia lachrimæ mulierum corrumpunt totum mundum. Quæ ratio magis militat in raptu, cum proniores sint consanguinei ad transigendum & occultandum talia crimina, quia raptor potest ducere in uxoré raptam, & per medium matrimonii possunt placari animi, & paliari crimen, & conseruari honor familiæ, & cum hoc sit utile reipublicæ, ad similitudinem criminis adulterii prohibetur in raptu transactio, & punitur pater deportatione si curauerit crimen occultare. d. le. 1. §. pe. inf. de crimine raptus.

Tertio adducitur, quia hic solum excipitur crimen adulterii, ergo in aliis remanet firma regula, quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis, iux. nota. in l. 1. ff. de reg. iur. Sed respondetur quod exceptio non excludit casus similes etiam quod sit facta cum taxatiua. l. ob es. inf. de pred. mino. & gl. & procedit etiá in pœnalibus, ut no. in l. 1. inf. de cond. ind. & tanto magis quando casus similis est maior expresso, quia tunc militat maior ratio.

Pro contraria opinione, quod immo sicut prohibetur transactio super crimine adulterii, prohibeatur etiá in crimine raptus quamuis imponatur pœna sanguinis Quam tenet Boerius in quæstio. 91. & Christi benedicti. car. 245. in prima parte. facit tex. in d. l. 1. §. pe. infra de rapt. uirginum. ubi transigens punitur. Et fortius ꝓbat, quia loquitur de transactione facta ante institutá accusationem, quæ regulariter solet permitti, iux. no. per Bartolum in l. quæsitum. ff. ad turpil. Sed respondetur secundum Bartolum quod ille tex. loquitur de pœna turpiliani quæ habet locum etiam quando transactio ualet ut supra dictum fuit. Quæ responsio est dubia quia ille tex. loquitur de pœna deportationis quæ differt a pœna turpiliani. l. 3. in fi. ff. de præuar. unde Iason dicit quod ibi punitur tanquam desistens non tanquá transigens, Quod etiam non est uerum, quia in effectu est pœna turpiliani. Tertio Iason etiam dicit quod ibi actus ualet licet etiam puniatur, cum aliquando agens punitur, & tamen actus ualet. l. filius. §. sequens quęstio. ff. de fals. & per Bartolum in lege prætor. circa principium. ff. de noui oper. nuntia. & est tex. magis clarus in l. 1. §. hæc uerba. ff. quod quisque iuris. ubi pœna imponitur solum pro actu ualido, Sed nec etiam hæc solutio est bona, quia potest dici quod actus sit nullus apposita pœna ne illud delictum remaneat impunitum, Vnde uerior est solutio, quod ibi speciale est in patre qui tenetur uindicare tale delictum, Vel melius, est speciale in illo delicto, quia per occultationem illius delicti aufertur occasio puniendi, attento maxime quod per experientiam constat propter præces & intercessiones consanguineorum, & propter eorum honorem solent sæpissime offensi remittere iniuriam, & mittere obliuioni.

Secundo adducitur, quia crimen raptus & adulterii æquiparantur. l. qui cetu. §. fi. ff. ad legem iuliam. de ui publ. ergo dispositum in uno habet locum in alio. l. nó tantum. ff. de seruo corrupto. l. siquis persuaserit. Co. de fur. etiam in pœnalibus. c. si postquam. de electio. in 6. & in correctoriis. l. Marcellus. ff. ad trebel. & in authé. sed cum testator. inf. ad legem falcid. Sed respondetur quod non procedit in materia odiosa. argum. no. in le. 1. C. de patrib. qui filios distraxer. Quæ responsio non est tuta, quia illa lex loquitur in ualde odiosis & odiosissimis & irrationalibus, hic non uertitur odium sed potius fauor, cum propter publicam utilitatem prohibeatur transactio. Vnde melior est responsio quod illa regula procedit quando duo æquiparantur in omnib. per modū regulæ, secus si æquiparatio sit in aliquibus, ut declarat Bar. in d. l. Marcellus. & Romanus & mod. in d. auth. sed cum testator. Matth. in tractatu extensio. col. 2. & Ias. in auth. nouissima. col. 11. & in l. fi. col. fin. C. de inoff. testamen. Soc. consi. 275. colu. 5. uer. confirmatur. Aimon Crauetta in tractatu antiq. tempo. 4. parte. num. 100.

Tertio adducitur, quia exceptio extenditur ad casus similes. l. ob es. inf. de pred. mino. & no. Bal. in le. cum notissimi. cum gl. in uer. solus. inf. de præsc. 30. uel 40. annorum. Bar. in l. si constante. in fine primæ quæstionis. ff. sol. matr. glo. in l. 1. inf. de cond. ind. Sed respondetur quod in raptu non militat eadem ratio, cum crimen raptus sit maius adulterio, unde non est mirum ꝙ in eo ualeat transactio, & ratio humanitatis uincit rigorem publicæ disciplinæ. Item non est uerum quod extensio fiat in taxatiua in iis quæ sunt contra publicá utilitatem, ut patet ex multis casibus enumeratis per Aimon. Crauettam in tractatu de antiqu. tempor. in quarta parte. numer. 14. usque ad nume. 123. per quattuor cartas.

Quarto est tex. in l. qui cetu. §. fi. ubi in terminis dicitur quod pactio siue transactio fuit facta, & præsupponitur quod ualuerit, & solum permittitur procedi ex noua accusatione, Sed respondetur quod ille textus corrigitur per dictam legem primam. §. pe. inf. de rap. uirg. Quinto facit regula quæ habet, quod dispositum & prohibitum in minori crimine uidetur prohibitū etiá in maiori, ut per Baldum hic in 8. opposi. & in le. siquis non dicam rapere. sup. de episco. & cler. in 2. notabili. cum aliis cumul. hic per Iasonem. sed raptus est maior adulterio, ergo prohibitio in adulterio trahitur etiam ad raptum. Sed responderi potest quod procedit argumentatio quando militat eadem ratio, alias secus, alioquin hæc exceptio traheretur ad crimen læsæ maiestatis, & hæresis, & incestus, & sodomiæ. capitul. adulterii. 32. quæstione septima, & sic patet articulum esse disputabilem.

Sed decisiue loquendo, quamuis animum libere non possim applicare ad unam partem, tamen puto cōmunem opinionem tutiorem & ueriorem esse, quod in crimine raptus trāsactio & actio sit permissa, sicut in aliis criminibus ingerentibus pœnam sanguinis, per regulá legis nostræ, & quia adhærendum est regulæ nisi clare constet de exceptione, ut no. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & per Bar. in l. 2. col 2. ff. siquis in ius uoca. non ierit. Et hoc solum sit speciale in hoc crimine, quod si fiat pactio uel transactio ad finem occultandi crimen quod paciscentes priuentur commoditate transactionis, & quod debeant puniri.

68 Et pro † resolutione considerandum est, quod tota difficultas dependet ab intelligentia trium iurium. d. l. qui cetu. §. fi. & d. l. pe. & d. l. 1. §. pe. Et si bene consideretur tex. in d. l. qui cetu, loquitur ante institutam accusationem, ut patet ibi, dum dixit, quod extraneus admittitur ad accusandum citra præscriptioné quinquennii, quæ consideratio non potest cadere quando est instituta accusatio, quia accusante primo non currunt tépora Secundo. l. quinquennium & l. si maritus pręuenerit. ff. de adul. Vnde non probat in casu legis nostræ quæ loquitur instituta accusatione, cum regula secunda non habeat locum non instituta accusatione, ut tenet Bar. inf. colum. fi. uer. & prædicta. Item ille textus etiam quod loqueretur post accusationem non ꝓbat contra decisionem sequentem, quia ibi non fuit facta conuentio ad effectum occultandi. Similiter tex. in di. l. pe.

l.pe.loquitur ante institutam accusationem, quia dicit dissimulatione præteritum, quod non esset si esset instituta accusatio. quia non potest dissimulari quando accusatio est scripta.§.fi.inst.de iniu.nec potest etiam præteriri propter scripturam apparentem. Item dicit pactione transmissum, quod exponitur idest occultatum & missum trans opinionem hominum, quod non cadit quando inchoatus est processus. Tertio, quia datur premium manifestanti, quod non esset necessarium si facta fuisset accusatio, quia semper appareret inspicienti processum, nec esset opus premio, & sic non loquitur in terminis huius legis. Similiter.d.lex 1.§.pe.loquitur ante institutam accusationem, quia dicit, præbuerit patientiam, quod non fuisset factum si accusatio fuisset instituta, Item dicitur remiserit iniuriam, non autem remiserit processum uel accusationem. Tertio, quia ponit pœnam deportationis, quod non est credendum si loqueretur instituta accusatione, quia sufficiebant pœnæ ordinariæ. Cum igitur prædicta iura loquantur ante institutam accusationem, & prohibeant pactionem in illo tempore quo regulariter non est prohibita in aliis criminibus, ut per Bar.in l.quæsitum.ff. ad turpilli. & l.si maritus.§.si negauerit.ff. de adul. apparet quod aliquid extraordinarium concurrebat in illis casibus propter quod puniuntur paciscentes & premiantur manifestantes.

Et ideo ego puto quod in dictis iuribus non prohibeatur pactio uel transactio simpliciter, Sed solum prohibeatur quando fit ad finem occultandi crimen & mittendi in obliuionem. Considerauerunt enim legislatores & ex experientia cognouerunt quod in crimine raptus consanguinei & parentes propter honorem suum & per medium matrimonii conabantur occultare, & fingebant non euenisse, & ita frequentissime paciscebãtur ut delicta sæpissime fierent, & nunquam punirẽtur cum non deuenirent in cognitionem curiæ, & accusatores non possent inuenire testes ad probandum delictum, & timerent odium & inimicitiam propinquorũ utriusque partis, Vnde uolentes prouidere quieti populorum, & euitare tot uiolentias, prohibiti fuerunt consanguinei transigere ante institutam accusationem si facerent animo occultandi delictum ut transmitteretur extra mentes hominum, & pater fuit punitus deportatione, & manifestans fuit premiatus. Sed si pactio uel transactio fuisset facta post institutam accusationẽ, quo casu amplius non potest occultari nisi surrepto processu, uel etiam ante accusationem sine fraude, non ad finem occultandi, tunc non bene iura uidentur dicere quod sit prohibita transactio. ergo standum est regulæ.l. nostræ. Et dicendum est quod transactio & pactio est permissa in crimine raptus, per istum tex. si fiat sine fraude.d.l.qui cetu.§.fi. fallit quando facta fuit cum fraude & animo occultandi, quia tunc paciscentes priuantur commoditate transactionis, & puniuntur ut pater deportetur.d.l.1.§.pe.& manifestans premietur.d.l.pen. & ita omnia resoluuntur. cogita tamen & ad materiam uide omnino Boerium in d.decisione.91.car.245. in prima parte.

69 Secundo† opponit Bar.quod immo de adulterio possit transigi.de.§.pe.in auth.ut liceat matri & auiæ. ibi, amicabili compositione. Sol. glo. quod illa uerba referuntur ad alia capitula posita in toto illo titulo. Quæ tamen solutio uidetur contra generalitatem illius tex. dum dicit in omnibus casibus, & qui omne dicit nihil excludit.d.l.Iulianus.ff.de leg.3.c.si Romanorum.19. distinctio.& uidetur inconueniens quod non comprehendatur ille casus qui proxime præcedebat. argume. no.in l.si idem cum eodem.in fine.ff.de iur.omnium iudicum. Ideo glo.aliter soluit, quod ille tex.corrigit istam legem. Quæ solutio etiam non est tuta, quia euitanda est legum correctio.l.1.inf.de inoff.don.& c.cũ expediat.de electio.in 6. Vnde communis est solutio, quod ille tex.loquatur de adulterio præsumpto quod non continetur in simplici dispositione de adulterio, quia uerba referuntur ad casum uerum non fictum.l.3. §.hæc uerba.ff.de nego.gest.& ibi no.& hanc tenet Alcia.hic, & communiter moderni. Sed huic solutioni obstat, quia præsumptum illud adulterium punitur pœna mortis, & ad effectum regulæ nostræ sufficit quod sit pœna sanguinis, nõ attenta qualitate criminis, & alias sequeretur qd in adulterio probato ex uehementi præsumptione de qua in c.ex literis.de præsump. & l.si qui adulterii.inf.de adul.permitteretur transactio, quia nõ contineretur in exceptione, quod uidetur absurdum. Nec dicatur quod ibi in recompensationem inducitur, ut possit transigi, quia non est de mente illius literæ quæ adeo persequitur illud crimen. Vnde mihi magis placet prima solutio glosæ, quod illa uerba, amicabili compositione, non referantur ad illum casum proximum, uel alios ad quos commode non possint referri, ut habetur in l.sciendum.ff.qui satisdare cog.& not.in l.Titia.§.idem respondit.ff.de uerborum oblig.& sermo.generalis recipit restrictionem de habilitate.le. ut gradatim.ff.de munerib.& honor.& no.in l.1.§. nũtiatio.ff.de noui oper.nuntia. & erat inconueniens quod illa uerba enuntiatiua inducerent correctionem ad legem nostram, & quando nouiter aliquid conceditur in uno casu, in cæteris ille casus iudicatur secũdum ius commune, ne uideatur uelle corrigere omnes regulas iuris magna uigilantia excogitatas. l. qui testamento. ff.de testam. Nec ualet quod dicebat hic Cur.iun.quod alii casus in illo non erant expressi, quia licet in illo.§. alii casus non essent expressi, tamen in toto illo titulo multa alia capitula erant posita ad quæ referuntur illa uerba. Præterea, dato quod referantur ad adulterium prænarratum, tamen debet intelligi quod loquatur de illa amicabili compositione quæ potest conuenire, scilicet antequam fit instituta accusatio, uel quæ facta fuit petita abolitione, uel pace, cum simpliciter loquatur.arg.l.quotiens.ff.de uer.obl.& no.in l.2.per Salic. inf.de noxa. Et arg.d.l.qui testamento.ff. de testamen. & hoc tene.

70 Tertio† opponit Bar.post glo.de.§.adulteram. in auth.ut nulli iudicum. Prima solutio datur quod ille tex. corrigit legem nostram, quæ solutio est euitanda per legem primam.inf.de inoff.dot. Secunda est solutio Bar.quod ibi erat pœna imposita, & finitum iudicium per sententiam condemnatoriam. Quæ solutio uidetur inducere uanam & inutilem transactionem, cum post sententiam & impositam pœnam non sit amplius necessaria pactio. Vera tamen est in se & notabilis ut statim dicam. Tertia datur solutio, quod ibi sit speciale in uiro quod ipse possit trãsigere, sed nõ alii accusantes, quod est refugium miserorum. Item est falsa, quia magis prohibetur in uiro propter suspitionem lenocinii, l.2.§.lenocinii.ff.de adul.& l.auxilium.§.fi.ff.de mino ri. Quarta est solutio Alex.quod ille tex.loquatur de reconciliatione & pace & remissione rancoris animi, nõ autem de transactione uel pactione super processu, & crimine. Quam solutionem reprænhendit Mantua, quia ibi reconciliatio potuerit fieri absque eo quod reciperetur uxor per uirum. Vnde finaliter soluit quod ille tex.non loquitur de reconciliatione, nec de pace seu remissione rancoris animi, sed de reconciliatione matrimonii, quam uult posse fieri infra biennium, post biennium uero negat posse fieri, sed mandat monachari, & hæc in se est uera, sed imperfecta. Vnde hæc debet coniungi cum 2.& 4. Et dicendum est, quod ille tex.loquitur quando finitum est iudicium, & pœna est imposita perfecte, ideo non potest tractari de transactione quæ fit de lite incerta.l.1.ff.eodem.& dixi supra in rubrica. quare sequitur quod loquitur de pace & remissione rãcoris, qui solum durabat, atque etiam de reconciliatione matrimonii quæ permittitur infra biennium, & ratio illius

tio illius permissionis est, quia imposita pœna amplius non tractatur de publica utilitate, cum delictum sit punitum, & non potest dici remanere delicta impunita, per quam rationem prohibetur conuentio inter partes ut sup. dictum fuit. Ex qua solutione infertur una limitatio ad istam regulam secundam prohibitiuam transactionis, ut illa non procedat quando finitum est iudicium & delictum punitum, quia tunc semper conuētio & reconciliatio est permissa cessante publica utilitate, & ratione prohibitionis, & quia nomen transactionis proprie non potest conuenire, nec suspitio calumniæ præuaricationis uel corruptionis, ut etiam dixi sup. in limitationibus secundæ regulæ.

71 Quarto†opponit Bar. de lege si maritus. §. si negauerit. ff. de adul. ubi maritus potest ommittere accusationem. Prima est solutio quod ibi non transegit sed repudiauit, Quam solutionem repræhendunt omnes, quia etiam quod repudiauit dicitur desistere, & debet incidere in turpilianum, & alias pœnas, & sicut prohibetur pactum, eodem modo & repudiatio uel renuntiatio. Secunda est solutio, quod loquitur de repudiatione facta ante iudicium, hic uero loquitur de repudiatione facta post iudicium inceptum. Quæ solutio restringit legem nostram, cum natura trāsactionis sit posse fieri ante & post litis contestationem. l. 1. ff. eodem. & l. 2. sup. eodem. Tertia est solutio, quod ibi transactio non impedit processum, & in hoc non contradicit huic legi, Sed solum dicit quod repellit transigentem a potestate accusandi, quod non negat iste tex. Sed Mantua repræhendit, quia ille tex. procedit ante iudicium inchoatū. Vnde quarto soluitur quod ibi tractatur de quadā prælatione mariti & patris quæ repudiari potest, Item & quinta datur solutio, quod ille text. loquitur de negatione simplici, quia ibi pater & maritus interrogati a posterioribus consanguineis an uelent accusare, negabant se uelle accusare, Quæ negatio non impedit quin ipsi possint accusare de nouo, iux. legem tertiam. §. si is ff. de sepul. uiol. nisi alius sequens occupauerit locum accusando. Bar. tamen ibi in 4. quæst. sentit quod sit speciale in illo casu.

Sed resoluendo intellectum d. §. si negauerit. coniūgendæ sunt aliquæ solutiones simul. Nam uera est prima solutio Bar. quod ille tex. loquatur ante inchoatam accusationem, propter illa uerba, se acturos negauerūt, & ibi, an statim incipiant cedere tempora extraneo. argum. l. quinquennium. ff. de adul. per quæ uerba patet quod secundus intellectus Bart. non conuenit literæ, dum uolebat quod ibi erat inchoata accusatio, & quod per negationem repellitur a persequendo, & non extinguitur processus, tamen eius dictum est uerum in se, quamuis non conueniat literæ quæ præsupponit nondum fuisse inchoatam accusationem, quo casu sup. conclusum fuit regulariter posse fieri transactionem, per nota. per Bar. in lege quæsitum. ff. ad turpilianum. Itē ibi aliud est præsupponendum quod non erat facta trāsactio, quia licet in aliis delictis permittatur transactio ante inchoatam accusationem, per no. in d. lege quæsitum. tamen in stupro, & adulterio non permittitur, quia per legem Iul. punitur quis accipiendo pecuniam pro occultando & non accusando stupro uel adulterio. di. l. auxilium. ff. de minor. & l. mariti lenocinium. §. plectitur. ff. de adul. Et ideo cum ibi non fuerit instituta accusatio, nec fuerit transactio, succedit quod ille tex. loquitur de simplici negatione, quia maritus uel pater ad interrogationem aliquorum extraneorum uolentium accusare negauit se uelle accusare, & sic non facit. Præterea illa negatio non fuit facta cum adultero ut possit causari tacita conuentio cum reo, Sed facta fuit cū aliis accusatoribus, & iste tex. prohibet conuentionem factā cum ipsis reis accusatis.

72 Ex quibus†apparet resolutio generalis super crimine adulterii, an in eo permissa sit transactio uel pactio, Nam regula debet fieri negatiua, quod in adulterio neque pactio neque transactio est permissa, per istum textum. & l. qui de crimine. inf. de adul. Fallit quādo reus fuit accusatus & condemnatus & punitus, nam tunc licita est conuentio, & reconciliatio, quia non offenditur publica utilitas. d. §. adul. in auth. ut nulli iudi. Secūdo fallit instituta accusatione in pactione & exculpatione & remissione gratis facta. d. §. si negauerit. secundum unum intellectum. Sed secus est in transactione quæ semper prohibita est etiam ante institutam accusationem. d. l. auxilium. in fine. ff. de mino. & l. mariti. §. plectitur. ff. de adul. quia est quædam species lenocinii, & in hoc differt adulterium & stuprum ab aliis criminibus, Itē differt a crimine raptus, quia in eo ante institutam accusationem permittitur transactio, sicut in aliis criminibus si non tendit ad occultandum crimen, & fiat bona fide, sed solum prohibetur & punitur quando tendit ad occultandum crimen, & fit ad istum finem, qui semper præsumitur. d. l. 1. §. pe. de rap. uirgi. & d. l. pe. ex quib. cau. ser. pro prem. liber. accip. secundum intellectum quem supra posui ad dicta iura. Si tamen in raptu concurreret etiam stuprum & incestus, tunc miscerentur omnes istę pœnę. argu. legis si adulterium cum incestu. in princ. & §. primo. ff. de adul. Tertio fallit in negatione. ut si pater uel maritns interrogētur an uelint accusare, respondeant quod non, nam hęc negatio permissa est etiam quod tendat ad impediendam accusationem. d. §. si negauerit. & l. 1. inf. ut nemo inuitus. & l. res quę. §. fi. ff. de iure fisci. Quarto fallit quādo fit conuentio de consensu iudicis præstantis abolitionem. l. 2. & 3. inf. de abol. in quibus omnibus casib. potest uerificari tex in §. pen. in auth. ut liceat matri & auiæ. ibi, amicabili compositione. Quinto fallit quantū ad excludendum transigentem, nam licet non ualeat transactio uel conuentio, tamen excluditur ille transigens uel paciscens ab instituenda uel persequenda accusatione adulterii. d. §. si negauerit. secūdum unum intellectum Bar. de quo sup. & l. accusationem. inf. qui accusar. non poss. & l. qui destitit. ff. ad turpilianum, quæ fallentiæ pro maiori parte possunt etiam accommodari ad regulam secundam istius legis, ut dixi sup. in quinto notabili.

Glo. in uerbo publicis. dubitat an idem sit in priuatis delictis, & arguit pro & contra, & finaliter concludit quod si agitur ciuiliter ut pœna applicetur parti, quod ualet transactio & pactio, Sed si agitur criminaliter, nō ualeat per legem quoniam. ff. de iis qui no. infam. & le. non distinguemus. §. Iulianus de arbit. Bar. uero latius reassumit articulum, & relata opinione Iacobi Butrig. qui tenebat contra gl. quod indistincte sit permissa trāsactio, concludit opinionem glo. ueriorem esse, & seq. communiter docto. & ex eis dictis colliguntur aliquæ conclusiones.

73 Prima est†conclusio, quod in criminibus priuatis, si agatur ciuiliter, ualet transactio & pactio, quia licet actio nascatur ex delicto, tamen eius utilitas pertinet ad ipsum transigentem, & est eius priuatum, cui quilibet potest renuntiare. l. pe. sup. de pact. & l. si tibi. §. quędā. & l. si unus. §. pactus. & §. pacta. & §. illud. ff. de pact. & l. & post decisionem. inf. de fur. & l. interdum. §. qui tutellam. ff. de fur. & quia in re sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata. inf. mand. & l. 2. ff. de iis qui sunt sui uel alie. iur. Et post transactionem amplius non auditur, ut in d. iuribus. argum. l. item quæritur. §. si uenditor. ff. de ædil. edict. Item & super eis iuramentum deferri potest. l. duobus. §. si quis iurauerit. ff. de iur. iur. Nec obst. d. l. quoniam & l. furti. §. si pactus. ff. de iis qui no. infam. quia illa iura non negant pactum uel trāsactionem ualere & excludere paciscentem uel transigentem a processu uel persecutione actionis, sed solū dicunt quod transigendo reus efficitur infamis, quia uidetur confiteri crimen, actio tamen extinguitur quæ amplius

amplius per conuentionem reuiuisci non potest.d. le.si unus.§.pactus.in 3.responso.ff.de pact. Et est unus de casibus in quibus actus ualet & præiudicat partibus,& tamen faciens punitur ut sup.dixi,& facit.dic.l. & post decisionem.inf.de iur.& d.§.qui tutelam.Prædicta tamen uera sunt quando transactio uel pactio fit de crimine iam commisso,sed si fieret de crimine futuro, tūc regulariter non ualeret.l.conuenire.ff.de pact.dotalib. & d.l.si unus.§.il ud.ff.de pact. Item procedunt quādo remittit uerus dominus,sed si aliis ex illo delicto competit actio,tunc transactio eis nō præiudicat, ut si uxor remittat iniuriam sibi factam,uel seruus,uel filius, Nā maritus dominus uel pater qui per eorum personam sunt offensi non impediuntur agere si suam particularē prosequuntur iniuriam, cum ipsi ex iuris dispositione præferantur,tanquam sint defensores offensorum.arg. l.1.§.usq; adeo.ff.de iniur.& §.punitur.inst. de iniu.& per Bar.ibi in fi.q.uer.& prædicta. sed econtra transactio eorum præiudicat offensis, ut sup. dixi ultra alios in fine primi notabilis.

74 Secunda est conclusio,† quod in delictis priuatis in quibus agitur criminaliter siue ad pœnam corporalem siue pecuniariam quæ applicatur fisco & appellatur criminalis causa secundum Bartolum in le.3. §.primo.ff. de sepul.uio.transactio non ualet nec pactio ad effectū ut extinguat processum,Sed ea non obstante etiam in eis proceditur contra reum ex eodem processu & ex eadem instantia.per.l.2.inf. de abol. secundum communem intellectum,& per rationē supra positam,quia pactum contra publicam utilitatem non ualet.l.iurisgentium.§.si paciscar.ff.de pact.& arg. c.ut famæ. de sent. excom.& l.licitatio.§. quod illicite.ff. de public. Sed ad istam rationem respondebat Butrigarius, quia non proprie potest dici publica utilitas, cum essentia delicti dependeat a uoluntate offensi.l.inter omnes.§. recte.ff.de fur.&.§.placuit inst.de oblig. quæ ex delicto nasc.& §.fi.inst.de iniuriis.& quando fit inquisitio illa tendit ad utilitatem priuatam & in uindictam ipsius,cū curia deducat ius alterius,non autem ius suum, quod si per partem fuit extinctum, curia amplius procedere non potest, quia quando alteri quæritur ius ex causa lucratiua per personam unius ille non potest uti nisi ille a quo habetur ius primo utatur.l.nunquam.ff.de lega.præst.& per Bar.in l.post mortem.in §.fi.ff. de contratab. igitur cum hoc casu curia & iudex inquirendo utantur iure alterius.s.offensi, eo renuntiante amplius non poterit uti secundum eum.

* Secundo pro opinione communi adducit hic Barto. quia reus ex tali transactione habetur pro confesso. le. eius qui delatorem.& l.in fisci causis.ff. de iure fisci. & l.in omnibus.ff.de præuaric.ergo transactio nō ualet, cum alias transactio ualida non faciat haberi pro confesso.ut conclusum fuit in prima regula. Sed Iason hic defendendo contrariam partem respondebat quod ista ratio Bar.concludit in transactione, sed non in pactione,quia in ea paciscens non habetur pro confesso,cum non interueniat crimen corruptionis, ut colligitur ex d.l.in fisci causis.ibi,si uel modicum,& clarus in d.le. furti.§.pactus.Secundo respondetur,quod illud procedit in causis quas fiscus habet ex se, non autem in istis quas fiscus habet ex causa alterius, cum dependeant a uoluntate offensi.Tertio respondetur,quod non sequitur,habetur pro confesso,ergo transactio nōn ualet.d. l.quoniam.& l.furti.§. si pactus. & dixi in præcedenti conclusione.

Tertio pro opinione communi Bar.adducit,quia in istis delictis accusator transigens punitur tanquam desistens.l.qui repetere.§.1.& l.qui destitit.ff.ad turpil.ergo transactio non ualet.Sed facilis est responsio, ut hic per Iasonem, quia non sequitur,punitur tanquam desistens ex turpiliano,ergo transactio non ualet, cum in criminibus primæ regulæ transactio ualeat, & tamen incidit in turpilianum accusator,ut ipse Bar. supra conclusit contra antiquos,& sequuntur doctores,per l. ab accusatione.ff.ad turpil.Et idem conclusum fuit in crimine raptus per l.1.§.pe.inf.de rap.uirginum.d.l.furti.§.pactus.

Quarto adducit Ias.hic rationem, quia cum ex delicto acquiratur ius parti offensæ,ex eadem causa acquiritur ius fisco,quia similiter offenditur, & talis accusatio habet mixtum fauorem publicum & priuatum. Vnde succedit regula,quod priuatus non potest renuntiare iuri quod habet commune cum alio,de quo per Barto.in l.hac edictali.in fi.princ.inf.de secund.nup. & l. pe.sup.de pact.& c.si diligenti.de foro compe.Sed potest dici procedere quando publico ius acquiritur propter se, non autem quando acquiritur ius ex persona alterius,ut dicitur sup.in istis priuatis delictis, quia qñ ex causa lucratiua ius alteri acquiritur ex persona unius.eo non utente nec primus uti potest,per no.in d.le. post mortem.§.fi.ff.de contrat. & in l. nonnunquam. ff de leg.præst.Item non procedit quando publica utilitas uenit in consequentiam,ut est in dote quam mulier potest remittere.ut no.in l.1.ff.sol.matr.Et sic patet quod opinio communis potest euitari.

Ideo Iacob.butri.tenebat aliam opinionem, quod transactio ualeat etiam quando in delictis priuatis agitur criminaliter quod nec etiam curia possit inquirere, & pro ista opinione adducit primo tex.nostrum a contrario sensu,nam si in publicis prohibetur trāsactio,ergo in priuatis permittitur.argum.no.in l.1.§.huius rei. ff.de off.eius.Sed responderi potest defendendo communem,quod argum.a contrario sensu non sumitur ubicunq; resultat absurdum,iux.no.in l.conuenticulā. sup.de episco.& cler.& l.2.inf.de cond.inser. sed est absurdum quod sit in potestate partis impedire ne respublica purget prouinciam malis hominibus.l.congruit. ff.de off.præsid.facit tex.in prohem.insti. in §. 1. & in c.cum inter de consuet.ubi dicitur quod non ualet cōsuetudo disrumpens neruum publicæ disciplinæ.l.licitatio.§.quod illicite.de pub.Secundo respondetur,qd argumentum a contrario non procedit quando aliæ leges sunt incontrarium,sed contradicit generalitas tex. in l.fi.ff.de præuar.& l.in fisci causis.ff.de iure fisc.Nec ualet quod hæc non sit causa fisci, quia immo est causa fisci,cum ei acquiratur ius ex persona sua,cum offendatur respublica ut statim dicam. Tertio respondetur quod uerbum,in publicis,comprehendit etiam priuata delicta,quæ sunt publica quando ex eis agitur criminaliter.l.quod senatus.ff.de iniur.& l.interdum. ff. de publ.iud.

75 Secundo† adducebat Butrig.quia hæc delicta priuata assumunt essentiam & dependent a uoluntate offensi.d.§.fi.insti.de iniur.& l.non solum.§.1.ff.de iniur.& l.inter omnes.§.recte.ff.de fur ergo etiam ex eius uoluntate potest desinere esse delictum,inferens per hoc quod si dominus rei furtiuæ cōpareat asserendo quod contrectatio fuit facta uolente ipso,iudex amplius nō potest procedere in inquisitione,quia desinit esse furtum.d.l.inter omnes.§.recte.Sed Barto.respondet negando assumptum, quod delictum dependeat ab eius uoluntate,quia quis non potest facere quod si consentiat aliquis ut sibi detur uulnus quod non sit delictum si hoc facit sine causa, quia uterque delinquit, ut dicit tex.in l.omne delictum.§.qui se uulnerauit.ff.de re militari.& l.fi.§.pe.ff.de iis qui sibi mor. consci. quia nemo est dominus membrorum suorum.l.liber homo.ff. ad legem aquiliam.& per Bartolum in l.1.§.usq; adeo. ff.de iniur.Nec obst.§.fi.inst.de iniur.quia ille text.loquitur de actione ciuili quæ per dissimulationem non nascitur,& nata extinguitur,sed si esset iniuria facta sine ratione,etiam quod ille nō reuocaret ad animum, tamen esset delictum,& acquireretur ius fisco,& posset criminaliter puniri,ut per docto. in d.l. fi. & probatur in d.l.

in d.l.omne delictum,§.qui se uulnerauit.ff. de re mili ta.& in furto si ille qui est dominus consentit adhuc etiam est furtum.l.siquis persuaserit.inf.de fur.

Nō ob.d.l.inter omnes.§.recte. quia licet de substātia furti regulariter sit quod contractatio fiat domino inuito,tamen hoc solum non sufficit,sed etiam requiritur quod ille furans sciat uoluntatem domini,uel credat eam esse,d.l.siquis persuaserit.& sic ex sola uoluntate domini non dependet essentia furti.Quod etiam patet,quia si uere non est uoluntas domini,tamen si furās credit eam esse,non erit furtum.d.§.placuit.in fi. insti. de oblig.quæ ex delict.nasc.Præterea non tenet consequentia,ab initio furtum uel delictum non potest esse sine uoluntate domini,ergo postquam fuit delictum,si superueniat uoluntas,quod desinat esse delictum . per legem qui ea mente.ff.de fur.quia licet uoluntas& propositum distinguant maleficia.l.si non conuincit. infra de iniur.tamen ipsa furta habent limites suos quos priuati tollere non possunt.argum.l.nemo potest.ff.de lega.primo.& l.obligationum fere.§.placet. ff. de actio. & oblig. Præterea sequeretur quod omne delictum esset priuatum, quia uolenti non fit iniuria,& delicta fiūt in inuitum,ut probatur in l.1. §.pe.inf.de raptu uirgi. ubi est speciale quod sit rapina in muliere quia præsumitur semper inuita,ergo si non præsumeretur rapina non esset in ea, & per consequens crimen raptus esset priuatum,& idem esset dicendum in crimine falsi, cū si uoluntate domini mutetur scriptura non est falsum, & tamen est crimen publicum, Item si clericus cōsentiat se uulnerari non excommunicatur uerberans, & tamen est delictum publicum,ut no. in l. siquis non dicā rapere.sup.de episc.&cler.

Præterea, dato quod delictum omne dependeret a uoluntate partis,tamen quando fit offenditur respublica,cum eius intersit ut sit quies in populo.d.l.congruit. ff.de off.præsid.& in prohemio inst.§.1.&l. licitatio. §.quod illicite.ff.de publican.& argum.ca. si diligenti de foro compet.Et est unum delictum separatum in re publica pro quo cōpetit accusatio criminalis, nec per dissimulationem offensi potest tolli, ut probatur in lege prima ,§. usque adeo .ff. de iniur. ubi iniuria illata filio uolenti est uera iniuria in patre licet non sit in filio, ita etiam offenso consentiente erit iniuria in republica, licet non sit in offenso propter suam uoluntatem,& sic patet quod assumptum Butr.est falsum, qd iniuria & delictum dependat a uoluntate offensi. Secūdo respondetur per Bar.quod licet ab initio possit fieri quod non sit furtum uel delictum, tamen postquam est non potest ex sola uoluntate desinere,per no.in le. pactum curatoris.sup.de pact. Et pro hoc facit quod uoluit Ioannes fabri post antiquos quos refert in d. §. fi.inst.de iniur.quod actio nata non potest tolli dissimulatione sola,licet impediatur nasci, sed requiritur renuntiatio,& tanto magis quando lis est contestata, & in proposito nostro præsupponitur quod iam sit factum delictum,& in reum natura existat, & aliquando instituta accusatio.Tertio adducebat Butrig.quod delicta publica dicuntur ex eo quia omnes offenduntur .l. manicheos.C.de hæret.& l.siquis in hoc genus.sup. de episco.& cler.§.primo.inst.de publ.iud. sed in delictis priuatis offenditur persona priuata,sed respondet Bar. quod alio modo dicuntur publica.l.1.ff.de publ.iudi. & hoc demonstrat,quia alias sequeretur quod pro homicidio non possit agi actione ciuili ad pœnam applicandam parti,quod tamen est contra ea quę habentur in l.prætor edixit.§.1.ff.de iniur. Quæ responsio non eneruat contrarium,quia non declarat quare dicantur publica.Vnde clarius potest responderi, quod dicūtur publica ex eo quia lædunt rempublicam,&ideo etiam priuata dicuntur publica hac ratione.l. quod senatus. ff.de iniur.& l.interdum.ff.de publi. iudi. & licet aliis rationibus aliqua delicta dicantur publica.d.l. prima. ff. de public. iudic.tamen non tollitur quin priuata delicta etiam non dicantur publica propter publicam utilitatem.

76 Quarto † adducebat, quod inquisitio curiæ deducit ius tertii in iudicium,nō autem ius suum.l.ob causam. inf.de euict.& l.a Diuo Pio.§.si cui pignor.ff.de re iudi.ibi nec offenduntur. Sed respondetur quod immo etiam deducit ius suum quod sibi acquiritur ex persona sua quæ fuit offensa, quod dissimulatione alterius non potest tolli.l.1.§. usque adeo. ff. de iniur.quia patria offenditur propter offensionem sui subditi quem tenetur defendere.l.ueluti erga.ff.de iust.&iur.& ideo in inquisitione semper comparet procurator & aduocatus fisci,ut in capitulo qualiter & quando . extra de accusatio. & lex proxime. ff. de iis quæ in testamento delentur.

Quinto adducitur ratio Rimi. nam quando aliquid acquiritur ex causa lucratiua ex causa alterius eo non uolente non acquiritur.l.non nunquam.ff.de leg.præstand.& per Bar.in l.iudex circumuentus.ff. de minor. & l.post mortem.§.fi.ff.de contratab.Sed hic ex persona offensi acquiritur ex causa lucratiua ius fisco, ergo eo uolente potest uti.Sed respondetur secundum eundem Riminaldum & Curt.hic in fine, quod illa regula non procedit in criminibus propter publicam utilitatem.Sed clarior debet dari responsio, negando quod ex persona offensi acquiratur ius fisco, quia immo acquiritur ius fisco, ex persona fisci,quia respublica dicitur offensa ex offensione sui subditi quem tenetur defendere.l.1.§. usque adeo.ff.de iniur.& §.patitur.inst. de iniur.& sic patet articulum esse disputabilem ut dicebat Alcia.

* Tamen decisiue loquendo non est recedendum a cōmuni opinione Bar.quod in delictis priuatis non sit licita transactio neque pactio quando agitur criminaliter,& fundamentum solidissimum est,quia interest rei publicæ delicta puniri.d.l.ita uulneratus.ff.ad l.aquil. quæ publica utilitas est separata a priuata utilitate.l.licitatio.§.quod illicite.ff.de publi. & est fundata in fisco ex persona sua non ex persona offensi, cum omnis offensa priuatorum semper respiciat priuatam & rem publicam sicut parentis.l.ueluti.ff.de iust.& iur.Et causæ fiscales etiam dicuntur illę quæ descendunt a criminibus priuatis. l.1.& per totum.ff.de iure fisci. Et mali homines conturbant prouincias & iurisdictionem. le. cōgruit.ff.de off.præsi.& dicitur agi ad uindictam publicam.l.in operis.inf.de pœnis.& dicitur publicū iudicium.l.interdum.ff.de publ.iud.Vnde hoc ius publicum conuentione priuati offensi auferi non potest le. fi.ff.de pact.cum concord. sup.adduct. Secundo facit tex.in l.si quidem.in sui generalitate.inf.de contrah.& commit.stipul.& l.in omnibus.ff.de præua.ibi, excepto sanguine,&non dicit de publicis,sed solum de causis simpliciter,& ideo cum istis delictis sicut in aliis ,phibeatur transactio,ne imperator uideatur diminutus in hac lege, necessarium est dicere quod sub nomine publicorum iudiciorum continentur etiā delicta priuata,& sic per istam legem determinatur hæc quęstio. istam tamen conclusionem limitat Bar. procedere quā do fit transactio instituta accusatione,secus si nondum sit instituta accusatio,sicut sup.dictum fuit de aliis criminibus,quia tunc pactum ualebit quantum ad excludendum ipsum pacicentem ab accusatione, per dictā legem si maritus.§.si negauerit.ff.de adul. Et in utroq; casu tam ante quam post accusationem transactio nec pactio præiudicat aliis coniunctis quin possint ex nouo processu accusare.per dictam legem qui.§.fi.quia secundum Bartolum.& ipsi coniuncti sunt iniuriati. arg. l.2.& 3.ff.de lib.cau.& l.lex Cornelia.ff.de iniur.Et licet ille tex.loquatur quantum ad iudicandum, tamen Bar.ibi illum etiam intelligit quantum ad uindictam, quia unusquisque potest suam uel suorum iniuriam uēdicare

dicare.l.qui crimen.inf.qui accusa. non poss.cum concor.quare non potest transigens impedire, sicut nec filius illam quæ est patris.leg.prima.§.usq; adeo.ff.de in iur. Alias etiam limitationes potes addere quas supra posui ad secundam regulam istius legis in quinto notabili,quia eadem est materia.quamuis Barto.hic uideatur separasse.

Glo.in uer.licet.tria facit,Primo declarat tex.& allegat concordantem. Secundo habetur an pactio prohibeatur. Tertio quærit,an transactio ualeat inter ipsos transigentes. Secunda est ibi,nota. Tertia est ibi, sed quid si transigat. Ex prima parte colligitur,quod transactio in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis non ualet,& concordat tex.in l.& si quidem.inf.de contrah.& commit.stipul. sed reus habetur pro confesso per legem in omnibus.ff.de præuar.& sequuntur cõ muniter doctores,ut supra dictum fuit quando interuenit pecunia,alias secus,ut in d.iuribus.& l.furti.§.pactus.ff.de iis qui no. infam. Sed alii effectus etiam sequuntur,quia ex ipsa transactione ante sententiam efficitur infamis.l.quoniam.eo.tit.Item proceditur ex eo. processu.l.2.inf.de abol. Item accusator punitur tamquam corruptus,tanquam desistens,& est suspectus de calumnia,& de præuaricatione punitur,quia non expediuit causam infra biennium, & amplius non auditur ad accusandum,ut sup.sæpius dictum fuit.

77 Notandum†tamen est,quod d.l.& siquidem.uidetur confundere opinionem Bar.sup.positam, quod ante institutam accusationem licita sit transactio,quia ille textus in fine dicit contrarium in uerbo,pro non instituẽda accusatione criminis, duæ solutiones possent dari, una quod distinguatur inter pactionem & transactionem,pro qua solutione facit lex mariti lenocinium, §. plectitur.ff.de adul. Alia,& hæc plus placet, quod ille tex. loquatur de conuentione facta de delicto futuro quæ non ualet,iux.legem si unus.§.illud.ff.de pactis & hæc intelligentia suadetur in primo dicto,ibi, accusationis institutæ ob non turpem causam, idest pro crimine præterito,licet nondum sit instituta. Et secundũ hoc non facit ad istum tex.

Ex secunda parte glo.colligitur quod ea ratione qua prohibetur transactio cum pecunia est etiam prohibita pactio sine pecunia & etiam renuntiatio litis & exculpatio,&sequuntur communiter docto.cum in omnibus istis casibus militet ratio,quod offenditur publica utilitas,quia delicta non puniuntur, & etiam militat ratio desistentiæ,quia accusator desistit contra obligationẽ & promissionem suam,de qua in lege qui crimen.infr. qui accusare non possunt.& l. final. infra de accusatio.

78 Quæ ampliatio,de transactione prohibita ad pactionẽ procedit quantum ad effectum extinguendi processũ ut non possit procedi super eo,& euitandi alias pœnas sup.positas,quia sicut per transactionem non euitantur immo augentur,ita etiam per pactionem,sed quantum ad pœnam infamiæ quæ incurritur ante sententiam,& quod habeatur pro confesso,non est idem in pactione quod dicitur de transactione,quia per pactionem reus non habetur pro confesso,nec efficitur infamis per legem quoniam.& l.furti.§.si pactus.ff.de iis qui no. infam.& hic per Bartolum.Et ultra Barto.aliud est etiam in pactione,quia reus non incurrit pœnam.l.imperatores.ff.de iure fisci.nec etiam accusator efficitur infamis ex capite quod sit corruptus, licet tanquam desistẽs amplius nõ audiatur.l.si maritus.§.si negauerit.ff.de adul. Nec obstat quod precibus & amore etiam quis potest corrumpi.argum.dictæ legis qui cetu.§.fi.& ca. quattuor modis.11.q.3.quia illa corruptio non est punibilis per illas leges quę loquuntur de corruptione per pecuniam.d.l.eius qui delatorem.& l.in fisci causis. ff. de iure fisci.

79 Et†quod uerbum,pacisci,uideatur repetitum, ultra d.l.Titia.§.idem respondit.ff.de uerborum obliga.quã allegat Barto.comprobat Iason per aduersatiuam,autem,positam in tex.quæ debet aduersari in eisdem terminis in iure & in facto.l.hoc amplius.§.de iis autem. ff.de dam.infect.nam sup.dictum fuit quod licitum est transigere uel pacisci,ergo in secunda regula contraria debet esse prohibitum transigere uel pacisci,ut aduersetur in totum,& natura aduersatiuæ est repetere in sequenti oratione omnes clausulas & qualitates positas in præcedenti oratione, secundum Bal. in lege omnes populi.in 15.column.uers. tertio modo posterius.ff.de iust.& iure.& per glo.in §.item lapilli.inst.de rer.diui.

80 Sed†istud fundamentum potest euitari per tex. in d. §. de iis autem.quia ibi erat dictio,autem,& tamen nõ aduersatur in omnibus,cum in præcedenti. §. erat dictũ quod interdictum illud dabatur pro damno præterito & futuro,& tamen in secundo responso datur pro futuro sed non pro præterito damno,& sic in totum nõ aduersatur,quia utrumque dictum non repetitur, ita etiã uidetur quod in hac lege nostra non sit necesse quod in totum aduersetur in iure & in facto, sed sufficiat quod aduersetur in transactione,licet non aduersetur in pacto.Non obst.dictum Bal.in lege omnes populi. quia intelligitur quando pręcedebat una oratio tantum cũ certis qualitatibus,nam ille qualitates uidentur repetitæ,secus quando præcedebat duæ orationes distinctę, uel quæ habentur pro distinctis, nam tunc non est necesse quod omnes orationes repetantur & in omnibus contrarientur,sicut erat in d.lege hoc amplius.ubi præcedebant duæ orationes distinctę, quod teneatur pro futuro damno,& quod teneatur pro præterito, & hic etiam præcedebant duæ orationes distinctæ uirtualiter,quia est alternatiua legis quæ resoluitur in uarias orationes,ut sit sensus permissum est transigere,& permissum est pacisci.arg.l.1.ff.de iis qui no.infam.& ponunt doct.de copulatiua,& ibi Ias.in l.1.ff.de iust.& iure.col.1.& 2.

Et per hoc inferi potest ad statutum de quo per Bal. in lege omnes populi.si disponat quod extantibus masculis filiæ fœminæ non succedant nisi in dote, facto autem testamento non succedãt nisi quantum in testamẽto relictum fuerit,nam repetitur extantibus masculis,quia illa qualitas debet repeti. Nam uerũ erit eius dictum,quia illa uerba,extantibus masculis, faciebant qualitatem ad primam dispositionem quæ uidetur repetita,& sequitur Petrus de Ancharano in c. canonum statuta.in uer.quærit etiam Barto.& dicit Alex.alibi nõ reperiri in lege filius a patre in 12.col.ff.de libe.& posthum.& Iason hic.Et hoc modo procedit doctrina Bar. in lege mariti.§.fi.ff.de adult. Sed si statutum duo dixisset in præcedentibus,& postea poneret aduersatiuã, & refert contrarium in uno, non uideretur repetitum in alio,sufficit enim quod aduersatiua in aliquo uerificetur in oratione,& probatur in §.cum ex aliena materia.inst.de rerum diuis.coniuncto.§.quod si partem.nã in præcedenti dixerat duo,quãdo possit reduci ad priorem materiam & non possit reduci,& postea ponit aduersatiuam quod,& tamen non intelligitur nisi quãdo non potest reduci ad priorem materiam, ut ibi glo. in uer.dominium,& idem probatur in §. quod si frumentum.in glo.substantia. Vnde opinio communis melius probatur ex regula.d.le.Titia.§.idem respondit. ff. de uerborum oblig.& l.item quia.§.fi.ff.de pact.& l. quẽadmodum.in fine.ff.ad legem aquil. & quia militat eadem ratio in utroque casu contradicens rationi præcedentium dictorum ut supra declaraui. Nec obstat dict. capitulum cum dilecti.& ibi Cardina.de dona. & Bal. in l.1.C.de legit.hæredib.quia ibi illa iura loquuntur in diuersis terminis in casu diuerso, an clausula in fine posita referatur ad præcedentia,ut ibi per Card. Vnde non facit.

81 Ex tertia parte†glo. colligitur, quod hæc prohibitio facta in tex.quod transactio non ualeat,procedit nedũ in præiu-

in præiudicium aliorum, sed etiam inter ipsas partes, ut transactio non ualeat nec quo ad alios nec quo ad transigentes, reprobata opinione aliorum uolentium quod transactio ualeat quantum ad ipsos transigentes, quia alias nulla esset differentia inter pactionem super re familiari uel super publica accusatione, cum super familiari transactio solum ualeat quantum ad præiudicium suum, cum si filius remitteret iniuriam non prohiberetur pater ciuiliter agere. d. l. 1. §. usque adeo. ff. de iniur. Et ideo glo. concludit quod super re familiari ualet in præiudicium paciscentium in istis criminibus, sed super accusatione criminali non ualet nec inter alios nec inter paciscentes, ut colligitur ex dictis §. si paciscar. in glo. fit enim nuntiatio. & sequitur Barto. hic & communiter alii. Et ideo dicit Bart. quod non extinguitur processus, & procedetur super eodem processu. l. 2. inf. de aboli. & sequuntur alii effectus supra sæpius repetiti.

Glo. in uer. falsi. tria facit, Primo allegat textum concordantem. Secundo assignat rationem in crimine falsi. Tertio disputat de quo crimine intelligatur. Secūda ibi, & est ratio. Tertia ibi, & hoc solo.

82 † Ex prima colligitur, quod super crimine falsi licita est transactio. per legem ipse. inf. de fals. Ex quo uidetur confirmari communis opinio, quod hic excipiatur crimen falsi, cuius contrarium tenet Alcia. hic, & Loriotus in tractatu de transactio. axioma. 103. & supra sequutus fui in præmissis & in notabilibus ponendo alium intellectum ultra eos, tamen uerba non conueniunt communi opinioni, ut ibi dixi, nec ratio specialitatis potest assignari, Sed in contrarium uidetur dicta lex ipsa. in qua præsupponitur quod non imponatur pœna sanguinis, & tamē ualet transactio contra regulam tex. nostri. Sed potes respondere, quod ibi non fuit transactio super crimine falsi, sed super causa in qua erat productum instrumentum suspectum de falso, & propterea tex. ibi dicit difficile est, quia aliquando potest esse quod possit cognosci de falso non obstante transactione iux. no. in l. si ex falsis. sup. eo. & inf. si ex fals. instr.

Ex secūda parte colligitur ratio quare excipitur hic crimen falsi, scilicet, quod respicit pecuniariam estimationem, quam repræhendit Barto. supra in prima col. exponendo mentem glo. 1. quia fit plerunque propter priuatum commodum. Vnde repręhendit, quia immo fit etiam propter publicum commodum si fiat in publicis rationibus. Alius tamen uidetur sensus glo. ut uelit hoc crimen referi ad pecuniariam estimationem, scilicet, quia interesse insurgens ex eo respicit pecuniariam estimationem, quia facit damnum in pecunia uel rebus nostris, Sed tamen nec hæc ratio est bona, quia etiam potest fieri falsum super commodo non pecuniario quando examinantur testes falsi in causa criminali, uel in causa liberali, ubi interesse insurgit in persona. Vnde ego supra tenendo communem intellectum assignaui aliam rationem, quia crimen falsi non est punibile nisi quando nocet alteri. l. Diuus Adrianus. ff. de falsis. & l. diuus. inf. de fal. & per Hypolitum in l. 1. §. præterea. ff. ad legem Corn. de fal. num. 14. Et ideo Bar. dixit in lege athletas. ff. de fals. quod in crimine falsi licite potest desistere accusator usque ad sententiam, quasi possit remittere hoc suum damnum, allegat l. alia. infr. de iis quib. ut indig. Et propterea potest dici quod non habeat locum nisi in illo falso de quo ibi, quia non est pœna sanguinis transactio permittitur, quia cōtinetur in prima regula, non propter exceptionem quæ solum habet locum quando non imponitur pœna sanguinis, ne uideatur esse exceptio uana, ut etiam dicit hic gl. in fi. Et sequitur Barto. & alii, uolentes quod in exceptione contineatur omne crimen falsi, sed diuersis ex causis non contineatur. s. ex ui exceptionis, quando nō imponitur pœna sanguinis, & quando imponitur pœna sanguinis uirtute primi dicti.

83 Sed iuxta † prædicta quærit hic Bar. an crimina excepta in istis duabus exceptionibus positis in tex. habeāt locum in mandante fieri illa crimina, ut mandans fieri adulterium non possit transigere, sicut nec adulter, & mandans fieri falsum permittatur transigere sicut committens falsum. & Barto. concludit quod sic, quia uerba sunt concepta in rem, & idem etiam dicit in ipsis regulis, ut mandans possit transigere in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis. argum. le. hæc uerba. ff. de adult. & l. aut qui aliter. §. fi. ff. quod ui aut clam. & l. metum. §. animaduertendum. ff. quod metus causa. Et ego puto uerum, licet Mantua nesciat se resoluere, dummodo tali mandatario imponatur eadem uel similis pœna quæ imponitur facienti, quia tūc militat eadem ratio, Sed si imponeretur alia diuersa pœna, secus esset, quia an transigi possit uel non, nō inspicitur an sit maius uel minus delictum, sed solū an imponatur pœna sanguinis l. quo ad statum. ff. de pœnis. Vnde si mandans fieri adulterium punitur pœna sanguinis, prohibetur transactio, quia est facta super crimine adulterii ex uirtute exceptionis, sed si non punitur pœna sanguinis non cōtinetur in exceptione uirtute exceptionis, sed continetur in secunda regula ut supra dixi de adulterio præsumpto, & idem erit in aliis criminibus datis paribus terminis.

84 Quærit † hic Alexander post Bal. & Salicetum, an si ex forma statuti pœna sanguinis sit immutata in pecuniariam, posit transigi considerato primordio, & concludit quod non, quia interest quod de iure communi imponatur pœna sanguinis si non seruatur per statutū, quia in illo loco uerum est quod non imponitur pœna sanguinis & continetur sub secunda regula istius legis ex extensione passiua arg. l. j. §. lex falcid. & non consideratur delictum, sed qualitas pœnæ. l. capitalium. ff. de pœnis. & ratio attenditur non uerba, argum. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. & l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. Et hoc puto uerū, licet Alcia. teneat quod attenditur primordium pœnæ dum ipse uoluit quod antiquitus pœna adulterii non erat sanguinis per l. siquis uiduam. ff. de pœnis. & licet nouiter esset mutata in pœnam sanguinis, tamen retinebat naturam primam quod non possit transigi, sed, ut sup. dixi, dictum eius est falsum. Ex quo infertur, quod si in casu contrario statutum mutaret pœnam pecuniariam in pœnam sanguinis, ut hodie contingit in furto per totam Italiā, quod de eo poterit transigi per primam regulam istius legis, facit. d. l. quo ad statum. ff. de pœnis, & ita tenendum est, quamuis ut dixi Alcia. in. d. ratione super adulterio sentiat contrarium, Et ideo fienda est regula generalis, quod in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis in loco in quo pœna exequi debet, est licitum transigere, excepto adulterio, & in criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis in loco in quo pęna subiri debet prohibitum est transigere excepto crimine falsi, nisi per statuta circa transactionem aliquid immutetur, ut in hoc regno.

85 Quærit † etiam Alexa. & Iason, an possit dari cautella ut reus transigens non habeatur pro confesso, & referunt Tancredum in sua compendiosa dantem cautellā, quod in transactione protestetur expresse quod nō facit animo confitendi crimen, nec ex eo quod crimen ipse commiserit, sed solum ut euitet sumptus litis & uexationes de facto quæ possunt fieri ex tali accusatione & crimine sibi imputato. argum. l. in minoribus. ff. de minor. Et pecunia data in delictis pro uexationibus euitādis non irrogat infamiam nec inducit confessionem, sicut nec etiam pecunia data pro euitandis indebitis uexationibus inducit simoniam. c. dilectus filius. & ibi nota. ex. de simon. & c. & si pridem. cum glo. magna. extr.
* de pact. & sequuntur communiter doctor. & practica obseruat. Sed tamen est periculosa si aliter interuenit tractatus per communes amicos qui postea ex aliqua causa

causa faceniti testificaretur pecuniam fuisse datam pro remissione criminis, nam tunc detecta fraude priuarentur cõmodo transactionis, & inciderent in pœnam, per tex. in l. 2. §. fin autem. inf. de abol. secundum unum intellectum quem sup. dedi ad illum tex. ultra alios.

Secunda est cautella quam ponit hic Albericus, ut notarius stipuletur remissionem pro omnibus quorũ interest, & det pecuniam reus, nam tunc pecunia nõ uidetur data pro solo actore, sed pro omnibus quorum interest, & ideo non uidetur confiteri secundum eum, Sed hanc cautelam non puto bonam, quia licet tota pecunia non sit data pro reo, tamen non potest negari quin aliqua particula tangat accusatorem & reum, & sufficit ad inducendam infamiam, & quod habeatur p confesso. leg. in fisci causis. ibi, & si uel modicum. ff. de iure fisci.

Tertia est cautella, quod conuentio & remissio fiat gratis, quia quilibet reus potest impetrare ne contra se agatur sine pœna. l. furti. §. si pactus. ff. de pactis. Et hoc est uerum, sed non est in terminis, quia tunc non est trãsactio, sed pactum, ut dixi in rubr. supra eodem. Vnde melius est quod ipse dicit, quod fiat iussu iudicis, nam tunc est abolitio quæ permittitur. l. fi. inf. de abol. Quarta est cautella, q̃ remissio quærellæ fiat gratis, & si pecunia datur quod dicatur eam dari pro damnis expensis & interesse, nam pro tali interesse potest dari pecunia, sicut etiam pro remissione actionis pecuniariæ, secundum glo. in l. 1. inf. de pæna iud. qui male iudic. & per Bar. in l. 1. §. sed hæc constitutio. ff. de calu. & sequũtur omnes hic, & ponitur expresse in constitutione regni post citationem. Et est securissima, sed tunc nõ erit transactio, sed pactio. Quinta est cautella, quod fiat remissio gratis, & si pecunia est promissa, de ea fiat cõtractus mutui, nam tunc ualebit actus, & erit sine periculo infamiæ & confessionis. Sed tamen non erit transactio, sed pactio, & si postea probaretur quod illud mutuum fuit fraude factum, tunc priuarentur commoditate conuentionis, & inciderent in omnes pœnas. iux. le. 2. inf. de abol. §. 1. secundum intellectum meum quem ad illum tex. sup. dedi.

86 Vltimo hic Bar. pro complemento materię dicit de quattuor esse particulariter quærendum, de quibus se remittit ad dicta per eum in lege si maritus. §. si negauerit. ff. de adul. & refero uoce. Sed tu aliter reassumendo materiam facias duas regulas iuxta theoricam istius legis, & primam regulam amplia & declara ut late dixi in primo notabili, ubi recollegi totam materiam primæ regulæ, Secundam regulam amplia & declara & limita ut dixi in quinto notabili, ubi recollegi totam materiam secundæ regulæ. Et hæc sufficiant.

Ioannes Bolog. Iurisc. Bononiensis Neapoli legens Die. 20. Maij. 1552.

Summaria super l. siue apud acta. C. de transactionibus.

1 CONTRACTVS *Innominati aliquando appellãtur pacta nuda propter accidens.*
2 *Contractus innominati duobus modis resoluuntur, ex capite pœnitentiæ, & ex capite causæ non sequutæ.*
3 *Condictio ob causam competit ex duplici capite, scilicet pœnitentiæ, & causæ non sequutæ.*
4 *In transactione concurrunt multa impedimenta ne posit producere actionem.*
5 *Transactio potest quattuor modis concipi.*
6 *Transactio facta cum acceptilatione continet implementum perfectum ex parte remittentis, & producit actionem præscrip. uerbis.*
7 *Transactio facta per pactum remissorium continet perfectum implementum & producit actionem.*
8 *Transactio facta per pactum de non petendo uel non agendo cũ stipulatione adimpletur uirtute stipulationis & habet efficaciam.*
9 *Transactio facta per pactum de non petendo uel non agendo non potest adimpleri, & producit actionem.*
10 *In casu istius legis tribuitur electio Reo ante implementum suũ an uelit resolui transactionem uel obseruari.*
11 *Casus figuratio in prima parte.*
12 *Casus figuratio in secunda parte.*
13 *Pactum nudum an uestiatur calore iudicii latissime discutitur ultra alios.*
14 *Pactum nudum nunquam uestitur calore iudicii.*
15 *Actus nudus non ualidatur per præsentiam iudicis uel actorum.*
16 *Actus ualidus per præsentiam actorum uel iudicis assumit maiorem firmitatem & præsumptionem.*
17 *Statutum loquens de contractu an compræhendat quasi contractum distractum uel pactum liberatorium, late discutitur.*
18 *Statutum prohibens aliquem obligari compræhendit de proprietate quasi contractum & distractum & refutatioves.*
19 *Statutum prohibens aliquem alienare compræhendit de proprietate quasi contractum distractum & refutationes.*
20 *Statutum loquens de contractu non compræhendit distractum uel pactum liberatorium de proprietate secundum docto. secus per extensionem.*
21 *Contractus capitur duobus modis, in genere, & in specie.*
22 *Noua distinctio quæ conuentiones contineantur in statutis appellatione contractus.*
23 *Transactio requirit scripturam.*
24 *Transactio non ualidatur per acta, nec sine actis infringitur.*
25 *Transactio est secundum quid pactum nudum.*
26 *Transactio non tollit dominium, tamen est titulus habilis ad dominii translationem.*
27 *Pactum de non petendo non extinguit litem nec instantiam.*
28 *Transactio an recipiat pœnitentiam, & quando resolui posit.*
29 *Potestas instaurandi litem quando sit in arbitrio rei, & posit purgare moram.*
30 *Tres cautiones sunt introductæ pro faciliori executione dispositionum.*
31 *Contractus innominati ex duobus principaliter differunt a nominatis.*
32 *Condictio ob causam an nascatur ex pacto.*
33 *Quæ remedia competant reo obseruanti contra actorem non obseruantem.*
34 *Remittere quando sit dare.*
35 *Actori in casu istius legis an competat condictio ob causam.*
36 *Actor liberans reum per acceptilationem an dicatur adimplere perfecte.*
37 *Quæ remedia competunt actori obseruanti transactionem.*
38 *Cautio mutiana an habeat locum in contractibus innominatis.*
39 *Rationes plures referuntur quare cautio mutiana non habet locum in contractibus innominatis.*
40 *Cautio Mutiana adimplet promissiones negatiuas si ita actum est inter partes.*
41 *Cautio mutiana an habeat locum in conditionibus affirmatiuis.*
42 *Cautio mutiana præstari potest quando alias dispositio esset inutilis.*
43 *Cautio mutiana non habet locum in conditionibus negatiuis quæ implentur ultimo uitæ spiritu.*
44 *Cautio modalis an pro implemento in transactione præstari posit.*
45 *Cautio modalis præstari potest pro implemento in contractibus bonæ fidei, & stricti iuris.*
46 *Cautio quæ præstari debet a debitore suspecto peti potest in cõtractibus bonæ fidei & stricti iuris.*
47 *Actio competit actori qui tenetur ad factum negatiuum si super transactione apposita est stipulatio.*
48 *Cautio de adimplendo præstari debet ab actore agente ex stipulatione super transactione interposita ne repellatur per exceptionem.*
49 *Actio nascitur ex transactione si actor tenetur ad factum affirmatiuum remittendi actionem.*

50 Transa-

50 *Transactio adimpletur per nudam promissionem de non petendo si actum est ut teneatur ad illum nudum actum promittendi.*
51 *Intellectus ad l. si pro fundo. C. de transactionib.*
52 *Actio primeua quando extinguatur per transactionem subsequutam.*
53 *Processus quando remaneat firmus sequuta transactione.*
54 *Acceptilatio an & quando inducat implementum in transactione.*
55 *Intellectus ad l. cum mota. C. de transact. discutitur.*
56 *Epilogatio magistralis quando actori competat actio ex transactione & quando dicatur adimpleuisse.*
57 *Condictio ob causam an competat actori si reus adimpleuit in quantum potuit.*
58 *Condictio ob causam competit actori ut reponatur in pristinum si reus noluit acceptare.*
59 *Condictio ob causam ex capite pœnitentiæ nunquam datur transigenti.*
60 *Condictio ob causam non datur actori, si actio non est extincta per transactionem, sed reuertitur ad primeuam actionem.*
61 *Actio de dolo quando competat actori contra reum non obseruantem transactionem.*
62 *Actio de dolo quando competat actori si dolus est commissus circa actionem.*
63 *Dolus in litigando an faciat transactionem non ualere, & actio de dolo competat.*
64 *Dolus inductiuus transactionis an reddat transactionem ipso iure nullam, & quando competat actio de dolo.*
65 *Transactio an contineat unum contractum innominatum ab utraque parte, uel potius duos.*
66 *Actio primeua & processus & instantia an durent post transactionem, breuiter epilogatur.*
67 *Reus non cogitur obseruare transactionem in terminis istius legis.*
68 *Electio quæ competit reo in terminis istius legis datur usq; ad sententiam.*
69 *Transactio an sit contractus correspectiuus uel distractus.*
70 *Distractus in iure nostro considerantur tribus modis.*
71 *Transactio an sit contractus nominatus uel innominatus, late discutitur.*
72 *Contractus innominati an fiant per dictionem solate discutitur.*
73 *Contractus innominati nunquam fiunt per dictionem, si. contra doctores.*

Repetitio l. Siue apud acta. C. de Transactionib.

AEC Lex continet materiã subtilem, difficilem, & quotidianam, in qua docto. posuerunt multas decisiones ex capite, nescientes qua ratione hoc faciant propter æquiuocationem terminorum, In ea autem tractatur quos effectus producat trãsactio, & quæ remedia competãt partibus; & quid agendum sit quando unus non adimpleuit, uel quia noluit, uel quia non potuit ex aliquo accidẽti; uel ex natura promissionis.

1 Et ad eius euidentiã † præmittenda sunt multa quæ posui supra in hac rubr. quæ pro maiori parte respiciũt materiam istius leg. Et primo, quod cum transactio sit pactio non gratuita dicitur esse contractus innominatus habens promissionem ab utraq; parte, & per consequens esse pactum correspectiuum differens specie a pacto nudo simplici in quo est promissio ab una parte tantum. l. 1. & l. transigere. & ibi dictum fuit sup. eodẽ; Sed tamen quia isti contractus innominati non acceperunt nomen elegans, nec specialem formam, remanserunt debiles, ut non possint producere actionem aliquam nisi sequuto implemento ex parte uolentis agere. l. ex placito. inf. de rer. permu. Et differunt a contractibus nominatis, quia ipsi semper producunt actionẽ, quamuis ex parte agentis non sit sequutum aliquod implementum. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. & le. 1. ff. de rer. permu. Vnde euenit ex accidenti quod comparando contractus nominatos nominatis ipsi cõtractus innominati repetantur tanquam pacta nuda, ex hoc solo quod per ipsam conuentionem non possunt producere actionem, ad similitudinem pactorum simpliciũ, cum contractus nominati eam producant incontinenti, non tamen uere sunt pacta nuda, quia pacta nuda, proprie sunt pacta simplicia continentia ex una parte promissionem, & cõtractus innominati sunt pacta correspectiua habentia maiorem essentiam propter correspondentiam promiscuæ promissionis, & maiorẽ conuenientiam cum negotiationibus hominum. l. iurisgentium in 1. & 2. responso, coniuncto. §. igitur nuda. ff. de pac. & sic ex accidenti propter eorum debilitatem & nõ naturaliter appellantur pacta nuda, cum uere specie ab eis distinguantur.

2 Et ex † ista debilitate nascitur alius effectus per quem differunt etiam a contractibus nominatis, quod in eis habet locum pœnitentia, quia nullo sequuto implemẽto utraq; pars potest pœnitere, & sequuto toto implemento ab una parte ille qui impleuit potest pœnitere uel agere ad implementum, ut no. in le. si pecuniam. ff. de cond. ob causam. & l. 1. in fi. de rer. permu. & l. naturalis. §. j. ff. de præscrip. uerbis. Vnde ille qui adimpleuit contra non adimplentem habet duas actiones, unam quæ nascitur ex ipso contractu, & appellatur actio in factum, siue actio præscript. uerb. l. 3. & l. quoties. inf. de præscrip. uerb. & nota in l. petens. supra de pact. & l. 2. inf. de pact. inter empt. & uendit. & alia quæ appellatur condictio ob causam quæ non nascitur ex contractu ipso, sed extra id quod agitur competit, ut dicemus inf. in hac lege. & ista non datur ad executionẽ siue im-
3 plementum contractus, sed ad resoluendum. † Et est duplex, una quæ datur ex capite causæ non sequutæ si aduersarius ex culpa sua non adimpleuit. Alia quæ datur ex capite pœnitentiæ, si aduersarius nõ adimpleuit etiam ex iusto impedimento. l. si pecuniam. in princ. & ibi not. Salic. inf. de condi. ob causam. Quæ actiones non competunt facto contractu nominato, quia contractus nominati non producunt actionem ad resoluẽdum ex capite pœnitentiæ nisi expresse agatur, neque condictio ob causam ex capite pœnitentiæ, neque ex capite causæ nõ sequutæ regulariter datur, ut per glo. & Bar. & alios in l. fi. ff. de cond. ob. cau. & in l. 1. col. 2. ubi Imo. ff. de dona.

4 Quare † cum transactio sit pactio correspectiua ut dictum fuit, & habeat naturam contractuum innominatorum, sequitur quod non sequuto implemento nõ potest producere actionem, & comparando eam ad contractus nominatos reputabitur ex accidenti pactũ nudum, Non quod uere sit pactum nudum, sed quia ad similitudinem pacti nudi ex sola conuentione non producit actionem, ut dicitur in hac l. & l. cum proponas. 2. sup. de pac. Sed tamen quia transactio fit solum super lite, & per hoc distinguitur ab aliis contractibus innominatis ut dictum fuit sup. in rub. ut sine lite præsenti uel futura fieri non possit, fauore litium minuendarum introductum fuit quod in ea non habeat locum pœnitentia, contra naturam aliorum contractuum innominatorum. l. fratris sup. eo. & l. quamuis. inf. eo. & sic non potest competere condictio ob causam ex capite pœnitẽtiæ. Item in transactione est aliud obstaculum ad producendum actionem, quia cum transactio non fiat nisi ad finem ut desistatur a lite, & ab una parte est necessaria semper remissio actionis uel exceptionis, semper in ea ab una parte promittitur desistentia a lite, siue amplius non petere uel non agere, & aduersarium nõ molestare, & per consequens promittitur factum negatiuum, de cuius natura est ut non possit impleri nisi

per mortem.§.siquis ita.inst.de uerb.oblig.

Vnde sequitur quod desistens a lite uel remittens actionem nunquam potest adimplere pro parte sua perfecte,& per consequens non potest habere actionem, licet pro sua parte fecerit quidquid potuerit, ut est gl. & ibi Bar.in l.1.sup.de pac. ubi dixi late. Nec cautio mutiana quæ in legatis apponitur pro implemento in facto negatiuo potest præstari, quia illa habet locum in ultimis uoluntatibus.l.mutianæ.ff.de cond.& dem. Nec alia cautio de modo implendo,quia illa habet locum in contractibus nominatis.l.si insulam.§.fi.ff.loc. & in transactione nulla cautio fuit introducta,& ideo difficultas est maxima inuestigare quæ remedia nascũtur facta transactione contra eum qui pro parte sua nõ adimpleuit.Et hæc est propria materia istius legis, & quam doctores hic examinant. Cognoscentes quod ordinaria actio non possit nasci, quia transactio est contractus innominatus,& sequuto implemento non possit etiam nasci,quia transigens non potest adimplere pfecte,cum teneatur ad factum negatiuum,ut no.in d.l. 1.sup.de pac.nec sufficit offerre,ut per gl.in d.l.iurisgẽtium.in prin.in gl.facias.Nec potest competere condictio ob causam ex capite pœnitentiæ,quia in trãsactione non habet locum pœnitentia.l.fratris.& l.quamuis. in hoc tit.nec cautio mutiana uel cautio de modo implendo potest dari,quia non habent locum in contractibus innominatis,ut inf.dicetur.

Ideo inuestigando glo.& docto.examinauerunt hic quasi totam materiam contractuum innominatorum, & posuerunt illam difficilem quæstionem an in cõtractibus innominatis habeant locum cautiones quę alias solent præstari loco implementi in conditione negatiua,iux.legem mutianæ.ff.de cond.& dem.& l.si insulã §.fi.ff.loc.& an competat condictio ob causam in transactione,& an sit contractus nominatus.Et ideo reddiderunt eam subtilem & difficilem.

5 Ad† resoluendum tamen magistraliter difficultatẽ oportet præsupponere quod trãsactio potest fieri quattuor modis, siue uerba transactionis possunt concipi quattuor modis, Primus est modus ut in transactione ponatur acceptilatio,& ille qui remittit actionem uel exceptionem in totum extinguat actionem uel exceptionem,iux.l.ut responsum.sup.eo.Nam hoc casu cessabit illa difficultas quod remittens teneatur ad factum negatiuum quod non possit impleri nisi per mortem, cum si hodie non agat,non sequitur quod non possit agere in futurum.Quia si apponatur acceptilatio erit certum quod amplius non poterit agere cũ extinxerit per acceptilationem actionem.d.l.ut responsum. & remittere per acceptilationem est dare.l.si mulier.ff. de condi.ob causam. Et ideo dicitur in totum adimplere pro parte sua.

6 Ideo†ipsi poterit competere actio præscriptis uerb. quæ datur ex omnibus contractibus innominatis ad exequutionem sequuto implemento.d.l.naturalis. §.1. ff.de præscr.uerb.Et iste est uerus modus& planus,quãuis Bar.inf.col.2.turbauerit eum. Considerando quod per acceptilationem remittens non dicitur adimplere perfecte,quia de facto potest agere, nam,ut ibi dicam, hoc quod de facto possit agere non consideratur a lege nisi quando in transactione quis promisisset non agere, neq; de iure neq; de facto,quia tunc per acceptilationẽ non posset adimplere promissionem non agendi de facto,cum acceptilatio extinguat potestatem agendi de iure non de facto,sed tamen in dubio solum agitur inter partes de promissione non petendi iuridice,non de non petendo de facto.per textum.arg.a speciali in leg. stipulatio ista.§.is quoq;.inf.de uer.obli. & l.si mulier. §.fi.ff.de cond.inst.cum simil.infra alleg.Et hoc quando remittens adimplere conatur, & petit quod aduersarius obseruet promissa& soluat.Sed si aduersarius obseruasset dando rem uel pecuniam promissam,& remittens eum de facto molestaret, tunc quid agẽdum sit ponitur in l.ubi pactum.inf.eo. quæ & ipsa est notabilis, & difficilis.

7 Secundo modo†potest fieri transactio, siue secundus modus concipiendi uerba transactionis est quod remittens actionem uel cautionem sit cautus in prolatione uerborũ & utatur uerbis affirmatiuis,dicendo,remitto tibi actionem, uel libero te, Nam similiter cessat illa difficultas, quod factum negatiuum non potest adimpleri,quia proferendo illa uerba non se obligauit a dfactum negatiuum,sed ad factum affirmatiuum, quod in continenti in totum adimpletur,& ideo poterit sibi cõpetere actio præscriptis uerbis tãquam perfecte adimpleuerit,& cogere aduersarium soluere promissa,& ita intelligitur tex.in l.cum mota.secundum unum intellectum.& in l.si pro fundo.inf.eo. Et ratio rationis est, quia per ista uerba,remitto actionem,uel libero te, extinguitur in totum actio ut amplius de iure agere non possit,secundum Bar.in l.1.col.fi.in fi.sup.de pac.& ibi dixi,& faciunt ea quæ dixi in l.si unus.§.pactus ne peteret.in præmiss.& in figuratio.casus.ff.de pac.dum ultra alios dixi per pactum remissorium extingui actionem & obligationem ipso iure.

Notandum est tamen quod ista remissio per uerbũ uel pactum affirmatiuum potest fieri tribus modis, Nã aliquando possunt partes conuenire quod remittẽs teneatur solum pro parte sua promittere non petere, & sic conuenire quod teneatur ad hoc solum factum affirmatiuum promittendi non petere, & tunc promittendo non petere liberatur, quia ad plus tenebatur,& potest per actionem præsc.uer. consequi promissa ab alia parte,sed tunc non extinguitur processus nec instantia & si contra promissionem peteret non ueniret ,ppriecontra transactionem,iux.no.per Bartolum in le.fideiussor.§.meminisse.ff.de leg.1. Secũdo modo possunt conuenire ut renuntiet liti & instantiæ, & tunc renuntiando liberabitur a promissis,& perfecte adimplebit, & nascetur sibi actio præsc r.uer.& processus annullabitur.Sed non extinguitur actio.Tertio modo possunt conuenire quod remittens renuntiet liti & causæ & actioni,& tunc renuntiando extinguit processum & instantiã,& omne ius suum,& perfecte adimplet, & hic casus æquiparatur acceptilationi,cum in posterum de iure amplius non poterit agere, & si contingeret quod de facto uellet agere,haberent locum ea quæ dicũtur in l.ubi pactum.inf.eo. & in istis duobus modis non loquitur l.nostra.

8 Tertio modo posset†fieri transactio, siue eius uerba concipi ut partes conueniant quod remittẽs teneatᵣ ad factum negatiuum,s.amplius non petere, uel non agere,uel non molestare,& sic teneatur facere pactum de non petendo,& tunc,quia tenetur ad factum negatiuũ, non potest pro parte sua perfecte implere,per no.in d. l.1.sup.de pac.& per consequens actio præscriptis uerbis non potest ei nasci ut possit cogere aduersariũ soluere promissa.Ideo pars cauta uoluit quod super trãsactione apponeretur stipulatio,ut ille aduersarius promittat rem uel pecuniam soluere per stipulationem,& hoc casu ille remittens licet non possit agere ex transactione,quia non adimpleuit pro parte sua perfecte, tñ potest agere ex stipulatione contra non obseruantem, quia stipulatio est contractus nominatus qui nõ requirit implementum ut producat actionem.l.iurisgentiũ. ff.de pact.& hic est unus casus positus in hac lege.& le. cum proponas.2.sup.de pact.& multis legibus istius tituli. Sed tunc erit necesse quod agens ex stipulatione præstet cautionem de non petendo.iux.l.insulam.§.fi. ff.loc.ut declarat Dec.in l.1.col.fi.sup.de pact.& ibi dixi. Et hoc casu non fit differentia pro qua parte apponatur stipulatio, quia indistincte acquiritur actio stipulanti.

9 Quartus†est modus concipiendi transactionẽ,quãdo per

per solum pactum de non petendo, uel de non agendo fit remissio actionis uel exceptionis, & tunc quia actor obligatur ad factum negatiuum, faciendo pactum non dicitur perfecte adimplere, quia licet faciat pactũ de de non petendo, & promittat non petere, & de facto nunc non petat, tamen in futurum tempus potest petere, & nunquam est certus aduersarius quod non petet, & propterea non potest tali remittenti acquiri actio præscriptis uerbis, nec competere remedium ad cogẽdum aduersarium ut adimpleat uel soluat promissa, & hoc est quod proprie dicitur in hac lege, & est materia eius, unde instãt doctores post glosam quærendo quæ remedia competant taliter adimplenti ne remaneat in damno & priuatione litis suæ & iuris sui aduersario nõ soluente promissa, & text. hic dicit nullum remedium competere ad compellendum præcise aduersariũ adimplere, sed solum causatiue ut reuertatur ad instaurãdam litem primam, & si opponatur de transactione, replicetur de dolo, quia ipse non adimpleuit, & sic consequetur uel potestatem perueniendi ad finem litis, & consequendi primeuum ius debitum, uel si reo placebit non procedere in lite, consequetur promissa. Ita qđ
10 erit in arbitrio rei uel permittere persecutionem litis uel adimplendo transactionem impedire cursum litis, & eius executionem, quod est ualde notandum ut sit in arbitrio rei an uelit resolui transactionem permittendo litigare, uel uelit transactionem obseruari, & hoc non concedatur actori, quia actor non potest dicere tu non obseruasti transactionem ego nolo amplius perseuerare in ea, quia reo quandocunque adimplente impeditur processus in lite. l. fratris. sup. eo. & l. causas. & per istum textum qui tribuit solum replicationem doli, & ratio differentiæ potest esse, quia fauore litiũ minuendarum in transactione non habet locum pœnitentia. l. fratris. & l. quamuis. inf. eo. Et ex parte rei hoc cõceditur, quia ipse non potest dici in mora, cum actor non adimpleuerit pro parte sua perfecte, ideo non potest ei imputari quare non adimpleuerit, & semper potest uelle transactionem obseruari, & non habere locũ pœnitentiam. Et si placet procedi in lite, non opponat exceptionem, quia tunc magis, quia ius suum non allegat, resoluitur transactio, quam quod proprie habeat locum pœnitentia, & per eam resoluatur. Et non obst. regula non debet licere. de reg. iur. in 6. quia illa non procedit quando actor non obseruauit ex parte sua, quia tunc reus non potest dici lucrari ex dolo suo, sed potius ex contumatia actoris, & licet, ut dictum est, aliquãdo resoluatur, tamen non potest competere condictio ob causam ex capite pœnitentiæ, sed solum ex capite causæ non sequutæ illi qui adimpleuit aduersario existente in contumatia potest competere condictio ob causam quæ tamen non ex transactione nascitur, quia datur ad resoluendum, sed extra id quod agitur nascitur, ut hic per Bar. in princi. qui post glosam examinat quando possit competere condictio ob causam, In casu tamen istius legis competere non potest actori condictio ob causam, quia ipse nihil dedit. & propria authoritate instaurando litem se reponit in pristinum, Nec etiam potest iuuari cautione de non petendo pręstita, quia cautio mutiana non habet locum in contractibus inter uiuos, nec cautione de modo implendo, quia illa non habet locum in contractibus innominatis, ut post multa determinat Bar. repræhendendo glo. ut infra dicemus, quia est de principalibus articulis istius legis. Et hæc uera sunt ex parte actoris qui fecit quod potuit ut adimpleret, & reus non adimpleuit. Sed si contingeret acontrario quod reus adimpleuisset pro parte sua in totum dando promissa, & actor qui promisisset non petere uel remittere & facere pactum de non petendo nollet facere pactum, uel si fecisset, eo non obstante de nouo instauraret litem, tunc reus potest cogere eũ per exceptionem desistere a lite, & per actionem præscriptis uerbis consequi illam promissionem de non petẽdo, quia tunc ex contractu transactionis ei posset nasci actio cum teneretur ad factum affirmatiuum & dando perfecte adimpleuisset. arg. d. l. naturalis. §. 1. ff. de præscr. uer. Vel si placeret resoluere transactionem, tunc posset permittere eum prosequi litem, & per condictionem ob causam repetere data. l. si diuersa. & ibi per Alci. sup. eo. & l. eleganter. §. siquis post. ff. de cond. inde. uoluntate enim utriusq; resolui potest transactio, ut in d. iuribus notatur.

Ex quibus patet in quo distinguatur hæc lex a multis aliis tractantibus de consimili materia, & in quibus terminis loquatur, & per quæ uerba hic concepta fuerit transactio, & per consequens quo modo in ea sit figurandus casus, & propter quæstiones incidenter pro intelligentia disputandas ea expedita apparebit generaliter quæ remedia competant obseruanti transactionem contra non obseruantem, & efficietur utilissima, & magistralis in materia transactionis. Iis sic ad enidẽtiam præmissis, deuenio ad legem, quæ diuiditur in duas partes, in prima ponitur dictum generale, quod transactio sit seruãda, in secunda ponitur quo remedio in specie succurratur actori contra reum non obseruãtem. Secunda est ibi, Sed quomodo. Summatur hoc modo, omnis transactio recte & quocunq; loco facta ęqualiter seruanda est, sed non sequuto implemento perfecte tanquam pactum non producit actionem, & si est actor oportet reuerti ad primeuam actionem cum potestate replicandi de dolo.

11 Casus ita breuiter fingi potest secundum Bal. hic. agebatur per actorem quendam rei uendicatione ad fundum, & cum reus opponeret bonas exceptiones, deuẽtum fuit ad transactionem mediantibus amicis extra iudicium, & nulla facta scriptura, sed simpliciter actor promisit amplius non petere, & reum non molestare in illo fundo, & reus econtra promisit dare centum, propter quam transactionem actor sequutus bonam fidẽ destitit a lite & a suis probationibus, & lapsa fuit instãtia, Reus uero uidens se non molestari amplius nõ curabat de transactione, sed perseuerabat in possessione fundi percipiendo fructus, & actorem petentem centũ uerbis & facto illudebat. Quare actor uidens uerba rei esse sine effectu, consuluit imperatorem an sibi liceret resoluere transactionem, & an talis transactio esset seruanda, uel si esset seruanda, quod remedium sibi competeret.

Et uidebatur primo dicendum transactionem non ualuisse nec seruandum esse, cum extraiudicialiter & sine scriptura facta fuisset. Quia cum transactio non possit fieri nisi super lite ut plene dictum fuit in rubr. Et lis fiat in iudicio, uidebatur quod transactio etiam debuisset fieri in iudicio, quia illæ solemnitates quæ requiruntur in faciendo actum requiruntur etiam in dissoluendo. l. fere. ff. de reg. iur. Secundo confirmabatur, quia transactio fit ad extinguendum litem l. fratris. sup. eo. sed lis inducitur cum libello, & aliis allegationibus in scriptis deductis, auth. offeratur. inf. de litis conte. & c. quoniam contra. de proba. & l. fin. C. de senten. ex per. recit. ergo etiam uidebatur quod transactio in scriptis esset fienda arg. l. testium. inf. de testib. facit. §. quo genere. insti. quib. mod. tollitur oblig. ubi stipulatio quæ uerbis contrahitur solis uerbis per acceptilationem dissolui potest, & contractus consensu contracti non tolluntur ex conuentione uerbis contracta. Tertio faciebat, quia lis non inducitur nisi interueniente iudicis authoritate, ut dixi in le. secunda. supra de edendo. in pręmis. ergo etiam eadem authoritas iudicis in dissoluendo uidebatur necessaria, ut in dictis iurib. & in §. fi. insti. quib. mod. toll. obl. Quarto confirmabatur, quia trãsactio æquiparatur sententiæ. l. non minorem. infr. eo. ergo in transactione uidebatur necessarium esse iudicẽ sedere pro tribunali & in scriptis fieri. l. fina. C. de sen-

ten.ex peric.recit.

Iis tamen non obstantibus contrarium fuit determinatum, quod immo transactio ualeat, & sine scriptis, & cum scriptis æqualiter, & in iudicio & extra iudicium, & quod apud acta & extra acta facta semper seruari debeat, & ratio decidendi est, quia transactio est contractus iurisgentium & essentiam assumit a consensu partium. l. 1. ff. de pact. & l. contrahitur. ff. de pig. & no. in l. si diuersa. sup. eo. & non curatur de scriptura. arg. leg. cum res. inf. de proba. nec de iudicio uel præsentia iudicis. d. l. contrahitur. Non obst. contraria, & primo q lis non potest fieri nisi in iudicio, quia non per hoc infertur quod non possit renuntiari extra iudicium, quia ad remissionem iuris nostri sufficit sola uoluntas. l. 1. & 2. ff. pro derelicto. & §. fi. inst. de rer. diuis. Et ideo liti & causæ extraiudicium renuntiari potest. l. e. postquam liti. sup. eo. Non obstat quod lis requirit scripturam. c. quoniam contra. de proba. quia per hoc non infertur quod non possit renuntiari sine scriptura, sicut iuri acquisito per contractum in scriptis nihil impedit quin sine scriptis renuntiari possit. l. Labeo. & l. item quia. ff. de pactis. & d. l. postquam liti. Et lex testium loquitur de probatione siue resolutione conuentionis, non de renuntiatione. Et similiter. d. l. fere loquitur de resolutione, non de renuntiatione, quæ diuersa sunt. Et di. §. quo genere similiter loquitur de resolutione, non de renuntiatione iuris quæsiti. d. l. Labeo. & l. item quia ff. de pact. & l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. 2. responso. Non obstat quod lis & acta requirant præsentiam iudicis, quia renuntiatio non requirit præsentiã. d. l. postquam liti. & contraria ut dixi loquuntur de resolutione, non de renuntiatione. Non obstat quod transactio æquiparetur sententiæ, quia uerum est quantum ad effectum extinguendi litem, & quod non possit restaurari. d. l. non minorem. Sed non quantum ad modũ faciendi, quia alio modo fit transactio, & alio modo fertur sententia, & sententia fertur in inuitum, & transactio inter uolentes.

12 Sed postea†dubitatur, an stante conclusione sup. firmata, quod transactio simpliciter facta ualeat sine scriptura & actis, An hoc casu reo nolente obseruare promissa competere possit actori ex ea aliquod remediũ ad consequendum promissa. Et uidebatur quod ex trãsactione sibi competeret actio præscriptis uerbis, cum transactio sit contractus innominatus qui naturaliter producit actionem præscriptis uerbis sequuto implemento. l. naturalis. §. 1. ff. de præscr. uerb. Sed remittendo actionem actor adimpleuit pro parte sua, ergo sibi debet competere actio ad consequendum promissa. Secundo faciebat tex. in l. cum mota. sup. eo. ubi in terminis huius quarti modi concipiendi transactionem datur actori actio præscr. uerbis. Tertio adducebatur. l. si pro fundo. inf. eo. ubi ad obseruantiam fiendam datur actio præscr. uerbis. Quarto faciebat lex ubi pactum. infra eo. & l. cum proponas. sup. eo. Quinto faciebat, qa transactio non recipit pœnitentiam. l. quamuis. inf. eodem. & est exceptio litis finitæ. c. 1. de litis contesta. in 6. & seruari debet, ut in princ. l. ergo actionem producit. l. seruos. ff. de acq. rer. do. & l. transactione. & l. fratris. sup. eo.

Iis tamen non obstantibus contrarium fuit determinatum, quod immo nulla nascatur actio ex ista transactione ad cogendum reum obseruare, sed necessarium est quod reuertatur ad primeuam actionem, ut uel cõsequatur promissa, uel si non obseruat reus & solum opponit de transactione nihilominus procedatur in causa & repellatur reus per replicationem doli quod ipse transactionem non seruauit, & ita ad electioné rei consequatur uel unum uel aliud. Et ratio decidendi fuit, quia transactio est contractus innominatus in quo ad producendam actionem requiritur implementum. l. e. ex placito. inf. de rer. perm. & non sufficit implere quã tum potest, sed requiritur perfectum implementum propter suam debilitatem. l. fi. ff. de cond. ob cau. Nec etiã sufficit offere uel cauere, ut per gl. in l. iurisgentium. in prin. ff. de pac. in gl. facias. & ibi Bar. Sed actor in proposito casu non adimpleuit perfecte, quia tenebatur ad factum negatiuum quod non potest impleri nisi p mortem. §. siquis ita. inst. de uer. obl. nec oblatio sufficit, cũ de facto possit agere. ut l. eleganter. §. siquis post. ff. de cond. inde. Igitur actio aliqua ex ista transactione non potest sibi competere, & propter hanc rationem reus non potest dici constitutus in mora dandi actore nõ implente, quia ubi nulla petitio ibi nec mora. l. lecta. uer. pactum. ff. si cer. pe. Igitur non est inconueniens q concedatur electio reo an uelit complere transactionem uel permittere instaurationem litis.

Non obstant contraria, & primo quod ex contractu innominato nascatur actio, quia uerum est sequuto implemento perfecte, hic uero non fuit sequutum implementum perfecte propter factum negatiuum, ergo nõ datur actio, ut notatum fuit in l. 1. in fine. sup. de pactis. Non ob. lex cum mota. quia ibi fuit obligatio ad factũ affirmatiuum, uel nudi facti promittendi. arg. l. fideiussor. §. meminisse. ff. de leg. 1. uel per uerbum remitto, uel libero, & sic concepta fuit transactio secundo modo, hic uero concepta fuit quarto modo, uel ibi implementum perfectum interuenit, quia illa actio ex sui natura periit per solam desistẽtiam, taliter quod amplius non potest agere de nouo, & sic adimpleuit, Non obst. lex si pro. quia ibi transactio facta fuit secundo modo per obligationem ad factum affirmatiuum remittẽdi, & ideo uere adimpleuit, hic uero non potuit perfecte adimplere. Non ob. l. cum proponas. quia ibi apposita fuit stipulatio, & concepta fuit transactio tertio modo, hic concepta fuit quarto modo, Vel dicas quod cõcordat. Non ob. l. ubi pactum, quia loquitur in transactione facta per acceptilationem, & sic primo modo, quo casu extincta est actio ut amplius de iure agere nõ possit, & propterea dicitur perfecte adimpleuisse. l. e. ut responsum. sup. eo. Non ob. quod transactio sit exceptio litis finitæ & non recipit pœnitentiam, quia illud uerum est quando ille qui allegat transactionem eam adimpleuit uel paratus est adimplere, secus si non adimplet, quia ex eo quod impugnat non potest se fundare. l. quero. §. inter locatorem. ff. locati. Item procedit una parte nolente, hic uero utraque pars consentit. arg. l. si diuersa & ibi gl. sup. eo. Non ob. l. seruos. de acq. rer. domi. quia illa procedit quando ille qui agit adimpleuit, hic uero non perfecte adimpleuit, & non sufficit oblatio propter debilitatem contractus, quare remanet qd ex transactione facta per pactum negatiuum nulla potest competere actio.

Notandum est primo ex isto tex. quod transactio facta apud acta uel cum scriptura non consequitur maiorem efficaciam quam si fiat sine actis. concordan. l. sancimus. inf. de testa. ubi testamentum factum apud acta non magis ualet quam factum extra iudicium, & ideo infert hic Baldus quod contractus factus apud acta nõ assumit maiorem uigorem nec magis ualidatur ut producat actionem, Sed in contrarium uidetur textus in lege pacta nouissima. supra de pactis. ibi, maxime si apud acta. Ad idem est glosa in lege prima. in fine. ff. de inter. actio. & lex prima. ff. de cura. bon. dando. iuncta leg. si ita scriptum. §. sub conditione. ff. de legatis 2. & lex cum ostendimus. §. final. ff. de fideius. tutor.

Ias. hic soluendo ponit regulam secundum istũ tex. fallit in multis casibus, Sed tamen quia diminute loquitur, ideo clarius tu dicas. Aut quæritur an cõtractus inhabilis ad producendum actionem efficiatur habilis ex hoc solo q fiat in iudicio ut pducat actioné. Aut quæritur an actus q nullus est extra iudicium efficiatur ualidus per iudiciũ, Aut quæritur an actus factus in iudicio assumat maiorem uigorem propter caloré iudicii, quã alibi

23 alibi factus. † Circa primum doct. latissime insistunt in rub. & l. 1. ff. de uer. obl. Et ibi ponūtur tres opiniones, Vna quod indistincte pactum uestiatur calore iudicii, ut producat actionem, & hanc tenebat Crot. Alia quod non uestiatur nec producat actionem. Tertia media quod regulariter non uestiatur, Sed solum quando pactum tendit ad adiuuandum iudicium, & hæc uidetur magis communis, Bar. tamen ibi simpliciter tenet quod pactum uestiatur calore iudicii, per dictam legem cum ostendimus. §. fi. quia non uidetur in illo tex. posse dici quod sit speciale, ut arbitrabatur Alex. fauore pupilli, quia respondebat Crotus quod pupillus utitur iure cōmuni. argum. l. 1. C. de peti. hære. & l. item ueniunt. §. in priuatorum. cum gl. ff. de pet. hære. Item ibi essent duo specialia, Vnum quod per patientiam induceretur consensus præiudicialis, Secundum quod pactum nudum produceret actionem, Nec potest etiam dici quod ibi sit speciale fauore publico, quia nō bene constat quod sit fauor publicus, ut per Crot. ibidem num. 17. & quia etiam fauore publico non concurrunt duo specialia iuxta not. in d. l. 1. C. de dot. promiss. coniunctis not. in l. 1. ff. soluto matrimo. Ad illum textum in dicto. §. cum ostendimus. dantur multæ solutiones per doctores in dicta lege prima, Sed uera est responsio, quod ille text. non loquitur in terminis istius quæstio. an pactum nudum ualidetur calore iudicii ui producat actionem, sed loquitur in aliis terminis diuersis, scilicet an per fictionem inducatur pactum, quod non interuenit uel præsumatur, & sic non obstat. Cum aliud sit confirmare pactū factum, aliud sit per fictionem inducere uel præsumere. c. inter dilectos. §. cæterum. ext. de fide instrum. Ibi enim nullum pactum erat factum nec per præsentiam inducebatur, quia erat contra tacētes, cum tractaretur de eis obligandis. iux. l. filiusfam. §. uetare. ff. de procu. Sed solum illi passi fuerunt nomina sua scribi in actis, Vnde cum nullum fuerit pactum non potest tractari de eo ualidando, sed quia ipsi passi fuerunt nomina sua scribi in actis, ideo lex fingit stipulationem interuenisse, uel præsumit ut ibi dicitur, & non est credendum q̄ ibi lex finxisset pactum inualidum, uel præsumpsisset ad effectum ut ualidaretur, cum circuitus sit euitandus, ut no. in l. 1. ff. de leg. 1. Sed debet intelligi quod ibi fingat stipulationem ualidam ex se, & non conueniat ibi quæstio de ualidando pacto. Et ratio uera ibi & æquitas inducēdi fictionem uel præsumptionem fuit fauor pupilli & patientia ipsorum, & scriptura in actis quæ non solent fieri nisi a uolentibus fideiubere. arg. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edic. Et sic. dic. §. cum ostendimus non probat opinionem Bar. nec Croti contra communem.

Secundo pro ista parte, quod pactum uestiatur calore iudicii, adducitur per docto. ibi, quia iuramentū uestit pactum. l. si quis maior. inf. eodem. Mathes. in notabili undecimo. nota nonam regulam. ergo eodem modo per iudicium, quia iuramentum & iudicium æquiparantur. l. nam. & postea. ff. de iureiur. §. si is qui tēporali. & l. qui iurasse. Sed facilis est responsio, quia assumptum est falsum ut dicam in d. l. si quis maior. num. 61. Item ibi fit æquiparatio propter consensum qui requiritur æqualiter in utroque casu, nam in delatione iuramenti est quasi contractus. l. 2. ff. de iureiur. & in litis cōtestatione quasi contractus. l. 3. §. idem scribit. ff. pecul. Sed in aliis non procedit æquiparatio, quia in iuramento militat ratio. quod debet seruari propter periculum salutis eternæ, & ratione peccati nascitur, ut no. in c. 1. & 3. ext. de pactis. quæ ratio non militat in iudicio. Et ideo donatio inter uirum & uxorem, & inter patrem & filium non ualidatur per iudicium, & tamen ualidantur per iuramentum, ut no. in auth. sacr. pub. inf. si aduer. uend. & c. cum contingat. de iureiur.

Tertio adducitur, quia pactum nudum secundum docto. non producit actionem quia præsumitur indeliberate factum, Quæ ratio cessat in iudicio, in quo præsumitur deliberatio. arg. l. 1. ff. de edendo. & no. per Bar. in l. fi. §. pe. ff. ad uellei. Sed responderi potest primo negando quod illa sit finalis ratio, immo potius uidetur persuasiua, & finalis est, quia non habet nomen & formam specificam, ex qua possit assumere uigorem, nec habet specialem causam paciscendi, quæ ambo militāt etiam quando pactum est factum in iudicio.

Quarto inducitur, nam stipulatio præsumitur ex præsentia iudicii. d. l. cum ostendimus. §. fi. ergo eodem modo debet præsumi pacto facto in iudicio, ut stipulatio sit inducta ad ualidandum pactum, cum pactum a causa fomentetur, & causa præsumitur ex præsentia iudicii, ut per glo. in d. l. 1. §. fi. & per Bar. in l. fi. ff. de leg. 2. coniuncta. l. utrum. ff. de const. pecu. Sed ad hoc potest responderi, quod in iudicio præsumitur causa propter subiectam materiam ex qua colligitur, cum negotium deductum in iudicio præsumatur causa pacti confessionis & protestationis, & actus adaptantur etiam ex subiecta materia extra iudicium. l. si unus. ff. loc. & l. insulam. ff. de præsc. uer. Et in d. l. cum ostendimus solum iudicium non facit præsumi stipulationem uel fingi, sed concurrebat scriptura actorum, & eorum nomina scripta in præsentia eorum in loco quo solebant dari fideiussores per tutores, & ideo præsumuntur omnia solemniter acta. arg. l. sciendum. ff. de uerborum obligatio. & §. si scriptum. instit. de inut. stipul. & l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edicto. sufficit enim tutorem eum nominasse in fideiussorem & eius nomen scriptū, per dicta iura.

Quinto inducitur l. pacta nouissima. sup. de pac. ibi, maxime si apud acta. secundum Soccinum ibi ita inducentem, quia non potest ibi causari illa maioritas nisi per præsentiam iudicii uel actorum producat actionē, cum regulariter pacta nouissima tollant præcedentia. Sed Dec. ibi respondet in 3. notabili, quod ille textus concludenter non probat, quia maioritas potest causari respectu præsumptionis ueritatis, ut magis præsumatur uerum, uel quod facilius possit probari & non possit opponi de metu. argum. l. fi. ff. quod metus causa, & quod habeat omnes illas præsumptiones quas habent cætera acta quæ dicuntur publica. capi. quoniam contra. de probat.

Sexto inducitur gl. in d. auth. generaliter. C. de epis. & cler. & l. eum pro quo. ff. de iureiu. Sed respondetur negando eam bene loqui, & incontrarium est l. omnes §. in hac. sup. de epis. & cler. ubi requiritur stipulatio. & l. ulterius processit restringendo decisionem ibi per illa uerba, quum tamen solemnis stipulatio ualauerit, & sic tex. præcipit stipulationem interponi, quod non esset si pactum nudum sufficeret, Nec ualet quod ibi sit speciale in clericis, quia ille tex. non intendit grauare clericos, sed priuilegiare, & inducta ad augumentum non debent operari diminutionem. l. legata inutiliter. de adimen. leg. c. fi. de uerborum significatione. & pacta in iudicio producunt actionem similem stipulationi, secundum doctores per dictam legem cum ostendimus, ut superflua uideatur stipulatio. & quod ille tex. procedat ex regula, satis probat lex ne in arbitris. infr. de arb. ubi conuentio apud acta non ualet sine stipulatione uel iuramento, secundum Cur. hic. Item tex. in d. auth. generaliter. non probat dictum glos. ex eo quia in corpore unde sumitur hoc non dicitur, & ille tex. exprimit illum per se uel tabularios debere scribere quod perseuerabit in lite & soluet expensas, & damna, & q̄d debet dare fideiussorem, Vnde debet intelligi per promissionem ualidam. argum. leg. qui testamento. ff. de testam. & per nouissimos in le. uinum. in 2. col. ff. si cer. pe. quia non creditur uno uerbo iurisconsultum uoluisse destruere ius commune & alterare antiquam contractuum naturam. d. l. qui testō. cum cumu. per Cagno. in dict. l. uinum. Et tanto magis, quia ibi dicitur quod debet da-

bet dare fideiussorem, qui datur per stipulationem.le. blanditus. inf. de fideiuss. & postea subsequitur tex. qđ si non potest dare fideiussorem quod det cautionem iuratoriam quæ fit per stipulationem.leg. sancimus.cum glo.inf.de uer. signi. Præterea illa glo.nõ se firmat, sed dicit quod nascitur actio ex illa lege.per l.1.inf.de cõdi.ex l.facit.l.fi.inf.de accus.& l.qui crimen.inf. qui accus.non poss.Et eodem modo respondetur ad d.l. eum pro quo.quia ibi est uerbum cauit,d.l.sancimus.cũ uerbum,conuenit,soleat importare pactum nudum .l. lecta.& ibi no.ff.si cer. pe. Item illa lex simpliciter loquens debet intelligi secundum alias leges magis specialiter loquentes.argu.no.in l.sciendum.ff. qui satisd. cog.c.conquæstus.cum glo.1.ext.de usur.Secundo respondet Ias.ad dicta iura,quod est speciale in pactis factis ad adiuuandum iudicium.Quæ solutio potest confirmari,quia tunc uidetur pactum esse factum cum deliberatione cum sit necessarium ad illud iudicium quod uult prosequi. Tertio respondetur,quod ibi non est pactum nudum simplex, sed est pactum correspectiuum siue contractus innominatus, nam ille promisit expensas & alia ut admittatur ad iudicium,& statim quod iudex admittit adimpleuit pro parte sua, ergo debet nasci actio ex regula ordinaria & iudici & parti, per ea quæ dixi sup.in primo exemplo secundi modi concipiendi transactionem,& sic patet quod non obstat, & quod nec etiã hæc limitatio est uera,qđ magis placet.

Septimo inducitur.d.l.1.ff.de cur.bonis dand.& d. glo.in lege.1.in fine.ff.de interrog.actio.Sed facilis est solutio, quia ibi tractatur de aliis effectibus nascentib. ex actis,non effectu producendi actionem de qua nũc agitur.

* Quare communiter doctor. tenent contrariam opinionem,quod pactum nudum non uestiatur calore iudicii,& pro ista opinione adducitur tex. in d.l.cũ ostendimus.§.fi.arg.a speciali,nam ibi est speciale fauore pupilli secundum doct.quod pactum nudum uestiatur & producat actionem,ergo incontrarium est ius commune.Sed supra etiam responsum fuit, & dictum quod ille tex.non facit nec pro nec contra, quia non loquitur de pacto nudo ualidando,Sed ibi tractatur de inducendo stipulationem nouam efficacem per fictionem, uel præsumendo, ideo inducit uel præsumit contractum efficacem ut circuitus euitetur,& quia nullum apparet ibi factum fuisse pactum,non potest tractare de ualidãdo pacto quod non fuit.

Secundo inducitur tex.noster hic,ubi non fit differẽtia an fiat transactio in actis uel extra acta quantum ad effectum producendi actionem,Sed respondetur secundum aliquos,quod uersi.Sed quoniam non intelligitur in casu primi dicti,Sed in alio casu quando non fuit iudicium,cum ueniat aduersatiue ad generalem regulam positam in princ. Quæ solutio est falsa,quia dictio aduersatiua repetit omnes qualitates præcedentis orationis.l.hoc amplius.§.de iis.ff.de damno infecto.& not. per Bartolum in lege transigere. colum.penulti.supra eodem.& ibi Iaso.& ego dixi.& facit quod uoluit Bal. in lege omnes populi.in 15.colum.ff.de iust.& iure.Secundo respondet Alcia.in d.l.1. de uerborum obligat. num.10.quod iste tex.loquitur in contractu correspectiuo qui difficilius fomentatur cum sit debilior & in eo habeat locum pœnitentia.l.si pecuniam. ff. de condi.ob ca.Et per hoc nec etiam fomentatur a iure canonico,ut per Bal.in l.cum quis.sup.de iur.& fac. ignor. colum.10.& per Riminal.hic 2.notab.& tamen pacta nuda fomentantur.c.1.& 3.ext.de pac.Quæ responsio est fragilis,quia licet sint debiles propter pœnitentiã, tamen sunt fortiores postea quia habent causam & magis deliberate uidentur esse facta.le.iurisgentium.§.1. ff.de pac.unde non sequuta pœnitentia semper habent maiorem efficaciam & maiorem æquitatem ut obseruentur.Præterea in transactione non militat ratio pœnitentiæ.l.quamuis.inf.eo.Item in hac lege interueniebat implementum promissum,& obseruatio inquantũ poterat actor facere,& militat maxima æquitas,& tamen non ualidatur calore iudicii.Quare tertio respondendum est,quod iste tex.loquitur in contractu correspectiuo ut hic & ibi dicebat Alc.Sed alio modo declarando,nam in contractibus innominatis adimplementum requiritur pro forma producendi actionem & perfectum.l.dedi.ff.de cond.ob cau.Præsentia uero actorum & iudicii non facit perfici implementum efficax, quia pactum de non petendo etiam in iudicio factum non facit quod actor si uult de nouo non possit litigare,ideo deficiente forma producendi actionem nõ poterit nasci actio,In pacto uero uidetur tolli impedimẽtum,quia præsumitur causa & maior deliberatio. Vel quarto etiam potest responderi,quod iste tex.loquitur in transactione quæ tendit ad impugnandum iudiciũ, ideo ex eo non debet consequi fomentum.c.ex eo. de reg.iur.in 6.& no.per modernos in l.lecta.ff.si cer. pe. dum uolunt quod pactum reformatorium non uestitur cohærentia contractus, quia eum impugnat uel ei contradicit,& ibi etiam dixi latissime.

Tertio quod non uestiatur pactum inducitur tex. in d.l.omnes.§.in hac sup.de epis.& cler.ubi clerici inter sedebent fideiubere per stipulationẽ, Sed potest respõderi quod ille tex.loquitur de fideiussione quæ pro forma requirit stipulationem, secundum magis cõmunẽ * opin.doc.in d.rub.ff.de uer.obl.Itẽ illa fideiussio de iudicio sisti æqualiter põt pstari tã in iudicio quã ex tra.

Quarto inducitur secundum Are.quia stipulatio iudicialis requirit interrogationem & responsionem, sicut illa quæ fit extra iudicium.d.l.5.dum ibi fit mentio de stipulatione iudiciali,& postea ponit. §. stipulatio. ergo per iudicium non inducitur fomentum.Sed respõderi potest quod aliud est in forma quæ non potest suppleri,ut per Alex.in l.inter cætera.ff.de lib.& post.aliud est in fomento producendi actionem quod facilius fit,ut patet ex omnibus uestimentis pactorum de quib. dixi in l.petens.sup.de pac.in præmiss.

Quinto inducitur,quia regula ponitur in di.§. igitur nuda.& qui uult dicere quod pactum nudum producit actionem debet illud probare.arg.no.in l.omnis diffinitio.ff.de regu.iur.& no.per Bar.in l.2.col.2.ff. siquis ius dic.non obtemp.& per Innoc.in c.præterea.de dilat.& Bal.in l 1.uers.quæro quid de deportato.ff.de hered.inst.Sed responderi potest secundum docto. quod immo reperitur iure cautum per d.l. cum ostendimus. Quæ tamen lex non probat, Vnde potest dici quod satis probatur fallentia quando ratio regulæ cessat, arg. l.adigere.§.quamuis.de iur.pat.& hic cessat ratio,quia deliberate factum fuit,Item satis uidetur probare d.l. pacta nouissima.sup.de pac.cum aliis simil.

Sexto inducitur lex sancimus.C.de testamen.ubi testamentum non ualidatur per præsentiam actorum, Sed facilis est responsio,quia testamentum habet suam formam sine qua non potest esse in rerum natura, & non potest suppleri per præsentiam actorum, quia licet clara appareat uoluntas testatoris,si tamen testamẽtum non habet suam formam non ualet.l.e.si unus.infra de testamentis.quia defectus formæ non potest per aliquod extrinsecum suppleri, nec etiam ex causa necessitatis.c.debitum. & cap. penul. extra de baptismo. & not. Abbas in dicto capitulo debitum.in secundo notabili.Sed pactum habet suam formam traditam a iure in genere suo, merito per præsentiam actorum debet posse adiuuari ut producat actionem sicut uestitur cohærentia contractus & traditione rei extrinsecæ. l. legem sup.de pac.

Septimo inducitur ratio talis,nam maior est defectus formæ quam materiæ.l.an inutilis.& ibi not. ff. de accep.Sed per iudiciũ non suppletur defectus materiæ, quia nõ ualet pmissio rei reprobatæ.§.1.inst.de inutistipul.

stipul. ergo tanto minus supplebitur defectus formæ. Sed pactum deficit in forma ergo &c. Sed responderi potest negando assumptum, quod pactum nudum deficiat in forma, cum licet non habeat formam specificā alterius contractus nominati, tamen habet certam formam attributam pacto simplici perfectam, & sicut habet sufficientem formam ad producendum exceptionem, ita etiam debet esse sufficiens ad producendam actionem cum fomento, quia solum habet defectum ex debilitate non ex perfectione formæ, quæ debilitas sicut potest per alia uestimenta toli & augeri uirtus, ita etiam uidetur quod possit augeri per præsentiam actorum.

Octauo inducitur, quod iudicium non operatur qđ actus ualeat omni meliori modo. l. suus. C. de rep. hær. ergo nō operabitur quod pactum producat actionem Sed responderi potest negando consequentiam, quia non sequitur per hoc quod pactum non possit uestiri calore iudicii, sicut uestitur alias uetus aliis uestimētis, quæ tamen non possunt operari quod actus ualeat omni meliori modo, cum alias induceretur semper stipulatio, Item potest dici quod immo in istis conuentionibus operatur illum effectum cum inducat stipulationē in l. cum ostendimus. §. fi. de fid. tut. cum conc. Ex quib. patet neutram opinionem habere fundamenta concludentia, & articulum esse disputabilem.

14 Decisiue † tamen loquendo magis placet illa opinio, quod pactum non uestiatur calore iudicii. Quia principalis ratio quare pactum non producat actionem est, quia non assumpsit specificam formam, & nomen elegans, quæ duo inducunt uirtutem productiuam actionis. d. l. iurisgentium. in princ. & 2. responso. & ibi not. Et adhoc ut uestiatur oportet quod insit specialis causa ut causa cohærentiæ contractus uel traditionis rei quæ faciunt correspondentiam cum ipso pacto, ut no. in l. petens. sup. de pact. in 2. notabil. Decii. & propter correspondentiam inducitur fomentum supplēdo causam pacti. Iudicium autem non facit correspondentiā ad pactum si non pertinet ad negotium agitatum in iudicio, & per consequens non potest supplere causam uel eam addere, & si pactum pertineat ad causam iudicii uel negotium non potest uestiri, quia non potest dici appositum incontinenti prout requiritur, ad hoc, ut per correspondentiam nascatur actio. d. l. petens. & l. legem. sup. de pact. Et in casu d. auth. generaliter tenendo opinionem glo. ibi non erat pactum nudum, sed erat contractus innominatus, quia ille sciebat se non posse admitti ad iudicium nisi ita promitteret. Vnde uidetur promittere ut iudex admittat, & postea si iudex admittit eum ad iudicium adimplet pro parte sua, & nascitur sibi actio præsc. uerb. ut sup. dictum fuit in 1. modo concipiendi transactionem, & quod istud pactum in iudicio non apponatur incontinenti, probat tex. in d. l. iurisgentiū. §. quinimmo. uer. ut puta. & ibi Bar. & latius Ang. Nec uestimentum legis auxilio adaptari potest, quia lex non inducit illud nisi fauore causæ propter quam fit pactum. iux. l. ad exactionem. C. de dot. prom. & quæ not. in d. l. legitima. ff. de pact.

Secundo facit d. l. omnes. §. in hac. sup. de epis. & cle. quæ requirit stipulationem in personis priuilegiatis, & ei non potest responderi sine uiolatione. Tertio facit hæc lex cum aliis simili. dum uolunt quod si fiat pactum de non petendo in iudicio nō producat actionē. Quarto facit, quia non reperitur iure cautum quod si contractus inutilis insinuetur quod per præsentiam actorum efficiatur utilis contra regulas iuris. Nec ob. ꝙ per præsentiam actorum saltem uideatur interuenisse stipulatio siue fingatur, & sic est maximæ uirtutis. d. le. cum ostendimus. quia respondet Bal. præsentiam solā actorum hoc non operari, sed oportere concurrere fauorem personæ & aliquid aliud, & in d. l. cum ostendimus. plura interuenerunt de quibus ibi & sup. dixi. Alias requiritur expressa decisio legis, ut in casibus not. p Bar. & doct. in d. l. 1. de uer. oblig. cogita tamen.

15 Circa secundum † articulum, an actus nullus ex se efficiatur ualidus si fiat in iudicio uel in præsentia actorū. doct. hic uidentur concludere quod sic, ut patet in cōfessione facta sine causa in in iudicio. arg. no. in l. 1. in fine. ff. de inter. actio. & l. 1. ff. de cur. bon. dan. & per Barto. in l. postquam liti. col. fi. sup. de pact. & ibi Dec. col. 2. in 4. limitatione. Sed incontrarium est ueritas, quia actus de se nullus non efficitur ualidus propter præsentiam iudicii uel actorum, ut patet in contractibus factis cum minoribus, inter uirum & uxorem, inter patrē & filium, qui tamen ualidantur propter iuramentum, ut no. in c. cum contingat. de iureiu. & l. pactum dotali C. de colla. & c. 2. de pactis in sexto. & l. Sancimus. infra de testam. & dixi in lege fi. supra de pactis. Nec obstat glo. in d. lege 1. de inter. actio. quia ibi confessio ualidatur propter causam iudicii conuenientem confessioni, ab ea confessio assumit robur, cum præsumatur fuisse propter subiectam materiam. argum. l. insulam. de præscrip. uerb. & l. Titia. §. idem respondit. de uerbo. oblig. Et idem esset in confessione facta incontinenti, quia p̄sumeretur causa illius contractus si conueniret materia, & si dicatur contrarium supra firmatum fuisse in pacto quod non assumat causam a iudicio, ergo idem in confessione, respōdetur quod aliud est in pacto quod requirit correspondentiam ad assumendum uigorem, & ideo oportet quod apponatur incontinenti. Sed confessio non ualidatur propter correspondentiam, Sed propter causam solam quia debet esse cum causa, & nō requirit confessio remunerationem, pro ut requirit pactum. Non obstat lex postquam liti. quia ibi illud ego reprobaui, & dixi quod renuntiatio sui natura ualet sine præsentia iudicis ex sola uoluntate, sicut, & confessio, tamen potest reuocari antequam acceptetur a parte. Et si interueniat præsentia iudicis acceptantis nomine partis, tūc impeditur reuocatio, quia amplius nō potest sicut quando fit in præsentia partis, ut no. in leg. certum. §. siquis absente. ff. de confes. & per Iaso. in §. siquis postulante. insti. de actio. & declarat Barto. in d. l. postquam liti. colum. fina. & ibi late dixi. Sed quando actus ex alio est nullus, non ualidatur per iudicium, ut patet ex prædictis. Non obstat lex 1. de cur. bon. dand. quia ibi non est uerum quod repudiatio ualidetur per iudicium, quia nō potest dici ibi fuisse factam repudiationem, cum illa sui natura non potest fieri de iure conditionali uel iure non delato. l. 1. §. decretalis. ff. de succes. edicto. nec etiam per iudicium posset ualidari. iuxta legem actus legitimi. ff. de regulis iuris. sicut nec illi alii actus ualidarentur per iudicium. sed d. l. prim. cum suis concordantibus loquitur de renuntiatione quę potest fieri de iure conditionali, & omni alio iure tā quęsito quam quærendo, ut dixi ultra alios in lege prima. supra de pactis. in præmissis & in principio glosæ. Et sic conclusio remanet, quod regulariter actus de se nullus non potest ualidari per præsentiam iudicis uel actorum.

16 Circa † tertium articulum, an actus ualidus si fiat in iudicio assumat maius robur & pleniorem firmitatem & præsumptionem. Et in hoc fienda est conclusio ꝙ sic, & ad hoc tendunt multa allegata ęquiuoce per doctores. Nam actus factus in iudicio habet maiorem præsumptionem pro se quam actus extraiudicialis, quia sicut præsumitur pro actis, ut no. in l. 2. sup. de edendo. & acta sint ex omni causa publica, Ita præsumitur pro isto actu, & erit ex omni parte publicus. faciunt no. in cap. quoniam contra. de probatio. & posita per Decium in dic. lege pacta nouissima. Et ideo fideiussiones & conuentiones & contractus facti in iudicio facilius mittūtur executioni, & debitores facilius carcerantur propter talia debita, secundum Barto. in lege tale pactum. §. qui prouocauit. colum. septim. ff. de pactis. Quare remanet

manet conclusio secundum literam positam hic in textu, quod actus qui sui natura non ualet non ualidatur, uel si ualet non augumentatur per iudicium, sed corroboratur & maiorem præsumptionem assumit, & dicebat Bal. quod actus ex eo quod fiat cum scriptura uel in iudicio non assumit maiorem ualiditatem uel efficaciam, quamuis maiorem firmitatem uel præsumptionem accipiat.

17 Vnde sequitur,† quod si statutum disponit quod instrumenta non ualeant nisi sint registrata in actis, uel requirant scripturam, sicut exorbitantia a iure communi, & ideo sunt stricte intelligenda, & propterea dixit se consuluisse, quod statutum disponés contractus mulierum non ualere sine insinuatione, non habebit locũ in simplici liberatione & pacto de non petendo uel acceptilatione. argum. l. 3. §. hęc uerba. ff. de neg. gest. Licet, dicit ipse, in contrarium uideatur glo. in l. 3. §. 1. ff. de contrario iud. tutellæ. & argum. l. si ad resoluendum. infra de præd. mino. Et sequitur Alex. hic, & in l. more. ff. de acquir. hæred. Moti, quia appellatione contractus non uenit distractus. l. 3. in princ. & ibi Bald. C. si tutor uel curator interue. ibi, distrahentibus uel contrahentibus. Secundo facit quod uoluit Barto. in l. ab emptione ff. de pactis. ubi dixit quod statutum disponens de contractu solui gabellam, non habet locum in distractu. Tertio facit doctrina Bartoli in lege apud Iulianum. §. quibus. ff. ex quib. caus. in possess. eatur. uolentis quod mulier prohibita contrahere, nõ prohibeatur quasi cõtrahere & adire hæreditatem uel stare in iudicio. Quarto facit dictum Bal. in lege tres fratres. ff. de pactis & l. si donationis. C. quod metus causa Salicet. in le. 1. colu. quinta. supra de pactis. quod statutum loquens de contractu non habet locum in refutatione uel renuntiatione. Quinto facit quod uoluit Abbas in consilio. 108. illud in effectu. uolum. 2. quod statutum disponens minorem non posse contrahere sine decreto, non habebit locum in pace, quia pax est quædam remissio, & hanc opinionem Bald. hic dixit hic Alexand. seruari in practica & esse communem. Decius consi. 695. colum. prima. Parisius consilio 150. colum. secunda. & consilio. 159. columna penultim. & fina. uolum. quarto. Curt. in dict. rubrica ad finem. Felynus in capitulo fi. colum. 6. & 9. de foro compet. Parpal. in lege siquis maior. in 3. notabili. infra eodem. Ex qua opinione infertur, quod tale statutum non habebit locum in transactione, quæ est distractus & refutatio iuris sui, ut dixi in rubrica supra eodem. in fine.

Sed ipsemet Bald. sibi contrarius tenuit contrarium in rubrica supra de pactis. quod statutum prohibés mulierem contrahere habet etiam locum in distractu & liberatione. Et idem tenuit in lege pactum quod dotali. infra de colat. colum. 20. Pro qua opinione Iason adducit quinque. Et primo doctrinam Barto. in lege si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. dum uoluit quod statutum disponens mulierem non posse obligari, habeat etiam locum in pacto de non petendo, & liberatorio, & idem esse dixit Bald. ibi quando statutum prohibet mulierem contrahere. Secundo allegat dictum Barto. in lege more. ff. de acquirend. hæred. qui uoluit quod statutum prohibens mulierem contrahere prohibet etiam adire hæreditatem & quasi contrahere, & sequitur Roman. in l. metum. ff. de acquir. hæred. & Pau. de castro ibi, qui dixit se uidisse hanc opinionem seruari in practica. Tertio adducit, quia in statuto non potest assignari nisi una ratio, fragilitatis mulierum, ergo habetur pro expressa, & ideo ex ea licitum est arguere ad casus in quibus æqualiter militat, etiam in correctoriis, ut per Imo. in l. si uero. §. de uiro. ff. solu. matr. & Bal. in l. fi. col. 4. inf. de lib. præter. & in l. quamuis. post glo. ibi. C. de fideic. per l. milites agrum. ff. de re milit. & l. iis solis. C. de reuoc. don. Quarto facit. l. si ad resoluendum. inf. de prædiis min. ibi, contrahere uel distrahere. Quinto adducit regulam positam per glo. in l. tale pactum. in fine. ff. de pact. quod statutum debet extédi ad omnes casus quos uerisimiliter compræhendissent statuentes si fuissent interrogati. Sed si fuissent interrogati statuentes de distractu & liberatione idé statuissent, ergo ad eos debet fieri extensio, & ita residet Iason more suo solito cumulans allegationes Bertachini. Eandem opinionem comprobat late Cagnolus in rubrica supra de pactis. dicens opinionem Bal. ibi affirmatiuam, quod fiat extensio, ueriorem esse & hanc negatiuam positam hic quod non trahatur ad distractum uel liberationem communiter damnatam esse, quia licet inspecta proprietate uerborum distractus a contractu differat, & ea ratione non compræhendatur sub statuto loquente de contractu, compræhenditur tamé per uiam extensionis quando militat eadem ratio, quia statutum de contractu ad quasi contractum & liberationem porrigitur, ut per Dec. in d. c. qua fronte. column. 2. ratio autem prædicti statuti sola fuit ut succurratur imbecillitati mulierum. Et ne sine præsentia consanguineorum contrahendo illaquearentur. l. 1. & 2. ff. ad uelle. l. transactione. cum ibi no. Bar. sup. eo. sed quãdo debitorem liberant maxime lædi possunt, ergo eis succurrendum, & quando unica ratio potest assignari habetur pro expressa, ut per Are. in d. l. mutum. & Dec. cõsi. 372. cum aliis multis authoritatibus modernorum per repertoria more cumulatis, ut ibi etiam dixi. Et fundamentum suum potissimum est in extensione quę debet fieri ex idemptitate rationis, & refert ibi plerosque doctores in hoc articulo fuisse sibimet contrarios, & etiá Dec. in c. qua fronte. de appellati. colum. 2. & in le. qui se patris. col. fi. inf. unde liberi. Ego autem puto dicendum ut etiam conclusi in d. rubr. primo distinguendos esse terminos, & ponderanda esse uerba statuti quomodo sint concepta, ut appareat an distractus uel liberatio contineatur ex proprietate uerborũ, quo casu decisio est facilis, & postea si non contineatur, an possit fieri extensio.

18 Ideo dixi† sequendo in uno Iaso. in d. §. pactus ne peteret. considerandum esse an statuti uerba sint de obligatione, ut quia prohibeat minorem uel mulierem obligari, & tunc compræhendetur pactum de non petédo & omnes distractus, quia in pacto liberatorio & distractu & quasi contractu est uera obligatio, ut concludunt doctores in dicto. §. pactus ne peteret. & per Bartolum in dicta lege more. ergo de proprietate sermonis compræhenduntur in statuto. & per consequens de eis loquitur dispositio per legem primam. §. quod autem. ff. de aleator.

19 Si uero† statuti uerba referuntur ad alienationem, ut quia prohibeat minorem uel mulieré alienare, & tunc similiter compræhendentur omnes distractus, pacta liberatoria, refutationes & renuntiationes, ex eo quia in omnibus istis casibus est uera alienatio. l. alienationis uerbo. ff. de uerbo. signi. & §. alienationis. in aut. de non alienan. Ergo de proprietate sermonis continebuntur in statuto, & per consequens dispositio statuti in eis uerificabitur sine subauditione. argu. d. l. 1. §. quod autem. ff. de aleator. Sed an compræhendatur repudiatio hæreditatis uel legati, est magis dubium, quia illa non dicitur esse alienatio per le. qui autem. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. & l. cum hic status. §. si maritus. il secundo. ff. de don. inter uir. & uxo. & dixi late in l. prima. in præmissis. sup. de pact. Tamen etiam placet quod compræhendatur si facta fuit per imbecillitatem, quia saltem est alienatio iuris adeundi quod sibi competebat licet ipse res non proprie alienentur, cum ius adeundi de præsenti competat, ut etiam dixi in dict. lege 1.

20 Si uero † statutum prohibet minorem uel mulierem contrahere sine certa forma, & hic est casus de quo quęritur, & Baldus hic loquebatur, quia dicebat statutũ uolens contractus non ualere sine insinuatione esse exorbitans

exorbitans & non trahi ad distractus refutationes & pacta liberatoria, Sed ut patet ex supra allegatis, doctores fuerunt ita uarii & sibi contrarii ut non bene possit cognosci quæ sit communis opinio. Tamen omnes uidentur magis inclinare quod comprænhendantur illi actus ex ui extensionis, secundum authoritates cumul. per Cagnolum in dicta rubrica. Sed ego puto non esse ita simpliciter pertranseundum cum authoritatibus, & inquirendum esse an isti actus cõtineri possint de proprietate sermonis sub statuto loquente de contractu, & postea tractandum de extensione.

31 Et pro resolutione† præsupponendum est, quod contractus duobus respectibus possunt assumere proprietatem, Nam contractus dicuntur quasi actus hinc inde. i. ab utraque parte actus. l. Labeo. §. primo. & ibi Alciatus. ff. de uerborum significatione. Iste autem actus hinc inde potest considerari respectu consensus tantum, ut tunc sit contractus quando est ab utraque parte consensus, & tunc omnia pacta tam correspectiua quã simplicia erunt proprie contractus, quia in omnibus pactis est consensus duorum. l. 1. ff. de pactis. & ab hac significatione excluduntur solum actus qui perficiuntur ex uoluntate unius, ut est policitatio. l. pactũ. ff. de polic. renuntiatio siue repudiatio, ut no. in l. 1. & l. post quam liti supra de pactis. cõfesio, testamentum & alii similes actus de quibus in l. actus legitimi. ff. de reg. iu. Et in hac significatione sumitur in §. fin. insti. de oblig. & l. siquis emptionis. & ibi gloss. infra de præscrip. 30. uel 40. annorum. & per glo. in l. 1. ff. de actio. & oblig. in glo. figura. & in infinitis uariis locis. Secundo modo in contractu potest considerari hinc inde actus respectu obligationis & promissionis, ut ab utraque parte sit obligatio & promissio, & in hac significatione sub nomine contractus non ueniunt nisi contractus correspectiui. d. l. Labeo. ff. de uerbo. signific. & non continetur stipulatio, donatio, acceptilatio, optio, hæreditatis aditio, pactum, & similes conuentiones quæ non continẽt nisi obligationem ab una parte, ut probatur in d. l. Labeo. ubi stipulatio appellatur actus & non contractus. Et sic contractus capitur in genere, & in specie, in genere comprænhendit omnes conuentiones dependentes a consensu duorum. l. 1. ff. de pactis. sed in specie comprę hendit conuentiones correspectiuas tantum.

32 Ex quibus† patet resolutio, ꝙ de proprietate sermonis cõtineantur distractus, & pacta liberatoria sub nomine contractus. Nam si capiatur contractus in genere, de proprietate sermonis continebuntur omnes distractus, & pacta liberatoria. & omnes refutationes quæ habent consensum duorum. d. l. 1. & §. si. ff. eo. sed non continebitur policitatio, renuntiatio simplex repudiatio optio confesso & similes actus dependentes a uoluntate unius. l. pactum. ff. de polic. Sed an uirtute extensionis ueniant isti actus unius uoluntatis, doctores non declarant, sed ego puto quod in dubio non ueniant, quia non militat ratio fragilitatis ita fortis, cum non sit persona contrahens alia quæ præsumatur decipere mulierem uel minorem, Nisi constaret quod statutum fuit fundatum in sola imbecillitate personarum non respiciendo an ab alia parte posit subduci, sed solũ quod ex sui fragilitate disponat male de rebus suis, nam tunc quia militaret eadem ratio, posset fieri extensio, per allegata pro communi opinione. Eadem enim fragilitas potest mouere mulierem uel minorem ad faciendum policitationem renuntiationem optionẽ malam & similes actus, quæ potest inducere etiam ad faciendum contractus continentes consensum duorum. Quasi contractum autem puto omnino contineri, & aditionem hæreditatis saltem uirtute extensionis, tum quia in quasi contractu est consensus duorum, cum lex fingat absentem consentire, ut dixi in rubrica supra de pactis tum etiam quia si non haberet tractatur de utilitate alterius militat ratio subornationis, & lato sumpto uocabulo appellatur contractus, ut not. in rub. inst. de actionib. §. 1. in uerbo modis. Et quia istud statutũ est factum fauore publicæ utilitatis, & uerba large capiuntur, ut per Bar. in l. 2. §. exetcitus. ff. de iis qui no. in fam. & in l. si quis id quod. ff. de iur. omnium iudicum. Si uero in statuto capitur contractus in specie. & tũc de proprietate sermonis nedum non continebitur distractus, uel liberatio, uel pactum de non petendo, sed nec etiam continebitur stipulatio, donatio, pactũ simplex, & similes conuentiones producentes obligationem ab una parte tantum, quia non sunt contractus in specie, sed actus. d. l. Labeo. ff. de uerb. sign.

Et hoc uidetur clarum, sed an fiat extensio statuti ad tales actus, est magis dubium, & doctores inclinant ꝙ sic, quos supra retuli, & posuit Cagn. in d. rub. Sed ego non puto ita absolutum, cum ratio fragilitatis hoc casu non possit militare si constat uoluisse capere contractum in specie, sed potius uidentur moti fuisse alia ratione, cum si uoluerint excludere stipulationem & donationem, causa finalis non fuit ipsa fragilitas, nec potest reddi ratio quare si uoluerũt excludere stipulationem & donationem, quia non sunt proprie cõtractus, etiam non uoluerint excludere pactum liberatorium & pactum de non petendo & renũtiationem. Et ideo male poterit fieri extensio nisi ratio sit expressa in statuto ut possit apparere an militet in istis casibus. Ex hoc tamen solo quod sit distractus, puto quod non excludatur a statuto si in distractu est obligatio ab utraque parte. ut est transactio, in qua uerum est quod est hinc inde actus & obligatio ab utraque parte. Qui. n. distrahit obligationem etiam contractiuam facere uidetur. l. an inutilis. ff. de accepti. Et ideo omnino puto transactionem contineri, in tali statuto, non tãtum uirtute extensionis, sed etiam ex proprietate sermonis, ex ui comprænhensiua. arg. d. l. Labeo. de uerb. sig. coniuncta. l. 1. §. quod autem. ff. de aleat. cum uulgar. Et si quæratur in qua significatione in dubio per statuentes uideatur capi iste terminus contractus, puto considerandum, nam si apparet quod uoluerunt comprænhendere stipulationem uel fideiussionem uel donationem, & tunc etiam apparet quod uoluerunt capere contractũ in genere, sub quo continetur stipulatio, Sed si hoc nõ apparet, recurrendum est ad doctrinam Barto. & aliorum in rubr. ff. solu. matri. in illa. q. de uerbo quod potest capi in genere & in specie, quomodo capiendum sit, Et ad subiectam materiam. Circumscriptis uero cõiecturis puto quod capietur in genere, quia hæc est significatio magis frequens & apud iurisconsultos & leges, & ex communi usu loquendi qui in dubio seruari debet, ut per Barto. in l. 1. ff. de suis & legit. Et ideo in dubio in quæstione Bald. de statuto uolente contractus insinuari, puto quod contractus capientur in genere, & de proprietate sermouis uenient distractus & pacta liberatoria & refutationes dependentes a uoluntate duorum, per prædicta, cogita tamen.

33 Secundo† notandum est particulariter de transactione, quod transactio æqualiter ualet siue fiat cum scriptura siue sine scriptura, Et sic non est de contractibus in quibus requiritur scriptura pro forma. concordat. l. cum transegisse. supra eodem. & l. pactum quod bonafide. supra de pactis. Et ideo sequitur quod transactio potest probari per testes, ut no. Dec. in d. l. pactum. per l. in exercendis. infra de fide instrumentorum. & l. cum res. infra de probat.

34 Tertio† notandum est, quod ad ualiditatem transactionis non interest an fiat in actis uel extra acta, quia acta non ualidant transactionem nec dant ei maius robur & fomentum ad producendum actionem, quia sicut non sequuto implemento in trãsactione facta ext. iudicium non nascitur actio, eodem modo nec in transactione facta in iudicio, Quæ conclusio procedit etiã quod actor fecerit quod potuerit pro implemento perficien-

ficiendo,& sic nullum penitus robur concedit, ut probatur in 2.parte legis, quæ intelligi debet necessario quod erat facta in iudicio, quia si intelligeretur quod esset facta extra iudicium ut uolebant aliqui, sequeretur quod primum dictum non esset uerum quod nō interest an fiat apud acta uel non, quod est destruere literam. Vnde cum secundum dictum ueniat illatiue ex primo dicto, siue intelligas in secundo dicto quod transactio sit facta extra iudicium, siue in iudicio, necessario semper intelligitur cū qualitate primi dicti, quod non intersit an sit facta in actis uel extra acta, & cū scriptura uel sine ea. Et propterea sequitur semper quod per iudicium non ualidetur, de quo tamen dic ut supra conclusi. Ex quo infertur ad aliud quod dixi in figuratione casus, quod ad impediendum litem siue extinguendum litem non requiritur aliqua solemnitas extrinseca, sed sufficit litigantes uelle discedere. Et sicut per renuntiationem simplicem extinguitur siue amittitur dominium.l.1.& 2.ff.pro derelicto.& omne aliud ius, ut dixi in l.1.supra de pactis.ita etiam extinguitur lis & causa & instantia.l.postquam liti.supra de pactis.& sufficit sola uoluntas renuntiantis, ut ibi dixi.& l. fratris. supra eodem.

25 Quarto† notandum est ibi, ex pacto nudo. quod transactio appellatur pactum nudum, Sed incontrarium uidetur lex prima.& lex transigere supra eodem. & l. 1. ff.eodem.ubi transactio distinguitur a pacto.& sequuntur omnes docto.in rubr. supra eodem. dum uolunt q̃ trāsactio & eius titulus distinguatur a titulo de pactis. Sed uera solutio est quam posui supra in præmissis, & in d.rubr.quod proprie loquendo transactio distinguitur a pacto nudo, quia pactum nudum simplex est proprie pactum nudum, transactio uero est pactum correspectiuum & contractus innominatus, sed tamen quia transactio & cæteri contractus innominati propter debilitatem non producunt actionem nisi sequuto implemento. l. ex placito. infra de rerum permut. uidentur habere quandam similitudinem cum pacto nudo simplici. Et ideo comparando eos ad contractus nominatos qui semper sine implemento producunt actionem, dicuntur quodammodo pacta nuda, tamen uere non sunt pacta nuda, sed secundum quid & improprie per prædicta iura. Item in pactis nudis uestimentum requiritur de re extrinseca, In cōtractibus uero innominatis uestimentum fit de re promissa in contractu, & magis proprie est implementum, ut dixi in l.petens. in præmissis supra de pactis.

Sed unum plus colligitur ex isto textu, qui in hoc nō ponderatur a doct. quod transactio dicitur pactum nudum etiam sequuto implemento aliquo ab una parte quæ fecit quod potuit ut impleret, ut hic erat in actore qui discesserat a lite & fecerat pactum de non petendo. Ex quo sequitur quod in contractibus innominatis parificantur non implere uel imperfecte implere. facit lex dedi. infra de condic.ob causam. Et est ratio, q̃a cum non nascatur actio adhuc retinet similitudinē pacti nudi, idem etiam est in eo qui tenetur ad restituendum.l.3.§.si reddita.ff.commoda.cum concordan. ibi adductis in glo.

Quinto notandum est, quod transactio est cōtractus innominatus, quia si esset conuentio nominata produceret actionem.l.iurisgentium.in princip.ff.de pact. l. 3.§.1.ff.de rerum permut. Dicit tamen Iason hic quod hoc non probatur ex isto textu, quia licet conuentiones iurisgentium ex solo pacto producant actionem, tamen aliæ conuentiones ex pacto non producunt actionem, ut per Barto.in l.iurisgentium.§.quinimmo. colum.penul.ff.de pact.& in §. primo. quia contractibus nominatis non nascitur actio nisi quādo habēt formam a iure ciuili, Ideo dicit ipse melius probari ex nota.per Barto.in l.1.§.conuentiones.ff.de pact. ubi uerbum transigere, ponitur generaliter, & quia transactionis nomen est generale, Sed tu dicas quod immo probatur est isto tex. nam cum dicit transactio non producit actionem, ne ex pacto nascatur actio, demōstrat quod transactio est pactum nudum, cum pacto uestita producat actionem, sed omnia pacta nuda correspectiua sunt contractus innominati, ergo & transactio. Præterea in omnibus contractibus iurisgentiū, quando sunt nominati, nascitur actio, sed transactio est de iuregentium, & ex ea non nascitur actio ex simplici conuentione, ergo non est contractus nominatus. l. 1. §. 1.ff.de rer.permut.& licet uideatur habere nomen elegans, tamen non dicitur nominatus cōtractus, quia est nomen generis, ut infra dicemus cum Bar.

26 Sexto† notandum est, quod per transactionem non amittitur dominium, nam sibi non posset competere actio in rem quæ datur soli domino.§.1.insti.de actio. Incontrarium tamen uidetur esse text. in l. qua ratione.§.interdum.ff.de acquir.rer.dominio.& l.si mulier. ff.de rei uend.ubi sola quando res est apud alium præcedente titulo transfert dominium. Sed Iason respondet quod regula dicti §.interdum. habet locum quando præcedit titulus habilis ad transferendum dominium, sed titulus transactionis non tendit ad transferēdum dominium, sed ad imponendum finem liti, ideo non transfertur. Quæ solutio falsa uidetur, quia immo transactio est titulus habilis ad transferendum dominium, ut patet in l.si pro fundo. infra in hoc titulo, ubi pro re aliena data agitur de euictione actione præscriptis uerbis. Item transactio est contractus do ut des, & aliquando facio ut des, ut per Barto.colum.penulti.ergo est habilis ad transferendum dominiū, unde Dec. in l.postquam liti.supra de pactis dicebat quod per trāsactionem transfertur dominium quando est renuntiatum liti & causæ, quia ex titulo præcedenti sola uoluntate potest transferri dominium.d. §. interdum. Nec obstat iste tex.quia hic non est renuntiatum liti & causæ, sed adhuc durabat instantia, quia tex. dicit, rei uendicatione pendente, ut dicam in sequenti notab. Mihi autem placet quod indistincte non transferatur dominium ex causa transactionis, ut uoluit Barto.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poss.column.4. uers.pro declaratione.& Bald.in auth. in successione. infra de leg.hær.in fi.per tex. in d. l. si pro fundo.infra eodem. Nec obstat.d.§.interdum.quia ille text. loquitur quando paciscentes agunt ut transferatur dominium, sed in transactione hoc non agunt paciscentes, quia intendunt solum recedere a lite, non autem transferre dominium. nam quando uolunt tranferre, tunc apponunt acceptilationem.l.ut responsum.supra eod. Et sic non negatur quin titulus transactionis non sit habilis ad transferendum dominium, sed quod transigētes non agunt, & hoc modo debet intelligi glo.in l.penul.infra de usuc.pro empt. Vnde si reus donaret aliquam rem transferret dominium si dominus esset, & si nō esset dominus.teneretur de euictione. d.l.si pro fundo.& hæc solutio est etiam de mente Cur.hic in 3.notab. Nec obstat quod ista lex loquatur de pacto de non petendo.non de renuntiatione litis, quia dato quod sit uerum, non tamen propter hoc sequitur quod transferatur dominium, cum in l. si pro fundo erat renuntiatum liti, cum alias non potuisset dari actio præscriptis uerbis, quia non diceretur adimpleuisse.

Et hoc confirmatur, quia trāsactio æquiparatur sententiæ quæ extinguit litem, & tamen per sententiam non transfertur dominium. §. item si in iudicio. instit. de except.& l.exceptio.ff. de excep. rei ind. ergo sicut exceptio rei iud. dicitur exceptio litis finitæ & transactio & renūtiatio æqualiter. d.c.1. de litis contestatione.in 6.ergo similiter dicendum est quod nec hic per renuntiationem litis amittatur dominium. Nec obstat quod renuntiatur causæ & actioni.l.litis.ff.de uerbo.signific.quia causa cui renuntiatur differt a dominio, ut dixi

dixi in d.l. postquam liti. supra de pactis. in præmissis. & in figuratione casus. Et d. l. litis non dicit quod lis comprehendat actionem, sed quod nomen litis cadit etiam super actione in rem æqualiter sicut super actione in personam. Item pro hac opinione facit, quia alias actori renuntianti liti non competeret aliquod remedium, nec posset reuerti ad primeuã actionẽ, quod est contra l. ut responsum. supra eodem. arguendo a contrario.

17 Septimo†notandum est, quod per pactum de nõ petendo non extinguitur lis, q; patet, quia text. iste præsupponit quod duret instantia, dum dicit, pendente reiuendicatione, secus tamen esset si fuisset renuntiatum liti & causæ, quia tunc extinguitur instantia, & notatur in d.l. postquam liti. & ibi dixi ideo si transactio est facta per pactum de non petendo, prosequitur litẽ in terminis in quibus erat, etiam quod processus esset publicatus uel conclusum in causa, per istum tex. dummodo non esset lapsa instantia per cursum triennii, & si esset causa appellationis idem esset, de quo tamen dubitauit Barto. in l. si diuersa. supra eodem. sed probatur hic. & in l. eleganter. §. si quis post. de condic. indeb. Sed si esset renuntiatum liti & causæ, tunc ad instaurãdam litem oporteret de nouo dare libellum & incipere litem a principio, faciendo nouam instantiam, & si opponeretur exceptio litis finitæ per replicationem excluderetur reus. argu. istius tex. & l. cum proponas. sup. tit. i. & sequitur Alciat. satis prædictæ distinctioni adhærens in d.l. si diuersa. in uerbo causæ ex integro.

18 Octauo†notandum est, quod in transactione habet locum pœnitentia, nam hæc instanratio litis permittitur hic. & in l. ubi pactum. infra eodem. & l. cum proponas. & l. si diuersa. supra eodem. Vnde contradicit tex. in l. causas. & l. fratris. supra eodem. & l. transactione finita. & l. quamuis. infra eodem. Sed solutio colligitur ex iis quæ not. in l. quamuis, infra eodem. & dici debet negando quod habeat locum pœnitentia altera parte contradicente. d.l. quamuis. quæ semper procedit. Tamen quando partes conueniunt, transactio non producit effectum, d.l. si diuersa. non magis quam si fit resoluta per partes, quam quod eam partes non allegant. Facit in simili de contractibus nominatis. l. ab emptione. ff. de pact. & l. cum emptor. ff. de rescind. uend. Vel quando actum esset ut si infra certum tempus non obseruaretur quod haberetur pro non transacto, sicut & in emptione procedit. l. sed & Celsus. §. primo. ff. de cõtrahen. empt. & Alcia. in d.l. quamuis. in fine. Quod tamen intellige resolutionem fieri ex capite causæ non sequutæ, non autem ex capite pœnitentiæ, quia solum competit condictio ad repetendum quod datum fuit ex capite causæ non sequutæ, ut declarant doctores in d.l. quamuis, & dixi etiam in præmissis. Item hæc condictio ex capite causæ non sequutæ nec libere competit sicut in aliis contractibus innominatis, sed solum datur quando aduersarius nõ obseruat, ut statim dicam, quia eo obseruante uel parato obseruare impediretur executio illius actionis. argumẽto tex. nostri hic. & d. l. cum proponas. supra de pactis. & d.l. si diuersa. ibi. si tibi placuerit.

Igitur formaliter respondendo ad contrarium dicẽdum est, quod nunquam habet locum pœnitentia nec datur condictio ex capite pœnitentiæ, sed solum potest instaurari lis in odium non obseruantis, & dari cõdictio ob causam ex capite causæ non sequutæ consentiente ipso non obseruante, & perseuerante in contumacia, quia tunc non potest se fundare in transactione quam negligit. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loc. Sed tamen si ipse uellet obseruare, impediretur instauratio litis, & resolutio cõtractus transactionis, per d.l. quamuis cum concordant. Et in casu resolutionis conditio æqualiter datur tam actori quam reo, non facta in hoc differentia ut dicebat Alcia. in d.l. quamuis, & ego puto uerissimum. Nec obstat iste tex. quia ideo hic nõ datur actori condictio ob causam ad petendum quod dedit, quia sine ea potuit propria authoritate se reponere in pristinum, incipiendo æqualiter litigare, sed si actor remisisset actionem per acceptilationem, uel alio modo esset priuatus ea, & tunc quia propria auctoritate non posset se reponere in pristinum, competeret cõdictio ob causam ut restitueretur sibi obligatio & actio sua, ut infra dicetur cum Bart. Nec obstat d. l. dedi. quia ille tex. non dicit quod actore parato obseruare non possit impedire illam conditionem satisfacto reo in interesse, ut statim dicam. Vel aliud est in contractibus innominatis, aliud est in transactione, in qua magis specialiter prohibetur resolutio. d. l. fratris. & d.l. quamuis.

29 Nono†notandum est, quod actore uolente instaurare litem est in optione rei impedire instaurationem obseruando promissa, & sic patet quod reus potest purgare moram. Nec obstat quod purgatio moræ non admittatur nisi usque ad litis contestationem. l. insulam. ff. de uerb. oblig. quia illud procedit secundum Ias. hic quando mora fuit contracta ante litis contestationem, secus si postea ut not. in l. si pacto quo pœnam. supra de pactis. Quæ solutio est periculosa, quia immo etiam ante litis contestationem & antequam incipiat actor instaurare litem ipse dicitur esse in mora non obseruando tempore suo, Vnde Bald. dabat aliam solutionem, quod iste non dicitur purgare moram quia nullam ipse commiserat, nam cum actor non posset adimplere ꝑ parte sua, quia tenebatur ad factum negatiuum, non poterat aliqua mora esse in reo in eo de quo non poterat conueniri, quia ubi nulla est petitio ibi nulla mora. l. lecta. §. fi. ff. si cer. pet. ideo conclusio remanet, quod hic non agitur de purgatione morę, sed de facultate obseruandi promissa, quam habet reus quandocunque, ex eo quia actor non obseruauit plene promissa, sed si actor obseruasset plene, tunc actione præscriptis uerbis cogeretur saltem ad interesse. d.l. cum proponas. supra eodem. & l. si pro fundo. inf. eod. coniuncta. l. naturalis. §. 1. de præscrip. uerb.

c Glo. magna diuiditur in sex partes, in prima remouet contrarium de condictione ob causam, in secunda quærit quare non datur actio pręscriptis uerbis, in tertia quærit quid de acceptilatione interposita, in quarta qd si stipulatio fuit apposita, in quinta remouet duo iura, in sexta quærit. Secunda ibi, sed quia. Tertia ibi, sed quid. Quarta ibi. item quid. Quinta ibi, item nota.

30 Sexta ibi. sc.†Iaso tamen hic antequam deueniat ad declarationem glo. præmittit ad euidentiam tres cautiones introductas fuisse pro obseruantia & pleniori executione eorum quæ debentur, nam primo est cautio mutiana quæ fuit introducta ad ualidanda legata relicta sub conditione negatiua, quia cum conditio negatiua nõ possit impleri nisi per ultimum uitæ spiritum. §. si quis ita. insti. de uerb. oblig. & l. fi. ff. de cond. inst. eueniebat quod legata relicta sub conditione negatiua efficiebantur inutilia uiuente legatario, & post mortem cum difficultate dabantur. iux. l. 1. infr. ut act. ab hær. & contra hær. Vnde fauore ultimæ uoluntatis, ut legatarii in uita possent habere utilitatem legatorum, introductum fuit quod præstando cautionem de non faciendo illud appositum in conditione fingatur adimpleta conditio. & legata eis darentur. l. mutianæ. ff. de condit. & demonst. quæ tamen cautio solum in dispositionibus conditionalibus procedebat. Secunda est cautio quæ appellatur modalis, & habet locum in dispositionibus modalibus, ut si aliquid relictum est sub modo ut aliquid fiat quod possit petere legatum præstita cautione de præstando illud quod est deductũ in modo. l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de cond. & demõst. & l. si tibi. 2. de leg. 3. Et hæc etiam habet locum in cõtractibus bonæfidei inter uiuos. l. insulam. §. fi. ff. locati.

gl. & istae duae cautiones praestantur ab agentibus, & possunt accommodari materiae nostrae. Tertia est cautio de qua fit mentio per glo. & docto. quae tamen proprie non conuenit materiae nostrae, & praestatur a debitore ante tempus solutionis quando post obligationem superuenit aliqua suspitio in debitore de suis facultatibus, de qua in rubro & nigro. ff. ut leg. no. caue. & l. in omnibus. ff. de iud. & l. si creditores. iuf. de priui. cred. Et haec praemissa Iason. respiciunt proprie tertiã & quartam partem glo.

31 Sed quantum ad primam partem glo. † Praemittendum est, quod contractus innominati propter eorũ debilitatem ex deficientia proprii nominis & formae differunt a contractibus nominatis principaliter in duobus, Primo, quia non producunt actionem non sequuto perfecto implemento ut saepius dictum fuit, Secundo quia in eis habet locum poenitentia. l. si pecuniam. ff. de cond. ob causam. & ideo adimplenti pro parte sua competit actio praescriptis uerbis contra non obseruantem ad consequendum rem promissam ad integrum interesse, & si magis ei placeret quod contractus resolueretur, competeret condictio ob causam ex capite causae non sequutae ad repetẽdum si aduersarius fuisset in mora, Item etiam competeret alia condictio ob causam ex capite poenitentiae, quae datur etiam quod aliter fuerit impeditus obseruare. d. l. si pecuniam. ff. de condic. ob causam. & ibi Sallcet. & per Barto. in l. actione. columna fi. supra eodem. & ibi Alcia. In transactione uero, quia non habet locum poenitentia, nunquam datur condictio ob causam ex capite poenitentiae, sed solum potest dari ex capite causae nõ secutae, ut per Barto. in d. l. actione. in fin. & per Alcia. in d. l. quamuis. colum. penul. inf. eo. Et haec condictio ob causam non nascitur ex contractu, sed nascitur extra id quod agitur, & non datur ad implendum contractum, sed datur solum ad resoluendum, & per consequens differt ab actione praescrip. uerb. in duobus. s. in natiuitate, quia nõ nascitur ex contractu, & in fine, quia non datur ad obseruantiam, sed ad resoluendum.

Quibus sic praesuppositis uidendę sunt conclusiones glo. Et ex prima parte colligitur, quod licet actori nõ detur actio contra reum non adimplentem, tamen econtrario si reus adimpleuisset, daretur ei contra actorem non obseruantem condictio ob cau. ad resoluendum l. 3. ff. de cond. ob causam. Sed Bar. dicit quod haec oppositio glo. non est ad propositum, quia tex. negat actionem descendentem ex contractu competere actori ad obseruantiam, & oppositio est de actione quae non nascitur ex contractu sed extra id quod agitur. l. si is. in fin. ff. commod. & l. si area. ff. de condic. inde. & datur ad resoluendum, non ad obseruantiam, & sic non facit. Dictum tamen glo. uerum est in se secundum Barto. quod datur reo condictio ob causam ad resoluendum. † Sed tamen pro glo. quod immo haec condictio

32 datur ex contractu, facit. d. l. si is. ubi agitur ex contractu commodati extra id quod agitur. Secundo facit. l. sed & Celsus. §. si fundus. ff. de cõtrah. emp. cum ibi no. Iac. Butri. tenet opinionem Bar. per quatuor. Primo, quia ad resoluendum non competit actio ex contractu §. item si is. inst. quib. mod. recontrat. ob. Secundo, quia inducta ad unum effectum non debent operari contrarium l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. & l. quod fauore. sup. de legib. Tertio, quia haec condictio nascitur ex quasi contractu. d. §. item si is. & l. si is cui. §. si libero. ff. commod. Quarto, quia haec obligatio ex re, non pacto nascitur. d. §. is quoque. l. ex solutione. Saliceт. hic concordat opiniones, dicẽdo quod duplex est pactum, unum expressum quo quis tenetur dare uel facere, ut est hic contractus transactionis, & ex hoc non nascitur condictio, aliud tacitum quod inest, ut si recipiens nõ implet conuenta restituat repetenti data, & ex hoc nascitur condictio ob cau. & sic uerum est quod dicit gl. ut detur condictio ob causam ex pacto. s. tacito quod inest ad resoluendum. Et quia hoc pactum est tacitum, ideo appellatur quasi contractus. d. §. is quoque. instit. quib. mod. recontrah. oblig. & propter hoc ponitur in titu. de oblig. quae ex quasi contract. nas. Et quia propter dationem rei inducitur haec obligatio, dicitur naści ex re, & ponitur in tit. quib. mod. recontrah. obl. nõ tamen nascitur ex datione rei immediate, sed ex quasi contractu. Et hoc mihi placet, Sed tamen non bene Salicetus discussit an iste quasi contractus inducatur ab initio, uel in datione ipsius rei, & ego puto quod non inducatur ab initio, sed solum in tempore dationis, & sic fit actus separatus ab ipsa transactione. Vnde non bene remanet saluata glo. cum iste quasi contractus sit actus separatus, & nascatur ex quadam aequalitate naturali, ne locupletetur quis cum aliena iactura. Nec obst. d. l. si is. §. si libero. quia & ibi tempore contractus hoc agebatur, & erat ex natura contrac. bonae fi. Non obst. d. §. si fundus. quia ibi expresse actum erat quod nasceretur actio ex pacto uestito.

33 Subdit † etiam Bar. quaerendo, an reo qui obseruauit competat & actio praescrip. uerb. & cõcludit quod sic, quia cum sit cõtractus do ut facias, qui dedit adimplet, ideo nascitur actio praescrip. uerb. ad interesse. iux. d. l. naturalis. §. 1. de pręscrip. uer. Nec sufficit exceptio trãsactionis. l. fratris. sup. eod. quia per exceptionem bene consequitur quod repellit actorem ab agendo, sed nõ consequitur damnum quod patitur ex indebita molestatione, unde necessaria est actio. Et propter hoc soluitur contrarium de. l. 1. §. si reus. ff. de eo. per quẽ fact. erit. & sequuntur omnes. Ex quo sequitur quod reus adimplens contra actorem non seruantem habet multa remedia, nam primo habet exceptionem per quam repellit actorem ab agẽdo, & etiam actionem praescrip. uerb. per quam petit interesse suum ex indebita molestatione, Et haec competunt quando uult obseruari cõtractum, si uero sibi placet resolui tertio competit sibi condictio ob causam ex capite causae non secutae, ut hic per glo. per d. l. 3. de cond. ob causam. Et haec uera sunt quando transactio fuit simplex facta per quartum modum concipiendi quem posui in praemissis, sed si interuenisset stipulatio & promissio poenae posset etiam permittendo resolutionem habere actionem ex stipulatu ad poenam. l. ubi pactum. inf. eodem. & l. cum proponas. sup. eod. & actionem ex stipulatu ad obseruantiam quae concurrit cum actione ex contractu. iux. l. si duo societatem. ff. pro soc. & l. si stipulatus. ff. de usur. si apposita est clausula, rato manente pacto, de qua habetur in l. qui fidem. ff. de transf. & l. rescripto. §. si pactum. ff. de pac. Quae omnia remedia facilius competerent si facta fuisset transactio secundum primum modum concipiendi, uel etiam secundum secundum modum concipiendi quando interponitur acceptilatio, uel etiam per pactum remissorium affirmatiuum, de quibus dixi in praemissis, & etiam inf. dicam.

Ex secunda parte glo. colligitur conclusio, quod actori transigenti non datur actio praescript. uerbis contra reum non obseruantem, per istum tex. & sequũtur communiter docto. Vnde ob. ratio quare haec actio cõ* cedatur reo & non actori, ideo glo. ponit duas solutiones, Vna est quam ipsa sequitur & approbat Bar. quod actor non potest habere actionem quia non adimpleuit pro parte sua, cum teneretur ad factum negatiuum non petendi uel non agendi, quod nunquam adimpletur, cum si hodie non agatur, imposterum agere poterit. l. eleganter. §. si quis post. ff. de transf. & hanc sequuntur omnes & sup. approbaui.

34 Secundam † rationem assignabant alii, quod in transactione ex parte actoris est facio ut des, ex quo non solet dari actio praescrip. uerb. l. naturalis. §. quod si faciã. ff. de praescrip. uerb. Sed glo. reprehendit, negando quod ex parte actoris fit facio ut des, quia immo est do ut des,

des, cum remittere sit dare. l. l. si mulier. ff. de cond. ob causam. Quod Bar. reprahendit, quia remittere in materia transactionis semper est facere, cum remittatur debitum incertũ, ut ipse declarauit in l. actiones. sup. eo. & ideo sequitur secundum eum, quod semper transactio est facio ut des. Tamen dicit ipse propter hoc non esse tenendum quin actor possit habere actionem præscrip. uerb. cum in contractu facio ut des, nascatur actio præscrip. uerb. si propter illud factum acquiratur aliquid alteri parti, secundum distinctionem positam per glo. ibi, & hæc remissio continet in se dationem, quia continet liberationem a debito, ideo debet dari actio præscrip. uerb. l. solent. ff. de præscrip. uerb. & nõ inconuenit quod factum habeat in se dationem, ut l. manumissiones. ff. de iust. & iure. & hæc est communis opinio. Sed ego puto posse concordari opiniones, quia si remissio fit per acceptilationem uel per alium modũ per quem extinguitur actio, tunc remittere est dare, qa extinguendo actionem uidetur dare pecuniam. d. l. si mulier. & l. impuptura. ff. de iur. dot. & per Bar. in l. singularia. ff. si cer. pet. Nec ualeat quod sit debitum dubiũ, quia hæc dubietas hominum non facit quin sit uerum debitum, uel saltem quin illud incertum nõ ualeat certum pretium quod incertum uidetur dari, iuxta not. in l. 1. sup. de pact. & doct. in l. quamuis. inf. eo. uolentes quod transactio possit rescindi si lis non ualet dimidiũ iusti pretii illius incerti siue dubii euentus, & notatur in l. 2. inf. de rescind. uend. & sic hoc casu erit cõtractus do ut des, ut etiam dixi supra in rubrica. Si uero remittens actionem non extinguit eam, & tunc remittere est facere, siue debitum sit clarum, siue dubium, quia tunc non potest dici dare, cum remaneat creditor uel dominus. Sed solum promittit non petere quod est factum. l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.

35 Sed dubium† aliud est, quod non ponit particulariter hic glo. an actori competat condictio ob causam. Tacite tamen uidetur sentire quod non competat, ex quo dicit reo competere, & ponit Bar. inf. colu. 4. uer. prædicta omnia. Et ratio est, quia non est quod repetat, cum propria authoritate agendo se reponit in pristinum, & processus primus ualet, item ista cõditio ob causam datur propter moram rei. d. l. si pecuniam. Sed reus non potest esse in mora quando actor tenetur ad factum negatiuum, ut supra dixi in ultimo no. Ideo nõ potest competere condictio ob causam, ut per Bar. in l. actione. in fi. sup. eo. Sed incõtrariũ faciebat secundũ aliquos, quia ille qui facit pactum de non petendo obligatur non petere & tollit naturalem obligationẽ & elidit ciuilẽ, & actio efficitur inefficax, ut no. in d. §. pactus ne peteret. ergo multo iure priuatus fuit ꝙ non recuperat ꝓpria authoritate agendo, & per consequens uidetur quod debeat ei competere condictio ob causam ad repetendum illam naturalem obligationem & efficaciam actionis. arg. l. si quis accepto. ff. de cond. ob causam. Salic. soluit quod immo nihil est quod repetat, quia hæc amissio non impedit quin possit agere, cũ pactum de non petendo non tollat actionem, ut no. in d. §. pactus ne peteret. & fuit etiam opinio Bar. inf. colum. 4. uersi. prædicta. nu. 16. Et licet elidatur ciuilis, tamen illa elisio tollitur per replicationem doli, cum per eã reddatur inutilis illa obligatio naturalis de non petendo, sicut etiam fit in d. §. pactus ne peteret. quam replicationem habet ipso iure absque aliqua actione, ut patet in textu nostro qui dicit, & actionem primeuam & replicationem ipso iure cõpetere. & idem dicit l. cũ proponas. 2. sup. de pact. Et hoc est uerũ in terminis istius. l. per prædictam rationem quam ponit Bart. d. l. si actione. Sed quando actor tenetur ad factum affirmatiuum, & actio nõ esset extincta, & actor esset ita scrupulosus qui uellet liberari illa obligatione naturali de non petendo, & ut auferret electionem reo quam tribuit iste tex. tunc ego non habeo pro absurdo quod ei posset competere condictio ob causam ad repetendam illam liberationem, quia nihil repugnat, nec hoc negat iste tex. Et ita intelligi & limitari debet quod dicit Bar. inf. colu. 4. uersi. prædicta uera. Illud tamen clarum est, quod si actor liberasset reum in totum, uel per acceptilationem, uel per aliam renuntiationem, quod tunc posset agere condictione ob causam ut reponeretur in pristinam obligationem. l. si quis accepto. ff. de cond. ob causam cum limitationibus tribus positis per Bar. inf. col. 3. uersi. uidemus. nu. 16. & sequuntur omnes & inf. dicam cum Bar. ibi. Et similiter si apposita esset pœna cum stipulatione, posset actor petere pœnam si non uellet obseruari, & agere ad rem si esset clausula rato manente pacto, iuxta. l. qui fidem. ff. de trans. Ex quo sequitur quod actor primo habet primeuam actionem, secundo replicationem. 3. condictionem ob causam ad repetendum liberationem ab obligatione naturali de non petendo, & si esset pœna in stipulatione, etiam ageret ad pœnam propter clausulã rato manente pacto.

36 Ex tertia† parte glo. colligitur conclusio, quod quãdo actor liberauit reum per acceptilationem quod tũc dicitur perfecte adimplere. l. ut respõsum. sup. eo. quia non potest amplius agere. Et ideo concludit, quod sibi competit actio præscriptis uerbis contra reum ad obseruantiam, uel soluendum interesse, quia liberando dicitur dare, & omne pactum in datione positum ualet, quia uestitur cohærentia traditionis. l. traditionibus. & l. legem sup. de pactis. Sed Vgol. negabat etiam hoc casu competere actionem, cum de facto possit agere, ut clare dicitur in l. ubi pactum. sup. eod. Barto. uero concordat opiniones, & dicit quod si transactio fiat ut actor promittat liberare, & tunc adimpleatur ꝑfecte, quia tenetur ad factum affirmatiuum, & liberando adimpletur, Sed si fiat transactio, & actor promittat non petere, tunc etiam liberando non adimplet, cũ teneatur ad factum negatiuum non petendi, & petendo de facto contraueniat. d. l. ubi pactum. Sed Salice. in hoc ultimo tenet contra Bar. & sequitur indistincte opinionem Azo. quod si actor liberauit reum per acceptilationem uel alium modum dicatur perfecte adimplere, quia effectualiter non potest petere, cum careat actione, & non potest auocare rem, & firmauit glos. in l. 1. sup. de pac. & facit. d. l. mulier. in princ. ff. de cond. inst. & l. mutianæ. uersi. unde. ff. de cõd. & dem. ubi creditor liberando reum dicitur adimplere conditionem negatiuam de non agendo. Nec obst. quod de facto possit agi, quia hoc non habetur in consideratione, cum iudex ex suo officio possit repellere, ut no. in d. l. ubi pactum. Item quod dicitur in d. l. ubi pactum procedit ex speciali ratione in odium agentis, ut ipse non possit allegare adimplementum quod turbauit ipse agendo & contraueniendo, argu c. ex eo. de reg. iur. in 6. & eodem modo respondetur ad d. l. si diuersa. supra eodem. secũdum unum intellectum Alex. tamen dicit opinionem Bar. ueriorem esse, & sequitur Ias. per rationem suam. Nec obstat lex mulier, quia loquitur in ultimis uoluntatibus in quibus non requiritur totum implementũ, & in quibus sufficit cautio. Nec obstat quod dolus non præsumatur, quia petitio posset etiam fieri sine dolo, & ab hæredibus ignorantibus. Sed Alc. tenet opinionẽ

* Azo. & Salice. quæ est communis, ut testatur hic Albe. quia non est uerisimile id actum fuisse ut ex altera parte nunquam adimpleri possit. argu. l. si pro fundo. ubi Bar. inf. eo. & uerba ad ius referri debent & non ad factum. l. si filius. inf. de cond. inst. & l. mulier. §. penul. arguendo a speciali. ff. de cond. inst. & per glo. in c. 1. in fin. de temp. ordi. & non credimus de facto aliquem acturum. l. si eo tempore. 2. resp. ff. de pec. & l. stipulatio ista. §. quæsitum. & §. quatenus. ff. de uerb. obl.

Et hanc partem contra Bart. ego puto ueram, quod indistincte liberãs reum per acceptilationem dicatur perfe-

perfecte adimplere, quia uerum est quod amplius non potest agere. d. l. ut responsum. & nemo sine actione experitur, l. si pupilli. §. uideamus. ff. de negot. gest. & cessat ratio istius tex. quod possit reuerti ad primeuam actionem, Et esset nimis durum reo non obseruante quod nullum daretur ordinarium remedium, & quod esset necesse prius contradicere actionem suam & obligationem, & postea agere primeua actione. Et eadem æquitas quæ militat in ultimis uoluntatibus. d. l. mutianæ. §. quod si ante. & hic uersatur. Et confirmatur prædicta opinio, quia in acceptilatione semper est inclusum pactum negatiuum de non petendo. l. si unus. §. acceptilatio. ff. de pactis. & pactum liberatorium obligat ad non petendum. ut per Bar. post glo. in d. §. pactus ne peteret. & sic nunquam posset reperiri casus in quo actor ualeret adimplere, cum semper insit tacita oblig. non petendi, quod tamen est contra. l. cum mota. sup. eo. & l. si pro fundo. infr. eod. & uerbum non petere, intelligitur de iure. arg. l. 3. §. si libero homini. ff. de cond. ob causam. Nisi uerba in transactione clarius se haberent, ut quia actor se obligasset non agere neque de iure neque de facto, nam hoc casu uerba nõ possent referri ad ius tantum, quia repugnat eorum significatio, & imputetur actori qui uoluit se obligare ad nõ petendum de facto quod sui natura non potest impleri, & hoc solo ultimo casu potest saluari opinio Barto. & Alex. quia indubio regula est contra eos, cum uerba referantur ad ius, & præsumendum est factum fuisse pactum de non petendo de iure, per quam petitionẽ solam potest auocari ipsa res, & latius infr. dicam sup. intelligentia. d. l. si pro fundo.

Ex quo sequitur, quod actor sequuta liberatione per acceptilationem habet multa remedia, nam habet actionem præscrip. uerb. ad obseruantiam, & etiam condictionem ob causam ad condicendam actionem uel obligationem suam. d. l. si quis accepto si uult resolui transactionem, & etiam habet replicationem, si agendo condictione ob causam exciperetur quod causa erat sequuta per interuentum liberationis factæ per acceptilationem, nam replicaretur quod dicta liberatio nec adimplemẽtum haberetur pro facto propter eius inobseruantiam.

37 Ex quarta† parte glo. colligitur conclusio, quod actor qui tenetur non petere per factum negatiuum potest præstando cautionem de non petendo perfecte adimplere, per l. dedi. ff. de condic. ob causam quamuis non possit cogi secundum eum, Ex qua conclusione eliciunt doct. glo. uelle cautionem Mutianam habere locum in contractibus, sentientes glo. uelle in d. l. dedi. fieri mentionem de cautione mutiana. Sed tamen potest dici glo. non habuisse mentem ad cautionem mutianã, sed sensisse de alia cautione introducta ad similitudinẽ mutianæ, tamen quia allegat leges loquentes de mutiana cautione, nec probat de alia, tenẽdũ est uoluisse cautionem mutianam habere locum in contractibus inter uiuos. Contrarium tamen tenuit alia glo. in l. 1. in glo. magna supra de pact. quam ibi approbant docto. com-

* muniter, & Bar. hic repræhendit istam per 4. glosas cõtrarias quas allegat, & idem Bar. & communiter doct. in l. ita stipulatus. ff. de uer. oblig. & ibi Rip. nu. 44. & 45. Et potissimum fundamentum est, quia illa cautio fuit introducta pro dispositionibus conditionalibus. d. l. 4. de cond. inst. & d. l. mutianæ. non autem pro dispositionibus modalibus, quod patet, quia alia cautio fuit postea introducta pro legatis modalibus, ut not. in l. si tibi. 2. de leg. 3. & l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de cond. & demonst. Sed contractus innominati fiunt ꝑ dictionem ut, glo. in l. si quis cum debitore. ff. de iureiu. ergo eis non potest conuenire illa cautio.

38 Vnde † potius dubitari debet an cautio modalis habeat locum in casu istius legis, tamen doct. dicunt etiã in contractibus conditionalibus inter uiuos non habere locum cautionem mutianam, per tex. in d. §. si quis ita stipuletur. inst. de uerb. obl. ubi dicitur quod æquiparatur stipulationi cum morietur, quod non esset si præstando cautionem posset adimpleri, esset enim absurdum dicere ut uolebat Dec. in d. l. 1. sup. de pac. ꝙ ille tex. restringeretur quando non esset præstita cautio quia tunc non posset bene uerificari illa æquiparatio, cum propter facilitatem præstandi cautionem quocũque tempore potius esset dicendum quod æquipararetur stipulationi puræ, & in eadem die posset quis consequi actionem & stipulationem, & sic redderetur dictum ibi elusorium. Secundo pro ista opi. facit. d. l. ita stipulatus. §. sed & si ita. ff. de uerb. oblig. ubi dicitur ꝙ quando stip. incipit a præcedenti conditione negatiua nunquam committitur nisi quando certum erit eũ amplius non posse facere, ergo non datur cautio mutiana, quia faciliter posset fieri per eam quod committeretur stipulatio. Bal. tamen hic tenebat opinionem istius glo. quia licet Mutius loquutus fuerit in ultimis uoluntatibus, tamen credendum est etiam uoluisse prouidere in contractibus inter uiuos, ne perpetuo essent inutiles, Quæ ratio concludit contrarium in contractu transactionis, quia in ea actor potest consequi utilitatẽ non præstando cautionem, cum possit reuerti ad primeuam actionem, & per indirectum cogere reum obseruare eam, ut in tex. nostro. & l. cum proponas sup. de pactis. Sed in ultimis uoluntatibus nulla uia potest legatarius peruenire ad legatum in uita, & post mortem raro transmittitur legatum, unde conueniens est quod cum nullo modo esset succursum in uita, ne remaneret legatum inutile, legatariis concessa fuerit talis potestas cauendi ex speciali fauore. Præterea generaliter hæc ratio potest euitari, quia oportuisset introducere cautionem in illa stipulatione post mortem meam, uel pridie cum morietur, quæ erat inutilis illo tempore. §. post mortem. institutione de inutilib. stipulationibus. Sed hoc non fuit factum, quia contrahentes potuerunt sibi prospicere, & imputetur eis si sibi non prospexerunt. arg. l. non solum. ff. de acti. & oblig. coniun. §. impossibilis. inst. de hæred. inst. cum sua ratione, & hanc opinionem puto ueram, & confirmabitur ex rationibus statim allegandis.

39 Tenendo† igitur communem opi. quæ uerior est, ut dixi, uidendum est quare in contractibus conditionalibus non habet locum cautio mutiana. docto. plures assignant rationes. Prima est Ludouici Roma. in d. l. dedi. uolentis quod fauore ultimarum uoluntatum Mutius eam introduxerit ut facilius haberent effectum ꝑ l. in testamentis. ff. de regu. iur. Sed Ias. repræhendit, quia regulariter tenet argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates. l. seruum filii. §. eum qui. ff. de leg. 1. Sed tamen hæc ratio potest sustineri, quia quando Mutius introduxit uoluit eam habere locum in ultimis uoluntatibus ut facilius exequerentur, & non potest aliter dici quando eam introduxit, cum multa suaderent ut ultimæ uoluntates mitterentur executioni, tum quia præsumũtur propter merita relicta. l. nec adiecit. ff. pro socio. tum quia non interest testatoris expectari mortem legatarii, cum post mortem suam habeant effectum, & ex quo Mutius locutus fuit de ultimis uoluntatibus, de illis solum uidetur cogitasse. arg. §. pauonum. insti. de rer. diuis. Et confirmari potest, quia in contractibus conditio impossibilis & promissio impossibilis uitiat dispositionem. d. l. non solum. ff. de act. & oblig. & in ultimis uoluntatibus reiicitur. ut l. impossibilis. ff. de hæred. inst. & l. si mihi & tibi. §. 1. ff. de lega. coniuncto. §. loca. inst. de uerb. obli. & facit l. in ementis. inf. de contrah. empt. coniuncta. l. fideicõmissum. §. si sic. de leg. 3. & l. 1. C. commu. de leg. coniũ. l. seruum, C. de rei uend. Nec obst. d. l. seruum filii. §. cũ qui chirographum. quia ille tex. loquitur in aliis terminis, & argumentatur de fauoribus datis contractibus ad

ultimas uoluntates, quod argumentum planum est, non autem econtra argumẽtatur de ultimis uoluntatibus ad contractus, quod difficilius conceditur per prædicta iura, & hic doc. argumentantur de ultimis uoluntatibus ad contractus, & sic non facit. Vnde melius potuisset Ias. allegare. l. ita stipulatus. uersi. Sabinus. ff. de uerbo. obliga. Sed illud procedit in iis quæ speciali ratione fuerunt inducta in ultimis uoluntatibus, & cum ista debet coniungi. 3. ratio ut inf. dicam.

Secundam rationem assignabat etiam Ludouicus, quia ultimæ uoluntates non possunt stare in suspenso sicut contractus. l. fi. ff. communia præd. Sed istam omnes reprehendunt, quia ultimæ uoluntates per conditiones appositas possunt stare in suspẽso. l. 4. ff. de cõd. & demonstr. Tertiam rationem assignat Ias. dicens ꝙ in contractibus imputari potest contrahentibus quare legem apertius non dixerint, & fecerint conuentionẽ sub conditione quam sciebant non posse impleri nisi ultimo uitæ spiritu, cum fuerint præsentes. l. ueteribus ff. de pact. quod non potest dici in ultimis uoluntatibus, & facit quod uoluit glo. in §. ex conditionali. inst. de uerb. oblig. Sed ipsemet postea reprehendit, quia in donatione causa mortis adest præsentia partis. l. absenti. de donat. & tamen in ea habet locum cautio prædicta, Sed ab hac impugnatione potest defendi ratio, quia in donatione causa mortis habet locum cautio mutiana quia sciebat posse reuocari per donantem. §. 1. inst. de donat. unde non curauit sibi prospicere, & quod habeat locum cautio in donatione, est text. in §. quæ uero. in auth. de nupt. & Iason hic nu. 8. & Bal. in auth. cui relictum. in 8. not. inf. de indicta uidui toll. & Cur. antiquus hic nu. 21. & Curtius iun. in l. 1. in fin. sup. de pact. & Socin. in d. l. mutianæ. & Rip. in d. l. ita stipulatus. ff. de uerb. obli. & ista ratio etiam placet & debet cõiungi cum prima, quod fauore ultimæ uoluntatis fuerit introducta, & causa specialitatis fuit, quia in ultimis uoluntatibus regulariter sibi non potuit prospicere, & sequitur Cur. nu. 20.

Quartam rationem assignauit Crist. de Cast. quam sibi attribuunt multi, & forsan fuit ex capite multorum qui concurrerunt in eam, quia nota est, uidelicet quod ista cautio fuit necessaria in ultimis uoluntatibus quia spes legati conditionalis non transmittitur ad hæredes. l. 1. §. fin autem sub conditione. C. de cad. toll. secus in contractibus. §. ex conditionali. inst. de uerb. oblig. Sed Iason reprehendit, quia nõ militat in legatis quæ possunt incipere in ultimo uitæ spiritu, & transmittuntur ad hæredes. l. fi. de condit. inst. & l. ab omnibus. §. pen. ff. de leg. 1. & l. cũ hęres. & l. si quãdo quan. di. leg. ced. & tamen in legatis primo fuit introducta talis cautio. d. l. mutianæ. ff. de cond. & demonst. & ita reprehẽdit Alex. in d. l. 1. sup. de pact. & Cur. hic num. 8. & sic licet hæc ratio omnibus eueniat in mentem, tamen non est uera, & principium cautionis fuit in illis conditionibus si non ascenderit in capitolium, in quibus nõ potest esse implementum in uita. d. l. mutianæ. coniuncta d. l. fi. de cond. inst. & l. ab omnibus. §. penu. ff. de leg. 1. & licet procedat in hæreditatibus, non debet attendi, cum ad eas porrigatur per extensionem. d. l. mutianæ. Eandem etiam rationem reprehendit Cur. sup. in l. 1. quia si legatum uel hæreditas per conditionem redderetur inutilis non fuisset opus cautione mutiana, quia illa conditio reiiceretur, cum conditio impossibilis reiiciatur in ultimi. uoluntatibus. §. impossibilis. inst. de hær. inst. & l. 1. ff. de condit. inst.

Restat igitur quod in transactione non habet locum cautio mutiana ut actor cauendo possit adimplere factum negatiuum ad effectum producẽdi actionem, Et ratio particularis potest assignari in contractibus innominatis, quia cum ipsi non producãt actionem nisi sequuto implemento, quia deficit forma particularis & proprium nomen, cautio præstita non potest inducere istam actionem, quia semper remanet imperfectio implementi. arg. l. fi. ff. de cõd. ob causa. Aliam rationem assignauit Bar. quia contractus innominati fiũt sub modo, non autem sub conditione, cui rationi obstat inf. ipse dicit in fi. quia immo etiam possunt fieri per dictionem si, per tex. in l. si super possessione. & ibi Bal. sup. eo. & glo. in l. si intra. ff. de pactis. Sed Ias. saluabat, quia hoc non est regulare, Ego uero puto dictum esse falsum in puncto iuris quod contractus innominati fiant per dictionem si, & conditionem, quia est contra eorum substantiam, ut inf. dicam super finali. q. Bar.

40 Prædicta † tamen conclusio, ꝙ non habeat locum in contractibus, limitatur non procedere quãdo per partes conuentum fuisset ut implerentur per cautionem, nam tunc uidetur facta transactio istis uerbis, dabo tibi centum si mihi promiseris non petere, ut solum factum promissionis, non executio, sit deductum in obligationem. iuxta. l. 3. in princi. ff. de condi. ob cau. & ea quæ no. Bar. in l. si. fideius. §. meminisse. ff. de leg. 1.

41 An † autem cautio mutiana habeat locum in cõtractibus affirmatiuis, dubitant doct. & Bar. in d. l. mutianæ. 2. col. & ibi Imol. & Raph. tenent quod sic, per textum in l. Titio fundus. de condit. & demonst. Sed Ias. dicit illum tex. non probare, quia ibi concurrebat etiã conditio negatiua, & propter cõditionem negatiuam ibi interponitur cautio. Sed ista ratio non assignatur ibi, nã assignatur ratio ꝙ in oĩbus cõditionibus quæ morte legatarii finiuntur, Veruntamẽ quia glo. declarat ibi restringendo ad conditiones negatiuas, ideo placet solutio quod ille tex. intelligatur de conditione negatiua, uel de affirmatiua, in qua est implicita negatiua, ut dicit Bar. ibi in prima fol. l. pater. §. Socrus. eod. tit. Vnde uera est conclusio, quod cautio mutiana habet locũ in conditionibus affirmatiuis in quibus est implicita negatiua, alias secus, ut hic etiam per Cur. col. 5. Et per illam glo. ego puto unam limitationem Guil. in d. l. de di. ueram esse, qui uolebat quod cautio mutiana nõ habeat locum in conditionibus negatiuis quæ nõ sunt in potestate implentis, ut in illa casuali conditione si nauis ex asia non uenerit, & allegabat. l. qui hæredi. §. fin. ff. de cond. & demonst. Sed melius facit d. l. Titio fundus in glo. in omnibus. per tria iura quæ allegat, & licet Cur. hic dubitet de illa limitatione, Tamen ego puto eam uerissimam, quia quando conditio est casualis, non interest an sit negatiua uel affirmatiua, cum semper se ponant in arbitrio fortunæ, & potest uerificari in uita legatarii, Et hæc fuit opinio Bart. in d. l. mutianæ. col. pen. uersi. opp. de l. 1. §. fin autem. quia solũ cautio mutiana habet locum quando conditio finitur morte legatarii, & nõ potest adimpleri in uita legatarii ut statim dicam, & uolunt idem tenere Bar. post glo. in l. ita stipulatus. ff. de uerb. obligat. & ibi Rip. nu. 46. & posteriores.

42 Tertio † limitatur non procedere quãdo alias dispositio esset inutilis, ut si promittitur aliquid quod nõ trãsmittitur ad hæredes, ut usus fructus, nam tunc conditio impleri potest per cautionem, secũdum Bal. in auth. cui relictum. inf. de indicta uid. toll. & hic per Ias.
* Cur. & communiter doct. & Ripa in d. l. ita stipulatus nu. 45. Sed tamen in contrarium facit, quia cõditio impossibilis non reiicitur quamuis uitietur in uita. l. non solũ. ff. de act. & oblig. & sciãt cõtrahentes quod actus uitietur, & ita repræhendit Soc. in d. l. mutianæ. nu. 11. in fine.

43 Aliam limitationem † ponebat Barto. in d. l. mutianæ. de qua non faciunt mentionem hic doct. nam non præstatur cautio in conditione negatiua quæ non dependet a morte legatarii neque potest impleri ultimo uitæ spiritu per l. cum tale. §. 1. & l. hoc genus. & l. auia §. Titio. de condit. & demonst. ubi erat relictum legatum sub conditione si non decesserit sine liberis, quæ conditio potest adimpleri in uita matris per mortem libero-

liberorum,& sic non semper finitur morte legatarii,& tamen non debet præstari ibi cautio mutiana, ut ibi dixit tex. Tamen postea ibi dispensatur quod prestetur cautio,quia perinde est ac si finiretur morte matris,cũ liberi præsumantur semper uiuere,& est tristis euetus expectare quod filii premoriantur matri. Et sic ad hoc ut habeat locum cautio mutiana oportet quod sit condítio negatiua dependens a persona legatarii,& per eius mortem posset finiri,Ideo si dependet a morte alterius,quia ille potest perire ante,& sic finiri ante in uita legatarii per multum tempus,non habet locum cautio mutiana.d.l.cum tale.§.1.& in princ.ff.de condit.& demonst.& no.per Bar.in d.l.mutianæ.q.penu.& in d.l. ita stipulatus.& ibi Rip.nu.46.uolens etiam quod cautio mutiana non habeat locum in condit. negatiuis appositis in personam grauati,quia possunt finiri in uita honorati.

44 Secundo†principaliter concludit Bar. hic circa cautionem modalem, quod cautio modalis habet locum in contractibus bonæfidei & in ultimis uoluntatibus. l.insulam.§.fi.ff.loc.& l.si tibi legatum.ff.de leg.3. & l. quibus diebus.§.Termilius.ff.de condit.& demonst.& l.prima.infra de iis quæ sub modo. Et ideo in transactione concludit quod si est facta super contractu bonæfidei quod tunc iudicetur tanquam contractus bonæfidei,& quod poterit adimpleri per cautionem modalem,sicut & ipse contractus adimpleri posset, dictis iuribus. Sed si interponitur super contractu stricti iuris,& tunc per cautionem non poterit adimpleri, per istum tex.& l.si pro fundo.inf.eo. Vnde si lis erat super contractu emptionis, tunc actor si promittit non petere,præstando cautionem adimplet ut consequatur actionem prescriptis uerbis,sed si lis erit de dominio,uel de stipulatione,tunc transactio non poterit per cautionem impleri. Sed Bal. uolebat quod immo indistincte quis possit implere præstando cautionem, per text. in l.statuliber.rationum.ff.de statulib. Qui tex.secundum omnes nihil facit,cum quia loquitur in libertate, tum etiam quia loquitur in ultimis uoluntatibus.

Ang.uero,Raph.Paul.de Castr.Alex.& Curt.numero 25.& communiter doctores reprehendunt istã distinctionem Bar.& uolunt quod nunquam in transactione possit implementum fieri præstando cautionem quia cautio modalis interponitur super illis contractibus qui ex se producunt actionem ad tollendum obstaculum exceptionis ut patet in d.iuribus. sed in contractibus innominatis interponitur ad implementum pficiendum ad effectum producendi actionem,quod nõ est de natura istius cautionis modalis,Nec etiam est de natura contractuum innominatorum quod per uerba præstetur implementum,sed requiritur actualis executio.l.fi.ff.de cond. ob. ca.& dicit Paul. de Castr. quod ista est ueritas sicut Deus est Deus.& Ang.in l.si certis annis col.6.sup.de pact.& Soc.in d.l.mutianæ.nu.13. & nu.16.Et ideo dicebat Bal.in l.cũ proponas.2.sup. de pactis quod interposita stipulatione super transactione,si actor uellet agere ex stipulatione,oporteret ꝙ caueret de non petendo, quia hoc induceret exceptionem ad actionem ex stipulatione. Secundo pro ista opinione,quod in transactione & contractibus innominatis non habeat locum cautio modalis,adducebat Ang. Fulgos.l.cum proponas.2.sup. de pactis.ubi facta fuit transactio super petitione hæreditatis quæ est bonæfidei.§.actionem.inst. de act. & tamen non datur actio præscriptis uerb.ut hic.& sequitur Alex.hic dicens magis communem opinionem esse contra Bar.& absonũ uidetur quod si transigitur super uenditione quod sufficiat cautio secus in alia lite,& tex.in l.cum proponas; sup.eo.dicit simpliciter de lite,non distinguendo super qua actione,Et confirmatur per ea quæ dixi sup. in rubr.ex mente Alc. quod transactio semper fit stricti iuris siue fiat super actione bonæfidei, siue stricti iuris,

quia resoluit iudicium,non autem actionem, & sequitur Affl.in decisione regni.108.col.1.nu.2.

45 Item†dum Bar.uult quod cautio modalis interponatur solum in contractibus bonæfidei,etiam communiter repræhenditur,quia in utroque casu militat eadẽ ratio,quia actio nata est quæ solum impeditur per exceptionem,& facilius potest tolli impedimentum exceptionis per cautionem quam inducere implementũ ad actionem,ut uoluit Bal.in d.l.cũ proponas. & sequitur Dec.in l.1.col.fi.supra de pact. & tenuit idem Bal. in d.l.quibus diebus.§.Termilius.de cond.& dem.

46 Tertio†principaliter dicit Bar.quod cautio quę prestatur a debitore suspecto debet præstari super omnibus contractibus tam stricti iuris quam bonæfidei. p l.uniuersa.sup.de preci.imp.off.& l.si creditores.ff.de priuil.credit.& idem etiam tenet Alex.hic.& Alcia.in fi.& Ang.in d.l.in omnibus. Et ratio est,quia non ex fauore causæ præstatur illa cautio, Sed ex causa suspitionis quæ nouiter contingit in debitore,quæ suspitio ita militat in debito ex contractu bonæfi. sicut in debito ex contractu stricti iuris.Et ista cautio de necessitate est præstanda,quia per securitatem creditoris fuit introducta,non autem ut creditori plenius ius queratur. Aliæ uero cautiones tam modalis quam mutiana nõ præstantur ex necessitate præcisa, sed causatiua, quia præstantur a creditore uolente agere ut facilius admittatur ad agendum,& sicut non cõgitur agere.l.1. infr. ut nemo inu.ag.ita nec cogitur præstare illam cautionem. Et ideo solum debet eam præstare quando uult agere sine impedimento ne per exceptionem excludatur, Et si legatarius uult expectare quod conditio negatiua existat,potest hoc facere,& non cogitur præstare cautionem & accipere legatum,Et idem est in cautione modali in ultima uoluntate,quia si legatarius nõ uult petere legatum non cogitur præstare cautionem de monumento edificando.ut in d.§.Termilius.Similiter si in casu.l.insulam.§.fi. ille conductor nollet petere uiginti,non teneretur præstare cautionem,quia illa conuentio facta fuit ad utilitatem conductoris, cui ipse potest renuntiare.faciunt ea quæ dicit glo. in l. 1. & ibi dixi sup.de pactis.per tex.in l.nihil.§.omnibus. ff. de leg.1.Vnde conclusiue dicas, quod aut cautio præstatur a debitore pro securitate creditoris, & hæc necessario est præstanda si iusta causa subest. d. l. in omnibus.& d.l.si creditores.ff.de priuil.cred.& l.1.& per totũ.ff.ut leg.nom.cau. Si uero ista cautio præstanda est ut facilius admittatur ad agendum, & tunc creditor eam non cogitur præstare si non uult agere, sed solum causatiue si uult consequi emolumentum, siue sit mutiana, siue modalis,quicquid dicat Bar.

47 Quarto†concludit Bar.post gl. quod quando stipulatio apposita fuit super transactione quod tunc competit actio ex stipulatu ipsi actori non obstante quod promiserit factum negatiuum,quia stipulatio est contractus nominatus producens actionem absque implemẽto propter rigorem formæ & nominis.l.iurisgent. ff. de pac.& cum pars sibi prospexerit de remedio efficaci,lex non denegat illud.arg.no.in l.assiduis. in gl.magna.inf.qui pot.in pig.hab. Et hanc conclusionem tenent omnes per istum tex.a contrario sensu. & d.l.cũ proponas 2.sup.de pactis.& l.cum proponas.sup.eodẽ & l.cum precibus.inf.de rerum perm. Sed tex. in l.cum proponas sup.eo.non bene facit, quia ibi reus agit ex stipulatu qui etiam obseruauerat promissa, taliter ꝙ etiam actio ei competebat & excep. Et hoc unum plus dicitur ibi, quod etiam actio detur ad consequendam pœnam simul cum exceptione ad obseruantiam promissorum, Quod ideo ibi procedit quia posita est clausula rato manente pacto,& ibi notat. alias non cõcurrerent illa duo remedia ut ibi no.& l.rescripto. §.si pactus,ff.de pact.Et ideo hæc conclusio in terminis. l.nostræ melius probatur in d. l. cum proponas. supra de pactis

pactis. & in tex. nostro a contrario sensu. Et hic est alius modus concipiendi transactionem ut supra dixi in præmissis, qui modus est securus & non contradicit huic. l. quæ uult contractum transactionis non producere actionem actori, nam hoc casu non nascitur actio ex transactione, sed ex ipsa stipulatione quæ est côtractus nominatus.

48 Sed dubium† est in hoc modo concipiendi, an actio ex stipulatu competat ipso iure etiam nullo secuto implemento, an potius requiratur aliquod implementũ, Ias. hic determinat quod ipso iure competit actio sine aliquo implemento per istum tex. a contrario sensu, & l. cum proponas. sup. eo. Nec obst. l. Iulianus. §. offerri. de act. empt. quia ibi nullum interuenerat implementum, hic uero interuenerat aliquod implementũ, quia non petebat, & adimpleuerat quantum potuerat, Et ideo mero iure competit actio, & ita in terminis tenet hic Ang. & Cur. nu. 28. & Pau. de Cast. & Bal. & in d. l. 1. sup. de pactis quia incontractibus nominatis tractatur de conseruanda actione iam nata, & incontractibus innominatis tractatur de inducenda actione, in quo nec etiam sufficit oblatio, ut per glo. in l. iurisgenti. §. 1. in glo. facias. ff. de pactis. Alex. tamẽ quem refert & sequitur ibi Dec. dicebat quod interposita stipulatione oportebat quod etiam præstaretur cautio de non petendo, quæ sufficit pro pleno implemento, ex quo melius implere non potest. arg. d. l. fi. ff. loc. & hoc etiam uidetur tenere Alc. ibi. uersi. sed tamen, dicens quod cum perfecte adimpleri non possit, uidetur inter contrahentes actum quod impleatur per cautionem. Et hoc etiã puto uerum saltem parte opponente, cum esset inconueniens ꝙ solueret promissa, & ipse non esset securus de facto petentis, Vnde eum nolentem cauere putarem esse repellendum exceptione, si ageret ex stipulatione, & satis uidetur esse de mente Soc. in d. l. mutianæ. col. pen. nu. 13. uersi. 2. difficultas.

49 Vlterius† opponit Bart. de l. si pro fundo. infr. eo. ubi fuit similis modus concipiendi transactionem sine stipulatione & acceptilatione, & tamen competit actori actio præscriptis uerbis. soluit glo. speciale esse, quod nihil est. Sed Bar. soluit quod ibi erat alius modus concipiendi transactionem, uidelicet ut actor remitteret actionem per factum affirmatiuum, ut si actor liberet reum uel renuntiet liti & causæ, & sequuntur Alexan. Ias. & alii nihil addendo. Et ratio est, quia contractus ex conuentione legem accipiunt. l. 1. §. si conuenerit. ff. depos. Et uerba demostrant intentionem agentis. l. Labeo. in fi. de supell. leg. sunt enim uerba notæ animi nostri. ut ibi dicitur uersi. idem Tubero. Et actus agentium operatur secundum intentionem eorum. l. nõ omnis. si cer. pet. Et obligatio non contrahitur nisi ad id quod est deductum in contractu, & eo modo quo contrahentes disponunt, quamuis aliquando plenius uerba interpretentur. ut in §. si. inst. de obl. quæ ex contr. nas. & l. ueteribus. de pact. cum uulg. Et usuræ non ueniunt in stipulationem nisi promittantur. l. lecta. ff. si cer. pet. Et pactum factum super una re nõ trahitur ad aliam rem. l. si unus. §. ante omnia. ff. de pact. neque ad aliam personam. l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de uerb. oblig. Inspiciendum est igitur quod per côtrahentes deductum fuit in obligatione & contractu, & illius implementum & obseruatio sequi debet, ut actum est, Non. n. semper contrahentes uolunt facere actum ut contineat omne id quod sibi possit præstari, uel omne utile, quia etiam uerba sunt spectanda, cum in claris non fit locus coniecturis. facit. l. aut qui aliter. §. fin. ff. quod ui aut clam. & l. metum. §. animaduertendum. ff. quod met. causa. & l. si fideiussor. cum seq. ff. de pact.

50 Si igitur† transigentes uoluerunt deducere in obligationem illud factum negatiuum non petendi, seruanda est conuentio ut continuo actor teneatur non petere, & imputetur ei qui uoluit se obligare ad illud factũ successiuum, sicut contingit in promissione seruitutis in qua uenit factum successiuum patientis, ut per Bart. in l. 2. §. & harũ. col. 2. ff. de uerbo. oblig. & no. in l. corruptionem. & in l. 1. inf. de usufr. eodem modo potest conqueri si non potest obseruare promissa nisi successiuo tempore, & per consequens quod sibi non acquiratur actio præscripti, uerb. Similiter si transigentes uoluerunt deducere in obligationem promissionem de non petendo ut actor teneatur ad hoc solum factũ promittendi de non petendo, similiter conuentio est seruanda cum imputetur reo qui contentatus fuit hoc solo quod promittatur non petere, unde de nemine potest conquæri si actor per solum factum promittendi est liberatus ab eo quod est deductum in transactione, & plene obseruauit, ut est text. in d. l. 3. in princ. ff. de cond. ob causam. & ipsi actori competat actio præscri. uer. quia hæc est natura contractuum innominatorum quod sequuto implemento illius quod est promissum nascatus actio ad obseruantiam, Et ideo si actor postea peteret, non diceretur contrauenire transactioni, & non obstante sua petitione cogeret reum ad obseruantiam, quia in transactione non erat obligatus ad non petendum, sed ad nudum factum promittendi de non petendo, ut per Bart. notabiliter in l. si fideiussor. §. meminisse. uersi. & facit ad q. ff. de leg. 1. ubi cõclusit quod damnatus locare domum, si locauit & contrauenit postea, non incidit in pœnam compromissi, quia ad illud factum locandi solum erat obligatus, ideo solum debet conueniri ex contractu locationis. & ibi Alex. sequitur col. 2. & idem dixit Bal. in l. 1. colu. 14. uersi. 4. quæro. C. de iis quæ pæn. no. Vbi dixit quod dannatus compromittere liberatur compromittendo etiã quod postea non obseruet, Et idem sequitur Alex. & Dec. qui multa cumulat in l. singularia. ff. si cer. pet. num. 18. & ibi dixi. & comprobat Cagn. ibidem nu. 109. & 110. Igitur si facta sit transactio ut ille promittat non agere & ad hoc solum teneatur, statim quod promisit perfecte adimplet, & sibi competit actio præscrip. uerb. ad obseruantiam etiam quod postea peteret, unde deberet prohiberi petere postea ex illo contractu promissionis de non petendo, per prædicta. Putarem tamen in dubio, si in transactione esset actum ut actor promitteret non petere, quod etiam actum esset inter partes ut perpetuo teneatur non petere, & nunquam possit adimplere, quia uerba in dubio intelliguntur cum effectu. l. 1. §. hæc uerba. ff. quod quisque iur. cum materia. & pro hoc multum facit tex. in l. si hæres ex testamento, nõ uiolando literam. & ibi Fulg. ff. de act. empt. unde semper petendo diceretur contrauenire transactioni, & repelli posset per exceptionem, Et sensus istorũ uerborum esset, ut teneatur non petere, & totum factũ negatiuum sit in obligatione, Sed quod per promissionem factam censeatur perfecte adimpleuisse si contrahentes ita egerunt sicut fit in ultimis uoluntatibus per cautionem mutianam, nam hæc cautio in contractibus potest præstari si contrahentes hoc agunt, ut sup. * dixi, & tenent hic communiter docto. & facit quod dicit Aret. in d. l. si fideiussor. §. 1. ff. de leg. 1. & in consil. suo 6.

51 Est igitur† conclusio uera & probabilis, quod in l. si pro fundo erat facta transactio per aliqua uerba denotantia obligationem ad factum affirmatiuũ, uel ad solã promissionẽ de non petendo, uel ad renuntiationẽ litis & causę, uel ad remissionẽ per pactum remissoriũ, Et hoc factum promittendi, uel ista renuntiatio litis, uel illa remissio, uel renũtiatio iuris subsecuta fuit ibi, & per consequens perfecte adimpleuit promissa, unde sibi competit actio præscript. uerb. & ita omnino tenẽdum est, Ideo in præmissis dixi, quod est alius modus concipiendi transactionem separatus a lege nostra, Et ista conclusio notabiliter est declaranda ut pro-

cedat siue per tale factum affirmatiuum præstitum extinguatur actio actori, siue non, & siue transferatur dominium, siue non, ex eo quia, ut dixi, contractus nõ obligant nisi ad illud quod est per partes conuentum. Et ideo non sine ratione in l. ut responsum. sup. eo. imperator admonuit supplicantem ut deberet inserere exemplum pacti. facit. l. precibus, inf. de imp. & ali. subst.

52 Propterea† si actum est ut solum promittatur non petere, facta promissione, remanebit sibi actio integra, & etiam censebitur adimpleuisse, idem etiam erit si actũ sit ut renunciet liti, in quo inest pactum de non petẽdo, nam tunc renuntiando liti, & promittendo non petere, adimplet & consequitur actionem ex transactione, & tamen sibi actio remanet integra, quia per renuntiationem litis non extinguitur actio ut dixi in l. postquã liti. sup. de pactis. Et hoc modo potest procedere. d. l. si pro fundo quæ præsupponit actionẽ durare, dum uult quod ex causa euictionis non possit instaurari lis, ergo uidetur præsupponere quod ex alia inobseruantia lis posset instaurari, uel saltem erat habilitas ad instaurandum, & sic actio nõ erat extincta, nam alioquin ibi fuisset assignata alia ratio, quod actio esset extincta, Si uero actum fuit ut remittatur actio, & ius extinguatur (quod potest fieri ut probatur in l. 1. sup. de pact. etiã de iure & actione futura ut ibi no. & l. de fideicommisso sup. eo. Quæ remissio in contractibus bonæfidei qui consensu contrahuntur sine dubio extinguit actionem & in actionibus pœnalibus. l. si tibi. §. quædam. & l. si unus. §. pactus. 2. responso. ff. de pact. sed etiam generaliter omne ius extingui potest per renuntiationem, siue sit ius de futuro, siue de præsenti, secundum ea quæ late dixi ultra alios in dicta. l. 1. sup. de pactis.) Et tunc facta tali remissione perfecte erit adimpletum, & in hac conuentione puto quod etiam sit inclusum pactum de non petendo. l. si unus. §. si acceptilatio. ff. de pact. illa enim remissio ad alium finem non fit nisi ut actor non petat uel non molestet reum agendo, Et ideo sequitur, quod licet remittendo actor dicatur adimplere ut possit competere actio præscriptis uerbis, & quia contentatus sit reus quod per promissionem simplicem adimpleat, tamen si contingeret quod postea de facto ageret, diceretur contrauenire, & ad pœnam teneretur & ad restitutionem datorum, & lis procederet suo marte si placeret reo. per l. ubi pactum. inf. eod. quæ licet loquatur in acceptilatione, fortius procedit in hoc casu ut dixi in præmissis super. 2. modo concipiendi transactionem.

53 In hoc † tamen erit differentia inter casus prædictos, quia si est sola promissio de non agendo, processus remanet firmus, & si esset conclusum in causa solum superesset in restauratione litis ferre sententiam. per l. si diuersa. supr. eod. secundum unum sensum. Sed si esset renuntiatum liti & causæ remanente actione, tunc esset opus nouo libello, & noua instantia, & nouo processu, quia primus esset extinctus per renuntiationem litis, si uero esset renuntiatum liti & actioni, quia tunc esset extinctum ius & actio, fortius esset necesse ut fieret nouus processus & noua instantia. l. lite mortua. ff. iudicatum solui. & probatur in dict. l. ubi pactum. ibi, ante cognitionem causæ. & nota. in l. sub diuersa. sup. eod.

54 Si uero† actum sit inter partes ut liberetur, & tunc quia liberatio non potest fieri nisi per acceptilationẽ, iuxta no. in. l. non solum. §. liberationis uerba. & per totum illum titu. ff. de lib. leg. & tunc sumus in prima conceptione transactionis de qua sup. dixi, tamen ita cõcludi debet. Quod si acceptilatio deducta fuit in conuentionẽ transactionis, ut quia actũ fuit ꝙ fieret acceptilatio uel liberatio, uel præsumptiue si incontinẽti apposita fuerit, iuxta nota. in l. petens. sup. de pact. per Dec. in 2. no. & puto ꝙ indistincte acceptilũdo dicatur adimpleuisse, nec consideratur an dictum fuerit ꝙ promisit non petere, uel non fuerit dictum, quia etiam ꝙ expressum sit, tamen partes uidentur agere ut reus sit contentus promissione de non petẽdo cum extinctione actionis, & per consequens semper nascetur actio præsc. uerb. Expressio. n. illa de nõ petendo inest in acceptilatione tacite. l. si unus. §. si acceptilatio. ff. de pac. & tamen non impedit actionem, & nisi ita declaretur, primum dictum Bar. non posset procedere. Et si cõtingat quod postea petat de facto, tamen incidit in pœnã & uolente reo est locus instaurationi litis & condictioni ob causam ad repetendum, d. l. ubi pactum. & ibi nota. inf. eod. Et si dicatur, si actor adimpleuit pro parte sua quomodo postea petendo ipse potest facere locum cõdictioni ob causam, quæ solum datur quando causa non est secuta. l. si pecuniam. & l. 3. §. 1. ff. de condic. ob causam. respondetur quod est speciale in odium uenientis contra transactionem, ut uolente reo fingatur nunquam obseruasse, & priuetur commoditate adimplementi, & transactionis argu. c. ex eod. de regu. iur. in 6. Vere tamen & secundum regulam non posset competere condictio ob causam, sed in odium non obseruãtis conceditur reo, ut ibi not. Nec inconuenit ut quis obseruando habeat actionem ex contractu, & postea contraueniendo priuetur omni iure suo, iuxta no. in l. post legatum. ff. de iis quib. ut indig. Si uero contingat quod actum fuerit ut non petatur, & plus non sit dictũ in transactione, & postea acceptilatio sit secuta ex interuallo, dubium potest esse an actor dicatur adimpleuisse perfecte per extinctionem actionis ex interuallo factam, & uis stat, an uideatur actum inter partes ut non possit petere de iure tantum, uel de iure & de facto, Nam si actum est quod nõ possit petere nec de iure de facto tunc per acceptilationem non adimplet, cũ extincta actione adhuc remaneat potestas petendi de facto, ad quam est obligatus, & non potest adimpleri, cum sit factũ negatiuum, & ita est cõcludendum si clare constat de mente contrahentium, quia in claris nõ est opus coniecturis, & quod agitur seruandũ est inter partes. l. 1. §. si conuenerit. ff. depositi, & hoc casu procedere potest opinio Bartoli. Sed si simpliciter actum fuisset ut actor non peteret, tunc in dubio præsumeretur conuentũ inter partes quod nõ possit petere de iure, per quã solã petitionẽ ipsa res auocari potest, quia uerba intelliguntur de iure, & non de facto, quando possunt uerificari de iure, ut dicebat Alcia. hic in fine. per not. in l. si mulier. §. fi. & l. si filius. ff. de cond. inst. & est tex. no. in l. 3. §. si liber homo. ff. de cond. ob cã. facit. l. decernimus. sup. de sacrosa. eccle. & l. recte. & ibi Iac. ff. de iud. & l. fi. inf. de act. empt. Alcia. in l. 4. §. Cato. ff. de uerb. oblig. in 6. q. Bar. & Feli. in c. si gratiose. de rescript. in 6. Abb. in c. ult. de big. & consi. 43. quidam dominus. uol. 1. & Barb. in consi. 1. col. pen. uolu. 4. Petrus rebuffus in l. uni. inf. de senten. quæ pro eo ꝙ inter. in 3. q. nu. 75. Et hoc suadetur in proposito nostro, quia potius est uerisimile quod cogitauerint de petitione per quã res possit auuocari, non de sola molestia facti, nisi exprimatur, cum de facto agens repellendus sit a iudice, ut nota. in d. l. ubi pactum. Et ideo hoc casu si sequeretur ex interuallo acceptilatio, actor diceretur perfecte adimplere, cũ per eã cõstaret ꝙ amplius de iure agere nõ posset tanꝗ adimplemẽtũ transactionis ex interuallo secutũ fuerit, Nec obstat ut dixi, ꝙ agẽdo de facto fiat locus cõdictioni ob cãm per. d. l. ubi pactũ. & l. sub diuersa sup. eo. quia dedi respõsũ ꝙ ibi non agendo nõ dicitur cõtrauenire trãsactioni, sed solũ ibi efficitur locus cõdictioni, qa nõ põt allegare adimplemẽtũ suũ ex quo tentauit annullare & instaurare litẽ, & in eius odiũ, & ut homines arceãtur ab inobseruantia trãsactionũ, inductũ fuit ꝙ uolẽte reo habeatur ac si nõ esset obseruatũ, & teneatur ad pœnã, & ad damna, & ꝙ lis suo marte procedat, argu. d. l. post legatum. ff. de iis quib.

quib. ut indig. & capitulo ex eo. de regu. iur. in 6. & capitulo priuilegium. 11. q. 3. Et ideo in d. l. si pro fundo. in princ. quamuis implementum nō sit perfecte sequutum, tamen quia non aufertur res ex dolo partis, cū esset locus condictioni ob causam, ut ibi etiam no.

55 Et ex† prædictis etiam patet solutio. ad l. cum mota. supra eodem titu. in qua tantum laborauarunt doctores ibi, Nam intellectus istius. l. est quod ibi erat facta transactio deducendo in obligationem actum affirmatum, ut probatur ibi, ut a lite discederet, nam illa uerba non possunt uerificari in pacto de non petendo uel de non agendo, quia per illud non disceditur a lite, cū remaneat processus & instantia per l. nostram. sed solum desistit, ideo cum uerba intelligantur cum effectu. l. 1. §. hæc uerba. ff. quod quisque iur. dicendum est quod ibi erat facta remissio actionis uel iuris sui, & sic erat extincta actio, & per consequens adimpleuerat ut nō possit de iure petere, quod sufficit in dubio, ut dictum fuit, nimirum si datur actio præscriptis uerbis. Vel etiam potest dici quod ibi solum erat discessum a lite renuntiando liti & causæ, quo casu licet remaneat actio, tamen quia extinguitur processus & instantia & causa ut dixi in l. postquam liti. supra de pact. sequitur quod amplius quærela inofficiosi testamenti ibi nō erat præparata. ergo non potuit transire ad hæredes. iuxta l. nam & si parentibus. §. primo. & l. si instituta. ff. de inoffic. testamen. nimirum si mortua matre competit actio præscriptis uerbis, quia duplex est causa, Prima, quia actor adimpleuit cum teneretur ad factum affirmatiuum, Secunda, quia non potest reuerti ad primeuam actionem quæ extincta fuit per mortem, & sic non potest de iure instaurare litē, & hic est planus intellectus. Alius est etiam intellectus, quod in d. l. cum mota. competit actio datiua in subsidium. d. l. data. quia ordinaria non poterat nasci, cum factum negatiuum non posset adimpleri, & non poterat competere primeua actio, quia erat extincta per mortem per l. nam & si. §. 1. ff. de inoffic. testam. Nec poterat dari condictio ob causam, quia illa actio nascens ex iniuria extincta non poterat restaurari, sicut nec aliæ actiones ex delicto nascentes. l. si unus. §. pactus ne peteret. in secundo respō. so. ff. de pact. Igitur non sine ratione in subsidium reo non seruante transactionem ex æquitate datur actio præscriptis uerbis, & hunc intellectum sequuntur communiter doctores, & defendit Alcia. ibi, in uer. uos qui. & Cur. ibi colum. fina. nume. 30. & 31. Nam ei obstat quod si non esset impletum ex parte actoris non posset agere ex stipulatione. arg. l. Iulianus. §. offerri. infr. de action. emp. Sed respondet quod oppositum procedit quando potest actor implere in totum, sed si actor nō potest in totum implere, tunc in contractibus nominatis ad hoc ut possit agi, non est necessarium, quod adimpleat in totum si fecit quod potuit, & ita declaratur glo. in l. 1. sup. de pactis. Secundo ei obstat, quia illa renuntiatio non fuit libera, sed sub conditione tacita, si obseruabitur transactio, ideo processus & præparatio non uidetur esse extincta, & per consequens uidetur quod sicut ipse principalis poterat instaurare ita & eius hæredes. Sed respondetur, quod non sequitur, principalis potest instaurare, ergo & hæredes, cum in hæredibus unum plus requiratur, quod sit præparata, q̄ non est necessarium in principali ut ibi per eum & nu. 10. Qui intellectus est uerus si duo præsupposita habeā tur pro ueris. s. q̄ ibi transactio erat facta per uerbum negatiuum, & quod illa actio non transmittebatur ad hæredes, tamen utrumque est dubium, nam ibi uerbū discedat, ut dixi, præsupponit obligationem ad factum affirmatiuum, ut uerba intelligantur cum effectu dicto §. hæc uerba. Item quod ibi quærela finiatur morte est etiam dubium quia erat præparata. l. Papinianus §. fin. & l. sequ. ff. de inoffic. testam. nec per simplicem transactionem amittitur. l. si instituta. in princip. sed solum amittitur quando quis confisus de iure suo desistit a lite. l. nam & si. §. primo. ff. de inoffic. testam. coniuncta. l. Papinianus. §. siquis postea. eodem titu. nam tex. in d. l. si instituta dicit, quod causa remanet integra tam respectu principalis quam respectu hæredis, & restringere ad uitam quærelantis est uiolatio ad illum text. Vnde ueritas istius communis intellectus dependet ab intelligentia. d. l. si instituta. an loquatur in uita quærelantis, uel potius generaliter comprehendat etiam hæredes. Ista tamen difficultas hodie cessat per l. siquis a filio. infra de inoffic. testam. & declarat Alexand. & Iaso in dicta. l. cum mota. Si tamen contingeret quod ipsi filii sine causa de nouo agerent de facto contra reum obseruantem intentando actionem, tunc uolente reo permitteretur instauratio litis in odium litigantis, & daretur condictio ob causam illi ad repetendum data, & actio ad pœnam. iux. d. l. ubi pactum. & d. l. si diuersa. infra eodem. quod non negat d. l. cum mota.

56 Reassumas † igitur perfecte omnia prædicta in quibus consistit plena intelligentia totius materiæ transactionis, & dicas quod an actor obseruauerit ex parte sua & potuerit obseruare in totum dependet a uerbis transactionis & a modo concipiendi obligationem, cū plus non sit deductum in contractu quam uoluerint & cogitauerint transigentes. l. non omnis. ff. si cer. petat. Vnde si actum fuit ut non petantur uel non agatur simpliciter, & tunc actor nunquam potest adimplere etiā cessando non petere, quia tenetur ad factum negatiuū ut supra dictum fuit per istum tex. Aut actum fuit promittat non petere, & tunc uidetur esse actum in dubio ut debeat promittere non petere & quod de facto non petat, & sic utrumque uidetur in obligatione. argum. l. si hæres testamento ff. de actio. empt. ideo cum teneatur ad factum affirmatiuum promissionis, & factum negatiuum non petendi, non potest perfecte adimplere, tamen tacite uidetur actum ut facta promissione de non petendo adimpleat etiam factum negatiuum præstando cautionem illam promissionis quasi sit quædā cautio modalis, iuxta l. insulam. §. fina. ff. loca. ex tacita mente præstanda, Sed si solum nudum factum promittendi deductum fuit in obligationem, tunc promittendo liberatur actor & perfecte adimplet, & licet cōtraueniat non uiolat ipsam transactionem, sed solum uenit contra promissionem illam, ut per Barto. in l. si fideiussor. §. meminisse circa fi. ff. de lega. primo. & per docto. in l. singularia ff. si cer. pet. & ibi Dec. nume. 18. & Cagno. nume. 109. & 110. Aut uero actum fuit ut nō petatur & subiecta sit stipulatio & ita inductus sit secūdus modus concipiendi transactionem, & tunc licet actor non adimpleat transactionem ex natura facti negatiui, tamen quia stipulatio est contractus nominatus sine implemento inducitur actio, Vnde competit actio ad obseruantiam. l. cum proponas. supra de pact. & l. cum proponas. supra eodem. & l. nostra. & l. si pro fundo infra eodem. Sed tamen ex æquitate postulante reo, tenebitur cauere de implendo transactionem & non petendo, ut per Alexand. in dicta. l. prima supra de pact. & ibi Dec. column. fina. & supra comprobaui. Si uero transactio sit concepta ut actor teneatur ad factum affirmatiuum remissionis, & ita inductus sit tertius modus concipiendi transactionem, & tunc conclusio est generalis, quod semper actor præstando factum affirmatiuum adimplet, & sibi parat actionem, per dictam legem si pro fundo, & d. l. cum mota secundum uerum intellectum: siue sit renuntiatio litis sola, siue sit remissio iuris etiam. Sed si est renuntiatio litis & causæ remanente actione, & actor agat, agendo de iure facit locum de iure condictioni ob causam, quia non perseuerat in actione. l. eleganter. §. siquis. ff. de cond. inde. sed si interuenit extinctio iuris in totum, tunc uere dicitur adimpleuisse, & agendo de facto non facit locum condictioni

dictioni ob causam, quia nō potest rem auuocare, sed solum facit locum uolēte reo in odium actoris ex causa speciali, ut not. in d. l. ubi pactum. & d. l. si diuersa. & iis duobus casibus requiritur nouus processus. d. l. ubi pactum. & l. postquam liti. Si uero sit concepta transactio ut contineat obligationem ad liberandum, & ita inducatur quartus modus concipiendi per acceptilationem, & tunc regula est quod semper actor adimpleuit etiam ꝙ sit deductum factum negatiuum non petendi, quia tacite continebatur. d. l. si unus. §. si acceptilatio. ff. de pact. & ideo competit actio præscrip. uerb. & de facto agendo non fit locus condictioni ob cau. de iure, sed solum in odium ipsius, uolente reo. d. l. ubi pactum. etiam quod acceptilatio sit secuta ex interuallo, dummodo non sit uerbis expressis dictum ꝙ actor teneatur non petere etiam de facto, quia tūc sibi imputet quod ad illud factum negatiuum se astrinxit quod ex sui natura adimpleri non potest, & ad ista debēt reduci quæ dicit Bar. in uers. uiso. quæ nota quia a nemine ita sunt declarata.

Ex quibus apparet quando & quibus casibus competat actori actio præscript. uerb. & in quibus casibus etiam fortius detur replicatio. Et fienda est regula, ꝙ actori non datur actio præscrip. uerb. per istum tex. Fallit quando interuenit acceptilatio. l. ubi pactum. & l. si diuersa. hoc titulo Secundo fallit quando facta fuit trāsactio per uerbum affirmatiuum, secundum distinctionem supra positam. Tertio fallit quando ex aliquo accidenti actio est extincta & non potest pacto restaurari, quia datur actio datiua. d. l. cū mota. secundū cōmunē intellectum, & si interuenit stipulatio, competit actio ex stipulatu, ut ibi, & hic. Sed dubium restat, an actori competat condictio ob causam contra reum non obseruantem ut recuperet illud quod in sui præiudicium fecit, & reponatur in pristinum. glo. hic non clare se firmat, sed in l. cum mota supra eodem dicit quod actori competit condictio ut se ponat in pristinam obligationem, & est tex. in l. siquis accepto. ff. de cond. ob causā. Sed incontrarium facit tex. noster hic. & in l. si pro fundo infra eodem. ubi se reponit sine condictione in pristinum, & contra utrumque facit. l. quāuis. infra eodē. Bar. hic ponit longam distinctionem, ex qua colliguntur aliquæ conclusiones.

57 Prima † est conclusio, quod quando reus impleuit ꝓmissa quantum potuit, tunc actori non competit condictio ob causam ad resoluendum transactionem, sed debet agere actione præscriptis uerbis ad obseruantiam, per l. si pro fundo. in primo dicto infra eodē. & sequuntur cæteri. Sed in contrarium facit, quia si actore non petente & sic actore obseruante quantum potest non impeditur reus habere condictionem ob causam, ut l. tertia. de condic. ob causam. & supra dictum fuit, ergo nec etiam reo obseruante quantum potuit. argum. l. fina. ff. de condic. ob causam. Nam aliqua specialitatis ratio non uidetur posse allegari in reo, sicut nec etiam allegatur in actore. argum. l. non debet. ff. de regu. iur. Augetur difficultas, quia quando actor se obligat ad factum negatiuum, sui natura actus nō potest impleri ut nihil ei possit imputari, sed in reo potuit imputari, qa debebat scire fundum non esse suum, argum. c. 1. de cōfes. in sexto. & l. si fideiussor. §. si necessario. ff. qui satis. cog. & ita Alcia. in d. l. si profundo. in uerbo instaurari, repræhendit, dicens cur. n. si sciuit se teneri dare liberū fundum. l. ex prædiis. infra de euictioni. & l. in uenditione. ff. de euictio. non redemit a domino, uel alio modo non satisfecit. l. non dubium. §. fi. ff. de leg. 3. Sed tamen ipse non clare soluit contrarium.

Vnde tu dicas, quod extra trāsactionem seruatur. d. l. fi. ff. de condic. ob causam. Vel dicta. l. fi. loquitur de condic. quæ datur ex capite pœnitentiæ quæ non habet locum in transactione, per l. quamuis. infra eo. sed in transactione dici debet ꝙ si ille qui fecit ꝙ potuit ipse non contrauenit tunc non datur condictio ob causā fauore litium minuendarum. d. l. si pro fundo. Si uero qui non potest adimplere addit aliam cōtumaciam ꝙ contraueniat, tunc competit condictio ob causam. d. l. tertia. ff. de condic. ob causam. Nec contradicit d. l. si pro fundo. quia ibi non cōtraueniebat ille qui tenetur obseruare, sed erat alius qui euincebat, & ille reus nihil faciebat, nimirum si contra eum qui nō uidetur esse in mora non competit cōdictio ob causam ex capite causæ non secutæ quæ præsupponit moram efficacem. d. l. si pecuniam. de condic. ob causam. Et ideo si cōtingeret ꝙ actor non ageret, sed alius tertius turbaret reum, nō cōpeteret ipsi reo condictio ob causam, per eādem rationem, quia actor non contraueniret, quod no.

58 Secunda † est conclusio, ꝙ si reus noluit obseruare ꝓmissa & actor priuatus est sua actione, quod si illa actio non potest consensu partium instaurari, quod actori non competit condictio ob causam, per l. cum mota supra eodem. Quæ conclusio uera est in se, quia si nō potest recuperari, ad impossibile non datur actio. l. impossibilium. ff. de reg. iur. & frustra daretur cōdictio ad recuperandam accusationem uel actionem quæ per partes non posset restaurari, Item uera est etiam quantum ad d. l. cum mota. quicunque intellectus teneatur, quia siue actio præscriptis uerbis quę ibi datur sit natiua uel datiua semper uerum est quod illa actio non potest de consensu partium instaurari, & condictio ob causam quæ datur ad restaurationem fiendam esset frustratoria. arg. l. tertiæ. §. diuus. ff. ut leg. no. ca.

59 Tertia † est conclusio, quod lis non potest restaurari per condictionem ob causam ex capite pœnitentiæ. per l. quamuis. infra eodem. Quam conclusionem omnes tenent, & ego approbaui fauore litium minuendarum, ut ibi no. Fallit in casibus positis per Alciat. ibi in finalibus uerbis.

Quatta est conclusio, quod si reus non obseruauit ex sua mora quod actor potest condicere obligationem suam extinctam ex causa transactionis. l. siquis accepto. ff. de condic. ob caus. Et hæc conclusio ab omnibus tenetur, quia æquum est quod quando illud ꝙ amisit possit recuperare quod ista condictio ob causam non dabitur ad petendam ipsam rem principalem, sed solū ad petendam obligationem & litem restaurandam. d. l. siquis accepto. quia quantum debeatur non apparet, Et hæc conclusio procedit quando reus fuit in mora, quod est quando actor potuit implere ex parte sua, ut quia tenebatur ad factum affirmatiuum, sed si non posset actor implere quia teneretur ad factum negatiuum de non petendo de iure nec de facto, tunc non cōpeteret condic. ob caus. quia reus non potest esse in mora, & sine mora non datur condic. ob caus. ex capite causæ non secutæ. d. l. si pecuniam. & per Bar. in d. l. actione in fi. ideo daretur actio de dolo in subsidiū, ut per Bar, inf. col. seq. Similiter si reus obseruasset promissa, & actor desideraret rescindere transactionem, tunc nō pōt dari actio præscrip. uerb. & cōdictio ob causā contra obseruantē, Si tamen actor fuisset deceptus ualde, & esset ei multum damnosum quod reus seruaret trāsactionē, tunc recurreretur ad actionem de dolo, ut habetur in l. actione. & l. sub prætextu. sup. eo. quæ. ll. loquūtur quando actor uellet resolui transactionem reo obseruante promissa, ut statim dicam in seq. q.

60 Quinta † est conclusio, quod ubicunque actio non est extincta tunc actori non datur condictio ob causam sed debet propria auctoritate agere, ut hic in text. cum concordanti. Et ratio assignatur per Barto. in l. actione. in fi. & sentit hic, quia non potest esse reus in mora ut dixi supr. in ultimo notab. & Bal. hic in fi. unde non potest competere condic. ob caus. ex capite causæ non secutæ. argum. d. l. si pecuniam. Quæ ratio satis concludit quando actor tenetur ad factum negatiuū tantū, sed tamen quia sup. conclu-

sum

sum fuit quod actor potest adimplere si se obligauit ad factum affirmatiuum non extincta actione, ut quando actum est ut promittat hoc solum factum non petendi, & in obligatione actum fuit ꝙ renuntiet liti retēta causa, & actione, & tunc, quia reus potest constitui in mora actore obseruante competit cond. ob cau. ad reponendum se in pristinum ut restituatur ad instantiam, & processum, uel liberetur ab aliqua promissione si in eā incurrit ex causa transactionis, licet Bar. hic non dicat, sed ad ipsam actionem non potest cōpetere condictio quia propria auctoritate ad eam reuertitur, ut dixi in princ. gl. Nec obstat ꝙ esset utile ꝙ per eam resolueret obligationem, qua tenetur non petere, quia respondet Bart. ꝙ sufficit replicatio quā ipso iure habet ad excludendam exceptionem. Quæ responsio non tollit cōtrarium, cum sublata transactione amplius reus non posset obseruando liberari ab actione, quod tamē admittit hæc. l. Vnde solue, ꝙ condictio datur solum ad recuperanda remedia amissa, & hic actor nullum remediū amiserat, Item datur contra morosum, & reus hic non est in mora, ex quo actor non obseruauit.

61 Sed † contra prædicta opp. Bart. quia immo uidetur ꝙ non competat condic. ob cau. cum possit dari actio de dolo. l. actione. & l. sub pretextu. sup. eo. glo. fi. in fi. facit mentionem de contrario, sed soluit ad aliud propositum, quia dicit actionem de dolo competere ex delicto & condic. ob causam extra id quod agitur, & tex. hic dicit ꝙ ex pacto non datur actio. Vnde Bar. distinguit clarius considerando quatuor modis dolū, uidel. Aut dolus committitur circa actionem. i. in eo de quo est lis intentata, Aut committitur dolus in litigando, ut subtrahendo instrumenta uel inducendo falsos testes, Aut committitur dolus in transigendo. i. in subornando aduersarium, & circumueniendo ut inducatur ad transigendum cum parua pecunia, Aut dolus cōmittitur in obseruando, & de hoc dolo commisso in obseruando dicit esse materiam nostram, Tamen quia non bene explicauit mentem suam, & litera est corrupta & diminuta, non apparet resolutio formalis ad contrarium, quia parum uidetur interesse quomodo cōmittatur dolus, cum semper uerū sit ꝙ ubi datur actio de dolo non competit alia actio. l. 1. §. 1. ff. de dolo. ideo formaliter respondendo dicendum est, ꝙ tex. noster loquitur ubicunque agitur contra non obseruantem, nam tunc si est extincta actio quæ potest restaurari potest dari actio præscriptis uerbis ad obseruationem fiendā uel cōdictio ob causam ad faciendum se reponi in pristinum si non uult obseruare transactionem, uel si actio remanet, potest reuerti ad primeuam actionem, & ideo nunquā potest dari actio de dolo nisi quando actor promisisset non petere de facto, quo casu reus non potest esse in mora. Non obstat. d. l. actione. quia loqtur in eo qui obseruauerat transactionem, ideo non poterat dari actio præscriptis uerbis quæ præsupponit inobseruantiam conuenti, nec condictio ob causam quæ præsupponit moram rei, nec reuerti ad primeuā actionem quæ erat extincta. Tamen quia erat deceptus ille, cum forsan debitum decem milium remiserat pro mille, quia ita sagaciter administrauerat quod penes ipsum erant decem millia aliena, & obseruauerat transactionem soluendo mille promissa, ac ideo ibi nō poterat resolui transactio ex remedio ordinario, & ꝓpterea recurritur ad actionem de dolo. l. si quis cum aliter. ff. de uerbo. oblig, & eo modo respondetur ad d. l. sub prætextu. quia ibi ille qui surripuerat obseruauerat transactionem, ideo non poterat agi ad obseruantiam, nec agi ad resoluendum ex mora rei qui obseruauerat, propterea necessario recurritur ad actionem de dolo, & idem etiam est quando dolus est in transigēdo nam ille uult obseruare transactionem quia utilis est ei, ideo non potest conuenire istis actionibus, & propterea recurritur ad actionem de dolo. Summa est igitur, quod contraria loquuntur quando actor agit contra reum obseruantem, & hæc quantum ad solutionem contrarii.

62 Sed in materia † actionis de dolo Bart. facit quatuor conclusiones, Prima est, quando dolus committitur circa actionem, & in hoc se remittit, Sed summa est, quod si reus obseruat transactionem, & dolus non est remissus per eam actor agit actione de dolo ad eam rescindēdam, Quando autem in generali remissione uideatur remissus dolus, ponit Bar. in l. sub prætextu. col. 1. supra eo. & l. Aurelio. §. Gaius. ff. de lib. leg.

63 Secunda † est conclusio, ꝙ si dolus interuenit in litigando, ut propter illum deuentum sit ad transactionē, ꝙ si ille dolus commissus fuit ab actore subtrahēdo instrumenta, & propter hoc reus sit condemnatus, & postea secuta sit transactio est ipso iure nulla, & nō requiritur aliqua recissio. l. in summa. §. 1. ff. de cond. ind. nisi in quinque casibus quos ibi notat Ias. & approbat Alcia. colum. penul. licet disputando dicat posse teneri ꝙ transactio ualeat, quia lex dicit imperfectam transactionem, ut ibi per eum, tamen communis opinio rationabilior & æquior est, & sine dubio procedit in casu quo actor agit sine actione, & manifeste constaret ꝙ calumniose ageret, quia tunc transactio est nulla ratione subiecti. i. cum non sit de lite incerta, ut dixi supra in rubrica.

Vnde conuenienter potest dici, quod transactio regulariter ualet si dolus hoc modo interuenit. Fallit tamen quando actor ageret sine actione apparenter, uel reus exciperet sine exceptione manifeste, per d. l. in sūma. §. 1. sed si reus commisit dolum subtrahendo instrumenta actori ita quod liberatus sit & secuta sit transactio, tunc trāsactio ualet, & datur actio de dolo d. l. sub prætextu. sup. eo. si non transiuit biennium constitutū actioni de dolo, & per illam actionem rescinditur trāsactio si actio extincta fuit, ut d. l. sub prætextu. & hic per Bar. & de ratione diuersitatis, dic ut per Alciat. ibi uers. quod ad sequentem. col. pen.

64 Tertia † est conclusio, ꝙ quando dolus committitur inducendo aliquem ad transigendum. i. faciendo quod dolus det causam contractui transactionis, & tunc si fit super actione bonæfidei, ipso iure est nulla transactio, sed si est super actione stricti iuris, & tunc dicit transactionem ualere, & rescindi per actionem de dolo, ut ꝑ eum in d. l. sub prætextu. col. fi. quia quando transactio fit super actione bonæfidei, assumit naturā bonæfidei, & ipso iure per dolum efficitur nulla, sicut alii contractus bonæfidei. l. eleganter. in princ. & ibi no. ff. de do-
* lo. & ista uidetur esse communis opinio, quam sequitur Caccialup. in tractatu de transactio. q. 5. uer. an autem. Sed Rym. Cur. & Alcia. in d. l. sub prætextu repræhendunt illam distinctionem Bart. quia subiectum actionis non mutat naturam transactionis, cum non extinguatur, nec resoluatur per eam contractus, sed ipsum iudicium extinguitur, & lis resoluitur, quæ semper est stricti iuris. Et ideo Alcia. dicit col. pe. uer. quo ad seq. & clarius in rubr. ubi dixi sup. eo. quod transactio semper ualebit & rescindetur per actionem de dolo per d. l. sub prætextu. si extincta est actio. & ad contraria respondet ut per Cur. in d. l. sub prætextu, & ipse in d. rubr. sup. eo.

Quarta est conclusio, ꝙ quando dolus cōmittitur in nō obseruando, quæ est materia nostra, & tunc fienda est regula quæ colligitur ex numeratione casuum, ꝙ actio de dolo non potest competere, Nam si remanet prima actio, cessat illa de dolo, ut hic, Si uero extincta est actio, & tunc quia actor obseruauit, actio de dolo cessat, quia competit condictio ob causam ut sup. dixi, & actio de dolo cum ea non cōcurrit secūdū magis cō-
* munem opinionem de qua per Bar. in d. l. actione. & l. sub prætextu. col. 2. sup. eod. Item datur actio præscriptis uerbis si actor uult reum cogi obseruare, & si actio

tio non posset restaurari competeret actio præscript. uerb. datiua. l. cum mota. sup. eo. secundũ communem intellectũ. & secundũ meũ intellectũ est ordinaria, quia actor obseruauit cum teneretur ad factum affirmatiuum ut sup. dixi. Sed si cõtingeret quod actor teneretur ad non petendũ de iure & de facto, & esset secuta acceptilatio, tunc licet esset extincta actio, & constaret quod de iure non posset petere, tñ nõ adimpleret in totũ, quia semper de facto potest petere, ideo nõ potest ei cõpetere actio præscr. uerb. nec condic. ob cau. quia reus nõ est in mora, nec condictio ex capite pœnitentiæ quia cessat pœnitentia in transactione. l. quamuis int. eo. Vnde ei actori succurritur per actionem de dolo si reus nollet obseruare, & hic est solus casus in quo datur actio de dolo contra non obseruantem, quia nulla actio cõpetere potest, Et sic remanet resolutio ad contrarium formatũ de d. l. actione. Nam responsio est, quod in terminis istius. l. non competit actio de dolo, & contraria loquuntur in aliis terminis quando non possunt competere aliæ actiones.

Ex ultima parte glo. nostræ colligitur, quod transactio non est proprie contractus facio ut des ex persona actoris, quia in transactione factum est negatiuũ ex parte actoris, & plene obseruari non potest. Sed tamen Bar. sup. in princ. dixit quod immo est contractus facio ut des, ex eo quia transactio fit super lite incerta, & remittere debitum dubium est facere, quia certa qualitas nõ uidetur posse dari, Tamen ego dixi quod remittere per acceptilationẽ est dare quod sit debitum dubium, quia licet non detur tota quantitas, tamen datur illud incertum quantum ualet illa spes & ille dubius euentus litis, ut no. in d. l. 1. sup. de pac. Et ideo ego sup. dixi, quod si est remissum debitũ extinguẽdo actionem quod dicitur contractus facio ut des si reus tenetur dare, si uero non extinguitur actio, & tunc est facio ut des, Dicebat tamẽ Barto. quod hæc subtilitas parũ releuat, quia et quod sit contractus facio ut des, tamẽ cõpetit actio præscrip. uerb. cũ per illud factũ aliquid acquiratur parti. s. exceptio & liberatio uel obligatio ad nõ petendũ, secundum distinctionem glo. in d. §. quod si faciã. Subdit etiã Bar. quod potest esse contractus facio ut des proprie si et ex parte actoris remittentis promitteretur ire Romam, uel et si ex parte rei promitteretur aliquod factum, & tunc posset uerificari quod aliquando non posset dari actio præscrip. uer. sed de dolo. Et finaliter concludendum est quod transactio nõ cõtinetur sub aliqua specie cõtractus innominati, sed accommodatur unicuique secundũ quod uerba & obligationes inducunt ut dixi sup. in rubr.

65 In alio tẽt dubitabant doct. an contractus trãsactionis cõsideraretur ab utraque parte uel ab una parte tãtũ, & glo. communiter uidentur uelle quod consideretur ab una parte tantum, & distinguatur & cognoscatur ex modo ineundi, Vnde si cõcipiebatur quod reus daret & actor remittere dicebant quod erat contractus do ut facias ab utraque parte, Et si concipiebatur quod actor remitteret actionẽ & reus daret quod erat contractus facio ut des ab utraque parte. Et hæc cõsideratio erat cum effectu secundũ eos, quia quando erat facio ut des uolebãt solum dari actionẽ de dolo, per d. §. quod si faciam. Sed Bar. in d. l. si intra. ff. de pact. & l. siquis cum debitore. ff. de iureiu. & l. actione. & l. cum mota. supra eo. tenet quod cõtractus consideratur ab utraque parte, & quod una transactio ex parte actoris est facio ut des, & ex parte rei est do ut facias. & hoc sequuntur cõmuniter doct. in d. locis, & est uerior opinio, & ad prędicta uide Caccialup. in tract. transactionum in 5. q.

Glo. in uerb. pendente, ponit duas declarationes ad istum tex. & postea opponit, Secunda est ibi, sed contra. Ex prima parte colligitur reiecta prima expositione quæ repræhenditur per omnes, quod ideo dicitur pendere reiuendicatio quia per transactionem non extinguitur dominium & durat actio. Et ego cã sup. appro-

66 baui in notabilibus. † Addit Bart. hic quamuis sub dubio, quod nedum durat primeua actio, sed etiam durat processus & instantia, & se remittit ad d. l. si diuersa. supr. eo. tamen ibi in finalibus uerbis relinquit indecisum. Sed communiter doct. distingunt ut sup. quod aut transactio fuit simpliciter facta promittendo non petere quod tunc remanet eadem instantia & idem processus per tex. nostrum hic. Si uero renuntiatum fuit liti & causæ, & tunc processus fuit extinctus. l. postquã liti. supra eod. Ideo opus est noua instantia. per. d. l. si diuersa. ibi, extingui. Sed si actio sit extincta, tunc similiter opus est noua instantia per l. ubi pactum. ibi, ante cognitionem causæ. Riminald. tamen & Ang. post Marti. fill. in d. l. si diuersa tenuerunt quod semper duret instantia, quia semper sententia ualet, & non impeditur litis contestatio, & post litis contestationem facta non impedit sententiam ualere. l. eleganter. §. siquis post. ff. de cond. ind. Similiter secuta solutione extinguitur actio. l. si reus. de procur. & tamen sententia ualet, ut per Bar. in d. l. duobus. ff. de excep. rei iudic. & l. 1. inf. quando prouocare non est necesse. & Alciat. ibi uidetur sequi opinionem illam si non est obiectum a parte, quia parte non petẽtẽ procedit iudicium de facto. d. l. ubi pactũ. & l. posthumus. §. siquis. ff. de inof. testam. & per Alcia. in l. si Titius. ff. de uerb. oblig. Sed mihi placet præcedẽs distinctio, ut extincta actione per remissionem uel acceptilationem, uel facta renuntiatione de lite & causa quod extinguatur instantia & processus, & sit opus noua instantia. d. l. si diuersa. in uer. ex integro. & d. l. ubi. Et ad text. in d. §. siquis post responderi debet quod loquitur in simplici transactione, ut sonant eius uerba. Nec placet quod ex consensu partium possit procedi ex eodem processu, quia alioquin sequeretur quod partes possẽt facere sententiam ualere sine litis contestatione si forsan in primo processu erat lis contestata, quod est contra notata per doct. post glo. in c. de causis. de offi. deleg. Nec obst. d. l. si Titius. de uerbo. oblig. cum similibus, quia ibi erat factus processus totus, licet de facto, sed in casu nostro præsupponitur quod in secũda lite incipiat a probationibus & publicatione processus sine libelli datione & litis contestatione. Posset tamen saluari opinio istorum si partibus consentientibus in uno die renouarentur omnia acta secundum distinctionẽ Barto. in l. mutari. ff. de procur. & satis est de mente glo. in c. fi. de probat. Secundo posset saluari prædicta opinio si actor prius ageret condictione ob causam, & peteret se reponi in sua instantia in casibus in quibus permittitur condictio ob causam, ut sentit Alcia. in d. l. si diuersa. col. fi. dum allegat. l. cum mota. sup. eo. Tertio etiam potest saluari prædicta opinio si renuntiatio litis uel remissio actionis facta sit sub conditione, si obseruabitur promissa, nam tunc instantia stabit in suspenso argu. eorum quæ dixit Bar. in d. l. cum mota. uers. ex hac solutione collige. Quod tamen putarem sublimitandũ esse nisi actio esset remissa per acceptilationem, quia illa nullam recipit conditionem. l. actus legitimi. ff. de regu. iur.

In secunda parte gloss. format oppositionem de l. 3. §. fina. & l. 4. ff. ad l. falcid. Sed Barto. dicit quod solum facit. l. 4. quæ uult quod titulus superueniens possessori facit eum quærere dominium ex persona eius a quo habet titulum, sed hic possessori superuenit titu. transactionis, ergo debet ex persona actoris habere dominium, & per consequens uidetur quod actio sit extincta, non autem pendeat translato dominio ab actore in reum. Item titulus superueniens facit quod quis ex noua causa ipsam rem teneat. d. l. 4. ff. ad l. falc. sed hic superuenit titu. transactionis, ergo etiam tenetur ex titu. transactionis, ergo non debet cõueniri ex primeua actione, sed ex noua actione, sicut possidet & tenet ex noua causa. Sed Barto. soluit quod contrarium procedit quando titulus tendit ad translatio-

ſtationem dominii,ſed hic ſolum tendit ad impediendam actionem,quia promiſit non agere, uel non petere,merito dominium non transfertur,nec dicitur tenere rem ex noua cauſa ut oporteat intentare nouam actionem.facit.l.ſi pro fundo.infr.eod.Et hanc ſolutioně ego ſup.approbaui in penul.notab.ratione uoluntatis quia tranſigentes non habent animum transferēdi dominium,& ſi uellent ipſi poſſent hoc facere,quia trāſactio in ſe eſt titulus habilis ad transferēdum dominiū, & dic latius ut in d.notabili.

Glo.in uerbo urgere.diuiditur in tres partes,In prima remouet tacitum contrarium,In ſecunda quærit & reſpondet,In tertia opponit & ſoluit. Secunda ibi, ſed
67 uſque.Tertia ibi,ſed oppono.†Ex prima parte colligitur,quod reus non poteſt cogi præciſe obſeruare tranſactionem ſed cauſatiue ſi uult euitare ne procedatur ſuper lite, & ſic unum petitur & aliud conſequitur, ſicut fit in l.ſi pacto quo pœnam.ſup.de pactis.& l.1.inf. de rei uxo.actio.Et rationem aſſignauerunt docto. in ulti.notab.& Bal.hic in fi.quia cum actor non impleuerit ex parte ſua non poteſt conſtituere reum in mora,& ideo reus ſemper eſt in tempore ut ille poſſit audiri ſi uult adimplere,Et ſic patet quod facta tranſactione ſimpliciter eſt in arbitrio rei facere ꝙ tranſactio habeat effectum,uel ꝙ ſit inutilis, Vnde ſint cauti actores ut apponant ſtipulationem, uel in tranſactione deducant obligationem ad factum affirmatiuum,ut pro parte ſua poſſit perfecte adimplere & conſequi actionem præſcrip.uerb.ut ſup.dixi,tunc.n.eo obſeruante cogēbit reum ad promiſſa.l.ſi pro fundo.inf.eo. & l.cū proponas.ſup.eo.

68 Ex ſecunda†parte colligitur, quod reus habet iſtam electionem uſque ad ſententiam.l.ſi maior.inf.eo. uel poſt ſententiam uſque ad executionem iudicati.l.item ueniunt.§.inde ait ſi noxali.ff.de pet.hær.Bar. hic ſe remittit ad.d.l.ſi maior. Sed ibi determinat ꝙ ſolum admittitur uſque ad ſententiam,& ad d.§.recte ait.reſpōde quod ille tex.loquitur quando unum eſt in ſolutione & aliud in obligatione ex diſpoſitione. l.ſed hic eſt in ſolutione aliud ex diſpoſitione hominis, quo caſu nō procedit d.l.ſi ita ſtipulatus fuero decem in mille. ff.de uerbo.oblig.Vel melius dicas, quod in illo tex.cū concord.illud quod ſoluitur extinguit primeuam actionem cum qua litigatur & fit proceſſus, ſed in tranſactione obſeruatio non tendit ad actionem de qua litigatur,ſed tendit ad adimplendum exceptionem perēptoriam, unde ſicut exceptio peremptoria non poteſt opponi poſt ſententiam.l.peremptorias.inf.ſent.reſc. non poſ.& l.1.ſup. de iur.& fact.ign. ita etiam non poterit adimplere poſt ſententiam ipſam tranſactionem, cum ipſa exceptio rranſactionis nō poſſit opponi poſt ſententiam.d.l.peremptorias.& facit.l.eleganter. §.ſiquis poſt.ff.de cond.indeb.Si tamen tranſactio eſſet facta ante litis conteſtationem,tunc uolebat quod admittatur uſque ad eam per l.ſi inſulam.ff.de uerb. obliga. Sed communiter docto.tenent indiſtincte quod admittatur uſque ad ſententiam.quia diſtinctio. l.ſi inſulam. non poteſt habere locum hoc caſu,cum non poſſit reus dici in mora non adimplente actore.arg.l.ubi nulla.ff. de reg.iur.& ita tenent ibi Alcia.colu. 2. Et in uno caſu uolebat ꝙ poſſit adimplere uſque ad executionem quando interpoſita eſt ſtipulatio.arg.§.fi. inſt. de perpet.& temp.act.& l.ſi uero.§.fi.ff.ſol.mat.& ibi per eū. col.fi.Sed tamen indiſtincte dicendum eſt ut ſup.dixi, quia ſemper militat ratio ꝙ executio fit ad finem ut exceptio poſſit opponi ſine impedimento replicationis. In ultima parte dicit ꝙ licet competat actio de dolo & condit.ob.cau.actori,tamen non ſequitur, ergo naſcitur actio ex pacto,quia actio de dolo datur ex delicto, non ex tranſactione,& cond.ob cau. datur ex alia cauſa non ex pacto,& communiter tenent. Quod tamē debet declarari ut ſup.quia nō competit ſemper actio dolo,nec cond.ob cau.ſed late diſtinguitur ut ſup.& in terminis. l. noſtræ in qua tractatur de dolo commiſſo in non obſeruando concluſum fuit quod regulariter non datur actio de dolo.Vltimo dicit ꝙ hæc.l. procedit in tranſactione facta in cauſa ciuili,ſed ſi eſſet facta in cauſa criminali nunquam poſſet reuerti ad primeuā actionem.l.quamuis. inf. ad turpil. & late dictum fuit in l.tranſigere.ſup.eo.

69 Extra † gloſſ. Barto. hic format aliquas queſtiones, & primo quærit an tranſactio ſit contractus, & reſpondet quod ſic, quia contractus eſt ille qui ab utraque parte continet obligationem, quaſi ſit hinc inde actus, & hinc inde factum. l. Labeo. §. contractus. & ibi Alc.in uerbo contractum.ff.de uerbor.ſignificatio. ſed tranſactio habet obligationem ab utraque parte, quia nullo dato uel retento non fit.l.tranſac.ſup.eo.& dicitur pactio nō gratuita.l.1.ff.eo.ergo eſt cōtractus. Et ita appellatur in l.cum te.ſup.eo. & ſequuntur communiter doct.Sed in contrarium facit,quia uerbum cōtrahere diſtinguitur a uerbo tranſigere.l.1.§.1.ff. eod. ibi,contrahendi uel tranſigendi, ergo non eſt contractus.Et hoc confirmatur,quia actus qui fit ad diſſoluendam obligationem non appellatur contractus,ſed diſtractus.§.item ſiquis.inſt.quib.mod. recōtrah. oblig. ubi etiam appellatur quaſi contractus.in §.pen. inſt. đ obl.quæ ex quaſi con.na.Item trāſactio fit ad reſciſſionem contractus uel obligationis.l.ut reſponſum. ſup. eo.& ut recedatur a lite.l.fratris.ſup.eo.ergo appellatur diſtractus,& diſtractus non dicitur proprie contractus.l.1.inf.ſi tut.uel cur.inter.ibi,contrahendi diſtrahendiue.& ſup.dixi late in 2. notab. Item contractus eſt ille qui tendit ad finem obligādi,dicta lege Labeo. ſed tranſactio tendit ad finem diſſoluendi, ergo nō eſt contractus.

Et ideo Loriotus in tract.de pactis axioma.80.dicebat ꝙ tranſactio non eſt contractus nec nominatus nec innominatus,ſed eſt diſtractus,per l.tranſacta. ff.đ uerb.ſig.& d.l.1.§.1.ff.de pact.& l.eius rei.ff.de reiuē. ibi,decidere. Et hanc partem ego puto uerā, ꝙ potius ſit ſub genere diſtractus quā contractus, quia fit ad diſſoluendam obligationem, & continet ſemper in ſe pactum de non petēdo,ꝙ eſt pactum liberatorium,& appellatur diſtractus,ſecundū doct.in l.ſi unus.§.pactus. ff.de pact.& facit tex.in d.l. ſi unus. §. acceptilatio. qui dicit ꝙ acceptilatio habet in ſe pactum de non petendo,& dicitur diſtractus. §. 1. inſt. quib. mod. tol.obl. Nec obſt.ꝙ tranſactio dicatur contractus. d.l.cum te. quia etiā poteſt dici contractus ex quo continet duorum cōſenſum,ſed tamē quia continet conſenſum duorum ordinatū ad diſſoluendum, ſicut acceptilatio pōt dici contractus duorū ordinatus ad diſſoluendū, ſicut pactū de nō petēdo,nā in ſubſtātia nō differunt contractus & diſtractus, ſed ſolū reſpectu finis, ut colligitur ex d.l.1.§.cōuentionis.ff.de pact.& facit. l. ſed & Celſus.§.ſi fundus.ff.de cōtrah.empt.Nec obſt.ꝙ debet appellari quaſi cōtractus.d.§.itē ſi is.quia hoc nō cadit in trāſactione in qua eſt expreſſus cōſenſus duorū, ſed in d.§.itē ſi is nō erat cōſēſus expreſſus duorū, ſed tacitus & ſubintellectus,ſicut nec ēt acceptilatio pōt dici quaſi cōtractus, ſed potius cōtractus diſtractiuus tēdēs ad finē diſſoluēdi, Vnde Bald.in d.l.2.ff. de iureiu. quē refert & ſequitur Caccialupus in tract.de trāſac.q.4.dicebat ꝙ ſi cōſideratur tranſactio reſpectu ſui, dicitur eſſe cōtractus,qa ab utraq; parte naſcitur obligatio, ſed ſi cōſideratur reſpectu cōtractus ſup quo interponitur, dicitur eſſe diſtractus,ſicut pactū đ nō petēdo, & ſic ſētit ꝙ ſit cōtractus diſtractiuus ꝑpter finē ad quē tēdit.

70 Diſtractus†tñ poſsūt eſſe quatuor modis,primo reſpectu adiplemēti & obſeruationis, & hoc mō ſolutio ē diſtractus.i.actus extīctiuus obligationis ꝑ adimplementū.Secūdo pōt eſſe ratione diſſolutionis,quādo diſſoluit obligationē per cōtrariā conuentionē.iux.l.ab em

ptione.ff.de pact.& l.cum empt.ff.de rescind.& l.put. ff.de sol.Tertio ratione conuersionis & nouationis : l. 3.ff.de nouat.& l.singularia.cum materia.ff.si cert.pet. Quarto ratione renuntiationis alicuius contractus uel iuris,ut amplius ex eo nō possit pars iuuari,& hoc modo transactio & pactum de non petendo sunt distractus,ut uolunt docto.in d.l.si unus.§.pactus.ff.de pactis. & sup.in 2.notabi.& in rubr.sup.de pactis.

71 Secundo† quærit Bar. an transactio dicatur contractus nominatus uel innominatus,& concludit quod dicitur esse contractus innominatus, & pro hac parte adducit rationem, quia contractus nominati producunt actionem statim,& innominati non producunt actionem nisi sequuto implemento.l.iurisgen.§.1.ff.de pact.& melius probatur in l.1.per totam.l.ff.de rer. permut.sed transactio non producit actionem nisi sequuto implemento,per istum tex.ergo est innominatus. Sed ad istud fundamentum respondent tenentes contrariam partem ut dixit Iason.in 3. notabili, quia non sequitur,ex nudo pacto non nascitur actio ergo est cōtractus innominatus,nam ex contractibus qui recontrahuntur non nascitur actio ex nudo pacto,quia requirunt rei interuentum,& tamen dicuntur cōtractus nominati.Item impugnatur dictum fundamentum, quia non sequitur,ex placito transactionis non nascitur actio,ergo ex transactione non nascitur,cum ualde differat contractus a pacto de contrahendo tam in contractibus nominatis.l.pecuniam. ff.si cer.peta.& l. in bonæfid.uers.fin. ff. de eo quod cert. loc. quam etiam in contractibus innominatis.l.ex placito.infr.de rer. per mut.secun.Lori.axio.80. Sed replicatur ad primum ex mente glo.in d.l.iurisgent. quod contractus qui recontrahuntur non dicuntur contractus nisi interueniente re,quia forma eorum consistit in interuentu rei, nimirum si non producunt actionem sine re, sed transactio est contractus formatus ante interuentum rei, quia habet essentiam, & impletur per rei interuentum ex interuallo,quod non est in contractibus qui recontrahūtur,quia ante implementum non sunt in rerum natura nec implentur per interuentum rei, sed tunc incipiunt esse,ut probatur in §.1.& per totum inst.de obl.quæ ex del.nascun.

Vnde sequitur quod regula.d.l.iurisgentium procedit in transactione, ut si non producat actionem nō sit contractus nominatus, quia omnes contractus nominati statim quod habent suam formam producunt actionem,& clarius hoc probat tex.in l.1. ff. de rer. permut.Non obstat quod dicebat Loriot. quod intersit inter placitum transactionis & trāsactionem, quia istud est falsum,nam placitum transactionis hic capitur pro ipsa transactione, cum aliquando habeat solum consensum, aliquando etiam sit interuentus rei,& ita etiā capitur in l.ex placito.nam ibi est placitum permutationis idem quod permutatio,sed appellatur eo modo ut distinguatur quando in ea concurrit interuentus rei & non concurrit.Et hoc probatur hic, quia demonstrādo nobis textus quod ex transactione non nascitur actio,adducit rationem, quia ex pacto non nascitur actio,ergo ut sit bona ratio,idem est transactio & placitū transactionis,Et idem etiam apparet in d. l.ex placito. cum re sequuta illamet dicatur uera permutatio nō placitum, ut ibi not. Secundo impugnatur fundamentum Bar.ex alia ratione,nam tex.in l.iurisgentium.dicit solum quod illi qui producunt actionem transeunt in speciale nomen contractus, sed non dicit quod illi qui nō producunt actionem non transeant, & sic non negat ille tex.quod non reperiantur contractus nominati qui non producunt actionem.Item non sequitur, producit actionem ergo est nominatus, cum & innominati producere possint.d.l.iurisg.§.sed si alium. Sed responderi potest, immo probari ibi quod qui non producunt actionem non transeunt in speciale nomen cōtractus, cum per nomen speciale assumunt suam formam specificam,quod patet,quia ille text.excipit contractus qui non habent speciale nomen, Et clarius confirmatur in d.l.2.de rer.per.in uers.alioquin nudo consensu cōstitui obligationem, dicente quod in iis tantum receptū est qui speciale habent nomen, & sic uis productiua actionis consistit in speciali nomine. Non obst. quod ille tex. loquatur de sola conuentione & de contractibus qui perficiuntur sola conuentione,quia ille tex.intelligitur sola conuentione cum sua forma, ut patet in emptione quæ ultra conuentionem requirit suam formam.d.§.pretium.inst.de empt. & uend. Vnde sensus est,qui sola conuentione cum sua forma perficiuntur, & tunc conuenit etiam contractibus qui recontrahuntur.Item hoc probatur in d.l.iurisg.dum dicit, sed si in alium contractum non transit.i.non transit in formam specificam contractus nominati. Et colligitur coniungendo cum primo responso ibi,quæ pariunt actiones in suo proprio nomine non stant.i.non stant in nomine contractus,sed transeunt in speciale nomen contractus.idest in specificam formam contractus nominati, ut clare constet quod uis stat in speciali nomine quantum ad uirtutem productiuam actionis. Nec obstat quod innominati etiam producāt actionem, quia uerum est secuto implemento,& ex uirtute implementi,sed non producunt sine implemento ex propria forma sicut faciunt nominati.

Secundum est fundamentum Barto. quia transactio habet nomen generis,unde non producit actionem ꝑ ponderationem statim factam, & quod habeat nomen generis patet,quia transactio conuenit omnibus actibus remouentibus quamcūque discordiam inter duos l.transacta,ff.de uerb.sig.l.1.§.conuentionis. ff.de pactis.& l.2.ff.de iureiur.& l.qui Romæ.§. fi. ff.de uerb. obl.Sed impugnatur per Lori. in d. tractatu axio. 81. post alios modernos retorquendo incontrarium,quia immo habet elegans nomen & suam formam specificam,ergo est contractus nominatus,nec ualet quod sit nomen generis,quia nullus est contractus qui lato sūpto uocabulo non conueniat aliis contractibus,ut patet in emptione quæ etiam conuenit aliis contractibns.l.statuliberi.in fi.ff.de statuli.& commodatum cōuenit mutuo.l.2.C.de iis qui ex pub.rat.libro 10. & dixi in l.2.ff.si cer.pet.Rursus dicebat Lorio.transactio habet speciale nomen sumptum a litis decisione, cum sit transactio actionis seu litis transitio.l.litis.ff.de uerbo.sig.unde assumit nomen ab executione.i.litis decisione sicut donatio a datione, & mutuum a mutui datione,& per Bar.in d.l.iurisgen.& in l. inter. in princi. ff.de don.cau.mor.facit inst.quib.mod.recōtrah. obligatio in princi.ibi,ex mutui datione. Sed replicatur, ꝙ immo non habet elegans nomen per iura Bar.sed solū nomen generis,ut clare dixit tex.in d.l.1.§.conuentionis.in uerb.transigendi.ff.de pactis. & nomen generis non est in consideratione,ut probatur in d. l. iurisgēt. dum dicit.in suo nomine non stant.i.in nomine generis sed transeunt in proprium nomen contractus.i.speciale nomen,& uidetur esse text. ita clarius quod non potest cauillari.facit etiam.d.l.1.ff.de rer.perm.in uersi.alioquin.ibi,transeunt in speciale nomen cōtractus, ergo nomen generis non attenditur. Non obstat. d.l. statuliberi.in fi.quia ibi est improprie locutio,non nomen generis,cum lex sub uno nomine emptionis uoluerit denotare contractus omnes translatiuos dominii.Nec obst.de uerb.commodare. quia illud uerbum habet duas significationes,generalē,& particularē, ut dixi in d.l.2.& cōmodatum assumit nomē a particulari significatione quænon conuenit nisi illi cōtractui, & sic est speciale nomen. Nec ob.ꝙ dicebat Lor.ꝙ in transactione est speciale nomen,quia dicitur a litis decisione,quia immo etiam cum illa significatione cōuenit aliis modis discedenti a lite.d.l.2.ff.de iureiur.

Tertium

Tertium est fundamentum Bart. quod transactio nō habet formam limitatam a lege, & alii contractus habent formam limitatam, ut emptio in pretio, locatio in mercede, sed transactio non habet formam aliquam, quia non continetur in aliquo ex contractibus nominatis, nec requirit interuentum pecuniæ magis quam alterius rei, nec traditione dominii indiget, cum omnibus modis possit fieri, ut scilicet dictum fuit. Sed impugnari potest, quia immo & ipsa habet suam formam, cum non fiat nisi super lite incerta, & cum aliis qualitatibus positis in diffinitione de quibus dictum fuit in rubrica. Potest tamen replicari, quod per hoc non tollitur quin sit generalis forma respectu transactionis, & non habet modum specialem contrahendi, item non est forma a l. distincta & particulariter nominata, cum etiam conueniat omnibus aliis modis discedēdi a lite.

Quartum est fundamentum Bartol. quod ita placuit legislatoribus non facere contractum nominatum, & dicit hanc rationem esse satis bonam. Tamen potest responderi quod hoc est de quo quærimus, an & quare uoluerint legislatores quod non esset contractus nominatus, nisi defendendo dicas quod uoluerunt alios esse nominatos propter specialem formam & magnam frequentiam, quæ frequentia non ita cadit in transactione comparando eam ad emptionem locationem & alios contractus qui non requirunt litem.

Quinto ultra Bar. facit pro ista communi sententia, quia ille est contractus nominatus qui producit actionem nominatam a forma & nomine contractus, ut patet discurrendo omnes actiones contractuum nominatorum, sed ex transactione nascitur actio generalis & innominata & appellata præscri. uerb. quia uerba particularia non habet l. 3. & 4. ff. de præscri. uerb. ergo est contractus innominatus. facit l. cum mota. in fi. & le. si pro fundo. in hoc titu. nostro. Nec obe. lex Labeo si mihi bibliothecam. ff. de contrah. emp. & l. petens. sup. de pac. quia ibi actio præscri. uerb. nascitur ex pacto, non ex ipso contractu, hic nascitur ex ipso contractu. d. iuribus. Et hoc etiam tenet Matth. de afll. in decis. reg. Neapo. 108. nu. 2.

72 Vlterius† quærit Bar. hic an contractus transactionis factus per dictionem, si, sit contractus innominatus, ut si quis remittat actionem ad fundum si sibi dabuntur decem, & primo arguit quod non, quia in transactione debet esse obligatio ab utraque parte, quia est pactio non gratuita & contractus. l. Labeo. ff. de uerbo. signif. sed ea quæ ponuntur in conditione non sunt in obligatione. l. si quis sub conditione. ff. si quis ommiss. cau. test. ergo non potest esse transactio. Incontrarium allegat tex. in l. si super possessione. sup. eo. & l. si intra. cum gl. magna. circa medium. ff. de pact. & l. hoc iure. §. 1. cum glo. ff. de don. ubi uidetur in terminis determinari. Sed Bar. pro solutione distinguit, an illud quod ponitur in cōditione afferat commodum pecuniarium alteri parti, & tunc sit transactio, quia uerum est aliquid pro tali remissione ad eum peruenisse, sed si non afferet illa cōditio commodum pecuniarium, tunc non posset esse transactio, quia ille qui remittit nihil accepit, Nec obstat quod non sit obligatio ex parte adimplentis cōditionem, quia dicit Bar. non esse necessarium quod interueniat obligatio quando res datur & implementum apponitur. ut si aliquis incipiat contractum innominatum a datione, ut do nunc tibi centum si tu mihi remittes actionem. l. 3. & l. fi. ff. de cond. ob cau. in hoc autem casu quando ille adimplet conditionem dicitur tunc dare, & tunc incipit contractus innominatus. allegat no. in l. si quis cum debitore. ff. de iureiur. ubi glosa hoc non dixit, sed ipse ibi tenuit hanc eandem opinionem. At addit quod in hoc differunt ab aliis contractibus innominatis, quia in eis quilibet potest præuenire si uult acquirere actionem, sed si est conditio, ille qui adimplet conditionem debet præuenire, quia non haberet alias actionem contra alium, cum non esset obligatus, & idem tenet ibi Fulg. colum. 1. & Ias. in d. le. si mora. & allegat. l. solent. ff. de præscrip. uerb. facit l. pericli. ff. de nautico fœno. Sed tamen hæc distinctio Bar. & communis quæ fuit Gul. nihil uidetur afferre, nam uolunt quod non sit contractus innominatus nisi quando adimplet conditionem, ergo nouiter assumit formam, quia est facio ut des, & sic non erit contractus eo tempore factus sub conditione, sed erit sub modo, cum incipiat ab illo implemento, & illa conuentio præcedens non habetur in consideratione, & per consequens sequitur quod contractus innominati non fiunt per dictionem, si, Præterea illa distinctio, an aliquid adsit parti uel non, nihil releuat in natura contractus innominati, cum alias contractus facio ut des, quando nihil adest parti, est contractus innominatus, cuius tamen contrarium tenent omnes in lege 1. §. quod si faciam. ff. de præscr. uerb. & hic per omnes. Item est diuinare ad dictam legem si quis cum debitore. quod ex cōditione de non ascendendo in capitolium nihil adsit parti, cum possit esse quod multum adsit si forsan sub illa conditione aliquid sibi relictum fuisset, uel ex aliqua alia affectione esset sibi utile. Præterea ille text. dicit, uel quandocunque aliud fecisset uel non fecisset, & sic patet quod non fit uis an adsit uel non adsit parti, ideo Ias. in d. l. si quis cum debitore. intelligebat conclusionē glo. in d. l. si intra procedere quando conditio fuit impleta, reprobata illa distinctione an adsit uel non adsit, ex mente Pau. de cast. & aliquorum. Quæ opinio nec etiam est perfecta, quia, ut dixi, dum præsupponunt qđ incipiat ab illa datione ergo nunc incipit esse nouus contractus.

73 Vnde Salic. † in d. l. si quis cum debitore. & Bal. tenēt indistincte glo. in d. l. si quis cum debitore. & dicunt qđ contractus innominati non fiunt per dictionem, si, sed solum per dictionem, ut, & rationem assignant, qa cōtractus innominati non possunt esse sine obligatione correspectiua uel datione, & istam partem ego puto ueriorem, quod contractus innominati non fiant per dictionem, si, sed quod talis conuentio eo casu sit pactum simplex sub conditione factum quod producit actionē secundum propriam naturam non recipiendo alterationem propter conditionem, & quod solum existente conditione promittens obligetur efficaciter sicut obligaretur si contractus fuisset purus. Et hæc conclusio ꝓbatur primo, quia alias sequeretur quod non reperiretur pactum simplex sub conditione, sed semper esset cōtractus innominatus, quod expresse negatur in lege ita stipulatus. §. 1. ff. de uerborum oblig. ubi stipulatio potest incipere a præcedenti conditione, & a præcedenti conuentione non facta differentia an illud quod erat in conditione esset adimplēdum per aliam partem uel non, sed secundum hanc opinionem semper inciperet a præcedenti conuentione. Secundo hoc probatur in dic. l. si intra. ubi si promisit liberare a quinquaginta si dabit 25. tale pactum non producit actionem quamuis interueniat traditio ipsum 25. Nec dicatur quod illud ueniebat ex præcedenti obligatione ad quinquaginta ut ibi dicunt docto. quia est diuinare ad illum textum cum præsupponendum sit quod ibi non poterat ea petere quia erat debitum in diem uel sub conditione, cū si posset petere totum debitum non faceret pactum de dimidio, quia exigeret ipse qđ uellet, & sic ibi illa quæ dantur erant ex uoluntate, non ex necessitate. Vnde dicendum est quod ibi fuit pactum de non petendo sub conditione factum. Sicut pactum de acceptilando sub conditione factum. Tertio hoc probatur in d. lege hoc iure. §. 1. ubi dubitatur an sit donatio, nam si esse posset contractus innominatus non fuisset dubitatum an esset donatio, & ibi determinatur quod est donatio ob causam, idest donatio sub conditione quæ potest afferre utilitatem donanti.

Quarto facit d.l.pericli ff. de nautico fœnore. nã ibi dubitatur an siquis dederit piscatori pecuniam sub conditione ut si nihil capiet quod nihil reddat & si capiat, quod reddat pecuniam & pisces, & respondetur quod sic, quia non est usura, sed est pretium pericli sicut in nautico fœnore, & ideo illa accessio potest peti ex pacto nudo contra legem quamuis. C. de usu. Hoc autem limitat ibi tex. nisi conuentio cadat in contractum innominatum, nam tunc cessat repetitio si piscatus est, qa datur ob illam causam, & illa causa facit conditionem adesse uel non adesse quando sequuta est uel non est sequuta, quia ex illa causa nascuntur conditiones. Vnde ille tex. præsupponit quod per dictionem, si, non fiunt contractus innominati, quia semper esset in illo casu cõtractus innominatus. Nec obst. tex. in d. l. super possessione. quia ibi non dicitur quod est pactio conuenta & obseruari per exceptionem, & ponitur in hoc titulo, qa largo modo loquẽdo est transactio, sicut dicebat Salic. quod per quandam improprietatem appellatur cõtractus innominatus. Item potest dici quod ibi adhibẽtur alia uerba conuenientia cõtractibus innominatis, ut si dicatur, promitto dare fundum si mihi des decem, & si mihi dabis ego reddam. Nec obst. lex solent de præscri. uerb. quia illa lex corrigit se ipsam in fi. Nec saluationes Bar. ualent, quia litera contradicit propter exceptionem nisi. argum. l. actione. ff. de præscrip. uerb. Et obseruatur ibi per exceptionem, & ponitur in illo titulo propter dubium quod erat an esset contractus innominatus, & postea deciditur quod non. Nec potest dici quod ibi in fine ponatur exceptio, quasi actio de dolo possit competere, quia retento primo themate nõ potest esse casus neq; locus quod actio de dolo possit cõpetere, cum non concurrat cum alia, & in primo dicto præsupponitur quod semper nascatur actio præscript. uerb. Vel potest dici quod dum ille text. præsupponit aliquod negotium geri quod uelit contractum aliũ fieri, ut dicatur, promitto tibi centum ut mihi indices seruum, & si indicatur ego dabo, ita quod præcedit conuentio, & postea dispositio conditionalis confirmatoria. uoluit enim dicere ille tex. quod plura acta fuerunt inter partes quam uerba demonstrent. Non obst. gl. in d. l. si intra. ff. de pac. quia illa male loquitur. Et uera ratio ad illum textum est, quia ibi erat conuentio conditionalis quæ non producit actionem, sicut nec alia pacta conditionalia quę sunt nuda uel non. Nec etiam est bona responsio tradita per Bar. in d. l. si intra. quod ibi non acquirebatur utilitas parti, quia immo erat magna utilitas propter commoditatem præsentem. argum. l. plus autem. inst. de actio. Et per hæc remaneat expedita ista notabilis & difficilis lex.

Ioan. Bolog. in frequentissimo Neapolitano studio de mane legens. Die. 20. Maii. 1552.

Summaria super l. Si de certa. C. de transactionibus.

1 *IN Hac lege examinatur ad quas res porrigatur transactio tam generalis quam specialis.*

2 *In hac materia tria sunt principaliter attendenda, qualitas libelli, qualitas persecutionis, & qualitas transactionis.*

3 *Iudicium est triplex, uniuersale, generale, & particulare.*

4 *Libellus, persecutio, & transactio possunt esse generales, uniuersales, & particulares.*

5 *Si omnia sunt generalia uel uniuersalia transactio compræhendit omnes res.*

6 *Si omnia sunt particularia, transactio refertur tantum ad specificata.*

7 *Si aliqua sunt particularia, & aliqua generalia uel uniuersalia, quid iuris sit discutitur hic per docto.*

8 *Casus figuratio aperiens totam materiam.*

9 *Clausula generalis restringitur ad specificata in omnibus dispositionibus.*

10 *Causæ restringendi generales dispositiones hic enumerantur.*

11 *Transactio generalis restringitur ad res de quibus est lis, fallit in appenditiis & accessoriis.*

12 *Transactio fit de re certa, sed iure incerto.*

13 *Intellectus. l. sub prætextu. in hoc tit. discutitur.*

14 *Transactio generalis non porrigitur ad subtracta per dolum.*

15 *Transactio generalis non trahitur ad ignorata per errorem.*

16 *Quæstio nepotis Fulg. examinatur contra Fulgo.*

17 *Transactio generalis an restringatur per persecutionem particularem factam in iudicio.*

18 *Transactio uniuersalis non restringitur per persecutionem particularem.*

19 *Transactio particularis restringitur ad specificata.*

20 *Si persecutio & petitio est particularis, an restringatur transactio generalis uel alia dispositio.*

21 *Pacta æqualiter sicut transactio restringuntur.*

22 *Verba prægnantia prægnanter intelliguntur.*

23 *Transactio an possit fieri de iis de quibus non est lis, & quomodo intelligatur.*

24 *Transactio an trahatur ad incogitata.*

25 *Transactio super una re de qua est lis an trahatur ad omnes causas ex quibus pertinet ad actorem, late discutitur.*

26 *Transactio super una re non trahitur ad causas de quibus non est lis.*

27 *Transactio facta super petitione generali non relata ad processum compræhendit omnes causas contentas in petitione generali.*

28 *Transactio relata ad processum & probationes non trahitur ad causas de quibus non est lis.*

29 *Epilogatio magistralis totius materiæ.*

30 *Dispositiones generales non requirentes præcedentem expressionem quando restringantur.*

Repetitio. l. Si de certa. C. de Transactionib.

1
N Hac lege † tractatur magistraliter ad quas res porrigatur transactio generalis, & ad quas causas, sed particulariter tractatur an transactio generalis restringatur ad res certas de quibus erat lis, & ad illam causam propter quã erat lis, uel potius generaliter intelligatur. Ad euidentiam præmittendum est, quod cum trãsactio fiat super lite & ut a lite discedatur. l. fratris. inf. eo. & lites diuersificãtur a rebus & causis deductis in iudicio, ideo dubitatio quotidiana est ad quas res porrigatur transactio, & de qua causa dirimat litem. Quæ difficultas causatur ex uarietate & modo petitionis factæ in iudicio, & prosecutionis litis, & conceptionis uerborum in transactione.

2 Propterea † in tota hac materia tria principaliter erunt attendẽda, petitio facta in lite siue libellus de quibus rebus & causis fiat, Prosecutio litis siue processus factus de quibus rebus & causis sit factus, Tertio ipsa conceptio uerborum in transactione, & ista tria uariãtur

3 ad similitudinem iudicii tribus modis. † Et ideo cum iudicium triplex sit, uniuersale, generale, & particulare, ut per glo. in l. 1. ff. de edendo. ubi late dixi. num. 44. cũ decem seq. Et iudicium uniuersale fit quando petuntur plures res quæ uniuntur per corpus uniuersale, & in eo continentur, ut hæreditas, peculium, dos, & grex. Iudicium generale est quando plures res uniuntur per nomen appellatiuum seu collectiuum, uel per propositionem uniuersalem, ut si petatur redditio administrationis tutellæ pro socio, uel negotiorum gestorum, uel petantur

tantur omnes serui, uel equi, uel argentum alicuius, iudicium particulare est quãdo res particulares nominatim petuntur.

4 Ita etiam†ista tria possunt esse uniuersalia, generalia & particularia. Nam libellus seu petitio in lite potest esse generalis, uniuersalis, & particularis, si petatur generalitas, uniuersitas, uel res particularis, & similiter persecutio litis, & processus potest esse generalis, uniuersalis, & particularis, ac etiam conceptio uerborũ in transactione potest esse generalis, uniuersalis, & particularis. Et si aliquod ex illis tribus interuenit. Rursus etiã res tam uniuersaliter quam particulariter petite possunt deberi ex una causa tantum uel uno titulo, & ex pluribus causis uel præsentibus uel futuris, ut ex pluribus testamentis, uel diuersis contractibus, uel delictis, uel aliis quibuscunque modis. argum. instit. de actio. §. 1. Quare non sine ratione frequentissima est dubitatio ad quas res & ad quas causas trahatur transactio facta super lite.

5 Si tamen†contingeret quod omnia ista tria concordarent in qualitate, facilis & clara determinatio haberi posset, cum si petitio sit uniuersalis uel generalis, & persecutio uniuersalis uel generalis, & conceptio uerborum similiter generalis uel uniuersalis, tunc clara esset determinatio, & faciliter coniecturari posset mens contrahentium quod uoluerint transactionem porrigi ad omnes res contentas in illa generalitate uel uniuersitate, & ad omnes causas in conceptione generali cõ-
6 tentas.†Similiter si omnia ista tria particularia erunt, facilis erit decisio, quia transactio trahetur tantum ad specificata & ad causas de quibus erit lis. le. si unus. §. ante omnia. ff. de pac. Sed sola difficultas remanet quãdo contingit quod ista tria discordant, ut quia petitio sit uniuersalis, & persecutio particularis, & conceptio uerborum, uel duo ex istis uniuersalia sint, & unum particulare, uel præcedentia particularia, & transactio in conceptione uerborum generalis. Nam iis casibus propter uarietatem subiectorum uarie colligitur mens cõtrahentium de quibus rebus & causis cogitauerint transigere, & incerta & dubia est eorum intentio, & leges etiam sunt uariæ & inuicem apparenter contrariæ. Nã in le. age. sup. eodem. dicitur quod super generali iudicio transactio non trahitur nisi ad specificata, & in lege sub prætextu. sup. eodem dicitur quod transactio trahitur ad res de quibus tempore transactionis non habebatur cognitio, & in hac lege transactio generalis restringitur per specificata, & in lege si unus. §. ante omnia. ff. de pac. generaliter dicitur quod nulla conuentio trahitur ad non expressa, & in l. 2. inf. de iud. transactio regulatur secundum persecutionem litis, & propterea docti laborant in resolutione istius materiæ.

7 Tamen†considerando recte uarias combinationes, prædicta iura faciliter reducuntur ad concordiam, & cum certis determinatis regulis tota difficultas resoluitur. In hac autem lege determinatur ille casus quando petitio & persecutio litis fuit particularis, & transactio in sui conceptione generalis. Et hic ponitur regula, q transactio generalis facta super petit. pers. parti. restringitur ad res & causas in lite & persecutione compræhensas, & in istis terminis figurandus est casus hic secũdum Pau. de Castr. hic, & Ias. & debet distingui ab aliis iuribus uariando combinationes seu terminos propter quas uariæ regulæ in eis ponuntur, quibus postea ad unum reductis & explanatis remanebit clara tota materia. Hæc lex propter sui breuitatem non diuiditur, sed summari potest hoc modo. Transactio generalis restringitur ad res, & causas de quibus erat lis inter partes.

8 Casus†ita breuiter fingi potest. Quidam habentes uarias lites inter se propter uarias successiones ex consanguinitate sibi obuentas & uaria negotia inuicem gesta specialiter tamen litigabant super uno fundo pertinẽte ad actorem secundum eius intentionem ex causa legati, & mediantibus amicis deuenerunt ad transactionem de dicta lite fundi, & postea in transactione posuerunt clausulam generalem, promittentes in futurum nihil amplius inuicem petere, & se inuicem absoluẽtes per aquilianam stipulationem, non specificando in dic. clausula prædictorum nomine & occasione. Qua finita actor prosecutus fuit alias lites, & nouam instituit super dicto fundo, asserendo ad se pertinere ex causa uẽditionis factæ antiquo tempore patri suo. Reus opponebat in omnibus litibus de transactione cum clausula generali, & specialiter opponebat in lite de illo fundo exceptionem litis finitę, asserendo illam transactionem porrigi ad omnes lites & ad omnes causas. Replicabat actor quod transactio erat particularis, & non erat finita nisi illa particularis lis de fundo ex causa legati, & nullum erat factum præiudicium aliis rebus in aliis litibus petitis, neque etiam aliis causis per quas dictus fundus pertineret ad actorem. Fuit igitur quæsitũ quid iuris.

Et dubium faciebat, quia contractus ex conuentione legem accipiunt. l. 1. §. si conuenerit. ff. depo. & mẽs & uoluntas contrahentium sumitur ex uerbis, quia uerba sunt notæ animi nostri. l. Labeo. in fine. ff. de suppe. leg. Verba autem generalia generaliter disponunt, & seruantur l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præst. & l. 1. §. qd autem. ff. de alea. ergo uidebatur quod prædicta transactio generaliter facta generaliter intelligeretur & traheretur ad omnes alias lites & causas ex quibus ille res possent peti. Secundo faciebat, quia transactio est fauorabilis & inducta ut finis litibus imponatur, unde debet ampliari ut tollat omnes occasiones discordiarum inter partes. argum. l. fratris. & l. quamuis. sup. eo. & c. finem litibus. & c. fi. de dolo & contum. facit. l. 1. ff. de usuc. Tertio faciebat tex. in le. fi. inf. de dot. promiss. ibi, ne dum effuso sermone se iactat in promptum incidat periculum, cauere enim debent homines a generalibus dispositionibus, sed hic uerba erant generalia, ergo &c. Quarto faciebat, quia natura acceptilationis est tollere omnia præcedentia debita & omnes præcedẽtes obligationes & actiones. §. est autem prodita. inst. quib. mod. tol. oblig. & l. cum aquiliana. ff. de transact. ergo hic etiam sustulit omnes præcedentes lites & causas. Quinto adducebatur lex pluribus. ff. de acceptilationibus. ubi acceptilatio in dubio porrigitur ad omnes præcedẽtes stipulationes & obligationes existentes inter partes. Sexto faciebat lex sub prætextu. quę uidetur in terminis dubium decidere sup. eodem. Septimo faciebat lex si unus. §. pe. ff. de pactis. Octauo faciebat textus in l. stipulatio ista. §. quæsitum. ff. de uerborum obligatio. ubi stipulatio in dubio trahitur ad causas præsentes & futuras. Nono faciebat tex. in l. 2. ff. si quis caution.

Iis tamen non obstantibus contrarium fuit determinatum in hac lege, quod immo transactio generalis restringatur ad res contentas in lite de qua est facta transactio, & illas causas propter quas erat lis, quamuis non se restrinxerint simpliciter nihil amplius peti, & ratio decidendi, quia mens contrahentium fuit trãsigere de iis tantum quæ sunt deducta in lite de qua transactum fuit, & de illa causa, licet non expresserint, & uerba generalia restringuntur ratione subiectæ materiæ. argum. l. si insulam. ff. de præscrip. uerb. & ad suã causam. l. fi. §. idem quæsiit. ff. de cond. indeb. & per Fulgos. in consi. 38. incip. ad id. Non obstant contraria, & primo quod uerba sunt notę animi nostri, quia uerum quando alias non constat, secus si aliunde potest colligi mens, quia tunc uerba deseruiunt intentioni c. intelligentia. de uerborum signi. Intentio autem maxime colligitur ex subiecta materia, & ex causa. argum. le. si uno. ff. loc. & l. insulam. de præscri. uerb. & l. imperatores. ff. de in diem adiect. Non obstat quod transactio sit fauo-

fauorabilis,quia uerum est in iis quæ agunt contrahentes,sed tamen non debet ita trahi ut contineat ea de quibus non est cogitatum,ne sit captiosa.l.cum aquiliana.ff.de transact.& facit,lex non omnis.ff.si certum pe.Nō obst.lex fi.inf.de pac.conuen.quia ille tex. intelligitur de sermone generali qui non potest restringi ex subiecta materia uel alia coniectura, & ex proprietate omnia compræhendit;hic uero ex subiecta materia poterat coniecturari mens partium.Non obst. lex aquiliana.ff.eodem.quia ibi erant uerba prægnantia ex quib. apparebat clara mens disponentium quod generaliter transigebāt,hic uero uerba erant simplicia.Non obstat lex ex pluribus.ff.de accep.quia ibi non poterat apparere de qua intellexerint,ideo de omnibus censetur facta, hic uero apparebat quod super una lite erat facta transactio ad quā poterat restringi ex coniecturata mēte contrahentium.Non obst.lex sub prætextu,quia ibi omnia erant generalia,cum uerba transactionis erant generalia super petitione & lite generali,& ideo trahitur ad omnes res quæ continentur sub illa generalitate litis,hic uero erat lis particularis de uno fundo,quāuis uerba essent generalia.Non ob.lex si unus.§.penul. quia ibi transactio fuit uniuersalis facta super lite uniuersali,ideo trahitur ad omnes res contentas sub illa uniuersitate,Non obst.lex stipulatio ista.§. quæsitum. quia ibi illa stipulatio non poterat ualere nisi traheretur ad causam futuram,cum res aliena ex natura illius stipulationis non possit promitti ut dicitur in princip. illius legis.secundo responso. Non obst.lex.2.ff.siquis caut.quia ille tex.loquitur de accessoriis rei specificatę ad quæ transactio porrigitur ex natura accessionis, ut ibi dicitur. Concluditur igitur,quod transactio generalis facta super lite particulari de certa re trahitur ad illam rem tantum de qua est lis, per istum text.

9 Notandum† est primo ex isto tex. quod clausula generalis sequens restringitur ad rem & causam specificatam.concordat tex.in l.legatorū.§.1.& ibi Bar.ff.de lega.2.& idem Bar.in lege quæsitum.§.1.de fundo instr. & facit l.si ex pluribus.ff.de solu.& l.si ita quis.§. fin.ff. de uerbor.oblig.Bal.in lege pactum quod dotali. quęstio.14.inf.de coll.limitando ut per eum ibi,& l. quotiens.inf.famil.hærcis.in 2.notab.per illum textum. & in lege fi.inf.de hæred.uel actio.uend.Et idem etiā est quando refutatio fit ex alia causa quam transactionis, quia restringitur ad specificata ex subiecta materia . l. iubemus.inf.ad trebel.Idemetiā seruatur in calculationibus.l.emptor.l.Lutius.ff.de pac.& l.si ex pluribus. ff. de solu.Idem de pacto de non mouendo controuersiā. l.fi.§.idem quæsiit.de condic.indeb.Idem etiam est in compromissis.l.si cum in dies.§.plenum.ff.de arbi.Idē est etiam si creditor credens sibi in totum satisfactū fecerit generalem liberationem,nam restringitur ad pecuniam solutam.l.si ex maiore.ff.de excepti. quem ibi ita intelligit Bal.in summario. Idem est etiam in iudiciis.l.licet.inf.de iudiciis.& l.1.inf.si aduersus rem iud. ibi, de eisdem speciebus, a contrario sensu, idem etiā est in rescriptis,ut in clem.prim.in fi.de præb.& ibi gl. & omnes doct.Idem etiam generaliter seruatur in omnibus dispositionibus quando aliqua causa restrictionis considerari potest,faciunt no.in l.1.§. nuntiatio. ff. de no.op.nunt.

10 Causa† autem restringendi cognoscitur ex multis ut in materia transactionis ex lite,quia fit super ea ut hic. Idem erit in sententia quæ refertur ad processum.di.l. licet,& hic per Alci. Item ex præfationibus ex quibus colligitur mens.l.fi.ff.de hæred.insti.& l.Titia.§.idem respondit.ff.de uerborum obli.Tertia colligitur si subsequatur particularis expositio siue expositio exemplificans uel aliqua particularis dispositio.l.est quæsitum §.1.ff.de leg.3.in fine.& 2.responso. Quarta colligitur ex ratione.l.nam ad ea.ff.de cond.& demon. quod nemo præsumitur corrigere semetipsum.Et ideo ut eui tetur correctio fiet interpretatio restrictiua.le.legatorum.§.1.ff.de leg.2.& l.quotiens.inf.famil.hærc.Quinta colligitur ex natura clausularum, si forsan clausula aliqua sit apposita executiua uel confirmatoria actus q non solet uenire ad augendum nec alterandum dispositionem sed confirmandum,ut habetur in cle.1. de præben.in fi.Et de materia uide Aimon.Crauettam in tracta.de compromiss.in q.6.uer.1.infertur.per tres cartas sequētes.Sexta colligitur ex ratione posita in l. tres fratres.ff.de pact.

11 Secundo† magis particulariter colligitur, quod trāsactio generalis restringitur ad res de quibus erat lis.cōcordat tex.in l.qui cum.ff.de transact. Et ratio assignata fuit in præcedenti notabili, quia causa transigendi est ipsa lis, & quælibet dispositio restringitur ad suam causam.argum.l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg.2.& l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patro. Limitatur ista conclusio non procedere in accessoriis illius rei, quia clausula generalis ea compræhendit. Secundum Salic. & Alexan.hic.post Barto.in lege Aurelius.§.Gaius. ff. de liber.leg.circa finem.per textum in lege.2.in princ. ff.siquis caut.& l.si.in fi.ff.de eo quod certo loco.& le. 4.inf.deposi.& idem esset in fructibus & partu.argum. l.ita stipulatus.ff.de usur.Secundo limitatur non procedere in appenditiis.l.si cum tibi.cum glo. fi. ad finē. inf.de iud.quem Barto.ibi dicit nescire alibi.Et de isto termino appenditiis facit mentionem tex.in leg.siquis hæres.ff.de acquir.hæred.quem ibi no.Pau.de castr.& Ang. Tertio limitatur non procedere in connexis, quia compræhenduntur in generali dispositione. glo. est singularis in c.accusatus.in uerbo iudicari. de here. in 6.Et uoluit hic Pau.de castro Alex.& Iason & Agel. & Imol.in lege qui Romæ.§.duo fratres.ff. de uerbo. oblig.& Ias.in lege 1.sup.eodem.Et ratio istarum fallētiarum est, quia idem iudicaretur si esset facta transactio particularis,quia illa extenditur ad accessoria appēditia & connexa per iura supradicta. Et quia idem iudicamus de accessoriis appenditiis & connexis quod de ipsa re principali.Reg.accessorium.de reg. iur. in 6. & l.cum principalis.ff.de reg.iur.& ibi Dec.& Cagno. multa cumulans.facit lex 1.sup.de diuer.rescr.& capi. principatus.9.quæst.3.& glo.in l.si patronus.ff. si quid in fraud.patro.Et Alex.in lege.1.§.si uir.ff. de acquire. possess.Felyn.& Dec.in cap.translato.colu.2.& tertia. de constitu.

12 Glo.prima† timore contrarii exponit text. nam iste tex.uidetur præsupponere quod transactio fiat sup certa re,quod est contra ea quæ dicta fuerunt sup.in rubr. & in diffinitione.per legem prim.ff.eodem.Glo.soluit quod debet constare de certa re respectu substantiæ iux.legem certum.ff.si certum pe. Tamen incerta erat ratione dominii,quia propter negationem erat dubiū cuius esset,& sequuntur omnes. Et clarius potest dici quod iste tex.præsupponit rem esse certam de qua fit transactio.Sed non dicit litem fuisse certam,nam de essentia transactionis est quod fiat de lite incerta, nō de re incerta,quia immo res semper debet esse certa.le.in rem.ff.de reiuendi.& l.in actione.ff.de fur.& idem debet esse de causa & actione.ut no.in lege.ff. de edendo. Glo.secunda ponit rationem dubitandi ad textum , q̄a uidebatur non esse dubium quod transactio restringeretur ad rem de qua est lis. Sed respondet glo. quod immo erat dubium, quia uerba transactionis erant generalia,& uerba generalia generaliter sunt intelligenda,tamen determinatur quod immo sint restringenda, quia omnis sermo restringitur ad suam causam & ad subiectam materiam, sicut est in lege iubemus.infr. ad uelleianum. & in iudiciis.l.licet. infra de iudi. cum similibus.

Ex ista glosa colligitur conclusio,quod clausula generalis in transactione restringitur ad ea de quibus est lis.Sed incontrarium allegat Bar. tex. in lege sub prætextu

textu specierum.supr. eodem.ubi res de quibus transigentes non habebant notitiam ueniunt in transactione generali.Glo.pri.ibi soluit dicens†quod ibi fuit petitio generalis,& transactio generalis,quia ibi erat facta petitio de tota administratione tutellæ,& de omnibus bonis pupilli,& processum fuerat super omnib. bonis,& super omnibus bonis transactum , hic uero fuit particularis petitio & persecutio, licet transactio esset generalis.Bar.uero dicit quod potest etiam intelligi ille tex.de iudicio uniuersali,& transactione uniuersali, & sic ex natura uniuersi & corporis uniuersalis omnes res in illo corpore compræhensę contineantur in transactione.Quæ solutio uera est in se,tamen uidetur diuinatio,intelligere illum textum de iudicio uniuersali , & ideo uidetur utraq; solutio coniungenda,ut ille tex. generaliter intelligatur de iudicio tam generali quam uniuersali , & de transactione tam generali quam uniuersali,ideo cum ibi res contineantur sub generalitate uel uniuersitate , ad eas omnes porrigitur transactio tã generalis quam uniuersalis, quia restringitur & qualificatur per suam causam , ut hic uoluit omnes . Et hæc est clara & facil.s solutio non continens aliquam difficultatem .

13

Ex qua colligitur quod transactio generalis uel uniuersalis porrigitur ad omnes illas res quæ continentur sub generalitate uel uniuersitate etiam incognita a transigentibus,quia ex generalitate negotii & uniuersitate potuerunt partes cogitasse.l.qui iure militari.ff.de test. mili.& censentur nominasse omnes res in generalitate compræhensas.arg.l.si chorus.ff.de leg.3.& per Areti. in consi.33.& Soc.in consi.142.in fi.& Alcia.in d. leg.sub prætextu.colum.1.Felyn.in c.cum super.in fi. de offic. deleg.& Anchar.in consi.357.& Cald. in consilio primo.de accus.

14 Fallit†tamen quando dolus alicuius in abscondẽdo res interuenisset.l.tres fratres.ff.de pact.iunctis no.ibi

15 per Bal.& Barto.post glo.Secundo† fallit nisi error interuenisset super dominio & rebus contentis in illa generalitate,ut habetur in d.l.sub prætextu.§. primo. & ibi Bar.nam error facilius auditur,ut ibidem per Alci. colum.1. Tertio fallit secundum Barto.in d. le. tres fratres.colum.2.uersi.item intelligo.quando res in generalitate compræhensæ erant penes unum ignorante parte,quæ res poterant uendicari,cum ille res in generali transactione non ueniant l.ei cui.ff.de libe.leg. & idem Bar.in l.si unus.§.illud.ff.de pac. & sequitur Iason& Alci.in d.l.sub prætextu.uersi.secundo moueor. dicens quod generalis transactio nõ trahitur ad actiones reales,nec generalis liberatio. Quod tamen debet intelligi quando non erat lis de dominio rerum, Sed si fuisset lis de dominio,tunc trahitur ad omnes.d.le.si unus.§.pe.nisi interuenisset error ut in 2.limit. Quarto fallit in iis quæ dependent ex testamento,nam non ualet transactio nisi inspectis & uisis uerbis testamenti. le. de iis & le. non est ferendum. ff. de transactionib. & per glo.& Barto.& omnes in d.lege tres fratres . & inf.colum.fi.

16 Ex quibus†determinatur quæstio quam de facto habuit Fulgo.in persona nepotis sui, quia auunculus eius administrauerat tutellam , & cum esset lis de generali administratione tutellæ fecerunt generalem transactionem,& quietationem generalem super omnibus administratis cum certa pecunia,qua facta,iuuenis ille uidit uxorem auunculi in ecclesia portantem iocalia & gemmas quæ erant de bonis dicti iuuenis administratis,& consuluit Fulgo.an posset rescindere transactionem,qui respondit quod non per.d.legem sub prætextu.declaratam ut sup. Sed nepos aspernatus fuit consilium Fulgosii & litigauit & succubuit, Iason tamen in d.l.sub prætextu dixit consi.Fulgos.& sententiam non processisse de iure,per duas primas limitationes , quia transactio generalis non porrigitur ad res occultatas dolo.d.l.tres fratres.ff.de pac.nec ad res quæ possunt uendicari,ut per Barto.in lege tres fratres. uers. ité intelligo.& l.si unus.§.illud.ff.de pact.quem sequitur Baldus in lege pactum.quæst.12.inf.de coll.Ang. in consi. 194.Brunellus notarius.Alex.consi.45. uisis & accurate consideratis.colum.3.& in consi.311.circa primum dubium.per legem Aurelio.§.Meuia.& ibi Barto.ff. de lib. leg. quam dicit notabilem Bal.in l. cum necessitatem.C.de fideicommiss.Et sequitur Alci. ibi in uer. generali.colum. 2. uers. quid si dolus præsumptus. Dicés illam limitationem.d.l.tres fratres. habere locum etiã in dolo præsumpto prout erat in illo casu,quia ille gẽmæ & iocalia præsumuntur occultata, cum nõ fuerint uisa nisi post transactionem,& idem sequitur hic Curt. Antiq.nume.5. uers.ego puto.quamuis corrupte dicat Fulg.bene consuluisse per illam rationem quia in generali transactione non ueniant res quæ possunt uendicari nisi exprimatur,ut per Bart. ita instruentem notarios in l.non solum.§.fi.ff.de lib. leg.

17 Quarto†limitatur dicta conclusio non procedere qñ petitio fuisset generalis & transactio generalis, sed persecutio specialis,per textum in lege.2.inf.de iud.secundum Cynum Bal.Bar.Angelum,Franciscum tigrini, & Paul.de Castro hic.& in d.l.sub prætextu. quos refert Iaso.in d.l.sub prætextu.colum.3.uers. tene contrariũ Volentes.d.l.2.loquentem in iudiciis habere etiam locum in transactione,& non præiudicet nisi in specificatis per legem non minorem.sup.eodem.& per leg.age. eodem titulo.Imol.post Innocentium in c. conqueren

* te.colum.2.de officio ordin.& est communis opinio . Sed glo.in uers.item contra.& Bal.& Salic.&Fulgo.tenent contrarium,uolentes quod aliud sit in transactione,aliud in iudiciis,& Alex.consi.12.uolum.2.quia iudicium redditur in inuitum,transactio uero potest clarioribus uerbis exprimi,& non est recedendum de facili a decisione.dict.l.sub prætextu.secundum Alc.ibi,in uers.generali.colum.1.& adhærendum est in dubio cõtrahentium uerbis.Ange.in l.tres fratres.ff.de pac.& l. sicut.inf.de iure militari.& Alex.consi.11.uol.2.per le. plurib.ff.de accep.Nec ob.illud de sententia,quia illud restringitur ad acta,Quinimmo si data esset dilatio super generaliter petitis,& non probasset nisi de aliquib. amplius non audiretur si fuisset in totum condemnatus.l.Titia.ff.de accus.cum sententia referatur ad res etiam neglectas.l.properandum.§.& si quidem. infr. de iud.& ibi Alex.col.3.& idem tenet Imola in c. 1. extr. eodem.& Cur.hic num.6.circa finem.ibi,dicant quidquid uelint .

18 Ego autem†puto qđ si fuit iudicium uniuersale sine dubio opinionem glo.ueriorem esse , quia persecutio specialis non restringit iudicium uniuersale, ut uolunt docto.in l.edita.sup.de edendo. Repræhendendo Bar. ibi colum.1.uer.contra hoc oppono de leg.4. & ibi dixi ultra alios,si uero fuit iudicium generale , quo casu persecutio specialis restringit illud,ut dixi in d.l.illud, per d.legem 2.inf.de iud.& tũc casus est magis dubius, quia ille tex.potest euitari,dicendo quod loquatur in iudicio uniuersali,tamen puto consideranda uerba transactionis.Nam si se referunt ad iudicium,&narrata fuerunt iura & allegationes & probationes ab utraq; parte,apparet quod ille processus fuit causa transactionis, non generalis petitio , ideo restringitur ad specificata tanquam ad suam causam per istum textum.Sed si narratio facta fuit de petitione generali,& adducta fuerũt iura concludentia de petitione generali,apparet quod petitio generalis fuit causa transactionis,ideo ab ea tãquam a sua causa debet qualificari , & in dubio præsumetur facta de omnibus rebus contentis in generalitate quam specialitate , quæ est in solo processu , & duo uincula magis stringunt.arg.§.siquis uxori.inst.de leg. ibi,plus est in opinione quam in ueritate .

19 Sexto†limitatur non procedere in transactione speciali

ciali super iudicio uniuersali uel generali, per leg. age. sup. eodem. quia in uerbis claris non est recurrendum ad coniecturas. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerborum obligationib.

20 Secunda principalis † conclusio ex glo. colligitur, qđ quando petitio & persecutio fuit particularis, & trãsactio generalis, quod tunc transactio restringitur ad specificata, per istum textum. cum concord. positis in glos. & sup. in primo notabili. Sed incontrarium facit regula l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præst. & lex fin. infr. de pact. conuẽ. & quia uerba demonstrant intentionẽ loquentis. l. Labeo. in fi. ff. de suppel. leg. & l. pluribus. ff. de accep. Propterea glo. in l. emptor. §. Lutius. ff. de pactis. in glo. magna in fine dicebat quod in omnibus cõuentionibus uerba generaliter intelliguntur: fallit in transactione per istum textum, quia illa non potest fieri nisi de lite incerta, unde inferebat quod aliud erat in transactione, aliud in alia liberatione facta non existente lite, quia licet restringatur ad litem sine qua fieri non potest, tamen liberatio & omnis alia conuentio generaliter intelligitur, & illam glos. seq. Innoc. in cap. conquerente. de officio ordi. ad finem. & Ioan. de Imola in l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de noui oper. nuntia. dicens eã esse ueriorem de iure. & Barto. hic in 2. lectura. & Ioannes Fabri.

21 Sed † communiter docto. tenent contrarium, quod
* immo non sit differentia in hoc inter pacta & transactionem, cũ in omnibus dispositionibus uerba restringantur ad specificata, per iura allegata per glo. hic. & ita tenent Guigliel. Bar. Francisc. tigrini & Alex. hic. & Sali. in d. l. emptor. §. Lucius. & Cyn. Bal. in d. l. sub prę textu. & plenius Alex. in consili. 11. uiso & opportune considerato. uolum. 2. cum aliis cumul. per Iaso. hic in fine. 1. colum. Et Alci. in d. l. sub prætextu. in uerbo in generali. uersiculo sed in pacto simplici. & hic in princ. ponens regulam generalem in omnibus dispositionib. & Cur. antiq. hic numero. 5. post Abbatem in c. primo. extra eodem. cum aliis per eum allegatis. Et hanc partem etiam ego puto ueram, quia nullus est sermo & nulla dispositio quæ non habeat subiectam materiam, & causam ad quam restringatur, & omnes causæ restringendi generalitatem uerborum quas posui sup. in primo notabili possunt militare in pactis & aliis conuentionibus, ut patet in iuribus alleg. Et in pactis tacite cõuentiones & coniecturatæ uoluntates attenduntur. le. item quia. §. 1. ff. de pact. & l. cum quid. ff. si certum pet. & l. triticum. ff. de uerborum oblig. & l. Titia. §. idem respondet. eodem titulo. faciunt no. in cle. 1. in fi. de præbend. & l. 1. §. nuntiatio. ff. de noui oper. nunt. Et multum probat text. quem hic alleg. Iason in l. si ex maiore. inf. de except. Nec obst. quod in transactione requiratur lis, quia hæc restrictio ad specificata non fit in trãsactione ob hoc solum quod requiratur lis, quia lis est subiecta materia & causa transigendi. Vnde si in pactis appareret de subiecta materia uel de alia causa eadẽ ratione fieret restrictio, quia omnis sermo restringitur ad suam causam. l. legatorum. §. 1. ff. de leg. 2. & l. si pluribus. ff. de sol. cum aliis cumul. in primo notabi. Non obst. d. §. Lucius. quia ille tex. probat opinionem communem, quod immo in pactis uerba restringantur ad specificata, dum dicit, si calculatio in suo uigore. Et sic patet quod causa liberationis fundatur in calculatione & calculatio est subiectum liberationis, & ideo ad contenta in calculatione restringitur liberatio generalis p quæcunque uerba facta fuerit. Item ibi illud chyrographum de 300. numis non cõtinetur quia erat tacite pecunia debita, ut per Alc. in d. l. sub prætextu. uers. sed quid in pacto. Nec glo. ibi multum discrepat, dum dicit, nisi aliud actum sit, scilicet tacite uel expresse.

22 Limitatur † tamen ista conclusio non procedere quãdo uerba sunt ita prægnantia quod salua ratione recti sermonis non possunt restringi, unum exemplum ponitur in l. pluribus. ff. de accept. ubi non potest dici qđ magis de una quam de alia obligatione esset facta acceptilatio. Aliud exemplum ponit Iason quando dictũ fuit, promitto non petere neque quantitatem solutam neque aliam neque ex præsenti causa uel futura. Aliud exemplum ponit Alci. quando dictum fuit, neque prædictum fundum neque alium, uel dictum fuit ipsum nõ petiturum occasione cuiuscunque crediti, uel quod acceptilatio trahatur etiam ad incogitata, & de quibus non est lis. Vt dictum fuit ab adulto, quod excusa fuit ratio de uno capitali, & liberat tutorem ab illo capitali & ab omni alio quod posset peti ex quacunque causa ex illa administratione, nam in istis omnibus standũ est uerbis per quæ clara mens apparet, & transactio & & renuntiatio præiudicat in omnibus, ut nulla ex causa possit eum amplius conuenire. Et hoc modo procedit illa regula quæ dicit cauendum esse ne dum effuso sermone se iactat in promptum incidat periculum. le. fi. inf. de pact. conuen. Et dictum Barto. in l. cum aquiliana. ff. de transact. quod cauere debemus a quietationibus generalibus, & nemo cogitur eas facere. Satis. n. est quod creditores faciant quietationes generales ad promissa & contenta in promissis, ut per Bal. in l. pact. inf. de col. quæst. 16. & in auth. matri & auiæ. inf. quando mul. tut. off. fung. Cur. tamen antiq. hic colum. 2. dicit se restringere hanc limitationem Barto. non procedere quando una causa esset expressa, ut si erat creditor unus ex causa mutui in decem, & ex causa depositi in 20. qui fecit quietationem de non petẽdo ex causa mutui, & generaliter de omni eo toto quod usque ad præsentem diem petere potest, quod non comprænditur debitum ex causa depositi, quia restringuntur uerba ad causam expressam secundum Iacob. de Are. in cõsil. quodam. Et Ange. in l. obligatione generali. ff. de pignor. per textum in dicto. §. Lucius. & le. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legatis. 2. ut hic latius per eum. Sed ego puto si apparet quod propter solam causam mutui sit facta quietatio quod clausula generalis restringatur sicut dicitur in hac lege. Si uero non constat quod propter solam causam mutui facta sit quietatio, quia forsan inter partes fuerat disputatum de multis aliis debitis, & tunc licet una causa tantum sit expressa in quietatione, tamen non sequitur quod contrahentes uoluerint se restringere ad illam causam tantum faciendo quietationem generalem quæ de proprietate sermonis restringitur ad omnes causas, & ideo nulla ratio dictat qđ debeat qetatio restringi ad speeificata quæ potius gratia exempli posita fuerunt, & sic hæc opinio reducta ad bonum sensum non discrepat a communi, alias nõ procederet, quia debet attendi an inter partes tractatũ fuerit de multis debitis uel de illo tãtum quod fuit expressum in transactione.

23 Non † obst. quod transactio non potest fieri nisi de iis de quibus est lis, quia respondet Bartol. quod hoc non tollit quin transactio ualeat in præmissis casibus, quia tunc transactio non fit de aliis debitis de quibus nõ est lis, sed pars renuntiat iuri suo in aliis de quibus non est lis pro pretio transactionis factæ, ut remissio aliarum actionum uel iurium sit in obligatione ab una parte p recompensatione eorum quæ remittuntur uel promittuntur uel dantur ab alia parte, cum forsan remissio iuris actoris parum ualeat respectu eius quod datur ab alia parte. argum. no. per glo. in l. 3. & l. super possessione. sup. eodem. In eo enim quod datur non oportet qđ sit lis, sed sufficit litem esse super re de qua fit transactio
* & Barto. seq. communiter docto. Ad tollendas tamen istas difficultates, dicit quod notarii ponunt clausulam unam quod partes fecerunt transactionem pactionem & conuentionem, quia si dubitaretur an ualeret in uim transac. ualere possit in uim pacti, de qua clausula tractatum fuit sup. in rub. & per Bar. & Alexã. in l. si causa cognita. inf. eodem. & sequitur Alci. colum. fi. & Alex. consi.

consi.11.colum.penu.uolum.2. cum pactum possit fieri etiam sine lite.l.fi.de don.uer.nec ille.Erit tamen differentia,quia si ualebit in uim pacti, nunquam nascetur actio,quia pactum nudum non producit actionem nisi sint concepta uerba in modum contractuum innominatorum qui possunt fieri sine lite, sed tunc habebit locum pœnitentia.le. si pecuniam. ff.de condictio ob cau.Vnde tutius est apponere stipulationem ab utraq; parte quæ tunc ualebit efficaciter & sine lite & cum lite &semper nascetur actio per istum textum.&le.cum proponas. sup.eodem. Sed dubium est, an hoc casu quando conuentio sustinetur in uim pacti,possit opponi quod illa quietatio sit facta sine causa.iux.l.2.§. circa.ff.de exceptio.doli. Et Alex.in dicto consi.11. dicebat quod non interuenit liberatio ex causa donationis l.a Titio.ff de uerborum oblig.Alci.uero hic in fine dicit potius præsumi causam transactionis,&quod factũ sit pactum ex causa transactionis,prout sentit Bartolus hic.Sed dictum Alciati non oppugnat Alex.cum eo casu pactum ualebit tamquam pars transactionis.l.fundi partem.ff.de actio.emp.Sed Alex.loquitur in casu quo transactio non ualet& non possit dici quod sit pars trãsactionis. Vnde Alex.bene dixit quod præsumatur ex causa donationis,cum in pacto de non petendo nõ requiratur alia causa.l.si unus.§.pactus.ff.de pactis.& le.tale pactum.eodem titulo. & idem in acceptilatione.§.est autem.insti.quib.mod.tol.oblig.& ideo seruabitur ut pactum,non in uim exceptionis.arg.l.si intra.ff.de pactis.

24 Successiue Barto. hic†quærit, an transactio generalis quæ non potest restringi salua ratione recti sermonis trahatur ad incogitata,& primo arguit quod non, per.l.cum aquiliana.ff.eodem.&postea cõcludit quod sic per l.& uno.§.primo.ff.de accept.& §. quo genere. & §.est autem.insti.quibus mod.tolli.oblig.dummodo in genere cogitatum fuerit.argum.legis qui iure militari.ff.de mili.test.&l.sub prætextu.sup.eodem.Et hãc
* conclusionem sequuntur communiter doctores hic, & in c.primo.extr.eodem.& Innoc.& Imo.in c. conquærente.de off.ordi.in 14.colum.Ang.in di.l.qui iure.& in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de uerborum obli. quia contractus ex conuentione legem accipiunt. l.prim.§.si conuenerit.ff.deposi. Et ideo cum contrahentes hoc possint facere,&uerba hoc inferant,præsumitur ita cogitatum,& eorum mens seruanda est. argumento legis in re mandata,infr. mand. Dummodo si agitur de renuntiando iuri de futuro uerba respiciant futurum tẽpus,& sint apta,iuxta ea quæ plene dixi in lege prima. super distinctione Bartoli in quarto articulo. supra de pactis.

Limitatur tamen non procedere quando error fuisset in illis rebus,ut quia remittens crederet res ad se nõ pertinere,nam hoc casu dicitur ignorare, nec potest dici cogitasse in genere,quia cogitatio in genere non cadit in illa re quam non credit esse suam: per legem sub prætextu.§.fin.sup,eodem. Secundum uerum intellectum qui mihi placet.& sequitur Alci.ibi in fine principii,& in finalibus uerbis. Secundo limitatur non procedere quando res fuissent occultatę, & remittẽtes de eis non haberent notitiam.l.tres fratres.&ibi Barto.ff.de pact.& Bart.hic & l.sub prætextu.sup.eodem.Quæ limitatio procedit etiam in dolo præsumpto ut supra dixi ex mente Iaso.& Alci.respondentiumCum.in suo consilio. Tertio limitatur non procedere ubicunq; aliæ causæ uel res deberentur ex testamento,nam tunc transactio nec quietatio ualet repugnante.l.de iis. ff.de transactio.quæ uult quod in iis quæ dependent ex testamento non possit fieri transactio nisi inspectis & uisis uerbis testamenti,& idem dicitur in l. non est ferendum.eodem titulo.& per doctores in l.quiRomæ.§.duo fratres.ff.de uerborum obli.& hic per eos.Quarto limitatur nõ procedere in actionibus realibus quas partes ignorant sibi competere,secundum Bartolum in l.non solum.§.primo.ff.de liber.leg.cum aliis cumula. per Ias.in d.l.sub prætextu.colum.1.& sup.dixi. maxime quando actiones personales in remissione nominãtur,ut per Alc.ibi colum.4.uer.quotiens.Cum ille limitationes sup.posite in illa conclusione, quando transactio fit super iudicio uniuersali uel generali,procedant etiam in hoc casu quando iudicium est particulare, & uerba trãsac.sunt prægnantia.Si tamen uerba se haberent ut in l.uno.§.1.ff.de accep.tunc hæc limitatio nõ posset procedere,quia uerba repugnarent, & militaret dict.Bar.hic.

Glo.in uerbo quæstionibus.diuiditur in tres partes, in prima exponit tex.in secunda ampliat decisionem, in tertia ampliationem repræhendit ex mente Vgolini.Secunda est ibi,& ibidem.Tertia est ibi, sed Vgoli.
25 Ex secunda parte colligitur,quod sicut transactio generalis restringitur ad res particulares de quibus est lis, eodem modo restringi debet ad causam de qua est lis, quia transactio inducit solam quietationem de causa de qua est lis,non autem ex alia causa, sed postea refert Vgol.tenentem contrarium per tres rationes quibus respondet Barto.hic. Curt.uero dicit quod glo. potest intelligi duobus modis,primo an uelit querere an trãsactio generalis trahatur ad causam de nouo superuenientem,& hoc modo conclusio gl.non habet difficultatem,& Vgoli. male loquitur, quia hoc est expressum in l.sub prætextu.sup.eodem. secundum communem intellectum.sed hoc modo non intellexit Vgol. Secundo potest intelligi glo.uoluisse transactionem non trahi ad aliam causam quando tempore litis res debebatur ex pluribus causis,& tunc Vgol.adducit tres rationes contra eam. Prima ratio est,quia sicut transactio generalis extenditur ad omnes res,pari modo quando est facta super una re debet trahi ad omnes causas super illa re,quia militat eadem ratio quæ militat quãdo fit de una re ad plures,ut sicut quando fit de una re trahitur ad omnes res,& idem debet esse quando petitio est specialis, quod transactio de illa re debet trahi ad omnes causas.l.si duo.C.de administr.tutor.Nec obst. quod sententia lata super una causa non trahatur ad alias causas.l.etiam quæritur.ff.de excep.rei iudic. quia respondet aliam rationem esse in iudiciis, ut patet in l.2.inf.de iud.coniuncta.d.l.sub prætextu.cum in d.l.2. erat petitio generalis & sentẽtia generalis, & tamen restringitur,&in transactione generalis fit interpretatio. d.l.sub prætextu.Sicut igitur in transactione generali non potest argui ad iudicia uel sententiam, ita etiã in transactione speciali non poterit argui ad sententiam. argum.legis si duo.ff.de administ.tutor. Ad istam rationem respondet Bart. dicens quod comparatio facta de transac.super petitione generali ad trans. factam super petitione speciali non est bona,quia in transactione generali omnes res continentur sub illa generalitate petitionis,sed in petitione speciali omnes causæ nõ continentur sub illa actione,sed hæc responsio Bar.nõ concludit,quia licet in petitione speciali non contineãtur omnes causæ,tamen in ipsa re siue super illa re possunt contineri plures causæ per quas illa res debetur. Similiter ratio Iacobi,Cyni,& Raph. non uidetur concludere, cum sicut plures res possunt sub una petitione contineri ita etiam plures causæ possunt sub una petitione contineri.c.Abbate sane.ext.de re iud.& l.fi.in fr.de annali excep.Item generalitas uerborum in transactione fundatur in uoluntate,sed in sententia generalitas fundatur in processu.l.ut fundus. ubi Bartol. & docto.notant ff.communia prædiorum.

Secunda ratio assignatur,quia stipulatio habere licere rem aliquam.extenditur etiam ad rem alienam si sui perueniat ius de nouo,quia fundatur in illa specie, ergo etiam ita transactio facta super illa re extenditur ad aliam causam concernentem illam rem.Respõdet Bar.

Cyn.&

Cyn.& communiter docto. quod in stipulatione habere licere, quis dicitur promittere de euictione, l. empto rem. §. cum autem. ff. de actio. empti. le. habere licere. ff. de euictio. ergo non est mirandum si refertur ad ius futurum ad regulam. l. uendicãtem. ff. de euictio. quod non cadit in transigente qui non tenetur de euictione. l. si pro fundo. in fi. sup. eo. Sed istam responsionem impugnat Raph. quia sequeretur quod d. §. quæsitum non haberet locum in stipulatione facta super donatione in qua donans non obligatur de euictione. l. Aristo. ff. de dona. & est diuinare ad dic. §. quæsitum. restringere ad causam uenditionis. Præterea ista responsio non est ad propositum, quia quod ibi teneatur de euictione nõ causat quod trahatur ad ius futurum, quia ille tex. uult quod tunc stipulato habeat effectum quando ceperit res promissoris esse, idest in casu quo res non possit euinci, & ideo tex. dicit quod si perseuerauerit aliena nõ potest comitti stipulatio, & idem dicitur in §. quare habetur. Et sic docto. non uidentur intellexisse illum textum cum ibi non promittatur factum alienum sed factum suum & suorum hæredum, ut dicitur in d. le. in 2. responso ex natura stipulationis illius, licet etiam de facto alieno possit obligari cum iuramento, ut ibi nota. Vnde ratio ipsius tex. uidetur esse, quia quis non potest promittere habere licere rem alienam quæ perseuerat aliena, sed solum rem propriam, & ideo ex mente contrahentis trahitur ad casum quo possit uerificari, scilicet quando res efficitur prumissoris, quo casu promittitur factum proprium. Quare Alex. respondet tertio modo & Raph. & Anto. de Alex. quod ideo ibi trahitur ad ius futurum quia alias stipulatio esset inutilis, & seq. hic Cur. Sed replicari potest, quod sicut ibi ex coniectura trahitur ad ius futurum simplex promissio, ita etiam in transactione facta super una re fiet extensio quietationis, propter uerba generalia ad aliam causam ex coniecturata mente contrahentium.

Tertia ratio assignabatur per Vgol. quia, qui promittit non petere rem non potest petere usumfructum. l. si unus. §. pe. ff. de pact. & tamen non potest petere usumfructum nisi ex noua causa, ergo idem erit in transactione in qua dictum fuit amplius non posse petere illã rem. Sed respondetur quod ille tex. loquitur de usufructu casuali qui petitur ex eadem causa, & non negat quin possit peti ex noua causa, sed replicari potest quod hęc restrictio uiolat illum textum & intelligendo de usufructu casuali contineret absurdum & indubitabile, cũ ususfructus casualis non possit deberi illi qui non est dominus, ut no. in §. 1. instit. de usufr. & oportet dicere quod ante trãsactionem sibi debebatur ususfructus formalis, uel incipiat deberi ex noua causa, ut sine ipsa re possit peti. Et patet ex exemplo de naui iam destructa, quo casu ipsæ tabulæ ex noua causa debentur & peti debent, ut ibi sentit glo. in uerb. singulis. licet alia glo. in uerbo usumfructum contrarium sentiat, sed responsio sua est destructiua illius text. quia litera dicit usumfructum peti, non autem dicit quod possidens non possit habere, & ideo Alci. hic colu. 2. tenet opinionem Vgolini, quod transactio trahatur ad aliam causam, quãuis secus sit in re iudic. per d. l. cum quæritur. & ratio est, quia uerba hoc innuũt, nec possunt restringi, cum dicatur in transactione quod illa res amplius non possit peti. Et ad textum in l. si ita quis. §. fi. ff. de uerborum obl. Respondet quod loquitur in alia causa quæ est contraria primę, de quo non potest cogitari, quis enim erit ille si agit quærela q cogitet de causa falsi quæ est cõtraria ei. d. §. fi. Sed hic ista conclusio intelligitur quando est talis causa de qua in genere uerisimiliter potuit cogitari. argu. c. Abbate sane. de re iudi. in 6. Item ibi dubitatur de clausula, dolum malum abesse, quæ est clausula executiua, & ideo non potest augere dispositionẽ. clem. 1. in fi. de præb. & ibi no. ad l. qui cum. respond. quod ibi erat causa separata de qua in genere non potuit cogitari, & ista opinio ultra eum potest efficaciter confirmari per tex. in l. fi. inf. de annal. excepti. & dicto c. Abbate sane. ubi omne ius uidetur esse deductum qñ agitur contra inuitum, ergo tanto magis quando fit actus uoluntarius uidetur esse deductum omne ius ex quacunque causa. Sed tamen quia responsio data ad le. qui cum. in fi. ff. de transact. non est tuta, cum non sit uerum quod agens quærela non possit cogitare etiam de causa falsi test. argum. l. contra maiores. inf. de inoff. testamento. cum quis possit dubitare de uiribus testamẽti ex pluribus causis, & de omnibus potest in genere cogitasse.

26 Ideo† tenenda est opinio communis quod transactio
* super una re ex una causa non trahatur ad alias causas
non expressas, per allegata pro communi. Et ideo fac
regulam secundum Bar. & docto. quod transactio gene
ralis restringitur ad causam super qua est lis per istum
27 tex. †Fallit quando præcessit petitio generalis cõpræ-
hendens multas causas, iux. l. fi. inf. de annal. exceptio.
quia tunc trahetur ad omnes, cum super omnibus cau-
sis esset lis, quia erant deductę in petitione generali in
iudicio, & hoc sufficit ad hoc ut ualeat transactio, quã-
uis non sufficiat ad hoc ut ualeat sententia, quia ad ua-
liditatem uel iustitiam sententiæ oportet quod præce
dant probationes speciales, ut declarat Bar. in l. si in ré.
sup. de rei uendic. in fi. principii. Vnde ratio super qua
se fundat Bar. est falsa, quia non est uerum quod senten
tia præiudicet in omnibus causis, quia solum præiudi-
cat in illis causis in quibus postea factus est processus,
sed limitatio est uera in transactione, ad cuius ualidita
tem non requiritur probatio super iure de quo fit trã-
ctio, nec aliqua specificatio, cum ista tñ modificatione
quod transactio sit facta respectu petitionis generalis.
28 Sed † si contingeret quod in transactione essent spe-
cificate probationes factæ in processu super causa par
ticulari, tunc transactio restringeretur ad illam causam
tantum, sicut etiam supra dictum fuit de transactione
generali continente plures res. per l. 2. inf. de iud. Et in
effectu conclusio est, quod non est differentia inter trã
sactionem factam super una re, uel super una causa, nã
sicut transactio generalis restringitur ad res specifica-
tas quando petitio est particularis, & quando petitio
est generalis trahitur ad omnes res, ita etiã quãdo facta
fuit trãsactio generalis super causis restringitur ad cau
sam specificatam nisi sit petitio generalis, & transactio
referatur ad petitionem, non ad processum.
29 Reassumas† igitur totam materiam, & facias quinq;
casus Aut omnia sunt generalia uel uniuersalia, & tunc
transactio trahitur ad omnes contentas in illa genera-
litate. Fallit nisi dolus sit in subtrahendo. l. sub prætex
tu. sup. eo. coniuncta. l. tres fratres. ff. de pact. uel nisi er
ror fuerit. d. l. sub prætextu. §. 1. Error autem est quãdo
creditur certas res non pertinere ad illam litem, Vel
nisi res expresse debeãtur ex noua causa, maxime si pos
sunt uẽdicari, ut per Bar. in d. l. tres fratres. uer. ego in-
telligo. uel nisi ille res debeantur ex testamento. per l.
non est ferendum. ff. eo. Secundus est casus quando pe-
titio est generalis, & persecutio generalis, & trãsactio
specialis, & tunc specialiter intelligitur. per l. age. supr.
eo. cum sua materia. Et idem & fortius quando omnia
erunt specialia. arg. illius legis. Tertius est casus, quãdo
petitio est generalis uel uniuersalis, & etiam transactio
sed persecutio est particularis. ut in casu. l. 2. inf. de iud.
Et tunc si lis est super uniuersitate, & non est dubium,
quod transactio præiudicat in omnibus rebus hæredi-
tariis. l. si unus. §. penultim. ff. de pactis. Si uero gene-
neralis, quia de omnibus est lis, licet non sit factus pro-
cessus de omnibus. argum. d. l. sub prætextu. Fallit quã
do probationes sunt deducte in trãsactione, uel in prę
fationibus, quia propter illas probationes & iura uide
tur facta transactio, & per consequens restringitur ad
specificata, per l. nostram. cum concor. Et intelligo pe-
titionem

titionem generalem in casu legis age.& l. actione. supra eodem.& l.fina.infra de annali exceptione. Nam siquis dicit aduersarium sibi obnoxium, exprimit omnes causas ex quibus habet eum debitorem,& eas deducit in litem. Quartus casus est, quando petitio & persecutio est specialis & transactio generalis,& tunc regula ponitur in isto textu quod transactio restringitur ad specificata in lite & eorum accessoria uel appenditias uel connexa.per legem secundam.ff.siquis cautio. & l. si tibi.infra de iudic.& glo.in cap.accusatus.de hæreti. in sexto.in uerb.iudicari. Fallit quando uerba sunt ita prægnantia quod salua ratione recti sermonis nõ possunt restringi.l.pluribus.& l.& uno.§.primo.ff. de accepti. & l. pluribus.ff. de solu.Quintus casus est, quando petitio fuit ex una causa,& transactio generalis, Nam tunc Barto.concludit quod si expressa est causa non trahitur ad alias causas,per istũ textum, secus si nulla causa fuit expressa,ut quia petitio fuit generalis.per l.fi.infra de anna.exce.& c.abbate sane.de re iud.in 6. Nam tunc transactio generalis trahetur ad omnes causas cõtentas in petitione.

30 Sextus†casus est, quando nos sumus in dispositionib. in quibus de necessitate non requiritur aliqua expressio præcedens, & tunc si apparet aliqua causa uel res uel subiectum propter quod facta sit quietatio uel liberatio,& tunc restringitur ad specificata,sicut in transactione.l.si ex pluribus.inf.de sol.& l.emptor.§.Lutius. in fine.ff.de pactis.Si uero nulla causa fuit expressa, & tunc procedit regula posita per glosam in dicta lege Lutius. quod in dubio uerba generalia generaliter debẽt intelligi. Fallit tamen nisi militet aliqua ratio restringendi de illis quas posui sup.in primo notabili,cum ille rationes militent in omnibus dispositionibus,ut tenent hic communiter docto.quamuis non ita clare exprimant mentem suam. Et hæc suffi ciant.

Ioannes Bologuetus Iurisconsultus Bono. Neapoli de mane legens.

Summaria super l. Si quis maior. C. de transactionibus.

1 EX Ista pertinet ad omnia genera contractuum & ideo utilior est cæteris.
2 Iuramentum est duplex, assertorium, & promissorium.
3 Iuramentum assertorium fit solum de præsenti re uel præterita.
4 Iuramentum testis est iuramentum assertorium in causa aliena.
5 Iuramenti assertorij de re pertinente ad iurantem uaria referuntur exempla & speties.
6 Iuramentum promissorium præstatur super promissione, & semper est de fututo.
7 Iuramentum promissorium aliquando præstatur ex necessitate, & referuntur multa exempla.
8 Iuramentum promissorium quod præstatur ex uoluntate pertinet ad istam legem & eius materiam.
9 Diffinitiones iuramenti multæ referuntur, & noua traditur.
10 Iuramentum promissorium aliquando præstatur ad finem facilioris executionis inducendæ, & hoc pertinet ad istam legem.
11 Iuramentum promissorium aliquando præstatur ad ualidandum contractum, & hoc pertinet ad authent. sacramenta puberum.
12 Sex noua contra periurantem introduxit hæc lex concurrentibus quatuor qualitatibus.
13 Casus figuratio aperiens intentionem authoris.
14 Lex ista an sit auorabilis uel odiosa late discutitur, & concluditur ex multf quod est fauorabilis.
15 Papa an pos is dispensare super pœnis istius legis, late distinguitur. sit
16 Periurium an committatur sine dolo, late discutitur, & concluditur quod sufficit lata culpa.
17 Dolus uel culpa in periurio a quo debeat probari.
18 Lex ista an habeat locum in fœminis, latissime discutitur, & concluditur quod sic, & idem in rustico.
19 Vniuersitas an incidat in pœnas istius legis, late discutitur, & concluditur quod non in uniuersitate naturali.
20 Vniuersitas artificialis an incidat in pœnas istius legis, & distinguitur ultra alios.
21 Hæres an contineatur in dispositione istius legis.
22 Hæres creditoris quando possit agere ad pœnas ipsius legis.
23 Creditor post periurium recipiens partem debiti an uideatur remittere pœnas istius legis.
24 Hæres debitoris an possit conueniri ex periurio defuncti.
25 Hæres debitoris ex sua contrauentione non incidit in pœnas istius legis, sed tenetur seruare.
26 Hæc lex compræhendit utramque partem, tam actorem, quam reum.
27 Singularis successor debitoris an possit conueniri ex ista lege.
28 Contractus cæteri ultra transactionem an contineantur in hac lege, late discutitur, & concluditur quod sic.
29 Emphyteota cessans per unum annum soluere canonem an priuetur iure suo, & concluditur quod non.
30 Emphyteota cessans soluere an priuetur omnibus melioramentis.
31 Statutum disponens quod certo modo cessans soluere priuetur iure suo an compræhendat contractum iuratum.
32 Emptor non soluens partem pretii in contractu iurato an priuetur omni iure suo.
33 Promittens soluere cum iuramento in pluribus terminis, si cessat in uno, potest conueniri ad totam summam.
34 Promittens uendere uni cum iuramento an priuetur dominio uendendo alteri.
35 Hæc lex an habeat locum in contractu nullo qui ualidatur de iure canonico per iuramentum.
36 Minor an incidat in pœnas istius legis quando iurauit non contrauenire ratione minoris etatis.
37 Minor.18.annis an contineatur hac lege, stante statuto quod in eo habeant locum leges loquentes de minore.
38 In Regno maior.18.annis indicit in pœnas istius legis si non purgat moram.
39 Etas maior a quo debeat probari.
40 Minor iurans an possit petere se restitui in integrum ex capite læsionis, remissiue.
41 Maior etas an requiratur tempore contractus, uel contrauentionis.
42 Coactio legalis & iudicis an excludatur in hac lege.
43 Coactio an debeat esse in contractu uel iuramento ut cessent pœnæ istius legis.
44 Iuramentum uassalli episcopi & iudicis ex legis præcepto præstitum non continetur in hac lege.
45 Iudex an possit cogere partem ad transigendum.
46 Si pars petat cõpromissum fieri ex forma statuti an compromissum fit uoluntarium.
47 Compromissum an uoluntarium præsumatur si non apparet de coactione.
48 Compromissum factum de lite dependente ab instrumento guarentigiato an sit uoluntarium.
49 Cogitans contrauenire non incidit in pœnas istius legis, nisi sequatur actus extrinsecus.
50 Interpellans iudicem animo contraueniendi transactioni an priuetur ante litis contestationem.
51 Citans reum incidit in pœnas huius legis etiam non comparente citato.
52 Supplicans principi pro contrauentione fienda quando efficiatur periurus non utendo rescripto.
53 Petens se absolui a iuramento non incidit in has pœnas.
54 Papa dans iudicem super contractu iurato uidetur habilitare a iuramento ad effectum agendi.
55 Iurans adimplere, quando non implendo incidat in hanc legem.
56 Non adimplens ex culpa crediteris non incidit in hanc legem.
57 Non obseruans propter præceptum iudicis an incidat in hanc legem.

58 *Iuramentum qualiter est præstandum ut habeat locum l. ista.*
59 *Qui promittit in ueritate obseruare an incidat in hanc legem.*
60 *Qui præstat fidem super contractu an incidat in hanc legem per contrauentionem.*
61 *Iuramentum an producat actionem aliquam late discutitur.*
62 *Periurus quando efficiatur infamis.*
63 *Intellectus.l.quotiens.C.de dignit.lib. 12.*
64 *Scholaris iurans obedire rectori & non obediens an incidat in hanc legem.*
65 *Hæres iurantis contraueniens non efficitur infamis.*
66 *Periurus an incidat in hanc legem parte non petente.*
67 *Periurus an efficiatur infamis iudice aliter puniente.*
68 *Contraueniens quomodo teneatur restituere data & pœnam simul.*
69 *Pœna qua actione petatur in contractu iurato, & an pactum uestiatur iuramento.*
70 *Data an sint restituenda per istam le. cum executione transactionis.*
71 *Iuramentum habet uim clausulæ rato manente pacto.*
72 *Iuramentum an suppleat formam in transactione, ut sit transactio de re clara.*
73 *Periurus priuatur actione, & qua actione.*
74 *Transactio an producat actionem propter iuramentum.*
75 *Periurus quando repellatur ab agendo.*
76 *Iudex secularis an cognoscat de iuramento, & quomodo.*
77 *Petens rescindi contractum iuratum potest agere coram iudice seculari si petat remitti iuramentum.*
78 *Obtenta habilitatione a iudice ecclesiastico potest rescindi contractus coram iudice laico.*
79 *Periurus priuatur proprietate rei, & de qua.*
80 *Proprietas quid sit, remissiue.*
81 *Periurus priuatur omni emolumento, & quomodo capiatur emolumentum.*
82 *Dictio, mox, importat ipso iure.*
83 *Pœnæ istæ imponuntur ipso iure sine sententia condemnatoria.*
84 *Sententia declaratoria requiritur in omni pœna quæ imponitur ipso iure.*
85 *Quinque resultant effectus quod pœna imponatur ipso iure uel per sententiam condemnatoriam, & primus quod non facit fructus suos,*
86 *Pœna quæ imponitur ipso iure transit indistincte ad hæredes.*
87 *Periurus non potest alienare res amissas etiam antequam conueniatur.*
88 *Pœna quæ imponitur ipso iure potest peti etiam in foro conscientiæ.*
89 *Pœna conuentionalis an operetur effectus priuationis ante sententiam confirmatoriam.*
90 *Purgatio moræ an admittatur in casu istius legis, & quando.*
91 *Purgatio moræ an semper admittatur quantum ad ueniam spiritualem peccati.*
92 *Purgatio moræ permittitur ex æquitate canonica in casu istius legis si sit paruum interuallum, & nullum interesse partis.*
93 *Purgatio moræ admittitur quando reus adimpleuit pro maiori parte.*
94 *Purgatio moræ admittitur in regno usque ad ultimum peremptorium si ueniat cum sacco paratus.*
95 *Pœnæ priuationis impositæ per istam legem applicantur parti.*
96 *Pœnæ cui applicentur generaliter ponitur remissiue.*
97 *Pœnæ istæ an possint exigi ultra duplum uel quadruplum.*
98 *Pœnæ applicantur parti si intemerate obseruauerit, alias non.*
99 *Pœnæ istæ an incurrantur si petens in minimo non obseruauerit.*
100 *Pœna an uideatur remissa si partem adimplementi post moram acceptauerit.*
101 *Hæres iurantis an possit duci ad iudicem ecclesiasticum.*
102 *Hæres iurantis an possit conueniri coram iudici ecclesiastico si conueniatur ut obseruet pro anima defuncti.*
103 *Pactum quod pœnæ istius legis non incurrantur per inobseruantiam an ualeat.*
104 *Hæc lex quomodo seruetur & practicetur in regno Neapolitano.*
105 *In regno conueniens aduersarium ex præuentione ad cassandum instrumentum quando incidat in pœnas istius legis.*
106 *Qui petit rescindi instrumentum ex aliqua iniustitia allegata quando incidat in hanc legem.*
107 *Hæc lex quare uideatur raro practicari.*

Repetitio legis Siquis maior.C.de transactionib.

LEX Ista est notabilis & practicabilis sicut quælibet alia quæ sit in materia cõtractuum.
1 Nam licet†loquatur in transactione, tamen communiter doctores eam intelligunt procedere in quolibet contractu ut omnes effectus quos producit iuramẽtum super transactione interpositũ producat etiam in qualibet alia specie contractus tam in confirmando remedia competentia ex eis quam etiam in habilitando remedia inuicem cõtraria ut possint simul concurrere in fauorem obseruantis, & puniendo inobseruantes uariis pœnis, & priuando eos iuribus & actionibus suis & omni alio commodo. Vnde commode potuisset poni in fine cuiuslibet tituli tractantis de aliqua specie contractus, & quia totum fundamentum huius decisionis dependet à iuramento, quod multipliciter diuiditur producit uarios effectus positos in uariis locis iuris ciuilis, ideo ad tollendam æquiuocationem, & ad iuuenum introductionem.

2 Præmittendum est†quod iuramenti duo sunt principalia genera, scilicet iuramentum assertorium, & iuramentum promissorium, iux. glo. in l. Lutius. ff. de iis qui no. infam. & per Barto. in l. siquis pro eo. ff. de fideiuss.
3 Iuramentum†assertorium est ubicunque quis asserit aliquid fuisse uel esse, & super illa assertione iurat, & hoc plerumque fit de præterito uel præsenti, quia de futuro esset temerarium, cum de futuris cõtingentibus nõ est determinata ueritas. §. sub conditione. insti. de uer. obli. cum glo. & cum fit de præterito uel præsenti, statim uerum est, uel statim falsum, licet apud nos aliquando sit incognitum. §. conditiones. cum glo. insti. de uer. oblig. l. itaque. & l. cum ad præsens. ff. si cer. pe. Et subdiuiditur, quia aliquando præstatur super negotio perti-
4 nente ad alium, aliquando de negotio iurantis.† *Si* præstatur super negotio alieno, est iuramentum testis. ca. per tuas. c. nuper. ext. de testib. nam testis iurat aliquid esse uel fuisse. §. 1. in auth. de test. & c. iurauit. 3. q. 9. & 4. q. 3. c. 1. Et hoc plerumque est de ueritate dicenda, tamen si deponit de peritia, est de credulitate. c. 1. ext. de
5 scruti.†Si uero præstatur super negotio pertinente ad iurantem, uel de facto suo, & tunc potest esse uarium, sicut uaria sunt subiecta, ut patet ex casibus positis per Ioa. de silua in tracta. de iureiur. in 2. parte. ubi refert quinquaginta casus in quibus iuratur, sed possent adduci mille casus.

*S*ed magistraliter ordinando, quodã est de credulitate, & quodã de ueritate dicenda, Iuramẽtũ de credulitate est iuramentũ calumniæ ꝙ præstatur a parte, procuratore, & aduocato, ꝙ credunt se fouere iustã causam c. 1. & 2. de iur. cal. & c. 1. & 2. §. in omnibus. & §. procuratores. de iu. cal. in 6. & l. 2. per totam. C. de iur. cal. Iuramentum de ueritate ipsius partis aliquando est uolũtarium, iudiciale, uel necessarium, ut per glo. in rub. ff. eo. & in c. fi, de iur. iur. & per omnes in l. admonendi. ff. de iureiur. Item aliud præstatur super positionibus. c. 2. de testibus. in sexto. Item aliud præstatur super taxatione expensarum. cap. dilecti. per glosam de foro cõpetenti. nota. in capitulo finali. quod metus causa. & le. sancimus. C. de iudic. Item aliquando præstatur super ammissione instrumentorum. c. pastoralis. de excep. & cap. cum olim 1. de priui. Item aliquando præstatur super cõtractibus,

ctibus, quando partes iurant omnia cõtenta in contractu uera fuisse & esse. Item aliquando præstatur super estimatione rei deductæ in lite uel estimatione litis, & tunc dicitur iuramẽtum in litem, de quo habetur in rubro & nigro. ff. de in litem iur. & inf. de in lit. iur. Quod etiam subdiuiditur, quia aliquando pars iurat de estimatione secundum communem affectionem, & appellatur iuramentum in litem ueritatis, Aliquando iurat pars de estimatione rei secundum affectionem, & appellatur iuramentum in litem affectionis, de quo habetur in l. in actionibus. de in litem iur. Item præstatur super estimatione interesse communis, singularis, & conuenti, ut habetur in d. l. in actionib. & per Pau. de cast. in d. rub. ff. de in lit. iur. Et de isto iuramento assertorio non tractatur in hac lege nec in eius materia.

6 Secundum† est principale genus iuramenti, scilicet iuramentum promissorium, quod præstatur quando aliquis promittit aliquid dare uel facere, & iurat illud adimplere, & hoc semper est de futuro, quia cõtractus respiciũt solum futurum tempus in executione, & sunt necessaria uerba futuri temporis executiua, ut no. in l. 1. ff. de pact. & l. 5. §. stipulatio. ff. de uerbo. obl. Nam si

7 nunc obseruaret non esset opus promissione. † Et hoc iuramentum aliquando ex necessitate præstatur, aliqñ ex mera uoluntate, nam ex necessitate pręstatur in prętoriis stipulationibus, ut in auth. offeratur. C. de lit. cõtest. & l. omnes. sup. de epis. & cler. & in §. 2. insti. de satisd. Item uassallus cogitur iurare. c. 1. de noua forma fidel. c. de forma. 22. q. 5. & cap. ego. N. de iureiur. & Archiepiscopi coguntur iurare. c. significasti. de electio. & Rex in coronatione. c. intellecto. de iureiur. & episcopi Archiepiscopi. c. dilecti. de maior. & obed. Et curati & beneficiati. c. quamquam. 23. distinctio. Abbas in c. tua. de iureiur. uel notarii. c. ad audientiam. de præscri. uel iudices in administrationibus suscipiendis, ut in auth. iusiurandum quod præst. ab iis. per totum. & multi alii casus colliguntur ex dictis Ioan. de silua in di. tractatu de iureiur. in 2. parte. uer. quæro primo quot sunt genera. Et de hoc iuramento ex necessitate pręstando non tractat lex nostra, ut patet ibi, nullo cogente imperio. & inf. dicemus.

8 Secundo iuramentum † promissorium præstatur ex uoluntate a contrahentibus extra iudicium, nam contrahentes ex consuetudine super transactione iurant se obseruaturos promissa in contractibus nullo eos cogẽte, quia si non uolũt nemo potest eos cogere, & de hoc iuramento proprie tractatur in hac lege, & est propria eius materia, & apponitur ad effectum ut promittentes qui inuocant testimonium Dei in suis promissionibus timidiores effecti propter periculum interitus animæ facilius inducantur ad obseruandum promissa, nam ille qui iurat uocat Deum in testimonium, & promittit ei obseruare promissa parti, & obligatur & Deo & parti. c. debitores. de iureiu. remittente tamen parte remittit etiam Deus obligationem. c. 1. & ibi no. de iureiu. & per Abb. in rub. eo. tit.

9 Diffinitur† autem iuramentum uariis modis, & Ioa. de silua in d. tractatu. in principio refert undecim diffinitiones. Quattuor sunt notabiliores, Vna Hostiensis in summa. quod iuramẽtum est assertio uel negatio de aliquo iusto honesto & possibili sacræ rei attestatione firmata. Alia Bal. quod iuramentum est actus inuocationis seu assumptionis diuini numinis ad confirmationem seu testimonium ueritatis. Alia est Corseti in rub. de iureiur. quod iuramentum est dictum assertum uel negatum uel promissum sacræ rei attestatione firmatũ quandoque liti & controuersiæ finem imponens, uel probationem uel purgationem inducẽs. Alia est Ioan. de silua, quod iuramentum est iuris uinculum proueniens ex assertione uel negatione de aliquo licito possibili & honesto attestatione creatoris uel creaturæ firmatum. Sed nulla ex eis mihi placet, quia omnes præsupponunt iuramentum esse dictum iuratum, & sic æquocant inter iuramentum, & dictum iuratum, nam iuramentum non est dictum neque assertio uel negatio neque actus inuocationis neq; iuris uinculum, sed est cõfirmatio dicti asserti uel negati, ut etiam præsupponũt illi quos refert Bal. in l. 2. ff. de iureiur. Sed in uno male dicũt, quia nõ est cõfirmatio ueritatis, cum aliquãdo iuretur falsum, uel de credulitate, sed est confirmatio dicti asserti uel negati. c. & si Christus. ext. de iureiur.

Vnde ita potest diffiniri, iuramentum est alicuius dicti uel promissi confirmatio cum testimonio Dei uocali uel mentali ad præsumptionem ueritatis inducendam. Et dixi confirmatio. per d. c. & si Christus. & istũ tex. in uer. solidauerit. & sine iuramento est eadem obligatio. Sed solum efficacior efficitur, & recipit conditiones quas recipit contractus. l. fi. C. de non num. pec. quia solum quod est promissum confirmat. Item dixi cum testimonio Dei uocali uel mentali, quia quando iuratur per creaturas semper animus habetur ad Deũ, ut quod conseruet creaturam, ut si iuratur per salutem principis. Item dixi ad præsumptionem ueritatis inducendum, quia non semper iuratur uerum, sed solum iuratur ut pręsumatur uerum. Et ideo dicitur testimoniũ ueritatis. d. c. & si Christus. in fine. de iureiur. Iuramentum promissorium de quo habetur in hac lege ita diffinitur, iuramentum est alicuius promissi cum testimonio Dei uocali uel mentali confirmatio ad maiorem futuræ obseruationis præsumptionem inducendam, ac obligationem Deo addendam. Dixi ad maiorem præsumptionem obseruationis, quia per iuramentum non inducitur obseruatio, sed propter periculum interitus animæ, & quia promisit Deo, inducitur maior præsumptio quod promittens obseruabit. Et hoc appellatur etiam sacramentum, quia aliquãdo præstatur tactis scripturis, ut in auth. sacramenta puberum. inf. si aduer. uẽdi. & l. generaliter. C. de reb. cred.

10 Istud† autem iuramentum promissorium super contractibus præstatur ad duplicem effectum, siue operatur duos effectus, unum circa ipsum contractum, eum ualidando quando nullus est, Alium circa executionẽ & certiorem & efficaciorem obseruantiam inducendã, In iuramento ualidante contractũ datur regula, quod si contractus est nullus de iure ciuili propter rigorem iuris conseruandum per iuramentum ualidatur. c. cum contingat. de iureiur & c. quamuis. de pact. in 6. cũ materia. & no. in l. pactum quod dotali. inf. de colla. Alias non ualidatur. c. non est obligatorium. de reg. iur. in 6. & per Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & de hoc iuramento seu effectu iuramenti tractatur plene in auth. sacramenta puberum. inf. si aduer. uenditio. & in d. cap. cum contingat.

11 In iuramento† quod præstatur ad faciliorem & fortiorem executionem contractus, regula est, quod si fiat sub licito & honesto quod debet mitti executioni, cum possit obseruari sine interitu salutis eternæ, & obligatio acquiritur Deo. d. c. debitores. de iureiur. Et super hoc iuramento tex. istius le. multa noua introduxit in materia transactionis ad inducendum homines ut magis cogitent obseruare promissa, & fomentando remedia competentia ex trãsactione per uarias leges istius tituli, & ex aliis contractibus, & maxime in l. siue apud acta. & l. ubi pactum. sup. eod.

12 Et sex† notabilia noua induxit Iustinianus in hac cõstitutione. Primo, quia iuramentũ facit quod cõdictio ob causam & actio ad pœnam quæ non concurrunt cũ obseruantia contractus propter contrarietatem carũ tamen simul possint intẽtari cum aliis remediis ad obseruantiam, ut in hac litera dicitur. Secundo facit quod agens ad resolutionem non dicitur sibi cõtrarius, quia operatur iuramentũ quod unus contractus in substãtia diuidatur in duas partes, uidelicet in partem faciẽtem in fauorem promittentis, & in partem facientem in fauo-

fauorem contrauenientis, & facit quod pars adimplẽs potest petere quod in fauorem sui contractus obseruetur, & in fauorem non obseruantis quod resoluatur, & sic pro una parte obseruetur, & pro alia parte resoluatur eodem tempore. Tertio facit quod actor non obseruans in pœnam contumatiæ priuatur actione sua, quãuis transactio sui natura non posit extinguere actionẽ l. siue apud acta. sup. eo. Quarto inducit quod contrauenens propter periurium incidat in pœnam infamiæ. Quinto constituit quod quis dicatur contrauenire per simplicem interpellationem uel alium actum iudiciarium, cum alias non posis dici contrauenire nisi per litis contestationem. l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi. Sexto etiam inducit quod dominiũ actoris quod habebat in re transeat ad reum ex simplici contrauentione ipso iure, quod non potest facere ipsa transactio. Et idem etiam esset in reo cõtrauenienté de eo in quo haberet dominium uel ius reale, quia contraueniẽs priuatur omni commoditate contractus. Et ista omnia conceduntur per istam legem cõcurrentibus quattuor requisitis, Primo quod contraueniens fuerit maior 25. annis. Secundo quod transactio sit facto nullo cogente imperio sed ex libero arbitrio. Tertio quod sit iuramẽtum præstitum per Deum uel per salutem principis. Quarto quod sit contrauentum saltem interpellãdo iudicem, uel non obseruando extraiudicialiter, uel impetrando iudicem. Quinto quod contrauentum sit dolose, cum alias non est periurium, secundum Iasonẽ in principio, Et hęc omnia fuerunt introducta propter uinculum iuramenti quod obligat iurantem Deo, & Deus contristatur ob inobseruantiam iuramẽti, ut per Bal. in auth. cui relictum. columna antepenultima. inf. de indict. uiduit tollend. Et ideo iuramenti transgressores puniuntur multis pœnis. ut per Baldum in lege 1. & 2. de iureiur. & Socci. in consilio septimo. colum. quarta. & Bauer. in tractatu iur. quæst. 70. Et Ioan. de silua in tractatu iur. in tertia parte. quæst. si. Et hæc fuit uera & finalis causa promulgandi hanc legem, & tenenda. Quamuis aliqui calumniosus non inargute posset dicere quod principalis intentio Honorii hic fuit seruare salutem propriam, ut contemnentes salutem principis, quia sæpissime iurabatur per salutem principis. l. dato. in fine. ff. de iureiurand. punirentur de mala cura salutis sui imperatoris, sed postea ne uideretur plus curare semetipsum quam Deum, fecit hanc legem imponẽtem pœnas pro utroque iuramento, & si ita cogitassent isti duo imperatores fuissent digni uenia, cum ex perfidia & opera Stilconis & Ruphini eorum tutorum aspirantium crudeliter ad imperium concitatæ fuerũt omnes nationes barbaræ contra imperium Romanum, ut maxime illo tempore ita attritum fuerit & declinauerit ut nunquam amplius poterit restaurari, & postea semper declinauit usque ad internitionem, ut per Paulum Diacon. & Orosium capitulo 24. libro septimo. & Suidas & Eutropius ut hic refert Alci. in prin. Quamuis Cagnolus dicat reliquisse peccatam rempublicam.

Iis sic ad euidentiam præmissis, deuenio ad legem, quæ diuiditur in 3. partes. in primo ponit thema, in secunda ponuntur pœnæ periurantis, in tertia ponitur extensio. Secunda ibi, non solum. Tertia ibi, eos. Summatur hoc modo. ueniens contra transactionem uel pactionem iuratam sponte ex libero arbitrio per Deum uel principem infamatur actione, & ius perdit, data restituit, & pœnam soluit, quæ omnia applicantur parti

23 obseruanti. † Casus ita breuiter fingi potest. transigerãt duo super una lite defuncto, in qua reus dederat centum, & actor promiserat amplius non petere illum fundum, & iurauerunt omnia conuenta & transacta inuiolabiliter obseruare, & si peterent, uel alias contrauenirent, promiserunt soluere pœnam per stipulationem. Facta transactione, actor non curans de ea, nouiter instaurauit litem prosequendo processum iam factum in quo plene probauerat dominium ipsius fundi. Opponebat reus de transactione, & petebat non procedi amplius in causa, & pęnam solui, & data per eum restitui, & actorem amplius non audiri, sed imponi perpetuum silentium. Fuit quæsitum quid iuris. Et uidebatur dicendum quod iste reus non deberet audiri.

Primo quia uidebatur sibi contrarius petendo transactionem obseruari, & repetendo data pro resolutione transactionis, & ista remedia sunt directo contraria, & actio præscriptis uerbis & condictio ob causam non possunt simul concurrere. l. eleganter. §. si post. ff. de cond. inde. Ideo uidebatur quod una electa amplius ad aliam non posset reuerti. l. 4. § si fundus. ff. de l. commissor. & l. Emilius. circa fi. ff. de minor. ubi electa cõmissaria non potest amplius agi ad pretium, neq; contra, facit lex commissoriæ. inf. de pact. inter emptorem & uendito.

Secundo faciebat, quia resoluere & adimplere sunt incompatibilia. Vnde utrunque potens debet repelli. l. 1. C. de fur. & l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur. & l. fi. ff. pro suo. & l. 1. inf. si ser. extero. Intantum quod nec lex potest facere quod actus habens repugnantiam ualeat ut per Angelum in consi. 177. & Alex. consilio. 121 uiso processu. lib. 1. & Dec. in l. edita. nu. 62. sup. de edendo ubi dixi.

Tertio faciebat, quia pœnæ petitio non potest concurrere cum ipso contractu & exceptione transactionis. l. rescripto. §. si pacto. sup. de pact. cum stipulatio pœnalis nouet præcedentem contractum. l. ita stipulatus in fine. inf. de uerb. oblig. & ibi Bar. & l. qui fidẽ. ff. eo.

Quarto adducebatur, quia transactio non extinguit actionem. l. siue apud acta. sup. eodẽ. & actor non potest prohiberi reuerti ad primeuam actionem si reus uult consequi pœnam uel damna, ut dicitur in dicta lege siue apud acta, Intantum quod si extincta est actio, permitti debet agere de facto ut dicitur in d. l. ubi pactum. sup. eo.

Quinto etiam faciebat, quia periuranti a l. non imponitur pœna, sed solum Deum habet ultorem. l. 2. inf. de reb. cred. & l. nam sufficit. ff. de dolo. Sexto facit, quia necessitas non habet legem. c. discipuli, de pœn. distinctio. 5. Et ideo uidetur quod siquis non obseruauit, quia non potuit, quod nullam pœnam mereatur. l. fi. §. idem iuris. ff. ad l. rod. de iactu. l. 1. §. iubet. ff. de col. bon. & l. 2. §. siquis propter tempestatem. ff. siquis cautio. etiam quod sit iuratum. c. ego. & c. breui. & c. quærellam. ext. de iureiur.

Iis tñ non obstantib. contrarium fuit determinatũ, quod immo iste actor contraueniens possit conueniri actione præscriptis uerbis ad obseruantiam, & condictione ob causam ad restituendam data, & etiam actione ex stipulatione ad soluendum pœnam cumulatiue, & quod actor priuetur actione sua, & efficiatur infamis, & priuetur iure suo & dominio, quæ omnia applicentur reo obseruanti, & hæc omnia specialiter per istam constitutionem nouiter introducta fuere, concurrentibus tamen quattuor qualitatibus. Primo quod actor contraueniens fuerit maior. 25. annis. Secundo quod nullo cogente imperio fecerit transactionem uel iurauerit. Tertio quod contrauenerit saltem per unum ex istis tribus modis interpellando reum, uel non adimplendo, uel impetrando iudicem. Quarto quod fuerit iuratum per Deum. Et idem etiam additũ fuit ut procedat si est iuratũ per salutem principis. Et ratio decidendi & inducendi hanc constitutionem fuit fauor litium minuendarum. arg. l. fratris. & l. quamuis. sup. eo. & fauor iuramẽti siue religionis, & cura ne animæ iurantium eternaliter pereant. arg. l. sancimus sup. de sacr. eccle. & ca. cum contingat. de iureiur. & odium contemptus religionis Dei uel salutis principis sui, & etiam fauor firmitatis negotiorum. arg. l. ratas. inf. da resci. uendi. & graue est fidem fallere. l. 1. ff. de pact.

Nec

Nec obstant contraria. Et primo quod actio præscriptis uerbis & condictio ob causam non possunt cōcurrere, quia illud procedit in contractu non iurato, sed ubicunque appositum est iuramentum, inductum fuit nouiter per istam quod istæ actiones possint concurrere ad effectum ut iurantes stimulentur ad obseruantiā promissorum, & euitentur periuria. Et ut tollatur contradictio, considerauit hæc lex contractum continere duas partes, unam in fauorem obseruantis, & aliam in fauorem contrauenientis, & actione præscriptis uerb. petatur obseruantia eorum quæ sunt in fauore obseruantis, & per condictionem ob causam petatur resolutio eorum quæ respiciunt fauorem contrauenientis. Non obstat quod allegans contraria non auditur, quia in hoc casu non allegat contraria, cum per istam legem fuerit inductum quod contractus diuidi possit in partem obseruantis & partem contrauenientis tanquā sint duo contractus. Et ideo non fit contrarius sibi petendo partem suam obseruari & partem aduersarii rescindi, sicut nec esset contrarius si ex duobus contractibus unum peteret rescindi & alium obseruari. facit §. si tutor. inst. quib. mod. inf. testam.

Non obstat quod lex non potest facere actum contrarium ualere, quia hoc uerum est si contractus consideretur tanquam unus uel unum indiuiduum & ad unū finem, sed diuersis respectibus contraria possunt simul stare, ut per Abba. in c. fi. de consuet. nu. 6. uers. sed contra hoc. Et facit quod habetur in c. hospitiolum. 32. distinct. & in c. intellecto. de iureiur. & d. §. si tutor. instit. quib. mod. infir. testam. Vel secundo responderi potest ex mente doctorum dum allegant. l. cum proponas. supra eo. quod obseruatio & resolutio possunt concurrere simul si ita actum est inter partes ponendo clausulā (rato manente pacto). l. qui fidem. ff. eod. sed prima est generalior. Non obstat quod pœna non possit concurrere cum executione contractus & exceptione, quia illud uerum est nisi aliter actum sit inter partes, uel ex legis dispositione ita uideatur actum, arg. d. l. qui fidem. ff. cod. & iuramentum operatur istam clausulam rato manēte pacto. arg. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. Item pœna petitur pro parte spectante ad contrauenientem quæ non resoluitur, non autem pro alia parte quæ adimpletur.

Non obstat quod transactio non extinguat actionē, quia nouiter inductum fuit per istam legem quod ex inobseruātia contraueniens priuetur iure suo & omni dominio & actione ac omni alia commoditate contractus. Item non est transactio quæ extinguat actionem seu ius partis, quia semper durat usque ad obseruantiā, sed est lex ipsa quæ post inobseruantiam priuat contrauenientem iure suo. Nō obstat quod periurium solum Deum habeat ultorem, quia contrarium procedit solū de iuramento assertorio & iudiciali quod in illo casu non habet pœnam determinatam, sed hæc lex loquitur de iuramento promissorio in quo ipse iurans obligatur Deo. c. debitores. de iureiurā. & magis punitur, ut hic & in c. quærellam. de iureiur.

Non obstat quod iurans non punitur a lege si nō potuit obseruare. dict. cap. breui. quia iste tex. intelligitur quod dolose non obseruauerit, & sic non habeat excusationem aliquam, & non fuerit impeditus, nam si fuisset impeditus, uel non fuisset in dolo non incideret in pœnas istius legis. d. c. breui. Item contraria procedūt in obligationibus facti in quibus ex difficultate excusatur, sed hic loquimur etiam de obligationibus facti, in quibus ex difficultate excusatur, sed hic loquimur etiā de obligatione ad dandum, in qua non ita faciliter excusatur. c. 1. §. licet. si de feud. fuer. contr. inter domi. & agnar. & no. plene per Bar. & doct. ubi dixi in le. quod te. ff. si cer. pe. Hic est casus clarus.

Sequitur uidere materiam. Quam docto. uario modo tractant, sed ego diuidam in sex partes, in prima ponam tres quæstiones generales. In secunda ponam in quibus personis habeat locum, In tertia dicam in quibus contractibus procedat, In quarta ponam quæ sint necessaria ad hoc ut habeat locum decisio huius legis. In quinta dicam de pœnis, & quando & quomodo incurrantur, in sexta dicam de applicatione pœnarum, &

14 qualitate applicationis. Reuertor ad primum. † Et quæro de uno quod est ualde necessarium ad intelligentiā legis, an hæc lex sit fauorabilis uel odiosa, ut possimus determinare de extensionibus eiusdem, & primo uidetur quod sit odiosa & odiosissima, quia est pœnalis addens tres pœnas contra regulas iuris, nam adit pœnā infamiæ quæ maxima est & æquiparatur morti. le. isti quidem. ff. quod met. causa. & l. iusta. ff. de man. uind. & per glo. in §. suspectus. in uerbo famosis. instit. de suspect. tutor. & est ualde periculosum extendere pœnam infamiæ, ut ibi no. Item est pœnalis, quia inducit ipso iure priuationem actionis contra regulas iuris communis, quæ pœna priuationis non est extendenda, ut §. igitur. in auth. de iud. Item inducit priuationem dominii, & omnis emolumenti ex contractu quæ est pœna insolita in contractibus. Tertio inducit, quod contraueniēs nullam utilitatem possit consequi ex contractu, quamuis ipse teneatur obseruare, quod est contra regulas iuris positas in l. siue apud acta. sup. eo. & l. ubi pactum. & l. si diuersa. sup. eo. Quarto admittit reum contraria allegantem & repugnantiam inducentem petendo obseruari & resolui eundem contractum, quod similiter est contra regulas iuris. Vñ cū inducat tot pœnas & tā graues, ac ēt corrigat multa iura, sequtur q̄ odiosa debet dici, cum pœnæ sint moliendæ. l. si de interpretatione. & l. si præses. ff. de pœnis. & c. in pœnis. de regu. iur. in 6. & euitanda est legum correctio. l. 1. inf. de inoff. dot. & no. in l. fi. sup. de sacros. eccles. & in auth. similiter. infra ad l. falcid. & l. commodissime. ff. de lib. & posthu. Et quod hæc lex sit odiosa, tenet hic Rimin. Aquenses col. 1. & Cor. consi. 246. & 266. uol. 3. & Cagno. hic nu. 34. Quia principaliter fuit inducta in odium periurantis, & ideo reputari debet odiosa, ut no. in l. qui exceptionem. ff. de cond. ind. & l. si quis nec causam. ff. si certū peta. Nec obstat, secundum eosdem, si dicatur quod materia iuramenti est fauorabilis & extendēda, ut per gl. in auth. sacramenta puberum. inf. si aduer. uendit. quia respondet quod illa doctrina procedit quando dispositio non continet pœnam, ut in d. auth. sacramenta. Sed quando continet pœnam, & infamiam, uel alterius iuris priuationem, tūc dicitur odiosa, & ita procedit iste tex. Et hanc opinionem comprobat Alcia. colum. 2. & Taur. & Decius consi. 258. quia licet possit dici fauorabilis in eo quod mandat obseruari promissa, tamen dū imponit pœnas, odiosa est, & ideo nec de iure canonico secundum eosdem huic pœnæ locus est. c. apud. 32. q. 1. Et admittitur purgatio moræ tanquam lucrum sit inhonestum ex tanto rigore descendens. c. suam. de pœnis. & capitu. filii. ubi Abbas in quarto notabili. extra de testibus.

Ias. tamen hic col. 1. & Cur. col. 1. tenent quod immo hæc lex sit fauorabilis, per illam glo. communiter approbatum in d. auth. sacramenta puberum. quia uertitur fauor salutis animæ cæteris rebus præferendus, le. sancimus. sup. de sacr. eccl. Quod tamen fundamentum, ut dictum est uidetur fragile, quia illa glo. non loquitur in materia pœnali pro ut hic, & uidentur ita respōde omnes doct. Nihilominus ego puto istam opinionē Ias. esse ueriorem, quia hæc lex principaliter facta fuit fauore religionis, ne inuocatio diuini numinis ueniret in contemptum, & qua uiolata Deus contristatur, ut uoluit Bal. in d. auth. cui relictum. inf. de indic. uid. tol. & offensio Dei inducit destructionem ciuitatum & reipublicæ cum propter peccata ueniāt aduersa. c. maiores. 16. quæst. 7. Et offensio religionis pertinet ad omnes. l. manicheos. sup. de hæret. & le. si quis in hoc genus. su-

pra de episcop.& cler.& publice interest Deum uenerari .l.ueluti.ff.de iust.& iur.& d.c.maiores.& 16.q.1.c.decimę.& patet in libro regum in multis capitulis. ut c.ecclesia.per totum.q.4.& apud Valer.Max. in exēplis de neglecta religione. Item facta fuit fauore animæ ne homines morentur diutius in peccato,& ut abstineant a periuriis,& per hoc etiam reputatur fauorabilis.c.fi.& c.uigilanti.de præscrip.cum leges permittentes peccata odiosæ sint & non ualeant,ut no. in ca.fi.de consuetud.& l.omnes populi.in 3.q.principali Barto.ff.de iust.& iur. Tertio dicitur esse fauorabilis,quia interest reipublicæ quod contractus obseruentur,& sit aliqua firmitas in negotiis.l.ratas.inf.de rescin.uend.& l.res iudicata.ff.de reg.iur.Quarto est fauorabilis,quia per obseruantiam euitantur lites quæ solent inducere discordias & homicidia.argum.c. finem litibus.de dolo & contumatia.& l.1.ff.de usuc. Nec obst. quod hæc lex inducat tot pœnas, quia hoc solum quod lex inducat multas pœnas,non facit legem odiosam, quia consideratur ad quem finem imponantur illę pœnæ. Nā dispositio pœnalis etiam infamiæ reputatur fauorabilis quando pœna principaliter imponitur propter fauorē publicum,ut per Bar.in l.2.§.exercitus.ff. de iis qui no. infamia.& per Iasonem & Decium & omnes in lege si quis id quod.ff.de iuris.omnium iudicum. facit lex armorum.ff.de uerbo.signifi. Dispositiones enim pœnales,quia respiciunt publicam utilitatem, extenduntur ut comprahendant plures casus,ut no.in d.le.siquis id quod.quia fauorabiles reputantur,secundum Barto.in l.quemadmodum.inf.de agric.& censit.lib.11. & odiū uenit in consequentiam,non principaliter. Sicut etiam odium est in puniendo malefactores,& tamen dispositio est fauorabilis.l.congruit.ff.de off.præsid.& leg. si unus.§.illud.& §.pacta.ff.de pact. etiam priuando eos omnibus bonis suis,ut probatur in §.item lex cornelia de sicar.inst.de publ.iudi.ubi in tam attroci pœna uerbum,tellum,capitur improprie ut comprahendat multos casus,& idem probatur in §.item lex Iulia.insti.de pub.iudi.coniuncta.l.armorū.de uerbo.signi.Nam talis impropriatio non fit ex alia causa nisi quia reputatur fauorabilis,ut dixit Bar.in dic.l.2.§.exercitus.ff.de iis qui no.infam.Et priuatio bonorum inducit publicā utilitatem,quia interest reipub.malos homines laborare egestate.l. bonafides.ff.depo.§.1.& l.1.& per totū. ff.de bon.dam.

Nec obstat quod ecclesia non admittat pœnas periurii,quia immo admittit & punit priuatione beneficiorum.c.quærellam.& ibi no.extr.de iureiur.& per Ioa. de silua in tractatu de iureiur.col.fi.Et quamuis admittat ius canonicum potestatem purgandi moram aliqñ, nam raro etiam hoc permitti infra demonstrabitur, tamen si postea eam non purgat, punitur pœnis periurii,ut etiam priuetur beneficio.d.c.quærelam.& ibi Abbas & Fely.& ita intelligitur.d.c.apud.32.q.1.& efficitur infamis.c.quicunq;.& c.infames.6.q.1.& 22.q.1.c.prædicandum.& c.siquis conuictus.22.q.5. Et hoc uerius est & tutius & tenendum.

15 Secundo loco† est uidendum,an Papa possit dispensare super hoc periurio ut non habeant locum pœnæ ciuiles.Et ex prædictis infertur quod sic,quia etiam de iure canonico fuit inducta periuranti ista pœna infamiæ,& priuationis d.c.quærelam.& ibi glo.& c. infames.6.q.1.Item cognitio periurii regulariter pertinet ad forum canonicum.c.tuam.de ordine cognitio. Felynus in ca.cum sit generale.col.8.de foro compe. Et in iis quæ respiciunt peccatum attenditur ius canonicū. c.fi.de præscr. intantum quod nec etiam leges ciuiles ualent in fauorem ecclesiarum & iuris canonici non acceptante Papa.eo.d.c.tuam. arg.eorum quæ uoluit Fely.in d.c.cum sit generale.Goza.in consi.32.& faciunt no.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.de const. Contrarium tamen tenebat Pau.de castro in consil.218. incipiente præsupposito.secundum antiquam impressionem.& sequitur hic Cur.in princ.quia Papa non dispensat de iis quæ dependent a iure ciuili,nec ius ciuile tollere possit. Sed ego puto distinguendum, aut lex ciuilis punit periurium ad effectum ut euitetur peccatum addendo maiorem pœnam quam faciat ius canonicum, & tunc Papa non potest tollere illam pœnam,nec super ea dispensare si constat periurium factum per modum legis uel priuilegii uel gratiæ,sicut nec potest dispensare qđ pro pœna furti & adulterii non imponatur pœna mortis,nec pro homicidio imponatur pœna mortis naturalis si forsan uellet inducere in laicis pœnam perpetui carceris per modum legis uel priuilegii,quia non potest tollere ius ciuile, cum non habeat iurisdictionem in laicos excepta causa peccati c.solitæ. de maiorit. & obed.& cap.per uenerabilem.extra qui filii sint legitimi.& c.nouit.de iud.& no.in c.1.de noui oper. nuntiatio.& in cap.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti. Aut lex ciuilis diminuit pœnas periurii,uel non permittit puniri nisi certo modo, & tunc lex ciuilis non ualet regulariter tanquam inductiua peccati,ut in casu .l.non dubium.C.de leg.& nota.in cap.fi.de consuet. nisi forsan per indirectum ex iuramenti obseruatione induceretur materia peccandi,sicut ualet & non ualet lex ciuilis disponens quod debitum iuratum post certum tempus non possit exigi,secundum distinctionem positam per Bar.in l.omnes populi.in 3.q.principali.ff.de iusti.& iure.& per Abbatem& Imolam in c.cum contingat. de iureiur.& c.fi.de consuetud. Et tunc Papa posset dispensare & tollere ius ciuile.argum.c.cum contingat. de iureiur.& dicto cap.ecclesia sanctæ Mariæ.de cōst.& cap.quamuis.de pactis in 6. Sed si esset ualidum cum iusta causa inductum ius ciuile prohibens iuramentū, tunc Papa sine causa non potest dispensare, sed ex causa potest.cum Papa habeat plenam potestatem disponendi super iuramento,propter peccatum. Dec.in consi.112.colum.2.Brunus consi.46.Fely.in c.constitutus. colum.8.uers.generaliter.extra de rescrip. & in cap.2. colum.8.de sponsal.Igitur eum hæc lex augeat pœnas periurii,ualet,& in eo quod superat ius canonicū princeps laicus posset tollere & facere quod periurus in foro ciuili non sit infamis nec priuatus, Tamen quia etiā iste pœnæ tam priuationis quam infamiæ sunt etiā de iure canonico,non potest lex ciuilis facere quod nō efficiatur aliquo modo infamis,& non priuetur iure suo saltem per denuntiationem euangelicam.arg.no.in c. fi.de præscri.& in c.fi.de consue.Quamuis iure isto posit princeps absoluere.l.adigere.§.fi.ff. de iure patron. & l.quæ sub conditione.digest.de conditio.institu. Et similiter si Papa uellet dispensare quod non habeant locum pœnæ canonicæ & infamia canonica,& hoc poterit facere indistincte,sed nō poterit dispensare super pœnis ciuilibus,ut lex ciuilis & eius pœnæ non habeat locum,quia leges imponentes pęnas in peccatis ius canonicum tolere non potest,ut dictum fuit.

Quare concludendum est cum Paulo de castro, quod Papa non potest tollere has pœnas ciuiles, nec dispensare sine causa. Cum causa uero si allegetur insultum absoluendo a iuramento poterit habilitare, & facere quod donec cognoscatur an sit periurus, & licita pactio pœnæ ciuiles non habeant locum.Cardina.consilio 22.& Iason hic.& Alciatus in uer.putauerit, & com-
* muniter doctores. Sicut etiam dici potest de pœnis hæreticorum quæ non habent locum nisi quando causa hæresis cognita sit in foro canonico.cap.cum secundum leges.§. confiscationis. de hæretic. in sexto. & ad prædicta uide Ioan.de silua in tractatu iuram.in 3.parte.per 4.colum.

16 Tertio est† uidendum antequam deueniam ad materiam,an dolus sit necessarius in hoc periurio ad effectū ut pœnæ istius legis habeant locum, uel potius sufficiat culpa,Bal.in lege obseruare.§.proficisci.de officio procon-

proconsulis & leg.dicebat quod requiritur dolus, quia periurium non fit sine dolo.glo.in c.breui.de iureiurā. no.doct.in c.1.de delictis pueror.& Alex.& Pau.in le. qui iurasse.ff.de iureiur.Idem Alex.in consi.92.perspectis iis.col.pe.uol.1.& est tex.in §.itē opponitur.22.q.2.& in c.2.& 3.eadem causa &q.item periurium est falsitas,& falsitas non committitur sine dolo. Secundo adducebat, quia per istam legem inducitur pœna infamiæ quæ non incurritur nisi per dolum secundum glo. in §.suspectus.inst.de suspect.tutor.

In contrarium tamen hic Iason allegat, quia pœna infamiæ imponitur ex lata culpa quando ipso iure incurritur.l.liberorum.§.notantur.ff.de iis qui nota.infamia.& ibi glo.& Barto.& glo.in dicto.§.suspectus. & Barto.in lege quod Nerua.ff.depositi.colum. decima. sed hæc pœna incurritur ipso iure,ut patet ibi, mox,& sequuntur doctores,ergo sequitur quod in hac lege sufficit culpa.Secundo confirmat per doctrin.Bald.in ca. primo.§.licet. si de feudo fuerit contro.inter domi. & Agn.ubi dixit quod periurium committitur ex culpa, & sequitur Iacob.Alua.2.& 3.colum.post And. de Isernia in c.fi.de alien.feud.pater.glo.in clem.non potest. & ibi Imola.de procur.in glo.fi. Et dixit Bald.in l.2.§. quod obseruari.C.de iur.calum.in 3.notabili, quod iurans falsum credens iurare uerum efficitur periurus, & sequitur Anchar.in c.2.de iur.calum.in 6. Sed ipsemet Ias.in d.l.qui iurasse.distinguit inter periurium & pœnas periurii,dicens quod sine dolo ex lata culpa quis incidit in periurium, cum ille qui propter difficultatem & egestatem non potest soluere pecuniam promissam nihilominus incidet in periurium si potest imputari ei culpa,ut uoluit Andreas de Isernia in dicto loco. & Alciat.hic.& glo.in clem.non potest.de procurator. Sed in reatum & pœnas periurii non incidit sine dolo per allegata pro prima parte.Sed hæc solutio, licet uideatur communiter recepta,tamen non uidetur habere in se rationem,cum uideatur absurdum quod sit periuriū, & nō sint pœnæ periurii, quia si pœnæ non habent locū quando sine dolo quis uenit contra iuramentum,necesse est dicere uel quod non sit periurium, uel quod non punitur omne periurium,sed tantum puniatur periurium dolo commissum. Tamen cum leges simpliciter puniant periurium,nec distinguant,ideo oportet dicere quod si est periurium quod etiam puniatur pœnis ꝑiurii.arg.l.non potest.ff.de fur.Item periurium est delictum naturale.22.q.2.per totum.& l.ueluti.ff.de iust. & iure.& in testamento ueteri & nouo mandatur iuramentum obseruari,ergo quis non potest se excusare.argu.l.auxilium.§.fi.ff.de min.etiā si diceret quod ignorabat periurium incurrere illum qui non obseruat iuramentum,ut in d.l.auxilium.& iux.illud apostoli, qui ignorat ignorabitur.c.1.15.q.1.& ibi notat.

Vnde pro resolutione puto distinguendum, aut quęritur an quis ex culpa incidat in periurium & spirituales pœnas periurii,aut quæritur an ex culpa incidat in pœnas istius legis,Primo casu si allegat se ignorare periurium esse peccatum,uel periurium incurri non obseruando iuramentum,uel esse iuramentum,si dicatur testis sit mihi Deus,uel quid simile,& tunc non debet audiri, quia est ignorantia iuris naturalis & iuris diuini in qua dicitur qui ignorat ignorabitur, & quantum ad pœnas temporales.d.l.auxilium.ff.de mino. & quantū ad pœnas spirituales,ut per glo.38.distinct.in summa. & parum interest decipere & decipi.c.si cupis.16.qu.1. & c.turbamur.1.q.4.in prin.in gl.ignorantia.& in §.notandum.in gl.damnabilis.Si uero allegat ignorantiam crassam in facto,quia credit esse quod non est,& tūc dicitur temerarium iuramentum.c.ille qui.§.nemo.& c. beatus.§.ille.22.q.2.& non dicitur periurus licet de temeritate sit puniendus,ut ibi dicitur.Quod etiam procedit quando iurasset aliquid facere quod non dependet a potestate sua,nam si non faciat non est periurus, sed puniendus de temeritate quæ maior uel minor est secundum probabilem uel non probabilem causam ignorandi,ut ibi dicitur.& ca.secundo.& 3.eadem causa & quæst.

Secundo casu an habeant locum pœnæ periurii circa bona uel res,& pœna infamiæ uel corporalis,& etiā pœna istius legis,Aut allegat ignorantiam periurii,id est quod nesciebat an esset periurium, uel quod uerba prolata facerent iuramentum, uel quod non seruare transactionē faceret periurium,& tunc non debet audiri,sed incidit in omnes pœnas temporales & istius legis, quia est ignorantia iuris naturalis quæ neminem excusat in delictis.d.l.auxilium.§.fi.de minor. per glo. 38.distinctio.in summa.c.si quis dederit.24.q.1.Aut uero allegat ignorantiam iuris ciuilis uel canonici imponentis pœnas periurio,& tunc similiter non excusatur. d.l. auxiliū.§.fi. ubi minor dicebat se ignorasse pœnas adulterii uel stupri,& tamen punitur,quia sufficit debere scire se delictum committere,alioquin omnes allegātes se ignorare pœnam mortis imponi pro furto uel tallio,excusarentur a pœna,quod est absurdum d. l. auxilium.& c.si cupis 16.q. 1. qui text. loquitur de pœna delicti, non de cognitione delicti,& idem etiam probat tex.in c.si in laicis.38.distinct.Si uero allegat ignorantiam,quod ipse nesciebat se iurasse, uel promisisse, uel transegisse,& tunc est ignorantia facti proprii quæ non excusat.l.quanquam.ff.ad uelleia.15.q.1.ibi.utraque in firmitas ad pœnam imputatur.c.ecclesia.1.q. 4. per totum.32.q.4.c.nemo.in fine.& d.l.auxilium. ut si forsan minor allegaret se ignorare esse suam consanguineam quam semper ita appellauit, hoc enim est factum quod oportuit scire,de quo in §.notandum.1.qu. 4.& c.quamuis.58.distinctio.Si uero allegat in uerbis non contineri certas res,uel non teneri,cum uerba sint ambigua,& tunc oportet considerare an sit ignorantia crassa,an uero probabilis, & hoc poterit ex qualitate personæ considerari,uel ex qualitate allegationis, qa si uerba sunt multum prægnantia ignorantia est crassa alias secus,secundum ea quæ dixi in l.si de certa.sup.eodem.& per glo.1.quæstio.4.in §.notandum. Si uero allegat impotentiam quod nō potest obseruare, & tūc si est propter præceptum superioris excusatur.c.ueniētes.in fine.de iureiur.& c.Beatus.22.quæstio.2.& idem si uenit ex facto alterius,sed si causatur ex sua culpa uel delicto.& tunc distinguitur,ut per Bald.in d.c.primo. §.licet.si de feud.fuer.contr.inter domin.& Agn.& per Abbatem & alios in c.breui.de iureiur.& in cap. quærellam. ubi etiam tractatur an euadat pœnam conuentionalem.

Et sic summa est,omnia recoligēdo, quod ex lata culpa quis incurrit pœnas istius l.tum quia periurium fit sine dolo ex culpa lata,tum etiam quia hæc lex non reqrit periurium uerum uel fictum, sed solū quod quis iurauerit,& quod contraueniat transactioni iuratæ non implendo uel interpellando iudicem, uel impetrando rescriptum,& æquiparat delictum in committendo & in ommittendo,quo casu sola culpa plerūq; nocet,iux. no.in l.si mora.ff.sol.matr.& sicut mora committitur sine dolo,ita etiam periurium uidetur debere incurri sine dolo, & ita tenent communiter doct. in l. quod te. ff.si cer.pe.in illa q.an difficultas excuset a mora debitorem quātitatis,& concludunt oēs q non excusat quādo culpa sua præcessit,licet discordant quando nō pręcedit culpa,& hoc tenent etiam in cōtractu iurato per tex.in d.c.1.§.licet.si de feud.fuer.contro. Facit etiam quia iste tex.excipit minorem.25.annis. ergo considerat culpam,quia si consideraret solum dolum, non distingueretur inter maiorem & minorem.d.l.auxilium. de mino.Non obstat dictum Bal.in d.l.obseruare.§.proficisci.& d.§.quod obseruari.de iur.cal.quia ibi Bal.nō loquitur de lata culpa quæ est dolus præsumptus.l.1.§. 1.ff.si mes.fal.mod.dixer.sed solum de leui. Non obstat

stat quod pœna infamiæ non imponitur ex lata culpa, quia istud est falsum.d.§.notabitur.in l. liberorum. ff. de iis qui not.infam.& §.siquis agens.insti. de actioni. ubi dicitur quod pœna priuationis actionis imponitur ex lata culpa, Non obstat lex qui iurasse. de iureiur. & no.in c.1.de delict.pueror.quia loquuntur in eo q non est doli capax, quo casu lata culpa non potest considerari, nec etiam æquiparari dolo, quia lata culpa non cadit ubi non potest cadere dolus, sed hic loquimur de eo qui est doli capax, in quo potest etiam considerari lata culpa, & æquiparari dolo.d.l.1.ff.si mes. fal. mod. dixer.& per Bar.in l.quod Nerua.ff.depo. Et hoc intellige siue culpa sit in non obseruando ex ignorantia iuris siue ex ignorantia in intellectu uerborum, ut dixi, dummodo sit crassa ignorantia ut possit cadere præsumptio doli, & per hoc sequitur quod illatio quam hic facit Iason, quod quælibet iniusta causa excusat a dolo l.igitur.§.1.ff.de liber.causa.& glo.in l.plagii.C. ad le. fauiam de plag.& glo.in l.1.ff.de abigeis.& glo.in l.1. ad fi.princ.ff.de eo per quem factum erit. & quod consuetudo etiam irrationabilis excusat a pœna.glo.in c. cum uenerabilis.de consuet.in glo.1.& ibi Abbas non ꝓcedit in hac lege. Nã illa regula intelligitur in illis casibus in quibus pœna imponitur ex solo dolo, sed si pœna imponitur etiam ex culpa, tunc nõ procedit, ut probatur in l.quod te.ff.si cer.pe.& ibi dixi in 2. & ultimo notabi. Nam iniusta causa excusat a pœna moræ quæ magna est, quia non imponitur propter solum dolum, sed propter culpam.facit l.in l.aquilia.ff.ad l. aquil.

37 Sed dubium†necessarium subintrat, quis debeat probare istum dolum, uel latam culpam, an ille qui dicit aduersarium periurasse, an potius ille qui se excusat a periurio, dicendo se contra uenisse sine dolo & lata culpa. Et primo uidetur quod actor qui allegat periurium debeat probare.per l.quotiens.§.qui dolo.ff. de proba. Item quia dolus uidetur esse fundamentum intentionis actoris, cum sine dolo uel lata culpa non sit periurium, ergo debet probare.l.dolum.C.de dolo. Abbas in in c.ab aduersario.num.8.de excep. Sed incontrarium est ueritas, quia immo ille qui se defendit a periurio ꝓbare debet se cum iusta causa non obseruasse, quia periurium est de genere prohibitorum cum sit delictum naturale ut sup.dixi, ergo præsumitur dolus siquis contraueniat promissioni factæ.ut no.in l.1.C.de fals.& l. 1.C.de sicar.Bal.in l.dolum.C.de dolo.& no.in l.si nõ conuitii.inf.de iniur. Item qui scit se debere & facere & non facit præsumitur in dolo.Bar.in l.tutor qui repertorium.in 2.col.in fi.ff.de admini.tut.& in l.dolus. & l.procuratorem.§.dolo.ff.mand.& Alex.in l. ubi. ff. de edendo.Item qui scit se teneri soluere certo loco & non sit præsens, pręsumitur in dolo.Abbas in c.fi.de eo qui mittitur in posses.& Cagno.hic nu.190.& latius in l.fi.sup.de pact.nu.154.Bar.consi.4.uolum.4. Non obstat quod sit fundamentum agentis, quia immo est fundamentum excipientis, dum ipse allegat excusationem quare non obseruauit, quam ipse debet probare, cum præsumptio sit contra eum quod sit in dolo non obseruando.cap.breui.de iureiur.& habetur in c.quærellã. de iureiur.

Iis sic generaliter discussis, in prosecutione materię uidendum est de tribus, scilicet quæ personæ ligentur ex dispositione istius legis, & de quibus contractibus siue conuentionibus loquatur, & quæ requirãtur ad hoc

38 ut habeant locum pœnæ istius legis†Circa primũ text. hic simpliciter dicit siquis maior. Vnde dubitatur an habeat locum in fęmina. Fulg.hic uidetur tenere quod non, quia loquitur per terminum masculini generis, siquis, qui non comprædendit fœminam.l.1.§.quotiens ff.de uent.in posses.mitte. Secundo, quia requirit integritatem intellectus, ut patet, quia non habet locum in minore, quæ integritas cessat in fœmina l.fi.in fine. ff.qui pet.tut. Tertio, q̃a minor & fœmina æquiparãtur l.1.in fine.ff.de edendo. Quarto, quia hæc lex est odiosa & per hoc restringenda.c.odia.de reg.iur. in sexto. l.cum quidam.ff.de liber.& posthumis. Quinto addit parpalia pro ista parte doctrinam Barto.in rubr. infra de rerum permu.qui dicit mulierem per iuramentum non effici sagaciorem, ita quod iuramentum non plus operatur in muliere quam in minore quantum ad tollendam simplicitatem. Sexto facit, quia hic est dolus præsumptus, ut per Alexand.in consilio.130.column. pe.libro primo.ergo non habet locum in fœmina uel rustico.l.1.in fi.ff.de edendo.& per glo.in l.ubi exigitur.eo.tit.& ibi etiam Alexã.not.de rustico citato non comparente.& Ias.in l.siquis id quod.ff.de iur. om.iudi.in 5.notab.dicit quod in præsumpta usurarum fraude excusatur rusticus & mulier.

* Contrarium tamen tenent communiter doctor. ut hic per Alex.in primo notabi.& Fulgos. in secunda lectura in fin.& aquenses.1.& Cagno.3. quod immo hęc lex habeat locum etiam in fœmina, & ipsa etiam incidat in has pœnas, Primo, quia loquitur in materia indifferenti, ergo compræhendit etiam fœminas. Secundo per tex.in l.siquis id quod.coniuncto uer.sed utrunque ff.de iur.omnium iud. Tertio est tex.in l.1.ff. de uerborum signi.& l.siquis in tantam.in princ.glo.magnæ.infra unde ui. Quarto adducunt, quia quando uerbo, siquis, additur terminus communis, ut homo, tunc compræhendit utrunque sexum, ut per Barto.in leg. 1.ff.de uerbo.sign.Sed hic apponitur terminus communis, q̃a dicitur maior. 25. annis. ergo compræhenditur etiam fœmina maior. Quinto facit, quia hæc lex est fauorabilis, ergo extendenda, ut per Barto.in l.2.§.exercitus.ff. de iis qui no.infa.& c.odia.de reg.iur.in 6. Sexto facit glo.in l.cum proponas.iuncto textu.supr. eodem.nam illa lex loquitur in muliere, & tamen glo. ibi tenet q̃d punitur, per istam legem in uer.exceptio. Septimo facit lex fi.supra de iur.& fac.ignor.2.q.4.§.ultimo. cum glo.quæ uult quod mulieri non succurratur nisi in casibus a iure expressis. Cur.hic distinguit, quod si est dolus præsumptus, quod est quando delinquit in ommittendo, quod tunc non puniatur mulier, per hanc legẽ, si uero delinquit in committendo, quia tunc est dolus uerus, puniatur. quæ destinctio uidetur esse contra istũ textum qui æquiparat dolum in ommittendo & committendo, & est absurdum in masculo indistincte procedere, & in fœmina cum distinctione. Alciatus uero dicit quod compræhenditur fœmina in hac lege quantum ad obseruantiam, sed non quantum ad pœnas, nec ad odium ammissionis irrationabile, Quæ distinctio etiam non est bona, quia in effectu resoluitur, ac si diceretur, quod non compræhenditur fœmina, cum in hac lege nihil dicatur de obseruantia quæ iam erat mãdata per multas leges huius tituli. Sed solum facta fuit propter pœnas periurii, ut non contemneretur religio, & contrahentes timore pœnarum inducerẽtur ad obseruantiam. Et est rationi congruum quod mulier cogatur ad obseruantiam sicut masculus, quia graue est fidem falere.leg.prima.digestis de pactis. & ita militat ratio periculi animæ in muliere, & contemptus religionis ita in fœmina sicut in masculo, & de iure canonico specialiter in mulieribus dispositum fuit ut teneãtur seruare iuramentum etiam quod tractetur de tota earum substantia.capitu.cum contingat. de iureiur.& capitu.quamuis.de pactis in sexto. Nec est uerum q̃d istæ pœnæ contineant odium irrationabile, cum iure canonico istæ pœnæ fuerint inductæ.cap. quærelam. & ibi glosa, extra de iureiurando, & capitulo infames. 6.quæstio.1.

* Vnde ego puto opinionem communem ueriorem esse, ꝙ immo mulier contineatur in tota dispositione istius legis. Primo per tex.in uerbo siquis, iuncta.l.1.de uer.sig.Item cum hic substantiuum non sit appositum, oportet ꝙ subintelligaĩ terminus cõmunis homo, ut ꝑ Bar.in

Bart.in d.l.1.de uerb. sign. quo casu omnes fatentur ꝙ continetur fœmina de proprietate sermonis,ut nota. Alciat. in d.l.1.in princ. Secundo hoc innuit subiecta materia, quia periurium est delictum naturale, ut sup. dixi,quo etiam mulieres ligantur, nec leuitas intellectus allegari potest.l.auxilium.ff.de min. & l.impuberem.ff.de fur.& glo.in summa.38.distinctio. Tertio facit,quia hæc lex est fauorabilis ex tribus,ut etiam supra dixi,ideo uerba non restringuntur,ut per Alcia. in d.l. 1.in uer.compræhenditur. Quarto,quia in iis quæ respiciunt animā non cōsideratur an sit masculus uel fœmina.d.c.cum contingat. de iureiur. & ca.quamuis.de pact.in 6. Et tamen de iure canonico periurus priuatur bonis.d.c.quærelam.& efficitur infamis. ca. infames.6.q.1.cum concord. Non obst. quod uerbum, siquis,non compræhendat fœminam,quia negatur, & regula est incontrarium.d.l.1.de uer.signif. & qui uult dicere quod non compræhendat fœminam debet allegare causam specialitatis.arg.no.in l. omnis diffinitio. ff.de reg.iuris. Non obstat quod hæc. l.requirat integritatem intellectus, quia uerum est, tamen hæc integritas est in muliere maiore quantum ad cognoscendū quod male facit ueniendo contra iuramentum in contemptum Dei. Et text.in d.l.fi.qui petant tut.loquitur de quadam pratica & cognitione exteriorum negotiorum quam mulier non præsumitur habere, quia nō cōuersatur in locis publicis,nec conuersatur cum hominibus ut possit scire eorum crimina, sed non negat quin possit habere cognitionem peccatorum suorum, & an male faciat contemnere Deum & fallere fidem. Et cū de iure canonico etiam mulieres efficiantur infames & priuentur iure suo per periurium.argu.dicti capit.quærelam cum sua glo.& coniuncto dicto capit.cum cōtingat.de iureiur. & ca. licet.mulieres obligabuntur pœnis istis.

Non obstat quod minor & fœmina æquiparantur, quia uerum est in casibus expressis a iure, secus in aliis casibus.d.l.fin.supra de iur.& fact.ignor. & in hac lege excluduntur solum minor,non fœmina. Item minores regulariter restituuntur in integrum quando sunt decepti, & mulieribus non subuenitur nisi in casibus expressis,Non obstat quod hæc lex sit odiosa,quia immo est fauorabilis ut supra plene probatum fuit, & facit dictum capit. cum contingat cum suis concordant. Item dato quod esset odiosa, tamen propter hoc non debet excludi fœmina,quia hic non tractatur de extensione ut præsupponunt doctores, sed tractatur de compræhensione,cum uerbum siquis,cui subauditur terminus homo,de proprietate sermonis compræhendat etiam mulieres,ut per Alcia.in d.l.1.in principio de uerborum significatione. Nec ualet distinctio tradita per Alcia.quia ea ratione qua propter animam compræhēditur in hac lege ad obseruantiam, eadem ratione debet obligari ad pœnas,quia interest reipublicæ ut homines efficiantur timidiores propter pœnas,& inducātur ad obseruantiam,& arceantur a contemptu religionis.l.si unus.§.illud & §.pacta.ff.de pact. & c. ecclesia. 1.quæstio.4.& c.maiores.16.quæst.7.Nō obstat quod mulier per iuramentum non efficiatur sagacior, quia hic sumus in materia peccati & delicti in qua non requiritur tanta sagacitas,cum sufficiat natura. d.l.auxilium.& d.l.impuberem.ff.de fur.

Non obstat quod mulier non teneatur de dolo præsumpto, quia per hoc non tollitur quin contineatur in hac lege quando dolose contrauenit.Et sic potest quis contrauenire ex dolo uero & præsumpto, Et mulier sciens se teneri,si non obseruat, dolo dicitur contrauenire.Et cum de iure canonico teneatur ad istas pœnas æquum est etiam quod compræhendatur in hac lege. Et si contingat quod per impotentiam uel ignorantiā non obseruet,tunc alia cōsideratio est. Et in hoc æquiuocant docto.& male formāt quæstionem,an hæc lex compræhendat fœminas & rusticum,quia licet per præsumptam ignorantiam aliquando excusentur, tamen non infertur quod nōn debeant compræhendi in hac lege & aliis legibus pœnalibus, Et sic aliud est quærere an contineatur in hac lege, & tunc dispositio est clara, quod si dolose uersata fuit quod continetur, Aliud est quærere an mulier excusetur ex eo quod uideatur ex impotentia uel ignorantia peccare, quia tunc oportet considerare ex qua causa non obseruauit, nam si allegat quod ignorabat se peccare non obseruando, nō excusatur,quia ignorat ius naturale.d.l.auxilium.in fine.ff.de min.glo.in summa. 38. distin. & 1. quæst.4.in capit.turbatur.& in §.notandum.cum concordantibus & hoc delictum est naturale, iuxta illud psalmi,perdes omnes qui dicunt mendacium.capit.2.22. quæstio. secunda.Si uero allegat impotentiam, & hoc consistit in facto,& debet cōsiderari an præcesserit culpa uel non. capit.1.§.licet.si de feudo fuerit controuersia. ubi Andr.& Bal.in uerbo periurium.Si uero allegat dubitationem in intelligentia uerborum, & tunc considerandū est an sit probabilis dubitatio, & in dubio subuenitur per l.1.ff.de edend.§.fi.& d.l.ubi exigitur.Si uero allegat ignorantiam iuris ciuilis, & tunc regulariter subuenitur, ex quo tractat de damno euitando. 1. quæstio. prima.§.notandum.in glo.38.distinctio.in summa. Et prædicta omnia puto procedere etiam in rustico, & melior & magis concludens est resolutio quā illa Cagnoli qui imperfecte loquitur sicut dixi. Concludo igitur ꝙ cum hæc lex simpliciter loquatur,compræhenditur mulier & rusticus de proprietate sermonis si dolose uersantur, quamuis aliquando possint ex ignorātia excusari per prædicta.

19 Secundo† dubitatur hic,an compræhendatur uniuersitas in hac lege ut cōtraueniens incidat in has pœnas, Et Iason hic in tertio notabili primo arguit quod nō, quia respublica æquiparatur pupillo.l.rem publicam. infra de iure reipubli.lib.12.& adulto.l.respublica.infra ex quibus caus.maior. Sed hæc lex non habet locū in pupillo uel adulto, ergo etiam nec in republica uel uniuersitate.Secundo adducebat Bal.in l. omnes populi colum.penul.uer.sed nunquid. ff. de iust. & iur.qui dicit uerbum siquis, non compræhendere uniuersitatem,quia est ficta persona.l.mortuo. ff. de fideiuss. quæ ficta persona non continetur in statuto uel lege. l. 3.§. hæc uerba.ff.de neg. gest. Tertio adducebat tex. in l. metum.§.animaduertendum.ff.quod metus causa. ubi illud edictum trahitur ad ciuitates & alias personas, quia loquitur in rem, ergo si loqueretur in personā nō compræhenderetur, sed hic loquitur in personam,ergo non trahitur ad ciuitates. Quarto facit, quia pœna priuationis non habet locum nisi in casibus expressis a iure,ut in authent.de non eligendo secū. nubentes. §. cum igitur.uer.sicut.nec lex hoc dicit. Et hanc partem tenet hic Parpalia & Aquenses,& allegant,quia uniuersitas non habet animam, ideo non potest contineri in hac lege quæ loquitur de pœna periurii quæ respicit animam.dicto capitul.cum contingat. & c.licet mulieres.de iureiuran.in sexto. Et cui non conueniunt uerba nec etiam conuenit dispositio.l.quod constitutum. ff.de milit.testamento.& l.4.§.totiens.ff.de dam.infec. Sexto allegant,quia uniuersitas non potest excommunicari quia non habet animam quæ ligatur peccato.c. romana.§.uniuersitatem.de senten.excom. in sexto. Per quam rationem idem tenet hic Alciat. in uersi. siquis.

Contrarium tamen tenet hic Iason, Primo quia hæc lex est fauorabilis quia est facta fauore animæ glo. uulgata in authen.sacramenta puberum. infra si aduer.uēdit.ergo extendi debet quamuis sit pœnalis, iuxta notata per Bart.in l.2.§.exercitus. ff.de iis qui not.infam. & l.quemadmodum.infra de agric. & censit. lib. 11. l. non fine.circa finem.inf.de bonis quæ lib.& per doct.

In l.si quis id quod.ff.de iur.omnium iudic. cum cócordantibus.Secundo facit glo.in cap.1.§.porro. quæ fuit pri.cau.benefic.amit. quæ uult dispositionem pœnalẽ & priuatiuam in uassallo extẽdi ad priuationem in domino faciente iniustitiam,ex idẽptitate rationis . Tertio ponderat tex.in l.1.2.respon.iũcta.l.nihil interest. ff.ad maced.& text.in l.item ait prætor. in prin.iũcta. l.ergo.in fi.ff.ex quib.caus.maior.& text.in c.quoniã. In uer.siquis inuentus.iũcto.c.conquest. de usur. & l. siquis id quod.cõiuncta.l.si familia.ff.de iurisd.om iud. Quæ iura allegauit etiam Felinus in ca.cum te. colum. 10.nu.16.de rescriptis.Quarto inducit,quia uniuersitas continetur appellatione personæ lato sumpto uocabulo,ut per eundem in l.fin.supra de pactis.colum.secũda.uer.septimo.Et ad contrarta respondet negando ꝙ respublica æquiparetur minori regulariter , sed solum in casibus expressis,ut per Bar.in l. 1. §. quod si nemo . ff.quod cuius.uniu.nomine.Sed per ista non sunt bene resoluta fundamenta contraria,cum non possit negari quod de proprietate sermonis uniuersitas non possit contineri sub uerbo siquis , quia ut dictum fuit, subintelligitur terminus communis homo, qui non conuenit uniuersitati quæ non est homo, sed est quædã persona repræhesentata.argum.l.3.ff.de neg. gest. Nec ẽt potest fieri extensio,quia subiecta materia non conuenit,cum periurium præsupponat animam , & animam uniuersitas non habet.d.c.romana.§.uniuersitatem.de senten.excommu.in 6.Nec etiam uere potest dici ꝙ uniuersitas iurauerit , quia fuerunt administratores qui iurauerunt,nec potuerunt hoc facere nomine uniuersitatis,nec conferre in animam uniuersitatis quàm non habet,& ideo non potest dici quod ex idemptitate rationis trahatur ad uniuersitatem , Item in uniuersitate non conuenit pœna infamiæ, cum sit persona ficta quę non recipit famam uel infamiam,nec potest committere dolum uel culpam per quam in eam incurrere possit, Et eadem ratione nec potest conuenire delictum , cum delictum præsupponat dolum uel culpam , quæ non cadit nisi secundum distinctionem Barto. in l.aut facta.§.nonnunquam.ff.de pœnis.& l.sed si ex dolo.§. municipes.ff.de dolo.facit.c.siquis.de reb. eccles. non alien.Nec etiam potest dici quod trahatur ad homines de uniuersitate,ut si uniuersitas non incurrat in periurium,saltem ipsi de uniuersitate efficiantur periuri qui repræsentant ipsam uniuersitatem,siue in quibus consistit uniuersitas,ut dicunt philosophi. & refert Bart.in d.l.aut facta.§.fin.ff.de pœnis.sicut in simili fit de interdicto quod trahitur ad ipsos de uniuersitate.c.si ciuitas. §.cum uero.de senten.excom. in 6. Nam alia ratio est in iuramento quod est personale & afficit animam & personam,& est pœna personalis, & nemo ex facto alterius debet pœna personali condemnari ad mortem æternam.d.c.romana.§.uniuersitas.Et sicut pœna periurii non trahitur ad hæredes, licet repræsentent personam, ut in auth.de iureiur.a mor.præst. §.1. quia est personale ex parte iurantis.c.ueritatis. & c. penul. de iureiur.cum ibi not.ita etiam non potest trahi ad illos de uniuersitate,licet repræsentent uniuersitatẽ, & maxime cum in uniuersitate sint pupilli & mulieres qui non se intromittunt de negotiis uniuersitatis, Et esset absurdum quod illi sine culpa sua punirentur,cum pœna teneat authores suos.l. rescriptũ. ff. de iis quibus ut indign.& in rubr.& nigro.C.ne filius pro patre . & c. crimen & c.non imputatur. 1. q. 4. Nec uidetur quod pœnæ uel periuriũ possit uerificari in ipsis administratoribus,quia plerumque ipsi administratores qui iurauerunt recesserunt ab administratione , & ad eos non pertinet cura quod adimpleatur promissio uel transactio facta ab uniuersitate, Et esset absurdũ quod ex causa alterius doli & cessationis aliorum administrãtium ipsi punirentur in animam suam sine delicto suo , & in pœnam infamiæ quæ est corporalis siue personalis,cõtra.d.c.crimen.& c.non imputantur.1.q.4.& pœna iuramenti non egreditur personam.d.c.ueritatis.& c.penul.de iureiu.& l.generaliter.& ibi not.inf.de reb. credit.cum aliis inf.allegãdis in q.seq. Et sic apparet quod fundamenta Iasonis nedum non eneruant contrariam partem , sed nec etiam concludenter probant partem suam,nam ad sua fundamenta ex prædictis patet resolutio,Quia licet hæc lex sit fauorabilis & habilis ad extensionem,tamen non oportet quod termini sint habiles,& subiecta materia conueniat,ac militet eadem ratio.Quorum nullum concurrit in uniuersitate , cum in ea non cadat periurium,nec possit esse uere dolus. dicta.l.sed si ex dolo.nec conueniat pœna infamiæ , nec delictum . Et si uerba impropriantur ratione subiectæ materiæ.l.si uno.ff.loc.& l.insulam. de præscript.uerbis.quanto magis debent retineri in propria significatione.argum.l.non aliter. ff.de leg. 3. Nec eadem ratio nedum non militat tam in uniuersitate quã in personis aliis de uniuersitate, sed etiam dispositio si extenderetur esset absurda, cum longe aliud sit damnare aliquem ex suo dolo & delicto,aliud damnare ex dolo & culpa alterius & punire corporaliter,contra. l.rescriptum.ff.de iis quibus ut indig.& l.1. C.ne filius pro patre.& c.crimen.& c.non imputatur 1.quæst.4.Et iuramentum afficit animam,quæ non potest ex culpa alterius puniri.d.c.romana.§.uniuersitatem.& c.ueritatis. & c.penultim.de iureiur.

Vnde tenenda est opinio prima , quod hæc lex non habet locum in uniuersitate.Quam conclusionem puto procedere etiam quod tota uniuersitas congregata daret authoritatem transigendi aliquibus administratoribus,& iurandi,quia non potest iurari in animã uniuersitatis quam non habet , nec etiam iuratur in animam illorum de uniuersitate in qua sunt tot pupilli & uiduæ qui non se intromittunt in negotiis , Et si iurabitur in animam concedentium potestatem pœna priuationis in eis non poterit cadere, nec ipsi semper poterunt effici periuri si alii gubernatores sunt negligentes, quia cessat dolus.Solum igitur illi de uniuersitate obligabuntur ad obseruantiam iuramenti,& ipsa uniuersitas , sed non ad pœnas periurii positas in hac lege , ut not.de hærede.in d.c.ueritatis. & in c. cum contingat. de iureiur.& in authen. sacramenta puberum . infra si aduer.uendit.

20 Et † prædicta uera sunt in uniuersitate naturali quæ continet pupillos uiduas furiosos , & naturaliter crescit & decrescit , ut sunt ciuitates & castra , Sed si esset uniuersitas artificialis,ut collegium doctorum, uniuersitas scholarium, capitula ecclesiarum collegiatarum , tunc quæstio habet maiorem difficultatem , cũ in istis uniuersitatibus plerumque omnes sint puberes,& omnes possint congregari , & iuramentum potest concipi in animam omnium de uniuersitate si dederunt potestatem transigendi & iurandi,Et sindicus potest iurare in animam hominum de uniuersitate, secundum Bald. in authen.ad hæc colum.fina.de usur.uer.quæritur. allegat.c.præsentium.de testib.in 6.ubi doctor. notant. Et procurator potest iurare in animam domini. Innocen.in c.de causis.colum.prima.ibi, procurator etiam de offic. deleg. Vel etiã possunt omnes de collegio facere actum & se obligare & iurare in animam propriã cum omnes sint doli capaces & possunt excommunicari,ut per Felinum in c. dilecta. de except. limitantem. d.capit.romana.§.uniuersitatem. Nec restituuntur in integrum, ut per Alexand. ubi dixi in l. ciuitas.ff.si certum petatur.colum.1.Cor.consi.144. colum. 3. uolu.1. & consi.184.uolum.quarto.colum.secunda.& facit gl. in clemen. unica. in uerbo censura.de usur. & per doctores in l.edita.sup.de edendo. in intellectu dictę clemen.

Sed tamen in contrarium facit,quia hæc uniuersitas non habet animam,sicut alia. l.mortuo.ff.de fideius.& non

non potest conuenire periurium, nec pœna damnationis eternæ, nec pœna infamiæ, ergo nec etiam uidetur conuenire dispositio.arg.l.quod cõstitutum.de mil.lit.testam.& l.4.§.totiens.de dam.infec. idem Iason in l.qui se patris.infra unde liberi col.pen. & ibi Dec.colum.4.& Dec.in consi. 273.col.1.Alex.consi.106. col.1.uolu.5.Felin.in c.1.de iud.& in c.nõnulli.in uer.ubi uerba legis.de rescrip.Secundo facit, quia licet omnes contrahant, tamen non contrahunt nomine proprio sed nomine uniuersitatis repræsentatæ. Similiter in istis collegiis reperiuntur sæpissime multi, qui non cõtraxerunt, cum quotidie moriantur collegiati, & alii surrogentur qui nõ fuerunt præsentes negotio, nec iurauerunt,nec in eorum animam est iuratum, & ad eos non debet trahi iuramentum, sicut nec etiam trahitur ad hæredem.d.c.ueritatis.de iure iur.& de successoribus populi dixit Card.in clem.1.§.nos.q.3. de iureiur.

Ideo ego puto etiam in istis collegiis & uniuersitatibus artificialibus fiendam esse regulam negatiuam, ꝙ in eis non habent locum pœnæ istius legis, quia uerba non dicunt,nec extensio potest fieri, cũ uerba nec pœnæ conueniant.Fallit tamen quando omnes de collegio se obligauerunt & iurauerunt, nam ipsi repræsentantes uniuersitatem efficiuntur periuri & infames, cũ ex dolo eorum non obseruetur contractus, & ipsi sint periuri non obseruando, Cum licet contractus respiciat uniuersitatem & personam repræsentatam, tamen culpa & dolus in contraueniendo committetur ab eis qui eam repræsentant, & eius negotia administrant, propter quam rationem dixi Felin. in d. c. dilecta. de exceptio.quod potest excommunicari.Et pœna priuationis conuenit uniuersitati quæ potest priuari ex negligentia administratorum. l. iubemus nullam nauem sup.de sacrosl.eccles.& per Bar.in d.l.aut facta.§.fin. ff. de pœnis. Tamen si contingat quod alii sint surrogati in locum demortuorum illi non punientur,ut per Cardi.in d.clem.1.§.nos autem.in 3.q.de iureiur.Sed pœna priuationis nihilominus habebit locum, quia maior pars præiudicat minori in ciuilibus,quamuis secus sit in pœna delictorum,ut per Bal.in l.1. per illũ text. ff.de magist.conuenie.& Dec.in c.cum omnes in 5.colum.in prima lectura.de constit.uer.nono fallit.& idẽ seruabitur in iuramento quod est personale & nõ transit ad hæredes,per not.in d.c.ueritatis. Secundo fallit quando omnes de uniuersitate dederunt potestatem contrahendi & iurandi in animam eorum, nam tunc ex isto speciali mandato ipsi uidentur iurasse & obligãtur ac si ipsi iurassent, & contraueniendo incidunt in periurium & in pœnas istius legis. arg.eor. quæ uoluit Bald.in anth.ad hæc col.fina.de usur.& in c.præsentiũ de testib.in 6.Et prædicta procedunt in omnibus collegiis ecclesiarum collegiatarum, quamuis Parpalia hic dicat contrarium, uolens quod non procedat de iure canonico,quia uerum est ex dispositione istius legis,tamen quia istę pœnæ etiam sunt impositæ de iure canonico.d.c.quærelam.& c.infames.6.q.1. ex dispositione iuris canonici effectualiter incidẽt in pœnas istius legis.

21 Tertia † est dubitatio quid in hærede,Et Cur. hic determinat hæredem non obseruantem nõ incurrere in pœnas istius legis, quia iuramentum est personale quãtum ad personam iurantis,ut nota.in d.c.ueritatis.Sed quantum ad obseruantiam ligatur iuramento, taliter quod contractus qui est nullus ex se postea ualidatus per iuramentum durat ualidus etiam post mortem cõtra hæredem qui tenetur obseruare,ut not.in auth.sacramenta puberum.infra si aduer. uendit. & in c. cum contingat.de iure iuran.& Abbas in dicto. c.ueritatis. colum.2.uer.extra glo.& Felinus ibi colum.3.& Ang. in authen.de iureiuran.a morie.præst. §.1.& Bald. in l.secunda.infra plus ualere quod agit. & Paul.de Cast. consi.65.& consil.307.& Bald. in l.secunda.infra de fruct.& lit. expens. ubi specialiter dicit quod obligatio iuramenti transit ad hæredem, licet non transeat reatus periurii. Et hæc est communis conclusio.licet Ange.consilio 333.ex themate.& Bald.in consi.67. uisis teneat quod pœnæ istæ transeunt in hæredem, quia propter contrauentionem non propter periurium pœnæ imponuntur.Et idem tenebat Cur.antiqu.quem refert Abbas.in c.fi.de foro compet.& Cur.hic. *

Pro resolutione hic Parpal.quæst.quinta considerat tres casus ut etiam refert Cagno. hic numero 100. &

22 102.cum multis sequent.†Primus casus est circa hæredem creditoris, utrum hæres creditoris possit agere contra principalem contrauenientem qui iurauerat,Et hoc potest cõtingere duobus modis, Vno modo quod contrauentio sit facta in persona creditoris,sed ipse nõ egerit ad pœnas, an suus hæres possit agere ad pœnas incursas in uita principalis creditoris, Et concludebat hic Parpal.quod possit,quem sequitur hic Cagno. Sed tamen in contrarium facit, quia ista actio est pœnalis, ideo uidetur quod non transeat ad hæredes.§.pœnales instit.de perpet.& tempor.actio.Sed illa regula procedit in hærede delinquentis, hæc quæstio est econtra de hærede actoris,nam actio pœnalis transit ad hæredes actoris,quamuis contra hęredem rei non transeat nisi post litis contestationem.§.non omnis autem.inst. de perpet.& tempor.actio.l.hæc actio.ff. de edend. & l.1.in fine.ff.si quis ius dice.non obtemp. & l. penul.in fine.ff.ne quis eum qui in ius uoc. Et tanto magis quia istæ pœnæ imponuntur ipso iure,& executio fit per legem non expectata declaratione per eum cui contrahitur,& ideo cum ius sit plene quæsitum, transit ad hęredes.l.cum hæres.ff.de diuer.& tempo.præscrip.

23 Quod † tamen limitabat hic Parpal. nisi ipse defunctus post contrauentionem aliquid recepisset pro obseruantia,quia tunc uidetur remisisse caducitatem, nec ipse principalis amplius posset agere, secundum Parpaliam hic in fine.per l.post diem.ff. de lege commissoria.& l.commissoriæ.inf.de pacti.inter empto. & uendito.& Alexand.consi.14.colum.fi.uolu.2. & Roman. consi.27.circa.finem.Paul.de Castr.consi.139. in antiquis.& Aretin.in consi.135.col.penul. & fina. & Dec. consi.185.in duabus ultimis colum. & Alciatus & Cagno.hic nu.198.qui dicit hæc esse notanda ad d.l. post diem.Tamen in proposito uidetur quod non possit allegari dicta regula.l.post diem. quia illa procedit quãdo remedia sunt contraria,& uno electo tollitur aliud l.1. C. de fur. Sed hic remedium obseruantiæ concurrit cum resolutione, ut dictum fuit, & ideo uidetur ꝙ per receptionem partis pro obseruantia non renunciauerit iuri suo.l.quidam estimauerunt.ff.si certum petatur.& maxime quia sufficit contrauentio in quolibet minimo propter uirtutem iuramenti,ut per Parpal.hic in 11.quæstione.& argum. eorum quæ ponunt Lancelot. & Aquenses in l. cũ proponas.la secunda. supra de pactis.cum multis cumulatis per Decium in ca. de appellationibus. extra de appellatió. & per Astenses in tractatu de exclusione fœminarum articulo nono. colum.penultim.& hic Cagno.nu.195. Et ideo puto hãc conclusionem procedere etiam quod in aliqua parte sit seruatum,dummodo in aliqua parte non fuerit satisfactum defuncto,quia deficiente modica re semper durat actio ad istas pœnas.ut inf. dicam. & idem uolunt docto.seruari in l.2.ff.de iur.emphit. Nisi concordando dicas,quod limitatio procedit quando non fuit facta protestatio reseruans sibi ius caducitatis,& allegata in d.l.2. procedunt facta reseruatione siue protestatione.Secundo modo potest contingere quod contrauentio sit facta in persona ipsius hæredis, & tunc concludit hic Parpal. quod hæres potest agere ad pœnas, quia iurans promisit soluere principali & eius hæredibus,ideo non obseruando est periurus, nam iuramentum ex parte illius cui iuratur est perpetuum, idest reale,

reale, quia eius uirtus transit ad hæredes. d.c.ueritatis. & ibi Abbas col.2.de iureiur. Nec obst. d. Bal. in l. sed si hac. ff. de in ius uocando, qui uoluit quod iurans soluere Titio non incidat in periurium si non soluit Sempronio cessionario creditoris, nam Bal. ibi loquitur de cessionario qui non repræsentat creditorem, & ille est successor singularis, sed nos loquimur de hærede q est successor uniuersalis. Nec distinguo an actum fuerit pro se & pro successoribus, quia si præsupponitur quod promissio sit transitoria ad hæredes, etiam iuramentū est transitorium, licet Cag. hic teneat cōtrarium & male, nam allegata per ipsum non habent locum in hærede repræsentante, sed in aliis successoribus.

24 Secundus† est principalis casus, an hæres illius qui iurauit possit conueniri ex contrauentione defuncti, & concludit hic Cagn. quod sic, excepta pœna infamiæ. per l. Gaius Seius. in fine. ff. ad silennia & per not. per Aquens. in l. 3. §. est autem. ff. quod quisque iuris. Sed in contrarium facit, quia pœnales actiones etiā pecuniariæ non transeunt ad hæredes lite non contestata. d. §. non omnis. & d. §. pœnales inst. de perpet. & tempor. action. Sed responderi potest, quod illa regula procedit in actionibus pœnalibus quæ non habent executionem ipso iure, secus autem est in pœnis quæ imponuntur ipso iure, ut in crimine lesæ maiestatis & hæresis & aliorum quæ enumerantur per glo. in §. per contrariū. inst. de hæred. quæ abintest. defer. & c. cum secundum leges. de hæretic. in 6. quæ pœnæ seu delicta non finiūtur per mortem, & non requiritur sententia condemnatoria, sed solum declaratoria, ut nota. in c. pro humani. de homic. in 6. & in d. c. cum secundum leges de hæretic. in 6. & Bar. in l. 1. ff. de priuat. delic. & infr. dicam super uerbo mox.

Vnde dicas, aut quæritur de pœna infamiæ, Et ista sine dubio non transit ad hæredes, quia pœna corporalis nunquam imponitur pro delicto alterius. l. 1. C. ne filius pro patre. & not. in d. l. Gaius. ad senat. silenn. & c. crimē. & c. turbatur. 1. q. 4. Aut uero quæritur de pœna priuationis & amissionis iurium suorum, & ista trāsit ad hæredem contrauenientis, siue sit contestata lis siue non, quia cum istæ pœnæ imponantur ipso iure statim facta contrauentione, ut probatur in uer. mox priuatus. & ibi dicemus, ideo non extinguuntur per mortem per d. l. Gaius. & not. per Aquens. in d. l. 3. §. hæc autem. ff. quod quisque iuris. & §. per contrarium. instit. de hæred. quæ abintest. defer. & l. post contractum. ff. de donat. Si uero pœna conuentionalis & data consistunt in quantitate in qua ipso iure non potest trāsferri dominium ut inf. dixi super glo. mox. & tunc non trāsibit ad hæredes nisi lite contestata. per. d. §. pœnales.

25 Tertius† est casus, quando hæres ipse contrauenit an * incidat in has pœnas, Et in hoc communis est conclusio quod hæres non incidat, quia ipse non iurauit, & per iuramentum defuncti hæres nō efficitur periurus, quia iuramentum est personale ex parte iurantis, ut nota. in d. c. ueritas. & ibi Abbas col. 2. Sed contrarium tenuit Paul. de Cast. & Ange. in consi. 333. sup. relato, qa cum defunctus censeatur eadem persona cum hærede uidetur iurasse etiam pro hærede suo. Sed hoc fundamentum parum stringit, qui ad pœnam periurii requiritur iuramentum uerum non autem fictum, & in foro conscientiæ non attenduntur fictiones. Ioan. Andr. in c. quamquam de usur. in 6. Socin. in l. Gallus. ff. de libe. & posthu. col. 2. Et ex iuramento alterius uel facto nō imponuntur aliis pœnæ spirituales. c. turbatur. 1. q. 4. & per Felin. in d. c. cum sit generale. de foro compet. & Guido papa in q. 44. Cor. consi. 217. col. 2. uol. 3. Secundo mouetur Pau. de Castr. in d. consil. 66. colu. 2. in antiquis. Quia cum ipse contractus & obligatio transeat ad hæredes, ut omnes concludunt, eodem modo etiam & iuramentum transit tamquam sequella & accessorium. reg. accessorium. de regu. iur. in 6. Sed respōdetur quod illa regula non habet locum in personalibus, quia personalia nullo modo transeunt ad hæredes. l. maritum. & ibi not. ff. solut. matri. Tertio inducitur, quod hæres adeundo hæreditatem dicitur consentire. §. hæres quoque. insti. de obli. quæ ex consensu nasc. & ideo tamquam consentiens ex facto suo uidetur obligari iuramento. arg. l. si duo. in fine. ff. de acquir. hęred. Sed responderi potest, quod licet hęres consentiat obligationi & teneatur seruare, tamen non dicitur iurare, neque ipse contemnere Deum, ergo ipse non debet incidere in pœnas neque in periurium cum sit personale.

Et ideo tenenda est communis opinio, quod iuramētum transit ad hæredes respectu obseruantiæ contractus & firmitatis inductæ, sed non transit quantum ad pœnas periurii ut per docto. in d. locis, Et ideo sequitur, quod nec etiam opus est absolutione si uult contrauenire, ut per Felin. in d. c. cum sit generale. & Parpal. in princip. quintæ quæstion. & Filippum francum in c. fin. de foro compet. in 6. & Cagno. hic nu. 106. Item hęres non potest trahi ad iudicem ecclesiasticum tanquā causa iuramenti sit spiritualis, iuxta. c. fi. de foro cōpet. in 6. quamuis ipse principalis possit, ut infr. dicam nu. 101. Et cum iuramentum inducat priuationem ipso iure, ut inf. dicam. infertur in practica unum notabile, ꝙ hæc exceptio. tu nō obseruasti & priuatus es iure tuo, potest opponi etiam lite contestata, quia secundū Anton. de Butrio in d. c. intelleximus cum ista exceptio sit exceptio carentiæ actionis seu litis finitæ, sequitur ꝙ est exceptio peremptoria, & potest opponi ante litis contestationem ad finem repellēdi processum, & post litis contestationem ad finem decidendi, & in meritis causæ. c. 1. de litis contest. in 6. & ibi not. Et potest repelli per iudicem ex officio a limine iudicii etiam non petente parte. ut per Bar. & docto. in l. ubi pactum, sup. * eod. Et si tenemus communem opinionem, quod periurus semper repellatur ab illa actione etiam quod nō sit priuatus, tunc dicendum est ut per docto. in c. dilecti. & c. cum intra. de exceptio.

26 Quarta† dubitatio est, quid de reo, an si reus non obseruat habeant locum pœnæ istius legis. Glo. in uerbo consecutus. extendit istam legem ad reū in pœnis quæ possunt conuenire, & idem tenet Bar. in pen. q. & se- * quuntur cōmuniter doct. quia iste text. nō facit uim in actore uel reo, nec eos nominat, sed solum in eo qui cōtrauenit & non obseruauit pactionem & qui iurauit, quæ uerba æqualiter conueniunt tam actori quā reo. Item uerbum emolumentum, dicitur conuenire, cum reus etiam possit priuari emolumento quod posset cōsequi ex illo contractu. Item uerbum, actione, cum actio ex contractu correspectiuo acquiratur actori & reo, Et actio primeua etiam possit conuenire, cum nō inconueniat quod reus in lite utatur exceptione, tamē etiam habeat actionem, cum qui habet exceptionem habeat aliquando proprie actionem. l. 1. §. 1. ff. de superficie. Similiter conuenit uerbum iurauit, & uerbū proprietate careat, & etiam conuenit pœna infamiæ. Cum igitur omnia ista uerba conueniāt, ergo & dispositio conuenire debet arg. a contrario. l. quod constitutum. ff. de mil. test. & §. 1. insti. ui. bono. rapto. & ita tenent communiter docto. ut hic per Cur. iunio. nume. 28. qui addit ꝙ actor & reus sunt correlatiua, & reus in exceptione est actor. l. 1. ff. de excep.

17 Quinta† dubitatio est, utrum remedium istius legis, transeat in singularem successorem si facta sit transactio ut reus retineret fundum & postea certo tempore daret centum, facta transactione ante tempus dandi centum uendidit fundum, & postea non obseruauit, & sic propter periurium priuatus fuit iure suo & re ipsa quæ applicatur actori, per legem nostram, an possit agi contra tertium possessorem retinentem fundum, an potius agatur ad pretium. Et Curt. hic determinat quod

quod solum agatur ad pretium, & nō possit agi ad fundum. quia remedium istius legis est personale, non autem in rem scriptum & succedit regula. l. 1. §. si hæres percepto. ff. ad trebel. & l. pen. de acti. & oblig. ubi tex. ad literam. Et facit lex cū precibus. infra de rer. perm. & l. dolus. inf. de rescind. uend. & lex fin. ff. de pactis. Et hoc etiam tenet hic Parpal. q. 4. & allegat Alexan. in consi. 92. colu. 2. uolu. 1. & hanc partem etiam sequitur Iason in fine. 4. notab. & Alcia. in uerbo emolumento. dummodo non fiat in fraudem, quia tunc daretur remedium. §. siquis in fraudem. insti. de actio. Sed Cagn. nu. 111. & 112. tenet contrarium, quia cum ipso iure fiat priuatio per istum text. ergo non potuit in alium transferre dominium, & primus cui dominium erat applicatum agere poterit, in cuius præiudicium non potuit alienare. Bar. in l. diem. ff. de acq. plu. arc. & Bal. in l. 1. q. 13. inf. de rescind. uend. & Bal. uolu. 3. & Dec. in consi. 239. col. fina. per quæ patet responsio ad contraria, quia non procedunt in eo qui alienando priuatur dominio, Sed tamen quia præsuppositum Cagn. est, quod uendendo priuetur dominio, & incidat in periurium, quod non est regulariter uerum, Ideo pro decisione, consideranda est forma cōtractus; Nam si promisit nemini uendere nisi transigenti, & iurasset, & postea uendidit alteri, tunc, quia uendendo priuaretur dominio propter periurium ex dispositione legis nostræ, & non transferretur dominium in secūdum, & per consequens ille secundus posidens poterit conueniri actione reali, Et hoc casu posset procedere opinio Cagno. quia statim quod incipit uendere priuatur dominio, sicut qui promittit non petere interpellando iudicem uel porrigendo preces dicitur cōtrauenire & priuatur dominio ipso iure, & si post contrauentionem alienaret, non posset transferre dominium quod non haberet, Sed si non promisisset uendere alteri quando transigebat, tunc uendendo non incidit in aliquod periurium, nec dicitur tunc contrauenire. l. is cui. ff. de actio. & oblig. ideo potest transferre dominiū interim, & si postea eueniente tempore non adimplet & fit periurus, non poterit agi contra tertium possessorem actione reali qui dominus est & habet iustum titulum a domino. iux. l. 1. §. hæres percepto. ff. ad trebel. & l. quotiens. inf. de rei uendic. Et hoc modo intelligi debet Ias. inf. in 4. notab. dum allegat Imol. in ca. cum contingat. de iureiu. col. 84. nu. 85. uers. & adde. qui dixit quod licet uendens rem duobus puniri debeat pœna falsi, tamen si uendidit primo cum iuramento, & postea uendidit secundo, & tradidit, præfertur ille secundus in dominio, & ille primus non habet actionem cōtra secundum, sed debet agere ad pretium contra eum qui uendidit, & contrauenit, per istum text. Nam dictū Imol. procedit quando ille uendens primo nō promisisset uendere alteri cum iuramento, secus si promisisset non uendere alteri, quia uendendo priuaretur dominio, & non posset transferre dominium in secundū, per prædicta.

28 Secundo principaliter uidendum est, in quibus contractibus procedat ista. l. & omnes conueniunt quod habet locum in transactione de qua loquitur. Sed dubium est an habeat locum in aliis contractibus. Bal. hic Alex. & Ias. tenent quod habeat locum in omnibus cōtractibus, quia tex. dicit pacta uel transactiones, & dictio uel, ponitur inter diuersa, ut not. in rubr. sup. de iur. & fact. ign. & pactum comprahendit omnes cōtractus tam nominatos & simplices & correspectiuos. l. 1. ff. de pactis. & dixi in rubr. & l. petens. sup. de pact. Sequitur Alex. consi. 116. alias 118. magnifice prætor. col. 6. uolu. 3. & Aquens. hic col. 2. Anton. de Alex. hic Imola in l. si insulam. in 6. fallentia. ff. de uerbo. oblig. Rapha. Salic. Cur. antiq. nu. 14. & Cur. iun. col. pen. nu. 30. Et dicit hanc esse communem opinionem. Et Cor. late in cōsi. 246. & 265. uol. 3. & Cagn. hic num. 43. cum quatuor seq. Et pro ista opinione facit ratio quam allegaui sup. & comprobaui, quod hæc lex est fauorabilis, & ideo extendenda. arg. l. cum quidam. ff. de lib. & posth. glo. in l. 3. §. contrarium. ff. de contrar. iudi. tutel. & in auth. sacramenta puber. inf. si adu. uend. & licet multi hoc dictum repræhendant, tamé ego sup. comprobaui & est commune.

Secundo facit ut per Parpal. quia ratio istius. l. est generalis, & licet dictum sit speciale, extenditur dictum per rationem. l. cum pater. § dulcissimis. ff. de leg. 2. & l. regula. §. licet. ff. de iur. & fac. ignoran. Sed hæc ratio periurii & religionis est generalis. c. licet mulieres de iure iu. in 6. & c. cum contingat. de iureiu. c. quamuis. de pactis in 6. ergo dictum ampliari debet. facit quod uoluit Dec. consi. 51. col. 2. & 3. c. at si clerici. col. pen. §. de adulteriis. extr. de iud. Sed contrariam opinionem tenuit idem Parpal. hic & Rimin. uolentes quod hæc lex intelligatur solum de transactione uel alia pactione facta super lite, cum uerbum pactum, hic positum fuerit ad differentiam pacti non gratuiti, sicut dicitur in l. trāsigere. & in rubr. sup. de transact. Et hoc suadet materia tituli. arg. l. imperatores. §. fin. ff. de in diem adiec. & gl. in l. fi. §. idem quæsiit. ff. de condi. indebi. & uidetur esse de mente Bar. hic in fine. qui intelligit in omnibus pactis, non autem dicit omnibus contractibus. Secūdo suadetur ex natura dispositionis, quæ cum sit pœnalis & odiosa non debet extendi. c. odia. de reg. iur. in 6. Et tanto magis quia trāsactio hic capitur in specie, & una pars alternatiuę declarat alteram. l. 1. ff. de reb. dub. & l. utrum. ff. de pet. hæred. Tertio confirmatur, quia in transactione & pacto per quod receditur a lite militat specialis ratio ut sit litium finis. c. finem litibus. de dolo & contum. & in ea non habet locum pœnitentia. l. fratris. & l. quamuis sup. eo. Quarto suadetur, quia hæc lex sæpius repetit pactum declarans intentionem suā, quod intelligit de pacto non de aliis contractibus. arg. not. per glo. in clemen. 1. in uerbo diocesani. de iure patron. & Ias. in l. si constante. col. 14. uer. quarto limita. ff. sol. matr. Et hanc opinionem seq. hic Alcia. & cōprobat, quia tex. dicit data restitui. quæ uerba conueniunt transactioni tantum & pacto de re liquida non gratuito, cum si esset pactum in genere etiam sine aliqua re data procederet. Item secundum eum nomen transactionis alias fuisset superfluum, cum potuisset cōtineri sub generali nomine pacti. Tertio adducit, quia disiunctiua est posita inter genus & speciem, quod non fit nisi ex improprietate, & exponitur pro idest, ut per glo. in l. 2. ff. ad l. aquil. Quarto confirmat per l. pen. in fr. de dig. ubi dicitur quod illustris promittens sistere se in iudicio, & iurauit se ita facturum, si negligit, non incidit in periurium nec in pœnas istius legis, quāuis esset offensa pars, & læsa maiestas diuina, & potuisset renuntiare priuilegio suo. arg. l. eum qui. ff. de iureiur. Et ita residet ipse.

Sed ego puto non esse recedendum a communi opinione, quod immo habeat locum hæc lex in omnibus contractibus, propter uerbum pactum, sæpius repetitum quod sui natura compræhendit omnes cōtractus, ut not. in rubri. sup. de pact. Et necessario hic capitur in genere, cum si intelligeretur in specie prout dicit Alcia. quando pactum fit super re liquida non conueniret transactioni in aliis locis in quibus repetitur, & sic remaneret lex manca & imperfecta, & non potest assignari ratio quare magis uoluerit inducere hoc in pacto facto super re liquida quod distinguitur specie a transactione quam in aliis contractibus, Nec potest dici q. compræhēdat pactum gratuitum super lite, quia uerbum data, non conuenit, si pro illo hoc uerbum deberet capi in specie, quia illud est gratuitum & nō conuenit uerbum data, Et sic patet quod nulla potest adduci coniectura quod uerbum pactum, captum fuerit in specie. Vnde dicendum est quod capitur in genere, put suadet

suadet ratio alternatiuæ quæ potest poni inter genus & speciem. Et trãsactio in specie exprimitur ne uideatnr neglecta, & fuit causa impulsiua faciendi istam, l. argu. l. item apud Labeonem. §. 1. ff. de iniur. cum sit situata in hoc titu. Suadetur etiam hæc interpretatio, quia in duobus locis nominatur pactum & transactio, & postea nominatur pactum, ergo capitur in genere, cum alias dicta in fine non conuenirent principio. Et hæc interpretatio confirmatur, quia est materia fauorabilis, & pœnæ periurii uere habent locum in aliis contractibus fauore animæ. c. licet mulieres. & c. cum contingat. & d. c. quamuis. & in eis priuatio inducitur. Secundo pro ista parte facit tex. in d. l. quotiens. infr. de dig. lib. 12. & secundum intellectum quem infra ponam super glo. nam ibi uerum est quod in causa criminali efficitur periurus in alio contractu. Tertio facit. d. c. quærelam. de iureiur. ubi in contractu emphiteot. inducuntur. d. pœnæ huius legis. Et per hæc patet responsio ad allegata incontrarium in duobus primis fundamentis, quia falsa sunt. Non obst. quod nõ militat ratio minuẽdarum litium, quia nec etiam procederet quando esset facta pactio super re liquida. Et formalius respondendo dicitur quod non interest, quia sufficit quod militet ratio fauoris animæ & religionis seruandæ & euitandi contemptum Dei quæ fuit finalis. Transactio autẽ fuit causa impulsiua ad faciendum istam. l. propter frequentiam inobseruantiæ, sed ratio finalis fuit contenptur Dei & fauor animæ, & quod firmitas sit in negotiis, propter quæ hæc lex est fauorabilis ut supr. dixi in 3. q. Item prædicta ratio procederet quando tractaretur de extensione, sed hic non tractatur de extensione sed de compræhensione, quo casu terminus generalis generaliter intelligitur ut compræhendat omnes casus contentos sub generalitate uerborum, etiam quod maior ratio militet in uno quam in alio. l. 1. §. quod autem. ff. de aleat. & Dec. in l. 1. sup. de edendo ubi dixi. Non obst. quod transactionis nomen esset superfluum ut dicebat Alciat. quia immo fuit necessaria expressio ne uideretur neglecta, cum fuerit causa impulsiua faciendi hanc legem, & posita fuerit lex ista in titulo de transact. argu. d. l. item apud Labeonem. de iniur. §. 1. Nõ obst. quod natura alternatiuæ sit exponi pro idest, & sic duo trahere ad unum, quia illud est ex improprietate uerborum quando aliter non potest intelligi, sed si proprie potest intelligi, non est recedendum a proprietate, per l. non aliter. ff. de leg. 3. Non obst. l. penul. inf. de dign. quia in 2. responso probat contrarium ut sup. dixi. & in 1. responso ratio est quia ibi promissio erat facta ex iussu iudicis, quo casu non habent locum pœnæ istius legis, ut patet ibi, nullo cogente imperio, & de ratione diuersitatis inf. dicam. Et ex prædictis inferebat Mathesil. in no. suo. 51. alias 50. de quo inf. dicã declarando illud notabile.

29 Secundo † infertur ad quæst. de emphyteota qui cessauit soluere unicam pensionem, nam licet de iure cõmuni non possit expelli quia requiritur cessatio biennii. l. 1. C. de iure emphi. tamen dubium est an possit expelli stante iuramento. & Alex. in consi. 72. non puto uel. 1. dicit quod potest expelli, quia priuatur iure suo & omni emolumento contractus. & allegat. c. quærelã de iureiur. & Bal. ibi in fine. qui not. illum text. dicens quod in iuramento non intelligitur repetita clausula si non soluerit per biennium. Et sequitur ibi Felin. dicẽs aureum dictum. & Iason. hic in 4. notab. asserens se in l. 2. C. de iure emphy. tenuisse contrarium & male. Inferens statuta disponentia, quod quis non possit cadere a iure suo emphyteotico per nõ solutionem canonis, intelligi debere quando non est appositum iuramentum, nam eo apposito, per solam primam cessationem cadit a iure suo, per istum tex. Et sequutus fuit Curt. antiq. nu. 16. & 17. & iunior nume. 30. & Bal. in margarita sua in uerbo emphyteota. Felin. in d. c. quærelam. col. 3. & Baueria in tractatu de iuram. in 10. cas. Thom. Brixien. in cautela. 20. & Ripa in c. 2. nu. 20. de rescrip. Et sequitur hic Cagno. nume. 51. & 52. & respondet ad l. fin. inf. de non nume. pecu. quod loquitur quantum ad conditionem consensus, non quantum ad alias naturas cõtractus, ut dixit Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. in 8. membro & Iason in l. si insulam. col. antepen. ff. de uerb. oblig. Vel responderi potest ut per Dec. in consil. 240. & Cors. in rub. de iureiu. & Socin. in l. frater a fratre. col. pen. ff. de condic. indebiti. Sed idemmet Curt. antiq. nu. 17. & Iason sibi contrarius col. 15. q. 9. in d. l. 2. de iure emph. tenuerunt contrarium, quod immo nõ obst. iuramento non cadat a iure suo, quia non est periurus nisi cessauerit per biennium in emphyteosi ecclesiastica. c. potuit. extra locat. & in prophana per triennium. l. 2. inf. de iur. emph. & auth. qui rẽ. sup. de sacrosan. eccles. quia cum hæc sit natura contractus ut nõ cadat nisi per biennium uel triennium, In iuramento uidetur esse apposita illa clausula, ut non cadat nisi per cessationem illius temporis. arg. l. fi. C. de non nu. pec. l. fi. ff. qui satisd. cog. & l. fi. ff. ad munic. & per Bart. in l. duo societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & per Bal. in c. literæ. de dilation. & per consequens non dicitur periurus nisi cessauerit per biennium, uel triẽnium & non cadit a iure suo. Et dicit hic Cur. antiq. quod licet legendo tenuerit aliam partem, tamen nunc sibi placet hæc secunda opinio in emphyteosi non in alio contractu locationis, quia in emphyteosi hæc natura imposita fuit a lege. l. 1. & 2. inf. de iure emphy. & §. adeo. Instit. locati. Et approbat Alcia. hic in finalibus uerbis super uerbo pacta. Et pro ista opinione facit tex. in d. §. adeo. insti. loca. qui ponendo naturam contractus dicit quod omnia pacta sunt naturalia contractus, & si nihil dictum fuit, intelligatur conuentum quod legibus est dispositum, per. d. l. 1. & 2. infr. de iur. emphyt. quæ dicit quod illud pactum subintelligitur. Secundo facit, quia in emphyteosi duæ sunt conuentiones, una de soluẽdo canonem, alia quod cadat a iure suo per cessationem, & si particulariter non est appositum, præsumitur appositum, ut dixi, ergo quando iurauit duo iurauit scilicet soluere canonem, & etiam secundũ quod cadat a iure suo per cessationem biennii uel triennii, ergo recessum est a lege nostra circa modum caducitatis, & per consequens non habebũt locum pœnæ istius legis, quia prouisio hominis facit cessare prouisionẽ legis. l. fi. C. de pact. conuent. Item hoc pactum solitũ est apponi, ergo uidetur appositum. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de edil. edicto. & l. uel uniuersorum. ff. de pign. actio. l. damni infecti quidam. in princ. ff. de dam. infecto. & secundum consuetudinem regionis cõtractus uidentur facti. l. prius. §. 1. ff. de aqua plu. arcẽ. & not. per Bar. in l. cum quid. ff. si cer. pet. colu. penult. uer. qualiter autem probabitur actum. & ibi notãt omnes. Et iuramentum recipit omnes qualitates quæ tacite intelliguntur in contractu, ut per Deciũ. in l. si quis hæredem, nu. 6. inf. de insti. & substit. & l. 2. §. creditũ. numero 38. ff. si cer. peta. & l. quod te. numero 44. eo. titu. ubi ponit multa exempla. Per quæ patet responsum ad resolutionem datam ad d. l. fi. C. de non num. pecu. uolentium quod illa loquatur quando est defectus cõsensus, quia & in hoc casu est defectus consensus, cũ tacite actum fuerit ut non aliter cadat, Sicut etiam est in l. item quia. §. 1. ff. de pactis. tamen expresse actum est inter partes ut non cadat a iure suo nisi per biennium uel triennium, tunc omnes conueniunt quod iurans non cadat nisi per illud tempus ut hic per Cur. iun. nume. 30. qui allegat doctrinã Bal. in c. cum accessissent de consti. & quia partes expresse ita egerunt & recesserunt a pœnis legalibus, arg. l. fi. inf. de pactis conuẽtis. Et ita uidi de facto obseruari in curia romana in causa cuiusdam ingeniosi iuuenis qui conduxerat emphyteosim in qua primus emphyteota in contractu iurato cessauerat

sauerat a solutione canonis per unum annum & fuit ille conductor nouus condemnatus in expensis, & amisit maiorem partem bonorum suorum, Unde tutius est apponere expresse illud pactum, ut obseruat cōmunis practica.

30 Nunquid † autem emphyteota cessans in solutione priuetur iure melioramentorum, ponit hic Cag. & concludit quod sic, apposito iuramento, & bene, Et faciunt dicta per Dec. in consi. 142. Et Pau. de Cast. in consilio 139. primo uidendum est consi. 324. uiso puncto. in antiquis & per omnes in d. l. 2. de iur. emphit. Fallit tamē quando res ab initio fuisset supposita pro certo pretio alicui ecclesiæ, & postea recepta in emphyteosim ab eodem qui supposuit eam, quia tunc non cadit nisi pro rata numorum acceptorum, ita decisum fuit in consilio Neapol. ut refert Afflic. in decisione. 80. & uidi in regno obseruari, & nunquam potui obtinere contrariū, allegando totam massam docto. tenentium ꝙ cadat in totum a iure suo.

31 Et ex † prædictis inferebat Iason, quod si statutū disponat certo modo cessantē soluere cadere a iure suo, quod tale statutum intelligetur procedere quando nō est appositum iuramentum, nam si erit appositum iuramentum, cadit secundum formam istius legis, Et sequitur Bologn. consilio 31. Alexand. in consilio 27. uolumi. primo. & consilio 37. colum. 5. uolumi. 2. Brixiens. in cautela. 20. & Iaso. in l. fin. ff. qui satisd. cogan. ubi etiam comprobat tribus mediis. Quod intelligitur procedere etiam quod statutum faceret mentionem de iuramento, quia nō obstante statuto seruaretur lex nostra circa istos effectus iuramenti. & d. c. quærelam, quarum rerum spiritualium, ut per doct. in d. locis. per nota. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. Nisi apponeretur clausula, quod iuramentum metu extortum fuisse præsumeretur, uel allegaret aliam causam probabilem ad euitādum periculum peccati, ut per Abba. & Imol. in c. cum contingat. de iureiur. post Barto. in l. omnes populi. in 4. q. tertiæ quæstionis principalis, de iust. & iure. & per omnes in c. fin. de consuet. Et quando in statuto est apposita illa clausula, quod præsumatur metu extortum tanto fortius impeditur uirtus iuramenti si interuenit authoritas superioris sedis apostolicæ. ut ꝑ Dec. in consi. 112. & Brunum consi. 46. Felin. c. constitutus. col. 9. uers. generaliter autem. extra de rescriptis. & in c. 2. colum. 9. de sponsalibus. & Dec. in consil. 141. in limitatione. c. supra eo. de transact. & hic per Cagno. Sed tanta consideratio non est necessaria in proposito statuti de quo per Iasonem, Nam illud procederet quā do contrahentes conuenissent ut alio modo quam dicatur per statutum cadant a iure suo & iurasent, nam ad tollendum uirtutem iuramēti essent necessaria prædicta, sed quādo statutum dicit quod certo modo quis cadat a iure suo, ego puto quod statutum procedat, etiam quod in contractu sit appositum iuramentum, & statutum nihil dicat de iuramento. Cum siquis iurauit soluere pecuniam uel canonem & non faciat mentionem de caducitate uidentur tunc partes conuenire ut cadat a iure secundum formam statuti, sicut expresse dicitur in d. l. 2. C. de iure emphit. & contrahentes uidentur agere ea quæ mandat lex seruari, & quæ facta sunt naturalia contractus per statutum. arg. not. in d. l. cum quid. ff. si cer. pet. cum aliis supra allegatis. Et ideo dicunt docto. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. ꝙ testator substituendo filios suos & filias uidetur substituere secundum ordinem succedendi datum a lege, & sequitur Dec. in l. 1. supra de pact. in ultimo notabili in q. quando testator substituit filios masculos.

32 Secundo † etiam principaliter ex prædicta conclusione, quod hæc lex habeat locum in omnibus contractibus, inferebat Mathesila. in notabili suo 51. alias 50. in impres. parua fol. 85. quod siquis uendidit fundum & promisit de euictione & non tradidit & emptor soluit partem pretii & aliam partem promisit soluere alio tēpore, si nō soluit incidit in pœnam istius legis, & ideo priuatur actione quā habebat ad fundum, & etiam priuatur actione quam habebat pro euictione, quia carere debet omni emolumento, per istum tex. Sed hæc decisio Mathesil. est ualde rigorosa, Et eam repræhendit hic Alciatus per generalem rationem, quia alii contractus non continentur sub dispositione istius legis, Et etiam in uer. emolumentum dicit quod exemplū de euictione non est bonum, quia non est proprie emolumentum. Præterea ultra Alcia. decis. Mathesil. non uidetur procedere, quia si uenditor non tradidit fundū ipse non adimpleuit pro parte sua & ipse est in mora, ergo non potest alios constituere in mora, ut dixi in l. siue apud acta. sup. eod. nam ipse non posset agere nisi offerat. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. Unde solum uidetur posse poni exemplum quando tradidit fundum, uel expresse actum fuit quod teneatur tradere post receptionem totius pretii. Finaliter tamen dictum Math. potest procedere, quia si diuiditur contractus ut dixi in præmissis, emptor habet pretium actione ex contractu uenditionis, Et si resoluitur contractus, non datur sibi actio ad pretium neque ad euictionem, quia tota illa pars est resoluta, Et ideo ille uenditor retinebit libere partem pretii & rem ipsam si posidet, & si non posidet poterit condicere simul cum aliis emolumentis, Quod est ualde notandum, quia illud dictum est cōmuniter approbatum, licet uideatur ualde durum. Et solum potest temperari cum facultate concessa ad purgandum moram, Quæ etiam est debilis temperatio, cū purgatio moræ non permittatur quando lex facit executionem statim commissa mora, prout hic, quia l. facit executionem statim commissa contrauentione per uerbum mox, ut inf. dicetur super Gloss. mox. Item potest temperari quando interuenit dolus uel lata culpa in non tradendo cum haberet facultatem soluendi, nā si difficultas impediret quæ non est causata ex dolo uel lata culpa sua, tunc non efficeretur periurus, ut dicunt doct. in l. quod te. ff. si cer. pet. in illa quæst. an difficultas excuset a mora debitorem qnantitatis, per nota. in c. breui. de iur. iur. & d. c. quærellam. iuncto text. in ca. 1. §. licet. si de feu. fuer. controu. inter dom. & agnat. Et quia etiam raro contingit quod quis nō incidat in difficultatem sine culpa sua. Ideo practica in regno induxit quod quis semper possit purgare moram si in termino citationis compareat cnm saculo paratus, nam tūc euitabit omnes pœnas periurii soluendo secundū formam ritus, Et etiam ubique receptum est ex æquitate si est mora modici interualli sine interesse partis quod possit purgari ad euitandum pœnas periurii, quasi cesset dolus uel lata culpa. & infr. etiam repetam. argum. cap. potuit de locato. & l. & si post tres. ff. qui satisda. cogan.

33 Tertio † etiam ex prædictis infertur secundum Caccialupum in tracta. de transaction. q. 15. quod si quis ꝓmisit soluere centum ducatos in decem terminis & iurauit, si cessat soluere in primo uel secundo termino potest tunc conueniri ad integra centum, quia propter ꝑiurium priuatur iure suo, & non potest amplius allegare conuentionem dilationis datæ, per istum tex. Et sequitur Brunus consi. 46. Brixiens. in cau. 20. Et Alciat. hic in uerbo emolumento. quidquid dicat Cur. in l. lecta. col. 7. ff. si cer. pet. & in practica ubique & quotidie obseruatur. Fallit tamen nisi per statutum alia requisita adderentur ad priuationem iurium suorum, & haberet probabilem causam & primordiū ueritatis in causa allegata, secundum notata per Imolam & Abbatem in c. cum contingat. de iureiu. col. 35. nume. 34. uer. circa primum uariat aliqualiter per tres colum. & sup. dixi. & limita & declara ut ibi distinxi ultra alios.

34 Subdebat † etiam Iason hic, quod dispositio & pœna priua-

priuationis istius legis non habet locum in eo qui promisit uendere cum iuramento,& postea contra conuentionem alteri uendidit & tradidit, quia non priuatur dominio quod non posit in secundum per traditioné transferre, allegat no. in c. super literis. de sponsa. Et Imol.in c.cum contingat.col.83.num.85.uer. & adde de iureiu.ubi dixit quod licet uendendo rem duobus incidat in pœnam falsi, tamen præfertur secundus si ei tradidit.per l.quotiens.inf.de rei uendica. & si nemini tradidit & concurrant, præfertur primus. Sed tamen ut ex lectura eius apparet, loquitur Imola in alio casu scilicet in eo qui uendidit primo & non tradidit, & postea uendidit secundo & tradidit, Sed Iason loquitur in eo qui promisit uendere primo cum iuramento, & postea uendidit alteri,& isti casus sunt diuersi, cũ quando promisit uendere Titio,promisit non uendere alteri tacite, ideo uendendo dicitur contrauenire directo uenditioni,sed quando uendidit alteri & non tradidit non dicitur promittere non uendere alteri, & uendendo non incidit in periurium,quia de hoc non faciendo non iurauit, sed solum per indirectum impeditur non tradere, & re em endo adhuc posset adimplere, & per consequens non erit priuatus dominio, & tradendo secundo emptori potest tranferre dominium, & succedit.d.l.quotiens.inf.de rei uendic. Et sic opinio Iasonis non probat ur ex doctrina per eum allegata quæ uera est in se,sed pcedit in aliis terminis ut dixi, & ideo Iaso.in d.l.quo tiens.uariauit.& Parpalia hic colu. 16. Item alia ratio assignata per Iasoné quod per promissionem de uer d endo non transferatur ius in re, non concludit,qui a ad incurrendum pœnas periurii nõ est necessarium q a. lius habeat ius in re, sed sufficit ꝙ non obseruetur pr or nissio, uel aliquo ex modis hic positis contrauenia ur.

Vnde in q.Ia sonis de eo qui promisit uendere uni ré cum iuramen to an alteri uendendo incidat in pœnas istius legis,ui s tota stat in uerbo non obseruando posito hic in text u quomodo intelligatur.Et uidetur dicendum quod a lt eri uendendo dicatur non obseruasse etiam antequ a n tradat.arg.istius tex.qui uult quod sola interpellati o indicis & porrectio libelli ad principé faciat iurant em incidere in periurium & priuari, Sed incontrari ur n facit,quia dolus commissus ante tempus non facit in c idere in moram nec contrauenire, etiã faciendo quo d non habeat rem in potestate. l. is qui ex stipulatu.ff. de action.& oblig.& l.uenditor hæreditatis.2.§.1.ff. de hœredit.uel actione uendit. & dixi in l. quod te.in 2.notab.declarando tex.in l.1.§.si rem. ff. deposit. & in 4. notab. concludendo quod per dolum adhibitum in faciendo quominus habeat in potestate non incidi t debitor tunc in moram, sed tunc incidit quando adueniente tempore non adimplet, quia non potest allegare difficultatem, Et ita uidetur quod alteri uendendo nec etiam dicitur contrauenire, & tunc non incidat in periurium, quia promittendo uendere uni necessario non promittit uendere alteri, sed solum illi uendere se obligat, Et ideo oportet distinguere an ille fuerit in mora uendendi,& tunc tanquam præcise obligatus alteri uendendo dicitur contrauenire,sed si non fuit in mora alteri uendendo directo non dicitur tunc contrauenire, nec tunc dicitur non obseruare,sed quando euenit tempus per d.l.is qui ex stipulatu.de actio. & oblig. & l.uenditor hæreditatis. §. 1. de hæredit.uel actio.uendit.Sed si promisisset non uendere alteri expresse, tunc res clara esset quod uendendo incideret in periurium & priuaretur ante uenditionem, & in secundum non posset transferri dominium per istum textum, & ideo posset conueniri secundus a primo rei uendicatione, Sed in primo casu oporteret agere contra debitorem ad pretium,ut inf. dicam in q. an hoc remedium transeat in singularem successorem.

35 Sed† aliud necessarium dubiũ est, an hæc lex & eius materia procedat in eo qui fecit contractum inualidũ qui tamen apposito iuramento ualidatus fuit in casu permisso a lege uel statuto,ut in c.cum contingat. de iureiu.& c.licet mulieres de iureiu.in 6.& c.quamuis. de pact.in 6.& auth.sacramenta inf. si aduersus uenditionem.Glo.1.hic uidetur sentire quod non, & eam ponderat hic Curt.antiq.nu.50.uer.tenetis.Et allegat Pau. de Cast.hic.& in l.si ex falsis.inf.eo.super glo.in uerbo præcipimus. ibi, uel dic quia non est contractus uerus sed fictus.arg.l.3.§.hæc uerba.ff.de neg.gest.& eorum quæ dicuntur infr.super glo.1.Et ad contrarium,quod iuramentum ualidat contractum, respondet quod licet ualidet contractum tamen non potest facere quod iurans incidat in pœnas istius legis quæ loquitur de contractu uero ne concurrant duo specialia regulariter prohibita,contra not.in l.1.C.de dot.promis.& facit dictum Bal.in l.2.sup.de episc.& cler. Sed postea ipsemet Cur.dicit opinionem dubitabilem, quia cum cõtractus sit confirmatus per iuramentum dicitur esse uerus contractus & remanet ualidus etiam sublato iuramento,ut no.in d.c.cum contingat.de iureiu.ergo cõtinetur sub hac lege. Et hoc ultimum ego puto uerius, quia ratio impeditiua contractus tollitur per iuramentum,& remanet consensus approbatus,& sic iuramentum non facit contractum ex priuilegio,sed tollit impedimentum prohibitiuum contractus, & cõsensus postea sublato impedimento facit contractum,& per cõsequens est contractus uerus auxilio legis intercedente,sicut est actio una sublata exceptione per replicationem.l.si unus.§.pactus ne peteret. & ibi dixi in præmissis.ff.de pactis. Et hæc sufficiant quantum ad secũdam partem legis de quibus contractibus loquatur.

Sequitur tertia pars, in qua tractatur quæ requirantur ad hoc ut habeant locum pœnæ istius legis quæ ꝓ maiori parte explicantur per glo. Et ideo deuenio ad

36 glo. †Glo.1.format.q. quid si ille qui iurauit sit in minori ætate an incidat in istas pœnas, & cõcludit quod si minor facit contractum secũdum leges & iurauit obseruare,ut quia uendidit cum decreto in casibus in quibus requiritur,& tunc tenebitur obseruare,Sed nõ obseruando non incidet in pœnas istius legis l.1.inf. si aduer.uendit.si uero fecit contractum contra legem, & tunc iuramentum non ualet,ut si uẽdat rem sine decreto & iurat.l.non dubium.C.de legib.in fine. & not.gl. in d.l.1.inf.si aduers.uendit.Et hoc de iure.C.Sed de iure auth. dicit quod per d. auth. sacramenta omnes contractus minorum qui non sunt contra bonos mores ualidantur per iuramentum, sed iurantes non incidunt in pœnas istius legis quæ solum compræhendit maiorem,ut patet in litera. Et ita gloss.uidetur sentire quia dicit solum quod indistincte seruandum est iuramentum,non autem dicit quod incidat in pœnas istius legis, quamuis doctores intelligant eam uelle quod contineantur in hac lege. Sed Iacob. Butrig. ut hic dicit Bar.in principio tenebat quod hæc lex compræhẽdat etiam minorem si præstaret duo iuramenta, unum de non contraueniendo ratione minoris ætatis quod facit eum maiorem, & aliud de non contraueniendo ex alia causa quod uidetur esse præstitum a maiore ꝓpter primum iuramentum,& per consequens continetur in hac lege.Sed Bar. tenet quod immo non compræhendatur,quia iuramentum facit eum maiorem ficte, Et ideo non compræhendetur in hac lege quæ debet intelligi de maiore uere. l.3.§. hæc uerba. ff. de nego gest.Et hanc opinionem tenent communiter doct. repræhendentes glo.& Iacob. But. Sed iudicio meo glo. non dixit hoc,Sed solum dixit quod per auth. sacramẽta indistincte seruatur iuramentum, Et pro ista opinione Adducit hic Curt. antiquus. quia hæc lex continet odium pœnæ ideo restringenda,c.odia. de regu. iur.in 6.facit lex fi.inf.de iis qui ueniam ætatis impetrau. quę uult appellatione maioris etatis intelligi de naturali in

in dubio, & sequitur Barto. in l. omnes populi in 6. q. 6. quæst. principal. ff. de iust. & iur. Sed pro opinione Butrig. & glo. si glo. hoc tenet facit, quia hæc lex excipit minorem & requirit maiorem etatem, nam hoc tempore minor non tenebatur seruare iuramentum quando erat lęsus & poterat restitui in integrum & nō erat firmitas in illo contractu, Sed cum postea superuenerit. d. auth. mandans sacramenta puberum inuiolabiliter obseruari, successit quod reputatur maior in iuramentis, Et ideo ex extensione passiua tanquam maior a lege nouiter sit inductus uidetur quod debeat contineri in hac lege. arg. l. 1. §. lex falcidia. ff. ad l. falc. Et tanto magis, quia ut dictum fuit, hæc lex est fauorabilis etiā quod contineat pœnam priuationis, unde extensio debet fieri ut compræhendatur iste casus fauore publico & religionis. arg. no. per Bar. in l. 2. §. exercitus. ff. de iis qui not. infam. & l. si quis id quod. ff. de iur. omni. iud. cum concordantibus adductis sup. in prima. q. post figur. casus.

Sed tamen defendendo communem opinionem potest dici non esse uerum quod iuramenta minorum super contractu ualido reiicerentur iure codicis, Sed solū reiiciebātur iuramenta præstita super contractu nullo, ut dicit glo. in d. l. 1. inf. si aduer. uend. quæ lex facta fuit ab Alexandro qui præcessit per multa tēpora Honorium & Arcadium authores huius legis, unde cum eo tempore minorum iuramenta in contractu ualido seruarentur, & tamen noluerunt isti Cessares contineri in hac lege, eodem modo dicendum est de aliis iuramētis ualidantibus contractus qui minus proprie sunt contractus, Et ideo illa auth. sacramenta extenditur ad l. 1. inf. si aduer. uend. sed non extenditur ad l. nostrā. quæ expresse excludit minorem. Non obstat quod sit fauorabilis & extendenda, quia uerum est quando uerba non repugnant, hic autem expresse minores excludun tur, & non potest fieri extensio nisi ex identitate rationis, & in minore non est identitas rationis, cum in eo non sit tanta perfidia nec tantus dolus in non obseruando propter fragilitatem intellectus, & meretur magis ueniam quam maior. arg. l. si adulterium cum incestu. §. idē Pollioni. infr. de adult. & facilius admittetur ad purgandum moram. Et hanc inconstantiam considerauerunt Imperatores & sic noluerunt eam punire, Et tanto magis, quia in hac materia ætatis dispositum fuerat ꝙ maiores ficte non compræhendantur in l. loquēte de maiore. per l. fi. inf. de iis qui ueniam ætatis impetrau. Et hæc opinio est tutior & æquior maxime cum per hoc non tollitur quod minor si non est lęsus non teneatur seruare iuramentum.

37 Sed dubium† est, an si extat statutū quod ille qui habet 18. annos possit omnia facere quæ possunt maiores. 25. annis, uel quod habeatur pro maiore, an cōpræhendantur in dispositione istius legis. Decius. in ca. ex parte. lo ultimo col. si. de appel. tenet quod sic, referēs in simili casu fuisse consultum, stante dicto statuto, ꝙ si mulier non petierit tutorem quod priuetur successione sicut maior, iuxta. §. fin. inst. ad tertul. quod incidit in illam pœnam si post tempus 18. annorum non petierit tutorem tanquam sit maior, quia statutum recipit interpretationem a iure communi iuxta not. in l. 2. C. de noxal. Sed hanc decis. repræhendit hic Cagno. num. 40. quia si quis impetrasset ueniam ætatis non contineretur in hac lege per l. fi. C. de iis qui uen. ætat. impetr. ergo nec etiam cōtinebitur minor factus maior per statutum, quia princeps est lex animata in terris. §. fina. in auth. de consulib. & est de mente Iason. hic. Lancellot. & Decii in consilio 258. colum. 3. & Riminald. hic. & Alcia.

Sed tamen prima opinio uidetur magis probabilis, quod immo contineatur per extensionem passiuam iuxta. l. 1. §. lex falcidia. ff. ad l. falcid. cum hoc casu disponat quod omnes leges loquentes de maiori ætate trahantur ad illum minorem habilitatum, quod potest facere. l. non est nouum. ff. de legib. Nam licet uere nō possit facere quod mibor. 25. uere sit maior, nisi per fictionem, tamen uere potest facere quod hęc lex loquatur de maiore. 18. annorum. trahendo eam ad illum casum, quia in iis quæ sunt iuris lex uere disponit, non autem per fictionem, ut per Barto. in l. si is qui pro empto re. colum. 4. ff. de usuc. & sic lex extenditur ad istum minorem per aliam legem, non autem per hominem, quasi omnes leges loquentes de maiore nouiter sint reformatæ, sicut omnes leges loquentes de testamento nouiter fuerunt reformatę per. l. corneliam. ut contineāt illud testamentum captiui. Consideranda tamen sunt uerba statuti, nam si statutum dicit quod habeatur pro maiore, quia tunc ficte esset maior, non compræhenderetur in hac lege nec in aliis legibus, Sed si statutum diceret quod omnes leges loquentes de maiore trahantur ad istum minorem & eum compræhendant, & tūc nihil repugnat quod hæc lex non uerificetur in eo & non contineatur ex extensione legali facta a statuentibus. Sed, quia hæc extensio sapit quandam correctionem, oportet quod statuentes habeant potestatem corrigendi legem, uel quod esset confirmatio principis, Quæ confirmatio semper erit necessaria quando non allegatur causa disponendi, sed si allegatur causa, tunc statutum ualet, etiam in uim correctionis iuris cōmunis, per authoritatem cōcessam populis in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. secundum intellectum quem ibi late defensaui in principio contra Bart. Sicut dicitur ēt de prætore qui poterit ex causa supplere, corrigere, & emendare leges, ut no. in §. 1. inst. de bon. posses. facit textus in §. hoc etiam addendum. inst. de legiti. agnat. successio. & in l. illam. C. de collat. & l. generaliter. §. cum autem. in fine. C. de fideic. ibi, ad naturales liberos extendere.

38 Et propterea† sequitur quod in hoc regno maior. 18. annorum iurans super contractu si non obseruat incidet in pœnas istius legis, quamis sit minor 25. annis, quia constitutio incipiens minorum iura. in fine sub titul. de in inte. restitut. minorum. disponit quod maior. 18. annorum omnia possit facere quæ maiores. 25. annis. Nam illa uerba important quod omnes leges loquentes de maioribus trahantur ad illum si uult quod minor ille possit facere ea quæ prohibētur fieri per minores, Et ita in aliis similibus casibus in hoc regno praticatum & obseruatum fuit.

39 Aduertas† tamen quod cum maior ætas sit fundamētum prætendentis contraueniētem incidisse in has pœnas, oportet quod actor asserens contrauenisse probet eum fuisse maiorem tempore iuramenti & transactionis uel contractus, iuxta. l. ab ea parte. ff. de proba. quia quilibet tenetur probare quod est fundamentum intētionis suæ, ut per Parpal. hic in primo notab. & Corsetus in sing. suo in uerbo qualitas. & Felinum in c. examinata. de iud. Iason & Decius in l. qui se patris. C. Vnde liberi. col. 1. & Clarius in l. si emancipati. C. de collat. in secunda col. & Felinus in c. in præsentia. de probat. in glo. in uerbo secundo. Nisi in instrumento iurās etiam dixisset & iurasset se maiorem, quia tūc ex instrumento satis probatur eum fuisse maiorem, & creditur ita esse, nec ipse contrarium dicēs audiretur, ut est text. in l. pen. C. si minor se maiorē dixerit. ad finē. Et Rom. in consi. 112 & Ancha. onsi. 226. & Soc. consi. 66. col. 8. uol. 1. & hic Cagno. nu. 42. Et hæc ætas debet esse perfecta, & oportet probari quod anni. 25. erant perfecti, secundum Parpal. hic col. 11.

40 Nunquid† autem minor iurans possit petere restitutionem in integrum ex capite læsionis, ponit hic Cagno. multa cumulans per unam colum. sed quia hæc est particularis materia auth. sacramenta. & cap. cum contingat. de iureiuran. Ero contentus remissione ad ibi dicta per doctor. Et per Barto. & doctor. in l. 2. inf.

de resc. uendit. Et ibi Alexan. & nouissimi. & Decius in consi. 180. colu. 4. Barbat. consil. 11. colum. 1. uolum. 4. Alex. consi. 42. uol. 1. & consi. 134. uol. 5. Cur. consi. 76. colu. 20. Cor. consi. 189. uolu. 1. colum. 4. & consil. 214. uolu. 4. Abbas in ca. cum causa. de empt. & uendit. Decius consi. 180. colu. 5. uer. non obstat. & Socin. consi. 220. col. 4. & seq. in quibus locis concludunt quod ratione enormissimæ læsionis semper datur restitutio in integrum contra iuramentum, Et facilius in minore muliere & rustico, ut per Cor. consi. 166. & consi. 189. uol. 1. & consi. 214. col. 3. & Decium in d. consi. 170. & sequitur,

41 Item † alia est dubitatio, quo tempore requiratur maior ætas, an tempore contractus & iuramenti, uel potius tempore contrauentionis, Et Parpalia hic & Alciatus tenent quod debet esse maior ætas tempore cõtractus & iuramenti, quia text. dicit si maior fecerit pacta uel transactiones & iuramento solidauerit. Sed Cagn. nu. 27. tenet contrarium, quia text. dicit, si maior putauerit ueniendum, & sic requirit maiorem ætatem ad contrauentionem, & qualitas adiecta uerbo intelligitur secundum tempus uerbi. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxal. & Felin. in c. examinata. de iud. column. 4. Alexand. consi. 20. uolu. 2. & Socin. consi. 42. uolumine 4. facit Decis. Ioan. Andr. in addit. Speculi. in tit. de emptio. & uendit. §. nunc dicendum. uer. ubi. Item esset absurdum quod habens quinquaginta annos non incidat in istam pœnam, quia tempore minoris iurauit, & absurdum est euitandum. Roma. consi. 485. in 2. dubio. Et hæc opinio satis uidetur conuenire uerbis literæ, quia uerbum principale legis est illud, contra transactionẽ putauerit ueniendum. Et integritas mentis uidetur considerari in contraueniendo, non in concipiendo contractum, cum si contractus continet læsionem ex alio capite debet petere restitutionem, quia non petita uidetur illud confirmare, Tamen licet hæc uideatur multum probabilis opinio, in dubio puto non esse recedendum a uerbis legis, quia textus expresse requirit maiorem ætatem in concipiendo transactionem, & iurando, & in cõsequentiam in contraueniendo, quia nõ potest esse maior in concipiendo contractum quin sit maior in contraueniẽdo, Et integritas intellectus consideratur in iurando & promissione facta, Nam faciliter iuuenes promittunt & iurant ea quæ sunt damnosa, & tamen non potest peti restitutio, quia non potest probari læsio, Et inconsulte multa agunt quæ tamen rescindi non possunt, Et ideo uidetur quod si non ita est pronus in obseruando quod non debet incidere in istas pœnas, & sufficit quod ipse possit cogi ad obseruandum, Et hæc puto procedere quantum ad legẽ nostram, sed quantum ad pœnas iuris canonici non attenditur minor ætas. in c. quærellam. de iureiur. nec fragilitas sexus, c. cum contingat. de iureiur, & ca. quamuis de pactis in 6. Et propter d. c. quærellam. forsan in practica seruaretur quod sufficeret maior ætas tempore cõtrauentionis, licet in pũcto iuris alia opinio sit uerior, quia attenditur principium. l. 3. §. scio. ff. de minor, tabilis est in proposito.

42 Secundum † est principale requisitum ad hoc ut habeant locum pœnæ istius legis, quod transactio sit facta nullo cogente imperio. i. sponte, & ex libera uoluntate. quæ conclusio non habet difficultatem quando iurans coactus fuit ex priuata & a iure reprobata coactione, de qua in l. 1. & per totam. ff. quod met. causa. Sed dubiũ est quid si fuisset coactio iuris, uel facta publica authoritate a lege statuto uel iudice, & Barto. hic concludit quod non haberet locum pœna istius. l. quia non dicitur esse libera, nec sponte facta, cum tex. generaliter dicat, nullo cogente imperio, Ergo nec cogente imperio iusto neque iniusto iurans incidit in pœnã istius. l. arg. l. Iulianus. ff. de leg. 3. Et ideo infert, quod si factum est compromissum inter consanguineos iubẽte. l. uel statuto uel iudice, & fuisset iuratum, quod tunc contraueniens non incideret in pœnã istius. l. quæ requirit liberam uoluntatem in iurando, Sed tamen in contrarium facit, quia coactio legalis uel iudicis ex iusta causa non dicitur coactio. l. nec magistratus. cum l. seq. ff. de iniur. & l. 3. §. 1. ff. quod met. causa. & de iussu iudicis est doctrina Barto. in contrarium, qui uoluit quod iudex non possit cogere aliquem facere contractum uel transactionem in l. qui fidem. colum. 1. ff. de transact. & Imperator hic solũ uidetur cogitasse de metu & ui reprobata, iuxta formam positam in auth. sacramenta puberum. inf. si aduersus uenditionem. Item in generali sermone non includitur persona loquentis. l. inquisitio. infr. de solut. & metus legis est iustus metus, ut per Bal. in l. omnes. circa fin. infr. ad Tertul. & per Felin. in cap. cum M. ferrariensi columna 10. de const.

Præterea in omni transactione semper militat coactio. ll. ex eo quia semper debet fieri secundum ll. & nemo potest facere quod leges non habeant locum in sua dispositione. l. nemo potest. ff. de leg. 1. & l. obligationum fere, §. placet. ff. de act. & obl. Et patet in rub. sup. eo. ubi transactio non potest fieri nisi de re dubia & lite incerta. l. 1. ff. eod. Sed responderi potest istis obiectis, quod immo in hac. l. excluditur omne imperium, nam imperiũ de proprietate sermonis refertur ad potestatem publicam & ad iurisdictionem. l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. & etiam ad potestatem legalem. l. 1. ff. de consti. princi. ibi, omne imperiũ potestatẽque transtulit. unde cum dicatur, nullo cogente imperio, per uniuersalem propositionẽ excluditur omnis coactio tam priuata quã publica & tam iusta quam iniusta. arg. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & l. si is qui ducenta. §. utrũ. ff. de reb. dub. Quod etiam suadetur ex uerbis sequentibus. i. ex libero arbitrio, quæ important liberam uolũtatem & liberum uelle, ut per Bar. in auth. ad repri. in uerbo uidebitur col. 1. Et uerba generalia generaliter debent intelligi etiã quod minor ratio militet in uno casu quam in alio. l. 1. §. quod autẽ. ff. de aleat. l. in fraudem. §. si. & ibi Bal. ff. de mil. test. Sed quando imponitur coactio siue iusta siue iniusta non dicitur liberũ arbitriũ. l. 4. ff. de reg. iur. & no. ĩ l. 1. sup. de sacros. eccle. Non obstat quod certa forma est tradita a lege & certi termini qui præteriri non possunt. d. l. nemo potest. & notatur in l. 2. ff. si cer. pet. quia respondetur, quod illa forma respicit substantiam contractus & solemnitatẽ quæ non est remissa nec exclusa per istum tex. Sed solũ hæc lex excludit coactionem respectu uoluntatis, & requirit liberum arbitrium in hoc an uelit facere uel nõ facere, non in ipsa solemnitate adhibenda. Alibi tamẽ liberum arbitrium intelligitur etiam respectu solemnitatis & habilitatis personæ, ut in casu. l. cum quidã. ff. de leg. 2. Aliquando intelligitur de arbitrio boni uiri, ut no. in l. 1. ff. de leg. 2. & per Bar. in d. auth. ad repri. in uerb. uidebitur. Sed hic solum coactio est exclusa respectu uoluntatis, non solemnitatis, quia alias transactio esset nulla, & ubicunque dispositio fit super uno, intelligitur in cæteris habilitate extante, ne uideatur uelle corrigere totum corpus iuris ciuilis per tot uigilias excogitatum. l. qui testamento. ff. de test. cum aliis cumulatis per Cag. in l. unum. col. 1. ff. si cer. pet. Nec ob. lex inquisitio de sol. quia loquitur in dubio, sed hic uerba sunt clara, & in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. obl.

43 Sed dubium † est, an hæc coactio exclusiua pœnarum istius. l. debeat esse in contractu & iuramento, uel in uno tantum, & omnes concludunt quod licet contractus fiat ex libera uoluntate, si tamen coactio est in iuramento, Semper impediantur pœnæ istius. l. quia uerba diriguntur ad iuramentum, Sed si est coactio in contractu, & iuramentum postea est liberum, tunc habebunt locum pœnæ istius. l. quia iuramentum dicitur

dicitur esse liberum. Et ita declarabat Fulg. hic, qui uolebat quod statuto cogente cõsanguineos ad compromittendum, si nihil dicit de iuramento, licet compromissum sit coactum, tamen iuramentum est liberum, & contrauenien incidit in pœnam istius. l. & sequitur Paul. de Castro & Alexand. & Aque. colum. prima. Sed Ias. hic repræhendit in 5. not. ex mente eiusdem Fulg. quia text. hic loquitur de coactione respectu contractus, ut patet hic, pacta uel transactiones, & postea separatim loquitur de iuramento, & est ratio, quia ex natura contractus sequitur postea obligatio ad iurandũ. argu. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edict. & Alexand. hic per tex. in l. si post. §. 1. & ibi Barto. ff. de aq. pluu. arcen. & quamuis non subintelligatur coactio iuramenti, tamen semper excluditur pœna istius. l. quia uerba nimis clare dicunt de coactione respectu contractus, & inobseruantia principaliter committitur in contractu. Ideo qui coacte facit contractum nõ dicitur tantum offendere partem non obseruando, & magis subuenitur facienti actum necessarium. l. si fideiussor. §. si. ff. qui satisd. cog. & hæc opinio mihi placet, & eam defendas a quibusdam obiectis leuibus Parpaliæ ut hic per Cagn. nu. 72. uersi. quarto limita.

44 Ex quibus† infertur ad omnia iuramenta quæ ex necessitate præstantur, de quibus feci mẽtionem supr. in præmissis, ut in iuramento uasalli de fidelitate, & iuramẽto episcopi, iux. c. significasti. de electione. Nã iuramentum prælati de quo in c. ego enim de iureiur. & iuramentum iudicis in suscipienda administratione de quo in auth. iusiur. q͂ præst. ab iis. & omnia alia similia iuramenta quæ iubente. l. præstantur extra iudiciũ uel in iudicio, ut in prætoriis stipulationibus, iuxta auth. offeratur. inf. de litis cõtest. & l. omnes. §. in hac. sup. de episco. & cler. non continebuntur sub dispositione istius legis, & contrauenientes nõ incident in istas pœnas, sed solum incidunt in pœnas particulares impositas in illis casibus particularibus, uel in alias pœnas generales iuramenti. Non enim ex qualibet minima inobseruantia uassalli uel episcopi uel iudicis debet priuari omni iure suo, & effici infamis, & subiici omnibus aliis pœnis istius. l. Et ideo non sine ministerio, ut excluderet tot iuramenta quæ iubente. l. præstantur. dictum fuit in text. nullo cogente imperio, cum lex particularis imponens obligationem ad iurandum soleat etiam imponere pœnas particulares, ut in d. iuribus.

45 Sed alia † succedit difficultas circa exempla posita per Barto. nam ponit exemplum de iudice cogẽte partes ad transigendum, & sic presupponit transactionem ualere, cuius contrarium dixit ipsemet in l. qui fidem. col. 2. uersi. tu dic latius. ff. de trãs. & l. furti. §. qui iussu. ff. de infamibus. & l. stipulatione. inf. de sentent. & est tex. in §. quia uero. in auth. de litig. & ibi Ange. & l. nec emere. & l. inuitus. inf. de contrahenda empt. & in rub. & Nigro inf. ut nemo inui. Sed potest saluari exemplũ Barto. ut hic per Ias. in casu quo æquitas suggerit coactionem fieri, ut si diu ligatum fuit, ut in c. placuit. 90. distinc. uel quando est periculum ne partes deueniant ad arma, secundum Bal. in c. cum ecclesia uulterana. ad fi. de elect. Paul. de Castro Alexand. & Ias. in l. quidam existimauerunt. ff. si cer. pet. Vel si forsan articulus est ita dubius in iure, uel habet certas difficultates quæ bene secundum terminos iuris non possunt decidi, Et sæpius uidi obseruari in sacro consi. Neapolitano, quod sæpe cogit partes ad faciendum compromissum in totum consilium, Similiter coactio etiam potest fieri in aliis contractus iuxta not. in l. hæres testamento. ff. de actio. empt. & per Barto. in l. fideiussor. §. meminisse. ff. de lega. primo. & in omnibus stipulationibus prætoriis. d. auth. offeratur. de litis contest. & l. cum postulasset. ff. de dam. infec.

46 Item† illud dictum de statuto cogente partes ad cõpromittendum limitatur quando pars peteret cõpromissum fieri, nam licet iussus legis præcedat, tamen quia parte petente inducit coactionem, compromissum erit uoluntarium. l. 1. C. de iis qui sponte pub. mu. sub. lib. 10. & ibi Barto. item quia non conueniunt uerba istius. l. ergo nec dispositio. l. 4. §. totiens. ff. de dam. inf. Sed Cagno. repræhendit, quia paria sunt compelli, uel timere ne compellatur. argu. l. nouissime. ff. quod fal. tut. & per Alexan. in consi. 42. colu. 2. uolum. 4. Barbat. consi. 42. uolu. 1. Aretin. consi. 24. colu. 3. Ias. in l. 2. sup. eod. & Felin. in c. ex parte 4. colum. 4. de test. & in c. cum M. Ferrariensis. colum. 3. de constitu. & ibi Dec. colu. 11. & Dec. in consi. 22. colum. 1. & consil. 25. colu. 2. & consi. 200. colum. 2. & in auth. præterea. C. unde uir. & uxo. in quibus locis prædicti doctores dicunt q͂ illud dicitur coacte fieri quando cogentibus aliquibus causis facientes inducuntur, licet alias sponte faciant. Alc. uero distinguit. Aut statuto potest renuntiari per partes, & tunc procedit prima opinio, quod si petant fieri. quod dicatur facere ex uoluntate, Innoc. in d. ca. cum M. Ferrariensis. & Barto. in l. Lucius. in §. cum pater. ff. de leg. 1. Si uero non potest renuntiari, & tunc in parte quæ interpellatur sine dubio est coactio. l. 4. ff. de reg. iur. l. Titia. in fine. ff. ad l. Falc. in parte uero interpellante coactio erit si per statutum præcise imponatur necessitas, Sed si imponatur parte petente, tunc, quia petitio ponitur sub conditione, non potest dici coactio, quia quæ sunt in conditione non sunt in obligatione. l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. cã test. & not. in l. Lucius. in fine. ff. de hær. inst. nam quando partes præcise iubentur quia sciunt se posse cogi uidentur ex necessitate facere, ut per Rimin. consil. 24. & Dec. in d. c. cum M. Ferrariensis faciunt no. in l. 2. sup. eod. & hæc est uera opinio.

Secundo limitatur dictum quod tale compromissũ coactum non comprælhendatur in l. ista. non procedere quantum ad obseruantiam, quia licet non cogatur facere, tamen factum postea tenetur seruare, secũdum Parpal. hic, quia solum excluditur hic quantum ad incursum istarum pœnarum, non autem quantum ad obseruantiam & alias qualitates impositas a iure communi. Quod debet intelligi quando coactio fit a l. uel statuto uel iudice ex causa, sed si fieret a priuato uel a iudice ex iniusta causa, tunc nec etiam teneretur obseruare ut per Bar. in d. l. qui fidem. col. 2. ff. de trãsact. & l. furti. §. qui iussu. ff. de infamibus. quia tunc succedunt dispositiones iuris communis.

47 Tertio† limitatur non procedere quando ex instrumento compromissi non appareret quod partes fecissent ex coactione statuti, quia præsumuntur alias semper sponte facere, ut per Salic. in l. fin. inf. de iud. quem sequitur hic Alexand. Sed hanc limitationem reprælhendit Dec. in d. c. cum M. Ferrariensis. colu. 11. de const. per regulam prædictam. l. quod nouissime. ff. quod falso tutore & sequitur hic Cagnolus. Sed ego puto distinguendum ut sup. ex mente Alc. Aut partes possunt renuntiare, & tunc præsumitur sponte factum nisi contrarium appareat, & ita procedit prima opinio, quia regula. l. nouissime. nõ habet locum in eo quod solet fieri sponte & coacte, secundum Felinum in c. fin. colum. fina. de re iud. qui bene loquitur in hoc, licet reprælhẽdere conetur Cagno. Si uero non poterant renuntiare, & tunc semper præsumuntur statuto cogente facere, quia semper uidentur habere respectum ad formam statutorum & legum, iuxta notata in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb.

Quarto limit. non procedere in iuramento apposito super emologatione laudi, quia iste ultimus actus spõte factus fuit, nec coactio aliqua directe uel indirecte inducitur per statutum, nisi statutum diceret quod teneantur stare laudo, ut hic per Ias. & Alexa. post Fulg. in consi. 72.

Quinto limitatur non procedere quando peteretur compromissum fieri statim producto libello, quia tūc non poterit cogi compromittere, secundum Parpaliā hic allegantem Angelum in l.cum ii.§.si cum lis.ff.de transf.Sed Cagno.repræhendit,quia statutum est fauorabile & procedit quocunque tempore,ut per Dec. cō si.44.Sed melius facit, quia non tollitur quin compromissum esset fiendū in illa lite,unde cogitantesde coactione,ne faciant duas lites, fecerunt ab initio compromissum,& per consequens semper reus facit ex necessitate.d.l.nouissime.

48 Sexto†limitatur non procedere quando ille contra quem petitur compromissum haberet instrumentum iuratum de re super qua contenditur,quia tunc cum sit uia executiua,ille qui petit compromissum sponte petit & facit quod partes puniantur, ut hic per Alexand. & in consi.38.col.penul.uol.2.Barbat.in consi.53.col. antep.uolu.4.& in consi.85.in 3.uolu.& hic Parpa. & Cagn.in 7.lim.& restringit postea in 8.limitatio. quando instrumentum est guarentigiatum quod habet executionem paratam ut per Barba.In consi.42. columna 9.& Lancel.Dec.in l.in bonæfidei.sup.de pact. colum. penult. imit

Septimo l .non procedere quando compromissum peteretur fieri super re liquida, quia tunc non coguntur partes facere,& per consequens petendo dicūtur facere uoluntarie,Bar.in l.post rem.ff.de transac.& Ias.in l.1.in 4.no.ff.de transf.& Barbat.consi.42.col. 9. uol.1.& consi.85.uol.4.& consi.53.uol.4.Soc. consi.4. & consi.300.in 2.q.Fel.per illum tex.in c.& si quæstiones.de simo.

Octauo limit.non procedere quando compromissū peteretur post publicatas attestationes, ut per Parpa. hic.& Cagno. & Iason. in l.prima. in 4.not. de transf.& Barb.in d.consi.53. uol.4. quia dicitur esse res liquida. post notata per Dec.in c.quoniam contra. de probat. Vltimo addas quod stante tali statuto coactio debet fieri de quolibet incidenti in qualibet eausa. Soc. in cō si.300.in 3.q. & quomodo dicatur satisfiere statuto faciendo compromissum, ponit idem Soc.consi. 47. uol. 2.& si electi arbitri discordant possunt cogi partes ad eligendum tertium.Abbas in c.suspitionis ad finem.de offi. deleg. Quos autem includat tale statutum, ponit Alex.consi.119.& 254.& consi.257.uol.3.& in consil. 225.& 144.uolu.4.

49 Tertium †est principale requisitum ad hoc ut habeāt locum pœnæ istius legis, quod pars contraueniat transactioni,Quomodo autem fiat hæc contrauentio,declarat hic tex.ponendo tres modos.s.interpellando iudicem,uel supplicando principi, uel non adimplendo,& super quolibet in specie est insistendum, Et primo notandum est,quod tex.requirit actum, non autem contentatur sola cogitatione, quia se declarat quomodo intelligat uerbum putauerit, nam cogitationi pœnæ non imponuntur.l.cogitationis. ff. de pœn. ut hic per Aquen.Alcia.& Cagno.Similis expositio fit per glo.in l.si.ff.de rer.diui.& per Barb.in c.si.colum. 19.uersi. & subdit.de rescrip.in consi.21.colu.3. & consi.23. colu. si.uol.2.Alex.consi.48.in si.uol.3.& Ias.in l.si. colu.3. inf.de codi.& Felinus in c.iusgētium.prima distinctione.& in suo tractatu de conatu,cum aliis cumulatis hic per Cagn.

50 Item †dubium est, quomodo interpellando iudicem quis dicatur contrauenire,cum incōtrarium faciat tex. in l.amplius non peti. ff. rem ra. ha. ubi requiritur litis contestatio.& text.in l. qui cum maior. §.accusasse. de bon.liberto.requirit perseuerātiam usque ad finem ad hoc ut incidat in pœnam. Et propter hoc facta est glo. in uerbo iudicem.quæ ponit duas solutiones ad primū contrarium,unam,quod hic promisit non contrauenire.Item promisit non petere, aliam, quod iste text.intelligitur & suppletur per illam. l. non amplius. Sed Barto.& communiter docto. tenent primam solutionem,quod aliud sit promittere nō contrauenire,aliud promittere non petere, & quod hic erat dictum non contrauenire uel controuersiam non facere, Sed licet hæc expositio sit communis, tamen est multum uiolatiua literæ,cum regulariter fiat transactio per uerbum non petere. iuxta.l.siue apud acta.sup.eo. & l.cum proponas.supra de pact. & iste tex.raro uendicaret sibi locum. Et ideo ego puto quod lex nostra limitet potius.d. l. non amplius. ut intelligatur quando non interuenit iuramentum,Sed si interuenisset,sufficeret interpellatio iudicis effectualis per istum text. Nam & porrectio præcum est remota multum,& tamen debet intelligi in omni transactione. Et ratio istius decisionis siue limitationis est, quia iste tex.imponit pœnam conamini,non autem actui petitionis, & quia periuriū est delictum quod committitur animo, ideo uoluit hic imperator quod esset de delictis in quibus punitur animus quamuis non sequatur effectus, & si nihil amplius dixisset,sufficeret uoluisse contrauenire, tamen ne uideatur simplici cogitationi imponere pœnam,addidit quod iste animus debeat peruenire ad aliquem actum extrinsecum interpellationis & supplicationis porrectæ.Quod probatur,quia tex. iste dicit, putauerit, per uerbum uoluntatis,in tantum quod non considerat actum perfectum, sed solam uoluntatem deductam ad aliquem actum extrinsecum.sed tex.in d.l.non amplius imponit pœnam actui petitionis, & dicit quod ante litis contestationem dicitur uelle petere & non petere, & sic ante litis contestationem uerificatur uerbum uoluntatis, sed non actus petitionis, & hoc tutius esse arbitror & uerius. Et danda est solutio contraria solutioni glo.quod illa lex suppletur & limitatur per istam.Et hanc partem tenet hic Parp. in septimo not. allegans, quod iuramentum habet uim litis contest.ut per Iaso. in l.si conuenerit.ff.de iurisd.omnium iud. & quod iuramentum strictius obligat.& licet Cag.hic nu.171.conetur defendere aliam partem, tamen non respondet motiuis pro prima adductis.Declara tamē d.l.amplius non peti secundum Aquen. hic ponentes ad illam legē duas limitationes quas uide per te.

De natura autem istorum uerborum & eorum differentia,petere,contrauenire,inquietare,& agere,ponit Barto.in d.l.amplius non peti. cum cōcordantibus ibi traditis per Alex.in apost.& Salicetus hic.Bal.in rubr. extra de postul.prælat.col.2. & de uerbo contrauenire Abb.& Ant.in c.2.extra de accus.Et si uerbo non petere additur uerbum qualitercumque uel quomodocunque uel aliud simile, tunc non requiritur litis contestatio.Aquens.hic nu.33.& per glo.in l.qui fidem.ff.de trāsact.facit glo.in l.cum pœna.ff.de arb.& quod uult Barto.in l.generali.§.uxori. ff. de usuf. leg. & per Aretin. consi.143.colum.penul.Addunt tamen hic docto post Pau.de Castro quod ultra interpellationem iudicis naturalem requiratur etiam interpellatio iudicialis quæ fit per libelli dationem & citationem partis,quia alias non offenditur nec molestatur pars. allegat notata in auth.qui semel.inf.quomodo & quan.iudex. & plus etiam dicebant, quod si reus fuisset citatus & non uenisset in iudicium non haberent locum pœnæ istius legis. allegat.l.quamuis. sup.de in ius uoc.per quā.l.dicit idē esse etiā si pænituerit ipsum.Sed Alex.repræhēdit,quia hæc lex facta fuit in odium deierantis,Et ideo quicunque actus tēdens ad contraueniendū facit quē incidere in periuriū ut dicit iste tex.& non debemus recedere a uerbis.l.nō aliter.ff.de leg. 3. Et hāc partē ego puto uerissimā, quia hic tractatur de pœna periurii & peccati quæ afficit animā, & sufficit animo destinasse cōtrauenire.c.mulieres.de sentētia excom. & iuxta illud dictū Domini,qui cōcupiuerit uxorē alienā mechatus est in corde suo.Et ideo text.nō sine ministerio dixit putauerit cōtraueniēdū,per uerbū uoluntatis, quasi uelit animum

mum potius punire cum aliquo extrinseco actu quam ipsum actum, Et non potest defensari opinio Paul. de Castro sine magna uiolatione tex. nostri qui declarauit quo modo intellexerit uerbum putauerit contra ueniendum. Nec ualet ratio quod non incommodatur reus, quia hoc non habetur in cõsideratione, sed solum animus contrauenientis committentis peccatum periurii in suo corde cum aliquo extrinseco actu. Et illud quod non uenerit reus, non facit, quin actor inciderit in periurium, quia fecit quod potuit. argum. l. si quis persuaserit. inf. de fur. & d. c. cæterum. §. uerum. Et alia iura. & d. auth. qui semel loquuntur de pœna quæ imponitur propter interesse rei, unde requiritur eius molestatio, sed hæc pœna nun imponitur propter interesse rei, sed propter perfidiam uenientis contra iuramentum, & malum animum, ut dixi, & facit quod statim po-
* nam de uerbo supplicando. Et hæc est communis opinio quod tex. simpliciter intelligatur. ut hic per Alex. & Aquens. col. 2. allegantes Feli. in c. ex tenore. colu. 1. & 2. de rescript. & in c. cæterum ad finem. eod. tit. & in c. ueniens. colum. 3. de præscri. Et per dicta Feli. in dictis locis, maxime in d. ca. ex tenore. patet responsio ad quædam læuia quæ adducit hic Iason in contrariũ. Sed etiam generalis est responsio quod d. consi. Alex. 34. in princi. uolu. 3. in dubio. & Cardin. in consi. 27. in 3. colum. & glo. in clem. 1. de rescript. in uerb. uxore. & l. penult. inf. de falsis. quę uolunt quod requiratur actus molestans procedunt in pœna quę imponitur propter interesse, secus est in pœna quæ imponitur propter delictum in animo conceptum, ut est periurium, nã tunc sufficit principium actus extrinseci, cum uerba. l. hoc innuant, & sequitur etiam Cagnolus qui addit. l. 3. §. 1. ff. quod quisque iur. ubi impetrans ius iniquum incidit in pœnam, licet postea non utatur. & l. cum in lege. ff. de test. & quod dixit Corset. in sing. suo in uerbo pœna. singulari incipiente pœna apposita. Et ita tenendũ est quicquid dicat hic Alc. allegans tex. in l. penulti. in fr. de solut. quia ille tex. loquitur de pœna apposita propter interesse partis.

51 Et per † prædicta sequitur, quod alia subauditio Pau. de Cast. dicentis requiri quod reus compareat, non est uera, nec si eum pœnituerit liberatur actor, quia nõ cõsideratur comparitio partis, sed principium iuridicum uolentis contrauenire, propter uerbum putauerit, in hac. l. positum, & etiam reprænendit hic Cagno. nume. 83. & 88. Et eodem modo respondetur ad l. si cum maior. §. accusasse. ff. de bon. lib. nam solutio data per Bar. quod ibi est pœna legalis, nihil ualet, quia & hic est pœna legalis cum ipso iure imponatur. Nec solutio communis, quod ibi nõ interuenit iuramentum & hic sic, etiam ualet, quia alias semper requireretur sentẽtia non interueniente iuramento, quod est contra. d. l. amplius non peti. Vnde dicendum est quod ibi pœna imponitur pro accusatione quæ requirit perseuerantiam & sic per uerba denotantia actum. Sed hic pœna imponitur pro animo quia imperator uoluit quod periuriũ sit de delictis in quibus punitur animus licet non sequatur effectus, de quo per Feli. d. suo tractatu de conatu. Item ille tex. nihil facit, quia loquitur in eo qui non erat obligatus non accusare, sed si fuisset obligatus non accusare, accusando per solam inscriptionem de qua in l. fi. inf. de accusat. incideret in pœnam per istum tex.

52 Secundo † modo quis dicitur contrauenire supplicando principi, cui conclusioni potest opponi de d. l. amplius non peti. sed resp. ut sup. & glo. hic in uerbo supplicando uidetur restringere ad illos casus in quibus libellus habet uim litis contest. allegando. l. 1. sup. quando libel. princ. oblatus. sed si ita intelligit male loquitur. Sed Paul. de Castro, dicebat oportere quod uteretur rescripto impetrato, nec sola supplicatio porrecta principi faceret contrauenientem incidere in pœnam, quia intelligitur cum effectu aliquo iuridico ut præsentatum sit & citata pars. argu. l. libertus, la 2. ff. de in ius uocando. Sed hanc subauditionem reprænendebat hic Alexand. per rationes supra allegatas, quia animus in hac materia multum consideratur propter uerbum putauerit, Et pro hac opi. facit. d. l. 3. ff. quod quisque iur. & c. dispendia. de rescript. in 6. ubi sola impetratio secundi rescripti inducit pœnam. quæ allegat hic Curt. iunior sed tamen postea adducit in contrarium dicta per Feli. in d. c. ex tenore. ubi uult quod In minori pœna quam sit ista non sufficiat impetratio rescripti nisi utatur, & licet uacillet, tamen dicit opinionem Alexã. contra Pau. de Castro in puncto iuris esse ueriorẽ. Et ad d. l. libertus respondet quod illa lex loquitur in uariis terminis, uidelicet in edicto imponente pœnam citanti. Et ita edicti uerba erãt ne quis uocaret aliquem in ius sine uenia, & uerba intelliguntur cum effectu. l. 1. §. hæc uerba. ff. quodquisque iur. hic autẽ uerba sunt clara declarantia qoomodo capiendum sit uerbum putauerit.

Alciatus uero hic & Curtius antiquus num. 25. tenebant opinionem Pau. de Castro per fortem rationem nam rescriptum impetratum si non producatur in iudicio remanet priuatum ipsius impetrãtis & illud potest comburere & ei renuntiare, ut habetur in c. ex cõquæstione. extra de restitutione spoliat. ut per Bal. in l. 1. ut lite pendente. tunc autem efficitur commune quando producitur in iudicio & pars citatur, nam tũc pars potest eo uti, ante uero non potest aduersarius super eo se fundare, ut uolunt doct. in d. ca. ex conquæstione. Sed tamen non bene respondet ad tex. in d. l. 1. ff. quod quisque iur. ubi consideratur impetratio sola, & ꝙ potuerit uti. Animus enim consummauit delictum, ideo succedit tex. in l. qui ea mente. ff. de furt. Quare tutior
* uidetur esse opinio Alexan. quæ est communis, quod sufficiat sola impetratio rescripti per istum tex. qui cauillari non potest coniungendo uerbum supplicando cum uerbo putauerit, per quod apparet ꝙ considerauit crimen interitus in animo deductum ad aliquod principium & signum. Puto tamen quod oporteat rescripti uerba esse clara per quæ appareat uoluisse contrauenire transactioni, nec sufficeret generaliter dicere ꝙ petit sibi dari iudicem super causis quas mouere intendit occasione transactionis, cum possent esse lites absque eo ꝙ uoluisset contrauenire.

53 In illo tamen † omnes consentiunt, quod si quis petat se absolui a iuramento super transactione posito, quod non incidat in pœnam, nam contrauenire non dicitur sed petere licentiam contraueniendi sine pœna, ut per Card. consi. 22. cum pontifex possit dispensare super iuramento. arg. no. in c. cæterum. de rescrip. & idem uolunt etiam quando petita sit habilitatio ad effectum agendi ab ipso, allegando quod iuramẽtum illicite præstitum fuit, ideo cum non appareat quod iuramentum ualeat uel liget nõ incidet in pœnas istius. l. nisi postea apparuerit iuramẽtum licitũ, ut hic per Alcia. in uerb. putauerit. col. 2. per not. in ca. 1. extra de iureiur. & ibi Feli. & Old. in consi. 120. & Anch. in consi. 118. & Paul. de Castro in consi. 217. uolu. 1. Si tamen a principe seculari impetrasset rescriptum dans licentiam litigandi uel contraueniendi, tunc euitaret istas pœnas, quia a l. ciuili impositæ sunt si uerificaret excusationes allegatas in rescripto, sed si forsan dixisset transactionem dolosam & iuramentum iniquũ, & propter hoc impetrasset rescriptum, & non probaret remaneret periurus, & incideret in pœnas istius. l. sicut dictum fuit quãdo impetrauit absolutionem a Papa, uel habilitationem a iuramento. per no. in d. c. 1. de iureiur. nisi constaret de iusta causa litigandi.

54 Similiter † si a Papa petiisset iudicẽ ut posset uenire cõtra transactionẽ iuratã, & Papa daret iudicẽ, uideretur ẽt tacite habilitasse ad agendũ, suspẽdendo uirtutẽ iuramenti ad effectum agendi, cum Papa possit habi-

litare, & remittere in totum iuramentum ex causa, ut per Ias. hic per tex. in d.c. cæterum in simili. & sequitur Alciatus in uerbo putauerit. columna secunda. allegans Card. consi. 22. & Ancha. consi. 27. Sed tamen uidetur dubium per istum tex. quia hic Imperator potest remittere pœnas istius. l. & periurium incursum quantũ ad istas pœnas, & tamen rescribẽdo non uidetur remittere, & glos. sentit hic, dum uult quod aliud sit quando impetratur rescriptum expresse dans licentiam ueniendi contra transactionem. Vnde hæc limitatio uidetur dubitabilis, nisi defendendo dicas, quod Papa præsumitur potius hoc facere & habilitate impetrantem propter timorem pœnarum infernaliũ ne in eas incurrat, Vel si est uera, debet restringi quod uideatur tacite data licentia ueniendi si habet iustam causam contraueniendi & non aliter. Et propter istam habilitationem quæ passim conceditur apparet multis quod ista lex non est in usu, tamen uere obseruatur.

55 Tertius† traditur modus contraueniendi, non implẽdo promissa, hoc autem contingit quando non implet, & est in mora, quia sine exceptione tenetur. l. cessit & uenit dies. l. cedere diem. de uerbo. signifi. & scit uel scire debuit se teneri dare. l. quod te. ff. si cert. petat. & uerbum non dedisse, uel non fecisse, intelligitur mora interueniente secundum Barto. in l. si duo. §. fi. ff. de cõst. pecun. Sed si potest se defendere aliqua exceptione, tuuc non implendo non contrauenit, quia ubi nulla petitio ibi nulla est mora. l. lecta. uersi. pactum. ff. si cert. peta. Et ideo sequitur, quod si transactio est facta per uerbum negatiuum, quia actor obligatur ad factum negatiuum, quo casu pro parte sua non potest adimplere ut dictum fuit in. l. siue apud acta. supra eo, quod tunc reus non incidit in hanc. l. quia non tenetur ipse adimplere, & non potest dici in mora, cum actor non adimpleat, & ei nulla competat actio. d. l. siue apud acta. Ex quo sequitur quod hæc lex ualde est restringenda, ut solum procedat quando teansactio facta fuit per promissionem facti affirmatiui secundum formam. l. si pro fundo. supra eodem. cum alias in mora non possit constitui reus, quia actor non adimplet. igitur reus non potest dici contrauenire. Quod dictum uerum est quando actor prætenderet reum nõ implesse transactionẽ, Sed quia docto. intelligunt text. de actore qui prætendit contrauenire, quo casu constituitur in mora per eũ dando promissa, & in tex. præsupponitur quod sint data, quia tractatur de restitutione eorũ, & sic reus adimpleuit, ideo hæc lex generaliter intelligitur de omni transactione quocunque modo facta, cum in omni trãsactione reus dando pecuniam conuentam dicatur adimplere quia tenetur ad factum affirmatiuum. Si tamen reus fuisset in mora adimplendi, & actor ageret, non incideret in pœnam agendo uel contraueniendo, quia non posset constitui in mora si reus ipsi non obseruasset. arg. l. pacta quæ contra. supra de pact. & ca. quia frustra. extra de usu. & c. peruenit. in fi. extra de iureiu. Et idem esset quando reus non fuisset in mora, tamen staret per actorem quod non adimpleret promissa, nã licet non adimpleuerit, tamen non incidit in pœnas istius legis. Et exemplificat Cagno. post alios, quando creditor se absentasset ut ei solui non possit, nam nulla requiritur protestatio nec consignatio per text. l. si Fundus. §. fi. ff. de lege commisso. Alexand. consi. 92. colu. fin. uol. 1. Aret. consi. 162. Ias. in d. l. ad diem. colu. 2. ff. de uerb. oblig. Et cum nulla sit mora, non potest dici contrauenisse, & non adimpleuisse, ut per Bart. in d. l. si duo. §. fin. ff. de constit. pec.

Ex quibus habes unam declarationem ad text. quod tunc dicatur contrauenire non implendo quando per ipsum stat quod non adimpleat & sine exceptione te-
56 netur. †Item habes unam limitationem, ut non procedat quando per non obseruantem non stat quo minus adimpleat, ut quia aduersarius est causa quod non impleatur, uel aduersarius prius est in mora, non potest dici contrauenisse non implendo, & illi datur pœnæ persecutio, qui in eam non incidit. l. cum prætor. §. illi. ff. de re iud. & paria delicta mutua compensatione tolluntur. l. uiro. ff. solu. matr. & l. si ambo. ff. de compensatio. Et ideo si duo promiserunt se inuicem non offendere sub pœna, & uterque offendat, si non apparet quis prius offendat, cessat pœnæ persecutio, secundum Felin. in cap. 3. columna secunda de iureiur. & in cap. primo colu. secunda de treug. & pace. Sed tamen quia uere uterque contrauenit, curia agit postea cõtra utrunque, ut per Alexand. In apostillis ad Bar. in l. 1. §. cum arietes. ff. si quadrupes paup. fec. dic. Io. de Ana. c. significasti. 2. col. pen. de homic. Cor. consi. 174. in primo uolumine. & Feli. in c. dilecti. col. fi. de exceptio. & Cag. hic nu. 94.

57 Secundo limitatur† secundum Iasonem, quando iudex fecisset iussum uel præceptum de non soluendo, quia in omni iuramẽto excepta est authoritas superioris. cap. uenientes. de iureiur. etiam iudicis inferioris, ut per Abb. ibi columna secunda. & per docto. in cap. constitutus. de rescript. post glosam ibi. & l. imperatores. ff. ad municipales. & glo. in c. de forma. 22. q. ult. & etiam in pactis. glos. in cap. contra maiores. & ibi Dominicus. in glo. penul. 8. distinctio. per l. iuste possidet. ff. de acquie. poss. & ibi docto. Tertio per tex. in l. fin. ff. de leg. commissio. ubi iussus iudicis excusat a mora, & per consequens a periurio. cap. breui. de iureiur. Quarto, quia idem tenet Host. in summa de iureiur. §. quod in specie. uersicu. item si iuro. Aquens. uero hic dicunt istam conclusionem procedere quando iuramentum esset de iis quæ pertinent ad superiorem, Sed si esset de iis quæ pertinent ad priuatos, & tunc si iussus est ad iniuriam creditoris semper excusatur, quia non tenetur uendicare iniuriam creditoris, Sed si iussus sit ex causa rei, forsan allegando quod reus alteri est obligatus soluere, & tunc iussus iniustus non excusat a pœna conuentionali nisi fecerit quantum in se potuit appellando. uel alio modo legitime se defendendo. ut per Bar. & alios in l. creditor oblatam. ff. de solu. & per eosdem Aquen. in l. non solum. §. morte. in materia protestationis inhibitoriæ. de noui operis nunt. quæ omnia dicit esse de mente Feli. in c. constitutus. de rescript. colu. 5. Sed tamen postea subdit, quod semper excusaretur a pœna istius. l. Vnde concludit in effectu indistincte ueram esse opinionem Iasonis quãtum ad istam. l. in qua requiritur dolus uel lata culpa, & præceptum iudicis excusat, quia facit quod quis non potest dici nec in dolo nec lata culpa, & hanc opinionem sequuntur communiter doctores, ut hic etiam per Cagnolum. numero 96. Sed ego puto quod non sit uera indistincte, nam si iussus est factus a iudice ex iusta causa quæ proueniat ex culpa rei, non excusatur, ut si forsan alteri uendidisset rem quam promisit in transactione dare, Nam si primus facit instantiam ut fiat præceptũ ne alienet, iustum petit, & ille non excusatur a pœna istius. l. cum alienando ipse se posuit in necessitate. ut per Bal. in c. 1. §. licet. si de feudo fuer. controuer. inter dom. & Agn. & per Abb. & doct. in d. c. breui. de iureiu. & in lege q; te. ff. si cer. pet.

Vnde facias regulam secundum doctores. quæ fallit primo quãdo ipse fuisset causa illius præcepti propter culpã suã. Fallit 2. quãdo factum fuit iniuste in iniuriã suam & non appellauit. Tertio fallit nisi procuratum fuisset ut sibi fieret præceptum uel mãdatum, quia sibi nõ opitulatur iussus procuratus. arg. §. tria onera. inst. de excus. tut. & l. spadonem. in fin. ff. de excus. tut. & l. qui data. ff. ex quib. ca. maio. facit quod dixit Anchar. consi. 408. colu. 1. Barbat. consi. 56. uolu. primo. Felin. in c. fin. colu. antepe. de foro compet. & in c. fin. de test. Hip. in l. 1. §. cum quis latrones. ff. de quæstionibus. Et hæc conclusio ampliatur ut procedat etiam in obligationi-

gationibus facti, quia si quis contrauenit non faciēdo in hanc.l.quia præcise tenetur facere apposito iuramēto, ut per Barto. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. oblig. & late per Ias. in l. si pecuniam. ff. de cond. ob causam. colu. penu. & fin. & Bauer. in tract. de uirtute iuramenti. colu. 4. nec auditur præstando interesse, quia propter iuramentum præcise tenetur, & non succedit obligatio ad interesse, ut per doct. in d. l. stipulationes non diuiduntur. in 8. q. Bar.

58 Quartum† est principale requisitum in hac. l. quod sit iuratum per Deum, uel per Principem, & fit hoc iuramentum per uaria uerba de quibus in rub. extra de iure iur. & per glo. ordinariam. 22. q. 1. quæ ponit multas formas tam antiquas quam nouas. & latius Ioan. de Syl. in tractatu de iureiur. in prima parte. in uers. 4. quæro. Et aliquando fit manibus tactis scripturis, & tūc appellatur sacramentum. auth. sacramenta puberum. inf. si aduersus uendit. & in l. generaliter. infr. de reb. cred. & dicitur sacramentum. i. sacræ rei signum. iuxta text. in c. multi. §. 1. q. 1. Et hoc sacramentum regulariter requiritur, ut per Bart. inf. in d. auth. sacramenta. & gl. in clem. 1. in uerbo facta. de hæret. Sed tamen in hac. l. sufficit iurare per quæcunque uerba, dicendo iuro per Deum, testis sit mihi Deus, uel sic me saluet Deus, uel per quæcunque alia uerba inuocatiua nominis Dei, ut patet in litera, ibi, inuocato omnipotentis Dei. &c.

Et dum dicitur quod potest iurari per principem, restringi debet ad principem qui non recognoscit superiorem, ut tunc inobseruans incidat in istas pœnas, secus si iurasset per salutem principis inferioris, quia licet teneatur seruare iuramentum, tamen non incideret in istas pœnas, ut hic per Aquens. post Barb. in consi. 24. colum. 2. uolu. 2. & Bal. hic in ultimo notab. Item restringi debet, ut iuramentum dirigatur ad salutem principis, non autem dirigatur ad manus & caput, nam illud iuramentum est reprobatum, quia iurandum est per creatorem non per creaturas, ut habetur in ca. & si Christus. extra de iure iur. quamuis de iure ff. orum per creaturas permissum esset iurare. l. 3. §. fin. & l. ait prætor. ff. de iureiur. secundum Cur. antiquum hic & Aquē. Sed tamen de iure canonico etiam permissum est iurare per creaturas si uerba dirigantur ad Deum mentaliter, ut si iuret per filium suum uel uxorem suam habendo respectum ut Deus saluet uxorem uel filium, nam tunc iurame. ualebit, quia in effectu dicitur iurare per creatorem, & ita procedit tex. in c. quotiens cordi. 1. q. 3. quem allegat Abb. in d. c. & si Christus. col. 3. uersic. oppo. secundo. nu. 6. & ita etiam ipse declarat ibi in specie. Et propterea in diffinitione mea dixi supra in præmissis. cum inuocatione diuini nominis uocali uel mētali.

Sed tamen quia iste textus, ponit duas formas iuramenti, nam aliquando uerba diriguntur ad Deum uel rem sacram, aliquando diriguntur ad creaturas, & illa quæ dirigūtur in creaturas, pcedunt in solo principe supremo, sequitur q; iurando per salutem uxoris uel filiorum non incurret pœnas istius legis. Sed si uerba referuntur ad creatorem uel res sacras, tunc per quemcunque modum in l. nostra fuerit iuratum, si apparet, quod uerba sint directa ad Deum, ut si mentaliter iurauerit p Deum, habebunt locum pœnæ istius. l. quæ non ponit formam aliquam uerborum, Sed solum considerat inuocationem omnipotentis Dei, & ubicūque habemus effectum nō curamus de modo. l. Gallus. §. quod si eius ff. de lib. & post. & hoc tenet Alexand. hic in fi. & Cur. iunior colu. 3. uersi. tertium. qui dixit quod si quis iuraret ponendo manus ad pactus ut faciunt episcopi & sacerdotes c. fin. extra de iur. cal. & l. nec honorem. cum authen. ibi posita supra de episcopis & cle. tamen incideret in pœnas istius. l. quia non requirit aliquam formam in modo iurandi, & hoc uerius est, & satis etiam est de mente Curtii hic & Aquens.

Summa est igitur, quod si iuratur per Deum, sufficit omnis forma, etiam nominando res sacras, dummodo mentaliter inuocetur nomē Dei ad hoc ut incurrat pœnas istius. l. per istum text. Si uero iuratur per salutem principis, & tunc similiter procedunt pœnæ istius. l. Secus si iuratum fuerit per salutem inferioris principis, uel per salutem uxoris & filiorum, & aliorum priuatorum, quia licet ualeat iuramentum, tamen non habent locum pœnæ huius legis. Si uero iuretur per creaturas non habendo respectum ad Deum, & tunc nullo modo ualet, ut supra dictum fuit per capitulum & si Christus de iureiur.

59 Sed dubium† restat, quid si transigens dicat, in ueritate obseruabo uel dabo promissa, an dicatur iurare. Abba. in d. cap. & si Christus. in 6. nota. per illum tex. dixit quod est iuramentum, quia interponit Deum qui est ipsa ueritas ad confirmationem dictorum suorum, nam Christus dicitur ueritas. ca. in quadam. de celebratione missarum. & c. qualis. 25. dist. & ibi subdit quod per illa uerba morior per gloriam uestram, dicitur esse iuramentum, quia non est necesse quod ponatur uerbum iuro. Et de uerbo in ueritate, posuit Bal. in c. literis. in ulti. no. extra de præscrip. & in rub. C. res. inter alios acta. & Ias. in l. 4. §. iurari. colum. 3. supra de iureiu. & sequitur Cagno num. 107. Ioan. de silua. in d. tractatu in 1. parte quæstio. quarta. Sed Alc. dicit quod est uerbum ambiguum, Et ideo interpretabitur in fauorem rei ne uideatur iurasse ad euitandum pœnas, nisi aliunde appareat de mente iurantis. Et hoc magis placet.

60 Sed† aliud est dubium, quid si præstita sit fides sua, dicendo do fidem meam quod ita obseruabo, an dicatur iuram. ut contraueniens incidat in pœnas istius. l. Alex. & Ias. inf. col. penu. tenent quod sic. cum a pari procedat iuram. & fidei præstatio. c. ad aures. extra q; met. causa. capitulo peruenit. & ibi glo. de fideiusso. quæ allegat Speculat. in tit. de arbitris. §. fi. uersi. sed quid si cōpromissum. Ioānes Fab. hic. & facit tex. in c. 1. de spon. duo. in uerbo tantum sacramentum. & tenet Io. Andr. in c. primo. de sepul. in 6. & Ant. de Butr. in c. cum tempore. de arbitris. & Feli. in d. c. quærelam. col. 3. in princi. de iureiura. Et dixit esse communem Corset. in rub. de iureiur. in q. 7. Contrarium tamen tenuit Imola. in d. c. cum tempore. per glo. in capitulo penul. de Arb. in fi. quæ dicit quod uiolatio fidei nō ita punitur sicut uiolatio iuramenti, quia non est tantus contemptus. Secundo facit quod uoluit Io. Fab. in §. si quis postulante. inst. de act. dicens quod licet ex iuramēto oriatur actio uel exceptio actori de iure suo, tamen non oritur ex præstatione fidei. Et hanc opinio. seq. hic Parp. quia lex nostra requirit uerum iuram. ut patet ibi, iurauerit. Secūdo, quia in omni contractu est fidei præstatio. l. 1. ff. de const. pec. Tertio, quia in iuramento requiritur tactus scripturarum. glo. in clem. 1. de hæret. in uerbo tacta. Quarto, quia per præstationem fidei non contemnitur Deus. Quinto, quia forma data iuramento est. gloss. in cap. ut circa. in uerbo corporali. de electio. Et ad contraria respondet, quod licet Deus non faciat differentiam inter iuramentum & simplicem loquelam, tamen mundus eam facit. Felin. in cap. secundo. de iureiu. columna sexta. Item æquiparatio facta de iuramento & fidei præstatione non procedit respectu pœnarum. d. cap primo. de iureiu. Et hæc est uera responsio, quia æquiparatio quæ fit de uiolatione fidei & iuramenti procedit quantum ad obseruantiam, & similiter quantum ad obseruantiam Deus non facit differentiam inter iuram. & simplicem loquelam, secus quantū ad pœnas. & ita intelligitur illud dictum. Non obstat cap. peruenit. quia loquitur copulatiue, cum ille uiolauerat utrunque. s. fidem & iuram. quod contingit plerumque in contrauenientе contractui iurato. l. prima. ff. de pact. Non obstat. c. 1. de spons. duo. quia illa uer-

ba, tantum sacramentum, intelligũtur de matrimonio, non autem de fide, quia facta pactionis fide est matrimonium per uerba de præsenti .l.e.nuptias. digestis de regulis iuris. quod amplius separari non potest, ut ibi dicitur propter uerbum Dei, quos Deus coniunxit homo non separet.

Cagno. tamen hic num. 100. post multos quos allegat tenet primam opinionem. & ultra Ias. Alex. Ioan. Fab. hic eam tenet idem Alex. in d. lege non erit. §. dato. circa finem. & Iason in lege tertia. §. iurari. column. prima. de iureiurando. Abb. in cap. quærelam. columna finali. de iureiurando. & ibi Felynus columna tertia. & in capitulo secundo. columna quinta. de sponsal. & Barbat. in cap. peruenit. columna finali. de fideiussori. & summa Angel. in uerbo periurium. quia per fidei præstationem habetur respectus ad Deum, & ei conuenit diff. iuram. quia iurare est aliquid Deo teste dicere. facit textus in dicto capitulo primo in uerbo tantum sacramentum, de sponsa duo. Et ad legem nostram respõdet quod præstare fidem est iurare per Deum, quia dirigitur in Deum, & ad illud quod in omnibus contractibus fit fidei præstatio, respondet quod non est illa fides de qua nunc agitur, scilicet quæ est sperandarũ rerum firma credulitas, quod probat, quia lex prima. ff. de pactis. & l. prima. de constituta pecunia fuerunt factæ ante aduentum Christi, & sic non potest loqui de fide Christi. aliud est enim fides pactionis, aliud fides cõsensus. dict. capit. prim. de sponsl. duo. Item negat. quod requiratur tactus scripturarum, ut per Felin. in ca. 2. de sponsal. col. 16. quia semper cõtemnitur Deus quomodocunque iuretur & ideo infert quod gl. in d. c. ultimo de iureiur. non est uera. Sed tamen aduertatur, quia Cagno. in uno errauit quod est fundamentum suum. s. ꝙ præstatio fidei semper referatur ad Deum, & ꝙ sit sperandarum rerum firma credulitas, & ꝙ ad alium finem non præstatur, ut statim dicam. Similiter decipitur in intellectu. d. c. i. de sponsa duo. quia ibi fides pactionis non est illa fides Christi, sed est illa fides priuata quæ præstatur per uerba de præsenti. Et dicitur fides pactionis illa quæ facit matrimonium, & illa dicitur esse fides consensus quæ præstatur per uerba de futuro, & facit sponsalia.

Vnde resolutiue loquendo considerandum est quid in uerbis illis do tibi fidem meam, intendant partes dicere. Nam siquis dicat do tibi fidem meam, secũdum sẽsum uulgarem & communem usum loquẽdi, sensus est i. uolo ꝙ dictis meis & promissis habeas ueram fidem. i. credulitatem firmam ꝙ obseruabo, quia fides est firma credulitas, ut per glo. in l. 1. sup. de summa trinit. Ergo dicendo do tibi fidem meam, inferũtur ista uerba. s. uolo tibi dare firmam & mundanam spem ꝙ ego tibi obseruabo & ita uolo ꝙ credas mihi firmiter. Et hoc casu puto ꝙ non sit iuramen. & sit uera illa opinio ꝙ non sit tantum dare fidem quantum iurare, quia hic non cõtẽnitur Deus, nec inuocatur nomen domini, sed solũ uiolatus fides sua priuata, & cum uerbis suis decipit partẽ. l. 1. ff. de pact. Si uero quis dicat, do tibi fidem meam, referendo ad Deum. i. illam spem quam ego habeo quod Christus me saluabit ac obseruabit ea quæ dicuntur in euangelio, & tunc dicitur esse iuramentum, quia uidetur iurare per fidem Christi, & præstare fidem quam habet ad Christum, non autem iuratur per fidem propriã, neque fidem suam præstare dicitur. Est igitur resolutio ꝙ aliud est præstare fidem propriam, & tunc nõ est iuramentum, Aliud est præstare fidem quã habet ad Christum uel ad Deum, & tunc est iuramentum & procedit opinio Gag. In dubio tamen puto ꝙ intelligatur præstita fides propria, quia ita se habet cõmunis usus loquẽdi, & hæc est natura uerborũ in contractibus. d. l. 1. de pac. & d. l. 1. de const. pec. & uerba intelliguntur secundũ subiectã materiã. arg. l. imperatores. in fi. ff. de in diẽ adiect. & l. insulã. ff. de præscrip. uerb. Et præsumendũ est minus se obligasse. l. ueteribus. ff. de pact. ut potius parti soli, nõ Deo se uoluerit obligare. Et hoc ẽr sentit hic Alcia. quia uerbũ ambiguũ est. arg. l. siquis intentione. ff. de iudiciis. Et ideo in dubio ueniens contra fidẽ præstitã nõ incurreret pœnã istius. l. quia nõ conuenit diffinitio iuramẽti ꝙ teneatur obseruare. gl. in c. 1. de scrut. & Spec. in ti. de arbit. §. fi. Sed si appareret ꝙ intellexisset de fide quam habet ad Christum, ut solent multi dicere, promitto per illã fidem quam ego habeo ad Christum, tunc incideret in pœnas istius legis non obseruando, quia dicitur esse uerum iuramentũ, & inuocatur mentaliter nomen Dei. Ita procedat contraria opinio, & resoluuntur omnia quæ possunt adduci in hac materia, & hæc distinctio est satis de mente Alciat. in uerbo inuocato.

61 Subdebat† Ias. hic col. pen. post Ioan. Fab. ꝙ ex iuramento nascitur actio, & idem tenuit Abb. in c. 1. de iureiur. quia si relaxari debet iuram. a parte, ergo est inducta obligatio, Sed Ant. de Butr. tenebat contrariũ, ꝙ immo nulla obligatio inducatur respectu partis, sed solũ inducatur respectu Dei. cap. debitores. de iureiur. & hanc sequitur Barb. hic. Sed ego puto dicendũ quod nunq̃ ex iuramento nascatur actio neque respectu partis neque respectu Dei, quia iuramentũ non est pactum neque aliqua conuentio cum parte uel cum Deo ꝓductiua actionis, Sed est quædã confirmatio siue testificatio maioris firmitatis ad obseruandum quæ fit inuocãdo nomen domini ut magis credatur uerbis, ut dixi supra in diffinitione. Et probatur hic in uerbo solidauerit. & d. c. & si Christus, ibi, confirmatio ueritatis. & ca. ad aures, extra ꝙ met. causa. ibi, per præstationem fidei uel iuramenti confirmauerit. Sed tamen quia iuramẽ. præsupponit promissionem, quia iuratur obseruare ꝙ promissum est, ideo obligatio nascitur respectu partis, & etiam ex respectu Dei cui promittit iurans soluere parti deducta in conuentione. Et propterea cum ista duo sunt coniuncta, & aliquando non appareat uerba promissionis, quia sæpissime dicitur, iuro dare tibi talem rem, ideo uidetur ꝙ nascatur actio ex iuramento, Sed uere non est iuramẽtum ꝙ producit actionem, sed est ipsa conueutio quæ implicite continetur in iuramẽto. Et hoc uerum est de obligatione quæ nascitur ex illa æquitate ut pacta seruemus. Potest tamen dici ꝙ iuram. producat obligationem & actionem ex alia æquitate quæ est ut ueneremur Deũ, & seruemus religionẽ, nam omnes tenemur uenerari Deũ. l. ueluti. ff. de iust. & iur. & propter illam obligationem tenemur seruare iuram. & obligatio nascitur ex illo præcepto iurisgen. non ex iuramento. Sicut si iudex in sententia pronunciet aliquem esse debitorem qui non sit non potest inducere aliquã obligationem per talem sententiã, quia hoc non agit, sed tamen quia æquum est seruari sententiã, quæ trãsiuit in rẽ iudicatã, & habetur pro ueritate, ut aliqua sit firmitas in negociis. l. res iudicata. de reg. iur. iõ ex alia æquitate quæ nascitur ex præcepto ut parẽtibus & patriæ pareamus, inducitur obligatio naturalis per q̃ cõdẽnatus tenetur soluere, ut per Bar. & oẽs in l. Iulianus uerũ debitorẽ. ff. de cond. indebit. & in l. ex hoc iure. cũ materia. ff. de iust. & iur. Et sic in effectu ex iuram. nascitur obligatio extra id ꝙ agitur. facit. l. si in arrea. & ꝙ ibi not. ff. de cond. indeb. & ꝙ dixit glo. & Bar. de cõdictione ob causam in l. siue apud acta supra eod. Et hoc modo possunt resolui omnia iura quæ uolunt ꝙ ex iuram. super pacto nudo apposito nascatur actio, nam neque pactum producit actionẽ neque iuram. quia non habet materiam sufficientem ad hoc, sed extra id ꝙ agitur propter æquitatem aliam ut religionem seruemus & Deũ ueneremur, obligabitur seruare pactũ, & hæc sufficiant circa requisita ad incursũ pœnarum istius. l. Sequitur modo uidere quæ sint istæ pœnæ quæ incurruntur, & de earum qualitate & effectu, & sunt multæ hic enumeratæ in text. ut dixi in præmis.

præmiss. Et prima est, quod iurans efficitur infamis, super qua infamia quia aliquæ dubitationes insurgunt, posita est glo. in uerbo infamia. quæ. 1. colligit unum notab. quod periurus efficitur infamis, postea opponit & multi-
62 pliciter soluit, Et ex prima parte colligitur † quod periurus efficitur infamis, concordat tex. in l. quotiens. inf. de dignitatibus. ubi illustris in causa criminali promittens stare in iudicio cum iuramento si non obseruat promissa efficitur periurus & infamis & priuatur dignitate, propter periurium & infamiam, & sic concordat quod periurus efficitur infamis. Sed tamen postea ille text. in alio probat contrarium, quia in causa ciuili similiter iurat & non obseruat, & tamen nõ efficitur infamis nec priuatur dignitate, & sic ille text. potius uidetur turbare hanc materiam quam confirmare. Nec potest dici, prout præsupponunt aliqui, quod ibi non incidit in periurium, quia non promisit super contractu, sed solum promisit hoc factnm non sistendi, ut per glo. in d. l. Lucius. & ibi Bar. quia respondetur quod hoc nõ potest stare in illo tex. cum in utroque casu tam in causa ciuili quam criminali sit eadem promissio, & sicut non efficitur infamis in causa ciuili quia non fit promissio super contractu, eodem modo deberet dici quod non efficiatur infamis in causa criminali, cuius contrarium tamen ibi dicitur. Vnde Cagn. inf. super ista glo. nume. 242. dicit quod in l. quotiens non efficitur periurus nec infamis propter iuramentum, sed efficitur infamis quia tractatur de magno præiudicio in causa criminali, & propterea grauius uoluit punire non seruantem fidem in causa criminali quam in causa ciuili, Sed hæc solutio non ualet, quia immo in causa criminali leuius debet puniri ex periurio, ex eo quia tractatur de periculo uitæ, & plura permittuntur reo ubi tractatur de periculo uitæ quã quando non tractatur, quia in causa sanguinis permittitur quæ alias non permittitur. l. transigere. & ibi no. sup. eod. & l. 1. sup. de bonis eo. qui sibi mor. consci. Item in causa criminali iurans se non fecisse delictum non punitur tamquam periurus, secus in causa ciuili, quia mẽdacium partis seu rei est magis excusabile. Hip. consil. 1. nu. 30. Item non est uerum quod ibi non fuerit iuram. super contractu, quia dicitur cautionem iuratoriam præstandam esse, ergo iuratur super contractu, quia cautio fit per stipulationem. l. omnes. §. in hac. sup. de episc. & cler. & l. sancimus. C. de uerb. sign.

63 Ideo † ego puto solutionem meliorem posse tradi, quod ibi in causa ciuili non efficitur infamis quia promissio est facta coacte, & iuram. ex necessitate præstitum iux. auth. offeratur. inf. de litis contest. & secundum regulas iuris illustris non dicitur suspectus de fuga in causa ciuili, ideo semper sufficit iuratoria cautio quæ præstatur ex præcepto legis. d. l. omnes. §. in hac. sup. de episc. & cle. Et dixit ibi Thomas in apostillis ad Barto. quod omnis probatæ fidei tenetur solum ad iuratoriam cautionẽ, non ad fideiussionem, & lex solũ iubet iuratoriã cautionem præstari a talibus personis. Et ideo succedit regula tex. nostri, quod ubicũque cõtractus fit cogẽte imperio nõ habet locũ pœnæ istius. l. & cessante dispositione istius. l. periurus nõ efficitur infamis, ut not. in l. Lucius. ff. de iis qui not. infa. & inf. dicetur. In causa aũt criminali cautio præstatur ex necessitate præcisa, quia in causa criminali requiritur ex regulis iuris satisdatio cũ fideiussore, propter magnã suspitionẽ fugæ, Et ideo cũ illustri conceditur priuilegium ut possit præstare cautionẽ iuratoriã, non necessitatur, sed eã præstat semper ex uoluntate si uult uti illo priuilegio, ideo magis est uoluntaria ista cautio quam sit illa in causa ciuili stãte priuilegio cõcesso illustribus contra tantam suspitionem fugæ quæ alias est in causa criminali, Et propterea incidit in periurium, sicut quando præstatur aliud iuram. uoluntarium. per. l. nostram. cum tanto maior dicatur uiolatio fidei quanto magis. l. confidit de eius fide & integritate, & magis debet effici infamis.

Et secundum hoc ille tex. concordat tam in dicto quã in limitatione. Vel dicas quod illa. l. facta fuit ab Alexand. qui per multum tempus præcessit Iustinianum, & per consequens fuit facta ante. l. nostram quo tempore nõ efficiebatur infamis contraueniens contractui uel trãsactioni, & ideo tunc temporis erat speciale ut efficeretur infamis, sed hodie effectum est regulare, & põt dici quod ibi hodie in utroque casu per tex. nostrum efficiatur infamis quando præstatur cautio ex uoluntate.

64 Ex quibus † patet quod limitatio quam hic ponit Ias. de eo qui promisit obedire rectori, quod nõ incidat in has pœnas, non est bona, quia si præstatur ex necessitate non includitur in hac. l. propter exceptionem in ea positã. Si uero præstatur iuram. ex uoluntate, limitatio est falsa, quia ille qui promittit obedire promittit parti super conuentione, nam conuentio prius est inter eos ut obediat, & super ea præstatur iuram. quia iuram. non obligat, sed est confirmatio contractus seu obligationis factæ, ut sup. dixi. ideo semper præsupponit pactum præcedens quod habet promissionẽ de futuro, ergo debet effici infamis. per d. l. quotiens. & l. nostram. Nec obst. glo. in d. l. Lutius. quia illa glo. hoc non dicit, sed solũ uult quod non efficiatur infamis quando promittit sibi ipsi uel soli Deo, non autem quando promittit parti & Deo, & ita ibi declarat Bar. & Abba in c. testimonium in materia periurii. in fin. extr. de test. hoc autem casu non promittit sibi ipsi, sed promittit parti & Deo, & super pacto de futuro. Non obst. quod dicit Felin. in d. c. testimonium. col. 6. quod ille qui iurat dicere uerum iurat de futuro, & tamẽ nõ efficitur infamis, quia respõdent ibi Bal. & Feli. quod non promittit aliquid testis quando examinatur in iudicio, quia non facit cõtractũ uel quasi contractũ cum iudice nec notario, ideo non efficitur infamis. In hoc aũt iuram. scholaris, est pactũ mixtum. Si tamen contingeret statutum extare quod scholaris teneatur iurare obedientiã, tunc non efficeretur infamis iurando, tum quia faceret ex necessitate statuti, & non contineretur in l. nostra tum etiam quia faceret ut adimpleret quod tenetur facere, ideo tunc non diceretur contrahere, sed se liberare ab obligatione legali, & ita possent concordari opiniones.

Et remanet quod in hac materia fienda est regula negatiua, quod periurus non efficitur infamis. Fallit ubicunque aliquis iurat super contractu cum promissione de futuro quia tunc efficitur periurus si præstatur ex uolũtate, ut in l. nostra. Sed hæc fallentia quę est regula in hac l. limitatur non procedere ut dictũ fuit quando iuramentũ coacte præstitũ fuit ex aliqua coactione, iusta uel iniusta, publica uel priuata, & legis siue hominis, ut supr. dictũ fuit ex mẽte doct. Secũdo limit. d. regula l. nostræ quando illud quod promittitur parti nõ continet cõuentionẽ uel pactionẽ, ut per gl. in d. l. Lucius. ff. de iis qui no. infa. & ibi Bar. & Abb. & Fel. in d. c. testimoniũ. ext. de test. ut quando iurat sibimet uel Deo tantum.

65 Tertio † limitatur non procedere in hærede iurantis quia licet in eũ transeat uirtus iuram. ut teneatur illud obseruare, ut no. in auth. de iureiu. a mor. præst. §. 1. & in l. generaliter. C. de non nu. pec. tamẽ pœna siue reatus periurii nõ transit in eũ, nec incurrit in periuriũ propter inobseruantiã, ut per Abba. & alios in c. ueritatis. de iureiu. & in c. fi. de for. cõpet. & posuit Bart. in l. cum quis. §. codicillis. colum. 2. ff. de leg. 3. & facit tex. in l furti. §. si quis alieno. ff. de infamibus. & per Cepol. in cautel. 12. incipiente regulariter.

66 Quarto † limitatur non procedere quando pars non curat quod contraueniens incidat in infamiam, & non petit declarari eum esse infamem, quia. l. concedit hoc remedium parti si petat. l. quarta. §. hoc autem iudiciũ. ff. de dam. infec. & iudex non potest impartiri officium suum nisi petatur, ut est tex. in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. de quo multa adducit hic Parpal. in 12. not ab. & per Alexand. in consi. 19. uolu. 1. & Dec. in cap. licet

causam. de probat. col. 9. cum aliis cumulatis hic per Cagno. Qui dicit quod est utile facere istam reseruationem propter magistratus minores coram quibus non potest agi de causa infamiæ, & ratio istius limitationis potest esse, quia remittente parte iuram. cessat omnis eius effectus. c. 1. de iureiu. & tacite non petendo uidetur remittere in hac parte. Sed tamen ex alio hæc limitatio non uidetur bona, quia regula. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. & l. 4. §. hoc autem iudicium procedit in eo ꝙ dependet a uoluntate non petentis, hic autem ipso iure inducitur pœna, & non expectatur uoluntas partis, ideo sicut non potest iudex facere quod damnatus de furto non efficiatur infamis quia pœna sequitur ipso iure. l. non potest. ff. de furt. Ita etiam non potest facere iudex quod damnatus de periurio non efficiatur infamis, ex quo hæc pœna sequitur ipso iure, & si iudex hoc non potest facere expresse, tanto minus tacite præsumitur fecisse, si pars tacuit de infamia. Etiam quod iudex sit minor, nam uidetur eum iudex condemnare si iurisdictionem habet, & si non habet iurisdictionem remanet cognitio integra de infamia, ut per Bar. in l. si plures. ff. de fideiuss. & l. a procedente. inf. de dilat. secũdum Alcia. hic in uerb. infamia. Vnde solum limitatio uidetur posse procedere quando actor nullam quærelam de periurio ꝓposuit in iudicio, & solũ petit executionem contractus sui reseruando causam periurii in alio iudicio, & tunc nullam ex ista. l. poterit consequi utilitatem quæ tota fundatur in causa periurii.

67 Quinto †limitatur quando iudex ex causa uellet reseruare infamiam augendo pœnam in alia parte, ut per Alexan. in l. & si seuerior. col. fi. ff. de infa. & per Barto. in d. l. non potest. & per Parpal. in 12. notab. & Cagno. hic num. 114. qui subdit quod iudex simpliciter faciendo præsumitur facere ex causa. ut per Bart. in d. l. quid ergo. §. pœna grauior. de infam. & per Felin. in c. sicut col. 9. ext. de re iud. ubi respondet quibusdam fundamẽtis per quæ Dec. titubabat & inclinabat in c. consuluit. col. 2. de appellatio. Et ad dictum Innocen. in c. præterea. de dilat. & Bart. in l. 2. ff. si quis in ius uoc. non ierit. col. 2. uolentium quod iudex recedens a regulis iuris teneatur exprimere causam, respondebat ut ibi per eũ. Sed tamen ad tollendas istas difficultates dicebat hic Cagno. bonum esse exprimere causam quare faciat, uariæ autem sunt causæ propter quas iudex potest recedere a pœna. l. uel statuti. ut habetur in d. locis. & unam de illis enumerat Paul. de Castr. in consi. 23. col. fi. & consi. 116. in antiquis. alias Roma. in consi. 329. Alexan. in consi. 157. col. fi. uol. 5. & Dec. in d. c. de causis. col. fi. de offi. deleg. & in rubr. C. qui admit. ubi dixi post modernos cum aliis cumulatis per Cagn. nu. 117. Potest dici hanc limitationem nõ esse ueram, quia hic lex facit executionem, & nõ potest iudex tollere quod fit a lege. argu. l. non potest. ff. de fur. nam omnia allegata loquuntur in pœna & infamia quæ imponuntur per sententiam, & hoc uidetur uerius.

Sexto limitatur non procedere nisi contraueniens offerat se paratum soluere, nã ipse posset purgare moram & euitare pœnã huius. l. secundum Parpal. hic colum. 15. sed Cagn. nu. 118. repræhendit, quia purgatio moræ impeditur in l. nostra. cum pœna imponatur ipso iure, ut per Imo. & alios in l. insulam. ff. de uer. obliga. Sed potest saluari prima opinio ex magna æquitate quando est paruum interuallum, & nullum est interesse partis, ut inf. dicam. Septimo limitatur non procedere in debitore usurarum qui tenetur soluere si iurauit. c. debitores. de iureiu. tamen non incidit in pœnas huius. l. ut per Felin. in c. testimonium. extr. de test. & Aquẽs. hic super glo. in uerbo infamia. Et rationem assignant quia cum eo casu iuramen. non firmet contractum propter odium usurarum, non dicetur proprie contrauenire contractui, & non habebunt locum pœnæ istius. l. ut no. in c. 1. & c. debitores, extr. de iureiu. & sequitur

* hic Cag. & est communis opinio.

68 Secunda †est pœna, quod contra ueniens restituat data & soluat pœnã & excludatur per exceptionem. Vnde obst. tex. in l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pact. & l. cum proponas. in fi. sup. eod. & l. qui fidem. ff. eod. in quibus dicitur quod cum exceptione ad obseruantiam non potest concurrere actio ad pœnam nisi sit apposita clausula rato manente pacto. Soluit Bart. & communiter docto. quod prædicta procedunt quando non est appositum iuramentum, secus quando est appositum, quia iuram. habet uim clausulæ rato manente pacto, & sequuntur omnes. Quando autem non est appositum iuramentum, quid iuris sit, dicas ut per Bar. in l. ubi pactum. col. fi. uers. procedo ulterius supr. eod. & ibi dixi post Ias. & alios.

69 Sed †dubium est qua actione petatur, & iste tex. simpliciter loquendo uidetur præsupponere quod pœna petatur actione ex pacto, & sic pactum nudum transactionis producit actionem, quod uidetur esse contra generales regulas in l. siue apud acta. sup. eod. & l. si pacto quo pœnam. sup. de pactis. Parpal. hic in 21. notab. dicebat quod petitur pœna actione ex iura. quia iuram. producit actionem de iure ciuili, & ita dicit tenere Alexan. hic in fi. Ias. uero in 10. not. in fi. dicebat quod datur actio ex pacto uestito per iuram. quia iuram. uestit pactum. Et probatur ex isto tex. qui dicit pœnam quæ pactis probabitur inserta, & tanto magis quia hic tractatur de transactione quæ habet suam formam a iure traditam sine stipulatione, Et quia Alexan. in utroque tenebat contrarium, sentiens quod immo neque ex iura. neque ex pacto dabatur actio, quia debet subintelligi quod hic erat apposita stipulatio. Respõdebat Ias. quod est diuinare ad istum tex. qui simpliciter loquitur. sed Cagn. defendit ponderando uerbum, promitto, quod importat stipulationem. l. 1. infr. de usur. ubi Pau. de Cast. & §. si ita scriptũ. inst. de inut. stip. Itẽ dicit præsumi scripturã interuenisse ex quo regulariter solet interponi. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de edil. edic. & idem est in stipulatione quæ solet interponi, Sed quia hæc comprobatio est multum a longe, ideo tu dicas ꝙ non est diuinare præsupponere hic stipulationem interpositam, & ꝙ pœna præstetur per actionẽ ex stipulatu, quia debet intelligi si pœna promissa fuit & promissa exigi posit secundum regulas iuris, sicut oportet dicere ꝙ pœna soluitur, & data repetuntur quando data fuerunt, & si pœna promissa fuit, Non. n. uult tex. ꝙ præsumatur apposita pœna, & ꝙ semper actor habeat actionem, & ꝙ semper dominium sit penes contrauenientem, sed intelligitur in casu quo prædicta de facto interuenerint, & secundum regulas iuris cõpetere possunt, & datis terminis habilibus ex subiecta materia patiatur, quia quando de uno disputatur in aliis præsupponũtur termini habiles. l. qui testam. ff. de test. cum cumulatis per Cagno. in l. uinum. col. 1. ff. si cer. pet. ne uideatur princeps uno ictu tollere totam uigilantiam iurisc. facit. l. 1. inf. de inof. dot. Et ideo dicẽdum est ꝙ pœna soluetur si de iure exigi alias potest. arg. tex. in l. cum proponas. sup. de pact. & d. l. cũ prop. sup. eo. Nec ob. ꝙ tex. dicit de pœna pactis inserta, quia intelligitur. i. contractui qui hic continetur sub nomine pacti in genere ut sup. dictum fuit. & ideo intelligitur de pacto habili productiuo actionis, Et hanc opinionẽ sequitur hic Alc. in uerbo actione. uers. rursus. dicẽs ꝙ hæc uirtus nõ põt attribui iuram. cum pactũ de pœna nõ fuerit iuratũ, sed solũ ipsa transactio. Hæc tñ q. cessat de iure canonico secundũ ꝙ ex pacto nudo iurato agi põt. c. 1. de pactis. & c. cũ uenissent. de institutionibus. ꝙ seruatur ẽt in foro ciuili, ut ꝑ Cor. in auth. sacramenta puberũ. inf. si aduers. uend. q. 14. & Alcia. hic uers. actione. in fi. uel põt dici ultra alios, ꝙ actio nascatur ex illa æquitate ut seruemus religionem. l. uel uti. ff. de iust. & iure. ut sup. latius dixi.

Alia

70 Alia† pœna inducitur in istis uerbis quod data restituit, ut probatur ibi in uerbo restituta, quod uerbũ turbauit omnes doctores hic, cum non uideatur conuenire dicto de pœna quæ datur non autem restituitur. Vnde docto. exponunt restituta, idest data. nec uidetur extranea expositio. ut per Iasonem in rub. ff. soluto matrimonio. per legem primam, infra quorum leg. & l. uerbum reddendi. ff. de uerborum signifi. & per Alciatum hic. & Romanu. in consilio 509. & tex. est nota. in l. curabit. ff. de actio. emp. Vnde infert Parpa & Cag. quod procederet libellus, peto restitui pœnam, per istũ text. & per dicta per Alex. in consi. 38. uolum. 3. colum. 1. & consi. 58. colum. 1. uolum. 5. Felyn. in ca. auditis. de præscri. colum. 1. & Aquens. in lege edita. C. de edendo. col. 10. Dec. cons. 218 Sed licet ista sint in se uera, tamen nõ sunt necessaria ad istum textum. Vnde ego puto quod sub istis uerbis, restituta pœna, contineantur data, nam illa quæ dantur efficiuntur accipientis, & succedunt loco eius quod per contractum ei abest, & ideo cum amittit data dicitur pati pœnam, quia pœna est quando est damnum ex parte soluentis & lucrum ex parte accipientis, ut not. in lege 1. §. si. in glo. moram. ff. si quis ius dicent. non obtempe. & per Iasonem in §. pœnales. in præmissis. insti. de actio. & data habentur ex causa onerosa, unde si ammittit ea patitur damnum, & ille qui repetit lucratur, cum iam aliud eorum loco in contractu consecutus fuerit, & per consequens repetitio datorũ est uera pœna. Ideo sequitꝫ q sub nomine pœnæ ueniũt conuentionales. Et quia uerbum, restituere, est generale, & compræhendit dationem & restitutionem. l. uerbum reddendi. ff. de uerb. sig. ideo dictum fuit cum ministerio, restituta pœna, quæ uerba exponuntur, idest data pœna conuentionali, & restitutis datis in contractu, compræhendens duo dicta sub breuitate sermonis, quæ duo uoluit tex. posse peti per obseruantem.

Sed ulterius contra istam conclusionem, quod data restituuntur & transactio obseruetur, fortiter instatur, quia condictio ob causam datur ad resoluendum contractum & ad repetendum data, ut dictum fuit in lege siue apud acta. supra eodem. & resolutio contractus & obseruantia simul non possunt stare propter contrarietatem. l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur. & l. 4. §. eleganter. ff. de leg. commiss. & l. commissoriæ. ff. de pact. inter emp. & uend. & l. 1. inf. de fur. & l. 1. inf. si ser. ext. & est tex. in l. eleganter. §. si post. ff. de cond. indeb. Barto. dicit quod propter clausulam, rato manente pacto, soluitur contrarium, nam sicut in pœna illa operatur concursum, ita etiam in restitutione datorum, ut probatur in lege cum proponas. supr. eodem. quæ lex loquitur de restitutione datorum, & possunt saluari Barto. considerationes, quia tunc restitutio datorum fit in pœnam, & dicitur esse pars pœnæ non autem fit in uim resolutionis. Tamen ultra docto. uidetur uera alia solutio, q iuramentum operatur contractum istum diuidi in partem obseruantis & partem contrauenientis, ut pars obseruantis adimpleatur, & pars inobseruãtis resoluatur & sic contractus claudicat, ut in simili no. in §. 1. instit. de autho. tuto. Sed hic iuram. fortius operatur ad diuisionem istam, quia totum obseruatur ei & nihil ipse obseruat, cum aduersarius priuetur omni emolumento. Et ideo infertur unum mirabile, quod in casu. l. 4. §. eleganter. ff. de leg. commiss. & l. commissoriæ. ff. de pactis inter emptorem & uend. apposito iuram. & nõ soluto pretio utrumque poterit cõpetere, per istum text. qui admittit copulatiue istas pœnas propter dictionẽ, non solum, & etiam, quæ sunt dictiones implicatiuæ, & consentiunt hic omnes, & secundum Barto. & docto. etiam quando esset apposita clausula, rato manente pacto, per legem cum proponas. supra eodem. quæ loquitur de datis quæ repetuntur simul cum concursu exceptionis, Nisi dicas quod pœnæ istius legis non habent locum in illo casu ubi specialiter prouisum fuit de pœna resolutionis, & prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. l. fi. C. de pact. conuentis. Et iam non est dubium quin hic tex. uelit data restitui, cum dicat, omni emolumento priuetur, & etiam doct. præsupponunt licet non respondeant ad contraria ut hic per Salic. in pe. colum. & Barto. in lege sub diuerso. & l. ubi pactũ. in pe. colum. supra eodem. & Cur. antiq. in 9. no. nume. 36. Et est alius casus in lege ubi pactum. supr. eodem. ubi concurrit transactio & repetitio datorum, quãuis sint contraria, quia ibi ille reus non opponebat exceptionem, sed fuit iudex qui hoc fecit, & sic propter beneficium iudicis consequitur utilitatem transactionis & repetit data, quod fortius procedit hoc casu quando est appositum iuramentum, nam iudex ex officio poterit repellere, ex quo actione priuatus est actor, & sic alio modo resolui potest contrarium prædictum.

71 Item infertur, † quod iuramentum habet uim clausulæ rato manente pacto, ut late per Bartol. Item habet uim diuidendi contractum ut de uno efficiantur duo, ut sup. dixi. Et tertiam consequitur uirtutem, quod habet uim clausulæ si non ualet uirtute transactionis ualeat omni meliori modo quo potest. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2.

72 Et ideo † si forsan fuisset facta transactio super re clara uel post rem iudicatã, quo casu non ualet ut transactio nec ut pactum, ut not. in. l. si causa cognita. sup. eod. tamen si appositum erit iuram. semper ualebit ut pactũ propter illam clausulam quam tacite inducit iura. arg. tex. in. l. si unus. §. acceptilatio. ff. de pact. & l. an inutilis. ff. de accep. & seq. communiter docto. hic. & in d. le. * si causa cognita. sup. eo. & hic per Ias. Qui limitat non procedere in compromisso. per auth. decernimus. infr. de arb. de cuius auth. intellectu ponunt docto. com. in c. 2. de arbi. Nam secundum unum intellectum ibi iuram. non facit quod si ille non stat laudo quod possit petere pœnam, & ratio est manifesta, quia iuram. ibi est prohibitum, unde non inducit aliquam nouam clausulam, hic autem ualet & operari potest prædictos effectus, faciunt quæ dixit Fely. in c. cum super. columnn. 3. de off. deleg. & Ias. in lege sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. & per omnes in lege 1. §. si quis ita. ff. de uer. oblig. & Bauer. in tract. iur. carta 1. ubi infert ad uarias q. Nec ob. ratio Fulg. uolentis quod quando transactio fit super certa lite ut defectus sit in substantia, & ideo non possit ualidari, nam respondet hic Alex. quod iste defectus est defectus in materia, cum materia transactionis sit res dubia, & maior est defectus formæ quam materię. l. an inutilis, & ibi no. ff. de acce. & l. 1. §. si quis ita. ff. de uer. obl. sed defectus formæ suppletur per iuram. d. §. filius matrem, ergo tanto magis defectus materiæ. Sed Aquens. negant quod res dubia sit de materia transactionis, quia ipsa res est materia, & dubietas est de forma, cum alias inter pactum & transactionem non esset formalis differentia. Et hoc ego puto uerum, & latius dixi in l. edita sup. de eden. declarãdo quid est forma & materia.

In proposito autem transactionis materia est cõsensus partium. quia in consensu conueniunt omnes contractus, & appellatur materia generica. l. 1. ff. de pact. Item res ipsa, & lis sunt subiectum, & appellantur materiæ subiectiuæ. Item est dubietas, & in istis est forma transactionis siue differentia essentialis, cum per eam distinguatur ab aliis contractibus, quia alii contractus sine lite esse possunt, sed transactio nunquam potest esse sine lite incerta, sicut sup. dixi in rubr. Et hoc modo potest dici quod est defectus in forma. Dicendum est igitur quod in §. filius matrem. fuit defectus formæ, & hic est defectus formæ siue qualitatis essentialis uel differentiæ specificæ, & in §. filius matrem. erat materia, ut uoluntas & subiectum, & hoc casu transactionis super re certa est uoluntas, & subiectum, sed deficit forma, uel essentialis qualitas, qui defectus formæ uel qualitatis

litatis essentialis per iuram. potest suppleri, quia cum sit uoluntas & subiectum faciliter ostenditur animus faciendi alium contractum, & ideo in d. §. filius matrē. inducitur noua species ultimæ uoluntatis, & hic inducitur noua species conuentionis. Sed si esset defectus in uoluntate & re, tunc iuramentum nihil posset operari, neque in contractibus, neque in ultima uoluntate, tam quam deficiente materia ex qua uariatur species, & hāc solutionem tenent Aquens. hic dum allegant Rom. cō si. 163. licet nesciuerint in totum exprimere eorum mē tem. Non ob. quod forma non possit suppleri, quia hic non suppletur forma, sed per iuramentum demonstratur quod non agebant præcise facere transactionem, & ideo attenditur contractus qui conuenire potest, & induci, ut no. in lege. 2. ff. si certum pe. in princ. per leg. ubi ita donatur. ff. de dona. caus. mor. Et regula contraria, quod maior est defectus formæ quam materiæ, potest procedere quando præcise cogitant contrahentes facere unum contractum, ut no. in d. lege 2. ff. si cer. pe. Item potest saluari in uitio formæ uel materiæ in casu quo nō tollitur forma nec materia, sed solum uitiatur, quia omne uitium formæ nocet, sed non omne uitium materiæ, ut dixi in d. l. cum quid. per l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhibendum.

73 Tertia est pœna, quod contraueniens priuatur actione. Super qua pœna est multiplex difficultas, & primo de qua actione loquatur, & glo. super uerbo actione. dicit quod priuatur primeua actione super qua est lis quam primo remiserat, & per exceptionem erat elisa, nam in pœnam periurii in totum extinguitur, & istam expositionem sequuntur communiter doct. & hoc etiā suadet natura uerbi actionis. l. actio in personam. ff. de uerborum signi. Addunt tamen hic docto. & Alciat. in uerbo actione in rem. ut si lis fuerat super dominio rerum, quæ actio non extinguitur per transactionem. l. siue apud acta. sup. eodem. & tamen apposito iuramento priuatur ea, quod etiam innuit litera in uerbo proprietate careat, nam si dominium ammittit, in consequentiam etiam priuatur actione. argum. §. 1. insti. de actio. & l. ut responsum. sup. eodem. & ita clarius declarat Alcia. in uerbo emolumento. & mihi placet. Tertia etiam potest competere, scilicet illa quæ nascitur ex contractu transactionis iurato. nam licet transactio nullā pro ducat actionem ipsi contrauenienti. l. siue apud acta. supra eodem. tamen propter iuramentum ex contractu iurato dicitur competere actio quæ postea ammittitur secuta contrauentione, & ita colligunt ex isto tex. quod iuram. producit actionem uel uestit pactum ut eā producat. Sed istum intellectum repræhendunt hic cōmuniter docto. negando quod ex contractu iurato nascatur actio propter iuramentum & statim dicam.

74 Sed aduertendum est ad duo, & primo an iste textus possit intelligi de actione ex illo contractu, attento quod transactio regulariter non producat actionem, tamen ego puto intellectum esse in se uerum, quod secuta cōtrauentione priuetur actione ex illo contractu in casu quo secundum regulas iuris possit nasci actio, ut si forsan erat apposita stipulatio. iux. l. cum proponas. & l. siue apud acta. sup. eo. uel esset contractus nominatus super quo appositum fuisset iuram. in quo secundum magis communem opinionem sup. firmatā habet locum etiam dispositio istius. l. In istis igitur casibus in quibus secundum regulas iuris actio potest competere ex contractu, si iurans contraueniat, priuatur actione ex illo contractu, siue sit actio in personam, siue in rem, siue alia quælibet competat. Quod demonstrat text. in illa generalitate, actione priuatus, & in aliis uerbis, omni emolumēto careat & proprietate rerum careat, innuēs in effectu nullam posse contrauenientem consequi utilitatem ex illo contractu, quam haberet si non contrauenisset, & non impediretur agere, uel ea non esset priuatus, & confirmatur, quia secundum docto. etiam restituit data, & sic restituit res postquam sunt penes eum, ergo tanto magis si eas non habebit impedietur agere uel petere sibi obseruari promissa, quia si ille cui contra uenitur habet actionem, per istum textum, ergo tanto magis si possidet habebit exceptionem. argum. l. 1. ff. de superf.

Quare fienda est conclusio, quod contraueniens propter periurium priuatur omni actione primeua in rem & in personam, quam etiam omni alia actione ex ipso contractu quomodolibet competente. Sed dum docto. dicunt ex iuram. nullam produci actionem, placet eorum opinio, quia lege non cauetur quod iuram. producat actionem, cum eius natura sit confirmare contractum, non autem producere actionem. ut hic in tex. & c. & si Christus. ext. de iureiur. Et speciale est secundum eos quod ex iuramento nascatur actio quando libertus promittit operas. l. si quis pro eo. ubi gl. & Bar. ff. de fideiuss. & no. in l. 1. inf. de oper. liber. Et ad istum text. respondent quod intelligitur de actione primeua in personam, & dum præsupponunt ex pacto nasci actionem ad pœnam, intelligunt stipulatione interueniente. Sed ego puto quod nec etiam in operis nascatur actio ex iuram. & ad contrarium respondetur ut sup. dixi, quod actio non nascitur ex ipso contractu neque ex iuramento sed ex quadam æquitate ut religionem seruemus. iux. l. ueluti. ff. de iust. & iur. Vel secundo potest dici quod ibi nascitur actio tamquam sit quidam contractus innominatus do tibi libertatem ut mihi præstes tot operas, uel cum conditione ut mihi præstes tot operas, & quando iurat operæ præstantur ex contractu innominato tamquam sequuto implemento ex parte patroni propter manumissionem, & confirmatur postea propter iuramētum. Vel actio datur ex pacto per patronum apposito super datione libertatis quasi uestitum sit traditione rei. l. legem. sup. de pac. Et iuramentum operatur quod promissio uideatur facta correspectiue ad manumissionem etiam quod non diceretur, & ideo exiguntur fortius quando est impositum iuramē. Item iuram. facit quod licet uideatur esse onerata libertas iux. l. quæ onerandæ. ff. quar. rer. actio. non detur. tamen exactio fieri posset. Et sic concludo quod iuram. ibi non facit nasci actionem sed habilitat conuentionem quæ in sui natura est reprobata propter oneratam libertatem, ut non censeatur onerata propter timorem animæ, sicut in simili seruatur in c. quamuis. de pac. in 6. coniunc. l. pactum quod dotali. inf. de collat. Non ob. l. actori. inf. de iureiu. quia respondetur quod ibi nascitur actio uel exceptio ex illa æquitate naturali ut religionem seruemus, quæ æquitas ex præcepto legis uestitur in iudicio ut producat actionem, sicut dicitur de sententia in l. Iulianus uerum debitorem. ff. de cond. indeb. Nec ob. iste tex. quia ultra prędictas responsiones etiam secundum Imo. respondetur, quod nō potest intelligi de actione ex iuramento, cum illa actio ex iuram. obseruantiæ contractus non potest dari nisi illi in cuius fauorem iuratur, sed hic loquitur de actione quæ competit ipsi iuranti obseruanti & sic non conuenit. Iason tamen hic in decimo notabili ex alio comprobabat istam opinionem, dicens quod licet ex iuramento non nascatur actio, tamen ex calore iuramenti uestitur pactum super quo interponitur, ut hic in text. ibi, pœnam quæ pactis probatur inserta, & quia ex trāsactione actio non nascitur regulariter, ut uerificentur illa uerba, actione priuatus, præsupponitur quod actio nascatur ex pacto propter illam solam causam quod iuram. uestit pactum. Sed respondetur quod tex. iste dū loquitur de pœna pactis inserta intelligitur de pactis habilibus ad agendum, ut sup. dixi. cum hic uerbum, pactum, in genere capiatur secundum communem opin. sicut etiam præsupponitur quod aliæ solemnitates requisitæ ad contractum interuenerint secundum regulas iuris. Et si forsan esset pœna apposita dationi quantitatis,

titatis, tunc non exigeretur nec solet exigi, iux. not. in l. Iulianus. §. idem Papinianus respondit. ff. de acti. em pt. Et hanc partem sup. tenui. & sequit hic Cur. antiquus in 8. notab. Nec ob. quod iuramentum ualidet contractum reprobatum ad c. cum contingat. de iureiu. ergo fortius debet habilitare contractum cui ius non resistit quia respondet Cur. quod non procedit de iure ciuili. l. non dubium. supra de lega. Vel melius dicas, quod alia ratio est in contractu habili ad producendum actionem, alia in pacto quod non est habile, quia in habentibus simbolum facilior est transitus. §. quo genere. insti. quib. mo. tol. obli.

75 Rursus ex isto tex. †dum præsupponitur quod priuetur actione, colligunt hic docto. ut per Iasonem in 12. notab. quod periurus repellitur ab agendo, quam conclusionem admittunt omnes in illa actione super quo iurauit, quia cum careat illa actione, & priuetur, constat quod non potest agere magis ex defectu actionis quam non habet quam ex periurio, & ita declarat glo. in c. paruuli. 22. q. 5. Alias autem non reperitur quod periurus repellatur ab agendo, ut hic per Ias. & per gl. & doct. & ibi Fely. col. 1. & Dec. in 3. nota. & Paris. in c. dilecti. de exce. & Ant. de but. in c. intelleximus. ad fin. de exce. ubi etiam dixit quod exceptio periurii est exceptio litis finitæ. Nec obs. quod periurus sit infamis, quia secundum Spec. in tit. de actore. col. 7. ad fi. infamia non remouet periurum a commertio hominum quin possit petere suum, pro quo Cag. hic nu. 120. allegat tex. in l. 1. §. remouet. a contrario sensu ibi, pro aliis ff. de postul. facit tex. in c. omnibus. 4. q. 6. ubi omnibus etiam infamibus in propria iniuria licitum est accusare, & ideo uidemus condemnatos ex crimine famoso non prohiberi agere sua negotia & comparere in iudicio, quamuis repellantur in alienis a testificando. c. testimonium. ext. de testib. Nec ob. quod iste tex. quia nõ dicit quod periurus non possit agere, sed solum dicit periurum priuari actione, & ideo non impeditur tanquam periurus uel infamis, sed quia non habet actioné & nemo sine actione experitur. l. si pupilli. §. uideamus ff. de neg. gest. Ex quo infertur quod si periurus nõ priuaretur actione, quod contingit quando aliquo cogente imperio interpositum fuit iuram. quod poterit agere non obstante quod sit periurus, nec repelletur propter infamiam, & sic regula est, quod periurus non repellitur ab agendo ex capite periurii sed ex capite quia non habet actionem qua priuatus fuit.

76 Sed† dubium est, an iudex secularis cognoscat de periurio ad effectum ut possit punire per istam l. ut siquis petat declarari aduersarium contrauenisse contractui, & eum incurrisse pœnas istius l. infamiæ, & priuationis rerum, & Parpal. uidetur dubitare, cum sit crimen ecclesiasticum, unde uidetur quod iudex ecclesiasticus solum cognoscat, sicut de matrimonio, licet cognito de periurio causa agatur coram iudice seculari in meri * tis, iux. c. lator. ex. qui filii sint leg. Communis autem resolutio est, quod aut constat de periurio, & iudex secularis cognoscit. l. fi. ff. de crim. stel. & hac. l. nostra. & per Fely. in c. cum sit generale. col. 5. de for. comp. in 6. Sed in casu dubio magis communis uidetur cõclusio, quod causa periurii cognoscatur coram iudice ecclesiastico d. c. fi. de for. comp. & per Alex. in apostil. ad Bar. in le. de periurio. ff. de crim. stel. & per Fely. in d. c. cum sit generale post gl. & doct. & c. fi. eo. tit. in 6. & c. nouit. de iud. Quæ limitatio absorbet quasi totam regulam, quia raro fit iudicium quin dubitetur an sit periurium, nam siquis petat declarari aduersarium incurrisse istas pœnas ille semper negabit se periurasse, & sic necessario cognoscetur de periurio in casu dubio. Potest tamẽ esse casus in quo non erit dubium de periurio, & tamen erit dubium an contrauenniens inciderit in istas pœnas, ut si dubitetur an sit minor uel maior, & an contractus sit factus nullo cogente imperio uel ex aliqua necessitate, & in aliis casibus supra dictis in quibus non habet locum pœnæ istius l. non obstante periurio in quibus saluari potest prædicta conclusio.

77 Sed† extra terminos l. nostræ. quando ex aliqua causa iurans petit rescindi cõtractum, tunc est in eius arbitrio agere coram iudice ecclesiastico uel iudice laico uariando modos agendi. Nam si petit aduersarium cogi ad relaxandum iuramentum, poterit agere coram iudice laico, quia remissio iuramenti potest fieri a sola parte, ut no. in c. 1. de iureiu. & ibi Fely. in 1. col. uers. 2. nota. & nu. 22. col. 5. Sed si uult petere absolutionem a iuramento quæ non potest concedi etiam a Papa sine causæ cognitione, ut per Fel. in d. c. 1. de iureiur. col. 4. nu. 17. per unam col. & Ioa. de sil. in tract. de iureiu. in 2. parte. Sequitur quod necessario tunc tota causa fiet coram iudice ecclesiastico, quia oportet apud ipsum cõstare an cõtractus sit licitus, cum solum ex iusta cã possit absoluere, ut per Fely. in c. 1. de iureiu. & sic utendo hoc remedio petendi absolutionem trahit causam ad iudicem ecclesiasticum. c. nouit in uerbo iudicare. ext. de iudic.

78 Sed si† petitur habilitatio a iuramento ad effectũ ágẽdi, illa debet peti a iudice ecclesiastico, sed ea obtenta, causa retractationis instrumenti cognoscitur coram iudice seculari, ut per Fel. Imo. & alios in d. c. 1. de iureiurã. & ita obseruat consuetudo. Quia petita habilitatione suspenditur uirtus iuramenti, & non disputatur de periurio, sed solum de iustitia & æquitate contractus, & ideo causa est profana. & coram iudice seculari agitari debet, ut per Felynum ibidem numero. 22. columna sexta.

79 Quarta est† pœna, quod priuatur proprietate rei, qđ glo. declarat duobus modis. Primo, ut intelligatur de actore qui fecerat simplicem transactionem super fundo non extinguendo actionem, sed postea contraueniẽdo priuatur dominio & actione, & hoc sequuntur omnes. Alii etiam intelligunt ut per Alci. hic quando actor promiserit dare certam pecuniam reo ut sibi præstet rem, si ipse actor non soluit illam pecuniam, priuatur actione primeua & dominio rei suæ quæ sibi erat restituenda per eum si non contrauenisset. Tertium etiã ponitur exemplum, si uendidi fundum tibi & non tradidi, postea uendidi alteri & tradidi, nam tradendo alteri contra primum iuramentum priuor actione & dominio, & postea tradendo secundo non transfero dominium, sed hoc exemplum ego supra reprobaui, quia quando uendo uni & promitto cum iuramento tradere, si uendo & trado alteri, non contrauenio directo iuramento, quia non iuraui alii non uendere, ideo uendẽdo non efficior periurus, sed solum quando ego nõ trado primo, & per non traditionem, non autem per uenditionem efficior periurus, & per consequens ex secunda uenditione non priuor dominio, & tradendo possũ transferre dominium, sed si iurassem non uendere alteri, tunc uendendo incurrerem in periurium, & incontinenti priuarer dominio, & hoc casu posset procedere prima opinio, quod tradendo secũdo non possem trãsferre dominium quo iam priuatus eram. Duæ igitur primæ expositiones sunt tenendæ. & tertia solum posset procedere quando iurasset alteri non uendere & nõ

80 tradere. Quid† autem sit proprietas, & in quo differat a dominio ponit hic Cag. in 15. no. nu. 135. & dic ut per eum, & per quotas ab eo allegatas.

Quinta est pœna, quod priuatur omni emolumento contractus, & hoc declaratur duobus modis, primo qđ si aliquid uirtute illius contractus datum fuerit omne illud restituere debeat, quia nihil commodi ex eo habe

81 re debet, & hoc supra probaui.† Item 2. exponitur etiã de alio commodo, ut si forsan fuisset liberatus per acceptilationem, uel consecutus fuisset actionem ex eo contractu, nam illam actionem ammittit, ac etiã exceptionem si eam habebat, quia illam etiam ammittit, & ea priuatur.

priuatur, Et in summa, priuatur omni commodo suo. Vnde Mathes. latius exemplificando dicebat quod si uēdidi fundum & tradidi & promisi de euictione & emptor partem pretii promittat soluere cum iuramento, & postea contraueniat priuatur facultate petendi euictionem, quia omni emolumento carere debet. Sed Alcia. reprehendit, quia ille tex. dicit de emolumento, nō autem de euictione & de damno, & actio de euictione continet damnum, cum fine euictione non habeat primam rem emptam, quæ euictio sibi præstari debet ex natura contractus. Sed potest defensari opinio Mathe. quia actio de euictione & ipsa res uendita appellantur emolumentum, quamuis ueniant ex causa onerosa, nā emolumentum dicitur propter commoditatem quam consequitur ex ipso contractu emptionis ipsius rei propter affectionem. arg. l. si fundum per fideicommissum. ff. de leg. 1. & l. libertus qui soluendo. ff. de bon. lib. Et ideo re non tradita competit actio ad interesse. le. 1. ff. de actio. emp. Item potest intelligi de fructibus perceptis qui appellantur emolumentum. arg. l. stipulatus. ff. de usur. & etiam de partibus. arg. l. si rē & pretium. in fi. ff. de pet. hær. Aliud etiam exemplum ponitur per Parpa. hic in pretio quod consequutus fuit uenditor ꝓ parte ab emptore, & promiserat tradere rem & non tradidit, ut sicut priuatur proprietate rei in casibus supra dictis, ita etiam priuatur pretio accepto ut restituat pretium & tradat fundum cuius dominio priuatus fuit, & ille emptor habeat & rem & pretium, Rem, uirtute contractus quem uenditor obseruare debet pro parte sua, & pretium, quo ipse uenditor priuatus fuit, quia nō tradidit rem, Cum emolumētum omne ammittere debeat & pretium receptum erat emolumentum suum quod debet applicari parti obseruanti quæ illud soluerat. Quam conclusionem ampliat Cagn. hic procedere etiā quod emolumentum consistat in sola actione, ut ille q̄ habet actionem ex contractu ad pretium uel aliam rē promissam si non obseruauit priuetur illa actione, & si ille obseruauit liberetur ab illa actione. Et in summa omne commodum quod potest acquiri ex illo contractu & omne ius ammittit & parti applicatur.

82 Sed circa istas pœnas addit† hic tex. duas qualitates, unam, quod mox contraueniens incurrat istas pœnas, & aliam, quod omnia commoda applicentur alteri parti obseruanti, super quibus qualitatibus est insistendum Et primo dubium est quid importet quod mox incurrat istas pœnas. & glo. hic in uerb. priuatus. dicit quod ipso iure istæ pœnæ imponuntur, & sequuntur docto. propter dictionem mox, quæ sui natura importat ipso iure, ut per glo. in auth. de incest. nup. in uerb. imminere. quia sententia non potest statim ferri, sed cum deliberatione matura. l. 2. C. de sent. ex peric. recita. Hoc etiam probatur secundum Bart. hic, quia utitur uerbo priuatus, quod est præteriti temporis, & significat ipso iure, ut per eundem Bart. in l. iubemus. §. iconomus. supra de sacros. eccles. Et idem Bar. in l. Meuius. §. duobus. col. fi. ff. de leg. 2. uers. nam debes scire. glo. in l. in criminali. inf. de uril. om. iud. & in l. 1. inf. ne lic. pot. cum cō cor. de quibus per Fely. in c. 2. col. 2. & c. ex tenore. colu. 8. & latius in c. Rodulphus. colum. 9. cum seq. extra de rescrip.

83 Et ideo† infert Bar. hic, quod non requiritur sententia ad imponendas pœnas istas, ex quo ipso iure per l. sine facto hominis imponuntur. Quam conclusionem sequuntur doct. quantum ad sententiam condemnatoriā quia si condemnatus est a lege non oportet amplius condemnare sed exequi. Sed tamen quia posset esse, falso dici eum contrauenisse uel teneri adimplere forsan propter pactum aliquod de non petendo uel alias conuentiones uel exceptiones, uel propter iustum impedimentum, & iniquum esset nō audita parte exequi istas pœnas, cum lex imponat pœnam tantum quando uere est periurus.

84 Ideo† communiter doct. dicunt esse necessarium q̄ fiat processus citata parte & auditis suis defensionibus, & habita plena causæ cognitione de facto declaretur eum contrauenisse & incidisse in pœnas istius legis. Et sic requiritur sententia declaratoria quod reus incurrerit istas pœnas prolata audita parte in suis defensionibus, & cum plena causæ cognitione. ut per Oldr. hic dicentem quod omnia iura de mundo quę uolunt pœnas ipso iure imponi intelliguntur sententia declaratoria interueniente, per quam appareat de ueritate facti, & per Ioan. & Archi. in c. 1. de homi. in 6. per tex. in c. cum secundum. de hær. in 6. & per tex. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fi. ibi, & prius constare debet & de crimine cognosci. & idem Bal. in c. 1. de feu. sine cul. non amitti. in auth. qui semel. inf. quomodo & quando iudex. & per Ias. hic, Sali. in fi. int. loc. & in l. 2. in 3. q. inf. de iur. emph. Abb. in c. licet de euitanda. in col. 2. & in c. quisquis. & ibi Bal. & in c. nihil. de electio. & in c. quāto. de transla. præl. & in c. 2. col. 1. de for. comp. Alexā. in cōs. 124. col. 1. uol. 1. cum conc. adduc. hic per Aque. col. 2. in gl. priuatus.

85 Effectus† autem est maximus an imponatur pœna ipso iure an per sententiam cōdemnatoriam, ut per Cro. in l. 1. §. qui præsens. in 1. lect. de uerb. oblig. qui ponit quinq; effectus. Primus est, quia licet differatur sententia declaratoria, tamen in ueritate est cōdemnatus, unde nō facit ante sententiam fructus suos. ut per gl. in d. auth. de incest. nupt. cum aliis alleg. per Fely. in d. c. Rodulphus. col. 21. uers. S. limito. & in c. de quarta. col. 10. de præscr.

86 Secundus† est effectus in emphyteota uel uassallo, q̄a ubi pœna imponit ipso iure, hæres potest priuari, ut ꝑ Bal. in c. imperialem. §. insuper. in uerb. succedat. de ꝓhib. feud. alie. per Fed. quem sequi. Pau. de cast. in l. omnimodo. in prin. C. de inof. test. quod tamen uerum esset si non dependeret a uoluntate domini, sed si pœna dependet a uoluntate domini, tunc hæres non potest declarare, quia dominus uiuus uidetur remisisse, secundum Imo. in c. fin. colum. 8. de donat. sequitur Crot. in dic. §. qui præsens. reprælhendens istum effectum in emphyteota.

87 Tertius† est effectus quia ante sententiam declaratoriam reus non potest alienare quia ipse non est amplius dominus, & per sententiam non imponitur pęna hodie, sed declaratur retro impositam fuisse. l. fi. int. ad le. iul. maiest. & per gl. in §. per contrārium. inst. de hære. quæ ab intest. & in d. c. cum secundum. de hær. in 6. secus per sententiam condemnatoriam, ut per Bar. in le. post contractum. de don. uer. secundum tempus.

Quartus† est effectus, quia delictum non finitur morte, & pœna aufertur ab hærede, ut per Barto. in l. 1. ff. de priua. del. & in l. Caius. ff. ad sil. Secus si per sententiam condemnatoriam. l. defuncto. & l. ex iudiciorum. ff. de pub. iud. Et ideo dixi sup. quod hæres defuncti contrauenientis potest conueniri ad omnes pœnas priuatiuas etiam lite non contestata, quia cum pœnæ istæ imponantur ipso iure in hoc tex. nou finiuntur morte.

88 Quintus est† effectus, quia quando pœna imponitur ipso iure potest peti etiam in foro conscientiæ secundū Abbatem in c. dilecti. col. 5. de arb. & in c. canonum statuta. de const. ubi dixit quod in foro conscientiæ ecclesia potest retinere bona publicata ipso iure, uel etiam princeps, quia sunt acquisita fisco, secus si per sententiā condemnatoriam pœna debeatur, ut per glosam in ca. fraternitatis. 12. quæst. 2. quam sequitur & commendat Abba. & post eum Felyn. in dicto. c. canonum statuta. col. 11. & 12. & per Crotum in d. loco, facit glos. in ca. quia clerici. & in c. de iure. in fi. & ibi Abba. extra de iure patrona.

89 Limitatur† tamen prædicta conclusio secundum Bal dum Pau. Sali. & Alex. Ias. & Parp. procedere in pœna infamiæ & priuationis actionis quæ imponitur ipso iure, &

re,& propterea sequuta sententia retro dicitur esse infamis, & priuatus, secus tamen est in pœna scripta in contractu,& in restitutione datorum in quibus requiritur sententia condemnatoria,& factum, & executio hominis,& sequitur Areti.col.fi.dicens uerbum mox, in tex.positum non trahi ad illa duo,sed referri ad uerbum deputabuntur,quasi sequta sententia mox deputabuntur adimplenti,sed Aque.dicunt immo istum text. æqualiter procedere in omnibus pœnis, ut ipso iure imponantur,& data ipso iure acquirantur adimplenti, cum pœna conuentionali,& ideo habebitur causæ cognitio,& sequta sententia retro dicetur priuatus datis, & pœna imposita,sicut dicitur in d.ca.cum secundum. de hær.in 6.& licet non faciat lex executionem quantum ad reale ius,tamen facit quãtum ad actionem personalem,ut per Bar.in l.cum quidam.2.col.pe.ff.de lega.uer.item oppo.Et satis sunt de mente Bart. hic simpliciter loquentis.& Ang.& Rimi.col.fi.& expresse tenuit Alc.in uerbo mox.per l.iam hoc iure.ff.de uulg.& pup.dicens esse communem opi.Pro qua ponderat Cagno.hic uerbum careant,quod significat canonem latæ sententiæ.ut per gl.in l.prouidendum.in uerb. careat, inf.de post.de qua per Cors.in sing.suo in uerb. careo, & uerb.penitus.Sed tamen postea Cagnol. dicit communem opinionem esse quod requiratur sententia condemnatoria,quia pœna non imponitur ipso iure nisi dicatur,ut per Bal.in auth.qui semel.inf.quomodo& quando iudex.col.2.quia mitior opinio in pœnis est eligenda.regula in pœnis.de reg.iur.in 6.& ad contrariũ de uerbo careat,respondet negando quod importet ipso iure,sed per sententiam,ut per Gemi.in c.dispendia, in 3.no.de reicr.in 6.& hanc opin.tenet Math.in sing. 102.& Ias.in l.rem quæ nobis.colum.pen. & fi. de acquir.poss.& Fely.in c.ex tenore.de reicr.col.pe.ubi dicit communem esse opinionem quando subiecta materia requirit executionem,& restitutionem, dationem, & solutionem pœnæ,& ad uerbum,mox, respondet ꝙ refertur ad uerbum deputabuntur, secundum subiectã materiam,ut in iis quæ requirunt executioné post sententiam declaratoriam,arg.l.2.ff.de off.procõ. & leg. Rom.in consi.480.& Dec.in c.quoniam Abb.in princ. de off.deleg,Sed tamen bene aduertatur, quia iste tex. respectu pœnæ utitur uerbo præteriti temporis,& dicit,restituta pœna,quæ uerba ut sup.dixi important data,& ipsam pœnam,ergo ex ratione omnium doct.data & pœna restituuntur ipso iure,ut per Bar,& gl.in di. l.iubemus.§.economus.sup.de sacros.eccl.& postea subsequitur priuatus actione proprietate careat,& uerbũ, careat,in hoc tex.intelligitur necessario ipso iure,cum ad proprietatem transferendam non est necessaria executio.l.a Titio,ff.de fur.& l.fi,sup.de sacros.eccle..& ea ratione qua ipso iure priuatur actione etiam priuatur proprietate,sed translatio possessionis corporalis remanet fienda postea per executionem facti. Et de istis datis & pœnis loquitur iste tex.per dictionem, mox, cum in illa pœna de infamia non habeat locũ ille uer. quæ omnia applicentur parti,quia pœna infamiæ parti applicari non potest.Et sic uidetur quod opinio Bar. & Aque.quod indistincte fiat priuatio ipso iure, sit uerior,prout denotat uerbum mox,quod uidetur deputari parti adimplenti omnia prædicta,& non potest uerificari post sententiam condemnatoriam,cũ statim post sententiam non possit fieri executio.l.debitori.ff.de re iud. Et hæc opinio non uidetur habere difficultatem in rebus consistentibus in specie,& etiam in pœna consistente in specie,sed quando ea quæ data fuerunt consistunt in quantitate, & pœna debetur in quantitate in qua non ptoest dominium transferri ipso iure, ut not. per doct.in l.1.ff.de leg.1.& tunc est maior difficultas, cum ipso iure non possit fieri executio in ipsa quantitate in actione prout uolebant Aque. ergo inutilis uidetur,quia actio ad resoluendum competit incontinenti, & actio ad pœnam secundum regulas iuris.l.ad diem a ff.de uerb.obl. Ideo concordando opiniones uidetur dicendum, quod si pœna & data consistunt in specie, tunc ipso iure fit priuatio,sicut in infamia & actione,si uero consistit in quantitate,tunc executio fit ipso iure respectu actionis ex regula communi non ex priuilegio,sed quantum ad ipsam pœnam imponẽdam requiritur sententia condemnatoria sicut in aliis actionibus personalibus.

90 Ex†prædictis infert etiam Bart. hic, quod cum ipso iure pœnæ istæ infliguntur,impeditur purgatio moræ l.si is cui.& ibi Bar.ad fi.ff.de leg.2. & per omnes in le. insulam.ff.de uer.obl.& ibi Aque.col.8. quia si iam facta est exequtio a.le. propter delictum non admittitur purgatio moræ post pœnam impositam,sed Ias. hic colu.pe.& Angel.Pau.& Aret.distinguunt ut dictum fuit in præcedenti quæstione in illis pœnis quæ ipso iure imponuntur, sed in repetitione datorum & solutione pœnæ dicunt admitti purgationem moræ quia cessat ratio prohibitiua purgationis moræ, & ubi est dictio mox,etiam potest admitti purgatio moræ,ut per Bald. in l.cum ancillis.inf.de incest.nup.Sed communiter docto.tenent quod indistincte prohibetur purgatio moræ,quia licet in aliquibus non fiat executio ipso iure, tamen militat alia ratio,quod est appositum iuram. & quando est appositum iuram.non admittitur purgatio moræ,quia periurus non auditur ad petendam dispensationem siue habilitationem ad agendum, secundum Antotoni.de Butr. Ab.& Fely.in capitu,1.de iureiurã. & Alexand.Aquens.& alii in le,insulam.ff. de uerborũ obligationib. facientes regulã, quod quando est appositum iuramentum non admittitur purgatio moræ, & ibi Ias.colum.penu.& Rimi.hic.& Par.in 23.notab.& Bane.in tracta.de uirtute iura.colum.4.Deci. consilio. 452.col.3.& 4.& Rip.in repet.l.fin.infra de reuoc. donat.quæst.32.

Et hęc limitatio est uera tenendo quod iuram. impediat purgaiionem moræ, sed tamen quia multi tenent contrarium quod iuramen. non impediat purgationem moræ,ut notat. in dict.locis. ideo tenendo hanc opinionem potest dici, quod cum omnes admittant purgationem moræ impediri quantum ad pœnam infamiæ & priuationis. etiam necessario impedietur quantum ad alias pœnas,quia.l.incontinenti condemnat eum de periurio, & facit eum periurum, & periurium est indiuiduum, ideo quod sequitur nullo modo poterit purgare moram,cum purgatio moræ nihil aliud sit quam obseruare,& cum quadam excusatione dicere quod ipse non fuit in mora neque fuit periurus,ꝑpter aliquam causam impedimenti, & quod semper habuit animum adimplendi,& sic in effectu negat periurium,quod non potest fieri hoc casu, ne sequatur quod lex puniat illum tanquam periurum,& etiam admittat allegationem quod non est periurus, quod nihil aliud esset quam punire non periurum de periurio.

Et ideo dicendum est,quod quando lex facit executionem in aliquo propter delictum in totum declarat delictum esse commissum & nunquam potest purgare moram.Nec ob.l.Sancimus.in fi.de fideiuss. ubi purgatur mora & tamen delictum est factum cum teneatur de interitu, quia respõdetur quod ibi non erat facta aliqna executio a l.facit tex.in l.commissoriæ.inf. de pactis inter emp.& uend.Et hanc partem quod indistincte prohibeatur purgatio moræ,tenet Curti. antiquus nu.42.dicens esse uerissimam opinionem,quia hæc nõ est pœna conuentionalis, sed est pœna legalis quæ fit pro puniendo periurio, & in pœnis legalibus non admittitur purgatio moræ.l.qui ea mente.ff.de fur. ut dicit hic Alex.& uidetur sentire Bar.in d.l.si insulam. in 5.q.ff.de uer.obl.Et confirmatur secundum eundé per gl.in clem.1.nerb.ipso facto.de statu mon.quæ uoluit quod quando apponuntur ista uerba, ipso facto, nunquam

quam habet locum pœnitentia, & exclamat Bal. in authen. habita. inf. ne filius pro patre. col. pe. Nec ob. quod requiratur executio facti, quia & in pœna dupli, & quadrupli in furto requiritur executio facti, & tamen non habet locum pœnitentia siue purgatio moræ, d. le. qui ea mente. Possunt tamen hæc fundamenta ultima euitari, quia in le. qui ea mente tractatur de delicto in committendo in quo non cadit mora, quia mora est nõ facere quod quis debet facere, & delictum incommittendo est facere quod quis non debet facere, & sic nõ probat. Tamen dictum est uerum de iure, licet ex æquitate in practica obseruetur quod posiit fieri purgatio moræ quæ practica potest iustificari, quia ex paruo interuallo cessat præsumptio doli uel latæ culpæ sine qua periurium non potest committi. Non ob. quod dicit Aret. quod iuram. regulatur secundum naturam contractus, l. fi. de non nu. pec. quia illud uerum est quantum ad promissa in contractu non autem quantum ad purgationem moræ quæ est quodam extrinsecum, ut per Ias. in d. l. insulam. de uer. obl. col. antepe.

91 Limitatur† tamen non procedere quantum ad peccatum, & in foro pœnitentiali, quia ecclesia nunquã claudit gremium pœnitentibus, ut in epistola inter claras. sup. de sum. trin. & fide cath. secundum Parpa. hic in 23. no. quia omnia delicta in foro pœnitentiali per pœnitentiam delentur. c. quali. 25. distinc. & in c. 1. in §. 1. de sum. trini. & fid. cath. facit gl. in c. Beatus. 22. q. 2. Secũdo limitatur secundum Ias. hic col. pen. non procedere de æquitate canonica, secũdum quam semper admittitur purgatio moræ. & Alex. col. 2. & Parp. in 23. not. & allegat tex. in c. suam. de pœn. ubi pro parte pro qua adimpleuit postea non est infestandus in pœna & Curti. ant. dicit Alex. nihil posse in eternum addi.

92 Et per hoc† infert Pau. de cast. hanc l. non habere locum inter mercatores in quibus æquitas iurisgen. attẽditur. secundum Bar. in l. si fideiussor. §. quædam. ff. mãda. Sed contrariam opin. tenet Ale. in l. si insulam. ff. de uerb. obl. col. pe. uers. 12. fallit, dicens hanc limitationẽ procedere in foro pœnitentiali tantum, non autem in foro contentioso, & iudiciali, in quo obseruaretur hęc l. etiam de iure canonico, ex quo non reperitur cõtrarium decisum a canonibus, & stamus iuri ciuili quãdo non reperitur decisum a iure canonico c. 1. & ibi no. de no. op. nunt. & præsertim quando est facta executio. & hoc sequitur Lancellotus Dec. & Aquens. col. 3. & allegant Abb. in c. 1. de iureiu. & quia qui contra. l. cõmittit non habet auxilium eius. c. quia frustra. ext. de usur. Alex. consi. 17. col. 1 uol. 3. & consi. 222. col. 2. uol. 2. & Soc. consi. 56. in 2. difficultate. uol. 3. Cor. consi. 6. colu. pe. uol. 1. Dec. consi. 151. col. 5. Brunus con. 46. Et ideo dicunt doct. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. quod ll. ciuiles sunt approbatæ a canonibus nisi reperiantur correctæ ex materia peccati uel alia probabili ratione & ad tex. in c. suam. de pœnis. respondet Soc. in d. cõsi. col. 3. uol. 1. & in consi. 18. & Dec. in consil. 452. col. 3. cum aliis adduc. hic per Cag. Et hanc opinionem ego puto ueram, quia ista priuatio magis generaliter fuit inducta de æquitate canonica, ut probatur in c. quærelam. de iureiu. tam quantum ad pœnam infamiæ, quã quantum ad priuationem commodi contractus, & etiã priuationem beneficiorum, ut ibi per omnes, & tex. ibi non admittit differentiam an sit maior uel minor, & an fiat aliquo iusto imperio cogente. Item ille tex. præsupponit quod non admittatur purgatio moræ, cum non sit credendum quod ille clericus ut euitaret illam priuationem ecclesiæ & beneficiorũ non uoluisset purgare moram præstando illos duos aureos, uidetur tamen quod posset hæc opinio temperari, ut in longo interuallo non admittatur purgatio moræ, sed si esset paruum interuallum & nullum accidisset interesse creditori tunc æquitas suaderet admitti purgationem moræ per capitulum potuit. extra loca. & ibi nota. facit text. in l. & si post tres. ff. si quis caut. & capi. potuit. §. 1. ext. loc. ibi, celeri satisfactione, & est de mente Galia. in repe. l. 4. §. Cato. ff. de uer. obl. col. 24. & per Cag. hic nu. 156. & tenet Bal. in l. cum ancillis. inf. de incest. nup. in prin. col. fi. uer. si patefecit. & uers. sed nunquid. Posset tamen etiam dici quod hæc temperantia sit dubitabilis, quia fundamenta allegata de c. potuit. & dict. l. & si post tres. non loquuntur quando est facta executio a iure, quia in contractu emphyteotico non fit nisi post declarationem factam a domino, quidquid tamen sit de iure, practica in tota Italia uidetur recepisse istam temperantiam.

Et sic regula est, quod in terminis. l. nostræ non admittitur purgatio moræ. fallit quãdo interuenerit paruum interuallum, & nullum sit interesse partis, nã tunc admittitur purgatio moræ per prædicta, & maxime quia cessat præsumptio doli uel latæ culpæ. Secundo

93 limitari potest† in casu. c. suam. de pœn. quando reus adimpleuisset pro maiori parte, & parum deficeret ad cõplementum obseruantiæ promissorum, nam tunc ex æquitate canonica admittitur purgatio moræ ad euitandum pœnas. Qui tex. licet non faciat mentionẽ de iuramento, tamen ex quo pro maiori parte adimpleuit tollitur præsumptio doli & latæ culpæ, ut uerisimiliter posiit excusari a periurio, & per consequens ex æquitate cano. admittitur purgatio moræ, quę æquitas etiã seruabitur in foro ciuili. d. c. potuit. ext. loc. & ibi nota. & maxime quia hæc ratio præsumptionis, quod cesset dolus uel culpa, procedit indistincte in lege nostra.

94 Tertio† limitatur non procedere in regno, nam propter ritum magnæ curiæ uicariæ seruatur in eo, quod si reus comparet in ult. peremptorio cum sacculo paratus quod tunc posiit purgare moram & postea amplius non puniatur de periurio neque ciuiliter neque criminaliter, & si habet aliquas exceptiones eas facta depositione penes curiam examinet, quæ tamen practica debet intelligi de reo qui contrauenit in ommittendo, & non obseruando, in quo potest cadere purgatio moræ, quia mora est delictum in ommittẽdo, ut no. in l. quod te. & ibi dixi in præmiss. ff. si cer. pe. Sed si contrauenire agendo petens rescindi contractum, tunc incideret in istas pœnas, nec eum iuuaret ritus magnæ curiæ uicariæ, quia tunc non tractatur de mora sed de delicto in committendo in quo ut sup. dictum fuit committitur periurium etiam non sequta comparitione uel litis contestatione, & per consequens non potest dici quod admittatur ad purgandum moram. Vnde si hoc casu uolens contrauenire desideraret euitare istas pęnas deberet prius petere absolutionem a iuramento siue habilitationem, qua habilitatione obtenta suspenderetur etiam iuram. ad effectum agendi, taliter quod non posset amplius incidere in periurium nec in pœnas istius legis, Nisi postea in fine causę appareat quod calumnio se egisset ex calumnia apparenti, nam tunc constaret eum fuisse periurum, quia habilitatio conceditur sub conditione, si narrata in libello sunt uera & habeat excusationes probabiles. ut per doct. in c. 1. de iureiu. Et propter istas duas causas hæc lex raro practicatur, & uidetur quodammodo abiisse in desuetudinẽ. Verum tamen est quod non est correcta in aliquo, sed solũ per indirectũ impeditur practicari, & habilitatio oportet quod sit concessa antequam sit commissum periurium, quia alias non auditur. ut in d. c. 1. de iureiu. & sup. etiã in parte hæc dicta fuerunt. Quid autem sit de eo qui extra casum istius legis iurauit, an posiit purgare moram, ponit Ias. in d. l. si insulam. quem Alc. hic uerbo mox. repræhendit, ut hic per eum. Sed possunt concordari opiniones considerando interesse partis & modicum uel longum interuallum ut sup.

95 Secunda qualitas| quæ ponitur in istis pœnis per hãc l. est, quod ille applicantur parti obseruanti, & ista qualitas intelligitur de pœna priuationis dominii & priuationis

uationis actionis & pœnis conuentionalibus,non autẽ de pœna infamiæ, quia infamia non applicatur parti nec est utile applicari,& quia dicit,quæ omnia,necessa rio colligitur quod pœna legalis applicatur parti in hoc tex. quia ita l.scripta. cum non fuisset necessarium exprimere in datis restituendis & pœnis quæ ex conuẽ tione applicantur parti,ideo illa uniuersalis remane- ret inutilis,cum non contineat infamiam secundũ om nes,& non contineret pœnas legales secundum opinio nem istorum,nec etiam posset conuenire pœna conuẽ tionalis quæ sine dispositione istius.l.applicatur parti, & per consequens concludendum est quod ista clausu- la,quæ omnia,refertur ad omnia præcedentia excepta infamia,propter inhabilitatem infamiæ,& uniuersalis restringitur propter inhabilitatem .l.ut gradatim.ff.de mun.& hon.& no.in l.1.§.nuntiatio.ff.de no.ope.nun tia.Et hanc pœnam possunt petere obseruantes etiam in foro conscientiæ,quia,ut supra dictum fuit,quando pœna applicatur ipso iure potest peti in foro conscien- tiæ,quia lex acquirit ius,ut per Fely.in c.1.de const. in 6.limitatio.in c.fraternitatis.12.q.2.Dec.tamen ibi co lu.8.in 1.lectura miratur illam gl.communiter appro- batam,secum Cag.hic.Sed tamen hoc non tollit uerita tem conclusionis,quia illa glo.procedit in pœnis quæ imponuntur per sententiam, sed quæstio nostra est de pœnis quæ imponuntur ipso iure,in quo communis est opinio quod pœnæ impositæ ipso iure debentur in fo- ro conscientiæ,quia lex acquirit ius parti incontinenti nec respicit quod per pœnitẽtiam possit delictum pur- gare, & ita tenet ibi Andr.ab exea in d. c.1. de consti. nu.340.uers.9.conclusio.Quinimmo dicunt doct.quos etiam ibi refert And.ab Exea,quod si pœna imponitur per sententiam,lata sententia potest exigi in foro con- scientiæ.ut per Ioa.de Ana.in c.significasti.col.2.uers. quæritur etiã.circa prædicta.ext. de hom. ne dicamus quod omnes leges pęnales uolentes pœnam exigi tam de iure ciuili quam canonico sint nutritiuę peccati.

96 Quid autem†dicendum sit de aliis pœnis legalibus, an applicentur parti uel fisco, & pœnis in testamento appositis,ponit Bar.in l.agraria.ff.de termino moto. & in l.fi.ff.de litigiosis.& in l.siquis id quod.ff.de iur.om. iud.& per Ias.& Rimi.hic ult.no.& Parp.in 22.Aret.& canonistæ in rub.ext.de iud.Soc.in consi.36.uol.4. Ias. in l.1.col.2.C.de iis quibus ut ind.& inst.de act.in prin ci.col.3.& Fely.in c.qualiter & quando.el.2. de accus. col.2.& hic Cag.nu.159.& Pet.de Anc. consi.148.apud

97 antiquos.†Vbi dixit usque ad quam quantitatem exigi possit,& possunt peti sine solemnitate.l.libellorum.de accus.ut per Soc.in consi. 109.uol.3.& per istum textũ cum simil.infert.Pet.de Ancha.consulendo & Rom. in l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de uerbo. obl.quod quando interuenerit iuram.pœna potest excedere duplum uel quadruplum,contra.§.omnes autem actiones.insti. de act.Sed Ias.hic dicit hoc non probari in ista.l.quia non constat de quantitate pœnæ.Tu uero dicas illam regu lam,quod actio non excedat duplum uel quadruplum, non habere locum quando pœna imponitur respectu delicti,ut est publicatio omnium bonorum, quæ aliqñ solent excedere milluplum, & aliquando interesse su- per crimine falsi,uel incestus uel alterius criminis. So- lum enim illa regula procedit quando pœna imponi- tur respectiue ad res uel interesse partis, ut latius dixi in l.1.inf.de sent.quæ pro quod inte.Et quid de pœnis appositis a testatore ponit Barto.in lege uxorem.§.hę res.ff.de legatis 2.cum aliis cumulatis per Iasonem hic colum.penul.

98 Prædicta†tamen conclusio, quod pœnæ applicãtur alteri parti, procedit si alia pars integre & intemerate obseruauerit,& ita tenent hic omnes doctor.per istum tex.qui clare hoc dicit,& ponit Cor.in consi.246. col. 2.uol.3. Et ideo cum adimplementum sit fundamentũ prætendentis sibi pœnas applicari,oportet quod ꝓbet se plene obseruasse,alias succumberet,cum illi qui inci dit in pœnam non possit dari persecutio pœnæ, ut hic per glo.in uerbo seruauerit.per le. cum par.§.illi.ff. de reg.iur.& per Parpa.hic in 8.& 10.q. & Aquenses. col. fi.in fi.qui limitant non procedere quando illud quod erat adimplendum per agentem ad pœnas non erat ad implendum nisi præcederet plenum adimplementum alterius partis, nam cum adhuc non possit dici in mo- ra,potest consequi pœnas,licet ipse non impleuerit,ut per Barba.consi.15.uol.1.Dec.in d.§.illi.& Corn. late in consi.246.uol.3.& hic per Cag.nu,193.Volentes qđ nec etiam sufficiat iuram.suppletorium.Idem tamẽ est si interueniat oblatio in contractibus nominatis secun dum formam.l.Iulianus.§.offerri.ff.de actio.emp. & se cuta postea fuisset contumatia partis, Vel si obsignatio & cõsignatio facta fuerit,iux.no.per Bal.in l.acceptis. inf.de usur.cum materia.Et addit etiam hic Cag. quod contrauentio posset probari per iuram.iudiciale dela- tum a parte parti,licet Parpa.teneret contrarium,quia fundamenta sua procedunt in iuramento suppletorio, non autem in iuramento delato a parte parti, quod ha bet uim rei iud.Et multi sunt casus in quibus iuramen. suppletorium non habet locum,& tamen habet locum iuram.iudiciale,ut per Ias.in l.3.in princ.in 3.& 4.col. ff.de iureiur.& patet in causa matrimoniali,ut per Ias. in d.loco.& mihi placet.

99 Et†quia tex.dicit intemerate,oportet quod obserua tio sit facta in totum per uolentem agere ad pœnas .le. pe.inf. de iis quib.ut indi.doct.in auth.qui rem. sup.de sacros.eccl.quia si in uno capite non seruauerit, perin- de est ac si nihil obseruauerit.Pau.de cast.consi. 188.ui- detur.col.1.& Alci.hic in uerbo seruauerit.& Cor.cõ- si.246.col.2.uolum.3. saltem per cautionem de indem nitate,si aliter non potest seruari. Bal.& Dec.in l.si pa- ter.inf.de colla. Et idem de uno capitulo non seruato dixit Soc.consi.162.col.fi.Bru.consi.48.Et idem etiam econtra si ille qui contrauenit uult euitare pœnas con- trauentionis debet in totum obseruare, ut per Parpal. hic.q.9.quia illa regula,non seruanti fidem ei non ser- uetur,procedit etiam in eo qui in minimo non seruaue rit,de qua in l.cum proponas.sup.de pœn.Et ita ibi in- telligunt illam regulam Rimi.Lancel.Dec.& Aqu. fa- ciunt multa cumulata per Dec.c.de appellationib.ext. de appel.& per Astens.in tract.de exclusio. fœm.articu lo 9.col.pe.Sed contrarium tenent dicti Astens.in dict. tract.ut hic per Cag.nu.195.quantum ad tex.in d.le.cũ proponas.Sed quantum ad l.nostram propter iuramẽ. magis communiter resident doct.quod sufficiat mini- ma contrauẽtio,& ego puto uerissimum in eo qui uult agere ad pœnam contra alium, sed si ipse uult euitare pœnam in qua conuenitur ab alio,tunc de æquitate ca nonica poterit soluendo purgare moram, & euitare pœnam ut supra,per c.suam.de pœn. quod loquitur in istis terminis.Et hoc etiam tenet hic Alci. dum uult qđ ex minima contrauentione non arguatur dolus, nam uerum est in eo qui uult euitare pœnam,non autem in eo qui uult alios accusare de pœna.per ca. quia frustra. ext.de usur.

100 Sed†dubium restat, an obseruãs recipiendo partem promissorum uideatur remittere ius suum ut amplius non possit agere ad pœnas,& Alex.in consi.14. col. fi. uol.2.& Alci.hic & Parpa.col.fin.dicunt quod amplius non potest agere.per l.post diem.ff.de l.commisso.Sed de hoc dicas ut sup.dixi nu.23.cum seq.in 3.q. in mate ria de personis.Glo.in uerbo consequtus ampliat istum tex.dicens ea quæ habentur in hac l.de actore inobser uante procedere etiam in reo,& eam sequuntur cõmu- niter docto.&ego sup.eam approbaui nu.26.uers.4.du bitatio,quia lex loquitur impersonaliter,&omnia eius uerba conueniunt utrique parti.Vtrum autem transeat in singularem successorem istæ pœnæ,ponit hic Cagn. tenet quod sic,Sed communiter docto. tenent contra- rium,&

gium,& tota difficultas dependet ab hoc utrum uendẽdo alteri rem de directo contraueniat iuramento taliter quod ueniat ipso iure priuandus antequam tradat tertio,sed ego sup.distinxi considerando formam contractus,& dic ut ibi num.17.in mate.personarum uersicu.quin.

101 Tertio†etiam dubitant docto.an pœnæ istius.l.transeant in hæredem,& Parpa.hic.& Cag.considerant tres casus quos ego examinaui nu.21.cum tribus sequ.uers. 3.dubitatio.& ibidem etiam dictum fuit,utrum hæres iurantis posit conueniri coram iudice ecclesiastico.& * communiter concludunt docto.quod hæres non poterit conueniri coram iudice ecclesiastico,quia reatus piurii non transit ad hæredes,ut per Fely.in d.c. cum sit generale.de foro compe.& Bar.& Bal.in l.1.col.fi.infra si aduer.cred.Abb.in c.ueritatis.col.2.de iureiurã. & c.fi.col.2.de sepult.Sed Roma. in suo singulari incipiente tu habes.fol.11.col.3.dicit quod si fuisset in cõsistorio Papæ determinasset contrarium,& idem tenet Barba.in d.c.cum sit generale.car. pe. dicens quod ita consuleret,& uidetur sequi hic Cag. quia hæres tenetur obseruare contractum uirtute iuramenti, & confirmatio contractus de qua in auth.sacramenta puberum transit ad hæredes,ut ibi no.per Bar.& docto. Et incidit discussio an hæres dicatur peccare & grauare animam defuncti, tamen tenendo aliam partem potest respondere,quod teneri ad obseruantiam non facit causam cognosci coram iudice ecclesiastico.Sed cognitio ipsa an sit periurus uel non,quæ discussio nõ uenit examinanda in hærede,nec etiam uenit discutiendum an hæres peccet ex causa periurii,quia ipse non potest peiurare ex iuramento defuncti, sed solum discutitur an teneatur obseruare, quod est mere profanum, nisi iudicium fuisset ceptum cum defuncto,quia tũc debet agitari coram iudice apud quem ceptum fuit.le. ubi ceptum.ff.de iud.

102 Limitatur tamen†secundum Abb.in d.c.cum sit generale.& in d.ca.fi.de sepult.nisi conueniatur hæres ad obseruantiam iuramenti ut satisfaciat debito defuncti pro exoneranda eius conscientia.per d.c.fi.& sequitur Fely.in d.c.cum sit generale.col.6.reputans semper notandum.Sed Guido Papæ q.134.& Filip.fran.in d.c.fi. col.2.de for.comp.in 6.reprobant Abb.in hac limit.& dicunt contrarium sæpius iudicatum fuisse in parlamẽto Delfinali.& sequitur hic Cag.ne per indirectum cõcedatur quod directe prohibitum est.contra regulam. c.cum quid una.de reg.iur.in 6.Ego autem puto limitationem ueram per iura sua quia non est responsum, Item quia hoc remedium cum hoc modo agendi est purum remedium iuris canonici,& sicut quis agendo per denuntiationem euangelicam etiam in contractibus in quibus competit actio de iure ciuili posset trahere omnes causas ad forum canonicum allegando peccatum aduersarii,ut per Bar.in auth.ad reprimendum.in uerbo per denuntiationem. Ita etiam poterit trahere hoc casu,quia est remedium iuris canonici, & dependens ab officio iudicis ecclesiastici.Et l.ciuilis non prohibet intentari,nec ibi consideratur quod per indirectũ trahitur causa ad forum ecclesiasticum, sicut nec consideratur in c.nouit.de iud.super glo.in uerbo iudicare. sicut etiam ratione peccati idem dicitur in ca.fi. de foro comp.in 6. Si tamen fecisset inuentarium hæres, tunc non posset incidere in istas pœnas ultra uires hæreditarias,sicut nec etiam in aliis debitis, ut per Angelum in consilio 336. & hic per Cagnolum. Quod intellige quando conuenitur ex periurio defuncti, & addit postea formam,& quæ sint necessaria ad confectioné inuentarii,de quo dic ut per eũ,quia nimis extraneũ est.

103 Quarta† dubitatio est, utrum partes possint facere pactum quod non obseruando ille non incurrat in pœnas periurii, & concludit hic Cag.ꝙ ualeat pactum, & quod non incidat in istas pœnas post decisionem Ioa. And.in c.3.de iureiurã.dicentis quod illa regula,frangenti fidem fides frangatur eidem, non habet locum quando apposita fuit illa clausula, quod non obstante contrauentione nihilominus teneatur adimplere pro parte sua.& sequitur Lancel.Dec.in l.cum proponas.2. sup.de pact.& per Dec.in consi.312.col.fi. Sed tamen non bene tollunt difficultatem, quia quod periurium incurratur non uidetur pertinere ad partem,cum sit dispositum a lege quod periurium sit per contrauentionem.arg.l.ius publicum.ff.de pact.& l.si unus.§. illud. eo.tit.& l.nemo potest.ff.de leg.1.Tamen defendendo primam opinionem quæ uera est,potest responderi ꝙ quando ponitur tale pactum prohibetur periurium,& materia peccandi, quia faciendo hoc pactum uidetur relaxare iuram.& pars potest relaxare iuram. & impedire quod non sequatur periurium etiam liberando ab obligatione Dei,ut per Abbatem & Fely.in c.1.de iure iur.in princ.quia Deus recipit obligationem ad utilitatem partis,& ea remittente remittit & Deus,ut ibi no. & hoc tenendum est.

134 Vltimo†Cag. hic dicit hanc legem fuisse restrictam per decretum ducis Sabaudię declarando ut per eum. Tu dicas quod in ducatu Sabaudiæ in regno Neapolitano & in aliis locis in quibus certa forma datur per statutum in modo exigendi debitum uel emphyteosim & procedendi contra reos ad obseruantiam contractus,introductum fuit dando illam formã quod ille possit purgare moram usque ad certum tempus, & in Regno permittitur usque ad ultimum peremptorium si ueniat cum sacculo paratus. Nam eum delictum sit in ommittendo mitius agitur cum eis.argum.le. si mora. ff.soluto matrimo.Sed quando quis per modum agendi uenit contra contractum petendo rescindi contractum conueniendo reum & interpellando aduersariũ ledentem,ut in hoc tex. dicitur, & tunc non reperitur aliquod innouatum neque in ducatu Sabaudiæ neque in Regno,sed ipse indistincte ubique dicitur contrauenisse iudicem interpellando uel porrigendo præces, ut in tex.& incidit in has pœnas, quia tunc est delictũ in committendo,& non est tractandum de purgatione morę,quia in hac contrauentione in committendo nõ tractatur de mora quæ consistit in ommittendo,ut no. l.quod te.ff.si certum pe. & supra dixi in materia purgationis moræ.

105 Et ideo†infero quod.†Siquis in regno uteretur præuentione conueniendo creditorem secundum formam alterius ritus quod sibi casset & rumpat instrumentum tanquam soluerit & amplius non teneatur ad obseruãtiam,si tamen postea in discursu causæ appareret quod calumniose fecisset dictam præuentionem, & quod ue re ipse esset debitor, & tunc incideret omnimodo in pœnas istius legis cum diceretur contrauenisse per modum agendi delinquendi in committendo,& ideo creditor cui conuenitur hac præuentione debet semper petere declarari præuenientem fuisse periurum & incidisse in pœnas istius legis & infamem fuisse, & priuatum omnibus commodis & emolumentis contractus. per leg. nostram.quia hic non tractatur de purgatione moræ,nec reperitur per ritus aliquos hoc casu in practica aliquod innouatum fuisse contra hanc l. postquã constat de iniustitia agentis.

106 Item†alio modo contraueniret agendo petendo instrumentum uel contractum rescindi ex capite doli metus uel alterius exceptionis legitimę, Similiter incideret in periurium & in pœnas istius legis,nisi prius obtinuisset habilitationem a iuramento ab episcopo suo legitime,& si obtinuisset,& postea in processu apparet quod exceptiones allegatæ fuisset calumniosæ, similiter incideret in periurium,quia habilitatio conceditur cum conditione si ueræ sunt exceptiones & iniustitiæ allegatæ,& eis non apparentibus ueris habilitatio remanet nulla,& per consequens incidit in periurium,ut per

per Abb. & Fel. late in c. 1. de iureiur. Sed si probaretur ueritas exceptionum, tunc uere ex habilitatione cōcessa liberaretur a periurio.

107 Ex quibus sequitur, quod tria sunt quæ faciunt istā l. raro practicari, primo, quia in multis partibus Italiæ dispositum fuit quod admittatur purgatio moræ usq; ad certum tempus. Secundo, quia ueniens contra cōtractum iuratum plerumque petit prius habilitationē uel absolutionem a iuramento ad effectum agendi, & propterea raro impeditur cognitio & discussio ipsius contractus. Tamen licet raro practicetur, in nullo loco reperitur correcta sed limitata. Tertia ratio est quod hęc l. raro practicatur, quia secundum communem opinionem ad incurrendum hoc periurium requiritur dolus, uel saltem lata culpa secundum opinionem quam sup. tenui, & licet dolus uel lata culpa præsumantur, quia contrauenire est de genere prohibitorum ut supra dixi in 2. q. 3. partis, tamen faciliter probatur causa propter quam excusatur a dolo & lata culpa, & raro fit discussio & processus super instrumento quin aliqua probentur per quæ iudices inducantur ad absoluendum a pœnis istius. l. & hæc sufficiant circa istam practicabilem, & notabilem materiam.

Ioannes Bolognetus Iurisconsul. Bononiensis Neapol. de mane primariam Cathedram tenens. Die 12. Iuni. 1552.

FINIS.

Laborem in hoc exemplo corrigendo iudicare qui uult & cognoscere, illud exemplari conferat.
Brunorus Sol Venetus Iuris Vtr. Doct.

Venetiis Io. Griphyus excudebat
Impensis Io. Varisci, Hæredum Melchioris
Sessæ, & Baptistæ de Calegaris
M D LXXII.

D. IOANNIS BOLOGNETI BONONIENSIS IVRIS INTERPRETIS CLARISSIMI,

In secundam Codicis partem.

Repetitiones aureæ, Doctissimæ, copiosissimæque, ad diuersos ex sexto libro titulos, & ad titulum de sententiis quæ pro eo quod interest proferuntur. Hac nouissima editione, ita partitæ, ordinatæ, & restitutæ, innumerisque erroribus omnis generis expurgatæ, ab ipsoque met authore multis locis ampliatæ, ut meliorem omnino formam (exemplari comparatæ) et utiliorem consequtæ uideantur.

CVM SVMMARIIS,

Index tam huic quam primæ parti seruiens, in principio primæ erit.

VENETIIS, Apud Ioannem Variscum, Hæredes Melchioris Sessæ, & Baptistam Calegaris. M D LXXII.

D. IOANNIS BOLOGNETI IVRISCONSVLTI Bononiensis Clarissimi REPETITIONES Copiosissimæ in Secundam partem. C. ad sextum librum, super uariis titulis, & in titulum de sententiis quæ pro eo quod interest profer. In quibus docte & acute disseruntur omnia scitu digna quę per omnes scribentes antiquos Modernos & Nouissimos in dictis locis tradita fuere.

Ad Rub. C. qui admit. Summarium.

1 LIBER Sextus codicis continet plenum tractatum successionum.
2 Quid sint edicta in genere, & quomodo diffiniantur.
3 Edicta in propria & speciali significatione sumpta non possunt fieri nisi a magistratibus recognoscentibus superiorem.
4 Edicta magistratuum aut sunt publici iuris aut priuati iuris.
5 Edicta priuati iuris fiunt a magistratibus in administratione iustitiæ inter priuatos.
6 Interdicta olim connumerabantur inter edicta priuati iuris.
7 Edicta publici iuris pertinent ad materiam istam & quomodo diffiniantur.
8 Edicta publici iuris differunt in quinque a legibus & aliis partibus iuris ciuilis.
9 Edicta magistratuum non possunt in totum abrogare legem, sed solū cā suspendunt per modū cuiusdā effectualis obseruātiæ.
10 Causa introducendi potestatem faciendi edicta contra legem fuit triplex.
11 In ciuitate Romana qui magistratus poterant facere edicta.
12 Edicta prætorum durabant per annum tantum.
13 Edictum perpetuum quare factum fuerit & a quo.
14 Edictum perpetuum redactum in corpore iuris differt in quattuor etiam hodie a legibus.
15 Quid sit successio, & quomodo diuidatur.
16 Successio in bonis morientium quare fuerit introducta.
17 Successiones in ciuitate romana formam & ordinem a lege. 12. tab assumpseruut.
18 Prætores cum suis edictis dilatauerunt angustias legis 12. tabul.
19 Prætores introduxernut unum ius uniuersale continens omnia iura utilia defuncti, & succedens in uniuersum ius utile defuncti, & concesserunt uocatis ab eis contra legem.
20 Prætores introduxerunt bonorum possessionem ut præferent suos uocatos hæredibus ciuilibus.
21 Duplex est bonorum possessio, unde hæc diuersitas euenerit.
22 Decretalis bonorum possessio non tribuit possessionem rerum sed iuris uniuersalis.
23 Interdictum quorum bonorum datur ad adipiscendam possessionem rerum hæreditariarum.
24 Bonorum possessoria hæreditatis petitio competit post agnitam decretalem, ut declaretur bonorum possessor perpetuo.
25 Prætor in edictis suis oppugnauit & limitauit ius ciuile.
26 Declaratio & distinctio omnium terminorum pertinentium ad hanc materiam.
27 Triplex est bonorum possessio tota successione considerata.
28 Prætores an haberent potestatem condendi legem per prius, late discutitur.
29 Tres quæstiones separatim discutiuntur quas docto. confundunt in præcedenti difficultate.
30 Prætores nunquam habuerunt potestatem condendi legem per prius nec per posterius.
31 Prætores poterant facere unum ius quod seruabatur contra legem, & ualebat per prius sine approbatione populi.
32 Prætorum edicta nec olim nec hodie habent authoritatem legis.
33 Iura dicentia prætorē corrigere legem, quomodo intelligātur.
34 Prætor an possit facere quem hæredem.
35 Prætor an possit operari ipso iure.
36 Magistratus nostri temporis an possint facere edicta contra legem uel statuta.
37 Magistratus nostri temporis in omnibus æquiparantur prætoribus antiquis data paritate terminorum.
38 Magistratus nostri temporis quando possint ex causa uenire contra statuta iurata in sententiando.
39 Noua distinctio quando magistratus in pœnis possunt recedere a statuto.
40 Magistratus possunt facere edicta contra legem etiam si princeps consuli potest faciliter.
41 Comites duces uel barones an proponendo edicta faciant ius ciuile uel prætorium.
42 Noua declaratio an duces comites uel barones faciant ius ciuile uel prætorium.
43 Duces comites & barones sunt iudices ordinarii in feudis suis, & ex ui iurisdictionis possunt proponere edicta quæ faciunt ius prætorium.
44 In iudicio quantumcunque summario legitimari debēt personæ.
45 Quare rubricatum fit affirmatiue qui admitti.
46 Agens possessoria hæreditatis petitione an teneatur probare se agnouisse, late discutitur.
47 In iudicio poss. hæredit. petit. reus debet probare agentem sciuisse sibi delatam bonorum possessionem.
48 Continuatio glo. repræhenditur.
49 Continuatio noua traditur.
50 Occasio significat causam remotam.
51 Titulus generalis præmitti debet quando agitur de essentiali cognitione specierum.
52 Bonorum possessio componitur ex duobus terminis, & differt a possessione rerum.
53 Bonorum possessio in genere diffinitur.
54 Bono. poss. in genere non reperitur in actu, nec potest agnosci.
55 Bonor. poss. an sit ius quo, uel propter quod, late discutitur.
56 Repræhenditur expositio Bar. quod sit ius petēdi cōfirmationē.
57 Possessoria hæreditatis petitio & nulla actio potest esse ius quo, tanquam instrumentum.
58 Possess. hæredit. petit. & omnes act. & bonor. possessio æqualiter sunt ius propter quod, idest potentiæ propter quas.
59 Bonorum possessio est ius persequendi ius uniuersale, & possessoria hæred. petitio est ius persequendi res hæreditarias.
60 Verbum, rei, in diffinitione capitur uniuersaliter.
61 Diffinitiones non debent tradi per effectus.
62 Septima extraordinaria bonor. poss. an sit de iure ciuili, late discutitur.
63 Bonor. possess. septima & oēs aliæ sunt de iure prætorio in totū.
64 Bonor. poss. & hæreditas an sint successio uel ius succedendi.
65 Bonorum possessio & hæreditas respectu defuncti consideratæ æqualiter sunt successio.
66 Bonorum possessio & hæreditas respectu hæredis æqualiter sunt ius succedendi & acquirendi.
67 Differentiæ inter hæreditatem & bonorum possessionem.
68 Bonorum possessio est ius retinendi contra legitime uocatos.
69 Bonorum possessor quomodo distinguatur ab illo qui habet ius ex emptione hæreditatis, uel fideicommisso uniuersali.

70 *Bonorum possessio edictalis solum diffinitur in l.3.ff.eo.*
71 *Intentans poss.hæred.petitionem an uideatur agnouisse.*
72 *Intellectus legis cum quidam.ff. eo. discutitur.*
73 *Bonorum poss.edictalis & decretalis an sint una uel duæ latissime discutitur & resoluuntur fundamenta ab utraq; parte.*
74 *Bonorum possessio respectu patrimonii est unica, sed respectu modi acquirendi est duplex.*
75 *Bono.poss.tribus modis capitur in iure, & proprie est triplex.*
76 *Tempus petendi bono.possessiones in ignorâte præscribitur per 30.annos, sed datur restitutio.*
77 *Hæredis appellatione continentur bonorum possessores.*

Repetitio Rubr.C.qui admitti.

INCIPIT Hic tractatus unus de secũdo principali subiecto iuris ciuilis ex tribus enumeratis in §.fi.inst.de iure na.gen. & ciui.uidel.de rerũ acqsitio.uniuersali uel par
1 ticulari, †Nã licet multis modis & naturali & ciuili iure dominia rerũ nobis acquirãtur ut in toto tit.ff.de acq.rer.domin.& inst.de rer.diui.per totũ.cum seq.tit.ille tamen est principalior & magis frequentatus modus q fit per successioné ex testamento uel ab intestato uniuersalé uel particularé tam ciuilé quã prætoriã, de qua plenissime tractatur per totũ hunc sextũ librũ codicis, incipiédo hic a successionibus prætoriis & bonorũ possessionibus, & descendendo ad ciuiles successiones ex testõ & ab intestato. Vnde merito de tractatu successionum in bonis morientium introductarũ iste sextus liber intitulari põt. Et quia eius materia est profundissima & ualde utilis & quotidiana & tenebit nos occupatos per totum quasi annum, ideo exemplo Gai in l.1.ff.de orig. iur. aliqua de edictorum & successionum & hæreditatis & bonorũ possessionis inuẽtione & origine ac earum diuersitate pro iuuenũ eruditione summatim disserere ultra doct.operepretium esse existimaui. Præmittédo tria principalia in materia, quid sint edicta prætorum, quare fuerunt introducta, & in quo differant a legibus. Secundo qd sint successiones, quõ diuidantur, & quare fuerũt introductæ. Tertio quid sint bonorum possessiones, quare fuerunt introductæ, & quare ita nominétur, & in quo differant ab aliis remediis hæreditariis tam ciuilibus quã prætoriis, & insimul ordinétur.
2 Circa†primũ doct, nec hic nec alibi particulariter insistunt, tamen ex mẽte eorum potest dici, quod edicta prætorum sunt præcepta magistratuum ciuitatis romanæ, & possunt ex intentione iurium ita diffiniri generaliter sumpta. Edicta sunt præcepta magistratuum inferiorum pro iure redendo uel bono publico inducédo emanata. Dixi pcepta, quia in edictis semper magistratus aliquid præcipiũt.l.pręcipiunt ædiles.ff. de ædilit. edic.& ius prætoriũ est portio iuris ciuilis, q tñ solum consistit in præceptis.§.fi.inst.de de iust.& iur.& §.cõstat.inst.de iur.natu.gen.& ciui. dixi plene in l.pe.ff.de iust.& iur.in lectura & in tract. in princ.
3 Dixi magistratuũ†quia de substãtia edictorũ est qd sint facta a magistratibus, quia magistratus authoritaté huic iuri dederunt.§.prætorum quoq;.inst.de iur.nat. Et hac ratione appellatur ius honorariũ, quia fundatur super iurisdictione magistratus cui obtemperari oportet propter illa uerba.l.12.tab.& oés ei parento. Et pbatur in l.2.§.eod.tẽpore erant.ff.de orig.iur. Et p hoc distinguuntur ab aliis partibus iuris, cum leges fierét a populo, & plebiscita a plebe, & senatusconsulta a senatoribus, & responsa prudentum a iurisconsultis qui nõ habebant magistratum.§.constat.& §. lex. & §. plebiscitum.§.senatusconsultũ.& §.responsa prudentum.insti.de iur.nat.gent.& ciui.& l.2.§.ita in ciuitate. ff. de orig.iur. Et omnes populi possunt facere ius ciuili.l.omnes populi.& ibi not.ff.de iust.& iur. Magistratus autem sunt qui iurisdictionem iudicandi a publico habẽt ut no.in rub.de off.eius.& l.more maiorum. & l. cum qui.ff.de iur.om.iud.
4 Item†dixi magistratuum inferiorum, quia de essentia edictorum est ut illi qui ea proponunt recognoscãt superioré, ut erant prætores in ciuitate romana, qui recognoscebant populũ, alias si fierẽt a non recognoscente superioré non essent proprie edicta sed leges uel cõstitutiones.§.sed quod principi.inst.de iur.na.gent. & ciui.ibi, edicto præcepit.& l.1.ff.de const.prin. Et hoc modo intelligitur lex extat.ff.quod met.cau.& l.fi. inst. de edict.diui Adr.tol.& §.fi.inst.de succes.lib. quia in illis locis in genere dicuntur edicta tracta significatione a uerbo edicere, idest publicare seu præcipere. Sed ad hoc ut in specie & potentiori signific. dicantur edicta, oportet quod fiant a magistratibus inferioribus, ideo tex.in d.§.constat.& in d.§.ita in ciuitate. appellat separatim principũ placita & magistratuum edicta, cum principi nomen placiti uel constitutionis proprie conueniat, & magistratibus nomen edictorum.

Dixi pro iure redendo, quia fiunt a magistratibus p redendo iure.ut l.ad peremptorium.& l.& post edictũ. ff.de iud.& auth.qui semel.inf.quõ & qñ iud.& not. in l.siquis id quod.ff.de iur.om.iud. Item dixi pro bono publico inducendo, quia sæpissime fiunt edicta ut occurratur necessitatibus reipublicæ & subditorum, ut l.ius autem.§.ius prætorium.ibi, propter publicam cau. ff.de iust.& iur.l.1.ff.de resti.in integ.& l.1.ff. de pac. & l.1.ff.qu.met.cau.& inst.de bon.poss.§.1. Hæcauté edicta diuiduntur, quia quædã sunt priuati iuris, & quędam publici iuris, ut no.in d.l.siquis id quod. ff. de iur. om.iud.& l.1.ff.quod quisq; iuris.uel ut dicit gl. in d.l. siquis id quod.quædam sunt iurisdictionis specialis, & quędam perpetuę, idest generalis iurisdictionis, uel quędam sunt particularia, & quędam generalia.
5 Edicta†priuati iuris sunt illa quę fiunt pro iure reddendo ad utilitatem priuatorum litigantium, & sunt quędam administratoria, quędam citatoria, quędã conuentionalia, & quędam peremptoria, ut habetur in l. ad peremptorium.cum gl.ff.de iudiciis.& etiam no.in d.l.1.ff.qu.quisq.iur.c.quoniam frequenter.§.in aliis. ext.ut lit.non contest.& d.auth.qui semel. Et inter ista
6 poterant antiquitus connumerari interdicta.† Nam interdicta antiquitus erant decreta data ad priuatum cõmodum inter duos dicta, cum formulis uerborum, & solemnitatibus, in quibus prętor mandabat aliquid fieri inter partes litigantes.§.1.inst.de interdic.& ibi Teophilus. Et fuerũt principaliter introducta propter quęstioné possessionis, & decretãdo ptor iubebat uim non fieri misso in possessionem, uel uti possidetis ita possideatis, uel uñ ui eũ deiecisti restituas. Quę decreta proponebãtur in albo sicut citationes & alię admonitiones, & ppterea sępe in iure etiam appellantur edicta.

Et per hanc considerationem sopitur una magna difficultas de qua per doct.in l.1.ff. de no.op.nunt.quærẽtes quæ differentia sit inter edicta & interdicta, Nam est differentia tanquã inter genus & specié, cũ interdicta, quia fiebãt p iure redẽdo, dicebantur ẽt edicta, & quia inter duos dicebãtur, ẽt appellabant interdicta.d. §.1.& 2.inst.de interd. Hodie uero quia per Saluiũ Iulianum fuerunt connumerata in edicto perpetuo & pposita p bono publico sicut alia edicta uera, appellant pprie edicta, & retinent adhuc nomé interdictorum cõsiderata origine & qualitate quę erat tempore Saluii Iuliani, quia iudicialiter cum formulis inter duos dicebantur, & postea mittebantur executioni inter partes, & eis constringebantur non obseruantes, sed postquã proposita fuerunt in edicto perpetuo sicut alia edicta, cœpit pro eis competere actio in factum ad similitudinem aliorum edictorum.§.finali.institu.de interdictis. & nota, in rubrica. ff.de interdict. Et pręfata edicta

priuati

priuati iuris non pertinent ad materiam nostram.

7 Edicta†uero publici iuris dicuntur esse illa quæ proponebantur a magistratibus pro bono publico inducẽdo, & obseruabantur ad similitudinem legum, & alio nomine dicebantur edicta perpetuæ iurisdictionis, id est generalis, ut no. per glo. in d. l. si quis id quod. in uerbo perpetuæ. quam ibi sequuntur doctores. Et ita possunt diffiniri. Edicta publici iuris sunt præcepta magistratuum inferiorum ad emendandum supplendum & confirmandum legem ex noua & urgenti causa temporaliter emanata. Dixi magistratuum inferiorum, propter præcedentes causas, quia ad eorum substantiam requiritur quod proponentes gerant magistratus & recognoscant superiorem, & per hoc differunt ab aliis quattuor partibus iuris ciuilis. d. §. constat. ibi principũ placita & magistratuum edicta. inst. de iur. nat. gent. & ciui. & l. 2. §. ita in ciuitate. ff. de orig. iur. Dixi ad emendandum supplendum & confirmandum legem, p text. in §. 1. inst. de bon. poss. & d. l. ius ciuile. §. ius prætoriũ. & sub uerbo emendari continetur etiam correctio, ut ibi no. in l. 1. sup. de emendat. codicis. Omnia enim accidentia humana non possunt per leges compræhendi uno tempore. l. 2. §. sed quia. sup. de ueter. iur. enucl. Dixi ex noua & urgenti causa emanata, quia magistratus non simpliciter nec eorum arbitrio possunt facere edicta & discedere a legibus, quia iurant. l. seruare, ut in auth. iusiurandum quod præst. ab iis. §. 1. & ibi glos. & inf. late dicetur. sed solum ex causa noua & urgenti propter quam ipse dominus & princeps uel populus discederet a lege, & tanquam eius procurator facit. l. si hominem. ff. mand. alias enim non posset cum sit inferior tollere legem superioris. c. cum inferior. extra de maior. & obed. Et exempla multa quotidie experientia quæ est rerum magistra ad oculum producit. Item dixi temporaliter, quia edicta non durant perpetuo, sed solum quatenus durat magistratus proponentis. §. 1. insti. de perpe. & tempor. actio. Et est ratio, quia assumũt uim a iurisdictione eorum iudiciaria & authoritate tributa eis a lege iudicandi quibus subditi obtemperare necesse habent. d. §. prætorum quoq; edicta. inst. de iure naturali. & in illis uerbis legis 12. tabularum omnes ei parento.

8 Ex qua†diffinitione†apparet quod edicta differunt a legibus & aliis partibus iuris in quinq;, & primo in condente, nam lex & aliæ partes iuris non requirunt conditores habere iurisdictionem iudiciariam, neq; gerant personam publicam. d. §. constat. & l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Sed conditores edictorum debent esse magistratus seu habere iurisdictionem iudiciariã, ut sup. dictum fuit. Item aliæ partes possunt fieri ab iis qui non recognoscunt superiorem. d. §. sed quod principi. Sed edicta præsupponunt quod conditores recognoscant, cum alias non sint edicta, sed leges uel cõstitutiones uel aliæ partes iuris, ut dictum fuit. Secundo differũt a lege & aliis partibus iuris in duratione, quia aliæ partes iuris inducuntur animo ut durent perpetuo, sed edicta fiunt animo ut durent ad tempus, ut probatur inst. de perp. & tempor. actio. in princi. & §. 1. &

9 inf. dicetur. Tertio†differunt a lege notabiliter in potẽtia, quia edicta minoris sunt potentię quam leges, nam ipsa non possunt tollere legem cõtrariam etiam quod fiant animo corrigendi legem, cum inferior non possit tollere legem superioris. d. c. cum inferior. de maio. & obed. & l. ille a quo. §. tempestiuum. ff. ad trebellianum. sed solum habent potestatem suspendendi legem & impediendi executionem eius in iis quæ requirunt factum hominis, ut patet in §. emancipati. insti. de hæred. quæ ab intest. ubi secundum legem duodecim tabularum filius in potestate est hæres in totum non obstante edicto, sed quia emancipatus uocatur a iure prætorio, medietas bonorum auffertur filio in potestate quamuis sit hæres in totum, & datur emancipato, & sic impeditur solum effectus executiuus legis, non autem tollitur in totum. Idem probatur de beneficio abstinẽdi, quia suus hæres qui se abstinuit non desinit esse suus hæres in totum, sed solum per abstensionem impediũtur creditores agere contra eum, ut no. Alex. in l. necessariis. ff. de acq. hęr. & de restitutione in integrum dicitur in l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de minor. Lex uero habet plenam potestatem tollendi legẽ contrariam. §. sed iura naturalia. inst. de iur. naturali. & §. fina. institu. de legi. agnat. tutell. & ideo leges correctæ non possunt allegari ad decisionem causarum, ut no. insti. de testam. ordin. Et si lex ciuilis iubet aliquẽ abstinere ab hæreditate in totum desinit esse hæres, ut nota. in l. prima & secunda. infra de repud. hæredit. & in dicta l. necessariis. Et effectus est maximus quod edicta non extinguant. l. quia si edicta tollerent legẽ, & finito magistratu extinguerentur, ut si sequens nollet proponere, oportet quod tunc populus remaneat sine lege, intantum quod esset necessarium factis edictis quolibet anno populus renouaret leges suas, cum tollendo obstaculum non reconualescit quod est extinctum, sed solum quod erat suspẽsum. l. si unus. §. pactus ne peteret in secundo responso. ff. de pactis. & notat Abbas de sententia a qua appellatum fuit in rubrica de appellat. & de hac differentia infra plene dicetur ultra alios. Ex qua nascitur alia differentia, quia cum lex adhuc duret contra edicta quę tribuit ius directum, oportet quod edicta tribuant solum ius utile, idest quod de facto obseruentur contra legem. §. quos autem. inst. de bon. posses. & l. 1. & 2. ff. eod. secundum declarationem inf. ponendam. Quinta est differẽtia, quia leges possunt fieri ex arbitrio populi uel principis, & plebiscita & alię partes iuris. Sed edicta non possunt fieri nisi ex noua & urgenti causa ut dictum fuit, quia cum iurent magistratus seruare leges, non possunt uenire contra eas nisi ex noua causa. argum. l. si hominem. infra mandati. per quæ apparet quod longe minus ualent edicta quã aliæ partes iuris. Vnde probabiliter dubitari potest quare ista potestas faciendi edicta excogitata fuerit In quo potes ita dicere.

10 Causa†introducendi ista edicta seu concedendi magistratibus hanc potestatem edicendi fuit multiplex. Prima fuit difficultas condendi legem. Nam cum subito occurrant necessitates hominibus populis & reipublicæ quæ indigent remedio præsenti, & populus seu qui sunt deputati ad faciendum legem uel sunt non bene instructi uel in longinquis partibus in bello, uel qd difficulter possunt ex alia causa congregari. argum. l. secundæ. §. cumque consules. & §. sequen. ff. de orig. iur. & §. senatusconsultũ. instit. de iur. nat. gent. & ciu. Fuit necessarium dare hãc potestatem magistratibus ut ipsi ex eorum authoritate interim proponerent edicta, & succurerent necessitatibus publicis. d. §. senatusconsultum. Et idem esset si princeps uel rex habitaret in partibus ualde remotis, ut non ita faciliter posset prouidere. argumen. l. si quis filio. §. ij. in fine. cum glo ff. de ini. rupto & irrito testamento. Secunda fuit causa. quia necessitates superuenientes sæpissime sunt temporales & parum duraturæ, ut caristiæ, seditiones, multiplicatio latronum propter bellum propinquum. Quibus nunc oportet prouidere, Et esset damnosum & etiam indecorum fieri legem pro illa causa quæ non habet naturam perpetuo manendi. Vnde commodius est ut per edicta magistratuum quę temporalia sunt talibus necessitatibus subueniatur. argumento legis pretia rerum. in fine. ff. ad legem falcidiam. Tertia causa fuit timor instabilitatis, & ut per experientiam plenissime prouideatur. Nam cum ab initio non bene possit cognosci quomodo plene possit occurri necessitatibus, bonũ est ut prius per edicta magistratuum fiat prouisio, ut ex experientia postea appareat an sit perfecta, & totiẽs edictũ uarietur donec appareat quę sit sufficiens medel-

medella illis morbis. Et postea cum maturitate poterit fieri lex perpetua.argum tex.in §.1.insti. de l. falcidia.ubi tres leges fuerunt promulgatæ,& nulla fuit bona. Vnde conuenientius fuisset ut prius uaria fuissent ꝓposita edicta de illa diminutione,quod cum maturitate potuisset postea fieri lex perfecta omnia capita necessaria complectens ut ibi postea euenit. Et ex uarietate edictorum prætorum super successionibus emanatorum cum maturitate Iustinianus potuit facere authen.quæ ab intest.per totam.ut ibi dicitur in princip. Et sic patet quod facultas proponendi edicta contra uel præter legem non tantum est utilis sed etiam necessaria in omni ciuitate & in omni imperio & regno. Et hæc de edictis generaliter circumscripto loco consideratis.

11 In ciuitate uero†Romana exactis regib. primo creati fuerunt duo consules,qui habebant plenum magistratum in populo tam in ciuilibus quam criminalibus, & intus & foris in bello& pace & exercitu.l.2. §. exactis deinde.il 2.ff.de origi.iur.Et post eos dictatores a quibus non appellabatur,& succedente discordia inter plebem& populum etiam tribuni plebis creati fuere.ut in d.§.exactis dicitur.Sed tamen quia prædicti magistratus propter res bellicas occupati non poterant reddere continuo ius populo, & maxima eueniebat incommoditas ciuibus,& retardabatur executio iustitiæ, Ideo creati fuerunt in ciuitate duo prætores, unus urbanus,qui redderet ius populo,& alius peregrinus qui rederet ius forensibus,qui non se intromitebant in rebus bellicis,nec unquam exibant de ciuitate.d.l.2. §. cumque consules.de orig.iur. sicut nec ædiles.ut in d. l.2.§. iisdem temporibus.uer.Itē ut essent.sed continuo reddebant ius populo propter illa uerba.12. tabularū sub titulo de prætor.Iuris disceptator, qui priuate iudicet quiue iudicari iubeat prætor esto, iuris ciuilis custos esto , & omnes ei parento , & quot populus senatusue iusserit tot sunto .

Et quamuis omnibus magistratibus ratione iurisdictionis iudiciariæ esset data potestas faciendi edicta,tamen quia exibant de ciuitate & erant occupati in rebus bellicis, totam curam ciuitatis prætoribus relinquebant.Et de facto successit quod prætores soli & ædiles tanquam melius instructi de negotiis ciuium , & minus occupati facerent edicta, & per accidens appellata fuerunt edicta prætorum,& dictum ius prætoriū seu honorarium, quod solum obseruabatur in ciuitate Romana,& ultra non extendebat uires suas ad ciuitates subditas,quia in eas non habebant imperium. d.le, 2.§.eo.tempore magistratus.& §.ita in ciuitate. de origi.iur.& §.prætorum quoque. insti. de iure naturali .

12 Qui prætores per longam successionem temporum in ciuitate uaria ac prope infinita edicta proposuerunt, supplendo,corrigendo,& emendando, & confirmādo legem.12.tabu.& alias partes iuris.Quæ ex mutatione temporum apparuit in multis iniqua,in multis imperfecta,&in multis defectiua propter uarias formas quas semper natura deproperat.l.2.§.sed quia.sup.de ueter. iur.enucl.Et ideo super omnibus articulis & partibus iuris edicta uaria fecerūt, illud summopere ampliādo, tam in pactis,in iudiciis,in contractibus,actionibus,restitutionibus in integrum,quam successionibus, hæreditatibus,appellationibus,& delictis, ut patet ex lectura totius uoluminis digestorum .

Sed tamen quia ipsi prætores recognoscebant superiorem populum,& habebant magistratum annalem, eorum edicta non durabant nisi per annum.§.1.inst.de perpet.& tempor.actio.& non excedebant ciuitatem Romanam,ultra quam non habebant iurisdictionem, Et leg.12.tabul.non corrigebant in totum.eam annullando sed solum suspendebant eius effectus executiuos & de facto contra eam prætores secundum eorum pollicitationem in edicto obseruabant omnia quę in eo proposuerant,& ideo finito magistratu prætoris proponentis extinguebātur etiam edicta,ut declarat Theophilus in d.§.1.insti.de perpe.& tempor.actio. & in d. §.prętorum quoque. Et lex. 12. tabularum remanebat in sua uiridi obseruantia sicut faciunt actiones ciuile ꝓpter exceptiones quæ sublata exceptione postea remanent efficaces.l.si unus.§.pactus ne peteret. ff. de pact. quod non contingeret si actiones in totum fuissent extinctæ.ut in d.§.pactus.in 2.& 3.responso. & no. in le. necessariis.per Alex.ff.de acquir.hær. Quare si prætores succedentes uolebant edicta seruari cogebantur de nouo proponere,& iurisdictione sua authoritatem eis præbere,ut per Theophilum in d.locis.Et boni prętores uisis & consideratis omnibus edictis antiquorum prætorum eligebant utilia, & quæ habebant causam præsentem etiam urgentem.Et ea proponebant & cōfirmabant,alia reiiciendo.Cæterum quia reperiebantur prætores ita ambiciosi qui nihil de antiquorum institutis obseruare uolebant,sed uel nihil proponebant uel mutabant alterando in aliquibus partibus, & ita omnia ex arbitrio suo tanquam sapientiores peragere satagebant,eueniebat quod ciuitas sæpe habebat ius uarium & mutabile,& maximum incommodum in negotiis decisis per edicta antiqua habentibus causam urgētem præsentem aliquibus prætoribus ea confirmantibus & aliquibus reiicientibus .

13 Quamobrem†primo lata fuit una lex cornelia prohibens prætoribus ut passim non possent mutare edicta facta a prætoribus antiquis , sed si uellent edicere ex antiqua causa utili perpetuo proponerent antiqua sine aliqua mutatione uel alteratione , & hac de cā appellati ceperunt edicta translatitia,quia transtererētur de uno prætore in alium succedētem, ut dicebat Alconius Ciceronis interpres referēte Alc.lib. 2. dispūctio. capite.22.& sequuntur nouissimi in d.§.prætorum. & propter hoc inceperunt perpetuari edicta. Sed tamen quia per illam legem non cogebātur prætores noui illa proponere,& propterea populus nec poterat ea seruare,nec de eis noui prætores semper redebant ius, ideo adhuc eueniebat quod ius erat uarium & mutabile in ciuitate.

Qua pp postea Saluius Iulianus reipublicæ amator, & optimus iurisc.creatus prætor habita discussione recollegit omnia illa antiqua edicta quæ uisa fuerūt per longam experientiam esse uel utilia uel necessaria reipublicæ & gubernationi ciuitatis, & fecit unum magnum librum.l.pe.C.de cond.ind.ibi prætoriani edicti ordinatorem,& omnia ea proposuit in albo suo. Et postea impetrauit ab Adriano imperatore ut illa confirmarentur,ut ꝑpetuo durarent perinde ac si ipse semper prætor remaneret,& perpetuo uiueret, nec deficerent ꝑ finē sui magistratus,ut probatur in l. 2. §. sed qa diuinæ.uer.& cum ipse Iulianus perpetui edicti subtilissimus conditor.C.de uet.iur.enucl.& d.l.2.C.de cō di.ind.& effectum fuit perpetuum edictum & generale obseruandum in omnibus locis in quibus ius Romanum seruabatur.ut refert Budeus in l. 2.ff.de statu homi.& Alcia.lib.2.dispunctio.capite.27.& in rub.supra de eden.Et de isto perpetuo edicto fit mentio in multis partibus iuris ciuilis.ut in l.2.ff.de statu hom. & l.edita.C.de edēdo.in d.§.sed qa diuinæ.&in l.iutis ignorantia.inf.eo.& l.1.inf.quando non petentium partes. Et in isto edicto perpetuo posita fuerunt edicta uaria de omnibus partibus iuris ciuilis seruando certum ordinem . Quæ omnia commentauit Vlpianus faciendo. 36. libros quos appellauit libros ad edictum, & eius cōmentaria sparsa reperiuntur per totum uolumē digestorum. Et cum per talem nouam confirmationē edicta sumpserint perpetuam durationem ceperunt in hac parte conuenire cum aliis partibus iuris ciuilis.

14 Sed in † aliis quattuor remansit differentia .i. in conditore, quia confirmata fuerunt edicta tanquā prætor ille

Ale Saluius Iulianus semper uiueret, ut dictum fuit, & sic remanet confecta a magistratibus recognoscentib. superiorem, Et etiam differunt in potentia & effectu, cum etiam hodie post confirmationem illa edicta redacta in corpore iuris quamuis sint perpetua tamen non possunt tollere legem contrariam, ut probatur in iure abstinendi, secundum declarationem positam per Alexand. ibi colum. pe. & fi. & in l. ex duobus. §. 1. cum seq. ff. de uulg. & pupil. & in §. admonendi. inst. de hæredit. quæ ab intestato. Et in consequentiam etiam remansit differentia in concedendo, quia lex concedit iura directa, & prætor utilia §. quos autem. insti. eo. Item hæc perpetuatio non fuit generalis in omnibus edictis prętorum, sed solum fuit facta in illis edictis scriptis in illo uolumine & recollectis per Saluium Iulianum, In aliis uero edictis tam factis quam fiendis remansit propria natura ut essent annalia, quia hæc perpetuitas concessa fuit edictis, non autem aucta fuit prætoribus potestas edicendi, sed remansit eadem potestas quam semper antiquitus habuerunt, licet multi in hoc decipiantur, & dicam infra late, quia in hoc cōsistit magna uis intelligentiæ istius materiæ, & plerique doctores allucinati fuerunt. Cæterum cum in ipso edicto perpetuo inter alia continebantur edicta emanata circa successiones & bonorum possessiones, quæ ponuntur in titulo. ff. de bonorum possess. cum multis titulis sequentibus. & de eis latissime tractatur in hoc titulo cū multis sequentibus.

35 Ideo†ad euidentiam secundo loco principaliter premittendum est quid sit successio, in quo etiam particulariter docto. nec hic nec alibi insistunt, Tamen ex mēte iurium ita potest dici, quod successio est de uno in locum alterius remoti facta surrogatio. Verbum surrogatio, ponitur pro genere, quia latius se habet, cū quædam fiat surrogatio cumulatiue, quædam fiat remotiue, ut habetur in §. lucrat. inst. de actio. & l. parabolani. C. de episco. & cler. & successio est tantum quando subrogatio fit per remotionem, & propter hoc in diffinitione subiungitur postea in locum alterius remoti. Et hæc successio diuiditur multis modis. nam prima est diuisio quod successionum quædam est simplex, & quædam repræsentatiua ipsius remoti, successio simplex fit in officialibus inter se, ut l. meminisse. ff. de off. procō. & legati. in uerbo in aduentum successoris. Et similiter fit in beneficiis. ut no. in c. 1. ext. de solu. §. iis uero. & c. apostolica. 8. quæstio. 1. Successio repræsentatiua est illa per quam ille qui remouetur repræsentatur per successorem, ut successio quæ fit per hæreditatem. Secunda est diuisio, quod successio repræsentatiua aut fit per contractus inter uiuos, aut fit per mortem, successio inter uiuos est ubicunque quis surrogatur in locum uiuētis remoti per conuentionem partium, ut est emptor hæreditatis uel cessionarius. iux. l. Pomponius. per exēpla illius legis. inf. de acquir. possess. Successio repręsentatiua per mortem fit ubicunque quis surrogatur in locum mortui & eum repræsentat, quæ subdiuiditur, cū quædam sit uniuersalis, & quædam particularis. Successio repræsentatiua uniuersalis est ubicunque quis succedit in uniuersitatem bonorum & iurium alterius in totum uel in partem. l. hæreditas. ff. de reg. iur. & §. fi. insti. per quas per. nob. acqui. particularis successio est illa per quam quis succedit in re particulari, & certo modo authorem repræsentat. l. ad tempus. in fi. ff. de usuc. & tot. tit. inst. de sing. reb. per fi. com. relict. Et de ista successione per mortem tractatur in toto hoc sexto libro, & primo de successione uniuersali, & postea de particulari.

36 Causa†autem inducendi hanc successionem repræsentatiuam in bonis morientium fuit duplex, una fundata in uoluntate præsumpta illius cui succeditur. Nā cum naturale soleat esse uotum parentum ut bona sua deueniant ad filios suos uel alios proximiores agnatos uel cognatos. l. cum ratio. ff. de bonis damnatorum. & l. scripto. ff. unde liberi. & l. nam & si parentibus. ff. de inoff. testam. hunc naturalem instinctum sequentes homines permiserunt ut filii & postea alii magis coniuncti succederent in bonis morientium, & præfererentur aliis. iux. c. ius naturale. prima distinct. ibi, liberorū successio. Amplius concesserunt potestatem faciendi testamentum & constituendi sibi successores in bonis suis, ut no. Dec. in rub. inf. qui testam. face. poss. post Abba. in rub. ex. de test. & faciunt quæ dixi in rub. infra quan. non pet. par. car. fina. in quæst. quæ fuerit ratio introducendi ius accrescendi. Quæ omnia postea recepta fuerunt omni iure ciuili, & canonico in bonis ecclesiasticis.

Secunda fuit causa, ut induceretur firmitas in negotiis & perpetuitas quædam ciuilis in hominibus ad similitudinem naturæ, nam sicut ipsa induxit quandam perpetuitatem in rebus humanis per generationem, ut nunquam genera rerum pereant, ita ius gentium & ciuile induxit quādam perpetuitatem in hominibus per successionem, ponendo unum hominem in locum alterius repræsentati, ut perinde seruetur ac si ille primus semper uiueret propter utilitatem publicam ut occurreretur difficultatibus causatis per mortem omniumrerum extinctiuā, iux. §. deinceps. in auth. de nup. Igitur cum diuina prouidentia statutum fuisset hominem mori, mortemque dissolutionem omnium rerum inducere, Eueniebat nihil firmum nihilque durabile inter homines per eorum conuentiones statui posse, Cum cuiuscunque rei promissio per aliquem facta & omnis nata obligatio per mortem promissoris extingueretur, nullumque post eius mortem ad consequendum promissa remedium creditori remaneret. Cum a defuncto qui nihil erat nihil exigere poterat, neque alios conuenire uel astringere ualebat naturali & ciuili regula prohibente, ne ex facto alterius alter obligaretur. §. actiones. insti. de actio. & toto titulo. sup. ne pat. pro fil. & ne uxor. pr. mar. Neq; ad bona defuncti regressum habere poterat, quæ ultra tempus uitæ suæ ab eo obligari nō ualebant, cum nemo de re sua in casu quo non sit sua disponere non posset, ut in rub. inf. qu. test. fac. poss. dum deciditur ex hac ratione facultatem testandi ex priuilegio concessam fuisse, ut ibi late per Dec. Et propterea nulla firmitas in promissione et optimi & consentiati uiri reperiebatur, qui licet animum sat sfaciendi teneret, tamen ex improuiso mortis euentu, cuius dies incertus est, omne remedium creditoribus auferebatur, ipsique omni spe consequendi suum destituebantur, ac propterea contractus & commertia hominum ualde impediebantur, contra communem hominum utilitatem. l. ratas sup. de resci. uend.

Quamobrem prudentissimi legumlatores prædictis occurrere uolentes ex bono publico perpetuitatem iurium & actionum, non obstante morte, introduxerunt Et attendentes quod iura, & actiones & obligationes essent qualitates, & sine subiecto stare non possent, iux. l. 2. ff. de usufr. statuerunt quod unus in locum alterius defuncti & succederet & collocaretur. Qui eiusdē personam repræsentaret, & omnia eius iura actiones & obligationes in se susciperet, & susceptas sustineret, & cōseruaret, & creditoribus esset obligatus, & in omnibus ac si defuncti esset persona reputaretur, ut in auth. de iura. a mor. præst. §. 1. Trāsferēdo in eū, et inuitum aliqñ, omnia onera & iura defuncti actiua & passiua. l. cū hæredes. ff. de acq. poss. l. hæredem. ff. de reg. iur. & §. 1. & §. sui. inst. de hær. qual. & diff. & l. 1. & 2. ff. eo.

Cæterum quia non erat iustum ut quilibet cogeretur suscipere onera & obligationes alterius, sed potius inuitarentur homines spe utilitatis, plerique successores uolūtarii fuerunt, & propterea aliquod interuallū tēporis pro deliberatione & commoditate acceptandi concessum inter mortem defuncti & successionē eorū

necessario interueniebat, in quo iura actiones & obligationes earum sine subiecto remanebant, ideo pro remedio ab eisdem legislatoribus excogitatum fuit sapientissime unum ius uniuersale quod colligeret & in se post mortem defuncti susciperet omnia iura actiones & obligationes, ac quidquid eiusdem fuisset, & ea sic collecta defuncti personam repræsentando in se retineret & conseruaret, quod ius hæreditatem, idest universum ius defuncti simul collectum successionem & uniuersale dominium appellauerunt. l. hæres. & l. hæreditas. ff. de usucap. & l. hæreditas. prima & l. hæreditas in multis. ff. de acquir. rerum domi. & l. hæreditas. ff. de reg. iur. & l. hæreditas nihil aliud. Ac disposuerūt quod ius istud secuta postea acceptatione per successorem. in eius personam quidquid hæreditatis esset transfunderet, & postea extingueretur. le. 1. §. ueteres. & ibi glo. ff. de acquir. possess. Iis igitur modis hæreditates ac successiones adinuentæ fuerunt & ex bono publico originem sumpserunt.

17 Quibus†omnibus sic primarie excogitatis, lex duodecim tabularum formam & suum ordinem imposuit diuidendo successionem præfatam inter testamentariam & ab intestato, uocando primo in defuncti locū scriptos hæredes in testamento, & eis deficientibus successionem ab intestato deferendo eam suis hæredibus idest descendentibus in potestate existentibus, secūdo agnatis, & ultimo loco, exclusis omnibus propinquis, fisco. §. 1. inst. de hæred. qu. ab intesta. defer. & de legi. agn. succes. per tot. & §. 1. & ibi no. insti. de tertu. senatusconsulto. propter magnā paupertatem antiquorum ut fiscus ditaretur & posset subuenire necessitatibus reipublicæ tam in bello quam in pace, sicut in simili dicitur in l. 1. in princ. inf. de caduc. toll. & in §. pœna autem iniuriarum. inst. de iniur. Et ita obseruatum fuit per multa tempora uigore uerborum legis duodecim tabularum positorum in titu. de success. ex testamento. Hæreditates in testamento datæ ratæ sunto, uti quisq; legasset ita ius esto. Et in titulo de suis & legit. hæred. Intestatorum hæreditates primo suorum hæredum uelint nolint ue sunto, iis deficiētibus agnatus proximus familiam habeto.

18 Cæterum†crescente imperio & aucta ciuitate & multiplicatis diuitiis fiscus effectus fuit ditissimus ut nōegeret successionibus priuatorum pro necessitatibus reipublicæ, Vnde successiue ex uarietate tēporum apparuit legem 12. tabularum in aliquibus iniquam & aliqbus defectiuam & aliquibus imperfectam, cum uocaret solum liberos in potestate, & excluderet filios emācipatos qui æqualiter sunt filii secundum leges & naturam, ac impediret institui posthumos alienos, & excluderet matrem a successione filii, & filios a successione matris, & cæteros cognatos & fœminas agnatas, & in locum istorum admitteret fiscum. ut inst. eo. in princi. & per totum. & §. 1. inst. de tertul. senatusc. & de hæredit. quæ ab intest. §. emancipati. & de successione cognatorum. per totum. & §. cæterum. inst. de legit. agna. success.

Quamobrem Prætores habentes equitatem pre oculis. iux. l. quod si effesi. ff. de eo quod certo loco. deliberauerunt prouidere prædictis difficultatibus, & constituerunt ampliare ius succedendi, ita lege duodecim tabularum angustatum, & super hoc proposuerunt multa edicta corrigendo emendando supplendo & confirmando. d. l. duodecim tabularum. ut institu. eodem. in princi. Et primo circa filios emancipatos fecerunt edictum, ut succederent ab intestato. §. emancipati. inst. de hære. quæ ab intesta. Et aliud edictum ut deberent institui uel exhæredari, alias rumperent testamentum. §. emancipatos. inst. de exhær. liber. & eorum occasione etiam fecerunt edictum de coniungend. cum emanci. libe. ei. Item fecerunt edictum quo uocauerunt cognatos omnes & omnes agnatos exclusos, ut inst. de succe. cog. per tot. Ac mandauerunt ut posthumi alieni possent hæredes institui, ac generaliter per edictum uocauerunt omnes institutos hæredes, dando eis bonorum possessionem secundum tabulas, ne uiderentur in totū oppugnare legem. 12. tabul. Et multa alia edicta similia, & iis connexa fecerunt, de quibus instit. eo. §. 1. & ff. de bono. poss. cum uiginti titulis seq. & inf. in materia gradatim dicetur.

19 Verum tamen†quia in omnibus casibus in quibus edicta discordabant a lege duodecim tabularum uel aliis partibus iuris semper in effectu illi qui uocabantur ad successionem ab eis ueniebāt contra legem, cum saltem fiscus ex lege succedebat, eueniebat quod aliqui erant uocati a lege, & aliqui a prætore ad eandem hęreditatem insolidum, & unusquisque habebat fundatam intentionem in iure suo, nam cum prætor recognosceret populum & plebem & senatum & principem in superiorem non poterat corrigere legem factam a populo nec plebiscita nec constitutiones principum. Sed non obstante edicto remanebant ualidæ, & tanquā factæ a maiori potestate habebant fortiorem potentiam ut tribuerent ius directum in tota successione, & moriente aliquo relicto filio in potestate & emancipato, Filius in potestate ex dispositione legis asserebat se uelle succedere, & filius emancipatus similiter ex uocatione prætoris asserebat se uelle succedere, & non extantibus agnatis fiscus asserebat se uelle succedere ex dispositione legis, & cognati dicebāt se uelle succedere ex dispositione prætoris, sed & in hac discordia præualebāt uocati a lege, quia habebant ius uniuersale continens omnia iura defuncti concessum a maiori & præexcellēti potestate.

Ideo præfati prætores pro prælatione edictorū suorum excogitauerunt & composuerunt unum aliud corpus uniuersale, & uoluerunt omne ius defuncti diuidi inter directum & utile, & mandauerūt quod in suo corpore uniuersali continerentur omnia iura utilia quæ fuerunt in bonis defuncti, & hoc corpus uniuersale cū omnibus iuribus suis utilibus promiserunt se uelle dare illis quos uocabant in edictis. Ita quod eodem tempore duo insolidum acquirebant ius in bonis defuncti scilicet illi qui uocabantur a l. qui propter uocationē habebant ius adeundi, & postea adeundo acquirebant hæreditatem defuncti, & illud ius uniuersale compositum a lege cum omnibus iuribus directis quæ fuerunt defuncti, ac etiam illi qui uocabantur ab edicto prætoris quibus a prætore concedebatur suum ius uniuersale utile ab eo compositum cū omnibus iuribus & utilibus quæ fuerant defuncti insolidum.

20 Sed†tamen quia propter hoc non faciebant uictores illos quos uocauerunt contra legem, cum uocati a lege secuta aditione habebant omnia iura defuncti directa, & illi uocati a prætore solum habebant iura utilia, & lex ciuilis hucusque præualebat, Volentes omnino sua edicta præualere legibus, pro remedio deliberauerunt dare de facto bona hæreditaria uocatis ab edictis, & eos constituere possessores actuales rerum & iurium, & de facto ppetuo conseruare in iudicio & extra, & ita faciendo reddiderunt uanam potentiam iuris ciuilis, & legis 12. tabularum. Nam cum lex non haberet neq; manus neq; pedes, & propterea non posset exequi præcepta sua, & ordinasset ut magistratus essent in ciuitate qui ea executioni mandarent, cum alias frustra iura essent in ciuitate d. l. 2. §. post originem. Eueniebat quod si prætor non uolebat exequi præcepta illius redebātur uana & inutilia, cum nullus alius esset qui ea exequeretur, igitur prętores spreta lege ommissa executione eorum quæ præcipiebantur a lege ceperūt dare de facto possessionem iurium & rerum defuncti uocatis ab eis, & conseruare dando potestatem retinendi, & ita illo medio concedendi de facto talem possessionem pluribus personis in uariis edictis dilatauerunt ius successionis.

cessionis. Hinc insurrexit efficacia successionis prætoriæ, nam cum sola possessionis concessio cum potestate retinendi operaretur ut præfererentur legibus, & uocati a prætore uincerent uocatos a lege, non sine ratione hæc successio appellata fuit bonorum possessio, & illi uocati bonorum possessores, & tanto magis, quia hęc possessio bonorum carebat auxilio dominii ueri, quod ex dispositione legis per aditionem trāsiuerat in alios. l. cum hæredes. ff. de acquir. possess. Ita quod uocati a iure prætorio solum possessores efficerentur. Quæ possessio perpetuo confirmata propter ius retinendi causauit unum dominium improprium quod appellatur utile, propter quod illi uocati postea quasi domini ex concessione iurium utilium fuerunt effecti.

21 Rursus† cum ad dandum istam possessionem bonorum requireretur causæ cognitio iudicialis, & petitio ac decretum in concedendo, necessarium fuit duo alia iura introducere diuersa, quæ & ipsa assumpserunt nomen bonorum possessionis, & effectum fuit ut essent aliæ duæ bonorum possessio. scilicet edictalis, & decretalis, Nam cum prætor in edicto policeretur se daturū bonorum possessionem omnium iurium defuncti, secutum fuit quod ex illo edicto natum fuit uocatis unum ius petendi ipsis illam dari. Quod ius appellatum fuit bonorum possessio edictalis, quæ est ius persequendi, idest petendi sibi illam possessionem iuris uniuersalis. l. 3. §. bonorum. ff. eo. Et hæc dicitur deferri. dic. l. 3. §. a municipibus. & est similis iuri adeundi quod habent hæredes de iure ciuili in hæreditate delata, de quo per Bar. in l. is potest. ff. de acquir. hæred. Similiter quia postea prætor per decretum in iudicio concedit actualiter possessionem illius iuris uniuersalis & iurium defuncti iuxta promissionem suam, illa concessio appellata fuit bonorum possessio decretalis, de qua in l. 1. §. decretalis. ff. de success. edic. & æquiperatur aditioni hæreditatis, de qua in l. pro hærede. ff. de acquir. hæredit. & §. pe. inst. de hær. qual. & differ.

22 Cæterum† quia per decretalem bonorum possessionem concedebatur possessio illius iuris uniuersalis, & iurium tantum quæ separantur a corpore rerum, ideo eueniebat quod non obstante decretali bonorū possessione alius possidebat ipsas res hæreditarias, uel uaca-
23 bant, Ideo† disposuit prætor quod propria authoritate ille bonorum possessor possit appræhendere possessionem rerum uacantium. Et si essent occupatę uel ab hę-
24 rede ciuili uel alio, introduxit interdictum quorum bonorum, quod concessit suis bonorum possessoribus, per quod consequerentur possessionem naturalem & ciuilem hæreditariarum. l. 1. & per totum. ff. quorum bonorum. Et si magis placeret eis intentare iuditium petitorium pro ipsis rebus, introduxerunt etiam bonorum possessoriam hæreditatis petitionem ad similitudinem petitionis hæreditatis, de qua in l. 1. ff. de bon. pos. hæred. petitione. per quam declarari potest bonorum possessor uerus, & adiudicari ei bona hæreditaria uniuersaliter. l. 1. ff. de possess. hæredit. petit. Quæ tamē datur solum cōtra possidentes pro hærede, uel pro possessore. l. pro hærede. ff. de pet. hæred. & §. adipiscendę. inst. de de interdict. Sed si essent alii titulo possidentes, uoluit dari rei uendicationem qua ipse res particulari res singulariter uendicantur. l. 1. ff. de rei uendic.

25 Et sic† apparet quod prætor eo tempore & actu fuit oppugnator & imitator iuris ciuilis, nam oppugnauit ius ciuile uocando alios contra uel præter legem. Sed postea Imitator fuit, quia concessit remedia sua ad similitudinem iuris ciuilis. Primo nanque lex ciuilis uolens ut dixi inducere perpetuationem negotiorum inter homines non obstante morte naturali introduxit successionem in bonis moriētium cum repræsentatione personæ defuncti, Et ut eam commodius deduceret ad effectum creauit Secundo illud corpus uniuersale quod reciperet omnia iura quæ fuerunt defuncti cum mortuus fuisset ac conseruaret, & ita succederet defuncto, & postea concessum uocatis, eos faceret hæredes. Et ne esset hoc incertum, Postea uocauit certas personas certo ordine ad illud, & causata fuit uocatio ciuilis. arg. l. obuenire. ff. de uer. signifi. Tertio per hāc uocationem dedit uocatis potestatem apræhendendi hoc corpus uniuersale cum iuribus defuncti, & appellatum fuit ius adeundi. Quarto uoluit quod illi hæredes simplici eorum uoluntate possent apræhendere illam hæreditatem, & appellata fuit aditio, per quam uocati efficiuntur domini illorum iurium defuncti. l. cū hæredes. ff. de acquir. posses. & repræsentant personam defuncti, & tenentur ad onera hæreditaria. l. cum in ius. ff. de usucapionibus. Quinto fecit petitionem hæreditatis per quam hæredes in iudicio consequuntur res ipsas hæreditarias uniuersaliter, & per eam declarantur hæredes, ut perpetuo molestari non possint, Et si essēt aliqui titulo possidentes, etiam fecit sexto loco rei uendicationem, per quam res particulares singulariter uēdicātur. l. 1. ff. de rei uendic. & not. in l. edita. C. de edē. Eundem ordinem etiam prætor seruauit in dilatando hanc potestatem succedendi, Nam primo ut deduceret successionem suam ad effectum, Creauit unū aliud corpus uniuersale quod contineret & reciperet omnia iura utilia defuncti cum potestate repræsentandi personam defuncti ut faceret successores illos quibus concederetur. Quod appellatum fuit bonorum possessio, idest in se continens potestatem faciendi bonorum. i. iurium uniuersalium possessores perpetuos, quod æquipollet utilibus dominis. Tertio dedit ius petendi hanc bonorum possessionem siue dominium utile quod appellatum fuit bonorum possessio edictalis, a subiecto bonorum possessionis quæ petitur. Quarto ordinauit quod per decretum daretur hæc bonorum possessio iurium defuncti suis uocatis, Quæ cōcessio appellata fuit bonorum possessio decretalis similiter propter subiectum quod per eam acquiritur. Quinto fecit interdictū quorum bonorum, quod dedit uocatis ab eo ut consequerentur possessionem facti omnium rerum particularium defuncti uniuersaliter petendo. Quod ab initio non concedebatur hæredibus ciuilibus, sed postea extensum fuit etiā ad eos, ut notatur in l. 1. ff. quor. bon. & §. adipiscendæ. inst. de inter. Sexto fecit bonorum possessoriam hæreditatis petitionem, per quam etiam consequerentur bonorum possessores possessionem naturalem rerum particularium uniuersaliter petendo, & declararentur legitimi bonorum possessores, & perpetuo non possent molestari. Septimo ordinauit quod rei uendicatio singularium rerum singulariter intentata daretur etiam pro utili dominio, ut not. in rub. ff. de rei uend.

26 Ex quibus† habes sexdecim terminos inuicem separatos & distinctos, confusos tamen per doctores. Primo duas successiones, Vna ciuilis & alia prætoria. Secundo duas uocationes, una ciuilis & alia prætoria facta in edictis. Tertio duo iura uniuersalia continentia omnia iura defuncti, unum constitutum a iure ciuili cōtinens iura directa, & appellatum hæreditas, quasi hæredis potestas. i. potestas faciendi dominum rerum. Aliud introductum a prætore continens iura utilia, quę appellatur bonorum possessio, idest potestas faciendi bonorum possessores, quod æquipollet utili dominio, quia possessores bonorum cū perpetua potestate percipiendi fructus appellantur quasi domini, siue utiles domini. l. 1. & 2. ff. si ager uectig. uel emphy. petatur. & l. 1. & 2. ff. eod. Quarto sunt duæ potentiæ iuris acquirēdi illud ius uniuersale. Vnum de iure ciuili, quod appellatur ius adeundi, & alio nomine hæreditas delata. Aliud prætorium, quod appellatur bonorum possessio edictalis siue bonorum possessio delata. Quinto sunt duæ acquisitiones, Vna de iure ciuili quæ appellatur aditio hæreditatis seu hæreditas adita, Alia de iure præto-

prætorio quæ fit mediate decreto olim, hodie corã iudice, & appellatur bonorũ possessio decretalis, & hodie dicitur iudicialis seu bonorũ possessio decreta seu agnita. Sexto sunt duo remedia possessoria pro consequenda naturali possessione rerum hæreditariarum quæ fuerunt defuncti, Vnum directum quod est a prætore inductum, & dicitur interdictum quorum bonorum, Aliud utile quod datur hæredibus ciuilibus per extensionem. Septimo sunt duæ actiones uniuersales pro consequenda possessione rerum particulariũ uniuersaliter intentatæ, Vna de iure ciuili quæ est hæreditatis petitio, alia de iure prætorio quæ est bonorum posses.hæred.petit. Septimo sunt duæ actiones particulares pro consequendo singulariter res hæreditarias.s. rei uendicatio directa, & rei uendicatio utilis, ut not. in Rub.ff.de rei uend.

27 Item habes † unam aliam conclusionem quæ uidebitur tibi noua, sed tamen est uerissima, quod non tantũ * sunt duæ bonorum possessiones ut tenent communiter doctor.s.edictalis & decretalis, sed etiam sunt tres. Nã ultra illas duas est & etiam illud corpus uniuersale ꝙ de se appellatur bonorum possessio, & magis proprie, quia est subiectum propter quod dantur illæ duæ quæ effectualiter sunt qualitates huius iuris uniuersalis ꝓ acquirendo. Cum edictalis sit ius persequendi hoc ius uniuersale quod appellatur bonorum possessio quia facit successores bonorum possessores sicut hæreditas hęredes, ut probatur in l.1.infr.eod.ubi dicam. Item illa met datur a prætore, & acquiritur & petitur, cum finis & intentio omnium actionum in successione tẽdat ad consecutionem dominii omnium rerum defuncti, Et sicut hæreditas tripliciter potest considerari, Hæreditas per se, & hæreditas delata, & hæreditas adita, Ita tripliciter consideratur bonorum possessio, per se, respectu defuncti, bonorum posses.edictalis, idest delata, & bonor.posses.decretalis.i.decreta uel agnita. Et hæc appellatio confundere uidetur hanc materiam, quia tres termini diuersi appellantur eodem nomine. Et in hæreditate habent tria nomina, hæreditas, ius adeundi, & aditio, Et in actione fit actio pro potentia, fit res debita, & sententia adiudicans, Et in legato fit res legata, potentia petendi legatum, & acceptatio siue acquisitio, Sed quia in bonorum posses. isti tres termini sunt in subiecto, nominãtur eodem nomine, Sed cũ postea sint diuersi in substantia, diuersimode diffiniuntur. Nam bonorum possessio simplex est successio prætoria in uniuersum ius utile quod defunctus habuit. ar gu.l.hæreditatis appellatione.ff.de uerbo.signi. Et bonorum possessio edictalis est ius persequendi patrimonii siue rei quod cuiusque fuerit, cum is moritur, idest illud ius uniuersale quod appellatur bonorum possessio.l.3.§.bonorum.ff.eodem. Et bonorum possessio decretalis est persecutio patrimonii siue rei quod cuiusque fuerit, cum is moritur, idest persecutio & acquisitio illius iuris uniuersalis.l.1.& 2.ff.eod.& l.1.§.decretalis.ff.de success.edict. Et est acquisitio quæ fit cum illa qualitate persecutionis in iudicio, olim cum decreto, & hodie coram quocunque iudice.l.fi.inf.eod. Et si cum qualitate retinẽdi ad effectum ut uincat hæredẽ, cum hæreditas delata & adita sit acquisitio simplex sine persecutione in iudicio, & sine iure retinendi quando concurrit cũ bonorũ possessione.§.adipiscẽdę.inst. de interd. Quæ omnia nota, & sæpius repetas quia euitabis multas inculcationes doctorum, & quando ex æquiuocatione doctorum confunderis, recurras ad dictam distinctionem & deteges errores & quietabis animum. Et hæc sufficiant pro generali introductione terminorum, & cognitione originis successionum ciuilium & prætoriarum, & diuersitatis & conuenientiarum hæreditatis & bonorum possessionis, In quibus decisiue pro iuuenum introductione multa dixi cõtra & præter communem opinionẽ scribentium quæ inf. suo loco secundum ordinem doctorum latius disputando uera esse demonstrabo.

28 Et primo † quia inter alia conclusum fuit quod prætores non poterant facere ueros hæredes, per tex. clarum in §.quos autem.inst. eod. uidendum est de ratione. Et Pau.de Cast.hic assignat rationem, quia prætor non poterat condere legem per prius, sed per posterius secuta approbatione populi, & edicta sua non habebant uim legis nisi postquam recepta fuissent a populo, & fuit ante eum dictum Mathesil. que refert & sequitur Bal.hic in princ.rubr. & sequuntur communi- * ter doctores. Et pro ista opinione multa adducuntur, & primo text. in d.§. quos autem. ubi prætor non potest facere hæredem.i.uerum dominum, quod non esset si posset facere legem. Secundo adducitur, quia præfectus prætorio erat maior quocunque magistratu. l. 1.ff.de offic.præfec.præto.& l.1.§.1.ff.a quib.appel. non lice.& appellatur superillustris, ut no.in rubri.ff. de offi.eius cu.mand.est iurisdi.& tamen non potest facere legem absolute quæ sit contraria iuri communi l.2.sup.de offic.præfec.præto. Ergo tanto minus prætor qui est spectabilis, & ab eo appellatur ad præfectũ prætorio, & ad præfectum urbis. l. præcipimus. infr. de appellat.§.illud in authen. de appellat. Confirmatur, quia perfectus prætorio succedit loco dictatoris apud quem erat summum ius.l.2.§.exactis.ff.de orig. iur. Item præfectus potest assignare prouinciã deportatis, prætor autem non.l.1.§.a quibus.& §.a præfecto ff.de leg.3.& l.inter pœnas.ff. de interdic. & releg. cũ ibi notat. Sed præfectus ut dixi non potest facere legẽ contrariam iuri communi.d.l.formam. ergo nec prætor qui minor est. Tertio adduci potest, quia præfectus urbis est maior prætore, & eum corrigere potest per appellationem.d.l.præcipimus.in fin. de appell. Et tamen non reperitur quod ipse possit condere legẽ, ergo tanto minus prætor. Cõfirmatur, quia exactis regibus multi magistratus inuenti fuere.l.2.§.exactis.& §.seq. ff.de orig.iur. & erant consules qui habebant summũ ius, & dictatores qui habebant supremam potestatem, & ædiles, & præfectus urbis qui omnes reddebant ius in ciuitate.d.l.2.§.capta autem. uers. quotiens. & uers. ergo ex iis. & tamen non habebant potestatem condẽdi legem, ergo nec etiam prætor qui similiter loco cõsulum ut reddet re ius, creatus fuit.d.§.cumque consules. Quarto facit ratio talis, nam illi qui habent potestatem condendi legem sunt supremæ authoritatis, & ab eis non appellatur.l.1.ff.a quib.appell.nõ lice. quia eorum opiniones ab aliis corrigi non debent, Sed a prætoribus appellatur ad præfectum urbis. d. l. præcipimus. ergo non habet potestatem condendi legem, ne sequatur quod ab eorum legibus appelletur ad præfectum & alios superiores, & ab eis corrigantur. Quinto adducitur, quia magistratus in ingressu officii iurãt seruare leges, ut in auth.ius iur.quod præst. ab iis. per tot. ergo contra eos uenire non possunt nec eas corrigere, ne incidant in periurium. Sexto facit.d.§. prætorũ quoque.insti.de iur. nat.gent. & ciuil. ubi dicitur non modicam habent iuris authoritatem. Non autem dicitur ꝙ haberent legis condendæ authoritatem, sed partẽ authoritatis. Et ista sunt quæ in effectu ab omnibus doctoribus ab hac parte adducuntur.

Incontrarium tamen, quod immo prætores haberẽt potestatem condendi legem per prius.i.fine approbatione populi, adducit Dec.hic sex fundamenta in ultima lectura. Et primo, quia si prætor non haberet potestatem condendi legem, nec etiam haberet potestatem dandi bonorum possessionem contra legem nisi esset approbata a populo, Sed istud est falsum, quia absolute poterat dare, ergo & antecedens.i.quod non possit condere legem. Secundo adducit, quia si edicta debuissent recipi a populo quia non ualebant per approbationem sequentẽ, efficeretur ius ciuile.§.lex est inst. de iur.

iur.natur.gent.& ciui.& actus nullus denominari debet a confirmante.l.adoptio non iure facta. ff. de adoptio.& nota. per Bar.& alios in l.& quia.ff.de iurisdic. omnium iud.bonus tex.in l.2.§.omnia enim.sup. de uet.iur.enucle. Tertio adducit d.§.prætorum. ibi, non modicam habent iuris authoritatem, & prætores huic iuri authoritatem dederunt, & ius prætorium est uiua uox iuris ciuilis. Item est emanatum gratia supplendi & corrigendi ius ciuile.l.ius autem. §. ius prætorium. & l.nam & ipsum.ff.de iust.& iur. Quarto adducit rationem,quia prætor enumeratur inter alios qui habēt authoritatem legis condendæ.d.§.prætorum. Quinto adducit.§.pœnales.inst.de actio.ubi prætor multas actiones ex sua iurisdictione introducit,ergo potest condere legem, quia dictio ex,significat causam immediatam,ut per Bar.in l.eo tempore.in fine.ff.de pecul. Sexto considerat,quia ius prætorium appellatur ius,& introductum fuit gratia publicæ utilitatis.d.l.ius autem. §.ius prætorium. & obligationes, introduxit & actiones.§.1.insti.de act.& §.aliæ.inst.de act.& facit tex.in §.sed eas quidem.insti. eod. Septimo ultra Dec.facit, quia prætor poterat facere ius perpetuum, cum poterat dare actiones perpetuo duraturas.l. in honorariis. ff.de actio.& obligatio.& §.1.insti. de perpet. & tempor.acti.& facit.l.pure.in fi.ff.de dol.excep. Octauo adducitur,quia prætor potest tollere usucapionem quæ est de iure ciuili,ex sua iurisdictione.§.aliæ.& §.rursus. insti.de actio.Nono facit,quia qui potest corrigere potest etiam condere, quia eius est tollere cuius est condere.l.eius est uelle.ff.de reg.iur.c.cum inferior.de maiorita.& obedi.Sed prætor potest corrigere legem.d. l.ius autem.§.ius prætorium.ergo & cōdere. Decimo adducitur,quia prætor est iustus, sed non esset æquum quod faceret legem nisi haberet authoritatem, ne usurparet alienam iurisdictionem, ergo dicēdum est quod potest condere legem, quia non faceret. Et hæc sunt quæ adducuntur per omnes docto.pro ista parte.

Et tenendo istam partem responderi potest adductis pro communi,Et primo circa tex. §.quos autem. in quo stat tota uis.Deci. hic laborat & finaliter residet ꝙ ille text. non negat quod prætor possit facere quem hæredem uel dominum, sed requiritur quod prætor concurrat cum iure ciuili, & uocet illos qui a lege sunt uocati,alias non autem potest facere hæredem, quia limitata est eius potestas in hoc, sed in aliis casibus non limitatis ex sua iurisditione potest.arg. l.cum prætor. ff.de iud.& per consequens non infertur quod regulariter non possit condere legem.Et ultra ipsum tu potes dare nouum intellectum ad d. §. quos autem.uidelicet quod ibi non dubitetur an possit facere hæredem prætor simpliciter,sed an possit ipso iure facere hæredem, sicut lex ciuilis facit suum hæredem. §. sui.inst. de hæred.quæ abintest. & sic an prætor uocans filium emancipatum faciat ipso iure hæredem.Et rationes dubitandi erant quas ego posui in l.emancipata.infr.eod.in figuratione casus.dando ei uerum intellectum. Et ultra facit,quia prætor potest operari ipso iure. l. quæ sub conditione.§.fi.ff.de cond.inst.ibi,prætoris edicto remittitur. Sed tamen contrarium determinatur ibi, ꝙ non possit facere hęredem ipso iure,sed solum l.Et est ratio, quia prætor induxit modum separatum dandi bonorum possessionem,& sic præsupponitur quod possit hæredem simpliciter facere, sed non ipso iure propter suam formam quam inuenit, quare non probat cōmunem opinionem,& licet illa uerba ipso iure,non repetantur in inferiori parte,tamen subintelliguntur, ut respōsio cū ratione cōueniat quæsito. §. præterea.inst. de inuti. stipu. & l. 1. sup. de diuer. rescrip. & uidetur multum coloratus intellectus. Non obstat quod alii magistratus maiores non possint facere legem, quia non tenet consequentia inter magistratus de potestate ex maioritate, ut notat.in rubr. ff. de offi. eiu.per text. in l.solemus.§.latrunculator.ff.de iudi.ubi latrunculator qui est minimus habet merum & mixtum imperiū quod non habent maiores, ut ibi nota. & sic in magistratibus de potestate stamus dicto legis. Sed in prætoribus & ædilibus reperitur a lege concessum.d. §.prætorum quoque.ergo non est inferendum quod maioribus sit concessa hæc potestas uel non. Non obstat tertio de præfecto urbis, quia eodem modo respondetur. Non obstat quod alii similes etiam redebant ius, quia non reperitur expressum quod non possent facere edicta,sicut in prætoribus & ædilibus, Non obstat quod a prætoribus possit appellari,quia ultra alios potest dici quod est uerum in negotiis priuatis in quibus tractatur de auferendo ius quæsitum partibus,sed in condendo legem non tractatur de iure quæsito sed de iure quærendo, cum aufertur spes quærendi, & ideo in legibus non appellatur a prætore, siue ab eorum edictis non poterat appellari, & sic a sententia prætoris appellatur, & non ab edicto, nisi specialiter aliquem læderet,ut in aliis legislatoribus not. Bart. in l.omnes populi.ff.de iust.& iur.Non obst. quod iurarent seruare leges,quia intelligitur in sententiando & in particularibus iudiciis, non autem in condendo legem antequam ius partibus quæratur, sicut princeps qui libere potest condere legem debet secundum legem iudicare.l.digna uox.sup.de leg. Non obstat quod edicta nō habeant uim legis,quia illa uerba posita.in §.prætorū. idem important. ut ibi glos.not. exponendo,non modicam.i.magnam.& terminus ius,positus ibi. legem includit.§.constat.inst.de iure natu.gent.& ciui. Ex quibus patet quod opinio communis non est ualidis fundamentis roborata.

Sed tamen nec etiam fundamenta adducta contra communem concludenter eam probant, Et non obst. fundamenta Dec. Et primo quod si prætor non potest facere legem ergo nec potest dare bonorum possessionem, quia bonorum possessionem de facto tribuebat sententiando, & sententia quæ transit in rem iudicatā seruanda est, Vel melius, eam tribuebat ex authoritate propositorum, quæ obseruari debebant durante magistratu, & ideo non transferrebat uerum dominium. l. 2.ff.eodem. Non obstat secundum, quia argumentum procedit quando edicta nullo modo ualuissent.Sed præsupponitur quod edicta ualebant durante magistratu propter authoritatem proponentis, sed non in uim legis perpetuæ, & quod legem generalem tollere possent, & quod seruari deberent in omnibus locis, Sed cum hodie ex collectione Saluii Iuliani fuerint approbata.l.2.§.sed quia.uer.sed cū Iulianus.ff.de uet.iur.enucl.durant perpetuo, & in omnibus locis seruari debent, in iis tamen finibus in quibus essent si magistratus proponentes durarent,ut nota.in l. necessariis. per Alex.ff.de acqu.hæred.Non obstat.§.prætorum. quia non dicit uim legis ut sup.in responsione,uel dicas ꝙ ille tex.loquitur secundum tempora Adriani,secundum quæ approbata fuerunt ex constitutionibus imperialibus, & uerum est quod hodie possunt connumerari inter alias partes iuris ciuilis, sed non ante Saluiū Iulianum, cum uarium esset ius locale & temporale dicto §.sed quia.ubi nouiter perpetratum fuit. Non obst. quod actiones & obligationes sint de iure prætorio, & ex iurisdictione, quia uerum est durante magistratu quo tempore habebant iurisditionem, & hodie etiam sunt ex iurisditione,cum edita sint cōfirmata ac si prætores essent in magistratu. Non obst.sextum,quia responsum fuit. Non obst. ꝙ actiones perpetuas facere posset, quia non sequitur ergo poterat condere legē. Sed actiones postquam natæ erant non requirebant amplius potestatem prætoris, sicut nec actio ex sententia requirit perpetuam iurisditionem iudicis, nec filius natus requirit patrem, Facit in simili quod dicunt doctores de pacto uestito cohærentia contractus, nam licet

get postea extinguatur contractus, remanet tamen pactum uestitum, ut per Bar. in l. lecta. colu. fina. in fin. ff. si cert. pet. & l. petens, sup. de pact. Non obst. quod ex sua iurisditione potest tollere usucapionem, quia uerũ est hodie propter approbationem secutã si prætor moueretur ex edicto alterius, Vel hoc potest facere durante magistratu suo propter sui edicti propositi authoritatem, non autem eo finito, cum edictum suum cum iurisditione extingueretur. Non obst. quod qui potest corrigere potest & condere, quia negatur minor quod prætor posset corrigere legem, sed solum eam poterat suspendere, & durante magistratu impedire eius executionem in iis quæ requirunt factum hominis proponẽdo edicta, & de facto exequendo, cum tunc deficeret executor legis, & infr. dicam, in quo stat tota uis istius quæstionis. Non obst. ultimum, quia non inique agit proponendo edicta, Sed utitur iure sibi concesso propter uim magistratus durante tempore eiusdem.

Ex quibus patet quod fundamenta adducta pro utraque parte non stringunt nec concludunt necessario & articulus redd itur disputabilis, Et quasi omnia fundamenta adducta pro parte contra communem resoluũtur per duas generales responsiones, quod procedunt attenta approbatione facta per constitutiones nouas de edictis collectis constituendo edictum perpetuum, Item procedunt durante magistratu, quo tempore edicta sua & nascentia ex edictis seruanda erant propter uerba legit. 12. tab. (omnes ei parento) & omnes leges quæ dicunt quod durabant post magistratum, resoluũtur uel propter approbationem sequutam, uel quia sũpserunt fundamentum & uigorem ab edictis durante magistratu, Et adducta pro communi resoluuntur, ꝙ non tenet consequentia de potestate inter magistratus per l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudic. Itẽ prætores sententiando tenebãtur seruare ius inductum, sed nõ prohibebantur noua iura contra antiqua cõdere. Et ita patet articulum esse disputabilem.

29 Sed resolutiue† loquendo arbitror discutiendas esse tres quæstiones separatas quas simul inculcant docto. confundendo terminos, ut plerumque accidit in difficultatibus iuris uostri, uidelicet, an prætores haberent potestatem condendi legem per prius uel posterius, ut in uerbis docto. formant quæstionem. Secundo an prætores haberent potestatem faciẽdi aliquod ius obseruandum, & an edicta prætorum haberent iuris authoritatem ut ex se ualerent sine approbatione populi sequente. Tertio, an edicta prætorum haberent authoritatem legis, ut omnes effectus legis producerent, & legem contrariam penitus abrogare possent, sicut si alia lex contraria facta esset.

30 Circa† primum concludendum est contra omnes, ꝙ prætores non habebant potestatem condendi legem neque per prius neque per posterius, ut aperte probatur in §. constat. instit. de iur. natur. gent. & ciuil. ubi prætorum edicta conumerantur separata ab aliis partibus iuris ciuilis, & postea ille partes diffiniuntur, & dicitur quod lex est illa quæ fit a populo, & si posset fieri a prætoribus falsa esset diffinitio. Immo potest dici ꝙ etiam princeps non facit legem, sed constitutionem, ut dicitur in §. sed quod principi. eòd. titu. & §. quos autẽ. inst. de bon. posses. Vel si tenemus quod sit lex, ideo est quia populus etiã in eum omne ius & potestatem concessit, & transtulit. d. l. 1. ff. de constit. prin. & §. sed quod principi. Facit text. in l. 2. §. ita in ciuitate. ff. de orig. iur. ibi, quod senatus sine lege constituebat. Et ideo tex. in §. quos autem. inst. eod. appellat alias partes iuris similes legi, nõ autem leges, Et expresse tenet Theophi. in d. §. prætorum quoque. Et sicut absurdum est dicere quod prætor possit facere plebiscitum uel senatuscõsultum, Ita & absurdum est dicere quod prætor possit facere legem per prius, Item sicut non potest dici quod plebs possit facere legem, uel senatus possit facere legem, d. §. ita in ciuitate. ibi, senatus sine lege. & §. sed cum Appius. Ita & a fortiori absurdum erit dicere quod prætor possit facere legem per prius. Tertio facit, quia condere legem est supremæ iurisditionis, ut not. in l. imperium. ff. de iur. om. iud. sed prætor non habebat iurisditionem extra ciuitatem, nec etiam in ciuitate in totum, ut no. in l. 1. ff. de offic. præfec. urbis. & in rubrica. ff. de offi. eius. & probatur in l. 2. §. cũque consules. ff. de orig. iur. ergo non poterat condere legẽ, de cuius natura est ut seruetur per omnes subditos & totum imperium, & sine iurisditione non potest fieri. l. fi. ff. de iurisdic. omnium iud. Quarto facit, quia ipse nõ poterat tollere legem ut statim probabo, ergo nec etiam condere. arg. l. eius est uelle. ff. de regu. iur. & l. is potest. ff. de acquir. hær. Quinto facit, quia edicta ædilium curulium erant eiusdem authoritatis. d. §. prætorum. & tamen falsum est dicere quod ipsi possent facere legem, quam nec etiam senatus uel plebs poterat facere, Ideo concludendum est quod prætor non poterat facere legem per prius. Quod etiam procedit secuta confirmatione, & sic per posterius, quia tunc uel confirmatur tanquam factum a prætore, & non poterit esse lex, quia non concurrit substantia diffinitionis legis, Si uero confirmatur seruando formam legis, & tunc non erit edictum prætoris, sed erit una noua lex facta a populo uel plebe uel principe, & procedere potest quod dicit hic Dec. quod actus nullus denominatur a confirmante, quia ipse dicitur facere. l. 1. §. omnia enim merito. supra de ueter. iur. enuclea. & sic patet ꝙ non potest dici aliquo modo ꝙ prætor habuerit potestatem condendi legem neque per prius neqne per posterius, & sequitur Cur. hic.

31 Secunda† quæstio est, an prætores possent facere aliquod ius quod deberet seruari a populo ex sua iurisditione, Item an edicta prætorum habuerint authoritatem iuris ut obseruari possent contra legem, Et in hoc puto opinionem Decii ueriorem, quod prætores possent ex sua iurisditione facere ius obseruandum, & ꝙ edicta prætorum ualerent de perse & per prius, & absque aliqua alia approbatione seruari deberent, Quia iura simpliciter dicunt qnod habent authoritatem iuris. d. §. prætorum quoque. instit. de iur. natur. & l. ius autẽ. §. ius prætorium. ff. de iust. & iur. & d. §. ita in ciuitate. Secundo hoc confirmatur per d. §. prætorum quoque uer. hoc etiam ius. ubi dicitur quod magistratus authoritatem huic iuri dederunt, ergo non requiritur confirmatio, quia non essent prætores qui darent authoritatem, Item dicitur honorarium, quia fit ab iis qui gerunt honores, & sic uis stat in magistratu. Tertio facit, quia enumerantur edicta inter eos qui habent authoritatẽ faciendi ius obseruandum. Quarto facit d. §. pœnales. inst. de perp. & temp. act. ibi, ex sua iurisditione. §. & eas. inst. eòd. & §. aliæ. uer. in prædictis. inst. de act. & §. 1. inst. de obligat. ibi, ex iurisditione sua, & ibi, introduxit. Quinto facit. l. ius autem. §. ius prætorium. ff. de iust. & iur. & inst. eo. in princ. ibi, gratia emendandi & corrigendi & supplendi, & §. cæterum. inst. de leg. agn. succes. cum multis similibus quæ uolunt edicta simpliciter ualere sine aliqua confirmatione ex sola iurisditione prætoris, Et hæc potestas tunc fuit data quando lex 12. tab. dixit, & omnes ei parento. Sexto facit, quia edicta prętorum solum ualebant quando fiebant ex noua & urgenti causa, ut dixi in diffinitione, & infra repetam. per l. ius autem. §. ius prętorium. ibi, publicam causam. ff. de iust. & iur. & assumebant uirtutem, quia tanquam procurator populi uidetur facere. l. nam & ipsum. ff. de iust. & iure. quo casu inferior potest uenire contra dictum superioris. l. si hominem. ff. mand. & infr. dicetur late. Et hanc partem tenet Curti. nu. 6. & 7. colu. 2. & numer. 12. sed iuresolutus. Nec obst. si dicatur esse absurdum prętores posse facere ius & non legem, cum lex sit ius, quia responsio patet ex eo quod

senatus

senatus & plebs & iurisconsulti faciebant ius & non legem. d. §. constat. & d. l. 2. §. iis legibus. §. ita in ciuitate, quia ius est nomen generale compræhendens uarias partes iuris in specie ualde inuicem separatas.

32 Tertia† quæstio est, an edicta prætorum haberent authoritatem legis, ut tantum ualerent ac si essent leges, Et hæc est magis probabilis dubitatio, & credendum est doct. uoluisse ita formare quæstionem, & in ea urgent fundamenta ab utraque parte, Nã quod haberent authoritatem legis, facit primo, quia connumerãtur inter eos qui faciebant cum potestate legis, nam plebs faciebat ius cum potestate legis. d. §. plebiscitum. uers. sed l. hortensia. Item senatores faciunt cum potestate legis. d. §. senatus. uer. uicepopuli consuli. Idẽ de principe & de responsis prudentum, ut ibidem dicitur. Si igitur omnes alii poterant facere ius cum potestate legis, ergo & prætor faciebat edicta cum potestate legis. Secundo facit tex. inst. eod. in princ. ibi, emẽdandi & supplendi legem. & in l. ius autem. §. ius prætorium. ff. de iust. & iur. ibi, emendandi & corrigendi, & in §. media. ibi, asperitatem iuris corrigentes. institu. de legit. agn. succes. §. qua de causa, ibi, iuris iniquitas emendata edicto prætoris. Si igitur prætor potest cum edictis corrigere legem, ergo edicta sua habebant potestatem legis, quia eius est tollere cuius est condere. l. eius. ff. de reg. iur. Tertio facit, quia prætor potest tollere usucapionem. §. sed iste. inst. de actio. ergo potest tollere ius ciuile, & per consequens habet authoritatem legis. Quarto facit, quia prætor ante confirmationem poterat facere perpetuas actiones. lege in honorarijs. ff. de actio. & oblig. & §. 1. inst. de perp. & temp. action. ergo edicta habebant authoritatem legis, cuius natura est facere remedia perpetua.

Sed contrarium ego puto uerius quod immo illa edicta non habuerunt authoritatem nec potestatem legis, seu non producebant omnes effectus legis, nec obseruabantur cum eius prærogatiua. Quod probatur, quia ante confirmationem non seruabantur in prouinciis ut per Theoph. in d. §. Prætorum quoque. secus in legibus. Secundo facit, quia lex contra legem in totum tollit & abrogat contrariam. §. sed iura naturalia. inst. de iur. natu. gent. & ciui. & §. fin. inst. de leg. agn. succes. quia duæ leges contrariæ simul non possunt stare. l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur. & §. quibus. sup. in proh. & l. pacta nouissima. C. de pactis. & per Bar. de statutis contrariis. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. num. 32. uer. circa quartum. Sed quando edictum est contra legem non tollitur lex. sed utrumque durat, licet in exercitio præualeat edictum, ut patet, quia usque ad tempora Iustiniani per tot edicta prætorum non fuit correcta lex. 12. tab. in successione, sed Iustinianus in multis correxit. ut in l. maximum uitium. inf. de lib. præt. & in auth. de hær. quæ abinte. per totum. Item cum edicta essent annalia, lex post edicta manebat, quia fuisset inconueniens quod per momenta temporum duraret & tolleretur. arg. l. cum aliis. sup. de cur. fur. & l. si unus. §. pactus. uer. sed si pactum. ff. de pactis. Tertio probatur, quia etiã edicta perpetua quæ habemus redacta in corpore iuris non habent authoritatem legis, ut patet in beneficio abstinendi quod est de edicto perpetuo & redacto in corpore iuris, & tamen non potest tollere legem ciuilem contrariam quod filius sit necessarius hæres, ut per Alexand. in l. necessariis. col. 3. ff. de acq. hær. & l. 2. §. sed si sint sui hęredes. ff. ad tert. ibi, nudum nomen hæredis. Confirmatur, quia restitutio in integrum est de edicto perpetuo in corpore iuris posito, & tamen non potest tollere legem contrariam. l. & si si fine. §. sed quod Papinianus. cum glo. de minor. ubi dicitur quod si de iure prætorio restituitur non desinit esse hæres, secus si de iure ciuili. §. per contrariũ. & ibi not. inst. de hære. quæ abint. & l. 1. & 2. infr. de repud. hær. Suadetur etiã per §. emancipati. inst. de hær. quę abint. ubi abintestato secundum. l. filius est hęres in totũ, sed & l. 1. & 2. infr. de repud. hęr. Suadetur etiã per. §. emancipati. inst. de hęr. quę abint. ubi abintestato secundũ. l. filius est hęres in totum, sed tamen filius emancipatus auocat partem, & sic edictum non facit quod efficiatur suus hęres tantum pro parte. Idem etiam probatur in l. ex duobus. §. si. & l. si contra. ff. de uulg. & pup. ubi rupto testam. per contratabulas sustinentur tabulę pupillares, quia durat testamentum de iure ciuili, secus si rumpatur de iure ciuili per querelam, ut ibi not. in l. Papinianus. §. fin. ff. de inoffi. test. ergo edicta non habent authoritatem legis. Idem probatur in §. posthumus. inst. de leg. coniuncto. §. 1. instit. de bon. posses. ubi posthumus alienus prohibetur institui. l. 12. tab. & prætor uoluit quod possit institui, & nihilominus dicitur in d. §. posthumus. quod durabat illa prohibitio, & nouiter eam correxit, quod non fecisset si prætor in totum potuisset corrigere. Et faciunt omnia iura quæ dicunt aliud de iure ciuili, aliud de iure pretorio, quia si corrigeretur ius ciuile in totum non posset amplius dici aliud de iure ciuili, cum non esset, ut in simili dicitur in l. posthumus. ff. de iniusto rupto. & irrit. testa. & §. non tamen. inst. quib. mod. infir. test. & l. filio preterito. ff. de iniust. rup. & irr. test. & dicetur in l. posthumo. inf. de contratabulas. Quarto etiam facit text. in d. §. quos autem. dum dicit quod pretor non potest facere quem hęredem, & tamen alię partes iuris possunt. Nec ualet restrictio tradita hic per Dec. quod intelligatur quando solus pretor uocet, quia est contra illam literã quę simpliciter allegat rationem generalem. Nam si restringeretur illa ratio per uerba, solus pretor, esset eadẽ cum dicto, quia dictum est quod solus pretor non potest facere quem ipso iure. i. suo iure hęredem, & ratio esset, quia pretor non potest facere ipso iure hæredem quando solus uocat, & sic esset eadem. contra not. in l. 2. §. mutui. ff. si cer. peta. Quinto facit. d. Theoph. in d. §. pretorum. qui dixit expresse quod edicta pretorum non habebant uim legis, quia erat absurdum ut unus homo ex arbitrio suo possit facere legem, cum esset suspectus de aliqua corruptione, quod non erat in principe, & Theophi. qui est author institutionum maxima fides prestanda est. Sexto adducitur. l. prima. §. lex falcidia. ff. ad l. falcid. ubi lex falcidia habet locum in testamentis, noua lege confirmatis, & tamen non habet locum in testamentis confirmatis iure pretorio, quia nõ erat potestas confirmandi, sed de facto postea pretor ex nouo edicto induxit potestatem legis. Septimo facit, quia lex potest facere quod unus repudiando non desinat esse hęres. §. 1. inst. de hęred. qual. & differ. sed pretor non potuit. l. 1. & per totũ. ff. si quis omissa causa testamen. Et sic patet ex istis & multis similibus quę possunt allegari, edicta pretorum non habuisse nec habere authoritatem legis. Nec obstant contraria, & primo quod edicta pretorum enumerantur inter alios habentes hanc potestatem, quia nõ infertur propter hoc quod & pretor habuerit, cum habeamus iura contraria, & solum ibi dictum fuit de prætore quia poterat facere ius quod seruabatur, Item responsa prudentum non erant leges noue sed interpretationes sumpte a iuribus approbatis. Non obstat quod habeant authoritatem iuris, & sint idem quod lex, quia responsum fuit supra, cum ius sit nomen generis comprehendens multas partes inuicem forma & uirtute differentes. d. §. cõstat. & habet authoritatem unius partis quę ualde differt a lege in potentia & prerogatiua conditoris. Non obst. ꝙ posset facere perpetuas actiones, quia supra responsum fuit. Non obst. alia quia inf. respondetur.

Ex quibus habes quatuor conclusiones notabiles, Prima, quod pretor non potest per prius condere legem generalem ut sup. dixi. Secunda quod pretor potest facere ius sine approbatione populi annale & locale quod durante officio suo obseruatur inter subdi-

tos

tos etiam quod sit contra legem, & propter uim magistratus habet authoritatem impediédi omnes effectus legis in quibus requiritur factum hominis. Et hodie per confirmationem factam de perpetuo edicto assum psit tantummodo perpetuitatem, ut perinde sit ac si ꝑponens perpetuo duraret in magistratu. ideo hodie ét impedit effectum legis requirentem factum hominis tantum, & non dispositionem legis operantis ipso iure ut per Alexan. in d. l. necessariis. ff. de acquiren. hæred. Tertia est conclusio, quod prætor non potest corrigere legem, cum non obstante edicto lex operetur omnes effectus non requirentes factum hominis ut supra dixi, quod non esset si esset correcta, quia lex correcta non potest allegari ad decisionem causarum, & allegás punitur, ut per Baueriam post alios plene in §. 1. inst. de test. In tantum quod nec etiam hodie secuta confirmatione per edicta fuit correcta. l. 12. tabularum. Sed adhuc producit effectus suos ipso iure. d. l. necessariis. de acquir. hęr. & necessaria fuit correctio imperatoris in auth. de hæred. & falci. §. nulla.

33 Nec† obst. l. ius autem. §. ius prætorium. ff. de iust. & iur. & inst. eod. in princ. cum concor. quia ille leges intelliguntur quo ad effectum, cum ius prætorium duráte magistratu seruandum esset ex ui magistratus, & suspenderet effectum legis in iis quæ requirunt factũ hominis, & ideo quodámodo dicitur corrigi & tolli uirtute cuiusdam exceptionis. Sicut in simili dicitur de obligatione inst. quib. mod. tol. oblig. in princ. in gloss. liberatur, & in §. fina. in glo. fi. in fine. ff. de procu. l. in causæ. in glo. fina. & not. in l. fi. inf. de noua. Et satis dicitur tolli uel mutari cuius effectus per exceptioné impeditur. l. eum qui. iuncta glo. in uerbo mutetur. ff. de usuc. & in §. 1. insti. de usuc. in glo. dominium. quæ exponunt dominium mutari. i. effectum dominii. Facit. l. 1. in fi. ff. ad turpilia. coniunct. not. per Abba. in rub. extra de appell. Et suadetur hæc expositio, quia uerbum corrigere positum in d. §. 1. respicit posthumum alienũ & filium emancipatum, in quibus clarum est quod prętor non correxit quantum ad effectum. §. emancipati. inst. de hære. abinte. Quare non sine ministerio in d. §. ius prætorium. dicitur quod ius prætorium inductum fuit gratia corrigendi. i. gratia impediédi effectum eo modo quo poterat, quia non curamus de modo dũmodo habeamus effectum. l. Gallus. §. quod si is. ff. de lib. & posth. Quod nota ualde pro intelligentia dict. iuriũ. quia est nouum & necessarium ne sequatur absurdum quod lex tollatur a non habente iurisdictionem, & per momenta inducatur. contra. l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & l. fina. sup. de cura. furi. cogita tamen.

34 Quarta† est conclusio, quod non potest facere quem hæredem. d. §. quos autem. non uiolando literam. Nam cum ibi reddatur ratio generalis, deciditur generaliter quod in omnibus casibus non potest facere qué hæredem. quæ ratio ampliat dictum. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. Dicit enim generaliter prætor hęredem facere non potest, quod confirmat subiungendo aliam rationem exclusiuam prætoris, propter dictionem tantum, quæ necessario debet excludere prætorem ne uideatur superflua, cum ad aliud non possit referri. Et si uerba debent impropriari ut aliquid operentur. l. si quando. ff. de leg. 1. ergo tanto magis debét retinere propriam significationem ne uideantur superflua, & aliquid operentur. l. non aliter. ff. de leg. 3. Sed contra istam conclusionem ita firmatam facit, quia prętor alias potest uerum dominium transferre. §. fi. & ibi not. inst. de offic. iud. facit tex. in l. si ob causam. inf. de euictio. ubi iudex potest facere idem quod pars. Sed pars potest transferre dominium. §. per traditionem. instit. de rer. diuis. ergo & prætor. Pro solutione dicas, Aut prætor aliquid facit tanquam executor legis, & tunc potest idem quod lex, l. nam & ipsum. ff. de iust. & iur. Aut uero facit aliquid de perse uel contra legem, & tunc nec auferre nec transferre potest dominium. Nec obst. doctri. Bar. in l. 2. ff. de bon. pos. ubi dixit ꝙ quando nullus est hæres de iure ciuili quod prætor trásfert iura directa, Quia in illo casu iura directa acquiruntur bonorum possessori non propter edictum nec propter uim uocationis, sed quia apprehendendo possessionem rerum uacátium dominium quod penes nullum est iure naturali ei acquiritur. argum. §. fi. & §. per inuentionem inst. de rer. diuis. facit lex quod si nolit. ff. de acq. possess.

35 Secundo† contra. §. obst. quia dicit quod prætor ipso iure operari non potest, quia immo uidetur quod ipso iure possit operari, ut patet in edictali bonorum possessione quæ ipso iure acquiritur. l. 3. §. municipibus. ff. eod. Item prætor inducit potestatem legis falcidiæ. l. 1. §. eos. ff. ad leg. falc. quæ resecat ipso iure legata. l. linea margaritarum. eod. titu. Similiter prætor ipso iure tribuit actionem legatariis. l. si non solus. §. 1. & per totam. l. 2. ff. si qui. ommis. cau. test. Item prætor ipso iure remittit conditionem turpem iusiurandi. l. facta. §. si sub conditione. ff. ad trebell. ibi, sufficit edictum & l. quæ sub conditione. §. fi. ff. de cond. inst. Item remittit nunciationem. l. de pupillo. §. si is cui. ff. de nou. oper. nunc. Pro solutione dicas cõtraria uera esse quia prætor ipso iure potest operari aliquid. Nec obst. textus noster, quia non exponitur ipso iure. i. sine facto hominis, sed exponitur ipso iure. i. prætorio, & est sensus, prætor ipso iure non potest facere hæredem. i. suo iure prętorio hęredem facere non potest, & sic nõ negat quin ipso iure non possit operari. Nec obst. intellectus quem supra posui ad §. quos autem. in quo uidetur cõcludi quod ipso iure non possit facere hęredem, quia licet coloratus sit intellectus, nõ tamen est uerus, quia litera repugnat, quę solum uult demonstrare prętores non posse facere dominos, sed bonorum possessores tátum, Et suadetur, quia loquitur generaliter de omnibus uocatis a prętore, non de filiis solum in quibus hęc dubitatio poterat cadere. Item in fine dicit, dando bonorum possessionem constituit bonorum possessores, & secundum istum intellectum dando bonorum possessioné deberet saltem constituere hæredem per factũ, licet non ipso iure, quod falsum est. Item de uerbo, ipso iure, non facit mentionem in responsione & ratione. Vnde expone tex. ipso iure. i. suo iure prætorio ut statim dixi. Vel melius dicas, quod licet in principio dicat quod prętor non potest facere quem hęredem ipso iure, tamen non negat quin in aliis casibus prętor non possit operari ipso iure.

36 Sed subintrat† utilis & necessaria difficultas, an potestates terrarum & alii magistratus nostri temporis possint facere edicta contra leges quę debeant seruari ad similitudinem prętorum antiquorum. Et Bal. hic uidetur concludere quod sic. Sed incontrarium arguebat Roman. quia uidetur hoc specialiter fuisse concessum prętoribus antiquis & ędilibus, cum nullus alius haberet istam potestatem etiam quod esset maximus, ut prefectus prętorio. l. 2. C. de offic. pręfec. pręto. & ideo non debet trahi ad alios. l. ius singulare. ff. de legib. Secundo adducitur, quia magistratus nostri sunt inferiores pcpulo seu regi, ergo eius statuta legem corrigere non possunt. arg. c. cum inferior. de maior. & obed. & clem. ne romani. de electio. Tertio adducebat, quia magistratus nostri temporis iurát seruare statuta & leges, ut in auth. ius iurandum quod pręst. ab iis. per totum. ergo non possunt uenire contra iuramentum. c. 1. de iureiur. in 6. Sed ipsemet Rom. & alii posteriores tenent conclusionem Bal. restringendo duobus modis, Primo quod edicta fiant subsistentr iusta causa. arg. l. si hominem. ff. mand. nam tunc uidentur uiua uox iuris ciuilis l. nam & ipsum. ff. de iust. & iur. sicut etiam iudices ex causa possunt recedere a pœna imposita per legem uel statutum

ſtatutum ſubſiſténte cauſa,ut per Bal.in l.& ſi ſeuerior. C.de iis qui not.infam.& ibi Salic.col. pen.& Bal.in l. ſiquis filio.§.qui auté.ff.de iniuſt. rup. & irri. teſt. poſt Innoc.in c.1.de conſt.Secundo etiam reſtringunt quá do non poteſt haberi copia principis, quia ſi poteſt ha beri eius copia ipſe conſuli debet.arg.l.ad beſtias. & l. diui fratres.ff.de pœn.& l.1.§.ſi.ff.de quæſt.& l.diuus l.2.ff.de falſis.

Et hanc partem ego puto uerã quæ in practica quo tidie obſeruatur non tantum in ciuitatibus magnis ſed inmagiſtratu cuiuslibet uillis uici, qui facit banna cõtra & præter legem, & obſeruantur contra legem donec proponens eſt in magiſtratu. Et probatur ratione efficaci,quia poteſtas faciendi banna conceditur uirtu te iuriſdictionis iuditiariæ, quo caſu tanquam procurator principis uel populi dicitur facere ius. d.l. ſi hominem. Et in d.§.prætorum.dicitur quod illi qui honores gerunt dederunt authoritatem huic iuri,& facit l.2.§.eodem tempore.ff.de orig. iur. Secundo confirmatur per tex.in l.1.in princip.& §.qui magiſtratum. iuncta glo.& per totum titulum.ff.quod quiſque iur.& l.fina.ff.de pœnis.per quæ iura apparet quod hæc poteſtas non erat conceſſa ſolis prætoribus, ſed generaliter obſeruabatur, licet in ciuitate romana plerumque hoc fieret a prætoribus,& ædilibus,quia nunquam diſcedebant a ciuitate, & melius erant inſtructi de utilitate ciuitatis.facit tex.in l.3.§.ſciendum in uerbo iuratur admonere.ff.de offic.præfec.uig.Et idem ſeruatur in epiſcopo.argu.c.ſecundi.de conſtit.in 6. & Iaſon in l.omnes populi.colum.3.& 4. ff. de iuſt. & iur. & Barbat.hic colum.19.Et ideo tex. in l.2. §. eodem tempore.ff.de orig.iur.dicit magiſtratus, ſub nomine generali.Et licet in multis locis nominentur prætores, tamẽ illud eſt nomen generale conueniens omnibus magiſtratibus.ut nota.in l.1.ff.de offic.præſid.& l.ſæpe.cõiuncta.l.ſecunda.§.capta.de orig.iur.facit.l.quod auté. ff.quod metus cauſa.Non obſtat.l.ſecunda.ſupra de officꝫ.præfec.prætor.quia ille tex.loquitur de conſtitutione ciuili quam præfectus prætorio propter eminentẽ dignitatem facere poteſt.iuxta.l.1.ff.de offic.præfect. prætor.ſed tamen quando eſt legi contraria non ualet. Sed ſi per modum edictorum uellet aliquid ſtatuere, tunc illud ualeret etiam contra legem ſecundum naturam edictorum, & tanquam ius prætorium, & ſic non obſtat ſecundum Cur.hic & bene. Nec obſtat quod ſit inferior,quia hoc non impedit poteſtatem faciendi edicta & banna quando mouetur cum cauſa iuſta, ſed ſi magiſtratus facerent edicta ſine cauſa urgenti, tunc nõ ualerent,& ciuitates poſſunt ſe agrauare, & impedire ne fiant per d.c.cum inferior cum concord. Nõ obſtat quod iurarent,quia in iuramento eſt exceptum niſi ſuperueniat iuſta cauſa.c.uenientes.de iure iur.nec requiritur abſolutio. glo.in c.conſtitutus.in glo.1. de reſcript.Alex.& Iaſon in l.fina.in fine.ff. qui ſatiſd.cog. Vel ſecundo poteſt dici quod iurat ſeruare ſtatuta per modum iuditii reddendo ius inter litigantes,ſed nõ in ſtatuendo ut ex iuſta cauſa non poſſit aliter ſtatuere, quia hoc continetur de iure in iuriſdictione ſua. Nõ obſtat lex programa.& per totum.C.comin.uel epiſtolas. qa totus ille titulus procedit in iudice mandante aliquid fieri per modum ſententiæ, & in caſu particulari, non per modum faciendi edictum generale quod eſt prohibitum ibi & bene, Non obſtat lex ſi extrordinarium. C.de iure fiſci quia ille tex.loquitur de ſtatuto ciuili facto ad finem ut duret perpetuo,ut declarat Bart. illum tex.& multa alia ſimilia in l.omnes populi. ff. de iuſti. & iure.

37 Et hanc opinionẽ ſequuntur omnes repetentes ſi recte inſpiciantur,nam licet uideantur contradicere,tamen uere non contradicunt concluſioni, quod magiſtratus noſtri temporis non poſſunt facere edicta ex cauſa,ſed ſolum contradicunt in ſimilitudine facta de prætoribus antiquis, quia aliqui uolunt quod illa poteſtas eſſet latior & ſpecialiter conceſſa, Et ſex differentiæ aſſignantur per Bulgar.& Dec.Et primo, quia prætores antiqui poterant facere edicta ſine cauſa,ſecus in magiſtratibus noſtris in quibus requiritur cauſa, & iõ uidentur ſtatuere authoritate legis. l. ſi hominem. ff. mãdati.Sed hæc differẽtia nõ eſt bona, quia præſuppoſitum eſt falſum quod in prætoribus non requireretur iuſta cauſa & noua,cum tex.in l.ius autem.§.ius prætorium. ff. de iuſt.& iur. dicat prætor propter publicã utilitatem poteſt ſtatuere contra legem, ergo requiritur cauſa noua,quia non poteſt eſſe publica utilitas cõtra legem niſi noua cauſa naſcatur, cum alias ab initio fuiſſet iniqua lex,quod non eſt præſumendum.argum. c. erit lex.4.diſtinct.Et facit ratio aſſignata per Theophilum in d.§.prætorum quoque quod in prætore eſt ſuſpitio corruptionis, & quod ideo arbitrio ſuo nõ eſt permiſſum corrigere legem. & eſſet abſurdum quod unus homo ſolus facere edicta contra legem quam populus cum tanto ſudore & labore promulgaſſet.Secundo adducitur, quia in filio emancipato fuit illa cauſa quæ erat tempore legis.12. tabu. & ſic ſine noua cauſa prætor ſtatuit contra legem.Sed reſpondetur ut dicebat Deci.quod in emancipato fuit noua cauſa, cũ per experientiam ex uarietate temporis apparuit legem eſſe iniquam,uel propter auctas diuitias fiſci, uel quia de facto eueniebat quod filii emancipati peribant fame, & ſui hæredes omnia poſſidebant, & forſan erant inuicem inimici,& ſe inuicem interficiebant. argument. l. 1.ff.ad maced.Nam cauſa ſemper dicitur noua ubicunque ex uarietate temporum uel per experientiam magis apparet utilitas publica.argum.l.1. in princip. infr. de cad.tol. & §.cæterum.inſt.de legi. agnat. ſucceſ. & c.non debet.& ibi no. de conſanguin. & affin. Tertio adducitur, quia in prætoribus antiquis requirebatur confirmatio populi, ſed hoc fuiſſe ſomnium ſupra demonſtraui. Quarto adducitur, quia prætores poterant facere edicta per modum legis generalis,quod non cõceditur magiſtratibus noſtri temporis, Sed nec etiam hæc differentia eſt bona, quia falſum eſt quod prætores facerent edicta per modum legis generalis quæ deberet obſeruari per totum imperium, ſed ſolum ualebant in ciuitate in qua habebant iuriſdictionem, quia extra territorium ius dicenti impune non paretur.l.fi. de iuriſdi.omnium iudic.& c.2.de conſtit. in 6. Et ſi intelligitur quod in ciuitate poterant facere per modũ legis generalis, Iſtud idem ſeruetur etiam in magiſtratibus noſtri temporis qui poſſunt facere edicta per modum generalis diſpoſitionis contra leges & ſtatuta ciuitatis ſi cauſa urgens eſt generalis, Nam ſi eſſet una ſeditio magna in ciuitate, quia eſſet diuiſa in duas factiones,tunc poſſet fieri edictum ut nullus retineret arma in domo,ad euitandum ſcandalum.argumen. c. 3. extra de iur.patron.& c.niſi pridem. §. pro graui. extra de renunt.Quinto adducitur,quia prętores antiqui poterant corrigere legem.inſt.eod.in princ. & l.ius autẽ. §.ius prætorium.ff.de iuſt.& iur. Sed hoc etiam nõ obſtat, quia falſum eſt quod edicta corrigerẽt legem, ſed ſolum ſuſpendebaut effectus eius quos impediebant. Quod totum etiam conceditur magiſtratibus noſtris, quia edicta ſua non poſſunt ſeruari quin ſuſpendant effectus legis & ſtatutorum eos impediendo donec durant.Sexto adducitur, quia magiſtratus noſtri iurant, & non poſſunt uenire contra iuramentum niſi prius petita abſolutione,ut per glo.in c.uerum.in uer.abſoluerunt.de iureiur. quod non erat in prætoribus antiquis qui non iurabant.Sed nec etiam hoc obſtat,quia ſimiliter falſum eſt præſuppoſitum quod prætores antiqui non iurarent,& ſatis probatur in d.authen. iuſiurandũ quod præſt.ab iis. ubi non inducitur de nouo iuramentum in officialibus, ſed reformatur, ac ſatis colligitur ex ueneratione iuramenti quam antiqui habebant.l.1. &

& 2.ff.de iureiur. Sed tamen non dicebatur uenire contra iuramentum faciendo edicta, quia iuramentum respicit modum iudicandi secundum leges, non auté modum faciendi edicta, quia per modum edicédi ex causa omnes magistratus possunt uenire contra leges & statuta.

Quare remanet conclusio firma, quod magistratus nostri temporis possunt facere edicta contra & præter leges & statuta ex causa urgenti quæ seruari debent contra ea donec proponere uoluerit uel durat in magistratu in omnibus & per omnia ut faciebant prætores antiqui. Et si cótingeret quod populus congregato consilio ea approbaret faciendo statutum, tunc efficeretur lex ciuilis, sed si mandaret quod seruaretur etiá finito magistratu proponentis, perinde ac si semper duraret, tunc efficerentur perpetua, & ualerent tanquam edicta suspendentia statuta, non autem in totum abrogantia, sicut euenit in edictis prætorum factis in ciuitate romana redactis in corpore iuris. Et sic data paritate terminorum nulla erit differentia inter prætores antiquos & magistratus nostri temporis quantum ad potestatem faciendi edicta, Intelligendo tamen quod per statuta non sit limitata potestas magistratibus pro iubendo facere edicta, uel permittendo si solum certo modo faciant, nam tunc seruanda essent statuta, quia iurisditio est de reseruatis principi, & non transfertur nisi quatenus uerba dictant, ut no. in l. imperium. & ibi dixi. ff. de iur. omnium iud.

38 Ampliatur † ista conclusio procedere nedum quando faciunt edicta de futuris causis, proponédo quid intendant facere. ut in l. 2. §. eodem auté tempore. ff. de origin. iur. quo casu cessat suspitio subornationis. sed etiam dicunt doctores procedere in sententiando, ut iudices ex causa in casibus occursis possint recedere a pœna imposita per statutum. ut not. Barto. Bal. Salicet. & Pau. de Castro in l. & si seuerior. sup. de iis qui not. infam. Et idem Barto. in l. 1. ff. de recept. & Alex. consi. 144. post reditum. colum. fin. in fine uolu. 2. & Ange. & August. in tracta. malefic. §. quas si non soluerit. il 1. in fi. Romanus consil. 429. Cuma. consi. 95. Fulg. cons. 58. & Bal. & Fulg. hic colu. 3. Et licet Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de iis qui not. infam. dicat iudices etiam ex causa non posse recedere a pœnis statuti, & ita consuluit assessoribus quando iurauerunt seruare statuta, & idem tenet in l. 1. col. 1. C. si aduer. rem iudi. & in authen. hodie. C. de iud. Tamen ut dicit hic Zuchardus
* opinio prima uerior est & communior. Quæ probatur primo per l. si hominem, ff. mandati. & per dictum Innocentii in c. 1. de constit. & ibi Felin. multa cumulans ad declarationem illius legis. in col. 12. nume. 48. Secundo facit tex. in l. siquis filio. §. ii autem. ff. de iniust. rup. & irr. test. Tertio facit lex hodie. & lex respiciendum. ff. de pœnis. Quarto facit glo. in l. tale pactū. §. fi. in uer. per except. ff. de pact. quæ gloss. procedunt etiam in correctoriis, ut per Iasonem in l. Barbarius. ff. de offic. prætor. Quæ conclusio procedit etiam in pœnis statutariis secundum Bal. in d. l. & si seuerior. sibi contrarium, dolentem. d. l. hodie. ff. de pœn. habere locum etiam in pœnis statutariis, & sequitur ibi Salic. colum. penul. & Ang. in d. tractatu. in §. quas si non soluerit. Item procedit etiam in pœnis a consuetudine impositis, ut per Abbatem in c. de causis. extra de offic. de leg. & August. in d. tracta. & d. §. quas si non soluerit. in fine. Item procedit etiam quod iudex iurasset seruare statuta. Roman. hic & in d. l. & si seuerior. Sal. Aret. Guido Papa. 206. Cur. iunior consi. 87. colum. 1. & consil. 113. nume. 4. uolu. 2. Quia in iuramento inest clausula nisi iusta causa superueniat, ut per Bal. in l. clari. C. de fidei. & Dec. in l. in ambiguis. §. quotiens. in fine. ff. de reg. iur. Et iuramentum intelligitur rebus sic stantibus. Ludoui. Romanus hic. per l. quod Seruius. ff. de cōdic. ob causam. & ibi Iason. & Felinus in c. si diligenti. colum. 10. extra de foro compet. & Brunus consil. 99. in fine. Afflictus in decis. 328. Deci. consil. 350. cum aliis cumul. per Zuchardum hic nume. 14. & 17. Item iuramentum non porrigitur ad incogitata. c. clericus. de iure iur. c. uenientes. & c. quemadmodū. & c. quintauallis. eod. titu. & Cardi. in consi. 92. fauendo pupillis. & Decius in d. consil. 350. nume. 6. Nec obstat quod uigore iuramenti uideatur in genere cogitatū de omni causa. argum. l. qui iure militari. ff. de mil. testam. & eorum quæ habentur in l. sub prætextu 2. sup. de transact. Quia intelligitur illud dictum remanente eodem statu. & quod termini & status causæ non sint mutati argu. c. 2. & c. nisi pridem. de renunt. Item cogitatum uidetur secundum quod iura permittunt. argum. not. in l. 2. C. de noxal. Et ideo non potest dici quod præcise obligetur per iuramentum, quia in illo statu mutato non fuit iuratum, ut dicebat Bal. in d. l. clari. C. de fidei. Et ita etiam intelligitur quod solet dici, quod iuramentum aliquid addit obligationi, ut per Iasonem in l. si conuenerit. ff. de iur. omnium iud. Nam debet intelligi statu causæ non mutato, immo iuramentum intelligitur secundum naturam actus. argum. l. fin. sup. de non numerata pecu. & per Decium in c. 1. col. 16. uers. secundo Imola. extra de iudic. & hic per Zuchard. Sed tamen huic dicto de iuramento contradicit Bal. in d. auth. hodie. C. de iud. & in l. 1. col. 1. sup. si aduer. uend. & sequitur Decius hic. & in d. c. 1. de constit. in secunda lectura. in fine.

39 Ideo † ego puto ita distinguendum, Aut iudex non iurauit, & tunc opinio communis procedit sine dubio per allegata in ea. Aut uero iurauit præcise & ad literá seruare statuta, & ad unguem, & tunc opinio Baldi & Decii potest procedere, maxime si potest consuli princeps, ne incidat in periurium. argumen. glo. in d. c. uerum. extra de iureiur. Si uero simpliciter iurauit seruaré statuta. Et tunc ego puto considerandum an illa causa qua iudex mouetur sit talis quæ potuisset mouere statuentes si fuissent interrogati, ut quia statutum alias cō tineret iniquitatem uel absurditatem quandam uel duritiem insolitam, nam tunc uidetur tacite ex mente statuentium limitatum statutum. argum. gl. in d. l. tale pactum. §. fi. quia ita credendum est uoluisse ne possent a sapientibus redargui. l. Saluius. ff. de leg. præstand. & §. penul. inst. de excus. tut. & per Soccinum consi. 63. colum. 5. uer. statuta autem uolum. 1. Alexand. consi. 80. uol. 1. col. 4. uer. confirmo. & consi. 106. colum. 4. uolu. 3. Bal. in l. non dubium. col. 3. uer. sequitur uidere, sup. de leg. Et ideo non dicitur iudex uenire contra statutum & iuramentum suum, sed secundum statutum iudicare, quia etiá iurauit seruare illud statutum tacitum. Alioquin autem si interuenisset quædam æquitas uel causa quæ in se bona esset, tamen non habemus efficacem præsumptionem quod ita statuentes fecissent, tūc magis adhæreo opinioni Bal. & Dec. hic. & in d. c. 1. de constit. Maxime si potest consuli princeps. Et in istis duobus casibus, quando iurauit præcise & ad unguem seruare statutum, & quando causa non uidetur sufficiés ut mouisset statuentes, placet limitatio tradita hic per Decium & doctores ut non possit recedere si princeps consuli potest. Sed si non esset iuratum, uel simpliciter esset iuratum seruare statuta, & tunc si causa mouisset etiam mentem statuentium, puto quod indistincte possit iudex recedere a pœna statuti sine cōsilio principis, quia ut dixi, seruatur in effectu statutum, & totum illud quod iurauit. Nec obstant leges allegatæ, quia loquuntur de eo qui non habet iurisditionem. Nam in d. l. durius ille habebat iurisdictionem taxatam, ut etiam dicit Deci. in d. c. 1. de constit. in fine. post Andream siculum ibi. Item alia iura allegata, loquuntur quādo princeps tollit sententiam suam quam ipse nullo modo potest infringere. Et secundum istam declarationem intelligo etiam aliam limitationem quam dant doctores

de

de iudice delegato, de quo per August. in d. tracta. in §. scienter & dolose. colum. 6. uer. tu autem. Nam etiam iudex delegatus potest transcendere statuta si causa illam ouisset statuentes, quia in effectu iudicat secundum statuta.

Causæ autem propter quas licitum est recedere a statuto plurimæ ponuntur per doctor. in d. l. & si seuerior & per Guidon. in d. q. delfin. 296. Vltra quas una est notabilis quam refert Felinus in c. qualiter. il 2. de accusat. col. 6. in fine. uidelicet si delinquenti essent amputatæ manus, & haberet multos filios nutriẽdos quos amplius sine manu nutrire non posset, nam deberet pœna mitigari & conuerti in aliam. Paris in tractatu synd. §. licet. & §. quare sunt. §. & quia multa car. 200. cum seq. in parua impressione. Marsil. in singulari. 102. ex delicto.

Alia est, quando qui delinquit est pupillus etiam doli capax Bald. in d. l. & si seuerior. Decius in d. c. de causis. de offic. deleg. in quinto not. & in d. l. in ambiguis. §. quotiens. de regu. iur. Felinus in d. c. qualiter & quãdo. An autem idem sit in minore 25. annis & in sene. uide Decium in l. fere in omnibus. nume. 3. ff. de reg. iur. Bar. & Sal. in l. 1. C. si aduer. uendit. Cuman. consi. 95. Fulgos. consi. 157. col. 2. Angel. & August. in d. tractatu. §. scienter & dolose. colum. 5. cum aliis adduct. hic p Zuchardum. Qui subdit quod pœna mortis non potest commutari in pœnam abscisionis mẽbri, ut per Mar. in l. 1. §. diuus Adrianus nume. 30. ff. de sicar. & l. diuus Adrianus. nume. 11. ff. de paricid. Et hæc quãdo iudex uult recedere a statuto in casibus occursis, sed cõclusio prædicta procedit quãdo in casibus futuris iudex per modum edicti uult recedere a statuto.

40 Limitatur† tamen ista conclusio per doctor. hic non procedere quando superiores de facili possunt adiri. Nam tunc edicta iussu superioris, non iudicis sunt fienda. l. diuus. la 2. ff. de fals. Quæ limitatio mihi uidetur dubitabilis, quia in prætoribus existentibus in ciuitate romana hoc non considerabatur, & hodie nunquã præcedentia possent habere locum, Vnde mihi magis placet quod generaliter prædicta conclusio procedat etiã quod possit de facili adiri princeps. Quinimmo etiam quod sit præsens, quia tunc si princeps faceret, esset noua lex, non edictum. §. quod principi. insti. de iure naturali. & superiores in ciuitate permittunt iudices hoc facere propter uarietatem temporum, & quando causa noua est, uariabilis per tempus, ne ipsi faciant legem temporalem, & quotidie mutabilem, uel requirentem mutationem, & ita obseruat consuetudo & bene. Nec obst. allegata in contrarium, quia loquuntur in casibus indiuiduis præsentibus, nos uero loquimur in casibus futuris, & generaliter per modum edicti. Vnde hæc limitatio solum potest procedere quando uult recedere in casibus occursis.

Secundo limitatur non procedere in iudice delegato, quia a statutis & a forma recepta recedere non potest. ut ptr August. post Ange. in tractatu maleficiorum §. scienter & dolose. uers. tu autem. Quam limitationẽ ego puto ueram in iudice delegato ad causam præsentem, secus si esset delegatus ad uniuersitatem causarum unius loci, quia tunc esset uicegerens, & idem posset q delegans. l. prima. & 2. supra de offi. eius qui uice. alt. ger. facit tex. in l. solet. & l. prætor. in glo. iuncta. l. 2. ff. de iur. omnium iudic. quæ nota, quia quotidiana sunt.

Subdit etiam Bulgari. hic determinans quod si aliqua successio defertur ab aliquo duce comite uel barone quod erit necessarium agnoscere bonorum possessionem infra dies deputatos a prætore, quia ipsi nõ possunt facere ius ciuile, sed prætorium, & non possunt facere quem hæredem, ut per Bar. in l. 5. ff. de uerb. oblig. l. 2. & fi. ff. pro emp. l. 2. in fi. ff. eod. Contrarium tamen tenuit Bal. in l. 2. supra de cõstituta pecunia. qui uoluit quod duces comites uel marchiones faciant ius ciuile, non prætorium, quia comes æquiparatur magis principi quam præsidi. Doctores uero hic uarii uaria dicũt,

* ut per Ferrarienses post Barbat. & magis communis uidetur conclusio, quod si isti non recognoscunt superiorem de iure uel ex præscriptione eorum statuta sint ius ciuile, quia sunt tanquam principes absoluti. Si uero recognoscunt, tunc procedit opinio Barto. & communis per rationes suas, & hanc distinctionem sequuntur cõmuniter doct. in d. l. 5.

41 Sed† mihi non placet in secundo membro, quia etiã q recognoscant superiorem uidetur q possint facere ius ciuile, quia præfectus prætorio recognoscit superiorem. l. 2. ff. de offi. præfe. præto. & tamen facit ius ciuile. l. forma. sup. de offic. præfec. prætor. & sentit Bar. in l. omnes populi. Secundo confirmatur, quia æquiparatio de prætoribus non est bona ut dicebat Bal. Nam prætores habebant iurisd. anna. & erat inconueniens quod ius ciuile duraret per annum, isti uero habent ꝑpetuã iurisdict. per se, & filios, & eorum statuta possũt esse perpetua. Suadetur etiam, quia ultra iurisdictionẽ Duces uel comites habent possessionem & utile dominium territorii. ut not. in l. naturaliter. ff. de acqui. possessio. & Bar. in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 3. & Iaso. in l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. & habetur in præludiis feudorum in diffinitione. & præferuntur domino directo. arg. l. 1. §. 1. ff. si ager. uectig. uel emph. peta. & Matti. de laude in tractatu de principibus conclusione 145. in tantum quod directus dominus non potest dare tutorem in loco feudato. secundum Ioan. Fabr. in §. 1. institu. de attilia. tut. col. 3. & sic potius principi quam præsidi æquiparantur. Tertio confirmatur, quia quilibet populus & quælibet societas potest facere ius ciuile, ut not. per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & ex alio non uidetur esse nisi quia habent iurisdictionem perpetuam.

42 Vnde† pro resolutione puto considerandum, præsupponendo quod potestas condendi ius dependet a duplici causa seu fonte. Nam aliquando dependet a plena iurisdictione & imperio, iuxta. l. 1. ff. de cõstit. prin. uel ab eorum deputatis, & tunc efficitur ius ciuile. Aliquando ex ui magistratus & iurisdictionis iudiciariæ, & tunc facit ius prætorium. Et ista duplex potestas potest esse in baronibus, cum consequantur dominiũ utile in feudis & perpetuam iurisdictionem, & ipsi sint iudices in suis ciuitatibus & feudis. Sed tamen quia omnem potestatem quam habent consequuntur a directo domino qui omnem iurisdictionem & omne imperiũ habet. ideo si princeps uerus concedit aliquam rem in feudum transit ad feudatarium illa iurisdictio quã uoluit ei concedere. Cum aliquando concedat ei iurisdictionem ciuilem tantum, Aliquando merum & mixtũ imperium, & Aliquando iurisdictionem in prima instãtia tantum, Aliquando in secunda & tertia. In tantum quod tota iurisdictio pendet ex forma uerborum priuilegii sibi a principe concessi, quia cum iurisdictio ista sit de reseruatis principi non intelligitur concessa nisi quatenus uerba demonstrant, ut no. in l. imperium, & ibi dixi. ff. de iur. omnium iud. Vnde isti Duces commites uel barones non habebunt facultatem condendi legem (nisi sibi concessa reperiatur in priuilegio) Et ideo ante inspicienda sunt uerba priuilegii, & non uidetur concessa nisi expresse dicatur, ut per Docto. in l. imperium. ff. de iurisdict. omn. iud. Et sic non inconuenit quod recognoscentes superiorem habeant potestatem condendi legem si sibi concessa est, & si nõ est sibi concessa non habent istam facultatem, non per cõmunem rationem quia æquiperentur prætoribus, quia non est bona æquiparatio ut dixi, Sed quia sibi non fuit concessa. Puto tamen q in feudis supremæ dignitatis, ut in regno neapolitano, & in regno Siciliæ, & in aliis regnis, & in duce Ferrariæ, & duce Mediolani ex concessione feudi uideatur concessa facultas conden-

di legem in loco subiecto, licet non dicatur in priuile-
gio, propter magnam confidentiam quam princeps tri-
buens in concessione tantæ dignitatis de eis habere ui
detur argumento textu. in l. 1. ff. de offic. præfec. præt.
coniun. l. 2. sup. de offic. præfec. præto. in ratione assi-
gnata in d. l. 1. ibi, credidit enim princeps eos qui ob
singularem industriam explorata eorum fide & graui-
tate ad huius officii. Vel saltem si non fuit concessa, ex
præscriptione hodie eam acquisiuerunt, quamuis reco
gnoscant superiorem, ut apparet in regno Neapolis &
Duce Ferrariæ & Mediolani.

Et ideo ego puto dicendum, Aut isti duces commit-
tes & barones habent istam potestatem concessam in
priuilegio, prout uidi in regno multos habere, uel sal-
tem ex præscriptione sibi acquisiuerunt, uel propter
magnitudinem feudi, & magnam confidantiam quam
demonstrauit princeps in concedendo præsumuntur
etiam habuisse hanc potestatē condendi legem, & tunc
puto opinionem Bal. & sequacium ueriorem, & quod
eorum statuta erunt ius ciuile, quia uidentur facere tan
quā delegati principis seu deputati a principe, ad hoc
arg. d. l. 2. sup. de officio. præt. præto. & sicut decurio-
43 nes uel anciani faciunt statuta in ciuitatibus. † Si uero
non habent hanc potestatem concessam aliquo de præ
dictis modis, & tunc non possunt facere ius ciuile, ta-
men ipsi possunt proponere edicta, & facere ius præto
rium non propter æquiparationem factam quæ non
tenet ut dixi, sed quia ubicunque princeps concedit a-
licui merum & mixtum imperium, in consequentiam
concedit etiam facultatem proponendi edicta, ut pa-
tet in prætoribus & ædilibus. & in l. prima. ff. qu. quis-
que iur. & inf. comin. uel episto. Et propterea omnes
isti possunt facere edicta ex iusta causa, quæ edicta nō
possunt corrigere legem, sed solum suspendere execu-
tionem eius in iis quæ requirunt factum hominis, sicut
dixi sup. de prætoribus, In hoc tamen erit differentia,
quia cum eorum iurisdictio sit perpetua, etiam eorum
edicta durabunt perpetuo usque ad eorum mortem,
quia finitur per mortem eorum iurisdictio, & hæredes
habent ex priuilegio principis & est noua possessio. Et
* hoc ultimo casu potest procedere opinio Bartoli. & cō
munis quod sit ius prætorium. Sed tamen dum dicunt
docto. quod dicti uocati a baronibus, si non agnoscunt
infra tempus datum a prætore bonorum possessionem
ut in §. fi. inst. eod. quod erunt exclusi, ego puto uerum
si nullum tempus est assignatum a dictis prætoribus
quia tunc regulantur illa edicta secundum ius commu
ne. arg. l. 2. sup. de noxal. Sed si esset assignatum aliud
tempus magis breue uel magis largum ego puto quod
deberet seruari, quia sicut eorum edicta præualent in
concessione successionis, eod. modo & tempus datum
seruari debet, quia militat eadem ratio. Et si postea la-
beretur illud tempus, amplius ipse nec alii possent præ
ferri fœminis si forsan successio fuisset data in exclusio
nem fœminarum, ut per Bar. in l. 2. §. si sint. ff. ad tert. &
l. 1. §. filium. ff. de contrat. in 5. q. Soci. consil. 85. in fine.
uol. 1. Pau. de Castro consi. 279. uolu. 1. in nouis. Fulgo.
consi. 102. col. 10. Cor. consi. 48. litera. n. uol. 2. & dicit
communem Socin. consi. 35. nume. 16. uol. 4. & hic per
Ferrarienses.

Iis sic generaliter præmissis, deuenio ad rubricam,
quæ diuiditur in tres partes, in prima rubricat de bo-
norum possessio. in secunda de personis quibus conce-
duntur, in tertia de tempore concesso ad eas petendas,
& sic titulus noster tractat de pluribus. In ea ibi, de bo-
norum possessione. quid sit bonorū possessio, & a quo
sit introducta, & quomodo diuidatur, dicemus in glo.
in ea. ibi, qui admitti. habes quod non omnes admittū-
tur ad bonorū possessiones, Sed solum uocati & suo or
dine, & quando non sunt reiecti a lege propter delic-
tum, iuxta. l. edicto. ff. eodem.

4 Et ex † hac parte rub. colligit Barbat. quod in quo-
cunque iudicio etiam summario personæ sunt legiti-
mandæ, nam iudicium dandæ bonorum possessionis
est summarium, ut per glo. in l. 3. §. si causa cognita. ff.
eo. Et tamen necesse est primo apparere an sit de uoca-
tis, & sic legitimari persona. Sed Ias. hoc repræhendit
negando quod personæ debeant legitimari, cum ser-
uus & aliæ personæ admittantur. l. seruus. in princ. ff.
eo. coniuncta. l. seruus ff. de iud. & l. 1. inf. eod. coniun-
cta. l. cum oportet. §. necessitate. inf. de bonis quæ libe.
Sed Decius defendit, quia filiusfa. & seruus habent le-
gitimam personam in hoc iudicio petendæ bonorum
possessionis, quia personæ sunt legitimæ secūdum sub-
iectam materiam, ut per Bar. in auth. ad reprim. in uer-
bo summarie. colu. fi. Et hæc pars mihi placet, quod in
hoc iudicio instante parte quæ prætendit interesse de-
se debeat fieri legitimatio, etiam quod personæ alias
inhabiles admittantur, quia licet sit seruus & filiusfam.
tamen inuestigandum est cuius sit seruus & cuius sit fi-
lius, & an dominus sit capax, & an sit seruus illius cui
est delata bon. posses. & sic legitimatio etiam fit circa p
sonas filiorum & seruorum in hoc iudicio. Et ad mate-
riam notabilis ultra ea quæ dicit hic Iason. & Bar. in d.
l. 2. facit ꝙ uoluit Felinus in c. ueniens. colu. 6. extra de
testib. uer. adde plenius. Dec. in l. fi. nu. 47. inf. de edicto
diui Adr. tol. Tamen ex alio mihi placet quod non col-
ligatur ex ista rubric. Nam tempore istius compilatio
nis non interponebatur decretum quod a Costantino
sublatum erat. l. fi. inf. eod. & hodie omnes admittūtur
coram iudice ad cognoscendum bonorum posses. nec
iudex inquirit an sint illi qui se asserunt, quia nulli fit
præiudicium, cum nemo possit agnoscere bonorū pos-
ses. quam non habent, & sic nulla fit legitimatio, Et de
iure antiquo non existente contradictore nō fiebat le-
gitimatio, ut probatur in l. filium. §. siquis ex liberis. ff.
de leg. præst. ubi qui non erat filius admissus fuit ut fi-
lius. Et ideo uidetur ꝙ hæc rubrica respiciat admissio-
nem quæ fit a lege non illam quæ fit a iudice, & sic nō
probat opinionem Andreæ.

Item quæritur quare dictum fuit qui admitti. non au-
tem dictum fuit qui non possunt admitti sicut dicitur
insti. qu. non pos. face. test. & qui accusare non poss. &
respondetur quod uis non est in uerbis, quia contine-
tur etiam negatiua, cum contrariorum eadem sit disci-
plina. l. 1. ff. de iis qui sunt sui. uel alie. iur. §. 1. instit. de
45 tut. & hic per Dec. † Potest tamen assignari ratio diuersi
tatis, ꝙ ideo posita fuit affirmatiue, quia in nigro uole-
bat nominare tantum personas quæ possunt admitti,
Item nedum erat tractandum qui possint admitti, Sed
etiam quomodo & quādo. Hoc autem nō poterat fieri
nisi tractaretur de personis quæ possunt admitti, cum
in illis qui non possunt admitti non cadant qualitates
ille quomodo & quando admittantur, & non possent
uerificari alia uerba rubricæ intra quæ tempora.

Ex tertia parte colligitur quod tempus petendi Bo-
norum possessionem non est perpetuum sed tempora-
le, ut notat. in l. 2. inf. eodem. Et debet esse dictio, in-
tra, non autem infra, secundum Iaso. & Dec. hic qui cir-
ca significationem illarum dictionum multum insistit.
Sed tu dicas ꝙ interdictiones infra & intra non est dif-
ferentia, quia sunt tres dictiones habentes suas contra-
rias. Vltra, citra, extra, intra, & supra, & infra, quæ non
distinguūtur ratione subiecti sed ratione modi, & sicut
possunt adaptari loco secundū diuersos modos demon
strandi, ita etiam adaptari possunt tempori secundum
diuersos modos demonstrandi, & ideo eis plerunque
abutimur, ut patet in iuribus alleg. per Decium. argu.
glo. in l. eas causas. ff. de conditio. & demonstra. in uer
bo eas uero. & l. 1. ff. de offic. præfect. urbis. & d. l. scire
§. multa. ff. de excusa. tut.

46 Sed iuxta † hāc partē quærit hic And. Barbat. An ille
qui petit bonorū possessionē teneatur probare se agno
uisse tēpore debito, & concludit quod si agens est in ac
tuali

tuali possessione quod non tenetur probare se agnouisse tempore debito, sed aduersario incumbit onus probandi cum non agnouisse tempore debito, ut per Bart. in l. 1. §. non autem. ff. de bono. possessi. secundum tab. ubi stantibus duobus testamentis eodem tempore factis praefertur ille qui est in possessione, Si uero non est in possessione, & tunc si est longum tempus elapsum a die delatae bonorum possessionis praesumitur se agnouisse infra tempus, quia praesumitur pro decreto, & solemnitas praesumitur. argu. l. sciendum. ff. de uerb. obliga. Circumscriptis uero coniecturis ille qui agnouit tenetur probare se infra tempus agnouisse, quia tempus est fundamentum intentionis suae glo. si. in l. cum actū. ff. de neg. gest. & quia actus qui debet fieri certo tempore requirit probationem temporis. l. 1. §. fin. cum l. seq. & ibi Bar. ff. de incend. rui. & naufr. & Barto. in l. si is. ff. de iur. fisc. Iason uero tenet contrarium, arguendo a sufficienti partium enumeratione, quia de iure fforum requiritur decretum in agnitione, quod praesumitur recte & debito tempore factum. argumen. notat. in l. sciendum. ff. de uerbo. oblig. Si uero loquimur de iure codicis. & tunc si posidet ille qui petit non sumus in terminis quaestionis nostrae, quia qui posidet non petit sed aduersarius petit qui tenetur probare. §. commodum. institu. de interdic. & per Barto. in dicta l. 1. §. non autem. ff. de secun. tabu. Si uero qui agnouit non posidet & hic est punctus, & tunc adhuc reus debet probare, quia ipse de hoc excipit, & tempus est fundamentum exceptionis suae, & per cōsequens debet probare, quia reus excipiens probat. l. ab ea parte. ff. de probat. & uoluit glosa in l. secunda. sup. de petit. haered. Sed Dec. dicit quod in utroque membro semper petitor debet probare. Quia dicunt affirmatiue, si probetur agnitio infra tempus. l. si fratris. inf. de iure delib. & §. si. inst. eo. ibi, admissio petentis inf. tempora ostenderit. & l. 2. & l. emancipata. & l. fin. inf. eod. Et in simili probatur in c. cum sit romana. §. si uero. de appel. in 6. Sed tamen Dec. non bene resoluit praesuppositum Iasonis, quod tempus sit fundamentum intentionis, & quando tempus sit fundamentum excipientis illud probari debet glo. in cle. si. in glo. penul. de rescrip. & in l. 2. sup. de petit. haered. & per Barto. in l. non solum. §. sed ut probari. ff. de nou. oper. nunt. & l. & an eandem. §. actiones. ff. de exceptione rei iudic. & l. si is qui. ff. de iure fisci. & glo. in c. uenerabilis. ad finem. de sententia excommunicationis in 6.

Ideo difficultas quaestionis resoluitur, an tempus in casu proposito sit fundamentum intentionis, uel exceptionis, nam clara est regula in iure, quod ei qui dicit onus probandi incumbit. l. uerius. cum uulg. ff. de probat. Et ad cognoscendum istud an tempus sit fundamētum exceptionis uel non, considerandum est quod non omne quod allegat reus ad exclusionem actoris dicitur esse fundamentum exceptionis ut teneatur probare, Nam actor excluditur uel per negationem iuris sui uel per aliquod extrinsecum adductum excludens & eneruans ius actoris, Primo casu dicitur esse negatio quae improbabilis est, Secundo casu dicitur exceptio quae probari debet, ut demonstrat clare textu. in l. & si quidem. inf. de probat. Nam si actor asserit aduersariū obligatum ex contractu mutui uel uenditionis, si reus negat se debitorem, uel contractum esse nullum tanquam non factum in tempore, uel alio modo dicit inualidum, nihil probare debet, quia actio non potest cōpetere actori nisi probetur contractum factum, & ualide factum, ideo tota solemnitas est fundamentum actoris. Unde debet probare actor uel per instrumenta conuenientia, uel presumptiue, quod adhibita sunt ea quae de iure communi debent interuenire, iuxta gloss. in l. ab ea parte. ff de proba. Si uero reus non negat contractum, nec dicit inualidum de iure communi, sed dicit se soluisse, uel per renuntiationem extinctum fuisse uel inualidum ex aliquo iure speciali, & tunc haec allegatio sua est proprie exceptionē, & totum quod dicit probare debet, quia est fundamentum suae intentionis cum si actor probauit intentionem suā obtinebit semper nisi reus probet suam exceptionem extrinsecus eneruantem ius actoris.

In proposito igitur, aut reus negat actorem non habere ius quia non fecit actum in tempore licet in allegatione nominet tempus tantum, illud tempus non est fundamentum intentionis rei, quia si apparet actum fuisse factum in tempore non apparet de iure actoris, ideo sufficit reum negare. d. l. & si quidem. in prin. Sed si reus negat actum fuisse factum in tempore, quod tēpus requiritur de iure speciali, seu annullat actum de iure speciali, & tunc tempus est fundamentum exceptionis rei, quia actor praesumptiue probat actum ualidū, ex quo secundum regulas iuris ualet, & in iis terminis loquitur Bar. in d. l. non solum. §. sed ut probari. de noui. oper. nunt. & in d. l. & an eandem. & glo. in clemen. fina. de rescrip. & in c. uenerabilis. de sentent. excom. & glo. in l. ab ea parte. ff. de prob. Et idem quando reus diceret actum esse nullū, quia alius actus fuit factus ante illum uel post qui extinguit ius actoris. Nam hoc casu reus excipit de actu extrinseco quo non probato actus actoris remanet ualidus, & sic actor habet fundatā intentionem suam perfecte, Ideo tunc tempus est fundamentum exceptionis rei, & si non probauerit obtinere non poterit.

In quaestione igitur Barbatiae hic oportet considerare, an reus in allegatione sua neget tempus necessariū ad ius actoris perficiendum, an uero adducat aliquid fundatum in tempore extinguens ius actoris. Primo casu sufficit negare, & actori incumbit onus probandi esse actum factum in tempore debito, ut si dixit se agnouisse, & reus neget agnitionem esse factam infra tempus legitimum, actor cogetur probare se agnouisse infra tempus, quia si non constat de tempore legitimo, ius suum non est perfectum, & per consequens nō potest obtinere. Et in iis terminis optime loquitur Barbatia, & Decius per regulas communes, & iura per ipsos allegata, Si uero reus diceret agnitionem actoris non ualere quia ipse reus est in priori gradu & agnouit suam bonorum possessionem, & tunc cogeretur probare tempus suū, & se agnouisse infra tempus, quia tempus est fundamentum intentionis suae: Vel etiam ex aliquo iure speciali diceretur non agnouisse infra tempus, quia similiter tempus est fundamentum intentionis suae, cum adducat aliquod extrinsecum extinguens ius actoris, & si non probaret actor obtineret, cum iam fundasset intentionem suam, uel per suas probationes de iure suo, uel ex iure communi.

Ex quo sequitur, quod possessio non semper releuat ab onere probandi reum, sed solum releuat ab onere probandi ius actoris, quod sufficit negare. Cum propter commodum possessionis ipse obtineat actore nō probante, sed actore probante non releuatur ab onere probandi suam exceptionem. dicta. l. & si quidem. C. de excep. Et sic doctores non bene dixerunt faciendo dictam differentiam inter possessorem & non possessorem & actorem & reum. Sed debent facere differentiam an ius aduersarii negetur solum, uel adducat nouum aliquod extrinsecum extinguens ius aduersarii, quia quando negatur ius aduersarii, semper ipse aduersarius probat, quia negatio sola non facit ut negans astringatur ad probandum, Sed si allegetur aliquod extrinsecum extinguens ius aduersarii, tunc ille allegans debet probare etiam quod sit fundatum in tempore, quia tota allegatio est fundamentum intētionis suae ut dixi. Et hoc modo possunt concordari opiniones, quia in contradicendo habuerunt doctores respectum ad d. distinctionem. licet nescieuerint expli-

eare eorum mentem. Quæ nota. Nec obstat dictum Bal. in l. post dotem. ff. solu. matr. quia falsum est & reprobatur per Imol. & Alex. ibi. Non obst. l. 1. ff. quorum bonorum, ubi non dicitur aliquid de tempore, quia implicite cótinetur tempus, uel loquitur de iure antiquo quando requirebatur decretum pro quo præsumebatur, quia non erat credendum iudicem admisisse aliquẽ nisi inf. tempus. d. l. sciendum.

47 Non obstat† quod dicunt hic Ferrarienses, quod præsumitur agnouisse semper inf. tempus, quia istud tempus non currit nisi a die scientiæ. l. 2. & l. quandiu. inf. eod. & ignorantia præsumitur nisi probetur scientia. & l. quod autem. ff. de adminis. tuto. & l. uerius. ff. de probat. quia respondetur quod dictum commune intelligitur quando apparet de scientia ex præsumptione, quia habitabat in domo, uel erat in ciuitate tempore quo sepultus fuit, ita quod publice notum erat quod erat mortuus. In casu uero quo non appareret de scientia agnoscentis tũc reus debet probare eum sciuisse ad hoc ut appareat quando tempus incipiat currere, qua scientia probata adhuc agenti incumbit onus probandi se agnouisse infra tempus. Et sic semper uera est cõmunis sententia, licet aliquando reus debeat probare illud extrinsecum de scientia. Vel dicas, quod illo casu reus probat scientiam quia agens probauit se agnouisse inf. tempus, cum propter præsumptionem ignorantiæ appareat tempus incepisse currere cum agnouit, & per consequens per talem præsumptionem actor uidetur probasse se agnouisse infra tempus. Vnde conclusiue dicas, aut constat quando tempora agnoscendi incipiant currere, & tunc agens debet probare se agnouisse infra tempus iuridicum, Aut non constat quando incepit currere, & tunc adhuc probat se agnouisse infra legitimum tempus probando præsumptiue propter ignorantiam non esse elapsum tempus, & si reus uult dicere actorem sciuisse, illud debet probare, quia scientia tunc est fundamentum intentionis suæ, & de ea excipit, & hoc non negasset Dec. & Curt. quia ita tenent Docto. in d. cap. romana. de appellationibus in 6. & resoluitur fundamentum eorum in quo laborát per quatuor col.

48 Glo. rub. diuiditur† in quatuor partes, in prima continuat, in secunda declarat, in tertia diffinit, in quarta se remittit. Secunda ibi, & dic. Tertia ibi, iam dic. Quarta ibi, & nota. Ex prima habes continuationem rubricæ quam sequuntur communiter doc. Sed ei obst. quia fit a remotis cum fiat ad l. 1. sup. de bon. liber. contra. l. 2. ff. de statu. hom. Secundo, quia per unum incidens non debet tractari de materia tam magna. argum. l. quod per manus. ff. de iur. codicil. Defendendo tamen eam Dec. dicit quod satis dicitur ad proximiora fieri, ex quo tituli intermedii sunt de materia, Quæ solutiõ non est ad propositum, quia procedit quando continuatio fit de materia ad materiam, nõ quando fit de titulo ad titulum, ut præsupponit Dec. ut not. institu. de leg. in princ. Præterea tituli intermedii non sunt de materia pertinenti ad bono. posses. libert, neque per indirectum. Ad secundum similiter respondet quod non est inconueniens quod ex dicto incidẽti quis incipiat tractare nouam materiam. Quod dictum satis posset procedere si alia uia non potuisset commode tractari, Sed cum in multis aliis locis commodius potuisset tractari sicut in. ff. fuit factũ. ergo &c. & sic adhuc obstát. Præterea obstat tertium, quia hic incepit materiã seruorum in princ. huius libri, & postea posuit hunc tractatum de successionibus usque in finem libri, & in capite septimi libri reuertitur ad materiam seruorum. Et sic apparet quod Imperator eam diuisit multũ impertinenter. Item præmittit hic de successione ab intestato cum totum contrarium debuisset facere, præmittendo de ciuili tanquam de digniori. §. singulorum. institu. de rer. diuis.

49 Ideo† ego puto continuationem alio modo fiendam esse, quia in præcedẽtibus tractatum fuit de libertis, & de reuerentia quam debent præstare patronis suis, & quia hanc reuerentiam tenentur præstare in testamento, & si non præstant datur contra tabulas patronis, erat tractandum hic de bon. poss. contr. tabul. liber. instit. de successio. liber. §. multis. & §. præcedenti. Verũ quia ad cognitionem specierum debet præcedere cognitio generis. ut notat. in l. 1. ff. si cert. peta. ideo prius erat tractandum de bono. possessi. in genere. & postea deuenire ad speciales, quare præmisit hic rubricam generalem de bono. possessi. & ne postea diuideret tractatum posuit, de omnibus speciebus bonorum possessio. Et secundum hanc declarationem continuatio fit ad proximiora, cum statim esset ponendus titulus de bonorum possessione liberti, & principaliter & non incidenter, ut in simili ponunt Docto. in rubrica institution. de oblig. & de acti. Et hæc forsan fuit opinio glo. quam doctores non bene declarauerunt, Et debet exponi occasione bonorum possessionis libertorum hic ponendæ præmisit hunc titulum de bonorum possessionibus, qui generalis est ad omnes titulos sequentes, & optime sub eo etiam tractatur de illa speciali bonorum possessione quæ datur contra tabul. libertorum, & sic uirtualiter facit cõtinuationem quam posui. Nec obst. quod fuit diuisa materia seruorum, quia rationabile fuit, per prædictam rationẽ. Præterea in hoc sexto libro incepit tractare de principali subiecto iuris ciuilis. s. de personis tam ingenuis quã libertinis, & quomodo serui efficiantur liberi, & quia manumissiones sæpe fiunt in testamentis, & circa seruorum institutiones, & multa alia fiant in ultimis uoluntatibus, necessario de omni materia successionum erat tractandum, ut perfecte traderet tractatum personarum qui nobilior est cæteris, & quarum causa omnes leges factæ sunt. §. fi. inst. de iur. natur. genti. & ciuil. Et quia successio prætoria potior est in istis seruis quam in aliis, & fundatur in iure naturali, & eius ratione, quod est antiquius ciuili, merito prius posuit de successione prætoria. Hinc est quod postea in septimo libro incepit tractare de iis quæ fiunt in testame. circa seruos, rubricando de testamentaria manumissione. & de lege fusia canina. & de fideicommis. libert. & aliis similibus.

50 Secundo† colligitur ex glo. quod uerbum occasio, significat causam remotam. Dec. tamẽ hic dicit quod occasio est quando causa non est ordinata ad effectũ, Sed præter opinionem accidentaliter illud contingat, ut notat Ioannes Andr. in c. post translationem. extra de renunt. facit. l. 2. §. cum in secunda. sup. de furtis. l. rescriptum. §. 1. de pignorat. acti. ibi, suæ rei occasione. Et hanc ego puto esse propriam significationem uocabuli, & mentem glo. quia non erat tractandum de bono. possessionibus in bonis libertorum ad effectum ut tractaretur de aliis bonorum possessionibus, Sed bene e conuerso fuit tractandum de aliis bonorum possessionibus ut cognosceretur illa in bonis libertorũ, quamuis aliqui moderni multas ambages dicant.

51 Ex secunda † parte colligitur, quod titulus generalis est præferendus, sicut fuit factum in titulo de seruitutibus, de tutellis, de testamontis, de interdictis, in ff. Sed in contrarium facit totus titulus infr. commu. de leg. & supra commu. utri. iudi. & ff. com. de seruit. qui postponuntur specialibus. Sed pro solutione dicas, quod quando tractatur de essentiali cognitione specierum debet præcedere cognitio generis, quia essentia speciei non potest cognosci sine cognitione generis, cum genus ponatur in diffinitione speciei. ut not. in l. 1. ff. de testa. Sed quando tractatur de conuenientia & disconuenientia plurium specierum, inter se, debet præcedere cognitio specierum, cum alias qualitates earum conuenientes uel disconuenientes nõ possint apparere sine cognitione naturæ & essẽtiæ earum,

rum, & ita procedunt contraria. Ex tertia parte colligitur diffinitio bonorum possessionis, quæ difficilis est & multum periculosa, ideo pro declaratione insistendum est super uno quoque uerbo in ea posito.

52 Et primo † dum dicitur, ꝙ bonorũ possess. est ius persequendi, obstant no. per docto. in l. 1. ff. de acqui. poss. ubi dicunt ꝙ possessio rerum est ius insistendi, non ius persequendi, & secundum aliquos possessio est facti non iuris, ergo hæc diffinitio non bona. Soluit glo. in d. l. 3. in uersi. bonorum. quod contrarium procedit quando dictio bonorum, ponitur post dictionem possessionem, si uero preponitur, est ius persequendi, & idõ illa glo. dicit quod aliud est bonorum possessio, aliud est possessio bonorum. Quam solutionem sequũtur hic communiter doctores facientes uim in præpositione, uel postpositione, & dicũt quod Bonorum possessio est terminus compositus ex duobus terminis. s. possessio, & bonorum, ad differentiam possessionis rerũ de qua tractatur in titulo. ff. de acqui. poss. Et terminus bonorum præponitur, & necessario præponi debet, ut differat ab illa actuali possessione bonorum, quamuis alias præposteratio nihil noceat. §. sed quando Leo. instit. de inutil. stipul. ita dixit glo. in §. adipiscendæ. institu. de interdic. & in l. 1. ff. quorum bonorum. l. 3. ff. eodẽ. & sequuntur doct. Sed in contrarium facit. l. 1. infra unde legitimi. & l. Panthonius. ff. de acquir. hær. & l. sed cum patrono. ff. eod. & l. nõ nunquam. ff. de colla. bon. & l. propter ueneni. ff. ad silennia. Quæ dicunt hãc bono. possessionem sine dictione bonorum, & in illis legibus glo. subaudit dictionem bonorũ, quas allegat Decius in. l. 1. inf. eod. col. fin. Sed responderi potest quod ibi possessio capitur pro bonorum possessio. sicut alias unus terminus ponitur pro alio. argu. no. in l. si una. ff. loc. & l. insulam. ff. de præsc. uer. Et ratio quare hæc appellatur bonorũ possessio in composito, & illa facti appellatur possessio simplex, est, quia dictio bonorum capitur uniuersaliter, & semper est possessio iuris uniuersalis, & semper hoc nomen est conueniens rei. Sed in possessione facti illa dictio bonorum non potest cõuenire, quia non cadit in iure uniuersali, cum sit possessio rerum particularium, & nomen non esset conueniens rei, Et sic ista assumpsit sibi nomen ab eo quod semper inest, sicut usucapio & ususfructus & mutuum. Sed iterum instatur, nam etiam in contrarium uidetur tex. in §. cum igitur. institu. eodem. & in l. 1. in prin. ff. de succes. edic. & l. hæc autem. §. non permittitur. ff. ex quib. cau. maio. ubi significat etiam detentionem rerum. Vera solutio est, quod ibi ille duæ dictiones sunt separatæ quando significant possessionem rerum, & tunc nõ interest an præponantur uel post ponantur, hic uero sunt coniunctæ, & faciunt unum terminũ, & ex ista cõfusione inducitur noua significatio, ut dicit Sali. hic colum. penulti. Ex qua resolutione infertur, quod ratio communis de præpositione non concludit, sed differẽtia solum consistit in commixtione terminorum. Nã si illi coniuncti sunt, significant successionem in materia nostra. argu. §. cum ex aliena materia. instit. de rer. diuis. Cui resolutioni adhuc obstare uidetur, quia confusio non uidetur necessaria, cum istæ dictiones separatæ retineant hanc significationem. l. quamdiu. & l. bonorum quidem. inf. eodem, & l. 3. §. bonorum. ff. eod. ubi aduerbium interponitur. Sed saluando communẽ declarationem dico ad l. quamdiu. quod sequentia uerba declarant præcedentia. arg. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. Et ad alias responde quod fit gratia elegantioris sermonis, sicut fit in l. cum solus. & l. sequitur. in §. sed & si. & in l. iusto. §. sed & si possessionis. ff. de usucap. ubi diuiditur terminus usucapio.

53 Item † dubitatur an hæc bonorum possessio capiatur in genere uel in specie, & communiter concludunt docto. quod capitur in genere, quia genera non species solent diffiniri, sicut dicitur inst. de acti. in princ. dũ quæritur quare diffinitur actio in genere, & in l. 1. ff. de testam.

54 † Sed in dubium est an bonorum possessio in genere possit agnosci, ut si quis dicat scio mihi bonorum possessionem delatam in bonis Titii, ideo eam agnosco non exprimendo ex testamento uel ab intestato, ex quo capite. Et Bal. hic determinat quod non, quia solum potest agnosci bonorum possessio in specie quæ ex edicto prætoris defertur, in edicto uero non reperiuntur nisi bonorum possessiones particulares. l. 1. ff. quis ord. in bonor. posse. seru. §. sunt autem. institu. eo. Non obstat quod diffiniatur in genere, quia genus bene diffinitur, sed non reperitur, sicut animal diffinitur in genere, sed non reperitur, quia nõ est unum animal quod sit omne animal. & nullus homo qui sit omnis homo. Item nulla reperitur bono. possessio quæ sit omnis bonorum possessio. sed solum in intellectu consideratur. & ita diffinitur. Et facit pro hoc dicto Bal. quod uoluit Bar. in l. Meuius. §. duorum. ff. de leg. 2. ubi dixit genus esse quandam ideam quæ non reperitur in commertio nostro. Hinc est etiã quod hæreditas delata in genere potest adiri, sed necesse est scire qualis sit, uel ex testamento, uel ab intestato. §. fi. inst. de hæredum, qualit. & differe. & no. in l. is potest. ff. de acq. hære.

Sequitur in diffinitione ius, ex quo patet quod bonorum possessio est iuris non facti, unde habes aliam differentiam inter hanc & possessionem de qua in titu. ff. de acq. posse. secundum ueram opinionem quam ibi tenui. Aliæ etiam colliguntur differentiæ ex uerbo persequendi & retinendi patrimonium.
55 † Secundo contra diffinitionem instatur, quia in ea dicitur quod bonorũ possessio est ius persequendi, ergo uidetur quod bonorum possessio sit actio, quia omnis actio est ius persequendi. §. 1. inst. de action. ergo uidetur quod bonorũ possessio & possessoria hæreditatis petitio sint unum & idem. Et tanto magis quia in diffinitione dicitur ꝙ bonorum possessio est ius persequendi nedum patrimonium sed etiam res hæreditarias propter illa uerba patrimonii siue rei, quod uerbum rei nõ uidetur posse uerificari nisi in ipsis rebus hæreditariis, maxime cũ etiã ponatur uerbum retinendi, quod uidetur conuenire solum rebus hæreditariis, non iuri uniuersali. Quod tamen uidetur ualde inconueniens, cum separatim iura loquantur de istis terminis, & positus sit titulus separatus de bonorum possessoria hæredit. petit. in libro digestorum post titulum de petitione hæredit. Glo. sentiens istud contrarium, ut ab hac diffinitione excludatur possessoria hæreditatis petitio, exposuit uerbũ diffinitionis ius, idest ius propter quod, cum possessoria hæreditatis petitio sit ius quo immediatum, & quodammodo instrumentum quo persequimur, Et uidentur sequi doctores, Sed tamen quia hæc expositio uidetur dura, & uiolatiua literæ.

Ideo dubiũ est magnũ an bonorũ possessio sit ius quo uel ꝓpter ꝙ, Et Glo. ut dictũ est tenet ꝙ sit ius ꝓpter ꝙ, Et sic est cã remota propter q̃ ꝓsequimur, sicut obligatio est cã propter q̃ prosequimur ꝙ nobis debetur causans actionẽ. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. cõiuncto. §. 1. insti. de obli.
56 † Sed Bar. in d. l. 3. §. bonorũ reprehẽdit hãc expositionẽ positã hic & ibi, dicens esse uiolatiuã tex. Et ideo ipse considerat ꝙ ille qui habet edictalẽ bonorũ possessionẽ non põt ex suo arbitrio cõsequi successionẽ, sicut potest facere in hæreditate, sed oportebat antiquitus ut accederet ad iudicẽ & peteret sibi dari possessionẽ istius iuris uniuersalis, & iudex eã cũ certa causæ cognitione cõcedere solebat, & appellabatur decretalis. l. 1. § decretalis. ff. de succes. edic. & anteq̃ cõcederetur nõ trãsibãt dominia rerũ ad eũ. l. 1. ff. eo. Et loco illius decreti hodie est necessaria agnitio coram iudice. l. fin. inf. eod. Ita quod requiritur certa confirmatio istius iuris concessi ab edicto, sicut etiã electio debet confirmari. c. quam sit. in §. cęterum. extra de elect. in 6. Et ideo Bart. dicebat quod bonorum posses-

ſio edictalis erat ius perſequendi cõfirmationem, quia in iudicio perſequebatur confirmationem per quã con ſequebatur iura hæreditaria, Et cum hoc non requireretur in hæreditate, nec etiam iſta uerba poſita fuerũt in eius diffinitione. Sed Bulga. & Dec.& communiter doctor. repræhendunt iſtam expoſitionẽ, primo, quia contradicit literæ quæ dicit perſequendi patrimonii non confirmationis. Et ſi dicatur ſatis perſequitur patrimonium cum poſt confirmationem obtentam illud conſequitur.l.1.ff. eodem. reſpondetur quod & adhuc militat obiectio, quia non eſſet ius petendi confirmationem,ſed patrimonium cum medio confirmationis, Nec eſt præſumendum quod unum uerbum in diffinitione ponatur pro alio. Item eſſet inconueniens quod in diffinitione ponerentur uerba denotantia ius petendi factum illud iudicis, & non bona ipſa & patrimonium, ſicut in diffinitione actionis non dicitur quod ſit ius petendi factum iudicis & executionem ſiue ſententiam,ſed illud quod debetur.§.1.inſt.de actio. Præterea illa confirmatio eſt bonorum poſſeſsio decretalis quæ continetur ſub hac diffinitione ſecundum doctores, ſiue teneamus quod ſit unica, ſiue quod ſint duæ, ergo eſt ius petendi ſemetipſam, quod eſt incõueniẽs, quia ſicut debet eſſe differentia inter inſtituẽtem & inſtitutum.c.fi.de inſtit.& uendentem & rem uenditam. l.2.ff.de ſtipul.ſer. & electum & electionem & confirmationem. c. quam ſit.de electione in 6.§.cæterum. Ita etiam debet eſſe differentia inter bonorum poſſeſſionem confirmatam & ipſam confirmationem, Hæc tamen obiectio poſſet euitari,tenendo ut infra tenebo quod in d.§.bonorum diffiniatur ſolum edictalis. Tamen obſtat,quia nulla res poteſt eſſe ius petendi confirmationem ſui ipſius,cum electio habeat ſuam ſubſtãtiam ſeparatam a iure petendi confirmationem,& ſententia habet ſuam ſubſtantiam ſeparatam a iure petendi confirmationem ipſius ſententiæ, Ita bono. poſſ.ſui ſubſtantia debet differre a iure petendi confirmationẽ ipſius bonorum poſſeſsionis, cum nulla res poſſit eſſe ius petendi & conſequendi perfectionem ſuam, cum oporteat quod prius ſit perfecta antequam ſit in rerum natura.l.ſi is qui quadringenta.§.quædam.ff.ad l.falc. Et antequam ſit perfecta non poteſt habere hoc ius petendi perfectionem,& poſtquam eſt perfecta non indiget amplius perfectione nec iure petendi confirmationem ſiue perfectionem. Et per conſequens in nulla diffinitione poteſt dici ꝙ una res ſit ius petendi confirmationem & perfectionem ſuam.Quare merito doctores repræhendunt iſtam expoſitionem Bart. & neſcientes melius declarare ſtant cum expoſitione glo.

Dec. tamen hic dicit quod immo bonorum poſſeſſio eſt ius quo.Primo, quia uerbum ius ita capitur in aliis diffinitionibus. l. 1. ff. de uſufr.§.1.inſt. de ſeruitu. urb.uel ruſt.pred.& §.1.inſt. de act. ergo etiam in hac diffinit. Secundo ius reſpectu uerbi retinendi intelligitur quo,& immediate,ergo etiam reſpectu uerbi perſequendi.arg.l.iam hoc iure.ff.de uulg. & pupil. Tertio,quia reſpectu patrimonii eſt ius quo . quia per edictalem immediate conſequitur ius uniuerſale. l. 1. ff. eodem.ergo etiam pariter hoc erit in uerbo rei, ne diuerſo iure cenſeatur,contra l. eum qui edes. ff. de uſuc. Quarto, quia doctores non uolunt quod contineatur ius petendi confirmationem in diffinitione,quia eſt effectus,& res nõ debet diffiniri per effectus, ut per Bar. in l.1.ff.de appel.ergo tanto minus cõtinebitur poſſeſſoria hæreditatis petitio ſine aliqua expoſitione quæ eſt effectus magis remotus. Quinto, quia propter poſſeſſoriam hæreditatis petitionem bono. poſſeſ. eſt ius propter quod,ergo eodem modo propter pet.hær.hæreditas eſſet ius propter quod. Sed conſequens eſt falſum per l.nihil aliud.ff.de uerbor. ſignificatio. ergo & antecedens.arg.l.hæreditatis appellatione.eo.tit. Sexto,quia bonorum poſſeſsio eſt ius perſequendi ius uniuerſale,ut patet in uerbo patrimonii,coniuncta. l. cogi.ff.ad trebel.ergo excluditur poſſeſſoria hæreditatis petitio quæ datur ad perſequendas res particulares,Et ſic concludit quod bonorum poſſeſsio eſt ius quo perſequimur ius uniuerſale defuncti.l.bona.ff.eo.poſſeſſoria uero hæreditatis petitio eſt ius perſequendi res particulares,& per eam nunquam cõſequimur ius uniuerſale,& ideo differunt ratione ſubiecti.Et non eſt neceſſarium ad excludendum eam impropriare exponendo ius propter quod,Et ad contrarium de uerbo rei,poſito in diffinitione,quod cauſat difficultatem, reſpondet ꝙ intelligitur de iure uniuerſali.arg. l. nam quod.§. fi. in fi.ff.ad trebel.& l.1.in fine.ff.ſi cer.pet. Secundo reſpondet.quod uere nõ petuntur res per bonorum poſſeſsionem,ſed per actionem,tamen quia bonorum poſſeſsio eſt cauſa illius actionis,ſatis poteſt dici quod per bonorum poſſeſsionem conſequatur, quia effectus attribuitur primæ cauſæ.l.Item eorum. §. ſi decuriones. ff.quod cuius.uni.nomine.& cap. cum in aliquibus. de reſcriptis in 6.& c.literis.de reſcriptis.Sicut etiam in ſimili euenit in obligatione quæ eſt cauſa quod naſcatur actio per quam aſtringitur debitor ad ſoluendum, & tamen in diffinitione obligationis dicitur quod ea eſt uinculum quo neceſsitate aſtringimur alicuius ſoluendæ rei,& non eſt ex alio niſi quia effectus attribuitur primæ cauſæ. Et ita reſidet, Sed non aduertit ipſe quod in hac ultima ſolutione inuitus incidit in opinionẽ cõmunem quod bonorum poſſeſsio eſt ius propter ꝙ ideſt cauſans actionem cum qua perſequimur, tamẽ ponitur in diffinitione quia eſt prima cauſa cui attribuitur effectus, & ſic cum tot uerbis nihil noui attulit.

57 Item †Decius. Et cæteri doctores in iſta diſputatione præſupponunt quod poſſeſſoria hæreditatis petitio & omnes aliæ actiones ſint ius quo, ideſt inſtrumentũ quo perſequimur,Quod falſum eſt,Quia omnes actiones ſunt potentiæ iuris agendi & perſequendi in iudicio,non inſtrumentum agendi,cum terminus ius,poſitum in quacunque diffinitione ſignificet potentiam iuris conceſſam a lege aliquid faciendi cum utilitate & effectu approbato & legali. Et omnes termini in quibus ius ponitur cum gerundio in diffinitione ſunt potẽtiæ iuris,& appellantur ius potentiale,ut late declaraui in l.penul.ff.de iuſt. & iure. in lectura & in tractatu ibi poſito. Et propterea ſequitur, quod neque petitio hæreditatis,neque alia actio, neque cæteri termini habentes ius in diffinitione cum gerũdio poſſunt eſſe inſtrumentum quo.Sed omnes ſunt potentiæ & ius propter quod, quia inſtrumenta ſunt facti.toto titulo. ff. de fundo inſtructo. & in actione libellus probationes uel corpus agentis potius dicuntur eſſe inſtrumentum quo,& oculus eſt inſtrumentũ quo uidemus,ſeparatũ a potentia uidẽdi,& patet ad ſenſũ,quia inſtrumentũ nõ poteſt eſſe niſi res quæ ſit in actu non in potentia.

58 Quare†cum omnes termini habentes terminum ius in diffinitione ſint potentiæ,& in diffinitione bonorũ poſſeſsionis & actionis æqualiter ponatur, ſequitur ꝙ poſſeſſoria hæreditatis petitio & bonorũ poſſeſsio æqualiter ſunt potentiæ & ius propter quod, ſiue cauſa propter quam, & per conſequens in hoc conueniunt, & per iſtam expoſitionem factam a glo. & doctoribus non excluditur poſſeſſoria hæreditatis petitio diffinitione. Quare cogitand eſt de alio medio ad excludendam illam actionem.

59 Sed finaliter†ego puto opinionẽ Decii in ſui ſubſtãtia uerã eſſe,quãuis ipſe eã turbauerit,quod poſſeſſoria hæredi. petitio excludatur p uerbũ patrimonii,& differant ratione ſubiecti,quia bonorũ poſſeſsio eſt ius pſequendi iura uniuerſalia & totum patrimoniũ ꝙ fuerat defuncti cum dominio rerum.Et poſſeſſoria hæreditatis petitio ſit ius perſequendi res particulares & earum poſſeſsionem, cum declaratione quod ad eum competant ut perpetuo retinere poſſit, Et ideo actor conſe-

consequitur res hæreditarias quæ posfidentur ab aduersario. l. licet minimam. & ibi Barto. ff. de petit. hæred. & not. per Barto. & alios in l. edita. C. de edendo. Sed præsupponitur quod prius consequutus fuerit illud ius uniuersale per ammissionem bonorum possessionis, cum illud dicatur uendicare. l. 1. ff. si pars hæred. petat. & in bonorum possessione est text. in l. emancipata. infr. eod. & dixi late ultra alios in rubr. ff. si cert. pet. facit lex cum hæredes. ff. de acqui. possess. Sicut per restitutionem fideicommissi consequimur ius uniuersale, non res particulares. l. facta. ff. ad trebellia. res uero particulares consequimur per fideicommissariam hæreditatis petitionem. l. 1. ff. de fide. hæred. perit. & l. ab hostibus. ff. ex quib. caus. maior. Nec dicatur quod illae actiones sunt uniuersales, ut dicitur in l. 1. ff. de rei uendic. ergo dantur ad uniuersitatem, & sic conueniũt bonorum possessioni, quia respondetur quod immo dãtur ad res particulares, Sed ideo dicuntur uniuersales quia per eas possunt peti omnes res & omnia iura consistentia in hæreditate, & petit se declarari dominum uel possessorem iuris.

60 Nec obstat†uerbum rei, positum in diffinitione ꝙ uidetur referri ad res particulares, ut per bonorum possessionem etiam peti uideantur res particulares, quia hoc negatur, cum immo denotet ius uniuersale. Primo, quia ponitur in numero singulari & necessario est compræhensiuum multarum rerum, Secundo quia præcedit dictio siue, quæ est dictio expositiua, & ponitur inter eadem uel parum dissimilia, ut notatur per Archid. in c. 1. de cog. spir. in fine lib. 6. & c. præsenti. de sententia excom. in 6. facit. c. generali. de electione. in c. 1. de litis contestatione, ibi, exceptionis seu defensionis. & c. 1. de excessibus prælatorum in 6. & c. ut officium. §. ad conscribendas. de hæretic. in 6. & ibi Archi. in uerbo scriminariis seu tabellionibus. & esse inconueniens quod expositio esset contraria naturæ expositi. Item una pars declarat aliam. l. utrum. ff. de petit. hæred. & l. 1. ff. de reb. dub. Secundo respondetur, dato quod significet res ipsa, & dictio seu sit ampliatiua, ut no. in rubr. ff. de interdic. tamen adhuc excluditur possessoria hæred. petitio, quia significat dominiũ rerum non ipsas res, cum per admissionem bonorum possessionis acquiratur ius uniuersale & dominium rerum particularium. l. 1. ff. eo. Sed per actionem illam consequitur solũ possessionem rerum & ueram detentionem in qua in futurum non possit molestari, sicut etiam per aditionem hęreditatis acquirit hæres ius uniuersale & dominium rerum. l. cum hæredes. ff. de acqu. possess. Sed possessionem & actualem detentionem quæ non transit per aditionem consequitur postea per petitionem hæreditatis. l. licet minimã. & ibi Bar. ff. de petit. hær. & ideo sicut hæreditas differt a petitione hæreditatis, eodẽ modo bonorum possessio differt a possessoria hęreditatis petitione. Et sic ipsa excluditur a diffinitione propter uerbum patrimonii & rei. Itẽ excluditur propter uerbum retinendi, ut infra dicam. Nec obstat quod qui habet actionem habet ius retinendi. l. 1. §. quod autem. ff. de superfici. quia illud ius non nascitur ex illa actione, Sed nascitur ab exceptione quæ differt ab actione, licet aliquando detur habenti actionem, Bonorũ uero possessio est ius retinendi per se, ut inf. dicã ultra alios & ita habes resolutum contrarium de actione.

61 Tertio†obstat huic diffinitioni, quia traditur per effectus, contra doctrinam Bar. in l. 1. ff. de appel. & sentit Dec. hic. Sed solue ꝙ illa doctrina Bar. non procedit in diffinitionibus traditis per terminũ significantẽ potentiam, quia potentia nõ declaratur nisi per effectus, ut patet in diffinitione seruitutum, l. 1. ff. de seru. rust. præd. & in actione, inst. de actio. in princ. & in obligatione. institu. de oblig. in princ. Sed hic diffinitio ponitur per terminũ potẽtiæ. i. per ius, ut sup. dixi, ergo põt tradi per effectus, Item non procedit quando diffinitio traditur per effectus qui semper sequuntur, ut declarat Dec. & bene in d. rub. extr. de appel. Sed isti effectus semper sequuntur ex illis terminis in quibus ius ponitur in diffinitione ergo &c. Tertio contra istam diffinitionem fortiter instatur, Nam uidetur conuenire hæreditati, quia hæreditas est ius persequendi illud ius uniuersale, & patrimonium ꝙ defunctus habuit. l. 3. §. hæreditas. ff. eod. & supra conclusum fuit. Gloss. sentiens contrarium, exponit ius. s. prætorium, nam hæreditas est ius ciuile, Bonorum uero possessio est ius prætoriũ & sic tollitur obiectio, quia hæreditas non differt in alio nisi in inuentore & in modo acquirendi, quia hæreditas solo animo aditur, bonorũ possessio decernebatur, & hodie agnoscitur. l. fi. inf. eo.

62 Sed hanc†opinionem repræhendunt cõmuniter docto. quia reperitur etiam bonorum possessio de iure ciuili, & est illa septima extraordinaria, & ita tenet Bar. in d. l. 3. ff. eo. Et mouetur primo per rubricam. ff. ut ex legi. ponderando dictionem ex, quæ denotat causam immediatam, ut per Bar. in l. ex eo tempore. §. fin. ff. de pecul. Secundo facit. l. 1. in princi. dum dicit, uti me ex quacunque lege uel senatusconsul. dare oportebit, & sic principium immediate uenit a lege. Tertio adducitur. l. 3. §. generaliter. ff. und. legit. ibi, cum uero lex bonorum possessionem dari iubet. Quarto facit, quia bonorum possessio unde legitimi non datur nisi quando quis uocatur de iure ciuili. l. 2. §. fi. ff. und. legit. Sed unde legitimi datur quando ista septima datur. d. l. 3. in fine. ergo est de iure ciuili quia duæ bonorum possessiones simul concurrere non possunt a prætore inductæ. Quinto facit d. l. 1. §. fi. ff. ut ex legi. ibi, nõ alias hinc datur ꝙ si lex deferat bonorum possessionẽ, ergo illa bonorum possessio est de iure ciuili, quia uidetur incõueniens ꝙ lex deferat bonorum possessionem alienam. Præterea adducũt Ferrarienses, quia negari nõ potest quin detur iussu legis, ut aperte dicitur in d. l. 1. ff. ut ex legi. & d. §. septima. ergo est de iure ciuili, quia qui iubet dicitur facere. tot. titu. ff. quod iuss. Sexto facit secundum eos textus in l. prima. ff. unde cogn. dum dicitur quod bonorum possessio unde cognati non habet originem a iure ciuili, ergo infertur quod est aliqua quæ habet originem a iure ciuili, ne sit dictum indubitabile.

Incontrarium tamen, ꝙ bonorum possessio septima sit de iure prætorio, non ciuili, tenent Azo. hic in summa, & Cyn. in d. l. fi. infr. und. legi. & Bal. hic in tertia quæstio. & Bulga & Ferrarienses. Et facit primo text. in d. §. septima. ponderando multis modis. & Primo, ibi, quam prætores introduxerunt. Introducere autẽ est aliquid de nouo inducere, Itẽ ibi, permittitur enim edicto prætoriis iis quibus ut detur a lege expressum est, & sic prætor dat, & in edicto scripsit, & per consequens descendit ab edicto non a lege, Item ibi, quam stabili iure connumerauit, item ibi, acommodauit. in quibus omnibus uerbis denotatur factum prætoris. Secundo facit. l. prima. ff. ut ex legi. ibi, prætor ait. & ibi, dabo, & in fine dum dicit, ex hac parte datur ex edicto, non autem ex lege. Tertio facit institu. eodem in princip. ibi, ius bonorum possessionis introductum. Quarto confirmatur, quia aut uis quod sit introducta a lege, & dicis contra dictam. l. prima. ibi, prætor ait, & ibi, dabo, & §. septima. ibi, prætores introduxerunt. Aut uis quod de nouo sit introducenda per. ll. futuras, & tunc non potest connumerari in edicto, quia nondum est in rerum natura, & sic si illa septima capiatur in specie in actu adhuc non est introducta, cum adhuc non sit illa lex. Si uero uis quod capiatur in genere ut una lex iusserit prætori facere illud edictũ, & istud non apparet, quia nõ probatur iure ꝙ aliqua lex coegerit ꝑtorẽ facere illud edictũ, immo fuit ipse ex suo arbitrio, illud fecit edictum & introduxit illam bonorum possess. uolens complecti omnes ca

sus succedendi qui possunt concurrere. Quinto facit secundum Ferrarienses, quia si a lege daretur, uocatus esset uere hæres, non autem bonorum possessor, contra d.§.quos autem.

Et tenendo istam partem potest responderi contrariis, & primo dic.rubri.ut ex legi. quia debet interpretari per nigrum quod loquitur de facto prætoris ibi, prætor ait.& ibi, dabo, & d.§.septima.ibi, prætores introduxerunt. Et sensus est, quod bonorum possessio detur a prætore iubentibus legibus quod ipse det, & eodem modo respondetur ad l.1.in principio. Et quando eam dat non creatur aliqua noua, sed dat illam quã ipse ex officio suo introduxerat, & sic lex utetur remedio prætoris, ut dicebat Bulg.& bene. Nõ obstat quod unde legitimi non detur nisi uocatis a iure ciuili, quia admitto quod concurrant habitu & potentia, sed non in exercitio, ut probatur in d.l.1.§.nunc uidendum.ff. de succes.edic.ubi filio datur triplex bonorum possessio ordine succes.sed non actu. Vel dicas quod in hoc casu lex etiam defert hæreditatem, & sic duo facit, dat hæreditatem, & iubet pretori ut deferat bonorum possessionem, ut probatur in d.l.generaliter.in uer.cũ uero.in dictione etiam, quæ est implicatiua, & necessario implicat hæreditatis concessionem, ut patet legendo literam quæ dicit in primo casu quod lex defert hæreditatem, non etiam bonorum possessionem, & postea dicit, cum uero etiam bonorum posses.dari iubet. nec potest implicatiua referri ad bonorum possessionem unde legitimi ut uolebat Decius, ut etiam detur in illo casu, quia uerba repugnant, & de ea specialiter postea dicitur in fine. Nec est inconueniens quod lex deferat hæreditatem, & etiam iubeat dari bonorum possessionem, quia ex hoc solo quod uult dari bonorũ possessionem uocat illum ad successionem, ergo ex hac uocatione unum ius acquiritur uocato, ut necessario dicatur habere ius succedendi de iure ciuili, sed mandat dari bonorum possessionem a prætore, quia forsan uult succedere uocatum in illo casu cum causę cognitione. Vel faciebat ut magis fortificaret iura sua, ut cum successione ciuili haberet etiam possessionem iuriũ, sicut facit in §.restituta.institu.de fideic.hære.faciũt ea quæ habentur in l.1.ff.de leg.1. Non obst.quod propter iussum dicatur facta a lege ciuili, quia primo negatur, cũ iussus non faciat quod ipse contrahat, & contractus sit ab eo, sed solum fingit, ut dixi in rubr.ff. si cer. peta.& probatur in l.1.ff. de uer. oblig.ubi ille qui non potest stipulari obligatur per iussum, sed tamen clarum est ꝙ ipse non stipulatur, nec contractus fit ab eo uere. Secundo respondetur, quod contrarium procedit quando iubetur unus dare rem quæ non est introducta, nam tunc iubens uidetur introducere, quia quod est causa causæ est causa causati.arg. l.manumissiones quoque. ff. de iust. & iur. secus quando iubetur quis dare rem suam iam introductam, quia tunc iubens utitur remedio alieno, ut dicebat Bulgar. quia quod est introductum amplius non potest introduci. argu. §. sic itaque. inst.de actio. In casu autem nostro prætor iubetur dare bon. pos. quam ipse iam introduxerat ex edicto suo pro suo arbitrio. Nec obst.quod l. deferat istam bon. pos.d.l.prima.in fi.quia intelligitur de bon. pos.prætoria iam introducta quam pollicitus erat prætor dare si lex iuberet, ideo cum esset acquisitum ius legi, satis dicitur deferre bon pos. Non obst.l.1.unde cognati. Deci.tamen hic uidetur ponere mediam opin. quæ inducat ad concordiam prædictas opin. cõsiderando quod duo interueniunt in hac bon. pos. Primo quod prætor dat, Secũdo quod lex iubet, si igitur lex iubet, primitus oritur ex lege iubente, non ex facto prætoris executiuo, cũ ille qui petit bonorum posses. petat propter ius petendi sibi acquisitum ex lege ciuili, ꝙ ius non põt esse aliud nisi una bonorũ possessio ciuilis ad similitudinem edictalis, & illa quam dabit prætor appellatur decretalis, & sic attenta prima causa erit ciuilis.c.ex literis.de rescriptis. Confirmatur in simili, quia senatuscõsultum iubet prætorem cogere hæredem adire hæreditatem & restituere, & tamẽ ista coactio oritur ex senatusconsulto.l.si legatus.& l.Papinianus.& l.quia poterat.ff.ad trebellianum, & facit etiam textus in l.1.ff.cõmod.ubi prætor multa facit circa commodatum, & tamen est de iure ciuili, ut ibi notat.per docto. Et tenendo istam partem respondetur omnibus adductis contra communem, quia loquuntur quantum ad actualẽ dationem quã facit prætor, Sed quia iubente lege datur, ideo ius petendi oritur ex lege, ꝙ non est aliud nisi bonorum possessio legalis, & illa omnia uerba uerificãtur in decretali bonorum possessione, & res debet denominari a prima causa.l.item eorum.§.si decuriones ff.quod cui.uniuers.igitur nominabatur ciuilis, & hæc concordia prima facie uidetur multum quietare animum.

63 Nihilominus† in omnibus mihi magis placet opinio contra communem, ꝙ utraque bonorũ possessio sit de iure prætorio. Nam de decretali est clarum, cũ prætor eam tribuat actualiter. de edictali etiam probatur in d. l.1.ut ex legi. ibi, prætor ait, & ibi, dabo, & sic ex edicto prætoris nascitur ius petendi, quod erit bonorum possessio edictalis talibus.n. uerbis utitur in quolibet edicto bonorum possessionis, & sicut in aliis edictis nascitur edictalis, ita in illo edicto. Non obstat fundamẽtum Dec. quod in effectu est unicum propter iussum legis a quo nascitur ius petendi, quia licet nascatur unũ petendi, tñ illud ius nõ est aliqua bonorũ possessio, cũ ex edicto iam emanato a prætore in casu quo lex iubet illi uocato cõpetere incipiat ius uerũ petendi illã bonorũ possessioné ꝙ est bonorũ possessio edictalis, Ita ꝙ hæc bonorum possessio descendit ab edicto. Et non potest dici ꝙ attribuatur primæ causæ, quia ius ciuile non fuit prima causa, sed fuit ipse prætor qui ex arbitrio suo ut prouideret in omnibus casibus fecit edictũ, promittendo dare bon.posses.si lex iuberet. Nã ipse illud proposuit antequã lex iuberet, seruandum in quibuslibet legibus nouis, ut patet in d.§.septima.& d.l.1. in uerbo oportebit.quod est futuri temporis. Et sic pollicitus fuit prætor se daturum bonorũ possessionem qñ lex iubebit, unde antequam lex iubeat non nascitur ius petendi, secuto uero iussu legis nascitur ex edicto ius petendi tanquã existente conditione sub qua pollicitus fuit. Sicut si quis testamento legauerit aliquid ꝙ declarauerit Sempronius, Nam secuta declaratione debetur legatum, & nascitur ius ex dispositione testatoris, non ex declaratione, ut no.in l.unum ex familia.in princ.& ibi Bar.ff.de leg.2.& in l.petens.sup.de pactis & in l.si seruus.ff.de leg.1.& l.asse toto. ff. de hæred. institu. Non obstat ꝙ actus debet denominari a prima causa.d.§.si decuriones.quia respondetur concedendo quando secunda causa subordinatur primæ, & uenit ꝓ executione primæ super eo quod non erat deductum in rerum natura per secundam causam, sed si secunda causa sit de per se, & produxit effectus antequam prima causa disponeret, & tunc actus non potest trahi ad primam causam, quia uere non potest dici prima causa, ut euenit hic. Et sic retorquetur incontrarium, quia prætor est prima causa qui pollicetur se daturum in casu quo iubeatur ex lege noua, dicta.l.asse toto. ff. de hæred.instit.& ex hac consideratione tolluntur omnia allegata per docto. hic. Remanet igitur, quod nulla est bonorum possessio de iure ciuili, & ideo per expositionem glo.excluditur hæreditas ab hac diffinitione. Sed tamen quia communis opinio est incontrarium, uidendum est an ex alia ratione possit dici quod excludatur hæreditas.

64 Vnde† secũdo uidendũ est de alia differẽtia ab hæreditate, & Bar.in d.l.3.tradit aliam differẽtiam, uidelicet quod hæreditas est successio in uniuersũ ius, sed bonorum

rum possessio est ius persequendi patrimonium, item hæreditas apprehenditur propria authoritate, bonorũ uero possessio requirit præsentiam iudicis. l. fi. inf. eod. Et sicut hæreditas differt a iure succedendi & a iure adeundi quod finitur per aditionem, ita hæreditas quæ est successio differt a bonorum possessione quæ est ius persequendi, & sic hæreditas est successio. Bonorũ uero possessio est ius succedendi uel persequendi, & habet conuenientiam cum iure adeundi de iure ciuili. Bulg. uero repræhendit hanc differentiam, quia bonorum possessio non est ius succedendi, sed differt ab eo sicut hæreditas, sed Dec. tenet opinionem Bartol. quia cum bonorum possessio sit ius persequendi, effectualiter dicitur esse ius succedendi, quia persequendo hæreditatẽ succedit defuncto, & hoc non potest facere nisi accederet ad iudicem, quod tamen non est necessarium in hæreditate.

Sed quia docto. non bene explicant an hæreditas sit ius succedendi, & in ea tale ius possit considerari, item an bonorum possessio, & ius succedendi. Ideo pro resolutione uidendum est de tribus. Primo, an in hæreditate sit successio, uel ius succedendi, uel utrumque. Secundo, an in bonorum possessione sit successio, uel ius succedendi, uel utrumq;. Tertio, an daro, quod conueniat quomodo excludatur hæreditas ab hac diffinitione bonor. possessionis. Circa primum uidetur quod neq; hæreditas, neq; bonorum possessio sit successio, sed utrũque ius succedendi. Nam delata hæreditate uel bonorum possessione per l. uel per edictum non dicitur quis succedere defuncto antequam adeat uel agnoscat, nec dicitur adhuc dominus. l. delata. ff. de uerbo. significa. ubi hæreditas est delata quam adeundo possit cõsequi ergo ante aditionem non habet eam, ne succedat antequam succedat. l. pretia rerum. ff. ad l. falcid. ergo non est successio, sed ius succedendi uel quærendi. Hinc est quod dicitur hæreditas iacens, & in bonis nullius. l. 1. ff. de rerum diuis. & repræsentat personam defuncti nõ hæredis futuri. l. hæreditas enim. ff. de acquir. rer. dom. & postquam est adita non est amplius hæreditas, ut nota. in l. 1. §. ueteres. ff. de acquir. possess. Et hoc suadetur etiam; quia non adita repudiari potest, adita uero non in §. extraneis. inst. de hær. qual. & dif. nisi ex beneficio speciali, & idem in bonorum possessione. l. 1. §. decretalis. ff. de succes. edic. Quare uidetur quod hęreditas. nõ adita non possit dici successio, sed solum ius succedendi siue petendi bona, ut est bonorum possessio contra docto. hic.

Sed incontrarium pro communi opinione fortiter facit d. l. hæreditas est successio, & confirmatur efficaci ratione, Nam mortuo domino rerum omnia iura & bona ipsius congeruntur simul, & faciunt unum ius uniuersale quod appellatur hæreditas, & repræsentat defunctum, & statim succedit in bonis defuncti, quia inter mortem defuncti & hæreditatis principium nõ datur medium, & sic necessario statim succedit mortuo, & per consequens est successio, sed si esset ius succedendi, nõ posset repræsentare defunctum, ut ponit Bar. in rub. ff. de acquir. hær. Et hac ratione dicendum uidetur necessario quod etiam bonorum possessio sit successio, quia de iure prætorio etiam congeruntur omnia iura defuncti & creatur uniuersitas continens iura utilia omnia defuncti, & quæ repræsentat personam defuncti de iure prætorio. l. hæreditatis appellatio. ff. de uerb. signifi. & l. 3. §. hæreditas. ff. eo. & incontinenti succeditur defuncto sine medio temporis, per eãdem rationẽ. Et qd bonorum possessio sit successio sicut hæreditas, probatur in l. 3. in princ. ibi, uniuersitatis successionem. coniuncto. §. hæreditas. ff. eo. & sic apparet quod differentia tradita per Bar. & doct. erit falsa, quia utrunque est successio, & utraq; est ius succedendi.

65 Ideo † resoluendo omnia, puto hæreditatẽ & bonorum possessionem considerari debere duobus modis. Vno modo in abstracto, habito respectu ad seipsam & defunctum. Alio modo habito respectu ad successorẽ. Primo casu dicitur esse successio. d. l. hæreditas nihil. de regu. iur. & l. hæred. ff. de uerb. signif. & idem etiam procedit in bonorum possessio. d. l. 3. in princ. & §. hæreditas. ff. eod. & l. emancipata. inf. eod. l. ait prætor. §. non solum. in fin. ff. de min. §. cum igitur. inst. eod. ibi, plures successionis species. Et in hoc bonorum possessio non differt ab hæreditate, nisi quod unum est de iure prætorio, & unum tribuit ius directum, & aliud obliquum siue utile. Et hoc corpus uniuersale appellatur bonorũ possessio propter effectum, quia non continet uerum dominium bonorum, sed utile dominium, seu quãdam quasi possessionem omnium iurium defuncti. Et in hac significatione capitur in omnibus iuribus quę dicunt quod petitur bonorum possessio, quia bene resoluendo propositionem est sensus quod petit sibi dari uniuersitatem iurium defuncti per decretum iudicis, uel hodie acceptat illud ius uniuersale a prætore delatum coram iudice, & propterea in. l. fi. inf. eod. dicitur qualiscunq; testatio amplectendæ hæreditatis. i. accipiendæ successionis, seu uniuersitatis iurium, & alibi appellatur hæreditas honoraria. l. qui aũt. ff. quæ in fraus cre. uers. proinde. & l. fi. inf. eo.

Secundo modo capitur bonorum possessio in concreto respectu uocati ad successionem & illius cui est delata, & in hac significatione tam hæreditas quam bonorũ possessio est ius succedendi. Nam delata hæreditate uel bonorum possessione uocatus dicitur habere æqualiter ius succedẽdi & quærẽdi. i. appræhendẽdi illam uniuersalem possessionem, quod iure ciuili appellatur ius adeundi, & iure prætorio ius persequendi, &
66 utraque datur ad ius uniuersale † & uocatus non dicitur succedere antequam appræhendat, siue sit hæres, siue bonorum possessor. l. pretia rerum. ff. ad l. falcid. cum alijs sup. primo loco relatis. & facta postea acquisitione desinit esse proprie hæreditas uel bonorum possessio. ut per Barto. in d. l. 3. uers. quęro ergo. in fi. & nota. in l. 1. §. ueteres. ff. de acquir. poss. Et ex hoc patet ratio manifesta quare diffinitiones sunt diuersæ, quia hæreditas diffinita fuit in abstracto habito respectu ad defunctum, & bonorum possessio diffinita fuit in concreto habito respectu ad successorem, tamen si hæreditas cõsideraretur respectu hæredis, diffiniretur quod est ius acquirendi, sicut bonor. poss. & si bonor. poss. diffiniretur respectu sui, diceretur quod est successio, sed quia in bonorum pos. ille actus extrinsecus acquirendi de eundo ad iudicem magis apparet, ideo diffinita fuit respectu bono. pos. in concreto. & sic sequitur quod isti duo termini multum inter se conueniunt.

67 Et si † dicatur si in hoc conueniunt, in quo erit inter eos differentia, respondetur, quod differentia est, quia bono. poss. est ius prætorium secundum ueram opinionem quam sup. firmaui, & hæreditas est ius ciuile. Itẽ bonorum possessio est ius uniuersale constitutum a prętore, continens iura utilia defuncti, & hæreditas est corpus uniuersale constitutum a lege ciuili continens iura directa. Item bonorum possessio tributa uni facit eum bonorum possessorem, tantum & utilem dominũ, hæreditas uero tributa facit eum uerum dominum, & istæ sunt differentiæ, considerando hæc iura in abstracto respectu defuncti. Eodem modo differunt considerando utramque respectu uocati, Nam hæreditas est ius acquirendi directum & uerum dominium illius iuris uniuersalis quod acquisitum facit hęredes dominos §. fi. inst. de hær. qual. & dif. Bonorũ uero possessio est ius acquirendi & persequendi possessionem illius iuris uniuersalis & dominium utile. d. l. 3. in uerbo possessio iuris. coniuncta. l. 1. ff. eo. & probatur in rub. ff. de poss. hęred. petit. ubi appellatur possessoria petitio hæreditatis, idest petitio possessionis hæreditatis, & rationem assignaui supra, quia prętor non habet facultatem con-

dendi

dendi legem,& faciendi uerum heredem,sed solū proponendi edicta,& exequendi de facto durante magistratu,ut ibi dixi. Et per hæc patet etiam quomodo excludatur hæreditas ab hac diffinitione,quia excluditur primo per expositionem glo. Secundo etiam potest excludi per uerbum, persequendi, positum in diffinitione quia persecutio proprie fit in iudicio.ut inst.de acti.in princ.& l.pecuniæ.§.fi.ff.de uerbo.signifi. Hæreditas uero est ius consequendi,non persequendi proprie,cū in hæreditate non sit necessarium officium iudicis, & hoc etiam uidetur sentire Alcia.in c. 1. lib.4. paradox. Tertio potest excludi per uerbum, retinendi, secundū declarationem quam statim ponam.

68 Sequitur in † diffinitione uerbum, retinendi, quod uerbum inepte positum uidetur, quia implicat contradictionem persequi & retinere.l.si ancillam. ff.pro suo. & l.ubi repugnantia.ff.de reg.iur. Et impossibile uidetur quod ille cui est delata bonorum possessio edictalis habeat ius retinendi, quia illud ius uniuersale non est apud eum,sed est acquirendum,& agnita bonorum poss.illud ius retinetur tantum,non autem potest persequi. Hinc est ꝙ in diffinitione actionis non dicitur retinendi, quāuis qui habet actionē hēt ēt exceptionem retinendi.l.1.§.quod autem.ff.de superfic.quia illa retentio non causatur ab actione sed a iure exceptionis. Sed defendendo diffinitionem dicas quod uerbum, retinendi,cum ministerio & ex ratione necessaria fuit positum in diffinitione,attento quod tempore quo pretor fecit bonorum possess.secundum ius ciuile erant aliqui uocati ad successionem illius,qui habebant ius & dominium illarum rerum,& ius petendi hæreditatem, cum edicta prætorum non impediebant quin lex faceret hæredem ipso iure,uel deferret hæreditatem adeundam alii.§.emancipati.insti.de hęr.qu.ab intest. Et no. per Alex.in d.l.necessariis. & sic sæpissime accidebat, quod duo habebant ius insolidum,prout hodie etiam accidit eodem tempore in hæreditate unius, & quilibet poterat petere ex iure suo,& sic poterat accidere ꝙ hæres de iure ciuili peteret hęreditatem a uocato de iure prætorio etiam possidente res ipsas, ut sup. dixi in præmissis. Unde fuit necessarium dare remedium bonorum possessori pro defensione,& ideo statuit pretor quod in bonorum possessione esset ius retinendi etiā contra eum qui legitime esset uocatus a lege, & propter hanc rationem non reperitur hoc uerbum in hæreditate,quia si hæres de iure ciuili possidet & eum conueniat bonorum possessor non habet hæres ius retinēdi,quia bonorum poss.uincere debet. §. adipiscendæ, inst.de interdic.contra autem alios possidentes de iure ciuili non fuit necessarium dare hæredi ius retinēdi, ex eo qnia de iure ciuili non reperitur quod duo sint hæredes insolidum,sed solum reperiuntur duo insolidum uocati quando uocatur unus a iure ciuili & alius a iure prætorio,& dato isto concursu uocatorum possessor semper debet uincere siue possideat siue non, & si possideat se defendit per ius retinendi, si agat consequitur bona,quia aduersario suo nullum contra eū ius retinendi datur.d.§.adipiscendæ.inst. de interdict. Et hanc puto esse ueram rationem per quam tolluntur infinita docto.hic.& excluditur hæreditas & actio,& uerbum necessario positum fuit, expone igitur retinēdi ue pro defensione sua ne impediatur succedere quando concurrit cum hærede insolidum uocato a iure ciuili, quia ei preferri debet.

Sequitur in textu patrimonii,quod expone,idest iuris uniuersalis,ut supra dictum fuit, quia bonorum possessio datur ad persequendum uniuersitatem iuris,non res particulares,ad differentiam possessorię hæreditatis petitionis. Sequitur uerbum rei, quod similiter capitur pro iure uniuersali,quia ponitur in numero singulari. Et necessario cum habeat comprænhendere plures res,opportet quod uniuersaliter capiatur, & quia una pars declarat aliam.l.1.ff.de reb.dub.ac dictio, siue, demonstrat ista duo idem significare, uel referas ad uerbum retinendi,ut dixi.

69 Quarto † contra istam diffinitionem,ultra docto.instari pōt,quia uidetur ꝙ conueniat cuilibet ius habēti in hæreditate per contractum,ut siquis emat ab hærede hæreditatem,uel sibi donata fuerit, nam habet ius persequendi patrimonium, ex quo sibi uenditum uel donatum fuit. Solue, quod iste emptor uel donatarius non consequitur illud ius uniuersale, sed solum consequitur res particulares, & est commodum cum remaneat hæres.l.quod si minor.§.Papin.ff.de minor.& l.2. ff.de hæred.uel actio.uendit. Et hac ratione dicunt docto.in l.prima.inf.titulo primo. quod ius accrescendi non habet locum in emptore uel donatario, sed portio accrescit hæredi quamuis eam teneatur restituere ex ui conuentionis,ut ibi per eos,quos in parte ibi sequutus sui. Et eodem modo responderi potest si opponatur de fideicommissario,quia non consequitur illud ius uniuersale,quamuis habeat ius persequendi omnes res,& facta restitutione transeunt actiones,non autem transit ius uniuersale. Vel potest dici quod fideicōmissarius persequitur a tertio,ut ab hærede, sed bonorum possessor hoc ius persequitur a seipso,siue per iudicem, non a parte. Et eodem modo solue si opponatur de eo cui libertatis causa bona adiiciuntur, uel generaliter solue omnia ista,ut sentit glo.de hær. quia omnia ista sunt iura ciuilia.

70 Sed circa † hanc diffinitionem alia necessaria subintrat difficultas,quæ bonorum possessio diffiniatur, an edictalis sola,uel utraque simul, docto.sunt uarii, & alii qui uidentur tenere quod diffiniatur decretalis,quia in l.1.2.& 3.& in §.denique.semper dicitur de bonorum poss.agnita.ergo illa debet diffiniri ne unum declaretur & aliud diffiniatur. Sed tamen communiter docto. uidētur tenere ꝙ diffiniatur sola edictalis pp uerbum, persequendi,ꝙ non potest conuenire decretali,quia decretalis non est ius persequendi, sed est ipsa persecutio l.1.§.decretalis.ff.de success.edict.& quia antequam decernatur non est, & postquam est decreta perfecte est acquisita.d.§.decretalis. Ius autem persequendi est ante acquisitionem,ut no.in l.is potest.ff.de acquir.hær. per textum in l.pretia rerum.ff.ad l.falcid. Et decretalis æquiparatur aditioni,& est ipsa persecutio, & dicitur esse facti.l.pro hærede.ff.de acquir.hær.merito nō potest comprænhendi in diffinitione, propter uerbum, persequendi,& uerbum, ius,item uerbum, retinendi, non potest conuenire,quia decretalis non est ius retinendi,sed propter dominium datur exceptio quę causat retentionem, ut supra dixi de habente actionem. Præterea nec edictalis cum decretali potest diffiniri simul, quia eadem diffinitio non potest conuenire duabus speciebus separatis.l.1.ff.de seruitu. rusticor. prædiorum. dum diffinitione uiæ aliter continetur actus & iter quam si sint de se separatæ. Similiter non potest dici quod diffiniatur bonorū possessio in genere, quia ille duæ bonorum possessiones non possunt contineri sub eodem genere,cum sint contrariæ substantiæ & materiæ,quia una est facti & alia iuris. Et constituuntur duo genera bonorum poss.unum de edictalibus,& aliud de decretalibus,sicut sub eadem diffinitione nō potest contineri electio & confirmatio electionis, & instituens & ille qui instituitur.arg.c.fi.ext.de insti. Et in diffinitione hæreditatis ius ponitur pro genere, & materia. Et debet dici quod est persecutio patrimonii siue rei quæ cuiusque fuerit cum is moritur. Et ideo uerior est opinio,quod diffiniatur solum edictalis, tum quia uerba denotant ius acquirendi,non ius quęsitum, tum etiam quia illa est proprie bonorum poss. quæ nondū est acceptata.argum.no.per glo.& docto.in l.1.§.uetere s.ff.de acquir.poss. Et diffinitio decretalis potest sumi ex d.§.decretalis. Nec obst.quod in §. denique dicatur de

tur de bonorum poss. agnita, quia illud ibi exprimitur pro oculari demonstratione illius quod dixerat in prin. legis. Vere tamen solum loquutus fuerat de bonorum possessione non agnita, dum dixit, quod bona erat successio, & quod per eam succeditur defuncto, quæ qualitas cadit in hæreditate iacente respectu defuncti, ut diffinitur in l. hæreditas nihil. ff. de reg. iur. & in tota illa lege tractatur de bonorum poss. non agnita. Item esset absurdum quod post acquisitionem iuris per decretalem factam adhuc competeret ius acquirendi patrimonium, cum acquisitum amplius acquiri non possit. §. sic itaque. inst. de actio. Vel necesse esset dicere quod esset actio, quod est magis absurdum, cum de actione ponatur titulus separatus. ff. de poss. hær. petit. Nec obstat quod diffiniri debet in genere, quia uerum est, & hic diffinitur in genere ut comprehendat omnes decẽ bonorum poss. de quibus in §. sunt autem. inst. eo. & decretalis est sub alio genere. & ex iis fit perfecte defensa & expedita ista diffinitio.

71 Extra† glos. quærunt hic doctor. an ille qui intentat possessoriam hæreditatis petitionem uideatur agnoscere bonorum poss. Ioan. fabri. inst. eo. dubitat. Sed Ale. firmando pedes concludit quod uideatur agnoscere bonorum poss. per regulam, quod qui uult consequens uult & antecedens. l. ad rem mobilem. ff. de procur. & l. cum quidam. inf. de necess. seru. hær. inst. Bulg. uero & Corn. in l. fi. inf. eo. tenent contrarium, quia ad agnitionem requiritur presentia iudicis scientis agnoscentem habere animum agnoscendi. l. coram. ff. de uerbo. sign. Sed intentando actionem non notificatur iudici quod uult agnoscere, ergo non dicitur præstare authoritatẽ, & licet Dec. in primis scriptis uideatur uelle impugnare hoc fundamentum, Tamen pro eo inducit. l. 2. ff. unde legit. ubi qui petit bona hæreditaria non potest obtinere nisi etiam agnoscat bonorum poss. ergo petendo non uidetur agnoscere, quia si uideretur agnoscere non posset excludi, & etiam inducit. l. exceptiones oppon. cum glo. fin. ff. de excep. & dicit tenere Bar. in d. l. 3. §. a municipibus. ff. eo. Et tenẽdo istam partem respõdet fundamentis Alexã. quia illa regula non procedit quando illud antecedens est maius consequenti, per nota. per Abba. in c. prudentiam. § sexta. de offic. delega. Sed quia istud non est uerum in iis quæ pendent a uoluntate, ut patet in eo qui rem minimam hæreditatis administrat, nam per talẽ administrationem uidetur acceptare maximam hæreditatem, licet damnosam, nisi protestetur. l. gerit. ff. de acquir. hær. Ideo in ultimis scriptis tenet opinionem Alex. pro qua adducit doctrinam Ioan. Andreæ in c. transmissa. de electio. uolentis quod episcopus mittens clericum in possessionem beneficii uidetur ei illud dare. Secundo adducit text. in l. cum quidam. ff. eo. ubi dicendo falsum testamentum, uidetur agnoscere bonorum possessionem, & tãto magis ille tex. ꝓbat quia loquitur de iure antiquo in quo requirebatur decretum. Item agens petendo bona uidetur declarare se esse bonorum possessorem, & ad responsiones Bulg. responde ut hic per eum. Confirmatur etiam per Rimi. per l. qui uolebat. ff. de hær. instit. ubi qui dicit se exhæredasse filium uidetur eum exhæredare ex quo pendet ex sua uoluntate. facit etiam le. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauerit. ff. de acquirẽ. hæred. ubi ratificatio patris inducit mandatum de nouo. Et doctrina Bar. in l. gerit. ff. de acquir. hær. & l. 2. in princ. ff. de acquir. poss. ubi uoluit quod actus factus ab eo qui putabat se hæredem inducit aditionem, sed per ista fundamenta Bulg. non eneruantur, quia quasi omnia procedunt quando actus dependet ex mera uoluntate facientis, sed præsupponitur in casu nostro quod agnitio non pendet ex sola uoluntate facientis, quia requiritur præsentia iudicis in cuius prouincia sint sitæ res, & quod uerbis expressis declaretur uoluntas agnoscentis. l. fi. inf. eo. & succedit glo. in l. exceptiones opp. ff. de excep. Item requiritur eius intelligentia ut sciat quando hoc fiat ad hoc ut præstet authoritatem. Et hoc est quod uoluit textus in dicto. §. finali. ibi, cum ostenderit.

72 Vnde† tota difficultas consistit in intelligentia. l. cũ quidam. ff. eo. ubi tex. dicit, quod uidetur agnouisse bonorum possessionem dicendo falsum testamentum, & tamen illud non pẽdebat ex uoluntate sua, cum requirebatur decretum, & sic ineuitabiliter uidetur probare opinionem Ale. etiam in fortioribus terminis, quia ibi ad ualiditatem petitionis non erat necessaria agnitio, & in casu Alex. erat necessaria, sed ui[d]etur quod hæc intelligentia ita simplex non possit stare ad illum textũ, quia sequeretur quod bonorum possessio agnosceretur sine causæ cognitione & decreto. contra. l. 3. §. si causa cognita. ff. eo. Ideo Bulg. propter illum tex. & alias rationes fuit in opinione noua contra omnes, quod de iure antiquo non requirebatur causæ cognitio, de qua dicam plene in l. fi. inf. eo. & ad l. 3. §. si causa cognita. respondet quod ibi dictio, si, importet conditionem, non autem necessitatem, & est sensus, quod si datur bonorum poss. causa cognita debet dari iudice sedente ꝓ tribunali. quia decretum &c. Sed si uellet sine causæ cognitione dare, utique posset. l. 3. §. dies. ff. qu. ord. in bono. poss. seru. & est magna uiolatio restringere text. ad extraordinariam, ut uult ibi glo. Et sic sine causæ cognitione potest dari non existente contradictore, sed solũ requiritur existente, sed hæc intelligentia mihi non satisfacit, quia est contra textum in d. l. cum quidam. ubi apparebat contradictor, & tamen præsupponitur agnitionem factam, & sic uidetur quod ille tex. sit contra omnes rationes. Vnde alium intellectum dabat Bal. in l. fi. quod ibi uidetur agnita bonorum poss. ad hoc ut nõ currat tempus, sed tamen postea tenetur petere, & hoc fuit factum ne durante iudicio falsi currat tempus sine culpa sua. Nam antequam agnoscatur testamentum falsum non potest decerni, quia non apparet quod sit delata. argum. l. si is ad quem. ff. de acquir. hær. post uero declarationem factam de falso non est amplius tempus petendi, & ideo eligitur media uia, & hoc satis placet. Vel aliter etiã potest dici, quod ibi lex fingit agnouisse, & decretum interpositum fuisse propter impedimẽtum iuris. Nam cum in accusatione falsi admittatur quæ fit cum causæ cognitione, satis dicitur interponi causæ cognitio etiam in agnoscenda bon. poss. ideo pinde habetur ac si agnouisset. & hoc innuunt illa uerba, uideri agnouisse, quæ denotant fictionem, ut per Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de usuc. Vnde patet quod ille tex. non probat opin. Alex. nec Dec.

Ideo mihi magis placet opinio Bulg. quod non uideatur agnouisse, per rationem assignatam per eum, quia authoritas & intelligentia iudicis non dicitur interuenire, cum iudex non sciat an agnouerit antea uel nunc uelit agnoscere, uel quando uelit, & sic non uerificatur l. coram. ff. de uerb. & rerum signifi. & non sufficit ratificatio iudicis subsecuta, sed actualis præsentia requiritur. argum. inst. de autho. tuto. §. pe. Item nec potest dici quod præsentia & consensus iudicis sit præstitus ad cõseruandum, & per hoc operetur conseruationem nouã d. l. si quis mihi bona. §. quid si mandauerit. quia illud procedit quando consensus erat necessarius ad conseruandum, uel aliter apparebit de conseruatione, ut in casu Bar. in d. l. 2. ff. de acquir. poss. sed hic non erat necessarius, quia post agnitam bonorum possessionẽ non est necessarium quod iudex amplius consentiat, ideo non dicitur iudex præstare consensum ad inducendam agnitionem, quia ignorat eum uelle agnoscere, nec etiam dicitur præstare ad conseruandum, quia non est necessarium, nec cogitat consentire alicui conseruationi actoris. Itẽ posset esse ꝙ coram iudice non compareret principalis sed procurator, quo casu nullo modo posset expediri nisi procuratori fuisset datum mandatum ad agno-

ad agnoscendum bonorum possessionem. Item posset esse quod iudex illius iudicii non esset competens ad præstãdam authoritatem illi agnitioni, quia reus erat alieni fori,& actor erat secutus forum rei, Agnitio autẽ non potest fieri nisi coram alio iudice domicilii actoris uel loci in quo sita est res, argum.l.si prædium. sup. de præd.mino.ibi, sine decreto præsidis prouinciæ in qua situm est prædium.& ibi no.& in l.fi.inf.eo. Quarto facit etiam, quia ad agnoscendum requiritur solemnitas aliqua, ut uerbis testetur se uelle agnoscere, ut colligitur ex uerbo testatio.& in d.§.fi. ex uerbo ostenderit. quæ inferunt expressionem uerborum. Nec obstat l.cum quidam. quia intellectus ille non potest stare ut dixi, uel dic quod ille tex.loquitur quando unus intentat antecedens ut habeat consequens,& sic loquitur in casu contrario, ideo non facit. Et ratio illius fictionis est, quia est ibi impedimentum legale, ut in simili dicitur in l.uentre.ff.de acqui.hær.& l.illud.§.fi.ff. de contratab.& sic patet quod opi.Bulg.uerior est, quam hic etiam tenent Ferrar.

Et inducitur ad statutum Ferrariæ disponens quod mulier non posset contrahere nec adire hæreditatem sine consensu consanguineorum,& mulier fecit contractum de re hæreditaria spectante ad eam, quam tamen non occupauerat, an illi consanguinei consentiendo contractui uideantur etiam consensisse aditioni,& conclusit Bulg.quod non,& Ferra.quia non apparet quod ipsi uoluissent præstare authoritatem aditioni, & bene. Sed tamen postea limitabant conclusionem prædictam non procedere quando iudex sciret illum agentẽ non agnouisse,& quod nullus alius esset iudex in ciuitate coram quo potuisset agnoscere, quod satis posset procedere, tenendo quod non sit necessaria testatio uerbalis, sed tenendo quod ego dixi, nec etiam hoc casu posset procedere. Item oporteret quod ille esset iudex cõpetens,& quod faceret litem per se, non per procuratorem. Quæ raro simul concurrere possunt. Vnde tutior est opinio Bulgar.in bonorum possessione, sed in hęreditate optime procedit opinio Alex.& Decii.& in ea possunt saluari omnia allegata per eum, quia aditio dependet a sola uoluntate,& qui uult consequens uult necessarium antecedens ad illud obtinendum dependẽs ex sola uoluntate, etiam quod antecedens sit maximũ, & consequens minimum, maxime si alias actus non ualeret, ut per Dec.in c.præterea.de off.deleg.facit l.quotiens.C.de iud.& quod uoluit Bal.in l.id quod pauperibus.in q.14.sup.de episc.& cler.& Dec.cons.77.Cor. cons.299.col.4.lit.e.

73 Vltimo† quærunt hic docto.quotuplex sit bonorum poss.sed tu dicas quod una ponitur diuisio in §.sunt autem.inst.eo.& alia ponitur per glo.in §.septima. eodẽ titul.& in l.fi.inf.unde legitimi. ubi dicam. Tertia est diuisio quam ponunt hic docto.quod quædam est edictalis,& quædam decretalis, Edictalis est illa quæ nascitur ex edicto prætoris mortui,& deferẽ sine facto suo. Decretalis est illa quæ decernitur a prætore uiuo, Et ista opinio fundatur, Primo, quia tex.in d.§.a municipibus.facit mentionem de edictali.& idem in l.1.§.1. ff. si tabu.test.nul.exta.& in l.cum quidam.§.quod dicitur ff.de acquir.hær. De decretali uero loquitur tex. in le. 1.§.decretalis.ff.quis ord.in bon.pos.ser.& in l.fi.§.nos autem.C.de cur.fur.& §.fi.inst. eo. Secundo facit di.§. decretalis.ubi decretalis repudiari non potest, & edictalis sic, ut §.præce.unde necessariũ est quod sint duę, quia duæ qualitates contrariæ, repudiari & non repudiari, non possunt stare in eodem subiecto eod. tẽpore.l.si ancillam.ff.pro suo. Tertio inducitur tex.in d.§. a municipibus. ubi nemine petente competit bonorũ pos. Sed bonorum pos.decret.petitur.d.§.decretalis.& nisi petatur infra tempus, ammittitur.l.1. ff. de success. edic.§.pe.inst.eo.ergo sunt duæ, quia, peti & non peti, non possunt stare in eodem subiecto. d. l. si ancillam.

notat Bar.in l.3.in 3.colum.ff.de actio.& obliga. Quarto suadetur, quia si una tantum esset, sequeretur quod delata bonorum possessione ius in bonis statim quæsitum esset, quia admissa bonorum possessione omnia iura transeunt.l.1.ff.eo.& d.§.decretalis. Sed clarum est quod mortuo testatore statim delata est,& sic ante acquisitionem esset hæres,& haberet bona antequam ea haberet contra.l.pretia rerum.ff.ad l.falc. Nec potest dici quod per decretum subsequens concedantur iura quia decretum super antiquo superueniens nihil tribuit sed tributum confirmat, quia iudicis cognitio & authoritas non interponitur nisi actu perfecto, ut not. in l.siquis mihi bona.§.iussum.ff.de acquir.hær. Quinto facit, quia quæ differunt principio & fine sunt diuersa in indiuiduo.l.1.ff.de preca. Sed bono.possessio edictalis incipit a die mortis.d.§.a municipibus.& finitur repudiatione.l.1.§.semel.ff.de success.edict. Decretalis uero incipit cum decretum interponitur & non finitur repudiatione.d.§.decretalis.ergo necessario sunt diuersa in indiuiduo. Sexto confirmatur, quia omnes .ll. loquentes de bonorum poss. loquuntur per uerbum dare.l.1.ff.de iuris.omnium iudicum.l.3.§.dare.&§.si causa cognita.& l.bonorum.ff.eod.ergo decretalis differt ab edictali quæ competit nemine dante.d.§ a municipibus.& si competeret, amplius peti non posset. §. sic itaq;.inst.de acti. Septimo facit, quia bonorum possessio est ius persequendi.d.l.3.§.bonorum. sed decretalis est ipsa persecutio.d.§.decretalis.ergo &c. Octauo facit l.fi.§.nos autem.uers.curatori.supra de curato.furio.ubi furiosus non potest agnoscere eam bonorum possessionem quæ antea ex decreto dabatur, & tamen furioso edictalis est quæsita, ut in rubro & nigro de bonorum pos.infan.& furio.competen. Confirmatur, q̃a textus subsequitur dicens, ad similitudinem illius quæ antea dabatur, ergo innuit quod est quædam quæ antea dabatur, sed non datur hodie, ergo decretalis est diuersa, cum edictalis,& olim dabatur & hodie detur.

Contrariam tamen opinionem tenuit Azo. In summa huius tituli.& glo.in d.l.3.§. a municipibus.& seq. Dec.& Bulg. Et pro hac opinione adducitur. Primo, q̃a non est nisi una diffinitio quæ utique simul congruit, ergo una. Secundo inducitur l.1.inf.eo.ubi eadem quę decernitur delata est,& idem dicitur in l.1.ff. qu. ordi. in bonorum poss.seru.ergo una. Nam si essent duæ, sequeretur quod una peteretur,& alia daretur, contra.l. fi.sup.de fideicom.lib.& l. ut fundus. ff.communi diuidun.ubi quod petitur dari debet. Tertio facit, quia hæreditas delata & quæ aditur est eadem.l. delata. ff. de uerb.& rerum signifi.ibi, quam adeundo consequi potest.ergo idem dicendum est in bonorum possessione, argum.l.2.ff eo. Et confirmatur, quia decretum non diuersificat rem super qua interponitur, ut patet in tutela delata a lege. Nam per decretum tantum additur noua qualitas, Decretum enim est authoritas iudicis.l.1. iuncto rubro.sup.de præd. mino. & authoritas iudicis nihil de substantia mutat, ut per Bal.in d. l. siquis mihi bona.§.iussum.ff.de acquir.hær.ergo eodem modo in bonorum possessione per decretum additur noua qualitas & non mutatur substantia. Quarto facit, quia decretalis diebus finiri potest, ergo nata erat, sed nulla cõpetebat nisi edictalis, ergo est una, Et dum dicitur in d. §.decretalis quod repudiari non potest, intelligitur cũ illa qualitate decreti, sed bene ante illam qualitatẽ assumptam poterat, sicut hæreditas quæ ante qualitatẽ aditionis repudiari potest,& postea non, nec est inconueniens quod habito respectu ad diuersas qualitates eadem res finiatur & incipiat.§.omnis.inst.de noxa.act. Sexto facit, quia bonorum possessio est successio, ut supra firmaui, ergo una tantum, cum in bonis defuncti non sit nisi una successio prætoria l.3.ff.eo.& l.2.infra eo.quæ tamen potest suscipere diuersas qualitates. Septimo

Septimo confirmatur, quia illamet quæ olim appellabatur decretalis hodie appellatur iudicialis, ut not. in d.§.a municipibus. Sed iudicialis hodie essentia nõ est diuersa ab edictali, ergo &c.& quod non sit, patet, quia iudex coram quo agnoscitur nihil facit nec dat. Septimo facit, quia.l.semper utitur uerbis in numero singulari, ut, bonorum possessionem dabo, non bonorũ possessiones. Octauo facit, quia legislatores & imperator inst.eo.male loquerentur, dum dicunt quod est una bono.pos.contra tab.una secundum tabu. unde libe. &c. Alias essent duæ in qualibet successione, & non essent sex, sed essent duodecim,& hoc suadetur etiam ex eorũ rubricis quæ sunt in singulari numero.

Et tenendo istam partem, non obstãt allegata pro communi, quia uniformi responsione tolli possunt, præsupponendo quod in iure qualitates adiunctæ rei tantum operantur quod res dicitur nasci, & si remoueatur res dicitur perire.§.omnis.inst.de noxa.actio.ubi si ser uus committit delictum nascitur noxalis actio contra dominum,& si efficiatur liber, definit esse noxalis, & incipit directa. Et econtrario si liber committat delictum nascitur directa,& si efficiatur seruus definit directa & incipit noxalis,& tamen semper est eadem in substantia. Item non est inconueniens quod una & eadem bonorum possessio iudicetur diuersimode respectu diuersæ qualitatis,& ideo nõ est inconueniẽs quod aliquãdicatur edictalis, & aliquando decretalis, sicut actio quæ nascitur ex contractu facto a filio uel seruo in filio est uera actio,& contra patrem est de peculio.l.3.§. cui congruit.ff.de pecu. Ac etiam nõ inconuenit quod decretalis non possit repudiari propter nouam qualitatem adiunctam, sicut nec hæreditas propter hæreditatis aditionem subsequtam. Similiter non inconuenit q decretalis repudiari non possit,& edictalis sic, quia ꝓpter nouam qualitatem assumptam fortius acquiritur, eadem tamen est bonorum pos. sicut legatum per mortem acquiritur reuocabiliter,& per acceptationem irreuocabiliter,& tamen unicum est in substantia l.Titio.ff.de fur.coniun.l.si seruum filii.§.1.& ibi no.ff. de leg.1. Item non inconuenit quod per decretalem maius ius quæratur, sicut in hæreditate fit per aditionem,& non inconuenit quod in eadem re una qualitas primo tribuat ius quærendi, & alia qualitas inducat ius quæsitum, ut patet in aditione hæreditatis,& in aliis dispositionibus. Nec inconuenit quod qualitates diuersę existentes in una re differant in principio. & fine. dicto.§.omnis.inst.de noxa. Nec inconuenit quod uerbum, dare, uerificetur in qualitate una,& in alia nõ cõueniat. sicut in legato plures qualitates concurrunt cõtrariæ propter diuersas actiones. ut no. in l.1.ff.de leg. 2.& l.si sterilis.§.3.ff.de actio.empt. Ex quibus responsionibus declaratur opinio Azo. quia est bonorum possessio quæ sui natiuitate assumit in se qualitatem edictalis,& est ius quærendum, & postea per decretalem assumit qualitatem iuris quæsiti. Nec ualet consideratio Dec. quod ex diuersis qualitatibus constituantur diuersæ species, quia totum contrarium dixit Bar. in l.1. ff.de acquir.pos Solum enim diuersæ qualitates substãtiales constituunt diuersam speciem, non autem accidẽtalis qualitas, ut probatur in l.2.§.Pedius.ff.de orig. iuris. ubi plebiscitum differt specie a lege uel senatusconsulto essentialiter, licet per aliam legem sit dispositum, quod sit eadem uirtus. Item male adducitur.ca. forus. de uerborum signific. quia retorquetur in contrarium, cum ibi idem negotium sit in principio medio & fine, licet propter diuersas qualitates assumat diuersa nomina,& sic una bonorum possessio propter diuersas qualitates recipit diuersa nomina. Item Dec. non bene intelligit Bulg. in diffinitiõe, quia aliud est dicere quod duæ species contineatur sub diffinitione, quod est uerum & necessarium, quia omnis diffinitio in genere traditur. §.1.insti.de actio. Aliud est dicere quod duæ species diffiniãtur una diffinitione separatim,& hoc est impossibile. quia repugnant differentiæ specificæ. Nam si diffinitur animal, diffinitur homo& equus, sed si diffinitur homo, non potest in diffinitione hominis contineri equus,& ita dicebat Bulg. quod duæ species non possũt diffiniri sub una diffinitione, ex quibus patet quod omnia allegata pro communi possunt euitari.

Sed si quis uellet tenere communem, adhuc posset facilius eneruare adducta contra eam. Nam primum fundamentum de diffinitione unica nihil est, cum semper in genere detur diffinitio,& genus unicum est.§.1. insti.de actio. Præterea potest dici quod diffinitur bonorum pos.sola cum qualitate edictali.ut sup.dixi.& quãuis non diffiniatur decretalis, non potest dici quod nõ reperiatur, cum non omnes termini in iure diffiniãtur. Non obstat l.1.inst.eo. quia ibi non potest intelligi qđ eadem quæ defertur petatur, ne sequatur inconueniẽs quod petatur illud quod perfecte habetur. igitur debet intelligi quod super eadem bonorum pos. peritur nouum ius,& dicitur eadem respectu indentitatis bonorum, sed ius quod petitur est alia bonorum pos. Non obstat tertium, quia hæreditas est eadem adita & non adita respectu bonorum, tamen propter aditionem additur nouum ius,& primo est ius quærendi,& postea ius quæsitum. Non obstat illud de tutella, quia decretum non interponitur ut efficiatur noua tutella, sed ut cognoscatur an tutor sit persona habilis,& inhabiles reiiciantur, ut no. in d.§.1. Vel dic, quod hoc decretum nõ facit nouam rem uel hæreditatem uel successionem. Sed bene affert nouum ius separatum quod appellatur bonorum possessio decretalis. Non obstat quod decretalis diebus finiri potest, quia exponitur, id est ius petẽdi. ipsa autem finiri non potest, cum nondum competat,& ita debet necessario exponi, ne sibi textus cõtradicat. Non obstat quod non sit nisi una successio, quia uerum est, Sed circa illam successionem sunt duæ bonorum pos. sicut in simili in una hæreditate testatoris est successio de iure ciuili quæ appellatur hæreditas,& successio de iure prætorio quæ appellatur bonor.pos. iure ita pretorio in eadem successione possunt esse duo iura edict. id est ius quærẽdi,& decretalis, id est ius quęsitum. Non obstat quod hodie iudicialis est eadem cũ edictali, quia negatur, nam bonorum pos. iudicialis est acquisitio,& bonorum pos. edictalis est ius quærendi, sicut hæreditas delata & adita. Non obstat quod semp nominetur in numero singulari, quia uere prætor non pollicetur nisi unam,& tantum unam concedit. Sed ex promissione sua nascitur illud ius petendi illud ꝓmissum, unde prætor solum pollicetur decretalem. Sed ex illa pollicitatione nascitur ius petendi successioné decerni, quod appellatur bonorum possessio edictalis. Vel melius, nascitur ius petendi successionem,& ius petendi decretalem. Et ex hoc tollitur aliud, quod imperator utatur singulari uocabulo, quia uere non est nisi una respectu successionis defuncti & bonorum. Sed tamen duo iura separata competunt ad eam consequendam,& si duæ sunt, una quam pollicetur prætor, alia qua utitur ex tali pollicitatione. Sed hæc secunda prima est in executione, quia primo defertur, sicut finis est primus in intentione, ultimus in executione, ex quibus patet articulum esse disputabilem ab utraque parte uolentibus exercere ingenium.

74 Sed† amplectendo ueritatem, puto in effectu ita decidendum. Nam aut consideratur bonorum pos. respectu defuncti & bonorum, id est quod capiatur pro illo iure uniuersali quod repræsentat defunctum, quod etiã appellatur bonorum possessio, quia continet potestatẽ faciendi bonorum possessorem perpetuum.& appellatur dominium utile in iure nostro, & tunc non est nisi una bonorum pos. uera, quia una est successio tantum, & unum est ius uniuersale quod repræsentat personam defuncti. Sed edictalis & decretalis in hac significatione non

ne non sunt bonorum poss. sed sunt quædam iura siue qualitates competentia & competentes ad acquirendum illam successionem. Vnum per quod defertur illa successio, aliud per quod acquiritur. Et in hac significatione non diffinitur in l. 3. §. eo. sed de ea ponitur in l. tertia. in principio. ff. eo. & l. 1. & 2. & l. emancipata, infra eodem. & ita procedunt allegata pro hac parte, Sed tamen in significatione hoc modo sumpta doctor. & Azo. non possunt bene loqui, quia uere edictalis non est bonorum possessio, sed ius quodam circa eã. Aut capitur bonorum possessio habito respectu ad successorem, & tunc necessarium est dicere quod sint duę bonorum possessiones, una quæ appellatur edictalis, quæ nihil aliud est nisi ius quærendi, alia quæ appellatur decretalis, hodie iudicialis, quæ inducit ius quæsitum in re. Et sic erit bonorum possessio simplex, Bonorum possessio edictalis siue delata, & bonorum possessio decretalis, siue agnita. Sicut hæreditas, prout est successio, unica est. l. hæreditas. ff. de regulis iuris. Sed quãdo habetur respectus ad hæredem, est duplex, una quæ appellatur hæreditas delata, idest ius adeundi, alia quę appellatur hæreditas adita, & est ius quęsitum, ut supra plene demonstraui. & nota. in l. is potest. ff. de acquiré. hæredita. Et quia circa hanc successionem sunt diuersa iura, necessarium est quod accipiant diuersa nomina & in proposito illa iura appellantur bonorum possessiones. Et sic patet quod utraque opinio est uera diuersimode considerando. Nam si capiatur successio in abstracto respectu defuncti & prout est subiectum quod acquiritur & datur & petitur, uera est opinio Bulgari. Si uero capiatur respectu successoris, uera est opinio communis, quia in una hæreditate sunt duo iura diuersa quæ appellantur bono. pos.

75 Et simul † coniungendo utranque opinionem, & ultra omnes potes facere nouam cõclusionem & ueram, quod immo triplex est bonorum possessio. Primo est illud corpus uniuersale constitutum a prætore continens iura utilia, & istud est uera bonorum possessio. & ista est quæ petitur, & ista est quæ defertur, & omnia iura quæ dicunt peti bonorum possessionem, & dari bonorum possessionem, & deferri bonorum possessionem, intelliguntur de hoc uniuersali corpore cum iuribus defuncti constituto a prætore. Secunda est bonorum possessio edictalis, quæ est ius petendi concessum a prætore in edicto, & persequendi hoc ius uniuersale quod fuit patrimonium defuncti. Tertio est decretalis, & hodie iudicialis quæ est acquisitio dominii illius iuris uniuersalis dicto. §. decretalis. & l. prima. ff. eodem. Prima diffinitur quod est successio sicut hæreditas. Secunda diffinitur quod est ius persequendi sicut ius adeundi. Tertia diffinitur quod est persecutio seu iudicialis acquisitio sicut aditio. Et isti tres termini unico nomine bonorum pos. appellatur, quamuis in hęreditate acceperunt uaria nomina, ut late dixi in præmissis quæ nota.

76 Quærit † etiam Baldus & Curtius an tempus petendæ bonorum possessio. in ignorante extinguatur per triginta annos sicut hæreditatis aditio. Docto. uidentur tenere quod non. Curtius uero contra. & bene ut hic per eum.
77 Vltimo † quæro an appellatione hæredis ueniat bonorum pos. & dic ut per Bar. in l. 1. § bonorũ. ff. ad trebellianum.

Summaria super lege prima. C. Qui Admitti.

1 IN Hac lege tractatur quomodo acquiratur, ammittatur, uel repudietur utroque iure hæreditas, quando uocati sunt ad successionem existentes in aliena potestate.

2 In hac materia quinque termini reperiuntur in quibus dubitatur an concursus uoluntatis requiratur, scilicet delatio, aditio, repudiatio, scientia, ut incipiat currere tempus, & negligentia ut ammittatur successio.

3 Si serui instituuntur hæredes sine distinctione peculiorum omnis successio acquiritur domino.

4 Quadruplex hæreditas potest deferri filiis famil. castrensis, quasi castrensis, aduentitia, & profectitia, & quomodo cognoscantur, declaratur.

5 Hæreditas castrensis & quasi castrensis in totum acquiritur filio, profectitia in totum acquiritur patri, & aduentitia filio acquiritur respectu proprietatis & patri respectu usus fructus.

6 Hæreditas castrensis ex sola uoluntate filiifam. acquiritur & repudiatur.

7 Hæreditas profectitia neque acquiritur neque ammittitur sine uoluntate & negligentia patris & filii.

8 Bonorum possessio solo filio defertur, solus agnoscit, solus repudiat, si patris ratihabitio sequatur, & solius scientia facit currere tempus, & solius negligentia præiudicat utrique.

9 In aduentitiis duo immutata fuerunt, acquisitionis modus, Et quod recusans priuetur iure suo.

10 In hac materia aduentitiorum ius codicis est triplex. antiquius, antiquum, & nouum.

11 In hac materia octo sunt quæstiones, quattuor in persona filii, & quattuor in persona patris, an inuicem in hæreditate sibi possint præiudicare.

12 Diuiditur nouiter & summatur.

13 Casus figuratur aperiens uiam ad totam materiam.

14 Cognati diuiduntur inter cognatos ex parte patris & ex parte matris, & de quibus in dubio intelligatur.

15 Hæreditas uel bonorum possessio cui deferatur discutitur.

16 Hæreditas defertur utrique patri & filio & domino & seruo.

17 Bonor. poss. defertur soli filio & non transit in patrem.

18 Bonorum possessio defertur seruo & transit in dominum.

19 Solus seruus non potest petere bonorum possessionem nomine suo sed debet petere nomine utriusque.

20 Quæ bonorum possessio deferatur discutitur, & concluditur quod nec edictalis nec decretalis, sed ius uniuersale defertur.

21 Triplex est bonorum possessio, edictalis, decretalis, & ius uniuersale delatum.

22 Hæreditas quando dicatur delata.

23 Hæreditas proprie est delata infanti & ignoranti sed non furioso.

24 Statutum faciens mentionem de hæreditate delata comprehendit hæreditatem delatam infanti & ignoranti.

25 Bonorum possessio defertur filio ignorante patre, & etiam incipit currere tempus, & non debet præcedere iussus, secus in seruo.

26 Bonorum possessionis agnitio facta per filium annullatur in totum patre non ratificante.

27 Quare filius non remaneat obligatus creditoribus patre non ratificante, referuntur & reprobantur multæ rationes doctor.

28 Refertur opinio Decii, quod filius remaneat obligatus, & reprehenditur.

29 Noua ratio assignatur apparens omnibus quare non obligetur filius non secuta ratificatione.

30 Filius & seruus an patri uel domino inuito acquirant, discutitur.

31 *Noua & magistralis distinctio traditur, quando nobis inuitis per alium acquiratur.*
32 *Dictio, etiam, implicat casum minus dubitabilem, & explicat magis dubitabilem.*
33 *Intellectus ad textum quomodo exponatur dictio, etiam, & quas qualitates implicet,*
34 *Bonorum possessio delata filio fa. ammittitur transacto tempore ignorante patre.*
35 *Bonorum possessio agnita per filium ammittitur transacto tempore si non fuit ratificata.*
36 *Repudiatio tacita plus potest quam expressa, & de ratione.*
37 *Intellectus ad glosam in l prima. §. sed uidendum. ff. de successorio edicto.*
38 *Repudiatio relata ad bona trahitur ad ius futurum, & limitatur l.1.C. de pact.*
39 *Epilogatio quando pater uel filius dominus & seruus de iure antiquo inuicem possent sibi praeiudicare in haereditate.*
40 *Tacita repudiatio filii an hodie praeiudicet patri in aduentitiis, latissime discutitur.*
41 *Defenditur communis opinio, quod tacita repudiatio filii etiam hodie in aduentitiis praeiudicet patri, nouis fundamentis.*
42 *Intellectus ad l. fi. §. 2. inf. de bon. quae liber. & constituuntur quattuor casus separati.*
43 *Filius malitiose permittens currere tempus an praeiudicet patri in repudiatione. & nu. 80.*
44 *Restitutio in integrum an detur patri aduersus cursum temporis factum eo ignorante si filius mortuus est.*
45 *Pater repudiando an saltem sibi soli praeiudicet.*
46 *In quibus casibus exemplificari posit lex ista de bono. poss. delata filio.*
47 *Declaratio ad glo. in uerbo ignorante. & eius contraria nouiter resoluuntur.*
48 *Filius an hodie posit stare in iudicio sine consensu patris, in iudicio extraordinario.*
49 *Filius an generaliter posit stare in iudicio sine consensu patris.*
50 *Bona materna an iure digestorum acquirerentur filio, late discutitur.*
51 *Nouus intellectus ad legem qui in aliena. ff. de acquirenda haereditate.*
52 *Bona materna in totum acquisita fuerunt patri usq; ad tempora Constantini, & nouiter declaratur lex si filius. ff. de inoff. testam. & l. pe. ff. ad tertul.*
53 *Pater potest ratificare tacite & expresse bonorum possessionem petitam a filio.*
54 *Pater faciens actum qui citra ius & nomen haeredis fieri nō potest uidetur ratificare.*
55 *Si pater possedit diu bona haereditaria praesumitur ratihabitio.*
56 *Si pater diu possedit haereditatem an praesumatur iussus.*
57 *Agnitio filii & ratihabitio an praesumatur ex longa possessione.*
58 *Mandatum an praesumatur ex cursu longi temporis.*
59 *Lex bonorum. ff. rem ratam hab. limitatur multis modis.*
60 *Filius an hodie posit agnoscere bonorum possessionem ignorante patre, late discutitur, & resoluuntur fundamenta utriusq; partis.*
61 *Filius hodie non potest adire & agnoscere haereditatem aduentitiam patre requisito & recusante.*
62 *Filius hodie non potest adire nec agnoscere haereditatem aduētitiam patre negligente.*
63 *Filius hodie non potest adire nec agnoscere haereditatem aduentitiam patre expresse repudiante.*
64 *Filius hodie non potest adire nec agnoscere efficaciter patre ignorante, sed debet in omnibus casibus requirere patrem, & constituere cum in contumatia recusationis.*
65 *Lex finalis de bonis quae liberis. loquitur etiam in bonorum possessione.*
66 *Filius in potestate potest succedere ex triplici capite, & ex quocunque capite habet annum.*
67 *Filius ex quocunque capite succedat an succedat cum qualitate filiationis.*
68 *Filius ex quocunque capite ueniat praefertur omnibus agnatis & cognatis, & admittitur simul cum fratribus.*
69 *Filius ex quocunque capite ueniat tenetur conferre, & detrahit duas quartas.*
70 *Filius ex quocunque capite ueniat non potest usucapere pro haerede.*
71 *Filius an posit succedere tanquam agnatus in feudis, & habeat praerogatiuas agnatorum.*
72 *Filio an hodie incipiat currere tempus si non potuit patrem certiorare.*
73 *In profectitiis an hodie sit immutatum, latissime discutitur, & defenditur communis opinio.*
74 *Bonorum possessio edictalis non ammittitur, sed finitur. Ius uniuersale ammittitur per cursum temporis, quamuis aliter dicant doct.*
75 *Referuntur & reprahenduntur omnes rationes quare in haereditate debet praecedere iussus, & bonor. pos. sufficiat sequi ratihabitio.*
76 *Tres rationes assignantur, una fundata in naturali aequitate alia in apicibus iuris, & alia in uarietate temporis.*
77 *Solemnitas in bono. poss. sublata fuit per l. fi. inf. eodem. solemnitas actionum sublata fuit per leg. primam. supra de form. subla.*
78 *Bono. poss. iuris in quo distinguatur a possessione facti.*
79 *Scientia patris quando praeiudicet uel profit filio impedito adire.*
80 *Tacita repudiatio & expressa repudiatio & negligentia uel ignorantia filii uel malitiosa dilatio quando praeiudicet patri, breuiter epilogatur.*
81 *Repudiatio patris tacita uel expressa negligentia & ignorantia eius quando praeiudicet filio, breuiter epilogatur.*
82 *Iura antiqua non corriguntur in hac materia nisi quando facta est requisitio, & ad requisitionem filii pater recusauit & e contrario.*

Repetitio l.1. C. Qui Admitti.

1 IN Hac lege† tractatur quomodo acquiratur, & expresse repudietur, & ammittatur per lapsum temporis bonorum possessio, ubicunq; uocatur ad successionē filiusfamilias uel alius existens in aliena potestate, & quomodo pater & filius uel dominus, & seruus in ea acquirenda uel ammittenda possint sibi inuicem praeiudicare, & in cōsequentiam etiam doctores tractant quomodo acquiratur, repudietur, uel ammittatur haereditas ubicunque existens in aliena potestate uocatus est ad successionem de iure ciuili, & quomodo pater & filius & seruus & dominus possint inuicem sibi praeiudicare. Et ideo haec lex redditur practicabilis quotidiana & utilissima cum in ea examinentur omnes casus qui possunt accidere circa modum acquirendi uel amittendi successionem ciuilē uel praetoriam ad quam uocati sunt existētes in aliena potestate. Materia autem in se subtilis est & difficilis & confuse tractatur, & difficultas causatur, quia ad talem acquisitionem uel ammisionem cōcurrunt duae personae de quarum praeiudicio tractatur, quae secundum naturam habent diuersas uoluntates, & corpora, & iure ciuili pro una reputantur, scilicet persona uocati, & persona illius qui habet uocatum in potestate cui emolumentum acquirendum est in totum uel in parte.

2 Item† ad eam inducendam interuenire debent quinque actus diuersi qui sunt separatim considerandi & distinguēdi, scilicet delatio successionis, actus acquisitionis, & uoluntas, & actus repudiationis, & uoluntas, Itē scientia per quam incipiat currere tempus, & negligentia in acquirendo per quam ammittatur successio. in quibus

quibus omnibus actibus & uoluntas persona utriusque considerari necesse sit propter interesse utriusque, ac sæpe eueniat quod inuicem discordant, & unus delationem sciat & alter ignoret, ac etiam alio modo acquiratur successio ciuilis & alio modo prætoria. Quæ tamen non bene explicantur per doctores nec distinguũtur, & propterea resolutio clara ex dictis doctorũ non bene percipi potest. Sed separando seruos a filiisfamil. & successionem ciuilem a prætoria, ac etiam distinguẽdo illos quinque actus, & concordiam & discordiam personarum in eis, materia efficietur clara facilis & utilissima.

Et ideo ad eius euidentiam duo principaliter sunt premittenda. Primo, quando acquiratur hæreditas uel bonorum possessio per illos quos habemus in potestate quando uocantur ad successionem. Secundo quæ requirantur ad ammissionem acquisitionem & repudiationem inducendam tam quando concordant quã etiã

3 quando discordant. †Circa primum distinguendum est inter seruos & filiosfam. nam si serui instituantur hæredes, quia nullo alio modo possunt uocari ad successionem nisi per dispositionem testamentariam, & tunc regula est generalis quod omnia iura defuncti & commoda & incommoda acquiruntur domino suo ex quacunque causa sit institutus uel uocatus, siue sit propter castra, siue propter scientiam, siue prosperam fortunã, uel propter contemplationem domini, siue sit uocatus de iure prætorio, quia cum seruus nihil quod sit suum habere possit totum acquiritur domino. §. primo. inst. de iis qui sunt sui uel alieni iur. & l. 1. ff. eod. titulo. & ibi glo. in uerbo quodcunque. & l. acquiritur. §. adeo. ff. de acquir. rerum domi. & §. item uobis. inst. per quas pers. nob. acquir.

4 In filiis†uero familias multipliciter distinguitur, nã cum ipsi possint habere quadruplex peculium, scilicet castrense, quasi castrense, aduentitium, & profectitiũ, ut nota. in §. primo. insti. per quas personas nob. acqui. & in l. cum oportet. inf. de bonis quæ liberis. Ita etiam successio potest ei dari ex quadruplici causa, scilicet castrensi, quasi castrensi, aduentitia, & profectitia, & uariis modis acquiri, ut probatur in l. cum non solum. infra de bon. quæ liberis. in principio. coniuncto. §. primo. & §. similique modo. Nam si instituatur filius ab amico acquisito in castris, uel a milite existente in castris, uel a suo consanguineo ut faceret expensas militares, appellabitur successio castrensis. d. §. similique modo. & ibi no. Si uero instituatur a clientulo suo quem defensauit cum aduocatione sua uel scientia sua, & illa appellabitur successio quasi castrensis. arg. l. fi. supra de inoff. testam. Si uero instituatur ab amico simpliciter, uel succedat consanguineis suis ex testamento uel ab intestato, & tunc appellatur aduentitia successio ex ꝓspera fortuna proueniens. de qua in d. l. cum oportet. & l. fi. inf. de bonis quæ liber. & per glos. primam hic, ubi nota. per omnes. Si uero instituatur hæres ab amico patris, uel succedat ex testamento uel ab intestato consanguineis patris arrogatoris, & tunc dicitur hæreditas profectitia. l. sed & si plures. §. in arrogato. & ibi nota. ff. de uulgari & pupillari. & per Bartolum infra colum. 2.

5 Et sicut†ad exemplum peculiorum successio nominari potest, eodem modo ad eorum exemplum acquiritur postea illis qui habent uocatos in potestate. Nam si est hæreditas castrensis, uel quasi castrensis, tota acquiritur filiofamil. sine aliqua diminutione & consideratione patris, quia in castrensibus filius reputatur tanquam pater fami. l. 2. ff. ad macedo. & l. 1. §. nec castrense. ff. de colla. bono. & d. l. fi. sup. de inoff. testam. Sed si uult repudiare, tunc procedit quod dicitur in l. prima. §. similique modo. inf. de bon. quæ lib. Si uero est hæreditas aduentitia, tunc in totum antiquitus acquirebatur patri, sed primo per Constantinum in bonis maternis, postea per Archadium in bonis ex linea materna, & postea per Theodosium in lucris nuptialibus, & postea generaliter per Iustinianum in alii successionibus dispositum fuit quod proprietas acquiratur tãtum filio & usus fructus omnium iurium acquiratur patri. l. prima. inf. de bonis mater. & l. cum oportet. inf. de bonis quæ liberi. Et hoc quando sunt concordes. ut in l. fina. §. ubi autem in unum. infra de bonis quæ lib. Sed si sunt discordes, tunc inductum fuit quod ille qui desiderat acceptare successionem requirat alium ut concurrat ad acquisitionem, & si ille recusat, tunc totum ius consolidatur in uolente acquirere, & solus succedit, & alter recusans in totum priuatur, & habetur ac si ille solus uocaretur. l. fi. in principio. & §. primo. infra de bonis quæ liber. Si uero est successio profectitia ex causa seu contemplatione patris delata, & tunc totum emolumentum acquiritur patri, & omnia iura & commoda & incommoda transeunt in patrem propter patriã potestatem. l. 1. ff. si quis a parent. fuer. manumissi. & le. more. §. impubes. ff. de acqui. hær. & l. cum filiofam. ff. de leg. primo. l. qui liberis. §. hæc uerba ff. de uulga. & pupilla. & l. acquiritur. §. adeo. ff. de acquirẽ. rerum dominio. intantum quod nec momento apud eum remanet. d. §. impubes. & l. placet. ff. de acquir. hær. ut hic dicit Barto. in principio. Qui allegauit. d. l. placet ad istũ effectum. & d. l. 1. si quis a parente. ad probandum quod ei acquiritur, & simul iunctæ probant opinionem Bar. perfecte. Et uerbum, emolumentum, positum in d. l. 1. significat proprietatem, quia dicit facultatem quærendorum bonorum, & de uerbo, emolumentum, est tex. in. l. bonorum. inf. eo. & l. cum pater. §. surdo. ff. de leg. 2. & in authentic. de mandat. princi. §. quod si delinquẽtes. & ideo totum dominium acquiritur cum facultate disponendi, sicut & in lege nostra intelligitur, licet aliqui studio tantum contradicendi aliter somniauerint, & quod etiam hodie in istis in totum acquiratur patri, nec sit immutatum, tenuit glo. in l. fi. in princ. ff. quis ordo. & inf. comprobabo post Bar. hic colu. 2. & communiter docto.

6 Circa†secundum, quomodo acquiratur uel ammittatur ista successio, adhuc etiam est distinguendum, nã si est successio ex causa castrensi uel quasi castrensi, tũc facilis est determinatio, quia in ea seruãtur omnia quæ seruantur in patribus famil. excepto casu posito. l. fi. §. simili que modo. inf. de bonis quæ lib. Et ideo ipsi soli defertur seccesio, ipse solus potest adire uel petere bonorum possessionem, ipse solus potest repudiare quantum ad sui damnum, & scientia illius solius facit currere tempus, & eius solius negligentia facit ammitti successionem, sicut in omnibus aliis patribustam. argu. legis 2. ff. ad maced. & l. 1. §. nec castrense. ff. de coll. bonorum.

7 Sed†si defertur successio ex causa profectitia, & tũc filiusfa. æquiparatur seruo, & ideo quidquid dicemus de filiofam. habebit locum etiam in seruo ex quacunq; causa instituto, quia æqualiter patri uel domino totũ ius acquiritur eis, & omnia commoda & incommoda ad eos transeunt. d. l. placet. cum materia. ff. de acquir. hær. Sed quantum ad modum acquirendi. distinguendum est inter hæreditatem & bonorum possessionem idest successionem prætoriam, uel ciuilem. Nam si existentes in aliena potestate uocantur ad successionem ciuilem, tunc hæreditas utrique simul defertur, non autem patri uel domino soli, nec filio uel seruo soli, sed simul utrique, quia in hac causa reputantur pro uno. §. ei uero. insti. de inuti. stipul, & l. fi. C. de insti. & substi. ut dicam infra in primo notabili ultra alios. Similiter utriusque actus & uoluntas requiritur ut pater uel dominus iubeat. l. qui in aliena. §. iussum. de acquir. hær. & acceptatio cum uoluntate filii. d. l. qui in aliena. §. fi. & l. cum proponas. inf. de hær. inst. Similiter ad repudiandum hæreditatem requiritur uoluntas utriusque l. is q hære. s

hæres.§.fi.ff.de acq.hær.& l.renitente.inf.de iur.delib. & l.fi.inf.de repud.hær. Item ad hoc ut currat tempus adeundi requiritur scientia utriusq;& negligentia utriusque in ammittendo, cum nullus solus posit adire, nec etiam negligentia solius & scientia debet præiudicare.arg.l.1.§.fi.inf.de annali exceptio.Et si filius sciret sibi delatam & negligeret petere per.30.annos, nō præiudicaretur sibi,quin post mortem patris posset adire.per d.l.1.§.fi.de anna.exce.quia ipse solus nō posset adire etiam uolens,secus in aliis,ut no.in l.licet.infra de iure delib.nec scientia solius patris præiudicaret sibi ignoranti.Sed tamen utroque sciente contumatia unius præiudicare potest in acquirendo utriq;, cū nullus sine altero posit acquirere actualiter.argu.l. filiusfa.2.ff.de acq.hær.ibi,nihil actum est.& arg.l.inde Neratius.ff.ad l.acq.& l.3.& l.quemadmodum.ff.de acquir.possess.

8 Sed† si uocantur ad successionem prætoriam, maior potestas attribuitur istis uocatis, quia prætor secutus est magis naturales progressus quam apices iuris ciuilis,& secundum naturam apparet quod persona patris & filii sunt diuersæ,& sic quod ipsa uocatio est fundata in persona ipsius uocati,& ideo disposuit quod bonorum possessio deferatur soli filio, & quod solus filius posit petere & agnoscere bonorum possess. etiam ignorante patre.Sed quod non habeat effectum postea nisi ipse pater ratificauerit,ne ignorans & inuitus ipse obligetur hæreditariis oneribus.l.qui in aliena. ff. de acq.hær.& l.acquiritur.§.adeo.ff.de acquir. rerum do. Sed tamen ipse actus petitionis & agnitionis ignorante patre stat in persona filii,quia patria potestas nō est ita potens ad inhabilitandum filium de iure prætorio sicut de iure ciuili,nec inducit tantam unionem inter filium & patrem,& ideo sufficit ratihaditio propter p̄iudicium patris in obligando.Et eadem ratione uoluit prætor quod scientia solius filii & negligentia præiudicet patri in ammittendo bonorum possessionem si potuerit certiorare patrem,ut notabiliter determinat hic textus cum distinctione posita in l. fi. in princip.ff. quis ordo in bonorum poss.seru.Et econtrario uoluit quod scientia patris non præiudicet filio in cursu temporis,ut dicit notabilis tex.in l.circa tempora. ff. quis ordo in bonorum poss.seru.quia scientia alterius nemini debet nocere.l.iniquissimum.ff.de iur. & facti ign. Et quod scientia illius in cuius persona actus est fundatus præiudicet,faciunt no.in l.sæpe.ff. de re iudi. & qd dicitur de procuratore effecto domino litis in l.1. §. si procurator.& ibi Cagnol.late post Iasonem. ff. siquis iusdic.non obtem.Et ideo iste tex.in uer.cum ignorāte quoque patre.ad demonstrandum quod sola scientia filii & negligentia præiudicat patri in ammittēdo, assignat rationem,quia solus filius ignorante patre petere potest,Nec ad ammissionem requiritur ratihabitio,sicut requiritur in acquisitione,quia cum ammissione concurrit cursus temporis qui inducit præscriptio. l.per istum tex.quem in hoc semper allegant doct.inferentes quod repudiatio tacita plus operatur quam expressa,quia habet annexam præscriptionem l.Et hæc in profectitiis & aduentitiis de iure antiquo.

9 Sed de†iure nouo in aduentitiis successionibus aliqua ut dictum fuit immutata fuerunt.Nam primo Constantinus disposuit quod in bonis maternis proprietas acquiratur filio & usufructus patri.l.1.inf.de bon.mater.& postea per Archadium fuit extensum ad bona p̄uenientia ex linea materna,& per Theodosium extensum fuit ad lucra nuptialia.l.2.& 3. infra de bonis maternis.Postea per Iustinianum generaliter fuit disposi-tum quod omnia bona aduētitia acquirantur filio quātum ad proprietatem, & usufructus & administratio sit patris.l.cum oportet.infra de bonis quæ liberis. Et etiam data fuit licentia patri renunciandi usumfructū, & quod possint relinqui cum conditione ut non acquiratur patri etiam quātum ad usumfructum, ut in auth. excipitur.infra de bonis quæ liberis. Rursus cum adhuc remanerent discordiæ inter patrem & filium, uolente uno adire,& alio repudiare,& econtrario,Nouiter in l.cum non solum. de bon. quæ liber. dispositum fuit quod discordātibus patre & filio,si filius desiderat adire,& pater recusauerit,quod omne ius patris transfundatur in filium,& ipse solus posit adire & repudiare ac si non esset in potestate.Et econtrario si pater desiderat adire & filius repudiare,quod si filius requisitus recusauerit quod omne ius filii transfundatur in patrē ut ipse solus posit adire & repudiare tacite uel expresse perinde ac si esset solus institutus, & eis postea conuenientibus in unum reseruauit communionē positam in d.l.cum oportet.d.l.final.in principio.& §. primo. & §.similique modo.& §.ubi autem.Quæ omnia habēt locum etiam in bonorum possessione, ut infra concludunt communiter doctores. Et patet expresse, quia quæstionem generalem ponit in bonis acquirendis p̄ filium patri, & non in hæreditate. Et quamuis postea ponat exemplum de hæreditate,non bonorū possessione,tamen exempla non restringunt regulam. l.e. damni infecti quidam.ff.de damno infecto.& §.hactenus. inst.de grad.& facit d.l.fi.§.penultim.qui Incipit quæ omnia.

10 Propter† quas uarietates effectum fuit quod in hac materia ius codicis sit triplex,siue in codice in hac materia fuerunt tria tempora,ius codicis antiquum,quod concordat cum iure digestorum & durat usque ad tempora Constantini.Vnde omnes leges codicis quæ fuerunt ante Constantinum sunt de iure codicis antiquo in hac materia,inter quas enumeratur lex nostra quæ fuit Seueri,& fuit per ducentum annos & plus ante Cōstantinum,& per trecentum ante Iustinianum,& concordat hæc lex cum iure digestorum,& omnibus legibus positis in digestis.Postea fuit ius nouum, quod incepit a Constantino, & durauit usque ad tempora Iustiniani,in quo tempore fuerunt illæ leges quæ ponuntur in titulo de bonis maternis,& in titulo de bon.quę liberis,usque ad legem cum oportet.eodem tit.Et istæ leges discordant a iure digestorum & iure codicis antiquo in bonis maternis,& per lineam maternam,& lucris nuptialibus,& in aliis concordant cum iure digestorum & codicis antiquo.Tertio loco fuit tempus Iustinia.qui corrigit ius digestorum,ius codicis antiquū, & ius Constantini saltem ampliando,& quando doctores & glosæ dicunt hodie secus est, intelligunt de iure codicis Iustiniani,quod corrigit leges factas in d.trib. temporibus.Et quamuis hæc.l.sit posita in codice, tamen intelligunt quæstionem de ea an sit correcta simul cum iure digestorum.

11 Et † ex istis uarietatibus succedunt octo principales difficultates in quibus doct.fuerunt uarii, Quarū quattuor contingunt in filio,& quattuor in patre, In filio, an recusatio filii facta ad requisitionem patris,item an repudiatio expressa filij facta ignorante patre,item an tacita repudiatio filij facta propter negligentiam,& an ignorantia solius filij præiudicet patri in totum.Et in persona patris sunt similiter quattuor quæstiones.s.an recusatio patris facta ad requisitionem filij, & an expressa repudiatio patris facta ignorante filio uel negligentia patris,uel ignorantia præiudicet filio, quæ oēs separatim explicātur inf. Et primo,an recusatio expressa filij pręiudicet patri requirenti,in ea omnes concordant quod non præiudicat,sed prodest, quia solus pōt adire & agnoscere.d.l.fina.in §.primo.& §.similiq;modo.infra de bonis quæ liberis. Secundo an ignorantia filii præiudicet patri, & in hoc etiam oēs concordant q̄ non præiudicet,quia non currit ei tempus.l.1. ff. de iur.& fac.ignorant.& d.l.fin. ff.quis ordo.Et in tertia, an hodie scientia & negligentia filii præiudicet patri ignoranti in ommittendo, & sic an hæc lex corrigatur

* in principali decisione, communiter doctores concludunt quod non corrigitur, sed remanet in suo casu intacta, ut dicit Barto. in final. uerb. & ego posui post alios in quinto notabili. licet Decius & aliqui moderni teneant cõtra. Sed oportet quod si pater uult euitare istã ammissionem & repudiationem, requirat filium postquam sciuit, & si ille recuset, poterit postea ipse solus omnia peragere, & si ignorauit ex iusta causa, uel malitiose se gessit filius, ex equitate poterit petere se restitui in integrum ad potestatem adeundi ut infr. dicetur. Quarta autem in dubitatione, an repudiatio expressa filii p̃iudicet patri, hodie communis conclusio est omnium
* quod non. Cum lex fina. de bonis quæ liberis. ueniat di minuendo & limitando potestatem repudiandi & præ iudicandi alteri propter contumatiam & requisitionẽ. Sed ego reprobaui, quia expressa repudiatio non est recusatio, & in ea nihil est hodie mutatum ut dixi in dic. quinto notabili.

Similiter ex parte patris examinatur quattuor difficultates, licet inordinate, Et prima, an hodie scientia & negligentia patris præiudicet filio in non certiorando eum ut acceptet, & in hoc etiam omnes conueniunt q̃d nec olim nec hodie præiudicat. l. circa tempora. ff. quis ordo. & l. 1. ff. de bono. poss. infanti uel furioso. Quia cum ius adeundi sit principaliter fundatum in filio, tẽpora non incipiunt currere nisi ab eius scientia. d. l. circa. & l. 1. & l. iniquissimum. ff. de iur. & fact. ignor. Sed an præiudicet filio scienti negligendo iubere adire, uel negligendo ratificare, uariant similiter doct. & concludunt quod non, sed ego inf. tenebo contrarium in d. 5. notab. in fine.

Secũda ponitur difficultas, an hodie filius per dispositionem. d. l. fi. reintegretur in potestate acquirendi, ut ipse solus sine patre possit efficaciter adire sine iussu, uel agnoscere sine ratificatione patre cõtradicente. Et
* in hoc communiter concludunt docto. quod ipse solus potest omnia peragere, si quidem patrem requisiuit, & ille recusauit, quia in iis terminis loquitur. d. l. fi. Et ego comprobabo, quia l. fi. loquitur solum quando interuenit recusatio ad requisitionem filii,

Ideo tertia est difficultas an filius solus possit adire sine iussu, & agnoscere sine ratificatiõe quãdo pater nõ uult ratificare permittendo labi tempora. Et gl. in uersi. ignorante. & Bar. nu. 10. & 11. & ibi Alex. & doct. determinant quod filius solus habeat plenam potestatem acquirendi, quia illa negligentia patris est quædam repudiatio seu recusatio. Sed ego ibi tenebo contrarium quod immo etiam hodie illa negligentia patris præiudicet filio, quia est tacita non expressa repudiatio, & imputetur filio qui nõ requisiuit patrem ut ratificaret, uel iuberet, & constitueret eum in contumatia, ut latius dixi in 5. notab. & sup. gl. in uer. ratam.

Quarta succedit difficultas, an filius solus hodie possit adire uel agnoscere efficaciter ignorante patre. Et glo. in uerbo ratam. quam etiam sequuntur communi-
* ter docto. tenet quod sic, quia filius habet plenum ius acquirendi per dictam l. finalem. Sed Angelus & multi moderni tenent contrarium, quos ego sequor sup. dic. glo. in uer. ratam. quod immo solus non possit acquirere, quia non tenet argumentatio, potest inuito patre uel recusante acquirere ergo eo ignorante, cum militet diuersa ratio, sed est opus quod certioret patrem & requirat eũ, & constituat eum in contumatia, alioquin ipse non acquiret, & lapsu temporis excludetur. Et ita in effectu concludam, quod hæc lex remanet incorrecta in omnibus terminis suis quando discordia inter patrem & filium non est deducta ad conflictum. Solum enim tota hæc materia correcta fuit quando discordia deducta est ad conflictũ per requisitionem, & apparet de recusatione sequta per uerbum uel factum iux. l. recusare. ff. ad treb. & l. recusari. ff. de acqu. hær. quamuis doct. uelint quod in aduentitiis indistincte solus filius acquirere & agnoscere possit hæreditatem, & habeat integram personam in eis sine patris consensu.

Sed quia iste immutationes fuerunt de iure nouo, & solum in certis casibus correxerunt ius codicis, oportet ut prius sciamus quod iure codicis antiquo erat dispositum, ut postea facilius cognosci possit quid fuerit mutatum, & quid remãsit incorrectum, ideo iis permissis deuenio ad legem.
12 †Quæ non diuiditur in uerbis cũ sub uno contractu uerborum sit facta. Tamen in sensu diuiditur in duas partes. in prima quæ ponitur in principio & perficitur in finalibus uerbis, deciditur quod per solam scientiam & negligentiam filii ammittitur bonorum possessio transacto tempore ignorante patre peti potest. Secunda incipit ibi, cum ignorante, & du rat usque ad uerbum ammittitur. Prima diuiditur in duas, nam primo dicit quod soli filiofamilias defertur bonorum possessio ignorante patre, in secunda dicit, quod ex sola negligentia filii ammittitur. Secunda ibi ammittitur. Item secunda subdiuiditur in duas. in prima dicit quod ignorante patre potest peti bono. poss. in secunda dicit quod requiritur ratihabitio patris ad hoc ut acquiratur emolumentum patri ex petitione facta a filio ignorante eo. Secunda est ibi, emolumentũ. Et sic in effectu hæc lex ponit quinque notabilia dicta. Primo quod filio defertur bonorum possessio ignorãte patre. Secundo quod ex sola scientia filii incipit currere tẽpus ignorãte patre, ut possit peti & possit ammitti, quod non esset si tempus non inciperet currere. Tertio dicitur quod filiusf. potest petere bon. pos. ignorante patre. Quarto quod pater non acquirit emolumentũ nisi ratam habeat petitionem. Quinto quod ignorante patre uel sciente ex sola negligentia filii ammittitur. Nec hæc prasis ita congesta fuit sine ratione, quia uerbum, ammittitur, in fine positum determinat duo, scilicet quod amittatur sciente patre, & ratum non habente, ac etiam eo ignorante. Et quia cum magna breuitate & artificio facta fuit, non potest breuius summari, sed potius sumando per alia uerba minus culta declaratur. Tamen, p̃ more Bar. ita summat, Filius ignorante patre potest bonorum possessio. sibi delatam agnoscere, cuius commodum patri postea ratificanti acquiritur, alias ammittitur cursu temporis. Vel aliter p̃ sciẽtiam & negligentiam filij ammittitur bonorum possessio delata ignorante patre, quia & peti eo ignorante potest alatura commodum per ratihabitionem sequentem, qua non sequuta annullatur, & ammittitur cursu temporis.

13 Casus †ita breuiter fingi potest. Cum filiusfamilias fuisset institutus hæres in testamento septem signis signato, uel esset uocatus ab intestato ad successionem prætoriam alicuius cognati sui ex linea materna, dubitans ne hæreditas esset damnosa, & quod pater non cõsentiret, & ipse faceret expensas inutiles in accedendo ad pręsidem prouincię pro petitione expectauit aduẽtum patris, qui tantum remoratus fuit quod transiuit tempus centum dierum uel anni datum ad agnoscendam bonorum pos. Superuenit pater, qui facta diligenti perquisitione inuenit eam lucrosam, & ideo iussit q̃ filius cum eius consensu peteret. Comparuerunt contradictores sequentes in gradu qui negauerunt concedendam esse bonorum possessio. decretalem quia lapsum erat tempus, & eis delata erat ex successiorio edicto. Replicabat pater quod immo adhuc non erat lapsum, quia tempus est utile, & non currit ignoranti, & ipse dicebat se ignorasse propter absentiam, nec scientiam filii potuisset sibi præiudicare. Duplicabant cõtra dictores, quod immo ex sola scientia filii incepit currere tempus, & per eius negligentiam potuit ammitti.

Fuit ergo quæsitum an sola scientia filii & negligentia potuerit patri præiudicare. Et dubium faciebat pro parte patris, quia propter patriam potestatem inducta fuit una communio in iure successionis datæ inter patrem

trem & filium, ut perinde sit ac si ipse pater uocatus fuisset, & ei fideicommitti potest. l. cum filiofam. ff. de lega. 1. & ideo uidebatur quod persona patris esset spectãda tanquam sua esset succesio, quia res dicitur esse eius ad cuius commodum spectat. l. 1. §. biduum. ff. de appella. Secundo faciebat, quia hæreditas non dicitur delata soli filio, sed patri per filium. l. 1. §. per seruum. ff. de succe. edict. Ergo tempus non potuit currere nisi a die scientiæ patris cui est delata. l. 2. ff. quis ordo in bon. poss. ser ue. Tertio facit, quia filius solus non potest acquirere, sed debet præcedere iussus. l. qui in aliena. §. iussum. ff. de acq. her. Ergo ei non potuit currere tempus, quia nõ nolenti agere non currit præscriptio. l. 1. §. fi. inf. de an na. excep. Quarto facit, quia solus filius non potest repudiare l. is qui hæres. §. fi. ff. de acqu. hær. & sic non potest præiudicare in expressa repudiatione, ergo etiam uidetur quod minus possit præiudicare in tacita repudiatione. Quinto facit tex. in l. fi. ff. quis ordo in bonor. possess. seru. in princ. ubi dicitur quod filius debet certiorare patrem. Sexto facit lex iniquissimum. ff. de iuris & fact. ignora. ubi dicitur iniquissimum esse scientiam unius nocere alteri uel ignorantiam, ergo sciẽtia filii non debet nocere patri. Septimo facit l. circa tempora. quæ dicit quod scientia patris non debet nocere filio circa tempora bono. poss. Octauo facit lex fina. in princ. inf. de bonor. quæ liber. quæ uult quod pertinatia filii non possit nocere patri quin acquirat successionem, ergo tanto minus eius negligentia, quia fortius est delictum in committendo quam ommittendo. l. e. si mora. sol. matr. Nono facit tex. in d. l. fi. §. similiq; modo. ubi in castrensibus in quibus filius habet plenũ ius non potest præiudicare patri, ergo tanto minus in profectitiis uel aduentitiis in quibus patri acquiritur emolumentum hæreditatis in totum uel in parte.

His tamen non obstantibus contrarium determinatur in hac lege, quod immo ex sola scientia & negligentia filii ignorante patre ammittatur bonorum possess. Et ratio decidendi ponitur in textu, quia bonorum possessio defertur a iure prætorio soli filio etiam ignorante patre, & potest peti etiam ignorante patre, dummodo pater postea ratam habeat petitionem ut sibi acquirat emolumentum. Ergo cum soli filio deferatur, & solus filius ignorante patre possit petere, sequitur quod etiam ignorante patre uel ratum non habente ammitti possit ex cursu temporis. Et ratio rationis est, quia uocatio fundatur in solo filio, & patria potestas non habet tantam uirtutem de iure prætorio ut habilitet personam filii ut non possit in eo fundari delatio & potestas petendi etiam ignorante patre, cum secundum naturã persona filii sit separata a persona patris, & prætor multum sequutus fuit naturalem æquitatem. l. sed quum patrono. §. 1. ff. eo. & l. 1. ff. unde cogna. & §. 1. inst. de success. cogn. Non obstant contraria, & primo quod propter patriam potestatem successio est effecta patris, quia illud est uerum quantum ad emolumentum, sed non quantum ad ipsam acquisitionem in qua consideratur persona filii. l. qui in aliena. §. finali. ff. de acquir. hæreditate. & l. cum proponas. cum glo. infra de hære. inst. & l. proinde. ff. ad leg. aquil. Et hæc petitio & potestas petendi consistit in persona uocati, & sufficit quod per ratihabitionem possit acquirere emolumentum, & sine ratihabitione non possit obligari. Non obst. quod hæreditas non defertur soli filio, quia hoc negatur in hoc tex. in bonorum possessione quæ est de iure prætorio, & magis consideratur persona filii naturaliter. Itẽ intelligitur quod non est delata quantum ad effectum obligandi patrem inuitum, sed tamen bene dicitur delata quantum ad potestatem petendi eam. Non obstat quod solus filius non possit adire, quia illud procedit in successione delata de iure ciuili, secundum quod patria potestas magis inhabilitat filium in iis quæ afferũt præiudicium patri, & requiritur iussus, secus de iure prętorio quod magis considerat naturalem separationem inter patrem & filium, & non admisit patriam potestatem ita inhabilitare filium, & maxime quia tribuit possessionem iurium utilium tantum, & etiam magis curauit ut citius prouideatur creditoribus, iuxta legem primam. ff. de successio. edicto. Non obstat quod solus filius non possit repudiare, quia illud procedit in repudiatione expressa quæ nemini nocet quin pœnitentia ducti de nouo non possint adire, sed hic loquimur de repudiatione tacita quæ fit per cursum temporis, quæ potentior est, quia cum ea concurrit pręscriptio legis, ut infra dicemus per istum textum. Non obstat lex finali. ff. quis ordo. quia ille textus non contradicit, sed determinat istam legem, cum distinguat an filius potuerit certiorare patrem, & si potuit certiore, quod tunc filio incipiat currere tempus, & præiudicet patri, quia præteritis centum diebus frustra pater ratam habebit. Si uero non possit certiorare patrem, quia nimis abest, uel furiosus est, tunc dicit non currere tẽpus filio. Eodem modo in text. nostro distinguendum est, & intelligi debet secundum illum ut filius potuerit patrem certiorare qui erat sane mentis. Et ideo intelligitur quod transiuerat tempus quo potuerat certiorare, & quod inciperet currere tempus centum dierum, quo elapso ammittitur successio. Non obstat lex iniquissimum. ff. de iuris & facti ignorant. quia ille textus procedit quando actus non est fundatus in sciente, sed ubicunque actus est fundatus in sciente, tunc scientia ipsius nocet alteri, ut patet in procuratore effecto domino litis, ut nota. in l. prima. §. tertio. ff. si quis ius dicenti non obtempe. Hic autem delatio & agnitio est fundata in persona filii, ideo patri præiudicat. faciunt nota. in l. sæpe. ff. de re iudicata. Non obstat lex circa tempora. quia illa loquitur in patre in quo non est fundatus actus delationis nec agnitionis, hic uero actus delationis & agnitionis est fundatus in filio ut dixi, quod tamen debet intelligi filio ignorante, sed filio scienti & petenti præiudicat in ratificatione non facta. Non obstat lex final. in principio de bonis quæ liberis, quia illa loquitur de iure Iustinia. post istam legem facto per multa tempora. Item procedit quando est discordia inter patrem & filium, & filius recusauit, hic uero non erat discordia, & adhuc non recusauerat filius ut patri translatum fuerit ius successionis, sed si pater requisiuisset filium & ille noluisset petere bonorũ possessionẽ, tunc filius priuaretur iure suo, & soli patri esset delata successio, & scientia uel negligentia filii non potuisset in aliquo præiudicare, per illum tex. Non ob. d. §. similique modo. quia similiter ille tex. loquitur de iure nouo Iustiniani, & quando filius requisitus nollet adire, nam tunc ex dispositione illa transfertur omne ius in patrem, & filio nihil remanet, ideo per eius negligentiam non potuisset patri præiudicare.

Quare remanet conclusio, quod in bon. possess. scientia & negligentia filii potest facere ut currat tempus ad agnoscendum, & eo elapso priuetur pater etiam ignorans, & sic plus possit repudiatio tacita quam expressa. Item quod ad petendam bono. possessionem non requiritur iussus præcedens, sed solus filius ignorante patre eam petere potest, quæ petitio & agnitio stabit in suspenso in persona filii donec pater ratam habuerit, qua subsequuta emolumentum ei acquiritur. In textu ibi bono. quid sit bonorum possessio, quo iure fuerit introducta, & quare fuerit introducta, & in quo differat ab hæreditate, & quotuplex sit, plenissime dixi supra in rubrica. Et quæ species bonorum possessionis hic fuerit delata, ponunt doctores super glo. prima. & dicunt quod uel fuit ex institutione facta in testamento, & appellatur secundum tabulas, uel secundum nuncupationem. l. prima & secunda. inf. de secun. tab. Vel fuit bonorum possessio unde legitimi propter senatusc. orfic. uel unde cognati in bonis maternis, uel

fuit Vnde cognati in ſucceſsione cognatorum ex linea materna. Et ideo aditur ex linea materna, quia alii ſunt ex parte patris in quibus nō poſſet bene exemplificari tex. cum pater ſemper filium præcederet in gradu.

14 Et propter † hoc dicebat Curt. hic in principio quod cognati diuiduntur inter ſe, quia quidam ſunt ex parte patris, & quidam ex parte matris, qui ſunt ex parte matris ſunt uere & ſimpliciter cognati, qui uero ſunt ex parte patris non ſunt ſimpliciter cognati ſed agnati, & dicuntur agnati cognati. le. iuriſconſult. §. 1. ff. de grad. quæ facit hanc diſtinctionem. Et ideo infert ad q. quod ſi ſimpliciter fiat mentio de cognatis intelligatur de cōiunctis per fœminam, ſi uero fiat mentio de cognatis p patrem intelligatur de agnatis qui ſunt ex eadem familia, & ſequuntur aliqui moderni. Sed Ferrarienſes reprehendunt, quia ad hoc ut cōpræhendantur agnati eſt neceſſarium dicere de cognatis per patrem ex eadem familia ut hic per eos, Ego autem puto in hac q. attendendā primo conſuetudinem diſponentis uel loci in quo diſponitur. arg. l. uel uniuerſorum. ff. de pig. act. & l. plane §. fi. ff. de leg. 1. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regul. iur. cum uideamus quod in uariis regionibus uario nomine nominantur. Circumſcripta uero conſuetudine, placet quod in dubio intelligatur de cognatis per fœminam, quia illa eſt propria ſpecies cognatorum, agnati uero non ſunt cognati in ſpecie, ſed ſolum continentur ſub genere cognatorum. d. l. iuriſconſultus. §. 1. & inſt. de leg. agnat. ſucceſ. in princ. Et terminus qui pōt capi ut genus & ſpecies capitur in dubio ut ſpecies, ut no. in rub. ff. ſol. matr. Si uero dicatur de cognatis per patrem, nulla opinio iſtorum modernorum placet, ſed puto quod contineantur agnati qui deſierunt eſſe agnati ex aliqua capitis diminutione, nam & illi proprie & ſpecifice ſunt cognati, ut probatur in §. 1. inſt. de ſucce. cog. ubi ſub nomine cognatorum ponit coniunctos per patrem qui deſierunt eſſe agnati & qui nati ſunt ex illis, & poſtea coniunctos per matrem. Sed ſi dictum fuit de cognatis per patrem ex familia, uel cognatis ex familia, placet opinio Cur. quod intelligatur primo de agnatis qui proprie ſunt de familia. l. pronuntiatio. §. familiæ. uer. communi iure. ff. de uerb. ſig. & eis deficientibus de aliis cognatis per patrem qui uulgari uocabulo omnes ſunt de familia, & uerba intelliguntur ſecundum cōem uſum loquendi, ut no. in l. 3. in fi. & l. Labeo. ff. de ſupel. leg. cum concor. ibi alleg.

15 Notandum eſt, † quod filiofam. defertur bono. poſſe. ignorante patre, ſed quia aliqua contradicunt, & doct. hic ſunt uarii, ideo uidende ſunt ſeparatim tres dubitationes, Prima, cui ſucceſsio deferatur, an patri uel filio, Secunda, quando bonorum poſſeſsio dicatur delata. Tertia, quando hæreditas dicatur delata. Circa primū tex. hic innuit quod ſucceſsio ſit delata filio & non patri. concordat tex. in l. qui in aliena. in prin. ff. de acqui. hær. & in l. fi. in prin. ff. quis ord. in bon. poſ. ſer. & l. filiofam. inf. de iur. delib. & l. fi. inf. de repud. bon. poſſ. Gl. tamen in d. l. 1. exponit delata filio. i. patri per filium. & pro hoc facit tex. in l. 1. §. per ſeruum. ff. de ſuc. edic. & l. 1. §. 1. ff. de iur. delib. Iacob. butrig. Signo. de homod. & Lancel. concordant iſta iura faciendo differentiam inter filium & ſeruum inſtitutū. Nam ſi eſt inſtitutus ſeruus non dicitur delata ſeruo ſed domino, ſi uero eſt inſtitutus filius dicatur delata filio, & hæc fuit opinio Baldi quem ſequitur Cur. hic per tex. in l. renitente. coniūcta. l. cum aliquis. inf. de iur. delib. & ſequuntur aliqui alii. Sed Dec. hic in ultima lectura repræhendit hāc differentiam, quia in ſucceſsione quæ acquiritur per ſeruum domino neceſſaria eſt perſona ſerui ſicut filii in adeundo, quia ſine perſona non poteſt adiri. l. idem Neratius. ff. ad legem aquiliam. & §. illud. inſt. de lege aq. & l. 3. cum glo. inf. de hære. inſt. facit l. 3. §. hoc autem. ff. de legat. præſt. & l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulga. & pupil. Et pro hac opinione facit, quia differentia quæ traditur inter filium & ſeruum eſt circa capacitatē ipſorum, quia filius in aliquibus eſt capax non obſtante patria poteſtate. l. cum oportet. infra de bon. quæ liber. ſeruus uero non. §. item uobis. in ſui ratione. inſti. per quas perſonas nob. acqu. Sed non procedit circa modum acquirendi in iis quæ tranſeunt ad patrem uel dominum, quia in hoc non differunt. Et ideo in profectitiis in quibus omne ius acquiritur patri, uel in aduentitiis nulla eſt differentia inter filium & ſeruum. §. prim. & §. item uobis. inſtitu. per quas perſonas nobis acqu. & §. primo. inſt. quib. non eſt permiſſ. face. teſta. ibi, quanquam iure ciuili. Et bene facit tex. in le. 1. §. primo. in æquiparatione. ff. ſiqui. a paren. fuer. manumis. & §. primo. inſt. de noxa. & §. fi. inſt. de uulg. & pupil. & l. legatum ſeruo. ff. de lega. primo. & no. in dicta lege cum filiofam. Vnde Dec. ponebat aliam declarationem, dicens quod hæred. uel bonorum poſſeſsio defertur æqualiter filio uel ſeruo quoad ius adeundi, nam ius adeundi reſidet in perſona filii uel ſerui, & nō recedit ab eis æqualiter, ut in d. iuribus, & per textum noſtrum hic, Sed quo ad effectum acquiſitionis dicitur delata patri uel domino æqualiter, quia eis acquiri nō poteſt ſine eorum uoluntate, & mediante eorum perſona, & ita intelligit alia iura, & dictam glo. Sed hęc diſtinctio uidetur uerbalis tantum, quia ius adeundi & ius quærendi dicitur eſſe idem, & ſi defertur ius adeūdi filio, defertur etiam ius quærendi, cum patri non poſsit acquiri niſi prius acquiratur filio di. l. placet. Vnde nec ius quærendi hæreditatem filio uel ſeruo poteſt tranſire in patrem uel dominum, ſicut nec ius adeūdi, ut per Bartolum in lege is poteſt. in tertia columna. ff. de acquirenda hæreditate. numero. 13. & 14. & ſi bona acquiruntur patri uel domino, tranſeunt ex noua acquiſitione fundata in poteſtate inhabilitante eos ad retinendum l. qui liberis. §. hæc uerba. ibi, qui ex teſtamento, & ibi, non ex iudicio. ff. de uulgari & pupillari. & propterea poſtea aditio annullatur propter incapacitatem eorum ſi patri uel domino non acquiratur. Et ſic acquiſitio quæ fit per patrem & dominum non deſcendit ab hæreditate delata, ſed ab acquiſitione facta per filium uel ſeruum, quæ poſtea ex uirtute poteſtatis transfertur in patrem uel dominum, Item illa dicitur delata hæreditas quam quis adeundo poteſt conſequi. leg. delata. digeſt. de uerborum. & rerum ſignificatione, ſed pater non poteſt ſolus conſequi nec acquirere, ergo quo ad acquiſicionem non eſt ei delata. leg. ſeruo inuito. uerſiculo ut eſt bonorum poſſeſsio. digeſt. ad trebellianum. Præterea Decius non bene reſpondet ad dictam legem primam. §. per ſeruum. ubi dominus poteſt repudiare, ergo erat delata, quia ſi non eſſet ei delata non poſſet repudiare. arg. d. l. 1. §. decretalis. ff. de ſucceſſ. edict.

Ideo ego puto diſtinguendum ut ſupra inter hæreditatem uel bonorum poſſeſsionem, & in hæreditate

16 neutra opinio placet. Quia ego † puto quod hæreditas non ſit delata neque patri neque filio ſeparatim, neque quo ad ius adeundi, neque quo ad ius quærendi, neque quo ad acquiſitionem, ſed utrique ſimul, cum neque aditio neque acquiſitio ulla fieri poſsit ſine interuentu utriuſque perſonæ. d. l. is qui hæres. §. fi. ff. de acqui. hær. ubi pater ſine filio & filius ſine patre non poſſunt repudiare hæreditatem. Et ſic in utraque perſona ſimul iuncta uerificatur lex delata. ff. de uerborum ſigni. quia uterque ſimul acquirere poteſt, & in nullo ſeparatim uerificari poteſt dict. l. delata. & per conſequēs neceſſario utrique ſimul eſt delata. Nec mirum quia una & eadem perſona fingitur. §. ei uero. inſtitu. de inutili. ſtipula. & leg. finali. infra de inſtitut. & ſubſtitutio. Et perſona filii propter patrem non dicitur eſſe perſona integra, neque pater ſine filio eſt perſona integra propter inſtitutionē fundatam in perſona filii, ſed ſimul iuncti faciunt unam perſonam fictione iuris. d. §.

ei uero

ei uero cui est delata hæreditas. Sed quia secundum ueritatem institutio est fundata in persona filii, si contingat quod efficiatur sui iuris per emancipationem uel p mortem, perficitur persona sua & ei soli defertur, & totum ius consolidatur in persona ipsius ex priuatione contingente in patre, & ipse solus acquirere potest. l. q in aliena. §. siquis dubitat. uer. quanquam. ff. de acq. hęr. & l. fi. ff. unde legitimi. sicut etiam in seruo. §. seruus alienus. inst. de hær. inst. Et hoc etiam suadetur per tex. in l. filiofa. inf. de iur. delib. & l. qui in aliena. §. sed & si cũ gl. credendus. ff. de acq. hęr. ubi pater pōt gerere se pro hære de consentiente filio, ergo aliqđ ius adeundi transit in patrem, quia alias ille actus aditionis non posset expediri per eum. facit etiam tex. in d. le. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. & pup. & §. fi. inst. de uulg. & pupil. subst. ubi dominus & pater efficiuntur ueri hęredes, & no. per Bar. in d. l. cum filiofam. ff. de leg. 1. ergo residet aliquod ius adeundi in persona patris uel domini, cum alias non diceretur hæres, sed loco hæredis. argu. §. restituta. & §. sequēti. inst. de fideic. hær. & eius quod dicitur de emptore hæred. in l. 1. inf. quando non pet. par. in q. an ipse habeat ius accrescendi. Et hæc puto, pcedere in hæreditate.

17 Si uero † existens in aliena potestate est uocatus ad bonorum possess. seu successionem prætoriam, & tunc puto opinionem primam ueriorem esse, quod sit differentia inter filium institutum uel seruum, nam si filius est uocatus, ei soli defertur bonorum possessio & non patri, ut clare dicit iste tex. & l. fi. ff. quis ordo. & l. fi. infra de repud. bono. poss. Et probatur ratione quam posui in præmissis, quia de iure prætorio patria potestas non est in consideratione tantum quantum de iure ciuili. Cum in successionibus prætor non faciat differentiam inter filios emancipatos & in potestate, & nullum faciat necessarium hæredem, & illos qui sunt necessarii de iure ciuili faciat uoluntarios. l. nam nec emancipatus. ff. de leg. 1. quia mouetur naturali ratione, & secundum naturam separatio est inter patrem & filium, nec per patriam potestatem inhabilitatur quin sit integra persona & separata a persona filii, & facit, quia scientia & negligentia filii præiudicat patri ignoranti ut hic in tex. & in d. l. fi. ff. quis ordo. Et tamen in l. circa. eodem titulo. dicitur quod scientia & negligentia patris nō nocet filio in cursu temporis, ergo ei non est delata in parte nec in totum, cum si in parte ei esset delata, scientia filii non posset ei præiudicare, sicut scientia patris non præiudicat filio. per l. iniquissimum. ff. de iuris & fact. ignor. & l. si is qui. §. fi. ff. de acquir. hær.

18 Si uero † seruus est uocatus ad successionem pręatoriã tunc bonorum possessio defertur domino per d. l. 1. §. per seruum. ff. de success. edict. ubi dicitur quod dominus potest repudiare bonorum possessionem sibi per seruum delatam, ergo expresse probat delatam esse domino in uerbis & etiam in effectu, quia postea uult qđ dominus possit repudiare, & tamen solus pater nō potest. d. l. fi. de repud. bono. poss. Et facit tex. in le. 1. §. 1. ff. de iur. delib. Et est ratio, quia potestas dominica apud prætorem habetur in consideratione, sicut de iure ciuili, & pro nihilo habetur, ut dicitur in d. le. 1. §. 1. de iure delib. Et per consequens etiam scientia domini attenderetur ut curreret tempus, quod non est in patre. d. l. circa. Non ob. l. legatum seruo delatum. ff. de leg. 1. quia ab initio defertur seruo, sed tamen de seruo transit postea in dominum, quæ trãslatio non fit de filio in patrem. d. l. circa.

19 Ex qua † differentia infertur una magna limitatio ad istum tex. & l. 1. ff. quis ordo. ut procedant tantum in filiofa. qui ignorante patre possit petere & debeat petere, & si negligit quod eius negligentia pręiudicet patri secus autem si seruus esset uocatus, quia solus seruus nō posset petere bonorum possessionem nomine suo, sed deberet simul cum domino petere, uel ipse nomine domini, non suo. ut l. seruus. ff. eo. & si negligeret, eius sciẽtia uel negligentia non præiudicaret domino, quia ipsi seruo non remanet delata successio, sed trãsit in dominum. d. §. per seruum. unde succedit in eo quod dicitur de patre quando est institutus filius. l. circa tempora. ff. quis ordo in bono. pos. ser. Nec ob. d. l. seruus. quia ut dixi non loquitur de seruo hærede instituto, sed de omni seruo qui petit tãquam nomine domini, quod patet, postea etiam dicit de fœmina quæ potest petere alii. Item dicit recte admitti potest, ergo non est ex necessitate, quod non esset si esset ei delata successio sicut filio & eius scientia deberet præiudicare. Et non sine ministerio in istis iurib. & in d. l. qui in aliena. dicitur de filio tantum. Non obstat. l. seruo inuito. ff. ad trebel. qui uidetur uelle quod dominus possit ratam habere petitionem serui, quia debet intelligi quod seruus petierat nomine domini, non nomine suo, quia sibi non remanet delata, cum alias dominus non posset repudiare. d. l. fi. de repud. hæred. Non obst. l. filiofa. inf. de iur. delibe. & l. siquis mihi bona. §. pater. ff. de acq. hær. quæ dicit filio solo etiam deferri hæreditatem, quia respondetur illi legi & omnibus similibus quæ possunt adduci, quod non negant quin etiam patri sit communicata delatio, quia quod commune est meum est, l. serui electione. §. 1. ff. de leg. 1.

20 Secunda est † difficultas, quæ bonorũ possessio sit delata & quando. Glo. in l. delata. ff. de uer. sig. in fi. dicit quod tunc bonorum possessio est delata quando est decreta. l. 1. §. decretalis. ff. de succes. edic. Sed illa opinio confunditur per istum tex. qui uult quod delata sit antequam sit petita & antequam ammittatur, & idem dicitur in d. l. fi. ff. quis ordo. & l. fi. inf. de rep. bon. pos. Ideo doct. repræhendunt illam gl. & dicunt quod potest procedere in decretali, sed edictalis defertur semper antequam sit decretum interpositum, & concludunt quod edictalis defertur statim per edictum prætoris. & l. 1. §. a municipibus. ff. eo. & decretalis defertur qñ decreta est. d. §. decretalis. & iste tex. loquitur de edictali, cũ concor. Sed incontrarium facit, quia immo nec edictalis potest dici delata, cum illud est delatum quod nondum est acquisitũ. d. l. delata, de uer. sig. & d. l. decre. sed edictalis quę nihil aliud est nisi ius persequendi seu ius petendi uel quærendi statim est quęsita. d. l. 3. §. a municipibus. ergo non potest dici delata. Secundo confirmatur, quia bono. poss. delata est illa quæ petitur, & est eadem, quæ acquiritur per decretum iudicis, quia esset inconueniens quod unum esset delatum & aliud peteretur & aliud acquireretur. contra legem finalem. C. de fideicommissar. liber. Sed edictalis non petitur quia eam penes se habet, & ius petendi non possit peti, & frustra petitur, nec etiam acquireretur, quia eam penes se habet iam acquisitam, cum ex ea bonorum possessor consequatur ius persequendi patrimonium, Ergo ipsa non potest dici delata, quia delatum est illud quod nondum quæsitum est, sed ita est cõcessum quod potest acquiri dicta leg. delata. de uerborum significatione. Similiter nec decretalis aliquo tempore potest dici delata, quia antequam sit decreta non est delata. dicto. §. decretalis. Postquam autem decreta est non potest tractari de delatione, quia est acquisitio, ut ibi dicitur. Ideo concludendum est, quod decretalis nũquam potest dici delata, ut expresse dicit textus in dicto. §. decretalis. quia in ea non possunt uerificari requisita ad delationem, scilicet quod possit acquiri, & quod nondum sit quæsitum. dicta lege delata. Et cum decretalis sit ipsa acquisitio non cadit in ea delatio sicut nec in aditione. Similiter nec edictalis sola, prout est ius persequendi, potest dici delata in terminis doctorum, ut de ea interponatur decretum pro acquisitione, quia ab initio defertur ex edicto illis qui sunt uocati, & incontinenti etiam acquiritur. d. §. a municipib. Sicut dicitur de legatis quæ deferuntur, & eo-

dem tempore acquiruntur ex legis dispositione, leg. a Titio.ff.de furtis.& not. in l.1.ff.de leg.1.Et illa acquisitio facit uocatos esse dominos illius iuris petendi cum potestate tamen renuntiandi. sicut etiam conceditur in legatis. iuxta.le. seruum filii.§.si quis rem. ff.de leg. 1.

Vnde bonorum possessio uera quæ defertur est ipsum ius uniuersale creatum a prætore quod continet iura utilia defuncti, Nam prætor in suo edicto promittit dare hoc suum ius uniuersale certo modo uocatis, per quam promissionem offertur illis uocatis, & sic defertur.l.filiusfamil.sup.de pet.hæred. ubi filius delatã hæreditatem detinuit, ergo non ius adeundi, sed ipsa bona deferuntur, Et ut legalius uocati illud ius uniuersale consequantur, concedit eis unum ius persequendi & retinendi, quod ius habilitat eos ad petendum & cõsequendum in iudicio uel hodie agnoscendum corã iudice, Et illud ius habilitans non potest dici bonorum possessio delata, sed habilitatio ad consequendum ius delatum. Et propterea non petitur illud ius persequẽdi, sed petitur illud ius uniuersale promissum propter potestatem petendi concessam.d.l.filius.sup. de petit. hæred. Sicut dicitur de qualibet actione, nam omnis actio est ius persequendi, & est acquisita creditori, & illa actio non petitur in iudicio, sed petitur res debita uel promissa propter potestatem a iure concessam cũ actione, & habilitatem inductam ad petendum, & postea per iudicem non decernitur dandam illam actionem & ius petendi, sed ipsam rem debitam. Et idẽ procedit in hæreditate, nam ius adeundi non est hæreditas delata, quia ius adeundi concessum est plene & acquisitum, sed est ipsum ius uniuersale quod defertur, & ad illud consequendum per legem tributum fuit ius adeundi præstans potentiam iuris acceptandi & habilitans uocatum ad consequendum, Sed tamen quia hęc bonorum possessio uel hæreditas non defertur nisi illi qui prius habuit ius persequendi uel ius adeũdi, & per cursum temporis uel per repudiationem quis etiam amittit ius illud persequendi & adeundi, ideo uidetur omnibus quod bonorum possessio delata sit illud ius persequendi, & hæreditas delata sit illud ius adeundi, tamen in ueritate differunt ualde, & habent diuersas materias & formas. Erit igitur bonorum possessio delata illud ius uniuersale prætoris oblatum per edictũ cum potestate illud persequendi. Et hæreditas delata illud ius uniuersale legis oblatum per legislatorem cũ potestate adeundi, & illud consequendi.

21 Et propterea † dixi in rubrica in præmissis & quæstione finali, quod triplex est bonorum possessio. Primo, illud ius uniuersale creatum & promissum per edictum, Secundo illud ius persequendi deriuatum ex uocatione facta in edicto. Tertio, ipsa decretatio siue concessio quæ facit acquisitionem. Quarum prima est subiectum.i.ius uniuersale, aliæ sunt qualitates ad subiectum. Qui tamen omnes termini uocantur uno communi nomine bonorum possessionis, & per hoc aliqualis confusio inducitur, cum in hæreditate ista tria habeant nomina separata.s.hæreditas, ius adeundi, & ipsa aditio, Et non sine causa allegaui istum textum ad ꝓbandum dictam conclusionem.

Tertia difficultas est, quando hæreditas dicatur delata, & causatur difficultas, quia reperiuntur aliqui qui ex iuris dispositione adire possunt, cum de iure nihil impediat, sed eis obstat impedimentum facti, ut quia ignorent, uel sit infans, uel furiosus, ita quod de facto impediatur adire, & sic dubitetur an eis sit delata, &

* concludunt communiter doct.ꝙ non dicatur delata ꝓprie nisi cessantibus impedimentis etiam facti, quia adeundo ante consequi non potest.l. is qui hæres. ff.de acq.hæred.l.1.§.decretalis.ff.de succes.edicto.ibi, nec delata est. Et sic anteq̃ possit consequi non est proprie delata, sed aliquo modo & improprie.per tex. in le.licet,inf.de iur.delib. ibi, ignorantes delatam.& eo. modo improprie infanti & furioso dicit delata.l. si infanti inf.eo,& l.si infanti.inf.de iur.delib.& l.1.& por tot. titu.ff.de bon.pos.infan.uel furio.cõp.& l.2.§.sed si infã. ff.ad tertul.& no.per gl.in l.si infanti.inf.eod. quia pro eis alii adeundo consequi possunt, ut per Bar.in l. is potest.ff.de acq. hær.

22 Ex quo inferebat † Mathe.in no.194.quem sequuntur cõiter moderni, ad statutum disponens quod hæreditas delata licet non sit adita transmittatur. Nam hoc statutum compræhendet hæreditatem uere delatam nullo existente impedimẽto, & hæreditas delata ignorãti furioso uel infanti non cõtinebitur in statuto, & nõ trãsmittetur, quia statutum contra ius cõe stricte intelligẽdum est. Sed Imo.& Alex.& Dec. hic dicunt quod immo hæreditas delata illis personis propter statutũ poterit transmitti, quia licet ad alium effectum non dicatur uere delata, tamen quoad effectũ transmissionis dicitur esse delata de iure, per tex.in d.l.si infanti.infr.de iur.delib.ubi hæreditas delata infanti transmittitur ad patrem speciali iure, & sic impedimentum facit quod sit magis transmissibilis, & idem de qualitate ignorantiæ quæ facit hæreditatem transmissibilem.le. Pantonius.ff.de acq.hær.Nam ratio statuti non potest esse alia, nisi quia casus fortuiti non debent priuare aliquem iure suo, ut colligitur ex l.1.inf.de iis qui ant.aper. tab.& l.cum antiquioribus.inf.de iur.lib.Sed quando adest impedimentum ignorantiæ uel infantiæ, est magis casus inopinatus, ergo tanto fortius debet transmitti, & ideo ex maioritate rationis continebitur in statuto, & hoc idem seruabitur in furioso per prædictam rationẽ. & ad tex.in d.§.furiosi. respondent, quod non dicitur delata quoad effectum repudiandi. Cur.uero distinguit inter ignorantem & aliud impedimentum, quem reprehendunt hic Ferrarienses.

23 Alcia.uero † in d.l.delata.tenet quod in ignorãte hæreditas dicatur proprie delata, quia secundum legem eã potest consequi licet ignoret, quia ignorãtia non facit quod ius sit minus acquisitum, & idem dicit de infante, quia scit per patrem uel tutorem, & sciet cum erit adultus, & perfecte potest acceptare per patrem uel tutorẽ l.si infanti.inf.de iure delib.& uerbum, consequi, in d.l.delata.intelligitur secundum legem, quamuis postea de facto impediatur adire. Et hæc opinio mihi placet, pro qua facit, quia ignoranti currit tempus ad petendum & præiudicat.l.iuris ignorantia.infra eodem. & l.in bonorum.ff.eodem.Item in lege prima.ff.de iuris & fact.ignorant.dicitur quod ignorat sibi deferri bonorum possessionem in facto & in iure, & sic necessario ignorantia non impedit delationem, quia quis non posset ignorare delatam successionem, Solum enim distinguitur in ignorantia iuris & facti quantum ad impediendum currere tempus.dic.l.prima.ff.de iuris & facti ignor. Item ignorantia patris non impedit currere tẽpus quamuis tractetur de eius præiudicio. Similiter præscribitur ius adeundi in ignorante.l.fina.in fine. infra de præscript.long.tempo.& no.in lege.licet.inf.de iure deliber.& per Bal.in cap.de quarta. de præscript. ergo est delata perfecte per legem primam.§.fi.inf. de annal.excep.iunctis notatis per Bar.in l.ita stipulatus. in prima quæst.ff.de uerborum obl.dum probat quod soluto matrimo.incontinenti agi potest ad dotem. In furioso uero tenet ꝙ non dicatur delata nisi improprie quia nec sciturus est per se secundum legem, ut d.l.2. §.furiosi.ff.de succe.edic.nec per curatorem, quia curator non potest ius plenum acquirere furioso, neq; adeũdo, neque petendo bonorum possessionem.l.fi.§. pen. ff.de cur.furio.quem text.simul cum hac tota quæstio. quam late disputaui ibi declaraui in l.infantis.in eo.ti. nostro.& finaliter approbaui opinionẽ cõmunem faciẽdo differentiam inter furiosum & infantem. Et ita etiã nunc puto tenendũ, quod hęreditas proprie dicatur delata

lata in infante & in ignorante,& de infante est text. in di.l.si infanti.inf.eo. & l.si infanti.inf.de iur. delib.ubi plene acquiri potest, quia nõ posset acquiri plene si nõ esset uere delata.Et de ignorante probatur in d.l.licet. & dict.l.prima.ff.de iuris & fact.ignor.& l.iuris ignorantia.inf.eo.Nec obstat.d.l.delata.quia refertur ad iuris potentiam concessam,non autem ad ipsam actualẽ consequutionem,sicut etiam dicitur de obligatione.in sti.de obligatio.in prin.Remanet igitur,quod tunc hæreditas dicitur proprie delata ubicunq; ex legis dispositione alicui datur facultas adeundi per se uel per legitimum administratorem etiam quod ignoret ius sibi competere propter ueram ignorantiam uel propter impedimentum corporis. Nec obstat quod tutor non possit repudiare,& per consequens non sit omni respectu delata.l.tutor.ff.eo.quia illud non est ex defectu iuris delati, sed quia lex noluit quod tutor possit facere tantum præiudicium.&in dicta lege delata non ponitur cum ministerio uerbum,repudiari,sed uerbũ, consequi,tantum.

24 Si uero†non potest per se uel per legitimum administratorem,non dicitur proprie delata, quia nec secundum legis dispositionem adeundo consequi potest, ut in furioso.d.l.fina.sup.de curat.furio.Et eodem modo puto determinandum esse in statuto ut comprælendat infantem & ignorantem,quia ipsis uere delata est hæreditas,ex quo secundum legis dispositionẽ potest adiri,sed non comprælendat furiosum quia ipsi non estde lata hæreditas.dicta.l.prima.§.si furiosi.nec est iustum quod ad hæredem transmittat plus iuris quam ipse habeat,sed ipse non potest adire & uerum dominium acquirere,ergo nec etiam in hæredem facultatem acquirendi transmittet.l.nemo plus commodi.ff. de regulis iuris.Sed ultra doctores in ignorante unum uidetur obstare,quia uidetur quod statutum ignorantẽ nullo modo possit comprælendere, quia statutum loquens de transmissione debet intelligi de transmissione, secundum terminos iuris.l.secunda.supra de noxal. Sed secundum leges transmissio non potest fieri nisi a sciente per se uel per administratorem,ut declarat Barto.in lege qui duos.colum.secunda.uers.tamen pro declaratione.quem sequuntur docto.ff.de rebus dubiis. ergo statutum non introducet contra regulas iuris quod trãsmissio fiat in ignorante,ne sit duplex correspe. Pro defensione tamen potest dici quod dictum Bartoli in di. lege qui duos procedit in terminis suis in transmissione iuris deliberandi quod non potest introduci sine scientia ut ibi dicit Barto. Nos autem loquimur in trãsmissione hæreditatis iuxta terminos.l.primę.infra de iis qui ant.apert.tabul.ibi,siue sciuerit siue non,& in aliis casibus notatis in lege emancipata.infra eodem.in præmissis.& in fine.Igitur cum statutum dicat de hæreditate transmittenda,intelligitur eo modo quo transmittitur hęreditas in iure,non autem intelligetur de iure deliberandi.

25 Secundo†notandum est ex isto textu, quod bonorũ possessio delata filio potest peti ignorante patre, ex quo inferuntur tria. Primo, quod bonorum possessio defertur filio ignorante patre quia si non deferretur eo ignorante nec etiam peti posset. Quæ conclusio absque dubio procedit tenendo quod soli filio deferatur, ut supra tenui,quia ignorantia patris non impedit delationem factam filio, sed si teneremus conclusionem quod defertur etiam patri,ut uolebat Decius, tunc incideremus in illam difficultatem an ignoranti deferatur hæreditas,de qua supra statim dixi.Tamen quia cõclusi quod etiam ignoranti proprie defertur bonorum possessio uel hæreditas, ideo sequitur quod omni casu hic filio delata fuit uere,& etiam patri uere posset dici delata non obstante ignorantia.

Secundò infertur,quod tempus ad petendum bono. poss.incipit currere etiam ignorante patre,sed hoc debet intelligi cum qualitate posita in l.fi.ff. quis ordo .s. quod filius potuerit certiorare patrem, & nõ fuerit certioratus,alioquin enim si nõ posset certiorare, ut quia esset multum absens,uel esset furiosus,uel mẽte captus, & tũc non curreret tempus ad petendũ, nec posset imputari negligentia si non petiisset,ut dixit tex.in d.l.fi. uer,quæri potest.Et sic sola scientia filii nõ facit ut currat tempus ad petendum,sed oportet etiam quod interueniat negligentia in non certiorando, quod uidetur multum rigorosum & contra.l.iniquissimum.ff.de iur. & fact.igno.sed tamen hoc inductum fuit quia ius successionis est fundatum in persona sua,& quia lex non præsumit eum neglectũ.arg.l.cum de indebito. ff. de proba.& ne creditores diutius stent in suspenso. arg.l. 1.ff.de success.edicto.Et satis uisum fuit prætori facere ꝙ filius possit petere ignorãte eo, & non sit necessarius iussus,& sufficiat ratihabitio.d.l.q in aliena.ff.de acqu. hęr.Sed si eueniret ꝙ ecõtrario filius ignoraret,&pater sciret,sciẽtia eius,& negligẽtia in certiorando non noceret filio.l.circa tempora.ff.quis ord.in bon. poss.ser.

Tertio infertur,quod ad petendũ bonor.possess.non est necesse quod præcedat iussus,& in hoc differt ab hęreditate.d.l.qui in aliena.de acq.hær. & rationes multæ assignantur in gl.ubi dicam post doct. Sed ego dixi sup.rationem esse,quia hæreditas defertur utriq; propter uinculũ patriæ potestatis,quæ inhabilitat filiũ & constituit,de duobus, fictione iuris etiã personam integram, Vnde oportet ut præcedat iussus ut perficiatur integretur siue habilitet persona filii.Sed in bono. possess.quia defertur de iure prætorio,non est tanta unio inter patrem & filiũ ut filius efficiatur persona imperfecta,cũ ius prætoriũ magis consideret naturalem statũ,propterea habilis reputatur ut ei deferatur bonorũ possessio, & iudicium consistere possit in persona ipsius,&sufficiat ratihabitio pro interesse patris respectu acquisitionis quæ per ius prætorium non fuit alterata Et quia persona serui non fuit in aliquo habilitata, cũ pro nihilo habeatur.l.1.§.1.ff.de iur. delib. ideo ipse ignorante dño nõ possit petere,quia ei non est delata simpliciter.d.l 1.§.per seruũ.ff.de success. edicto. & sicut in seruo nõ seruaretur hæc lex,ita in domino non seruaretur lex circa tẽpora.ff.qs ordo in bon. poss. ser.

26 Tertio notandũ†est,ꝙ petitio bono.poss.affert emolumentum patri si ipse ratã habuerit,alias autẽ eo non habente ratam annullatur in totum tam respectu filii quam respectu patris,& probatur ex isto tex.arg. a cõtrario secundum expositionem Bal.quam facit ad dictionem,etiam,dum dicit, quod dictio etiam implicat filium secundum ordinem,ut primo filio,& postea patri sit allatura commodum,si pater ratificauerit, ergo econtrario patre non ratificante nec patri nec filio affert emolumentum.Facit etiam d.l.fi.ff.quis ordo.uer si.quæri potest.ibi,quid prodest petiisse cum non alias acquireretur quam si pater comprobasset, & dum uult quod si non potest pater ratificare non currit tẽpus filio, & sic uidetur quod non habeatur consideratio filii,quia si alias ei acquireretur in præiudicium sui deberet currere tempus. Tertio etiam facit lex finalis. intra de bonis quæ libe.ubi nouiter fuit dispositum quod sequta recusatione possit acquirere, ergo ante non poterat.Quarto facit l. qui in aliena.§. siquis putabat.ff.de acquirenda hæreditate. ubi uerus paterfamilias qui plene poterat acquirere,si credens se filiũ famil.non efficitur hæres, ergo tanto minus, ille qui est uere filiusfamilias & incapax. Quinto facit, quia actus inutilis non admittitur,l.3.§.Diuus.ff.ut leg.nomine caueatur.sed si petitio ualeret in persona filii esset inutilis, quia bona remanerent sine possessore, cũ filius non possit retinere quia est incapax, & pater reiecisset quia mala, ergo non debet conseruari petitio in persona filii.

Et sic conclusio remanet,quod non sequuta ratihabitione

tione petitio annullatur in persona patris & in persona filii taliter quod nullus acquirit hæreditatem & defertur successori in gradu ex successorio edicto. argum. §. penul. institu. de bonorum possessione. Quod non tãtum procedit de iure antiquo, sed etiam de iure nouissimo in profectitiis in quibus nihil est mutatum, ut per glosam in dicta lege finali. ff. quis ordo. sed etiam procedit in aduentitiis iure isto, quia non distinguebatur a profectitiis ut infra dicam. Item procedit in aduentitiis iure nouissimo, qa quod recusante patre filius possit adire, intelligitur quando discordia uenisset ad conflictum, ut filius requisiuisset, & pater recusasset, ut dicit. d. l. fi. sed ubicunque pater non ratificasset tacendo uel ex negligentia, tunc etiam remaneret petitio nulla in utroq; etiam hodie, quia ex hoc solo quod pater nõ ratificat non est inducta discordia apparens ut filio sit acquisitum ius patris & pater priuetur iure suo, ut infr. dicam quia sunt tres casus. Concordia inter patrem & filium, discordia inter eos, & neque concordia neq; discordia, & in d. l. fi. solum corrigitur ius antiquum quãdo est discordia deducta ad conflictum, quod unus requirat expresse, & alius recuset, taliter quod inducatur quædam contumatia propter quam debeat priuari ut infra dicam declarando illum textum ultra alios. Ex qua conclusione, quod iure isto non ratificante patre annulletur petitio in patre & filio & quod filius non efficiatur hæres nullo modo, quam sequuntur hic omnes, & etiam sequuntur doctores in dicta lege qui in aliena.

27 Mirantur† omnes & hic & in dicto. §. qui in aliena. quare saltem iste filius non remaneat obligatus creditoribus hæreditariis, cum licet filiusfamilias sit incapax bonorum quærendorum. l. prima. ff. siquis a paren fuerit manumissus, & nihil possit habere saltem de profectitiis, tamen potest multum debere, quia obligatur ex omnibus contractibus, & quasi contractibus, & potest conueniri & poni in carceribus. l. tam ex contractibus. ff. de iudiciis. & l. filiusfamilias. ff. de actionibus & obligationibus. cum materia. Ergo uidetur quod etiã debeat obligari creditoribus hæreditariis, cum dicatur quasi contrahere adeundo. l. ex maleficiis. §. hæres. ff. de actionibus & obligationibus. & l. hæres. institu. de obligationibus. quæ ex quasi contractu nascu. Et ideo laborant omnes in quærendo rationem, & prima fuit ratio Barto. quia licet filiusfamilias obligetur ex cõtractibus, tamen non obligatur ex actibus dependentibus a sola uoluntate, ut in uoto. le. siquis rem. §. uoto. ff. de pollicit. Sed hæreditatis aditio dependet a sola uoluntate, nimirum si non obligatur, sed hanc rationem repræhendit Pau. de castr. & Imol. ibi, tamen quia repræhensiones eorum sunt leues, ideo Decius ultimo loco dicit quod hæc ratio non est bona, quia assumptum est falsum quod filiusfamilias non obligatur ex uoto, quia illa regula procedit quantum ad præiudicium patris, sed nõ extante præiudicio patris, filiusfamilias obligatur ex uoto, ut per Abbatem in cap. scripturæ. colum. quarta de uoto. Romanus in singul. 498. capias tria per glosam in cap. mulier. 33. quæstio. secunda. & capit. licet. extra de regul. 19. quæstio. secunda. capitulo duæ sunt leges, & quia in diuinis patria potestas non attenditur. c. fi. de iud. in 6. Et ideo ratio Bar. retorquetur cõtra eum, quia si potest obligari ex uoto quando nõ tractatur de præiudicio patris, ergo etiam obligabitur ex hoc quasi contractu quando non tractatur de præiudicio patris cum ipse non sit conueniendus. Ideo Alex. assignat secundam rationem, quia cum per legem esset inductum quod non remaneat emolumentum penes filium, erat contra naturam quod ipse obligaretur, & secundum naturam est quod transeat obligatio ad quẽ transeunt commoda, l. secundũ naturam. ff. de reg. iur. facit q habetur in §. sed quia. & §. sequenti. instit. de fideic. hæred. Sed Areti. repræhendit, quia filius obligatur ex contractibus in quibus emolumẽtum transit ad patrem. l. 3. §. si filio. ff. commod. & l. eum qui. ff. mand. & facit titulus. ff. quando de pecul. actio. annal. sit. & qđ habetur in l. frater a fratre. ff. de condi. indebi. ubi dicitur quod filius obligatur ex contractu peculiari, & licet tota utilitas transeat in patrem, tamen contra eum datur actio directa, sed tu dicas quod ratio nec repræhensio non est ad propositum, quia præsupponit contractum ualere in persona patris, sed hic quæstio est qñ contractus non ualet in persona patris. Tertiam rationem assignat Iason, quia hæreditas est indiuidua. le. 1. ff. de acquir. hær. & si filius remaneret obligatus, diuideretur, Sed Dec. reprehendit, quia etiam contractus sunt indiuidui. l. siquis aliam, ff. de solut. & per Bar. in l. grege, §. illud. ff. de fideiussor. & tamen obligatur filius ex eis. Tu uero dicas quod etiam hæreditas recipit hanc diuisionem ut unus obligetur & habeat onera & alius habeat commoda, d. §. sed quia. inst. de fideicommi. hæred. Quarta fuit ratio Areti. in d. §. qui in aliena. quod ideo non obligatur adeundo quia ius adeundi non est in eo. Sed hoc sup. reprobaui, quia hæreditas defertur utrique & in bonorum possessione omne ius petendi est in persona filii per istum textum. Quinta fuit ratio Alex. quam sibi ascribit Dec. quod in hæreditate tractatur de maximo præiudicio, quæ ratio etiam fragilis est, quia in contractibus potest tractari de maximo præiudicio, & in delictis. Item in hæreditatis aditione cõficiendo inuentarium tractatur de paruo præiudicio. Sexta fuit ratio, quod filius adeundo non uidetur habere animum se obligandi, cum hæreditas acquiratur alteri. ideo non obligatur. argum. l. non omnes. ff. si certum peta. Sed ipsemet Deci. repræhendit, quia in contractibus filius cogitat de acquirendo patri & tamen obligatur. Septimam posuit Alcia. c. 2. lib. 4. paradox. quod ideo non obligatur quia nõ interuenit actus creditorum qui possint sibi prospicere, in aliis uero cõtractibus interuenit actus creditoris, & plus operatur actus factus a duobus quam sine præsentia, ut per glo. in §. ex conditionali. inst. de oblig. & l. 1. C. si aduer. uend. Sed hæc etiam nihil ualet, quia filiusfam. obligatur etiã ex quasi contracti. in quibus nõ interuenit persona creditoris prospicientis. d. l. tam ex cõtractibus. & facit. l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio. & ibi Bar. Aliam similẽ assignant ferrarienses, quia filius sciens se posse cogi adire ex ui patriæ potestatis & ex potentia, saltem de honestate ut parenti & patriæ pareamus, ideo uidetur compulsus adire animo non se obligandi, & succedit. d. l. non omnis. ff. si certum pe. & succurritur magis facienti actum ex necessitate. l. si fideiuss. §. si necessaria. ff. qui satisda. coga. Iason in repet. l. admonendi. colu. 17. ff. de iureiur. Sed nec etiam hæc concludit, quia actus coactus producit obligationem. c. uerum. de iureiurando. & l. si mulier. §. si metu coactus. ff. quod met. cau. ubi est tex. ad literam. Item quæstio præsens est quando pater non iussit uel non habuit ratum, quo casu cessat causa iusti timoris, alii alias referunt quæ non sunt digna relatione, quare patet quod nulla ratio bona huc usq; est assignata.

28 Ideo Deci. uidens † quod non potest esse bona ratio diuersitatis, dicit quod conclusio doctorum falsa est, quia immo filius obligatur creditoribus hæreditariis patre recusante, per dictum §. hæres. inst. de obligatio. quæ ex quasi contr. nasc. Et ad d. l. fin. respondet quod negat tantum acquiri patri, Sed non negat acquiri filio, & d. l. fin. inf. de bon. quæ liber. dicit procedere in hæreditate, non in bonorum possess. Item generaliter ad omnia iura respondet quod loquuntur quãdo filius adiuit animo quærendi patri, non sibi. per legem non omnis. ff. si certum pet. Quæ opinio delenda est de omni libro, quia est contra omnia iura, & contra omnem æquitatem & rationem. Et tex. in d. §. hæres. in quo ipse facit totum fundamentum, non probat quod ille qui non

non efficitur hæres obligetur creditoribus, sed solum ille qui adeundo efficitur hæres. sed sup. conclusum fuit secundum omnes quod ipse non efficitur hæres nec bonorum possess. ergo non continetur in illo. §. hæres. Et quod ipse filius non obligetur ultra tex. in d. l. qui in aliena. §. si is qui. ff. de acquir. hær. & d. iura quæ non cauillando probãt, confirmatur ratione efficaci, nam filius adeundo contrahit cum creditoribus sub conditione si sibi uel patri acquiratur hæreditas cuius iussu adiuit. argum. l. si me in uacuam. ff. de acquir. possess. sed patre non ratificante sibi non quærit nec patri, ergo non remanet obligatus. argu. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. Tertio confirmatur, quia quasi contractus inducitur ex æquitate, ne homines locupletentur cum aliena iactura, & alii non patiantur damnum iniuste, ut patet ex omnibus exemplis positis inst. de obligati. quæ ex quasi contract. nascun. per totum, sed si neque filius neque pater est hæres cessat omnis causa æquitatis, ergo etiam cessabit ipsa obligatio, & maxime quia secũdum aliquos obligatio ex quasi contractu fingitur a lege interuenire & consensus, & cessante æquitate cessat fictio. l. denique. ff. ex quib. caus. maio. Præterea quasi contractus inducitur ex peruentione rei pertinente ad alium. l. si tertius. §. si prius. ff. de aqua plu. arc. & ibi Barto. & dixi in rub. ff. si certum pe. de actione ad exhibendum, & aliis actionibus in rem scriptis, sed si non efficitur hæres neque pater neque filius nihil peruenit ad eum, ergo non potest obligari. Quinto facit lex quod si possessor. ff. de petit. hær. ubi qui adiit tanquam hæres non obligatur quia non efficitur hæres, & quod soluit repetit, & sic patet quod opinio Decii est contra omnia iura & rationem & æquitatem, Sed tamen quia docto. hic ex tanta uarietate rationum demonstrauerunt se esse irresolutos, & irresolutio causata fuit quia commiscuerunt istos duos casus contrarios, quando aditio uel agnitio ualet in persona patris, & quando non ualet in persona. ut patet ex rationibus sup. assignatis, & etiam ex repræhensionibus eorum.

29 Ideo pro† resolutione distinguendi sunt duo casus. Aut aditio hæreditatis uel agnitio ualuit in persona patris quia interuenit eius consensus, & tunc dicendum est quod filius obligat creditoribus hæreditariis, quia ipse prius efficitur hæres antequam faciat hæredẽ patrem, & ideo tunc obligatur quia cogitat de se obligando animo transmittendi obligationem ad patrem, Sicut dicunt docto. in l. frater a fratre. ff. de cond. indeb. de filiofamilias accipiẽte pecuniam mutuo, nam licet accipiat ad utilitatem patris, tamen obligatur, & obligationem transfert in patrem, ut no. in d. l. frater a fratre, in prima glo. magna. Sed hoc plus est in filio qui adiit hæreditatem, quia transfert etiam obligationes naturales in patrem propter ius uniuersale, secundum cõmunem opinionem quam posuit Bar. in l. cum filiofa. colum. 3. ff. de leg. 1. qui uoluit quod totum ius uniuersale transeat in patrem cum omnibus iuribus directis & utilibus, ut ipse filius solum remaneat hæres nomine. Et hoc modo possunt concordari omnia iura quæ contrariantur in hac materia, quia illa quæ dicunt obligari filium, intelliguntur ab initio, illa uero quæ dicunt filium non obligari, intelliguntur quantum ad effectum, quia obligatio illa transit tota in patrem, & paruo numero remansura est penes filium, ideo non habetur in cõsideratione arg. l. fi. §. fi. inf. de bon. quæ liber. Si uero agnitio nõ ualuit ĩ persona patris, quo casu nec ẽt ualet in persona filii ut sup. conclusum fuit, & tunc filius non obligatur creditoribus, quia neq; contrahit, neq; habet animum contrahendi, neque aliqua æquitas dictat quod ipse obligetur, & ad contrarium. d. l. filiusfam. ff. de actio. & obliga. & l. tam ex contractibus. ff. de iud. respondetur quod ille loquuntur quando actus est ualidus & filii uolunt contrahere. Sed quando non ualet aditio, tunc nullus contractus inducitur, uel factus resoluitur, nec aliqua æquitas suadet ut causetur aliqua obligatio, ideo non obligatur. Et sic breuis & facilis & clara ratio est quare non obligatur, quia ipse non contrahit, nec habet animum contrahendi, nec aliqua æquitas subest quæ inducat obligationẽ, & in hac resolutione uidentur residere ferrarienses, quãuis non firment pedes.

30 Quinto† notandum est, quod petitio seu agnitio facta per filium ignorante patre non acquirit patri emolumentum hæreditatis, & sic colligitur, quod filius nõ potest acquirere hæreditatem patri ignoranti nec inuito. Vnde contradicit tex. in l. etiam inuitis. ff. de acqui. rer. domin. & l. seruus uetante. ff. de uerb. oblig. Soluit Alexan. quod iste text. loquitur de hæreditate quæ potest afferre damnum, in qua dispositum fuit ut filius uel seruus non possint eos in quorum sunt potestate obligare uel facere damnum. l. qui in aliena. ff. de acquir. hær. facit. §. 1. inst. de noxal. action. contraria uero loquuntur in rebus particularibus non ualentibus præstare incommodum, quæ appellantur lucra. Sed contra hanc solutionem instat Decius de lege hoc iure. §. non potest. ff. de donat. Et soluit finaliter quod nec ẽt inuitis nobis in lucris potest fieri acquisitio irreuocabilis. d. §. non potest. sed solum inuitis nobis acquiritur reuocabiliter, & ita intelligit. d. l. etiam inuitis. & d. l. seruus uetante. Quas postea etiam limitat non procedere in donatione, in qua uult quod regulariter nobis inuitis non possit fieri acquisitio reuocabilis nec irreuocabilis. per d. §. non potest, nisi in casu speciali. l. illud cum glo. sup. de episc. & l. cum pater. §. surdo. ff. de leg. 2. Quæ resolutio aperte falsa est, quia immo in donatione seruus & filius acquirunt inuitis illis in quorum sunt potestate quando non inducitur unum ius uniuersale, ut dixit textus clarus in l. acquiritur. §. adeo. ff. de acquir. per dom. & §. Item serui. inst. per quas pers. nobis aquir. ibi, ex donatione uel qualibet causa. Nec obstat tex. in d. §. non potest. quia nihil facit cum loquatur quando extraneus uult acquirere extraneo, nos autem loquimur quando illi qui sunt in potestate uolunt acquirere illis in quorum sunt potestate, quæ acquisitio passim permissa est quando non tractatur de obligando dominum. Quinimmo contra tex. & distinctionem Alex. quod immo etiam pater uel dominus inuiti obligentur, facit lex qui in aliena. §. interdum. ff. de acqu. hær. ubi filius facit patrem ignorantem necessariũ hæredem, Et idem de obligatione particulari probat. l. si quis seruum. §. etiam. ff. de pecul. Et de administratoribus probat. tex. in l. si infanti. infr. de iure delib. & de procuratoribus probatur ex notatis in l. 1. §. si procurator. ff. si quis iusdic. non obtemper. Et de negotiorum gestore probatur in l. soluendo. ff. de negot. gest. & l. debitor tuus. ff. de solut. & l. Stichum. §. fin. ff. de nouat. & l. si una. §. si tutor. & l. non tantum. ff. de appellat.

31 Ideo † pro resolutione latius distinguendum est, an inuitis nobis aliquid possit acquiri, Aut illi per quos acquirimus sunt penitus extranei, Aut sunt in potestate nostra, Aut sunt administratores, Aut negotiorum gestores. Si sunt penitus extranei, Et tunc regulariter nihil nobis acquirere possunt, per d. l. hoc iure. §. non potest. fallit in acquisitione tacita quæ fit per legis dispositionem, ut in legatis. l. cum pater. §. surdo. ff. de lega. 2. quo casu reuocabiliter nobis inuitis acquiritur, non irreuocabiliter, Aut illi qui uolunt nobis acquirere sũt in potestate nostra, Et tunc si acquisitio non affert damnum, & non potest afferre, ut regulariter in rebus particularibus, & tunc inuitis nobis acquiri potest, per d. l. acquiritur. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. & d. §. item serui. inst. per quas person. nob. acqu. & est acquisitio plena irreuocabilis quam facit lex, quia cum ille nihil quod suum sit habere possit, oportet quod acquiratur domino in totum, ut ibi dicitur. & d. l. seruus uetante. & d. l. etiam

etiam inuitis. Sed tamen dominus postea non prohibetur habere pro derelicto, uel donare, uel renunciare sicut cætera bona. l. 1. ff. pro derelicto.

Si uero est res quæ potest afferre damnum, ut hæreditas uel res donetur cum obligatione aliquid faciendi, uel alia similis res continens grauamen, & tunc illa non potest acquiri dominis inuitis. l. qui in aliena. ff. de aquir. hær. & d. l. acquiritur. §. 1. & d. §. item uobis. Fallit in casu. d. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acqui. hære. & de ratione ibi notatur. Fallit in l. siquis seruũ. §. etiam. ff. de peculio. quia dominus concedendo peculium dedit potestatem disponendi & obligandi, cum & ideo prohibendo cõtradicit sibi, & necesse est quod uel adimat peculium & illam commissionem generalem, uel quod obligetur. Et eadem omnia procedunt in illis quos bonafide possidemus, uel usumfructũ habemus si acquirant ex re nostra uel operibus suis, ut dicitur inst. per quas per. nob. acqui. §. de iis autem. & §. idẽ placet.

Si uero sunt administratores, ut tutor, curator, sindicus, iconomus, & isti omnes acquirunt inuitis ex omni causa sibi concessa in administratione. l. si infanti. infr. de iure deliber. & l. fi. inf. de cur. furiosi. secundũ naturam suæ potestatis arg. no. in l. si una. §. tutor. ff. de appellatio. Si uero sunt procuratores, & idem, si seruant formam mandati. l. diligenter. ff. mandat. & §. item exequitur. inst. mandat. Si uero sunt negotiorum gestores, & isti non acquirunt nobis inuitis, quia requiritur ratihabitio. l. fin. sup. de neg. gest. fallit in omnibus casibus in quibus dominus cogitur habere ratum, iuxta not. in d. l. fi. & in casibus in quibus lex fingit ratihabitionẽ sequutam. l. soluendo. ff. de neg. gest. & l. debitor tuus. ff. de solut. & l. Stichum. §. fi. ff. de noua. Et hæc in acquisitionibus quæ fiunt inuitis. Qualiter autem uolentibus acquiratur, tractatur in l. 1. C. per quas personas nobis acquiritur. & l. si absenti. C. si cer. pet. & l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. pet. & l. Pomponius. ff. de nego. gestis.

32 Quinto† notandum est in text. ibi, emolumentum & patri alatura. quosi sequuta patris ratihabitione emolumentum acquiritur patri & filio, quia dictio etiã, quæ implicat patrem expresse, includit filium tacite, iuxta nota. in l. qui se patris. intr. und. libe. & implicat tacite casum minus dubium, & explicat casum magis dubiũ, ut no. in d. l. qui se patris. & est textus in l. etiam multis. ff. de acq. rer. dom. & l. siquis seruum. §. etiam. ff. de pec. ꝙ est contra text. in d. l. placet & d. l. qui in aliena. ff. de acq. hæred. & l. 1. §. 1. ff. si quis a paren. fuer. manumis. ubi patri soli acquirit, in tantum quod pater solus efficitur hæres. l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulgar. & pupil. & l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquir. hæred. & inf. per Barto. & in l. cum filiofa. ff. de leg. 1. colum. 2. & 3.

33 Communiter† docto. soluunt, quod dictio etiam, implicat factum, exponendo ut hic per Dec. quod dictio etiam refertur ad uerbum alatur, nõ ad uerbum patri. Quod dictum uidetur contra tex. nostrum. & repræhẽdit Dec. hic. Igitur Bal. Secundo soluit quod hic implicatur pater & filius ratione ordinis, quia primo acquiritur filio, & postea patri. argu. nota. in l. Gallus. §. 1. ff. de liber. & post. Sed hanc intelligentiam repræhendit Dec. & Fulgo. quia dictio etiam, implicat tacite casum minus dubitabilem, & expresse determinat casum magis dubitabilem, ut notat. in l. qui se patris. inf. unde liber. & l. etiam filiis. ff. sol. matrimo. & l. etiam ea. ff. de leg. 3. & l. etiam. de fid. tut. cum aliis sup. aduct. Sed hic exprimeret casum minus dubitabilem & implicaret tacite casum magis dubitabilem. Cum maior sit dubitatio quod acquiritur filio, quam quod acquiratur patri, per regulam. l. placet. ff. de acquir. hæred. & l. 1. §. 1. ff. siquis a paren. fuer. manum. Vnde exprimitur in hac implicatiua acquisitio patris quæ clara est, & tacite continetur acquisitio filii quæ dubia est. Et momentanea acquisitio filii non est habenda in consideratione. l. fi. in fine. inf. de bon. quæ liber. Et per hanc rationem repræhendit opinionem Salic. hic uolentis quod acquiratur filio respectu quasi dominii quod habet filius uiuente patre, l. in suis. ff. de liber. & posth. Vnde Dec. uult ꝙ dictio etiam, ponatur affirmatiue pro sic, ac si respondẽdo diceretur, ita est quod acquiritur patri, sicut galli interrogati de aliquo respondent etiam, uel ita est. Quæ expositio est satis friuola & nõ cõuenit literæ, & prius esset responsio quam petitio, & mutatur significatio dictionis. Alii uolunt quod hic sit superflua, quod est destruere literam. Alii quod non reperiatur in codicibus antiquis, quod est somniare, Ferrarienses uero dicunt quod inuenerunt ueritatem, punctuantes tex. post dictionem etiam, & uerbum allatura continuetur cum uerbo peti potest. Et sit sensus, cum ignorante quoque patre peti possit allatura incommodum & damnum patri si ratam petitionem habuerit & etiam emolumentũ & sic dictio, etiam, implicat tacite commodum, & explicat expresse incommodum. Sed hæc opinio plus a-liis distat a ueritate, nam ultra quod est destructiua literæ & extranea, est etiam uana, quia si per petitionẽ acquiritur patri incommodum, quis dubitat quod etiã acquireretur emolumentum, & sic exprimitur casus minus dubitabilis, quia maior dubitatio esset, an ignorante patre filius posset afferre incommodum patri, quam emolumentum per. §. item uobis. instit. per qua. perso. nob. acq.

Alii intelligunt istum tex. in aduentitiis, in quibus dicunt iure isto acquiri usumfructũ patri, & proprietatẽ filio, & ponderant uerbum emolumentum, quod significat usumfructum. l. imperator. in fine prin. ff. ad treb. & sic implicatur filius & pater, ut filio acquiratur proprietas & ususfructus patri. Sed hæc opinio est falsa, quia de iure isto in aduentitiis nihil erat immutatum, nec etiam in bonis maternis ut infra dicam respondendo omnibus obiectis. Et solum in bonis maternis primus fuit Constantinus qui disposuit quod proprietas acquireretur patri filio, & postea Theodosius in aliis bonis ex linea materna, & in lucris nuptialibus, & postea Iustinianus hoc extendit ad omnia aduentitia. ut ꝓbatur in l. 1. & 3. inf. de bon. mater. & l. cum oportet. infr. de bonis quæ liberis. quæ expresse dicunt hoc nouiter fuisse dispositum. Non obstat de uerbo emolumentum, quia concordat. Cum uerbum emolumentum, in iure significet proprietatem & usumfructũ. l. bonorũ. inf. eodem. l. cum pater. §. surdo. ff. de leg. 2. & §. quod si delinquentes. in auth. de mand. princ. & opponitur detrimento, & ideo significat utilitatem omnem. Nec obstat. d. l. imperator. quia & ibi significat proprietatem, ut patet ibi ex occasionibus hæreditatis quæ intelligũtur de fructibus.

Sed ego puto duas primas expositiones bonas esse, prima quæ est communis, quod hic implicetur factũ, & dictio etiam referatur ad uerbum allatura, ut sit sensus, quod filius potest petere ignorante patre quæ etiã allatura est emolumentum &c. Nec obst. quod sit posita iuxta dictionem patri, quia non per hoc illum determinat, sed refertur ad uerbum. Cum omnes dictiones referantur ad uerbum. arg. l. in delictis. §. 1. ff. de noxa. nec consideratur in quo loco partes orationis ponantur, cum in cõstructione debeat poni postea loco suo, Sicut oportet facere de dictione emolumentum, quæ prima est, & tamen in constructione debet poni in ultimo loco. Vel si tibi placet persistere in pertinatia, quod referatur ad uerbum patri, determinando patrem & filium, tenenda est expositio Bal. quod determinet acquisitionem in utroque secundum ordinem, ut primo acquiratur filio, & per filiũ patri. Nec obstat quod exprimat casum minus dubitabilem, quia hoc negatur, cum immo exprimat magis dubitabilem, cum uidebatur ꝙ patri

immo patri nō posset aquiri, cū nō cōsensisset in petitione, q̄ uidebatur requiri. argu. d. l. qui in aliena. Et quia non uidebatur quod tempus inciperet currere nisi ab eius scientia, sicut nec currit filio sciente patre. l. circa. ff. quis ordo. Item licet natura istius dictionis sit cōprehendere tacite casum minus dubitabilem, tamen propter hoc non uitiatur oratio si non est ista apparēs maioritas dubitationis, quia quælibet leuis causa facit maiorem dubitationem. arg. no. per glo. in l. eunuchis inf. de testam. Vel tertio potes ultra alios dare nouam expositionem, considerando quod tota ista lex principaliter intendit demonstrare quatuor casus in quibus nō est differentia an fiant sciente patre uel ignorante, Et hoc perfici mirabili breuitate propter duas implicatiuas. s. de dictione quoque, & de dictione etiā, Et duos primos casus demonstrat per dictionem quoque, habere locum tam sciente quam ignorante patre. Duos postea etiam casus de acquisitione demonstrat procedere tam sciente quam ignorante patre, apponendo dictionem etiam.

Igitur dicendum est, quod dum in uer. cum ignorante quoque, ponatur illa dictio quoque, quæ similiter est implicatiua & demonstrat petitionem posse fieri sciente & ignorante, Dubitatio remanebat. an quando petitio facta est ignorante parte illa possit afferre emolumentum patri per ratihabitionem, uel potius requireretur noua petitio. Et uidebatur quod nō prodesset patri per l. fi. ff. quis ordo. §. quæri potest. & per l. qui in aliena. in principio. & l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred. Sed contrarium determinatur quod immo sit allatura emolumentum patri etiā ignoranti petitionem factam, si postea ratā habuerit, Quia non requiritur præcedat uoluntas patris & scientia, sed sufficit quod sequatur, Et expone, allatura emolumentum etiam patri. s. ignoranti & sic non tantum patri scienti, quando petitio facta fuit, sed etiam ignoranti. Et hoc modo litera plana est, nihil uiolatur, & casus tacitus est minus dubitabilis quam expressus, & cessat illa difficultas quomodo acquiratur filio, in qua tantū laborauerunt doctor. quia implicatio non refertur ad patrem uel filium, Sed ad scientiam uel ignorantiā patris, cogita tamen.

34 Sexto†notandum est ibi, ammittitur transacto tempore. quod bonorū possess. delata filio ammittitur transacto tempore dato ad petendum bonorum possessionem, Quæ conclusio habet duas partes licet doctores non distinguant, quæ continentur in artificiosa breuitate istius legis, ponendo dicta uerba in fine legis, ut omnia posita in præcedentibus possint determinare, Nam primo colligitur, quod bonorum possessio delata filio si non petatur infra tempus ammittitur eo elapso, & sic ex tex. colligitur quod scientia filii facit ut tēpus ad petendum incipiat currere, & negligente filio petere ammittitur in præiudicium patris & filii etiam ignorante patre, & sic scientia & negligentia filii præiudicat patri ignoranti. Vnde contradicit. l. iniquissimum. ff. de iur. & fact. ign. Sed solutio sumitur ex dictis doctor. quod illa lex non procedit in iis quæ possunt explicari a sciente solo, sed procedit tantum in iis quæ non possunt explicari a sciente solo, Actus autem petitionis & agnitionis potest explicari a filio solo, iō eius solius scientia & negligentia attenditur. Sed tamē quia etiam est præiudicium patris propter emolumentum, ideo requiritur quod filius potuerit certiorare patrem, & sit in negligentia nō certiorando. d. l. fi. ff. quis ordo in bon.

35 Secundo†etiam colligitur ex eisdem met uerbis, q̄ si pater fuit negligens in non ratificando, quod ammittitur transacto tempore. Et sic scientia & negligentia patris præiudicat sibi & filio in cursu temporis, ut hic. & in l. fi. ff. quis ordo ibi, postea frustra ratum habebit. Vnde contradicit. d. l. circa tempora. ff. quis ordo. Sed uera solutio est quod illa loquitur de cursu temporis dato ad petendum, nam patris scientia sola non facit illud currere, sed hæc lex loquitur de cursu temporis dato patri ad ratificandum, Nam duo uidentur tempora propter diuersitatem personarū, cum aliquando cedat tempus filio & non cedit patri, ut in d. l. fi. dicitur. Ita q̄ scientia & negligentia patris est in actu suo a se explicando, non in actu explicando per filium, Et sic patet quod negligentia filii in actu suo præiudicat utrique, & negligentia patris in actu suo præiudicat utrique. Quæ negligentia nihil aliud est nisi quædam repudiatio, ergo colligitur quod filius repudiare potest sine patre, & pater sine filio, & sic de directo contradicit lex is qui hæres. §. fi. ff. de aquir. hæred. & l. fi. inf. de repud. hær. & l. remittente. infr. de iure deliber. doctores soluunt, q̄ contraria loquuntur de expressa repudiatione, Hæc autem lex loquitur de tacita.

36 Et ideo ex ea colligitur unum ad quod semper allegatur, quod plus potest tacita repudiatio quam expressa. l. aduersus. cum ibi no. supr. de usuris. l. præses sup. de transact. l. si inter te & me. in principio. cum ibi no. ff. de ser. urban. prædior. Idem dixit Alexand. hic & in l. fi. int. de repud. hær. in glo. reseruetur. quod potestas reuocandi abstensionem concessa in illa lege fin. procedit in expressa repudiatione, secus si tacite repudiasset per cursum temporis, per glosa. in l. 2. & 3. & ibi Bal. sup. de iur. & fact. ignor. Similiter condēnatus ad mortem non potest expresse renuntiare appellationi, & tamen tacite potest, ut per Barto. in l. custodias. de pub. iud. per l. 1. §. fi. ff. de quæstionibus. & l. diui fratres. ff. de pœnis. Et ratio istius differentiæ est, quia cum tacita illa uolontate concurrit præscriptio legis quæ priuat partes propter negligentiam illius qui aliquem actum tenebatur facere, ideo si non interueniat illa operatio legis, expressa dispositio plus operatur quam tacita, Et ego notaui in l. cum quid. ff. si cer. pet. & facit glo. in uerbo partibus. in clem. sæpe. de uerb. sign. & l. expressa. ff. de reg. iur.

37 Sed adhuc†contra istam solutionem & regulam uidetur glo. in l. 1. §. sed uidendum. ff. de suc. edict. in uer si succedat, quæ dicit quod licet ex tacita repudiatione filius excludatur ab uno capite tantum, tamen, si expresse repudiat, excluditur ab omnibus capitibus, & ita nota. Pau. de Castro hic in glo. magna, Et Iason dimisit insolutum. Sed Dec. dat tres solutiones. Prima est, quod loquitur in diuersis terminis. s. quando quis renuntiat in præiudicium sui, ut quia ipsi soli debetur tota successio, secus quando renuntiat in præiudicium alterius, ut hic. Quæ solutio est falsa, quia ista regula procedit etiam quod tractetur de præiudicio repudiātis, cum in præiudicio sui etiam quis plus pōsit per tacitam repudiationem quam per expressam, ut patet in l. fi. inf. de repudi. hæred. coniuncta glo. in l. 2. supra de iur. & fact. ignor. & Alex. in d. l. fina. & hic. per. l. non tātum. ff. de appel. ut declarat Bart. & doctor. in l. custodias. ff. de pub. iudic. & hic per ipsummet Decium in princ. notabilis. Et facit quod uoluit Bart. in l. naturaliter. colum. pen. ff. de usuc. de minore qui præiudicat sibi in præscriptione tacite alienando, & tamen expresse non potest alienare res sine decreto. facit etiam. l. si inter te & me. ff. de ser. urb. præd. Ideo secundo soluit quod ibi repudiatio erat directa ad hæreditatē seu bona, quo casu tolluntur omnes modi succedendi, quia si non uult hæreditatem ipsam coruunt omnes modi p̄sequendi, hic uero cursus temporis & repudiatio tacita respiciebat unum caput & erat limitata ad illud. Sed si repudiatio tacita fuisset generalis non limitata, uel repudiatio expressa fuisset limitata, tunc esset idē, quia limitata causa producit &c. l. in agris. ff. de aquir. rer. dom. & sic datis paribus terminis illa gl. concord. Quæ solutio in se uera est, tamē uidetur esse diuinatiua ad illam glosa. quæ non ponit an uerba essent directa ad

ad successionem. Vnde tertio soluit quod illa glo. non est uera, quia quando filio delata est bonor. poss. ex capite Vnde liberi, nondum sibi competit ex capitibus sequentibus, ideo simplex repudiatio non porrigitur ad capita sequentia. arg. l. quamdiu. ff. de acquir. hær. Et licet Aret. teneret quod generalis dispositio trahatur ad ius futurum per. l. si seruitus. ff. de ser. urban. prędior. tamen uere ille tex. non facit, quia loquitur in cõtractibus dependentibus a duorum uolũtate, repudiatio uero dependet a uoluntate unius, & non potest trahi ad ius futurum. l. si ita scriptum. §. sub conditione. de leg. 2. & est glo. quam ibi omnes sequuntur in l. 1. C. de pact. in principio. glo. magnæ. & hæc solutio est etiam in se uera, sed clare apparet aliud sensisse glo.

38 Tamen†coniungendo has duas solutiones, habes cõmunem resolutionem ad quæstionem formatam per glo. in d. §. sed uidendum. Nam si renũtians dirigit uerba ad caput & ad modum succedendi, uel simpliciter dicit repudio, & tunc non uidetur repudiata nisi illa bonorũ possessio quæ in præsenti est delata, quia hoc uerbum repudio, non trahitur ad ius futurum, ut per glo. in d. l. 1. C. de pactis. Si uero uerba diriguntur ad hæreditatem, uel ad patrimonium, uel ad ius uniuersale, & tunc omnis modus succedendi uidetur repudiatus, ut per Bart. in l. is qui. §. 1. ff. de aquir. hær. quia repudio in bonis uidentur coruere omnia iura petendi, & frustra quærimus de iure petendi, Et pro hac distinctione facit quod habetur in l. duobus reis. §. colonus. ff. de iureiur. dum distinguitur an iuretur super actione uel super facto, quia iuramentum super facto tollit omne, secus si iuratur super actione.

Et per istam communem declarationem habes unã pulcram limitationem ad regulam positam in d. l. 1. C. de pactis. & ad ibi dicta per doc. quod licet repudiatio non trahatur ad ius futurum ex sua natura, tamẽ si uerba referuntur ad ipsa bona, repudiatio ualet, quod est notabile, Et ponitur ibi per doct. & late potest declarari. l. in plurium. ff. de acquir. hæred. & l. 1. ff. de curat. bonis dan. in quarum intellectu laborãt multum doctores. Tamen quia non est bene satisfactum legibus dicentibus quod ius de futuro non potest repudiari, ut ibi tenent omnes doctores. Tutius est tenere opinionẽ quod nunquam per repudiationem uideatur exclusum ius de futuro, & sic glo. ibi & Bart. in d. l. is qui. §. 1. non bene loquuntur, Nisi salues limitationem in iure de futuro quod statim quærendum est ex sola uolũtate, quo casu erunt uirtualiter tres renuntiationes sub una conceptione factę. arg. l. scire debemus. ff. de uerb. obli. & hoc etiam satis placet, Est igitur responsio, quod illa glo. non obstat, quia. Si uerba diriguntur ad bona, non loquitur in terminis, quia uidentur tres renuntiationes, si uero diriguntur uerba ad capita, tunc falsa est. Quarta etiam solutio potest dari, quod illa glo. loquitur in diuersa quæstione, quia ibi determinat quod repudiatio expressa plura compræhendit quã tacita, hic uero dicitur quod tacita repudiatio fortius operatur. Aliud est enim quærere an in plus porrigatur, uel an fortius operetur, ut no. in §. penul. inst. de fidei. Sed iterum contra legem instatur de l. si filius. ff. de interroga. actio. ubi expressa responsio plus præiudicat quam tacita, Bal. in l. 3. sup. de iur. & facti ignor. dicebat illam legem loqui in quæsitis, hanc autem loqui in quærendis, & ita limitabat hanc legem. Sed Decius & bene repræhendit hanc limitationem, quia immo etiam in iure quæsito plus potest præscriptio quam alienatio expressa. c. 2. de donatio. iuncto. cap. de quarta. de præscript. facit quod not. Barto. in l. naturaliter. colum. penul. ff. de usuc. & in l. nemo potest. colum. fina. in princ. ff. de leg. 1.

Quare fac regulam generalem secundum doctores hic quod tacita repudiatio uel alienatio fortior est quã expressa, & efficatius operatur quando cum ea concurrit præscriptio legis, quia tunc uere est ipsa lex quæ priuat propter cursum temporis & negligentiam ipsius. l. 1. ff. de succes. edict. & §. igitur, inst. eod. sicut aliæ præscriptiones. facit lex fin. ff. quis ordo in bono. posses. seruetur. Quæ conclusio procedit siue pater sciuerit delatam bonorum possessionem uel petitam, siue ignorauerit, ut patet in hoc tex. & in d. l. fin. quia ius bonorum possessionis est fundatum in persona filii. Secundo procedit etiam in bonis quæsitis, ut statim dixi, per exemplum aliarum præscriptionum. Tertio secundum doctores procedit etiam in hæreditate, quia militat eadẽ ratio. Sed ego sup. in 1. notabili tenui contrarium, & tũc etiam placet quod in hæreditate non procedat, quia in hæreditate ius adeundi non est in totum fundatum super persona filii, sed hæreditas utrique defertur, & ad acceptandum requiritur quod illo tempore concurrat scientia & uoluntas utriusque, & præcedat iussus. d. l. qui in aliena. de aquir. hæredit. Et ideo non potest incipere tempus currere illi qui solus aliquem actum facere non potest. l. iniquissimum. & ibi glo. ff. de iuris & facti ignor. & non ualenti agere non currit præscriptio. Vnde scientia & negligentia filii non faceret quod tẽpus. 30. annorum curreret in præiudicium patris. d. l. iniquissimum. Et non puto quod dispositio. l. licet. habeat locum in hæreditate delata existenti in aliena potestate, tenendo illam opinionem, quod iuri adeundi præscribi posset contra ignorantem, Quæ tamen non bene probatur ibi, & puto quod illa lex intelligatur de ignorantia iuris quæ habetur pro scientia & negligentia. l. 2. & 3. sup. de iur. & facti ignor. & l. iuris. infr. eo. Et cum non possit currere tempus ad adeundum, sine scientia patris uera uel præsumpta, sequitur quod nulla poterit esse præscriptio, Et ideo potius restringenda est conclusio istius tex. & l. fi. ff. quis ordo. ut non procedat in hæreditate delata de iure ciuili, quia filius in ea nec tacite nec expresse de iure isto potest renuntiãdo præiudicare patri, Item debet etiam restringi hæc conclusio ut non procedat in casu contrario, in patre sciente, cuius scientia non præiudicat filio ignoranti quantum ad hoc ut incipiat currere tempus filio ignoranti. d. l. circa tempora. ff. qui. or. in bono. posses. ser. per. d. l. iniquissimum. ff. de iur. & facti ignor. Sed bene negligẽtia patris in permittẽdo currere tẽpus datum ei ad ratificandũ inceptũ sciente filio ei præiudicabit per istũ tex. & d. l. fi. ibi, frustra ratum habebitur. Nam negligendo ratam habere petitionem præiudicat sibi & filio, quia facta petitione tunc solum tractatur de præiudicio patris, & de facto explicando per eum solum in casibus tamen. In quibus præiudicat filio, & sibi prę iudicat ut dixi, Sed si non præiudicat filio, nec sibi præiudicare potest propter communionem iuris cum filio, ut etiam concludit hic Alex. uer. sed dubium. Tertio restringitur hæc lex & conclusio ex ea sumpta ut non procedat in seruo, quia seruus non potest nec tacite nec expresse præiudicare domino renuntiãdo, quia ipsi non est delata bonorum possessio, sed per ipsum domino defertur. l. 1. §. per seruum. ff. de success. edict. & ipse non potest petere. l. 1. §. 1. ff. de iure delib. & nõ potest per eius scientiam solam currere tempus. per d. l. iniquissimum. Sed solum potest præiudicare domino scienti non adeundo hæreditatem ciuilem, quia ille actus explicandus est a solo seruo, & potest facere quod dominus ammittat successionem, & permittendo se excoriari potius quam adeat, ut no. in l. cum aliquis. infr. de iure delib. & per glo. in d. l. 3. inst. de hæred. institu. Quod etiam seruaretur in filio si ipse nollet adire uel petere bonorum possessionem.

39 Reassumas†igitur breuiter illam difficultatem, quomodo pater & filius & seruus & dominus possint inuicem sibi præiudicare in successione delata filio uel seruo, Et dicas, Aut sumus in hæreditate, Aut in bonorum possessione, Primo casu scientia filii non nocet patri, nec

nec scientia patris nocet filio ad hoc ut incipiat curre re tempus ignorantibus, & per eius lapsum aliter igno rans priuetur, quia nulli delata fuit singulariter, nec u nus solus potest facere actum acquisitionis, Eodē modo nec inuicem possunt præiudicare in expressa repudiatione, per eandem rationem. d. l. is qui, §. neque. ff. de aquir. hæred. Sed tamen eis scientibus inuicem possunt sibi præiudicare in actu explicando per eos solos, ut pater in non iubendo, & filius in non adeundo, ad impediendum acquisitionem bonorum, ut clare dicit tex. in l. fin. in principio inf. de bon. quæ liber. Secundo casu de bonorum posse. dicas quod pater sciens nō potest præiudicare filio ignorāti in cursu temporis ad petendum uel agnoscendum, quia non potest explicari per ipsum ille actus. d. l. circa tempora. Sed bene e contrario filius sciens potest præiudicare patri ignoranti, Si potuit eum certiorare, per istum tex. & l. fin. ff. quis ordo. Sed si ambo sciant, neque pater potest præiudicare expresse renuntiando, neque filius expresse renuntiādo. arg. l. fin. inf. de repudianda hæred. Sed in permittendo labi tempus pater filio scienti si non uult ratificare præiudicare potest, quia actus ille ratificationis explicandus est ab illo solo tam in cursu temporis quā etiam in acquirendo, Et eodem modo filius si non uult petere etiam scientia patri preiudicare poterit in acquirendo. d. l. remittente. inf. de iure delib. In seruo uero si ue sit hæreditas siue bonorum possessio, scientia ipsius domino ignoranti non præiudicat in cursu temporis, neque in amissione per lapsum, qu a illi actus non sunt explicandi per eius personam solam, per d. l. 1. §. 1. de iure delib. & per d. l. iniquissimum. ff. de iur. & fac. ign. neque scientia domini præiudicabit seruo ignoranti delatio, quia ius adeundi habet principium in persona serui, & solus dominus non potest petere neque adire, Sed in expressa repudiatione bonor. possessionis dominus præiudicabit seruo, quia per eum delata fuit domino. Econtrario uero seruus non poterit præiudicare domino expresse renuntiando, ut declarat Barto. in l. is qui hæres. §. neque. ff. de aquir. hær. uer. quæro quid in seruo. post glo. per d. l. 1. §. per seruum, & l. legatum seruo. ff. de leg. 1. Vtroque autem sciente seruus præiudicat domino ut non possit acquirere si non uult adire, uel accedere ad iudicem ad petendam, quia sine eius facto explicari potest. d. l. inde Neratius. & per glo. in l. 3. infra de hæred. instit. & l. seruo inuito. ff. ad trebellia. Et ista omnia procedunt de iure antiquo usque ad tempora Constantini in profectitiis & aduentitiis. Quę nota, quia a nemine reperies ita distincta quamuis in parte sint tacta per Alex. hic col. 2.

40 Sed magna † est dubitatio, utrum hodie filius possit præiudicare patri, & pater filio in tacita repudiatione, Et doctores omnes concordant quod omnia quæ de seruis dicuntur procedant etiam hodie, quia in eis nihil correctum fuit. Sed in filiis distinguitur, nam in profectitiis similiter omnia prædicta procedunt, quia in eis hodie nihil est correctum, ut per glo. in d. l. fina. ff. quis ordo. in bon. posses. seruetur. Sed in aduentitiis est magna altercatio inter modernos. s. an lex nostra & l. fin. ff. quis ordo. hodie sint correctæ per l. fi. inf. de bon. quæ liber. Nam Iacob. Balduini & Lancellottus Decius hic quem sequitur frater suus, Niger, & Ferrarienses tenent quod hæc lex hodie est correcta per. d. l. fi. & quod tacita repudiatio filii non noceat patri, nec tacita repudiatio patris noceat filio, Et mouentur primo, Quia prohibita fuit repudiatio expressa hoc iure ne unus præiudicaret alteri in iure communi, & permissa est tacita propter potentiam operationis legis, Sed hodie inductum fuit quod repudiatio expressa nō noceat alteri, sed potius ius alterius augeat, ergo etiam repudiatio tacita debet augere ius alterius, & priuare repudiantem, Et sic intentio. d. l. fi. est prohibere potestatem alteri præiudicandi, sed hoc præiudicium ita sit in tacita sicut in expressa repudiatione, ergo de utraque dispositum fuit ibi. Confirmant etiam hic Ferrarienses nu. 33. quia repudiatio tacita dicitur potius repudiatio ficta, ut per Bar. quem ibi ponderat Are. in l. Clodius. colu. 3. in fine. ff. de aquir. hæred. & in simili Bart. in l. ab eo. inf. quomodo & quando iud. dixit quod exclusus tempore ad appellandum dicitur ficte consentire. c. quo ad consultationem. de re iud. ibi, per interpretationem iuris. ubi Abbas & Felin. Ergo de hac ficta repudiatione idem debet iudicari quod de uera, quia quantum operatur ueritas in casu uero tantum fictio in casu ficto. l. filiusfam. ff. si cer. pet. & hanc similitudinē conatur per duas columnas uerbose demonstrare. Cōfirmant & tertio Ferrarienses nu. 35. quia tacitum secū dum doctores communiter operatur hic plus quam expressum, sed expressa repudiatio auget ius alterius & præiudicat soli renūtianti, ergo tacita repudiatio plus debet operari in augendo ius alterius & præiudicando renuntianti, Quarto confirmatur per Politum in tracta. substitu. colu. 4. quem refert hic Niger, quia in fauorem ammittentis hæreditatem fuit inductum ꝙ repudiatio alterius expressa non noceat, sed potius au geat, & cofrecta fuit ratio prohibitionis, ergo etiam remanet correcta dispositio. arg. no. in l. 1. ff. de leg. tut. quæ ratio militabat etiam in tacita, ergo & tacita repudiatio est etiam sublata. Quinto adducunt l. 1. §. sed uidendum. ff. de successor. edict. qui æquiparat repudiationem tacitam uel expressam. Et tenendo istam partē respondent adductis per Alex. Et primo quod plus operatur tacita cum legis præscriptione, quam expressa, quia respondent Ferrarienses retorquendo, quod etiam hodie debent plus operari in augendo ius partis quam expressa, & per consequens minus debet præiudicare hodie quam expressa, & hoc in summa dicunt in tribus col. Non obstant iura dicentia quod repudiatio præiudicat & plus potest, quia dicūt quod hodie illa iura sunt correcta in materia repudiationis per d. l. fi. in sui ratione inducendo ut supra. Non obstat aliud fundamentum Alex. quod cum d. l. is qui. §. neque. intelligatur de expressa repudiatione propter iura contraria ut reducatur ad concordiam, ita etiam d. l. fi. quæ uenit corrigendo. d. §. neque. debet intelligi de expressa, qa argumentum sumitur a lege correcta. c. authoritatem. de conces. præb. in 6. cum glo. magna. in fine. & per gl. in l. 1. ff. de coniug. cum eman. lib. eius. Quia respondēt negando quod lex correcta possit allegari secundum glo. in l. 1. in uerbo imaginem de latina liber. tol. Dec. in c. 1. de const. colu. 6. & in d. c. authoritatem Papa allegabat. Vel secundo respondent quod licet. d. l. fin. intelligatur de expressa repudiatione per relationem ad illam legem antiquam, tamen quia mutatur effectus repudiationis qui magis militat in tacita, ut augeat nūc ius partis, ideo uirtualiter disponit etiā de tacita, Nec obstat quod lex noua declaratur, a lege antiqua. argu. not. in l. sciendum. ff. qui satisd. cog. quia respondent ipsi uerum esse quod in quantum ad eam refertur declaratur, Sed cum postea succedat noua ratio & nouus effectus in repudiatione intelligetur de utroque. sicut in l. 1. §. sed uidendū. idem iuris est in tacita quod expressa repudiatione, & sic declarabitur per d. l. antiquam. Non obstat dictum Bart. in l. seruus. §. fi. ff. eo. uolentis quod si tacita olim nocebat patri quando acquirebat totum, tanto magis hodie debet præiudicare, cum solum acquirat usumfructum. Nam respondent quod tacita nocebat quia actus petitionis non poterat explicari a patre, sed quia hodie potest explicari a patre solo ideo nullo modo debet posse nocere ut hic latius per eos qui insistunt per nouem columnas.

41 Sed † per ista ego nullo modo puto recedendum esse * a communi opinione, quod immo lex nostra & d. l. fi. ff. quis ordo. hodie remaneat incorrecta in terminis suis, ut scientia & negligentia filii præiudicet patri in agni-

agnitione, Et scientia & negligentia patris præiudicet filio, ut utroque casu ammittatur in totum in damnum utriusque, Et hæc opinio probatur ex generali regula dicente illud quod non mutatur non prohiberi stare. l. præcipimus. in fine. inf. de appel. & l. sancimus. infr. de testam. & iura iuribus debet cõcordari. l. 1. sup. de inof. dot. & §. quibus. i. constit. codic. & l. fi. & auth. quas actiones supra de sacrosf. eccles. cum suis simil. & maxime in materia acquisitionis peculiorum, in qua imperator declarauit non intelligi correctum quod expresse mutatum non est, ut in l. penul. infra qui testam. facere possunt. & d. l. fi. §. filiis autem. secundum communem intellectum. Sed nullibi reperitur correcta ista lex, ergo non prohibetur stare. Nam tex. in d. l. fi. non facit mentionem de repudiatione tacita nec expressa, ut arbitrãtur isti doctor. sed de eo qui recusat adire uel facere actum acquisitionis qui sibi incumbit, & quamuis dicatur de eo qui repudiandam censet, non tamen ibi textus propriè disponit super repudiatione, sed super recusatione, & iura antiqua remanent incorrecta tam super repudiatione expressa quam etiam tacita, Nam cõsiderans Iustinianus quod aditio hæreditatis non poterat fieri nisi concurrente uoluntate utriusque. Et idem in bonorum possessione saltem ex post facto per ratihabitionem, ut in l. qui in aliena. ff. de acquir. hæred. Et propterea eueniebant multæ discordiæ, cum filius nolebat explicare actum suum quia sperabat mortem patris uel emancipationem precibus impetrandam ut solus obtineret hæreditatem, uel ipse melius se instructum arbitratus dicebat damnosam hæreditatem, & iudicabat repudiandam, pater uero desiderabat aditionem ut complaceret aliis filiis, uel ipse putabat lucrosam, Et uel econtrario pater putabat non esse accipiendam & nolebat præstare consensum, Propter quas discordias hæreditas remanebat iacens & bonorum possessio ammittebatur, cum uoluntas unius impedire poterat acquisitionem alterius semper, licet non semper uoluntas unius poterat præiudicare. Et in consequentiam nascebantur multæ lites inter patrem & filium ut ipse cogeretur præstare consensum uel explicare actũ suum saltem ex quadam æquitate iudicis uel creditores instabãt pro suis creditis, uel uenientes ex successorio edicto prætendebant successionem, ut clare dicitur in princ. illius. Ex quibus prohemiis apparet quod illa lex facta fuit propter discordias quæ transibant in rixas & deducebantur ad conflictum & apparebat de expressa contradictione partium, Et ideo apparet ꝙ illa lex correxit tantummodo ius antiquum in casu illarum contradictionum, & discordiarum apparentium, per quas apparebat de contumacia partis, nõ autem in casu quo partes simpliciter essent negligentes in faciendo seu explicando actus suos.

42 Et ideo ille tex. disponit quod tunc prætendens successionem acquirat ius integrum quando requisiuit aduersarium uerbo uel in scriptis ut explicaret actũ suum necessarium ad acquirendum, & si ille negat se uelle explicare & recusat tunc omne ius suum consolidatur in requirente quasi per quodam ius accrescendi uel non decrescendi & ipse recusans priuatur, Et hoc suadetur propter uerba illa, pater filium compellit adire & ille reclamandum existimet, & ibi patrem adire recusante filio, & postea dicit econtrario, filius adire cupit recusante patre. Quæ uerba denotant expressam negationẽ factam ad requisitionem alterius. Per quam negationẽ inducitur contumatia recusantis, ut probatur in §. sed si recuset. inst. de fideicom. hæred. ibi, iussu prætoris adeat. & l. postulante. uers. cæterum. & l. non est cogendus. & l. omnes. ff. ad trebell. Et ideo in l. recusare. eo. titu. & l. recusari. ff. de acqu. hær. dicitur quod recusatio fit per se, per nuncium, uel epistolam, & licet nõ requirat præsentiam neque decretum, requirit tamen actum expressiuum uoluntatis, & requisitionem præambulam, Nam recusare dicitur qui debite requisitus demonstrat nolle facere actum, uel differt facere sine causa, ut in auth. de exactio. instan. dote. §. illud ibi, contẽtatur uel offerat uel in iudicio petat. & l. tutor qui repertorium. §. si deponi. uer. si præceptum. ff. de admi. tut. quæ clare hoc probant nec euitari possunt, licet Ferrar. magis negent quam quod repellant. Et confirmatur ratione, Nam per talem actum ille recusans uenit priuandus iure suo, ideo conueniens est quod ista priuatio fiat præcedente aliqua contumatia quæ inducitur per recusationem expresse factam. Et idem probatur in §. sin autem. ibi, patre uolente ipse reclamauerit, & in §. similique modo. in fine. ibi, Et hæc ubicũque discordia est inter patrem & filium. Vbi uero in unum concurrit uoluntas, tunc communicatur hæreditas ut ibi dicitur. Et sic apparet ꝙ loquitur tantum de duobus casibus. s. qñ est discordia, & qñ est concordia, qñ uero non est concordia nec discordia, quod est qñ unus est negligens tantũ, tunc ille text. non disponit quid agendũ sit circa modũ acquirendi uel amittendi, ergo remanet sub dispositione iuris communis. d. l. præcipimus. in fine de appel. & auth. quas actiones. cum ibi no. sup. de sacr. eccl. & l. si uero. §. de uiro. cum materia. ff. solu. matrim. Et imputetur patri desideranti adire quod ipse non fuerit diligens in requirendo differentem ut illum constitueret in contumacia & priuaret iure suo, & se posuit in necessitatibus antiquis. arg. l. fi. inf. de iure deliber. §. sin autem hoc aliquis. & §. si quis autem.

Nec obstant allegata in contrarium, quia licet uideantur multa, tamen in unum reducuntur, quod mentaliter illa lex disposuit etiam de tacita repudiatione, quia respondetur quod illa lex neque in uerbis neque mentaliter loquitur de repudiatione, prout est repudiatio sine requisitione facta, sed loquitur de requisitione & recusatione inducente contumaciam & discordiam. Et ideo non comprænhendit etiam expressam repudiationem si fuisset facta absente parte & ignorante, Ita quod non induceretur contumatia. Item dato quod loqueretur de expressa repudiatione, tamen non potest extendi ad tacitam, tum quia est correctoria iuris antiqui, quæ correctio est euitanda inquantum potest. d. l. præcipimus, in fine. de appel. & auth. quas actiones. C. de sacrosf. eccl. Et in hac materia tradita fuit regula. in l. penul. inf. qui testa. face. possunt. quod non sit correctum nisi illud quod est expresse mutatum, ut ibi declarant communiter doctores. Tum etiam, quia non militat eadem ratio, Nam in expressa repudiatione adest expressa contumacia propter quam apparet ꝙ non uult hæreditatem cum deliberatione, & merito ipse priuatur. Sed ubicunque est sola negligentia, non apparet de ista præcisa uoluntate, nec de causa legitima priuandi. Sicut negligens non uenire ad iudicẽ nõ priuatur potestate appellandi, sed ille tantum qui recusat aperte, ut nota. in l. ab eo. cum materia. inf. quomodo & quando iudex. Item forsan si fuisset requisitus per rationes requirentis potuisset mutare animum & acquirere, sicut dicitur de arbitris qui omnes sunt citandi, quia ille solus posset alios trahere in suam sententiam. c. 1. de arbit. in 6. & c. bonæ. 2. & c. per uenerabilem extra de elec. Item in expressa repudiatione quãdo interuenit requisitio apparet de diligentia sua si nihil est ꝙ ei imputetur & facto suo acquisiuit sibi ius, secus est quando tacet, Et fortius succurritur sibi prouidentibus quam aliis, ut per gloss. in §. ex conditionali. inst. de uer. oblig.

Quare resoluendo constituas quatuor casus separando simplicem repudiationem ab ea quæ fit ad requisitionem. Aut quæritur an filius possit præiudicare patri recusando, Aut quæritur an possit præiudicare patri per ignorantiam suam, Aut quæritur an possit præiudicare patri negligendo, Aut quæritur an possit præiudicare patri repudiando expresso sine requisitione a

patre

patre facta. Primo casu conclusio est clara, quod recusando non potest præiudicare patri, immo prodest, quia in ipso consolidatur omne ius.d.l.fi. Secundo casu in ignorantia filii adhuc clara est conclusio, quod non præiudicat neque sibi neque patri, quia ipso ignorante non potest incipere currere tempus.per l.1. ff. de iu. & fact.ignor.& l.iniquissimum.eo.tit.nisi sit ignorantia iuris, quia tunc habetur pro sciente. l.iuris.infr. eo. Tertio casu quando filius sciens negligit. in quo doct. late insistunt ut supra dixi. Concludendum est cum communi opinione, quod etiam hodie in aduentitiis negligentia unius præiudicat alteri, & repudiatio tacita filii hodie præiudicat patri sicut antiquitus si non interuenit requisitio, per prædicta. Quarto casu dicas quod repudiatio expressa solius filii uel patris non nocet repudianti, sicut nec olim quando ex sola uoluntate facta fuit ignorante patre uel negligente non præcedente requisitione, quia d.§.neque hodie remanet incorrectus, & non obstante repudiatione filius pœnitētia ductus poterit adire uel agnoscere, & similiter pater si ad huc sua tempora largiuntur & ad exclusionem oportebit currere tempus, Et qui uolet euitare hoc damnum debebit etiam hodie esse diligens & requirere aliam partem ut deducat discordiam in conflictum, & cōtumatiā in parte ut iure merito possit priuari iure suo.

43 In uno tamen casu potest saluari opinio illorum ut hic dicit Alex. limitando quando filius sciens delatam sibi bonorum possessionem ignorante patre malitiose procurauit ut non deueniret ad aures patris, nā hic dolus demonstrat expressam recusationem, & ex æquitate supplebit quandam fictam requisitionem factam a patre & recusationem.d.l.recusari.ff.de acquir.hæred. Et hanc opinio, ego puto sustineri posse tam in hæreditate quam in bonorum possessione ex capite restitutionis in integrum, ut dicam. q. p. determinando quid de iure nouo. Sed de iure isto Alexand. in gloss. in uerbo ignorāte. uidetur tenere quod etiam hoc iure antiquo pater non poterat malitiose cessare a ratificatione fienda, quia hæc cessatio est quædam repudiatio. l.recusare.ff.de acquir.hæred. Quæ repudiatio erat prohibita in præiudicium filii.d.§.neque. & l.renitente. infr. de iure delib.& l.fi.inf.de repud.bon.possess. Ex qua ratione infertur, quod idem seruabatur in filio de iure antiquo, quia nec ipse poterat expresse repudiare. d.§.neque.& ibi expresse Bar. Quam conclusionem ego puto ueram in hæreditate, quia cum hæreditas esset delata utrique ut dixi in 1.notab.& nullus solus poterat adire eueniebat quod tempus ad adeundum nō poterat currere, quia non ualenti agere non currit præscriptio. l.1.in fi.inf.de annal. excep. Et ideo filius post mortem patris non impediebatur postea adire non obstante aliqua præscriptione, quia lex licet. infra de iure delib. non habet locum in hæreditate delata existentibus in potestate aliena nisi concurreret negligentia in utroque æqualiter & ignorantia iuris & non facti, & in iis terminis etiam potest procedere dictū Barto.in d.l.is qui.§.neque filius. Sed in bono.poss.ego puto Alex.male loqui, & opinio Fulg.ueriorem, quod immo malitiosa dilatio filii præiudicabat patri ignoranti, & malitiosa dilatio patris in ratificando præiudicabat filio in amittendo in totum hoc iure, ut probat clare iste tex.in uerbo amittitur. quod determinat utrumque dictum, ut sup.demonstraui.& idem clare probat tex. in d.l.fi. ff.quis ordo. ibi, currit tempus, & ibi, frustra ratum habebit. Alioquin hæc lex seruisset nobis de uento, quia scientia cum negligentia habet in se præsumptionem uoluntatis, Et male esset succursum creditoribus quod tantum curauit prætor, ut in l.1.ff.de succes. edicto. Et idem de iure nouo quia non fuit correctum ut statim dicam, sicut nec etiā in expressa repudiatione facta absente parte sine requisitione ut etiam infra dicam. Et in fine legis ubi breuiter reassumam materiam. Nec obst. quod hæc malitia inducat recusationem & repudiationem, quia falsum est, sed dato quod sit uerum, tamen per hoc non impeditur cursus temporis, quia fauore creditorum hoc fuit introductū ne successiones starent in suspenso. Ideo si expresse pater repudiaret, non impediretur cursus temporis, & etiam si filius repudiaret, Sed solum infra tempus datum ad acceptandum nō potest præiudicare, & hoc modo intelligitur. l. fi. infr. de repud.bon.poss. Igitur elapso tempore filius excluditur in totum, non ui repudiationis quæ non ualet, sed ex præscriptione inducta a lege per cursum temporis, & hoc modo debet intelligi & declarari lex facta. §.si quis bono.ff.ad trebel.ut hic etiam per Ferrar. numero 44.& 46. Et hæc omnia puto procedere etiam respectu sui, ut de iure antiquo in casibus in quibus nō poterat præiudicare alteri nec etiam sibi poterat præiudicare propter communionem.d.§.neque filius. & ibi Alex.& sequitur hic Niger respōdendo obiectis Rom. & Areti. Et ex dictis per me apparet clarior responsio omnibus motiuis prædictis, Sed de iure nouo præiudicat sibi in proprietate & in usufructu, & in toto iure q̄ habet si requisitus non facit actum explicādum per ipsum tam in hæreditate quam in bon.poss.quia ipse priuatur, & omne ius transfunditur in requirentem. d.l.fi. ut hic etiam per Alex.uer.sed dubium est.colu.2.& Nigrum.nu.8.cum seq.

44 Subdunt etiam hic Ferrar.nu.47.post Alexan. nu.8. an restitutio in integrum detur patri absenti ex causa reipublicæ uel alio iusto impedimento impedito, ut non potuerit iubere filio adire uel ratificare bon.poss. & interim mortuus sit filius ut amplius eam consequi non possit, & ipse determinat restitutionem dandam, per l.cum quidam.ff.de acqui.hær.in princi. & ibi Cuma.in specie Rom.Bal.Ang.& Pau.de Cast. dicentes ēt de iure nouo dandam esse restitutionem. Sed Cuman. dicebat hodie non esse dandam restitutionem, quia solus pater hodie potest adire, & imputari potest negligētia filio qui potuit solus adire. Ferra. hic referunt uarias responsiones ad contrarium, sed tamen quia confundunt hæreditatem & bono. possess. Ideo ego puto separandas esse quæst. Nam aut loquimur in hæreditate, aut in bon.possess. Si in hæreditate, dicas quod ratio Cuma.nihil ualet, cum non sit uerum quod hodie solus filius uel pater possit adire, quia lex fin. solum dat hanc potestatem quando sunt in discordia, & unus requisiuit alium ut sup. dixi, quæ discordia non præsupponitur stante absentia, & maxime quia nullus actus fuit incōtrarium, cum oporteat filium expectare iussum etiam hodie, Sed magis stringit, quia iussus potest fieri ab absente.l.si quis mihi bona.§.pater filio.& §.iussum. ff. de acqu. hæred. Ferrar. respondent quod licet hoc posset facere, tamen non tenebatur ut per Bartolum post gl. in l.fi.ff.de in integ.rest.& habetur in l. sed & si per prætorem.§.1.ff.ex quib.causis maior. Nec etiam quis cogitur relinquere procuratorem, unde non potest contra absentem fieri missio ex 2.decreto, licet fiat missio ex primo.l.ignorare.supra de restit. militum & per Soci. & Alexan.in l.de die.§.tutor.ff.qui satisd.cogant. Tertio obstat, quia uidetur quod possit imputari filio qui non certiorauit patrem ut haberet.argu.l.fi.ff.quis ordo. Sed potest responderi quod negligentia ista filii nō consideratur in hæreditate. d. l. cum quidam. quia pater non debet confidere de eo an perpetuando, an hæreditas sit damnosa uel lucrosa, Item certioratio non faciliter potest fieri in magna absentia, & maxime in bello & in occupatis ex causa reipublicæ. Et sic concludendum est quod si de facto non poterit imputari aliqua negligentia quod dabitur restitutio etiam hodie, In bonorum uero possessione non ita faciliter debet dari restitutio, licet Ferr.teneant per omnia idem, ex eo quia filius solus ignorante patre potest petere bonorum possess.per istum tex. & sufficit quod potuerit certiorare

tiorare patrem, & si non certiorauit, eius negligentia præiudicat patri, siue moriatur siue uiuat, d.l. fi. ff. quis ordo. Et ideo ad hoc ut ei detur restitutio, oportet q fuerit ita absens quod non potuerit certiorari, nã tunc non currit tempus nec filio nec patri, d.l. fina. & si interim moriatur non potest imputari negligentia patri, Sed si potuisset certiorari & non fecisset per mortem filii nõ daretur restitutio nisi fuisset ita inopinata quod non potuisset filius etiam ignorante patre petere. Et in summa omnia sunt remittenda arbitrio iudicis qui uidebit an imputari possit de facto negligentia illi qui solus poterat facere actum illum necessarium, argum. d.l. prima. §. fin. ff. ex quib. caus. mai. & not. in §. rursus, inst. de actio.

45 Item † circa illam difficultatem, an pater repudiando sibi præiudicet, clarius quam etiam sup. dictum fuerit, Concludas quod in profectitiis neque sibi neque filio præiudicat, cum sibi non sit delata hæreditas ut sup. dixi. d.l. is qui. §. fi. ff. de acqui. hæred. & l. 2. infr. de repud. bon. posses. quia semper concurrente aditione filii poterit acquirere. In aduenticiis uero adhuc dicendum est, quod pater non præiudicat si filius nondum adiuit hæreditatem, quia per eandem et rationem sibi soli nõ est delata, & ideo si filius postea adeat, acquiritur filio, & in consequentiam postea ususfructus acquiritur patri, quia repudiatio sua nihil potuit operari. arg. l. is potest. ff. de acqui. hæredi. Si uero repudiauit post aditam hæreditatem a filio, & tunc quia sibi est acquisitus ususfructus, renuntiando priuatur ipso usufructu, nec impeditur pater renuntiare dicto usufructui. l. cum oportet. §. cum igitur. infra de bon. quæ liber. & in tantum repudiatio patris non adita hæreditate per filium sibi non præiudicat, quod si pater post repudiationem suam requireret filium ut adiret, & ipse recusaret, non obstante repudiatione prius facta, poterit de nouo adire, & in totum acquirere, quia hæreditas non erat sibi delata. argu. tex. in l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred. & hic etiam per Nigrum. nume. 8. cum seq. Nec obst. quod dicit Alexan. hic, quod ex repudiatione patris acquiritur ius filio per d.l. fi. quia ut dixi illa l. fi. procedit facta requisitione a filio, nam tunc si pater recusat consentire aditioni, ius totum accrescit filio per d.l. fi. sed prædicta procedunt quando nulla facta requisitione per filium pater repudiaret, & ita in uno casu potest saluari Alex. & eodem modo pater non potest præiudicare filio per repudiationem suam, per eandem rationem, quia sibi non est delata. Et prædicta uera de repudiatione tacita uel expressa.

46 † An autem per pactum possit renuntiari, dicas ut in l. 1. & l. fi. sup. de pac. super quibus sæpe & sæpius cogita. Nunquid autem tacitũ plus ualeat quam expressum, non est materia nostra, sed dic ut plene dixi. in l. cum quid. ff. si cer. pet. ultra alios.

Glo. prima timore contrarii exponit tex. Nam uidetur quod non possit exemplificari in filiofam. cum pater semper eum præcedat in acquisitione & delatione, unde glo. exemplificat in successione materna, in qua habet unde legitimi. l. 2. in fi. ff. und. legit. Quæ expositio uera est, tenendo quod bona materna isto iure acquirerentur patri in totum, quod ego puto uerum ut inf. demonstrabo in glo. in uerbo emolumentum. Secũdo exponit de bon. posses. und. cogn. & intellige ex linea materna, Nam filius uocatur quia uenientes ex linea matris sunt cognati filio non patri, cum coniuncti uxoris sint affines marito per matrimonium, §. affinitatis. insti. de nupt. sed si essent cognati ex linea patris, dic ut statim dicam. Tertio modo exemplificant in successione ex testamento per secundum tabulas, & hoc exemplum uerificari potest in omnibus personis tã extraneis quam coniunctis, & non habet difficultatem. l. cum filiofam. ff. de leg. 1. Quarto modo exponit in causa aduentitia, quæ expositio uera est tam ex testamento quam ab intestato in bonis maternis & lineæ maternæ, & alia acquisitione non proueniente a cognatis patris, quia tex. noster loquitur de acquisitione quæ fit p filium patri, quæ olim habebat locum in omnibus aduentitiis usque ad tempora Iustiniani. l. cum oportet. inf. de bon. quæ lib. Subdebat tamen Cy. quod generaliter tex. potest intelligi in quacunque successione etiã agnatorum & cognatorum, ut si unus agnatus consentit alteri agnato quod contrahat incestas nuptias uel cognatus ex parte patris, Nam tunc delinquens non potest succedere sed eius filius. l. si quis incesti. §. ita tamẽ sup. de incest. nupt. Sed Alber. repræhendit per l. quæritur. ff. de bon. liber. & no. in l. diui fratres. ff. de iur. patron. Dec. uero defendit in casu quo pater renuntiaret iuri suo per cautelam cepollæ. Quæ defensio non est bona, quia hoc iure pater non poterat facere quod filius esset capax quærendorum bonorum, sed fuit introductum per l. cum oportet. & authen. ibi posita. infra de bonis quæ liber. Item ex alio mihi exemplum non satis facit ad tex. nostrum in quo tractamus de acquisitione patris, & quando emolumentum sit quærendum patri, ut patet in litera, ideo teneas præcedentes expositiones & exempla. De intelligentia autem illius cautelæ dicas ut hic per Ferrarien. qui inducunt ad casum quotidianum. Potes etiam exemplificare in successione agnatorum si pater esset prius exclusus tempore uel repudiatione, nã sicut filius sibi ipsi succedit, ita etiam patri repudianti potest succedere. arg. l. 1. §. sed uidendum. ff. de successorio edicto.

47 Glo. in uerbo † ignorante multipliciter opponit contra tex. nostrum & soluit, sed quia obscura est, Alex. eã declarat & imperfecte & in aliquibus male. Ideo dicas q hæc glo. formauit contraria ad duo dicta legis quæ simul immiscuit. s. quod filius ignorãte patre possit petere, & quod si non petierit amittitur transacto tẽpore, Et quia hæc dicta immiscuit, solutiones datæ uidẽtur extra propositum. Sed si dicta & contraria separentur, omnes solutiones erunt bonæ. Contra ergo primũ dictum, quod filius patre ignorante possit petere, opponit dupliciter, primo de l. fi. §. quæri potest. ff. quis ordo, ibi, quid enim prodest petere cum si petiisset nõ alias acquireretur quam si pater comprobasset, & sic uidetur quod non possit efficaciter petere. Secundo etiã oppo. de d. l. fi. §. necessitate. ubi filius sine consensu patris non potest stare in iudicio, patre ignorante nõ potest petere bonorum possessi. Et per consequens sequitur contra secundum quod non potest ammitti trãsacto tempore, quia non ualenti agere non currit præscriptio. l. fi. in fine. inf. de annali except. Ad ista contraria sic commixta glo. dat quatuor solutiones. Prima est q ammittitur transacto tẽpore computando ab eo tẽpore quo potuit certiorare. Sed glo. repræhendit, quia nõ tendit ad primum punctum ignorantiæ. s. ad primum contrarium quod ignorante patre efficaciter non possit petere & non possit filiusfam. stare in iudicio, sed solum tendit ad secundũ contrarium, quod ammittatur transacto tempore. Vnde secundo soluit, quod si patrẽ certiorare potuit & non fecit, tunc procedit ista lex tam in primo quam secundo dicto, sed si nõ potuit certiorare patrem, uel ille certioratus non potuit habere ratum, nec efficaciter non potest petere, nec admittetur transacto tempore. Quæ solutio in se uera est, sed non soluit contrarium, quod filius non possit stare in iudicio. Et ideo dat tertiam solutionem, quod illa loquitur in quæsitis, hæc in quærendis, in quibus facilius præiudicatur. l. fi. int. de acquir. posses. Sed Alex. reprehendit, quia lex. i. de annali except. & §. necessitatem. habet locum etiam in quærendis. sed bene conuenit cõtrario de l. filius. sup. de pactis. Vnde quarta est solutio quod d. §. necessitatem loquitur in iudicio ordinario, hic autem agitur de extraordinario, in quo inhabiles admittuntur. l. seruus. ff. eo. & l. seruos. ff de alim. & cibar. leg. Quam solutionem approbat hic Alexand. sed tamen

tamen non tollit contrarium. de lege fin. ff. quis ordo. & per consequens non eneruat contrarium de lege. 1. in fin. inf. de annali excep. Ideo tu unicuique cōtrario formaliter responde. Et primo quod ignorante patre filius non potest efficaciter petere, responde quod cōtrarium uerum est quando pater est absens ualde uel furiosus ꝙ nō potest comode certiorari nullo modo. Sed si filius potest certiorare & non certiorauit tunc ipse efficaciter petere potest, quia ignorante patre poterit consequi decretalem, & hodie iudicialem, & sic cessat contrarium, & ambæ solutiones debent simul coniungi. Et apparet quando incipit currere tempus ad petendum, ut si non fuerit petita quod ammittatur. l. si potuit certiorare patrem.

48 Notanda est tamen glo. in 2. solutione, dum dicit ꝙ si pater noluerit habere ratum ꝙ non currit tempus, & sic præsupponit ꝙ contradictio patris nolentis ratificare facit ꝙ tempus non currat filio, & ad istud glo. reputatur singularis. Et eam sequitur Alex. hic limitando istam conclusionem d. l. fi. quod si pater fuisset certioratus & postea neglexisset ratificare ꝙ amplius nō posset amittere nec curreret tempus, quia hæc recusatio patris induceret repudiationem quæ non potest nocere filio. l. fin. inf. de repud. hæred. & l. is qui hæres. §. neque. ff. de acquir. hær. Sed Fulgos. tenet contrarium & optime, quia est contra istum textum qui dicit ignorāte quoque patre, ergo potest petere sciente & ignorante patre, & ammittitur utroque modo ignorante patre. & idem dicitur in d. l. fi. ff. quis ordo. & etiam sequitur hic Ferrarien. nu. 56. & respondet motiuis Rimina. nu. 11. & Cur. nume. 20. & ponderat. d. l. 2. ff. quis ordo quæ ponit impedimenta facientia tempus non currere, & tamen non connumeratur ista ratihabitio denegata. Nec obstat illud de repudiatione, quia repudiatio non impedit quin currat tempus filio quo elapso filius non excluditur per repudiationem patris, sed per cursum temporis. Sed solum repudiatio non nocet filio, quia si a tempora largiuntur ipse poterit petere & pater mutando uoluntatem poterit ratificare postea, quia prima repudiatio non ualuit. argum. l. si ita scriptum. §. sub condit. ff. de leg. 2. & d. l. is qui hæres. per totam. l.

Secundum est contrarium. d. l. 1. §. fi. ff. de annali except. Vera solutio est, quod ipse filius habet personam standi in iudicio in hoc actu, & ipse efficaciter potest petere quantum ad consequendum decretalem, Ideo ipsi non petenti currit præscrip. Et si dicatur ꝙ immo efficaciter non potest petere, cum ad acquisitionem fiendam requiritur ratihabitio, ut hic in tex. Respondetur ꝙ in quærendis sufficit ꝙ possit petere quantum ad consequendum decretalem seu iudicialem, licet nō acquiratur dominium ignorante patre quantū ad hoc ut currat præscriptio ad ammittendum, sed in quæsitis oportet ꝙ efficaciter possit petere etiam ad consequendum dominium ad hoc ut currat præscrip. d. l. fi. Et sic tertia solutio potest adaptari ad contrarium. d. l. fi. Et ita habes nouam limit. ad d. l. fi. ut non procedat in quærendis indistincte, & ꝙ sufficiat actum de facto explicari posse, licet non habeat effectum iuris. & glo. optime loquuta fuit, licet Alex. & alii reprehendant, sed non bene perceperunt mentem eius, nec bene formauerunt contrarium. Et regula illius. l. est naturali ratione fulcita, ne quis priuetur iure suo sine culpa uel negligentia ut per Bal. in authen. nisi. in princ. uer. sed quid dicas. inf. de bon. mater. Et de ista regula loquitur Bal. in l. fi. §. donec. de iure delib. & Alex. consi. 59. uiso, in fine. uol. 1. & consi. 78. col. 2. uol. 6. Et procedit quando ille impeditus non potest remouere, impedimentum, secus si possit. l. quibus in princ. ff. de cond. c. & demōit. & l. sed & si per prætorē. §. 1. ff. ex quib. causis maior. & c. fi. de excep. Pau. de Cast. consi. 292. Ego Pau. & habetur in l. qui pōt. ff. de regu. iur. Item procedit etiam ꝙ impedimentum ueniat ex causa impediti. c. quia diuersitatem. & ibi Abbas in 3. notab. extra de conces. præben. Item nisi sit causa dolosa illius impedimenti ad illum finem Roman. consi. 9. quod pars cōdemnata. Item procedit etiam ꝙ obstet exceptio. per Dec. in l. non uidetur. ff. de regu. iur. post Ancha. consi. 5. & hic latius per eum.

Tertium est contrarium. d. l. filius. sup. de pact. ubi filius non potest præiudicare patri. Sed solutio est uera quæ ponitur tertio loco, ꝙ illa lex loquitur in quæsitis hæc in quærendis in quibus existentes in aliena potestate possunt præiudicare illis in quorum potestate sunt. l. fi. infr. de acquirenda possessione.

Quartum est cōtrarium de lege finali. §. necessitate. de bonis quæ liberis. Vera solutio est quam tenent hic doctores. ꝙ ille. §. loquitur quādo filius agit in iudicio ordinario. hic uero agit in extraordinario in quo habet legitimā personam standi in iudicio. Et ꝙ hic non agatur in figura iudicii tenet glo. in l. 3. §. si causa cognita. ff. eo. de cuius ueritate statim dicam. Aliā solutionē dabat hic Dec. ꝙ hic tex. loquitur de impetratione, cū petere bonor. posses. non sit agere, sed impetrare. secundum Bal. hic. & in impetratione filius admittitur secūdum Roma. in consi. 6. dicitur. Et conuentus potest impetrare rescriptum sine Abbate quamuis non possit agere. Abbas in c. causam. de offi. deleg. & facit lex uniuersa. sup. de præci. imper. offer. Sed hæc solutio incidit in primā, ꝙ ista petitio sit persecutio, id est imploratio officii iudicis, cū omnis imploratio officii iudicis sit impetratio. Item hæc impetratio est maioris effectus ꝗ impetratio rescripti, quia per eā consequimur cōmodū & incōmodū. l. 1. ff. eo. Tertia est solutio ꝙ hæc lex loquitur in iis quę contentantur consensu subsequēti, in quibus filius potest stare in iudicio, per istum tex. Et ideo dicit hunc tex. hodie non esse correctum. Sed hæc solutio relata ad bon. poss. pōt stare ꝙ hæc lex non sit correcta, sed ꝙ generaliter in iis quæ contentātur ratificatione sequenti filius possit stare in iudicio falsum est, quia alias in quasi omni actione posset stare in iudicio, quia regulariter ratihabitio æquiparatur mandato. c. ratihabitio. & ibi no. de reg. iur. in 6. Vnde prima solutio melior est & generalior. Secundum quā ponitur una limitatio generalis ad d. §. necessitate. ꝙ non procedit in casibus in quibus proceditur extraordinarie non in figura iudicii, ut per Bar. ita restringentem inf. in fin. uerbis.

Sed tamen quia docto. confuse loquuntur, Ideo pro pleniori resolutione reuoco in dubiū, an filius sine cōsēsu patris possit stare in iudicio, & cōmunis resolutio uidetur esse ꝙ filius nō pōt stare in iudicio ordinario sine cōsensu patris. d. §. necessitate. sed in extraordinariis sic. per d. l. fi. & facit. l. seruus. ff. eo. & gl. in l. 3. §. si cā cognita. ff. eo. quę uult ꝙ bon. posses. nō detur in forma iudicii. Et iō inferūt doct. secus esse si appareret cōtradictor in petitione bon. posses. quia tūc de forma iudicii datur & requiritur cōsensus patris p d. §. necessitatē. Quā limitationē repræhēdit Cor. & aliqui moderni, sed quia cōfundūt limitationē cū regula, iō pro tollēda æquiuocatione separatim tractabo. Et contra limitationē, ꝙ iudiciū bono. posses. existēte cōtradictore nō efficiatur ordinariū, & semper filius possit stare in iudicio sine cōsensu patris, adducitur, quia restringere ꝙ si eis nō interuenit cōtradictor, est expssa destructio tex. nostri cū aliis sup. allegatis. Secūdo adducit Corn. hic rationē multū cōcludentē, qa in hoc iudicio nemo læditur, cū decernatur omnibus petētibus sub cōditione si sūt de uocatis. d. l. filius. §. si qs. ff. de leg. præstā. & de iure erit discutiēdū ī iudicio possessoriȩ hæreditatis petitionis, ī quo petitur declarari se esse bonorū possessorē. arg. no. in l. licet minimā. ff. de petit. hære. Tertio facit. l. illud. ff. de cont. tabu. ubi nō expectatur ꝙ hęres adeat hęreditatē ut se posit opponere, ꝙ nō eēt si fieret

præiudicium parti.arg.l.3. §.duæ sunt causæ.ff.de car bon.edic.§.cũ igitur.insti. eo. Et hæc opinio mihi ma gis placet,quia hodie agnitio bonorũ possessionis non fit in iudicio.l.fi.inf. eo. & tamen datur ad similitudinem antiquæ.l.fi.§.nos itaque.supra de cura. furio.Sed hodie clarum est quod bon.poss.potest agnosci siue existat contradictor siue non, sicut hæreditas adiri potest.ad cuius similitudinem hodie agnoscitur.d.l.fi.ergo & etiam olim per d.l.fi.§.nos itaque. Et ideo concludo ꝙ olim iudicium bon.posses. erat semper extraordinarium, siue existeret contradictor siue non, per prædicta. Non obstat ꝙ requirebatur causæ cognitio quia negari potest,ut per Bulgar.in l.fi.inf.eo. Et licet ibi approbauerim communem opin. tamen eam tenui cum distinctione si aliqua extrinseca difficultas examinanda concurrit,& ibi etiam sentit Dec. Vnde secũdo modo potest solui, ꝙ tunc requirebatur causæ cognitio ubicunque simul cum petitione bono.posses. petebatur etiã possessionem rerum dari ita ꝙ coniungebatur cum petitione etiam iudicium possel.hæredi.petit. Quod potest simul coniungi sicut petitorium & possessorium.per l.cum quidam.ff.eo.si recte inspiciatur, ꝙ ibi tacite iudicando super falsitate etiam in fauorem accusantis uidetur decernere bono. posses. sicut in simili dicitur in l.1.supr.de ordine iudic.in glo.quoniam dixi.& ibi Bar.col.fi.uer.quæro utrum. Et iste est nouus intellectus ad d.l. cum quidam. qui potest addi dictis supr.in rubr.cogita tamen.

49 Secundo†dubitatur,an regulariter filius possit stare * in iudicio sine consensu patris, & communiter docto. uidentur hic concludere ꝙ non per d. §. necessitatem. nisi in iudicio extraordinario per tex.nostrum. Cõtrarium tamen tenent communiter doct in d.§.necessitatem.& Bar.& alii ꝙ immo regulariter filius possit stare in iudicio sine consensu patris, Et mouẽtur per tex. in l.si longius.§.1.ff.de iud.& l. denique. §.sed utrum. ff.de mino.& l.inter liberos.§.penul. & l.filium. ff. de adult.& l.noxali.ff.de noxa.Et ad d.§.necessitatem. respondent quod loquitur in casu speciali in aduenticiis in quibus pater habet usumfructum, quo casu requiritur consensus patris ad demonstrandũ renuntiationẽ factam de usufruc.quia ut dicit Cur. pater adhuc habet ius in bonis,& de eis filius non põt testari secundũ magis cõmunem opinionẽ inf.qui testa.face. poss.l.fi.per tex.in l.3.infr.de castrẽ.pecul.lib.12.Et ita habes duas cõmunes opiniones sibi cõtrarias,& secundũ unam requiritur consensus ad integrandũ personam, & secundũ aliam requiritur cõsensus ratione præiudicii,& opinio docto. in d.§. necessitatẽ. uidetur magis recepta ut hic per Cur.nu.51.Alex.in l.1.§.fuit quæsitũ.ff. ad trebell.& in l.1.ff.de author.tutor.& in consi.106. uol. 1. & Ferrarienses hic sequuntur nu.59.Fulgos. tamen ibi, & Cor.tenent cõem opinionẽ.per d.§.necessitatem.in sui ratione. dum dicit, ne iudicia fiãt sine consensu patris,ergo præsupponit ꝙ regulariter iudiciũ nõ procedit sine cõsensu patris,Nec adaptari põt respõsio cõmunis ꝙ requiratur ibi ad docẽdũ de recusatione,quia ibi constabat de recusatione, & sufficeret ꝙ recusatio patris deduceretur in iudiciũ per instrumentũ uel per testes absque eo ꝙ tantũ incõmodũ induceretur in cogẽdo patrẽ,Et hæc pars mihi magis placet per. d.§.necessitatem.qui uult substantiam iudicii non esse sine consensu patris dum utitur uerbo consistere ꝙ significat substantiã.l.2.§.1.ff.si cer.peta.alioquin.n.si solum requireretur ad declarationẽ,iudiciũ deberet ualere saltem parte non opponente, cũ filius haberet integrum ius & integrã personã.arg.§.fi.insti.de excep.Secundo probatur in c.fi. §.fin. de iud. in 6.ubi regulariter filius non potest esse in iudicio sine consensu patris, & tamẽ sumus ibi in iis quæ non acquiruntur patri de hoc tantũ ibi fuit dubitatum,quamuis decidatur ꝙ in illo casu non requiratur consensus, quia pater laicus non se põt intromittere de beneficiariis causis. Tertio facit tex. in c.qui generaliter.de procu.in 6.§.1.ubi disponitur ꝙ possit stare in iudicio si conueniatur tamquam procurator,& superflua esset dubitatio si extra aduenticia posset stare in iudicio, & hanc opinionem tenent omnes canonistæ.Nec obst.ll.alegatæ incontrariũ,quia faciunt limitationes ad regulam.Et lex si longius.§.1.loquitur quando pater est absens.l.3.§.sed utrũ. & auth. ꝙ locum.inf.de solut.loquitur in dote.l.filium.de adulter.loquitur in causa criminali.ut plene per glo.& docto.in d.c.fi.de iud.in 6. Nec ualet ratio Cur.hic ꝙ pater retinet in aduentitiis ins succedendi, quia non attẽditur.arg.no.per Bar.in l.qui Romæ,§. duo fratres. ff. de uerb.oblig.per tex.in l.post emancipationem.ff.de opti.leg.Et facit ꝙ uoluit Bar.in l.frater a fratre.colu. 6.nu.18.ff.de condic.inde.ubi uoluit quod filius libere talia bona posset alienare si pater renuntiauit usufructui,Et propterea cessat principale fundamẽtum tenẽtium aliam partẽ, quia ibi fuit renũtiatũ successioni in totum,& non poterat esse præiudicium patris.Iste tamen consensus secundũ omnes potest præstari in quacunque parte iudicii,ut per Bar.in d.§.necessitatẽ. col. 2.qui in hoc non habet contradictorem secundum Ferrarien.hic. Et ponit Afflic.in decis.reg. 189. Vnde tenenda est solutio quarta glo.data ad contrarium. §.necessitatem ꝙ ille tex.loquitur in ordinariis. Nos uero loquimur in extraordinariis in quibus non proceditur secundum formam iudicii, Et hoc potissime procedere debet in bono. posses. ne expectando consensum patris laberetur tempus ad petendum bono.posses.uel expectando præiudicaret creditoribus.iux.§. cum igitur.institu.eodem.

Glo.emolumentum, timore contrarii exponit text. dicens quod de iure antiquo & hoc iure totum emolumentum acquirebatur patri, Sed a Iustiniano nouiter introductũ fuit ut in aduẽticiis ususfructus acquiratur * patri,& communiter sequuntur doctores, Addentes ꝙ in bonis maternis & prouenientibus ex linea materna etiam ante Iustinianũ ususfructus acquirebatur patri.l.1.& 2.inf.de bon.mater.& l.prima.inf.de bon.quæ liber.& ita se habet communis opinio ut per Iaso. nu. 3.Rim.nu.24.Lancel.nu.53.& Sapia. nu. 67.& Niger nu.11. Ferrarien.nu.69.Sed quia iste articulus est ualde intricatus & difficilis, ad tollendã æquiuocationẽ.

Aduertendum est quia quatuor tempora considerantur circa bona materna,Primum est tẽpus.ff. & in hoc communis est opinio ꝙ bona materna in totum acquirebantur patri.Secundum est tempus. C.usque ad Constantinum.& idem ꝙ de iure.ff.Et in hoc tempore procedit hæc.l.nostra quæ fuit facta a Seuero & Antonino qui regnauerunt a natiuitate Christi.106.Cõstantinus anno 312.ut patet in lexycon iuris ciuilis.Tertium fuit tempus a Constantino usque ad Iustinianũ, a quo fuit introductum ꝙ bona materna acquirãtur patri quoad usũfructũ tantũ,& hoc fecit Constantinus in bonis maternis tantũ.l.1.infr.de bon.mater.ꝙ postea fuit extensũ per Arcadiũ & Honoriũ ad omnia bona peruenĩẽtia ex linea materna. l.2.inf.de bon. mater. de anno.396. ꝙ ius confirmauit Theodosius & Honorius postea per triginta annos,& addidit idem seruãdum esse in lucris nuptialibus.l.1.& 2.infr.de bon. quæ liber. Quartum est ius Iustiniani in l.eum oportet. & in l. cum non solum.inf.de bon.quæ lib.quo dispositum fuit omnia aduenticia ad similitudinem bonorum paternorũ acquiri filio quo ad proprietatẽ, & quoad usumfructum patri,quæ omnia sunt communiter approbata.

50 Sed †Cin.& Riccar.malũ.in uno discrepãt,& uoluerunt ꝙ ẽt de iure.ff.ante Constantinũ bona materna acquirerẽtur patri quo ad usumfructũ tantũ, & per cõsequens ẽt tẽpore legis nostræ,& mouebantur per tex.in l.filius.ff.de inof.testam. Secundo per text. in l. qui in aliena.uers.item.ff.de acqu.hære.ubi tex.separatim ponit

nit de bonis maternis, ergo præsupponit aliquã, differentiam inter bona materna & alia aduentitia, quia si non fuisset differentia, frustra addidisset separatim de bonis maternis,& ita concludunt quod non acquiritur proprietas patri, sed tamen propter usumfructum requiritur iussus patris,sicut in aliis aduenticiis. Tertio adducit Alcia.tex.in l.sacratissimi.ff.ad tertulli.ubi dicitur quod ad liberos successio matris pertinet etiã quod sint in potestate. Quarto potest adduci tex.in l.1. inf.de bon.mater.ibi uenerandæ.ll.quæ uerba innuũt dici de iure.ff.cum aliæ sint constitutiones.ad idem est tex.in l.cum oportet.infr.de bon.quæ liber.ibi,ius antiquum.Quinto adducitur tex.in §.1.insti.per qua perso.nob.acqui.ubi ante Constantinum filius acquirebat bona quæ effugiebant acquisitionem patris.

Contrariam tamen opinionem tenuit Bar.hic & cõmuniter scribentes, & mouentur primo, quia nouiter hoc fuit introductum a Constantino.d.l.1.inf. de bon. mater.ergo ante non erat introductum. Secundo adducit Bart.text.in l.si filius meus.ff.siquis.ommis.cau. test.ubi in patre datur actio legatorum perinde ac si esset hæres testatoris. Tertio facit tex.in d.l.qui in aliena.dum dicit idem in bonis maternis est necessarius iussus, quod non esset si bona essent filii. Quarto facit tex.in §.1.insti.per qua.perso.nob.acq.ibi, quod quærebat filius quærebat patri exceptis castrẽsibus,& quasi castrensibus, ergo alia non acquirebantur filio.arg.l nam quod liquide.in fi.ff.de pen.leg.Ad idem tex. in l. siue emancipatis.inf.de donati. Et tenentes istam partem respondent ad contraria.& primo ad l. filius.ultra responsionem Bar.& Iaso.quas repræhendit hic Deci. quod ille text. loquitur in quærela in qua est speciale quod commodum acquiratur filio propter exhæredationem factam. Quæ responsio etiam non tenetur, quia est diuinare quod in illo casu non quæratur hæreditas patri, cum emolumentum iniuriæ quæratur patri, licet iniuria sit filii, & regulariter emolumentum quæritur patri,licet ius adeundi sit filii, ut hic per Ferrarienses & bene. Nam esset ualde absurdum quod mater posset facere per suam exhæredationem filium capacem quærendorum bonorum, cum per institutionẽ non posset nisi cum conditione emancipationis. l. filius.sup.de inoffi.testam. ideo Ferrarienses hic intelligunt quod ibi iudicium agebatur a filio & commodum alii.i.patri acquiritur. Quæ responsio nimis repugnat literæ.Secundo respondet quod ibi pater agit nomine filii,unde reputatur eadem persona cum filio.igitur sicut si filius ageret acquirendo patri diceretur alii commodum acquirere, ita pater agendo dicitur alii commodum quærere, quãuis sibi acquirat.Quod non est etiam sine magna uiolatione, quia ibi non dubitatur de filio,sed solum de patre an ammittat legatum,& si diceretur quod filius quæreret alii, non esset ad propositum an pater ammitteret legatum, unde responde ut statim dicam.

51 Non † obst.l.qui in aliena.quia probat contrarium, ut patet in inductione pro alia parte.Et si dicatur quare specialiter dicit de bonis maternis, responde quod uidebatur quod sufficeret ratihabitio ex quo erat successio noua.l.introducta.Sed tamen contrarium determinatur,quod immo requiratur iussus, & sic dubitatio non erat an acquireretur patri, sed solum an sufficeret ratihabitio,& hæc responsio est uera sequendo cõmunem ad illum textum.Sed secundum intellectum Viuiani ibi qui est peregrinus minus.obst.quia ibi deciditur ꝙ in hæreditate matris delata filiofam.sufficiat ratihabitio sicut ibi dixit de bonorũ possessione,quia est successio ex lege noua, ꝙ confirmat in uers. sed & si.ut in tantũ procedat ꝙ pater sine aditione filii quærit si diu possedit.Et ille intellectus in puncto iuris mihi placet, & probatur in dictione sed & si, quæ ponit diuersitatẽ in facto,& idemptitatem in iure,ut no.in l. sed & si.ff. de peti.hæred. Sed statim dixerat quod in bonorũ possessione sufficit ratihabitio, & postea dicit, sed & si in bonis maternis,& sic in casu diuerso, ergo idem est in iure ꝙ sufficiat ratihabitio,& relatio in dubio debet fieri ad proximiora,ut no.in l.si idem. ff. de iurisdic.omnium iud. Quod suadetur,quia uult quod præsumatur ex cursu temporis,quæ præsumptio non cadit in iussu. arg.no.in l.sciendum.ff.qui satisd.cog.dum concludũt doct.ꝙ mandatum nunquã præsumatur.Non obst.l.1. inf.de bon.mat. & l. cum oportet. quia referuntur ad ius Constantini quod dicitur esse antiquum respectu Iustiniani, & hoc patet manifeste,quia ibi tractat de acquisitione lucri maritalis quæ sine dubio non erat de iure.ff.Non obst.l.pen.ff.ad tertullia.per quam Alcia. lib.4.paradox,capite.3.uolebat in.ff. considerari duo tempora, tempus ante, & tempus post imperatores. Nam tempore antiquo. ff.bona materna acquirebãtur patri,& ita intelligit text.in l.si filius meus.ff.si qui.ommis.cau.test. In secundo tempore bona acquirebantur filio,& ita intelligit tex.d.l. penul.ff. ad tertul.ponderando uerbum pertinet, quod denotat acquisitionem perfectam ut ibi per eum.Et hanc considerationem dicunt Ferrarienses fuisse circumspectam, quãuis omnes moderni eam repræhendat, & aliqui dicunt quod ille tex.intelligitur de orficiano senatusconsulto per quod filii facti fuerunt successibiles, quam solutionem etiam sentit ipsemet Alcia.& conatur remouere quia demõstrat illam.l.fuisse factam per multa tempora post orficia.senatusconsultum,& tamen ibi text.dicit quod cauetur de nouo. Per quam ponderationem etiam tollitur responsio Ferrariensium qui dicunt quod illa. l. refert orficianum senatusconsultum, nam repugnat uerbum cauetur,Ex quibus patet quod d.l.filius.ff.de inoffic.testa.& l.penul.ff.ad tertu.adhuc obstant communi concluuoni. Contra quam tenendo potest responderi adductis pro communi,& primo tex.in l.1.inf.de bon mater.refert ius antiquum nihil de nouo introducens. Sicut faciunt quasi omnes. ll. C. quæ disponunt idem quod ius.ff.ut dicunt Doct.in l.1.inf.titu.pri.Nõ obst. tex.in d.l.si filius meus.quia Alcia.respondet quod loquitur quando pater ageret tanquam procurator filii, & conueniebatur tanquam pater filii. Sed quia responsioni repugnant uerba sequentia,ibi, ac si esset uere institutus,& quia procurator ad agendum non est procurator ad soluendum, ideo dicas quod ibi pater agit nomine filii tanquam administrator propter usumfructũ suum,& conuenitur tanquam dominus, iuxta.l.1. infr. de bon.mater.quæ refert ius antiquum.Nõ obst.l. qui in aliena.quia retorquetur incontrarium,quia si ibi nõ fuisset uis in bonis maternis specialiter non dixisset, & secundum intellectum quem supra dedi nihil facit.Nõ obstat.§.1.instit.per qua.pers.nob.acq.quia ille tex.nõ loquitur de bonis maternis, quod patet, quia imperator ibi dicit se de nouo correxisse quod non potest procedere in bonis maternis,& ideo subiungit postea aliũ §.in quo tractat de bonis maternis,& aliis quæ acquisitionem aufugiũt,& Iustin.se declarauit in d. l. cũ oportet.ad quam se refert. Eodẽ modo debet declarari tex. instit.de succes.per arrog.Sed tex. in l. siue emancipatis.inaduertenter fuit allegatus, quia nihil facit, licet quidam per hæc ultima duo iura dicant tenere opinionem communem,quæ tamen nihil faciunt cum loquãtur de successione bonorum patris, non in successione matris.Et sic patet quod arg.communia non stringunt & sustentabilem esse aliam opinionem.

52 Puto † tamen non esse recedendum decisiue a communi opinione per tex.in dicta. l.prima. infr. de bon. mater. qui nouiter hoc disponit. Quod patet, quia utitur uerbo imperatiui modi quod denotat iuris noui introductionem, ut nota. in l. non dubium. sup. de leg. nam dicit. (sint ita in parentum potestate ut habeant ius utendi & fruendi dumtaxat) & idem

probatur in l. 2. in uerbo illibata custodiant, & in uerbo non posfint, quæ uerba non referunt, sed nouiter præcipiũt. Ad idẽ est tex. in l. si filius meus. ff. siquis om missa causa test. non destruendo literam. Nam ibi intẽdit iurisconsultus demonstrare edictum prætoris habere locum siue pater ex suo iure succedat siue nomine filii. Nec ualet responsio tradita per Alc. quod illa lex sit facta ante orficianũ senatus. cõs. quia nõ constat ꝙ fuerit facta a Saluio Iuliano qui fuit tempore Adriani ante diuum Marcum. Sed ab alio Iuliano. Fuerunt. n. multi Iuliani. ut l. apud Iulianum. ff. de leg. 1. Et hoc suadetur, quia illo tempore filius succedebat ab intesta to, cum alias non potuisset habere pater bonorum possessionem omissa causa testamenti. Tertio probatur ꝑ tex. in l. 1. in uer. quanquam. institu. quibus non est per mis. face. testa. ibi, omnia acquisita esse parentum exceptis iis qui ex constitutionibus, præcipue nostris, ergo ex constitutionibus, non ex iure antiquo fuit introductum. Quarto probatur per l. filiusfam. ff. de acq. hæred. ubi si decedat mater relictis filiis & socero, & nepotes adeant iussu patris, non acquirunt auo hæredi. ergo si iussu aui adiuissent auo acquisiuissẽt, alias frustra toria esset dubitatio. Nec potest cadere responsio Alc. de usufructu, quia illa. l. loquitur de acquisitione ꝓprietatis. Quinto facit, quia nemo negat quod requirebatur iussus ne inuitus pater obligetur. d. l. qui in aliena. Sed si non succederet non obligaretur, ergo non requireretur iussus, sed consequens est falsum, ergo & antecedens. Sexto facit tex. institu. de orfici. & d. l. 2. ad tertu. retorquendo, dum ibi extenditur ad filios existentes in potestate, nam frustra fuisset specialiter dubitatum an in filiis in potestate successio ab intestato deberet admitti nisi patri esset acquirenda qui erat extranea ꝑna. Septimo probatur in l. filiis. sup. de inoffi. testa. ubi si mater instituit filios sub conditione emancipationis propter conditionem, pater nõ potest accipere bonorum possessionem iuris & tenere bona, sed debet restituere, ergo si non fuisset conditio pro se retineret. Octa uo facit tex. in l. filius familias. sup. de petit. hæred. ibi, patri acquisiuisse commodum, in sui generalitate. Non obstant contraria, & primo lex filius. ff. de inoffic. testa. quia si recte consideretur ille tex. præsupponit patrem habere emolumentum, Nam ibi dubitatur si patri sit legatum relictum, & nomine filii accuset, & succumbat, an perdat legatum, & dubium erat, quia emolumentum erat acquirendum patri, alias clarum esset quod non ammitteret, sicut nec tutor ammittit. §. si tutor. instituta de inoffic. testamento. Sed contrarium determinatur ibi, quia licet acquirat emolumentum hæreditatis, tamen emolumentum uictoriæ parat filio, qa in quærela non agitur de hæreditate principaliter, sed agitur de iniuria & delicto filii an commiserit ingratitudinem, & sic de meritis filii. Vnde uictoriam parat filio, quia facit declarari filium mereri & non fuisse ingratum. Et hoc cõfirmat per duo exempla sequentia, primo si habens legatum sit institutus hæres a filio accusante, quo casu accusans nomine filii est habiturus hæreditatem, & tamen dicit quod non ammittit legatum quia ut extranea persona accusat testamentum, Et idẽ dicit si legatarius arrogauit accusantem, quod casu similiter est habiturus bona, nihilominus non ammittit legatũ, quia nomine alterius facit. Et subdit postea text. quod in illis duobus casibus est minor dubitatio quam in patre, ergo necessario præsupponitur quod ibi pater acquirebat hæreditatem, alias non fuisset maior du bitatio in patre, nec exempla essent in terminis, & sic ille tex. retorquetur pro communi. Ex qua intelligentia sequitur quod ille priuatur legato qui per personã suam est habiturus commodum hæreditatis. Sed si per mediam personam alterius ueniret, non deberet priuari legato, per illam legem, si in persona primi cepta erat lis. Ex quo sequitur quod in casu. l. Papinianus. §. meminisse. eod. titulo ille qui est grauatus non potest perdere legatum, nec fideicommissarius, quia per se non consequitur commodum, sed iure cuiusdam successionis facere uidetur, per illam legem in fi. Nisi dicas quod fideicommissarius habet ex iudicio testatoris, non pater, uel dominus, uel arrogator, iuxta. l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulga. & pupil. Non obstat l. penul. ff. ad tertul. quia potest dici quod ille text. refert constitutiones extendentes senatusconsultum orficia. ad nepotes, de quibus habetur in §. 1. institu. de orfic. quæ non erant tempore Constantini, & ideo non sine ministerio dixit liberos, & in illis uerbis, etiam si in parentum sit potestate se refert ad casum. l. filius familias. ff. de acquirenda hæreditate. Vel etiam dicas quod ibi refertur senat. cõ. orficia. quod factum fuit per orationem Diui Marci recitatam in senatu orficio & Rufo consulibus. d. §. primo. institu. de orfic. Cum ibi non nominat nomen auctoris nos referemus ad illum quẽ scimus fecisse, Et tam clarum est quod iure digestorum illa successio erat cognita. d. l. qui in aliena. & l. 2. §. si. unde legit. & in ff. sunt illi tituli. Et ille textus dicit oratione, non constitutione. Non obst. uerb. pertinet. in quo fundat Alc. quia in filiis in potestate large capitur l. pecuniæ. ff. de uerbo. signif. in aliis uero filiis sui iuris stat proprie, & nõ inconuenit quod unum uerbum stet proprie & improprie. l. 2. ff. de offi. proconf. & leg. Nõ obstat. l. prima. inf. de bon. quæ liberis, ibi, uenerandas leges. & l. cum oportet. ibi, ius antiquum, quia referuntur ad Constantinum & Archadium, & constitutiones appellãtur leges. l. fi. sup. de legib. Et probatur, quia fit mentio de bonis ex linea materna, & lucris nuptialibus, quorum acquisitio nouis constitutionibus inducta fuit. l. 2. & 3. inf. de bonis mater. & ibi ius antiquum dicitur omne quod nõ est nouum, & fuit ante Iustinianum. Non obst. l. qui in aliena. quia sup. responsum fuit & ponderatur pro utraque parte, Et facit lex idem in legitima. coniuncta. l. is qui. §. neque. qui præcedit. ff. de acquirenda hæred. Non obstat. §. 2. instit. per quas perso. nob. acquir. quia ille text. loquitur de bonis maternis, Quia idem Constantinus uoluit quod quando pater haberet usumfructum in bonis maternis & emanciparet filium quod tunc acquireret tertiam partem ꝓprietatis in remunerationem præiudicii quod patiebatur pater dando ei facultatem quærendorum bonorum in totum. argu. l. 1. ff. siquis, a par. fuer. manu. Et Iustinianus disposuit quod solum haberet medietatem ususfructus, ut declarat glosa. ibi in uerbo soluat. Et etiam potest intelligi eadem ratione de bonis ex linea mater na & lucris nuptialibus, & clarius dixit tex. in d. l. cum oportet.

53 Gl. in uerbo ratam, duo dicit, primo quomodo debeat fieri ratihabitio, secundo ponit ius nouũ, Ex prima colligitur ꝙ pater potest ratificare expresse & tacite petitionẽ bonorũ possessionis factã a filio. l. filius. sup. de petit. hæred. l. fin. ff. eo. l. qui in aliena. & l. fi. §. si non adierit. ff. de acqu. hæred. & sequuntur cõmuniter Doct. Sed dum præsupponit gl. ꝙ per cursum longi tẽporis uideatur ratificare, obstat tex. in l. bonorũ. ff. rat. hab. ubi ratihabitio non põt fieri nisi tempore quo petitio fieri põt, iõ aliqui, ut Iacob. Bald. tenebant ꝙ iste actus ex quo præsumitur ratihabitio, debet fieri infra tempus quo petitio fieri posfit, alias non inducitur. Bar. tamẽ latius intelligitur sufficiat cursus longi tẽporis. per. ll. allegatas in glo. Et ex cursu tẽporis nõ inducitur ratihabitio, sed præsumitur ꝙ ab initio interuenerit, Sed pro resolutione istius difficultatis, ad tollendas æquiuocationes quæ confusionem inducunt inter Doct. aduertendum est, quia ad consequendam bonorũ possessionem delatam filiofam. duplex requiritur actus, unus filii qui petat & cui decernatur de iure antiquo uel de iure nouo coram iudice agnoscat. l. fi. infr. co. Alius in persona patris, ut ratificet factum filii. Vnde

interuenit petitio uel agnitio filii, & non constat de ratihabitione. Secundo, quãdo interuenit factum patris sed non constat de petitione uel agnitione filii. Tertio quando non constat neque de facto patris neque de facto filii an ex cursu temporis præsumatur solemnitas.

54 †Circa primum, quando constat de agnitione filii, & dubitatur de ratihabitione patris, Aduertas quod tunc tractamus de actu qui dependet a sola uoluntate, & potest fieri in quocunque loco sine solemnitate, & inducitur ex omni actu qui nõ potest explicari citra ius & nomen hæredis, argu. l. pro hærede. de acquir. hæred. Et possessio plena sine protestatione uidetur esse actus q non potest explicari citra ius & nomen hæredis, Ideo dicas quod si pater infra tempus petendi bonorum possessionem fecit actum ex quo præsumitur aditio, iuxta. l. gerit. & l. pro hærede. ff. de acqu. hæred. & tunc casus est clarus, quod præsumitur ratihabitio, quia ex actu qui non potest fieri citra ius & nomen bonorũ possessoris inducitur ratihabitio. argu. d. l. pro hærede. & hæc proprie appellatur ratihabitio tacita, non præsũpta, iuxta. l. cum quid. ff. si certum petatur. & nihil impedit eam fieri sine uerbis. l. Paulus. ff. rem rat. hab. Vnde si possessio fuit plena sine protestatione cum libera perceptione fructuum, quia non potest explicari citra ius & nomen hæredis, inducitur ratificatio tacita ex paruo tempore, nec oportebit eam continuatam probare, neque etiam durasse per decennium, quia sufficit etiam fuisse sex mensium si tanquam dominus percepit fructus, per d. l. pro hærede. Aut pater istum actum fecit post lapsum temporis, & hoc apparet, & non interuenit continuatio illius actus uel alterius annexi p longum tempus, & tunc adhuc casus est clarus quod pater non habebit hæreditatem, quia ratihabitio ista fuit facta post tempus, & non ualet. l. bonorum. ff. rem ratam haberi. Quia sicut expressa ratihabitio non sufficit nec etiam debet prodesse tacita quæ non potest plusquam expressa, ut dixi in l. cum quid. ff. si cer. peta. Nec cursus temporis etiam decem annorum, & continuatio possessionis, cum non potuisset in principio fieri ratificatio, potorit prodesse, & in hoc casu præsupponatur quod uere appareat de principio.

55 Aut interuenit †actus simpliciter cũ possessione longi temporis, sed non apparet an sit factus ante tempus uel post tempus. Et hic est casus dubius an præsumatur ratihabitio. Bart. & Bal. in d. §. Sed si adierit. Cinus Ange. Sali. & Fulg. hic. Alexan. nu. 15. late examinat Rim. nu. 26. disting. nu. 27. & Iason. nu. 6. Cur. nu. 57. Et com-
* muniter doctores tenent quod ex continuatione possessionis præsumitur ratihabitionem interuenisse tempore debito. per l. filius. supra de petit. hæred. Secũdo per tex. in l. qui in aliena. §. sed. & si. ff. de acqu. hæred. Tertio facit communis regula quod ex cursu longi tẽporis solẽnitas extrinseca præsumitur. de qua in l. sciendum. ff. de uerb. oblig. Iacob. tamen Bald. & Bal. & Ferrarienses tenent contrarium, & mouentur, quia cursus temporis non inducit præsumptionem actus ubicũque illo tempore non est habilitas faciendi, iuxta notata per Abba. in c. innotuit de empt. & uendit. ubi uxoris patientia super alienatione rei dotalis non inducit cõfirmationem, quia agere non potest durante matrimonio, ergo nec etiam hic, cum ratificatio post tempus fieri non possit. Secundo mouentur, quia transacto anno uel centum diebus pater excluditur per text. nostrum. & l. fi. ff. qui ord. & ius petendi transit ad alium. l. 1. §. quibus. ff. de succes. edic. ergo ratihabitio nõ potest fieri in præiudicium iuris alterius. no. glo. & Bart. in l. si indebitum. ff. rem ratam haberi. Tertio adducitur per Ferrarienses ratio, nam cum ista possessio per longum tempus tendat in præiudicium tertii, aut ignorat, aut scit, Si ignorat, sibi non præiudicat, Aut scit, & tũc succedit doctrina Bar. in l. cum de in rem uerso. ff. de usu. ubi uoluit q ubicũque tractatur de magno præiudicio patientis diuturnitas temporis non præiudicat. Quarto facit, quia ratihabitio æquiparatur mandato. l. semper qui non prohibet. ff. de reg. iur. & notat. in l. si pecuniæ, sup. de neg. gest. Sed mandatum non præsumitur, ut not. in d. l. sciendum. & Bal. in l. 1. sup. de reb. alien. non alien. l. qui fundum. §. procurator. ad fi. ff. pro empt. ergo nec ratihabitio. Et ad allegata pro communi respondent quod loquuntur in hæreditate in qua semper durat facultas adeundi per totum tempus, & nemini ius acquiritur. Sed in bonorum possessione per tempus acquiritur ius alteri. nec obst. not. in l. sciendum. quia non procedunt quando actus in illo tempore fieri non potest. Sed tenentes communem opinionem respondent adductis per Bal. & primo, quia non est uerũ quod requiratur facultas faciendi actum in toto tẽpore, quia præsumitur pro sententia & decreto & pro solemnitate subhastationis, ut notatur per docto. in d. l. sciendum. & constat q illi actus non semper fieri possunt, quia sententia debet ferri durante instantia, & decretum & subhastatio interuenire tempore alienationis, & est ratio, quia ut dicit Barto. non inducitur actus ex cursu temporis, sed propter cursum temporis præsumitur ab initio actum interuenisse. Ad secundũ respondent communiter moderni quod procedit in fictione quæ nõ potest induci in præiudicium alterius, & licet in hoc dubitet hic Dec. quia præsumpto non inducit actum quando tractatur de magno præiudicio, tamen eam teneas, quia si præsumitur ratificatio, præsumitur quod alteri ius non sit quæsitum, & sic uere non tractatur de præiudicio alterius, sicut uidemus in sententia & decreto & aliis casibus de quibus in d. l. sciendum. Bene uerum est quod si cõstaret de contrario quod nõ interuenisset tunc corrueret præsumptio, ut quia appareret de aliqua protestatione. iuxta. l. pro hærede. ff. de acqu. hæred. & hæc est uera solutio, & sequitur postea Dec. in sua distinctione, quamuis distinctionem suã repræhendant Cur. & Niger. Nõ obst. quod præsumptio non inducatur ex patientia ignorantis, uel ubicunque tractatur de magno præiudicio ut hic per Ferrarien. quia confunditur per notata in d. l. sciendum. nec ualet distinctio in d. l. cum de in rem uerso. quia ibi tractatur de inducenda obligatione ad aliquid soluendum, & consensus & promissio non inducitur nisi ex scientia, sed hic tractamus de non acquirẽdo, quod facilius fit, & de excludendo alium per possessionẽ a iure suo, ut in omnibus præscriptionibus, & est de mente Bart. in d. l. filius. in distinctione sua, ubi non distinguit de magno & paruo præiudicio. Non obst. q mandatum non præsumatur. quia de contrario constat, ut dic. l. filius. & in d. l. qui in aliena. §. 1. ut per Dec. hic. & Ferrarien. & facit quod habetur in decis. Rotæ. 23. in antiquis sub rub. de cau. possess. & proprietatis. & sic patet quod quæstio remanet sine fundamentis.

Puto tamen non esse recedendum a cõmuni opinione, quia hic tractamus de iis quæ pẽdent ex uoluntate, & possessio nõ potest esse iusta nisi interueniat ratihabitio patris, & ista possessio sui natura ex legis præsumptione inducit suam uoluntatem præambulam. d. l. pro hærede. ff. de acqu. hære. Vnde puto quod inducatur ista præsumptio ratihabitionis, Et licet iura allegata pro communi loquãtur in hæreditate in qua perpetua est petitio, tamen etiam concludunt in ratihabitione quæ pendet ex mera uoluntate. Secundo facit, quia quando constat de actu, & dubitamus de solemnitate, Si solemnitas est intrinseca, & possit tunc interuenire, præsumitur statim interuenisse, si uero extrinseca, uel non possit tunc interuenire, præsumitur ex cursu temporis, ut not. in d. l. sciendum. ita igitur erit dicendum hoc casu, quia constat de actu aditionis seu agnitionis & dubitamus de solemnitate extrinseca, illa ex cursu temporis præsumetur. per nota. in d. l. sciendũ. & l. 1. inf. de iure fisci. & iure hastæ fisc. lib. 10. Et cum sola

dubitatio est an sit facta tempore debito uel non, in dubio præsumitur actus factus tẽpore suo, sicut dicimus de sententia & decreto, & hæc in bonorum possess. Et istam conclusionem intelligo procedere etiam quod sequens in gradu agnouisset, quia cum postea tanto tẽpore tacuerit præsumitur quod informatus de iure possessoris contempserit suam agnitionem, ut etiam hic dicunt ferrar. nu. 81. Et non facio uim an possideat filius uel pater, quando interuenit consensus & patientia siue scientia alterius, sed si non interuenisset scientia utriusque, tunc possessio patris requireretur ad probandum ratificationem, & non sufficeret possessio filii si pater ignorasset.

56 Sed † in hæreditate adeunda, ex eo quia requiritur iussus, uidetur maius dubium, tamen si interuenit possessio patris, puto quod præsumatur mandatum ex quo gerit actum quem licite facere non potest sine mandato. d. l. qui in aliena. quæ loquitur de possessione patris & l. pro hærede. ff. de acq. hæred. Sed si interuenit filii, non patris possessio, & tunc si interuenit scientia patris & filii adhuc idem dicendum est per d. l. filius. sup. de petitio. hæred. & propter rationem præcedentem ꝙ non possit filius possidere iuste sine mandato. d. l. pro hærede. & mandatum solo consensu contrahitur, Sed si non interuenit scientia patris, & tunc placet opinio quod non inducatur mandatum, quia pater ignorãs nõ potest consentire siue mandare, & ita intelligo glo. in d. l. filius. quæ uult quod mandatum præcesserit, & in ignorante non potest induci præsumptio patientiæ. Et in summa dicendum est tam in hæreditate quam in bonorum possessione ꝙ nõ interest quis possideat quãdo interuenit scientia & patientia alterius. d. §. sed & si non adierit. qui loquitur de patre possidente. & d. l. filius. quæ loquitur de filio possidente. & facit lex filiofam. infr. de iur. deliber. Sed si non interueniret scientia & patientia alterius, tunc non induceretur consensus nisi in persona possidentis. arg. l. pen. §. fin. ff. quis ordo.

57 Circa secundum † quando non constat de agnitione facta per filium, an ex sola possessione inducatur ista agnitio cum ratificatione, est maior dubitatio, quia ad agnoscendum requiritur factum extrinsecum ultra uoluntatem. l. præsentia iudicis. l. fi. inf. eo. quæ præsumptio non potest tacite interuenire seu induci per possessionem rerum etiam per longissimum tempus, cum sit facti extrinseci. Nec potest allegari materia. l. sciendum ff. de uer. oblig. quia illa materia procedit quando constat de actu, & dubitatur de solemnitate. Sed hic nõ tractatur de præsumenda solemnitate, sed de inducendo de nouo ipsam agnitionem seu petitionem iudicialem, Vnde magis conuenit materia. l. cum de in rẽ uerso. ff. de usur. an excursu temporis inducatur seu præsumatur titulus, cum agnitio bono. possessi. sit causa acquisitionis, & uideatur titulus antecedens ad possessionem rerum. l. 1. ff. de bonor. possess. & l. cum hæredes. ff. de acqui. possess. & no. in l. licet minimam. ff. de petitione hæredi. Et Bart. & doctores in d. l. cum de in rẽ uerso uidentur tenere quod ex cursu temporis non inducatur titulus seu probatio tituli nisi in iis quæ sunt modici præiudicii, ut per Barto. ibidem col. penul. & ita uidetur intelligere. d. l. filius. ut hic per Dec. Salic. uero tenebat contrarium, quando possessio esset incepta intra tempus datum ad agnoscendum, quia uere illo tempore poterat agnosci, & licet Decius hic reprehendat, quia illa possessio facti non potest inducere possessionem iuris, nec debet præiudicare illi qui accepit ex successorio edicto bonorum possessio. iuris, tamen ego puto eius opinionẽ posse procedere per d. l. filius. ubi ex sola possessione filii probatur aditio filii & iussus patris præcedens, & sic probatur titulus necessarius antecedens ad possessionem, Et idem probatur in d. l. qui in aliena. §. sed & si adierit, ubi ex cursu temporis & possessione patris præsumitur titulus aditionis fiedus per filium. Et confirmatur etiam per doctrinam Bart. in d. l. etiam. de in rem uerso. dum dicit quod in iis quę sunt parui præiudicii præsumitur titulus, quia hoc casu tractatur de paruo præiudicio tertii, cum de iure potestas acquirendi in totum fuisset delata illo tempore ipsi possidenti. Nec obstat quod tractetur de obligando ipsum possidentem ad onera hæreditaria, quia cum interueniat factum ipsius obligandi ex cursu temporis, inducitur probatio tituli obligatiui, ut in casu. d. l. cũ de in rem uerso. Ipsa. n. possessio quæ non potest haberi citra ius & nomen hæredis, & ipsa perceptio fructuum facta ex causa hæreditaria inducit titulum & contractũ obligatiuum, sicut solutio usurarum facta ex causa certa inducit obligationem ad sortem & ad usuras, ut notatur per omnes in d. l. cum de in rem uerso. Et non tãtum inducit obligationem in persona possidentis, sed etiam in persona alterius coniuncti quando interuenit eius scientia & patientia, uidetur. n. ille patiens coniunctus explicare illa facta quasi per procuratorem, cum utilitas ad ipsum etiam sit peruentura, ut probatur in d. l. filius. non uiolando literam, quæ non facit mentionem de iussu præcedente, & ibi expresse tenet Bart. & communiter doctores. licet gl. uideatur contradicere. Et quamuis ille leges loquantur in hæreditate, tamen in proposito probant etiam in bonorum possessione, quia doctores intelligunt eas quod per cursum temporis non inducatur ille titulus sed præsumatur interuenisse ab eo die quo cepit possessio, quia illa possessio ꝓbat ac si esset instrumentum, dicens illum agnouisse infra tempus. Et ideo oportet quod ipsa possessio incipiat tempore quo ipsa agnitio uere potuerit fieri, alioquin nihil prodesset per. d. l. bonorum. ff. rem ratam haberi. Et ideo oportet quod in pratica ille possidens dicat se agnouisse infra tempus, uel si est pater qui possidet dicat filium agnouisse infra tempus, & postea ad ꝓbandum istam agnitionem probetur possedisse filium sciente patre uel patrem sciente filio uel utrumque simul, & ꝙ illa possessio inceperit ante finitum tempus datum ad agnoscendum, quo tempore uere poterat fieri, d. l. bonorum. Non obstat quod pręsumptio non tollat ius alterius, sicut nec fictio, quia respondetur quod pręsumptio neque possessio tollit ius alterius, sed est ipsa agnitio facta quæ probatur ex possessione continua, ideo sicut si per instrumẽtum probaretur de agnitione non attenderetur ius succedentis in gradu, ita etiam cum agnitio probetur per possessionem continuã non tractatur de iure tertii, cum agnitio probata impediat tertium acquirere ius, & sic præsumptio non tollit ius tertii, sed probat tertio nullum ius acquisitum iuisse. Nec obstat ꝙ possessio necessario non infert aliquem uelle agnoscere, cum ex multis causis possit fieri. l. pro hærede. §. 1. & 2. ff. de acqui. hæred. & dubia probatio non releuat probantem. l. non hoc. infr. unde legitimi. quia immo contrarium est uerum, quod ipsa possessio præsupponat uoluntatem adeundi & acceptandi, quia citra protestationem uel aliam causam apparentem iuridice quis non potest possidere & percipere fructus citra ius & nomen hæredis. Et sine protestatione in dubio hoc præsumitur, ut ibi ꝓbatur & notatur per Bar. Et solum remedium relinquitur aduersario si uult euitare hanc præsumptionem, ut ipse probet ꝙ ille possedit precario. uel iure crediti, uel cũ aliqua alia protestatione uel cã, quia tũc ꝓcederent exempla posita in d. l. ꝓ hærede. Non obstat quod dicunt hic ferrarienses nu. 89. uer. tertio in fauorem. quod ista possessio non potest operari titulum in præiudicium succedentium, quos nõ apparet sciuisse & patientiam præstasse, sicut dicitur in c. peruenit. de emp. & uẽdit. & ibi no. Abbas nu. 8. & Alexand. in d. §. sed si non adierit. numero 11. Quia respondetur quod ibi requiritur expressior consensus & patientia, quia actus erat reprobatus a iure, & tractatur de priuatione iuris quæsiti mulieribus

Sed hic tractatur de præiudicio tertii in non acqniren do, quod facilius tollitur.arg.l.fi.inf.de acquir. pos. & per glo. hic in uersi.ignorante. & sic opinio communis uera est in omnibus, quidquid dicant Ferrar. hic, Et Dec. De materia præsumptionis solemnitatis aliquid ponit hic Dec.nu.82.Rim.nu.28.Cur.nu.60.Sapia.nu me.75.Niger.nu.12.Bal.in tracta. de præsc. in prima parte 3.partis.latissime per Brunum in tractatu de forma & sol.& probat.formæ.colum.10.Felinus in ca.sicnt.de re iudic.& omnes in l.sciendum.ubi dixi.de uer bor.obligatio. ad quos me remitto, quia non pertinet ad hanc legem.

58 An autem præsumatur mandatum per longum tem pus, posuit hic in specie Decius repræhendendo Bald. in l.2.inf.si ex falsis instrumen.& Curti.hic dubitat, tamen Alex.in d.l.sciendum. dicit communem opinionem esse contra Bal. quod mandatum præsumatur ex cursu temporis sicut aliæ solemnitates, & Rim.etiam sequitur hic nu.28.& Ferrar. nu.83. & ego puto uerũ. Et concludenter contra Baldum probat.d.l. filius sup. de pet. hæred. ubi secundum communem intellectum præsumitur mandatum, hoc est iussus patris. Felin. in d.c.sicut.nu.18.uersi.limita secundo Dec.consi.36.colu.4. Circa tertium quando non constat de agnitione uel ratihabitione, dicas idem quod in præcedenti casu, quia militat ædem rationes, dummodo possideantur res ab uno consentiẽte alio, iuxta no.in l.filius.sup. de petit.hæred.& dixi supra.

59 Ex quibus habes unam declarationem ad l. bonorum.ff.rem rat.haber.ut procedat etiam quod non cõstet de ratihabitione inf.tempus, tamen ex cursu temporis præsumatur interuenisse. Secundo limitat Bart. non procedere quando ratificatio non requiritur ad actum ualidandum, sed solum ad acquirendum ratificãti, nam quandocunque poterit fieri, ut hic per eum quẽ * sequuntur communiter doct.& licet Areti in l.Pantho nius.colu.4.de acqu.hære.in contrarium allegaret glo. sam.in c.ut circa.in uer.adhærentes.de electio. tamen ferrrar.hic defendunt & bene ut hic per eos nu. 56. facit decisio Guidonis Papæ nume. 203. Tertio limitat Bart. illam legem ut non procedat de iure nouo, quia ratificatio patris potest fieri etiam post lapsum temporis, cum non sit necessaria ad perfectionem actus, sed solum ad acquisitionem usufructus. l.fin.inf.de bon. quæ liber. Sed ueritas istius limitationis pendet ex dicendis statim, an ignorante patre filius possit adire hæreditatem, & ibi tenebo opinionem cõtra Bart. Et dic ut ibi late. Duas alias limitationes ponit Decius hic, & dic ut per eum.

60 Ex secunda parte glo. colligitur, quod hodie filius potest agnoscere bonorum possessionem etiam ignorante patre, cum eo inuito agnosci possit. l.finali.infra de bon.quæ liber.coniuncta.l.qui potest.ff.de regulis iuris.& sic hodie filius habet integram personam suam & plenam potestatem acceptãdi hæreditatem & agnoscendi bonorum posse.sine consensu patris, ut solus possit efficaciter adire sine iussu, & solus possit efficaciter agnoscere bonorum possessionem sine aliqua ratificatione patris, quia ratificatio non prodest ut filius possit acquirere, sed solum prodest patri ut ipse acquirat usumfructum. Et eam sequitur Bar.hic col.2.uer.huius timore.& uer.uel dic.nu.10.& 12.& uer.uenio ad ter* tiam partẽ.& sequitur ẽt Alex.colu.5.nu.16.uer. in gl. & etiam sequuntur communiter Doct. Pro qua adducunt, quia rõ, quare requirebatur antiquitus consensus patris, erat ne obligaretur inuitus.d.l.qui in aliena. ff. de acqu.hæredit.quæ est correcta per d.l. fi.quia solus filius hodie obligatur, ergo est correcta dispositio, ut notat.in l.1.ff.de legi.tuto. Tertio facit, quia non interest patris ꝙ ipse sciat & cõsentiat, ergo non debet requiri.l.diuus.ff.de adopt. Quarto adducitur, quia pater nõ est legitimus administrator qñ nõ acquiritur usufructus.l.fi.§.fin aũt.inf.de boni.quæ lib.ergo antequã acquiratur hæreditas non est legitimus administrator ergo sine eo põt adire uel agnoscere bonorum possessionem. Quinto facit, quia actio hæreditatis in nullo potest patri nocere, ergo non debet requiri.argu.l.diuus.ff.ut leg.nom.cauea.& circuitus inutiles sunt euitãdi, ut notatur in l.1.ff.de leg.1.

Contrariam tñ opinionem tenuit Ang. Iason. Rim. & Ferrarien.hic Cur.nu.42.Sapia.nu.45.ꝙ immo filius etiam non habeat integram personam in acquirendo hæreditatem uel agnoscendo bonorum possessionem ignorante patre, Sed ꝙ agnitio facta per filium remaneat inefficax donec pater sciat & ratificet, & aditio hæreditatis sit ineficax si non præcessit iussus patris, Et mouentur, quia ius antiquum solum corrigitur patre recusante.per d.l.a.ergo eo ignorante non mutatur.ar gu.l.præcipimus.inf. de appella. Secundo adducitur, quia tex.dicit recusante patre, per ablatiuum absolutũ qui resoluitur in conditionem.l.a testatore. ff. de cõd. & demonst.& sic de forma requiritur ꝙ pater consentire recuset, ergo eo non recusante aditio nõ tenebit.l. inter cætera.ff.de lib.& posth. l. prætor. ff. de collat. Tertio facit, quia concessium uno mõ & c. l. cum prætor.ff.de iud.& l.legata inutiliter.ff.de adim.lega. sed concessium est filio adire patre recusante, ergo eo ignorante denegatum est. Quarto inducitur d. §. similique modo ibi, quando discordia est licet adire, ergo patre ignorante non licet, quia tunc non est discordia, & nõ debet fieri extensio ad casum ignorantiæ. d.l.præcipimus.in fi. Et idem procedit ẽt in aduentitiis, quia pater ignorante filio non põt hæreditatem ei delatam acceptare, & tamen põt eo inuito. Quinto facit, quia pater ammittit administrationẽ qñ recusat, & sic ante recusationẽ nõ ammittit ius & usumfructũ, & per consequẽs administrationẽ, ergo filius sine eo non potest adire, Sexto facit, quia qñ requisitio alicuius requiritur non põt eo ignorante actus fieri, licet possit eo recusante & inuito aliquãdo.l.fi.sup.de iur.emphyt. Sed ante aditionẽ pater requirendus est, ergo eo ignorante adire non potest. Septimo adducitur, quia per dispositionẽ. l.cũ oportet.quæ præcedit.l.fi.& citatur solus ususfru ctus acquirebatur patri, & tamen requirebatur patris consensus, & eo ignorante non poterat adiri. Sed per l. fi.disponitur ꝙ solum patre recusante non requiratur cõsensus, ergo eo ignorante propter usumfructũ requiretur, & ne ignorans obligetur ad actiones mouendas & cætera ad quæ tenetur.

Et tenendo hãc partẽ respondent adductis ꝓ cõmuni. Et primo.l.qui põt.ff.de reg.iur. non ꝓcedit ubicũque militat diuersa rõ, ut ꝓbatur in l.si in tres. ff.de arbitris.cũ ratione in fine posita.& c.bonæ.il 2. de electione.& c.p uenerabilẽ.eo.tit. ubi maior pars põt eligere episcopũ minore parte inuita, tñ non põt ea ignorãte, & nõ citata. Faciũt notata in l.ab eo.inf. quomodo & qñ iudex.& per Bar.in l.si cũ dotẽ.§.si eo tẽpore. ff.solu.matr.cũ aliis cumulatis ibi per Alex. & Ias. sed inuito patre totũ ius acquiritur filio, eo uero ignorãte nõ acquiritur, ergo &c. Nõ obstat ꝙ sit correcta ratio legis, quia non est uerũ patre ignorãte, cũ sibi quæratur ususfructus & habeat ius in administratione quod nõ ammittit nisi per recusationẽ. Nõ obstat ꝙ nõ interest patris, quia immo interest, cũ sibi quærẽdus sit ususfructus, & habeat administrationẽ. Itẽ arg. nõ procedit sẽper, ut patet in §.necessitatẽ. ubi nõ interest patris, tñ requiritur eius cõsensus. Nõ obst. ꝙ ante aditionẽ pater nõ habet administrationẽ, quia nõ tollitur quin requiratur cõsensus, ex quo in potẽtia habet administrationẽ, ut patet de iure antiquo in bonis maternis. Non obstat quintũ, quia immo circuitus ẽ utilis, cũ ignorãte patre patri neque filio sit delata ꝑfecte hæreditas, & necessariũ est ꝙ pater requiratur ut totũ ius acquiratur filio, ut statim dicam, & ita resident multi moderni.

Sed tamen ego puto etiam adducta contra communem opinionem non probare concludenter. Et primo non uidetur uerum quod l.fi.non corrigat patre ignorante,quia immo corrigit tacite,cum introducat quod filio acquiratur proprietas,& propter hoc teneatur ad onera hæreditaria & facit filium capacem,ergo in cõsequentiam introducit quod non requiratur consensus patris, cum filius capax sit & proprietatis & ususfructus qui sequitur proprietatem si non est qui acceptet. §.fi.inst.de usufr.unde hæreditas dicitur perfecte delata filio in totum,& per consequens poterit adire. Et per hanc tollitur secundum de forma , quia non requiritur pro forma quod pater requiratur ad ualidandum aditionem,sed solum requiritur pro ammissione ususfructus,& hoc patet quia in primo casu uer.liberam. dicitur quod patri nõ licet adire nisi recusante filio, quod est de forma,quia ius adeundi est in persona filii,& nõ potest transferri in patrem nisi filio recusante, sed in secundo casu uer.econtra, non dicitur quod patre recusante licet adire, quia iam licitum est,solum dicit,patre recusante totum lucrum & damnum transire ad filium. Et sic solum requiritur pro forma recusatio patris ad hoc ut non possit conuenire,non ad ualidandam aditionem.Et eodem modo respondetur ad tertium & quartum,quia in d.l.fi.fit differentia in patre adeunte uel filio,& si pater uult adire requiritur recusatio filij,sed si filius uult adire non requiritur recusatio patris, sed solum ne acquirat usumfructum , & quod non teneatur litigare,& in hoc stat totum fundamentum communis opinionis.Non obstat quod pater habeat administrationem,saltem potentia,quia uerum est quo ad gubernandum bona,sed non quo ad adeundum,quia si filius recusat,pater non potest cogere eum adire. Non obst. l.fi.sup.de iure.emph.quia procedit quando ex se non habet ius,sed per contumatiam alterius acquiritur,sed filius habet ius de per se sine patre , ergo non faciet ad propositum illa l.fi.Solum enim ea potest allegari ad hoc ut pater possit adire qui non habet in se ius adeundi.Sed sibi acquiritur ex contumatia filii. Non obstat quod tempore.l.cum oportet. requireretur consensus patris ad adeundum,quia falsum est, cum immo filius solus poterat adire sine consensu patris ante.l.fi. & difficultates erant & altercationes quoad hoc ut teneatur creditoribus,uel quando pater uolebat adire nolente filio,ita quod remanet in effectu in d.l.fi. requisitionẽ solum esse necessariam quando pater uult adire sine cõsensu filii,cum ex contumatia filij sibi ius quæratur, sed quando filius uult adire, tunc non est necessarium quod requirat patrem, cum ex se habeat ius adeundi, & in hoc non disponit illa.l.quod sit necessaria recusatio patris ad ualidandum aditionem,sed solum ne possit conueniri a creditoribus,& acquirat usumfructum, ex quibus patet utramq; opinionem sustineri posse.Et articulum esse disputabilem.

61 Decisiue† tamen loquendo& amplectendo ueritatẽ, ego puto opinionem Angeli in puncto iuris ueriorem esse,quod immo etiam hodie filius non possit efficaciter adire ignorante patre,nec etiam efficaciter agnoscere bonorum possessionem.Sed quod aditio sit nulla nisi præcedat iussus,uel pater requisitus recuset iubere,& agnitio sit inefficax donec pater ratificet uel requisitus recuset expresse,uel per factum appareat uelle ratificare.Et,ut euitentur æquiuocationes,considerandum est quod hæc quæstio potest habere quattuor partes.Vnam an filius possit efficaciter adire hæredi. uel agnoscere bonorum poss.patre requisito ab eo & recusante. Secunda, an filius solus possit efficaciter adire uel agnoscere patre sciente & non requisito ut consentiat,nec eo recusante , sed solum tacente & negligente ratificare petitionem,ita quod labatur tempus. Tertia an filius possit adire uel agnoscere patre expresse repudiante in absentia filii nulla facta requisitione per filium. Quarta est pars,utrum filius possit efficaciter adire uel angnoscere patre ignorante delatam successionem filio .

In primo casu,quando filius requirit patrem ut habeat uel ut ratificet bonorum possess. & ille requisitus recusat expresse uel tacite per factum,iux.l.recusari. ff. de acquir.hæred.& l.recusare.ff.ad trebel.& tunc omnes concordant quod filius omnino efficaciter potest adire,& plenum ius sibi acquirere.d.l.fi.in principio. & §.primo.quia pater propter recusationem factã priuat semetipsum,& omne ius successionis consolidatur in persona filii,sicut econtra filio recusante omne ius transfunditur in patrem ut ipse solus similiter omnia peragere possit.

62 In secundo † uero casu quando filius non requisiuit patrem , sed pater sciens delatam successionem negligit iubere uel ratificare agnitionem filii,&permittit labi tempus.Glo.in uer.ignorante.tenuit quod solus filius possit efficaciter acquirere , quia illa negligentia inducit tacitam recusationem propter quam priuatur pater iure suo & consolidatur in filium, per dictam legem finalem.& eam notant multum doctores & sequuntur ut ibi Ale.Sed ego reprobaui post multos alios, quia illa negligentia patris non sufficit ad inducendã priuationem iuris sui,& imputetur filio qui non requisiuit patrẽ, & fecerit ut per contumatiam priuaretur.& cum illa negligentia non possit dici recusatio, non cõpræhenditur iste casus iu d.l.fin.Et ista appellatur tacita repudiatio patris,quæ ualde differt ab expressa repudiatione & recusatione , & producit diuersos effectus,& est potentior in priuando.Et ideo sicut doctor. * communiter concludunt quod tacita repudiatio filii quæ inducitur per negligentiam & cursum temporis præiudicat patri per istum textum.Sed expressa repudiatio nec recusatio præiudicat.dicta.l.is qui.§. neque.& d.l.fin.ita etiam tacita repudiatio patris,quæ inducitur ex negligentia eius,præiudicabit filio, quamuis eius expressa repudiatio & recusatio non præiudicet.dict.l.fina.& dicto.§.neque.Et imputetur filio qui non requisiuit patrem ut consentiret , & non induxit eum in contumatiam ut semetipsum priuaret,ut latius ibi dixi .

63 In tertio† uero casu quando pater repudiauit expresse hæreditatem uel bonorum possess.absente filio , & non facta requisitione, & tunc similiter puto quod filius solus non possit adire uel agnoscere , quia ex tali repudiatione pater non fuit priuatus iure suo, Sed adhuc hodie durat dispositio.dict.l.si is qui . §.neque. ff. de acquir.hær.& l.fina.infra de repud.bono.poss.cum d.l.corrigat solum facta requisitione.& patre constituto in contumatia ut dictum fuit.arg.no.in l.pen. infra qui testam.facere poss.& hoc puto uerissimum licet uideatur nouum .

64 In quarto † casu quando pater ignorat successionem filio delatam,ita quod non potest nec recusare nec negligere,an filius solus possit efficaciter adire hæreditatem sine iussu,uel agnoscere bonorum possessionem efficaciter sine ratificatione patris,insistunt hic doctores uel insistere debent,quia multi confuse loquuntur.Sed * magis communis est opinio ut dictum fuit, quod filius in utraque successione habeat integram personam , & per solus possit ignorantepatre efficaciter acquirere . per dictam legem finalem.coniuncta regula.l. qui potest. ff.de reg.iur.Sed pro resolutione aduertendum , quia omnes fatentur quod iste casus non deciditur in uerbis uel expresse in d.l.fina.quæ expresse loquitur quãdo pater& filius sunt in discordia,& requisiti recusant, & non reperitur correcta.l.is qui.§.neque. ff. de acqui. hæred.& lex nostra.& d.l.fin.ff.quis ordo. & quod hæreditas filiofam. non deferatur in totum , sed utrique . Vnde uolentes decidere istum casum per illam legem oportet ut hoc faciant per uiam extensionis. Et quia etiam

etiam secundum omnes extensio non potest fieri nisi militet eadem uel maior ratio, ut habetur in auth. quas actiones. sup. de sacrosf. eccl. Ideo inquirunt rationem quare de iure antiquo in incessione filii requirebatur consensus patris, ut in hæreditate deberet præcedere iussus, & in bonorum possessio. ratificatio. Et dicunt rationem fuisse, quia tractabatur de præiudicio patris ne inuitus uel ignorans obligaretur. d. l. qui in aliena. ff. de acquir. hæred. Et argumentatur hoc modo. de iure antiquo requirebatur consensus patris in utraque successione propter interesse & præiudicium patris. d. le. qui in aliena. Sed hoc præiudicium & interesse hodie sublatum fuit in aduentitiis tam sciente quam ignorante patre, quia hodie acquiritur proprietas filio, & ipse solus obligatur creditoribus & oneribus hæreditariis. l. cum oportet. inf. de bonis quæ lib. Igitur cum in l. fi. dictum fuerit quod filius solus possit acquirere inuito patre, quia cessat eius præiudicium, eodem modo habebit locum etiam patre ignorante, quia cessat præiudicium, & sic militat eadem ratio in utroque casu, & correcta fuit in utroque, ergo etiam correcta fuit dispositio in utroq; casu. arg. no. in l. 1. ff. de suis & leg. ut latius per Alex. hic nu. 16. col. 5. & 6.

Sed si recte inspiciatur hæc argumentatio communis nullo modo potest procedere, nam ultra quod generaliter solet dici quod in correctoriis non fit extensio etiam ex identitate rationis, iuxta no. in auth. quas actiones. C. de sacrosf. eccles. & l. precipimus. in fine. de appel. & l. sancimus inf. de testa. cũ uulga. & quod in hac materia particulariter fit dispositum. l. penul. & ibi nota. inf. qui testam. facere possunt. qui est bonus text. in proposito. Tamen etiam præsuppositum doctorum est falsum, quod ratio causans necessitatem consensus patris de iure antiquo fuerit solum præiudicium & interesse patris, quia non tantum propter interesse & præiudicium patris requirebatur consensus, sed etiam propter imperfectionem filii, qui stante patria potestate nõ erat integra persona. arg. §. ei uero. inst. de inutil. stipu. & l. fi. inf. de inst. & subst. Et in hæreditate de iure ciuili non erat delatio facta in solo filio sed in utroque simul. Et adita hæreditate ipse pater uere efficiebatur hæres. l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. & pupil. & l. si filius meus. ff. si quis omi. cau. test. & no. in l. cum filiofam. ff. de leg. 1. Item quod solum interesse præiudicii patris hoc non causaret probatur efficaciter uel ratione. nam per l. cum oportet. de bon. quæ liber. & l. 1. de bonis mater. erat introductum quod filius haberet proprietatem hæreditatis, & ipse solus esset hæres, & haberet commoda & incommoda, & quod in aliquib. casibus nec patri acquireretur usufructus bonorum, ut authentic. excipitur. infra de bonis quæ liberis. & sic tempore illius legis cessauit omne interesse & præiudicium patris, & tamen adhuc remansit necessitas consensus patris, ut in hæreditate præcederet iussus, & in bonorum possessione requireretur ratificatio, quia circa modum acquirendi non erat aliquid nouum inductum, ut probatur in lege cum non solum. quæ sequitur. Et postea facta fuit quia erant discordiæ multæ inter patrem & filium, & quod filius nolente patre impediebatur adire, & pater nolente filio, ergo requirebatur etiam consensus patris. cum alias non potuissent esse dubitationes neque altercationes si solus filius potuisset sibi soli acquirere. Item non fuisset necessarium introducere quod patre recusante filius posset adire, quia uirtute. l. cum oportet hoc potuisset consequi plenissime, & tamen hoc nouiter ibi introductum fuit, & patet in §. sin autem. eadem lege. ibi, damus tandem licentiam filio hæc facere. Item in dicta lege finali. §. filiis. disponitur quod ipsi non possint alienare sine consensu patris, nec testari, etiam quod nullus acquiratur usufructus patri, ergo non habebant integram personam nec habent propter acquisitionem. Quare necessarium est concludere quod propter solum interesse nõ requirebatur consensus patris, sed etiam propter integrandam personam filii.

Præterea aliud præsuppositum doctorũ est falsum, quod hodie cessauerit interesse patris propter hoc qđ filio acquiratur proprietas, Nam contrarium dicitur in dicta lege final. dum disponitur de nouo quod patre recusante acquiratur commodum & incommodum filio, ergo per legem cum oportet. non erat sublatum in totum interesse patris, & confirmatur, quia ipse habet administrationem usumfructum & potestatem mouendi actiones in potentia donec recusauerit, & interest patris quod non possit adire sine sua requisitione, quia cum suis persuasionibus poterit forsan trahere in suam sententiam, & damnum sit patri etiam desideranti repudiare, & recusanti quod filius acceptet, cum si erit implicitus oneribus cum grauaminibus damnosis erit præiudicium eius saltem in successione, ut considerauit Curtius supra in alia conclusione, Et doctores communiter in dicta lege fina. §. necessitate. dicunt in aduentitiis requiri consensum patris filio in iudicio agente, quia tractatur de præiudicio patris, ergo communis * est conclusio quod etiam hodie in aduentitiis durat interesse patris.

Quibus sic stantibus apparet argumentationem doctorum non posse procedere, nec aliquam extensionẽ posse fieri de dicta lege final. loquente casu quo pater recusat succedere ad casum in quo pater ignorat successionem delatam filio, quia isti casus sunt diuersissimi, Et militat diuersissima ratio, Nam quando pater ignorat, filius non habet integram personam propter patriam potestatem, item tractatur de præiudicio patris qui obligatur oneribus usufructus, quæ obligatio non potest fieri nec irreuocabiliter, sed solum permittitur in legatis. l. acquiritur. §. igitur. ff. de acquirendo rerum dominio. coniuncta. l. seruum filii. §. primo. ff. de lega. primo. Et si ipse forsan recusasset adhuc est interesse suum, quia uidebit filium suum implicitum onerib. damnosis & forsan in carceribus & priuabitur illa spe successionis, quæ forsan non accidissent eo sciente, quia potuisset trahere filium in suam sententiam magis utilem, Et si filius solus posset adire uel agnoscere bonorum possessio. pater ignorans priuaretur & grauaretur sine culpa sua, sed quando filius requirit patrem & ille recusat, tunc per conflictum apparet quod non potuit deducere eum in suam sententiam, Item pater priuatur iure suo ex facto suo, & propter contumatiã suam & duritiem capitis sui, & iure merito remanet priuatus, & sic manifestissime constat quod militat diuersa ratio, & quod non potest fieri extensio de illa lege loquente in actu facto patre inuito ad actum factũ patre ignorante, & patet etiam quod regula d. l. qui potest. non potest allegari in proposito, sicut nec potest allegari in casu legis si in tres. ff. de arbitris. & l. ab eo. infra quomodo & quando iudex. & cap. per uenerabilem. & capitulo bonæ. il secundo. de electio. cum infinitis similibus. Quæ omnia tanto magis procedunt in hac materia acquisitionis quæ fit per filium patri, quia in ea dispositum fuit expresse ut illud quod non est mutatum remaneat firmum. l. penul. & ibi nota. inf. qui testament. facere possunt. cogita tamen, & prædicta etiam puto procedere in bonorum possessione ut dixi, licet Curtius dubitauerit, quia filio defertur soli, & ignorante patre, & eo etiam ignorante potest petere, tamen adhuc etiam militat ratio quod in omnibus non erat integra persona & requirebatur ratificatio, & militat ratio interesse supra considerata, & quod pater potuisset filium trahere in suam sententiam magis tutum, & utilem, ut hic per Cur. nu. 68. Opinio tamen glo. humanior est, & magis naturalis, & in practica durum esset obtinere contra communem opinionem doctorum hic.

65 Nec admitto †opinionem aliquorum uolentium q d.l.fi.non habeat locum in bonorum possessione,quia cum tex. non loquatur ibi de hæreditate, sed de rebus quæ acquiruntur filio per patrem,compræhendit omnem modum succedendi in uerbis. Et licet exemplificet solum in hæreditate,tamen non restringit dictũ generale loquens de omnibus acquirendis per filium patri,quia exempla non restringunt regulam.l.damni infecti quidam.ff.de dam.infec.& not.in l.1. ff. de regu. iur.Et ideo puto quod compræhendat etiam fideicõmissum uniuersale ex proprietate sermonis,licet nullũ uerbum de eo appareat, quia ex illa, l. patet quod uoluit auferre omnes altercationes quæ insurgebant ex nouis constitutionibus uolentibus proprietatẽ acquiri filio,& hoc suadetur etiam per d.l. cum oportet, & d.l.fi.cum se referant ad l.1. & 2. infra de bon. mater. quæ loquuntur in qualibet successione.Quinimmo potest dici quod ipsemet imperator in uerbis dixit habere locum in bonorum possessione,dum in §.penultim. qui incipit quæ omnino extendit, ipse ad omnes modos succedendi.& hoc modo tolluntur contraria fundamenta de extensione, quia ut dixi, non extenditur ad bonorum possessionem, sed compræhẽditur in uerbis loquentibus de rebus acquirendis.

66 Glo.fi.diuiditur†in quinque partes, In prima declarat tex.in aliis partibus format quatuor quæstiones separatas, Ex prima habes quod filius potest succedere patri ex triplici capite bonorũ possessionis.l.1,§.nunc uidendum.ff.de succes.edicto.& eam sequuntur omnes hic.Quæ conclusio uera est in se quando filius succedit in bonis patris,sed ad propositum tex.nostri non procedit,quia hic non potest habere locum bon. posses.unde liberi, nec unde agnati , ut concludunt omnes post glo.primam supra declaratam, cum filius non sit agnatus matri nec aliis coniunctis ex linea materna. §. primo,inst.de leg.agna.tutel.& insti.de legit. agnat. succes. Nec etiam unde liberi datur in bonis maternis . l. quotiens.inf.de suis & legitimis. & solum potest habere locum unde legitimi & unde cognati. Item non pbatur iure quod filii in bonis maternis haberent annum,quia omnes leges loquuntur de bonorum possessione unde liberi, Tamen satis potest sustineri hæc opinio,quod in bonorum possessione unde legitimi quæ datur matri in bonis filii,& filiis in bonis matris,detur annus,per rationem positam in d.l.1.§.largius. & §.fi. ff.de succes.edicto.& l.penultim.§.fin.ff. quis ordo in bono.posses.

67 Secundo †colligitur, quod ex quocunque capite filii succedunt in bonis patris uel aui etiam quod ueniant tanquam agnati uel cognati habent annum . per text. in l.1.§.fi.ibi,ex omnibus causis,ff.de succes.edicto. & l.penul.§.fi.ff.quis ordo in bono.poss. seru. & sequuntur communiter doctores pro quo facit quod uoluit Deci.in l.1.infra quando non peten.par.& ibi dicam, uolens quod si pronepos uenit tanquam agnatus,licet sit in remotiori gradu,tamen excludit agnatos, quia sẽper uenit cum qualitate filiationis,& allegat text.in §. nunc uidendum.l.3.ff.unde legit.ibi, præteruntur cæteris,& l.de bonis.§.huic.ff.de carbon.edic.

ex quibus cõstituenda est regula, quod filius ex quocunque capite ueniat succedit cum qualitatibus filiationis, quia sicut priuilegium anni & primi carboniani datur filiationi & non capiti successionis, ita etiam aliæ qualitates dependent a filiatione quæ non tollitur per exclusionem a capite successionis . Et tex. in d, §.huic.assignat rationem generalem quia sui sunt , nõ autem dicit quod sit inductum ut in illo casu habeantur pro suis uel retineant suitatem , Sed incontrarium facit, quia si uult uenire tanquam agnatus uel cognatus debet uenire cum qualitatibus suis . l. Pomponius. ff.de acquiren.posses.& c. a collatione. de appellatio, Confirmatur etiam per §.admonendi.institu.de hære-di. quæ ab intest. ubi si uenit tanquam cognatus uincitur ab agnatis,Ad idem tex.in l.octaui. ff.unde cognati.ubi si agnatus uult uenire tanquam cognatus quãdo est in octauo gradu non habet bonorum possessionem unde cognati , quia illa non datur nisi usque ad sextum gradum.§.fi.insti.de succes.cogn.Sed tamen non est recedendum a communi opinione per prædicta.Nec obstant contraria,quia procedunt quãdo ille qui uult uenire tanquam cognatus secundum legem nõ habet ius succedendi tanquam filius,ut in d.§.admonendi.Nam ibi filius propter adoptionem desierat esse filius de iure ciuili & agnatus,& ideo non habebat nisi ius succedendi tanquam cognatus , unde debet succedere cum qualitate cognationis , sed in casu nostro habebat ius succedendi tanquam filius & tanquam agnatus,& licet esset exclusus ex uno uel duobus capitibus,tamen ius filiationis retinebat,& propterea quamuis succedat tanquam cognatus , admittitur etiam cum qualitate filiationis & hoc suadetur ibi in d.§.nũc uidendum.qui dicit quod præfertur cæteris .

68 Igitur†concludendum est quod quando filius habet a lege ius succedendi per filiationem,ex quocunque capite ueniat semper uenit cum qualitate filiationis , Si uero non habet ius succedendi de iure per filiationem tunc non uenit cum qualitate filiationis.d.§.admonendi,sed uenit cum qualitate cognationis . Nec obstat.d. c.a collatione.& d.l.Pomponius . §. cum quis.quia loquuntur in eo qui principaliter uult uti iure alieno & sibi non succedit,hic autem filius sibi succedit , & non retinet qualitatem primeuam in quantum potest,& satis etiam probatur in d.l.octaui.ff.unde cognati . Non obstat quod non sit dispensatũ in aliis casibus, quia immo est dispensatum,quia per d.l.1.§.fi. de succes. edicto.& l.penul.§.fi.ff.quis ordo.& l.de bonis. §.huic, de carbon.edicto.constituta est regula , quod ipsi filii succedant semper cum qualitate filiationis. Et hæc regula uidetur generaliter constituta in istis successionibus.per d.l.octaui.ff.unde cognati . dummodo habeat de iure qualitatem illam primam , ut eam non ammittant,argum.d.§.admonendi.& l.legitimis.ff.unde legitimi.Et per hoc infertur,quod glo. in d.§. nunc uidendum. quam allegat hic Dec.nõ bene dixit, dum uoluit quod tunc filius possit succedere tanquam agnatus uel cognatus si non sunt alii filii,quia immo admittetur simul cum illis,quia semper uenit cum qualitate filiationis,Et hoc sentit text. ibi , dum dicit quod nec cæteris defertur,unde præsupponit quod adhuc duret ius filiationis , quia posset esse agnatus uel cognatus qui esset in proximiori gradu,uidelicet si ipse esset nepos uel pnepos,& esset mater uel pater, si forsan esset emancipatus,& si ueniret cum qualitate sola filiationis deberet deferri successio proximioribus contra illum tex. & l. de bonis.§.huic. ff.de carbon. edicto. & illud priuilegium prælationis concessum fuit filiationi . Et quando succedit tanquam cognatus , illa successio assumit prærogatiuam prælationis propter filiationem illam, Et ideo melius locutus fuit Decius quamuis per alias rationes in alia lectura nume.48.& 49.& in d. l.uni . q uoluit quod pronepos succedens tanquam agnatus excludat agnatos,Et hoc etiam probatur in l. octaui. secundum primum intellectum glo.ibi. ff. unde cognat. quamuis alius intellectus mihi magis placet in illa.l.de quo alias dicam .

69 Et† per hoc deciditur alia quæstio, an filius ueniens tanquam agnatus uel cognatus debeat cõferre bona . Nam dicendum est quod sic,quia uenit tanquam filius, & succedit cum illis, & facit eis iniuriam,& sic militat ratio collationis, quamuis aliter uideatur loqui Bald. in l.siue emancipati. infra de colla. Et sic habes unum casum in quo successorium edictum excludit ius accrescendi,de quo in d.l.unica.Nec obstat glo.in d.l.octaui.quæ uoluit quod ille agnatus capite diminutus non præte-

præferatur cognatis præcedentibus, quia illud est quia deiure non habebat ius agnationis propter capitis diminutionem. Item deciditur alia quęstio quotidiana, an filius posṡit retinere legitimam de fideicommisso relicto in codicillis, quia cum ueniat ut filius, & succedat cum alijs filijs, tanquã filius habebit legitimã quoniam uenit tanquam filius & agnatus simul, & sibi ipsi succedit, & non permittit alium succedere in locum suum.d.§.nunc uidendum, quod nota ualde, quia docto.sentiunt contrarium.

Tertio infertur ad quæst.quotidianam, an filius ueniens ut agnatus uel cognatus posṡit usucapere pro herede, & Bal.determinauit quod sic.licet ut filius prohibeatur, quia succedit cum alia qualitate. Sed Dec.in contrarium adducit præfatam decisionem gl. cum iuribus concordantibus, quæ tamen procedit in fauorabilibus, non in odiosis, sed Bald. loquitur in odiosis, in præscriptione, sed postea finaliter concludit cum dicto Bald.quia non reperitur dispensatũ in hoc casu per dic.§.nunc uidendum. Ferrarienses uero hic nu. 49.in contrarium ponderant.d.l.quod de bonis, quæ absolute dicit quod filius suus sit quamuis ut agnatus succedat, ergo generaliter debet intelligi etiã quod maior ratio sit in uno quam in alio.l.prima.§.quod autem.ff. de alcat. Sed ab obiectione & aliis dictis per Decium saluat Alexan. dicens quod licet sit suus, tamen non succedit ut suus, nec ut filius, igitur non debet secum trahere onera suitatis

70 † nec quod habet in sui fauorem ratione suitatis debet reflecti contra, cũ hoc beneficium sibi agnato cõcedatur ut posṡit uti iure suitatis, nec possit per alium allegari contra eum.argum.l. non eo minus sup.de procur.Facit.l.Iulianus.§. si a pupillo.ff.de actio. empt. Et quamuis filius ueniat ut agnatus, tamen non uenit tanquam nudus agnatus sed uestitus uestimento filiationis. Quod in hoc casu sibi debet prodesse, & rationabiliter, quia iste uidetur sibi succedere di.l.1.§.nunc uidendum. & honori sanguinis est deferendum. ut.d.le.quod de bonis implicite infertur.& hic per eos. Ego autem puto distinguẽdum esse, an filius fuerit in potestate, uel emancipatus, Nã filius fuit in potestate, opinio contra Bal.uerior est, quia ex quocunque capite ueniat filius de iure prętorio semper de iure ciuili est dominus ipso iure.§.sui. insti. de hæredũ quali.Et differre.& instit.de hæred. quæ ab intest. defer. in princip.& non potest iuuari filius ex beneficio abstinendi de iure prætorio, cum ipse uelit succedere, quia illud benefitium non datur uolentibus succedere, & sic militat ratio impediens usucapionem, quia non tanquam hæres, sed tanquam continuans in dominio succedit, ex quo est suus, de quo in lege nihil. infra de usucap. & l. secunda. §. filium.ff. de usucap. pro hæred. Et non est dubium quod remedium dic. leg. 1. §. nunc uidendum. competit etiam existetibus in potestate, dum uult quod succedant tanquam agnati.&.l. penul.§.fina.ff.quis ordo. Et hoc idem puto procedere de iure ciuili si exclusus tanquam filius ueniet tanquã agnatus tenendo illã opinionem (quam tamen reprobaui in l.unica intra titulo primo.) quod filius de iure ciuili posṡit excludi ex capite filiationis. Si uero filius est emancipatus, & tunc uera est opinio Bal.non per rationem suam, sed quia etiam quod ueniat ut filius non potest militare ratio prohibitionis, cum non habeat illud quasi dominium.l.in suis.ff.de liber.& posthu.propter emancipationem.

71 Quarto † infertur quod si filius staret per 30. annos quod non adiret hæreditatem, & sic sit exclusus ex capite liberorum, quod habebit alios 30.ex capite cognatorum, secundum Bal.in l. licet.in 4.quęst. infr.de iure deliberan.& dicit Bar. ita consuluisse. refert Alexand. hic nume.17.in fine, Ias.colum.penul.& Curt. nu.74.& Ferrar.nu.101. Sed ego puto dictum falsum, quia in delatione hæreditatis non habemus ista capita liberorum agnatorum & cognatorum, Nam licet nõ sint correcta, quia hodie etiam durant capita, & successiones prætoriæ, ut nota.in l.fina. infra unde cognati. tamen in hæreditate amplius non reperiuntur, quia per Iustinianum nouus modus succedendi introductus fuit, & noui ordines traditi .s. descendentium, & collateraliũ, in quibus non potest cadere hæc successio, quia non reperitur quod unus habeat istas tres qualitates respectu unius defuncti quod sit de liberis de ascendẽtibus & de transuerialib. Et ideo hodie si quis uult succedere de iure prætorio potest uti illis tribus capitibus, & sibi ipsi succedere, sed si uult succedere de iure ciuili nõ potest uti illis capitibus, quia lex.12. tabularum fuit correcta per text. in authen. de hæredi quæ ab intesta. defer. in princ.&.§.1.& secundo & per totum. In proposito autem cum Bald.dicat de præscriptione.30.annorum, loquitur de successione ciuili nõ poterit habere illa tria capita, & si erit exclusus a suo capite erit exclusus in totum per prædicta, & si postea uellet uenire de iure prętorio, nec etiam posset, quia illi tres anni sæpius fuissent elapsi, & sic hęc conclusio hodie in successione matris de iure ciuili, sed de iure prætorio potest succedere per unde legitimi, & unde cognati, & secundum aliquos etiam per unde liberi, hodie.

Quinto infertur per Ferrar.hic ad quæst. de filio nõ petente inuestituram infra tempus unius anni, de quo in c.1.quo tempore miles. Nam quando filius non petijt inuestituram infra annum priuatur feudo, & defertur agnatis sequentibus in gradu si sit antiquum, ut per Andream in.d.c.j.colu.pen. Aluar.in c.1.in.20.quæst. quę fuit prima causa ben.amit.& Curt.in tracta.feudo. in quinta parte quæst.quinta. Soccin. consil.66.nu.36. uolum.3. Igitur cum sit duplex succesṡio, liberorum, & agnatorum, filius exclusus ex capite liberorum per cursum anni poterit sibi ipsi succedere ex capite agnatorum, & habere alium annum, & erit præferendus agnatis cæteris, per d.l.prima.§.sed uidendum.Item & secunda sequetur utilitas, quod ipse filius poterit repudiare hęreditatem patris, & retinere feudum, cum hoc sit cõcessum agnatis, & denegatum liberis, ut habetur in c.1. an agnatus uel filius.Item & tertia insurgit utilitas, quia poterit recuperare feudum alienatum nullo restituo pretio quod est concessum agnatis, & denegatum liberis, iuxta no.in c.1.§.Titius filios, si de feudo fuerit controuer.inter dom.& agna.Aluar. ibi colu. 1. & declarantur ea quæ habentur in c.i. de grad. succes. in feud.& hic per Ferrarie. qui repondent ad oppositionem quę posset fieri, quod esset aperire uiam fraudibus, quia in primo casu filius non excluditur a succesṡione tanquam filius per lapsum anni simpliciter, & cursu temporis, sed demum uolente domino.Bal.in.l. fina.in fine.infra.de reuoc. don. Iason in l.2.colum.3. sup. de iur.emph. Alexand.consil.173. colum.fina. uolum.2.& Deci.consil. 106.

Nec est nouum quod in materia feudorum adducatur ius prætorium & materia bonorũ posses.Quia Specul.in titu. de feudis.§. quoniam.uers.37.dixit quod sicut duplex est bonorum posseṡsio, edictalis, & decretalis, quę sunt eędem in substantia respectu subiecti, & decretalis plus tribuit.l.1.§.decretalis.ff.de succes.edicto.ita etiam est duplex feudum, edictale & decretale, Edictale quis habet statim quod mortuus est defunctus, quod potest finiri anno si domino placuerit, & decretale quando ei sit inuestitura & sibi decernitur feudum ut hic per eos, Sed ego puto has conclusiones nõ esse ueras. Nam primo in feudis nõ reperitur quod habeat locum successorium edictum in persona, iura.n.& priuilegia loquuntur de succesṡione inter diuersas personas, non autem in eadem persona, & licet feuda sint hæreditaria, tamẽ dicta de successionibus non posṡunt adaptari propter propriam naturam successionis eis attributam. Nec obstat d. c. pri. quo tempore miles. quia

quia ille textus non dicit quod tempus detur liberis succedentibus, sed generaliter dicit quod omnes successores debent infra tempus illud petere, alias priuarentur, & sic illud tempus datur peremptorie omnibus successoribus. Facit etiam quia uerba referũtur ad feudum, ut feudo priuetur, ergo in totum tollitur omnis successio. argum. no. per Bar. in l. nec is. §. 1. ff. pe acquirend. hæred. Nec obstat authoritas Speculato, argu. de materia bonorum possess. ad feuda. quia ibi non argumentatur dispositiue ut propter dicta in bonorum possessione idem decidatur in feudis, sed argumentatur exemplificatiue, ut demonstret per exemplum bonorum possess. qualiter intelligatur feudum edictale uel decretale. Et hoc patet qa alias hodie oporteret quod uasallus coram quocunq; iudice diceret agnosco feudum, quod non est uerum, sed debet accedere ad domi num & iurare de fidelitate. Et generaliter tenent doctores quod iura ciuilia non possunt allegari ad decisionem feudorum. Similiter nec in secundo dicto procedit conclusio prædicta, quod filius ueniens per Vnde agnati possit repudiare hæreditatem retento feudo, quia primo non reperitur ut dixi quod successorium edictum de capite in caput in eadem persona habeat locum in feudis, & sic exclusus tanquam filius non potest uenire tanquam agnatus, sed dato quod posset tamen ipse deberet retinere hæreditatem, Quia (ut dictũ fuit, filius semper uenit cum qualitate filiationis tam in onere quam utilitate, ut probatur in d. l. penult. §. fina. ff. de success. edicto, quæ præsupponit qualitatem istã esse attributam filiationi, nõ capiti successionis, Et idẽ probatur in d. l. de bonis. §. huic. ubi assignatur generalis ratio quã sunt sui, quæ militat in omnibus casibus, non autem dicitur quod habeã tur in illo casu ac si esset sui, Et similiter semper militat ratio assignata per doctores in d. c. 1. an agnatus uel filius, Et sicut ipse deberet præferri alijs agnatis & fratribus si feudum esset cõcessum iure francorum, ut succederet primo genitus, Ita etiam est conueniens quod in alijs retineat ius filiationis. Et eadem ratione idem dicendum est de tertia conclusione, quando uult recuperare feudum, nam soluto pretio, quia ex quocunq; capite succedat, tanquã suus uenit & cum qualitate filiationis, cum, ut supra dixi, ille qualitates non dentur illi successioni, sed dantur filiationi, quæ filiatio non definit quamuis repudietur illa successio. l. penultim. ff. quis ordo. & dic. l. quod be bonis. §. huic. ff. de carb. De intelligentia tex. in. capitul. a collatione. de appellatio. in 6. multa dixi in materia præcedentię quam posui in l. cum quid. ff. si cer. peta. & dic ubi. Et in materia appellationis etiam ille tex. est notabilis, & facit quod si Rex qui est dux & marchio Iudicat ut dux & marchio quod appellabitur ad iudicem ordinarium ducis uel marchionis, non aũt ad superiorem regis, & etiam ad ipsum regem, sicut appellatur ad episcopum, ut hic per Curt. nu. 71. post Bar. in l. si quando. C. de appellationi.

72 Ex secunda † parte. glos. colligitur quod tempus petendi bonorum possessionem currit filio & patri a die scientiæ filij, cum hac tamen qualitate, quod potuerit patrem certiorare. l. fina. ff. quis ordo, & si non petat, amittitur a patre, & filio, & sic filius potest præiudicare patri ut dixi in ultimo notabili. & super glo. ignorãte. Subdit tamen glos. quod hodie istud est correctũ in aduentitijs ut tempus incipiat currere a die scientiæ ut non requiratur aliqua certioratio, uel quod potuerit patrem certiorare, quia potest patre inuito, ergo & ignorante, & sequuntur communiter Doctores super * præcedenti glos. Sed ego ibi tenui contrarium, & nunc placet, quia sunt tria separata, Delatio hæreditatis quę fit filio & patri, uel filio in bonorum poss. Item modus acquirendi qui fit per aditionem cum iussu uel ratihabitione patris in bonorum possessione. Et translatio iurium quæ fit de patre in filium. Et per. l. 1. & 2. infra de bon. mater. solum fuit correctum ius antiquum super translatione iurium, sed nihil fuit dictum de alijs duobus per dic. uero. l. fina. modus acquirendi fuit correctus cum cõditione quod alter alterum requirat, & ex contumacia & reculatione requisiti ius suum accrescat requirenti, sed si non interuenerit ista requisitio, & contumatia requisiti remanet incorrectum ius antiquum, & in delatione & in modo acquirendi, & per cõsequens in hoc casu tempus incipit currere a die scientiæ filij, sicut de iure antiquo, ut ibi dixi. Et in hac materia data fuit regula ut non censeatur mutatum quod non reperitur expresse correctum. l. fina. infra qui testa. facere possunt, ubi illud dicitur in eodem peculio. In tantum qd colligitur filium in istis bonis acquisitis * recusante patre non posse testari, ut communiter sentiunt doctores ibi, & in. §. filijs autem in d. l. finali.

73 Ex tertia † parte ibi, hodie, habes quod in profectícijs nihil est hodie immutatum, ita quod. l. placet. & l. qui in aliena. in princip. ff. de acquir. hæred. hodie procedit si contingat qnod filius instituatur contemplatione patris, in tantum quod recusante patre filius non poterit adire, & recusante filio pater nõ poterit adire, iuxta. l. 3. infra de hęrod. institu. & sequitur Bar. hic colum. 1. uers. contra hoc oppono. & alij quos citat Alex. hic nume. 19. & Iason num. 10. Riminal. nu. 32. & 33. & Niger num. 14. & Ferrar. 102. & ut ipsi dicunt & communiter doctores. Et mouentur quia in d. l. cum oportet. & in d. l. fi. nullum uerbum fit de profectitio peculio. sed solum de aduentitio, & de illis tantum quæ acquisitionem effugiebant ex dispositione Constantini, Theodosii, & Iustiniani in d. l. cum oportet. & ex aliis causis dummodo non proueniant ex paterna substantia, & sic uoluit disponere de omnibus peculiis excepto peculio profectitio quod uenit ex paterna substantia mediate uel immediate si acquiruntur contemplatione patris. argum. l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de uulga. & pupilla. Et sic apparet quod nedum tacite excludit profectitia ab illa constitutione, sed etiam expresse, ideo cũ non mutetut non debet prohiberi stare. l. præcipimus. inf. de appel. & l. sancimus. inf. de testam. Et hæc conclusio procedit sine dubio respectu uerborum dict. leg. quia excludit profectitia uere, & nullum est uerbũ de profectitiis. Sed difficultas est an uirtute extensionis compræhendantur profectitia, nam in d. l. fi. §. similiq; modo. dicitur quod si filio deferatur hęreditas ex castrẽsi peculio (in quo nihil iuris habet pater ut not. in. §. 1. institu. quibus non est permiss. facere testam.) tamen si filius recusat adire, totum ius filij transfunditur in patrẽ, ergo eodem modo uidetur quod si filio profectitia hereditas deferatur quæ in totum acquiritur patri, quod patre recusante filius solus possit adire, Nam licita est extensio etiam in correctorijs quando militat eadem ratio. l. his solis. inf. de reuoca. donat. & per Salicet. in l. 2. sup. de noxa. & habetur in l. fina. ff. de cloa. ubi interdictum loquens de refectione extẽditur ad nouam cloacam, & aliud loquens de publica utilitate extenditur ad priuatam, & ita tenet Bart. sibi contrarius post Cin. in dic. §. similique modo. & Paul. de castro in princi. illius leg. quos sequitur Curt. nume. 46. & 47. & Dec. nu. 42. cum sequen. Confirmando, quia uere nõ sumus in correctorijs sed in limitatorijs iuris antiqui in quibus facilius fit extensio. c. cum dilecta. de confir. util. uel inutil. & not. in l. si constante. ff. soluto matrimonio. Et in d. l. fina. §. penult. imperator uult extensionem fieri ad similia contenta in illa. l. & in casu nostro militat eadem ratio & maior. Quod probatur retorquendo unum fũdamẽtum commune, quia secundum naturam filio debẽt acquiri profectitia, cũ ipse sit institutus, & est æquũ quod si pater recusat in cuius fauorem fuit introductũ ut sibi acquiratur quod eo recusante filio remaneant. In castrensibus uero ius quod habebat filius patri fuit acquisitum ex priuilegio patris fundato in patria potestate

state, etiam nulla parenti iniuria si ipse priuatur. Item militat ratio correlatiuorum, quia pater & filius sunt correlatiua,& in persona patris quando filius habet omne ius, introductum fuit quod patri acquiratur ius filio recusante,ergo ecōtrario in profecticijs in quibus omne ius est patris,eo recusante,totum debet transferri in filium.argum.l.fina.inf.de indic.uiduit. tollen. Et hæc opinio uidetur multum æqua,Et cōfirmatur, quia per emancipationem pater priuatur iure suo & acquiritur totum ius filio.argum.§.seruus alienus.insti.de hæred. insti.ergo etiam quando ipse renuntiauit. Præterea patri permittitur adire quando filius fuit institutus, contra omnes regulas iuris, ergo tanto magis filio permittitur adire quando ipse fuit institutus patre recusante.

Sed his omnibus non obstantibus puto opinionem communem ueriorem esse,per solidissimum fundamētum,quod .d.l.fina.non loquitur de profecticijs,immo excludit ea,dum dicitur in d.l. fina. & non ex substātia paterna sunt.i.non proueniunt cōtemplatione patris, cum loquatur de successione acquisita filio uiuente patre,& specialiter in hac materia tradita fuit regula, qd non intelligatur mutatum nisi quod expressum fuit per legem,ut probatur in.l.fin.inf.qui testa.facere possunt. Et si illa regula procedit in eodem peculio, ut non intelligatur mutatum nisi quod expressum est. Quanto magis procedit in diuerso peculio in quo est maior separatio.argum.l.Papinianus exuli.ff. de mino. & l.si.ff. de calum. Igitur apparet quod noluerunt ille leges corrigere in profecticijs,cum se restrinxerint ad ea quæ acquisitionem effugiunt.Si .n.l.uoluisset dicere de omnibus peculijs,hoc expressisset,& paucioribus uerbis potuisset rem expedire,considerans forsan quod in profecticijs nulla fit iniuria filio,quia si nō fuisset pater suus ipse nō fuisset institutus.§.1.inst.per quas perso. ius no. acq.Nec est credendum quod sit damnosum in successione, quia credendum est patrem plus scire quam ipsum filium,& quod si non esset damnosa non recusasset argum.l.cum de indebito.ff.de prob. Præterea non reperitur iure cautum quod filij sint habilitati ut possint capere & acquirere profecticia, igitur si pater recusat uidetur donare filio incapaci,cum inter patrem & filiū non ualeat donatio in profecticijs, quia iterum reuertitur ad patrem.l.si quis pro eo.§.1 ff. de fideius.& not. Bart. in l.frater a fratre.ff.de condi. inde.Quæ ratio nō militat in castrensibus,quia in eis pater est capax donationis ergo &c. Et propterhoc ultimum patet quod est magna ratio diuersitatis,quia incastrensibus illa sola dispositio sufficit ad hoc ut acquratur patri,sed in profecticijs essent duo introducenda. nam esset necessarium inducere de nouo quod filij sint capaces profecticiorū, & quod ea filio in potestate pater donare posset, quod nondum fuit factum. Et nō fuit intentionis imperator corrigere.ll.antiquas in profecticijs.in.d.ll.ut patet ex ratione assignata in.§.1. instit.per quas perso.nob.acqui.ibi quæ enim iniuria est. Et esset ualde absurdum p subauditū intellectū inducere correctionē tot.ll.maxime cū ibi imperator se restringat ad ea quæ effugiebant tempore suo acquisitionem patris, & per hoc cessant cōtraria omnia fundata sup idemptitate rationis.

Non obstat ponderatio Bar. quia non potest fieri extensio de castrensibus ad profecticia,cum militet diuersa ratio,ut statim dixi, Item lex magis credit utile esse filio seruare consilium patris quam filii,& melius est coarctare iuueniles calores.d.l.fi.§.filiis autem,cum si filius recusat castrensia,& pater uult adire, credit etiam hæreditatem lucrosam, ideo permittit patrem adire. Sed quando pater recusat profectitia,& filius uult adire,credit damnosam hæreditatem, & per consequens patre acceptante non est damnum filii, quia lex confidit de patris consil.Recusante uero patre induciturmagnum præiudicium eius filio acceptanti,quia ipse torquetur per cruciatus dolores carceres & implicationes onerum hæreditariorum in quæ incursus est filius præsumptione legis,ut dicitur in lege isti quidem. ff. q met.cau.& l.1.2.& 3.ff.de libe.causa.Et facilius hęc admissa fuerunt,quia bona effectualiter proficiscuntur ex substantia patris,& solum uoluit seruare uoluntatem filii in aduentitiis,quæ ut plurimum ueniunt ex prospera fortuna, & sic militat diuersa ratio. Secundo non potest fieri extensio,quia imperator prohibuit,dum in principio dixit se uelle loqui de ijs, quæ acquisitionem effugiunt,& non de ijs quæ sunt ex paterna substantia mediate uel immediate. Tertio non potest fieri, quia etiam prohibita fuit in l.penult.inf. qui testam. facere possunt. Non obstat quod fortior sit dispositio uocare patrem in castrensibus in quibus nullum habet ius quam conseruare filium in institutione sua. argum.§. comodum instit. de interdict. quia licet in hoc uideatur esse maior gratia quæ fieret patri, tamen non per hoc potest dici quod illud idem fit in profecticijs. Primo, quia in principio negauit se uelle de profecticijs disponere. Secundo quia in hac materia prohibetur extensio.d.l.fina. Tertio quia gratia in maioribus concessa non facit quod in minoribus concedatur.argum. tex in l.solemus,§.latrunculator.ff.de iud.& no.in l.2. ff.de iur.omnium iudic. Et maxime quando militat diuersa ratio ut hic,quia in profectitiis pater cruciaretur ex carceribus & oneribus filii præsumptis per l. argum.d.l.isti quidem. Non obstat quod imperator in fine dicat uelle extensionem fieri ad casus similes, quia ibi similitudo casus non permittitur in genere bonorū sed permittitur similitudo in modo relinquendi, uel per legatum, uel fideicommissum, successionem ciuilem,uel prætoriam,ut patet in d.l.pen.inf.qui testa. facere possunt.

Non obstat fundamentum Cur.quod æquiparantur profectitia & usufructus aduentitiorum quantum ad acquisitionem patris,quia hæc æquiparatio non est facta per modum regulæ,ideo argum. non tenet in materia correctoria.ut no.in auth.quas actiones. supr. de sacrosanct.eccles.& in auth.sed cum testator. inf.ad legem falcidiam.Non obstat quod filius habeat aliquod ius in profectitiis,& publicatis bonis non uenit profectitium peculium,ut nota. in lege tertia. §. sed utrum. ff.de mino.quia hoc ius habent ex causa patris, & ideo etiam non fit iniuria si ammittunt uolente patre,ut dicitur in d.§.1.inst.per qu.pers.nob.acquir.ibi,quæ etiā iniuria est.

Non obstat quod pater & filius sint correlatiua,quia argumentatio a correlatiuis tunc procedit quando militat eadem ratio,alias secus,ut plene notatur in l.fi.inf.de indict.uiduit.tollen. Item procedit in eisdem terminis, hic mutantur termini, quia argumentantur docto.de patre in castrensibus ad filium in profectitiis. Non obstat quod recusante patre non tractetur de interesse patris, neque de iniuria eius, quia immo est interesse suum & iniuria,ut dixi cum præsumptione leg. cōsilium patris uideatur esse melius & creditur damnosam esse hæreditatem, & quod pater cruciaretur per carceres dolores & anxietates filii.argum.l.isti quidē. ff.quod met.caus. & leg.1.2.& 3.ff. de libe. cau. quod non creditur esse quando recusat filius & uult acceptare pater,& lex uoluit coarctare iuueniles calores. d. l. fi,§.filiis autem.inf.de bon.quæ libe. Intantum quod nec etiam in eis est data potestas alienandi & faciendi testamentum,ut colligitur ex d.§.filiis autem.& d.l.penul.inf.qui testam.facere possunt. secundum communem intellectum de quo latius ibi alias dixi. Et si dicatur,saltem quando hæreditas est lucrosa attendetur uoluntas filii,uel quando factum est inuentarium, Respōdetur quod propter inuentarium licet liberetur filius a carceribus & a solutione damnorum ultra uires hæreditarias,tamen non liberatur a uexationibus litium & expensis.argum.nota.in l.quia poterat.ff.ad trebell.

Item

Item lex mota fuit ab eo quod a communiter accidentibus solet euenire, & præsumit propter repudiationẽ patris multa incommoda futura, & licet de facto aliqua possit esse hæreditas quæ sit lucrosa, tamen non attenditur, quia mota fuit lex a communiter accidentibus, sed postea fecit generalem decisionem sicut dicitur de Calfurnia in lege prima. §. sexum. ff. de postulando.

74 Ex tertia parte glo. colligitur quod edictalis bonorum possessio & spes consequendi decretalem ammittitur transacto tempore, non autem ipsa decretalis, & sequuntur communiter doctor. sed tamen uidetur quod

* immo totum contrarium sit uerum, nam decretalis finitur tempore d. l. 1. §. decretalis, ergo ammittitur transacto tempore. Item edictalis non uidetur quod possit ammitti, ex eo quia acquiritur perfecte ex dispositione edicti l. 3. §. a municipibus. ff. eodem. & quod acquisitũ est amplius repudiari non potest. d. l. 1. §. decretalis. de succes. edict. ergo nec tempore ammitti quod est tacite repudiare. Præterea illa bonorum possessio quæ est delata illa petitur & illa ammittitur, ne petamus unum & aliud consequamur, contra legem finalem. inf. de fideicommi. lib. Sed edictalis non potest peti, quia edictalis est ius petendi seu persequendi, & successor non petit ius persequendi, quia iam habet concessum ab edicto, ergo non est delata, & per cõsequens nec ammittitur transacto tempore. Quare ego puto dicendum ut sup. in primo notabili, quod ius uniuersale creatum a prætore cum omnibus iuribus defuncti & promissum in edicto sit illud quod est delatum, idest quod ipse successor agnoscendo consequi potest. Quod ius uniuersale tunc est delatum quando data est potestas successori acceptandi & persequendi, & si ipse postea permittat labi tempus datum ad acceptandum, & sic finiri illam potestatem, tunc ammittitur illud ius uniuersale quod erat oblatum & delatum. Et quia illud ius uniuersale appellatur bonorũ possessio sicut ius uniuersale appellatur hæreditas, ideo dicitur ammitti bonorum possessio & hæreditas, igitur dicatur quod transacto tempore finitur potestas petendi & persequendi patrimoniũ illud, & per consequens spes decretalis finitur. d. §. decretalis. ibi, diebus finiri potest, sed ipsum ius uniuersale ammittitur, cum qualitas ammittendi non cadit proprie in illo iure persequendi, sed melius conuenit quod illa potestas elapso tempore finiatur, cum a lege sit concessa per illud tempus tantum duratura, cogita tamen.

75 Et ex ultima parte habes rationem diuersitatis inter hæreditatem & bonorum possessionem, quare in bonorum possessione sufficiat ratihabitio, & in hæreditate requiratur iussus præcedens, quam explicat Bar. in 2. & 3. oppo. sed communiter docto. ponunt hic, & quia ratio glo. de patria potestate & diuersitate iuris ciuilis & prætorii non concludit propter restitutionẽ quæ est de iure ciuili, & tamen in ea sufficit ratihabitio, ideo Bar. hanc rationem supplet, dicens quod hæreditatis aditio est actus solemnis transferens iura directa, & est de iure ciuili, quo iure consideratur patria potestas, ideo requiritur quod præcedat iussus. Bonorum uero possessio transfert iura utilia, & est de iure prætorio quod non curat de patria potestate, ideo sufficit sola

* ratihabitio, & sequuntur communiter docto. Sed cõfunditur per textum in l. Iulianus. ff. de leg. 1. ubi in optione legata seruo requiritur iussus, & tamen non est iussus solemnis, item non uidetur uerum quod hæreditatis aditio sit actus solemnior agnitione cum aditio possit fieri quocunque loco & quocunque tempore, sed agnitio bonorum possessionis non potest fieri nisi coram iudice, & antiquitus requirebatur decretum l. fina. inf. eodem. Nisi dicas quod solemnior actus dicitur a glo. qui potentior est & transfert iura directa, & ideo optio potest dici etiam actus solemnis, non bonorum possessio, & restitutio fideicommi. quia transferunt iura utilia, & ita aliqui saluant. Sed hæc saluatio, ut dicit hic Deci. parum releuat, quia in effectu in bonorum possessione tractatur de obligando patrem ad omnia onera hæreditaria ac si directa iura transfererentur. l. 1. ff. eodem. & ff. ad trebel. l. restituta. & ideo æquiparantur. insti. de autho. tuto. §. neque. Et quamuis in aliis aliqua sit differentia, tamen quo ad hoc ut pater teneatur ad onera non est aliqua differentia, quod solum fuit causa quod requiratur consensus patris. §. item nobis. insti. per quas personas nobis acqui. Alias rationes ponit hic Dec. qui reprobat, & finaliter uidetur residere cum opinione Barto. Quia per diuersa uerba cõcludit idem quod Bar. faciendo uim in solemnitate additionis, quæ consideratio confunditur per exemplum de optione. l. Iulianus. ff. de leg. 1. Item præsuppositum est falsum quod hæreditatis aditio sit actus solemnis, ut dixi, per textum in l. fi. inf. eodem. & l. fi. §. nos autem. sup. de cur. fur. & l. 3. §. si causa cognita. ff. eodem. Et si ratio solemnitatis fuisset in causa, totum contrariũ fuisset factum, & sic utraque ratio redditur falsa. Item conuenientius esset quod hæreditatis aditio quæ fit sine labore & expensis posset reddi nulla ex ratihabitione deficiente & bonorum possessione quæ requirit tantũ laborem tempus & expensas, nunquam staret in suspẽso, & non posset reddi nulla ex deficientia consensus, ne tot expensæ proiicerentur. argum. l. 3. §. Diuus. ff. ut leg. nomin. cau. & c. causam quæ. extra de iudic. Item Dec. repræhendẽs rationẽ Cyni non bene dicit, dum uult quod hæreditas non possit adiri solo animo, quia requiritur iussus, cum istud est de quo disputamus, quare requiratur iste iussus, & non in aliis actibus. Ferrari etiam adducebant aliam rationem, cõsiderando quod bonorum possessio est actus mixtus, ut dictum fuit in rub. & inf. dicemus, & a possessione facti capit quod potest acquiri ignorante patre uel domino, l. 1. §. item acquirimus. ff. de acquirenda possessione. & ab hæreditate ut inuitus non possit obligari, unde eligit medium, quod sufficiat ratihabitio. Quæ ratio ultra quod est extranea, etiam non concludit, quum nedum possessio, sed alia iura etiam acquirantur ignoranti. l. adeo. §. acquiritur. ff. de acquir. rer. domi. Et alii alia referunt sed nihil boni dicunt.

76 Finaliter ego puto tres rationes posse assignari, unã fundatam in æquitate naturali, aliam fundatam in apicibus iuris, aliam in uarietate temporis. In æquitate naturali fundata est ratio Cyni, & est bona recte intellecta & declarata. Nam ad aditionem hæreditatis tempus a lege non fuit præstitutum, quamuis secundũ aliquos præscribatur per 30. annos. ut no. in l. licet. inf. de iure delib. Item nullus actus extrinsecus requiritur qui recipiat tempus uel laborem, unde nullum damnum potest interuenire si expectetur iussus patris antequam fiat aditio. Sed in bonorum possessione fauore creditorum, ne diutius differatur exactio, dispositum fuit ut breue tempus detur ad agnoscendum. l. 1. in princi. & §. 1. & §. largius. ff. de successorio edicto. intra quod tempus multa erant facienda, quia oportebat accedere ad præsidem prouintiæ, quia mixti est imperii l. 1. ff. de iurisdict. omnium iudic. Et oportebat solemniter petere & decretum interponi cum causæ cognitione. d. l. fina. §. nos autem. inf. de cur. furio. & l. si causa cognita. ff. eo. Vnde faciliter labi poterat tempus, & ne expectando iussum laberetur tempus, uel differeretur cursus tẽporis, ideo inductum fuit quod uno & eodem tẽpore mittat nuntium ad patrem pro certiorando ipsum, & petat bonorum poss. Et cum expeditur iudicium pater informatus poterit ratificare. Et sic ratio diuersitatis fuit breuitas temporis, & actus requirens laborem & multum tempus ad expeditionem, qui non erat in hæreditate. Et si quæratur quare aliud est in trebellianica restitutione & optione legata, respondetur quod illa cõ-

contra-

contradicunt bonorum possessioni nec rationi inter hæreditatem & bonorum possess. Sed hæreditati tantũ & ratio assignatur in l. seruo inuito. Vel secũdo potest dici sequendo apices iuris, & adhærendo iis quæ dixi in primo notabili, quod diuersitas dispositionis causatur a diuersitate modi deferendi rem acquirendam. Nam ut supra dixi, hæreditas defertur utrique simul patri & filio. l. nec is. §. neque. ff. de acqui. hæred. propter unionem quam facit patria potestas de iure ciuili, ideo debet præcedere iussus ut ista delatio communicata cum patre uniatur, & aditio possit fieri. Sed de iure prętorio patria potestas non facit tantam unionem, & soli filio defertur bonorum possessio per istum textum, & ideo ipse solus potest petere, & sufficit ratificatio. Et quia hæc communio est etiam legata optione in iure optandi, ideo debet præcedere iussus. Sed in restitutione trebellianicæ non est ista communio, quia tota defertur patri, & non est necessaria opera serui uel filii, ideo sufficit ratificatio patris uel domini. d. l. seruo inuito. ff. ad trebe. Et si filio uel seruo fit, actus concipitur nomine patris uel domini, & sufficit ratificatio, sicut in omnibus aliis actis factis nomine alterius, ut no. in d. l. siquis mihi bona. §. iussum. ff. de acq. hær. Et sic ratio diuersitatis inducitur a diuersitate delationis iuris, quia si debitor est communis debet præcedere iussus, si uero fiat uni tantum, uel patri tantum, uel filio tantum, & tũc sufficit ratihabitio.

Vel tertio etiam potest dici quod ratio diuersitatis sumitur ex diuersitate conditorum legum introducentium dictos actus, & ex uarietate temporis. Nam aditio hæreditatis inuenta fuit antiqua. l. duodecim tabularum, quo tempore solemnitates & formulæ uigebãt. l. 2. supra de formu. & l. 2. §. ex iis legibus. ff. de orig. iuris. §. 1. inst. de success. subla. per totum. & de interdic. §. primo. Bonorum uero possessio introducta fuit a prętoribus qui non considerabant apices iuris ciuilis, & tẽpore quo iam formulæ ceperant abire ad usu. §. tertiũ. & §. seq. inst. de testam. ordi. & similiter fideicommissa post multa tempora fuerunt introducta. §. 1. inst. de fideicommiss. hæred. & ideo reiecta illa formula præcedentię iussus, isti iuris conditores fuerunt contenti ratihabitione patris, sequendo ueritatem & ommittendo circuitus inutiles, & hæc ratio multum suadetur ex notabili & peregrino intellectu tradito per Viuianum in l. qui in aliena. §. sed & si. ff. de acquir. hæredi. ubi secũdum eum deciditur quod in hæreditate materna quæ defertur a noua lege non requiritur iussus, sed sufficit ratihabitio, sicut in bonorum possessione, & probatur referendo illos duos uersiculos ad proximum præcedentem casum, cum de natura dictionis, sed & si, est denotare identitatem in iure & diuersitatem in facto. l. e. sed & si. ff. de peti. hæred. & si referatur ad primum casum esset identitas in iure & in facto, cum in utroque casu tractetur de hæreditate, sed si referatur ad bonorum possessionem, erit plena diuersitas in facto, & identitas in iure, cum in utroque casu sufficiat ratihabitio. Et hæc est diuersitatis ratio quare ibi in. §. sequenti ex sola possessione acquiritur hæreditas sine iussu, quia sufficit ratihabitio, quod est ualde notabile, & cessant multæ difficultates quæ insurgunt quod per cursum temporis præsumatur mandatum contra regulas. l. sciendũ ff. de uerborum obliga. Et ad legem filiusfam. ff. de acquir. hæred. & alias similes quæ faciunt mentionem de iussu, respondetur quod licet dicant quod interuenit iussus, non tamen dicunt quod sit necessarium, cum possit sufficere ratihabitio, & si uis tenere communem intellectum ad illum textum quo casu uidetur obstare prædictæ rationi, potes defendendo eam dicere, quod in illa hæreditate noua requiritur iussus quia est omnino similis hæreditati antiquæ, sed in fideicommisso, & bonorum possessione est diuersitas temporis, & dissimilitudo iuris & modi acquirendi, ideo uoluerunt in ipsis sufficere ratihabitionem. Primæ duæ uidentur magis legales.

77 Extra† glo. Barto. hic colum. 2. uers. uenio ad tertiũ. format oppositionem de. l. fi. inf. eodem ubi non uidetur necessaria petitio. soluit ipse fatendo contrarium, quod illa corrigit istam, & sequuntur omnes. Per quã apparet quod ista lex fuit Constantini qui fecit illam legem finalem. & facit tex. in l. fina. §. nos itaque. supra de curato. furio. Vnde hodie non est amplius decretalis, sed iudicialis, ut dicitur in l. 3. §. a municipibus. ff. eodem. Et dicitur agnosci bonorum possessio, non peti, ut etiam nota. in d. l. fi. Nec obstat quod iura antiqua sæpissime faciunt mentionem de agnitione. l. cum quidam. ff. eodem. quia iure antiquo utrumque erat necessarium, agnoscere primo, postea petere, ideo uero sufficit agnitio sola coram iudice facta. Secundo opponit quia immo per aliam legem uidetur facta dicta correctio. per legem primam & secundam. supra de formu. & sic superflua uidetur. d. l. fina. Quia respondet ipse qđ d. l. 1. & 2. loquuntur de actionibus in quibus & suæ solemnitates requirebantur. & impetratio a pontificib. l. 2. §. deinde. ff. de orig. iur. & inst. de interdict. in principio. & ideo etiam sublata fuit solemnitas in bonorũ poss. hæred. petit. quæ est actio, & differt a bonorum poss. Et d. lex. fina. sustulit solemnitatem quæ requirebatur in bonorum possessione petenda, quæ non est actio, sed est causa actionis, ut dictum fuit in rubrica. Et ideo dicit considerari tres terminos, scilicet possessionem facti, & possessionem iuris, & bonorum possessoriam hæreditatis petitionem. qui inter se sunt di-
* uersi, & sequuntur communiter doctores hic, & in rub. supra eodem.

78 Sed† tamen Barto. non explicat quomodo cognoscatur una possessio ab alia, & quomodo distinguatur possessio facti a possessione iuris, nam uidetur quod omnis possessio sit iuris, ut patet in diffinitione tradita per Barto. in lege 1. ff. de acquir. poss. Et non ualet saluatio communis quod possessio rerum dicatur facti, quia factum requiritur in aprahendendo, cum etiam factũ in aprahendendo requiratur in bonorum poss. l. fi. inf. eodem. Ideo Barto in lege 3. §. bonorum. ff. eodẽ. dicebat quod possessio iuris demonstratur quando istę duæ rationes bonorum & possessionis simul coniungũtur, & efficitur unus terminus, & est possessio facti quãdo est simplex. Sed Decius repræhendit, per textum in lege prima. infra unde leg. & l. Panthonius. ff. de acq. hæred. & l. propter ueneni. ff. ad Sileni. & l. nonnumquam. ff. de collatio. bono. & l. sed cum patrono. ff. eodem. ubi simplex terminus possessio significat possessionem iuris. Alii, ut Salic. in rub. dicebant differentiã cõstitui ex præpositione bonorum & pospositione, ut p̃posita denotent possessionem iuris, & postposita possessionem facti, & ideo glo. in d. l. 3. ff. eodem. dixit aliud esse possessionem bonorum, aliud bonorum poss. Sed Decius hic repræhendit per legem primam. ff. de successorio edicto. & l. si minor. ff. de acquirenda hæredita. ubi bonorum possessio denotat poss. facti. facit l. 3. §. 1. ff. eo. ubi præponitur in utraque significatione. Ideo ipse finaliter dicit, quod significatio demonstratur per subiectam materiam & Bal. dicebat quod non interest an in libello quis dicat agnosco bonorum possess. uel poss. bonorum.

Ex mente tamen iurisconsultorum possessio tũc est facti quando refertur ad res corporales quæ possunt uideri & tangi, & tunc sit possessio iuris quando refertur ad res incorporales. argu. d. l. 3. ff. eodem. Sed hæc declaratio nec etiam est bona, quia possessio rerum cadit etiam in rebus incorporalibus. l. sequitur. §. si uiam. ff. eodem. Et habetur in c. de quarta. de præscrip. Ideo dicendum est, quod aut dictio bon. refertur ad res particulares etiam incorporales, & tunc denotatur semper possessio facti, Si uero refertur ad ius uniuersale, & tũc denota-

denotatur possessio iuris, siue in illo iure uniuersa sint corpora siue non, & si quæratur quomodo cognoscemus quod hæc dictio refertur ad ius uniuersale, responderur quod ex subiecta materia significatur, & si nõ apparet de subiecta materia, tunc significatur si dictio, bonorum, præcedit, uel sit tactus terminus compositus. Nam uera est illa opinio quod est terminus cõpositus ut patet discurrendo omnes de materia. Nec ob. supra dictæ leges, quia ibi ponitur pars pro toto. argum. l. 1. §. si autem. ff. de fur.

79 Vlterius etiam extra glo. opposuit Bar. hic de l. 1. ff. de bono. posse. infanti uel furio. ubi scientia patris non præiudicat filio in cursu temporis & in tacita repudiatione. Bar. soluit quod ibi quæritur de casu contrario, scilicet an scientia seu tacita repudiatio patris noceat filio, & ibi concluditur quod non, sed bene scientia patris potest prodesse ut acquiri possit. per leg. seruus. §. fina. ff. eodem. Concordat tex. in l. 3. ff. quis ordo. & le. iniquissimum. ff. de iur. & fact. ignor. Et pertranseunt omnes hic, sed in contrarium fortiter facit iste tex. & l. fi. ff. quis ordo, ubi pater negligens ratificare petitionẽ factam a filio præiudicat sibi & filio, & supra approbauimus in ultimo no. & in glo. uerbo, ratam. Similiter scientia patris non prodest filio ut possit petere bonorum possessionem, cum pater ignorante filio non possit petere, quia requiritur uoluntas filii. d. l. seruo inuito. Ideo uera solutio est, quod ille tex. in d. l. 1. de bonorum poss. inf. uel furio. & d. l. seruus. §. tutor. loquuntur in bonorum poss. delata infanti uel furioso qui non habent perfectionem intellectus. nam tunc tutor uel pater possunt petere bonorum possessionem, & ex eorum scientia incipit currere tempus ad agnoscendum in fauorem infantis uel furiosi, sed non currit tẽpus in præiudicium ipsorum, ut per tempus excludantur sine facto suo, cum præsumãtur ignorantes. d. l. 1. §. furiosi. ff. de successo. edicto. facit l. si infanti. inf. de iure. deliber. In maiore uero, scientia patris neque nocet neq; prodest, quantum ad faciendum ut currat filio ignoranti, d. l. 3. ff. quis ordo. Sed si filius sciuit, & non impeditur petere, tunc scientia patris & negligentia in iubendo uel ratificando præiudicat filio permittendo labi tempus in profectitiis, secundum omnes per istum textũ, & dicta l. fina. Et in aduentitiis etiam secundum opinionem quam supra tenui, nisi filius requisiuerit patrem, & ille recusauerit, quia tunc procedit. d. l. fina. de bon. quæ liber.

Vltimo Bar. opponit de l. is qui. §. neque. ff. de acqu. hæred. & soluit quod illa loquitur in expressa repudiatione quæ non nocet, hic uero dicitur de tacita repudiatione quæ nocet. Quæ conclusio procedit etiam ho-
80 die in aduentitiis secundum Bart. ut tacita repudiatio filii præiudicet patri, quia lex finalis corrigit ius antiquum tantum in filio recusante, non autem in filio ne-
* gligente, & sequuntur communiter docto. Dec. in quinto notabili in fine tenebat, post Lancellotum, contrarium, quia per d. l. fi. mutata fuit natura repudiationis, cum hodie expressa repudiatio augeat ius patris, ergo etiam uidetur mutata natura repudiationis tacitæ ut augeat ius patris, sed hoc supra repræhensum fuit, quia d. l. fi. solum correxit in recusante, quæ recusatio fit ad requisitionem patris, non autem in repudiatione expsse facta non requirente patre, neque etiam in tacita repudiatione, neque etiam ignorantia filii, quia in istis tribus casibus nihil fuit immutatum, & ratio differentiæ est, quia facta requisitione tunc ille constituitur in contumatia & semetipsum priuat, quod non est in aliis casibus, ideo dixi quod in filio possũt esse quattuor qualitates, aut recusat ad requisitionem patris, aut expresse repudiat sine requisitione & in absentia, aut solũ negligit permittendo labi tempus, aut ignorat sibi delatã successionem. Si recusat, tunc non nocet patri, sed prodest, d. l. fi. Si uero repudiat absente patre, tunc neq; prodest neque nocet. d. l. is qui. §. neque. ff. de acquir. hære. quia de dicto. §. nihil fuit immutatum. argu. no. in d. le. penul. §. filiis autem. secundum communem intellectũ. taliter quod non obstante tali repudiatione posset de nouo agnoscere hæreditatem, sicut de iure antiquo si tempora largirentur. Si uero negligit, & tunc præiudicat patri per istum textum. Quæ conclusio procedit et quod malitiose negligat, quia hæc negligentia non potest dici recusatio, quidquid dicat Bar. in d. §. neq; sed potius est quædam repudiatio expressa quę non nocet Nec obstat. d. l. recusari. quia ibi per uerbum, recusari, intelligitur de repudiatione, ut ibi sentit glo. Vel si uolumus intelligere de uere recusante, tunc ille tex. dicit quomodo fiat ex parte recusantis, sed non negat quin ad inducendam illam recusationem ex parte aduersarii sit opus requisitione, ut probat tex. in l. omnes. & l. aecusare. & l. non est cogendus. ff. ad trebel. & §. sed & recusante. insti. de fideicommi. hære. Et ideo illa recusatio reputabitur tanquam repudiatio, & non nocebit, sicut nec repudiatio quando pater ignorat, ut dixi. Nã recusare dicitur ille qui debite requisitus differt facere sine causa, uel demonstrat nolle facere actum, ut in auth. ut exactione inst. dot. §. illud. ibi, contestetur uel offerat. & l. tutor qui repertorium. §. si deponi. uersi. si præceptum. ff. de administr. tuto. & est de mente Decii hic in fine. licet non bene respondeat d. l. recusari. Sed tamen unum remedium relinquetur patri, ut ipse possit petere se restitui in integrum si eo ignorante lapsum est tempus. argum. d. l. 1. §. fina. ff. ex quib. caus. maiori & est tex. in l. Panthonius. ff. de acquir. hæred. & l. pe. ff. eodem. & ibi no. & l. penul. inf. eodem. Et si forsan filius permisit labi tempus, ut ex successorio edicto alteri acquiratur, poterit competere actio de dolo contra filium si diues est, uel contra illum qui habuit hæreditatem in subsidium. argume. l. si quis affirmauerit. ff. de dolo. & Bar. in simili no. in l. qui duos. ff. de duob. reis. & Bal. in l. 1. §. in nouissimo. inf. de caduc. tollen. & in l. fi. inf. de iure delibe. Et præsertim hodie, quia instituto filio in aduentitiis, licet non transeat in patrem ius adeundi a principio, tamen defertur sibi unum certum ius acquirendi filium, & acquirendi hæreditatem, & cõsequendi ius adeundi per requisitionem & recusationẽ filii, quæ recusatio facit quandam consolidationem siue translationem in personã filii, quod ius requirendi ammittitur ignorante patre, uel eo priuatur per dolũ, Et ideo sicut in aliis casibus datur restitutio aduersus præscriptionem uel dolum, ita dabitur in hoc casu. argu. no. per Bar. in l. naturaliter. ff. de usucap. & in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de itine. act. priuat. Sed si pater sciuisset uel ignorasset ius, tunc nõ daretur talis restitutio nisi esset priuilegiata persona, iux. no. in l. iuris. & in le. pe. inf. eo. Et propterea econtrario nunquam daretur hæc restitutio filio, quia scientia & negligentia patris non præiudicat nisi filio scienti, ut statim dicam. Si uero filius ignorat, & sic est quarta qualitas, & tunc si est ignorantia facti probabilis non præiudicat sibi nec patri, quia non currit tempus. l. 1. ff. de iur. & fact. ignora. Sed si ignoraret ius, tunc habetur pro sciente regulariter. ut nota. in d. l. iuris. & l. fina. inf. eodem. Et hæc in persona filii.

81 In persona uero patris similiter considerantur quattuor qualitates in illa quæstione an possit præiudicare patri, nam aut pater recusat requirenti filio, aut repudiat expresse absenie filio, aut tacite repudiat permittendo labi tempus, aut totum ignorat. Si recusat, omnes concordant quòd filius solus potest adire & agnoscere, quia pater priuatur per contumatiam suam omni iure d. l. fina. Si uero repudiat expresse sine requisitione & præsentia filii, & tunc idem dicebant doctores quod pater priuatur, credentes hanc repudiationem esse recusationem, Sed ego supra reprobaui, quia dicta lex fina. loquitur de recusatione, non repudiatione ex-

quia d.l.fi.loquitur de recusatione, non repudiatione expressa, in qua nihil fuit immutatum de di. l. nec is.§. neq;.ff.de acq.hære.& ideo nulla repudiatio expressa nemini nocebit & poterit de nouo filius agnoscere, & pater ratificare, uel iubere si tempora largiantur, sicut erat iure antiquo.per.d.§.neq;. Si uero pater negligit iubere uel ratificare, & tunc similiter docto.uolunt qd filius solus possit adire efficaciter uel agnoscere bono. poss.quia hodie non requiritur consensus patris nisi pro usufructu. Sed contrarium fuit per me determinatum, quia d.l.fi.non loquitur de patre negligête, sed solum de patre recusante, & ideo si filius non requiret eum, tacita repudiatio patris nocebit filio & sibi, per istum tex.& d.l.fi.ff.quis ordo. Quod procedet etiam si maliciose differat in fauorem alterius succedentis, quia imputetur filio qui in tempore eum non requisiuit ut faceret contumacem & recusantem, nec datur restitutio, qa ipse sciuit, cum alias negligentia patris non noceret. per.l.3.ff.quis ordo.& in hoc est differentia inter patrê & filiũ, quia ius adeũdi originaliter est in persona filii.

Si uero pater ignorat, & tunc similiter secundum docto.filius solus potest adire, quia si potest inuito, ergo & ignorante.d.l.qui potest.ff.de reg.iur. Quod etiam reprobatum fuit, quia d.l.fi.loquitur solum de recusante, nec ualet arg.de inuito ad ignorantem quando militat diuersa ratio, Et hic militat diuersa ratio, quia ignorãs non debet priuari iure suo, & si deducuntur ad conflictum unus potest trahere alium in sententiam suam. l. si in tres.ff.de arbi.& no.in c.bonæ.2.& c. per uenerabilem.ext.de elect. Ideo dicendum est quod ignorantia patris in hæreditate non præiudicat, quia filius solus non potest adire. Sed ignorantia patris bene præiudicat in bonorum possessione, quia filius solus potest agnoscere, & imputetur filio qui non certiorauit patrê & eum non requisiuit ut faceret contumacem & recusantem. Et hæc uera in aduentitiis propter correctionem factam per d.l.fi.

82 In profectitiis uero, quia nihil est immutatum ut supra conclusi super secunda q.gl.fi. distinguendum est inter hæreditatem & bonorum possessionem, nam in hæreditate neq; filius potest præiudicare patri, neq; pater filio in ammittendo successionem, quia cum sit delata utrique, & ius sit commune. d.l.qui in aliena.& l.siquis §. iussum.& d.l.is qui.§.neq;.& l.placet.ff. de acqu.hæred.nullus potest esse in negligentia sine alio, siue alter etiam ignoret uel negligat, siue repudiet expresse, siue recuset per d.iura. Sed solum inuicem possunt præiudicare in acquirendo, quia filio non adeunte pater numquam acquiret, quia ius adeundi est in persona, & patre non iubente nunquam etiam filius poterit adire, quia non habet integram personam.d.l.qui in aliena. & di. §.iussum. Et ita remanebit hæreditas iacens, cum damno utriusq;, quia quando duo requiruntur ad actũ, uno deficiente, impeditur acquisitio, licet unus non præiudicet in ammittendo.l.3.in prin.& l.quemadmodum. ff.de acqui.poss. Et idem etiam erit in negligentia uel ignorantia unius filii, quia semper carebit uterq;. Similiter econtrario recusatio expressa repudiatio patris & negligentia & ignorantia præiudicabit in acquirendo licet non in ammittendo.arg.d.l.3.& l.quemadmodũ. ff.de acq.possess.

Si uero sumus in bono.poss. & tunc distinguitur inter patrem & filium, nam expressa repudiatio uel recusatio filii non præiudicat patri.d.§.neq;.tacita uero repudiatio per negligentiam præiudicat patri etiã ignorãti per istum tex. Sed ignorantia filii probabilis nemini præiudicat, quia non cedunt dies.l.1.ff.de iur.& fac. igno. In patre uero expressa repudiatio uel recusatio non præiudicat filio d.§.neq;. Sed negligentia patris præiudicat filio scienti per istum tex. Sed nõ filio ignorantia, quia non currunt tempora.l.3.ff.quis ordo. Et idem dicendum est de ignorantia patris quæ non præiudicabit filio ignoranti, sed bene præiudicabit filio scienti, & utriq;, quia imputetur filio qui non certiorauit patrem.l.fi.ff.qui ordo.

Nunquid autem filius recusans possit cogi adire uel agnoscere, posuit Bar.in l.1.§.1.ff.siquis omis.causa testa.& Pau.de cast.in l.is qui hæres.§.fi.col.2.ibi gl.magna.ff.de acq.hær. Et Bal.hic dubitauit in oppositione. Areti.in l.siquis mihi bona.§.iussum.ff.de acq.hær. Cur. hic nu.2. Sapia nu.6.& Ferrar.nu.22.in fi. Et communis conclusio est quod pater uirtute patriæ potestatis potest facere honestam coactionem, & officio iudicis potest arctius cogere, sed tamen si perseueraret in obstinatione, quia pateretur etiam se excommunicari, nõ potest interficere, neq; torquere, iux.gl.in le.3.infr.de hæred.insti. Et probatur in l.renittente.inf.de iur.delibe. In seruo uero nulla facta differentia inter profectitia, & aduentitia, uel castrensia, quæ qualitates non considerantur in seruo, generaliter dicendum est quod recusatio uel expressa repudiatio solius serui nõ præiudicat domino in ammittenda hæreditate de iure ciuili, & minus eius scientia & negligentia, quia ius adeundi est in persona utriusq;, sicut in patre & filio.le. inde Neratius.ff.ad l.aqui. Et solum potest cogi honesta coactione, etiam cum uerberibus, Sed non torqueri nec interfici.l.3.inf.de hær.inst.cum glo. Recusatio uero uel expressa repudiatio domini. Similiter nec nocet seruo ad ammittendum quin postea factus liber possit adire. Et tanto minus negligentia uel ignorantia: arg. §.seruus alienus.inst.de hær.inst.cum ibi no. Sed solũ inuicem possunt sibi præiudicare in acquirendo, quia deficiente consensu unius alter non potest acquirere. d.l.seruo inuito.ff.ad treb.& arg.l.3.in prin.& l. quemadmodum.ff.de acq.poss. Et eadem omnia sunt dicenda in bonorum poss.quia solus seruus non potest agnoscere sicut solus filius, & dominus potest repudiare. le. 1.§.seruum.ff.de successo.edict. Credo tamen quod si tempora adhuc non essent lapsa quod seruus factus liber, si non consensisset repudiationi, admitteretur, quia non potest negari quin ipsum ius directum sit in persona serui, & requiratur eius consensus.d.l.seruo inuito. ff.ad treb. Et ideo eo penitus recusante impediretur acquisitio bonorum in persona domini.d.l.seruo inuito. ibi, utriusque consensus, & per consequens tacita repudiatio serui in effectu propter lapsum temporis præiudicaret domino. Et cum coactio ad torturam uel mortem non sit permissa, iux.glo.in d.l.3.inf.de hæred.insti.& l.cum aliquis.inf.de iur.delib. Et hæc procedunt in hæreditate.

In legatis uero uel fideicommissis si filiofam.sunt delata & sunt profectitia, quia incontinenti acquiruntur patri in totum & non requirunt factum filii etiã quod sit fideicommissum uniuersale, per solum patrem possunt repudiari in persona utriusque.d. l. seruo inuito. ff.ad treb.quamuis aliqua sit dubitatio in fideicommisso uniuersali, de quo ibi. Sed si deferuntur ex causa aduentitia dicendum est idem quod in hæreditate. d.l.fi. §.pe.qui incipit quæ omnia. In seruo, non facta differêtia aduentitiorum uel profectitiorum dominus indistincte potest repudiare, quia nihil remanet in persona serui, nec requiritur eius factum uel consensus.d. l. seruo inuito.& l.legatum seruo.ff.de leg.1. Et per hæc remaneat plenissime expedita ista lex. Laus Deo.

Ioan.Bolog.iurisc. Bono. Neapoli de mane legens, die.14.Decembris.1553.

Summaria super.leg.infantis.C. Qui Admitti.

1 *HAEC Lex tractat quomodo hæreditas uel bonorum possessio non habentibus intellectũ defertur.*
2 *Casus figuratio.*
3 *Infans dicitur minor septem annis.*
4 *Infans secundum legis dispositionem fari non potest.*
5 *Infans an possit de feudo inuestiri.*
6 *Infans ex duplici capite est incapax inuestituræ, quia petere non potest, & quia possessionem acquirere non potest.*
7 *Infans stipulari non potest.*
8 *Tutor debet petere inuestituram nomine infantis.*
9 *Infans non potest acquirere possessionem sine tutore regulariter, sed cum tutore sic, nisi sit minor triennio cum dimidio.*
10 *Infans inuestiri potest cum authoritate tutoris, quia tutor supplet omnes defectus infantis.*
11 *Iuramentum fidelitatis non præstatur a pupillo, sed expectatur quod sit maior.*
12 *Dictio, recte, refertur ad l. dispositionem.*
13 *Infans non potest agnoscere bonorum possessionem, sed eius nomine petitur, & quid de pupillo.*
14 *Mater potest petere bonorum possessionem impuberi sine ratibabitione.*
15 *Extraneus petens bonorum possessionem non acquirit nisi sequta ratibabitione, etiam quoad transmissionem.*
16 *Bonorum possessio agnita nomine infantis transmittitur ad hæredes, secus si agnoscatur nomine furiosi.*
17 *Infanti defertur hæreditas & bonorum possessio, secus in furioso.*
18 *Rationes differentiæ inter infantem & furiosum referuntur.*
19 *Et defenditur ratio communis.*
20 *Pater acquirit furioso in potestate existenti perfecte bonorum possessionem, & eius seruus uel filius instituti.*
21 *Nullus efficitur bonorum possessor ipso iure etiam quoad effectum transmittendi.*
22 *Infanti acquiritur uera bonorum possessio, & iuris.*
23 *Bonorum possessio in furioso an sit iuris uel facti late discutitur & determinatur quod est anormala tenens medium.*
24 *Bonorum possessio ceco muto prodigo surdo delata & agnita an transmittatur.*
25 *Bonorum possessio mente capti & dementis nomine agnita an transmittatur.*

Repetitio.l.Infantis.C.Qui Admitti.

1 HAEC Lex licet†breuis sit, tamen subtilis & difficilis est, & tractatur in ea quomodo acquiratur bonorum possess. non habentibus intellectum ad effectum transmittendi etiam ad successores, & in consequentiam etiã dicitur quomodo hæreditas eis etiam acquiratur, Et quia tex. non aperit an perfecte acquiratur seu deferat successio ut trãsmitti possit propter ambiguitatem uerborum, Ideo habet duos intellectus contrarios, Primus est, quod bonorum poss. delata infanti & eius nomine agnita non acquiritur perfecte ei, & quod eo mortuo sequentes in gradu admittuntur ad successionem testatoris per successorium edictum exclusis hæredibus infantis. Secundus est intellectus, quod bonorũ possessio perfecte defertur infanti, & si eius nomine petatur acquiritur ei perfecte dominium rerum, & eo mortuo admittuntur hæredes infantis, & iste secundus intellectus est magis cõmunis secundum quem ita fingi potest casus.

2 Cum†mortuus esset unus cognatus proximus infanti eius tutor tutorio nomine petiit bonorum poss. quæ si bi decreta fuit, ac postea in infantili etate mortuus fuit ita quod petitionem approbare non potuit, unde nata fuit discordia inter alios cognatos & hęredes infantis, nam cognati asserebant sibi delatam esse hæreditatẽ ex successorio edicto perinde ac si infans non fuisset in medio, hæredes uero dicebant ad ipsos spectare, quia per petitionem bono. poss. factam nomine infantis bona ei fuerunt acquisita, & ad ipsos transmissa, & ita fuit petitum quid iuris.

3 Et dubium†faciebat, quia infanti uidetur quod non possit perfecte deferri hæreditas quam ipse adeundo consequi non potest propter impedimentum intellectus. l. delata. ff. de uer. signi. Igitur nec agnitio ei perfecte potuit acquirere iura. arg. l. is qui hæres. ff. acqui. hæred. & de hoc uidetur esse tex. in l. 1. ff. de bon. poss. infan. & fur. ubi tempus non currit ei etiam quod non petatur a patre uel tutore. Tertio facit l. fi. §. finautem. sup. de cur. fur. ubi si curator petat bonorum possessio. furioso, non transmittitur ad hęredes. Sed datur sequẽtibus in gradu perinde ac si furiosus nõ esset in medio, ergo idem in infante, quia ęquiparantur. per. d. l. 1. Tertio facit, quia infans nec eius administratores possunt repudiare. d. l. si infanti. inf. de iur. deli. ergo nec etiam poterunt adire. l. is potest. ff. de acq. hær. cum ibi nota. per Bar. Quarto facit tex. in l. 1. §. furiosi. ff de succes. edic. ubi propter impedimentum intellectus non defertur bon. poss. Quinto facit, quia ignorans sibi delatam si non adit hęreditatẽ non transmittit. l. 1. §. in nouissimo. intr. de cad. tol. ergo eo. modo in infante, cũ iste actus adeundi non possit fieri per alium sine confirmatione. l. fi. de cur. fur. & l. Neratius. ff. ad l. aqui.

Iis tamen non obstantibus contrarium determinatur, quod immo hæreditas nomine infantis petita eo mortuo in infantili etate transmittatur ad hæredes, & ratio est, quia infanti defertur perfecte hæreditas uel bon. poss. & cum ipse sit habilis ad successionem, & defectus intellectus quantum ad acquirendum suppleatur per personam tutoris uel administratoris quibus data fuit facultas a lege petendi & acquirendi perfecte bonorum pos. & hæreditatem infanti, l. bono. inf. eo. quia administrator tanquam dominus reputatur. l. sequitur. §. si tutor. ff. de usucapio. & probatur in lege secunda. §. sed si infanti. ff. ad tertulianum. & l. si infanti. inf. de iure deliberandi.

Non ob. contraria quia loquuntur in furioso pro maiori parte, qui non habet tutorem, sed curatorem, & curator non potest perfecte acquirere sicut tutor. le. cum in una. §. tutor. ff. de appel. & in hoc differt furiosus ab infante. quam differentiam ponit expresse tex. in d. le. 2. §. sed si infãti. & ideo sequitur quod perfecte dicitur delata infanti ex quo perfecte acquiri potest per personam alterius, ut tutoris uel patris, Et per hoc responsum est ad primum, secundum, & quartum. Non obstat tertium, quod administratores non possunt repudiare, ergo nec adire, quia illa regula procedit solum in principalibus, non autẽ in administratoribus, quia illi possunt acquirere, sed non possunt repudiare. l. tutor. ff. eodem. & Bar. in d. l. si infanti. col. 4. Non ob. quintum, qa procedit quãdo nullo modo agnita fuit hæreditas, uel agnita erat bon. poss. hic uero agnita erat bon. poss. per tutorem uel patrem qui sunt legitimi administratores quibus est data hæc potestas acquirendi.

Quare remanet, quod infanti bono. poss. agnita eius nomine acquiritur taliter quod ad hæredes suos transmittere eam potest, & per alium sine ratificatione acquiri potest bonorum poss. Item sequitur quod licet regulariter per alium non possit adiri hæreditas, tamen tutori & administratori hæc authoritas concessa fuit, qđ facilius in bonorum possessione procedit quę a iudice conceditur nemine petente. d. l. bonorum. inf. eo.

In tex.

4 In tex. ibi infantis, exponitur, idest minor septem annis. l. si infanti. inf. de iur. delib. & dicitur infans ex eo, quia fari non potest. l. 1. §. sufficit. ff. de admini. tutor. & l. 3. §. si pupillus. ff. de tut. ibi, nisi præsenti & petenti, ideo infanti curator dari non potest, quia infans non potest postulare curatorem sibi dari. facit etiam tex. in §. fi. insti. de curat. & in l. mulier. ff. de uerbo. oblig. ubi dicitur infantem stipulari non posse, quia fari non potest, & appellatur infans, idest non ualens fari uel loqui ideo stipulari non potest. d. l. mulier. & l. 1. ff. de uerb. obli. Et hoc modo debet exponi tex. hic, dum dicit, antequam loquatur, idest antequam compleuerit septem annos, quia intra illud tempus ex iuris dispositione fari non potest. per d. l. & quamuis de facto sæpe loquatur, tamen quia non est uera loquutio cum intellectu naturali, non appellatur loquutio, sed balbuties, sicut in simili uiri potens dicitur mulier quæ compleuit duodecim annos secundum legem. §. 1. insti. de nupt. & qui bus mod. fini. tut. in princi. & licet de facto aliquando ante duodecimũ annũ sit uiri potens, ut no. in c. fin. de
5 despons. impub. tamen secundum † ius non est uiri potens ante illud tempus, & ita creditur in infante quod per l. fari non possit. Et clare demonstrat tex. in §. pubertatē. inst. qui. mod. fini. tute. & hæc est uera opinio & communis, quamuis alii aliter teneant ut dixi in l. 1. ff. de uerb. oblig.

6 Ideo dicebat † Bal. in l. 1. in 20. quæst. ff. de rer. diuis. quod infans inuestiri non potest de feudo quia requiruntur uerba, quod dictum restringit Aluaro. in c. 1. §. personam. per quo. fiat inuesti. ad triennium cum dimidio, alias si haberet quartum annum potest inuestiri. Sed Dec. dicit uerius esse quod minor septennio inuestiri non possit, quia ll. simpliciter dicunt de infante. Pro quo facit dictum Inno. in c. sciscitatus. de rescript. quem allegat Afflictus in d. §. in personam. quod infans promoueri non potest ad aliquam dignitatem uel officium uel administrationem, & si promoueatur ad ea de facto actus non ualet.

7 Sed tu aduertas † quia in infante est duplex defectus respectu inuestituræ, unus quod non potest fari, & ideo non potest petere inuestituram, Alius quod non potest acquirere possessionem. l. quamuis. §. fi. ff. de acqu. poss. Circa primum difficultas pendet ex alia quæst. an infans stipulari possit, de quo latissime per docto. in l. 1. ff. de uer. obl. & quamuis disputantes uaria dicant, Tamen communis est conclusio quod minor septē annis non possit stipulari, quia ut dixi, secundum. l. dispositionem non dicitur posse fari. d. l. mulier. cum similibus, ideo nec etiam potest petere curatorem. l. & habet §. 1. ff. de tut. Intantum quod nec etiam puto, quod in casu. l. seruum. ff. rem pupil. salu. for. possit stipulari, licet communiter docto. teneant contrarium, quia non potest reddi ratio diuersitatis inter illum casum, & qđ non possit petere curatorem & alia facere magis utilia. Nec ille tex. dicit quod infans possit stipulari, sed solũ quod ille qui non intelligit possit stipulari, ut si sit proximus infantiæ per tex. inst. de inut. stipu. §. si pupillus. uel stipuletur per seruum suum, uel seruum publicũ ipso non ualente loqui.

8 Ex ideo † ego puto quod minor septem annis nõ poterit inuestiri, quia inuestituram petere non potest. d. l. & habet. §. 1. ff. de tute. Quod intelligo etiam cum tutoris authoritate, quidquid dicat Aluaro. in dic. §. præterea, sed tutor uel pater uel etiam seruus nomine infantis petere poterit.

9 Secundum est † impedimentum in infante, quia non potest acquirere possessionem d. ie. quamuis. §. 1. ff. de acq. poss. Sed quia in contrarium facit tex. in l. donatarum. inf. de acq. poss. ubi acquirit sine tutoris authoritate. ideo docto. communiter intelligunt quod regulariter possessionem acquirere non potest. d. l. quamuis. nisi interueniat tutoris authoritas, Secus in iocalibus in quibus potest acquirere sine tutoris authoritate. di. l. donatarum. sed in aliis si est maior triennio cum dimidio acquirere potest cum tutoris authoritate, & si est minor triennio non potest etiam cum tutoris authoritate, sed tutor eius nomine acquirere debet. & in iis terminis uidetur uelle loqui Aluaro ibi. Vnde concludo quod in inuestitura requiritur petitio inuestiendi, ut ibi uolunt doct. & illa a minore septennio nullomodo fieri poterit. d. l. & habet eam tutor uel alius habilis petere nomine infantis, sed inuestitura poterit fieri in persona infantis cum tutoris authoritate, si est maior triennio cum dimidio, alias utrunque debet fieri in persona tutoris nomine infantis, ut per Aluaro. ibi, uel a persona patris, uel etiā serui, ut per Andream de Isernia, Afflictum, & præpositum in d. §. in personam. Que distinctio ad literam uidetur tradi per Aluarotum in d. §. in personā. col. fi. & idem uidetur dicendum de iuramento, ut tutoris solius admittatur iuramentũ fidelitatis, ut ibi etiam notatur, & sic uterq; bene dicit in terminis suis, quod no. quia practicabile est.

10 Et conclusio † remanet firma, quod interueniente tutore poterit inuestiri, sed aliqua difficultas, est, an actus debeat fieri in persona tutoris infantis cũ tutoris authoritate, uel potius in persona tutoris infantis nomine, sed dic ut supra, prædicta tamen intellige quo ad inuestituram.

11 Iuramentum † uero fidelitatis non præstabitur nisi postquam erit adultus, ut per eundem in c. 1. §. si minori. si de feu. fuer. contro. intantum quod non currit tempus anni præfixum ad petendum inuestituram & confirmationem ut ibi per eũ. In tex. ibi, infantis. exponit. i. minor septem annis. l. si infanti. inf. de iur. deli. & supr. dixi. In tex. ibi, agnita, intellige per patrē uel tutorē uel alium secundũ distinctionem inf. ponendā, alias si p personam habilem non fuisset petita non procederet iste tex. secundũ omnes. In tex. diem functi. i. mortui. concordat tex. in l. diem functo. ff. de off. asses.

12 In tex. ibi † recte competere. i. secundum. l. competere, nam uerbũ, recte, de proprietate significationis suæ significat actum iuridice factum. l. nõ putauit. §. nõ quęuis. & ibi no. ff. de contratab. licet alibi aliquando improprie aliis modis summatur. ut hic per Dec. & idem Dec. & in l. lecta. ff. si cer. pe. sed quia multa iura cōtra dicunt inuicem quæ bene non resoluuntur per doctor. ego ibi dedi distinctionem considerando primeuam significationem secundum quam omnia dicta idem significant. sed postea ex communi usu unicuique assignata fuit particularis significatio secundum quam in dubio capiuntur. per tex. in §. non tamen. inst. qui. mod. infir. testa. cum aliis ibi latius allegatis in 4. nota. Verumtamen quia tex. non dicit cui competat, duo sunt intellectus. Sed secundum communem intellectũ subaudi hæredibus infantis, ex quo no. quod bon. poss. recte agnita nomine infantis perfecte ei acquiritur & transmittitur ad hæredes, de quo dicā inf. in gl. No. ex isto text.

13 quod † infans non potest agnoscere bonorum poss. Sed pater uel tutor nomine eius agnoscit. concordat tex. in l. bonorum. inf. eod. & l. seruus. ff. eodem. per rationem prædictam quia fari non potest, & hoc procedit etiam in pupillo, in quo tutor potest petere nomine pupilli, sed hoc plus obseruatur in pupillo quod ipse potest petere authoritate tutoris. l. bonorum. inf. eodem. p quā declaratur. l. seruus. in fi. cum l. seq. ff. eo. dum loquitur de pupillo cui tutor debet petere bonorum poss. idem quasi dic. in hæredita. l. si infanti. in fi. inf. de iure delib. & no. in l. fina. §. ubi autem pueriles. inf. de bonis quæ libe. Vnde sic dicas quod in infante semper administrator debet adire hæreditatem, uel petere bonorum possess. nomine infantis. Sed in pupillo in hæreditate requiritur uterque. l. potuit. infra de iure delibe. uel si deficit tutor, iudex poterit supplere. l. si infanti. in fi. In bonor. possess. tutor solus & pupillus cum tutore poterit

agnoscere.d.l.bonorum.inf.eo.etiam sine ratihabitione pupilli quando solus tutor petit, quia non esset qui posset habere ratum nisi ipsemet tutor, unde ipse tenetur ad damnum pupilli.l.si pupillo.ff.eo.

14 Subdit etiam hic Alex.quod†non tantum pater & tutor possunt petere bonorum possess.impuberi, sed etiã extraneus.per l.pe.ff.eod.declarando tamen ut ibi per Bar.qui uult quod extraneus infanti perfecte acquirere possit.sed in maiori infantia extraneus non possit acquirere nisi sequta ratihabitione per eum.l.3.§.acquirere.ff.eo.Sed Dec.hic uult in utroque casu per extraneum acquiri sine ratihabitione.per d.l.pe.quæ indistincte loquitur de impubere,& hoc,ppter authoritatẽ iudicis qui supplet defectum tutoris.arg.l.si infanti, in fi.inf de iur.delib.& ad tex.in d.§.acquirere.respondẽ quod procedit in eo qui petit sine mandato & sine adminiculo iuris,& iudice hoc non agente, quod tamen postea restringit quoad effectum transmissionis tantũ, non autem quoad effectum obligationis.per.l.3.§.inuito.ff.eodem.

15 Sed hæc†resolutio Dec.mihi non satisfacit,nam attẽta ratione sua quod iudex uelit supplere defectum tutoris,sequeretur quod bonorum possessio acquireretur in totum.Sicut tutor solus potest acquirere.argu.di.l.si infanti.in fine.& si esset damnosa,teneretur pupillo.ff.eo.coniuncto.§.subsidiaria.inst.de satisd.tuto. Similiter attenta ista ratione sequeretur quod non tantum hoc procederet in impubere, sed etiam in quolibet maiore.arg.d.l.seruus.ff.eodem.ibi, absenti & non petẽti etiam sine ratihabitione quoad effectum transmissionis tantum,ideo ego puto quod tex.in l.pe.restringi debeat altero de duobus modis.Primo quod intelligatur in maiore infante & secuta ratihabitione eius,sicuthæc subauditio debet fieri ad d.l.seruus.nec ibi est diuinatio,ita etiam non erit diuinatio ad illum textum. Et idem etiam seruatur in aliis legibus loquentibus de acquisitione fienda per extraneum,ne ipsi ignorantes obligentur oneribus hæreditatis,& si dicatur, quomodo pupillus potuit ibi ratum habere, respondetur quod debet intelligi ratihabitionem tutoris postea interuenisse,uel quod pupillus erat præsens,& authoritate iudicis præstauit consensum petitioni factæ a matre nomine eius.arg.d.l.bonorum.in fi.infra eodem. Et ratio decisionis est,quia fundamentum concessionis iuris pẽdebat a prætore dante bonorum possessionem, & uis acquisitionis consistebat in illo decreto,sed hodie nulla est dubitatio quod requiratur ratihabitio, quia hodie nihil facit iudex,sed solum præstat præsentiã, iuxta no.in l.fi.inf.eodem.& colligitur ex d.l.si infanti.infra de iure deliberandi. Vel secundo potest restringi, ut procedat solum in casu suo,scilicet in matre impuberis,quando non habet tutorem ad effectũ ut filius possit alimentari.arg.no.in l.1.§.sed & si.in sui ratione.ff.de uent.in poss.mitte.& per eam acquiratur sine ratihabitione,quia iudex supplebit eius personam miserationis causa tam in pupillo quam in infante, ut ibi sentit glo.attento maxime,quia mater non petendo tutorem & non prouidendo necessitatibus filii priuatur successione si pupillus postea moriatur.l.2.§.si mater. cum sequen.ff.ad tertu. & tenebitur ad interesse si hæreditas est damnosa.per.l.si pupillo.ff.eodem.

16 Extra†autem matrem,si alius extraneus petat nomine pupilli uel infantis,erit necessaria ratihabitio tutoris,& si petit nomine maioris,erit necessaria ratihabitio maioris.per.d.l.3.§.acquirere.ff.eo. Et sic non facio differentiam inter infantem & pupillum, sed inter matrem & alios extraneos,pro qua facit tex.in d.l.si infanti.in uersi.ea uero.& no.in l.humanitatis.inf.de impub.& aliis substi.prima tamen magis placet. Et prædicta de extraneo petente intelligo uera etiam quoad effectum transmissionis,quia non reperitur in iure qđ bonorum possessio acquiratur quo ad transmissionem tantum,sed uel in totum acquiritur, quamuis reuocabiliter,uel in nihilo acquiritur,& uidetur probari concludenter in l.fi.§.finautem in furore.sup.de cur.furio. ubi bon.poss.agnita per curatorem furioso acquiritur reuocabiliter,sed non quo ad effectum transmissionis sine ratihabitione, ergo tanto minus in extraneo qui nec reuocabiliter acquirit sine ratihabitione.Ac etiam probatur in hac l.in qua est petita nomine infantis, & dubitatur an transmittatur ad hæredes,quod non fuisset si ex qualibet petitione facta nomine alterius acquireretur ius quoad transmissionem.

Facias tamen duas regulas,unam in hæreditate, aliã in bono.poss.In bon.poss.regula est, quo ad extraneũ nulli acquiri potest nisi secuta ratihabitione.l.3.§.acquirere,& §.inuito.ff.eo.& inf.tempus.l.bonorum.ff.rem rat.hab,etiam quod iudex ex officio suo uelit dare, & etiam quod mater petat,quia d.l.pe.& l.seruus.ff.eod. subaudiuntur secuta ratificatione.per.d.§.acquirere, qui simpliciter requirit ratificationem siue sit infans siue pupillus siue maior.Si uero non extraneus,sed pater uel tutor petit bonor.poss.& tunc acquiritur ei.l.si infanti.inf.de iur.delibe.Alius uero non acquireret. In pupillo uero seruatur tota distinctio.l.bonorum.infr.eodem.& illo casu non requiritur ratihabitio, quia si tutor petit ipse tenetur per l.si pupillo.ff.eo. Si pupillus petat semper est ratihabitio, quia est uoluntas eius in petendo, In hæreditate uero ista omnia tanto magis procedunt.d.l.si infanti.Sed in hoc differunt, quia tutor solus non potest adire si pupillo defertur, sed requiritur factum pupilli.l.potuit.inf.de iur.delib. Nunquid autem.d.l.seruus.& d.l.pe procedant hodie in agnitione in qua nullum factum iudicis requiritur iux. l.fi.inf.eo.dicam in d.l.in notabilibus.

Glo.in uerbo infantis.exponit tex.dicens quod agnita fuit per tutorem,Sed tamen potest intelligi quod ẽt sit agnita per patrem,per tex.in l.seruus.ibi, pater infanti petit.ff.eo.uel etiam per matrem.per tex.in l.penul.ff.eo.& sup.dixi.secus autem in extraneo.per l.c.3.§.acquirere,ff.eo.Glo.fin.diuiditur in duas partes, In prima ponit unum intellectum quem repræhendit, In secunda ponit alium,Secunda ibi uel dic.Ex prima habes unum intellectum ad text.quod si infans moriatur antequam efficiatur maior non transmittit bono.poss. agnitam ad hæredes, sed datur illi qui succedit primo defuncto ex suc.edic.perinde ac si non fuisset infans in rerum natura,sicut quando curator petit bon.poss.nomine furiosi.l.fi.§.finautem in furore.sup.de cur.furio. iuncta glo.in uerbo abintestato. Et pro isto intellectu facit,quia æquiparatur furiosus & infans.l.1.§.adipiscimur.ff.de acq.poss.& in rubro & nigro.ff.de bono. poss.furioso, infanti &c. & æqualiter non habent animi iudicium.Quem tamen intellectum restringit ad casum quo non sit necessarius hæres, quia tunc efficitur hæres in totum ipso iure,& transmittit.l.c. Antistius.§.fi.ff.de acq.hær.& §.sui.inst.de hær.qu.abintest. Vel in casu quo furiosi filius uel infantis seruus sit institutus hæres,unde infans potest effici hæres & furiosus,quia sufficit iussus uel ratihabitio quæ potest fieri per administratorem.d.l.Antistius.§.fi.

17 Sed istum intellectum repræhendit postea † in secundo intellectu,quia infans efficitur uerus dominus bonor.si nomine suo petatur bonorum poss.& non habet locum successorium edictum per l.secũdam.§.sed si infanti.ff.ad tertul.ubi excludit matrem defuncti, quod non esset si haberet locum successorium edictum,ut est in furioso ut ibi dicitur,Et facit.l.2.inf.de contratab. ubi ea petita cessat secundum tabul. quod non esset si non efficeretur hæres,& procedit etiam per dict.l.si infanti.uer.finautem parente.ubi non existente parente potest peti & si non petatur & moriatur intra infantiã datur successoribus ex success.edict. ergo quando fuit petita transmittitur ad hæredes infantis.Et propterea glo.

glo.ponit secundum intellectum quod successio agnita transmittatur ad hæredes infantis & sequuntur omnes. Sed tamen pro primo intellectu uidetur posse induci iste tex.qui dicit bonorum poss.acquisitam competere & sic bonor.posse. defuncti quæ fuit delata pupillo. Nam illa est quæ potest competere ex edict. success. §. cum igitur inst.eo.Hæredibus autem infantis non potest competere illa bonorum possess.agnita quia extincta fuit per agnitionē.l.1.§.ueteres.ff.de acqui.poss.& ibi glo.Sed est noua bonorum poss.quæ nascitur ex hęreditate infantis cui succeditur arg.tex.in §.1.instit.de pupil.substi.Et hoc iudicio meo multum stringit.Quia tamen non potest responderi tex.in d.l.2.§.sed si infanti.ff.ad tertul.qui uult infantem obstare matri,sed non furiosum,ideo necessario debet hic tex.exponi bonor. possessionem agnitam, idest hæreditatem acquisitam per bonorum possessionem & sic causa ponitur ꝓ causato l.1.inf.per qu.per.nob.acq.

17 Habes igitur conclusionem quod si petita sit bonorum poss.furioso & moriatur in furore defertur sequēti ex successo.edict.qui succedit primo defuncto. d.l.fi. §.finautem.& l.2.§.siquis ex liberis.uersi.igitur,& quod ei uere non est delata.Sed si petatur infanti uere acquirit & transmittit & sic differt furiosus ab infan. Sed dubium est de ratione diuersitatis in qua ualde laborant docto.& duplex est ratio communis una quæ respicit personam quia infantia non est uitium & habet habilitatem ad intellectum sed furor est uitium quod impedit intellectum etiam potentia nec mouetur ex cursu temporis,sed requiritur remotio impedimenti.Et in fu
18 rioso†miserationis causa propter fructus defertur bonor.possess.Et plenius defertur infanti. Alia ratio respicit administratorem quia minor est potestas curatoris quæ datur rebus.l.in copulandis.sup.de nup.l. cum in una.§.tutor.ff.de appel.Tutor uero datur personæ, & has duas rationes simul iunctas ponit Bal.hic & tenet Dec.Sed contra has rationes arguit Curti.hic quia non est uerum quod furor sit uitium simpliciter, quia non est punibile ut impediat acquisitionem sed miserabile & ideo debet succurri ne duplici pœna efficiatur. argum.l.diuus.ff.de off.præsid.& est capax acquisitionis.l.antistius.§.fina.ff.de acquir.hær.& l.fi.§. legatis. sup.de cura.furio.Item ratio de potestate administratoris non uidetur uera,quia pater habet æqualem potestatem in furioso & infante & tamen uni acquirit & alii non.Item curator datur personæ furio. non rebus tantum sicut & tutor infanti, quia se defendere non potest,Item patria potestas non est tanta potestas curatoris.arg.§.si pupillus in fi.inst.de inut.stipul.

19 Sed tamen†non est recedendum a ratione communi declarata ut per Dec.hic,nam uerum est quod non est tanta authoritas curatoris quanta tutoris & ideo si infans non habet tutorem sed curatorem debet petere tutorē.d.§.tutor.ff.d. appel.& l.seruo inuito.ff.ad treb. & uidetur tex.in l.fi.§.1.sup.de cur.furio.dum dicit qd curator non potest adire hæreditatem & solum imponit necessitatē agnoscendi bono. poss. Non obst. quod bonor.possess.possit dari a iudice nemine petente ergo maior authoritas non consideratur quia non est uerum nisi quando non interuenit ratihabitio, ut sup.dixi & ideo in infante solus iudex non potest dare bonorum poss.nec etiam in furioso.d.l.2.in fin. Non obstat quod æqualis sit potestas patris quando furiosus est in potestate eius,quia tunc concedo quod potest acquirere bono.poss.quamuis Corn.hic teneat contrarium,& probatur in d.l.fi.in princ.in uer.in furore.licet gl.ibi, uideatur destruere tex.alias enim remaneret iste casus indecisus in illa lege, quæ solum facit differentiam qñ furiosus est in potestate patris,uel non est. Non ob. §. pupillus.inst.de inut.stipul. quia non procedit in casu necessario,ut patet in infante, & tenet Bal. hic in fine. Sed Bar.in.l.si infanti.col.2.uer.quæ est differentia.infra de iure delib.& ibi Salic.& Ang.tenent contrarium. Et tenendo illam opinionem potest responderi quod in tutore ratio prædicta militat respectu curatoris,sed in patre potest dici patria potestas non est habilis ad adeundum regulariter.l.inde Neratius.ff.ad l.aquil.nota.in l.filiofam.ff.de leg.1.& l.is potest.ff.de acq. hær. tamen dispensatum fuit in patre infantis,cum certū ius in eo habeat ut ad ipsum transmittatur,& quia frequētius contingit infantia quæ non conuenit cum furore, & sic respectu patris ratio Romani uidetur esse bona. Non obstat quod curator furiosi detur personæ, quia non est uerum,sed datur rebus tantum, tutor uero datur ad gubernandum personam,ad in struendum pupillum.l.cum plures. §.fi.ff.de admini.tuto.& curator nō habet curampersonæfurio. Non obstat quod furor nonsit uitium punibile,quia licet non sit punibile, est tamen impedimentum accidentale impediens intellectum & non naturale. Pupillus enim non potest se defendere propter etatem, tamen habilis est ex cursu temporis, Furiosus uero estinhabilis propter impedimentum,non propter etatem, & per cursum temporis non tollitur. Non ob. quod non debet affici duplici pœna, quia satis dispensatum fuit in eo contra suam capacitatem quod possit percipere fructus, & de eis se possit alimentare.

20 Ex quibus† habes unum casum in quo furiosus per agnitionem bonorum possessionis potest acquirere uerum dominium,duos alios casus ponit text.in le.Antistius.§.fi.ff.de acquir.hæredi.scilicet quando filius uel seruus furiosi fuerunt instituti,quia tunc sufficit scientia adeuntis,& iussus uel ratihabitio curatoris,Secūdus quando succedit patri uel auo suo in cuius est potestate,quia tunc est ipso iure hæres, Et in hac hæreditate patris non est differentia inter infantem & furiosum. l.fi.§.1.sup.de cur.furio.Et ideosequitur quod si in l.nostra successit infans patri quod non erit differentia inter infantem & furiosum, igitur ad hoc ut differentia glo.possit uerificari debet intelligi iste text. quod non succedit patri in cuius est potestate,sed Alex.& Ias.repræhendunt hoc,quia immo si furiosus succedit patri, adhuc procedit differentia gl.in l.nostra,in qua tractamus de bono.poss. delata in qua non consideratur patria potestas,& semper debet peti & decerni siue filius sit in potestate,siue non.

21 Dec.uero†defendit primam opinionem, dicēs quod immo ipso iure acquiritur bonorum possessio saltem quoad effectū transmissionis,& mouetur, quia ea quæ facti sunt ipso iure possunt transire ad hæredes, quod patet, quia in aditione requiritur animus qui facti est l.pro hærede.ff.de acq.hæred.& tamen filius ipso iure succedit patri,ergo idem in bonorum possessio. respectu agnitionis.Secundo adducit tex.in l.2. §. siquis ex liberis.ff.ad tertul.ubi non potest dici bonorum possessor quia non petit bonorum possess. nisi sit suus hæres, ergo bonorum possessor non potest dici suus hæres nō petendo,quia ipso iure acquiritur, sed hæc opinio mihi non placet,quia non reperitur iure quod quis efficiatur bonorum possessor absque actuali agnitione, & olim absque petitione.Vnde cessat ratio transmissionis quæ fit ex potentia suitatis,scilicet quod ipso iure acquiratur dominium, & ideo dicitur transmissio iuris quæsiti, non quærendi. Quod probatur primo, quia alias inuito daretur bonorum possess.contra legem. 3. §.inuito.ff.eodem.sed solum hæreditas potest.§.sui.institu. de hæred.qu.abintest.Secundo probatur per textum in lege secunda.§.sed uidendum.coniuncta l.pen. in fine.ff.quis ord.in bon.quæ uult quod filius tanquā agnatus possit petere bonorum possess.& si sit in potestate patris,& tamen excluditur tempore, quamuis de iure ciuili sit hæres,& facit tex.in §.fin.institu. eodē. & omnes leges quæ semper dicunt bonorum poss.peti. Et probatur in l.emancipata.inf.eo. secundum intellectū

quem ibi ponam ultra alios,& ibi dicam.Et est tex. in terminis in l.1.§.ibidem.ff.de col.bono. Non ob.d.§.si quis ex liberis.quia non dicit quod ipso iure efficiatur bonorum possessor, sed solum dicit quod non nocet matri si efficiatur suus hæres agnoscẽdo, sed non per bonorum poss.ut patet ibi,cum dicit, non sufficit nisi natus quoq; acceperit bono.poss. Et probari uidetur in d.§.quos autem.dum dicit,neminem ipso iure facit hæredem, secundum unam expositionem de qua dixi sup.in rub.Et hanc opinionem ego puto ueram etiam respectu transmissionis,quia de iure prætorio bonorũ poss.non agnita non transmittitur,sed semper requiritur petitio,per tex.in d.§.liberis.inst.eo. & per text.in d.l.1.in prin.& §.nunc uidendum.ff. de successio. edict. facit tex.in l.illud.§.fina.ff.de contratabu.arguendo a speciali.

22 Non obst.d.§.defertur.†quia intelligitur de uocatis per ius accrescendi,uel debet punctuari litera ibi,hæredibus,& ipsis non acceptantibus defertur sequentibus, scilicet scriptis in testamento qui sunt substituti, uel substitutorum substituti, Non obstat quod per ius accrescendi &c.quia illud est respectu coniunctionis, quia prima petitio sufficit pro tota hæreditate propter inconueniens.l.ius nostrum.ff.de reg.iur. quod patet, quia etiam transmittitur ad extraneos.§.fi.inst.de orficia.senat. quia ius accrescendi accrescit portioni non personæ,ut no.in l.1.inf.tit.1.

23 Quærit†Bal.hic,quid si est infans & furiosus, & respondet quod attenditur qualitas infantiæ.l.qui habebat.ff.de tutel. licet raro discerni possit,& bene dicit, quamuis Corn.uideatur dubitare,& facit.l.2. §.si mater.uer.quid si furioso.ff.ad tertul. Quærit etiam Bart. hic,an ista bonorum possessio sit iuris uel facti,iux.no. per glo.in §.septima,in uerbo extraordinario. inst. eo.
* Et conclusio communis est,qđ in infante est iuris,quia per eam plenum ius acquirit in successione. Sed in furioso uariant docto. cum per eam non acquirantur uere iura hæreditaria furioso.d.l.fi.§. finautem. Et glo. in l.1.ff.de bon.pos.infan.uel furioso.tenet quod sit facti,quia per eam solum furiosus acquirit fructus, & si moriatur, restituuntur fructus perinde ac si nunquam uiuus fuisset. Et pro hac opinione possent adduci multa late discussa per me in l.fi.inf.eo.dum defensaui opini.Bulg.contra Dec.quæ hic referenda sunt. Sed glos. in d.l.fi.§.& siquidem.& §.tali.tenet quod sit iuris, & ibi late disputat,& respondet contrariis pro utraq; parte.Bar.tamen in d.l.1.tenet hanc secundam quod sit iuris,& efficiatur bon.poss.& dominus.Sed Bal.hic concordat opiniones, dicens quod omnis bono. poss.quæ est in specie solita ius tribuere tribuit ius,quamuis aliquando propter accidens tribuat ius reuocabiliter sub certo euentu uel conditione .l. 2.§. sub conditione.ff. de secun.tab.& l.filius.ff.de inoff.test.& no.in l. siquis hæres.ff.de hæred.inst.Et cum tribuat ius, competunt actiones hæreditatis,l.cum hæres instituto.ff.ad treb. Item potest conueniri tanquam bonorum pos.sed euéniente conditione definit esse bono.poss. perinde ac si non fuisset in medio.d.l.fi. §. tali. & ad hæredem non transmittit,& hac ratione appellatur facti,quia æquiparatur alii bonorum poss.facti in hoc. Et ista opinio mihi placet,ex qua in effectu habes quod est bonorũ poss.iuris in substantia sed habet aliquos effectus facti, & sic eius natura tenet quodam medium.d.l.2.§.subcõditione.ff.de secun.tab.cum simil. Sed dubium potest esse quare iste dicantur participare de bonorum possessionibus iuris.& illa carboniana,& uentris nomine,& gratia litis agnoscendæ sint mere facti,sed breuiter dici potest rationem esse,quia in illis tribus defectus est in causa acquirendi siue succedendi, nam causa succedẽdi in filio est quod sit filius illius cui uult succedere, unde donec constet de ueritate istius causæ ille redditur incapax,ideo nihil iuris in proprietate acquiritur, & hoc etiam procedit in bonorum poss. gratia litis agnoscendæ,quia donec apparet quod recte non est exhæredatus, semper incapax reputatur illius successionis,sed in istis personis defectus non est in causa, sed solum est impedimentum in intellectu,&ideo in infante acquiritur in totum , quia intellectus suppletur per patrem uel tutorem,& in furioso acquiritur reuocabiliter,quia defectus non in totum suppletur per curatorem,& cum ex se sint capaces istæ personæ,nihil impedit quod eis ius aliquod in proprietate acquiratur , ut latius dixi in l.fi.unde legitimi.

24 Vltimo†quæro, quid de prodigo, ceco,& muto, & surdo,& uidetur quod sit idem quod in furioso, quia non habent administrationem , sed ego puto si est surdus & mutus taliter quod nullum habet intellectũ tũc æquipararetur furioso,&hac ratione de eo ponitur in d. l.1.de bonorum poss.infan.uel furio.compe.Sed si habet aliqualem intellectum,uel sit prodigus,uere acquiritur bonorum poss.& adeunt uere hæreditatem interueniente curatoris authoritate quando non habet administrationem.l.seruo inuito.§.si pupillo.ff. ad treb. Istæ enim personæ æquiparantur pupillo, ut late dixi in l.1.ff.de uerb.obli.Si uero cecus,mutus,uel surdus, uel prodigus nondum sit prohibitus administrare, solus poterit adire,& bonorum poss.petere.l.2.ff. de bono.poss.infan.uel furio.comp.& no. in l. cui bonis. ff. de uerb.oblig.In demente & mente capto & similibus dicas idem quod in furioso,cum limitationibus tamen & declarationibos traditis per docto.in l.humanitatis inf.de impub.& aliis substi.

25 Reducendo † tamen totam materiam ad ordinem, quomodo bono.poss.uel hæreditas acquiratur non habentibus perfectionem intellectus facias tres casus. Primus est,quando isti habent aliqualem intellectum ut cognoscant quod agunt,ut sunt adulti,& cecus,mutus,surdus,& prodigus,& tunc si non habeant curatorem, ipsi soli possunt acquirere hæreditatem,& bono. poss.petere.l.2.ff.de bono.poss.infan. uel fur. delata. arg.l.si curatorem habens.C.si tutor uel curator interu.Si uero habent curatorem, & non ualent sine curatoris authoritate,sed cum curatore possunt.d.l. si curatorem habens &.§.1.inst.de auth.tut.& no.in l.potuit. inf.de iur.delib.Secundus est casus,quando aliqui non intelligunt quod agunt propter impedimentum naturale,ut pupilli,& infantes,& in istis acquiritur hæreditas uel bonorum possessio aliquando per solum tutorem uel patrem,aliquando per ipsos cum tutoris uel patris authoritate secundum distinctionem positam in l. si infanti.& l.potuit.inf.de iure delib.Tertius est casus, quando tales personę non habent intellectum propter impedimentum accidentale,ut sunt furiosi, mente capti, & dementes.& ceci,& surdi omnino impediti. Et isti per se non possunt acquirrre bonor.poss.nec hæreditatem.d.l.1.& 2.ff.de bono.poss.inf.& fur.& l.fin.C. de cur.fur.sed per curatorem possunt acquirere bono. poss.non hæreditatem,& illa bono poss. quæ acquiritur non est iuris sed facti,quia tribuit solum potestatẽ percipiendi fructus.d.l.fi.§.nos itaque.& §.tali itaque. sup.de cur.furio. Fallit quando instituti sunt illi qui sunt in eorum potestate,ut filius uel seruus.l.Antistius. §.fi.ff.de acquir.hæred. Secundo fallit in hæreditate pertinente ex causa suitatis.d.l. Antistius .§.fi. Tertio fallit quãdo tales personæ sunt in potestate patris quãdo sunt instituti,secundum opinionem Bul. & Fulgos. quam sup.tenui.Et hæc sufficiant.

Ioannes Bolog. V.I.D.Bon.Salerni de mane legens, & Neapoli repetita.

Summaria super lege emancipata. C. Qui Admitti.

1 Quid sit transmissio, & quomodo sumatur.
2 Transmissio in specie fit per mortem, & successionem, & in haeredes.
3 Transmissio differt a successorio edicto.
4 Transmissio naturalis quae sit, & de quibus fiat.
5 Transmissio conuentionalis quae sit, & quando, & de quibus fiat.
6 Transmissio legalis quae sit, & de quibus fiat.
7 Transmissio iuris quaesiti passim permittitur, & appellatur haereditas.
8 Transmissio iuris quaerendi habet tres partes, aut fit de eo quod pertinet ex causa contractus, aut causa legati, aut ex causa successionis.
9 Transmissio de eo quod pertinet ex cõtractu quãdo fieri possit.
10 Transmissio de eo quod pertinet ex causa successionis an permittatur.
11 Transmissio haereditatis uiuentis uel haereditatis conditionalis nunquam permittitur.
12 Transmissio haereditatis delatae regulariter prohibetur, fallit in septem casibus, quorum quatuor praesupponunt haeredem impeditum, & tres sine impedimento procedunt.
13 Transmissio ex potentia suitatis an & quando procedat, & qualis sit.
14 Transmissio ratione sanguinis quando fiat, & qualis est.
15 Transmissio iuris deliberandi qualis sit, & quando procedat.
16 Transmissio ex causa impedimenti in quibus casibus permittatur.
17 In hac lege tractatur an transmissio bonorum possess. fiat in casibus in quibus de iure ciuili permittitur.
18 Duo intellectus traduntur ad istam legem.
19 Dubitatio fuit in hac lege an bonorum possessio transmittatur ratione suitatis.
20 Summatur & casus figuratur.
21 Praetor neminem facit ipso iure haeredem, nec inuitum.
22 Rationes plures referuntur quare haereditas & bonorum possessio non transmittatur.
23 Defenditur ratio Riminaldi.
24 Duae rationes nouae assignãtur, quare haereditas non transmittatur.
25 In legibus codicis quando sint assignandae rationes dubitandi.
26 Agnoscens bonorum possessionem an teneatur exprimere eius nomen.
27 Vendicari an possit haereditas & alia iura uniuersalia.
28 Transmissio an fiat, si propter ignorantiam facti non est agnita bonorum possessio.
29 Transmissio non permittitur etiam quod decretum sit interpositum, si mortuus non ratificauit.
30 Declaratio ad. l. illud. §. fin. ff. de contratabulas.
31 Lex unica de ijs qui ante apertas tabulas an habeat locum in bonorum possessione.
32 Intellectus. l. unicae. C. de ijs qui ante aper. tab. latissime ultra alios discutitur.
33 Lex papia prohibebat descendentes certis casibus adire ante apertas tabulas.
34 Descendentes mortui post apertas tabulas de iure ciuili non transmittunt.
35 Bonorum possessio an transmittatur de iure praetorio ratione sanguinis, & quomodo defendi possit communis opinio.
36 Bonorum possessio an trãsmittatur ex capite iuris deliberandi.
37 Bonorum possessio contra tabulas an transmittatur.
38 Lex cum antiquioribus an habeat locum in possessione extra ordinaria.
39 Epilogatio totius materiae transmissionis.
40 Regula ciuilis, quod haereditas non adita non transmittatur, limitatur non procedere in septem casibus uel octo.
41 Regula praetoria, quod bonorũ possessio non transmittatur, ampliatur duobus modis, & limitatur non procedere in septem casibus.

Repetitio. l. Emancipata. C. Qui Admitti.

IN Hac lege tractatur de materia transmissionis bonorũ possessionis, an non agnita transmittatur ad haeredes, & in consequentiam doctores ponunt quid iuris sit in transmissio. haered. Et qa imperfecte & inordinate loquuntur perficiam & ordinabo ultra alios. Et ad euidentiam praemittendum est quid sit transmissio, quid sit ius quaerendum, & de quo iure permittatur transmissio, tam iure ciuili quam praetorio.

1 Circa primũ† transmissio est terminus generalis, & significat omnẽ translationem iuris uel rei existentis penes unum in alterum, ut c. in nostra. in uerb. transmittere. de proc. & c. praesentium. in uerbo transmissis. de testib. in 6. & ideo cedentes iura sua per contractum inter uiuos dicuntur transmittere in cessionarium iura & actiones, quasi trans se seu ultra se mittere.

2 In specie† autem & magis proprie transmissio fit per mortem & successionem in haeredes suos, ut in rub. & nig. inf. de iis qui ante aper. tabu. & l. cum antiquiorib. inf. de iure deliberan. & in authen. de haered. & falcid. §. semper igitur. in uerbo transmittentes. & l. quarta & quinta. & per totum. ff. quando dies lega. ced. & significat idem quod transfert & cedit. dicta. l. quarta & quinta. ff. quando dies legati ceda. Et diffiniri potest, Transmissio est iuris in unius persona consistentis in alium translatio per mortem facta, & dicitur iuris in unius persona consistentis, quia translatio fit de iure non consistente, ut quando testator transfert legata a persona unius in alium in uita sua. §. 1. insti. de ademp. leg. cum concor. Itẽ dixi per mortẽ, ad differẽtiam cessionis que non est ꝓprie transmissio. c. in praesentia. de test. in. 6.

3 Et per eadem† differt transmissio a successorio edicto, quia haec praesupponit transmittentem habere ius in persona sua, & successorem accipere per medium trãsmittentis, Successorium uero edictum praesupponit existentem in medio nullum ius habuisse firmũ, & successor acquirit perinde ac si ille non fuisset in medio ex legis dispositio ne, ut nota. per omnes in lege qui se patris. infra unde liberi. ubi dicemus late. Haec transmissio multipliciter diuiditur, nam quaedam est naturalis, quaedam conuentionalis, & quaedam legalis, secundũ Bal. in l. cum antiquioribus, in 8. quaestio. infra de iure deliberandi.

4 Naturalis† transmissio fit de iuribus & qualitatibus naturalibus, ut de nobilitate & primogenitura, cũ natiuus splendor & nobilitas seminatur a progenitoribus in posteros. l. nobiliores. sup. de com. & merca. Et fit solum per legitimam lineam etiam in matre, quia nobilis mulier non facit filios spurios nobiles. l. si qua illustris. inf. ad orfic. & l. Cassius. ff. de senat. & l. si quis incest. & l. humilem. sup. de incest. nup. Et eo. modo infectio natiua transmittitur ad posteros, ut in filio cõmittentis crimen laesae maiest. l. quisquis. inf. ad l. iul. maiesta. & in filio haeretici. c. quinq;. §. haeretici. & ca. statutum. 2. de haeretic. in 6.

5 Secunda est transmissio† conuentionalis, idest quando actum est ut aliquid transmittatur ad haeredes, & cerio modo, ut contingit in omnibus priuilegiis & cõcessionibus feud. in quibus conuentio fit quomodo succedi debeat in feudis. Et ideo Baldus in dicta l. cum antiquioribus. q. 8. subiicit illam quaest. de filio primogenito moriente, an transmittat ad filiũ, uel succedat al

ter filius primi, ut ibi per eum.

6 Tertia† est transmissio legalis, quæ fit ex iuris dispositione de iure aliquo consistente certo modo in persona alterius per eius mortem, & hæc proprie pertinet ad materiam nostram, sed tamen & ipsa subdiuiditur
7 aut fit de iure quæsito, aut iure quærendo. † Transmissio iuris quæsiti alio nomine appellatur hæreditas, quæ est succeßio in uniuersum ius defuncti. l. nihil. ff. de reg. iur. & passim permittitur. ut in auth. de hær. quæ ab intest. deter. per. totum. Et de hoc nomine transmissionis probatur in §. semper igitur. in uerbo transmittentes. in auth. de hæred. & falcid. Et procedit etiam in iure tantum reuocabiliter quæsito, ut in legato. l. seruũ filii. §. 1. ff. de leg. 1.

8 Transmissio uero † iuris quærendi non ita faciliter permittitur, sed distinguendum est, an illud ius quærẽdum pertineat ad transmittentem ex causa contractus uel ex causa legati, uel fideicommissi, uel ex causa uni-
9 uersalis successionis per mortem. Primo casu† quando ius quærendum pertinet ad transmittere uolentem ꝓpter contractum, ut quia aliquid sibi debetur sub conditione, quo casu est ius quærendum, ut no. in l. 1. C. de pact. uel factum est pactum de hæreditate uiuentis in casibus permissis, qui no. in l. fi. sup. de pact. ubi Bar. in distinctione sua ponit quomodo concipiatur pactum ut comprælhendat ius quærendum, & tunc fienda est regula, quod transmissio permittitur, §. ex conditionali. cum glo. inst. de uerborum obliga. & l. pactum ff. de ꝓbatio. & satis potest dici transmissio conuentionalis licet non ita proprie ut supra dictum fuit in alia specie transmissionis conuentionalis. Quod tamen debet intelligi quando illud ius quærendum pertinet ad transmittentem ex facto suo, si uero pertineret ad ipsum ex contractu alterius extranei non existentis in eius potestate, & tunc non transmitteretur, nisi conuentio esset acceptata, etiam quod notarius stipuletur nomine suo, ut per Bartol. in Pomponius. in 4. col. ff. de nego. gestis. & per Dec. in l. contractus. col. 3. nu. 15. & 16. ff. de reg. iur. & in l. edita. num. 22. C. de edendo. & Bart. in l. nec eius. §. satisdatio. ff. de adoptio. & per Purp. in l. fi. sup. de pact. Facit quod habetur in d. l. edita. de potestate declarandi libellum quæ non transmittitur ad hæredes secundum ueram opinionem quam ibi defen-
* saui num. 80.

Secundo casu quando ius quærendum pertinet ad uolentem transmittere ex causa legati uel fideicommissitam uniuersalis quam particularis, & tunc antequam cedat dies non transmittitur, postquam uero cedit dies transmittitur. l. 4. & 5. & toto tit. ff. quãdo dies leg. ced. & l. 2. §. cum igitur. inf. de cad. tol. Fallit in aliquibus casibus. ut in l. 1. §. 1. inf. de iis qui ante aper. tab.

10 Tertio casu† quando ius quærẽdum pertinet ad nos per successionem uniuersalem, quæ est proprie materia nostra, nam hic tractamus quãdo hæreditatem ad nos pertinentem quoquo modo per successionem trãsmittere possumus ad hæredes nostros, & sic requiritur quod hęreditas obuenerit per successionem, & uelimus transmittere per successionem, & tunc considerandum est quod hæreditas alterius potest pertinere ad nos tri
11 bus modis. † Nam potest esse hæreditas uiuentis, & hæc pertinet ad nos spe debili, & appellatur ius quærendũ de futuro ex causa de futuro, & fienda est regula generalis, quod hæc hæreditas non transmittitur, seu hæc spes succedendi, Intm̃ ꝙ filius non transmittit ad nepotẽ spẽ succedendi quã habet in bonis patris, ut no. in l. qui se patris. inf. unde lib. ubi late dicam. Et est ratio, quia leges uocant ad successionem illos qui reperiuntur proximiores tpe mortis, & uocãtur ex persona sua. §. cum autem quæritur. inst. de hær. quæ abintest. defe. & §. proximus. inst. de legi. agna. successio. l. qui habebat. ff. de uulg. & pupil. & l. si quis filio exhæredato. ff. de iniust. rup. & irri. test. Cum iniquum sit in persona uiuẽtis acquiri ius in hæreditate. l. qui superstitis. ff. de acq. hær. Et hæc regula nullam habet limitationem de illis quas inf. allegabimus in materia.

Secundo potest deberi hæreditas mortui, sed in diẽ uel sub conditione, & in hoc etiam fienda est regula, qđ illa hæreditas non transmittitur. l. 1. §. ne autem. & §. oportet. & §. si autem. inf. de cad. tol. quia nondũ cessit dies, ut ibi dicitur, & non potest acceptari. l. si ita scriptum. §. sub conditione. ff. de leg. 2. & l. is qui. ff. de acquir. hær. Et ideo pupillaris substitutus hæreditatẽ pupilli non transmittit. l. qui habebat. ff. de uulg. & pupi. Et hæc regula generaliter procedit ac nullam recipit limitationem in hac materia traditam per docto. quia apposita conditione apparet testatorem noluisse eam transmittere differendo dispositionem in illum euentum, & ideo glo. in uerbo beneficio. in dict. le. cum antiquioribus. inf. de iur. delib. dixit quod illa lex nõ habet locum in hærede instituto sub conditione non adimpleta conditione. & Bal. ibi in fi. uerb. & communi-
* ter doct. & in d. l. 1. inf. de iis qui ante aper. tab.

12 Tertia† est hæreditas pura, cuius dies cedit a morte testatoris, & potest quandocunque acceptari quantum ad potestatem legis, & in hac etiam ponitur regula generalis, quod hæreditas non adita cuius dies cessit non transmittitur per. d. l. 1. § 1. in nouissimo. inf. de caduc. tol. & de hac tractatur in l. uentre. ff. de acq. hær. & in hac l. per doct. Sed tamen hæc regula non ita generaliter procedit, quia multi casus excipiuntur ab ea quos ponit Bar. in d. l. uentre. col. 2. uer. uenio ad materiam & usque ad finem. & ponit sex limitationes a quibus constituit sex regulas in transmissione, sed magis propriæ sunt septem limitationes. Quarum quattuor introductę fuerunt propter impedimentum aliquod probabile superueniens, propter quod hæres prohibetur adire, & ex æquitate ei succurritur ut interim moriens trãsmittat ad hæredes. Aliæ uero tres sunt magis generales, quia in eis non consideratur an hæres sit impeditus, sed generaliter etiam quod nullo modo sit impeditus, & si uellet, statim posset adire, tamen permittitur transmissio, quas tres limitationes Bal. in l. 3. col. 4. inf. de hære. insti. appellauit species transmissionis, & etiam species transmissionis appellat Iason. Vere tamen sunt limitationes ad illam regulam. dic. §. in nouissimo. ut dicunt docto. in l. uentre.

13 Prima† est igitur limitatio quæ facit speciem transmissionis, quando uolens transmittere est in potestate morientis, & est suus hæres qui in uita est quasi dominus bonorum patris, & post mortem inuitus est suus hæres. l. in suis. ff. de lib. & posth. & §. sui. inst. de hæred. qual. & diffe. & §. sui. inst. de hær. quæ abintest. Nã filius etiam ignorans mortem patris transmittit ad omnes hæredes suos hæreditatem patris non acceptatam l. apud hostes. inf. de suis & legi. & l. ex militari. §. finali. cum l. sequenti. ff. de mili. testa. Et hæc species transmissionis habet locum etiam hodie quamuis de iure prætorio competat beneficium abstinendi, quamuis aliqui tenerent contrarium quos repræhendit Bar. in d. l. uentre. uer. quartus casus. quia beneficium obstinendi fuit inuentum ut faueret filiis, non autem ut noceret, & hãc opinionem dixit uerissimam Bal. in l. si fratris. in prin. inf. de iur. delib.

Et Bar. ibidem repræhendendo quandam distinctionem Iacobi beluisi concludit quod semper ex potentia suitatis filius transmittit in omnibus casibus in quibus suitas operatur effectum acquisitionis, in casibus uero in quibus suitas perdit effectus suos cessat etiam transmissio, quia cessat causa transmittendi, cum amplius non fiat acquisitio, quia hæc transmissio est proprie iuris quæsiti, non iuris quærendi, & transmissio iuris quæsiti passim permittitur ut supra dixi. per quam declarationem ordinantur multa quæ confuse posuit Ias. hic. Nã hæc regula ampliatur ꝓcedere siue filius succedat ex

dat ex testamento, siue abintestato, quia semper suitas operatur effectum suum.d.l.fratris.& d.l. ex militari. §.fin.de milit.testam.& d.l.uentre. Item procedit etiã quod filius suus non fuerit institutus in tota sua legitima, nam ius petendi supplementum legitimæ transmittere potest, ut per Salic.in l.scimus per illum text.& l.omnimodo sup. de inoffic.testam. cum aliis allegatis hic per Iason col.2. Tertio procedit etiam in portione obueniente ex substitutione pupillari fratri substituto a patre, iuxta l.sed si plures.§.quos possum. ff.de uulg. & pupil.& ibi Bar.in l.2.in princ.eod.tit. & hic per Iaso. Quarto ampliatur procedere etiam in portione debita ex forma statuti excludentis sorores, secundũ Salicetum in l.1.infr.ad l.iuli.de adult. Pau.de Castro. in l.fi.de acquir.hæred.& Alexand.consi.20.uiso processu. uol.4. Iason hic.& in l.si arrogator.de adopt.

Limitatur tamen non procedere quando filius in uita renuntiauit successioni, per tex.in d.l.1.inf.de iis qui ante aper.tab.secundum Bar.in d.l.uentre. colu.9. uer. Item prædicta.nu.21. Qui tamen tex.mihi non probat concludenter, cum loquatur de renũtiatione facta post mortem, Et ideo an illa renuntiatio ualeat, & quando præiudicet, dicas ut late per doc.ubi late examinaui in in l.fi. sup. de pact. Secundo limitatur non procedere quãdo fuisset datus uulgaris substitutus pupillo, uel co hæres extraneus, quo casu tollitur suitas secundum magis communem opinionem in l.si filius qui patri.ff.de uulga.& pupil.& per Bar.in d.l.uentre.num.20 Tertio limitatur non procedere quando esset datum tempus ad deliberandum, nam tunc tollitur effectus suitatis, & si moriatur ante tempus transmittit reliquum temporis, & si moriatur postea, nihil transmittit, secundum Bal.in l.ex militari.§.fina.col.2.ff.de mil.testam.quod est ualde magnum & dubitabile.ideo dic ut not.in d.l.cum antiquioribus. Quarto limitatur non procedere in filiis emancipatis etiam hodie quando uocantur ad successionem de iure ciuili, iuxta authẽ.de hæred.quæ abintest.in §.1.nã licet succedãt cum suis & ad similitudinem suorum, tamen non reperitur quod sint effecti sui, & tanquam sui succedant, ut per Angel.hic in lectura florentina cum aliis cumul. per Iason. & per Angel. in l.illud.ff.si pars hæred.pet. qui dicit esse communẽ opinionem, ut refert hic Iason. Quinto limitatur non procedere de iure prætorio etiam in filio in potestate qui ratione suitatis non potest transmittere bonorum possessionem non agnitam licet transmittat hæreditatem.l.1.§.ibidem.ff.de colla.bono. quia prætor nemi nem fecit necessarium bono.posses.l.3.§.inuito.ff. eod. & l.pe.infr.und.cogna.& expresse tenet Iason hic corrigens semetipsum aliter dicentem in l.infantis.sup.eo. & licet ibi Dec. conetur saluare opinionẽ Iasonis ibi, tamen ego ibi late comprobaui hanc partem, quod nullus de iure prætorio efficitur necessarius hæres, respõdendo text.in l.2.§.siquis ex liberis. ff. ad tertul. & patria potestas non consideratur de iure prætorio, ut per glo.magnam in fine in l.1.sup.eod.& ibi Bart. col.2.& communiter doct. Et nõ reperitur quod bono. posses. alio modo acquiratur & deferatur filiis in potestate q̃ emancipatis l.1.§.nunc uidendum.ff.de succes.edicto. alioquin filius suus nunquam excluderetur tempore, quod est contra omnia iura.

14 Secunda est limitatio ad regulam.d.§.in nouissimo constituens speciem transmissionis, quando uolens transmittere est de descendentibus per lineam directã & uult transmittere in descendentes suos per lineam directam, nam ille hæreditatem ascendentium transmittit ad posteritatem suam, per l.1.inf. de iis qui ante apertas tabulas. Quam limitationem intelligunt doct. procedere generaliter, siue filius succedat ex testamento siue abintestato, siue moriatur post apertas tabulas siue ante apertas tabulas, fauore liberorum. per l.cum ratio.de bon.dam.& l.scripto.ff.unde liber.& differt a præcedenti, quia ratione suitatis transmittitur ad omnes etiam extraneos hæredes, sed sola hæreditas patris.d.l.apud hostes.sed in hac transmissio fit solum in posteritatem suam ex linea directa, & de hæreditate patris & matris & omnium ascendentium tam per lineã paternam quam maternam. Sed ego puto in puncto iuris hanc speciem esse restringendam, ut procedat solũ quando descendentes sunt substituti in testamento & moriuntur ante apertas tabulas, ut clare dicit litera in rubrica, & in text.& generaliter intelligere est nouam constitutionem condere, & doctor.sibi nimiam authoritatẽ usurpauerunt, ut infra late dicam assignando rationem quare in illo casu tantum & tempore Theodosius introduxerit illam potestatem transmittendi.

15 Tertia est species transmissionis, quando hæres deliberat super hæreditate adeunda, & moritur antequã adiuerit, nam nouiter per Iustinianum fuit introductũ in l.cum antiquioribus infr.de iure deliber.quod tempus datum ad deliberandum transmittatur, & si nõ est datum, quod intelligatur datum tempus ad deliberandum unius anni. Et tunc transmissio fiat quando sciuit sibi delatam hæreditatem, & conceditur omnibus hæredibus, & in omnes hæredes, & per hoc differt a transmissione quæ fit ratione sanguinis, quæ non conceditur nisi de hæreditate ascendentium in descendentes per lineam directam, sed tamen etiam ignorãtibus datur, & ita istæ tres species transmissionis habent se ut excedentia & excessa, Et ad sui permissionem non requirunt aliquod impedimentum, cum concedantur etiam nullo modo impeditis, Sed tamen ultra istas limitationes generales aliæ etiam quatuor limitationes dãtur ad istam regulam, quæ tamen particulares sunt, & fundantur in impedimento existente prohibente hæredem adire, & ponũtur per Bar. in d.l.uentre. in uer. uenio ad materiam. & in fine. & eas appellat regulas transmissionis.

16 Quarta igitur regula transmissionis est, quando præteritus est posthumus qui nondum natus est, & sic impeditur hæres adire propter dubitationem de uiribus testamenti ex uitio eius consistente in forma, nam tunc si moriatur institutus interim transmittit successionẽ ad suos hæredes.l.uentre.ff.de acquir.hæred. secundũ intellectũ positum ibi per Bar. col.1.uer. quæro quod remedium. Sed ista transmissio non fit nisi in eum qui scit se hæredem institutum, & in omnẽ euentum erat successurus, ut per Bar.in d.uers.uenio ad materiam, & nisi sit impeditus adire, ut dixi, & sub hac regula potest etiam poni lex scriptus.ff.de carbon. edict. ubi filius qui dicebatur subiectus prætendebat succedere, & rumpere testamentum, & propter hoc dubium in institutione, an sit præteritus filius uel non, impediebatur scriptus hæres adire, & tanquam posthumus per sentẽtiam efficitur, & interim hæres scriptus moritur, transmittit, ut dicitur in d.l.scriptus.& solum differunt, quia procedit etiam in extraneo qui in omnem euentum non erat successurus, quia non erat ita euidens uitium testamenti, & propter hoc istum tex.Bar.in d.l.uentre posuit sub sequenti regula.

Quinta est regula transmissionis, quando aliquod uitium extrinsecum prætenditur esse in testamento, ut si dicatur falsum, nam interim hæres non potest adire.l.cum falsum.ff.de acquir.hæred.ideo moriẽs transmittit etiam quod sit extraneus.l.si filius.§.fina. ff.de bon.liber. Et idem ego putarem si diceretur testator esse seruus, uel aliquod aliud uitium extrinsecum appareret, per eandẽ rationem facit l.cum quidam.ff.de bon.pos.

Sexta est regula transmissionis, quando propter timorem pœnæ hæres prohibetur adire, nam si interim moriatur, transmittit.l.3.§.eleganter.& §.fina. ff.ad silenn.& l.qui posthumos. per quẽ tex.infert ibi Bar. ad alios impeditos ꝓpter pœnã statuti, & licet aliqui dubitẽt super illatione, tamẽ in regula omnes concordãt.

Septima

Septima est regula transmissionis, quando hæres impeditur adire propter defectum naturalem in persona sua, ut in infante, nam ipse transmittit si moriatur ad ascendentes suos siue sit in potestate siue non, ut probatur in l. si infanti. in princ. iuncto. §. ea uero. infr. de iur. deliber. ut per Bar. in d. l. uentre. col. fi. uer. 6. & ibi ponitur quid iuris sit quando concurrunt plures ascendentes, & quo iure ueniant ad successionem.

Octaua etiam regula potest tradi in portione accrescente, nã illa transmittitur etiã nõ adita, & inter ignorantes, & est text. clarus in §. fina. inst. de orfic. senat. consul. nisi in casu posito in l. si solus. ff. de acquir. hæred. & ibi not.

17 Quibus sic† præceptis de iure ciuili in hæreditate, uidendum est quid seruetur de iure prætorio in bonorũ possessione, & an omnes prædictæ limitatione habeãt locum de iure prætorio, & in l. nostra secundum uerũ intellec. determinatur quod bon. possessio de iure prætorio non transmittitur regulariter, & etiam quod trãsmissio ex potentia suitatis nõn habet locum in bonorum possessio. Sed postea doctores ponunt quid iuris sit de transmissione ratione sanguinis, iuxta. l. 1. inf. de iis qui ante aper. tab. & de transmissione concessa per l. cum antiquioribus. inf. de iure deliber. Ego autem postea supplendo dicã quid sit de aliis limitationibus, Et hæc quantũ ad generalem cognitionẽ terminorũ.

18 Secundo † proprius ad textum præmittendum est, quod ista lex habet duos Intellectus, quia cum simpliciter dicat emancipatam agnouisse. inf. annum, nec exprimat quando mortua fuerit, dubiũ est an ante uel post finitum annum mortua fuerit. Alexan. & Paul. de Cast. dicunt illã esse mortuam ante annum completum, quia alias nulla fuisset dubitatio, cum si fuisset mortua post annum uiuens non potuisset agnoscere, ergo sine dubio nec ad hæredes potuisset transmittere potestatem agnoscendi quam non habebat. l. nemo plus commodi. & l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. Sed Iason dicit esse cõtra sensum literæ, & ideo Bar. uoluit in fine quod mortua esset finito anno, cum si non uixisset post annũ non posset proprie dici nõ agnouisse inf. annum. Et ad ad contrarium respondent quod immo erat dubitatio quia post annum ei competebat bonorum possessio. Vnde agnati, sed melius dixissent. Vnde cognati. per tex. in l. 1. §. sed uidendum. ff. de succes. edic. Et iste intellectus communiter tenetur propter uerbum nullã, quod adaptatur ad plures successiones, & etiã mihi placet ut dicam in 3. notabili. Sed tamen nec alius intellectus est spernendus, & quantum ad effectum istius legis nõ interest quo tempore mortua fuerit, dummodo ex aliquo capite potuisset succedere tempore mortis.

19 Sed in alio | mihi non placent declarationes communes, nam Iason col. 2. dixit quod transmissio ex potentia suitatis non facit ad propositum istius legis, sed aliæ duæ species conueniunt. Nam totum contrarium est dicendum, quia immo illæ duæ non conueniunt, cũ lex cum antiquioribus facta fuerit a Iustiniano, propterea non potuit haberi in consideratione tempore istius legis. Similiter nec l. 1. infr. de iis qui ante aper. tabu. potest cõuenire, quia nec etiam erat facta tempore istius legis, cum Theodosius author. d. l. Vnicæ regnauerit p cẽtum uiginti annos post Diocletianum authorem legis nostræ, ut patet in lexicon iuris & in historiis cæsarum. De quibus Diocletianus non potuit diuinare. argu. not. in l. 1. ff. de leg. 1. Et ideo cum tempore istius legis non permitteretur transmissio nisi propter suitatẽ, necessario dicendum est quod de hac sola fuit dubitatio in ea. & quod fuerat quæsitum coram Diocletiano an bonorũ possessio ex causa suitatis potuerit transmitti. Et determinatur quod non, Et in hoc hæc lex est notabilis, & non reperitur correcta, nec limitata, quia nec etiam hodie ex capite suitatis nullus potest transmittere bonorum possess. Vnde dubitatio quæ infra tangetur circa bonorum possess. d. l. unica. de iis q. ante aper. tabu. & d. l. cum antiquioribus. potius respiciet regulam positam in l. 3. §. acquirere. ff. eo. & l. nostrã, quatenus concordat cum regula. Et secundum istum intellectũ & hanc restrictionem ego figurabo casum.

20 Non diuiditur† propter breuitatem, Sed summatur hoc modo. nullus de iure prætorio propter suitatem potest transmittere bonorum possessionem, Vel sic, emancipatus ex capite suitatis nullam potest transmittere bonorum possessionem non agnitam, Casus ita breuiter fingi potest, Emancipata quædam habens dotem & multa bona propria instituit maritum hæredẽ, & cum iam etiam sibi esset delata bon. possess. in bonis patris, antequam eam agnoscere, decessit. Maritus occupauit bona uxoris, & etiam petebat successionẽ paternam, contradicebant agnati patris defuncti prætendentes ad eos spectare successionem ex successorio edicto, quia ipsa non agnouerat. §. penul. inst. de bon. possess. Replicabat maritus ad se spectare ex capite transmissionis iure suitatis factæ.

Fuit igitur quæsitum utrum de iure prætorio emancipatus transmittere possit iure suitatis, Et Dubitationem faciebat. Quia prætor motus æquitate uocauit emancipatos ad successionem perinde ac si non essent capite diminuti. §. emãcipati. insti. de hæred. quæ ab intest. ibi, ac si in potestate tempore mortis fuissent.

Sed si eo tempore fuissent in potestate, transmisissent ad hæredes. l. apud hostes. inf. de suis & leg. ergo etiam emãcipati. Facit lex. 2. ff. de capit. dimin. §. 1. ibi, perinde ac si id factum non esset. Secundo faciebat tex. infr. de leg. agn. suc. in princ. ibi, quos inter suos hæredes prætor uel cõstitutiones uocant. Si igitur connumerãtur inter suos hæredes, ergo tanquam sui hæredes debent transmittere. Tertio facit lex sed cum patrono. §. 1. ff. eodem. ubi dicitur quod quamuis emancipati iure ciuili desierint esse sui hæredes, tamen prætor propter æquitatem rescindit eorum capitis diminutionẽ. Si igitur rescindit capitis diminutionem, ergo sui remaneant. arg. l. si unus. § pactus. ff. de pact. & §. rursus. ibi, rescissa capitis diminutione, inst. de action. & ibi nota. Quarto facit, quia in successionibus prætoriis habent locum leges ciuiles. l. 1. §. ad eos. ff. ad l. falcid. ubi lex falcidia operatur resecationem in successionibus prætoriis, ergo eodem modo debet suitas operari acquisitionem ipso iure & transmissionem, Quinto faciebat tex. in l. 2. §. siquis ex liberis. ff. ad tert. ut ponderabat Dec. in l. infantis. nam ibi dubitatur an filius defuncti accepta bonorum possessione postea decedens noceat matri defuncti, & respondet quod non, si non agnoscitur suus hæres, ergo uidetur quod bonorum possessor possit effici suus hæres. Sexto facit tex. in l. illud. §. fi. de cõtrat. & l. scriptus. ff. de carb. edic. & l. si filius. §. fi. ff. de bonis liber. & l. 3. §. eleganter. & l. qui posthumos. ff. ad sena. sileni. in quibus iuribus bonorum possessio non agnita transmittitur. Septimo est tex. in terminis in l. 3. § fi. cum l. sequenti. ff. de bonor. possess.

Istis tamen non obstantibus contrarium determinatur in hac lege, quod immo Emancipata ista nullam potuit transmittere uendicationem successionis bonorum patris in maritum hæredem suum, Et ratio decidẽdi est, quia ista nunquam fuit hæres patris, nec bonorũ possessionem acquisiuit, cum iure ciuili non uocetur ad successionem, nec iure prætorio potuerit acquirere bona, quia non agnouit bonorum possessionem, Nec ipso iure potuerit acquirere, quia prætor neminem facit ipso iure hæredẽ. § quos autem. inst. de bon. possess. Et etiam quod posset, non uoluit, quia causa cognita dat successiones quando æquum est. l. 3. §. si causa cognita. ff. eo. Ideo sequitur quod nullam potuit trãsmittere successionem, quia bonorum possessio non agnita non transmittitur. l. 3. §. acquirere. ff. eod.

Non obst. cõtraria. & primo, prætor uocauit emancipatos

cipatos perinde ac si essent sui, quia uerum est quantũ ad effectum successionis faciendo eos auocare portionem suam cũ effectu, sed non in omnibus uocauit perinde ac si essent sui, quia illi efficiuntur ipso iure hæredes, isti uero cum interuentu decreti, illi perpetuo, isti infra certum tempus. Et dictio perinde, non significat similitudinem totalem, ut probatur in §. Item is.inst. quib.mod.re.contr.oblig. ubi dictio, perinde, ita exponitur, facit.l.fi.§.penul.inf.de lib.præt.& nota.in §.sed nostra.inst.de exhær.liber.& in auth. ex causa.inf. de lib.præt.in quib. locis concluditur quod nec etiam de iure ciuili hodie emancipati sunt effecti sui. Non obstat quod inter suos prætor posuerit, quia similiter intelligitur quantum ad effectum successionis, non autẽ quantum ad modum, nec cum eisdem remediis, ut statim dictum fuit. Non obstat quod sit rescisa capitis diminutio, quia intelligitur quantum ad effectum exclusiuum, ut possint succedere, sed non quantum ad inducendum de nouo suitatem, quia tollendo impedimentum non restituitur ius in totum extinctum.d.l.si unus §.pactus. in tertio responso.ff.de pactis. quia alioquin efficeretur etiam in potestate. Non obstat l.1.§.ad eos.ff.ad l.falcid. quia ille tex.retorquetur, quia ibi illa resecatio nõ fit per l.falcid. Sed per aliud edictum quod induxit potestatem legis, ut ibi dicitur, cum alioquin etiam ius dicendi nullum competeret a iure prætorio, quod negatur ab omnibus. Non obstat.l.2.§.siquis ex liberis.quia nihil facit, cum ibi erat petita carboniana tantum, & dicit quod illa non nocet nisi sit hæres de iure ciuili, quia non bonorum possessio sed successio ciuilis nocet, & sic probatur quod bonorum possessio unde liberi non præiudicaret si nõ esset successio ciuilis, Nõ obstant ille quatuor leges in quibus transmittitur bonor. posses. quia ille loquũtur in casibus specialibus in quibus uocatus ad successionem propter impedimẽtum probabile nõ potest adire, unde in illis casibus dispensatum est ꝙ possit transmittere, hic uero nullũ erat impedimentum, nulla erat causa dispensandi, ut possit fieri transmissio. Non obstat.l.3.§.fina. ff. eodem.quia ille tex.loquitur in portione accrescente, quæ ideo trãsmittitur, quia in alia portione agnitio facta erat & plena acquisitio. Et cum portio accrescat portioni non autem personę, agnitio facta de una portione trahitur ad aliam, hic autem in nulla parte erat facta agnitio, merito non potuit transmitti. Quare remanet conclusio quod ex causa suitatis emancipatus nullam potest transmittere bonorum possessionem.

1 Notandum est †primo ex isto tex. secundum intellectum sup. traditum quod prætor neminem facit ipso iure bonorum possessorem, neque inuitum successorẽ, concordat tex.in l.fi.inf.unde legit.& l.3. §. inuito. ff. eodem.& dixi late in l.infantis.sup.eo. repræhendendo Decium ibi. Quæ conclusio procedit etiam quantũ ad effectum transmissionis per istum textum declaratũ ut sup.dixi. Sed necessaria est agnitio uera ad acquisitionem fiendam, intantum quod si alius petiisset nomine successoris & agnouisset, tamen non transmitteretur nisi perfecte acquisita fuisset per ratihabitionem. d.l.3.§.acquirere.ff.eodem.& l.Pãthonius. ff.de acquiren.hæred. Item procedit hæc conclusio etiam in filio in potestate, qui nec ipso iure efficitur bonorum posse. nec ratione suitatis transmittere potest, per generalitatem tex.in d.§.acquirere.& d. §.inuito. & ego comprobaui respondendo obiectis Decii in d. l. infantis. Item procedit etiam hodie post ius Iustiniani & auth. quia licet aliqui sint casus in quibus hodie transmittitur bonorum posses.propter nouas leges ciuiles, ut infr.dicemus, tamen quantum ad istã speciem transmissionis propter suitatem nihil fuit innouatum, & durat adhuc decisio istius legis in hac parte.

2 Secundo †notandum est, regulam esse generalẽ, quod bonorum posses.non agnita non transmittitur. Sed dubium est de ratione huius prohibitionis tam de iure ciuili in hæreditate, quam de iure prætorio in bonorũ possessio. Iason hic multas refert & reprobat, & Decius hic, & Alciatus in c.5.libro 4.Paradoxorum. Prima fuit Bal. quod ideo non transmittitur quia ad sui acquisitionem antiquitus requirebatur decretum iudicis, & hodie agnitio coram iudice, & ea quæ sunt facti non transeunt ad hæredes.l.1.§.Scæuola. ff. siquis testamento liber.esse ius.fuer.& l.cum hæredes. ff. de acquir.posses. Nec obst. quod restitutio in integrum transmittatur.l.non solum.ff.de in integrum restit.& tamẽ requirit factum iudicis.l.quod si minor.§.fi.ff.de offic. eius Dec. autem dicit quod hæc ratio non ualet, quia factum requiritur tantum ad decretalem bono.posses. & in ea concludere potest. sed in edictali nihil ualet, quia acquiritur sine facto.l.3.§.municipibus. ff.eodẽ. Quæ repræhensio nec etiam stringit, quia etiam decretalis transmittitur in multis casibus quos inf. ponũt doctores. Vnde clarius tu dicas, quod non concludit, quia hæreditas etiam requirit factum in adeundo, quod parum differt ab agnitione.l.pro hærede.ff.de acquir. hæred.& tamen transmittitur & non transmittitur ad similitudinem bonorum possessionis, ut infr.dicetur. Præterea non transmittitur hic factum, quia hæres acquirit in totum ex persona sua, & non transmittit factum adeundi, sed solum transmittit illud ius quod sine facto suo ipso iure acquisiuerat, Et per hoc cessat etiã illud quod dicitur de decretali, quia non tractamus de transmittendo decretalem, sed de transmittendo edictalem quæ est ius quærendi cum facultate petendi decretalem.

Ideo secundam rationem assignat Bal. in l. quoniã sororem.inf.de iis quib.ut indig.& in l.is potest.ff.de acq.hæred. quæ respicit hæreditatem, quod ius adeundi non dicitur esse in bonis. l. pretia rerum. ff. ad leg. falc. Sed nec etiam hæc ratio est bona, quia immo ius adeundi dicitur esse in bonis, cum possit repudiari, licet res hæreditariæ non dicantur esse in bonis.d.l.pretia rerum. & probatur in §. illud.institu. de leg. aquil. ubi interficiens seruum institutum tenetur ad damnũ hæreditatis ammissæ, ergo aliquid erat in bonis. quia damnũ est diminutio patrimonii.l.3.ff.de dam. infect. Confirmatur etiam, quia hoc ius præscribitur, ergo erat ius quæsitum.argu.notato.per Bar.in l. ita stipulatus in prima quæst.ff.de uerb.oblig.& l.qui duos.in fine.ff.de duobus reis.& ammitti potest. l. 1.supra eod. ergo est in bonis. quia quod non est ammitti non potest.l.decem.ff.de uer.oblig.

Tertia est ratio Bar. quod sit ius quærendum, quia hæreditas non adita est ius quærendi quod non transit ad alium. Quæ ratio nõ tollit difficultatem, quia ponit dictum sed non rationem dicti, quare sit quod ius quærẽdi non transeat ad alium, & uidetur confundi, quia seruitutes sunt ius quærendi antequam acquirantur, & tamen transmittuntur.tot.titu.ff.de serui.leg.coniuncta. l.3.§.dare.ff.de usufruc. & uidetur etiam confundi per restitutionem in integrum quæ transmittitur. l.non solũ.ff.de in integ.restitu. quæ uidetur melior repræhensio quã sit illa Dec. quod in aliquibus casibus transmittatur. Quia si nos attenderemus limitationes & dispensationem in casibus specialibus, nulla ratio posset assignari ad regulas, quia omnis regula patitur excep. l. omnis diffinitio. ff.de reg.iur.

Quarta fuit ratio Dec. quod ideo non transmittatur, quia hoc non fuit concessum, nã omnis potestas disponendi de bonis suis post mortem & transmittendi bona sua fuit de gratia speciali concessa, Cum potestas testandi sit contra ius commune, ut per Abbatẽ in rub. extra de test.& per eũdem in rub.inf. qui testam.face. poss.& hæc gratia solum data fuit in bonis quæsitis, & in quærendis in illis casibus specialibus, Et gratia non debet extendi ultra quam concedens uoluerit, Quæ ra

tio similiter non tollit difficultatem, quia non assigna tur ratio quare gratia non fuerit concessa generaliter in omni hæreditate delata, & in omnibus personis, sicut fuit concessa in iure quæsito, & in illis duobus casibus, & sic nihil dicit de eo quod dubitamus.

Quintam rationem assignat Riminaldus quod cum hæreditas non adita sit ius adeundi, est quædam facultas facti insita in persona quæ in alium non transmittitur. l. apud Iulianum. §. si quid alicui. ff. de leg. 1. & ideo ad hæredem non transmittitur. l. quia personale. ff. solu. matrim. & non transit ad dominũ. l. inde Neratius. ff. ad l. aquil. Hanc repræhendit Dec. quia non concludit in casibus in quibus transmittitur. Quæ repræhensio nihil ualet, & casus speciales non attenduntur ut statim dixi.

Sextam rationem refert hic Dec. & fuit Alciati in c. 5. lib. 4. Paradoxor. quod hoc processerit ex uoluntate testatoris, Quam repræhendit ipse & bene, & ultra cũ potest dici quod non concludit in successionibus abintestato, In quibus potest uenire ille quem nunquam uidit, & cognouit testator, nec de eo cogitauit. arg. l. conficiuntur. ff. de iur. codicil. & §. posteriore. institu. quibus mod. infr. test. Item sequeretur quod instituto filio uel seruo contemplatione patris uel domini ex uoluntate testatoris in eos transiret, quod tamen est falsum. l. 3. inf. de hæred. inst. l. cum aliquis. & l. renitente. infr. de iure deliberandi.

23 Ideo † ego puto dicẽdum, quod in bonorum posses. ratio quare non transmitteretur, erat quia nec hæreditas poterat transmitti nisi cum esset acquisita aditione uel ipso iure. l. apud hostes. inf. de suis & legit. Et bonor. posses. nunquam poterat acquiri ipso iure, & ideo nunquam transmittebatur. In hæreditate uero puto rationem Rimin. meliorem esse cæteris, quia hæreditas non adita est. ius quærendi quod non est transmissibile ad alium, Et si quæratur de ratione quare ius quærẽdi non sit transmissibile, potest assignari ratio. n. est uoluntaria ut facilius transiret ad fiscum, ut succurreretur necessitatibus publicis, de qua in l. 1. infr. de caduc. tollen. Secũdo potes dare probabilem rationem, quia hoc ius adeundi siue quærendi est fundatum in persona instituti siue uocati, nec habet relationem ad aliud, ita quod non potest fundari nisi in persona, qua extincta necessario extinguitur tanquam deficiente subiecto. l. 2. ff. de usufr. intantum quod non potest transire in patrem uel dominum licet filius uel seruus sint instituti contemplatione. eorum. l. cum aliquis. infr. de iure delib. l. qui in aliena. §. fi. ff. de acqu. hæred. & l. renitente. inf. de iure delib. Alia autem iura quæ transmittuntur ad hæredes præsupponunt aliquem obligatum, & fundãtur in duplici persona, debitoris, & creditoris, & si est ius reale fundatur in re ipsa & domino. Et ideo p. mortem unius non extinguuntur, sed transeunt in hæreditatem, & conseruantur per uniuersitatem hæreditatis. Sed ius adeundi non est fundatum in hæreditate, nec transit in eam, quia est ius separatum ab ea, & nunquam fuit defuncti, ideo solum fundatum est in persona uocati ad successionem, quo extincto & ipsum ius extinguitur, Et si ex successorio edicto deferatur hæreditas ad alium, nouiter ius adeundi nascitur in persona sua propter. l. dispositionem, non quod ius fundatum in primo transeat ad ipsum. Et hæc est ratio ad regulam fundatam in rigore iuris, uerum quia erat iniquum quod ex casibus fortuitis & ex uariis necessitatibus hominum ipsi priuarẽtur successione, Ideo dispensatum fuit per l. nouam in duobus casibus. ut in l. unica cum sui ratione. inf. de iis qu. ant. aper. tabu. & l. cum antiquioribus. in sui ratione. inf. de iur. delib. & in aliis similibus quos inf. dicam. sicut in aliis regulis ex speciali noua causa inducuntur nouæ limitationes. Secundo etiam potest dici, quod istud ius quærendi cõtinet factum explicandum per personam uocati, & habet ad eum correlationem, ideo non egreditur personam suam. §. sed cum factum. iuncta. glos. institu. de stipu. ser. cogita tamen.

24 Vel clarius † dicas quod ius adeundi uel agnoscendi est potestas acquirẽdi successionem delatam, idest ius oblatum sub conditione si acceptauerit, Et ista potestas datur personæ tantum, quia lex ordinauit gradus in succedendo ex ratione naturali; considerando seu interpretando uotum morientium. arg. §. 1. inst. de suc ces. cogn. & l. cum ratio. de bon. damn. & l. scripto. ff. unde lib. Et considerauit quod successio magis debetur succedenti in gradu quam hęredi illius uocati si est in diuerso gradu. Cum alioquin extranei & distantiores in gradu succederẽt & priuarent coniunctos proximiores. Et hac de causa introduxit successorium edictum. §. penul. inst. eod. & l. 1. ff. de success. edicto. Et sic ratio apparens & clara est ne extranei uel distantiores præferantur proximioribus. l. cum auus. ff. de cond. & demonstr. & l. cum acutissimi. inf. de fideicom. Et l. uoluit acquisitionem plenam in primo esse factã ut possit ad extraneos transferre. Et eadem ratio etiã militat in successione ex testamento, quia lex prætulit uocatos ex testamento uenientibus abintestato quatenus acceptauerint, Ne contingat quod extranei præter mentem testatoris præferantur consanguineis, Et si testator diligit illius hæredem, potest eum substituere uulgariter. §. 1. inst. de uulg. sub. facit tex. in d. l. cum auus. de cond. & demonst. & d. l. cum acutissimi. inf. de fideic. Et propterea in descendentibus facilius dispensatum fuit quod transmissio fiat. d. l. 1. inf. de iis qui ante aper. tab. secundum utrunque intellectum.

Tertio notandum est ex isto textu, quod filia quę nõ agnouit bonor. possessionem Vnde liberi intra annũ nullam transmittit successionem ad hæredes. Sed incõtrarium facit, quia hæc decisio uidetur de indubitabili cum si transierat annus nec uiua poterat agnoscere, ergo tanto minus hæres suus. l. nemo plus iuris. & l. nemo plus commodi. ff. de reg. iur. Et per consequens obstat lex quod Labeo. ff. de carb. edict. Alex. & Paul. de Castro ut dictum fuit in præmissis intelligebant quod decesserat hæc infra annum, Sed quia uiolat literã, Bal. & alii tenent quod decesserat post annum. Et ad contrarium respondent quod dubitatio remanebat de bonorum possessione. Vnde cognati, quæ ei supererat per l. primam. §. sed uidendum. ff. de succes. edict. Quod sequitur Dec. hic, dicens alio modo posse solui contrarium, quia uidebatur quod mortua filia post annum hę redes possent petere bonor. posses. unde cognati. cum si filia uiua fuisset exclusa per lapsum temporis superfuisset ei bonorum possessio unde cognati, ergo eodẽ modo competere debet quando mortua fuit, Sed tamẽ hic determinatur contrarium, quod immo nullum cõpetit, & nullam potuit transmittere, Et raro fuit, quia quando uiuit adest persona cui possit deferre, quod nõ est quando est mortua, Et hoc satis placet. Sed dum Iason hic dicit competere unde agnati, & Vnde legitimi, non bene dixit hoc iure, quia emancipata nõ est agnata. §. fi. inst. de leg. agn. succes. & in prin. Sed hodie quia emancipati succedunt de iure ciuili. §. 1. in auth. de hæred. abintest. uen. potest competere Vnde legitimi. l. 2. §. fi. ff. unde legit.

25 Secundo † etiam respondet Dec. ad contrarium. d. l. Labeo. quod non procedit in legibus codic. quæ fiunt ad simplicem interrogationem alterius, & referunt ius antiquum. Cum imperator humane respondet quæsitis non curando non haberet interrogatio probabile rationem dubitandi apud peritos, cum sufficiat interrogantem de illo dubitare. Quæ solutio est notanda, & idem replicauit in l. 1. infr. quando non pet. par. ubi dicam. Et propterea non inconuenit quod uerba posita in responsionibus non habeant misterium iuris, cũ referant illud quod in casu acciderat, & hic ex contingentis

gentia facti non agnouerat infra annum, & idem not. in l. qui se patris. infr. un. de liber. Sed hæc resposio mihi non placet, nec hic, nec in d. l. 1. quãdo non pet. par. nec in d. l. qui se patris quia uidetur inconueniens ꝙ in tam breui lege uerba fuerint posita sine ministerio, & non est credendum quod ea posita fuissent sine ministerio, cum appareat auctores. ll. codicis insudare multũ ut breuibus uerbis casum magnũ & difusum decidãt. Et ideo solutio Iaso. & prima Decii magis placet. Puto bene quod in legibus codicis non sit necesse adducere alias rationes nouas dubitandi, ultra illas quę erant in legibus antiquis quando in legibus codicis ad interrogationem respondetur, quid a iure fuerit dispositum.

26 Quarto † notandum est, quod agnoscens debet exprimere nomen bonor. pos. sibi competentis, ut factũ fuit hic. Sed Decius dicit non probari cum hæc sint uerba imperatoris ita dicentis. Quod etiam puto uerum, cum hic non ponatur modus seruandus in agnitione. Sed tamen postea Docto. non decidunt quid agendum. Nam uidetur quod sit necessarium, cum hæres debeat esse certus de omni qualitate iuris sibi competentis, ut late dicit Bar. in d. l. is potest. ff. de acquir. hær. & Bal. in rub. sup. eodem. uoluit quod bonorum possessio in genere non possit agnosci, quia non reperitur, sed solum particulares sunt agnoscendæ, facit. l. 1. ff. de iur. & facti. ignor. Sed tamen puto non esse necessarium exprimere nomen, sed sufficiat quod narretur taliter factum ꝙ appareat quæ bon. posses. competat, ut quia dicat se filiam emancipatam, & quod tali tempore mortuus sit pater, & postea dicat quod agnoscat bono. posses. sibi de iure competentem, nam intelligetur de bono. pos. Vnde liberi. quia clarum est in iure quod illa competit. Quinimmo si exprimeret nomen & inepte, putarẽ agnitionem sustineri si factum certum fuisset narratũ, sicut dicitur de nomine actionis in c. examinata. de iudic. & in l. edita. ubi dixi. in princ. sup. de edendo. & in l. 1. ff. de edendo. cum concord.

27 Quinto † notandum est, quod uendicari potest hæreditas siue bonor. posses. concordat. l. 1. inf. de carb. edic. & l. 1. inf. de iis qui ante aper. tabul. & l. si ita scriptum. §. qui filio. ff. de secund. tab. & l. facultas. C. de iure fisci lib. 10. Sed in contrarium facit. l. uendicatio. ff. de rei uendic. ubi ius uniuersale non uendicatur. soluit Dec. quod in istis iuribus uendicatio sumitur improprie. Quæ solutio est refugium miserorũ. Et ideo in melius dicas, quod duplex est rei uendicatio, uniuersalis, & particularis. l. 1. ff. de rei uendic. & per uniuersalẽ uendicatur ius uniuersale, ut probat iste tex. cum aliis allegatis, & multas alias cumulaui in rubr. ff. si cert. pet. in quæ. an petit. hæredit. sit actio in rem uel mixta. Et patet, quia per eam petit se declarari hæredem uel bonorum possessorem, ut notatur per Barto. in l. licet minimam. ff. de pet. hæred. sicut in rei uendicat. particulari, ut per Bar. in l. ex diuerso. §. 1. ff. de rei uendicat. & in consequentiam consequitur possessionem rerum hæreditariarum & restitutionem. Nec obstat. d. l. uendicatio. quia loquitur de rei uendicatione particulari quæ non potest dari ad ius uniuersale. Sed non negat quin possit uendicari rei uendicatione uniuersali, ut in d. iuribus. & solũ uniuersitas facti potest uendicari illa particulari actione, quia habet corpus natuarle, ut declara ui late in l. pen. ff. de iustit. & iure. in tractatu meo in quæstio. de uniuersitate.

Sexto notandum est secundum intellectum sup. firmatum quod uniuersalis, nullam, compræhẽdit plura indiuidua, sicut dicitur de dictione uterque, & alterutter, ut not. in §. non solum. 2. inst. per quas per. nob. acquir. & l. 3. ff. rerum amot. & per Bar. in l. hoc articulo. ff. de hæred. inst. Potest tamen etiam dici quod uerbũ nullam, refertur ad bonorum possessionem & possessoriam hæreditatis petitionem, cum per unam quis persequatur ius uniuersale, per aliam consequatur res particulares, ut dixi in rub. sup. eo. Item potest dici quod refertur ad successionem ciuilem & prætoriam, prima tamen magis plana est.

28 Glo. prima † declarat tex. dicens quod decisio eius ꝓcedit siue non agnouerit ex negligentia sciens sibi delatam bono. posse. siue non agnouerit ignorãs ex ignorantia iuris l. iuris. inf. eo. & sequuntur cõmuniter docto. & bene loquitur. & ad illud de ignorantia iuris dicas ut per Dec. inf. in d. l. iuris. ubi multa bona posuit & notanda quæ referas si placet. Sed tamen a contrario sensu glo. uidetur sentire quod si per ignorantiam facti non agnouisset quod potuisset transmittere, Quod tamen est falsum, ut probatur in l. Panthonius. ff. de acquir. hæred. in duobus exemplis ibi positis. Nec obstat l. 1. ff. de iur. & facti ignor. quia illa loquitur in successore uiuente, nam tunc distinguitur inter ignorantiã facti & ignorantiam iuris, ut ignorãtia facti impediat currere tempus, Sed si uocatus moritur, tunc ex quacũque causa non agnouerit, nihil trãsmittit. Et ideo text. hic intelligendus est generaliter, & glo. debebat addere, siue sciens siue ignorans, etiam si ignorasset factum. Solum autem operabitur probabilis ignorantia uocati ad successionem, ut hæres ex persona defuncti possit petere se restitui in integrum, ut notabiliter dicitur in d. l. Panthonius. ubi Barto. not. & cum hoc subterfugio potest saluari glo. hic.

29 Glo. in uer. null. m † diuiditur in 4. partes. in prima assignat rationem ad tex. in 2. limitat. in 3. etiam limitat. 2. ibi, nisi. 3. ibi, sed. Ex prima colligitur, quod bonorũ possessio non agnita non transmittitur. Et dum allegat d. l. 3. §. aquirere. colligitur quod hæc conclusio procedit etiam quod fuerit petita, & decretum interpositũ nomine successoris si ipse postea non habuit ratum, Et sic non sufficit præparatio, nec decretum nisi fuerit acquisitio perfecta, quod est ualde notabile, nam contrarium prima facie uidebatur dicendum. per. l. posthumus. §. si quis instituatur. ff. de inoffic. testam. & §. pœnales. inst. de perpet. & tempo. actio. Sed solutio potest tradi, quia bonorum possessio est ius quærendum, & est oblatum sub conditione si acceptauerit, ut supra dixi. 2. notabili. Ex 2. parte colligitur limitatio ad istam regulam, quod ubicunque quis impeditur agnoscere ꝓpter dubitationem quæ accidit in forma testamenti. i. in institutione, & sic dubitatur de effectu seu uiribus testamenti ex facto testatoris, tunc institutus moriens

30 transmittit non agnitam bon. possessionem. † Quæ limitatio est proprie in terminis bonorum possessionis. Alias limitationes ego posui sup. in primo notabili & in præmissis, & repetam infr. in reassumptione materiæ. Sed quantum ad tex. allega. hic in glo. quia continet terminos non uulgatos, pro iuuenibus præsupponendum est in illo text. quod hæres institutus non potest uenire contra testamentum. l. 3. §. si quis ex liberis. eodem titu. nisi alius sit præteritus qui possit rumpere testamentum per cont. tabu. quia tunc cum testamentum incipiat posse rumpi efficitur habile ad rumpendũ ita quod instituti etiam possunt uenire contra illud, & dicitur committi edictum uel aperiri edictum. i. fieri quod edictum habeat locum in illo testamento, & ꝙ testamentum possit contra tabulari. dicto. §. si quis ex liberis. Item præsupponendũ est, quod posthumo præterito testamẽtum est efficax donec nascatur. §. posthumi. inst. de exhæred. liber. & ideo posthumo non nato non potest dari contra tabu. sed solum est spes quod possit dari ei nascenti. Item tertio præsuponendum est, quod scriptus hæres non potest petere secundum tabu. quando testamentũ potest rumpi per contra tab. quia spes contra tabulandi impedit bon. posses. secun. tabu. l. 2. §. expectandi. ff. de secu. tabul. sicut spes quod nascatur posthumus impedit institutum adire hæreditatem. l. uentre. & l. cum quidam. §. quæ dicitur. ff. de acqui-

acq.hær. Cum igitur ibi posthumus esset præteritus & filius institutus, quia speratur per posthumũ dari cõt. tabu. non potest institutus habere secundum tabu. sed nec etiam potest petere cont. tabu. quia adhuc non est commissum edictum. cum contrat. posthumo. non cõpetat nisi post natiuitatem, & ita remanet destitutus omni remedio. Vnde ex æquitate petitur secundum tabu. uel si noluerit petere & decesserit transmittat ad hæredes ius petendi, cum impediatur impedimento probabili. Nec admittenda est intelligentia Azo. ibi, quod non est necessarium in filio emancipato, quia potest habere secundum tabulas, quia tex. repugnat.

Ex ultima parte glo. habes, quod de iure ciuili ad descendentes transmittitur hæreditas, & sentit quod hoc non est de iure prætorio, & hoc forsan dixit quia nondum tempore istius. l. esset inducta dispositio. l. 1. infr. de iis qui ant. aper. tabu. Alii tamen ut Bar. refert, eam

31 inducunt quod uelit contrarium. † Sed quidquid sit de eius mente, uidendum est de ueritate duorum, primo an dispositio. l. 1. inf. de iis. qu. ant. aper. tabu. extendatur ad bono. posses. & per illam. l. limitetur. l. nostra: Secundo, an illa lege generaliter disponatur quod ratione sanguinis de iure ciuili transmittatur hæreditas. Circa primum communis est conclusio, quod d. l. unica extendatur ad bonorum posses. quia militat eadem ratio, & æquiparatio in iure sæpe facta fuit de hæreditate ad bono. posses. l. 2. ff. eodem. l. 1. §. bonorum. ff. ad trebel. etiam in conditione. l. in conditionibus. §. si patronus. ff. de condi. & demonst. Secũdo facit, quia text. ibi loquitur de hæreditate quæ in se compræhendere potest bonorum possessionem. l. fi. inf. eodem. l. 1. inf. unde libe. l. hæreditas. ff. de uerb. signific. coniuncta. l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de posthu. Tertio adducitur, quia ius adeundi habet annexum ius petendi bon. posses. ergo secum trahit, sicut in simili dicitur in l. qui patri. ff. de acq. hæreditate. de pupillari substitutione cũ iure accrescendi. Quarto facit glo. in d. l. 1. quæ eam extendit ad successionem abintestato, & sic apparet q. est extensibilis in fortioribus terminis. Quinto confirmatur per glo. in l. finali. supra de edic. diu. Adria. toll. in uerb. legitima. quæ extendit illam legem ad bono. posses. & ibi sequitur Bar. Sexto confirmatur, quia in legibus correctoriis ex identitate rationis fit extensio de stricta significatio. ad latam. glo. in clem. 1. in uerb. eligatur. de elect. Septimo facit, quia in correctoriis quando ratio est expressa fit extensio ex identitate rationis, ut per Bal. in auth. quas actiones. supra de sacr. san. eccle. & Pau. de Cast. in l. quamuis. inf. de fideicom. & not. in l. iis solis. inf. de reuoc. donat. Contrariam tamen opinionem tenuit Salic. & Rom. hic. & primo, quia apparet de expressa prohibitione prætoris quod non transmittatur. l. 3. §. acquirere. ff. eodem. ergo non debemus recedere ab ea nisi clare constet. arg. l. præcipimus. in fine inf. de appel. & l. sancimus. inf. de testa. Secundo confirmat, demonstrando quod non est eadem ratio, Nam in iure ciuili cessabat omne remedium, hodie uero descendentes habent a iure ciuili facultatem transmittendi, & sic non fraudantur debito suo. Tertio adducit. l. 1. §. ibidem. & ibi Bar. ff. de collat. bono. & l. 2. §. expectandi. ff. de secun. tabu. coniuncta. l. illud §. finali. ff. de cont. tabu. ubi est speciale quod transmittatur bonorum possessio etiam in filio in potestate, ut probatur in uerbo. mox. & tamen semper transmittitur de iure ciuili ex potentia suitatis secundum cõmunem opinionem in l. uentre. & l. cum quidam. ff. de acqu. hæred.

Et tenendo istam partem respondet adductis pro cõmuni, & primo quia licet sit facta æquiparatio de hæreditate ad bonorum possessionem, tamen illa procedit in casibus in quibus. ll. non sunt incontrarium, & non est regula negatiua, quæ fortior est affirmatiua. l. 3. §. suspectu. ff. de suspect. tuto. sed in casu nostro adest regula. l. 3. §. acquirere. & l. nostræ. ergo non corrigitur per extensionem, & eodem modo respondetur secundo fundamento. Item similitudo ex idẽtitate principaliter fit post acceptatam hæreditatem. Et ita procedit. d. l. 2. & d. §. bonorum. & illud de conditione. Antequam uere acceptata sit, non reperitur tradita ista æquiparatio. d. l. 1. §. ibidem. ff. de colla. bono. Et patet ex infinitis differẽtiis traditis sup. in rub. propter quas necessario est fienda regula incontrarium, quod similitudo non procedat, & quod extensio non debet fieri, Et hic dicitur de extensione fienda ante acceptationẽ Non obst. tertium, quia non est uerum quod ius adeundi habeat annexum ius petendi bonorum posses. cum sint diuersa & iure non probetur. Nec simile de l. qui patri. obstat. quia utrunque eodem iure fuit introductum, hic a diuersis authoribus cum diuersis qualitatibus, & probatur in d. l. illud. §. fi. argu. a speciali. Item alias sequeretur in casu in quo non succederet de iure ciuili non transmitteret ad descendentes. Non obstat. glo. in d. l. 1. quæ extendit ad successionem abintestato, quia est eiusdem generis, & in habentibus simbolum. & c. l. in rem. §. quæcunque. ff. de re. uendica. §. quo genere. institu. quib. mod. toll. oblig. Bonorum autem possessio habet diuersam qualitatem, quia requirit agnitionem coram iudice, quæ forma non ita uidetur transmissibilis. Ad gl. in l. fi. de edic. diu. Adri. tol. dic. quod ille tex. loquitur de hærede scripto, & de testamẽto non cancellato neque abolito, quæ uerba conueniunt bono. possesioni. & uirtualiter compræhendunt eam. Non obstat quod licita sit extensio etiam in correctoriis, quia admittitur aliquando si est eadem uel maior ratio, sed hic non militat eadem ratio ut supra dixi, ergo &c. & qualitas bono. possessionis uidetur repugnare. Item multi tenent contrarium in auth. quas actiones. supra de sacros. eccle.

Sed licet euitari possint prædicta fundamenta communia, tamen etiam adducta contra communem faciliter possunt tolli. Nam considerandum est quod hic sumus in limitatoriis, non correctoriis, in quibus indistincte fit extensio, cum militet eadem ratio, & maxime quando ratio est expressa, l. filium habeo. ff. ad maced. & magis inter æquiparata, iuxta notat. in l. non tãtum. in fin. de seru. corrup. Nec est uerum quod hic sit contraria dispositio in bonorum posses. quia regula negatiua quæ erat in hæreditate erat etiam in bono. possess. æqualiter, & correctio facta in uno extenditur etiã ad aliud per prædicta, tunc autem argum. procederet quando in bono. posses. transmissio esset expresse prohibita in casu quo a lege ciuili esset permissa, quia tunc appareret de contraria uoluntate prætoris. Non obst. quod non sit eadem ratio, cum prouisum sit de iure ciuili, quia hoc nihil est, quia non tractamus de noua extensione post legem ciuilem, sed tractamus de extensione quæ fuit inducta in illo instanti in quo & l. ciuilis, ita quod tempore illius extensionis non erat adhuc prouisum de iure ciuili quod descendentes succederent. Extensio enim est tacita legis dispositio. §. 1. inst. de leg. patro. tut. & l. nominis & rei. §. uerbum. ff. de uerbo. & rer. signific. quæ fit eodem instanti. Non obstat quod sit speciale in l. illud. §. fi. quia est ratio manifesta, cum de iure prætorio nullus efficiatur hæres ipso iure etiã quod sit suus. Et non est uerum quod dicit Dec. quod transmittatur de iure ciuili ut adeunda, quia repugnãt omnes. ll. quæ dicunt quod confestim est hæres. d. §. fi. instit. de hæred. qu. abintest. cum similibus. licet potestatem abstinendi quam habet possit transmittere. Ex quibus patet articulum esse disputabilem ab utraque parte, tenendo terminos communes & intelligentiam Doct. ad d. l. 1. inf. de iis. qui ant. aper. tab.

32 Sed † pro pleniori intelligentia huius limitationis. Secundo loco uidendum est, in quibus terminis illa lex corrigat regulam iuris ciuilis, quod hæreditas non adita

ta transmittatur. Nam doctores in ea uidentur usurpasse sibi authoritatem faciendi nouam constitutionem, interpretandi, cum nimis æquitatem uideantur uoluisse sequi,& nimis a uerbis legis recesserunt, intelligendo eam generaliter in omni successione ex testamento, & abintestato quoquo tempore moriantur liberi, cum si recte inspiciatur in uerbis & in mente solum disponatur quod in uno casu fiat transmissio, quando descendentes sunt scripti hæredes in testamento,& perierunt ante apertas tabulas, ut expresse sonant uerba in rubro & nigro.

Et pro intelligentia sciendum est, quod secundum legem.12.tabularum hęreditas non adita non poterat transmitti nisi ex potentia suitatis.l.1.§. in nouissimo. inf.de cadu.toll.Sed tamen ab illa. l. non fuit prohibitum hæredibus institutis adire ante apertas tabulas, nam cuilibet qui erat institutus ex asse permittebatur adire.l.fratris.inf.de iure delib.dummodo sciret per testes uel alio modo se fuisse hæredem ex asse institutũ, ut no.Bar.in l.is potest colum.6.num.19.ff.de acquirẽda hæred. Postea crescentibus bellis ciuilibus quorum causa errarium erat exhaustum,ad hoc ut plures hæreditates defererentur ad fiscum,introductum fuit per l. Papiam tanquam ex media iuris prudentia, quod ante apertas tabulas hæreditas non possit adiri,& legata nõ possint acceptari,& si morerentur hæredes uel legatarii ante apertas tab.hæreditas & legata efficerentur caduca,& acquirerẽtur fisco.l.1.in pr.& §. in nouissimo. infr.de cadu.toll.Ab ista tamẽ regula.l. papiæ excepti fuerunt descendentes usque ad tertium gradum instituti,quibus relicta fuit potestas adeundi etiam ante apertas tabulas, cum hac tamen qualitate quod essent soli instituti,non etiam cum extraneis.Item quod ipsi adirent & scirent se hæredes institutos, Nam si erant instituti cum extraneis,quo casu per extraneos tollitur suitas,ut notat.in l.si filius hæres.ff.de lib.& posth.uel esset datus extraneus substitutus,tunc non poterant adire ante apertas tabulas,uel etiam si ignorabant se hæredes institutos quo casu etiam nec poterant adire hæreditatem.l.fratris.inf.de iure delibera.cum solum permitteretur quando erãt soli uel cum fratre instituti,ut per Bar.in d.l.fratris.in princi. qui loquitur hoc casu. & ibi Salic. Igitur si moriebantur ante apertas tabulas in istis casibus non transmittebant hæreditatem,Et ꝓpter dispositionem.l.papiæ & iuris antiqui in ignorante.ut not.in l.1.in fine.ff.de iur.& facti ignor. impediebantur descendentes habere successionem a natura debitam in aliquibus casibus. Et licet l. papia erubuerit priuare descendentes successione regulariter, ut dicit tex.in l.1.in princ.infr. de caduc.toll.tamen in aliquibus casibus prohibebat s.quãdo erãt instituti hæredes cum extraneis,uel haberent substitutos extraneos, uel ignorarent se hæredes institutos,ut probatur in d.l. 1. in princ.de caduc.toll.coniuncta d.l.1. in princ. de iis qu.ant.aper.tab.per d.§.in nouissimo. & glo. in d. l.cũ antiquioribus circa fi.

33 Quibus sic stantibus, cum iniqua uideretur dispositio.l.papiæ,& etiam iuris antiqui in descendentibus in illis duobus uel tribus casibus in quibus ante apertas tabulas non poterant adire hæreditatem, & acquirebatur fisco, Ideo imperator Theodosius generaliter disposuit,quod omnes descendentes instituti, siue sint soli,siue sint cũ extraneis instituti,siue sciuerint,siue ignorauerint se esse institutos,si decesserint ante apertas tabulas,quod transmittant hæreditatem, cum ex probabili causa non potuissent adire, corrigens in hac particula.l.papiam.ut clare patet in uerbis.d. l. unicæ.quæ limitatiue loquitur in illis casibus quando descendentes sunt instituti & moriuntur ante apertas tabulas, nõ autem generaliter loquitur quod descendẽtes indistincte transmittant hæreditatem, Et hoc idem probat rubrica quæ limitatiue loquitur,dum dicit,de iis.qu.ant. aper.tabu.hæred.transm. & sic denotatur quod nõ omnes transmittunt sed solum aliqui.i.descendentes instituti,uel substituti,& qui decesserint ante apertas tabulas,quod ius extenditur postea illa.l.ad legata & fideicommissa.Et sic in effectu illa.l.particulariter loquitur de transmissione in certo casu quando hęreditas uel legata efficiebantur caduca.

Vnde patet manifeste quod illa.l.non potest extendi ad successionem abintestato,quia non militabat ratio inductiua illius.l.quod per l. antiquam uel papiam prohiberentur adire hæreditatem ante apertas tabulas,& si interim moriebantur quod applicaretur fisco, pro ut uerba innuunt, quæ expresse repugnant extensioni factæ ibi per glo.& doct. Item etiam patet quod illa.l.non potest extendi ad bono. possess. ex quo non militabat ratio.l.papiæ quæ militabat in hæreditate, cum bono. possessio secundum tabulas possit peti etiã clausis tabulis.l. 1.§.sufficit.ff.de secun.tabu. quæ indistincte procedit.licet glo.destruat in l.1.in fine. ff. de iur.& facti ignor.Et si dicatur.l.1.§. sufficit fuit correcta per legem papiam cum alias. l.papia fuisset elusoria potest responderi quod ille §.sufficit fuit factus post.l. papiam.cum illa esset multum antiqua.ut not.in d.l.1. inf.de cad.tol.in principio.& l.1.§.fin.ff.de iur.& facti ignorantia.Et in d.l.1.militabat illa ratio nimis probabilis,quod instituti non poterant adire, quæ militabat etiam in l.illud.§.si.ff.de cont.tabu. & ideo illa dispositio fuit æquissima in casu suo. Et erat inconueniens quod extendi deberet ad alios casus in quibus non erat tanta æquitas, Cum in aliis casibus instituti poterant adire,& poterat eis imputari si non adibant, Nam quando aperiuntur tabulæ omnes hæredes citãtur,ut no.in l.publicati.de testa.ideo uel ipse citabatur uel citabat, & si incipiebat agere rem hæreditariam, & sibi poterat imputari quare non adibat hæreditatẽ. Et quod hæc lex ita particulariter intelligeretur multum coniecturatur ex l.cum antiquioribus.inf. de iure deliber.dum refert Paulum in uno casu respondisse filios deliberantes posse transmittere hæreditatem paternam, ergo generaliter filius non poterat transmittere per d. l.unicam post apertas tabulas quando deliberabat. Et hanc intelligentiam ego puto uerissimam & obseruatam fuisse usque ad tempora.l.1.inf.de cad. toll.Sed circa dispositionẽ illius legis põt dubitari an d.l.unica fuerit alterata cum Iustinianus in d. l. 1. §. in nouissimo. introduxerit quod hæreditas per omnes possit adiri ante apertas tabulas, inducendo ius antiquum, Et ita uidetur sublatam fuisse causam propter quam facta fuit lex illa permittens transmissionem, & per consequens & ipsa lex cessauerit, argum.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patr.& no.in l.1.ff.de legit.tut. Vnde cum imperator postea in d.§. in nouissimo. eam confirmauerit excipiendo casum positum per.l.Theodosii,uidetur solum considerasse rationem illius legis, non uerba,Et cum illa ratio sit generalis,uidetur quod generaliter disponat ex extensione & mente Iustiniani. Et hac consideratione sola uidetur quod communis opinio possit saluari,cum alias docto. interpretando eam ita recedant a uerbis ut nouam constitutionem facere uideantur usurpando sibi authoritatem legis condendæ.

Tamen licet hæc consideratio demulceat aures, & fuerit recepta propter quandam naturalem rationem, Nihilominus puto adhuc de iure ueriorem esse opinio. primam,quod dic.lex nec etiam hodie loquatur de morientibus post apertas tabulas, cum uerba illius legis & rubricæ ita clara sint quod non possint cauillari aliquo quæsito colore, & cum sit correctoria iuris communis non debet extendi ad casus diuersos,ut no.in auth.quas actiones.sup. de sacros. eccles. quæ multum in terminis loquitur & fortioribus. Et tanto magis, quia non militat eadem ratio quando moriuntur post apertas

tas tabulas, quia ut dixi, tūc eis imputari magis potest, & oporteat quod in apertura uel ipsi citentur, & sic incipiant agere rem hæreditariam & certificati sint. Et ante apertas poterant esse dubii de qualitate institutionis legatorum & fideicommissorum. Vnde uidetur ꝙ etiam hodie, licet possint adire, rationabiliter differāt aditionem sicut extranei deliberantes ne præcipitentur in onera hæreditaria. argu. l. 1. §. largius. ff. de succes. edicto. & §. extranei. instit. de hæred. qualit. & differ. Et ita illam legem uidetur intelligere Petrus ibi, dum figurat casum secundum illam qualitatē, quod decesserint ante apertas tabulas, & ideo infert quid iuris sit quando filii sunt instituti sub conditione. Et hæc intelligentia confirmatur, quia si fuisset alterata illa lex, compilatores sustulissent de rubrica illa uerba ante apertas tabulas, ut ex generalitate rubricæ appareret de generalitate nigri saltem per extensionem, ut not. in rubr. ff. si cer. pet. Cum hoc possent facere ut in l. 1. §. nullaque dubitatione. sup. de iust. Cod. confir. Et obseruatur in decretalibus, ut dixit Abba. in ca. 1. de cōsang. & affin. in fin. uerbis. ex mente antiquorum. & not. in l. 1. Ideo cum nulla facta fuerit alteratio, apparet quod uoluerunt intelligi ut uerba demōstrant arg. l. Labeo. in fi. ff. de supel. leg. Nec obstat quod alias inutiliter illa lex fuisset posita, quia immo fuit utilis, cum usque ad aperturam tabularum dederit priuilegium liberis ut transmittant etiam ignorantes uel negligentes. Et gratia debet acceptari quatenus conceditur, & non abuti. c. priuilegium. 11. q. 3. Nec obst. quod in §. in nouissimo. generaliter loquatur de liberis, quia illam generalitatem restringit referendo se ad illam legem quæ limitatiue loquitur. argum. not. in auth. si quis in aliquo sup. de edendo.

Ex quibus habes quatuor conclusiones nouas contra omnes. Prima quod l. papia in aliquibus casibus impediebat descendentes adire hæreditatem ante apertas tabulas licet in l. 1. inf. de caduc. toll. §. cumque lex papia. generaliter dicatur in eis ius antiquum intactū fuisse. Nam uel debet dici quod de iure antiquo in aliquibus casibus prohibebantur adire & transmittere ꝑ not. in d. l. 1. in fine. ff. de iuris & fact. ignor. uel declarari debet per d. §. in nouissimo. dum enumerat casus speciales per implicatiuam etiam, quæ denotat maiorē dubitationem fuisse in expressis.

Secundam habes conclusionem, quod l. 1. infr. de iis qu. ante aper. tabu. loquitur solum in descendentibus institutis defunctis ante aper. tabu. & non potest extendi ad successionem abintestato, neque ad eos qui moriuntur post aper. tabu. quia uerba nimis aperte repugnant, & cui non conueniunt uerba nec etiam conuenit dispositio. l. 4. §. totiens. ff. de dam. infect. l. quod cōstitutum. ff. de milit. testam. nisi forsan quando legata erant in codicillis relicta abintestato antequam aperirentur, quo casu certo modo etiam dicuntur tabulæ. Quamuis tunc possit dici quod tempore. l. papiæ legata non debebantur in codicillis qui fuerunt introducti tempore Octauiani. §. 2. insti. de codicil.

34 Tertia † est conclusio, quod de iure ciuili descendentes non transmittunt hæreditatem non aditam in successione abintestato, uel in successione ex testamento, quando moriuntur post apertas tabu. ut patet in nigro & rubro restringente illam dispositionem. Et probatur in d. §. in nouissimo. in uers. exceptis. ibi, lex Theodosiana super huiusmodi casibus inducta loquitur, & sic patet quod loquitur in casu quo caducæ efficiebantur dispositiones per l. papiam, quam l. correxit imperator in illo titulo. Et hac ratione statim subiunxit illā l. unicam. Vnde in aliis casibus descendentibus solū cōceditur trāsmissio, uel ex potentia suitatis, uel per l. cū antiquioribus. inf. de iure delib.

35 Quarta † quod bono. posses. non transmittitur per descendentes neque ex capite suitatis quod clarum est, neque ex capite descendentiæ, quia d. l. unica non extenditur ad bon. poss. quia cessabat in ea ratio ut sup. dixi per l. 1. §. sufficit. Vel si uis dicere quod etiam haberet locum in bon. poss. ponderando. l. 1. in fine. ff. de iur. & fact. ignor. a contrario, solum habebat locū in moriente ante apertas tabulas, & ita patet opin. prædictā in puncto iuris ueriorem esse. Sed quia communis opi-

* nio in practica seruaretur, Ideo retenta communi opinione, quod ibi generaliter disponatur ratione sanguinis transmissionem fieri omni tempore & in omnibus casibus, etiam extensio communis de successione abintestato uera esset, ac etiā quod traheretur ad bon. poss. quia oporteret dicere solam rationem sanguinis considerari & non uerba. ideo cum in bono. poss. illa ratio militet & magis consideretur de iure prætorio quod magis amat æquitatem, Vnde uis totius. q. stat in intelligentia illius legis, & an Iustinia. approbando uoluerit eam extendere confirmando potius per rationem quam in uerbis, per quam considerationem solam potest sustineri communis opinio.

36 Alia est † magna difficultas, an dispositio. l. cum antiquioribus. inf. de iur. delib. habeat locū etiam in bon. posses. tam ex testam. quam abintest. in qua difficultate possent adduci quasi omnia fundamenta quæ dicta fuerunt sup. in quæstio. præcedenti, quia cū illa. l. nullum uerbum ponat de bonor. posses. est dubium an extendatur ad bonor. posses. Et difficultas diuersa a prima solum in hoc est, quia d. l. cum antiquioribus. loquitur de transmissione temporis dati ad deliberandum, quod non uidetur adaptari ad bon. poss. & inducatur

* correctio plena huius mate. Communis tamē opi. est, quod extensio fiat, ut per Ias. hic in euidential. Et hæc opinio etiam mihi placet, quia militat eadem ratio, & possent adduci omnia quæ supra adducta sunt de æquiparatione. Et confirmatur, quia totus ille tex. loquitur de successione, & dicit quod transmittit successionem, quod uerbum adaptatur ad bono. posses. per text. nostrum in uerb. successionis. & l. 3. §. 1. ff. eo. & dixi in rubrica. Igitur cum transmittatur successio, non interest an transferatur de iure ciuili uel prætorio, uel acquiratur per aditionem uel agnitionem. Confirmatur concludenti ratione, nam ut dicam inf. in l. 2. de bono. posses. secundum tab. cum per constitutiones nouas inductum fuit quod ius prætorium & ius ciuile reducantur in unam consonantiam, iuxta. §. sed cū paulatim. inst. de testam. effectum fuit ut remedia ciuilia transferantur ad dispositiones prætorias, & remedia prætoria ad dispositiones ciuiles. l. 1. ff. quorum bonorum. & quorum legato. & in d. l. secunda. inf. de secun. tabul. Ideo conueniens est ut remedium transmissionis inductum a iure ciuili trahatur etiam ad dispositiones prætorias. arg. l. 1. §. eos. ff. ad l. falcid. nisi edictum prætoris uel iurisconsultorum ulterius præcessẽrit, ut in l. 3. §. acquirere. ff. eo. & l. un. inf. unde legitimi. Nec obstat ꝙ inducatur correctio plena totius materiæ, cum in effectu inferatur quod semper bonorum posses. transmittatur, quia immo non corrigit in totum, cum oporteat transmittentes scire, ut in d. l. cum antiquioribus. Item dato quod corrigeret, non inconuenit, quia compræhensiue, non per extensionē corrigit, ut dixi. Non obst. quod prætor non dat tempus ad deliberādum, quia immo concedit, cum uoluerit tempus anni liberis dari & utile & centum dierum. d. l. 1. §. largius. ibi, ne præcipitentur. ff. de succes. edic. Et licet in filiis & parentibus sit maius, non attenditur, quia postea est aliud incommodum, quod agnitio debet fieri coram iudice, & de iure ciuili aliquando est maius anno. l. 1. ff. de iure deliber. & ibi not. & sic est omnino eadem ratio, cum in utroque iure detur tempus ad deliberandum ne præcipitentur, & militat æqualis ratio quod non potest eis imputari quare non adeant uel agnoscant.

Vnde finaliter concludo quod d. l. cum antiquioribus

bus habet locum in successionibus prætoriis,ita ꝙ si aliquis succedat de iure prætorio præter ius ciuile, ꝙ aliquando accidit ut no.in l.fin.inf.unde legit.illa bonorum possess.sola potest transmitti, Et quia ille text. non facit uim an sit petitum tempus,uel non,ut ibi pro pe finem,sequitur etiam ꝙ si transiuerit tempus totum petendi bonorum possess.unde liberi, quod poterit trãsmittere tempus petendi bonorum possess. und.agnat. Item in fine dicit in §. penul. generaliter , uel ex testamento uel abintestato uel aliter &c.& ibi glos.in uer. aliter,& in uer.fuisse,& sequitur Bar.in uers.uenio.col. 2.oportet tamen ꝙ sciat sibi delatam bon.poss.uel hæreditatem,ut dicitur ibi in tex.uer.siquis sciens.

Quamobrem facias generalissimam regulam, quod hodie omnis bonorum possess. tam ex testamento quã abintestato potest transmitti ex dispositione. l.cum antiquioribus, si moriatur uocatus intra tempus agnoscẽdi bono.possess.& corrigitur. l.nostra per d.l.cum antiquioribus.& transmittitur totum tẽpus quod superest etiam ꝙ sit minus anno, sicut si tempus ad deliberandũ fuisset minus anno transmitteretur totum illud tẽpus per d.l.cum antiquioribus.Et hæc uera sunt in bonorũ possessionibus quæ dantur secundum uoluntatem , ut dicit tex.in d.l.unica.in ratione ibi assignata.

37 Sed†dubium restat,quid de bonorum possess.quæ datur contra uoluntatem, Ideo uidendum est an bonorũ possess.contra tab.transmittatur.& text.in d. l. illud.§. si.arguendo a speciali innuit ꝙ non , & sequitur Bald. * hic.& Dec.& communiter doctor.& ideo d.l.unica.& d.l.cum antiquioribus.non potest extendi ad eam , cũ etiam sit diuersa ratio.Dec. tamen incontrarium adducit,quia uidetur ꝙ filiis exclusis iniuste magis sit subueniendum quã uocatis ex uoluntate , & maior est fauor filiorum quã testamenti. l.ut liberis.infr.de collat. Sed mihi placet communis opinio ad utrãque. l.quia utraque. l.loquitur de uocatis ex uoto, non contra uoluntatem,& quod hoc sit uerũ patet, quia d.l.cũ antiquioribus non compræhendit ius quærelandi de iure ciuili,sed necessarium fuit facere.l.siquis filium . Et sic illæ duæ.ll.non possunt extendi ad bonorum possess. cont. tabu.& ad aliud remedium contra uoluntatem. Sed tamen ex alia ratione ego puto ꝙ bonorum possess. contra tab.transmittatur,quia cum per.l.siquis filium. sup. de inoffic.testam.sit dispositum ꝙ quærela de iure ciuili transmittatur,est rationabile & æquum, ꝙ ẽt hoc extendatur ad contratabu.quæ & ipsa transmissibilis est d.l.illud.§.si.ff.de contratab. & sic in effectu cõcludo , ꝙ hodie cont.tab.bono.possess.transmittitur per extensionẽ factam de d.l.siquis filiũ. supra de inoffic. testam. sed non per d.l.unicam.& d. l.cum antiquioribus.

38 Vltimo†quæro an d.l.cum antiquioribus habeat locum in illa successione noua introducta extraordinarie in §.si uero.non implens.in auth.de hæred. & falc. puto dicendum ꝙ sic,quia militat eadem ratio , & d.l. cum antiquioribus procedat in illo casu per extensionem passiuam,iuxta.l.1.§.lex falcidia.ff.ad l.falc. Et ꝓbatur in uer.etenim legatariis.ead.authen.ibi,ad similitudinem hæredis dedimus successionẽ, sed si aliquis cohæres adiuisset,tamen non esset difficultas,quia per ius accrescendi ei applicaretur,ut ibi dicitur, quo casu semper trãsmittitur.l.3.§.fi.ff.eo.Facit etiam. d.l. cum antiquioribus.§.fi.ibi,ex testam.uel abintestato,uel aliter,& ibi not.Bar.& illud uerbum posset etiam induci ad contratab.ut ibi glo.in uerb.fuisse. sed ad successionem quæ fit per adiectionem causa libertatum conseruandarum non potest extendi nec adaptari,quia datur fauore libertatis quæ cessat in hærede illius manumissi,cogita tamen .

39 Ex†quibus habes limitationes ad duas regulas transmissionis negatiuas,unam de iure ciuili , ꝙ hæreditas non adita non transmittitur.l.1.§.in nouissimo.inf.de cad.toll.& aliã de iure prætorio,ꝙ bon.poss.non agnita non transmittitur.l.3.§.acquirere.ff.eod.& per istũ.

40 †Ad regulam ciuilem dantur tres limitationes per docto.hic.Vna ratione suitatis.d.l.apud hostes.inf.de suis & legit.quæ procedit ẽt hodie post beneficium abstinẽdi,ut declarat Bar.repræhendendo tenentes contrariũ in d.l.uentre. colu 3. uer. quartus casus.per duas colu. ff.de acquir.hær.Et concludit ꝙ tunc habet locũ quando suitas operatur effectus suos,& ubicunque cessat effectus suitatis cessat & transmissio, quia fundatur in acquisitione quæ fit propter ius ciuile , & elicitur potius transmissio iuris quæsiti.Secundo limitatur non procedere in descendentibus qui transmittunt hæreditatem ascendentiũ per lineam directã ad posteros suos per lineam directã,siue sciuerint,siue ignorauerint,& durat hæc potestas trãsmittendi per 30.annos, quia non reperitur restricta.d.l.unica.inf. de iis qui ante aper. tabul. Tertio limitatur nõ procedere in deliberantibus qui si moriuntur transmittunt tempus deliberandi ꝙ superest post mortem.d.l.cũ antiquioribus. infr. de iur. delib.& sit de omni hæreditate, & de omnibus personis & ad omnes hæredes ,sed oportet ꝙ sciat sibi delatã successionẽ, & uel petat sibi dari tempus ad deliberandum,& erit arbitrio iudicis,& si non petat erit tempus unius anni a die quo incipit scire, Et istę tres limitationes procedũt generaliter ẽt ꝙ nullũ sit impedimẽtũ ad adeundũ,Et propterea uidetur esse generales ualde, & eas Iason appellauit species transmissionis.

Tamen ultra istas sunt ẽt aliæ quatuor limitationes quas posuit Bal.in d.l.uentre.col.2.uers.uenio ad materiã.ff.de acquir.hære. quæ dicuntur esse magis speciales,quia ad eas inducendas requiritur impedimentum aliquod per ꝙ prohibeatur hæres adire,& sic nõ possit ei imputari quare non adiret.primus est ergo casus qui est quartus hic in ordine, quando posthumus est præteritus & nondum natus est,sic hæres propter uitiũ testamẽti in institutione impeditur adire , & scit in omnem euentum se futurũ hæredẽ,tunc transmittit hæreditatẽ non aditam.l.uentre.ubi Bar.col.2.uer.uenio ad materiam.ff.de acquir.hæred. Et ad istum casum requiruntur duo,ꝙ sit impeditus propter defectũ testamenti, & ꝙ in ómnẽ euentũ sciat se futurũ hæredem , ut ibi per Bar.Imol.& Areti.Glo. tamen ibi tenent ꝙ in illo tex. transmittatur bonor possess. non hæreditas, quas sequitur Aret.col.6.uer.in glo.magna. Sed Bar. ibi tenet, ꝙ immo transmittatur ius adeundi, & sit limitatio ad regulam iuris ciuilis,& eum ibi sequitur Bal.& Imol. exponentes decreto succurrente. i. iudex decernet saluũ esse ius adeundi.Et cũ isto casu concordat tex. in l.scriptus.ff.ad carb. ubi ille qui dicit se filiũ in potestate & præteritũ facit uacillare testamentũ petendo contratabulas. Vnde hæres scriptus propter dubietatem ualoris testamenti impeditur adire, uel successurus abintestato interim moriens transmittit hęreditatem. Qui casus continetur sub primo,cum ibi defectus sit in forma testamenti ex facto testatoris,& iste tex. in sui generalitate præsupponit hæreditatem & bon. poss.transmitti.Et ita apparet quarta limitatio ad regulam. d. l. 1.§. in nouissimo . de cad. tollen. fundatam super impedimento .

Quintus casus est quando dubitatur de uiribus test. propter defectũ extrinsecum,ut si dicatur falsum,nam dubius nõ potest adire.l.cum falsum.ff.de acq. hæred. Ideo interim moriens transmittit per l.si filius.§. fi. ff. de bon.libert.& cum illo tex.concordat.l.cum quidã ff.eo.dum dicit agnouisse uidetur bono.poss. nam debet intelligi quantum ad transmissionem & ut nõ currat tempus ut ibi dicit Bal.Hunc tamen casum restringit Barto.ibi non procedere quando contra impedientem posset hæres habere recursum,cum effectu exactionis per l.1.§.fi.ff.si mulier uentris nomine . & l. si mulier. §. fina. ff.quod met. cau. & ibi sequitur Angel. & * Imol.& est communis licet Aret. ibi teneat ꝙ succurri

tur per restitutionem in integrum, Sed non bene adaptatur ad d.l. si filius. quæ præsupponit gratiam esse in lege quæ dispensat a regulis iuris, & sic est quinta limitatio fundata tamen super impedimento hæredis uolentis adire.

Sextus est casus, quando timore pœnæ quis prohibetur adire, nam si interim moriatur transmittit. l. 3. §. eleganter. & l. qui posthumo. ff. ad sileni. Et iste casus restringitur quando timore pœnæ fuit impeditus uel adire uel se informare an esset scriptus hæres, ut declaratur in d. l. 1. §. fi. & d. l. qui posthum. & cum in fine ad quæstionem de facto ut ibi per eum. & licet Ange. ibi contradicat in illatione sua, tamen omnes consentiũt in regula & eam approbant, & etiam communiter approbatur Bar. in illa. q. de forense. & sic est sexta limitatio ad regulam, d. §. in nouissimo fundatã tamen super impedimento.

Sextus casus est, quando quis propter defectum naturæ mutabilem naturaliter impeditur adire, ut infans, nam si ille moriatur antequam possit adire, transmittit hæreditatem ad suos ascendentes, siue sit in potestate, siue non. l. si infanti. in princ. coniuncto. §. ea autem. infr. de iure deliber. ubi est casus clarus quem se-

* quuntur communiter docto. ibi colu. fi. & in d. l. si infanti. & sic est septima limitatio ad regulam. d. §. in nouissimo fundata super impedimento. Vnde sunt quatuor limitationes fundatæ in impedimẽto probabili, & tres quæ generalius cõceduntur nullo existente impedimento, Et ideo de istis solis doctores hic fecerunt mentionem, & omnes communiter tenent, & de ueritate quæstionum adhærentium uel incidentium dic ut per Ange. Imol. & plenius Areti. in d. l. uentre. Octauo limitatur non procedere in portione accrescente. §. fi. inst. de orficia. senatusc.

41 Secundas est regula iuris prætorii, ꝙ bono. posses. non agnita non transmittitur. d. l. 3. §. acquirere. ff. eo. & per istum tex. Quæ procedit etiam ꝙ uocatus ignorauerit factum probabili ignorantia. l. Pãthonius. & ibi not. ff. de acquir. hæred. Item ampliatur procedere ẽt ꝙ alius nomine suo petierit bono. poss. cum decreto, uel agnouerit, si tamen ipse non habuit ratum d. l. 3. §. acquirere. & d. l. Panthonius. Fallit i. secundum aliquos in suis hæredibus qui efficiuntur hæredes etiam de iure prætorio ipso iure, ut dixit Dec. in l. infanti. sup. eo. Sed ego reprobaui per istum text. qui generaliter uult ꝙ ratione suitatis non possit transmitti bono. posses. cum hoc iure non erat. l. 1. infr. de iis qui ante apertas tabulas. nec l. cũ antiquioribus. Et ideo nulla poterat hic esse dubitatio nisi de transmissione iure suitatis, & tamen determinatur ꝙ non fiat transmissio.

Vnde primo limitatur non procedere ratione sanguinis, quia descendens transmittit successionem ascẽdentium ad suam posteritatem si mortuus est inf. tempus datum ad agnoscendum per d. l. 1. inf. de iis qui ante aper. tab. inducendo & declarando ut sup. Secundo limitatur non procedere etiam in omnibus extraneis quando ipsi scientes delatam bono. poss. deliberabant uere, uel præsumebantur deliberare, & mortui fuerunt ante lapsum tempus ad agnoscendum, nam reliquum temporis transmittunt. per l. cum antiquioribus. inf. de iure deliber. declarando ut supra. Quæ limitationes procedunt etiam in bono. posses. contra tabulas. per l. si filium. sup. de inoffic. testam. ut statim dixi. Et istæ duæ limitationes non requirunt aliquod impedimentũ, sed generaliter procedunt, Et ultra istas dantur ẽt aliæ quatuor magis speciales sicut in hæreditate, & requirũt impedimentũ probabile. Ideo tertio limitatur non procedere in casu. l. illud. §. fi. ff. de contratab. qui cõcordat cũ. d. l. uẽtre. & est similis. l. scriptus. ff. de carbo. edic. Sed tñ aliqua est dubitatio an cõcedatur ẽt illi qui nõ est habiturus successionẽ utroque casu, ex quo nõ exprimitur ibi. Tamẽ doct. idẽ esse sentiũt, maxime cũ. d. l. uentre intelligant in casu. d. l. illud. Quarto limitatur nõ procedere qñ uocatus impeditur petere, ppter uitiũ extrinsecũ testamenti, ut in casu. d. l. si filius. §. fi. ff. de bon. liber. qui procedit ẽt in bono. poss. ex mente omniũ. Quinto limitatur nõ procedere qñ propter timorẽ pœnæ statutariæ impeditur quis petere bon. posses. nã si interim moriatur, transmittit. d. l. 3. §. elegãter & §. fi. cũ l. sequ. ff. ad sileni. qui ẽt secundũ omnes procedit in bono. posses. propter idemptitatem rationis & æquitatis. Sexto limitatur non procedere in infante qui transmittit bon. poss. non agnitã ad suos ascendentes, ut est tex. clarus in d. l. si infanti. inf. de iur. deliber. & ibi per omnes. & per Bar. in d. l. uẽtre. col. fi. Septima limitatio põt addi in portione accrescente. l. 3. §. fi. ff. eo. & §. fi. inst. de orfic. senatuscõ. Quę limitationes aliquando singulariter eueniunt in transmittente, aliquãdo concurrũt simul, ut unus possit trãsmittere, ut patet ex distinctione Bal. in d. l. cũ antiquioribus. colu. fi. Ex quibus patet ꝙ omniã quæ dicuntur de transmissione in regula ciuilis iuris habent ẽt locũ in bono. posses. excepto ꝙ de iure prætorio nõ transmittitur bon. poss. ratione suitatis, quia suitas non consideratur in successionibus prætoris, neque in filio in potestate, neque in filio emãcipato, per istum tex. cũ sua ratione decidendi. Et ita breuibus habes expeditam & ordinatam totam materiam transmissionis successionis in utroque iure.

Ioannes Bolognetus Iurisc. Bonon. Neapoli de mane legens die. 20. Decembris. 1553.

Summaria super l. finali. C. qui Admitti.

1 *HAEC lex tractat quæ solemnitas requiratur hodie in agnoscẽda bonorũ possessione.*

2 *Hæc lex facta fuit propter incommeditates quæ ueniebant ex antiqua obseruatione.*

3 *Magistratus municipales in qualibet ciuitate creabantur de corpore decurionum qui appellabantur duumuiri, & de corpore plebis, qui appellabantur defensores ciuitatum.*

4 *Hæc lex legitur in principio & in fine uariis modis, & alias nouiter legitur & nume. 19.*

5 *Casus figuratio.*

6 *Agnitio bono. posses. potest fieri per quæcunq; uerba uel signa denotantia uoluntatem agnoscentis, & ideo poterit fieri per nutum, & per a & b.*

7 *In agnitione riquiritur præsentia alicuius iudicis.*

8 *Rationes multæ reprobantur quare antiquitus requirebatur decretum.*

9 *Noua ratio assignatur.*

10 *Nulla solemnitas uel iudicis præsentia requiritur in repudiatione bonorum possessionis.*

11 *Agnitio bonor. posses. potest fieri coram quocunque iudice, sed non coram notario.*

12 *Bonorum posses. decretalis amplius non reperitur, sed eius loco est iudicialis, & nume. 23. 24. 25.*

13 *Decretum an de iure antiquo requireretur in bon. poss. plenissime discutitur, & defensatur utraque opinio.*

14 *Decretum de plano interponi non potest.*

15 *Bonorum posses. que defertur furioso an sit iuris uel facti.*

16 *In bonorum posses. requirebatur petitio, & iudicis concessio, & per consequens decretum.*

17 *Si aliquis uocatus solo iure prætorio dicat coram iudice, adeo hæreditatem, uidetur agnoscere bono possesionem.*

18 *Si quis utroq; iure uocatur, dicendo coram iudice adeo hæreditatem, non uidetur agnoscere bono. possesionem.*

19 *Prima pars legis remouet solemnitates antiquas. & num. 4.*

20 *Ropræbenduntur omnes intellectus traditi ad finem legis, & defendiiur intellectus Romani.*

21 *Si datur terminus duobus ordine successiuo, primo renuntiante quomo-*

quomodo incipiat currere terminus secundo.
22 *Bono.possess.potest agnosci intra tempora prioris in gradu.*
23 *Bono.possess.quæ facti sunt hodie non requirunt decretum in agnitione.*
24 *Bonorum possess.contra tabulas hodie non requirit decretum.*
25 *Bonor possess. hodie ex uoluntate agnoscentis non potest effici edictalis, sicut nec aditio.*
26 *Decretum an hodie aliquibus casibus possit interponi in ordinarijs bonorum possessionibus.*
27 *Agnitio bonorum possess.an hodie possit fieri per seruum, uel fœminamsuel extraneos, uel alios inhabiles nomine alterius.*

Repetitio legis finalis.C.qui admitti.

1 HAEC Lex utilis & necessaria est, in ea enim tractatur †quæ solẽnitas & quæ forma requiratur ad agnoscẽdũ bonorum possessionem,& quãdo possit agnosci, & fuit Cõstantini qui solitus fuit tollere formulas superuacuas.l.1. sup.de formu.Et ad eius euidentiam præmittenda sunt ea quæ dixi in rubri.in principio. Et inter alia illud est repetendum, quod cũ prætor contra. l. dispositionem plerumque daret bonorũ possess.& impediret effectũ legis, erat necessariũ factũ suũ in bon.possess.danda, & nec etiã cõcedebat sine magna ratione,& plerumque cum causæ cognitione.

Vnde duo erant necessaria. Primo ꝙ peteretur, & summarie probaretur ꝙ esset dignus & habilis & de uocatis ad eam, Secũdo erat necessarium ꝙ decerneretur per prætorem & iudicialiter daretur.arg.l.3.§. si causa cognita.ff.eod.& l.1.ff.ut ex legi.ibi dabo.l. 2.§. dies. ff.qu.ord in bono.possess.ser.l.1.§.decretalis.ff.de successo.edic.& habetur in l.fi.§.nos itaque,sup.de curat.
2 fur.†Ex qua solemnitate introducebatur maxima incõmoditas prouincialibus qui cogebantur adire prætorem & circuire prouinciam ut sibi daretur bono. poss. l.1.§.si præses.ff.quis ordo in bono.posse.seru.cum nõ posset dari a minoribus magistratibus,ut habetur in l. 1.& l.iubere cauere.ff.de iurisd. om.iud. Et quia erat sæpe occupatus in magnis negotiis, & eam delegare non poterat, ut no.in d.l. iubere cauere. multũ differebatur eius concessio in graue damnum illorum qui uocabantur ad successionem.l.2.§.die. & §. si præses. ff. quis ordo.Quare Constantinus cognoscens istas incõmoditates subditorum,& sciens ius prætorium iam receptum fuisse & unitum cum iure ciuili. § sed cum paulatim.inst.de ordin.testam. decreuit salubriter prouidere incõmoditatibus subditorũ.Ideo nouiter per hãc legẽ disposuit ꝙ non sit necessaria aliqua petitio corã prætore,nec eius decretum, & sic non sit amplius mixti imperii,Sed sufficiat adire quẽlibet iudicẽ etiam existentem in sua ciuitate,& quemlibet alium magistratũ municipalem,& agnoscere bono.poss. corã eo sibi delatã reiectis omnibus aliis solemnitatibus, & formulis antiquis,ita ꝙ unico momento coram quocunque iudice illius loci expediri possit.

3 Secundo†præmittendũ est, ꝙ in qualibet ciuitate ultra prętores uel alios magistratus maiores qui regebãt totã prouinciã erant duo genera magistratuũ qui creabãtur de corpore cuiuslibet ciuitatis, uidel. duumuiri & defensores ciuitatum.Duumuiri creabantur ex corpore decurionũ qui locũ senatorum in ciuitatibus subditis obtinebant,& eligebantur quolibet anno, ut late per Alcia.in l.pupillus.§.decuriones.ff.de uer.sign, & habetur in l.1.ff.de alb.scrib.& l.honor.§.penu.& l.fi. de decur.& late declaraui in l.1. repræhendendo Ias. ibi.ff.si qu.iu.dic.non obt.Et isti habebant iurisdictionẽ simplicem,& iudicabant de causis minoribus,& appellabãtur magistratus municipales, de quibus habetur in l.1.ff.de of.eius. Defensores uero ciuitatum eligebantur de corpore plebis.l.3.& 4. sup. de def. ciuit. & habebant minorem iurisd. quia mulctare non poterant.d.l.4.sup.de defens.Hodie tamen aucta est eorum potestas,& omnia possunt agere quæ sunt simplicis iurisdictionis.Sicut duumuiri,ut habetur in §. iusiurãdũ. & per totũ.in auth.de defes.ciui.& isti appellantur etiã magistratus municipales separati a duumuiris sicut decuriones a plebe,quidquid dicat Ias.in d.l.1.ff.si q.i.ius dicen.non obtẽperauerit.& per istũ tex.determinatur ꝙ coram omnibus istis potest agnosci bono.posses.

4 Tertio†præmittendum est, ꝙ prima uerba.l. duobus modis leguntur in glo.& per doctores uolentes ꝙ hęc sit portio uel l.1.sup.de formulis,uel l.præcedentis.& ideo glo.1.eam refert ad l.1.sup.de for.uel ad legẽ prȩced.Sed uidetur inconueniens ꝙ hæc non fuerit lex de per se,cum materia sit separata ab actionibus,ut dixi in rubr.& l.1.Ideo mihi placet ut de per se stet, & prima uerba sint prohemiũ, & ego lego.Tertio modo, ut intelligatur de illis uerbis solemnibus requisitis in petitione & decreto.l.1.inf.comm.de succ.& l.fi.§.nos itaque.sup.de curat.furio.& facit tex.in §.1.insti. de interdict.& est sensus,ut excludamus uerborum maniũ captiones.i.solemnitates superuacuas requisitas in petitione & decreto ita obtinere sancimus &c. Similiter tex.in fin.l.legitur duobus modis ut in gl.Sed mihi magis placet intellectus Rom. de quo infra,ut hic fiat noua decisio,& ꝙ de nouo addendo decidatur ꝙ sequens in gradu possit petere bono.posses.durante tẽpore primi,qui si postea recusat & non petat agnitio facta procedat perinde ac si esset facta post lapsum temporis ad exclusionem consistentis in priori gradu. Et uerbum exeratur non potest exponi idest aperiatur.Sed debet referi necessario ad uerbum testatio quæ non aperitur sed fit.Igitur sensus est, ꝙ si ista testatio fit properatius intra alienam uicem prioris gradus suam efficaciam consequatur ac si fuisset facta suis curriculis, & ratio istius decisionis fuit,quia aliquãdo eueniebat ꝙ sequẽs in gradu credens tempora prima elapsa fuisse & sibi delatam successionem petebat eam, & consequebatur decretum ꝙ postea reddebatur nullum qñ constabat primum habuisse aliquod incommodum & tardius cucurrisse ei tempora, Et secundum prædictos intellectus. Summatur hoc modo.sublatis solemnitatibus antiquis hodie sufficit qualiscunque testatio amplectendæ bon. posses.coram quocunque iudice facta intra statuta tempora,& succedens potest agnoscere intra tẽpora prioris.diuiditur in tres partes,In prima ponit præfationẽ, In secunda decisionem,In tertia ampliationẽ,Secunda ibi,ut apud.Tertia ibi,eo adito.

5 Casus†breuiter ita poni pot.Quærelauerũt ꝓuinciales corã Cõstantino ꝙ cogerentur pro qualibet bon. posses.petẽ. et minimi patrimonii adire prætorẽ & circuire ꝓuinciã & facere maiores expẽsas q̃ ualeret hæreditas,q̃ postea sæpe ammittebãt ꝓpter solẽnitates in petitione ommissas, & formulas nõ seruatas, Ideo insteterũt ꝙ utrique difficultati uellet ꝓuidere sicut fecerat in l.2.sup.de formu.& factũ fuerat in tutore, §.sed hoc iure.insti.de attilia tuto.Quare Cõstantinus ꝓ utilitate subditorũ disposuit exclusa solẽnitate petitionis & decreti,ꝙ sufficiat declarare se uelle agnoscere bon. pos.sibi delatã, & succedere defuncto corã quocũque iudice & ẽt magistratibus municipalibus illius ciuitatis,intra tamẽ tẽpora antiquitus ordinata seu præfixa, & ut facilius ẽt prouideretur,addidit ꝙ sequens in gradu possit agnoscere bon. poss. intra tempora præfixa prioribus,quæ postea cõfirmatur ex subsecuta repudiatione prioris,& hoc sufficiat pro figuratione casus. Nã ratio decidendi fuit utilitas subditorum,& ut euitẽtur innanes labores & expensæ. Et ad contraria unica est est responsio ꝙ fuerunt correcta per hanc legem.

6 Not. primo † solemnitates uerborum in petenda bono. poss. de quibus in l. 1. infr. commu. de succes. simul cum petitione & decreto sublatas fuisse. Sicut in actionibus. l. 1. & 2. sup. de formu. & in interdictis. §. 1. inst. de interd. & in legatis inf. de legat. & sufficiunt quæcũ cunque uerba declarantia se uelle succedere defuncto apta, tamẽ iuxta not. in §. 1. inst. de uerbo. oblig. & l. ꝙ autem. §. 1. ff. de cõsti. pec. unde patet ꝙ uerba sunt necessaria, & sine ipsis fieri non possit. Crederẽ tamen ꝙ si mutus perfecte intelligentiæ corã iudice declarasset per figuras se uelle succedere, maxime si scriptura hoc demonstraret, ꝙ ipse efficeretur bono. posses. l. 2. ff. de bon. posses. infan. uel furio. delat. & §. fi. inst. de hæred. quali. & differen. quia uerbũ testari, positũ hic in text. de necessitate non requirit uerba quando non possunt interponi, sicut in simili dicitur de matrimonio per gl. & docto. in c. fi. de coniugio seruorum. & faciunt no. ꝑ Bar. in l. non solum. § morte. col. 3. uer. iis præmissis. ff. de nou. oper. nuntia. Nec uerbum ostenderit positum in §. fi. insti. eod. requirit uerba. Ideo si actum fuisset coram iudice quod, a significaret agnosco, & b, bonorum poss. agnitio ualeret quamuis contrarium teneat glo. in stipulatione in §. 1. inst. de uerb. obli. quia ut dixi hic aliqua solẽnitas in prolatione uerborũ nõ requiritur.

7 Secundo † not. ꝙ in agnitione bono. poss. requiritur præsentia iudicis, & sic debet fieri in iudicio, & in hoc differt ab hæreditatis aditione, quæ potest fieri in quocunque loco. l. pro hærede. ff. de acqui. hæred. & hoc fuit introductum in memoriam decreti antiqui. Et sic ratio quare requiritur hodie præsentia iudicis est memoria decreti antiqui, & quia ius prętorium non habet tantam authoritatem quantam ius ciuile ut per præsentiam compensetur & augeatur illa authoritas. Sed subintrat difficultas magna quare antiquitus requirebatur decretum in bono. posses. Secus in hæreditate.

8 † Alber. primo dicebat requiri ad euitandum falsum ut possit constare an sit facta intra legitima tempora uel non, ꝙ non erat in hæreditate, quia facultas adeundi durabat perpetuo. l. licet. infr. de iur. delib. Sed hoc parum ualet, quia per instrumentum potest apparere de agnitione & eius tempore, ut per instrumentum appellationis potest apparere de tempore quo fuit appellatum, & hodie sufficit in agnitione in qua etiam non cõcludit ista ratio in hæreditate. Ideo Ias. secundo dicit ꝙ propter præsentiam iudicis cessat suspitio. Quod ẽt parum ualet, quia ita in hæreditate deberet esse suspitio. Ideo aliam ponit, ꝙ nullo iure obligatur quis ex sola uoluntate, nisi de iure ciuili. Quod etiam nihil est, quia prætor facilius obligat. l. 1. ff. de pac. & patet in actione negot. gestor. & in actionibus de peculio. §. actiones. inst. de actio. Dec. uero dicit ꝙ requirebatur decretum in memoriam & reuerentiam prætoris mortui. Quod minus ualet, quia tempore quo introducta fuit necessitas decreti prætor dabat bono. poss. per decretum suum, & nunquam interponebatur ex edicto prætoris mortui, quia omnia edicta cuiuslibet prætoris extinguebantur cum sua iurisdictione, ut sup. dictũ fuit in rubri. & edictum prætoris mortui nunquam incepit seruari nisi post receptionem factam tẽpore Saluii Iuliani inducentis perpetuum edictum, & hæc sine dubio concludit in decreto antiquo. Quantum uero ad præsentiam hodiernam non concludit, quia in cæteris edictis a prætore fuisset necessaria, unde in ea uerior uidetur illa ratio, ꝙ fiat in memoriam antiqui decreti. Ideo secundo dicit, quod hoc factum fuit ut differat hæreditas a bonorum possessione. Quod somnium est, quia hoc est de quo quærimus, quare uoluit hãc differentiam introducere. Aliam assignat Alcia. lib. quarto paradox. capit. sexto. uide. l. quod prętor uoluit paulo magis diligentia uti quam faceret ius ciuile, cum decretũ esset de iure prætorio & bonorũ possessio q̃ magis diligebat, quia erat sua creatura, sicut ius ciuile magis diligit stipulationem quia est sua creatura, & ius ciuile noluit uti remediis alienis, ut in pacto, & in effectu concludit ꝙ est ex uoluntate prætoris. Sed hoc nec etiam placet, quia. l. aliquando utitur remediis prætoriis, ut patet in l. 1. ff. ut ex legi. & in l. posthumis. ff. de in iust. & irrit. testam. Item iudicia & decreta sunt inuenta a lege. 12. tabularum. licet prætor ea interponeret. Præterea non est credendum prætorem uoluisse uti tãta solemnitate nisi fuisset necessarium, & non faticasset subditos frustratorie, & nõ tenuisset occupatos in expensis iuxta. l. 1. §. dies. ff. quis ord. contra uoluntatẽ suam qui desiderat celeritatem, iuxta. §. cum igitur. instítu. eo. Quãtum uero ad præsentiam hodiernam nec concludit, quia nõ fuit prætor qui hoc introduxit, sed Constantinus. Vnde quãtum ad rationem præsentiæ iudicis, dicendum est ꝙ fuit per Constantinum introducta propter authoritatem & memoriam decreti antiqui, & quia ius prætorium non est ita potens sicut ius ciuile.

Quantum uero ad requisitionem decreti, idest quare olim requirebatur decretum, puto ratione urgenti & necessaria motum fuisse prętorem ad disponendum ꝙ interponatur decretum. Nam cum ut dixi in rubrica prætor non haberet facultatem condendi legem, sed solum esset executor legis, & solum posset proponere edicta, & facere ius temporale inter suos subditos, ꝙ non poterat in totum tollere legem, nec impedire effectus legis, qui non requirebant factum hominis, ideo non poterat facere quem hæredem. §. quos autem. institu. eo. & no. Theoph. in §. 1. instit. de perpet. & tempor. acti. Eueniebat ꝙ non obstante edicto alius uocatus per legem ciuilem efficiebatur hæres. §. admonendi. institu. de hæredi. qu. abintest. & stante utraque uocatione præferebatur uocatus a lege ciuili tanquã potentiori. Vnde necessarium fuit ꝙ de facto prætor obseruaret edictũ suum, & iudicialiter decerneret bonorum posses. & cum solemnitate, ut ille bonorum possessor se ualeret defendere ab eo qui erat uocatus de iure ciuili qui magis probabiliter uidebatur admittẽdus ad successionem. Ac etiam quia tractabatur de exclusione uocati a iure ciuili, aliqualem causæ cognitionẽ uolebat interponere in ea danda, iuxta. l. Saluius. ff. de leg. præst. & l. 4. ff. de condit. & demon. cũ septẽ similibus allegandis in sequẽti notabili. Et idẽ postea uoluit seruari etiam in bon. poss. confirmãtibus ius ciuile, ut seruaret æqualitatem in cõcessione omnium bon. posses. Et ex eadẽ causa necessaria erat solemnitas uerborum in petitione & decreto sicut in cæteris interdictis.

9 Item † ex alio erat necessarium decretum, quia cũ uis edicti esset extinguẽda per annum, ut magis forte esset ius iudicialiter concedebat & sententialiter confirmabat, per quam sententiam seu decretum insurgebat interdictum quorum bonorum, sicut insurgebant alia interdicta. §. 1. insti. de interdict. & ibi Theophilus, & aliter non potuisset eo tempore competere. Quæ omnia cessabant in hæreditate quæ concedebatur a lege potẽtissima cui aliqua dispositio similis nõ contrariabatur arg. d. §. quos autem. institu. eo. Sed cum hodie recepta fuerint edicta & perpetuata. §. sed cum paulatim. institu. de testam. non fuit amplius necessarium decretum, & propterea fuit introductum ꝙ sufficiat agnitio corã iudice, & in interdictis detur actio in factum. §. 1. institu. de interdic. Et hoc suadetur, quia in repudianda bono. posses. nulla solemnitatem requiritur, Sed simplici uoluntate repudiatur. ut no. in l. 1. inf. titu. 1. per Dec. in 3. nota. ubi dicam, quia in repudiatione cessant omnes prædictę necessitates.

10 Tertio. † no. ꝙ agnitio potest fieri coram iudice etiã a non habente merum & mixtum imperiũ propter cõmoditatem subditorum ne cogantur adire prætorem. Sed tamen non potest fieri coram notario & testibus, ut per Bal. hic & Alex. argu. l. adoptio. ff. de adop. ubi

ubi nec adoptio potest fieri coram notario, nec etiam emancipatio.l.1.§.1.ff.de offic. consul. §. per emancipationem.insti.quib.mod.patr. potest solu. Et est ratio, quia ista sunt monumenta quæ requirunt iurisdictionem saltem uoluntariam,& propterea ex præsentia iudicis assumunt authoritatem, Et ideo nec etiam insinuatio donationis potest fieri coram notario, sed requiritur præsentia iudicis ad euitandam suspitionem uiolentiæ & metus.l.data.infr. de donat. & habetur in §.iusiurandum in auth. de defens.ciuita.

11 Subdit†etiam hic Dec. quod accusatio porrecta coram notario non dicitur data iudici,& plenius in l. 2. ubi dixi sup.de edendo . & idem in testibus examinandis ut hic per eum.Sed consuetudo obseruat contrariũ, quia in principio officii iudices dant licẽtiam notariis accipiendi omnes scripturas productas, & dicendi q̃ sunt productæ coram iudice, Similiter dant facultatẽ faciendi citationes generales sub nomine iudicis,excepta citatione ad sententiam, & ita obseruatur ubique. In testibus uero requiritur expressa delegatio in ciuilibus,& in criminalibus non potest delegare, ut no.in l. de minore.§.tormenta.ff. de quæsti. de quo tamen dic ut per Alexan.& moder.in l.hac consultissima.§.siquis autem inf.de testam.

12 Quarto†not.ibi,qualiscunque testatio, quod sufficit declaratio per quæcunque uerba, cum animo agnoscẽdi sine aliquo facto iudicis, & sic nulla solẽnitas requiritur nec decretum, Quare hodie appellatur bono.poss.iudicialis,cum olim appellaretur decretalis,quia requirebatur decretum, ut firmant hic communiter docto.fundantes istam opinionem uulgatã per septem iura.Primo per tex.clarum in §.nos autem. & §.itaque. ibi,antea ex decreto dabatur. inst.de curat.fusio.Secũdo per l.ex duobus.§.fi.ff.de cont.tab. ibi, decreto posse petere bono.pos. Tertio per l.uentre. ff. de acquir. hæred.ibi, decreto succurrendum est filio. Quarto adducunt.l.Saluius.§.1.ff.de leg. præst. ibi, decreto itaque temperari debet.Quinto est tex. in l.emancipato . ff.de coniun.cum eman.libe.eiu.ibi, decreto bon. poss.accipiunt. Sexto probatur in l. si libertus patrono. ff.de bon. libert. ibi, decreti æque remedium poterit procedere.Septimo allegant tex. in l. si infanti. in fin. inf.de iur.deliber.ibi eius decreto illud hic consequi.

13 Bulg.uero†hic tenebat contra omnes, quod de iure antiquo non requireretur decretum in bonorum possessionibus ordinariis quæ tribuunt ius, Sed solũ requirebatur in illis quæ non tribuunt ius, ut in carboniana,& uentris nomine, & illa quæ datur filio emancipato gratia litis agnoscendæ,quæ appellabantur decretales.l.1.§.decretalis.ff.de suc.edic.& l.2.§.dies. ff. q̃s ord.& l.1.§.si ea.ff.de uent.in poss.mitte.Et istam opinionem probat.Primo,quia clarum est quod in bono. possess.facti requiritur decretum semper.d.l.1.& l.3.& l.de bonis.ff.de car.edict.& l.1.§.si ea . ff.de uentre in poss.mittendo. sed iura dicunt quod aliquando interponitur decretum,aliquando non,ergo necesse est dicere quod in ordinariis non requiritur ut probatur,per l.3.§.si causa cognita.ff.eo.ponderando dictionem si, quæ importat conditionem,& sic se habet ad esse & nõ esse,ergo cum causæ cognitione, & sine causæ cognitione tribuitur, & quando requiritur causæ cognitio datur illa extraordinaria.Secundo adducit.l.1.§.dies. ff.quis ord.in bon.pos.ser.eo.modo ponderando q̃ aliquando requiratur causæ cognitio,& aliquando non. Tertio probatur per l.cum quidam.ff.eo.ubi nullo decreto interueniente agnoscitur. Quam confirmat per l.1.§.sufficit.ff.de secun.tabu. ubi clausis tabulis datur ergo non fit diligens inquisitio an sit hæres uel non,& sine testamento iudex non potest certificari.lego. prima.ff.quemadmodum testamen.aperi. Quinto cõprobat per tex.l.2.§.siquis ex liberis.ff.ad tertul.ubi furioso datur bonorum possessio decreto, & tamẽ debet postea agnoscere.Sexto adducit tex.in §.nos itaque. qui dicit eam bonorum possess.agnoscere quæ antea ex decreto dabatur, & postea dicit quod datur ad similitudinem bonorum possess.ergo loquitur de alia,quia nullum simile est idem, & sic intelligitur de extraordinaria quæ datur ad similitudinem bono.possess. ergo aliqua est bono.possess.quæ non datur ex decreto, & erit illa de qua in §.siquis ex liberis.Septimo allegat tex. in l.1.§.decretalis. ff. de succes. edic. ibi, nondum delata est.& non potest repudiari, quæ conditiones non cadunt in ordinariis bono.possess. Octauo adducit rationem efficacem,quia bono. possessio. quæ tribuunt ius solum possunt dari illis quibus de iure competunt, & decretum tertio non potest præiudicare. Sed istæ quæ non tribuunt ius dantur in præiudicium illorum qui uocantur ad ueram bono.possess.Et ex prædictis patet responsio ad contraria,quia pleraque intelliguntur de istis extraordinariis.Solum autem uidentur obstare.l. uentre.l.emancipato.& l.ex duobus. & l. Saluius quæ loquuntur de ordinariis bono.possess. Sed respondetur quod loquuntur in casu speciali in quo decretum necessarium est, quia deficiebant uerba edicti, uel erant nimis rigorosa,& erat opus declarari per iudicem,qa ille debet declarare qui fecit.l.fi.sup. de leg.

Et sic constitui debent tres casus.Nam aut est bonorum possess.facti, & in illa sine dubio requirebatur decretum.Aut uero erat possessio iuris,& tũc regulariter non requirebatur decretum si uerba edicti erant clara sed ubicunque uerba edicti erant dubia, ut quia nimis rigorosum,uel deficiebant uerba ut esset opus ex ęquitate restrictione ad extensionem, & tũc recurrebatur ad prætorem . qui decreto prouidebat ut æquitas haberet suum effectum, Vel posset dici quod in illis nõ dicitur quod detur decreto bono.possess.sed solum quod decretum a iudice interponendum est per quod prouideatur in omnibus casibus, & nulla ex illis. ll. dicit decreto dari bono.possess.Dec. tamen hic defendit cõmunem opinionem,quam comprobat per d.l.fi.§. nos itaque.sup.de curat.furios.qui tex.loquitur de ordinaria bonorum possessione & tamen tex.dicit quæ antea ex decreto dabatur,& ad similitudinem bono.possess. dabatur per iudicem,latius quatuor modis ponderando ut hic per eum,Et ad tex.in d.§. siquis ex liberis.respondet quod loquitur in bono.posse. quæ est iuris, & sic probat opinionem quod in bono.possess.iuris requiritur decretum,Et ad omnia contraria respondet cõsiderando decretum proprie ex lege,& nunquam inuenitur q̃ decretum non interponatur, quamuis aliquãdo fit cum causæ cognitione,& aliquando non.

14 Sed aduertendum est†quia Dec. præsupponit quod decretum interponatur sine causæ cognitione,quod uidetur contra tex.de directo.in d.§.si causa cognita.ibi decretum de plano interponi non potest,& sic probatur quod decretum non potest esse sine causæ cognitione. Idem probatur in d. §. dies. ibi, si cum causæ cognitione datur,uel sit ea quæ requirit decretũ dies sessionum connumerantur,& sic uult quod de plano non possit interponi decretum, sed iudice sedente pro tribunali.Et ideo dixit Theophi.in §. sed quod principi. inst.de iur.natu.gent.& ciui.quod decretum dicitur a decernendo,quia de tota re precipit, & quod iustum sibi uidetur pronuntiat.

15 Secũdo †præsupponit q̃ bon. pos. delata furioso sit iuris,quod uidetur esse dubitabile,& glo. in dic. l.fin. non firmauit pedes.Et l.1.ff.de bon. possess. inf. uel su. comp.tenuit quod sit facti, unde uidetur quod ista bonorum possessio delata furioso sit facti,& proprio nomine appelletur decretalis, & uidetur probari in d. l. 1.§.furiosi.ff.de succes.edic.†Nam in dicto. §.furiosi dicitur quod curator bonorum possessionem repudiare non potest furioso competentem, quia non est delata, & quod non sit delata demonstrat per d.§.decretalis.q

subsequitur, dicens quod decretalis non potest repudiari sed solum diebus finiri potest, Quæ uerba demōstrant quod non est uera bonorum possess. quia uera bo nor. poss. defertur & repudiatur & non finitur diebus sed transit de persona in personam in l. 1. §. nunc uidēdum. de succes. edic. & §. liberis. institu. eodem. solum n. illa decretalis diebus finiri potest, ut dixit text. in d. §. siquis ex liberis. uersi. sed si quis cum status. ubi dicit carbonianam petitam finiri tempore. Et eodem modo idem erit in bono. possess. uentris nomine, quæ non repudiatur, sed per mortem, & tempus finitur, & idem in illa quæ datur furioso, quæ quiparatur & habet eū dem effectum, cum solum tribuat administrationem & facultatem percipiendi fructus, & confirmatur uel infirmatur per subsequentem ratificationem, sicut in d. §. tali itaque. sup. de curat. furi. & ideo dixi in l. infantis sup. eod. quod illa bono. poss. quæ defertur furioso non dicitur esse iuris simpliciter, neque meri facti simpliciter, sed habet naturam mixtam, nihilominus quia magis præualet in effectibus bono. pos. quæ facti sunt per prædicta enumerantur inter illas. arg. l. quæritur. ff. de stat. hom.

Et per hoc patet quod d. §. nos itaque. non loquitur de uera bono. possess. Sed de decretali quæ habet naturam facti. de qua in d. §. decretalis. Et probatur ponderando illum tex. qui postquam dixit quod furiosus nō potest agnoscere bono. poss. subdit, quod curatori imponitur necessitas petendi illam bono. possess. quæ antea ex decreto dabatur, & eam habere ad similitudinē bonor. possess. Et sic patet quod duæ sunt bono. possess. quæ competunt, Vna uera quæ non petitur, Alia quæ olim ex decreto dabatur, & eam petit, & habet ad similitudinem bonor. poss. ueræ. Nam sicut uera bonor. possess. per l. constantinianam non requirit solemnitatem. ita & ista quę agnoscitur pro furioso, Et sic innuit propter dictionem eam, quod quædam erat bono. possess. quæ dabatur ex decreto, & quædam non, quia relatiuum restringit antecedens de sui natura. ut nota. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Et confirmatur, quia tex. dicit quod per legem constantinianam introducta fuit obseruatio quæ pro antiqua sufficit petitione, & nihil dicit de decreto, Sed solum de quadam solemnitate uerborum quæ requirebatur in petitione. Vnde uidetur quod in ueris bono. possessionibus solummodo requireretur quædam obseruatio uerborum, nō decretum, quod etiam uidetur innuere tex. hic. qui solum facit mentionem de solemnitate uerb. captiosa quę nō potest conuenire decreto, quia decretum non erat captiosum. Facit etiam tex. in l. 1. inf. commu. de success. qui solum facit mentionem de solemnitate uerborum in petitione, & sic decretum solum requiritur in bono. possessionibus extraordinariis, & in illa quæ datur furioso, quæ eis æquiparatur. Suadentur & quarto prædicta in §. tali itaque. dum facit differentiam inter hæreditatem & legata, nam legata acquiruntur reuocabiliter ergo hæreditas non acquiritur nec reuocabiliter nec irreuocabiliter, & sic illa bonor. possessio. furiosi habet naturam facti. Nec obstat si dicatur quod hodie etiam requireretur decretum, quia potest concedi in illis tribus bono. possessionibus extraordinariis. Sed in bonorum possess. furiosi hoc fuit correctum per l. nostram, quia a principio habet naturam iuris, & propter impedimentum furiosi efficitur facti, ut supr. dixi in l. infantis. Et ideo sufficit agnitio, & hoc etiam uoluit sētire tex. ibi, mediam uiam eligentes. Ex quibus patet ꝙ aliqua fundamenta contra communem persistunt in uiribus suis pro opinione Bulg. s. tex. in §. nos itaque. & tex. in d. l. 2. §. siquis ex liberis. & tex. in d. §. decretalis. coniuncto. §. furiosi. Quarto etiam stringit illa ratio, quod tabulis clausis potest peti. l. 1. §. sufficit. ff. de secun. tabu. coniuncta. l. 1. ff. quemad. test. aperi. Quinto etiam facit, quia de iure antiquo erat in usu hoc uerbū agnoscere. l. cum quidam. & l. 3. §. inuito. ff. eo. & l. 3. §. fin. ibi, ordinarium agnoscere. ff. de carb. edict. & l. fin. ff. de secun. tabu. Et tenendo istam partem potest responderi illis quatuor. ll. quæ uidentur uelle bonorum possessionem dari decreto, quia nō dicunt quod detur cum decreto. Sed dicūt quod per decretum possint admitti ad bono. possess. nam aliquando potest esse difficultas an prætor uoluerit eos uocare ad successionē, & super hoc incidenti interponetur decretum, declarādo quod sint uocati ex edicto, non tamen per hoc sequitur quod bonorum possessio detur decreto, sed illa sine decreto agnosci potest postea ut dixi in l. cum quidam. ff. eo.

Ex quibus patet quod opinio Fulg. est multum sub-
16 stentabilis & uidetur multum iuridica. †Siquis tamen uellet defendere communem opinionem ita considerare potest. Nam negari non potest & omnes admittunt quod bonorum possessio iuris potest & debet peti, ut patet in omnibus. ll. loquentibus in materia. Similiter etiam omnes admittunt quod prætor aliquid debet dare, ut probatur in l. 1. §. fi. ff. de offic. eius. & in l. 1. ff. de iurisdic. om. iud. ibi, ut bonorum possessio detur. & in l. 1. ff. ut ex legi. ibi, dabo. cum concordantibus, Si igitur quid peti debet, & quid debet dari a prætore, ergo necessario requiritur sententia iudicis quæ appellatur decretum, Sicut uidemus quod quando petitur executio sententiæ pronuntiatur primo exequendam esse sententiam, & postea de facto fiat executio sētentiæ, ut notat. in d. l. 1. §. fi. de offic. eiu. & l. iubere cauere. ff. de iurisdic. omn. iudic. Omnis enim uox iudicis aliquid decernentis decretum dici potest, ut per Theophi. in d. §. quod principi. insti. de iur. natu. l. decreta. ff. de re iud. & l. 1. ff. ubi pupillus educ. deb. & l. si præses. sup. de prædi. minor. & l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. Nam cum prætor non habeat hęreditatem marsupio nihil potest dare nisi decernendo ꝙ acquiratur. l. 1. & 2. ff. eo.

Confirmatur etiam, quia si minor uult alienare petitur licentia alienandi & prætor concedendo dicitur interponere decretū. l. 1. ff. de reb. eor. Similiter si prætor se interponit dando licentiam transigendi de alimentis dicitur interponere decretum. l. cum ii. §. si prętor ff. de transactio. ergo eodem modo interponendo authoritatem, & concedendo licentiam accipiendi bono. possess. dicetur decreto dare bono. possess. sicut decreto dicitur fieri transactio, & res minoris dicitur decreto alienari, & sententia ex decreto, cum decretū sit omnis determinatio iudicis nō continens condēnationem uel absolutionem. l. & si præses. & ibi nota. ff. de pred. mino. & l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. inf.

Suadetur etiam, quia si bonorum possess. datio. erat mixti imperii ut not. in l. 1. ff. de iur. omnium iudi. ergo prætor decernebat, quia quod sit meri uel mixti imperii non prodest considerare nisi interponeretur decretum & causæ cognitio, ut no. in l. cognitio. §. ut detur. ff. de offic. eius. Secundo facit, nam conuenientius est quod ille bono. possess. facti cum minori causæ cognitione tribuantur quam bonorum possessiones iuris quæ secundum communiter scribentes existente cōtradictore præiudicant plene, ut no. in l. 1. sup. eodem. ille uero extraordinariæ non præiudicant nisi in certo tempore. argu. l. quotiens. sup. de præcib. imperat. offerre. Præterea tex. in §. si causa cognita non potest uerificari in bonorum possess. facti, quia in illis non requiritur plenaria causæ cognitio. l. 3. §. duæ sunt causę. ff. de carb. edic. & l. 1. §. si ea. ff. de uent. in possessio. mitte. ibi, summatim de re cognoscit. & ideo necessario uerificatur in bonorum possessionibus iuris, ergo in illis requiritur causæ cognitio & decretum.

Quarto suadetur, quia clarum est ꝙ tex. noster loquitur de omnibus bono. possess. s. quia positus fuit in hoc titu. generali, & institu. eo. in fi. Sed tex. in §. nos itaque. loquitur

loquitur de bono. posses. quæ fuit correcta per l. nostram. ergo loquitur de bono. posses. Et illa uerba, quæ antea ex decreto dabatur, cum sequentibus, habent alium sensum, & intelliguntur de uera bonorum posse. nam dicit quod furiosus non potest agnoscere uel hæreditatem adire, & sic loquitur de uera bono. possessio. quæ tribuit ius, & postea dicit quod curator petit eam quæ antea ex decreto dabatur, & intelligit de decreta li circa bono. poss. iuris. cum in illis (ut dixi) requirebatur factum prætoris, Et illa uerba, ad similitudinem bono. posses. habere, intelliguntur. s. antiquæ, quæ decreto dabatur, cum de ea loquatur in præcedenti, & hoc patet, quia sequitur, cum l. constantiniana &c. quæ loquitur de omn. bon. posses. Et sic patet quod loquitur de bono. posses. iuris, & per cōsequens quod antea dabatur ex decreto & probat communem opinionē, Non obst. quod illa habeat naturam eorum quæ sunt facti, quia negatur, cum immo habeat naturam earum quæ sunt iuris, quia si statim furiosus desineret esse furiosus tribueret uerum ius, Aliæ uero extraordinariæ nunquam possunt tribuere ius, & sic est facti secundum quid, non proprie. i. propter accidens, cum furiosus per se non posit acquirere, nec curator ei posit auctorari. Non obstat. §. decretalis. quia non loquitur de illa quæ datur furioso, Sed loquitur de alia ordinaria quæ duplex est, ut sup. dictum fuit in rubr. & ideo inter. §. furiosi, & §. decretalis est alius. §. intermedius. Non obst. alia adducta in contrarium, quia respondetur ꝙ decretum in ordinariis aliquādo interponitur cū causæ cognitione, & aliquando non, ut quando erat cōtradictor, & quando erant difficultates, ut d. l. Saluius cum concordantibus interponebatur causæ cognitio, alias autem summaria causæ cognitio interueniebat.

Nec obstant illa uerba, decretum de plano interponi non potest, quia referuntur ad præcedentia, & exponitur decretum. s. cum plena causæ cognitione de plano interponi non potest, Nam decretum quodam est contentiosum, & quodam non contentiosum, decretū contentiosum est quando in iudicio apparent contradictores, & hoc de plano interponi non potest, Decretum non contentiosum est quando non apparent contradictores in iudicio, & hoc de plano interponi potest, Et hæc distinctio procedit æqualiter in bonorum posses. dicendum est igitur quod existente contradictore interponebat decretum cum plena causæ cognitione, Et non existente contradictore bonorum possessio decernebatur de plano sine causæ cognitione. Item clarum est quod bonorum possessio cōpetens furioso debetur ex decreto. d. §. nos itaque. & d. §. siqs ex liberis. Sed non potest dici quod decretum requireretur sicut in aliis bonorum possessionibus facti, ergo debet dici quod requirebatur quia ea erat natura omnium bonorum possessionum. Nec obstat quod in secunda uice non fiat mentio de decreto quia primum decretum sufficit & reconualescebat ex secunda petitione, sicut dicitur de portione accrescente in §. pen. instit. eo. cogita tamen, quia negari non potest quin articulus sit difficilis. Difficultas causata fuit a cōpilatoribus, qui scientes ex mente Pauli quod si nouū esset sublatum decretum, nē esset contradictio aperta in iure, seu in compilatione, amputauerunt leges loquentes de decreto, ut non clare appareret de isto decreto interponendo, tantum ueritas erat, & clara quod requirebatur, quodque mutilatione remāsit apud ius dubium, sic de differentia legatorum tempore Digestorum, ut not. in rubr. ff. De lega. 1. ubi latissime dixi.

17 Quinto not. ibi †amplectendæ hæreditatis, ꝙ bono. posses. appellatur hereditas, facit quod dixi supra in diffinitione. Nam hic capit hæreditatem in abstracto pro ut se refert ad defunctum. i. illud uniuersale ius quod continet res hæreditarias, quod appellatur successio. Ex quo dubitat hic Fulg. an iste qui dicit se adire hæreditatem uideatur agnoscere bonorum possessionem coram iudice si de iure prætorio uocatur, in quo Dec. hic facit duos casus. Primus est, quando nisi de iure prætorio possit succedere, & in hoc concludit quod uidetur agnoscere bonorum posses. & uerba impropriātur, ut uolebat hic Fulg. & Bal. in l. 1. per illum textum. infra unde liberi. & l. 1. in prim. quæstione. sup. eodem. quia uerba intelliguntur eo modo quo uerificari possunt. l. quibus diebus. §. dominus seruo. & ibi Bart. ff. de condit. & dem. & l. hæredibus. §. fi. ff. ad treb. & l. fundus qui locatus. ff. de fundo instructo. facit. l. mulier. §. 1. ff. de condit. institutionum. Sed Cor. intelligit si ipse & iudex sciebant uellet agnoscere bonorum possessio. Quod mihi placet quicquid dicat hic Dec. quia animus præsumitur secundum significationem uerborum nisi de contrario constet. l. Labeo. in fine. ff. ad suppel. leg. & l. non aliter. ff. de leg. 3. Nec est uerum quod iudex præsumatur scire animum ex quo coram eo aditur. l. non hoc. inf. unde legit. & nihil impedit adire hæreditatem coram iudice ut de ea cōstare posset in iudicio. Puto ergo dicendum quod si in agnitione esset facta præfatio, ut si dixisset, quoniam mihi delata est bonorum posses. in bonis talis ex tali capite ideo adeo hæreditatem, Nam hoc casu sinedubio esset agnita bonorū possessio, quia appareret de uoluntate accipientis & de intelligentia iudicis, Sed si dixisset, quia mihi delata est hæreditas ideo adeo hæreditatem, tunc nō esset agnita bonorum possessio etiam quod illa sola cōpeteret, quia non constaret de mente sua, nec appareret quod iudex sciret eius mentem. Aduertas tamen quod sufficeret quælibet coniectura etiam extrinsecus ad demōstrandum quod iudex sciuerit, constare tamen debet, Et ad dictum Bal. puto aliter posse responderi, quia fideicommissi acceptatio non potest fieri ex simplici uoluntate, Sed requiritur hæredis restitutio. l. facta. ff. ad trebel. unde dicendo se adiuisse non probat ius suum, quia non pendet ex sua uoluntate, sed a facto restituentis, Sed si faceret mentionem de restitutione sibi facta, & postea diceret adeo hæreditatem, optime procederet libellus per prædicta, argu. l. seruo inuito. ff. ad tre-

18 bel. Secundus † est casus quando de iure ciuili & prætorio potest successio acceptari, & in hoc communis est conclusio ut per Alex. hic quod non uidetur agnoscere bonorum posses. & sequitur Dec. hic & bene. Nā alias non posset distingui quando quis acceptaret de iure ciuili, & quando de iure prætorio.

19 Glo. in uerbo † excludamus. duobus modis exponit tex. ut per eam. Sed nulla placet, quia non facit ad propositum bono. posses. & per istam. l. Constantinus uoluit tollere solemnitatem antiquam requisitam in bonorum posses. l. fi. §. nos itaque. sup. de cur. fur. & l. 1. in fr. cōm. de succes. Et ideo placet ꝙ se referat ad obseruationem antiquitus requisitam ad bono. posses. & est sēsus, ut excludamus cautiones &c. ita obseruari decernimus, uel si habes excludimus, ita dicas, ut excludimus per præsentem nostram. i. captiones uerborū &c. ita obseruari mandamus, hoc est sicut excludimus captiones uerborū in petitione olim necessaria ita obseruari decernimus ex parte iudicis ut non sit necessariū ꝙ pro parte sua interponat decretum, sed sufficiat qualiscunque testatio coram quocunque iudice facta amplectendæ hæreditatis. Glo. in uer. testari tria facit, declarat, infert, & opponit, Ex prima habes quod non est necesse aperiri tabulas, nec requiritur hodie decretum de quo supra plene. Ex secunda infertur quod hodie non est necessaria decretalis. Quod uerum est, sed loco ipsius succedit iudicialis, Ex tertia habes correctionē. l. 1. inf. cōmu. de succes. quod mihi placet, quia illa fuit ante Constantinum.

20 Glo. fi. ponit † duos intellectus. primus est, ꝙ si aliquis repudiat bon. posses. ante tempus finitū ꝙ sequenti incipit currere tēpus etiam ei inuito, & istum intellectū se-

quuntur communiter Docto. Sed mihi nõ placet, quia repugnat literæ propter uerba eo adito, quæ importãt noui iuris adiunctionem, Nec placet saluatio Decii q; non intendat aliquid inducere respectu temporis, & sic potius sit aditio declaratiua, quia hoc non potest accommodari menti literæ quæ uenit correctiue, nõ declaratiue, Et hoc erat antea determinatum per §. pen. institu. eod. ibi, ex eodem edicto, Secundo obstat, quia textus dicit, quasi suum suis curriculis, ergo uere nõ erat in suis curriculis, quod non procederet primo repudiante, Tertio obst. quia tex. dicit, inter alienam uicẽ, quod non est primo repudiante, Nec placent saluationes, Dec. quia nõ tollunt improprietatem uerborum & uiolationes literę, & non debent sumi interpretatio ut in lege sit superfluitas & impropriatio. arg. l. non aliter ff. de leg. 3. Et uere non potest dici intra alienã uicem alio repudiante, nec attento edicto erat intra alienam uicem, Et idem est in illis uerbis quasi suis sita curriculis, quia primo repudiante sunt sui curriculi uere ex dispositione prætoris antiqua in edicto posita, ut infra dicunt omnes. Et ista impropriatio solum tollerari posset quando alius non posset accommodari intellectus, Nihilominus iste intellectus est in se uerus, Et secundũ eum uerbum exeratur, debet exponi. i. aperiatur, quasi dicat, si accidat quod bonorum posses. properãtius aperiatur secundo intra uicem alienam proprioris gradus cum certũ tempus potuisset forsan si uoluisset expectare, Nihilominus tamen &c. Sed debet aduerbiũ bonor. poss. uel edictum. Quæ additio nõ congruit literę, cum sup. solum dixerit de testatione quæ nõ aperitur, Sed si properãtius, & illa habet firmitatem. Et sic recte ponderando literam nõ potest stare expositio, aperiatur, unde ut dixi intellectus non congruit literæ.

21 Et ex eo infertur, q; si datur terminus duobus successiue, primo renuntiante incipit tempus secundo, ut per Bal. & Alex. hic. Sed Corn. contradicit, quia in edicto prætoris hoc erat expressum ut tempus incipiat renuntiante primo, Sed in exemplo doct. non, & termini nõ sunt pares. Sed Dec. defendit, quia ista dilatio debet interpretari de iure communi. Quod mihi non placet, quia de iure communi non reperitur quod cõcessio termini recipiat hanc interpretationem extra bon. poss. & potius suadetur contrarium cũ hoc expræsserit prætor in edicto. d. §. quibus. ff. de succes. edic. & ab eo manifeste fuit introductum ne creditores fraudarentur, & sic uere æquiparatio non est in terminis.

Vnde putarem ita distinguendum, Aut assignatur tẽpus ordine successiuo quia probationes ultimæ nõ possunt fieri nisi perfectis primis, ut in termino dato ad reprobationem scripturarum uel testium, Et tunc puto mentem fuisse prætoris dare terminum ad reprobãdum statim, cum terminus datus ad probandum est finitus, & ideo si renuntiauit primus incipit tempus currere secundo propter successionem, Sed si se compatiũtur inuicem probationes tunc puto omnino opinionẽ Cornei ueram esse quia de iure non reperitur contrarium, nec apparet de tali uoluntate iudicis. Vel potest dici quod quando terminus est datus ad unum actum tantum ut ad probandum uel reprobandũ, & tunc terminus nõ est communis, quia communionem legis iudex uoluit diuidere pro commoditate partium, & cessat dispositio legis. arg. l. fi. sup. de pact. conuen.

Sed si terminus datur uni ad probãdum & alteri ad reprobandum tunc uterque terminus in dubio est communis utique parti, quia alias actor non haberet terminum ad reprobandum, nec reus ad probandum, ideo fit interpretatio ut sit communis. arg. l. petendæ. de tẽpori. in integr. resti. Et si hoc casu renuntiaret unius renuntiatio nõ ualeret in præiudiciũ alterius, & nõ posset procedere dictum Bal. Sed si uterque renuntiaret, tunc procederet distinctio prædicta. Secundus est intellectus quod infra tempora primi si secundus petat non sibi præiudicat quin possit postea tempore suo de nouo petere. Sed iste secundus intellectus nimis repugnat literæ, quia tex. dicit quod ualet agnitio, non autem quod sibi non præiudicat, & quod prodest, nõ autem quod non nocet. Tertium ponit intellectum hic Rom. quod secundus possit petere durante tempore primi, nam si primus postea excludatur reconualidatur petitio ista perinde ac si esset facta tempore suo, Sed Aret. & Dec. repræhendunt per l. is potest, ff. de acqu. hæred. & l. si filius. §. Papinianus. & §. cum filius. ff. de bon. libert. & correctio non est inducenda nisi constet expresse.

23 Mihi uero † magis placet iste intellectus quia uerba hoc innuunt ex mente & eorum significatione, Nec inconuenit quod corrigantur. ll. antiquæ, quia hic constat Constantinum uoluisse auferre omnes difficultates antiquas, & prouidere ne subditi amittant ius suum uel per tempus uel alio modo, & bonorũ possessio fundatur in æquitate & requirit pręsentiam iudicis quam non requirit hæreditatis aditio, unde non est inconueniens quod unum aliud inducatur in eius fauorem. argu. l. si eum. ff. de iure iura. & stabit in pendenti, donec superueniat tempus, sicut habetur in l. 2. in §. si sub conditione, ff. de secundum tabu. Et istam pendentiam bonorum possessio solita est accipere. l. 3. §. acquirere. ff. eo. & l. bonorum. ff. re. rat. hab. quod non est in hæreditate. l. actus legitimi. ff. de reg. iur. Et facit. l. 1. §. filiusfa. de leg. 3. ubi actus non solemnis dependens a uolũtate potest fieri in tempore inhabili & reconualescit cessante impedimento. & cum hodie ista agnitio fiat sine solemnitate, conueniens est quod possit fieri tempore inhabili, & reconualescat per habilitatem superuenientem propter commoditatem subditorum, & satis probari uidetur in l. filii mater. §. 1. secundum unũ intellectum. ff. ad tert. ubi consanguineus potest adire ante repudiationem. Nec ob. quod hic non constet de correctione, quia uerba conditio, & decernitur, quæ debent coniungi, denotant noui iuris inductionem, ut not. in l. Gallus. ff. de liber. & posthu.

24 Quærit † etiam Corne. an hæc lex tollat solemnitatẽ decreti in bono. posses. facti. Et Bal. hic cõcludit q; carboniana & uentris nomine etiam hodie requirunt decretũ & factum iudicis, Sed illa quæ datur gratia litis agnoscendæ, de qua notatur in l. 2. ff. de inoffic. testa. non requirit gratia minuendarum litium. Et hæc opinio uidetur probari in l. 3. §. duæ sunt causæ. ff. de carbo. edic. l. 1. §. si ea. de uent. in posses. mittendo. ubi decretũ quod requiritur in summaria cognitione an sit filius uel non, etiam hodie interuenire debet ne fiat præiudicium ueris hæredibus sine causa. Et uidetur cessare ratio istius legis, quia omnino adeundus est iudex qui inquirat summatim an sit filius uel non. Sed ego puto quod in omnibus indistincte sit sublata solemnitas petitionis & decreti, per tex. nostrum, quia militat eadem ratio, & ideo carboniana poterit agnosci coram quocunque iudice, & hoc uidetur sentire Bart. hic post glo. qui simpliciter dicunt quod non reperitur decretalis. Non obstant contraria, quia illa iura loquuntur de iudicio possessorio rerum, Nam si agnati possideant, & filius uelit se mitti in possessionem, missio illa actualis debet fieri sine summaria causæ cognitione, sicut si quis agnouerit bono. posses. non debet mitti in possessionẽ rerum nisi interueniat causæ cognitio de qua in l. fin. sup. de edic. diu. Adr. toll. uel si intentatur interdictum quorum bonorum uel bonorum possessoria hæreditatis petitio. Solum. n. corriguntur iura in eo q; requirebant decretum ad concedendã possessionem illius iuris uniuersalis, & in hoc correctio fuit generalissima, & sic illa iura partim corriguntur & partim non, Et effectus est magnus, quia illud iudicium possessorium poterit fieri quocunque tempore, quia agnita bono. poss. nullum tempus currit in possessione.

Quærunt

25 Querunt etiam †hic doct. an hæc l. procedat in bon. poss. contra tabu. & Martin. Bald. & Corn. & communi ter alii sentiũt quod sic, quia tex. noster generaliter loq tur, & ponitur in hoc titulo generaliter, secus in quære la, quia hæc l. non loquitur nisi de solemnitate prætoria, in bonorum possessionibus quæ non decernebantur per modum iudicii, non autem in illis quæ fiebant in forma iudicii, ut quærela & possessoria hæreditatis petitione, ut statim dictum fuit.

26 Quærit etiam hic †Corn. an possint esse aliqui casus in quibus hodie in ordinariis bonor. poss. possit interponi decretum, & dicit quod sic, ut si absens mittat procuratorem ad petendum, confisus de iudice, uel pupillus agnoscat, uel adsit contradictor, sed ego puto quod in nullo casu hodie possit esse decretalis bonorum possess. quia iudex hodie non habet authoritatem concedendi bono. possess. quia per hanc. l. eis sublata fuit tota potestas, & transfusa est in ipso successore, qui ex se eam agnoscere potest coram iudice, & licet millies iudex decretum interponeret, tamẽ cum suo decreto nõ daret bonorum poss. quia hanc facultatem dandi non habet, cum sit sublata per hanc. l. & nemo dat ꝙ non habet. l. traditio. ff. de acq. rerum dom. Sicut si in aditione hæreditatis iudex interponeret decretum non diceretur decretalis aditio, ita nec decretalis bonorum poss. erit, quia decretum non mutat actum, sed addit authoritatem, ut no. in rub. sup. eo. Et ideo si existente contradictore interponatur aliquod decretum non erit decretum concessorium iuris, sed declaratorium iuris a lege concessi, sicut reiuendicatio. le. ex diuerso. §. 1. ff. de reiuendi. & no. in l. licet minimam. ff. de peti. hære. Et in pupillo uel inhabili iudex supplebit defectum tutoris. non autem per decretum suum tribuet ius. l. si infanti. inf. de iur. deli. unde nunquam hodie erit decretalis in concedendo illo iure uniuersali.

27 Vltimo † quæro an hodie bonorum possessio posit agnosci per seruum, uel fœminam, uel extraneum, uel alium inhabilem iux. l. seruus. & l. pe. ff. eod. & uidetur dicendum quod non, quia hodie iudex nihil tribuit, ut supra dixi, ergo istæ personæ inhabiles non possunt admitti, quia totum fundamentum illarum legum est, ꝙ iudex scienter uoluit tribuere ius, certus de conditione personarum, quod hodie non potest facere, quia amplius non tribuit ius, nec præsentia iudicis potest habilitare personas inhabiles, sicut non facit in manumissione, in insinuationibus, uel decretis minorum, & in aliis monumentis, iuxta. §. iusiurandum. in authentic. de defens. ciuit. cum non reperiatur iure, quod seruus uel fœmina posit gerere illos actus nomine alterius, sed requiruntur habiles procuratores, & sic uidetur quod dicta l. seruus. & d. l. penul. sint correctæ excepto in seruo instituto.

In contrarium tamen facit, quia euitanda est ll. correctio, & non reperiuntur dictæ leges correctæ. arg. le. præcipimus. in fi. de appel. Et facit etiam, quia si antiqtus istæ personæ admittebantur quando aliqua forma iudicii interueniebat, tanto magis hodie, cum non requiratur aliqua forma iudicii, & istam partem uidetur sentire docto. licet neminem inuenerim expresse formantem hanc quæstionem, sed ego puto ita esse dicendum. Nam aut tenemus opinionem quod hodie ꝑ procuratorem non potest agnosci bonorum poss. sicut nec hæreditas adiri. l. Paulus. ff. de acq. hæredi. de qua per Bar. ibi, & per Dec. in l. prima. inf. titulo primo. & tunc clara est conclusio, quod præfatæ leges sunt correctæ, quia corrigitur etiam tex. in d. l. 3. §. acquirere. ff. eodẽ. cum si procurator habens mandatum non potest, tãto minus inhabiles & sine mandato, sed si tenemus aliam opinionem quod per procuratorem posit agnosci bonorum possessione quam tenuit Bartolus. & ego teneo in lege prima. infra titulo primo. & tunc militat difficultas supra dicta.

Nihilominus ego puto quod tales personæ inhabiles possint cognoscere nomine alterius, quia. l. nostra uoluit prouidere omnibus difficultatibus agnoscendi non inducere eas, & posset esse quod aliqui scirent bonorum poss. delatam sibi, & essent in longinquis partibus ita quod non possent adire iudicem suum, & forsan non haberent commoditatem constituendi procuratorem suum, & tempus eis curreret & priuarētur successione, Vnde æquum est illas personas posse admitti ad agnoscendum bonorum poss. quę agnitio confirmetur postea ex ratihabitione subsequenti facta tamen intra tempus. iux. l. bonorum. ff. rem ratam hab. & l. 3. §. acquirere. ff. eod. & effectus erit maximus, quia ratihabitio poterit fieri ab absente cum non requirat præsentiam iudicis. Et hoc etiam suadetur ex utilitate creditorum, de qua in l. 1. ff. de success. edict. & §. cum igitur. in sti. eo. quam uidetur considerare. l. nostra in fi. inducendo ut supra dixi, & sic omnes leges antiquæ remanent incorrectæ, & est speciale in bonorum poss. Sed tamen ego in speciali casu. l. penultim. ff. eod. putarem hodie necessariam esse ratihabitionem, quia non reperitur ꝙ mater. hodie habeat facultatem acquirẽdi filiis sine ratihabitione tutoris, quamuis antiquitus poterat propter authoritatem iudicis, ut dixi in lege infantis. supra eo. cogita tamen, & ex iis sit expedita ista lex. die. 23. Deccembris.

Ioan. Bologn. V. I. D. Bononiensis, Salerni & postea Neapoli repetens. de anno. 1553.

Summaria super Rub. C. Quando Non Petentium Partes.

1 *CONTINVATIO rubricæ communis.*
2 *Continuatio Decii refertur & reprehenditur.*
3 *Continuatio noua traditur.*
4 *Dictio, quando, quid significet in hac rubrica.*
5 *Dictio, petentium, quare posita sit in rubrica.*
6 *Rubricarum uerba intelligenda sunt secundum tempora sua.*
7 *In bonis morientis succeditur dupliciter, principaliter, & causatiue.*
8 *Princi palis successio est quando quis succedit ex prima uocatione.*
9 *Causatiua successio est quando succedit quis ex secunda uocatione in defectum primi, & fit octo modis.*
10 *Successio causatiua aliquando fit ei qui acquisiuit, aliquando ei qui nondum acquisiuit, & exempla ponuntur.*
11 *Transmissio quid sit, & in quo differt a substitutione,*
12 *Acquisitio legalis quid sit, & in quo differt ab aliis successionibus.*
13 *Substitutio uulgaris in quo differat a transmissione.*
14 *Successorium edictum quid sit, & in quo differat ab aliis modis succedendi.*
15 *Ius accrescendi & ius non decrescendi quomodo distinguantur inuicem.*
16 *Coniunctio quid sit & quomodo diuidatur.*
17 *Coniũctio est plena & semiplena, & disiunctio plena & semiplena, & quomodo distinguatur.*
18 *Coniunctio est re & uerbis, aut re tantum, aut uerbis tantum.*
19 *Ius accrescendi quando habeat locum.*
20 *Ius non decrescendi quando habeat locum.*
21 *Lex ista potest intelligi de iure accrescendi & non decrescendi secundum uaria exempla.*
22 *Ius accrescendi quomodo diffiniatur & reprobantur diffinitiones aliorum.*
23 *Nouiter diffinitur ius accrescendi duobus modis considerando.*
24 *Ius non decrescendi quomodo diffiniatur.*
25 *Lex 1. §. ubi autem C. de cad. tol. declaratur.*
26 *§. si eadem, inst. de leg. declaratur.*

Ius ac.

27 *Ius accrescendi introductum fuit. l. duodecim tabularum. & in bonorum poss. a prætore.*
28 *Quæ sint necessaria ad hoc ut habeat locum ius accrescendi.*
29 *In quibus casibus cessat ius accrescendi.*
30 *Quæ fuerit ratio inducendi ius accrescendi, & reprobatur omnis ratio doctorum.*
31 *Ratio noua adducitur introducendi ius accrescendi in successione ab intestato.*
32 *In successione ex testamento inter disiunctos ratio communis defenditur.*
33 *In successione ex testamento inter coniunctos ratio fundatur in uoluntate testatoris.*
34 *Quare testator non potest prohibere ius accrescendi & quando. & nu. 41.*
35 *Portio quomodo accrescat per ius accrescendi, an portioni, uel personæ.*
36 *Portio an accrescat inuitis semper.*
37 *Ius accrescendi an procedat ex uoluntate testatoris, uel iuris dispositione.*
38 *Ius accrescendi quando ueniat ex sola legis dispositione.*
39 *Ius accrescendi quando ueniat principaliter ex uoluntate testatoris.*
40 *Noua distinctio quando ius accrescendi ueniat ex sola legis dispositione, uel testatoris.*
41 *Testator quando possit prohibere ius accrescendi. & numero 24.*
42 *Quare ius substitutionis uincat ius accrescendi, uariæ rationes referuntur.*
43 *In quibus casibus ius accrescendi uincit substitutionē narratur.*
44 *Quare ius transmissionis uincat ius accrescendi, nouiter declaratur.*
45 *Quare ius accrescendi uincat successorium edictum, & quando.*
46 *Quare plura capita in eadem persona admittantur.*

Repetitio Rubr. C. Quando non petentium partes.

STE Titulus quamuis breuis sit difficilis tamen est, & continet materiam profundam, quam doctores late explicauerunt in l. reconiuncti, ff. de leg. 3. & ideo hic succincte & irresoluti suspenso pede ambulauerūt, ego autem perfecte explicabo omnia ea quæ respiciunt generalē cognitionem terminorum, & introducunt iuuenes ad plenam intelligentiam eius, & sequendo ordinem aliorū, primo tangam aliqua respicientia Rubricam.

1 Continuatur igitur hæc rubrica secundum glo. sup. uisum est qualiter admittatur ad bonorum possess. illi quibus defertur bonorum pos. Verum quia aliquando illorum qui admittuntur partim acceptant, & partim repudiant, & potest dubitari quando & quibus portio non petentium accrescat, ideo hic ponitur rubrica quādo non petentium partes. Hæc est continuatio glo. breuibus uerbis tradita & communiter approbata. Sed cā reprehendit Dec. quia non continet specialem rationem quare potius posita fuerit post præcedentem titulum quam post sequentes titulos, cum ea attenta etiam potuisset poni post quemlibet sequentem titulum tractantem de particulari bonorum poss. tam secundū tabulas, quam contra tab.

2 Ideo ipse dicit † ita continuari posse, supra uisum est de iis qui immediate uocantur ad bonorum possessionem ex persona sua, nunc modo uidendum est de iis q admittuntur ex persona alterius mediante iure accrescendi. Sed hæc continuatio non est bona, quia ea attēta oportuisset necessario ponere hāc rubricam post omnes titulos specialium bonorum possess. etiam in illis immediate succedatur, & postea ponere de illis qui ex persona aliorum uocantur, & sic debuisset poni immediate ante titulum de successorio edicto, ubi tractatur de iis qui mediate uocantur, uel saltem ille titulus debuisset immediate poni post istum. Item laborat eodē morbo quo illa glo. quia conuenit etiam titulis sequētibus. Ideo melior est continuatio glo. Nec obst. quod non contineat specialem rationem quare potius ponatur hic quam fuerit posita post titulos sequentes, quia immo habet specialem rationem, cum hæc qualitas iuris accrescendi conueniat omnibus bonorum poss. & cōuenienter posita fuit hæc rubrica post titulum præcedentem tractantem de omnibus bonorum poss. & si fuisset posita post aliquos titulos particulares potuisset dubitari an haberet locum in aliis, item qualitas concernit admissionem & modum acquirendi, non substantiam bonorum poss. de qua qualitate tractatur in titulo præcedenti, & in sequētibus titulis solum tractatur de substantia bono. poss.

3 Potest † etiam aliter continuari. supra uisum est de iis qui admittuntur ad bonorum poss. per actum iudicialem naturalem, Verum quia aliquando bonor. poss. acquiritur sine facto hominis per ius accrescendi, d. l. 3. §. fi. ff. eo. cum l. seq. in uer. cæteri, ideo uidendum est qn̄ habeat locum ius accrescendi, ideo ponitur rubri. ista, & potius hic quam post titulos sequentes fuit collocata, quia hæc qualitas acquisitionis non ponitur in titulis sequentibus. sed in ea se referunt ad præcedentem titulum, & hæc quantum ad continuationem, sed quātum ad uerba rubricæ, duæ etiam sunt difficultates.

4 Prima est, † quia cū in ea ponatur dictio, quando, presupponitur quod nō semper hæc propositio habeat locum, & sic aliquando portio accrescat, & aliquando nō accrescat. argum. rub. quando mulier tut. off. fung. & rub. quando ex facto tut. & rub. quando dies leg. cedat. cum simil. in quibus apparet quod ille actus non semper habet locum. Et contrarium dicitur in tex. & in le. 3. §. fina. quod immo semper habet locum ius accrescēdi, & illa uerba cessante legitima successione, nihil important quantum ad ius accrescendi, secundum docto. Potest solui tribus modis. Primo exponendo, quando, pro quia. l. cum te. C. de pact. inter empto. & uendit. & l. fi. inf. qui ad lib. proclam. non poss. & per Bar. in l. prima. colum. 1. & in l. demonstratio. §. 1. & l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de cond. & demonst. & generaliter dictio, quando, ponitur causaliter, ut per Albe. in diction. in uerbo quando. Sed quia hic non est modus rubricandi, Ideo secundo potes exponere quando pro ut, uel melius potes dicere quod rubrica bene iacet, quia in nigro determinatur a contrario sensu etiam qn̄ non habeat locum ius accrescendi, scilicet quando adest legitima successio quæ impedit ius accrescendi in bonorum poss. ut dicam inf. in le. 1. dando intellectum ad literam. Item dicit quotiens pluribus liberis defertur bonorum poss. præsupponit quod tunc habeat locū ius accrescendi quando uocantur una uocatione, taliter quod faciant partem per concursum, uel ab initio, uel postea, secus si ordine successiuo uocarentur, item præsupponit quod tunc habeat locum quando uocantur per eandem speciem succedendi, secus autem si uocarentur diuersa specie successionis. dict. leg. sed cum patrono. ff. eodem. Et sic in nigro ponuntur tres casus in quibus non habet locum ius accrescendi, & per consequens conuenit rubricæ, dum innuit non semper accrescere, & est sensus, in quibus casibus non petētium & cæt.

Aliqui aliter interpretando colligebant ex hac rubregulam, quod dictio, quando, denotat regulam esse in contrarium, allegando infinitas rubri. incipientes per dict. quando. Quos reprehendit Cagno. hic, quia confunditur per hanc rubricam cum aliis similibus supra adductis. Sed tamen ipse postea non respondet prædicto motiuo, quia licet hæc dictio non denotet regulā in con-

in contrarium, tamen denotat quod non semper propositio quam continet habet locum in omni tempore nec in omnibus casibus, & ideo dicendum est. ut supra, quod licet non denotet regulam incontrarium, tamen demonstrat quod non semper dispositio procedit. Item potest dici quod immo hæc Rubrica præsupponit regulam incontrarium, considerando omnẽ modum succedendi, quia cum plures possint succedere ordine successiuo, & diuersis modis succedendi, & eisdem modis, tunc solum habet locum ius accrescendi quando plures succedunt copulatiue, & in eadem specie successionis, & quod non sint expresse distinctæ partes, & per consequens est specialis casus in quo habet locum ius accrescendi & regula est incontrarium, faciunt ea quę dicam infra referendo casus in quibus cessat ius accrescendi.

5 Secunda est† difficultas circa uerba, quare in ea dicitur, quando non petentium partes, cum hodie amplius petitio non interueniat, sed sufficit agnitio. l. fi. sup. eo. & l. fi. §. nos itaque. sup. de cur. furio. Soluit Dec. quod tempore istius. l. erat necessaria petitio, quia nõdum facta fuerat l. fina. sup. eo. Et hic non inducitur ius nouũ, sed refertur ius antiquum, & rub. posita fuit secundum tempus legis. Sed quia hæc solutio non tollit totam difficultatem, cum licet l. 1. fuerit ante Constantinum, tamen rubrica fuit facta a compilatoribus post Constantinum, ideo rubrica debuisset dicere quando non agnoscentium. Vnde ipse soluit & sequitur Curti. quod inter simplicem petitionem & agnitionem non est differentia, ut patet in nigro in quo utrumque uerbum ponitur. Sed Cagnol. repræhendit, quia uerbum, agnoscere refertur ad petentes, & uerbum petere, ad ommittentes. Et hæc uerba naturalem & apertam continent differentiam, quia agnoscere est acceptare quod acquirere potest, petere uero est requirere illud quod sibi præstari debet, ut in rub. & l. 1. ff. de liber. agnos. & in rubr. & per totum. ff. de peti. hæred. Agnitio tamen de iure antiquo nullius erat effectus sine petitione, sed hodie est efficax sine petitione. d. l. fi. sup. eo. Ideo ipse soluit, quod non inconuenit uerbum petere etiam hodie, quia petendo dicitur agnoscere, & sic uirtualiter hodie eum dem effectum important petere, & agnoscere, quia semper denotatur agnitio. Item secundo dicit quod uerbũ petere hodie etiam stat proprie, quia per dictam. l. fin. non est sublata potestas petendi quamuis non sit necessaria, ut per Cur. & alios in l. fina. sup. qui admitti. Et postea concludunt quod affirmatiue nulla est differentia, quia qui non petit non per hoc potest dici quod nõ agnouit, & hæc differentia etiã procederet de iure antiquo, ut hic latius per eum, sed ista non oppugnat Decius nec ipse ea negasset, sed dicit quod non interest, quia lex abutitur istis duobus uerbis, & unum ponit pro alio.

6 Sed mihi† placet quod rubr. & l. 1. loquatur secundũ tempora sua, præsupponendo petitionem necessariã, & recte factum fuit, quia si lex non fuit alterata per cõpilatores, nec rubrica debuit alterari, & posuerunt eam ut inuenerunt, prout etiam fecerunt in rub. & l. 1. infra de iis qu. ant. aper. tab. Et si eam alterassent & aliter fecissent male fecissent, quia cum per inscriptionem appareat quod suo tempore necessaria erat petitio, si alterarentur tempora, nasceretur illa confusio, ad quã tollendam laborant docto. in l. 1. ff. de leg. 1. quod d. l. fin. seruisset nobis de uento, cum apparuisset quod ante eam petitio non erat necessaria. Tunc enim mutanda sunt uerba quando lex corrigens non inseritur in corpore iuris, prout euenerat in d. l. 1. de iis qu. ant. apert. tab. ut ego ponderaui in l. emancipata. sup. qui admit. Sed quando l. corrigens ponitur, necessario uerba sunt relinquenda ut erant tempore suo, ne inducatur illa cõfusio & causetur noua dubitatio inextricabilis. Non obstat quod utrumque uerbum hic ponatur, quia & de iure antiquo utrumque uerbum erat necessarium ad acquirendum. d. l. cum petitione. & l. cum quidam. ff. eodem. hodie uero sufficit agnitio solum. dicta. l. finali. §. nos itaque. supra de cur. furio. Et ideo ad contrariũ formaliter responde ut hic per Decium, quod procedit secundum tempora sua, hodie uero corrigitur per l. fi. sup. qui admi.

Extra glo. docto. hic ad euidentiam examinant aliqua & confuse, sed magistralius quam ipsi faciant & ad

7 maiorem intelligentiam. † Præmittendum est ut sentiebat Dec. in continuatione, quod in bonis alicuius defũcti principaliter succeditur duobus modis, Primo, scilicet immediate & ex persona sua, quod contingit quando quis uocatur in prima uocatione, Secundo & mediate seu causatiue per deficientiam primo loco uocati, quod contingit quando quis uocatur in secunda uel ulteriori uocatione, & propterea est duplex successio, princi-

8 palis, & causatiua. † Principalis successio, scilicet quę datur uocatis in prima uocatione est duplex, scilicet ex testamento, & abintestato, tam de iure ciuili quam prętorio, de quibus plene tractatur inf. per totum hũc sextum librum. & ff. si tabulæ testamenti extabunt. & si ta

9 bulæ testamenti nul. extabunt. † Successio uero causatiua quæ conceditur illis qui sunt in secunda uel ulteriori uocatione ex defectu primi uocati fit octo modis, quorum duo sunt annormali, ut in titulo inst. de eo cui liber causa bona adiiciuntur. & in §. si uero non implens. in auth. de hæred. & falci. Et sex regulares, scilicet successio per substitutionem, successio per trãsmissionem, successio per legis translationem, & per successorium edictum, & ius accrescendi, & ius non decrescẽ

10 di. † Horum autem regularium aliqui præsupponunt personam primi uocati etiam deficientem acquisiuisse prius successionem certo modo, & sequentem ab eo seu mediante eius persona capere, ut est substitutio pupillaris exemplaris & compendiosa, ut insti. de pupill. substi. §. 1. & 2. ubi substitutus est proprie hæres filii, nõ testatoris, nisi mediante persona filii deficientis, & quid sit substitutio in genere, & quid sint substitutiones in specie declaratur late in rub. ff. de uulg. & pupil. Ideo non est insistendum, & idem est in successione per trãs

11 missionem, † nam illa præsupponit transmittentem certo modo acquisiuisse & transmisisse ad hæredes, ut dixi late in l. emancipata. sup. qui admitti. Vbi diffiniui trãsmissionẽ, quod est hæreditatis alicui certo modo competentis in hæredes suos trãslatio. Et hæc differt a substitutione, quia substitutio præsupponit plenam acquisitionem in persona primi, & fit de iure quæsito. Transmissio uero præsupponit solum ius delatum & nondũ acceptatum a primo, & fit proprie de iure quærendo, ut dixi in d. l. emancipata. ubi enumeraui octo casus in quibus transmittitur de iure ciuili, & septem in quibus transmittitur de iure prætorio.

12 Similiter† successio per. l. acquisitionem præsupponit primum acquisiuisse, & fit per patrem & dominum de hæreditate delata existentibus in eorum potestate, & est successio causatiua quæ uenit in consequentiam. l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulga. & pupilla. Et ad acquisitionem perficiendam requiritur aditio eorum prius. l. inde Neratius. ff. ad l. aquil. & l. 3. cum glo. inf. de hær. insti. & l. 1. sup. eo. sed postea transit in dominũ uel patrem l. placet. ff. de acq. hær. & l. si filius hæres. ff. si quis ommissa causa testam. secundum distinctionem de profectitiis & aduentitiis & castrensibus late examinatam in le. 1. sup. qui admit. ut aliquando nihil remaneat penes filium nec momento, d. l. placet. & no. in l.

13 cum filiofam. ff. de leg. 1. | Alii uero modi quibus succeditur deficiente persona prioris pręsupponunt nullum ius acquisitum in persona primi, ut est uulgaris substitutio quæ expirat adita hæreditate. l. post aditam. infr. de insti. & substit. & no. in §. 1. inst. de pupil. subst. Et hæc successio differt a prædictis modis per hanc rationem,

rem,& quia semper fit de iurequærendo, item differt a transmissione, quia illa præsupponit certam acquisitionem saltem fictam, ac etiam uincit eam, & successorium edictum. Item illa fit per legem, sed hæc substitutio fit per dispositionem hominis tantum. Similiter†suc
14 cessio per†successorium edictum præsupponit primo nullam factam acquisitionem, & per repudiationem, uel mortem primi sequentem succedere ipsi defuncto. Successorium autem edictum habet locum inter plures qui sunt de cognatione defuncti uel ex aliqua causa sūt quoquo modo coniuncti defuncti qui gradatim rationabili ordine uocantur ad eius successionem. Et hoc duobus modis fit de linea ad lineam, seu de capite in caput, ut de agnatis ad cognatos, & de filiis ad agnatos, & de liberis ad ascendentes & transuersales, Vel fit de persona in personam. §. repetitis. inst. de succes. lib. & §. placebat. inst. de leg. agno. succes. & habetur in le. qui se patris. inst. unde lib. Item & tertio fit de capite in caput in eadem persona & in diuersa persona. l. 1. §. sed uidendum. ff. de succe. edict.

Et diffinitur, successorium edictum est uocatio sequentis in gradu uel capite in locum deficientis tēpore repudiatione uel morte. Et sic solum operatur ut deficiente priore sequens admitti possit, & differt a tribus primis modis succedendi, quia præsupponit nullum ius in persona deficientis acquisitum, sed perinde est ac si non fuisset in medio. §. pe. inst. eod. Item semper est de iure quærendo. Item differt a transmissione, quia licet in ea fit ius quærendum, tamen illa præsupponit certam acquisitionem saltem fictam propter quam ex persona deficientis sequens capit potestatem acquirendi, Hoc autem præsupponit priorem nunquam fuisse in rerum natura, & ab eo nihil acquirit. Item transmissio p̄supponit necessario mortem, ut dixi in d. l. emācipata, sed successorium edictum non præsupponit necessario mortem, quia sufficit primum excludi tempore uel repudiatione. Item per transmissionem ueniunt hæredes ipsius deficientis. l. 1. de iis qui ante aper. tab. & le. cum antiquioribus. inf. de iur. delib. sed per successoriū edictum ueniunt proximiores primo defuncto & ei succedunt. Similiter differt a uulgari substitutione, quia illa fit propter solam dispositionem hominis, hoc autem fit ex sola legis dispositione, & de suprascriptis omnibus modis succedendi non tractatur in uerbis legis nostræ sed in materia de eis obiter tractatur, & eorum cognitio est necessaria ad tollendas æquiuocationes & contradictiones aliquarum legum, & pro inueniendo intellectu legis nostræ. Aliæ sunt duæ successiones causatiuæ propter deficientiam prioris uocati, Et quæ præsupponunt nullum ius quæsitum in persona prioris deficientis, scilicet per ius accrescendi, & ius non decrescendi, quæ proprie pertinent ad l. nostram, & de eis in uerbis tractatur.

15 Iuris†accrescendi successio conceditur omnibus per l. nostram simul uocatis tam ex testamento quam ab intestato, & habet locum quando plures simul ad aliquā successionem uniuersalem uel particularem uocantur quorum aliqui acceptant, & aliqui repudiant, uel ex alia causa excluduntur, & ab initio faciebant partes, qa unusquisque erat uocatus ad suam portionem, Nā tunc pars deficiens de nouo acquiritur acceptanti, & per cōsequens dicitur accrescere. Ius non decrescendi uero tunc habet locum quando plures uocantur ad eandem rem, & non faciunt ab initio partem, sed unusquisque insolidum uocatur, & tunc faciunt partem quando uolunt diuidere rem, & actualiter consequi. Vnde si eueniat quod unus non petat, alteri totum remanet nō diminutum, igitur si aliqui acceptant & aliqui excludun tur tempore uel morte uel repudiatione, ille qui acceptat consequitur totum non diminutum, & sic habet ius accrescendi, idest habet ius retinendi totum, & faciendi quod non diminuatur re sibi relicta. Igitur differentia inter ius accrescendi & non decrescendi dependet a modo uocationis, nam si uocati ab initio faciunt sibi partem, quia ab initio habent partes separatas, & tunc habet locū ius accrescendi, si uero uocati ab initio nō faciunt partem, sed insolidum uocantur, & tunc habet locum ius non decrescendi, quia non concurrente socio retinent totum ex iure suo, non ex noua acquisitione, & ideo ad cognoscendum an habeat locū ius accrescendi uel non decrescendi, oportet scire quando uocati ab initio faciunt sibi partem, Hoc autem cognoscitur ex uarietate coniunctionis uocatorum, sed quia fundamentum utriusque iuris dependet a coniunctione uocatorum, & ex uarietate coniunctionis admittitur utrumque ius & etiam distinguitur, ideo antequam diffiniantur oportet scire quid est coniunctio & quotuplex fit.

16 Coniunctio†in proposito nostro est plurium personarum unio in dispositione facta ad unam successionē uniuersalem uel particularem consequendā, & est principaliter duplex, sicut est duplex uocatio, legalis & hominis. Coniunctio legalis est quando lex uocat plures homines eodem tempore ad aliquam rem sub unitate sermonis, & hoc plerumque inducitur per nomen collectiuum, quando lex sub nomine collecto filiorum uel fratrum uel cognatorum plures uocat ad successionē aliquam, ut in auth. de hær. quæ ab intest. §. 1. cum multis titul. sequentib. Item fit coniunctio legalis quando ex persona unius deuenitur ad plures, ut in pluribus dominis unius serui. l. & Proculo. ff. de leg. 2. uel in pluribus hæredibus unius legatarii, secundum Bar. in d. l. re coniuncti. in 5. quæst. principali, facit l. si seruus cōmunis extero. ff. de acq. hæred. Coniunctio hominis est quando testator uocat plures eodem tempore seu gradu ad eandem rem ex unitate sermonis. Et fit plerumque uel per nomen collectiuum, uel ex dictione copulatiua, uel aliis terminis unientibus plures ad eandem rē, quæ coniūctio uariatur sicut uariatur modus uniendi in conceptione dispositionis, Vnitas autem sermonis consistit in unitate rei & orationis, Et quando in eadem oratione plures uocantur ad eandem rem insolidum, tunc est plena unio, Si uero in diuersa oratione plures uocantur ad eadem rem, uel in eadem oratione plures uocantur ad partes separatas, tunc dicitur esse unio non plena, & quando in diuersis orationibus ad partes separatas uocantur est tituli separatio.

17 Igitur coniunctio aut†erit plena aut semiplena, Coniunctio plena est quando in sermone continetur unio rei & orationis, idest in eadem oratione plures uocantur ad eandem rem simpliciter, ut si quis dicat Titium & Sempronium hæredem instituo in hæreditate mea, uel Titio & Sempronio relinquo fundum, & isti dicuntur re & uerbis coniuncti. Coniunctio semiplena est quando in eadem oratione plures uocantur ad eandem rem diuisam, nam tunc illi plures uocantur ad partes separatas ex idemptitate sermonis, & isti appellantur coniuncti uerbis & disiuncti re, & de istis duabus coniunctionibus loquitur tex. in d. l. re coniuncti. ff. de lega. 3. & in §. coniuncti. inst. de leg.

Disiunctio similiter est duplex, semiplena, & plena. Disiunctio semiplena est quando in diuersis orationibus plures uocantur ad eandem rem non diuisam, Titio lego fundum, eundem fundum lego Sempronio. Nam dicuntur disiuncti, quia sermo diuisus est in duas orationes, & dicuntur postea certo modo uniti, quia uocantur ad eandem rem non diuisam, & ideo aliquando appellātur coniuncti quia sunt coniuncti re. Tamen in iure plerumque appellantur disiuncti. dicto. §. coniuncti. instit. de leg. & l. prima. §. iis ita. infra de caduc. tollendis. Disiunctio plena est quando diuersis orationibus plures uocantur ad diuersas res uel ad eandem rem in portionibus separatis, ut Titium instituo hæredem in medietate, & Sempr. in alia medietate instituo, uel

Titio

Titio lego medietatem fundi, & Sempronio lego aliã medietatem, Sed in hæreditate habentur pro coniunctis, propter regulam quod quis non potest decedere pro parte testatus & pro parte intestatus. ut no. in §. cõ iuncti. & in l. 1. §. iis ita. in uerbo uel omnes disiuncti. inf. de cad. tol.

18 Et sic † in summa patet, q̃ triplex est coniunctio. s. cõiunctio re & uerbis, cõiunctio uerbis tm̃, & coniunctio re tantum, quæ aliquando appellatur disiunctio, & eodem modo uocati sunt tripliciter coniuncti, scilicet re & uerbis, uerbis tantum, & re tantum, ut probatur ex no. per Bar. in d. l. re coniuncti. col. 3. num. 3. uer. breuiter. & uer. 4. oppono. & per totam tertiam oppositionem. & num. 16. uer. tertio loco principaliter quæro. in quibus coniunctionibus apparet quod aliquando coniuncti uocantur ad rem insolidum, aliquando uocantur ad partes separatas, & quando uocantur ad rem in solidum, ut in coniunctis re & uerbis, & coniunctis re tantum, ab initio unusquisque habet solidum ex uirtute uerborum, & ex ipsa dispositione, sed per cõcursum faciunt sibi partem. Quando uero uocantur ad partes separatas, quod contingit in coniunctis uerbis, & in cõiunctis coniunctione legali, ut l. si seruus communis extero. ff. de acq. hær. & in omnino disiunctis, qui tamen in hæreditate habentur pro coniunctis, tunc ab initio faciunt sibi partem, & non possunt uocari ad solidum nisi per nouam acquisitionem.

19 Ideo † in proposito nostro apparet quando habeat locum ius accrescendi, & quãdo ius non decrescendi, nã in coniunctis uerbis tantum & in omnino disiunctis habet locum ius accrescendi, quia cum uocentur ad partes separatas ab initio nõ possunt acquirere nisi ex noua acquisitione, ideo habet locum ius accrescendi, per quod portio aliena ei accrescit. d. §. si coniunctim. & l. 1. §. iis ita. inf. de cad. tol. Et idem etiam est inter coniunctos coniunctione legali, quia qui uocantur per nomẽ collectiuum semper uidentur uocari in partes separatas, & faciunt sibi partem ab initio, ut per Bar. in d. le. re coniuncti. in 5. q. princ. num. 61. & 62. cum seq. & etiã in princi. illius q. ubi distinguit de triplici coniunctione legali, uel per nomen collectiuum, uel per accidens quando de uno deuenitur in plures, & quando plures sunt domini unius serui. facit l. si seruus communis extero. ff. de acq. hær.

20 Si uero uocati † sunt coniunctione reali, ut quia sint coniuncti re & uerbis, uel re tantum, quia tunc omnes insolidum uocantur, & ex ui dispositionis unusquisque habet totum, sequitur quod si omnes concurrunt per concursum faciunt sibi partẽ & diminuũt ius alterius, ergo si unus non acceptat remanet alteri totum legatum non diminutum, & sic habet totum ex iure non diminuendi. l. 1. §. iis ita. inf. de cad. tol. & per glo. in d. l. 3. §. sed si coniunctim. & l. filium. & per Bar. in d. le. re coniuncti. col. 8. uer. 4. principaliter quæro. per unam col. nu. 50. usq; ad nu. 55.

21 In lege † autem nostra si intelligitur de successione ab intestato, habebit locum ius accrescendi propter cõiunctionem legalem quæ nunquam uocat plures insolidum, & in successione ex testamento potest intelligi de omnino disiunctis, quia in hæreditate semper habet locum ius accrescendi ne quis decedat pro parte testatus & pro parte intestatus. l. 1. §. iis ita. inf. de cad. tollẽ. Item si intelligatur de successione ex testamento, tunc potest habere locum ius accrescendi, uel ius non decrescendi, secundum uarietatem coniunctionis quæ posset induci an sint coniuncti re & uerbis, uel re tantum, uel uerbis tantum.

22 Hoc † autem ius diffinitur uariis modis per doct. hic. Et primo Cur. diffiniuit, quod ius accrescendi est quando portio repudiata alteri accrescit, quæ diffinitio, ultra quod non habet formam diffinitionis, cum non habeat neque genus nec differentias, & potius demonstrat quando fiat quam quando sit in substantia, Item et non est perfecta, quia non continet omnes casus quib. habet locum, cum portio deficiat etiam morte & lapsu temporis, ut in d. §. si eadem res. inst. de leg. Rippa uero in d. l. re coniuncti. dicebat ius accrescendi est ius accumulans portiones deficientium uel non acceptantiũ portionibus acceptantium, declarando ut per eum. Quæ diffinitio nec etiam est bona, ut hic per Cagnolũ. colum. 13. quia diffinitur idem per idem, quod esse nõ debet, quia diffinitio est oratio explicans per notiora substantiam diffiniti, ponendo genus & differentiã, ut no. in l. 1. ff. de test. & §. 1. inst. de obliga. sicut etiam ratio debet differre a dicto, ut per Bar. in l. fina. ff. de off. proc. Cæs. Secundo, quia uerbum, accumulare, non denotat substantiam iuris accrescendi, quia non tantum accumulatur sed unitur, quia clauditur sub portione acceptata. l. si solus. ff. de acq. hær. Item & tertio ultra eũ non est bona, quia ius accrescendi non accumulat sed est lex quæ mediante iure accrescendi accumulat & unit, ut dicemus inf. Vnde Cagno. diffiniuit primo secundum iurisconl. in l. qui ex duabus. §. si. ff. de acquir. hæred. ibi, qui semel ex parte hæres ex titulis deficientiũ partes etiam inuitus accepit, idest tacite deficientium partes etiam inuito accrescunt. Sed hæc non fuit descriptio iuris accrescendi, nec uoluit describere iurisconsult. Sed solum posuit effectum iuris accrescendi, siue quod consequitur hæres propter ius accrescendi. Ideo ipse diffiniendo dicit quod ius accrescendi est accessio portionis successionis deficientis alterius portioni agnitæ per aliquem uel agnoscendæ ex dispositione legis ipso iure contingens, sed nec hæc diffinitio est perfecta, q̃a & ipsa diffinit effectum iuris accrescendi, scilicet quod ex iuris accrescendi interuentu succedit accessio portionis portioni, Item non semper ex sola legis dispositione dicitur prouenire, ut inf. dicemus post Dec. Item non traditur per genus suum, nam si ius est facti, non iuris. l. Pomponius. ff. de acq. hær. ideo diffinitio non bona. Item dicta diffinitio cum prædictis omnibus aliis est imperfecta, cum accessio portionis ad portionẽ fiat ex substitutione etiam iux. l. sed plures. §. quos possum. ff. de uulg. & pupi. & per priuationem, iux. §. si uero nõ implens. in auth. de hær. & falc.

23 Ideo † diffiniri potest duobus modis, Primo respectu sui, Secundo respectu illius cui accrescit in abstracto potest diffiniri, ius est potestas a lege introducta inter plures simul uocatos de adiiciendo portionem deficiẽtem uel repudiatam portioni acceptatæ, & probatur ex similitudine diffinitionis iurisdictionis positæ in lege. 1. ff. de iurisd. omnium iudi. quod est potestas de publico introducta &c. Item per eam excluduntur aliæ accessiones propter uerbum simul uocatos, idest ex unitate sermonis. Item tollitur substitutionis acquisitio & omnes aliæ similes. Respectu uero ipsius requirentis potest ita diffiniri, ius accrescendi est ius acquirendi portionem alterius simul uocati deficientis uel repudiantis a lege, & aliquando hominis uoluntate concurrente propter cõiunctionem uerbalem uel similem acceptantibus concessum, & hæc diffinitio probatur ex similitudine bono. poss. & actionis & seruitutum. l. 3. §. bonorum. ff. eo. & §. 1. inst. de act. §. 1. inst. de seruitutib. & inst. de usufruct.

24 Ius uero † non decrescendi est ius retinendi rem sibi & aliis relictam propter deficientiam uel repudiationem alterius non sibi diminutam a lege uel homine, ꝓpter coniunctionem realem acceptanti concessam, Vel breuius, ius accrescendi est ius acquirendi portionem repudiatã uel deficientem propter certam coniunctionem acceptanti concessum, ius non decrescẽdi est ius retinendi totam rem sibi & aliis unite relictam propter repudiationem uel deficientiam consocii acceptãti datum. Dixi ius retinendi, quia quod habuit a testatore totum retinet, & non acquirit, quia totum a princi-

pio

pio habuit,& sibi per acceptationem erat diminuēda. Ius uero diminuendi non consideratur per docto. sed tamen & ipsum reperitur, nam quando plures uocātur ad eandem rem illi per concursum inuicem habent potestatem diminuendi, sed datur solum quando omnes acceptant,& sic potest diffiniri. Ius diminuendi siue ius decrescendi est ius acquirendi portionem rei sibi & alteri unitè relictæ auferendo a iure alterius etiam acceptantis, Et si placeret in abstracto diffinire ius non decrescendi potes dicere, quod ius non decrescendi est potestas a lege cum hominis uoluntate introducta de retinendo totum relictum ex deficientia uel repudiatione simul uocati.

Ex quibus omnibus apparet declaratio aliquarum conclusionum quas hic posuit Dec. imperfecte loco præmissorum, in uer. præmittendum, & ita simpliciter intellectę loco introductionis confundunt mentem ipsorum. Et primo dum in uers. præmittendum, dixit quod si aliqua res pluribus est relicta omnibus ęqualiter pro parte acquiritur. l. quotiens. §. sed si plures. ff. de hered. instit. & §. si plures. inst. de hæred. instit. & l. reos. §. cū in tabul. ff. de duob. reis & l. 1. inf. si plur. una sententia. Nam primo debet intelligi omnibus acceptantibus,& quantum ad effectum, secus si non acceptant omnes. l. 1. §. ubi autem. inf. de caducis tollen. & d. §. si eadē res. inst. de leg. Item etiam secus quantum ad modum, cum si sunt coniuncti reali coniunctione ab initio omnes habent totum & per cōcursum inuicem sibi diminuūt, sed si sunt coniuncti coniunctione uerbali tantum uel legali ab initio habent partes separatas & per concursum nihil sibi auferunt sed consequuntur omnes suum relictum per prædicta,& probatur in. d. l. 1. §. ubi autem uers. hæc tam uarie. inf. de cad. toll.

Item dum Dec. dicit quod portio repudiata uel deficiens accrescit. per. l. si ita quis. ff. de hæred. insti. & d. §. si eadem res. declarari debet ut sup. s. quod accrescit quando fuerunt coniuncti uerbis tantum, uel ex coniū ctione legali, quo casu uocantur ab initio ad partes separatas, & cum repudiatur portio alterius ei nouiter acquiritur & habet locum ius accrescendi. Sed si essent coniuncti re tātum, uel re & uerbis, quo casu ab initio uocantur ad totum, tunc non habet locum ius accrescēdi, quia per repudiationem nihil noui acquiritur, sed solum retinet totum non diminutum, & sic habet locū ius non decrescendi, ut dicitur in. d. §. ubi autem. uer. hæc tam uarie, ibi, quia sermo testatoris omnibus prima facie solidum assignare uidetur alijs superuenientibus partem a priore abstrahentibus ut ex aliorum cōcursu prioris legatum minuatur.

25 Similiter† dum Dec. dixit quod ius accrescendi habet locum inter coniunctos, & ius non decrescendi inter disiunctos, per tex. in. d. l. 1. §. ubi autem. & §. sin autem disiunctim. uers. quia sermo. & per glo. in. d. l. si mihi & tibi. ff. de lega. 1. Declarari debet secundum prædicta, quia si sunt omnino disiuncti nullum ius neque accrescendi neque non decrescendi habet locum inter legatarios, quia cessat ratio coniunctionis. l. 1. in princ. ff. de usufr. accrescendo, nisi in hæreditate. d. l. 1. §. is itaq; diffinitis. Item ius non decrescendi requirit maiorem coniunctionem, cum præsupponat solidum esse utriq; ab initio relictum. Et ideo tex. in. d. l. 1. §. ubi autem legatarij, dum facit mentionem de coniunctis intelligit de coniunctis uerbis tantum & disiunctis re qui ab initio uocantur ad partes separatas,& dum loquitur de disiunctis, intelligit disiunctis uerbis & coniunctis re qui appellantur semiplene disiuncti, Et propter cōiunctionem realem ab initio uocantur in solidum, & ideo habet locum ius non decrescendi, Et ille tex. non facit mentionem de coniunctis re & uerbis, sed debet intelligi idem quod in coniunctis re tantum, quia ab initio uocantur ad solidum, ut per Bar. in. d. l. re coniuncti. in uer. tertio principaliter quæro col. 5. num. 16. & uers. si uero quæritur. nume. 55.

Vnde ille tex. declarari debet & reduci ad theoricā prædictam. s. quod aut est talis coniunctio quæ ab initio inducit partes separatas,& tunc habet locum ius accrescendi, ut in coniunctis uerbis tantum, & in coniunctis coniunctione legali per nomen collectiuum, Aut uero est talis coniunctio quæ facit ab initio solidū unicuique promitti, ut est coniunctio re & uerbis, uel re tantum,& tunc habet locum ius non decrescendi, per rationem assignatam in. d. §. ubi autem legatarij. uer. quia sermo.

26 Similiter† tex. in. d. §. si eadem res. qui dicit siue coniunctim siue disiunctim, scinditur per medium legatum & uno deficiente totum pertinet ad collegatarium, & sic æquiparat uel coniunctim uel disiunctim relinquatur, Debet declarari secundum præcedentem theoricam, ut non intersit inter coniunctos & disiunctos quādo omnes acceptant, quia semper diuiditur in uiriles portiones si æqualiter uocantur, sed tamen antequam acceptent est differentia, quia si sunt coniuncti uerbis tantum unusquisq; habet ab initio partes separatas, & si sunt disiuncti uerbis sed coniuncti re ab initio habet unusquisque insolidum ex sermone testatoris. d. §. ubi autem legatarij uer. quia sermo. Item dum dicit totum ad collegatarium pertinet, intelligitur quantum ad effectum, sed tamen quantum ad modum uarie, quia si sunt coniuncti uerbis tantum pertinet ad collegatariū per ius accrescendi & cum onere suo, Si uero sunt disiuncti uerbis & coniuncti re, uel coniuncti utroque modo, tunc pertinet ad collegatarium per ius non decrescendi. d. §. ubi autem. uer. quia sermo. & uer. hæc tam uarie,& sine onere, sed quando sunt coniuncti utroque modo cū onere, dic ut per Bar. in. d. l. re coniuncti. 3. q. pri. & uer. si uero quæritur. num. 55. & dic ut ibi.

Ex quibus patet in quo inuicem differant ius accrescendi & ius non decrescendi, Item patet in quo differant ab alijs successionibus ex secunda uocatione. Nam differt hoc ius accrescendi a substitutione, quia illa uenit ex dispositione hominis tantum, hoc a lege, quamuis concurrente uoluntate testatoris. Item differt, quia hoc ius non datur nisi acceptanti portionem, sed substitutio datur etiam ei qui non habet portionem, sed excluditur a substituto. l. 2. §. si duo. ff. de secund. tabu. & l. 1. §. is itaque inf. de cad. toll. Sed substitutio potentior est iure accrescendi. l. 2. §. si duo. ff. de secun. tabu. Et sine dubio procedit quando est substitutio pupillaris exemplaris uel compendiosa, quia tunc est ius quęsitū, & non potest habere locum ius accrescendi, ut statim dicam, Sed etiam habet locum in substitutione uulgari per. d. §. si duo, quia habet expressam mētem testatoris. & l. penul. ff. de iniusto rupt. & irrit. testam. & hic per Dec. & Cur. in fine. & l. 1. §. in primo. & §. pro secundo de cad. toll. & Cagn. nu. 52. Potentius est tamen in uno ius accrescendi, quod transmittitur facilius, ut probatur in. d. l. 4. §. fin. ff. eod. & l. 1. §. is ita. inf. de cad. toll. quod non contingit in iure substitutionis, quod non transmittitur. l. cohæredi. §. cum filio. ff. de uulgari & pupillari. Item differt a transmissione, quia illa præsupponit mortem necessario, & ius accrescendi non, Item illa præsupponit ius delatum & non repudiatum, hoc autem præsupponit totalem exclusionem primi, Item illa inducit acquisitionem mediante persona mortui, hoc inducit acquisitionem ex persona sua perinde ac si alius non fuisset in rerum natura, sed tamen transmissio potentior est iure accrescendi. l. 1. ubi Bar. inf. de iis qui ant. aper. tabu. quia pręsupponit acquisitionem aliquam ex speciali iure consistere in persona transmittentis, quod non cadit in iure accrescendi regulariter.

Differt a successorio edicto, quia illud habet locum ex sola legis dispositione coniuncta uoluntate testatoris, Item illud non requirit quod sit uocatus ad aliquam partem, sed ius accrescendi præsupponit quod qui

qui uult acquirere sit uocatus ad aliquam partem,& eã acceptet,sed potentius est ius accrescendi quam sit successorium edictum,quia ius accrescendi nõ mutat gradum,successorium uero edictum sic.l.meminimus. ubi Bal.inf.de leg.hæred.& §.liberis.uer.& si inf.instit. de bono.poss.Et prædicta militant etiam in iure non decrescendi mutatis mutandis,& eorum ueritas magis patebit ex inf.dicendis.

27 Secundo†principaliter præmittunt hic docto. quod ius accrescendi uel non decrescendi introductum fuit ex l.duodecim tabularum.per l.Celsus.§.fina.in uerbo antiquo iure.ff.de leg.2.facit l.1.§.si nemo.ibi,ius antiquum.ff.ad tertul.l.pe.& fina.ff.de reg.cath.& l.1. ff.ut ex legib.ibi,ad l.nouas.Sed incontrarium facit l.1.infra unde uir & uxor.cum glo.ubi ius antiquum exponitur,idest ius prætorium digestorum. Sed facilis est solutio,quia ibi agitur de iure prætorio & de legibus codicis quę non semper appellant ius antiquum pro lege 12.tabularum,ut probatur in l.cum oportet.inf. de bonis quæ lib.sed ll.digestorum sub nomine iuris antiqui in dubio intelligunt de lege duodecim tabularum, & est communis opinio in d.l.Celsus.& hoc idem dicitur in successione ex testamento,quia & ipse a lege obueniunt.l.lege obueuire.ff.de uerborum significa.& probatur in illis uerb.le.12.tabularum. ibi,hæreditates in testamento datæ ratæ sunto. Vti quisque legasset rei suæ ita ius esto. Et idem de legatis & fideicommissis. d.l.1.§.ubi autem legatarii.& d.l.Celsus.cum glo.quę loquitur de legatis.Et hæc uera in successione & dispositione ciuili,sed in dispositione prætoria ius accrescendi & non decrescendi fuit introductum de iure prætorio ex edicto perpetuo,ut clare dicitur in hoc tex.& in d.l.3.§.fina.ff.eo.& iam notum est quod habet locum tam ex testamento quam abintestato per generalitatẽ istius tex.& l.3.§.acquirere.cũ.l.seq.ff.eo.& l.si ex pluribus.ff.de suis & leg.& l.1.§.si nemo.ff.ad tertul.& hic per Cur.in princi.Et intantum admissa fuerunt hæc iura quod etiam inuitis accrescunt & ignorantibus.d.le. 2.§.iis ita.& l.hæredi posthumo.ff.de acquirẽ.hæred. Quæ conclusio sine dubio procedit in iure non decrescendi,quia ex sua dispositione unusquisque habet totum,& idem in iure accrescendi in hæreditate, sed in legatis distingui debet ut per Bart. in l.reconiuncti.in 4.quæst.principali.num.50.& 51. Nec distinguitur an succedatur ex testamento uel abintestato,de testamento probatur in d.§.iis ita.abintestato.probatur in le. si minor.per locum a speciali.& l.cum hæreditate. ff. de acquir.hæred.& hic per Curti.num.4.& per omnes in l.1.inf.eodem.

Similiter habet locum ius accrescendi etiam in eo q̃ est institutus in re certa,ut per Bar.in l.quotiens.infra de hæred.institu.& ibi Iason & Corn.& idem Iason in consi.72.lib.3.& hic Cagno.num.27.& 28.uer. quinto principaliter,qui dicit esse improprium ius accrescendi,quia institutus in re certa non habet portionem aliquam hæreditatis, sed potest dici quod fictione iuris in illo actu dicitur habere, item etiam habet locum etiam in illo instanti quo fit testamentum, quia portio nemini data accrescit hæredibus.§.uideamus. insti.de hær.inst.& l.interdũ.§.paterfa.ff.de hær.inst. & in l.1. §.si ex fundo.ff.de hæred.inst.Quod ẽt ius appellat hic Cagno.improprium ius accrescendi, quia illa portio uel reliquum nemini erat data, & dicit esse uerum intellectum ad dictũ.§.si ex fundo. Sed potest dici quod in dicto.§.uideamus est ius accrescendi improprium, quia uere non deficit ibi portio, cum non fuerit data, sed in dict.§.si ex fundo.non est ius accrescendi, sed est tacita institutio prima de toto detracta mentione fundi,ut in l.si solus.ff.de acq.hæred.per Barto.& per Are. in l. is qui hætes.eo.titul.& per Barba.in cons. 70.lib. 3.Iason in l.cohæredi.§.fi.ff.de uulg.& pupil.& in cõs. 64.adicata quid.uolum.primo. Item procedit in legatis & fideicommissis.d.l.1.§.ubi autem.de caducis tollend.Et in substitutione,ut ibidem.uer. quod si in medio.& §.penultimo.& facit tex.in l.cohæredi.§. fin.ff. de uulg.& pupil.Siue sit directa siue fideicommissaria. Barto.in consi.53.Ioan.de annan.consi.102.Cur.consi.83.col.fi.Iason in consi.71.72.lib.3.& Cagno. num. 54.uer.13.

28 Tertio†est uidendum quæ requirantur ad hoc ut habeat locum ius accrescendi,& doctor. hic sparsim enumerant,sed tamen possunt ita ad ordinem reduci. Nã primo requiritur quod portio non sit acceptata uel alio modo acquisita,quia tunc si est acquisita transmittitur,ideo non potest amplius accrescere per istum tex. & §.pen.inst.eo.& l.1.§.interdum.ff.de usufru. accres. & l.si minor.ff.de acquir.hæred.Fallit in usufructu,qa etiam portio acceptata accrescit si postea deficiat. l.1. §.interdum.ff.de usuf.accres. Secundo fallit in assignatione libertorum.l.utrum.in princip.ff.de assig. liber. Tertio fallit in l.1.C.si imperia.lib.socius.lib.10.Quarto fallit in casu.d.l.si minor.ff.de acquir.hæred.Quinto fallit quando ius accrescendi habet unionem cum substitutione.ut.ff.de acquir.hæred.l.qui patri.& per Barto.in d.l.reconiuncti.num.49.uer.quarto cõsideratur. In istis autem casibus oportet quod deficiat in totum, quia si deficeret per exceptionem non haberet locum ius accrescendi,ut per glo.in uerbo iurasset.in l. si duo patroni.ff.de iureiu.quæ loquitur quando portio erat quæsita,dum allegat.l.cum seruo.ff.de bon.lib.Sed incontrarium facit d.l.si minor.ff.de acq.hær. Sed solue ut no.in d.l.si minor.

Si tamen contingeret quod altercatio esset an quis agnouisset infra tempus & actor iurasset reum non agnouisse,crederem illum obtinere in iure accrescendi, quia nõ illud quæritur an agnouerit,sed an iuratum sit §.siquis postulante.inst.de actio.Nec obstat.d.l.si duo. quia iuramentum non fuit præstitum deferente alio patrono,sed ipsi liberto. Secundo est necessarium quod sit coniunctio aliqua uera uel ficta,ut in hæreditate,qa si nulla est coniũctio,cessat ius accrescendi.l.1. in princi.ff.de usufr.accresc.l.& Proculo.ff.de leg.2.& probatur per locum a contrario in d.l.1.§.ubi autem legatarii.C.de caduc.toll.& in d.§.si eadem res.& l. 1. §. in pri.& §.pro secundo.ibi,nisi sint substituti uel coniũcti. C.de cad.tol.& omnes sequuntur.Fallit in hæreditate d.l.1.§.iis ita.sæpius allegato. Tertio requiritur quod ille cui portio deficit sit de illis qui faciunt partem quãdo non admittuntur ad partem, quia tunc non habet locum ius accrescendi.l.huiusmodi.§.si Titio.ff. de lega.1.& per Din.in l.plane.§.si coniunctim.ff.de leg.1. Quarto requiritur quod non sit relictum ob causam reiterabilem,ut alimentorum.l.alimenta.§. basilicæ.inf. de alim.& cib.leg. & per Cinum in l. cum quæstio.C. de leg.quia cessat ius accrescendi.l.dominus.§.1.de usuf.& l.pe.§.1.inf.ad l.falc. Quinto requiritur quod ille qui uult acquirere habeat portionem suam per ius cõmune,non autem de iure speciali.l. mulieri & Titio. ff.de condi.& demonst.ubi in persona mulieris cessat ius accrescendi,quia conseruatur legatum propter ius speciale in sua persona etiam non existente condi. sed quia ille tex.loquitur quando seruatur contra uoluntatem,ideo Bar.postea in d.l.reconiuncti. in tertia quæstio.principali. uer. tertio est. distinguit late ut ibi per eum num.44.45.& 46.Sexto requiritur quod succedatur eodem iure,non autem diuerso iure.l.sed cum patrono.§.1.ff.eo.de cuius tex.intellectu dic ut hic p Cur. colum.fina.qui limitat quattuor modis, & ego dicam in fine legis super glo.fina. Septimo requiritur quod succedatur ex eodem testamento, non autem ex diuersis testamentis diuersorum testatorum.l. si sub cond. in fine.ff.quib.mod.usufr.ammit. Sed si essent diuersa patrimonia unius testatoris,tunc ius accrescendi non cessat si sunt res Italicæ & prouinciales, quia militat ratio

quod

quod decederet pro parte intestatus, nisi in milite, ut per Rimi.& alios in l.1.inf.de mili.test, Rom. consil. 81. Crot.in d.l.re coniuncti.col.46.uer.20. quæritur, & Cag.hic uer.12.præmito.nu.33. Octauo requiritur quod ius accrescendi non fuerit prohibitum in casibus in quibus prohiberi potest de quo inf.dicemus. Nono requiritur quod non sit dispositio militum, quia in ea non habet locum ius accrescendi, secundum Bald. in l. 2.col.fi.C.de sec.nupt.& l.1.col.16.sup.de sacros.eccl. ubi dixit qd taxatiua impedit ius accrescendi.l.Lutius, §.quæ. habebat.ubi no.ff.ad treb.& hic latius per Cagno.col.fi.quam limitat non procedere in hæreditatibus in quibus non potest decedi pro parte intestatus, & bene, ideo reduci debet hoc requisitum ad alios casus in quibus potest prohiberi ius accrescendi de quo inf.dicetur. Decimo requiritur quod plures uocentur ad successionem uel legatum simul, secus si uocantur ordine successiuo, quia tunc non datur concursus neq; unio, sed unusquisq; habet solidum iure suo, & uel est substitutio, uel successorium edictum, quo casu ut dixi cessat ius accrescendi ex uoluntate.

19 Ex quibus† colligas multos casus in quibus cessat ius accrescendi. Nam primo cessat quando adest substitutus.d.l.2.§.si duo.ff.de secund.tab.& l.penul.ff. de iniusto rup.& irrito testam.in l.fi.inst.de hær.inst.cum ibi no.per Iasonem in 6.notab.hic.& in d. l. reconiuncti. colum.37.cum seque.super 3.quæstio.Barto.ubi etiam per alios modernos.& Decium in l.in testamento.inf. de imp.ub.& ali.subst.& Bolog.consi.66.& Cagnolum inf.l.1.colum.antepe.num.52.& de ratione dicam infra final.quæstio. Secundo cessat quando fit transmissio.l.1.inst.de iis qu.ante aper.tabu.& de ratione dicam in quæstione finali. Tertio cessat quando alius acceptauit, quia tunc non dicitur portio non acceptata prout requirit rubrica & lex nostra, nisi in usufructu.l.1.§.interdum .ff.de usufruct.accresc.uel in assignatione libertorum, in iure patronatus.l.utrum.ff.de assign.liber.cũ aliis tribus limitationibus positis per Bar.in d.l. reconiuncti.num.49.& in casu quo portio acquisita potest accrescere, si deficiat oportet quod deficiat in totum non autem per exceptionem, ut per glo.in d.l.si duo patroni.in uerbo iurasset.ff.de iureiur.qui proprie loquitur in iis terminis, ut apparet in l.communi liberto. ff. de bon.liber.quam allegat. Tamen etiam potest poni exẽplum in portione non agnita, ut si forsan per iuramentum probatum fuit alterum debito tempore non agnouisse, & constaret quod agnouisset, secundum doctores quod ego non puto uerum, ut dixi sup.per. l. si minor. ff.de acquir.hære. Quarto cessat in disiunctis, quia fundamentum iuris accrescendi est in coniunctione, ut supra dixi.per l.primam.ff.de usufr.accr.& l. Proculo.ff. de lega.2. nisi in hæreditate pagani qui non potest decedere pro parte testatus, l.ius nostrum.ff.de reg. iur. & l.1.§.iis ita.inf.de cad.tol.& l.si duobus.ff. de milit. testam.cum declaratione tamen posita per Bar.in d.le. reconiuncti.in quarta quæstione principa. Et hoc procedit etiam in iure decrescendi, quando est disiunctio realis, secus si sit disiunctio uerbalis & coniunctio realis, quia tunc cessat ius accrescendi, & habet locum ius non decrescendi l.1.§.ubi autem legatarii.inf.de cadu. tol. Quinto cessat in iis qui non admittuntur ad partẽ. l.huiusmodi.§.si Titio ff.de leg.1.& per Din.in l.idem §.si coniunctim.eo.tit.

Quando autem & quomodo ille qui non admittitur ad partem faciat partem posuit Areti.in d.§. si coniuncti.& Bar.in l.paterfilium.ff.de inoff.testam. & repetẽtes ibidem. Fulg.cons.55.Rapha.cons.35.Corn. consi. 197.lib.1.& consi.48.lib.2.& 198.lib.3.Guido papa in q.295.Socci.cons.76.lib.3.Iason in cons.65.lib.1.Dec. cons.607.Crotus in d.l.reconiuncti.car.12.Cagno.infra l.1.num.57.† Sexto cessat in legato relicto ex causa reiterabili.ut.ff.de usufructu.l.dominus.§.1.& l.penu. §.1.ff.ad l.falci. Septimo cessat quando aliquis acquirere uolens habet portionem suam de iure speciali.l. mulieri & Titio.ff.de cond.& demonst.& l.3.§.sed si coniunctim.ff.de leg.præst.de qua quæst. tamen quomodo procedat dic ut per Bar.in d.l.reconiuncti.in 3. quæstio.princip.num.40.per unam colum. Et ego dicam in l.1.super glo.fina.ubi etiam Cagno.ponit. Octauo cessat quando uocati succedunt diuerso iure.l. sed cum patrono.in principio.ff.de bonorum possess.& ibi no. & hic per Curti.qui declarat illum tex.& limitat quattuor modis in colum.finali.& dic ut ego inf. dicam in l.1.super glo.fina. Nono cessat quando succeditur ex diuersis testamentis diuersorum.l.si sub conditione.in fine.ff.quibus modis ususfruct.ammi. Et idem etiam in eadem persona in diuersis hæreditatibus quando potest decedere pro parte testatus.l.si duobus.ff.de milit. testam.& l.nam ex militari.§.fina.eo.tit. Secus si non potest decedere pro parte testatus, ut per Rimin.in le. 1.inf.de milit.testam.Roma.consi.71. Decimo cessat si testator prohibuisset in casibus in quibus potest prohibere, ut sup. dixi. Vndecimo cessat in dispositione limitata, secundum Bal.in l.1.colum.fi.sup.de secun. nupt. cum aliis sup.adduct. Duodecimo cessat in coniunctione legali per quam deuenitur de una persona in plures in successione ex testamento, ut est exemplum.l.& Proculo.ff.de leg.2.ut per Bar.in d.l.reconiuncti.col. pen. uer.5.principaliter quæritur de coniunctione legali. Tertiodecimo cessat inter illos qui uocantur ordine successiuo, quia tunc potius habet locum successorium edictum.l.1.& per totum.ff.de success.edicto.& maxime in casu.l.1.§.sed uidendum.ff.de success. edicto. & dicam in l.1.

30 Quarto uidendum est quæ† fuerit ratio introducendi ius accrescendi uel non decrescendi, Dec.inf. in l.1. in primo notab.late examinat.sed Cur. & Cagno. hic ponunt in rub.& melius, quia respicit generalem cognitionem materiæ. Prima fuit ratio Odofredi & Romani, ne testator decedat pro parte intestatus.l.ius nostrum.ff.de reg.iur.& assignatur per Iustinianum in d. l.1.iis ita.inf.de cad.toll. Sed ista ratio repræhenditur per Alex.in d.l.1.quia ius accrescendi etiam habet locum in successione ab intestato ut hic.& l.qui ex duobus.§.fi.ff.de acquir.hæred.& etiam quod cessaret ius accrescendi nunquam induceretur illud inconueniens quia semper in totum succederetur abintestato per sequentes in gradu in illa portione repudiata. Item non concludit in contractibus l.fundus ille. ff.de contrahẽ. empt. Tertio adducit Iason rationem, quia regula.l.ius nostrum.ff.de reg.iur.non habet locum quando testamentum fuit confirmatum per aditionem.l.circa.ff. de inoff.testam. Quarto adducitur.l.si solus.ff. de acquirẽ. hæred.ubi unus est institutus in pluribus partibus & datus substitutus sibi ipsi.& tamen non potest repudiare unam partem, etiam quod non deueniretur ad illud inconueniens, & sic alia fuit ratio. Quinto facit, quia in legatis habet locum ius accrescendi. dicto. §. si eadem res.& tamen non deuenitur ad illud inconueniens, ut in dicta l.1.§.ubi autem legatarii, cum sequen.infr.de caducis tollen.

* Sed iis non obstantibus communiter doctor.tenent hanc rationem in successionibus ex testamento, quia propter eam non potest testator prohibere ius accrescendi si est paganus, & quia ea non attenditur, miles illud prohibere potest.l.si duobus.ff.de mili.testa. ergo ius accrescendi est fundatum in illa ratione an decedat pro parte intestatus, cum ea sublata tolli possit, & ea existente non possit tolli, & ad allegata in contrarium respondent, quia hæc ratio solum assignatur in testamẽto militari. In successione uero abintestato assignatur alia de qua statim dicam. Ad secundum de contractu respondent negando quod in eis habeat locum ius accrescendi per l.si mihi & Titio.ff.de uerborum obligationi-

gationib. & ibi nota. Ad tertium respondent quod non facit ad propositum, quia l. circa. procedit quando adita fuit hæreditas, & ius accrescendi præsupponit acquisitionem non factam. l. 1. §. interdum. ff. de usufruct. accresc. Et si dicatur quod ius accrescendi præsupponit acceptantem per l. primam. in fine. infra eodem. respõdetur quod uerum est in acquirente, sed in portione acquirenda requiritur quod non sit acceptata, ut in eadẽ dicitur, & in quærela præsupponitur quod ab utraque parte hæreditas sit adita. Ad quartum respondetur q̃d d. l. si solus. habet rationem propriam, quia ibi non fuit facta diuisio substantialis, sed solum illa diuisio fuit facta ratione demonstrationis, ut ibi dicit Bar. & Cagno. hic late insistens per duas columnas. declarando. d. l. si solus. & concludit cum communi, quod ibi testator ita destinauerat ut haberet totum, & Areti. in l. si quis hæres institutus. ff. de acquir. hær. dicit ibi illas partes nõ obuenire iure accrescendi, sed iure institutionis unicę, sicut si esset dictum, instituo Titium in omnibus bonis mobilibus & immobilibus iuribus & actionibus, & cũ sit unica non potest pro parte acceptari & pro parte repudiari. l. 1. ff. de acq. hær. Et hanc etiam opinionem tenuit Ruinus in l. si mihi & Titio. ff. de leg. 1. Lancel. in d. l. reconiuncti. col. 33. & Io. crot. 13. & Rip. 22. & Alc. lib. 4. Parados. c. 8. Ang. in l. qui repudiantis. ff. de inoff. test. & Cag. hic nu. 10. col. 4.

Sed licet ista sit communis opinio, & approbata, tamen ego eam non puto ueram simpliciter etiam in successione ex testamento, nam qui uult dicere rationem finalem introducendi ius accrescendi fuisse ne quis decedat pro parte testatus & pro parte intestatus, oportet quod demonstret ius accrescendi ea cessante nõ habere locum, quia cessante ratione legis cessat dispositio legis. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat. & & no. in l. prima. ff. de leg. tutoribus. Sed nos uidemus quod ius accrescendi habet locum in multis casibus et quod non incidamus in illud inconueniens, ergo non est introductum per illam rationem, & quod admittatur etiam quando non inciditur in illud inconueniens, patet in legatis. §. si eadem res. inst. de lega. & l. 1. §. ubi autem legatarii. infra de caducis tollẽdis. Secundo patet in usufructu. l. prima. §. interdum. ff. de usufruct. accresc. & ibi glo. uer. & sume. & Barto. Tertio patet in milite, nam in eo habet locum ius accrescendi si apparet de uoluntate. dicta l. si duobus. de milita. testam. Et in dubio præsumitur uelle quod ius accrescendi habeat locum, quia in dubio uidetur uelle uti iure communi, ut per Decium in dicta l. ius nostrum. ff. de regulis iuris. & in l. 3. in ult. no. inf. de mil. test. & Cor. in l. 1. infra de mil. test. & Cag. hic nu. 12. Et sic retorquetur argumentum commune, nam si testator miles potest prohibere, quia potest decedere pro parte testatus, ergo non est inductum ex illa ratione, quia nunquam in dispositione militis posset habere locum cessante fundamento, Vnde hæc ratio non est uera.

Aliam rationem assignauit imperator in d. l. 1. §. iis ita. quia absurdum est pro parte accipere & pro parte non, Quæ ratio confirmatur ex d. l. si solus. & l. 1. ff. de acq. hære. Sed Decius repræhendit, quia procedit solũ quando unus est institutus in totum, non in pluribus institutis. Quæ repræhensio est de directo contra dictum. §. iis ita. qui loquitur de institutis pro parte. Sed ex alio non uidetur esse generalis per dictam legem si minor. ff. de acquirenda hæred. Item non concludit in legatis quæ pro parte possunt reuerti ad hęredes. dicto. §. ubi autem legatarii. Vel tertio & melius dicas quod ibi non assignatur ratio quare fit inductum ius accrescendi, sed assignatur ratio quare inuito accrescit facta accessione per ius accrescendi, nam facta accessione illa hæreditas est unita, ideo absurdum est quod pro parte possit acceptari, & pro parte non, & hoc modo bene concludit.

Tertiam rationem adducit Bar. in l. 1. ff. de acq. hær. quia hæres repræhesentat personam defuncti. ut in auth. de iureiu. a mor. præst. in §. 1. & l. cum a matre. ff. de acq. hær. Sed Dec. bene eam repręhendit, quia nihil impedit plures hæredes repræhesentare pro parte defunctum. per glo. & ibi Bar. in l. 1. §. si. ff. de præt. stipu. quę repræhesentatio æqualiter fit in successione abintestato & ex testamento. l. circa. ff. de inoff. test.

Quartam rationem ponit Bal. in l. 1. §. 1. col. 1. in fin. inf. de cadu. tol. s. unio, ut hæreditas remaneat unita, & ne diuerso iure censeatur. arg. l. eum qui edes. ff. de usu. Et propterea non mutat gradum. l. meminimus. inf. de legit. hære. & per Bal. in l. testamento. inf. de impu. Et ideo portio accrescens est eiusdem conditionis. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. dot. & Bald. hic colu. 8. Et propterea absurdum est eam pro parte acceptare & pro parte non, ut dicitur in d. l. 1. §. iis ita. Et hanc rationem tenet Decius in d. l. in. 1. notab. & Cagnol. hic nu. 14. in fine. dum uult ex uarijs rationibus inductum. Sed hæc ratio mihi non placet, quia in milite non procedit, item non procedit in. l. circa. ff. de inofic. testamẽto. & in omnibus illis casibus qui ponuntur per Deciũ in. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. Cum enim a lege omnis hæreditas diuisa sit in multas partes, & data potestas faciendi quot hæredes uult. §. & unum hominem. & §. hæreditas. inst. de hæred. inst. quid potest dici de unione hæreditatis, Item per substitutionem potest separari & transmissionem, ergo illa non attenditur.

Quintam rationem assignat Parpalia, quia defunctorum interest successores ex testamento habere. l. fin. cũ no. per Bal. inf. de neces. ser. hære. inst. §. 1. inst. qui manu. non poss. & ideo dicit ipse cessat in legatis, sed hoc nihil ualet, quia ut ipse dicit, non est generalis, quia in legatis cessat, & tamen habet locum ius accrescendi in eis, Item ut dicit Cag. alias testatores possent eis renuntiare, arg. l. pe. sup. de pac. Quare remanet quod adhuc nulla concludens ratio fuit assignata.

Abintestato etiam plures rationes hic assignantur per doct. & primo Dec. dicit rationem fuisse quia successiones habent tacitam uoluntatem testatoris. l. si qs cum nullum. ff. de iu. cod. & testatores uidentur uocare uenientes abintestato secundum gradus pręrogatiuam ut per gl. in l. non iustam. ubi Bald. inf. ad treb. ergo ex uoluntate testatoris existentes in æquali gradu cõseruantur, & hoc seq. Cur. hic col. 1. & Cag. col. 5. nu. 16. & 17. adducentes dictum, quod lex sequitur uoluntatẽ testatoris sicut uenator leporem. l. 3. ubi Cor. & alii infra de liber. præter. & Bal. in lege penultim. in principio. infra de necess. seruis. hæred. inst. & Socci. in leg. in conditionibus. ff. de conditionibus & demonstrationib. in principio. Sed hæc ratio nec etiam est uera, primo quia successione abintestato non habent uoluntatem morientium nisi quando faciunt codicillos & eos grauant. dicta l. si quis cum nullum. de iure codicillorũ. & hoc patet in infantibus furiosis & mente captis morientibus abintestato. l. 1. ff. de suis & legiti. Item non concludit in iis qui uoluerunt testari & non potuerunt perficere. iuxta legem Domitius. ff. de test. uel in iis quorum testam. ex uariis causis annullantur. Tertio cõfunditur, quia successiones abintestato uariis rationibus & contrariis fuerunt introductæ, nam una fuit in l. 12. tabularum in §. primo. inst. ad tertuli. & alia in §. cæterum. inst. de leg. agn. suc. alia in l. maximum uitiũ. infra de lib. præt. & alia a prætore fuit inducta. inst. de bon. poss. & §. repetitis. inst. de seruili cognatione. Alia fuit a Iustiniano, ut in aut. de hær. ab intest. per totum. Item quod dicitur quod lex sequitur uoluntatem intelligitur ex testamento, Et quod dicitur quod testator uidetur se conformare cum dispositione iuris communis, procedit postquã est introductum illud ius, nõ aũt semp lex præsumit de eo q̃ uolebat hõ ante legẽ. Quarto confunditur per l. 1. inf. de iis qui ante aper. tab. ubi

institutis tribus filiis & uno moriente ante aditam hæreditatem transmittit ad posteritatem remotiorem ex auito desiderio, ergo uoluntas defuncti non est ut existentes in primo gradum excludant remotiores. Item probatur in §.cum filius.insti.dc hæred. quæ abintest. ubi pronepotes unius filii succedunt simul cum filiis primi gradus, & quando habet locum ius accrescendi non reuertitur portio ad primum gradum.l.si duobus. ff.de cont.tab.Item & tertio confunditur in successione abintestato quæ fit per contratabulas, & in querela quæ datur contra uoluntatem.l.ut liberis.inf.de col. ibi,abintestato testamento rescisso.

31 Vnde secundam†rationem assignabat hic Dec.quia portio accrescit portioni sicut alluuio.l.si totam.ff. de acq.hær.Sed hæc minus ualet, quia illa procedit dato iure accrescendi,ut eo modo accrescat, sed quod propter hoc ius accrescendi fuerit introductum,hoc nō apparet,nec percipitur ex ista lege.Vnde latius ego puto ultra alios distinguendum,separando tres quæstiones. Aut quæritur quare fuerit introductum ius accrescendi,Aut quæritur quare prohiberi non potest,Aut quæritur quare inuito crescat.Primo casu,Aut sumus in successione abintestato,& tunc ratio introducendi ius accrescendi fuit ratio illa quæ induxit legem ad constituendum uarios gradus,disponendo quod quidam præferantur aliis,Nam non semper seruatur prærogatiua, ut in §.cum filius.inst.de hær.quæ abintest. & l. si duobus.ff.de contratabu.& in auth.ut fratrum filii.per totum.& in auth.de hæred.quæ abintestato.§.2. dum parentes uocantur simul cum fratribus,& aliquādo successio fit in capita,aliquando in stirpes, ut in §.multis. insti.de success.libertor. Et sic desiderium conseruandi sucessiones secundum formam inductam a lege fuit illa quæ induxit ipsam ad introducendum ius accrescendi in successione abintestato. Et hæc conclusio procedit etiam in successione abintestato quæ fit contra uoluntatem testatoris,ut per contratabulas, & querelā, & ius dicendi nullum,uel alio modo deficiente testamento.Nam illa ratio quæ mouit legem ad inducendū illam successionem contra uoluntatem testatoris fuit etiam inductiua iuris accrescendi pro conseruatione pleniori illius dispositionis legis & ordinatę uocationis,quæ uocatio plures uniens dicitur per doctor. con iunctio legalis,& certo modo potest dici ab ista coniūctione legali causari ius accrescendi. Causa autem inducendi illam uocationem & dādi illum ordinem fuit multiplex,ut patet in uarietate modorum succedendi, & ratio quæ mouit ad præferendum agnatos cognatis mouit etiam ad conseruandum inter agnatos per ius accrescendi, & ratio quæ mouit ad faciendum quod fratres succedant cum ascendentibus, mouit etiam ad conseruandum uoca.per ius accrescendi inter eos, & sic de singulis, & in summa ratio generalis inducendi ius accrescendi in successione abintestato fuit ut cōseruaretur dispositio legis constituentis plures gradus succedendi,& ponendi certas personas in gradibus prælatis sequen.

32 In† successione uero ex testamento oportet subdistinguere,nam aut loquimur de ratione inductiua iuris accrescendi inter disiunctos omnino,& tunc uera est ratio communis,scilicet ne testatores decedant pro parte intestati,si non fuit datus substitutus,quia hic nō potest considerari uoluntas particularis testatoris,& quia ratio cessat in milite,cessat etiam ius accrescendi.l.duo

33 bus.ff.de milita.testamento.†Aut uero sumus inter cōiunctos aliquo modo,& tunc ratio inducendi fuit tacita uoluntas testatoris, q coniungēdo demonstrauit qđ uoluit præfere eos,& eos magis dilexit.l.si ita quis. ff. hær.inst.& l.cohæredi.§.qui discretas.ff.de uulg. & pupil.quia facit unum corpus.arg.l.1.§.iis ita.in fi.inf.de cad.tol.Et hæc eadem habent locum in legatis. di.l.1. §.ubi autem.inf.de cad.tol. Et procedunt etiā in testō militis,nam existente cōiunctione habet locum in suo testamento ius accrescendi,quia militat ratio uoluntatis,non existente coniunctione cessat ius accrescendi. l.si duobus.ff.de milit.testamento,quia cessat ratio inductiua,& istæ sunt ueræ rationes ad inducendum ius accrescendi.

34 Secūdo casu†scilicet,si quæratur quæ est ratio quod testator non potest prohibere ius accrescēdi, uel quod hæredibus inuitis acquiratur portio deficiens, & tunc est alia quæstio quam confundunt doctor.cum præcedenti,sed diuersa est quæstio,& ideo dicas,quod ratio inducendi prohibitionem iuris accrescendi in successione testamentaria est illa quam doctor.adducunt,scilicet ut non decedat pro parte testatus & pro parte nō, quia ius ciuile hoc habuit pro absurdo.d.l. ius nostrū. & ideo hæc prohibitio cessat in legatis, & in casu quo datur substitutus,quia non deuenitur ad illud absurdū Nec obstat dictum Bar.in l.quotiens.§.si duo.ff.de acquir.hær. quia illud dictum reprobatur per doct.in l. Gallus.ff.de lib.& posth.& per Alex.in l.quotiens.inf. de hæ.inst.Et in milite non procedit,quia ratio cessat, cum possit decedere pro parte testatus & pro parte intestatus.d.l.si duobus.ff.de milit.test.

Si uero quæratur de ratione urgendi hæredes acceptare, tunc dicendum est quod est illa quæ ponitur in l.1.§.iis ita.inf.de caduc.toll. quia absurdum est quod hæreditatem illam dimitat derelictam & pro parte acceptet & pro parte non,& etiam est illa ne ille testator decedat pro parte testatus quando factum est testamētum,sed in successione abintestato, tenendo quod inuito accrescat,ut probatur in l.qui duobus.§.fi.ff. de acq. hær.& in §.fina.inst.de orficiano senatuscons. tunc sola ratio potest assignari quam ponit tex. in dicta l.prima,§.iis ita.infra de caducis tollendis.quia absurdum est pro parte acceptare & pro parte repudiare. Nam postquam cohæres repudiauit,illa portio incontinenti coniuncta fuit cum illa portione, & consolidatum fuit illud corpus,& tunc remanet inconueniens ut pro parte acceptetur & pro parte non.l.si duo.ff.de acq.hæred.& l.1.eo.tit.Et ita patet quod ratio posita in dic.§. iis ita.male allegatur per doctor.ad causam inducendi ius accrescendi, quia datur ad causam cogendi hæredē acceptare portionem accrescentem,& per consequens apparet quod in hac materia perfecte & confuse loquuti fuerunt docto.

35 Quinto est†uidēdum quō accrescat portio repudiata propter ius accrescendi,& communiter concludunt
* doctores quod portio accrescit portioni tanquam alluuio,non personæ,per tex.in l.si Titio ususfructus. in fi.ff.de uiutr.ex quo tex.colligit ibi Ang.quod ualet argumentum de alluuione ad ius accrescendi, & idem pbat tex.in l.si totam.ff.de acq.hæred. per quem tex.Aret.ibi dicit quod ius accrescendi præsupponit portionem,& est de portione,& probatur inf.l.1.ibi,illis solis qui acceptauerūt.Et ideo transmittitur ad hęredes, cum alias ius substitutionis transmitti non possit.l.si ex pluribus.ff.de suis & leg.Ias.in l.quotiens.col.pe.infra de hær.inst.Item dispositio loquens de portione acceptata & principali habet locum etiam in portione accrescente.l.inter socerum.§.cum inter.ff.de pact.dota. l.pe.ff.ut leg.nomine caueatur.l.etiam si non dotem.su pr.de iur.dot.Aret.& Ias.in l.si mihi & tibi.ff.de leg. 1. in prin.& in l.cum hæreditate.ff.de acq.hær.Alex. cōsil.20.col.2.uer.2.probatur.lib.1.Ast.in tract. exclusi. fœmin.articulo.9.q.10. & in tractatu de augumento. In quinta principali conclusione. Et ideo cum per ius accrescendi efficiatur unum corpus, non potest repudiari & accrescit inuito.d.l.prima.§.iis ita. infra de caduc.tollend.sicut acquisitum per alluuionem l.quæ ex duabus.§.fina.eodem titulo. Similiter pro iure superuenienti ius accrescendi feri potest sententia pro actore qui egerat ad partem. Aretinus in l. hæres quandoque.

que.in fine.ff.de acquir.hæredita.alleg. l.ſi proponas. in fine.ff.de inoff.teſt.quod procedit etiam in appellatione,ut ibi per eum.& Cag.nu.40. Sed incontrarium facit tex.in l.1.inf.eo.ibi,iis ſolis.& §.fi.inſt.de bonor. poſſ.ibi,eiuſdem gradus perſonis.per quæ iura uidetur poſſe dici quod ſaltem in bonorum poſſeſsione portio accreſcat perſonæ.& tex.in l.ſi totam.ff.de acq.hær.loquitur ſolum in hæreditate.Et licet Dec.inf.l. 1. in.4. notabili dicat quod accreſcit portioni ad utilitatẽ perſonæ ſicut fit de ſeruitute,ut per Bar.in l.1.ff. ſi ſeruitus uendic. Tamen uidetur magna impropriatio ad dicta iura,& maxime,quia etiam in ſucceſsione ciuili uerba concipiuntur in perſonam,ut in d.l.ſi totam.ibi,ei non accreſcere.& l.qui patri.in fine.&l.ſiquis hæres.& l.ex duobus.in fi.ff.de acq.hæred.& l.hæc ſcriptura. in fin. de cond.& dem.& l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis & legit.Secundum Cagno.hic nu.40.dicentem eſſe nimis abſonũ in tot locis iura improprie loqui.& ſubdit quod æquiparatio facta per iuriſconſul.de alluuione ad ius accreſcendi in d.l.ſi Titio non procedit,quia Alluuio eſt incrementum latens.§.præterea.inſt.de rerum diuiſ. ubi glo.in cucurbita etiam exemplificat.Sed in ſucceſsione accreſcente augumentum eſt apparens, & fit unico actu,ut in.l.1.inf.eo.cum ſuis concord.Et petens partem ſuam uidetur petere etiam partem accreſcentem, & decretum ſuper una parte trahitur ad portionem accreſcentem,ut no.in d.l.1.in ſecundo notab. per Decium & alios.Sed ipſe poſtea ſaluat quod per methaphoram iuriſconſ.loquuti fuerunt æquiparationem faciendo de modo augumentandi reſpectu modi & effectus,ut cenſeatur una res,& ueniat portio acceſſorie,& in hoc inſiſtit per multa uerba quaſi hoc non fuerit notum omnibus etiam pueris quod loquatur per methaforam,& iſta acquiſitio fiat ſine flumine & impetu aquæ currentis, & in iſtis plurimum intentus,non fuit recordatus reſpondere ponderationibus factis de tot iuribus quæ loquuntur concipiendo uerba in perſonam, ſed tu reſponde. quod omnia dicta iura declarantur per dic.l. ſi Titio.de uſufr.leg.quæ ponit regulam generalem, ꝙ in proprietate portio accreſcit portioni.Sicut etiam in l.1.§.interdum.ff.de uſufr.accreſc.ponitur alia regula, quod in proprietate portio poſtquam eſt quæſita non accreſcit,ſecus in uſufructu. Et cum dictæ regulæ loquantur generaliter, non ſe fundando in ſucceſsione ciuili & prætoria comprӕhendunt etiam ſucceſsionẽ prætoriam,ut dixi in d.l.1.in quinto notabili. & propter portionem acquiritur poſtea perſonæ qui eſt dominus,ut ibidem dicuut doctor.Et probatur in d.l. 1. dum tex.uult quod ſolis petentibus accreſcat, ergo accreſcit perſonæ propter portionem.Item dum dicitur quod accreſcit inuitis & ignorantibus & ſine petitione d.l.ſi ex pluribus.&d.l.ſed cum patrono.apparet quod fundatur acquiſitio in ipſa portione, & efficitur unum totum,& tamquam acceſſorium ſub portione petita cõtinetur portio accreſcens.

36 Quod tamen dicitur,quod accreſcit inuitis, procedit in hæreditate tantum.d.l.1.§.iis ita.inf.de cad.tol. ſed ſecus in legatis & fideicommiſsis.d.l.1.§.ubi autem legatarii.& per Bar.in d.l.reconiuncti. in quarta quæſt. principali.Et quod accreſcat portio ipſo iure & inuitis,ſequuntur plures notabiles effectus qui ponuntur in l.1.in notabilibus.& in d.l.reconiuncti,ſcilicet, quod non eſt neceſſaria petitio , quod non requiritur noua aditio,neque nouum decretum, quod tranſmittitur ad hæredes etiam non acceptata, quod non requiritur p̃ſentia iudicis.& quod tempus non currat,neque per negligentiam ammitti poteſt. Quæ non procederent ſi portio non accreſceret portioni,ut probatur in d.l.ſed cum patrono.ff.de bonorum poſſe.Item portio accreſcit inuitis quando nullo modo fuit acceptata & poſtea deficit,tunc accreſcit inuitis ſi uolunt retinere partem ſuam,ſi uero uolunt repudiare etiam partem ſuam totum poſſunt ammittere.l.cum hæreditate. & l. ſi minor.ff.de acq.hær.& hoc idem etiam dicitur in caſu l. quidam eulogio.inf.de iur.delib.

37 Sed†dubium eſt magnum,an ius accreſcendi procedat ex uoluntate teſtatoris,uel ex ſola legis diſpoſitione,& quod ueniat uoluntate teſtatoris,allegatur tex.in l.ſi Titio & Meuio.§.Iulianus.ff.de lega.2.& l.ſi in teſtamento.ff.de uulg.& pup.& l.ſi mihi & tibi.ff.de leg. 1.& l. ſeruus communis ab extero.ff.de acq.hær. & ita concludit Alexand.in dicta l.ſi in teſtamento.& Paul. de caſtro in dicta l.ſi Titio.§.Iulianus.ff.de legatis ſecundo.Sed contrarium tenuit Soc.in dicta.l. ſi mihi & tibi. quod immo uocatus per ius accreſcendi non ueniat ex principali diſpoſilione teſtatoris,ſed ex legis diſpoſitione immediate,cum qua concurrit uoluntas teſtatoris,& ſic cum diſpoſitio legis ueniat principaliter & per prius,& diſpoſitio teſtatoris in conſequentiam, non dicitur proprie uenire ex diſpoſitione teſtatoris, argum.l. hoc legatum.ff.de leg.3.Secundo facit, quia prætor confirmat legatum quod quis habet proprie ex iudicio teſtatoris.l.1.ibi,ex iudicio.ff.de leg.pręſt.Sed non confirmatum legatum relictum coniuncto quod accreſcit patri.l.3.§.Sed ſi coniuncti.ff.de leg.præſt.ergo quod uenit ex iure accreſcendi non eſt ex iudicio. Tertio confirmat per tex.in d.l.ſi in teſtamẽto.ubi ſubſtituti per illa uerba,quiſquis mihi hęres erit,uocantur pro qua parte ſunt hæredes, tam ex inſtitutione facta in teſtamento quam ex iure accreſcendi, & tamen dicuntur uocari ex legis diſpoſitione,per tex.ibi, ex altera lege uenire.Et hæc pars confirmatur, quia ſi ex uoluntate teſtatoris ueniret, haberet etiam locum in illis caſibus in quibus non datur ex lege, quod tamẽ eſt contra tex.in l.ſi duobus.ff.de mili.teſt.Dec.uero defẽdit communem opinionem, & reſpondet adductis per Socci.ut hic per eum,ſed quia intricate Socci. ibi loquitur,& Dec.non bene aperit mentem, ideo conſiderandi ſunt aliqui caſus ſeparatim.

38 Et primo † uidendum eſt an ueniat ex ſola legis diſpoſitione, in quo deciſiue dicas ſic, quod ſi ſucceditur abinteſtato ſine dubio uenit ex legis diſpoſitione, ſicut ipſa ſucceſsio arg.rub.& nig.inſt.de legi.agna.ſucceſſ.& infra de legit.hæred.& inſti.de ſucceſſ. cognat. §.2.cum aliis concordantib.poſitis per Iaſonem & Decium infra in l.prima.in principio. Si uero ſumus in ſucceſsione teſtamentaria,& tunc aut uenit in portione ſua contra uolũtatem teſtatoris,ut in bonorum poſſeſsione contra tabul.in qua habet locum ius accreſcẽdi.l.ſi ex duobus in principio.ff.de bon.rab.& l.prima. §.ſiquis ex nepotibus.ff.de coniung.cum emanci. liber. eius. uel in quærela, in qua ſimiliter habet locum ius accreſcendi.l.ſi proponas.§.finali.ff.de inofficio teſtamento.& tunc ius accreſcendi uenit ex ſola legis diſpoſitione,quia cum portio ſibi debita ueniat contra uoluntatem teſtatoris.l.prima.in principio.ff.de leg.præſtand.& l.ut liberis.infra de collat.non poteſt uenire ex uoluntate teſtatoris,l.ubi repugnantia.ff.de regulis iuris.& l.ancillam.ff.pro ſuo.& ſic uenit ex legis diſpoſitione ſola quæ dat illi filio hoc remedium , ergo tanto magis portio accreſcens ex legis diſpoſitione.Quod etiam probatur,quia petens contra tabulas uel intentans quærelam dicitur ſuccedere ab inteſtato, ſecun-
* dum magis communem opinionem in l.ut liberis.inf. de collat.& in l.fina.infra de teſtamen.& ſucceſsio ab inteſtato non uenit ex diſpoſitione teſtatoris, ut ſupra dixi, niſi factis codicillis, quo caſu concurrit etiam uoluntas teſtatoris. l. ſiquis cum nullum.ff.de iure codicillorum, ergo eſt ex ſola legis diſpoſitione, Nec obſtat quod dixit Decius infra in l.1. in primo notabili. quod in ſucceſsione abinteſtato eſt tacita uoluntas, q̃a illud non eſt uerum ut infra dicam, in illa quæſtione quare ſit inductum ius accreſcendi in ſucc. abinteſt. nã allegat ſolum.l.ſiquis cum nullũ.quæ,ut dixi,nõ facit.

Et quod in succeßione abintestato ius accrescendi nõ habeat uoluntatem morientis, probatur in l. 1. infra de iis qui ante aper. tab. ibi, contra auitum desiderium, cũ aliis ibi adductis quæ hic repetas. Et solum potest dici concurrere uoluntatem testatoris ex quodam consensu sequenti, quia uidetur se conformare cum dispositione legis. arg. l. si seruus communis. ff. de acq. hær. & no. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. sed nulla antecedens uoluntas propter quam lex mota fuerit ad inducẽdum ius accrescendi potest considerari, ut dixi, Nec obstat l. siquis cum. ff. de cond. & dem. ubi uidetur probari quod ueniens contra uoluntatem dicitur habere ex uoluntate, quem allegat hic Sapia, quia ibi hoc non ꝓbatur, sed dicitur quod legatum relictum uenit ex uoluntate etiam quod non manumittatur seruus, Cum illa conditio apppoſita, si est contra l. habetur pro non apposita & fingitur testatorem noluisse eam apponere. Secundo casu utrum succedens ex testamento secundũ uoluntatem habeat ius accrescendi ex sola legis dispositione, & tunc concludas quod non, quia concurrit uoluntas testatoris secundum omnes, quibus non contradicit Soccinus, qui non negabat concurrere uoluntatẽ, sed negabat uoluntatem testatoris principaliter habere ius accrescendi, sed mihi alia opinio placet, & puto quod tunc ueniat ex principali uoluntate testatoris, & in consequentiam ex legis dispositione confirmante testamentum, iuxta l. lege obuenire. ff. de uerborum sign. ut statim dicam.

39 Secundo igitur est uidendum, an ius accrescendi ueniat ex uoluntate testatoris sola, uel principaliter, & tunc dicas, aut succedens uenit ex succeßione ab intestato, uel facto testamento habet portionem suam contra uoluntatem testatoris, & tunc non tantum non uenit ex sola uoluntate testatoris, & neq; principaliter, Sed nullo modo, ut supra dixi, nullis factis codicillis, nisi intelligamus de quadam largißima uoluntate testatoris in sua portione, & tunc puto, quidquid dicant docto., quod principaliter ueniat ex uoluntate testatoris, & in consequentiam ex legis dispositione, quatenus confirmat testamentariam succeßionem. iuxta legem. lege obuenire. ff. de uerb. sign. Et hoc probat manifeste tex. in d. l. Titio & Meuio. ff. de lega. 2. qui dicit quod ueniens per ius accrescendi est quasi substitutus, & continetur sub constitutione noua facta ab imperatore de substitutis, & sic lex loquens de substitutis uerificatur in uenientibus per ius accrescendi, & tamen nõ uerificatur in uenientibus per ius transmißionis, uel per successorium edictum. l. 1. §. fi. ff. de leg. 3. & sentit ibi glo. in solutione contrarij, & alia ratio non potest esse, nisi quod ius accrescendi uenit ex tacita dispositione testatoris, sicut tacita pupillaris uel uulgaris quæ cõtinetur sub expressa. l. nam hoc iure. ff. de uulg. & pupil. & hoc etiam magis probatur, quia ibi erat dispositio codicillaris quæ tacitum inducit grauamen in uenientibus ab intestato, ergo tanto magis istud esset si ueniret ex testamento ex institutione expressa. Secundo probatur per tex. in dicta. l. qui testamento. in princ. cõiuncta. l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. & pupill. Nam in dicto. §. hæc uerba. dicitur quod substitutio per illa uerba, quisquis mihi hæres erit, compræhendit solum illos qui sunt hæredes ex testamento, nec compræhendit patrem qui per filium, & dominum qui per seruum efficitur hæres, nec hæredem hæredis, quia nõ ex iudicio ueniunt, sed in. d. l. qui testamento. dicitur quod substitutio facta per illa uerba comprehendit eũ qui uocatus uenit per ius accrescendi, ergo dicitur uenire ex testamento, & ex iudicio testatoris, quia alias non compræhenderetur in illis uerbis, sicut nec pater. uel dominus, uel hæres hæredis. dicto. §. hæc uerba. Et dicitur uenire ex mente principaliter, quia pater uel dominus ueniunt ex mente in consequentiam. §. final. ubi no. insti. de uulg. & l. cum filiofam. ff. de lega. prim. & l. paterfam. ff. de uulga. & pupil. Et dum in illo text. dicitur alteram legem, expone, scilicet confirmantem uoluntatem testatoris in iure accrescendi. sicut omnis succeßio testatoris a lege defertur. l. lege obuenire. ff. de uerborum signifi. Tertio facit tex. in d. l. seruus cõmunis extero. ff. de acq. hær. ubi dicitur quod tacito iure accrescit, nam debet exponi, tacito iure prouueniente ex testamento, quia non possunt illa uerba referri ad dispositionem legis, cum dispositio legis in iure accrescendi sit expressa, non tacita. Quarto confirmatur per dictam. l. si mihi & tibi. de lega. 1. secundum primũ intellectum quod ibi erant coniuncti re & uerbis, qđ probabilius est, quia in eadem oratione dicit mihi & tibi, uel si intelligis quod essent disiuncti uerbis, tunc probat quod ius non decrescendi uenit ex uoluntate testatoris, quod in hoc est eiusdem naturæ cum iure accrescendi. Quinto confirmatur per l. si duobus. ff. de milita. testa. ubi inter hæredes scriptos non habet locum ius accrescendi in milite, quia potest decedere pro parte testatus & pro parte intestatus, nisi appareat de uoluntate, sed uoluntas sumitur ex uirtute coniunctionis ut supra dictum fuit, ergo uoluntas testatoris est fundamentum iuris accrescendi. Et idem probatur in l. 1. §. iis ita. uersi. hoc ita uarie. ibi, quasi unum corpus. & l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de uulg. & pupil. Non obst. si dicatur quod immo uenit a lege, cum nullum sit ius accrescendi quod non inducatur a lege. Nam respondetur quod ibi erant disiuncti omnino, inter quos concedo quod a lege inducitur ius accrescendi, per regulã l. ius nostrum. ff. de reg. iur. Non obstat text. in l. interdum. §. paterfamilias. ff. de hæred. instit. quia si sunt cõiuncti, ius accrescendi uenit ex uoluntate, si uero sunt omnino disiuncti, & tunc dicitur prouenire a lege propter regulam dictæ l. ius nostrum. quod patet, quia testator non potest prohibere etiam si uellet in illis terminis non dando cohæredem uel substitutum, Nec obstat alia fundamenta, quia retorquentur ut supra dixi, & istam opinionem, sequitur hic Cagnol. ascribens sibi hæc fundamenta tacito authore, quæ ego scriptis meis antiquis adduxeram.

40 Ex prædictis igitur distingue, & habebis resolutionem omnium. Aut succeditur abintestato. Aut ex testamento. Primo casu fac regulam, quod ius accrescendi principaliter uenit ex legis dispositione etiam sola, sicum ipsa succeßio dicitur uenire ex sola legis dispositione, licet aliquando in consequentiam remotam dicatur concurrere uoluntas subsequens testatoris uolentis ex præsumptione se conformare cum legis dispositione, quæ tamen in hoc non attenditur, sicut non cõsideratur in succeßione principali, Fallit quando sunt facti codicilli, quia tunc dicitur uenire ex tacita uolũtate testatoris. l. conficiuntur. & l. siquis cum nullum. ff. de iure codicillorum. & l. Titio & Meuio. §. Iulianus. ff. de legatis secundo. Secundo casu principali quando succeditur ex testamento. fac regulam, quod ius accrescendi uenit ex uolũtate testatoris principaliter, & non ex legis dispositione, nisi quatenus testamentariæ succeßiones omnes a lege ueniunt. l. lege obuenire. ff. de uerborum significa. quod tamen in hoc non attenditur. Fallit nisi ueniens per ius accrescendi habeat portionem suam contra uoluntatem testatoris, qꝫ tunc indistincte uenit ex legis dispositione principali. Secundo fallit inter disiunctos omnino in quibus habet locum ius accrescendi propter regulam. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. per. l. si duobus. ff. de milit. testa. Ex quibus patet an ius accrescendi procedat ex legis & hominis dispositione simul. Nam æqualiter ab utroque non potest prouenire, sed bene ab uno principaliter, & ab alio in consequentiam remotam secundum distinctionem supra traditam, cũ quasi omnes ultimæ dispositiones tam ex testamento quã abintestato possint dici quod habeant utrunq; annexum, & ita habes resoluta

41 resoluta cõtraria, & nulla opi. doct. ẽ simpliciter uera. Subdit etiam † hic Dec. repræhendendo Pau. de cast. quod testator non potest prohibere ius accrescẽdi. Sed opinio Pau. quod immo possit prohibere, uerior est, quia substitutus excludit ius accrescendi. l. unica. §. iis ita. inf. de cad. tol. & ꝓbatur in l. dominus seruo. §. 1. iũcta gl. ff. de usufr. & uoluit Bal. in fideicommisso uniuersali in d. l. 1. inf. de cad. tol. Et hæc conclusio procedit si ne dubio in legatis & fideicommissis. In hæreditate uero directa uariãt doct. in locis hic allegatis per Dec. & & refert Cro. in l. reconiuncti. nu. 53. & 54. ff. de leg. 3. Sed tu dicas sic. Aut testator uult prohibere nullo dato substituto uel cohærede qui succedat in portione uacante, & tunc non potest prohibere ne sequatur inconueniens regulæ. l. ius nostrum. de reg. iur. §. uideamus. inst. de hær. inst. & l. nemo potest. ff. de leg. 1. Aut enim uult dare substitutum uel cohæredem, & tunc indistincte prohibere potest, sicut & totum testamentum destruere, & ita procedant allegata incontrarium, & hoc uerum est in successione ex testamẽto, sed in successione abintestato, dicebat hic Cag. quod testator potest ꝓhibere ius accrescendi, quia cessat illa ratio quod deueniatur ad incõueniens. d. l. ius nostrum. ergo etiam cessabit prohibitionis causa. l. adigere. §. quamuis. de iure patrona. c. cum cessante. de appel. Et quia in successione abintestato uidetur esse tacita uoluntas propter quã est introductum ius accrescendi, arg. l. si quis cum nullum. ff. de iure cod. sicut etiam dictum fuit in successione ex testamento de legatis & fideicommissis, & per dationem substituti in hæreditate, quando non deueniatur ad illud inconueniens.

Sed tamen incontrarium facit lex 1. inf. de iis qui an te aper. tab. ubi ante illam legem contra uoluntatẽ testatoris in successione abintestato, prout extendũt doctores, contra auitum desiderium habebat locum ius accrescendi si moriebatur filius ante aditam hæreditatẽ. Item falsum est ut sup. dixi quod in successione ab intestato sit uoluntas morientis non factis codicillis. Nec est uerum quod ius accrescendi proueniat ex tacita uoluntate, sed prouenit ex mera legis dispositione, ut sup. dixi in duab. quæstio. nu 37. & 38. Præterea non uidetur posse adaptari quod moriens possit prohibere ius accrescendi non facto testamento. Et per contractus quis non potest facere quod alio modo succedatur quã per l. dispositionem. l. si fratres. §. idem respondet si societatem. & ibi glo. ff. pro socio. & ego dixi in l. fi. sup. de pactis. super 1. quæst. Bar. Saluari tamen potest cõmunis opinio quando succeditur ab intestato factis codicillis, ut testator possit prohibere per obliquum grauando illam superuenientem cui accrescit per fideicõmissum, sed directo non poterit prohibere ius accrescẽdi, quia esset dare hæreditatem in codicillis. §. pe. insti. de codicillis. Erit igitur necessarium, si uult prohibere, quod faciat testamentum sicut si uellet quod ab intestato sibi succederent existentes in tertio gradu existentibus aliis primi gradus, non posset illud facere nisi per testamentum directum, uel per obliquum ut per fideicommissum, sed in milite testante quia cessat. d. ratio. l. ius nostrum. indistincte permissum est ei prohibere ius accrescendi tam inter coniunctos quam etiam inter disiunctos. l. si duobus. ff. de mil. test.

Si tamen contingeret quod testator institueret in re certa, & prohiberet ius accrescendi fauore uenientium ab intestato, tũc ualeret prohibitio, ut ei succedatur ab intestato, & ille institutus in re certa tanquam legatarius habeatur detracta mentione institutionis, secũdũ Bar. in l. quotiens. §. si duo. ff. de hæred. inst. qui hoc modo intellectus communiter approbatur, ut per Ioann. Crot. in d. l. reconiuncti. ubi Ripa. colum. 32. Sed si intelligeretur dictum Barto. remanente institutione ualida directo, tunc non bene loqueretur, & communiter damnatur ut hic per Sapiam col. fi. & per doct. in l. Gallus. ff. de lib. & posthum.

42 Item † succedit dubitatio alia, quæ est ratio quod ius substitutionis uincit ius accrescendi. docto. in d. l. recõiuncti. & Bolog. cons. 96. assignant rationem, quia substitutus ex expresso iudicio testatoris uenit, & coniunctus ex tacito, & expressum facit cessare tacitum. l. fin. sup. de pact. conuentis. & l. filio. §. filio. ff. de uulg. & pupil. Sed ista ratio uidetur confundi. per d. l. fi. inf. de hæred. inst. iunct. no. ibi per Ias. in sexto notabili, ubi per illa uerba, Semproni Ploci hæres esto, inducitur substitutio tacita, quæ tamen excludit ius accrescendi, & propterea multi eam non tenent. Cag. uero inf. in l. 1. nu. 53. & 54. dicit eam esse bonam respectu substitutionis expressæ, sed in tacita substitutione dicit esse rationem ut seruetur uoluntas testatoris, quæ uidetur fuisse ut ille quem dedit substitutum præferatur coniuncto, Quę ratio in effectu concludit idem quod communis, & in. d. l. fin. si bene inspiciatur dicitur esse substitutio expressa, quamuis aliqua uerba subaudiri debeat, sicut in. l. 1. §. si autem. ff. de hæred. insti. dicitur expressa institutio quamuis aliqua uerba subaudiantur. Et melius exemplum potest colligi ex no. in l. precibus. infra de imp. quando sub uulgari continetur pupillaris, uel ecõtrario, & tunc uidetur quod coniunctus etiam possit dici substitutus. arg. d. l. Titio & Meuio. §. Iulianus. ff. de leg. 3. ergo uidetur quod æqualiter debeant succedere uel etiam prius coniunctus tanquam primo uocatus. Et ideo Rom. in l. Gallus. §. & quid si tantum. colu. 39. cum seq. de liber. & posthu. tenuit quod ius accrescendi non excluditur a substituto tacito, & respondet contrariis ut ibi per eum. Lancellotus pol. in tract. substit. nu. 23. col. 4. in tertio effectu, & in d. l. reconiuncti. sub titu. an & quando coniunctus præferatur substituto dixit rationem esse quia ius accrescendi est quodam remedium subsidiarum quod cæteris deficientibus competit. arg. l. in rem. ff. man. & quod sit subsidiarũ tenuit Dec. in d. l. testõ. Quæ ratio non tollit difficultatem, quia ideo appellatur subsidiarium remedium quia apparet per leges quod ultimo loco datur, sed non dicitur quare ita inductum fuerit, item potest negari quod sit subsidiarium quia uincit successorium edictum, ut supra dixi, quod est remedium ordinarium.

Vnde Decius in dicta l. in testamento. & Rippa in dicta l. reconiuncti. columna tertia. super tertia quæst. Bartoli. dicunt quod ius accrescendi non competit nisi portio penitus deficiat, & per substitutionem non dicitur deficere in totum, Quæ ratio similiter non concludit, quia oportet scire quare non dicatur in totum deficere portio substitutione existente sicut deficit quãdo est successorium edictum. Quare ratio uidetur posse assignari, quia substitutio est principalis dispositio de illa portione, ius uero accrescendi inducitur ex quadam dispositione in consequentiam pro conseruatione unionis quam uidetur fecisse testator plures simul uocando, Cum in omni substitutione siue tacita siue expressa testator de illa portione specialem facit prouisionem, quæ prouisio specialis non ita colligitur ex coniunctione uocationis in aliis partibus. Et propterea, quidquid dicat Ruinus in dicto §. & quid si tantum, omnis substitutio etiam tacita uincit ius accrescendi. Quæ conclusio procedit etiam in substitutione inualida, ut probatur in l. penultima. ff. de iniusto rupto & irrito testamento. quia ex substitutione data iam apparet testatorem uoluisse excludere ius accrescendi, ut nota. Iason & alii in d. l. fin. in quinto notabili. & latius habetur per Politum & Ruynum in dictis locis.

43 Limitatur † tamen d. conclusio non procedere quando est idẽ institutus & substitutus, quia tunc præualet ius accrescendi. l. testamento. inf. de impuber. quod patet, qa inuitis accrescit. Et ratio est, quia tunc substitutio fit ad augẽdũ ius accrescendi, & rõ rationis potest

esse, quia si non esset ius accrescendi posset deueniri ad absurdum quod decederet pro parte intestatus. Potest etiã dici ut ibi uolebat Dec. q̃ ille ueniat ex iure substitutionis, & si repudiat ex substitutione q̃ tunc accrescat ei, sicut dicit in d. l. 2. §. si duo, quando extraneus est substitutus, sed quia idem est effectus aliter de modo non curatur. l. Gallus. §. quod si is. ff. de lib. & posth. Non tamẽ multis placet quod ex substitutione ueniat inuitus, sed ex iure accrescendi repudiata successione ex substitutione, quod uerius est, & in aliis dic ut per Pau. de castro. Alex. & Cor. ibi. Alias limitationes ponunt doct. in d. l. reconiuncti, ad quas me remitto ne omnia dicta in d. l. transplantentur hic sine ordine.

44 Item† dubitari potest de ratione quare ius transmissionis uincat ius accrescendi, & breuiter potest dici, q̃ in transmissione quæ fit ex potentia suitatis ratio est, quia hæredi morienti est ius quæsitum ratione suitatis, & dicitur transmissio iuris quæsiti, ut dixi in le. emancipata. sup. qui admit. & ideo cum portio non deficiat non potest accrescere, per regulam sup. positam. In transmissione uero quæ fit ratione sanguinis ratio potest esse quam ponit tex. in d. l. unica. ini. de iis q ante aper. tabu. s. uotum parentum qui diligunt æqualiter nepotes & pronepotes sicut filios, & eos quodammodo uidentur substituisse, & si non fuissent filii in medio nepotes abintestato fuissent uocati. §. cum filius. insti. de hæred. quæ ab intest. Et testator similiter idem fecisset. arg. l. liberorum. ff. de uer. sig. & tanquam substituti præferuntur, & portio non dicitur deficere. In trãsmissione uero quæ fit de iure deliberandi, quæ mere legalis est, ratio potest esse, quia casus fortuiti non debẽt preiudicare hæredi, & non potest imputari ei negligentia in adeundo, & ideo donec pendet tempus ad deliberãdum quodammodo dicitur aceptare reuocabiliter, & non dicitur deficere portio in totum, fictione legis, & generaliter ratio quare transmissio impedit ius accrescendi est, quia portio non dicitur deficere per mortẽ transmittentis, ratio autem inducens legem ad faciendum quod portio non deficiat per mortem, fuit triplex sicut est triplex transmissio, siue triplex transmissionis effectus ut dixi.

45 Rursus† dubitari potest, quæ est ratio quod ius accrescendi uincit successorium edictum, & breuiter dicendum est quod ratio uaria inductiua iuris accrescendi fuit illa etiam quæ uoluit ius accrescendi excludere successorium edictum. Nam, ut sup. dictum fuit, ratio inducendi ius accrescendi fuit illa quæ induxit legem ad ponendum certas personas in uno gradu seu una uocatione quę pręferuntur aliis positis in sequenti uocatione, & licet plerumq; illud contingat propter quãdam proximitatem naturalem, tamen non semper lex uocauit proximiores, sed eos distinxit sub uariis considerationibus ut sup. dixi, & patet ex uarietate iurium circa successiones pro tempore emanatarum, & propterea sequitur, quod si successorium edictum est in eadem persona, ut in l. 1. §. sed uidendum. ff. de suc. edic. tunc uincit ius accrescendi, ut inf. dicã in l. 1. quia filius ex quocunque capite succedat succedit cum qualitate filiationis, ut ut ibi probabo, & ideo in ea portio non dicitur in totum deficere nisi quando excluditur ab omni successione secundum uerum intellectũ quem infr. dabo ad leg. nostram. Item fallit in casu auth. præterea in fra unde uir & uxor. ut similiter dicam in le. 1. super 4. intellectu.

46 Quæ autem sit † ratio quod quis potest succedere ex multiplici capite, ponit Bal. hic col. 4. uer. reuoco in dubiũ. ibi, q̃ capita fundãtur in qualitatibus, & filius hẽt plures qualitates, sicut Bal. hẽt qualitatẽ hominis in specie ẽt animalis in genere, & tanquã filius est indiuiduũ iõ põt esse tanquã filius indiuiduũ, tãquã homo species, & tanquã animal genus, & ita tanquã agnatus spẽs, & tãquã cognatus genus, ut hic latius per eũ. Et hęc sufficiãt pro generali introductione terminorum, nam si omnia pertinentia ad materiam tractarentur, inordinate repeterentur quæ dicuntur in l. reconiuncti. ff. de leg. 3. Ioan Bolog. Neapoli de mane legens.

Summaria super. leg. prima. C. Quan. Non Petentium Partes.

1 *QVARE Hæc lex tam clara in uerbis reddatur difficilis.*
2 *Successio legitima quot modis capiatur in iure.*
3 *Verbum, cessante, quot modis capi possit.*
4 *Verbum, liberorum, quot modis capi potest.*
5 *Lex ista legitur uariis modis per glo. & per docto. dantur ultra duo decim intellectus.*
6 *Lex ista generaliter intel ligi debet in omnibus liberis, & in quacunque successione.*
7 *Summaria uaria referuntur.*
8 *Casus figuratio in prima parte.*
9 *Casus figuratio in secunda parte.*
10 *Emphyteosis concessa pro se & legitimis hæredibus quas personas comprahendat.*
11 *Emphyteosi concessa pro se & legitimis hæredibus an instituti admittantur.*
12 *Verbum, hæredibus, quando comprahendat filios tantum, & quando generaliter omnes succedentes ex testamento & ab intestato.*
13 *Verbum, legitimis, prout est substantiuum, non potest comprahendere uenientes ex testamento.*
14 *Inter succedentes de iure prætorio habet locum ius accrescendi, quamuis sit successorium edictum.*
15 *Leges codicis an possit intelligi quod decidant casum indubitabilem.*
16 *Leges codicis continentes ius antiquum quid operentur.*
17 *Verba, cessante legitima successione, quomodo exponenda sint. & declaratur. l. si solus. ff. de acq. hær.*
18 *Decretum iudicis an extendatur.*
19 *Repudiatio fieri potest sine decreto.*
20 *Hæreditas quare non possit adiri per procuratorem, & quid de bonorum possessione.*
21 *Declaratio regulæ. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur.*
22 *Portio deficiens accrescit solum acceptantibus.*
23 *Portio deficiens an accrescat hæredi uendenti hæredi. uel emptori.*
24 *Hæres uendens hæreditatem an semper teneatur restituere portionem accrescentem.*
25 *Declaratio literalis glosæ primæ cum plena distinctione quomodo liberi succedant parentibus.*
26 *Intellectus primus glo. repræhenditur ut per eam ponitur.*
27 *Filius succedens per inferiora capita sibi ipsi an concurrere possit cum fratribus suis, ultra alios discutitur.*
28 *Filii habentes officianum an repudiando unde cognati uideantur repudiare unde legitimi.*
29 *Intellectus secundus glo. repræhenditur, sed tanquam exemplũ approbatur.*
30 *Ius accrescendi an habeat locum inter suos hæredes.*
31 *Sui hæredes an post 30. annos possint se immiscere.*
32 *Sui hæredes non excluduntur post 30. annos, nec per successoriũ edictum, nec per ius accrescendi.*
33 *Beneficium abstinendi an sit prætorium, uel ciuile, & perpetuũ, uel annale.*
34 *Tertius intellectus glo. refertur & repræhenditur.*
35 *Argumentari an possit ex uerbis narratiuis in legib. positis.*
36 *Regulariter ex uerbis narratiuis legis argumentari potest, quid quid dicant doctores.*
37 *Quartus intellectus glo. refertur & repræhenditur.*
38 *Ius accrescendi an uincat successorium edictum.*
39 *Limitatio Bal. de casu auth. præterea. an procedere possit.*

Quintus

40 *Quintus intellectus Rom.refertur, & defenditur, & ampliatur.*
41 *Intellectus Bal refertur, & cum sua illatione reprehenditur.*
42 *Septimus intellectus Cur. refertur & reprehenditur.*
43 *Octauus intellectus Ias. refertur & reprehenditur.*
44 *Nonus intellectus refertur & reprehenditur.*
45 *Decimus intellectus refertur & reprehenditur.*
46 *Intellectus Cagno.uanus & gloriosus demonstratur.*
47 *Intellectus.l.sed cum patrono.ff.de bonorum poss.latissime examinatur.*
48 *Quomodo intelligatur illa propositio, quod inter succedentes diuerso iure non habet locum ius accrescendi.*
49 *Nouiter declaratur quando inter succedentes diuerso iure habeat locum ius accrescendi.*
50 *Inuitis quomodo & quando portio accrescat.*
51 *Intellectus.l.mulieri & Titio.ff.de cond.& demonstr. late examinatur.*
52 *Succedentes de iure speciali an acquirant per ius accrescendi.*
53 *In fideicommissis uniuersalibus habet locum ius accrescendi.*
54 *In dote & legitima habet locum ius accrescendi.*
55 *In possessione facti non habet locum ius accrescendi, & quid de bonor.poss.facti.*
56 *In concessionibus feudalibus uel emphyteoticis an habeat locum ius accrescendi.*
57 *In successionibus feudalibus an & quando habeat locum ius accrescendi.*
58 *In successionibus feudorum in quibus uiuitur iure francorum quando habeat locum ius accrescendi.*

Repetitio l.1.C. quando non peten. partes.

IN Hac lege tractatur qaomodo & quando habeat locum ius accrescendi in successione prætoria & quibus accrescat. Et in text.deciditur qd habeat locum quando pluribus eadem bono. poss. simul deferē, & cesset legitima successio, & quod accrescat solū petentibus. Quæ decisio clarissima omnibus prima facie uidetur & sine scrupulo, sed postea ulterius perscrutando quod ea sit per duos ablatiuos absolutos, cessante legitima successione, qui resoluuntur in conditionem.l.a testatore.ff.de condit. & dem. Sequitur quod hic deciditur non habere locum semper ius accrescendi de iure prætorio, sed solū si cessauerit legitima successio, idest concurrat legitima successio, Ideo uidetur difficilis, quia tria absurda uiden-
1 tur induci, Vnum quod de iure prætorio non habeat locum ius accrescendi nisi quando bon. poss. est necessaria, ut erat isto tpe successio emancipatorū & cognatorum. ut no. in l.fi.inst. unde legitimi. & per consequens obstat generalitas tex. in l.3.§.fi.ff.eo.& §.pe.inst.eod. & iste tex. ualde restringit.

Secundo infertur, quod ius ciuile impedit ius accrescendi, quod uidetur absurdum, quia ius ciuile ante ius prætor. introduxit ius accre. l.Celsus.§.fi.cum gl.ff. de leg.2.& passim est receptum.l.si ex pluribus. ff. de suis & legi.& l.qui ex duobus.§.fi.ff.de acq.hær. cum cōco. adduct.in rubr. Tertio insurgere uidetur aliud absurdum, quod in codice sit factus titulus separatus de iure accrescendi propter unam legem quæ loquitur in casu particulari, & in digestis non sit tactus titulus separatus de hoc, & leges generaliter loquuntur de omnibus casibus. Quare ad euitanda ista contraria uariatur lex nostra in intellectu multis modis in glo.& per doctor. & tria uerba uariis modis intelliguntur, scilicet legitima successione, & uerbum cessante, & uerbum liberorum.
2 Nam ut dicebat hic Sali.& Ias. legitima† successio multis modis capitur in iure nostro, comparando ad uaria subiecta. Nam primo legitima successio dicitur ad differentiam prohibitæ, ut illa sit legitima quæ est permissa, & illa non sit legitima quæ nō sit permissa. Et in hac significatione comprætendit successionem ciuilē & prætoriam, & excludit successionem reprobatam, ut in spuriis.auth.ex complexu.sup.de nat.liber.& in delinquentibus.l.edicto.ff.eo. Secundo modo dicitur legitima successio ad differentiam successionis prætoriæ ut illa sit legitima quæ est introducta a lege ciuili, & illa non censeatur legitima quæ est introducta a iure ꝑtorio etiā ꝙ sit permissa, & tunc propriori nomine appellatur successio ciuilis, & alia prætoria, sicut obligatio ciuilis & prætoria.§.1.inst.de oblig. Et in hac significatione comprætendit etiā successionē ex testō.l. lege obuenire.ff.de uer.sign.& ita capitur in ll.quæ dicūt succedi per hæreditatē, non bon.pos. Tertio modo capitur legitima successio ad differentiā testamentariæ, ut illa sit legitima quæ immediate defertur a lege, & illa non legitima quæ defertur ab homine in testamento, & sic successio legitima sit successio ab intestato, & successio testamentaria non sit legitima hoc modo licet permissa, & hoc modo capitur in l.3.§.de illo. ff. ꝓ socio.& l.illud.ff.de acq.hær. Quarta est legitima successio ad differētiā successionis nō introductæ a lege, sumpta in speciali significatione. Et tunc illa est legitima quæ delata fuit a l.12.tab.tantū, & illa nō est legitima quæ delata fuit ab orficiano uel tertul.senatuscō. uel ab aliis partibus iuris. Et in hac significatione sumitur insti.de legitima agn.succes.& de legitima agnatorum uel patronorum tutela, & inst. de suis & legit. & ff. de legitimis tutoribus.

3 Similiter† uerbum cessante, positum hic in tex.intelligitur uariis modis. Nam primo intelligitur, cessante legitima successione, idest non existente legitima successione, quia nulla fuit introducta in illo casu, ut in emancipatis & cognatis hoc tempore, & hoc subdiuiditur, nam aliqñ liberi habēt plures successiones a lege ciuili, ut ex capite agnatorum, & suitatis, & aliqñ unā tātum, ut in filiis succedentibus matri, & idem de iure ꝑtorio ut sui.l.1.§.sed uidendum.ff.de succe. edic. cū emancipati habeāt duas tantum, unde liberi, & unde agna, Et ideo exponitur, cessante legitima successione, idest nulla existente alia sequēti successione quę fuerit introducta iure ciuili uel prætorio. Secundo modo intelligitur uerbum cessante legitima successione, idest reiecta legitima successione, ut quamuis existat & concurrat cum successione prætoria, tamen non habeatur ratio de ea, sed ea non obstante habeat locū ius accrescendi, & postea succedendo de iure ciuili nō possit impedire ius accrescendi in successione prætoria. Tertio modo intelligitur cessante legitima successione, idest repudiata legitima successione, ut sit necessarium quod adhoc ut habeat locum ius accrescēdi de iure pretorio ꝙ si ille ommittens possit succedere de iure ciuili, & illam successionem repudiet, quia ea non repudiata non haberet locum ius accrescendi in sola successione prætoria, cū portio non dicatur si deficeret totum. Item capitur pro extāte, & isti modi postea possunt multiplicari capiendo legitimā successionem uariis modis. Kur-
4 sus† quia hic tex. loquitur de bono. poss. delata liberis, Iste terminus, liberorū, ad tollenda prædicta absurda, intelligitur tribus modis, prout sunt tria genera liberorum, nā quidā sunt sui hæredes, quidam sunt filii emācipati, & quidam sunt filii neq; sui neq; emancipati, ut in successione materna, uel lineæ maternæ.

Ex quibus uariis expositionibus lex ista quæ in uerbis plana est, & clarissima, redditur difficilis & obscurissima, & glo. uix intelligi potest, & doct. tradunt ultra duodecim intellectus. Quattuor tamen sunt intelle-
5 ctus principales, Primus† est quod intelligatur iste tex. de successione delata filiis in bonis maternis quibus a lege ciuili nō datur nisi unica successio ex orficiano, & a lege prętoria nisi successio unde cognati, Nam in istis habet locū ius accrescendi per simplicē ommissionē, ꝙ

non esset in aliis filiis qui ex seq. capitibus possunt succedere. Et exponitur bon. poss. unde cognati. Et secundum istum intellectum uerbum, legitima successione, capitur primo modo pro successione permissa tam ciuili quam prætoria, & uerbum, cessante, capitur ꝓ non existente, idest quod nulla alia successio ex sequenti capite fuerit introducta ut sibi ipsi posset succedere, Sed iste intellectus non est bonus ex multis infr. dicendis. & præcipue, quia nimis restringit hanc legem, & præsuppositum est falsum, quia immo tales filii habent duo capita, unde legitimi, & unde cognati. l. 2. §. fin. ff. unde legitimi. Item militat absurdum quod in codice sit titulus proprius propter legem particularem & in ff. nõ sit factus titulus proprius ubi sunt leges generales, ac etiam edictum prætoris erat generale.

Secundus est intellectus quod hæc lex loquatur de filiis emancipatis, & non suis hæredibus, qui hoc tempore non poterant succedere de iure ciuili, & uerbum legitima successione exponatur, idest non existente legitima successione, hoc est in quibus nulla fuit introducta legitima successio a lege ciuili ab intestato, & communiter doct. sequuntur tamquam planum. Sed iste intellectus post Bar. ex multis etiam repræhenditur, & præcipue, quia bene restringit hanc legem, & præsupponit, quod non habeat locum ius accrescendi quando cõcurrit legitima successio, quod est absurdum, & contra generalitatem tex. in l. 3. §. fin. ff. eo. & obstat quod hic sit titulus proprius.

Vnde tertius est intellectus, quod intelligatur de suis hæredibus, & omnibus filiis, & illa uerba, cessante legitima successione, intelligantur, idest repudiata etiam legitima successione, Nam si iure ommittatur bon. poss. possent etiam succedere de iure ciuili, ut sunt dicti sui hæredes qui perpetuo sunt hæredes, non possent excludi per ius accrescendi, quia in totum non deficeret portio, & licet glo. uideatur impugnare, tamen docto. defendunt. Sed tamen nec ipse est bonus, quia nimis restringit legem quæ uidetur generaliter loqui.

Ideo quartus est intellectus, quod intelligatur de omnibus filiis, & illa uerba, cessante legitima successione, intelligãtur de successione agnatorum quæ in specie appellatur legitima, & uerbum, cessante, exponatur idest reiecta, quia liberi existentes in primo capite excludunt successionẽ agnatorum. ut inf. unde liberi. l. ex

* testõ. & istum intellectum tenet Bar. in fi. & cõiter docto. Sed tamen nec etiam iste omnino est perfectus, cũ in filiis etiam reiecta successione nõ habeat locum ius accrescendi ommissa bon. poss. quia alia remanet, cum si non sint exclusi a successione ciuili, non deficit portio sua, ergo est inconueniens quod priuetur, & aliis fratribus accrescat, & quamuis Bal. hic uelit col. 7. quod accrescat reuocabiliter, tamen eius opinio cõiter reprobatur, & bene, ut inf. dicam. Vnde alii dicunt quod illa uerba sic de facto fuerunt, quod est uiolare legem & imperatorem qui uerba superflua in tam breui lege poneret, & etiam non tollit obiecta statim posita.

6 Ideo ex† mente Rom. & Sali. hæc lex generaliter est intelligenda, & uerus est intellectus, quod omnia dicta uerba capiãtur generaliter, & ꝗ lex generaliter loquatur, prout est natura legis. iux. l. 2. sup. de legi. & §. quibus. i. const. cod. Et sit sensus, ꝗ quotiescunq; pluribus liberis defertur bon. pos. siue in bonis maternis, siue paternis, siue sui sint, siue emancipati, & siue sint filii, siue nepotes, & aliqui ommittant portionem suam aliis petentibus accrescit si cessat legitima successio. i. si nullo alio modo possunt succedere uel ciuili, uel prætorio, uel testõ, uel abintestato. Nam si possent succedere iure prętorio ex successorio edicto per aliud caput, uel eis datus esset substitutus in testamento, uel eis succederetur ex transmissione, uel possent succedere de iure ciuili ex aliquo capite, tunc cessaret ius accrescendi, quia cum portio non deficeret in totum, non esset locus iuri accrescendi. arg. gl. in l. si duo patroni. in uerbo iurasset. ff. de iur. iu. Et uerbum, successio, capitur generalissime ut compræhendat oẽm successionem aliam quæ omni iure filiis potest competere & uerbum, cessante, intelligitur generaliter. i. nulla existente alia successione, quia nulla competit, uel existente ea & repudiata, uel per mortem defecta, nam istis duobus modis proprie dicitur cessare legitima successio, & hic est intellectus Ias. quamuis non ita perfecte loquatur. Tamen in uno male loquitur, quia præsupponit hoc iure nepotes non succedere in bonis ex linea materna, quia orficianum loquebatur de filiis tm̃, quia hoc erat correctum per l. sacratissimi. ff. ad tertu. quæ loquitur de liberis, & per cõseequs de nepotibus & pronepotibus. Et ista lex de omnibus intelligitur ut dictũ fuit, & hoc modo intelligendo omnia consonant, & oẽs difficultates cessant, & in consequentiam colligitur regula, ꝗ in omni bon. pos. habet locũ ius accrescẽdi, quia si procedit in filiis, tanto magis procedit etiam in aliis quibus nõ tãtum debetur hæreditas, & conuenit aliis iurib. & edicto prætoris & rationi, quod titulus particularis factus fuerit de hac materia, cum alias esset inconueniens qd titulus particularis fiat de iure accrescendi in codice in casu particulari, & in ff. non sit titulus particularis, & loquatur generaliter de iure accrescendi in omnibus casibus, & secundum istum intellectum quem puto uerissimum ego figurabo casum. Diuiditur in duas partes, in prima ponitur thema. In 2. decisio. 2. ibi, iis solis.

7 Summatur† secundum Bar. in successionibus non petentium partes petentibus accrescũt. Quod summariũ licet sit uerum, tamen non complectitur totam medullam legis. Vnde Ale. & Ias. Summant, Rimi. & alii summant, portio ommittentiũ ita demũ succedentibus de iure prætorio accrescit si etiam de iure ciuili successio cessat, sed istud summarium quãuis sit uerũ, tñ nec complectitur difficultatem aliã positã ibi, iis solis, nec quõ cesset successio, Cag. ẽt repræhẽdit ꝓdicta summaria, & tradit suũ, ꝗ est imperfectius. Vnde ita summari põt, portio ommittentiũ bon. pos. accrescit solis petẽtibus, si nulla alia successio cõpetat, uel competẽs repudiata uel defecta fuerit, hoc dicit totam medulam cõplectẽs.

8 Casus† figurari debet sub nube, nõ in terminis, nõ se restringẽdo ad aliquã speciẽ liberorũ. Et ꝗ quæstio fuerit qñ habuerit locũ ius accrescẽdi, & qñ nõ, ac ẽt quibus personis accrescat, non aũt debet figurari casus sup sola q. quibus personis accrescat, prout uolebat Cagn. inf. nu. 35. pueriliter se iactans inuenisse secretũ legis. Vnde debet ita dici. Pluribus liberis delata fuerat bon. pos. ipsis cõpetens, aliqui ommiserunt portionẽ suam, aliqui acceptauerunt, Fuit quæsitum quid agendum esset de portione ommissa, an accrescat petẽtibus uel potius pueniret ad sequẽtes ex successorio edicto. Et fuit quæsitũ an ius accrescẽdi haberet locũ de iure prætorio, Et uidebat dicẽdũ ꝗ nõ, qa de iure ciuili fuit introductũ ius accrescẽdi, cũ eo iure nõ erat successoriũ edictũ. §. placebat. inst. de leg. agn. succes. ideo ne per repudiationẽ unius periret in totũ una species successionis, introductũ fuit ius accrescẽdi in persona aliorũ uocatorũ, Sed de iure prętorio fuit inductũ successoriũ edictũ §. pe. inst. eo. & l. 1. ff. de succe. edic. Ergo uidebatur qd nõ haberet locũ ius accrescendi illo iure. Secũdo faciebat, quia per ius accrescendi acquiritur portio ipso iure sine acceptatione. l. si ex pluribus. ff. de suis & leg. cũ iuris ciuilis propriũ esset acquirere ipso iure, ut in suis. §. 1. inst. de hær. qual. & diffe. Sed de iure prætorio nulla fit acquisitio ipso iure. §. quos autem. inst. eodem. & requirebatur olim decretum, & hodie agnitio coram iudice. l. fina. supra titulo 1. ergo uidebatur quod hoc ius accrescendi non permitteretur. Tertio faciebat, quia per ius accrescendi acquiritur inuito & ignoranti l. 1. §. iis ita. inf. de cad. tol. quod est proprium iuris ciuilis. d. §. 1. de hæred. qual. & diff. & l. si duo. ff. de acqu. hæred.

hæred.sed de iure prætorio inuito nec ignoráti acquiritur bonorum poss.l.3.§.inuito.ff.eo.ergo non conueniebat ius accrescendi. Quarto faciebat, quia ommittẽtibus aliquibus bono.pos.portio non dicitur deficere, quia remanet successio ciuilis quæ perpetua est.l.suũ. inf.de iure deliber.& l.2.§.si mater.uer.sed & si mater. ff.ad tertul.quod non est de iure ciuili, quia ea omissa per lapsum tẽporis nulla remanet, ergo uidetur quod hoc ius,licet esset a lege ciuili permissum, tamen de iure prætorio non esset admissum.

Iis tamen non obstantibus contrarium fuit determinatum in hac.l.quod immo ius accrescendi etiam iure prætorio inter bonorum poss. haberet locum, si pluribus simul esset delata bon. pos. & aliqui omitterẽt portionem suam, Et ratio decidendi ponitur hic in text. quia in edicto perpetuo ita erat dispositum, Et ratio rationis sumitur ex iis quæ diximus supra in rubr.cum rationes ibi positæ militent etiam de iure prætorio. Nam in successione ex testamento inter disiũctos omnino militat ratio,quia est absurdũ. quod quis pro parte decedat intestatus,& pro parte testatus.l.ius nostrũ. de reg.iur. Et inter coniunctos militat ratio uoluntatis testatoris,quia uidetur fecisse unum corpus. d. l.1. §.hæc tã uarie.de cad.toll.& l.cohæredi.§.qui discretas.ff.de uulg.& pupi.Et in successione abintestato militat ratio quia prætor ex certa ratione fecit plura capita & plures gradus, ponendo uarias personas, in eis constituendo quasi unum corpus, & præferendo priores sequentibus, unde ut conseruaret hos suos ordines factos & tolleretur confusio, introduxit ius accrescendi inter eos. Et sic illę rationes quæ fuerunt causa introducendi ius accrescendi de iure ciuili etiam urgebant de iure prætorio, & ideo etiam eodem iure fuit introductum.

Non obstant contraria, Et primo quod iure prætorio erat successorium edictum, quia esto ꝙ fecerit tamen adhuc uigebant rationes pro iure accrescendi, & illud etiam introduxit. Non obstat quod iure prætorio non fiat ipso iure acquisitio, quia illa regula fallit hoc casu.l.2.§. si duæ. ibi, nec est necesse petere.ff. de bono.posses.secund.tabul.quia portio accrescit portioni,& unitur cum acceptata, & propter unionem quod est dispositum de primo uidetur de utroque dispositũ. arg.l.inter socerum.§.cum inter. ff.de iure dot. & decretum & acceptatio facta de prima uidetur inesse in secunda ex uoluntate præsumpta.arg.l.si duo. ff.de acquir.hæred. Non obstat quod inuito non acquiratur, quia fallit hoc casu propter eandem rationem, quod unitur portio repudiata portioni acceptatæ, & decretum uoluntas & acquisitio quæ est acceptata fingitur fuisse in portione accrescente ex quadam sententia & generali uoluntate.argu.l. qui iure militari. ff.de mil. testam.Non obst.quod per repudiationem bono.poss. non uacat portio,quia remanet successio ciuilis. l. suũ inf.de iure delib.quia ad hoc respondet iste tex. in uerbo cessante legitima successione, quod limitari debet dicta decisio ut procedat quando nulla alia competit potestas succedendi,uel si competit,fuit repudiata uel defecta per mortem omittentis, nam tunc habet locũ ius accrescendi.Sed si ille omittens adhuc posset acquirere ex alia approbata successione, & tunc cessaret ius accrescẽdi, & hoc fuit unum nouum quod clare fuit explicatum in hac lege, cum iure antiquo non erat clare dictum,Et illud uerbum cessante legitima successione, est de themate, & eius portio, & determinatur ab illo uerbo defertur.

9 Sed†iterum instatur, postquam receptum est ius accrescendi in successionibus prętoriis, quibus accrescat an omnibus,uel solum petentibus, Vt si erant tres liberi quorum unus statim acceptauit portionem suam alter statim repudiauit & tertius stetit per decem menses,deliberans postea repudiauit,cui accrescet illa portio nouiter defecta, an utrique, tam primo repudianti quam etiam primo acceptanti, uel potius accrescat illi soli petenti. Et uidebatur dicendum quod accresceret utrique,quia tempore quo ille primus repudiauit adhuc non erat delata portio illius ultimi repudiantis, & per consequens non potuit eam repudiare, quia nõ ualet repudiatio iuris nondum delati. l.si ita scriptum. §.sub conditione.ff.de leg. 2. l.mater decedens. ff. de inoffic.testamento.ergo uidebatur quod ei postea tanquam esset de uocatis accresceret. Secundo faciebat, quia edictum erat conceptum in personam, ut portio repudiata accresceret aliis.§.pen.inst.co.ibi,aliis eiusdem gradus personis,& inf.in tex.ibi,iis solis.ergo uidetur sufficere ꝙ sit de uocatis etiã quod repudiasset. Tertio faciebat tex.in l.si Titio usustructus. in fine. ff. de usuf.ubi ususfructus accrescit personæ.

Sed iis non obstantibus contrarium determinatur, quod immo portio dicta ultimo loco deficiens accrescat illi soli acceptanti,& non alteri primo omittenti. Et ratio decidendi fuit,quia in proprietate portio accrescit alteri portioni tanquam alluuio. d.l. si Titio ususfructus.& ideo cum solum apud petentem reperiatur portio hæred.ad illum solum accedere potest.d.l. si tota.de acq.hære.Non obst.contraria. & primo,ꝙ ille non uidetur repudiare portionem quæ nondum delata erat,quia ille non excluditur propter repudiationem,sed excluditur quia non reperitur habere portionem aliquam cui illa portio possit accedere.arg.d. l.si totam.ff.de acqu. hær. Præterea etiã potest dici quod eam repudiauit,quia cum sciret quod cohæres poterat repudiare, & sibi eius portio accresceret, uidetur etiã eam repudiasse, sicut etiam eam acceptãs uidetur tunc acceptare.l.si duo.ff.de acqu.hær. Non obst.quod uerba sint concepta in personam, quia intelliguntur cum qualitate quod etiam habeat portionem, & ideo text. non simpliciter dixit iis solis,sed addidit uerbum petẽtibus,ut habeat portionem, cum alia possit accedere. Non obst. d.l. si Titio.in fine. de usu.quia loquitur in usufructu,secus in proprietate,ut ibi etiam dicitur.

Quare remanet,quod sicut in aliis prætor se conformauit cum iure ciuili, ita etiam in inducendo ius accrescendi,ut sicut permittitur de iure ciuili. l.si ex pluribus.ff.de suis.& legit.& l.1.§.iis ita.inf.de cadu.toll. & l.qui ex duobus.§.fi.ff.de acq.hær. Ita etiam de iure prætorio,ut in hoc tex.& l.3.§.fi.ff.eo.& l. ex duobus, ff.de contratab. cum concord. Quæ conclusio procedit,siue concurrat successio ciuilis, siue non, dummodo quando concurrit ut dictum fuit sit repudiata. Et per hoc patet quod de iure prætorio aliqui filii succedunt abintestato,qui non succedunt de iure ciuili. l. emancipata.sup.qui admit.& no.in l.fi.inf. unde legit. Tamen ipsi dicuntur habere uoluntatem morientis, sicut uocati a iure ciuili saltem ex uoluntate subsequenti, & si facti sunt codicilli, ipsi uocantur etiam ad successionem de iure prætorio. d.l. si quis cum nullum. ff. de iure codic. ibi, quibus legitima hæreditas delata est uel bono. posses. Nec obst. gloss. in l. 1. §.totiens. ff.de col. bon. quia illa procedere potest solum in iis qui ueniunt per bon.poss.contratabulas,uel per aliud remedium contra uoluntatem. Et hoc puto tenendum,quamuis sit contra mentem illius glo. declarando tamen uoluntatem concurrere in successione abintestato,ut sup.dixi in rub.

10 Notandum†est primo ex isto tex. quod successio legitima capitur multis modis secundum uarios intellectus, sed secundum communem quem supr. approbaui capitur generaliter pro omni successione ciuili, tã ex testamento,quam abintestato, ad differentiam prætoriæ successionis,sed tamen magis proprie capitur successio legitima pro successione abintestato, ut inst. de leg.agn.succes.& inst.de legitimis hæred. & l. illud. ff. de acqu.hær. Et ideo inferebat Alex. in consi. 56. uiso processu

processu causæ.col.2.lib.2.quod si quis accepit emphyteosim uel feudum pro se & legitimis hæredibus, quod intelligitur de hæredibus abintestato, & ideo extranei hæredes instituti in testamento non succederent in illa emphyteosi. Et idem dicendum esset si quis accepisset feudum pro se & legitimis hæredibus. & sequitur Ias. Rimin. Cur. & Dec. in consi.32.col.1.& hic per tex. in l.3.§.de illo.ff.pro soc.

Sed incontrarium facit, quia immo legitima successio uidetur etiam esse testamentaria. l. lege obuenire. ff.de uerb.sign.ibi, non improprie, quia negatiua negat quod inuenit, & totum contrarium inducit, ut per glo.in l.3.§.genera.ff.de acqu.poss. Si igitur negat improprietatem, ergo inducit proprietatem uocabuli. Nec ualet resolutio Alber.& Ias.quod quando profertur a lege iste terminus intelligitur etiam de successione ex testamento, sed quando profertur ab homine, intelligitur de successione abintestato tantum.per d.l.3. §.de illo. Quia hoc non tollit contrarium, cum si de proprietate sermonis comprænenditur etiam testamentaria, ergo debet uenire tam in dispositione hominis quã legis.arg.l.non aliter.ff.de leg.3. Item potius deberet dari theorica per contrarium, quia quando ille terminus profertur ab homine, intelligatur de testamentaria quæ prouenit a dispositione hominis, & quando profertur a lege, intelligitur de successione ab intestato, quia datur a lege immediate, & uerba intelliguntur secundum conditionem proferentis. l. ex facto. §. si quis rogatus.ff.ad treb. Facit quod not. Bal. in c.cum uenissent.de eo qui mittitur in poss.quod rex loquens de iure, intelligitur de iure regio.& Petr.de Anch.in consi. 96.ista domina.uer.non obstat.& in consi.44. uiso pũcto.col.fi.& consi.351. pro maiori intelligentia. colu. 10. Nec obstat. d.§. de illo, quia non decidit de legitima hæreditate, sed de iusta.i. permissa a lege, quæ iusta idest recta uia transit, & naturaliter uenit. Et idem tenet ibi Budeus, & Rippa in l.ex facto. la grande. col. 2.uer.fin.ff.ad trebel.& Alcia.lib.4.paradox.c.quinto & Cagno.ponderat illum tex.incontrarium, quia expresse constituit differentiam inter successionem ex testamento & abintestato, dum quæritur quæ ueniant appellatione iustæ hæreditatis ex dispositione legis, non hominis. Curt.tamen postea & Dec. defendendo communem dicunt quod immo intelligitur solum de successione abintestato, quia una distinguitur ab alia. d.l.illud.& l.si quis mihi bona.§.aliter.& l.nec is.§.hæres.ff.de acquir. hæred. Et ad d.l.lege obuenire respõdet quod non dicit eã esse propriã, cum si illa non dicitur impropria, non sequitur ergo propria est, saltem ex uera significatione, cum dicatur solum confirmari a lege, & illa abintestato immediate a l.inducatur, & qui confirmat actum ualidum non uidetur dare, ut per Bar.in l.& quia.ff.de iur.omnium iud.& maxime, quia se declarat ulterius procedendo de confirmatione, & non est uiolatio, quia se declarat, & sequitur hic Cagn. respõdendo ad ponderationem dicitur, quod dictio ui deatur implicare quod alia est proprie, quia non semper impleat.

Sed istæ responsiones non bene eneruant probationem illius legis, quia illa negatiua quidquid inuenit destruit & totum contrarium inducit, & duæ negatiuę faciunt affirmatiuam.l.duobus.de uerb.signi. & ibi Alcia. Item ponderatio de confirmatione retorquetur, quia successio testamentaria erat nulla ante approbationem legis, & potestas testandi est concessa ex priuilegio contra regulas iuris, ut per Abbatem in rubr.de testa.& Dec.in rub.inf.qui testa.facere possint. Et iõ lex.12.tab.dicebat hæreditates in testamento iure facto datæ ratæ sunto. uti quisque legasset ita ius esto. Vnde cum successio testamentaria esset nulla per confirmationem, lex de nouo uidetur dare, & sic adhuc cõmuni conclusioni fortiter obstat.d.l. Sed tamen defendendo eam potes respondere aliter, Nam licet uerum sit quod testamentaria successio est proprie legitima, tamen successio abintestato in potentiori significatu dicitur esse legitima, quia immediate datur a lege, & uerba intelliguntur in dubio in potẽtiori significatu. inst. de iur.natur.gent.& ciuili.§.sed quotiens.& l.1.ff.si ager.uectig.uel emp.pet. Et quando uerbum potest intelligi in genere, & in specie, in dubio intelligitur in specie, ut per Bar.in l.1.& in rub.in fine. ff.solu. matri. Resolutiue tamen dicas ut infr.distinguam.

11 Sed † dubium est tenendo istam communem, quid intelligatur de uenientibus abintestato, an facto testamento & institutis extraneis legitimi hæredes admittantur ad feudum uel emphyteosim. Et Deci. hic determinat quod non, quia uidentur uocati cum qualitate quod sint hæredes, ut per Bar. in l. ut iusiurandum. §. si liberi. ff.de oper. liber.col.pen. cũ similibus allegatis per Alexand.in consi.8.uiso & oportune. in secundo dubio lib.1.facit quod notat Bal.in l.si tibi.§.si pactus.& per glo.in l.tale pactum.in fine. ff.de pactis. Et sequitur hic Cagno.inferens unum mirabile, quod institutis extraneis neque extranei admittentur tanquã ex forma contractus, neque etiam ipsi uenientes abintestato, quia non sunt hæredes, & sic emphyteosis uel feudum reuertetur ad dominum, & imputetur recipiẽti qui sub tali forma recepit emphyteosim, uel feudum. arg.l.fi. in fi.supra de dotis promiss. Sed certe hæc uidetur dura decisio quod quis uelit per talem conuentionem quodammodo se priuare facultate testandi, & quod solum possit sibi instituere legitimos, & sibi imposuerit legem ita rigorosam quã ius ciuile putauit iniquũ inducere, & quod sit in facultate testantis facere quod legitimi comprænensi in concessione non possint succedere, & illa concessio perpetua efficiatur temporalis per accidens. Et nemo uidetur eligere uiam per quã infringitur dispositio sua.l.4.ff.de mil. test. Et uidetur pactum de instituendo certas personas, quod non ualet.l.hæreditas.sup.de pact.conuentis.& no.in l.fi.supi de pactis. Item hic pactum ponitur in fauorem stipulãtis, ut ille accipiens sit hæres & non possit repudiare hæreditatem, quia quod sit hæres non interest ipsius concedentis, unde debet interpretari, uolente ipso stipulãte, non autem quod cogatur instituere ad hoc ut possit capere, & iura quæ incontrarium allegari possunt loquuntur de lege ita disponente, non autem de stipulante cum illa qualitate hæreditaria. Ideo uidetur quod potius illa uerba in dubio intelligantur generaliter de successione tam ex testamento quam abintestato, & quod omnes sint uocati ad electionem & arbitrium stipulãtis, cum illa etiam sit propria significatio ut sup. probaui. Vel quod saltem ut dicebat hic Cur. si constat quod intellexerunt de succedentibus abintestato, intelligatur quod debeant esse hæredes quando eis relicta sit successio ut eam non possint repudiare, non autem quod sit in potestate testãtis alios instituendo eos priuare & nemini acquirere, Et ita in terminis declarat Dec.in consi.208.col.fi.& Cur.uoluit quod utraque interpretatio est in feudis admittenda, quia beneficia principũ latissime interpretantur.l.fina.ff.de const.prin. c.cum olim.de priuilegiis.

12 Ad tollenda † tamen omnes difficultates, ego puto distinguendum, aut uerbum hæredibus, est substantiuum, & uerbum legitimis, est adiectiuum, aut uerbum legitimis est substantiuum, & uerbum hæredibus est adiectiuum, aut dubitatur. Primo casu secundum naturalem significationem intelligitur quod quomodocunque sint hæredes, Et si uerbũ legitimis significaret successionem abintestato, tunc nasceretur illud inconueniens sup.tactum. Ideo ego puto quod si res concessa est transmissibilis ad extraneos, quod intelligatur de hæredibus etiam testamẽtariis qui & ipsi sunt propter legitimi, ut statim dixi. Si uero non est transmissibilis, ut

ut emphyteosis ecclesiastica, uel feuda in regno Neapolis, uel in quibus uiuitur iure francorum, & tunc uerbũ hæredibus, exponitur. i. filiis legitimis, ut ex multis cõprobat Sigismundus Ioffr. in suo consi. 1. quia uerbum hæredibus, ex præsumpta uoluntate exponitur. i. filiis. Bar. in l. ex facto. §. fin. ff. ad trebel. Angel. consi. 165. dictum legatum. & Cuma. consi. 125. proponitur. Alexa. consi. 105. perspectis. lib. 1. col. 2. & in consi. 17. ponderatis. lib. 5. Dec. consi. 108. colum. 3. uer. non obstat. & ibi in feudis infinita cumulat quod intelligatur de descendentibus.

13 Si uero †econtrario uerbum legitimis, est substantiuum, & tunc intelligitur semper de uenientibus abintestato qui solum appellantur legitimi in substantiuo, & propter adiectionem uocantur cum qualitate quod sint hæredes, quia uerbum hæredes, cum sit adiectiuũ non potest significare nisi qualitatem hæreditariam, per doctrinam Barto. in d. l. iusiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. & Afflictum in deci. regni. 140. Et si contingeret quod aliqui proximiores essent exhæredati cum causa, & alii proximiores instituti, illi succederent, cũ sub nomine legitimorum ueniant omnes successores legales, etiam quod non sint filii. Nisi ut dictum fuit, esset talis successio quæ non transit nisi ad filios, quia tũc uerbũ legitimis etiã exponeretur. i. filiis, per allega. in præced. casu. Et etiam quod essent exhæredati, si tamẽ nõ esset delictum pro quo debet priuari feudo uel emphyteosi, non impediretur filius succedere, quia ex facto patris uenit quod ille non fuit hæres, quia in fauorẽ suum fuit apposita illa qualitas hæreditaria ne ille uocatus possit repudiare, ut dicitur in d. cap. 1. an agnatus uel filius & hic per Cur. & Dec. in d. consi. 108. colu. fi. in fi. Et idem dicendum erit tertio casu quãdo dubitatur quia ex subiecta materia uerba declarantur. l. si uno. ff. loc. & c. intelligentia. de uerb. signi. Sed si non apparet de subiecta materia, illud uidetur esse substãtiuũ quod primo nominatum fuit. arg. l. si seruus communis. ff. de stipul. seruorum. In dubio intelligerem de successione testamentaria etiam, quia est plenior concessio, & est ꝓpria significatio. arg. no. in d. l. si. ff. de constitu. princ. Et si esset dictum pro se & suis hæredibus ex suo corpore descendentibus, prout est cõmunis forma in regno, tunc propter uerbum, ex suo corpore descendentibus, uocantur solum filii, quia uerbum hæredibus, est adiectiuum, & significat qualitatem a descendentibus, ideo feudum efficitur hæreditariũ, ut per Afflictum in decisione sua. 140. & licet ipse uideatur dubitare, tamen decisio uera est per prædicta, & per Sigismun. Ioffredum in consi. suo primo.

14 Secundo †nota, quod inter succedentes de iure prætorio habet locum ius accrescendi, sicut erat de iure ciuili, non obstante quod successorium edictum esset introductum eodem iure præter ius ciuile, Nam hoc successorium edictum non prouidebat difficultati, quod quis non decederet intestatus pro parte, cõtra. l. ius nostrum. ff. de regu. iur. nec satis faciebat menti testatoris qui simul uocãdo fecerat unum corpus, & eos uolebat aliis præferri. l. 1. §. iis ita. inf. de cadu. tol. Item in successione abintestato non conseruabat gradum, prout requirebat uocatio plurium in eodem gradu positorũ, quia ius accrescendi nõ mutat gradum. l. meminimus. in fin. inf. de leg. hæred. Quæ omnes rationes fuerunt causæ inducendi ius accrescendi, ut dixi in rub. ideo aliter non repeto. Quibus adde, quod in contractibus ratio inducendi ius accrescendi est similiter uoluntas cõtrahentium, per tex. in l. fundus ille. ff. de contrah. emp. coniuncta. l. si mihi & Titio. infr. de uer. oblig. & ibi gl.

15 Tertio †nota. ibi, perpetui edicti, quod hæc potestas accrescendi inducta fuit in edicto perpetuo, quid autẽ esset edictum perpetuum sup. dixi in rubrica, per quæ dicta apparet quod illa expositio facta hic per glo. 1 generalis, non est necessaria, quia proprie post approbationem Adriani appellatum fuit perpetuum edictum. i. perpetuo duraturum, ad differentiam aliorum edictorum postea factorum quæ sunt temporalia, iuxta. §. 1. inst. de perpet. & tempor. action. Et ex hoc quod erat expressum in edicto ut haberet locum ius accrescẽdi, apparet quod hæc lex est de indubitabili, & tanto magis, quia etiam per leges antiquas hoc erat explicatum, ut l. 3. §. fin. ff. eo. & l. 2. §. si duo. ff. de secund. tabu. Unde obstat no. in l. quod Labeo. ff. de carbo. edicto. cũ gl. & l. ancillæ. sup. de furtis. ibi, nulla iuris quæstio. Variæ dãtur solutiones, communis est solutio, quod in legibus referentibus aliam legem non est opus aliqua ratione dubitandi, quia apparet quod non uult aliquid de nouo disponere, sed quod est dispositum refere, Iuriscõsultus enim & imperator interrogatus quid iuris sit in una causa, humane respondet etiam super iure claro, quia sufficit interrogantem dubitasse etiam temerarie, cum leges iubeant ignorantem leges consulere peritiores, alias ignorantia imputabitur. l. si duo. cũ glo. ff. de acquir. hæred. & not. in l. iuris ignorantia. supra qui admitti. & l. quod te. ff. si cer. peta. ibi, uel scire debet. facit. l. precibus. inf. de impub. & aliis subst. Et idem sæpe imperatores respondent clari iuris. ut in l. qui se patris. inf. unde liberi. & per Deci. in c. 1. de iud. in prima lectura. col. 10. & Deciũ & Fulg. in l. 1. inf. de contratab. ubi dixit plerasque leges codicis ad interrogationem partium factas fuisse super casibus iure antiquo decisis. & idem notauit in l. emãcipata. sup. qui admitti. & facit gl. in l. eunuchis. inf. de testam. Et in istis legibus codicis referentibus ius dispositum & casus alias decisos non oportet assignare rationem dubitandi nouam, sed sufficit assignare rationes, quæ faciebãt dubitationem ante illam dispositionem antiquã, Sed huic conclusioni fortiter obstat, quia licet optime fecerint Iurisconsulti & Imperatores respondendo ad petitionem cuiuslibet interrogantis etiam sine causa dubitandi, tamen eorum responsiones nõ uidebatur quod fuissent ponendæ in codice, quia nihil superfluũ in eo ponere & nullum simile pollicitus fuit imperator in §. quibus. in prima constit. codic. Et sic si responsio illa nõ fuit superflua, tamen superfluum fuit hic ponere & duplicare decisionem claram. Potest responderi pluribus modis, primo quod d. §. quibus dum loquitur de simili intellexit in illo libro ut nullum simile duplicatum sit in codice, uel nullum simile duplicatum sit in digestis, Tamen non dixit quod in codice non essent leges quæ essent similes legibus iuriscon. & non duplicarent decisionẽ. Cum uideamus ꝙ in infinitis locis leges codicis idem in totum continent ꝙ leges antiquæ digestorũ.

Et si dicatur, hoc non tollit contrarium in totum de
16 superfluitate respectu totius corporis iuris ciuilis. †Respondetur quod penitus ista duplicatio non est inutilis, Nam primo uarias antiquorum decisiones sparsas in breuibus uerbis recolligunt, ut patet in l. 1. sup. qui admitti. Item demonstrat illas leges fuisse in uiridi obseruantia, cum sint confirmatæ authoritate imperiali, Tertio tollunt dubitationem quæ offuscabat ius antiquum, & facit ut amplius non sit dubitandum de iuris illius intelligentia. Quarto ex exemplo in practica melius declaratur, quia cum ex contingentia facti respondeat, semper in illo casu est aliqua qualitas de qua poterat dubitari aliquo modo, Et quia leges student tollere ambiguitates ex casibus particularibus decisis, plenius declaratur illa generalitas iuris antiqui, Et sic patet ꝙ licet sint decisiones duplicatæ, tamen nõ sunt superfluę cum ille qui melius declarat non sit superfluus, ut per Dom. in c. 1. de sum. trinit. & fid. cath. in 6. cum uulg. & not. in l. 3. ff. de leg. 1. Et licet dicatur indubitati iuris est, tamen intelligitur quantum ad prudentes, & ipsos legislatores, & imperatorem, qui omnia iura habet in scrinio pectoris. ca. 1. de constit. in 6. sed non quantum ad nos, qui propter infirmitatem intellectus de omnibus

omnibus dubitamus, ut hic per Cur. & Cagn. cuius dicta hic confusa ita declarari & ordinari debent.

Prædicta tamen conclusio procedit quando constat de similitudine iuris, & relatione iuris antiqui, In dubio tamen credendum est quod aliquid noui addat, & tollat aliquam dubitationem nouiter, & probabiliter insurgentem, Et ideo in lege nostra credendum est quod aliqua erat noua dubitatio de illo iure antiquo, Et dubitatio fuerat particularis, an ius accrescendi haberet locum quando concurrebat successio ciuilis, ita quod edictum prætoris generaliter intelligeretur etiam concurrente successione ciuili, Nam cum simpliciter loqueretur, uidebatur quod simpliciter deberet intelligi, ut per dictum Bal. hic quod portio accrescit reuocabiliter. Alia ratio suadebat contrarium, quia portio non dicitur proprie deficere quando omittens eam potest consequi alio iure. arg. gloss. in d. l. si duo patroni. ff. de iureiur. tãto magis in liberis quibus magis debetur successio. Et ideo generaliter fuit determinatum, quod in omnibus liberis habet tunc locum ius accrescendi quãdo cessauit legitima successio, ut hic etiã tenebat Curt. Item alia erat dubitatio, an omnibus uocatis deberet accrescere, an solis petentibus, & determinatum fuit quod solis petentibus; Ideo ego in figuratione casus adduxi rationes concludentes ad decisionem iuris antiqui & huius nouæ declarationis; Si uero leges codicis continent nouam decisionem, tunc procedit glos. in l. quod Labeo. ff. de carb. edict. quia lex debet esse necessaria. c. erit lex. dist. 4. & per Roch. plura cumulantem in ca. fin. de consuetu.

17 Quarto†nota ibi, cessante legitima successione, quod ius accrescendi non simpliciter permittitur in portione bono. poss. omissa, sed solum permittitur quãdo cessat legitima successio. Quod ego declaraui sup. si nullo alio iure potest uenire. i. per substitutionem, uel quia transmittat, uel per aliud caput subsequens, uel per successionem principalem ex testamento si uocati sunt instituti hæredes, uel per aliam successionem abintestato si uocati succedant abintestato. Et sic uerbum legitima successione, intelligitur generalissime ad differentiam successionis reprobatæ compræhendens etiã successionem aliam prætoriam, Et uerbum cessante, exponitur idest nulla alia existente successione, uel existente repudiata uel defecta, Ideo colligitur quod successorium edictum de capite in caput impedit ius accrescẽdi, de quo inf. dicam cum glosa. & tenui in l. emancipata. sup. qui admitti. Item substitutio uincit ius accrescẽdi, quia potentior est uoluntas expressa quam tacita. l. 2. §. si duo. ff. de sec. tabul. Fallit tamen in casu. l. si solus ff. de acq. hær. Sed ratio ibi est, quia ille tres institutiones in effectu non erant nisi una, & illa multiplicatio facta fuit causa demõstrandi, sicut si diceretur, instituo Titium hæredem in omnibus bonis mobilibus & immobilibus iuribus & actionibus, ut ego dixi sup. in rubr. Et declarat Aret. in l. is qui hæres. ff. de acquir. hæred. Et ideo ibi substitutio facta fuit de tota hæreditate uirtualiter, merito ex repudiatione partis non poterat habere locum. Et sic ampliatio quam posuit etiam hic Iason. de. l. 1. ff. de acquir. hæred. & de l. si solus. ut procedat in eadem persona, non est proprie ampliatio, quia proprie non habet locum ius accrescendi. Idem dici debet in casu. l. 1. §. si ex fundo. & l. interdum. §. paterfamil. ff. de hæred. inst. Nam ibi non est proprie ius accrescendi, quia uirtualiter detracta illa mentione institutio uidetur facta de tota hæreditate, Quantum tamẽ ad oculum & uerba in omnibus illis casibus est ius accrescendi, & sunt ampliationes ad legem, ut dicebat Iason hic in primo notabili. Item apparet quod transmissio uincit ius accrescendi. l. 1. infra de his qui ante aper. tab. & l. cum antiquioribus. infr. de iure deliber. & dixi in d. l. emancipata. Similiter potestas appræhendendi illam portionem de iure ciuili impedit portionẽ deficere & accrescere, de quo dicam inf. quia Bal. & Cagno. contra dicunt.

18 Quinto nota†quod decretum interpositũ super portione petentis trahitur etiam ad portionem accrescentem, Et licet decretum sit stricti iuris, ut per Bar. in l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de reb. eorum, tamen trahitur ad aliam partem, cum iudex uideatur cogitasse de eo quod euenire potest, & ex necessitate. l. seruandum est. l. si duo. ibi, scit uel scire poterit. ff. de acquirenda hæreditate. Et ita dicit etiam Dec. hic in ultima lectura, licet dubitauerit in prima. Secundo etiam dicit, quod licet non traheretur, non interesset, quia non requiritur neque petitio neque decretum. per l. 2. ff. de secun. tab. & l. unicam. §. iis ita. inf. de cadu. tollen. Quod solũ uerum est in portione accrescente, quia non requiritur noua petitio uel agnitio uel decretum. Et ratio est, quia in prima parte decretum fuit interpositum super toto; quia ea conditione uidetur decretum interpositum, & agnitionem factam. d. l. si duo. in fin. de acqu. hæred. sicut sine noua aditione, etiam portio hæreditatis acquiritur. §. fi. institu. de orfic. senatusconsulto. Et ratio rationis est, quia portio accrescit portioni & non personæ, quod lex introduxit, quia uolebat quod omnino acceptaretur & accresceret inuito. Vnde ad tollendũ circuitum, & ne per iudicem cogi deberet adire uel acquirere, induxit quod accrescat portioni tanquam alluuio. l. si Titio. in fine. ff. de usuf. Et ita in effectu etiam resident Cur. & Cag. quãuis reputet dicere multa noua. Et hæc in bonorum possessione, secus autem in possessione bonorum, quæ facti est ut in terminis. l. fi. inf. de edicto. d. Adr. tol. quia requiritur noua immissio, & noua citatio si posidetur ab alio. l. cum hæredes. ff. de acquirenda possess. ut per Bal. hic. colu. 2. & Cor. Iasonẽ & Cagnolum hic in secundo notabili. nu. 26.

19 Sexto nota†quod licet præsentia iudicis requiratur in bonorum possessione agnoscenda, tamen in repudiando non requiritur, quia solo uerbo repudiatio fieri potest, Et est ratio, quia in repudiatione nihil erat faciendum contra legem, sed solum in petitione, Cum bona alteri contra legem per eam darentur, Et ex hoc

20 †infertur, quod per procuratorem non potest repudiari bonorum possessio, sicut nec adiri hæreditas. l. Paulus. ff. de acquire. hære. iuncta glo. ibi assignante rationem, quod aditio consistit in animo, quæ ratio militat etiam in repudiatione, Dec. tamen tenet quod repudiatio bonorum possessionis possit fieri per procuratorem, ex quo non reperitur contrarium iure dispositũ. Nec obstat glo. in d. l. Paulus. quia falsa est per tex. in l. qui absenti. ff. de acq. possess. Quæ responsio potest euitari, quia in casu legis qui absenti. requirebatur animus absentis & acceptantis, merito suspenditur donec acceptauerit. Sed in hæreditatis aditione & repudiatione sufficit animus adeuntis & repudiãtis. item ad l. procuratorem. nam assignat postea rationem decisionis, & sic illa ratio adhuc obstat quod non potest adiri per procuratorem hæreditas, Et sicut constituendo procuratorem uidetur adire, ita etiam uidetur quod constituendo procuratorem ad repudiandum repudiet cum demonstret animum suum, Mihi tamen non placet ratio glo. in d. l. Paulus, quia non est uerum quod constituendo procuratorem ad repudiandum uel adeundum uideatur adire uel repudiare, Cum constituat procuratorem ex quo ipse non est instructus de uiribus hæreditatis, ut procurator se instruat, & postea adeat uel repudiet. l. 1. & per totũ. ff. de iur. delibe. & §. in extraneis. insti. de hæred. qual. & differ. & non potest adire sub conditione, si erit lucrosa. l. actus legitimi. ff. de reg. iu. & uidetur de mente Bar. in d. l. Paulus.

Sed pro resolutione, duo sunt consideranda, primo quare hæreditas non potest adiri per procuratorem. Secundo, an bonorum possessio possit repudiari per procuratorem, Circa primũ ego puto quod ratio d. l. Paulus

Ius sit, quia aditio fundatur in persona instituti & cohæret personæ, & non potest per alium expediri, per regulã q̃ quæ cohærent personæ nõ possunt per alium expediri. l. 1. §. sin autem. inf. de cadu. tollen. & declarat Bart. in d. l. Paulus. respondendo omnibus adductis in contrarium, quia illa contraria pendent etiam a uoluntate alterius. Inferens per hoc, quod hæreditas potest adiri per procuratorem a filio, qui solus non potest adire. l. filiofa. infra. de acqui. hæred. & pupillus poterit adire per procuratorem.

Nec obst. si dicatur quod matrimonium potest fieri per procuratorem, ut per Abbatem in ca. ex parte. de conuer. coniug. & ca. bonorum. cum glo. pudoris 31. q. 3. & tamen est factum cohærens personæ. Quia respondetur quod bene concubitus cohæret personæ, tamen consensus explicari potest per omnes, sicut in omnibus aliis contractibus, Et eodem modo respondetur ad aliud de iuraméto quod potest fieri per procuratorem. c. in pertractandis. de iur. calu. quia iuramẽtum est promissio quæ explicari potest per alium. Potest etiam dici, quod d. l. per procuratoré. loquitur in procuratore generali. arg. l. 1. §. unusquisque. de succes. edicto. Secundo casu in repudiatione placet quod repudiatio possit fieri per procuratorem particularé. d. l. 1. §. unusquisque. nã p illa uerba sine uolũtate mea, infertur posse per procuratorem specialem. Nec obstat lex tutor. ff. eod. & l. si infanti. infr. de iure deliberandi. & l. 1. §. furiosi. ff. de succes. edic. quia loquuntur de administratore generali cui non est data facultas donandi. l. contra iuris. §. fin. ff. de pactis. secus in speciali l. 1. ff. de procuratoribus. & d. c. in pertractandis. Et sic conclusio est, quod hæreditas neque adiri neque repudiari potest per procuratorem, sed bonorum poss. potest repudiari & acceptari. d. l. 1. §. unusquisque. & l. 3. §. acquirere. ff. eod. quia non requiritur ita præcise actus ipsius, Et idem est in trebel. restitutione. l. seruo inuito. ff. ad trebel.

21 Ex quo sequitur quod regula. l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. non procedit in hoc casu, quia secundũ Ias. procedit post uinculum inductum, non autem quãdo est inducendum, Sed Dec. repræhendit utrunque dictum, quia decretalis peti potest, sed non potest repudiari. l. 1. §. decretalis. ff. de succes. edic. Item edictalis solo animo acquiritur, & sine decreto & præsentia iudicis, & tamen solo animo etiam & sine præsentia iudicis potest repudiari. Similiter matrimonium solo cõsensu contrahitur, & tamen solo consensu non dissoluitur. Sed tu dicas quod immo in edictali non procedit dicta regula, quia illa defertur sine animo uocati, & tamen sine animo repudiari non potest. Vnde concludas resoluendo quod illa. l. non dicit quod in dissolutione requirantur omnia quæ requiruntur in contrahendo, quia istud est falsum. Cum destructio in plerisque rebus facilior sit quam constructio, ut patet ex experiẽtia. & c. inter corporalia. extra de translat. præla. Sed solum dicit, quod si interueniant in dissolutione omnia necessaria in construendo, omnis actus dissoluitur. Nõ tamen uult quod semper eadem quæ requiruntur in cõstructione sint necessaria in destructione. Dec. tamen æquiuocat, dum allegat illam. l. ad materiam repudiationis, quia repudiatio non est dissolutio aditionis, & illa lex loquitur de dissolutione, Et cum illa lex loquatur de dissolutione, prçsupponit actum deductum in esse, & sic necessario intelligitur de deductis inesse, Et ꝓcedit de plano, & generaliter quando termini sunt pares, ut quod præsupponatur eadem potestas tempore dissolutionis, nam data paritate potestatis in utroque actu procedit semper illa regula. Nec obstat illud de matrimonio, quia post contractum matrimonium potestas dissoluendi denegatur, Sed data potestate cõtrario consensu dissolueretur. l. consensu. C. de repud. Et idem procedit in decretali quæ potest dissolui per iudicem data appellatione iuxta. l. quod iussit. ff. de re iudicata. Nec obstat. d. §. decretalis, quia loquitur de repudiatione quæ non est dissolutio, sed non acceptatio, ut dixi post Decium in l. 1. supra de pactis. Et d. l. nihil nõ allegatur bene ad exemplum repudiationis, Et hæc in deductis inesse, In non deductis uero habemus regulã in contrarium, quod facilius impeditur res fieri quam facta destruatur. l. patre furioso. ff. de iis qu. sun. su. uel alie. iuris. & sic facilius impeditur acquisitio, quã facta tollatur, Illa tamen regula procedit data paritate terminorum si. l. non repugnat in contrarium.

22 Vltimo nota quod portio deficiens nõ accrescit omnibus cohæredibus, sed solum acceptantibus portionẽ suam, & sic portio accrescit portioni & non personæ. l. si testamento. ff. de acqu. hæred. & propterea non requiritur noua aditio uel agnitio ut sup. dixi. Nec obstat tex. noster in uers. iis solis, qui innuit quod accrescit personæ, quia debet exponi, accrescit ipsis propter personam suam, sicut dicitur de seruitute reali quæ debetur personæ. l. 1. & per totum. ff. de serui. lega. & tamen uere debetur rei. §. penul. inst. de serui.

23 Ex quo inferunt Doc. ad quæstioné, an si quis emat portionem hæreditatis, & postea aliam portionem cohæres repudiet, utrum uenditori uel emptori portio accrescẽs debeatur. Bartolus in d. l. re cõiuncti in quinta quæst. primæ partis nu. 20. determinat quod accrescat emptori, per prædictam rationem. l. si totam. ff. de acqui. hære. ibi, quia non uidetur habere. Quod confirmat Iaso. per l. 2. §. penu. ff. de hæred. uel act. uẽdit. ibi, emptoris loco hæres esse. Et per tex. in l. 2. §. illud quæri potest. in ratione sui. eod. titu. & facit etiam tex. in l. si quis Titio. in fine. ff. de usufruc. & l. interdum. ff. de usufru. accresc. & sequitur Cur. hic. Addens tria fundamenta, primum, quia datum causa conditionis implendæ solui debet hæredi instituto, & etiam uendenti, & sic æquiparatur uenditor hæredi restituenti hæreditatem, ut per Barto. in d. §. hæreditas. Sed in persona fideicommissarii habet locum ius accrescendi, ergo & in emptore. Item circuitus sunt euitandi. l. 1. ff. de leg. 1. Sed emptori debet restitui ista portio accrescens secundum omnes, ergo accrescit emptori. Item. ll. sunt claræ quod portio accrescit portioni. d. l. si totam. ff. de acqui. hæred. & Sequitur Polit. in d. l. re coniuncti. in quæst. an ius accrescendi transeat in successorem. Et Crotus ibidem col. 13. & finaliter etiam hic Cagn. Sed in contrarium postea allegat Iason. tria. Primo, quia ratio inducendi ius accrescendi solum militat in persona hæredis, non autem in emptore, quia solus hæres cognitus est a testatore, Secũdo, quia in emptoré solum transeunt actiones præsentes, non futuræ. l. hæredem cum glo. ff. mãd. Tertio adducit regulam, quod inter succedentes iure diuerso non habet locum ius accrescendi. l. sed cum patrono. ff. de bono. posses. Et ad l. si totam respondet quod emptor dicitur habere semper hæreditatem cum habeat precium. argum. l. si rem & precium. ff. de peti. hæred. Et idem tenuit in d. l. re cõiuncti. col. 3. ubi dixit esse quæstionem pro amico. Et sequitur ibi Ripa col. 23. cum seq. Et hanc opinioné tenet Dec. hic per nouas rationes, dicens fundamenta Ias. non concludere, respondendo ut hic per eum. Et etiam adducit rationem, quia emptor nõ est hæres nec uere nec ficte, sed habet commodum & utilitaté actionum, & earum exercitium tanquam procurator.

Et hoc ego teneo per rationem efficacem, quia emptor non est hæres nec uere nec ficte, quia totum ius uniuersale remanet penes hæredé, & etiã remanet portio, quis habet pretium, ut dicebat Iason, & ad emptorem transeunt res singulares, & iura singularia, & non potest dici quod portio hæreditatis sit penes emptoré. Vnde ei non potest accrescere, quia portio accrescit portioni. l. si Titio. ff. de usuf. Quæ portio ut ius uniuersale, non potest esse penes emptorem, cum uere sit pe-

nes

nes hæredem. Itē iussus adimplere cōditionem, in persona hæredis nō poterit adimplere in persona emptoris, quamuis possit in persona fideicōmissarii. l. qui hæredi. §. 2. iuncta glo. ibi, & dictis Soc. ff. de condit. & demonst. Nec obst. fundamenta Curtii, & primo quod uēditor æquiparatur hæredi restituenti, ergo emptor fideicommissario, quia negatur, & militat diuersa ratio, cum fideicommissarius habeat maius quam emptor, quia in eum tanquam hæredem transeunt actiones utiles, Sed in emptorem solum transit exercitium quod facit nomine alieno non suo. §. restituta. instit. ad trebel. & nota. in l. plane. & ibi Bal. ff. fami. hercis. Non obstat quod circuitus sunt euitandi, quia negari potest, quia utilis est, Sed dato quod esset uerum, non sequitur, ergo ei accrescit.

24 Rursus† dum docto. concludunt quod quia uenditor promittit dare omnem actionem & utilitatem quæ ex ea perueniet, tenebitur eam cedere postea ex speciali conuentione & promissione, l. 2. §. 2. ff. de hæred. uel acti. uend. Aduertatur, nam dic. conclusionem puto ꝓcedere si apparet quod partes cogitauerunt de isto augumento, ut quia uerba fuerunt prægnantia, uel quia uendita fuisset portio hæreditatis cum omnibus iuribus & pertinentiis suis spectantibus uel spectare ualentibus in ipsa & occasione eiusdem, Vel uendat omne ꝙ pertinet uel pertinebit occasione illius successionis uel institutionis, Sed si quis simpliciter uendidisset portionem suam hæreditatis cum omnibus iuribus suis annexis & connexis, non se porrigendo ad futura, & tūc non ueniret portio accrescens, quia ius futurum in dubio quis non uidetur uendere, ut per Bar. in l. 1. sup. de pactis. in colu. fin. & maxime, quia uenditio portionis fit de tertia uel 4. limitate & pro certo pretio. Et esset inconueniens & contra mentem uenditoris qui portionem ualentem mile uendidisset suo pretio, quod etiam teneretur præstare postea duas uel tres portiones ualētes quatuor uel quinque millia, Et ideo æquū est ut non teneatur præstare portionem accrescentem, nisi appareat quod uenditor saltem generaliter cogitauit de ea. Et ita tenuit Ripa in d. l. re coniuncti. col. 24. Et sic apparet quod circuitus est utilis, quia postea discutietur an teneatur uenditor illud dare emptori. Itē cessat Ratio Cagn. hic, quod emptor habeat portionē ratione alluuionis, cum debeat ei solum restitui, quia falsum est quod ipse emptor habeat portionem cui possit accrescere, cum portio uere sit, & in totum penes uēditorem, & hoc uerius est. Aduertas tamen pro intelligentia. l. si totam. quod Dec. hic & Ias. præsupponunt, quod ibi portio accrescit fideicommissario, Nam illud est fallum, quia immo accrescit fisco, cum fideicommissarius ibi esset incapax, & ita ibi declarat Bar.

25 Glo. prima† diuiditur in quatuor partes, prout quatuor ponit intellectus ad legem. 1. ibi, uel pone, tertia ibi, uel dic tertio. quarta ibi, uel plenius. Prima difficilis est in se, & difficilior redditur, quia doctores uario modo exponunt recedendo ab eius uerbis, Sed pro declaratione præscire oportet, quod tria sunt genera liberorum, ut dixi in præmissis. 1. liberi qui succedunt in bonis matris uel lineæ maternæ. Item liberi succedentes in bonis patris, quia sunt emancipati, & liberi succedentes in bonis paternis qui sunt in potestate. Liberi in bonis maternis per legem. 12. tabul. non poterāt succedere, quia non extantibus agnatis uocabatur fiscus. Inst. ad tertul. in princi. Sed postea prætores uocauerunt eos in ordine cognatorum dando bonorum poss. Vnde cognati inst. de suc. cognat. §. hos etiam. Sed postea per orficianum senatusconsul. filii de iure ciuili fuerunt uocati & non nepotes. inst. de orfic. senat. in princ. Tamen nepotes & cæteri descendentes fuerūt postea uocati ad successionem auiæ uel proauiæ per constitutiones quasdam de quibus fit mentio in l. sacratissimi. ff. ad tert. & l. si defunctus. instr. de suis & legiti.

Et propterea ceperunt etiam uocari dicti omnes nepotes & filii per bonorum posses. Vnde legitimi. l. 2. §. fi. ff. unde legit. Et hoc tenet gloss. hic, quamuis Iason. & Barto. uideantur aliter declarare, tamen nunquam competit bonorum posses. Vnde liberi. l. quotiens. inf. de suis & leg.

Secundum est genus liberorum filiorum emancipatorum qui iure ciuili non uocabantur ad successionē. §. emancipati. inst. de hæred. quæ abintesta. Sed tamen prætores eos uocauerunt in edicto suo loco suorū hæredum, dando bonorum posses. Vnde liberi. d. §. emancipati. Et §. sunt autem. inst. de bon. posses. & l. 2. ff. unde liberi. & l. 1. & per totum. ff. de coniung. cum eman. lib. eius. Sed etiam ex capite cognatorum uocabātur. l. 2. & l. fi. inf. unde cognati. Sed si sunt dati in adoptionem, uocantur solum per unde cognati post omnes agnatos. §. admonendi. inst. de hære. quæ abint est. & d. l. 1. ff. unde liberi.

Tertio sunt liberi in potestate qui iure ciuili uocantur ad successionem parentum. §. 1. instit. de hær. quæ abintest. Item uocantur per unde liberi, & per unde agnati, & per Vnde cognati, ordine successiuo. l. 1. §. sed uidendum. ff. de successor. edicto. & l. penu. §. fin. ff. quis or. in bon. pos. ser. Et hoc quantum ad liberos. Verūtamen quia tex. dicit quod liberis delata est bonor. posses. cessante legitima successione, Etiam præscire oportet, quod gloss. intelligit quatuor modis cessare legitimam successionem. Nā primo intelligit quando quis ex pluribus capitibus non potest sibi ipsi succedere, ut quia non uocatur nisi per unum caput, & ita glo. intelligit filios uocari in bonis maternis quando succedunt per unde cognati, quia nullum aliud caput remanet ꝑ quod possint sibi ipsis succedere, quamuis principaliter possint uocari per ius ciuile, Sed quando succedunt per unde legitimi, habent postea etiam caput sequens, Vnde cognati, Filii uero in potestate sibi ipsis succedūt per caput Vnde agnati, & unde cognati, & ideo in eis non dicitur hoc modo cessare legitima successio, quæ intelligitur de prætoria, ut patet ex exemplis. Secundo modo dicitur cessare respectu iuris ciuilis, ut in emancipatis hoc tempore quia iure ciuili non poterant aliquo casu uocari abintestato, Sed tamen non cessat legitima successio prætoria, quia post caput Vnde liberi possunt sibi ipsis succedere per unde cognati. argu. d. §. sed uidendum. Item si fuissent instituti adhuc iure ciuili possent succedere. & ex testamento, Tertio modo dicitur cessare legitima successio quando competit ipso iure, Sed per uocatos repudiatur, Et hic modus potest conuenire omnibus filiis, Quarto dicitur cessare quando reiicitur, ut quia unus admittitur reiecta successione sequentis gradus. ut in §. repetitis. inst. de serui. cogna. ibi existentibus connumeratis in gradu liberorum reiicitur & non admittitur successio agnatorū & extantibus connumeratis in ordine agnatorum reiicitur & excluditur successio cognatorū, & hoc modo intelligitur in quarto intellectu.

Quibus sic stantibus, dubitatur de quibus liberis intelligatur iste tex. cum non uideatur bene posse reperiri casus in quo liberi non uocentur de iure ciuili, propter quam successionem non uidetur quod possit portio bon. poss. repudiata deficere, & per consequens uidetur quod raro de iure prætorio possit habere locum ius accrescendi, Ideo glo. legit. tex. quatuor modis, Et primo ut loquatur de filiis uocatis ad successionē matris & lineæ maternæ, Nam istis datur in bonis matris unde cognati, & dicitur cessare legitima successio, quia eis nullum aliud caput competit in quo possint sibi ipsis succedere, & ideo repudiando portionem suam illa in totum deficit, & accrescit cohæredibus petentibus, & optime procedere uidetur tex. Sed si essent filii qui uellent succedere in bonis patris, tunc non posset dici quod cessaret legitima successio, quia habent alia capita

ta sequentia in quibus sibi ipsis possent succedere, & io non posset dici portio per talem repudiationem in totum defecta, & per consequens non posset habere locũ ius accrescendi, Sed tamen quia huic intellectui obstat quod successio sequentis capitis non debet haberi in consideratione, quia quando frater succedit ex sequenti capite tanquam agnatus assumit aliam qualitatem & efficitur agnatus ipse non potest admitti contra fratres acceptantes qui sunt in primo ordine. per §. repetitis. inst. de serui. cogna. Ideo uidetur quod hæc consideratio non faciat ad propositum, nec etiam hæc secunda successio impediat portitionem deficere, & per cõsequens non impediat ius accrescendi, quod est contra mentem literæ.

Quare glos. uolens euitare hoc, dicit quod oportet præsupponere quod illi alii acceptantes non erant in proximiori gradu, Sed erant nepotes & pronepotes, ita quod non poterant excludere filium repudiantem quin posset succedere per unde agnati, & cum eis concurrere ad successionem, Secundo, quia uidetur obstare tex. in uerbo liberis, quasi præsupponat dari bonorum possessionem unde liberi, quæ non datur in bonis maternis. l. quotiens. infr. de suis & legit. soluit quod hic tex. non dicit de illa bono. posses. Vnde liberi. Sed potest intelligi de qualibet quæ potest dari liberis. Tertio, quia obstat quod filiis in bonis maternis datur successio ciuilis per orficianum, & bono. poss. Vnde legitimi, ideo possunt sibi ipsis succedere si repudiauerunt, Vnde legitimi, & capere Vnde cognati. Glo. respondet quod debet intelligi quod uoluerunt filii repudiantes succedere per unde cognati, quo casu nulla alia competit, & ita resſidet.

26 In quo † intellectu glo. præsupponit primo quod iste tex. restringatur ad successionẽ in bonis maternis uel lineæ maternæ, Secundo præsupponit quod cõpetat Vnde liberi. Tertio præsupponit quod uerbum cessante, exponatur, idest nullo alio capite existente in quo possit succedere sibi, Quarto quod in hoc textu nullũ superest caput in quo repudiantes possent sibi succedere, Quinto quod filii uenientes per caput agnatorũ uel cognatorum succedunt cum aliis eiusdem capitis si sũt eiusdem gradus, & si sunt inferioris gradus eos excludunt, Sed si sunt proximioris gradus excluduntur, & sic succedunt cum qualitate agnationis & cognationis, non cum qualitate filiationis, Circa primum doctores * communiter post Bar. uidentur reprobare istum intellectum, ex multis de quibus infra. ideo non intelligunt procedere exemplum de bonis maternis. Tamen ego puto quod exemplum possit stare, & quod ista lex etiã loquatur de bonis maternis in sui generalitate, cum cõ prætendat omnes casus, Sed non quod restringatur ad istum casum tantum, quia lex generaliter loquitur, Et in hoc sto cum gloss. sed non concordo in modo ut statim dicam.

Circa secundum omnes concordant cum glo. quod bonorum posses. unde liberi non detur filio in bonis maternis. d. l. quotiẽs. & est clarum de iure isto. Sed an hodie per ius authenticorum possit competere in bonis maternis, quia æquiparantur suis hæredibus, ut in §. aliud quoque capitulum. in autenth. ut cum de appellatione cognoscitur. Dicam inf. in auth. ex causa. de liber. præter. & l. qui se patris. inf. unde liberi. Nec contradicit ista litera, quia non se restringit ad unam speciem bonorum possessionis, ut hic per Bar. & omnes.

Circa tertiam, quod uerbum cessante, intelligatur idest non existente capite in quo possit sibi ipsi succedere, doctores reprehendunt glo. quia uenientes ex sequenti capite minime possunt impedire ius accrescendi in existentibus in primo capite, qui semper excludunt proximiores sequentis capitis. §. repetitis. inst. de ser. cogn. & l. legitimis. & l. octaui. ff. unde cogn. & §. ad monendi. inst. de hæred. quæ abintest. Sed per hanc rationem non puto intelligentiam glosæ bene repræhendi, quia immo ut statim dicam, filius uel alii liberi ex quocumque capite ueniant succedit cum qualitate filiationis, & excludit etiam proximiores agnatos. Tamen expositio postea non est bona, restringendo illa uerba ad successionem prætoriã, quia uidetur contra literam sub nomine successionis legitimæ continere solum prætoriam successionem, Et tanto magis, quia quamuis uerum esset quod non admitteretur filius ex sequenti capite prætorio, tamen potest admitti ex successione ciuili delata per orficianum, & esset inconueniens quod sub nomine legitimæ successionis cessantis contineretur prætoria & non ciuilis, Ideo dicas q̃ utraque successio continetur sub illis uerbis scilicet q̃n non est sequens caput, Et quia si extat, potest repudiari, Nam cum ex capite unde agnati possint succedere, & ex orficiano uel constitutionibus oportet quod illa successio repudietur etiã, uel alio modo deficiat ut possit portio omissa accrescere cohæredibus, Et sic debet intelligi generaliter, cessante, idest si nullum aliud caput supereſt sequens, uel si superest & alia etiam principalis successio quod illa sit repudiata.

Circa quartum, quod in hoc casu bonorum maternorum nullum aliud caput superesset in quo filii sibi ipsis possint succedere. Glo. male loquitur, quia ut statim dixi, tribus modis possũt succedere liberi in bonis maternis, Et cum in finalibus uerbis glosa. saluet quod uoluit admitti ex capite Vnde cognati, non bene aperit quomodo hoc fieri possit, cum licet uelit illo capite admitti, tamen non dicitur cessare legitima successio ex orficiano, nisi expresse repudietur, & ideo oportet necessario exponere cessante, idest repudiata contra mẽtem suam, Item doctores saluant alio modo, dicentes quod intelligatur de nepotibus uel pronepotibus qui non uocabantur per orficianum, & solum poterant succedere per unde cognati, Sed hæc saluatio est diuinatiua, quia tex. simpliciter loquitur de omnibus liberis tã in primo gradu quam in sequenti gradu, & per hanc rationem Decius hic expresse repræhendit, & Cagno. nu. 19. quod sint nepotes & pronepotes qui simul possunt succedere. §. cum filius. inst. de hær. quæ abintestato. & l. duobus. ff. de contr. quamuis Bar. & male aliter sentiret, quem male saluat Decius. Nam sicut nõ bene dicunt illi qui restringunt ad nepotes & pronepotes, ita nõ bene dicit Bar. qui restringit ad filios primi gradus. per l. si defunctus. inf. de suis & legitimis. Nec obstat quod orficianum non disponeret de nepotibus, quia licet non disponeret, tamen postea aliæ constitutiones relatæ in l. sacratissimi. ff. ad tertul. hoc disposuerunt. d. §. 1. inst. de orfic. quæ secundum aliquos fuerunt Seueri & Antonini qui regnauerunt ante Gordianum. & satis probatur, quia nominatur in digestis. Et sic tempore isto etiam nepotibus & pronepotibus cõpetebat triplex successio in linea materna. i. ciuilis, Vnde legitimi, & unde cognati, Et ideo semper hic superfuisset aliud caput in quo potuisset sibi succedere. Quare dicas, quod in hoc male loquuta fuit glo. quia semper poterat superesse aliud sequens caput, uel tenendo etiam quod in nepotibus non superesset, non debet restringi ad eos. sed debet intelligi generaliter de omnibus liberis cuiuscunque gradus, & uerbum cessante, debet exponi, nulla existente successione principali, uel prætoria successione, uel si existat, est repudiata & defecta.

27 Circa quintum † Doctores hic tenent communiter * conclusionem glo. quod filius ueniens per caput unde agnati non excludit existentes in eodem gradu. Sed solum distantiores & proximiores eum excludũt qui sũt in primo ordine liberorum, quia exclusus ab uno capite ad eandem ex alio diuerso capite in præiudicium illius qui æqualis est in alio capite uenire non potest. Quod est notabile secundum Aret. ad intelligentiam d. §.

d.§.sed uidendum.Et sequitur Socinus consi. 63.col.3. lib.1.in utraque lectura. in uersi. circa primum intellectum.Et inferunt quod filius ueniens per Vnde agnati excludit fratrem defuncti,quia ille est in secundo gradu,& filius in primo,sed si nepos ueniret tãquam agnatus non excluderet fratres defuncti, sed cum eo succederet,& si esset pronepos excluderetur a fratre defuncti qui esset in secundo, & pronepos in tertio,per tex. in d.l.legitimis.& l. octaui. infr. unde legitimi.& §.admonendi.inst.de hæred.quæ abintestato. Sed Decius tenet contrarium,quod immo semper nepos & pronepos ueniens per Vnde agnati excludat alios agnatos etiam proximiores,per tex.in l.2.ff.unde legit.qui expresse dicit & simpliciter quod filius ueniens per unde agnati obstat omnibus legitimis. Secundo adducit. l. quod de bonis.§.huic.ff.de carb.edicto.ubi filii uenientes ex inferiori capite habent carbonianam, quæ non solet dari nisi uocatis in primo capite,quia semper sui sunt,& sic habent qualitatem filiationis. Tertio adducit.d.l.1.§.sed uidendum.de suc.edicto retorquendo, dum dicit quod eo repudiante primum caput obstat cæteris,ergo non concurrit cum eis, sed excludit. Et ideo dum dicit tex. ille quod admittitur inter cæteros, intelligitur, idest connumeratur inter cæteros agnatos, & tanquam agnatus succedit,sed tamen cum qualitate filiationis, Et ita residet Decius, non recordatus quod ipse tenuit cõmunem opinionem in l.1. sup qui admitti.per iura communia.Et hic etiam non respondet iuribus adductis pro communi.

Sed Aduertatur primo, quia doctores confundunt duas quæstiones separatim tradendas. Vnam,an filius exclusus a primo capite possit uenire ex sequenti capite sibi ipsi succedendo, & admitti simul cum aliis liberis existentibus in primo capite,Et sic an filius ueniens ex inferiori capite possit concurrere & simul admitti cum liberis uenietibus ex primo capite, Alia, an filius ueniens tanquam agnatus concurrat cum aliis agnatis æqualis gradus qui similiter ueniãt ex capite agnatorum,Et casus ad quos inferunt doctores uidentur cõtineri in secunda quæstione. Nam in prima quæstione an filius tanquam agnatus concurrat cum uenientibus per caput liberorum.doctores uidentur concordes, q. talis concursus non possit dari, ita expresse dixit Bart. hic,quamuis æquiuocauerit ponendo gradus pro capite,Et si tu exponis caput pro gradu,prout est sua intentio,apparebit quod hoc dixit, Et quod ita uoluerit capere,patet,dum repræhendit glo.per uerbum liberis, quod denotat plures liberos esse in eodẽgradu. Quia hæc esset supina repræhensio, cum uerbum liberorũ, compræhendat filios nepotes & pronepotes ex ꝓpria significatione.l.liberorum.& ibi Bar.ff.de uerbo.signi ficatio. Et quod non admittatur cõcursus utriusque capitis uidetur probari efficacissime in d. §. repetitis. & §. totiens. inst. de cogna.seruili. & non contradicunt doctores.

In alia uero quæstione,an fiscus ueniens tanquam agnatus concurrat cum aliis agnatis eiusdem gradus, doctores uidentur discordes, & Decius hic tenet quod filii excludunt omnes agnatos, per rationes prædictas & sequitur hic simpliciter Cur.colu.4. Sed ego puto q. non tantum filius ueniens tanquam agnatus excludat alios agnatos æquales & proximiores, sed etiã q. ipse succedẽdo ex capite unde agnati uel cognati q. concurrat simul cũ fratribus uenientibus ex capite liberorũ, Quia filius ex quocunque capite ueniat sẽper uenit cũ qualitate filiationis.probat.d.l.1. §. penu.ff.de succes. edict.& l.pen.§.fi.ff.quis ordo ubi dicit q. sẽper habet annum, quia consideratur persona, non modus succedendi.Secũdo probatur in d.l.quod de bonis.§.huic.ď carb.edict.ubi illa carboniana quæ non competit nisi liberis,datur eis etiam quod non ueniãt ex capite filiorum,quia semper filii sunt, & ille text. dicit quod semper sui sunt, Sed suitas est qualitas conueniens solis liberis,ergo succedunt cum qualitate filiationis, Et si amitterent qualitatem filiationis, esset facile etiam ammittere ius suitatis, Et sic retinet tres qualitates, quod habet annum, quod habet carbonianã, quod sit suus. ergo inferri debet etiam ad qualitatem prælationis ut impediat agnatos alios posse admitti, Nam in omni successione eius consideratur ipsa filiatio, Et ius prælationis existens in capite liberorum non est tributum capiti,sed filiationi, & quamuis renuntient capiti liberorum,tamen non renuntiant priuilegiis filiationis.Et quod possit inferri ad alia priuilegia filiationis, patet, quia in d.§.huic.dicitur carbonianam competere quia sunt sui,& sic præsupponit illam suitatẽ extare in omni casu,& non præcise concedi in illo casu dispensatiue quia diceret tex.quia hoc casu habentur pro suis. Quarto probatur per tex.in d.l.2.ff. unde legitimi. ubi dicitur quod præfertur omnibus agnatis, & si non ueniret cum qualitate filiationis oporteret quod saltem admitteretur cum patre defuncti qui similiter est in primo gradu.§.1.inst.de grad. Quinto probatur per d. §. sed uidendum.dum dicit nec cæteris defertur,ergo cũ qualitate filiationis, quia alias admitteretur cum aliis agnatis primi gradus, Item si ueniret per unde cognati, oporteret quod primo deferreretur omnibus agnatis, Sed tex.simpliciter dicit quod non defertur cæteris,siue ueniat per Vnde agnati,siue unde cognati,ergo semper uenit cum qualitate filiationis. Non obstant contraria,& primo d.§. admonendi. quia procedit in filio dato in adoptionem qui desinit esse filius, & cum non habeat ius filiationis non potest uenire cum qualitate filiationis,Et eodem modo respondetur ad d.l.legitimis.ff.unde legitimi.& probatur in l.2.ff.unde liberi. Ad tex.in l.octaui. respondetur quod secunda lectura attenta concordat, quia agnatus cum qualitate agnationis succedit etiam ueniendo per bonorum possessionem.Vnde cognati.Sed tenendo alium intellectum glo. ibi,responde quod ille text. non negat quin præferatur omnibus cognatis, sed solum dicit quod nõ potest petere bonorum posses.ultra sextum gradum, quia illa non reperitur,Sed si petat intra gradus suos,eam habebit cum qualitate,& prærogatiua filiationis.

Ex quibus patet rationem propter quam doctores repræhendunt istum intellectum glo. non esse bonã, quia si filius uenit ex sequentibus capitibus, facit portionem non deficere,& impedit ius accrescendi,donec sequentia capita sunt repudiata uel defecta per mortem,Sed intellectus non est bonus ex aliis rationibus, primo,quia restringit nimis tex. reducendo ad successionem in bonis maternis,& tanto magis si restringeretur ad nepotes tantum in bonis lineæ maternæ, Secundo, quia uerbum legitima successione, poneretur pro successione prætoria, quod est contra mentem literæ. Tertio, quia non est uerum quod non dentur plura capita, quia datur caput unde legitimi, & unde cognati.Quarto,quia etiam quod cessarent alia capita,tamen non propter hoc cessaret legitima successio, cum possent admitti per orficianum uel alias constitutiones de quibus in §.1.inst.de orfic.& l.sacratissimi.ff.ad tertul.Si tamen iste intellectus non restringeret legẽ, sed poneretur pro uno exemplo, tunc bonus esset, & est bonum exemplum ad legem, quæ ponendo regulam generalem uoluit etiam compræhendere successionem maternam,& lineæ maternæ,Sed tunc uerbum legitima successione, generaliter debet intelligi ut cõpræhendat successionem ciuilem & prætoriam, & uerbum cessante, generaliter debet intelligi, ut decidat siue nulla sit successio ciuilis uel prætoria, uel si extat illa sit repudiata,uel defecta,ac quod tunc cum nulla existit,uel si existit.sit repudiata, habeat locum ius accrescendi, alias autem non, quia portio non dicitur ex toto defecta.

Addebat

28 Addebat† etiam hic Salicetus circa hanc lecturam, quod repudians bonorum possessionem unde cognati uidetur etiam repudiare bonorum pos. Vnde legitimi, quia renuntiando consequenti uidetur etiam renuntiare antecedenti.l.illud.ff.de acquir. hæred. Et sequitur Alex. hic col.2.reputans notandum. Sed tamen incontrariũ adducit Cor.hic, quia non bene reperitur iure dispositum quod bono.poss. Vnde legitimi præcedere debeat unde cognati, cum solum hoc reperiatur dispositum in bono.poss.unde agnati. Cag.uero hic dicit satis probare ex generalitate.l.1.ff.quis ordo.& §.admonendi. in sti.de hæred.quæ abintest. Et est tex.clarior in d.§.repetitis.inst.de seruili cogna.& in l.nec is.§.1.&ibi Ias. ff.de acq.hæred. Sed ego puto non bene probari prælationem, quia iura allegata incontrarium loquuntur in incompatibili successione, sed successio unde legitimi non est incompatibilis cum unde cognati, ex eo quod datur propter uocationem legis, & sicut ipsa successio legalis potest concurrere cum successione. Vnde cognati.l.suum.inf.de iur.delib.ita etiam.bon.poss. Vnde legitimi quæ est sua sequella arg.auth.multo magis C.de sacrosanct.eccl. Et ad omnia iura quæ possent adduci incontrarium, etiam si dicerent unde legitimi excludere unde cognati, responderi potest quod loquuntur de bono.poss.unde agnati.& ideo in l.3.ff.unde legitimi dicitur quod concurrit cum illa septima extraordinaria. Sed tamen ex alio puto opinionem Saliceti esse ueram, quam etiam tenet hic finaliter Corneus, quia successio unde agnati uidetur dari ex eo quia uocatur a lege, & tamen illa excludit & præfertur unde cognati. Secundo contra opinionem Salic.adducit hic Cagn. num.23.quod renuntians decretali non uidetur renuntiare edictali quæ eam præcedit.l.1.§.decretalis.ff. de suc.edict. Sed facilis est responsio, quia illa renuntiatio decre.non ualeret, ut ibi dicitur, sed si ualeret, tũc esset etiam renuntiatum edictali, Et probatur, quia dicitur ibi quod diebus finiri potest, & cum est finita diebus etiam repudiata est edictalis in consequentiam, unde recte inducendo probat opinionem Salice. Et hæc quãtum ad primum intellectum.

29 Secundus† est intellectus glo. quod hæc lex loquatur de filiis emancipatis in quibus cessat legitima successio quia nullo iure ciuili hoc tempore uocabantur.§.emãcipati.inst.de hæred.quæ abintest. Et tunc uerbum, cessante legitima successione, exponitur, idest nulla existẽte successione legitima, ideo si emancipati tempore excluduntur, uel alias ommittunt, habet locum ius accrescendi, quia in totum dicitur defecta portio sua, sed nõ potest lex procedere in filiis in potestate, quia cum uocentur successione ciuili semper admittuntur, tum quia inuiti hæredes sunt, tum quia perpetuo admittuntur. Sed Bar.repræhendit hunc intellectum, quia immo filii in potestate possunt abstinendo non succedere, & habebit locum ius accrescendi.l.si duo.ff.de acq.hære. & l.2.§.sed & si sint.ff.ad tertulian. Sed ista non oppugnant intellectum de emancipatis, nam solum concludunt quod lex etiam potest habere locum in filiis in potestate, sed non concludunt quod hæc lex non procedat in filiis emancipatis, cum in ipsis est cessatio plena, quia non est successio ciuilis, & ideo Odofred. & Alb. & alii antiqui. Pau.de cast. Alex. Rimi. Dec.& alii moderni hic, tenent hunc intellectum, dicentes esse communiter approbatum.

Sed tamen incontrarium facit, quia immo in filiis emancipatis non cessat legitima successio, quia ipsis tributa sunt duo capita, scilicet unde liberi, & unde agnati. Vñ sicut in aliis in potestate nõ pcedit, secundum gl. nec etiam in eis deberet procedere. Præterea secundũ Cagnolum est diuinatiuus ad istam legem quæ simpliciter loquitur de liberis, item nimis restringit legem quæ uidetur uelle ponere generalem decisionem, & quarto, hæc lex hodie esset correcta, quia hodie uocantur a iure ciuili.§.primo.in auth.de hæred.quæ abintesta. Sed tamen iste intellectus sicut præcedens saluari potest, si tenemus eum pro exẽplo legis nostræ, non autem quod restringat, nam cum generaliter disponat de omnibus liberis, compræhendentur etiam filii emancipati. Et uerbum, cessante legitima successione, debet capi generaliter, idest nulla existente successione ciuili uel prætoria, uel, si existat, repudiata uel defecta, & tunc cessabit omnis difficultas, & procedet etiam attẽto iure nouissimo.

Sed dum præsupponitur quod iure isto filii emancipati non uocabantur ad successionem, incontrarium facit, quia emancipatis debentur alimenta, & ipsi ea præstant parentibus.l.legatum.ff.de cap.dimimi.& dos.l. eos. eod. tit. ergo & legitima quæ loco alimentorum debetur, l.sancimus.C.de nup. ergo sunt cognati de iure ciuili. Bal.hic resp.negando consequentiam, quia frater alimentari debet, & tamen non debetur legitima. le.qui filius.ff. ubi pupil.educari debeat.iuncto.§.1.in auth.de hær.& falc.& no.per Alex.& alios in l.1.ff. solu.matr.& l. nã & si parentib.ff. de inof.test. Sed ho die p ius auth.eis debet legitima & succedunt ex testõ, ut in auth.ut cum de appella. cogn.§. aliud quoq; capitulũ. & ab intestato, ut in auth.de hæredi.quæ ab intest.§.1.

30 Secunda est† pars istius intellectus, quod lex nostra non potest uerificari in filiis in potestate, quia ipsi possint succedere de iure ciuili. & perpetuo sunt sui & inuiti, sed Bar.repræhendit, quia immo etiam in filiis in potestate habet locum ius accrescendi, per textum clarum in l.si duo.ff.de acq.hær.& l.2.§.sed & si sint.ff.ad tertul. Et eodem modo respondet ad illud quod posuit glo.in primo intellectu, negando quod habeat locum in bonis maternis, quia in ipsis est successio per secundum & tertium caput, nam si ipsi repudiarent, adhuc posset esse locus iuri accrescendi, ut per gl.in d.l.1. §.sed uidendum.ff.de success.edic.quæ innuit quod omnibus uideatur in dubio repudiasse, sed in hoc intellectu uerba, cessante legitima successione, debent exponi, idest repudiata uel defecta seu ommissa legitima successione. Et nõ potest dici nulla existente, quia utraque existit, & sic remanet quod hæc lex intelligitur de omnibus filiis, & omni successione, filiorum uel aliorũ liberorũ, & omnes intellectus sunt ueri si ponatur pro exemplo, non restringendo ad particularem casum uel particulare genus liberorum.

Circa istam partem glo.hic etiam concludit quod filii non possunt excludi de iure ciuili ex cursu temporis, & eam declarat & restringit Alex.ad cursum triginta annorum.l.licet.cum glo.inf.de iur.delibe.quem in hoc sequuntur docto. Sed tamen quia uerba glosæ. repugnant, quæ uult quod non possit accrescere, apparet quod uoluit dicere etiam post centum annos, Ideo ipse postea tenet contrarium, quia præscriptio quæ consideratur in suis hæredibus habet locum in iure abstinẽdi quod tollitur per 30.annos, quia ius immiscendi semper durat, & licet ius abstinendi tollatur, non sequitur, ergo & ius immiscendi, quia alias beneficium abstinendi redundaret in eorum odium priuando eos potestate immiscendi perpetuo concessa.arg.l.si filius qui patri.ff.de uulg.& pup.

Sed Dec.hic primo dicit quod ratio Alex. potest euitari, quia quod fauore fuit introductum operatur odiũ in eo quod est de natura actus, ut no.Bal.in l. quod fauore.q.7.sup.de leg.& si opponatur, quod beneficium abstinendi non potest operari circa immixtionem, cũ sint contraria remedia, respondet quod immo operat, quia filius per illud beneficium reducitur ad exemplũ extranei hæredis.l.nam & emancipatus.ff.de leg. 1.& l.is qui se non immiscuit.ff.de acq.hær. & ideo sicut extraneus priuatur iure adeundi per 30.annos, ita etiam priuabitur iure immiscẽdi quod æquipollet. Et ista est * communis opinio quam sequitur etiam Bald. in tract.

prætor.fol.36.q.9.Sed aduertatur quia dicta docto.uidentur implicare contradictionem, cum immiscere sit acceptare,& abstinere repudiare.§. extraneis. institu. de hæred.qual.& diff. Ideo si potestas abstinendi tollitur per 30.annos, non uidetur posse adaptari ꝙ tollatur potestas acceptandi, quia immo necessaria est acceptatio si non potest abstinere,& per 30.annos priuatur potestate immiscendi, sequitur necessario ꝙ debet abstinere, & separari a bonis, Ideo istæ duæ quæstiones debent separari, & poni in diuersis casibus & terminis,& distinguendum est. Aut nullus possidet,& post 30.annos creditores agunt contra eum, & ipse dicit se uelle abstinere,& communiter concludunt doct.quod non poterit amplius abstinere,quia amisit illud ius. d. l.omnes.& l.sicut.de præscr.30.uel 40.anno.

Si uero extraneus possedit hæreditatem sine titulo, & filius post 30.annos agat contra eum petendo hæreditatem,& ipsi opponatur ꝙ non se immiscuit, filius uero dicat ꝙ uult immiscere,& in hoc docto.tenent ꝙ
31 filius non poterit. †Sed mihi magis placet opinio Alexan.hic,quod immo possit,& filius perpetuo sit hęres, nec excludatur tempore, Nam lex incontinenti facit hæredem filium in perpetuū.§.sui inst.de hæred.qual. & differ. sed prætor dat beneficium abstinendi quod uirtute exceptionis impedit effectum suitatis. Hoc autem beneficium tollitur per cursum.30. annorū. & sic obstaculum tollitur,ergo remanet in sui uigore acquisitio hæreditatis,& dicetur perpetuo hæres,sicut si obligationi obiiciatur exceptio, impedit eius effectus, Si tamen postea illa exceptio tollatur remanet prima obligatio in sui uigore.l.si unus.§.pactus ne peteret. ff. de pact.& §.1.inst.de replicatio. Non potest enim præscriptio exceptionis tollere fundamentum primæ obligationis,cum ueniat ad eam coadiuuandam d. l. quod fauore.Et est tex.in §.illud.in auth.cōstit.quæ de dign. qui de directo uidetur tollere considerationem Dec. Et hoc sine dubio procedit respectu creditorum & aliorum posses.bono. qui non poterunt allegare ꝙ post 30.annos filius nō possit se immiscere, Nec obstat si dicatur ꝙ saltem per 30. an. tollitur petitio hæreditatis, ergo hæc immixtio parum operatur,ut dicebat hic Cagn.nu.48.quia illud est falsum, cum petitio hæreditatis non competat nisi post immixtionem, & hic præsupponit immixtionem adhuc non factā, facit quod uoluit Alexan.consi.83.uol.2.& Bal.col.4.

32 Sed†respectū agnatorum uenientiū per succes.edic. uel per ius accrescendi est maius dubiū, an ipsi possint opponere post.30.annos ꝙ amplius non habeat facultatē immiscendi,& ideo ad ipsos sit delata hæreditas, & tota difficultas est, an potestas immiscēdi sit naturalis facultas cōpetens ex iure suitatis,an uero sit nouum ius ꝙ prætor introduxerit dando beneficium abstinendi,Nam si est nouum ius, præscribitur, Si uero est naturalis facultas,& non potest præscribi, ut per Barto. & omnes in iure offerendi dicitur in l.cum notissimi.inf. de præscrip.30.uel 40.an.& per Bar.in l.1.col.2.ff. de condic.ex lege.Et uidetur primo dicendum esse rationabile ꝙ prætor hoc ius immiscendi introduxerit, ne propter istam abstēsionem creditores & agnati remaneant in incerto.arg.§.cū igitur.inst.de bon.poss. & l. 1.de succes. edict. & sic ius de perse potest tolli cursu temporis.& hoc uoluit sentire Dec. & cōmuniter doc.

Sed magis placet ꝙ ius immiscendi non fuerit inductū a prætore,Sed solū sit quædā facultas quæ in consequentiā uenit ex eo ꝙ est hæres, & ex eo quod filius beneficio prætoris pōt abstinere fuit cōsideratum, cū ius abstinēdi tollatur facto cōtrario per immixtionē, Sed uere ista facultas immiscendi causatur ab illo dominio quod acquisiuit ex iuris dispositione per suitatem,& durante illo dominio quod est perpetuum,semper potest immiscere,sicut durante dominio durant effectus dominii.l.cum hæredes.& l.naturaliter. §.nihil commune.in diffinitione dominii.ff.de acq. posses.

Et sicut qui habet areā apud uicinū pōt perpetuo edificare ēt post mille annos,ut per gl. in l. qui luminibus.& ibi Ang.ff.de seru. urba. prædio. Et oportet ꝙ primo ille incipiat uti sua facultate,& ꝓhibeatur,ita ꝙ per patientiā suā cōstituat aduersariū in possessione illius iuris ꝓhibendi,& postea per cursū tēporis præscribatur,ut dixit Ang. in d.l. qui luminibus. Qui ponit ꝓpter hoc regulā generalē in præscribēdi iuribus negatiuis siue ꝓhibitiuis, ut aduersarius utatur iure suo, ꝙ sēper præcedere debet prohibitio & patiētia ꝓhibiti ꝑ 10.annos,alias d.iura negatiua ēt per mille annos prescribi nō possunt,si cōsistent in facultate naturali, Sed si consistunt in iure ciuili,tunc tolluntur spacio 20. anno.Et iō facultas adeundi quæ ciuilis est secundū uerā opinionē,quia descendit a lege uocante, uel institutione testatoris,& tūc si hæres steterit per 30. an. amplius nō poterit adire,ut dixit Balb.in d.suo tractatu.& pertrāseunt hic doct.Facit ꝙ uoluit Soc.in l.si filius qui patri.ff.de uulg.& pupil.& in cōsi.63.lib.1.Et sic sequitur ꝙ agnati nunꝙ per cursum tēporis possunt excludere suū hæredē,Sed solū possunt succedere quādo filius se abstinet,Et propterea opinio glo.hic est uera,ꝙ perpetuo possunt se immiscere nisi se abstineant intr. 30.an. quæ nota quia subtilia sunt,& passim non gustantur.

33 Subdit†hic ēt Alex.quærendo an beneficiū abstinendi sit tēporale uel perpetuū, & uidetur ꝙ sit tēporale, quia a prætore inuentū fuit.argu.l.in honorariis.ff.de actio.& oblig.& §.1.inst.de perp.& tēp.act. Alii dicunt ꝙ in perpetuū est inductū de iure ciuili ꝓpter approbationē factā ab eo. Vera cōclusio est, ꝙ est de iure prætorio.§.sed iis.instit.de hæred.qualit.& differ.& no. in l. necessariis.ff.de acq.hær.Sed tū est perpetuū, & durat per 30.an.quia omnia remedia quæ dātur ad excipiendū sunt perpetua.l.pure.in fin.ff.de excep.dol. Cur.uero hic erat in noua opinione,ꝙ immo sit annale ꝑ fundaméta adducta ꝑ ipsum,Sed qa postea defendit cōem opin.nō curo refere, Et respondet ēt hic Cag. nu.49.& 50. Et nō est faciendū fundamentū sup approbatione facta de perpetuo edicto,cū ꝑ talē approbationē remedia annalia nō fint effecta perpetua, ut patet in d. l. in honorariis,& d.§.quæ extinguebantur per annū, magistratus hodie durēt perinde ac si prætor ille semper esset in magistratu,ut supra dixi in rub. ultra alios, & ita habes expeditā unā partē gl. & apꝓbatos oēs intellectus in oībus filiis in ea positos ī uim exēpli ut sup.dixi.

34 Tertius†est intellectus, ꝙ illa uerba cessante legitima succesione, fint narratiua facti,quia de facto sic cōtigerat ꝙ cessauerat legitima successio, Idem tū est & si nō cessaret,Sed Bar.Alexan.& Iason & alii moderni repræhendūt hūc intellectū,quia imperator hic nō interrogatur super facto particulari, sed imperator hic motu ꝓprio fecit hāc legē ut breuiter decideret materiā iuris accrescendi in filiis,Tamen eis obstat inscriptio, quæ apparet facta cuidā Marthanæ & ad eius cōsultationē fuit rescripta,quia si esset facta motu ꝓprio, fuisset inscripta alicui iudici uel magistratui, Et cum illa Marthana fuerit priuata persona, necessario oportet dicere ꝙ sit facta ad cōsultationē, Sed tamē defendendo obiectionem potest dici quod licet ad consultationem responderit,tamen posuit regulam generalem nō fundatam in casu consultato,sed per generalitatem ex ea apparere poterat quid erat agendum in illa causa, forsan.n.illa nō bene expresserat qualitates facti, ideo fuit necessariū ponere determinationem generalē qualificatam,ex qua decideretur casus consultatus, sicut dicitur in l.precibus inf.de impub. Vel etiā dato ꝙ fuissēt uerba narratiua facti, tamen semper in eis fuit fundata decisio,ut ex eis argui posit,cum ex uarietate facti narretur decisio iuris, ut statim dicam, Et non est credendum ꝙ in tam breui lege posita fuissent uerba non importantia ministerium iuris, & tanto magis, quia postea

stea posita fuit a compilatoribus ut ab omnibus sertia retur.l.2.& 3.sup.de legib.Præterea apparet quod im portant ministerium iuris, ex quo stante legitima successione non potest habere locum ius accrescédi, quia portio non dicitur deficere.

35 Colligitur† tamen ex glo.circa hunc intellectum, q ex uerbis narratiuis facti argui non potest in legibus ad decisionem causarum. concordat glo. inst. de suc. cogn. §.fina. in uer. ad sextum gradum. & in §. alteri. inst.de inut.stip.in uer.quæ sit quantas.& l.2. ubi Bar. infr.de acqu.poss.& glo.in c.auditis. in uerbo ex post facto.de electio.in fine.& c.2. in uerbo non teneris de dolo & contumacia. facit clem.si summus pontifex de senten. excom.& de hac materia not.Felin.in c.1. col. 4.& seq.de constit.& in c.ex literis.post glo. de fide in strum.Bar.sup.in repetit.rub.qui admi.car. 7.col.3.& Alex.in l.2.col.2.inst.de succ.edicto.& Ias.in rubri.& in §.quadrupli.col.4.inst.de action.& in l.1. col. 7. in 4.fallentia.ff.de offic.eius.ubi etiam Aquens.cum aliis cumulatis hic per Ias.& Cagn.Quę conclusio de plano procedit quando sunt mere relatiua, nec legislator quidquam disponat super illis uerbis uel occasione eorum, secus tamen est si super illis se fundet, Ideo secundum omnes hic limitatur non procedere quando legislator se fundaret super illis uerbis narratiuis, ut per tex.in clem.1.de probat.& Imol.in c.cum apostolica. in uer.datur intelligi. de iis quæ fiũt a præl.si.cõs.cap. Et sequitur Alexan.in l.1.col.13.uer. tertio fallit ff.de iur.om.iud.Et Ias.& Dec.hic.& idem Dec.in c.2. col. fin.de offic.deleg.& Felin.in d.locis.& Alex.in consil. 15.uol.5.Sed tamen uidetur quod hæc limitatio absorbeat totam regulam, quia omnes de facto aliquo consulti necessario fundant decisionem suam super qualitate facti, cum ex uarietate facti uarietur iuris decisio, & hoc contingit in plerisque legibus codicis quæ sunt factæ ad consultationem aliquorum, & quasi in omnibus constitutionibus decretalium, quia cum princeps respondeat super interrogatione facta de casu occurrenti, necessarium est q responsio sit secundum qualitaté facti occurrentis, quia ex diuersitate facti diuersificatur iuris dispositio.l.precibus.inf. de impub. & aliis subst. cum ex facto ius oriatur.l.si ex plagis. §. in cliuo capitolino.ff.ad legem aquil.Et ideo dicitur in l. ut respõsum.sup.de transact.insere pacti exemplum ut respon sum habere possis. Quare hoc dictum restringi debet ad uerba narratiua facti, de quibus non est dubitatio respectu interrogationis facti.

36 Et quia † præsumẽdũ est q ille qui narrat factum ut habeat consultationé narret ea quæ faciunt dubitationem, Ideo potest dari regula cõtraria, q ex uerbis narratiuis facti possit argumentari, quia super eis uidetur fundata decisio, nisi ex aliis coniecturis appareat q illa non faciebant ad casum dubitationis, Et propterea sequitur q regula constituenda est incontrarium, q in legibus factis ad consultationem semper ex uerbis narratiuis facti poterit argumentari, nisi per aliquam contradictioné iuriũ aliud appareat, quia non est credẽdũ q uerba superflua fuerint posita a compilatoribus maxime in tam breui lege.arg.no.in l.quod Labeo. ff. de carb.edic.& l.si quando.ff. de leg. 1. ut etiam dixi in l. qui se patris.inf.unde liberi.& l.1.sup. qui admitti. Et hæc in legibus. in priuilegiis uero uel rescriptis ad est tanta præsumptio q super uerbis narratiuis sit facta dispositio, Et ideo regula est incontrarium, q uerba narratiua seu enunciatiua non disponunt nec faciunt fidé. c.si papa.de priuil.in 6.& clemen.si summus pontifex. de senten.excom. Fallit quádo apparet q super eis est facta dispositio.d.c.1.de probat.

37 Quartus† est intellectus glo. q iste text. intelligatur de omnibus filiis, & decidatur q inter eos habet locũ ius accrescendi repudiata sua portione bono. poss. ab aliquibus, & ad absurdum q uidetur inducere illa uerba cessante legitima successione, respondet q referuntur ad caput agnatorũ, & uerbũ cessante, exponitur. i. reiecta successione agnatorum quæ non potest habere locum extantibus liberis in capite liberorum.§.repetitis.inst.de seruili cogn.Et istũ intellectũ tanquam planũ & sine difficultate tenent Bar.hic Bal. Alex. Dec.& Corn.Facit tex.inst.eo.§.penul.Sed Rimin. Ias.Cur.& Cagno.eum repræhendunt, quia transplantat literam, nam illa uerba cessante legitima successione, posita in themate transportant ad finem, ut sint de decisione, q uere est penitus nouam legem condere. Secundo, quia secundũ hunc uerba cessante, refererentur ad agnatos tantũ, & non determinaret de cognatis, an filii excluderent cognatos per ius accrescendi, qui cognati non possunt cõpræhendi sub dispositione.l.12. tabul. Item plures alii sunt q agnati qui uocãtur a lege ciuili, & cõtinentur in tit.inf.de legit.hæred. Ité tertio obst. quia esset de indubitabili, cũ iam decisũ esset q unus de capite superiori impedit successioné sequẽtis capitis. l.1.§. si nemo.ff.ad tertul.& in bon.poss.erat dictũ in l. pen. ff. eo.Sed Dec.defendit, respõdẽdo istis motiuis ut per eũ.Sed tu clarius posses respondere si placeret. Tamen ex alio nõ uidetur posse procedere, quia secundũ eum determinatur qũo possit habere locũ ius accrescendi, non aũt qñ, & ex uerbis rubr.apparet q in nigro determinatur qñ habeat locũ & quãdo nõ, & uerbũ quotiés, ét uidetur positũ in nigro. Præterea ét urgens ratio uidetur esse, q pro tã facili decisione fuisset factus unus titulus, & q de hoc solo fuerit dubitatum an successio agnatorũ possit cõcurrere cũ liberis uocatis ex capite liberorũ. Intellectus tamé secundũ oẽs est uerus, sed est limitandus qñ unus ex liberis acciperet bono. poss. ex inferiori capite, & sibi ipsis succedunt, & tunc inferiora capita concurrunt cum capite liberorum secundum opinionem quam sup. tenui in primo intellectu, per l.1.§.sed uidẽdum.ff.de succes.edicto.& in casu auth.præterea.ut statim dicam.

38 Sed† quidquid sit de hac lege, ex hoc intellectu colligitur q ius accrescendi excludit successoriũ edictum, quia in portione deficiéte potius admittuntur illi qui sunt in illo capite per ius accrescendi q illi qui ueniũt ex successorio edicto ex alio capite.cõcordat. d.l.1.§. si nemo.ff.ad tertul. & idé est ét qñ sunt in eodẽ gradu in diuerso capite uocationis.ut l. meminimus. infr.de legit.hæredib. secus si plures diuersi gradus simul uocãtur.§.cũ filius.inst.de hæred.quæ abintest.& l.si duobus.ff.de cõtratab.per quæ patet q ratio doct.q ius accrescendi nõ mutet gradũ, nõ est semper bona, quia immo accrescit ét diuersi gradus personis qñ sunt in ea dẽ uocatione. Vnde uera ratio est q ego dedi in rub. in q. quare sit inductũ ius accrescendi, uidelicet, quia qñ plures uocantur una uocatione efficiuntur unũ corpus. l. 1.§.hæc tam uarie.inf.de cadu.toll.siue sit successio ex testamento, siue abintestato. Causa autem uniendi plures ad unam uocationem in successione ex testamento est dilectio testatoris qui uidetur substituere.arg.l.Titio & Meuio.§.Iulianus.ff.de leg.2.& l.cohæredi.§.qui discretas.ff.de uulg. & pupil. & in successione abintestato dilectio legis ex uariis motibus causata, Cui rationi consonat quod dixit hic Bal. q illud facilius inducitur in quo minor digressio reperitur, & in habentibus simbolum facilior est transitus. §. quo genere. inst. quib. mod.tol.oblig. Item portio accrescit portioni quæ potentior est in tradendo quam sola persona.l.si totam.ff.de acq.hær.

39 Limitatur† tamen prædicta conclusio non procedere, quando unus diuersi capitis admittitur ex aliqua speciali causa ad successionem cum liberis, Nam repudiãtibus liberis potius uadit ad cõiũctos sãguine p successoriũ edictũ ad illũ uocatũ cũ liberis, ut est tex.in auth.præterea. inf. unde uir & uxor. nã si uxor inops reperiatur cũ liberis cõmunibus, & maritus moriatur, ei suc-

ei succedit uxor cum liberis in certam partem, & si cõtingat ꝙ liberi moriantur, nõ accrescit uxori simul uocatæ, sed prius deuoluitur ad parentes ex successorio edicto. d. auth. præterea. coniun. l. secundum declarationem positam per Bal. inf. col. 2. uers. quantum ad secundam. Et rationem assignat Bal. quia parentes sunt de illis qui excludunt uxorem a tota successione, ut in l. 1. eod. titu. Vnde successorium edictum in persona illius qui de perse põt excludere uincit ius accrescendi, Ex qua ratione inferri uidetur, ꝙ si cũ fratribus admittatur mater in uirilem iuxta. §. 1. in auth. de hær. quæ abintest. ꝙ si frater repudiat, potius acquiritur nepotibus ex successorio edicto, ꝙ matri, quia illi nepotes sèper excluderent matrem in totum. arg. in auth. ut fratrum filii. §. 1. Sed Dec. in contrarium adducit doctr. Alex. in l. pactum quod dotali. inf. de colla. col. 2. uer. secundo casu. qui uoluit ꝙ filius patri succedens iure accrescendi consequitur portionem sororis quæ renuntiauit successioni paternæ exclusis nepotibus ex ea, quia ius accrescendi excludit successorium edictum, & tamen si soror non superfuisset, eius filii excluderẽt fratrem matris a portione hæreditatis aui. Dec. tamen defendit Bal. in repudiatione, quo casu filii ueniũt ex persona matris, sed casus Alex. procedit in renuntiatione facta per pactum, quæ excludit etiam filios, & mortua matre non possunt succedere simul cum fratre matris, & hæc responsio satis potest procedere ad dictũ Alex. quamuis Curt. hic dicat quod nepos uenit ex persona sua, quod non stringit, Melior tamen responsio est, ꝙ ibi filius non uenit per ius accrescendi, quia per renuntiationem filia erat priuata in uita patris, & totum filius uidetur habere ex successione patris perinde ac si filia uel eius descendentes non essent in rerum natura, & quamuis aliquod ius secundum aliquorum opinionẽ forsan remanserit filio & nepotibus, tamen propter renuntiationem est dubitatum, & ideo exclusio inducenda per eos non est ita potens, nec successorium edictum. Sed magis obstat, quia secundum hãc doctrinam non esset opus transmissione ad exclusionem iuris accrescendi, quia semper sequentes in gradu omittẽtis per mortem excluderent ius accrescendi per successorium edictum, quia si prius fuissent mortui alii primi gradus sequentes impedirent alium habere totam. §. sed cũ filius. inst. de hær. quæ abintest. & l. duobus. ff. de contrat. & in auth. ut fratrum filii. per totum. Vnde alia ratio est quam hic & in d. auth. præterea ponũt doctor. quia illa uxor habet portionem limitatã, & ei nõ potest accrescere. argu. l. in agris. de acquir. rer. dom. Sed obstat ꝙ immo non erat limitata, quia potest succedere ẽt in totum eis non extantibus, Item succedit in uirilem si sunt plures quatuor, sicut plures fratres patri uel matri. Vnde in puncto iuris uidetur ꝙ opinio Bal. nõ sit uera etiam in d. auth. præterea. & si quis uult sustinere, Melius potest dicere ꝙ ibi illud sit speciale quia uxor succedit de iure speciali cum liberis, & est nimis remota in coniunctione sanguinis a defuncto. Subdit ẽt hic Cagn. nu. 43. generalem limitationẽ ad istam legem & totam materiam iuris accrescẽdi, ꝙ si aliquis repudiaret portionem suam contemplatione unius ex cohæredibus tantum, ꝙ ille præfereretur per ius accrescendi cohæredibus quando essemus in successione ab intestato. per doctri. Pau. de Castr. in l. 1. §. inde Neratius. ff. ad trebel. communiter approbatam ut ibi per Aquens. & Rip. & per Aquens. & Dec. in l. si actionẽ. sup. de pact. & Ioan. Crot. in d. l. re cõiuncti. fol. 14. in 10. q. princi. ubi late examinat, & distinguendo ut per eos uera est conclusio, quia intelligunt ꝙ sit ab eo acceptata, quo casu est renuntiatio per contractum, non ius accrescendi, ideo non est limitata ad materiam.

40 Quintus† est intellectus Rom. & Salic. ꝙ iste text. generaliter intelligatur, & disponat ꝙ tũc habet locũ ius accrescẽdi quãdo portio in totum uacat ut ille omittẽs bon. pos. non possit alio iure uenire ad successionem, Tunc autem non potest uenire alio iure quãdo uel nulla est successio, uel si est, illa fuit repudiata uel defecta, nam donec alio iure omittens bon. poss. põt succedere cessat ius accrescendi quia si portio non deficit. l. suũ. infr. de iure delib. & l. 2. §. si mater. uer. sed & si mater. ff. ad tert. & repudiando unum ius non repudiat alterum. arg. l. si domus. ff. de ser. urb. præd. Et istũ intellectum ego puto uerũ, & secundũ eũ figuraui casum, & uerbũ legitima successione, intelligitur generalissime pro omni successione tã ciuili ꝙ prætoria, ex testõ uel abintestato, uel ex eodẽ capite uel sequenti, & consonat huic intellectui quia hic est unus titulus super hac materia iuris accrescendi, & cõueniens est ut ponat generalẽ decisionẽ tam in personis ꝙ ẽt in modo, & ꝙuis doct. non approbent cũ, tamen nihil adducunt ad repræhendendũ nisi intellectũ Bal. qui non est uerus ut statim dicam, Et etiam consonat uerbis rubricæ quæ interũt in nigro determinari qũ & in quibus causis habeat locũ ius accrescendi, Et erat aliqua dubitatio noua, an deberet accrescere indistincte uel solum quando portio in totum uacaret, per rationes infra adducẽdas in intellectu Bal. Nec obst ꝙ dicit Ias. col. 11. & Cagn. hic nu. 28. ꝙ iste intellectus est idẽ cũ intellectu primo & secundo glo. quia immo ualde differt, cũ illi sint particulares, iste generalis sit in omnibus liberis, Itẽ in illis uerbũ legitima, & uerbũ liberorũ, & uerbũ cessante restringuntur, in isto aũt generaliter intelliguntur ut cõpræhendant oẽs casus & oẽs successiones per quas ille qui omisit bon. poss. possit admitti ad illã portionẽ ex quacũque successione. No obst. tex. in §. pen. inst. de bon. poss. & l. 3. §. fi. cũ l. seq. ff. de bon. poss. & l. 2. ff. de bonis liber. & l. 1. §. quibus. ff. de succes. edicto. in quibus simpliciter dicitur ꝙ omittente cohærede portionẽ suam cæteris cohæredibus accrescit, ac ẽt habet locũ successoriũ edictũ. Quia illa iura debent declarari per legẽ nostrã, s. quando cessauerit per repudiationẽ uel per mortem ẽt successio ciuilis, & satis colligitur ex l. 2. §. si mater. uer. sed & si mater. ff. ad tertul. Et cum forsan esset dubitatio de iure antiquo, facta fuit hæc lex quæ hoc determinauit. Bal. tamen hic colu. 5. in q. quarta. Dicebat ꝙ illa iura simpliciter debent intelligi & ꝙ etiã extante legitima successione & non obstante habet locum ius accrescendi reuocabiliter, & ita ponebat unum intellectum in totum contrarium præcedẽti, unde ueritas intellectus istius dependet a ueritate intellectus Bal. de quo statim dicam.

41 Sextũ† igitur intellectũ ponebat Bal. hic colu. 5. q. 4. uolens in effectu ꝙ si plures sunt liberi qui possunt succedere iure ciuili & prætorio, & unus repudiat successionẽ prætoriã, ꝙ aliis accrescit portio sua; nõ obstante ꝙ possit ad eã admitti de iure ciuili, quia leges simpliciter loquuntur, d. l. 3. §. fi. ff. de bon. posses. & §. pen. inst. de bon. poss. & l. 1. §. quibus. ff. de succes. edicto. & l. 2. ff. de bon. liber. quia esset incõueniẽs ꝙ alii filii & creditores expectarẽt per 30. annos ꝙ excluderetur, uel secũdũ opinionẽ ꝙ sup. tenui, ꝙ nunꝙ admitterentur, cum nunꝙ filii amittant ius immiscẽdi, & est nimis magna uiolatio restringere illa iura ad repudiationẽ factã de iure ciuili, Sed tñ ne sine causa priuetur iure suo quin possit adire de iure ciuili, iuxta. l. suũ. inf. de iure deliber. dicit ꝙ portio accrescit reuocabiliter, nã interim ille erit in possessione donec acceptet, & postea facta acceptatione reuocabitur ius accrescẽdi, Sed interim admissum seruabit, & fructus cederent lucro suo, ꝑ tex. in l. si impubes. §. quæsitum. ff. de carb. edicto. ubi pretẽsus filius in potestate præteritus habet remedium contratabulas, & ius dicendi nullum, & donec potest accipere contratabulas impediuntur scripti hæredes petere secundum tabul. sed si sunt exclusi a contratabulas non impediuntur scripti hæredes petere secundum tabulas, non obstante ꝙ possit ille filius dicere nullum

de

de iure ciuili, quamuis interim habeat carbonianam, & sic ibi ille hæres institutus habet secundum tabulas reuocabiliter, quam tamen non haberet si non esset exclusus. l. æquissimum in principio. & §. expectandi. ff. de secũd.tab. Et hanc opinionem tenet hic Rimin.col. pen. Ias.antepen. & Deci.col. fi. & adducunt text.in l. 2.§.si duo.ff.de secund.tab. ponderando alternatiuam si noluerit hæreditatem petere uel bon. poss. agnoscere. de cuius natura est q unum sufficiat. l.si hæredi plures.ff.de condit.instit. Sed hunc intellectum communiter docto.repræhendunt, uolentes q quando est spes aliquẽ posse succedere aliquo iure q interim cesset ius accrescendi, quia portio non deficit, ut probatur in l. 2.§.si mater.uers.sed & si mater. ff.ad tertul. & in l.nostra.& l.1.§.iis ita.ibi, euacuatum, & ibi, euanescat.inf. de cad.tol. intelligẽdo in potiori significatione, prout in dubio debent uerba intelligi, ut per Barba.cons.27. col.7.uol.1.& Aret.consi.7.col.5.Socin.consi.25.colu. fi.lib. 1. Et ad iura allegata incontrarium respõdet hic Cagn. q procedunt quando illi repudiantes non poterant succedere de iure ciuili hoc tempore, & ad contrarium de interesse creditorum, respondent q satis eis ꝑuideri possit faciendo assignari tempus ad adeundum, Et ad d.§.quæsitum respondet hic Cagn. q nihil dicit de iure accrescendi. Ad tex.in d.l.2.§.si duo. respondẽt q illa alternatiua resoluitur in coniunctam. l.cum quidam.ff.de uer.sign. quod patet manifeste, quia alias sufficeret repudiare successionem ciuilem retenta successione prætoria, quod falsum est apud omes, & hãc opinionẽ tenẽt Bar.Salic.Rom.Cur.col.8.& Cor. & Cag. nu.31. Et iste intellectus Bal. mihi nõ satisfacit, Primo quia debet exponi cessante.i.nõ obstante uel suspensa. Secundo, quia ista bon.poss. quæ cõcurrit cũ iure ciuili est introducta gratia adiuuandi ius ciuile. l.ius autem ciuile.§.1.ff.de iust.& iur & §.1.inst.de bon.poss. ergo non debet in eius odium redũdare. l.quod fauore. sup. de legi. Tertio, quia circuitus inutiles sunt euitandi. l. 1.ff.de leg.1. Quarto, quia ubi constat notorie de iure alterius, impeditur executio. l. is a quo. ff. ut in poss. leg. Quinto, quia hac ratione haberet etiam locum successorium edictũ, q est contra no.in l.qui se patris.inf. unde libe. Sexto, quia remedium ordinarium impedit extraordinarium. l.is qui hæres.cum seq. ff.de acq.hæred.§.item si.inst.de eo.cu.liber.cau. bon. adici. Non obst.d.§.quęsitum. l. impubes. quia ibi non constabat uerẽ de iure illius qui potuit succedere, quod patet; qa ei datur carboniana interim, & sic lex subuenit filio quãtum potest in illa dubietate. Nam alias deberet expectare, sicut fit in l.2.§.sed & si mater. ff. ad tert. Cum petendo carbonianam appareat q uult deliberare, Sed hic uere cõstat de iure successoris, Item ibi per taciturnitatẽ anni uidetur confirmatũ testamentũ patris, iux. not.in l.filio præterito.ff.de iniu. rup. & irrit. testam.

42 Alium† intellectum ponit Cur.hic, qui uult decidi in l.nostra q si sunt plures filii quorum aliqui possunt succedere de iure ciuili tantum & alii possunt succedere d iure prætorio tantum si unus repudiat bono. poss. alii succedentes de iure prætorio admittuntur etiam q extent alii qui possunt succedere de iure ciuili, quia ipsi excluduntur. Et fundat suum intellectum super uerbo iis solis, & quia tunc succederent diuerso iure, ideo nõ habet locum ius accrescendi. l.sed cum patrono. ff. de bono.poss. Sed iste intellectus nec ualet; & primo non conuenit literæ, quæ dicit cessante, non autem dicit extante, Præterea omnes liberi qui possunt succedere de iure ciuili succedunt etiam de iure prætorio per unde legitimi. l.2.ff.unde legit. & sic nunquam est sola ciuilis successio. Vnde cum semper sit successio prætoria, non uerificatur uerbum iis solis. Item præsuppositum est falsum q succedens de iure prætorio dicatur succedere iure diuerso a succedente de iure ciuili ad effectũ impediendi ius accrescendi, ut infr. dicam declarando. l.sed cum patrono. ff.eo. cum ius prætorium emanatum fuerit gratia confirmandi ius ciuile quando cõcordat cum eod. Item bonorũ possessio unde liberi est eadem quæ datur filio emancipato & filio in potestate, cum unica tantum sit introducta. §.sunt autem.inst. de bon.poss. & dicam in l.fi.inf. unde legiti.

43 Octauum† intellectum ponit Iason hic. quod ubicunque quis potest succedere utroque iure, si repudiat portionem suam de iure prætorio, quod etiam uidetur repudiare de iure ciuili, ut cohæredibus accrescat portio sua, per istum tex. qui dicit cessante, ex eo quod per omissionem bono.posses. & ipsa cessat & amittitur. Sed Decius hic & bene repræhendit, quia contradicit d. l. 2.§.si mater.uer.sed & si mater.ff.ad tertul. & ante eum repræhendit Corn. dicens fuisse intellectum Angeli. Item contradicit uerbum cessante, quod exponitur si cessauerit, & secundum istum intellectum staret affirmatiue, quia semper cessaret. Item obstat. d.l.si domus. ff.de ser.urban.prædior.

44 Nonum† intellectum ponunt quidam alii moderni Taurinenses, ut illa uerba referantur ad successorium edictum, & sit sensus, q portio accrescit petentibus cessante successorio edicto in successione abintestato, & si dicatur quod est de indubitabili per §.penul.inst.de bonor.posses. & l.2.ff.unde liberi. respondent q ille text. non bene decidit in filiis uenientibus per ius accrescẽdi an excludant sequentes in gradu, & uidebatur quod uenientes per successorium edictum excluderent ius accrescendi, quia uenientes abintestato in sequenti gradu habent uoluntatem defuncti, & uenientes per ius accrescendi non habent principalem uoluntatem defuncti, & sic uidebatur quod successorium edictum habens uoluntatem defuncti excluderet ius accrescendi non habens uoluntatem defuncti. Sed contrarium determinatur secundum eos in hac lege, quia uenientes abintestato in ulterioribus gradibus non habent uoluntatem testatoris. glo.in l.prima.§.totiens.ff.de collat. bono. & l.iusta.inf.ad trebel. & ibi Barto. Sed iste intellectus non est bonus, quia præsuppositum est falsum quod uenientes abintestato habeant uolũtatem defuncti, quia immo plerumque ueniunt contra uoluntatẽ, ut dixi in rubr.sup.eo. Cũ uenictes abintestato & filii uariis modis sint uocati. Item confunditur per tex.in l.1.infr.de iis qui ante aper.tabul. ubi fuit opus inducere transmissionem ut excluderet ius accrescendi contra uotũ parentum. Item illa glo. est falsa ut per Cagn.

45 Decimum† intellectum ponunt quidam Papiẽses dicentes q filio uno repudiante accrescit aliis sua portio si non adsint nepotes subintrantes locum patris, & sic cessante illa legitima successione nepotum subintrantium, quia tunc alias eis accrescit. l.si duobus. ff.de contratab. Sed iste intellectus est similiter puerilis, quia si illi nepotes sunt ex alio patre ipsi cõtinebãtur in uocatione liberorum, si uero intelligunt de nepotibus illius repudiantis, tunc ueniunt ex successorio edicto & continentur sub intellectu quarto glo. Item non est credẽdum q pro tam leui re esset facta ista lex.

46 Vltimo† loco Cag. hic iactabũdus & uanitate plenus alta uoce dicit se inuenisse secretũ huius l. & ubi iacet lepus, quẽ doct. uiderũt & appræhẽdere nõ potuerũt. Et dicit quæstionẽ hic nõ esse sup uerbis cessãte legitima successione, sed esse in illis uerbis iis solis, & q hæc erat dubitatio, an si unus primo omisisset & postea alius, si portio secũdi omittẽtis poterat acceptari a primo omittẽte ut cõcurreret cũ acceptãtibus, & determinatur q solis petẽtibus accrescit & nõ aliis omittentibus, Et postea per multa uerba finaliter dicit Hieronymũ dedisse pulcherrimũ & elegantẽ intellectũ & incognitum, ut cũ eo posfit diei, hoc doctus Plato nesciuit, Demostenes ignorauit, & dolet postea q moderniculi quidã nõ erubuerunt tacito authore ponere hunc intellectum, Demonstrãs apertissime se solitũ paucos

nouos intellectus dare, & in effectu continet quod de iure prætorio portio accrescit portioni, non personæ, Et ita residet pueriliter se iactans de hoc mirabili intellectu suo, Sed non aduertis ꝙ ipse habuit solam pellem de hoc suo lepore, & omnes docto. habuerunt carnem eius, Nec ipse uidit trabem quã habuit ante oculos, Et ꝙ istum intellectum omnes a primo ad ultimũ posuerunt, ut patet in notabili posito per omnes super uerbo iis solis, qui omnes notant ꝙ de iure prætorio accrescit portioni, non personæ. Item ipse nesciuit inuenire rationes dubitandi, quia ratio dubitandi nõ erat coniunctio sanguinis, sed erant tres per me positæ, & maxime quia uerba edicti uidebantur concepta in personam, & sic uidebatur accrescere existentibus omnibus in illo gradu. §. penul, inst. de bon. possel, Et ego In scriptis meis antiquis in figuratione casus posui hũc intellectum ex mente omnium, Sed docto. non nominauerunt intellectum particularem quia non continet totam legem sed particulam, quia non compræhendit dubitationẽ quam faciebant uerba cessante legitima successione, quorum ipse oblitus non dedit aliquem locum eis, & suus uenit in consequentiam, Nam principalis intentio legis est decidere quando habeat locum ius accrescendi, non quibus personis accrescat, Et hoc patet, quia rubrica ponitur per dictionem quãdo, quæ demonstrat aliquando accrescere, & aliquando nõ, ut dixi in principio rubricæ, & rubrica demonstrat animum tanq̃ præfatio. l. fi. ff. de hæred. inst. & dixi in l. 1. post omnes. ff. si cert. peta. Item erat nimis clarum ꝙ in proprietate portio accresceret portioni. l. si Titio. ff. de usufructu. Et esset absurdum ꝙ l. si totam, & pro re tã leui fuisset facta ista lex, & unus titulus separatus. Item illa uerba cessante legitima successione, fuissent superflua, & non importarent ministerium iuris, ꝙ est absurdum; in tam breui lege, & reprobatum ab omnibus super tertio intellectu glo. Et sic in effectu dicit idem ꝙ intellectus tertius gl. quæ remotis illis uerbis clare uoluit legem non decidere nisi ꝙ petentibus solis accrescat. Ideo tenendus est intellectus quem ego sup. in præmissis & in figuratione casus posui, & fuit de mẽte Roma. & Salicet. sed non ita plene nec generaliter intellexerunt. Et cum iste tex. generaliter loquatur, apparet ꝙ hic loquitur etiam in successione ex testamento, & tũc uerba cessante legitima successione, exponuntur idest cessante substitutione & transmissione, quæ duo remedia solum possunt competere aliis succedẽtibus, Et sic colligitur hic ꝙ si concurrit substitutio uel transmissio non habet locum ius accrescendi, & per consequens substitutio excludit ius accrescendi, & transmissio, de quo satis dictum fuit in rubrica.

Glo. fin. diuiditur in quatuor partes prout quatuor ponit declarationes ad materiam iuris accrescendi, & quia plura de materia sup. tractata fuere tam in rubrica quam in lege, ideo uidetur puerilis secũdum Bal. hic & Rimin. & Alex. dicit omnes eius partes esse cõmuniter approbatas, ꝙ tamen non est simpliciter uerum, Ex prima parte colligitur ꝙ portio deficiens accrescit inuitis, & ipso iure, sine petitione quod sup. sæpius dictũ fuit, & sequuntur multi effectus positi in 2. notab. & di
47 xi in rubr. †Secundo colligitur, ꝙ ubicunque accrescit diuerso iure requiritur noua petitio, & sic præsupponit ꝙ in l. sed cum patrono portio accrescat, ꝙ est contra dicta doct. qui uolunt ꝙ inter succedentes diuerso iure non habeat locum ius accrescendi, & propterea in illa. l. requiritur noua petitio. Et melius exemplum potest dari de l. si solus. §. fi. ff. de acquir. hær. qui licet loquatur in hereditate, tamen ratio assignata militat etiã in bon. poss. delata seruo. Sed secus est in d. l. sed cũ patrono ut dixi. Quia ibi ex noua successione repudiante scripto hærede patronus uocatur, Et Rapha. & Cor. col. 2. dicunt ꝙ iure substitutionis deuoluitur ad patronum, arg. l. si solis. ff. de acq. hær. ꝙ non est probabile cum fuerat præteritus, Bar. ibi uolebat quod abintestato succedat per unde legitimi, iuxta. l. 2. ff. unde legit. & §. cum qui. inst. de bon. poss. & quia etiam habet contratabulas, dicit ꝙ contrat. conuertitur in unde legitimi, sicut fit in l. 2. §. sub conditione. ff. de secun. tabul. & l. libertus præterito. in princi. ff. de bon. liber. Item etiam dicit quod ibi hæres institutus acceptauerat hæreditatem; quia alias non potuisset dari cõtratabulas. l. illud in princip. ff. de contr. & l. etiam. §. ut patronus. ff. de bon. lib. Vel intellige quod unus acceptauerat, & filius postea se abstinuit, & ita postea deficit testamentum, iuxta. l. cum hæreditate. ff. de acquir. hæred. & l. si ex modica. §. si filius. ff. de bon. libertorum, Sed tamen in uno uidetur non bene dicere, quod totum habeat p̃ unde legitimi, quia tunc diceretur habere eodem iure, non diuerso iure, prout præsupponit tex. Et ideo mihi placet ꝙ si prius patronus habebit tertiam per contratabulas ꝙ si postea superueniat alia portio per unde legitimi quod tunc ipse iure suo habebit unamquamque portionem, & quod habuit per cõtratabulas retinebit etiam iure secund. tabulas. sed si nondum esset intentata contratabulas & tunc posset procedere opinio Bar. quod totum habebit per unde legitimi. Et sufficeret una agnitio. Sed quia tex. requirit duplicem agnitionẽ tenendum est quod ibi tertiam habuit per contratabulas, & aliam partem per unde legitimi, & sic probatur ꝙ inter succedentes diuerso iure non habet locum ius accrescendi. Sicut etiam contingeret rupto testamento in parte per quærelam, iuxta. l. circa. ff. de inof. testa. & si deficeret una portio, alteri non accresceret, sed esset opus noua agnitione. Ad idem est tex. notabilis in l. si ue. §. ex duobus. ff. de iure patronatus. quem ibi Barto. no. ad probãdum ꝙ inter succedentes diuerso iure nõ habet locum ius accrescendi, cum ibi institutus uenit per secundum tabulas, & aliam partem habeat per contratabu. Et hæc est communis opinio.

48 Et dicuntur †succedere diuerso iure secundum Salicetum hic quando non omnes uocabantur secundũ uoluntatem, uel non omnes contra uoluntatem, uel omnes abintestato, uel omnes ex testamẽto, Vt si uocetur unus ex testamento, alius abintestato, unus secundum uoluntatem, alius contra uoluntatem. Alcia. tamẽ lib. 4. paradox. & Politus in d. l. reconiuncti, sub titulo q̃n habeat locum ius accrescendi, dicebant illum tex. non probare cõmunẽ conclusionẽ. Nam si forte patronus ibi repudiasset, accresceret scripto hæredi portio eius, nec eueniret absurdum quod decederet pro parte testatus & pro parte intestatus, Sed quando scriptus repudiat, non sequitur illud inconueniens, nec est aliqua cõiunctio inter eos, & ex alio capite patronus potest uenire ad totum, ideo non habet locum ius accrescendi, sed capit ex noua successione, Sed non est recedendum a communi declaratione, ꝙ inter illos nullo modo posset habere locum ius accrescendi. Nec obstat ponderatio retorquatiua, quia negatur repudiante patrono habere locum ius accrescendi, quia tunc ipse institutus totum retineret iure institutionis primæ. Et probatur in d. l. uuc. §. ex duobus. ubi præsupponitur quod non haberet locum ius accrescendi in instituto etiam quod patronus preteritus repudiaret, sed succederet ad eius portionem per unde legitimi, uel retineret totum iure institutionis, Et si peteret institutus contratabulas tũc ei accresceret, quia iure secundum tabulas institutus non posset retinere.

Fulgo. tñ hic & Politus in d. l. re cõiuncti in d. loco. & Alcia. & multi moderni tenẽt ꝙ inter succedẽtes diuerso iure habeat locũ ius accrescẽdi, Et allegatur primo tex. in l. si certarũ. §. 1. ff. de milit. testam. ubi est locus iuri accrescẽdi inter succedẽtes iure militari & iure communi. Secundo facit tex. in l. filiũ. §. fi. ff. de leg. præst. ubi ille qui succedit d̃ iure speciali habet portionẽ illius qui iure cõmuni successit per ius accrescendi.

Tertio

Tertio facit tex.in l.quotiens.inf.de hæred. instit. ubi instituto in re certa datur ius accrescendi. Quarto facit tex.in l.1.§.hoc edictum.iuncta.l. siquis ex nepotibus.ff.coniung.cum emanc.lib. eius,ubi portio succedétium de iure ciuili accrescit filiis emancipatis succedétibus de iure prætorio.

Sed omnibus istis iuribus & similibus uniformiter respondetur quod non succedetur in eis diuerso iure, cum diuersa iura dicantur quæ sint inuicem incompatibilia,ut ex testamento & abintestato, secundum uoluntatem & contra uoluntatem, & propter repugnantiam non potest dici quod habeatur tanquam unũ corpus,sed in d.iuribus successiones sunt compatibiles, & conueniunt in fine,licet qualitates aliquæ sint diuersæ, Et hæc est magis realis responsio quam illæ quas ponunt doctores. Quia in d.l.si certarum non potest negari quin habeat locum ius accrescendi, licet detur facultas repudiandi totam,sicut fit in l.cum hæreditate. ff.de acquir. hæred. Et ius commune & speciale non sunt diuersa in substantia & in fine,& ad d.§. ex nepotibus,respondetur quod etiam illi omnes ibi succedebãt etiam iure prætorio, quod tamen nec puto necessariũ, sed ius ciuile & prætorium simul concurrunt & tendũt ad eundem finem, Nec obstat quod accrescat emptori,quia negatur ei accrescere, Non obstat quod accrescit surrogato in locum hæredis, ut per Aretinum in l. si totam.ff.de acqui. hæred. Quia respondent quidam hanc regulam in surrogato non procedere,& sic fatentur contrarium limitando conclusionem. Quæ responsio bona est tenendo quod ibi accrescat fideicommissario,Sed tenendo quod ibi accrescat fisco, prout uidetur præsupponere tex.in uerbo tacite rogatus, cum gl. & tunc fiscus uenit contra uoluntatem priuando hæredem,ergo ei non debet accrescere, Sed tunc potest dici quod uere accrescit hæredi qui adhuc habet ius uniuersale directum, tamen postea illa portione priuatur & applicatur fisco,ideo dicitur effectualiter accrescere fisco,Sicut dicunt doctores de emptore.

Et sic ex d.l.totam colligitur duplex limitatio ad dictam conclusionem,una, quod non procedat in surrogato, quia surrogatus dicitur eodem iure repræsentatiue succedere. Secundo quod non procedat in fisco qui aufert rem hæredi, quia ipsi accrescit uirtualiter in pœnam hæredis, Non obstat lex quidam elogio.infr. de iure delib. ubi portio repudiata a substituto accrescit hæredi succedenti primum iure hæreditario. Quia respondent quidam quod ille tex.procedit de iure ciuili,& cõclusio prædicta habet locum solũ de iure prætorio, Sed Curt.hic repræhendit,quia non apparet ratio diuersitatis. Vnde Cur. respondet quod ibi succeditur eodem iure, quia pupillaris substitutio dicitur esse testamentum patris & filii secundum quod est utilius pupillo.l.patris & filii. ff.de uulg. & pupil. Cagno. hic post Aret.in d. l. patris & filii respondet quod ibi non habet locum ius accrescendi quia portio est agnita,Et ibi non accrescit, sed cogitur utramque successionem acceptare,& est uerum,Non obstat lex quotiens.infr. de hæred.instit.quia respondent doctores quod fallit in illo casu,& generaliter ne decedat testator pro parte testatus & pro parte intestatus. Sed Cagno.hic nume.62.uersi.quarto. & in rubrica nu.28.dicit quod ibi non est proprie ius accrescendi,sed est lex quæ facit illum uniuersalem hæredem in defectum. Sed potest dari clarior responsio,quod ibi non succeditur diuerso iure,Sed eodem iure, quia hæres particularis hæres est, quamuis reputetur tanquam legatarius ut sup. dixi.

Ex quibus patet quomodo intelligatur prædicta cõclusio quod inter succedentes diuerso iure non habet locum ius accrescendi, quia intelligitur quando diuersum ius est incompartibile, ut quod unus contra uoluntatem succedat,& unus ex testamento,& alius abintestato, Nam si esset alia diuersitas, illa non impediret ius accrescendi, per omnia dicta iura allegata in cõtrarium.Et hanc † etiam restringebat Bart. in d. l.sed cum patrono. non procedere quando non adessent alii succedentes eodem iure, quia tunc in defectum haberet locum ius accrescendi,secundum glo. in ultimo exemplo in d.l.sed cum patrono.Sed hæc restrictio non bene probatur in d.l. sed cum patrono.& est contra text. in d.l.siue.§.ex duobus.ff.de iure patron.Item dicta cõclusio alias esset uana, quia si alii adessent succedentes eodem iure,tunc non impeditur ius accrescendi, quia reputantur tanquam coniuncti, & in succedentibus diuerso iure non cadit ius accrescendi,quia nulla est coniunctio,& sic excluduntur communi & generali ratione,Sed unum est quod me mouet contra istam conclusionem,quia si non habet locũ ius accrescendi quid fiet de illa portione, Nam succedétibus in gradu non uidetur posse dari,quia abintestato inductum fuit quod inuitis accrescat,ut fiat separatio, & ex testamento inter disiunctos ne fiat separatio, ergo uidetur quod etiã inter succedentes diuerso iure, ne fiat separatio, habebit locum ius accrescendi,ut dicebat Barto. Et sic uidetur quod quasi reducatur ad nihilũ.Et ideo tutior est opinio & in puncto iuris uerior, quod habeat locũ ius accrescendi semper, sed quando est repugnantia successionum,quod requiratur noua acceptatio,Et sic specialitas sit solum in acceptatione, sicut in simili dicitur in l.si solus.§.fin.ff.de acqui.hæred. Nec d.l.sed cũ patrono.negat ius accrescendi, Et cũ hac distinctione intelligitur etiam.d.l.siue.§.duobus.ff.de iure patronatus.

Ex secunda parte colligitur, quod ius accrescendi habet locum de iure ciuili, & quod acceptantibus accrescit,& non requiritur noua aditio,nisi in casu.l.si solus.ff.de acquir.hær.§.fin Et de ratione dicas ut ibi per glo.Bar.& Aretinum colu.fi.& hic Cur.num.44. Ex 3. parte colligitur quod ueniens per ius accrescendi succedit pro illa parte pro qua iure proprio uocatur,& sequuntur omnes, Sed non determinant quid si unus haberet portionem propriam,& portionem accrescentẽ an si alia portio sibi accresceret eius portio esset augenda propter portionem quæ primo accreuit,ut in secũda delatione cõsequatur pinguiorem portionem, Sed tu dicas quod in parte sua cõputatur portio quæ prius sibi accreuit,ut est tex.in terminis in l.si in testamento. ff.de uulg.& pupil.

50 Ex † quarta parte colligitur, quod accrescit portio inuitis,& sequuntur doctores,tamen. l.cum hæreditate.& l. quidam elogio. quas allegat glo. probant contrarium,sed tu dicas quod immo cõcordant,si ille uult retinere partem suam,Sed si uult repudiare portionem suam, tunc in illis casibus permittitur ut possit repudiare non obstãte aditione prima, ut in d.iuribus dicitur, & l.si duo. ff.de acquir. hær. Datur autem ista electio hæredi cui accrescit sine dubio quando portio nunc repudiata erat iam acceptata per partem, uel ipso iure ut in suo hærede.d.l.si duo. uel per aditionem ut in minore.d.l.si minor.ff.de acquir. hæred. Sed quando alter non adiuit, an habeat istam optionem, est magis dubium,Et Cur. hic uidetur concludere quod si portionẽ suam prius non acquisiuerat quod accrescit inuito,Sed si portionem suam prius agnouisset,tunc datur illa optio,per l.quidam eulogio.Tamen ille tex. loquitur solum in casibus specialibus, Et ideo magis placet quod in illis tribus casibus in l.cum hæreditate, & d.l.quidã elogio. procedat dicta distinctio, an prius uacauerit portio accrescẽs, sed extra illos casus semper accrescat inuitis.per tex.clarum in d.l.si ex pluribus.ff. de suis & legit.& §.fi.inst.de orfic.senatusc.Item ius accrescendi habet locum in quærela & in bonorum posses. contra tab.l.1.§.siquis ex nepotibus.ff.de coniung.cũ emanc. liber.eius.& l.ex duobus. ff.de contratab. Et de quærela est tex.in l.si proponas.§.fina.ff.de innoffic. testã. ut dixi in rubr. & ibi etiam assignaui rationem ultra alios.

51 alios. † Vbi etiam dictum fuit quod succedenti de iure speciali non accrescit portio repudiata. per l. mulieri & Titio. ff. de condit. & demonst. & l. 3. §. sed si coniunctim. ff. de leg. præst. Socinus uero in d. l. mulieri & Titio. colu. 2. nu. 5. & colu. 4. nu. 14. quem sequitur Crot. col. 12. cum seq. uersi. tertio principaliter. Pol. ibidem. col. 42. sub titulo quando locum habeat ius accrescēdi. Et Ripa. colu. 34. Subtilius considerans intellectum d. l. mulieri & Titio, dicit illum tex. probare totum cōtrarium, quod immo habet locum ius accrescēdi mortuo Titio, quia si negat eam nō habere totum quamdiu uiuit Titius, uel capite minus fuit, ergo eo mortuo uel capite minuto a contrario sensu habet locum ius accrescendi, Sed ante mortem non potest habere locū, quia conditio non dicitur defecta nisi per mortem, & ideo repudiatio non ualet tanquam pendente conditione fuerit facta. arg. l. si ita scriptum. §. sub conditione. ff. de leg. 2. & per consequens portio quæ non deficit nō potest accrescere, sed eo mortuo postea accrescit, tanquam consolidatio fiat, ex eo quia si Titius habuisset & conditioni paritum fuisset post eius mortem uel capitis diminutionem, habuisset totum, quia ususfructus acquisitus & postea amissus accrescit. l. 1. §. interdum. ff. de usuf. accresc. Et ideo infert quod in proprietate nunquam portio accresceret, nam eo uiuente non potest mulier habere quia non potest plus consequi quam fecisset si conditioni paruisset, post mortem uero nec potest habere quia proprietate acquisita portio nō deficit. Et sic in effectu concludit quod ille tex. non negat ius accrescendi habere locum, sed in fine præsupponit contrarium, tamen bene probat quod qui admittitur ad legatum non parendo conditioni propter priuilegium non potest plus habere quam haberet si conditioni paruisset, Et hunc intellectum sequitur hic Cagn. nu. 65. & dicit fuisse Cumani & Pauli de Castro & Fulgosii in consi. 55. quia tex. innuit a contrario usumfructum esse mulieris post mortem Titii, non proprietarii de quo nullus est sermo.

Sed ego puto intellectum communem ad illum tex. sustineri posse, Nam omnes admittunt quod uiuente Titio & in eodem statu manente portio Titii ei nō accrescit, ut ibi clare dicit textus, quia ex beneficio legis non debet plus habere quam habitura fuisset si conditioni paruisset. Item si ille Titius repudiat, omnes admittunt quod non accrescit, quia etiam textus in fine hoc dicit ibi, si Titius repudiet nec ea res proderit ei, Solum est dubium an accrescat post mortem uel capitis diminutionē, & communiter doctores dicunt quod non, sed Socin. & plerique moderni tenent quod accrescat, Sed mihi magis placet quod non accrescat mulieri etiam post mortē, Nam ille tex. præsupponit quod Titius est conditione defectus, & propterea nō acquiritur ei portio sua. ergo remanet ꝙ acquiritur proprietati necessario, licet text. non dicat in uerbis, Itē quod nec post mortem accrescat probatur, quia uult quod repudiatione non accrescat, ergo nec morte, quia ista duo æquiparantur ad faciendum deficere portionem. l. 1. §. quibus. ff. de successo. edicto. & per omnes hic in. l. nostra. Item si defectus est Titius conditione, portio in totum uacat, ergo etiam eo uiuo deberet accrescere, iuxta. l. si solus. in princi. §. fi. ff. de acquir. hæred. & l. quidam elogio. inf. de iure deliber. & l. hæc scriptura. §. primo. ff. de con. & demonst. Sed ibi dicitur quod non accrescit, ergo etiam post mortem non accrescet, quia non dicitur plus deficere conditio post mortem quam in uita, & probatur, quia repudiatione non potest plus deficere, Nec ualet ratio Socini, quod si uiueret & adimpleta esset conditio quod non haberet nisi partem, secus post mortem, quia si ipse uiueret & repudiaret adimpleta conditione mulier haberet totum, ergo sicut uult eo repudiante non accrescere, non obstante quod accresceret si non esset repudiata, ergo eodem modo si mortuus sit, Et sic patet quod licet ille tex. non dicat quid erit mortuo Titio de eius parte, tamen apparet quod sentit semper esse penes proprietarium, quia si præsupponit quod mulier non habeat nec Titius, ergo est penes hæredem proprietarium. l. 1. §. ubi autem. infr. de cad. tol. Item si præsupponit ꝙ defecta sit conditio, ergo eius portio uacat in totum, & si uult quod ea uacante propter defectum conditionis per repudiationē non possit deficere plus ut accrescat quamuis accreuisset existente conditione, ergo et per mortem non potest plus deficere ut accrescat quāuis accresceret in illo casu si conditio fuisset adimpleta, ergo uult quod semper remaneat penes proprietarium. Nec obstat argumentum a contrario sensu, quia uacat propter alias rationes positas in illo tex. & propter uerba sequentia. Item non colligitur quando cōtradicunt iura, ut no. in l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius. Et ista opinio clarius apparet si teneatur intellectus ꝙ illa conditio sit remissa etiam in persona Titii ut priuilegium habeat Titius etiam ut remittatur conditio in consequentiam cum sit indiuidua, nam tunc text. probat clare quod per repudiationem non accrescit mulieri, quia cum sit defectus conditione uere, tamē quia ex priuilegio mulier habet, & etiam ipse, repudiatio non proderit, Et quod conditio sit remissa etiam in persona Titii, probatur in principio, dum dicit, partē ususfructus habebit, nam debet subaudiri. s. Titius, nam de muliere clarum erat quod habebat partem remissa cōditione. Et ratio dubitandi erat ibi, quia uidebatur ꝙ mulier deberet habere totum, cum remissio solum facta sit in fauorem mulieris, ergo in totū ei debet acquiri. Sed contrarium determinatur, quod immo Titius habeat partem donec uiuit uel capite minutus sit, & aliam partem mulier, quia mulier non debet beneficio legis habere plus quā habuisset si adimpleta fuisset conditio, Et subiicit postea, quod cum Titius sit defectus conditione propter factum mulieris, & ideo ipse etiā habeat ex beneficio legis suam partem, si repudiet, nō debet prodesse mulieri quæ non debet lucrari ueniendo contra uoluntatem testatoris. Et iste intellectus uidetur etiam multum probabilis, nec aliquod argumentum a cōtrario sensu potest sumi. Et propterea quicqd sit de parte Titii, semper probatur communis conclusio quod mulieri non accrescit, quia uenit ex beneficio legis & de iure speciali.

52 Quæ† conclusio restringitur ibi per Bart. procedere quando ille qui uenit de iure speciali uenit contra uoluntatē testatoris. ut in d. l. mulieri & Titio. secus si ueniat secundum uoluntatem, quia tunc habet locum ius accrescendi. l. filium. §. fi. ff. de legat. præstandis. Item debet intelligi de legatis, nam si quis haberet hæreditatem etiam iure speciali ex cōseruatione illius tituli haberet locum ius accrescendi si forsan filius repudiaret instituto patre, ut in casu. l. Saluius. ff. de leg. præst. ne accideret quod repudiante filio præterito decederet testator pro parte testatus & pro parte intestatus.

53 Similiter ius† accrescendi habet locū inter fideicommissarios uniuersales si cōiūcti sunt, secus si nō sunt cōiuncti, quia tūc reuertitur portio ad secundū hæredē secundū Pau. de Cast. ita declarantē in l. Lucius. §. quę habebat. ff. ad trebel. quia nō pōt deueniri ad incōueniēs l. ius nostrū. ff. de reg. iur. sicut ī legatis particularibus. Et hāc opinionē tenet Cur. hic. nu. 48. licet Iaso. dubitauerit per d. §. quæ habebat. & qa in legatis uniuersalibus solū haberet locū inter cōiūctos. Et sequitur Soc. cōsi. 94. ad finē. uol. 4. Nec obstat dictū Bal. hic in nona quæstione, dū cōcludit allegādo. d. §. quæ habebat ꝙ testator potest prohibere ius accrescendi, quia illud uerū est, nec contradicit quod non habeat locū eo non prohibēte, Et ex eo quod potest prohiberi patet quod inter disiunctos non habebit locum, quia non deuenitur ad inconueniens. l. ius nostrum. de reg. iur.

Simili-

54 Similiter† habet locum ius accrescendi instituta filia in dote, quæ postea superuixit, & habuit dotem in uita, nam licet uideatur institutio extincta. l. filia legatorũ. infra de leg. tamen si hæres uniuersalis repudiare ei accresceret, ut per Paulum de castro in consi. 236. dubitatio. in antiquis. col. 2. Vt sequitur hic Cur. nu. 50. qui addit tex. in l. fina. infra de posthum. hæred. inst. Quid autem sit in legitima uel in dote succedente loco legitimæ, an habeat locum ius accrescendi. ponit Romanus. hic 7. & ultima colu. ut hic refert Cur. & quid de legitima sororum quæ excluduntur per statutum, ponit etiã Romanus & Soccinus in suo consilio impresso in titulo de exceptio. rei iudic. Item quid de mortis causa capione, ponit Soccinus in lege qui duobus. in secunda quæstione. ff. de condi. & demonst. Et hæc in successionibus ordinariis.

Sed duæ supersunt dubitationes, una de dicta possessione rerum & de bonorum possessionibus facti, alia quid de contractibus seu successionibus feudalibus.

55 Circa primam† Bal. hic colu. 3. uer. sed nunquam sicut. concludit quod possessio non accrescit, ut si quis missus est in possessionem rerum hæreditariarum ex edicto diui Adriani. l. fi. inf. de edict. diui Adriani tollen. uel fuit missus ex alia causa, nam si moriatur uel repudiet non accrescit illa possessio alteri hæredi, Quia in appræhensione requiritur factum. l. 1. §. Sceuola. ff. si quis test. lib. esse iuss. fuer. Item quia nemo inuitus cogitur possidere, licet inuitus accipiat bonorum possessionem. facit glo. secundum eum in. l. cum miles. ff. ex quib. caus. maio. Cur. uero hic dicit quod de facili posset teneri contrarium, quia immo in possessione habet locum ius accrescendi, quia si quis appræhendat possessionem unius partis, incipit possidere totũ. l. 3. in princ. ff. de acquir. posses. ibi, sufficit quamlibet partem fundi introire, Et ad contraria respondet quod factum non impedit ius accrescẽdi, cum antiquitus requirebatur factum petitionis & decreti, & hodie agnitio coram iudice in acquirenda posses. & tamen habebat locum ius accrescendi, idem etiam in hæreditate in qua requiritur factum aditionis. l. pro hærede. ff. de acquir. hæred. & tamen portio accrescit, ergo eodem modo factum appræhensionis non deberet impedire ius accrescẽdi.

Non obstat quod nemo inuitus cogatur possidere, quia ipse postea desinendo animo possidere poterit priuari possessione, sicut si dominus inuitus acquirat per tertium potest postea pro derelicto habere & desinere possidere. arg. l. adeo. §. acquiritur. ff. de acquir. rerum domin. & § per seruum. & §. non solum. instit. per quas personas nobis acquiritur. & potest confirmari, quia decretum unius portionis potest accrescere ad portionem nouiter accrescentem, ut dictum fuit supra in secundo notabili. Sed tamen non est recedendum ab opinione Bald. quia possessio est res annexa animo possidentis, & finitur quando definit animus, ita quod nihil remanet in rerum natura. l. quemadmodum ff. de acquir. posses. & in persona successoris non est eadem quæ erat defuncti, sed est noua possessio. l. cum hæredes. ff. de acquir. posses. & l. de eo. § fi. ff. ad exhib. Et si possessio non potest acquiri per ius accrescendi, quia accrescit solum illud quod est in hæreditate, sed in hæreditate non est possessio quæ extincta fuit cum animo possidentis & ad eam non potest transire. l. 1. §. Sceuola. ff. si quis test. lib. esse iuss. fuer. ergo nec etiam est in portione accrescente, & per consequens non poterit accrescere alteri, Et hæc est natura possessionis, quamuis in substantia sit iuris, quod nõ potest trãsferri in alium, bene quis potest possidere nomine alterius, sed possessio illius qui possidet animo suo non potest stare sine suo animo. d. l. cum hæredes. ff. de acquir. posses. & l. denique. ff. ex quib. caus. maior. Et hoc tanto magis procedit si tenemus opinionem quam ego semper putaui ueram, quod possessio sit facti, non iuris solum, igitur ius possidendi quod est in portione potest accrescere, non autem ipsa possessio quæ est extrinsecum dependens ab animo missi in possessionem, ne incipiamus dicere quod etiã repudiatio facto uel morte repudiantis accrescat, Non obstat quod in bonorum posses. requiratur factum in apprehensione, quia illud factum non accrescit, nec illud quod acquiritur ex illo facto, Sed solum ipsa hæreditas seu portio hæreditatis, & potestas acquirendi. Non obstat quod decretum accrescat, quia uerum est in utilitatem accipientis decretum, ut trahatur ad aliam portionem, sed tamen decretum unius personæ non trahitur ad aliam personã, quia facta unius non transeunt ad alium, Sed solum iura transmissibilia. Et ideo infertur, quod si pupillo uel uentri data sit carboniana bonorum possessio, si moriatur pupillus uel uenter, quod non accrescet illa carboniana possessio, Sed solum accrescet ius petendi illam carbonianam nouiter sibi dari. Nam carboniana in sui substantia est iuris, licet nõ tribuat ius perpetuum uel dominium rerum, ut dicam in. l. fin. inf. unde legiti.

56 Circa† secundum, an in contractibus feudalibus uel emphyteoticis habeat locum ius accrescendi & accrescat inuitis. Bald. hic colu. 10. uersi. uenio ad undecimã. q. late insistit. & Cur. in tracta. suo feudorum. in ultima carta secundæ partis principalis. & Socin. in consil. 63. uolu. 3. Sed ego puto latius distinguendum. Aut quæritur de concessione ipsa, Aut de successione. Circa primum ipse ponit regulam, quod in contractibus non habet locum ius accrescendi. l. si mihi & Titio. ff. de uer. oblig & quia est speciale in. l. 1. inf. quando socius imp. lib. fin. hær. decef. lib. 10. ergo in contrarium est ius cõmune. l. 1. ff. ad municip. & in feudis est tex. in. c. 1. de fratri. de nouo feu. inuest. sed melius probatur. c. 1. §. sin autem, ibi, & si communiter acceperint. de his qui feudum dare possunt. Et ratio assignatur, quia tunc plures dicuntur esse contractus separati in diuersis personis, & ita tenet Bar. & communiter doc. quæ procedunt tanto fortius quando acquisitio fuit perfecta in persona utriusque, quia ius accrescendi non habet locum in quæsitis, sed quærendis tantum, ut sup. dictum fuit. Sed Bal. in auth. si quas ruinas. col. 6. uer. nũc reuertor. sup. de sacr. eccles. innuit contrarium, quia immo est ius in solidum acquisitum unicuique, & habet locum ius non decrescendi. Tamen uera determinatio est, quod hoc dependet a natura feudi, & a præsumpta uoluntate concedentis, quod ille non dedisset nisi in totum. per. l. fundus ille. ff. de contra. empt.

Vnde dicta regula primo fallit quando aliter non esset concessurus dominus nisi in totum uni concederet. per. d. l. fundus ille. & sequitur Bal. hic col. undecima. uer. sed quid si recepi. Secundo fallit quando quis accepit pro se & fratre insolidum, uel duo fratres acceperunt insolidum, nam tunc habet locum ius non decrescendi si in uno non ualet concessio, ut per Bal. in. d. auth. si quas. Tertio fallit quando pater accepisset pro se & filijs ordine successiuo, & illorum aliqui moriuntur uiuo patre, nam tunc est locus iuri accrescendi in remanentibus, quia totum adhuc erat penes patrem, & potius dicitur non delatum quam quod accrescat, ut per Bal. in. d. Aut. si quas ruinas. col. 6. uer. secundo casu.

57 Circa† secundum, si quæritur de successione, ut si acquirens feudum uel emphyteosim moriatur relictis pluribus filijs quorũ aliqui acceptant & aliqui nõ, quia non uolunt uel non possunt, & Bal. in. d. auth. si quas ruinas. col. fin. & hic colu. 13. uer. sed quid in patre. ponit regulam, quod non habeat locum ius accrescendi. Sed Bar. in. d. l. si Titio. dicit quod sic, quia sunt coniuncti in uno stipite. Secundo quia filij capiunt ex mortis causa capione in qua habet locum ius accrescẽ. l. Thais. §. Stichus. ff. de fid. lib. & l. 1. in fine. inf. de cad. tol. Itẽ quia si dicitur usque in tertiam generationem, ista ratio est repetitiua in qualibet generatione status sui. arg. l. sicut in an-

in annos.ff.qui.mo.ufusfr.amit.Et licet Bal.ibidem respondeat istis rationibus, tamen potest distingui. Aut est feudum uel emphyteosis ex pacto & prouidentia, ut recepta pro se & filiis, & tunc quia filii uidentur habere a primo concedente, non a patre, & sic ex concessione inter uiuos, uidetur quod procedant ea quæ dicta sunt in concessione inter uiuos, ut si ab eis acceptata fuit, quod non accrescat, propter rationes Baldi, quia non ex mortis causa capione, sed quodam ordine mortalitatis a primo concedente, & licet sint cõiuncti in uno stipite, tamen est coniunctio legalis quę non inducit ius accrescendi .l.& Proculo.ff. de legat. secundo. Sed potius fratres ueniunt tanquam succedẽtes fratri eo modo quo ueniunt propter mortem patris ex concessione primi, qui omnibus filiis & descendentibus uoluit illam rem concedere, & ita potest saluari opinio Bartoli quæ uidetur communis, & satis est de mente Bald. dum dicit quod pro omnibus liberis acceptata fuit qui faciunt ius uniuersale, & uniuersitas conseruatur in uno.l.sicut. in fine. ff. quod cuiusq; uniu. nomine.l.cum pater.§.libertis.ff.de legatis secũdo, Sed si nondum illi filii acceptauerunt, & tunc concordare uidentur omnes, quod habeat locum ius accrescendi, per rationes Barto.quas non infringit Bal. nisi quando post mortem patris filii acceptauerũt portiones suas, & moriuntur sine liberis. Si uero est emphyteosis hæreditaria acceptata pro se & hæredibus, uel filiis hæredibus, & tunc quia est in hæreditate, & uenit petitione hæreditatis, & restitutione fideicommissi, ut per Bartolum, & omnes in l.si patroni. ff. ad trebellianum. & per Andream in capitulo primo. an agna.uel filius. ideo si repudiatur hæreditas, accrescit fratribus simul cum ipsa hæreditate, secundum omnes, sed si acceptasset, & postea mortuus fuisset sine liberis, tunc Barto.uult quod etiam accrescat. Bal. uero in dictis locis uult quod non accrescat, sicut nec hæreditas potest accrescere post acceptationem. Tamen uerius est quod accrescat, sicut etiam quando est ex pacto & prouidentia, per rationem quam in eo dedit Bal.& est de mente eiusdem Bal. columna decimaquarta.uersiculo item super eo.quod uniuersitas liberorum conseruatur in uno, & omnibus dicitur concessisse primus dominus.

58 Et hæc omnia† facilius procedunt quando in feudo uiuitur iure francorum, quia cum sit indiuiduum non cadit quæstio iuris accrescendi, sed solum successio siue successoria concessio fit de uno in alium. Tamen si forsan feudum nouum est, uel emphyteosis noua, quo casu fratribus debetur estimatio, iuxta notat. in lege scimus.§.imputati. supra de inoff. testamento. & Andreas in capitulo imperialem. §. præterea ducatus.& ibi latius Afflictus de prohibita feud.alien.per Federicum.& tunc fratribus repudiantibus portio estimationis accresceret primogenito.Sed si hæreditas esset acceptata, tunc etiam ius petendi estimationem trãsiret in extraneos hæredes, quia illa pecunia uel estimatio est res iam burgensatica siue allodialis, ut no.in dictis locis.Ad materiam tamen uide Alexa. in d. l.si mihi & Titio.col.3.ff.de uerbo.oblig.Cor.hic.& Alex. in consil. 89.colu.fi.uolu.4.& Dec.cons.263.& 326.& Cur.iuniorem in dicta car.fin.in secunda parte. Et hæc sufficiant cætera dic ut per doctor.in dicta l.reconiuncti. ubi est locus suus.

Ioannes Bolognetus Neapoli de mane legens Die 16.Ianuarii.1554.

Summaria super lege secunda .C. de Bonorum possesione Secundum Tabulas.

1 BONORVM Possesio secnndum tnbulas ex edicto non datur nisi extantibus tabulis septem signis signatis.

2 Bonorum possesio secundum nuncupationem datur ex testamento nuncupatiuo.

3 Bonoium poss.sec.tab. militaris datur ex testam.militis.

4 Casns figuratio.

5 Bono.poss.secundum nuncupationem an detur in casu.l. posthumus.ff.de iniust.rup.& irri.test.& §.non tameu.tnst. qui.mo. inf.testamentum.

6 Hæc lex non est noui iuris inductiua, tamen non est superflua.

7 In legibus codicis quælibet ratio dubitandi etiam fatua sufficit.

8 Bano.poss.per nuncup.ex testamento ualido de iure ciuili speciali an detur late disputaiur, & finaliter deciditur quod datur utilis extensione istius legis.

9 Bono.poss.per nuncnpationem est utilis, non directa.

10 Mens legis est duplex, specialis, & generalis.

11 Solemnitas testamenti an possit probari per duos testes, late discutitur referendo quattuor opiniones.

12 Multiplicationem actuum præsumi, quomodo intelligatur, & num.23.

13 Testes an sint de substantia testamenti, & quomodo intelliigatur substantia.

14 Probatio no n est de substantia testamenti.

15 Solemnitas testamenti potest probari per duos testes concurrentibus, quod pars fateatur testamentum factum & eius tenorem, & quod neget ualidum propter defectum solemnitatis.

16 Intellectus ad l.fi. C.de fideicom.

17 Probatio respiciens tenorem & uoluntatem testatoris fieri debet per septem testes, sed cætera extrinseca & substantialia possunt probari per duos testes.

18 Tenor testamenti deperditi probari potest per duos testes.

19 Institutio hæredis non potest probari per duos testes.

20 Rogatio testium potest probari per duos testes.

21 Testes præsumuntur contestes si deponunt de unica forma, & non contradicunt in tempore.

22 Quomodo intelllgatur dictum communiter apprebatum, quod testes præsumantur contestes.

23 Quomodo intelligatur regula quod multiplicatio actuum præsumatur, & nu.12.

24 Duo testes deponentes de testamento an impediant dari bonorũ possessionem secundum tabulas.

Repetitio legis secundæ .C. de bonorum possessione Secundum Tabul.

AD Euidentiam præmittendum est uarias formas seu uaria genera testamentorũ introducta fuisse, sex communia de quibus instit.de testa. scilicet procinctũ, calatis comitiis, per es & libram, & testamentũ prætoris, & testamentum mixtum ex constitutionibus principum, & testamentum nuncupatiuum. Et ultra hæc quinque alia specialia, scilicet testamentum militare, & testamentũ inter liberos, & testamentum quod appellatur ultima uoluntas, de quibus in l.hac consultissima.§.ex imperfecto infra de testamen.& testamentum factum coram principe.l.omnium.infra de testamen. & testamentum rustica-

rusticanum.l.fina.infra de testam. Prima duo genera recesserunt in totum ab usu.§.primo.insti.de testam.id eo non pertinent ad hanc materiam. Tertium testamē tum quod fiebat per es & libram, Similiter recessit ab usu quantum ad substantiam & formam testandi per illam uenditionem & emancipationem,& remansit solū forma & imago septem testium,ut ibi no. & ideo parū interest scire,an competeret primum, uel secundum, cum daretur bon.poss. Tamen dicendum est quod non competebat,quia erat uenditio immaginaria, & agebatur tamquam ex contractu,& dum omnes emanciparentur non poterat esse illa successio prætoria, quæ datur emancipatis, propter quam principaliter inuentæ fuerunt d. bon. poss.ut sup. dixi in rub.

1 Vnde successit†quartum genus testamenti quod fuit introductum a prætore cum solemnitate septem testiū & eorum signis,& subscriptione, & quia erat creatura prætoris in totum,in quo multa seruabantur contra & præter ius ciuile,ut in l.1.& per totum.ff.eodem. ideo etiam dedit institutis in eo unum remedium quod appellauit bonorum poss.Et quia dabatur contra & præter legem,iuxta §.primum.instit. de bonorum possess. ideo competebat nisi ex testamento introducto de iure prætorio.argum.legis 3.§.hæc uerba.ff.de nego. gestis.Sed quia successit postea quod edicta fuerunt recollecta per Saluium iulianum in uno uolumine, & cōfirmata fuerunt per Adrianum, ut perpetuo seruarētur, ac si condens superuiueret in officio, & ita fuit factum perpetuum edictum,ut dixi in rub.qui admitti.& habet uitam perpetuam contra legem 12.tabularum.Ideo ius ciuile cepit obseruari simul cum iure prætorio. §.sed cum paulatim.insti.de testam.& præferri ius prętorium,in quibus contradicebant.& coniungi & concurrere in quibus poterant conuenire, & ita inductum fuit quintum genus testamenti mixtum.dicto.§.sed cū paulatim.quod natum fuit ex consuetudine per mixtionem illorum iurium,& in consequentiam etiam remedia fuerunt communicata,ut pro illo testamento daretur etiam bonorum possessio secundum tabulas, ut prę supponitur hic in principio.l.& l.1.ff.eodem.& per totum.Et hoc receptum fuit sine difficultate propter conformitatem, & commixtionem utriusque testamenti, Sed remansit difficultas de sex aliis generibus testamenti.

2 Et†primo†de testamento nuncupatiuo quod fit sine subscriptione & signis testium & scriptura, & sic in tribus differebat a testamento prætorio, an ex eo posset competere bonorum possess.secundum tabulas & hoc deciditur hic in secunda parte. Et alia postea subintrauit,†quid de testamento militis & inter liberos quę differunt ultra illa tria a testamento prætorio etiā in numero testium.Et idem potest dici de testamento rusticano,& eo quod fit coram principe, uel eo in quo instituuntur consanguinei proximi,& hoc etiam,an deciditur per similitudinem tex.nostri.arg. inst. de legitima parentum tutella.coniuncto titulo præced.per totū,ut inf.dicemus. Similiter ibi dicetur an iste bonorū poss.sint introductæ de nouo,uel per extensionem.Diuiditur in duas partes,in prima ponit quando datur directa bonorum possess.in secunda ponit quando datur utilis.Summatur hoc modo.bono.posse. directa datur ex testamento prætorio signato, sed utilis datur ex testamento nuncupatiuo.

4 Casus†ita breuiter fingi potest. Quidam fecit testamentum nuncupatiuum in quo instituit posthumum alienum qui de iure ciuili institui non poterat sed solū poterat institui iure prætorio.§.posthumo.insti.de lega.& §.primo.insti.eodem.Mortuo testatore hæres petebat bonorum possessionem secundum tabulas, opponebatur quod illa non poterat competere, quia est remedium prætorium quod solum potest competere ex testamento prætorio,uel illi simili.argum.leg. 3.§. hæc uerba.ff.de nego.gest.& l.1.ff.de fonte.Fuit quæsitum quid iuris.Et dubium faciebat,quia in edicto prætoris requirebantur tabulæ testamenti.l. posthumus. ff.de iniust.rup.& irrito testam.& §. non tamen.instit. quib.mod.infir.testamenta.Sed hic non erant tabulæ, ergo non poterat competere bonorum possess. Secundo faciebat,quia cui non conueniunt uerba non conuenit etiam dispositio legis l.quod constituūt.de re mil.lit.Sed hic non conuenit uerbum secundum tabulas, quia nullæ sunt tabulæ,ergo nec etiam dispositio. Tertio facit,quia bonorum possess.secundum tabulas non dabatur ex testamento militis, sed fuit necessarium qd noua induceretnr.l.e.1.ff. de bonorum possess.ex testamento milit.ergo patet quod de uno testamento ad aliud non potest argumentari, quia alias non fuisset opus inducere illam nouam. Quarto facit tex.in §.sunt autem.inst.eo.ubi scriptis hæredibus tantum datur bono.pos.secundum tab.sed in hoc casu non erant scripti,ergo non potest competere bon.pos.secundum tab. Quinto facit tex.in l.cum tabulæ.ff.eod.ibi,dummodo maneant septem testium signa.

Iis tamen non obstantib.contrarium fuit determinatum,quod immo ex illo testamento sine signis detur una bonorum possess.quæ appellatur per nuncupationē ex mente prætoris.Et ratio decidendi fuit,quia per cōstitutiones imperiales introductum fuit quod ius prætorium & ius ciuile in unam consonantiam reducātur. dicto §.sed cum paulatim.insti.de testam. & ideo omnia remedia competentia ex utroque iure communicata fuerunt,& petitio hæreditatis communicata fuit cū prætoriis succes.l.1.ff.de bonorum possess.hæred.peti.& interdictum quorum bonorum cum successione ciuili,ut no.in rub.ff. quorum bonorum, & lex falcid. cum successione prætoria.l.1.§. lex falcidia.& §. eos. ff.ad legem falcidiam.& solemnitates testamentorum communicatæ fuerunt.dicto.§.sed cum paulatim. Igitur ista etiam bonorum possess.fuit communicata, & appellata fuit bonorum possess.utilis per nuncupationem.Nec obstant contraria, & primo quod in edicto prætoris requirebantur tabulę testamenti,quia hoc uerum est de iure antiquo, sed postquam communicata fuerunt illa iura,tunc remedia etiam communicata fuere.Item specialiter hic fuit dispositum quod extenderetur ad testamentum sine scriptis. Item loquuntur de directa bonorum possess.Nec obstat quod non conueniunt uerba,quia uerum est in directa bonorum posse. sed in utili conueniunt uerba,quia appellatur bonorū possessio secundum nuncupationem, & eodem modo respondetur ad tertium,quod non dabatur est testamēto militis,quia tunc non erat nisi directa. Nunc uero est etiam utilis,& per hanc legem extenditur. Non obstat.§.cū autem.inst.eo. quia procedit de iure antiquo quando fuit inuenta.Sed postea paulatim alterata fuit, ut in isto textu.Non obstat di.l.e.cum tabulæ. quia loquitur de directa bonorum posses.Item loquitur quando de facto fuerant iam factæ tabulæ, hic uero tabulæ non erant factæ.

5 Sed†pro intelligentia uidenda esset difficultas non tacta hic per doctor. An bonorum possessio hodie detur ex testamento nuncupatiuo in casu legis posthumus.ff. de iniust. rup.& irrito testamē. & in casu.§.non tamen institu.quibus modis infirma.testamentum.& difficultas reducitur ad hoc,an illa confirmatio prætoris facta in illis duobus casibus sit approbata de iure ciuili, ita quod etiam dispensatum sit in illis casibus in testamento de iure ciuili,sed examinant late docto.in l.filio prę terito.ff.de iniust.rup.& irrit.testam. Sed tutius est tenere quod propter illam communionem factam in dicto.§.sed cum paulatim.omnes confirmationes prætoriæ sint receptæ a iure ciuili, & in omnibus illis casibus dispensatum sit de iure ciuili, Et ideo putarem dari bonorum possessio.utilem secundum nuncupationē uel

uel dic ut dicam in l.secunda. infra titulo primo.

6 Secunda†est difficultas, an lex nostra sit superflua, qã idem uidetur fuisse de iure antiquo.l.si scriptum.§.fin. ff.eodem. Sed solue fatendo contrarium, quia per legẽ nostram nihil noui inducitur, sed refertur ius inductũ, quia hanc legem imperator fecit ad dubitationem alicuius pro decisione, referendo ius antiquum, & ideo in fine dixit explorati iuris est. Nec propterea hæc lex dicetur superflua sicut nec aliæ infinitæ.ll.C.referẽtes ius antiquum. Ex quo sequitur unum quod sæpius supra dixi, quod in ll.C.non est necessarium reperire rationes dubitandi nouas, sed sufficiunt illæ quæ assignari possunt ad decisionem iuris relati.

7 Et ideo†dicitur post glosam in l.eunuchis.infra qui test.fac.possunt. quod quælibet ratio dubitandi etiam fatua sufficit in ll.C. quia imperator benigne respondẽs ita declarat casum clarum sicut dubium, & facit l. precibus.infra de impub.& aliis.substi. Item sequitur aliud, quod cum ista dispositio esset de iure antiquo & illa lex se fundet in mente prætoris sumpta ex edicto quod tẽpore edicti facti a prætore ex mente sua fuit inductum quod posset competere etiam ex testamento ualido de iure ciuili, & ideo tex.in casu dictæ legis posthumus.§.primo.& §.non tamen.insti.quibus mod.testam. infir. non potest habere locum etiam hodie, nisi nouiter iure ciuili confirmata sint illa testamenta. Et ideo si teneremus illam opinionem de qua in dicta.le.posthumo. quod testamentum remanet nullum de iure ciuili, non posset dari secundum tabu.in illis duobus casibus & similibus. Et hoc uerum est tenendo communem intellectum ad dictam l.si scriptum.§.finali. Sed tenendo aliũ intellectum qui uerior uidetur, quod ibi sententia prętoris fuit in diuidendo bonorum possessio. testamenti patris a testamento filii, tunc ille tex. nihil faceret quãtum ad extensionem fiendam ad testamenta ualida de iure ciuili. Immo contrarium est uerius, quia propter uerba posita in edicto apparebat quod nolebat dare remedium testamentis ciuilibus sed solum prætoriis, & ideo non competebant sua remedia testamentis ciuilibus tunc temporis uigentibus. Vnde uidetur dicendũ quod extensio facta fuerit ex nouis dispositionibus tũc temporis uigentibus, de quibus hic fit mentio propter uerbum explorati iuris est, quę dispositiones extensiuę possunt trahi ad casus similes, ut inf.dicemus.

8 Primo†notandum est ex isto tex. quod ad hoc ut cõpetat bonorum possessio secundum tabulas oportet q̃ testamentum factum sit coram septem testibus, siue sit factum in scriptis, siue non. Et ideo succedit difficultas an ista bonorum posse. detur ex testamento inter liberos, uel ex testamento rustici, uel ex testamento facto coram imperatore. Et dubium facit, quia extensio de qua in textu nostro ad testamentum nũcupatiuum est fundata in septem testibus, ita quod solum in duobus tantum differt a testamento prætorio, scilicet in scriptura, & sigillatione. Sed in istis aliis testamentis, ultra defectum sigillationis scripturæ, est etiam defectus numeri testium, Ias.& Dec.hic disputant. Et allegant Bal. in l.fina.intra unde cognati.colum.fina. qui dicit quod competit illa septima bonorum posses. extraordinaria de qua in §.septima.inst.de bono.poss. Cor.uero tenet contrarium per §.sunt autem.inst.eod. ubi simpliciter datur scriptis hæredibus, & quia secundum tabu. datur pro testamento militis.l.1.cum glo.ff.de bonorum poss.ex testamento militis.& tex.noster debet extendi ad illos casus per extensionem passiuam, quia competit ex omni testamento ualido.argum.l.primæ.§.l.falcidia.ff.ad l.falcidiam.& maxime, quia datur etiam cõtra tabulas.l.ex duobus.§.si prius.ff. de contratabulas. Dec.tamen hic primo defendit Bal.& respondet supra adductis, & postea in fine concludit tenendo opinionẽ contra Bal.ut hic per eum. Sed aduertẽdum est primo, dum Bal.ibi dicit dari septimam extraordinariam, eius opinio procedere non potest aliquo modo, quia illa septima competit quando lex defert bonorum poss. & iubet dari.d.§.septima.& ibi no.& in d.l.1.ff.ut ex legi. & l.3.inf.unde legit. Sed in istis testamentis ualidis de iure speciali non reperitur quod lex deferat bonorum poss.& iubeat prætorem dare. Ideo non potest dici qd in testamento militis & in aliis testamentis ualidis de iure speciali competat illa septima extraordinaria, & solum opinio Bald.posset sustineri tenendo quod non detur ista ordinaria secundum tabulas, sed potius detur una specialis secundum tabulas extensa. Et in iis terminis intelligendo quæst.uidendum est an eius opinio sit uera. Et pro ea facit tex.noster hic, dum dicit, si doceri potest eundem numerum affuisse, & sic conditionaliter loquitur, & uult dari istam bonorum possessionem si aderũt septem testes uere. Et sic uidetur esse de forma, & sine ea dispositionem procddere non posse. l.si prætor.cum ibi nota.ff.de collat.bonorum. Suadetur etiam, quia extensio fit ex mente prætoris in edicto d.l.si scriptum.§.fina.ff.eod.& sic tempore edicti facta fuit, & tamen non fuit extensa ad testamentum militis nisi per nouam dispositionem.l.1.ff.de bonorum poss. ex testam.mili. Nam illa bonorum possessio, quidquid dicat Dec.hic, est extraordinaria, cum alias non fuisset factus alius titulus de ea, & sufficeret ordinaria.argum. insti.de success.liber. §. multis. & de bonorum possess. §.cumque. Tertio retorquetur d.l.1.§.iubet.ff.eo. quæ non loquitur de testamento militis, sed de ueterano faciente testamentum qui testatur iure communi.§. fina. institu.quibus non est permiss.fac.testamentum. Quarto confirmatur retorquendo tex.in §.sunt autem.insti. eod.nam text.dicit quod datur scriptis hæredibus, sed nullum est testamentum in scriptis in quo non requiratur solemnitas testium, ergo requirit numerum quem ponit hic tex. alias non datur. Suadetur etiam per tex. in l.posthumus.ff.de iniu.rupto.& irrito testam. ubi testamentum ualet de iure ciuili secundum magis communem opinionem, & tamen ibi non dicitur simpliciter quod detur bonorum poss. sed solum quando testamentum est cum septem signis signatum, & sic præsupponitur quod tunc debetur ex testamento ualido de iure ciuili, quando ualet iure communi, non autem iure speciali, & hoc uidetur multum stringere. Quinto facit quia quando prætor introduxit istam bonorum posse. obseruabantur aliqua testamenta ciuilia, & saltem illa tria antiqua de facto poterant obseruari, licet non esserit forsan in usu. Et tamen ex illis prætor uoluit dari bonorum poss.secundum tabul. Et ad eorum exclusionem posuit illa uerba, si erit septem signis signatum, ergo uidetur ex mente prætoris nunquam posse dari secundum tabu.nisi sint septem signa. Vnde necessario hæc per nuncupationem fuit inducta per extensionem ultra aliam extensionem factam ad testamentum de iure ciuili ualidum signatum. Quæ extensio uidetur facta ad casus communes, non ad testamenta ualida de iure speciali. Et per ista resoluuntur quasi omnia contraria.

Non obstat quod mens prætoris fuerit in effectu dare bonorum possessionem ex testamẽto ualido quomodocunque de iure ciuili, quia falsum est ut dixi nisi quando ualeret de iure communi, ut hic dicitur, etiam post approbationem edicti & receptionem.dicto.§.sed cum paulatim. Non ob.l.si duobus.§. si prius. quia ibi testamentum habebat septem testes, & non erat ibi dubitatio propter numerum testium, sed quia ille filius erat præteritus, ideo non concludit in materia testium & signorum. Non ob.l.liberos.C.de collati. quia probat contrarium, cum ibi sit facta noua lex pro illa decisione, quæ non fuisset necessaria si edictum prætoris ad illum casum porrigeretur. Nec etiam procędit consideratio Decii de extensione passiua, quia illa non habet locum quando uerba legis repugnant, & ibi uerba & mens

mens repugnabat, dum dicebat septem testium signis. Non ob. l. omnium, quia probat contrarium, dum disponit quod hodie dubitatio non sit an competat bon. poss. ergo alias non dabatur nisi ex testamento ualido de iure communi, Item ibi præsumptiue septem testes dicuntur interuenire, quia præsumitur semper plures esse coram imperatore, argu. no. in l. data. infra de dona. Sed tamen quia lex nostra facit extensionem ad testamentum nuncupatiuum, siue leges quas refert exmēte Adriani facientis perpetuum edictum apparuit hoc remedium extensibile. Et ideo hæc lex & eius extensio potest trahi etiam ad alia testamenta ualida de iure speciali, & iuxta titulum & ea quæ ibi notantur inst. de legit. parentum tutella. cum glo. in uerbo exempl. Puto hanc l. extendi posse ad omnes casus in quibus ualidū est testamentum de iure ciuili ex quadam æquitate potius quam ex legis dispositione, & appellabitur bonorū poss. utilis ordinaria.

Ex quibus concludas quod tempore edicti prætoris non competebat aliqua bonorum possessio nisi ex testamento ualido de iure prætorio. Sed postea ex compositione perpetui edicti quo tempore unitum fuit ius ciuile cum iure prætorio. dicto. §. sed cum paulatim. insti. de testam. tunc nouis constitutionibus extensio fuit facta ad testamentum nuncupatiuum cum septem testibus, quia omnia edicta ex constitutione Adriani ceperunt posse extendi, l. 2. §. sed quia diuinæ. uers. hæc non ipse solus. su . de uet. iur. enucl. Sed tamen non fuit extensio facta ad testamentum militis, quia ualebat de iure speciali. Verum quia de ista extensione ad testamentum nuncupatiuum facta est hæc l. & non edictum prætoris. Per similitudinem rationis & interpretationis iurisconsf. poterit extendi ad quodlibet testamentum ualidum ex causa speciali. Non ob. quod testamentum inter liberos non sit proprie testamentum, cum sit testamentum imperfectum, quia hoc non est uerum, cum in eo uerificetur diffinitio testamenti, & sit perfectum secundum suam speciem & solemnitatem, sicut testamētum militis, ut dixi in dict. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. reprobando communem opinionem doctor. ibi. In casu tamen d. l. hac consultissima. §. fina. non potest dari aliqua secundum tabulas, quia ibi succeditur abintestato, ut ibi dicitur & in hoc Dec. inaduertenter loquitur. Sed bonum exemplum est de testamento rusticano in d. l. fina. C. qui testam. fac. poss. Et idem etiam hodie poterit dici de testamento militis, quia hæc antiquitus fuit extraordinaria & specialis, non communis, quamuis Dec. hic uacillet, cum illa fuerit introducta antequam esset edictum perpetuum, & tamen ordinaria, & directa non dabatur, quia alias fuisset superfluus ille tex. si potuisset contineri sub generali secundum tabu. Et ideo hodie etiam erit specialis, cum propter edictū perpetuum communicata fuerit cum iure ciuili eo modo quo competebat, cogita tamen.

9 Secundo † nota, quod ex testamento nuncupatiuo datur utilis bonorum poss. Fulgo. tamen dicebat quod erat directa, quia datur ex mente prætoris. d. l. si scriptū §. si. ff. eod. ergo erit directa. argum. l. nominis & rei. §. fina. ff. de uerbo. signi. & l. curatoris. supra de nego. gestis. Dec. hic multum se inuoluit, & finaliter dicit quod erit utilis, ex eo quia distinguitur ab illa quæ datur ex edicto. ut l. fina. infra de codic. ubi separatim dicitur qđ dabatur uel secundum nuncupationem. Quæ resolutio euitari potest, quia hæc bonorum possessio uaria nomina accepit propter uarietatem qualitatum, eadem tamē est in substantia, iux. tex. in §. omnis. inst. de noxa. & in simili dixi supra in rubrica in penul. quæst. Placet tamen opinio communis quod sit utilis bonorum possessio, quia uerba non conueniunt, & ubicumque uerba legis deficiunt, semper utilis est dispositio, ut patet ex notatis in rubrica. ff. quorum bonorum & probatur in §. cæterum. & §. fina. instit. de l. aquil. iuncta glo. fina. ubi datur utilis actio quando datur damnum sine corpore, Ita necessario hic erit utilis, quia uerba edicti de septē testium signis erant, & septem testes requirebant, & cōfirmatur, quia tempore quo introducta fuit obseruabātur siue obseruari poterant illa tria testamenta de quibus in §. primo & secundo. insti. de testam. &c. Tamen ex eis non dabatur bonorum possessio secundum tabu. neque ex uerbis, quia aperte repugnabant, neq; ex mēte quæ non habet locum uerbis repugnantibus. argu. l. Labeo. in fin. ff. de suppel. leg. Nam non tantum deficiunt uerba, sed alia testamenta per uerba excluduntur dum dicebatur nisi ex testamento septem signis signato. Et hoc etiam demonstrat dictus. §. non tamē. instit. quibus mod. infir. testam. ubi testamentum est etiamualidum de iure ciuili secundum magis communem opinionem, quia præsupponitur quod possit rumpi, & tamen non dabatur bonorum poss. secundum tab. nisi essent septem testium signa. Et hanc mentem excludendi omnia alia testamenta ualida demonstrauit in l. posthumus. ff. de iniust. rup. & irri. test. & in l. qui liberis. §. te stamēto. ff. eo. & l. ut bonorū. eo. tit. ubi solum defertur bon. poss. cū illa cōditione si erunt septē testium signa, & sic manifeste apparet ꝙ ex mente prætoris nō potest dari, immo semper datur contra mentē prætoris in edicto. Vnde fundamentum Fulgo. est falsum, & per consequens nullo modo potest dici quod competat directa. Sed solum dabitur ex noua dispositione imperatorum expresse extendente, uel saltem ex mente constitutionum inducentium ius prætorium in unam consonantiam cum iure ciuili. d. §. sed cum paulatim. post emanatum edictum perpetuum, & per consequens semper erit utilii per interpretationem sumpta. Et si opponatur, quod immo oportet quod sit directa, quia unica reperitur. §. sunt autem. insti. eo. Respondetur quod immo est duplex ut aperte dicitur in l. fina. infra de cod. ut hic per Dec. Et iura quæ dicunt esse unam, intelligūtur quantum ad effectum, quia quantum ad effectū nō interest inter directum & utile remedium. l. actio. ff. de nego. gest. cum similib. & sæpe fingitur esse eadem, ut per Bartolum in l. prima. uer. quæro unum. num 17. ff. de actio. & obligatio. Et secundum doctrinam positam ibi concordari possunt iura contrariantia de unica uel multiplici bonorum poss. secundum tabulas. Nec obst. nota. in l. curatoris. supra de nego. gest. quia respondetur primo quod non probatur iure quod ex sententia prætorum detur bonorum possessio, sed immo est contra mentem prætoris, ut dixi, nec hoc dicit tex. noster. nec dicta. l. si ita scriptum. sed solum dicitur quod ex mente prætoris datur bonorum pos. ex testamento patris & filii separatim. Et sic separatio fit ex mente prætoris, ex qua separatione infertur quod non est inconueniens quod ex uno detur secundum tabul. & ex alio bonorum poss. ex nuncupatione. immo ex illo tex. probatur totum contrarium, quod sint diuersæ, quia alias non fuisset dubitatum an posset competere separatim in illis testamentis, & hoc magis procedit tenendo qđ supra dixi quod extensio nō fuit tempore prætoris sed incepit tempore unionis factę & approbationis edicti. Secundo respondetur quod not. in d. l. curatoris supra de negotijs gestis. debent intelligi ut ibi declarat Bali.

10 Nam † potest esse mens generalis, & specialis, & quod uenit ex mente generali utile remedium est per prædicta, quia mens probatur per rationem, quod uero uenit ex mente speciali est directum, quia lex in illo casu uirtualiter loquitur, & specialis mens est ubicunq; de pluribus loquitur, sed exemplificat de uno, nam tunc quia exempla non restringūt. l. damni infecti. ff. de damno infect. ideo alius casus etiam tacitus uere disponitur, ut ibi per eum.

11 Glos. in uerbo † doceri. diuiditur in tres partes prout tres ponit opiniones circa unā conclusionem quę uidetur elici ex tex. nostro. uidelicet quod probatio fieri debeat de

beat de testamento facto quod fuerit factum secundũ formam iuris ciuilis,prima est opinio, quod aliud est probare testamentum & eius tenorem quando negatur substantia testamenti,nam tunc sunt necessarii septem testes ut in iuribus communibus, Aliud est probare qđ testamentum alias apparens habuerit solemnia requisita, quia constito de corpore testamenti probari potest per duos testes quod habuerit solemnia requisita,& sic Aliud est probari testamentum uel uoluntatem testatoris,Aliud est super testamento apparente probare solemnitatem requisitam.Quæ opinio fundatur in l.fina. infra de fideicommi. ubi hæres fatetur legatum & negat solemnitatem,& sic differt solemnitas a uoluntate Secunda est opinio,quod non potest esse quæstio solẽnitatis,negatur etiam uoluntas testatoris, unde etiam quod constet de actu testandi,non tamẽ constat de uoluntate testatoris,& sic probando solemnitatem ꝑbat uoluntatem,ideo requiruntur septem testes. Tertia est opinio,quod in casu legis nostræ non potest fieri probatio per duos testes ut quis consequatur bonorũ possessionem,siue sit confessio partis,siue nõ, sed bene potest probari testamentum extare per duos testes,neque quoad solemnitatem,neq; quoad uoluntatem, sed solum potest probari testamentum extare. Quarta est opinio Barto.quod non tantum possit probari testamẽtum extare per duos testes,ut per glosam in fi. Sed etiã possit probari solemnitas eiusdem,si tamen constet testamentum extare per confessionem partis, ut dicebatur in prima opinione,cum ista tamen qualitate quod talis probatio solemnitatis sit ita coarctata quod appareat confessionem partis ex isto actu uerificatam, qui etiam probatur per testes,quod fit duobus modis, uel per confessionem partis,quod tantum unicus actus interueniat,& unum testamentum,uel quod confessio sit coarctata ad unum diem & locum,& probatio solemnitatis referatur ad illum diem & locum, & sequuntur
* communiter docto.

12 Ex ista†conclusione Barto.infertur, quod si non cõstat de unitate testamenti, præsumetur testatorem fecisse plura testamenta,quod patet, quia alias non esset necessarium coarctare probationem ad locum & tẽpus, & sic est contra regulam quod non præsumatur multiplicatio actuum,de qua per Deci. in c. in præsentia.de proba.in nono notab.in l.qui se patris, infra unde liberi.& infra de testamẽ. in l.omnium.in glo. cum probatur.Soluunt doctor. communiter quod istud fit ratione contrarietatis euitandæ.argum.nota.in l. 3. ff. de testam.& per Roma.in l.1.ff.de noui op.nunt. quia semper capitur interpretatio per quam remouetur cõtrarietas.c.inter dilectos.§.cæterum.& ibi Abbas. de fid.instrum.cum aliis cumulatis hic per Decium.& dixi post alios in l.2.§.creditum.ff.si certum peta. Sed ista saluatio non satisfacit, quia ubicunque testes discordant cum dicto partis,nunquam reducuntur ad cõcordiam,ut per Decium in præallegata.l.2.§. creditũ. uers.secunda conclusio.ff.si certum pet. Saluari tamen potest communis opinio duobus modis, primo quod illa conclusio Dec.non habet locum cum dicto aduersarii,sed solum procedit in dicto partis producentis,ut per Abb.in c.cum Ioannes de fid. instr. & ibi idem ponit Dec. Vel potest dici quod non præsumitur proprie multiplicatio actuum sed tantum admittitur potentia pluralitatis actuum,quia cum possit esse quod illa solẽnitas interuenerit in alio actu non probatur concludẽter quod fuerit in isto actu.l.non hoc.infra unde legit. & d.c.in præsentia.de proba.Alias destrueretur illa regula quod testes debent necessario concludere.d.ca.in præsentia.& d.l.non hoc.Et sic pluralitas actuum non admittitur præcise,sed solum adducitur potuisse esse ꝙ interuenerit in alio actu,& propter hoc non probatur concludenter quod interuenerit in illo actu, unde debet esse cautus producens ut probet quod non sit factũ nisi unum testamentum,sed fortius instatur contra conclusionem,quia uidetur quod non tantum sufficiat duo testes, sed nullus sit necessarius, quia non curamus de probatione quando constat de actu per confessionem partis,ut per Baldum in auth.sed nouo iure.supra si certum peta.Soluit Aretin.duobus modis, primo quod dictum Bal.procedit quando solemnitas stat in puris terminis probationis,secus si pro forma actus ponatur,& lex procedit annullando actum, nam tunc non sufficit confectio de actu nisi probetur,Secundo soluit, negando quod testes non sint de substantia testamenti, ut uoluit Bar.sibi contrarius in l.nemo potest.ff.de lega.primo.& licet Iason.uideatur tenere contrarium, tamen defendit Dec.istam partem.

13 Quæ duæ solutiones†tendunt ad demonstrandum ꝙ testes sunt de substantia,quia si testes sunt de forma,ergo sunt de substantia formali. Vnde recurrendum est ad resolutionem illius difficultatis,an testes sint de forma,uel substantia testamenti,in qua doctor.uariant in l.nemo potest.ff.de leg.primo. Sed ego pro solutione istius difficultatis ibi & in l.sciendum. ff. de uerborum obligatio.& in auth.siquis in aliquo.supra de edendo, sum solitus dicere quod licet in actu naturaliter orto, uel ex simplici facto hominis introducto, ut in homine,equo.domo,uel libro,duo requirantur pro substantia,scilicet materia,& forma.§ cum ex aliena materia. insti.de rerum diuil.tamen in actu dependente a uoluntate,quattuor sunt necessaria,materia,& forma, subiectum,& solemnitas,& uno deficiente actus est nullus, ut in testamento, stipulatione, contractu, sententia, & similibus.Et in proposito,uoluntas est materia testamenti,Forma est institutio hæredis, & illa ordinatio, subiectum sunt bona defuncti,solemnitas, numerus testium,ut satis potest elici ex doctrina Bar. in.l. 1.ff. de testa.& in.l.1.& rubr.ff.de leg. 1. Probatio autem non est de solemnitate testamenti,sed est quodam extrinsecum, similiter in stipulatione consensus est pro materia, & interrogatio & responsio sequens pro forma, & subiectum ipsa res,& solemnitas ipse ordo,& quod fiat Vnico contextu,& ista omnia sunt necessaria ad stipulationem.l.1.ff.de uer.oblig.Et quia sine ipsis actus nõ ualet,necessario est dicendum quod omnia illa sunt de substãtia stipulationis,quia sine ipsis nõ ualet,& in hoc differt testamentum ab aliis dispositionibus.Quod autem in testamento testes sint de substantia, patet, quia si non est perfectus numerus testium, licet cõstet de uoluntate,non ualet testamentum.§.sed cum aliquis.cum glo.materia.insti.de testam.Sed non sunt de substantia materiali,uel formali,uel subiectiua, sed de substantia solemnitatis,& de substantia generali ipsius actus,cum in actu sit substantia generalis & particularis totius actus,& sic concludo,quod testes sunt de substantia generali totius testamenti,& de speciali substantia solemnitatis, sed non probatio.

14 Et†quod probatio non sit de substantia testamenti, patet,quia si testamentum fieret coram septem testibus qui postea perirent,testamentum non posset probari, sed tamen non posset negari quin fuerit factum testamentum perfecte, nec per eorum mortem annullatur testamentum,sed impeditur probatio.argu.l. duo sunt Titii.ff.de testam.tute.cum ad probandum testamenta requiratur depositio septem testium, quia nõ creditur duobus uel tribus propter timorem falsitatis .l.fina.infra de fideicommi.Sed ista depositio non est de substãtia testamenti,ne sequatur quod nunquam testamentũ sit perfectum nisi deducatur in iudicio & coram iudice probetur,sed est de perfectione probationis, & si pars confiteretur tenorem testamenti testes adhibentur in testamento pro solemnitate actus,non pro solemnitate probationis,sicut Dec.dicit.& sentit Aret.hic.Sed tamen ultra docto.adhuc uidetur opinionem Bal. in di. auth. sed nouo iure sustineri posse,quia si testes sunt de sub-

substantia,ut dixi,& prædicti fatentur, si pars fatetur testamentum ualidum fuisse,non est necessarium probare amplius,quia ad ualiditatem testamenti præsupponitur quod interuenerint septem testes, sicut siquis dicat præscripsisse,dedit omnia necessaria ad præscriptionem,ut dixi post Alci.in l.cum quid.ff.si cert. peta. Sed solue quod dictum Bal.uerum est si pars fatetur testamentum ualidum,sed si dicit factum, negat tamen fuisse ualidum,tunc non concludit aliquid de requisitis,ut est tex.in l.fi.inf.de fideicommi. Et ita intelligitur communis conclusio. Et dictum Bald.in dicta auth.sed nouo iure. Nam siquis fateatur contractum emphyteoticum,&negat ualidum,oportebit probare scripturam interuenisse,quia non præsumetur propter solam confessionem partis contractum esse factum, & scripturam interuenisse,sed si diceret contractum emphyteoticum ualidum fuisse factum, sed contra principalem conclusionem Barto.ita firmatam opponitur simul com Dec.hic uer.& retento,quod immo nunquã posset esse quæstio solemnitatis, quin sit quæstio uolũtatis, quia uenientes abintestato negando solemnitatem negant etiam uoluntatem, cum defectus solemnitatis arguat defectum uoluntatis.argum. legis primæ. ff.de iure codicil.& testator non adhibendo solemnitates necessarias,uidetur nolle facere actum.l.non solum in fine de actionibus & obligationibus.& l.cum hæres §.primo.ff.de statulib.& l.nonnunquam.ff.de collatione bonorum.ergo semper requiruntur septem testes, ut dicebat hic glo.Nec contrariari uidetur lex non codicillum.inf.de testa.alleg.per Bar.quia procedit quando constat testatorem uoluisse disponere, Et dicitur constare quando apponitur institutio, quia præsumitur potius testamentum quam codicilli, secus quando non constat de uoluntate disponendi. Et ita consuluerunt in contingentia facti multi doctor.

15 Ideo†pro solutione dicit Dec.restringendam esse cõclusionem Bar.quando uenientes ab intestato fatentur duo.s.tenorem testamenti,ut institutiones, & legata, &uoluntatem deliberatam faciendi testamentum,quo casu non potest amplius esse quæstio uoluntatis,sed solemnitatis tantum.Alias autem si solum fateretur institutionem,& negaret solemnitatem,in quandam tacitã consequentiam negaret etiam uoluntatem,& requirerentur septem testes, ut dicebat glo. Quare remanet quod quattuor sunt necessaria ut solemnitas possit probari per duos testes.Primo quod constet de institutione & legatis per confessionem partis, Secundo quod constet testatorem faciendo institutionem& legata habuisse uoluntatem testandi. Tertio quod probatio sit restricta loco & tempore,ut appareat quod illa solemnitas probata interuenerit in illa institutione seu dispositione confessata.Quarto quod testes deponant de tota solemnitate,quod testes fuerunt adhibiti, & rogati, ita quod appareat per concludentem præsumptionem quod interuenit tota solemnitas. Quibus concurrentibus potest solemnitas probari per duos testes quando negatur a parte ut hic præsupponunt doctor. Sed si fateretur institutionem ualidam, tunc nihil amplius esset necessarium,quia confessio esset de actu, & de requisitis ad actum.

Igitur pro solutione questionis dicas,si fateatur pars tenorem testamenti,& uoluntatem testandi, sed dicat non fuisse factum solemniter,ista solemnitas poterit ꝑbari per duos testes deponentes quod interuenerint septem testes adhibiti & rogati qui audiuerint testatorẽ. & ita procedit d.Bar.hic cõiter approbatum. Sed si fateretur fuisse factum testamẽtum,sed negaret in eo fuisse talem institutum, & sic negaret tenorem testamenti uel etiam negaret simpliciter solemnitatem,quia tunc arguitur defectus uoluntatis,non sufficerent duo testes sed deberent esse septem, quia probatio tenoris testamenti & uoluntatis testandi non completur nisi per septem testes.d.§.cum aliquis.inst.de testa.Si uero fateretur ualidum testamentum, nullus testis requireretur, ut dicebat Bal.quia sub nomine ualidi testamenti continentur.

16 Sed† adhuc fortiter oppo. quia quando pars fatetur testamentum,uidetur quod cesset ratio suspitionis falsitatis inductiua numeri testium,&sic uidetur quod nõ sit amplius necesse probare solemnitatem numeri testium interuenisse.l.fin.inf.de fideicom.Alexand.fatetur contrarium, quod si constat de testamento non est necessaria probatio, Cuius opinio uidetur confirmari per tex.in.l.fin.institu.de fideicom.hæredit.ibi,omnino soluere cogendus est. Sed tamen aliter dicas, quia immo est necessaria probatio, Nam cessat suspitio falsitatis,& non est necessaria alia probatio quando constat testamentum factum & ualidum, si tamen fatetur testamentum factum, negat tamen recte factum, tunc omnis probatio est necessaria, nec cessat aliqua suspitio falsitatis, sed potius inducitur. Nam tempore quo factum fuit testamentum erat suspitio falsitatis quia adhuc non erat confessio, ideo tunc non ualuit sine testibus, & licet postea uenientes ab intestato fateantur institutionem,tamen non potest ex ista confessione ualidaris testamentum quod erat nullum quando fuit factum.argume.institu.de exhæred. liberorum. §.1. & si non potest ualidari uiuente testatore, tanto minus poterit ualidari eo mortuo, per confessionem, regula ꝙ ab initio.de reg.iur.in.6.Nec obst.d.l.fin.de fideicom. &.d. §. fin. quia loquuntur in eo qui primo negauit & postea fatetur relictum,sed negat solemnitatem, sed si ab initio hæres fateretur fideicommissum factum,sed diceret non fuisse solemniter factum, & propterea testatorem non habuisse animum faciendi,tunc esset necessaria uera probatio,ut supra dixi,per septem testes, & ita ego semper iudicaui practicandam esse dictam.l. fina.licet docto.irre solubiliter se inuoluant.Præterea illa.l.finalis loquitur in fideicomm. & codicillis, Nos autem loquimur in toto testamento probando, quia fideicommissum ualet solo natu.l.nutu.l.1.§.fin. ff. de lega 3.Et si quæstio esset super institutione hæredis, & uenientes ab intestato negarent eam, non cogerentur iurare,& si iurassent,non cogerentur soluere,quia non loquitur de hæredis institutione quæ est de forma testamenti.argum. §. penul. instit. de codic. & maxime cum sit correctoria.argum.nota.in.l.præcipimus. in fine.inf.de appel.&.l.sancimus.C.de testamentis.

Sed iterum instatur,quia ad substantiam testamenti requiritur quod testator sit paterfamil.liber,sanæ mentis,ut insti.quib.non est permi.facere testam.per totũ. Item quod notarius sit bonæ famæ, & testes sint liberi & bonæ famæ.§.testes.insti.de testam.ergo ad eorum ꝓbationem,cum sint de substantia, uidetur quod requirant probationem septem testium, quod tamen ualde absurdum uidetur.

17 Ideo†pro solutione dicas, quod illa conclusio uulgaris quę habet quod testamentum debet probari per septem testes,debet intelligi ubicunq; dubitatur de tenore ipsius testamenti, an testator fecerit tale legatũ,uel instituerit talẽ hæredẽ, uel legauerit talem rem,& tali personæ,& sic in effectu de eo quod disposuit testator de quo proprie rogatur notarius, sed si est quæstio de personis,ut de statu testatoris,uel legatarii,& hæredis,uel de statu notarii, uel de aliqua simili re incidente circa rem,tunc sufficit probatio per duos testes l.ubi numerus.ff.de testibus, quia in istis extrinsecis non militat ratio falsitatis inductiua solemnitatis numeri testium.d.l.fina.de fideicommi.Sed quando est quæst.de uoluntate,& de dispositione testatoris, tunc requiritur probatio septem testium iuxta nota.in l.hac cõsultissima.§.penul.in glo.depositione. infra de testa. etiã si sit quæstio, an testator sit sui iuris uel sanæ mentis,quãuis cõtrariũ uideretur posse dici,quia per furorẽ apparet ꝙ non est uoluntas, Tamen plus placet hoc quia

quia probando sanam mentem non probat uolunta é, sed habilitatem uolũtatis, Et propterea dixi sup. quod ad hoc ut possit probari solemnitas per duos testes, requiritur quod constet de tenore testamenti per confessionem patris, & quod testator uoluerit facere testamẽtum, nec hoc ultimum in dubio presumatur si apparet de hæredis institutione.l.1.inf.de iur.codi. & argu. l. Labeo.ff.de suppell.lega.ut dicebat Bar. Item requiritur quod negent ualiditatem dispositionis, quia tunc nullus testis requireretur, ut supra dixi, Et sic habes declaratam illam difficilem quæstio. quõ possit probari solemnitas testamenti per duos testes.

Vnus tamen est casus in quo uoluntas & solemnitas potest probari per duos testes, quem ponit Alex. hic, & etiam Dec. quando est deperditum testamentum.

18 †Nam si deperditum sit testamentum, probata amissione, tenor testamenti probari potest per duos testes. l. testium.& ibi Bal.sup.de testi.& licet illa. l.non loquatur in testamentis, Tamen Dec. dicit idem esse in testamentis, quia est eadem ratio. Sed Corn. tenet contrarium, quia maior ratio suspitionis militat in testamento, ideo non potest fieri extensio ex idẽtitate rationis, Nec ualet responsio Dec. quod immediate non probatur uoluntas testatoris, quia siue mediate siue immediate probetur, tamen semper est suspitio falsitatis, cum facilius possint corrumpi duo testes quã septem. Placet tamen ex alio communis opinio, nam amissio habet hoc priuilegium, quod facit rem sui natura non probabilem, per duos testes effici probabilẽ, ut in d.l.testiũ. ergo idem erit in testamento, quod non est probabile per duos testes, ut propter amissionem efficiatur probabile, & in casu.d.l.testium erat suspitio falsitatis, & tamen non attenditur propter amissionem scripturæ, ita etiam uidetur dicendum in testamento.

Qualiter autem probetur tenor testamẽti, dic ut ibi per doct.uolentes quod non possit probari nisi per testes peritos, & pro hoc facit etiam, nam conuentio probatur per testes, ut per Bart. in l. hæredes palam.ff.de testa. Et quando est amissa scriptura non tractatur de probando testamentum, sed de probando tenorẽ scripturæ amissæ, qui tenor probabilis est per duos testes, per d.l.testium.sicut in simili dicit Bar.in l.1.col.5.ff.si cer.pet.& l.admonendi.col.9.ff.de iur. iuran. & auth. siquis in aliquo.C.de edendo.ubi dixi.

19 Quærit†etiam hic Dec.an probato tenore scripturę de aliquo relicto filiæ possit probari per duos testes q̃ iure institutionis relictum fuit. Bal. determinat quod sic, quia non est dubium nisi de solemnitate, non de uoluntate, quod uidetur sequi Dec.hic, per aliam rationẽ, quia testamentum inter liberos probatur per duos testes, Sed hæc opinio non habet difficultatem si non est facta institutio extraneorum, sed si est facta institutio extraneorum requiruntur septem testes ad ualiditatẽ testamenti.d.l.hac consultissima.§.ex imperfecto. inf. de testa.& tunc dubia uidetur supradicta opinio, quia etiam dubitatur de uoluntate, an uoluerit instituere filiam uel non. Et hanc partem ego teneo, quia non potest euitari quod non sit probatio tenoris testamenti, uel probatio uoluntatis, cum reducendo ad practicam testes non possunt dicere nisi quod reliquit iure institutionis, quo casu probatur testamentũ, uel quod reliquit animo instituendi, quo casu probatur uoluntas testatoris, uel quod usus fuerit uerbo instituo, quo casu etiam probatur tenor testamenti.arg. l.cum proponebatur.ff.de leg.2.alias confunderẽtur testamẽta, & omnis institutio probari posset per duos testes etiam inter extraneos. Sed generalius intelligo procedere ét in testamento inter liberos, quia quod uoluerit facere legatum uel institutionem dependet a uoluntate testatoris.l.1.ff.de testa. Nec est uerum quod relinquere iure institutionis sit de solemnitate testamenti, quia immo est de forma, ut no.in l.1.ff.de testam.& l.1.ff. de liber.& posth. & propterea non ualet etiam inter liberos, ut no.in d.l.hac cõsultissima.§.ex imperfecto. infr. de testamentis.in limitatione Ias.& ibi dixi considerãdo in testamento quinque perfectiones, & substantias & disposito illa solum facta fuit in substantia solemnitatis, & eius defectu, ut ibi nota.& institutio non pertinet ad solemnitatem, sed ad formam.

20 Vlterius † dubitat Bal. hic an rogatio testium possit probari per duos testes, & Dec. etiam idẽ tenet quod sic, quia rogitus testium est de solemnitate testamenti, non de tenore, uel uoluntate nisi per posterius, Nec obst.lex diuus. ff. testamen. ibi, conuocatis testibus, quia respondet ipse, quod rogitus est necessarius ad probandum uoluntatem, sicut aliæ solemnitates. Sed tamen non sequitur quod proprie sint de uoluntate nisi per posterius. Et hoc etiam puto uerum, quia rogatio testium non est de tenore testamenti, nec de uoluntate testatoris circa uoluntatem & dispositionem rerũ suarum, sed solum de solemnitate, sicut numerus testiũ. Non enim uerbum testatoris est de tenore uoluntatis testamenti, sed solum illud quod respicit dispositionẽ de eo q̃ uoluit fieri post mortem suam.l.1.ff.de testa.

21 Quærit†etiam hic Bal. an si septem testes testificãtur de testamento, & quilibet de perse dicit se fuisse præsentem, & non fecit mentionem de aliis testibus, an uideatur probatum testamentum, & dicit non uideri apparere quod fuerint contestes, & sic fuerint septem testes præsentes, quod requiritur.l.hac cõsultissima. inf. de testa. In contrarium facit, quia omnes præsumuntur præsentes.arg.l.optimam.inf. de contrah. & com. stipul.& inst.de fideicom.hæred.§.fin. & maxime cum testamentum teneat.arg.l.si patris. sup.de inoffic. testa. Et hanc partem ego puto ueram, quia testes non sunt singulares cum testificantur de una re, licet in modo sciendi sint singulares, Nam quilibet intelligit & audit per auditum suum & aures suas, & quilibet in sensu suo est unicus, sed sunt contestes in re super qua deponunt ut probatur in l.2.ff. quem.testa. aperi. & idem si testis interrogatus qui sint præsentes, dicit quod nõ recordatur, quia omnes simul probant actum, & ex cõcordi dicto præsumitur unicus actus, ita concludit notabiliter hic Bal. quem quotidie in practica allegant doct.

22 Sed tamen †nimis large intelligunt, nam ipse sentit requiri quod in forma & tenore testamenti cõcordẽt, ita quod unusquisque dicit Titium fuisse institutũ hæredem, & legata fuisse facta personis nominatis, Nam cum sit unica forma, præsumitur unicus actus, ut ipse dicit, & non est necesse quod testes se inuicẽ cognoscãt, ideo sufficit quod dicat quod erant alii præsentes. Et ita intelligo hoc dictum Bal. ut requiratur quod testes concordent in forma actus, & de tẽpore, si exprimũt, Alias enim si discordarent in tempore, licet concordarent in forma actus, non concluderent de eo. testamento. idem si deponerent de diuersis actibus per not. per Bar. hic in quæst. de solemnitate.& sup. declaraui.

23 Et si dicatur†quod istud contrariatur dictis in præcedentibus, quod multiplicatio actuum nõ præsumatur, ut supra dixi, uel quod illud procedit quo ad alia, non autem quoad hoc ut ipsi testes præsumantur contestes, quia cum sit depositio de unica forma, & non sit contradictio in tempore, præsumitur unicus actus, Sed si queratur an ille actus qui deponitur per testes sit idem cum eo qui dicitur per partem, & etiam potest dici quod non concludenter probent de eo quod nominatur a parte, quia dictum partis non concordatur cum dicto testium, ut concludenter probent, iuxta no. in l.2.§.creditum.ubi dixit Dec.ff.si cer. pet. & hoc casu possunt procedere dicta in præcedentibus de multiplicatione actuum, per l.non hoc.inf. unde legit. & c. in præsentia.de probat. cum aliud sit quod testes sint contestes ad probandum unum testamentum, quod præsumitur, Aliud est quod testes præsumantur concludere

cludere de eo quod proponit pars, cogita tamen.

24 Ex ultima†parte glo. colligitur, quod licet duo testes non probent testam. tamen impediunt dari bonorum possessionem abintestato, quia per eos fit dubium an succeditur ex testamento uel abintestato, cum sit dubium an testamentum sit ualidum uel non, & durante isto dubio non potest agnosci bonorum poss. abintestato. l. cum quidam. ff. de bon. poss. & ita tenet Bar. Sed Alex. tenet contrarium, quia probatio non concludēs non facit dubium, & rebus sic stantibus nihil operatur l. fi. inf. famil. hercis. nisi inter liberos inter quos potest probari per duos testes, & hoc sequuntur Raph. Rom. & Salic. hic. qui dicit quod glo. bene intellecta bene loquitur, quia uult quod durante iudicio ante sententiā iudicis impediatur aditio, secus finito iudicio. Corne. uero concludit, quod aut dicitur alios testes extare, & tunc impeditur aditio hæreditatis, quia est dubium an ualeat testamentum, cum examinati poterunt illud probare, sed si apparet quod sint soli, & tunc opinio Bald. uerior est, quia constat non ualere testamentum. Si uero duo testes deponunt, nec apparet an sint alii, uel non, & iste est casus dubius, finaliter tenet opinionem Bal. quia in effectu deponitur de testamento ualido, Ego autem puto quod in bonorum possessione declaratio Sali. sit uera, quod expectetur sententia iudicis, uel eius resolutio. per legem cum quidam. ff. de bonorum possessione. in aditione uero hæreditatis distingue ut in l. cum falsum. ff. de acquir. hæred. & ex iis sit expedita ista lex.

Ioannes Bolog. V. I. D. Bon. Salerni legens die 28. Ianuarii. & Neapoli repetita de anno. 1554.

Summaria super Rub. et l. Posthumo. C. De contratab.

1 *Continuatio rubricæ.*
2 *Bonorum possessio secundum tabulas an sit dignior bonorum posses. contra tabulas.*
3 *Bonorum possessio cōtratabulas quomodo diffiniatur, & quæ sint necessaria ut cōpetat.*
4 *Triplex est bono poss. contra tabulas.*
5 *Contratabulas datur institutis beneficio præteriti.*
6 *Effectus contratabulas est quod rumpit testamentum ciuile, & aliquando facit succedi ab intestato.*
7 *Contratab. mitigata fuit in successione filijs institutis.*
8 *Contratab. mitigata fuit per titulum de leg. præstan.*
9 *contratab. mitigata fuit per edictum de collationibus.*
10 *Contratab. mitigata fuit per tit. de cōiug. cū emancip. lib. eius.*
11 *Contrat. data fuit per carb. edict. & tit. de uentr. in pos. mit.*

Summaria super. l. posthumo. C. de contratab.

1 *In hac lege tractatur quæ sint uires testamenti quando filius in potestate uel emancipatus sunt præteriti.*
2 *Posthumus unde dicatur, & referuntur plures ethimologiæ.*
3 *Posthumorum duo sunt principalia genera, quæ diuiduntur in uarias species.*
4 *Quis sit proprie posthumus, late discutitur.*
5 *Posthumus consideratur ciuiliter & naturaliter.*
6 *In materia testamentaria posthumus natus post testamentum est proprie posthumus.*
7 *Appellatione posthumi in dispositione. l. uel hominis quis ueniat.*
8 *Prætor nouam formam testamenti adinuenit fortiorem ut dilataret successionem testamentariam, secundum, quam scriptus hæres non succedebat iure ciuili.*
9 *Ius prætorium cum iure ciuili per constitutiones redactum fuit in consonantiam, & ab eo die comunicata sunt remedia utriusque iuris in utraque forma testamenti.*
10 *Dubitatio principalis examinatur in hac lege, an uires testamenti prætorij communicatæ fuerint cum testamento ciuili in modo rumpendi & reconualescendi.*
11 *Hæc lex habet tres intellectus.*
12 *Summatur & casus figuratur secundum communem intellectum.*
13 *Summatur & casus figuratur secundum ueriorem intellectum.*
14 *Præteritione posthumi testam. ante natiuitatem non est nullum.*
15 *Posthumus ante natiuitatem an sit suus hæres, late discutitur.*
16 *Intellectus ad. l. qui in utero. ff. de stat. homin.*
17 *Per natiuitatem posthumi præteriti rumpitur testamentum, & ampliatur tribus modis.*
18 *Per abortiuum non rumpitur testamentum, & quot modis dicatur abortiuus.*
19 *Testamentum an reconualescat si posthumus præteritus natu moriatur ante mortem testatoris.*
20 *Rationes multæ referuntur, & reprobantur quare moriente posthumo reconualescat testamentum.*
21 *Noua declaratio, quando testamentum reconualescat per mortem posthumi præteriti.*
22 *Per arrogationem filij rumpitur testamentum etiam de iure prætorio, sicut per natiuitatem ueri filij.*
23 *Præteritus an dicatur qui non est institutus neque exhæredatus.*
24 *Nouiter declaratur quis dicatur præteritus.*
25 *Secundum tab. an detur ex testamento rupto.*
26 *Contratabulas quando impediat dari secundum tabulas.*
27 *Institutus an possit contratabulare ignorante præterito, latissime discutitur.*
28 *Noua declaratio quomodo institutus possit contratabulare inuito uel ignorante præterito.*
29 *Ex persona alterius quis consequitur illud quod non potest habere ex persona sua.*
30 *Posthumus quomodo olim poterat exhæredari.*
31 *Posthumus uel infans hodie possunt exhæredari.*
32 *Exhæredatus non rite habet contratabulas.*
33 *Exhæredatus non rite habet contratabulas & quomodo intelligatur.*
34 *Quare exhæredatis non detur contratabulas, uariæ rationes referuntur.*
35 *Quare exhæredatis non datur contratabulas beneficio præteriti uariæ rationes referuntur.*
36 *Quare exhæredati possint succedere abintestato, discutitur.*
37 *Quare institutus beneficio exhæredati non habet querelam.*
38 *Præteritio matris habetur pro exhæredatione, & quare.*
39 *Ad testamenta fœminarum non cōpetit contratabulas, & quare.*
40 *Præteriti in testamento matris an hodie habeant contratabulas.*
41 *Testamentum in quo est præteritus filius in potestate an sit nullum de iure ciuili præterito tacente.*
42 *Testamentum in quo filius consentit se præteriri an ipso iure nullum.*
43 *Formæ testamenti nec contractuum renuntiari non potest.*
44 *Filius non potest facere quod testamentum ualeat ut testamentum, non seruata forma.*
45 *Testamentum in quo filius in potestate est præteritus an sit nullum de iure prætorio, latissime discutitur, & respondetur fundamentis utriusque partis.*
46 *Testamentum nullum propter defectum formæ reconualescere non potest ut testamentum.*
47 *Institutio uel exhæredatio filii in potestate non est de forma testamenti prætorii.*
48 *Resoluuntur fundamenta communia quod testamentum iure prætorio sit nullum præteritione filii.*
49 *Noua distinctio per quam concordantur prædictæ opiniones cōstituendo differentiam inter testamentum secundum formam prætoriam, & formam ciuilem.*
50 *Intellectus ad legem ex duobus §. si prius. ff de contratab.*
51 *Intellectus communis quod loquatur in casu speciali fauore uenientium abintestato, reprehenditur cum sua limitatione.*
52 *Contratabulas an detur ad declarandum nullum testamentum, discutitur.*
53 *Contratabulas non potest dari ex testamento nullo tempore mortis testatoris.*
54 *Noua distinctio per quam dictæ opiniones reducuntur ad concordiam & saluantur.*

55 *Testamentum nullum præteritione filii an reconualescat ex approbatione præteriti de iure ciuili uel prætorio, remissiue.*
56 *Contratab. pot est cōcurrere cum aditione hæreditatis, & quare.*
57 *Secundum tab. quando concurrat cum aditione hæreditatis.*
58 *Remedium contra uoluntatem quare concurrat cum remedio secundum uoluntatem.*
59 *Contratabulas in quibus casibus impediat adiri hæreditatem.*
60 *Secundum tab. an possit competere quando lapsum est tempus ad petendum contratabulas.*
61 *Secundū tabulas concurrit cum contratab. in testamento liberti.*
62 *Intellectus l. si duo. ff. de leg. præst. latissime discutitur, & referuntur quattuor principales intellectus continentes omnemmodum succedendi.*
63 *Noua distinctio per quam saluantur duo intellectus traditi per doct. & declaratur plene illa lex.*
64 *Legitimatus plene per rescriptum principis supremi est uere legitimus.*
65 *Effectus plures referuntur an quis sit legitimatus uel dispensatus.*
66 *Succedere ex testamento, abintestato, & contra testamentum, differunt, & non semper simul conceduntur.*
67 *Legitimati plene succedunt ex testamento, abintestato, & contra testamentum, sed non dispensati.*
68 *Legitimatus plene cum clausula quod non succedat contra uoluntatem, non rumpit testamentum.*
69 *Legitimatus post mortem patris non rumpit testamentum.*
70 *Legitimatus an reuocet donationem uirtute. l. si unquam. C. de reuoc. dona.*
71 *Epilogatio breuis quomodo succedatur patri facto testamento, in quo filius in potestate, uel emancipatus est præteritus.*

Repetitio Rubric. & l. Posthumo. C. de bonorum possess. contratabulas.

1 ONTINVATVR †Hæc rubrica ad præcedentes hoc ordine, supra uisum est in tit. qui admit. de bon. poss. in genere, & quomodo uocati ad eas admittantur, Item in sequenti tit. uisum est quomodo portio repudiantium accrescat in omnibus bon. possessionibus, Verum quia multæ sunt species bonorum possessionum, de istis erat uidendum. argum. leg. primæ. ff. si cer. pe. Sed quia earum quædam dantur ex testamento, & quædam abintestato, prius uidendum fuit de iis quę dantur ex testamento, & quia testamentum habet uoluntatem testatoris expressam, ideo de eis prius tractatum fuit. §. sunt autem. & §. & cum. inst. de bon. poss. & l. 1. ff. si tab. testa. nullæ extab. Tamen quia bono. poss. secundum tab. datur in totum secundum uoluntatem, & contratabu. contra uoluntatem scriptam, ideo dignior est. & de ea sup. primo loco tractatum fuit, & conuenienti ratione postea posita fuit hæc rub. de bon. poss. contratab.

2 Sed†huic continuationi obstat. d. §. sunt autem. ubi præposita fuit in edicto contratab. ergo est dignior, qa dignitas arguitur ex præcedentia in loco, ut probatur in d. tit. inst. de bon. poss. §. aliam. & ibi glo. & l. 1. & 2. ff. de albo scrib. c. antiqua. ubi Abbas. de priuilegiis. & c. statuimus. de maior. & obed. & 17. distinct. c. fi. Secūdo facit, quia contratab. facit cessare secundum tab. le. 2. in princ. ff. de secundum tab. Ergo dignior est, quia dignitas arguitur ex cessatione alterius. argu. c. uolentes. de officio legati. & cap. denique. 21. distinct. Tertio facit, quia in digestis præpositus fuit titul. de contratabul. propter hanc rationem ut dicitur in lege æquissimum. ff. de secundum tabu. Fulgo. fatendo contrarium dicebat quod in legibus codicis non est necessaria continuatio, quia hoc non dicitur in §. quibus. in prima cōsti. cod. Sicut dicitur in l. 2. ff. de stat. hominum. Sed hęc opinio ab omnibus merito repræhenditur, quia in codice continuationes sunt fiendę sicut in institu. imperator facit in §. fin. inst. per quas personas ius nobis acquiri. & insti. de leg. in princ. cum similibus. Et continuatio nihil aliud est nisi cum ordine loquutio, & nemo credendus est sine ordine loqui, Ideo glo. dixit quod utrumque cum ratione factum fuit, quia hoc loco consideratur dignitas, & ideo præfertur, & ibi consideratur modus exequendi, & ideo prætertur contratabul. Quæ solutio non tollit difficultatem, quia immo contratabulas uidetur esse dignior ex quo uincit secundū tabulas, & posita fuit altiori loco, ideo Dec. dixit quod secundum tabulas non semper est dignior, sed solū quādo simpliciter consideratur, secus si respectiue ad contratab. nam illa est dignior, quia uincit eam, Sed hæc saluatio nihil affert, quia non potest considerari quod unum sit dignius altero nisi respectu ipsius, cum omnis comparatio fiat respectiue ad comparatum l. ubi autē non apparet. ff. de uerborum oblig. & maior dignitas in secundum tabulas non potest considerari per se considerata, Ideo aliter dicendum est, & primo, quod secūdum tabulas, quidquid dicat Dec., semper est dignior, habet plenam uoluntatem, & fauet testamentis. l. in testamentis. ff. de reg. iur. & natura successionis est ut spectemus in omnibus uoluntatem. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & demon. Nec ob. quod contratab. uincat secundum tabulas, quia illud arguit maiorem firmitatem & fortitudinem, non dignitatem, ut dicitur in rub. ff. de off. eius de delegato principis & ordinario. Nec obstat quod in edicto & digestis sit pręposita contratabulas. quia hoc non arguit maiorem dignitatem, cum non semper ea quæ præponūtur digniora sint, ut patet in testamento militari, quod præpositum fuit in codice, & in digestis postpositum, quia in codice considerata fuit firmitas, & in digestis maior firmitas, Dicendum est igitur quod utraque situatio cum ratione facta fuit, nam hic rubricatum fuit habito respectu ad dignitatem, in edicto uero rubricatum fuit habito respectu ad firmitatem & modū exequendi, Et quia in executione præcedere debet contratabul. ideo etiam in d. locis præposita fuit. Imp. uero, qui est nobilissimus, magis considerauit dignitatem quam iuriscōsulti hic, sicut etiam fecit in testō militari, uel si placet tibi dicere quod dignior respectu executionis sit cōtratabulas, dicas quod dignita sumitur ex uariis qualitatibus, & hic dignitas considerata fuit ex uoluntate pleniori, & in ff. dignitas sumpta fuit ex potentia in executione, & hæc de continuatione.

3 Sed†quia hic tractatur de bonorum possessione contratabulas in specie, uidendum est quid sit bonorū possessio contratabulas, & in quo differat ab aliis. Doctores hic nec alibi ponunt diffinitionem, tamen ex mente iurium potest ita diffiniri. Bono. poss. contratabulas est ius persequendi retinendique patrimonii siue reiquod cuiusque fuerit cum is moritur contra uoluntatem, certis personis propter præteritionem a prætore concessum. Dixi ius persequendi &c. quia in l. 3. §. bonorum. ff. de bonorum poss. ponitur diffinitio bon. poss. in genere, & quia in specie inest genus. l. si quid earum. §. inter emptum. ff. de leg. 3. tota diffinitio generis conuenit omnibus speciebus, ut dixi in l. 1. ff. si cer. pe. in diffinitione crediti, & quia omnis species abundat a genere secundum Por. ideo postea addidi differentias specificas per quas distinguitur ab aliis speciebus, & de intelligentia uerborum dictæ diffinitionis generalis dicendū est ut late discussi sup. in rub. qui admit. post alios. Potest etiam in diffinitione poni solum uerbum bon. poss. sub quo contineatur tota prædicta diffinitio generis, sicut in diffinitione cuiuslibet speciei contractus nō est necessariū ponere totā diffinitionē crediti in genere, uel cōtractus in genere, sed sufficit dicere uéditio est creditū consensu &c. uel mutuum est cōtractus datione

tione uera &c. ut dixi in d. l. 2. ff. si cer. pe. in §. fi. ubi posui diffinitionem crediti.

Vnde in hac diffinitione ponit uerbum bonorũ possessio, pro genere, ut dicatur, bonorum possessio contratabulas est bonorum possessio contra uoluntatem testatoris certis personis propter præteritionem interuenientem a prætore concessa. Dixi contra uoluntatẽ, quia hæc competit solum contra uoluntatem testatoris quia auocat successionem a scriptis hæredibus. l. filium, in princ. & l. cum emancipatus. ff. eo. & facit lex. sed cum patrono. §. 1. ff. de bonorum poss. Et si dicatur, immo uidetur quod non semper datur contra uoluntatem, quia competit etiam scriptis hæredibus qui conseruant portionem suam. l. 3. §. siquis ex liberis. & le. filium. ff. eodem. & l. filium. §. fina. & l. is qui in potestate. §. fina. & l. Saluius. ff. de lega. præstand. Respondetur q̃ immo datur semper contra uoluntatem, quia semper annullat legata relicta extraneis, ut dicitur in d. l. is qui in potestate. & l. si duo. ff. de lega. præstandis. coniuncta. l. 1. eodem titulo. Item siquis est institutus in minori portione augetur eius portio usque ad uirilem. d. l. filium. §. sed & si portio. & §. fi. ff. de leg. præstan. Et quia datur contra uoluntatem, appellatur contratabulas, quia datur contra uoluntatem scriptã in tabulis. l. illud. in princip. & l. quod uulgo. in uerbo contra lignum est. ff. eodem. nam illa uerba contra legem, secundum literam pandectarum florentinarum debet esse contra lignum, idest cõtra tabulas ligneas in quibus scribitur l. 1. §. 1. ff. de secundum tabu. Sed tamen quia postea extensa fuit ad testamentum nuncupatiuum, sicut & bonorum possessio, secundum tabul. l. 1. & 2. supra eodẽ. & potest appellari contra nuncupationem, ut ibi nota. fuit. dixi simpliciter contra uoluntatem testatoris, non autem contratabulas, Item dixi contra uoluntatem, qa magis testamentum intellectuale consideratur quam uisuale, argum. d. l. quod uulgo. ff. eodem. quæ requirit quod testamentum ualidum ualuerit tempore mortis, ut ex eo possit adiri hæreditas uel bonorum possessio secundum tabul. peti. facit lex unum. ff. de testamen. Itẽ dixi contra uoluntatem testatoris, quia hæc præsupponit testamentum præcessisse, nam appellatur ex testamẽto. §. sunt autem. insti. de bonorum possess. quia oportet quod fuerit factum testamentum quamuis non sit necesse quod duret ualidum. ut in l. illud. in princ. & l. non putauit. §. a primo in secundo responso. ff. de cont. tab. Item oportet quod ualeat testamentum ab initio, & duret ualidum usque ad mortem testatoris, alias nasci non potest. d. l. quod uulgo. & l. non putauit. §. a primo. in responso primo. ff. de contratabul. Si in testamẽto sint defectus alii quam præteritionis. d. l. quod uulgo. Sed si est defectus præteritionis, tunc secundum doctores communiter non est necesse ab initio ualeat, qa si præteritus est filius in potestate, testamentum est nullum secundum eos utroque iure. l. 1. in fine. ff. de liber. & posthum. & l. is qui in potestate. ff. de leg. præst. Sed secundum opinionem glo. infra in lege posthumo. oportet quod semper testamentum ualeat usque ad tempora mortis. d. l. quod uulgo. quia non potest reddi ratio diuersitatis, & ideo dicunt quod testamentum præteritione filii in potestate non est ipso iure nullum de iure prætorio, sed ego ibi in præmissis & in lege post longam disputationem concordaui opiniones, quod testamentum secundum formam prætoriam sit ualidũ non obstante præteritione, quia forma testamenti prætorii est naturalis consistens in scriptura, & in septem testium signis. l. 1. supra de secundum tabul. & l. posthumus. ff. de iniusto rupto & irrito testamento. & §. non tamen. insti. quibus modis infirma. testamen. Sed si est testamentum nuncupatiuum, uel aliud testamentum factum secundum formam ciuilem, cui competunt remedia prætoria post constitutiones reducentes ius ciuile in consonantiam iuris prætorii, §. sed cum paulatim. inst. de test. & tunc præteritione filii est ipso iure nullum. arg. l. si filius in potestate. & l. si a primo. & l. inter cætera. ff. de lib. & posth. & tunc cõtratabulas poterit dari etiam ex testamento nullo in uita testatoris, & cõpetet ad declarandum nullum testamentum, non ad rumpendum, ut no. doctores. infra in leg. posthumo. & ibi latius dicam.

4 Dixi † etiam in diffinitione, certis personis, quia contratabulas uariis personis datur, nam primo datur liberis omnibus tam in potestate quam emancipatis. §. eadem. inst. de hæred. quæ abintest. & l. 1. ff. de secund. tabu. Sed solum datur eis in bonis paternis, uel parentũ ex linea masculina, sed in bonis maternis uel lineæ maternæ non datur. l. illud. §. ad testamenta. ff. eodem. sicut nec etiam unde liberi eis conceditur. l. quotiens. infra de suis & legitimi. facit. l. 1. §. uocantur. ff. eodem. & l. prima. §. recte. ff. si tab. testamenti nullæ extab. Et de hac bonorum poss. contratab. tractatur hic. & in toto titulo. ff. eodem.

Secundo, bonorum possessio contratab. datur patronis contra testamentum libertorum quando præteriti sunt. l. 1. infra titulo primo. & §. si uero testamentum. & §. multis. insti. de success. libe. Sed hæc differt a præcedenti, quia non rumpit testamentum liberti in totũ, sed solum auocat legitimam. d. l. 1. cum glos. legitima. inf. tit. 1. & l. sed cum patrono. ff. de bonorum possess. & ideo concurrit cum secundum tabulas, ut ibi dicitur & de hac specie habetur in d. titulo primo sequenti. & d. §. si uero testamentum. in toto titulo. ff. de bon. liber. Tertio conceditur bonorum posses. parentibus contra testamentum filiorum quando emancipauerunt eos cõtracta fiducia, iuxta. §. fina. insti. de legiti. agna. success. & habetur insti. de bonorum possess. §. tertio loco. & §. octauo. Et de hac habetur in lege prim. ff. siquis a parente faer. manum. & l. filio. §. contra. ff. de inof. testa.

5 Quarto † datur contratabulas liberorum etiam liberis institutis hæredibus. l. 3. §. siquis ex liberis. ff. eo. Sed eam non habent ex persona sua, sed ex persona & beneficio præteriti, in tantum quod si nullus est præteritus, nunquam institutis datur, sed uno præterito tunc committitur edictum, & datur etiam institutis. d. l. 3. §. si qs ex liberis. Nec est opus expectare quod ipsi eam petant. l. si post mortem. §. fi. ff. eo. & l. is qui in potestate. & l. si duo. ff. de leg. præst. & etiam eis ommittentibus. l. nunquam. ff. de leg. præst. sed tamen præterito repudiante tunc conuertitur in secundum tab. d. l. nonnunquam. ff. de leg. præst. quia non debet ipse lucrari, cum ille non sit usus iure suo, ut ibi dicitur, & declarabo late in l. posthumo. inf. eo. in illa quæst. an institutus possit contratabulare inuito præterito, & an præteritus possit confirmare testamentum contra uoluntatẽ instituti. iux. l. filio præterito. ff. de iniu. rup. Dixi etiam in diffinitione propter præteritionem, quia nulla contratabulas potest dari nisi interueniat preteritio, quia solũ fuit inducta propter auxiliũ præteritorũ, sed tamẽ uolui dicere, certis personis p̃teritis, quia etiam datur nõ præteritis ut institutis, uerumtamẽ quia institutis non potest dari nisi interueniente præteritione, dixi propter præteritionem, & hæc quantum ad diffinitionẽ.

6 Effectus autẽ † bon. possessionis contratab. est quod rumpat testamentum si inuenit testamentum ualidum, sed si inuenit testamentũ nullum ut prosit ad declarandum nullũ, ut sup. dixi, & inf. ponam in l. posthumo. Et si competat ex testamento nuncupatiuo propter præteritionem filii in potestate, sine dubio reducit rẽ ad causam intestati. l. 1. in fine. ff. si tab. test. nullæ extab. & le. fina. ff. de lib. & posth. & l. ut liberis. inf. de colla. Si uero datur contra testamentum secundum formam prætoriam, tunc si concurrit cum iure dicendi nullum, q̃d est quando præteritus est filius in potestate, tunc secũ-
* dum magis communem opinionem etiam reducit rẽ ad causam intestati. d. l. 1. in fine. ff. si tab. test. nullæ ex

tab.secundum alium intellectum. Sed si datur contra testamentum in quo præteritus est filius emancipatus, tunc non reducit rem ad causam intestati, sed tota hæreditas datur eius uirtute contratabulanti.l.filium.ibi, emancipatus autem petens solus habebit bonorum possessionem.& l.cum emancipatus.ff.de contratab.& in consequentiam rumpit & annullat omnia legata & totam uoluntatem testatoris subuertit, propterea ex accidenti apparuit multũ rigorosa & in aliquibus iniqua.

7 Ideo prętores ad†eam mitigandam introduxerunt multas alias partes in edicto,& primo, quia posset euenire quod filius esset institutus, & quia contratabulas aufert hæredi scripto totam successionem.d.l.filium. & l.cum emancipatus.ff.eodem. Sequebatur quod ille præteritus totam hæreditatem habebat, & institutus filius nihil,& sic cooperiebatur unum altare & discooperiebatur aliud, contr.no.l.assiduis.inf. qui potio. in pignori.habeantur. Ideo introducta fuit illa pars edicti quod instituti etiam haberent contratabulas, ut simul ueniendo contra testamentum æqualiter succederent.d.l.filium.inf.eo.& l.is qui in potestate.& l. filiũ. §.sed & si portio.& l.si duo.ff.de leg.præst.& d.l.3.§.si quis ex liberis.ff.eo.

8 Secundo†etiam dicta contratab.aparuit iniusta, qa aliquando in testamento erant relicta legata liberis& parentibus & nurui & uxori dotes erant relictæ,& erat inconueniens quod talia legata corruerent,& nimis fauebat præteritis, Ideo introductum fuit quod propter contratabulas rupto testamento conseruentur legata relicta liberis & parentibus & uxori & nurui.l.1.ff. de leg.præst.quæ conseruatio trahitur etiam ad institutiones.d.l.filium.§.sed & si portio.& le. Saluius. ff. de leg.præst.& propterea post titulum de contratabul.positus fuit in digestis titulus.ff.de lega.præstand. Et propterea filii habent duo remedia ad se defendendum a ruptella quæ inducitur propter contratabulas, ut ipsi si sunt instituti petant etiam ipsi, ut sup.dixi dicta l.3.§. si quis ex liberis. Item habeant remedium edicti de legatis præstand.sed illud edictum est magis generale, quia datur non tantum parentibus lineæ patris, sed etiam ascendentibus matris & lineæ maternæ. Item competit parentibus, & nurui, & uxori in dote, ut dicitur in bonis paternis uel auitis, ut sup.dixi per legem illud.§. ad testamenta ff.eodem. Et sic liberi instituti hæredes præterito fratre habent tria remedia, aditionem hæreditatis.d.l.is qui in potestate.§.sed si unus.de leg.præst. Item contratab.ut ibidem dicitur, ac etiam conseruationem ex illo edicto.de quibus tribus remediis no.in l.si duo.uer.proinde.ff.de leg.præstand.& inf.in l.posthumo quæstione finali.

Tertia insurgebat iniquitas ex dict.bonorum posse.
9 contratabulas, quia† eueniebat sæpe quod emancipati ut uiuere possent habebant certas donationes, & aliis modis bona paterna,& postea per contratab.consequebantur uirilem portionem, in tantum quod plerumq; plus habebant emancipati præteriti quam filii in potestate tam præteriti quam instituti, quod uidebatur incõueniens, propterea introductus fuit titulus.ff. de collatione bonorum.ut in lege prima.& per totum.ff. de colla.quo inductum fuit ut aliter non posiit admitti ad successionem nisi ipse conferret bona sua.l.pretor.ff.de colla.bonorum. Et quia etiam hæc ratio militabat in sucessione ab intestato, ideo generaliter ibi postea dispositum fuit ut teneantur emancipati conferre suis.l. 1.& per totum.& l.si.ff.de colla.bono.& dicam late in lege si emancipati.infra de colla.& propterea in digestis statim suppositus fuit titulus de colla.bonorum. Et quia eadẽ ratio militabat etiã in filiabus quæ habuerãt dotem a parentibus uolentibus succedere, ideo introductus fuit titulus de collatione dotis, & positus in digestis post titulum de colla. bonorum in materia contratabulas.

Quinto insurgebat alia iniquitas, quia eueniebat sæpe quod pater emancipabat filium & retinebat nepotes in potestate qui efficiebantur sui hæredes & erant in familia,& emancipati tam ex testamento quam etiã abintestato succedebant primo, quia erãt in priori gradu,& ita excludebant suos hæredes qui erant de fami-
10 lia, quod erat iniquum. Et ideo†factum fuit aliud edictum de coniungendis cum emancipato lib. eius. per ꝙ fuit dispositũ ut emancipati teneantur diuidere cum filiis suis portionem sibi contingentem, ut habetur in l.1.& per totum.ff.de coniug.cum emancip.liber.eius qui titulus postea per ius auth.fuit correctus, quia sublata fuit differentia emancipationis & patriæ potestatis.§.nullam.in auth.de hæred.abintest.uenient.& nota.per glo.& Bar.in rubrica.eodem titulo. de coniug. cum emanc.lib.eius.

11 Sexto†quia præteritio sæpissime causabat quia testator non putabat aliquos esse filios suos, uel per alia erat aliqua suspitio, ut si negabatur uxor, uel filius præteritus,& existentes in utero uel infantes propter debilitatem suam & defensorum suorum & potentiam agnatorum priuabantur successione, prætor uolens eis subuenire introduxit bonorum possessio.uentris nomine,& carbonianum edictum, per quæ subuenit eis, mittendo in possessionem bonorum donec cognosceretur de filiatione eorum, ut postea possent finita causa petere contratabul.bonorum possessione. Et propterea illi duo tituli de uentre in possess.mittendo,& de carb. edict.suppositi fuerunt,& ita septem titulis in digestis tractata fuit tota bonorum possessio contratabulas.postea suppositus fuit titulus de bonorum possess. secundum tabulas.

Continuatur ad repetitionem l.Posthumo.C. De Contratabul.

1 IN Hac lege tractatur cuius † ualiditatis sit testamentum in quo posthumus sit præteritus, & quæ remedia competant ei postea nato,& in consequentiam postea doctores generaliter tractant cuius uigoris sit testamentum in quo filius in potestate uel emancipatus sit præteritus, & quæ remedia competant,& quos effectus operetur bonorum possessio contratabulas tam contra testamentum quam etiam circa successionem, Sed tamen quia ista lex facit mentionem de posthumo & uaria sunt genera posthumorum, nec aperit de qua specie loquatur. Ideo ad euidentiam pro intelligentia, antequam deueniamus ad legem, inuestigandum est de tribus, primo, unde dicat posthumus, Secundo quot sint genera seu species posthumorum, Tertio, quis dicatur proprie posthumus.

2 Circa primum sciendum est quod† posthumus legitur duobus modis, cum aspiratione,& sine aspiratione, posthumus in pandectis. Tamen communis litera est cum aspiratione, Et dicitur posthumus quasi post humum idest humationem patris natus secundum cõmuniter doctores post glosam in lege.3.§.primo. in uerbo dumtaxat.ff.de iniusto rupto.& §.ita demum. insti. de exhæreda.liber.facit textus in lege prima.§. Celsus. ibi, quatenus corpus humanum est.& l.diui fratres. ff. de religio.& sumptibus funerum. Et sub nomine patris continentur alii parentes, quia posthumus etiam dicitur natus post humum aui.leg.Gallus. ff.de liberis & posthumis. Aliam ponunt hic Ferrarienses, quod posthumus dicatur quasi postea humo, idest in terra natus, & sic posthumus dicitur qui postea in terra natus sit, Aliam etiam ethimologiam, ut dicatur posthumus quasi postea natus, posuit Alciatus in libro octauo parergon. capi. 8.& Fortunius in lege Gallus.in prin. ff.de lib.& posthum. Aul.gel.lib.2.capite.16.noctium atticarum.

Sed nulla ex istis ethimologiis uidetur probabilis, Nam

Nam illa Alci.non uidetur inferri ex uerbis, cum pars illa uocabuli humus, nō potest congruenter resolui in natos, etiam ꝙ legatur sine aspiratione, ut patet ad sensum, & ethimologia resoluitur in terminos alios comprœhensos in uocabulo, ut patet in omnibus ethimologii relatis in l.2.§.appellata.ff.si cer.pe. ut mutuum de meo tuum, possessio pedum sesio, testamentum mentis testatio, Similiter illa tradita per Ferrarienses nō uidetur conuenire, quia frustra dictio humus poneretur, cum homines non nascantur in cœlo, nec in aere, seu mari, & sic non denotaret substantiam aliquam notabilem, prout solent facere ethimologiæ. Similiter nec ethimologia communis uidetur probabilis, quia cum ethimologia demonstret essentiam nominati, uerba debent referri ad nominatum, non ad alium, sed hic dictio humus refertur ad patrem, non autem ad posthumum nominatum, Item uerbum, natus, non compręhēditur in aliqua parte uocabuli, nec etiam uerbum patris subintellectum, & si fiat consideratio ad humationem, hoc nomen potius deberet inferre mortem posthumi quam natiuitatem, cum uideretur congruentior expositio posthumus, idest postea humatus. i. sepultus, quod est alienum a significatione uocabuli.

Ideo uidetur quod alia possit dari ethimologia, ut illa dictio humus inferat natiuitatem, & exponatur, idest humanatus, & est sensus, posthumus, idest postea humanatus, idest postea natus, nam qui nascitur ad humana ducitur. l. nomen filiarum. ff. de uerborum signific. ibi, quæ iam in rebus humanis sit. Potest tamen etiam saluari communis ethimologia, quia uerbum, humus, ad hominem relatum solet importare sepulturam. d. l. 1. §. Celsus. ff. de relig. & sump. fun. Nec inconuenit quod addatur uerbum patris & natus, quia hoc fit etiam in mutuo, dum dicitur, mutuum quasi de meo tuum, factū iniuria non iure factum, & cum posthumus dicatur respectu patris, subauditio illa non est extranea, & sic duæ possunt esse ethimologiæ posthumi, una quod dicatur quasi post humum, idest sepulturam patris natus, & alia quod dicatur, idest postea humanatus. Et hæc ad primum.

3 Circa secundum glo. inf. de posthum. hæred. inst. posuit quinque species posthumorum. † Nam posthumi sunt illi qui nascuntur post mortem patris quando tractatur de successione patris, & quando tractatur de successione aui, posthumi sunt illi qui nascuntur post mortem patris & aui. l. Gallus. ff. de lib. & posthum. Secundo dicitur posthumus ille qui nascitur post testamētum. d. l. 3. §. 1. ff. de iniu. rup. Tertio dicitur posthumus qui natus est uere ante testamentum, sed post testamentum assumit primum locum, ut quia filius præmoriatur remanente nepote in potestate, Quarto dicitur posthumus quando post testamentum assumit suitatem, ut quia moriatur pater testatoris, & filius in eius potestatem reincidat. Quinto est posthumus, quando post testamentum adoptatur filius, & de istis quinque speciebus loquitur tex. in l. filius a patre. §. filius. ff. de lib. & posthum. Sexto dicitur posthumus ille qui legitimatur post testamentum, ut dixit glo. in §. 1. insti. quib. mod. infir. testam. Septimo dicitur esse posthumus quando uxor prægnans est apud hostes, & filius reuertitur post testamentum, uel post mortem patris, nam tunc fingitur esse natus tempore quo reuertitur. l. Gallus. §. si eius. ff. de lib. & posthum. & §. interdum. inst. de hæred. quæ abintest. quæ possunt uariari multis modis propter personam patris & personam aui, & quando ille qui est apud hostes reuertitur uel moritur ut statim dicam, & no. in d. §. si eius.

Quæ omnes species possunt reduci ad theoricam magistralem, nam uere posthumorum duo sunt genera, scilicet posthumi qui nascuntur post mortem naturalem, & posthumi qui nascuntur post testamentum, posthumi qui nascuntur post mortem diuiduntur in quattuor species, Nam primo sunt illi qui nascuntur post mortē patris, de cuius successione tractatur, Secundo sunt illi ꝗ nascuntur post mortem patris & aui, si tractatur de successione aui. Tertio sunt illi qui nascuntur apud hostes & reuertuntur post mortem patris, uel post mortem patris & aui, si tractatur de successione aui. d. l. Gallus. §. si eius. Quarto quando nepos est in ciuitate, & filius est apud hostes, qui moritur apud hostes post mortem aui, nam tunc nepos post mortem aui assumit suitatem, & primum gradum, d. l. Gallus. §. si eius.

Secundum est genus posthumorum, quando nascuntur post testamentum in uita testatoris, & hoc genus diuiditur in plures species, nam primo sunt posthumi illi qui naturaliter nascuntur post testamentum in uita testatoris, Secundo sunt posthumi qui adoptantur post testamentum, Tertio sunt posthumi quando legitimantur post testamentum, & isti duo modi solum possunt fieri in uita testoris, Quarto sunt posthumi auo qui assumūt primum gradum per mortem patris, Quinto sunt posthumi illi qui assumunt suitatem post testamentum per mortem testatoris, & ista species cadit solum in milite, in quasi castrensibus, Sexto sunt posthumi illi qui ficte nascuntur post testamentum, idest qui nascuntur apud hostes. & reuertuntur post testamentum ad patriā & efficiuntur sui hæredes, & hæc species contingit tribus modis, ut quia reuertatur ab hostibus filius testatoris, uel reuertat ab hostibus nepos testatoris post mortem filii, uel quod filius moriatur apud hostes extincto nepote in ciuitate.

Et sic apparet esse duodecim species posthumorum quæ continentur sub duplici genere posthumorum ꝗ nascuntur post mortem, & octo continentur sub genere posthumorum qui nascuntur post testamentum, quatuor ponuntur in d. l. filius a patre. §. filius. & tres ponūtur in d. l. Gallus. §. si eius. & una ponitur ad similitudinem adoptionis de legitimato in §. 1. insti. quib. mod. infir. testam. Primæ quattuor species possunt considerari in utraque successione tam ex testamento quam ab intestato, quia non est necessarium quod fiat testamentum. §. posthumi. & arg. §. cum autem. insti. de hær. quę ab intes. Sed in aliis octo speciebus præsupponitur factum esse testamentum, & si sunt instituti, ualet testamentum, si uero sunt præteriti, adhuc ualet testamentum, sed postea rumpitur per natiuitatem. §. posthumi. insti. de exhær. lib. & in hac lege. Sed quia per istum discursum lex ista effecta fuit obscurior, cum nō exprimatur in ea de qua specie posthumorum loquatur.

4 Ideo † tertio loco est uidendum quis sit proprie posthumus. Doctores in hac difficultate uarii fuerunt, & Decius hic mutauit opinionem in ultimis scriptis. Communis tamen opinio est, quod proprie dicatur posthumus ille qui nascitur post mortem patris, uel pōst mortem patris & aui, per tex. in l. 3. §. 1. in uer. dumtaxat. ff. de iniu. rup. & irri. testamento. & ibi glo. hoc tenet. & in dicta lege Gallus. in uer. posthumos. & in §. posthumi. insti. de hæred. quæ abintestato. Secundo adducitur ethimologia, quia posthumi dicuntur quasi post humum nati, idest nati post humationem seu sepulturam patris, ut per glosam in dicta lege 3. in uer. dumtaxat. Et proprietas sumitur ab ethimologia quando non habemus diffinitionem, ut per Bartolum in lege omnes populi in sexta quæstione principali. ff. de iusti & iure. Tertio adducitur per Ias. l. nomen filiarum. ff. de uer. signi. ubi nomen posthumæ non cadit in ea quæ iam in rebus humanis est. Quarto facit tex. in l. si quis ita. §. fin. ff. de testam. tutella. secundum Ferrar. hic, ponderando dictionem, etiam, quæ explicat casum magis dubitabitabilem, ut dicemus in l. qui se patris. inf. unde lib. Sed tex. ibi dicit quod si testator dat tutorem posthumis ꝗd uidetur dedisse tutorem etiam natis in uita, ergo de ꝓprietate sermonis nō continebat qui est natus in uita, quia nō fuisset necessaria illa expositio per dictionem

etiã, sed sufficiebat dicere omnibus natis post testamẽtum uidetur dedisse tutorem, si nulla fuisset ratio dubitandi maior, & maioritas non potest esse nisi propter proprietatem uocabuli, quod confirmatur etiam ponderando uerbum, & magis est utilis datio fit, quæ exponitur idest propter utilitatem, & per consequens ex benignitate illud receptum fuit quod dispositio loquens de posthumis comprędendat posthumos natos in uita, & dicatur utilis datio, Vel saltem dum dubitat an datio ualeat, præsupponit quod non ueniebat ex proprietate uerborum, & hanc partem tenuit Decius in ultimis scriptis.

Sed Alex. in rub. ff. de lib. & posthum. & Decius hic tenent contrarium, quod immo & posthumus qui nascitur post factum testamentum in uita testatoris sit ꝓprie posthumus, & quamuis Alexã. uideatur dubitare, tamen Decius firmat pedes, & adducit tex. in dic. l. siqs ita. §. fin. ff. de testam. tut. ubi dispositio simplex de posthumo uerificatur in nato post testamentum in uita testatoris, ergo est propria significatio, quia in materia dationis tutoris, quia tractatur de obligando tutorem, uerba proprie capiuntur, ut probatur in præcedenti. §. ubi dispositio facta de filiis non compręhendit nepotes, quia alia est appellatio filiorum, alia nepotum. Secundo adducitur tex. in d. l. 3. §. nominatim. uer. sed & si dixerit. ff. de iniu. rup. ubi si exhæredatus est posthumus, intelligitur exhæredatus tam posthumus natus in uita quã post mortem, ergo ex proprietate, quia in exhæredatione uerba capiuntur proprie. argum. l. cũ quidam. ff. de lib. & posthu. Tertio facit secundum Ferrarienses hic, quia nomen posthumi est nomen generis, compræhendens posthumos natos in uita & post mortem, quia in di. §. nominatim. sub nomine posthumi compræhenditur uterque posthumus, dũ dicit tex. alia est causa posthumorum, alia in iam natis, & idem dicitur in l. fi. inf. de liber. præter. dum in fine dicit, alia iura obseruabantur in posthumis in exhæredãdo, & alia in iam natis, & sub nomine posthumo, omnes posthumos compræhendit, & idem potest notari in §. posthumi. inst. de exhær. liber. Quarto faciunt ethimologiæ posthumi supraditæ quæ sunt tres, una ut dicatur posthumus quasi postea natus, ut dicebat Gelius, alia ut dicatur posthumus, idest postea humo idest in terra natus, ut dicebant Ferrarienses. alia ut dicatur post humus quasi postea humanatus, ut ego dicebam per le. nomen filiarum. ff. de uer. signi. quæ omnes ethimologiæ compræhendunt natos post testamentum in uita, quia postea nati sunt, idest post testamentum.

Et tenendo istam partem apparet facilis responsio ad allegata pro communi, Et primo non obstat. d. l. 3. §. 1. quia ibi iureconsul. non intendebat dicere quid significet hoc nomen posthumorum proprie uel improprie, sed qui posthumi sunt instituendi ne rumpant testamentum, & ideo in principio posuerat propositionem, quod posthumi sunt instituendi uel exhæredandi ut nascendo rumpant testamẽtum, sed quia poterat dubitari de quibus posthumis intelligeretur dicta propositio, subiungit quod intelligitur de posthumis natis post mortem dumtaxat, quia in eis si erant filii, iure antiquo erat prouisum, si erant nepotes, ex prouisione Galli erat succursum. Sed poterat dubitari de nepotib. natis in uita, & ibi determinatur quod idem etiam est in eis propter prouisionem legis uelleiæ, quia generaliter in omnibus posthumis idem ius est quod in filiis natis, exceptis duobus quæ postea subiicit, & sic uidetur ille tex. probare contrarium, dum dubitat de qua specie posthumorum intelligeretur illa propositio, qđ posthumi sunt instituendi hæredes, quia si ii essent uere posthumi non oportuisset dubitari, est ergo sensus illorum uerborum, quod in dicta propositione, nos dumtaxat dicit posthumos illos qui nati sunt post mortem, idest nos loquimur de illa specie posthumorum, sed tamen etiam potest intelligi de alia specie illorum qui nascuntur in uita, sed tamen quod nõ sint proprie posthumi, non explicat ille tex. Et sic ibi deciditur de qua specie posthumorum loquatur illa propositio, non autem quid ueniat appellatione posthumorum, & hęc est uera solutio ad illum tex. quam ponunt hic Ferrarien. Secundo respondebat Alex. quod ille tex. loquitur secũdum ethimologiam primam & naturalem posthumi, sed tamen non negat quin hodie ex legis dispositione nati in uita sint uere posthumi, & hæc solutio est etiam uera in se, prima tamen planior est. Non obstat secundum de ethimologia, quia negatur illam esse ueram et himologiam, quia ut dixi in principio non uidetur conuenire, & ille tres traduntur per doctores, & cum non habeamus legem eam ponentem non possumus magis argumentari ex una quam ex alia, Pręterea dato quod illa esset uera ethimologia, tamen illa fuit inducta tempore inuentionis ex naturali significatione, sed tamen non probatur ibi quin postea ex interpretatione iurisconsultorum non fuerit inducta alia significatio & mutata ethimologia, sicut factum fuit in . §. 1. inst. de inter dictis. dum ibi noniter introducitur, reiecta antiqua ethimologia, ut interdicta dicantur quasi inter duos dicta. Non ob. lex nomen filiarum de uerborum signific. quia ille tex. loquitur de natis ante testamẽtum qui nõ possunt uenire sub nomine posthumorum, sed nos loquimur posthumis natis post testamentum, & sic nihil facit, ut hic per Decium, & ferrarienses & omnes. Non ob. põderatio facta per ferrar. de. l. siquis ita. §. fi. retorquendo . quia per illam retorquutionem non tollitur ponderatio communis, quod in materia dationis tutorum uerba debent intelligi proprie, & cum in primo casu negetur dationem ualere in nepotibus, quia nõ sunt proprie filii, & tamen clarum est quod largo modo sũt filii. l. liberornm. ff. de uerborum significa. ergo determinando de posthumis quod sit utilis datio, necesse est quod illud sit ex propria significatione. Nec ob. quod dictio etiam præsupponat casum magis dubitabilem, & quod ibi non fuisset dubitatio nisi esset impropriétas sermonis, quod immo ibi ex alio erat dubitatio, cũ poterat dubitari an testator cogitasset de eis sicut fuerat dubitatum in l. fi. inf. de posthum. hæred. insti. Sed tamen determinatur contrarium, quod immo testator uideatur de eis cogitasse per rationem positam in d. le. fin. quæ ratio non militabat in primo casu, cum nominando filios non uidetur ita faciliter intellexisse de nepotibus, quia requiritur actus extrinsecus nouus, ultra quod superuiuat testator. Et eodem modo respondetur ad ponderationem factam de uerbo utilis, quia refertur ad cogitationem testatoris, non ad proprietatem. Non ob. responsio tradita per Soc. in dicta rub. ad iura allegata contra communem, quod in eis appellatione posthumi non continetur posthumus natus in uita ex proprietate uocabuli, sed continetur propter fauorem testamenti, ne rumpatur testamentum, sicut etiam euenit in lege si ita facta. ff. de iniu. rupto & irrito testamẽto. ubi non erat proprietas uocabuli etiam continetur casus mixtus fauore testamenti. Quia respondet Deci. quod immo est ex sola proprietate, cum fauor testamenti non consideretur quando est præiudicium filiorum l. cum quidam. ff. de liberis & posthumis. & l. secunda. eodem titulo. ubi exhæredatio simpliciter facta de filio indefinite, ergo quando concurrit fauor testamẽti & filiorum, præfertur fauor filiorum, & patet in toto titulo infra de liberis præteritis. sed in dicto. §. nominatim. concurrebat fauor testamenti & filiorum, ergo debuisset præualere, sed contrarium ibi determinatur. ergo necessario illud contingit quia ex proprietate uerborum ibi posthumus natus in uita continebatur, & sic probant concludenter opinionem contra communem Igitur patet opinionem contra communem sustineri posse quam tenet Decius hic.

Sed

Sed tamen postea ipsemet Decius mutauit opinionẽ in ultimis scriptis, & cogitauit quod omnia adducta cõtra communem fundantur in unica ratione tantum, scilicet quod dispositio loquens de posthumis compræhendat etiam posthumum natum in uita, ut dixit tex. in d. l. si quis ita. §. fi. & d. l. 3. §. nominatim. etiam in materia odiosa, quod non esset si non esset propria loqutio. arg. l. cum quidam. ff. de libe. & posthum. Nam hæc consideratio non stringit ad probandum proprietatẽ uocabuli, quia in illis iuribus dispositio loquẽs de posthumo trahitur ad posthumum natũ in uita propter uoluntatem testatoris qui cogitasse uidetur de omnib. nascituris post testamentũ quos credebat nascituros post mortem, & ita lex interpretatur uoluisse testatorem, quasi tacite expresserit, quod demonstratur, quia clarũ est quod appellatione posthumi nasciturí post mortem non uenit natus in uita post testamentum. l. Gallus. cõiuncto. §. nunc de lege uelleia. ff. de liber. & posthum. & l. commodissime. in fine. eodem titulo. & tamen si testator ita instituit, lex uoluit etiam natum in uita post testamentum esse institutum. l. fin. inf. de posth. hæred. inst. & assignando rationem in fine dicit, quod tales nõ sunt præteriti, & sic uult eos tacite institutos ex mente, non habita consideratione ad uerba. Idem probatur in. l. Titius. §. Lutius. ff. de liber. & posth. ubi instituens nasciturum uidetur instituisse tacite illum qui natus erat, quia credebat non natum, Et sic patet quod non sequitur, posthumus, ergo est proprie posthumus, cum propter uoluntatem testatoris dispositio facta simpliciter trahitur ad casum improprium, & per consequens non sequitur, exhæredatio facta de posthumo trahitur ad natum in uita propter uoluntatem testatoris qui cogitauit de omni nascituro, ergo est proprie posthumus. Et eodem modo non sequitur, quando quis dedit tutorem posthumis uideatur dedisse tutorem natis in uita, ergo natus in uita est proprie posthumus. sicut nec sequitur in d. l. fina. de posthum. hær. inst. & in d. l. Lutius. Nec obstat quod dando tutorem non contineantur nepotes, quia, ut dixi, non est tunc tanta ratio præsumendi quod testator tacite cogitauerit de nepotibus, cum eadem sit appellatio nepotũ tempore testamenti quæ est si superuiuat, & hoc modo etiam potest procedere tex. in l. si ita facta. ff. de iniust. rup. & irri. testam. quia ex uoluntate testatoris præsumpta uidetur contineri casus mixtus. Et uoluntas continet primum locum. le. in conditionibus. ff. de condi. & demon. Nec ob. lex cõmodissime. ff. de liber. & posthum. quia illa intelligitur quando constat de præcisa mente testatoris, alias seruatur. d. l. fi. inf. de posthum. hæred. insti. Non ob. di. l. cum quidam. de liber. & posthum. quia ibi non apparebant præsumptiones quod uellet omnes exhæredare, sed ex uerbis constabat de uoluntate unius, cum lex nõ præsumat patrem uelle exhæredare omnes filios, sed bene præsumit patrem uoluisse omnes instituere, secus est quando dixit, posthumus exhæres esto, & hæc fuit in effectu etiam responsio Alciati in dicta Rubrica de liberis & posthumis. quia uerba impropriantur secundum subiectam materiam. argum. legis insulam. ff. de præscrip. uerbis. & l. fugitiuus. ff. de uerborum significatione. ut tunc præsumatur credidisse se moriturum, ut dicunt communiter doctores restringendo illam legẽ ad illum casum, ut ibi per Iasonem & Corneum. Quæ uidetur multum probabilis & amica iuribus. Nec obstat responsio Ferrariensium hic, dicentium hanc rationem non esse generalem, & solum concludere quando testator facit testamentum in mortis articulo, ut tunc præsumatur credidisse se moriturum, ut dicunt communiter doctores restringendo illam legem ad illum casum ut ibi per Iasonem & Corneum, secus esset si sanus testaretur. argum. l. commodissime. ff. de liber. & posthum. quia immo procedit etiam quando sanus testatur, cum faciendo actum exequendum post mortem uidetur cogitasse de morte. argumẽ. legis primæ. ff. de testam. l. hac cõsultissima. §. at cum humana fragilitas. intra qui testam. facere possunt. & dicta lex commodissime ut dixi procedit in casu claro quando cõstabat de mente testatoris, Nam est magna uiolatio restringere illam legem ad casum quo testator erat in articulo mortis, uel potest distingui. aut cogitauit de certo corpore, & tunc procedit dicta. l. final. aut uero generaliter dixit, quicunque mihi filius nascetur post mortem uel in uita, & procedat. dict. l. commodissime. quia cum propter generalitatem uerborum non possit apparere de mente testatoris, seruatur proprietas uerborum, sed quia in dubio testator uidetur cogitasse de certo corpore, ideo in dubio uerba trahuntur ad posthumum natũ in uita ex præsumpta uolũtate testatoris, non ex proprietate uocabuli, Nec obstat quod leges plerumque sub nomine posthumi compræhendant utrumque, quia illud procedit propter communem usum loquendi, non autem sequitur quod sit de proprietate, sicut dicitur in l. 1. ff. de suis & legi. per Bar. de uerbo intestatus. Et ita patet articulum esse disputabilem.

5 Resolutiue tamen loquẽdo utraque opinio† uera uidetur considerando posthumum naturaliter uel legaliter, hoc est in significatione legali uel naturali, Nam naturaliter posthumus consideratus fuit tantum post mortem, quia iure naturali non erat in consideratione factio testamenti, & secundum aliquos nec etiam iure gẽtium, & solum forma testandi circa præteritionem uel exhæredationem filiorum considerata fuit iure ciuili, ut no. in §. accessit. insti. de test. ordi. & per Deciũ infra qui testam. facere poss. super rubrica. Et sic antequam esset successio testamentaria formalis, nomen posthumi solum considerabatur in successione abintestato, & aliis actibus respicientibus mortem naturalẽ, & non poterat referri ad testamentum, ita quod non potuit compræhendi posthumus natus in uita. Si uero consideratur posthumus legaliter propter institutionẽ, præteritionem, uel exhæredationem, & tunc puto qđ posthumus natus post testamentum sit proprie posthumus, & quod nati in uita proprie dicantur posthumi, quia respectu testamenti considerantur, & non respectu mortis, ergo quocunque tempore nascantur post testamentum erunt proprie posthumi. ut probant omnia iura supra allegata pro hac parte, quæ præsupponunt utrumque posthumum contineri sub simplici dispositione, & hanc significationem dedit lex ꝓpter præsumptam uoluntatẽ testatoris, quod de omnibus cogitauerit, & cum non habeamus textum cõtradicentem, & probantem concludenter contrariam opinionem, uidetur inconueniens dicere quod tot iura improprie compræhendant sub nomine posthumi iam natum in uita, & maxime per §. nominatim. Cui non potest dari responsio de uoluntate, quia illa non præsumitur nisi in articulo mortis, nec responsio de fauore test. quia ille non attenditur contra filios. Et confirmatur per di. l. nomen filiorum, a contrario. nam si illud nomen non cadit in iam nato, ergo proprie cadit in nascituro etiã in uita post testamentum, & idem probat. d. l. commodissime. in princ. dum uult utrumq; tempus in simplici significatione.

6 Et ideo dicendum† est quod licet in naturali significatione ethimologia posthumi sumeretur ab humo seu humatione patris, hodie sumi debet ab humanitate, ut dicatur, posthumus quasi postea humanatus, & sit duplex ethimologia, sicut habet duplicem significationẽ, & ethimologia fuit per leges mutata in materia testamentaria, sicut factum fuit inst. de interdictis. in §. 1. de ethimologia interdicti quę fuit quia etiam mutata fuit significatio.

7 Et ex† pdictis põt solui alia difficultas, an dispositio loquẽs de posthumo simpliciter cõphẽdat posthumũ natũ i uita, Nã aut loqmur de statuto, aut de testatore, aut de alia

de alia dispositione, Primo casu, si statutũ facit mẽtionẽ de posthumo in materia successionis ab intestato, & tũc sine dubio intelligitur de nato post mortem tantũ, quia natus in uita non potest dici posthumus, & idem esset si faceret mentionem de posthumo ad alium effectũ quam successionis, quia hæc est naturalis significatio, & generalis & conueniens communi usui loquendi, si uero statutum loqueretur de posthumo in materia testamenti, ut quod institutio de posthumo certo modo fiat, uel quòd posthumus præteritus faceret testamẽtũ esse ipso iure nullum, & tunc compræhenderetur natus in uita, quia in materia testamentaria posthumus ꝓprie dicitur omnis ille qui nascitur post testamentum, quia sumitur significatio ab ipso testamento, & ex extẽsione passiua continetur. argum. l. 1. & l. lex falc. ff. ad l. falcid. & probatur in d. l. 3. §. 1. ff. de iniu. rup. & irr. test. Secundo casu quando testator fecit mentionẽ de posthumo suo uel suorum descendentium, & tunc si expressit casum unum tantum, serua quæ habentur per doctores in dicta. l. fi. inf. de post. hæred. inst. coniuncta. l. cõmodissime. ff. de lib. & posthu. secundum uarias solutiones, sed si fecit mentionem de posthumo simpliciter, & tunc uterque posthumus continetur, immo omnes species duodecim posthumorum per dicta. l. 3. §. nominatim. & d. l. siquis ita. §. fina. de test. tut. & §. posthumi. instit. de exhæred. lib. & §. posthumorum. Sed si testator institueret posthumum alicuius amici sui hæredem, & tunc intelligeretur de posthumo post mortem, quia illa est naturalis & generalis significatio, nec apparet q̃d per legislatores fuerit immutata illa significatio nisi in materia testamenti respectu bonorum testatoris. argu. d. l. 3. §. 1. in uer. dumtaxat. Tertio casu quando alia dispositio facit mentionem de posthumo, & tunc puto regulariter appellatione posthumi compræhendi posthumos natos post mortem, qnia hæc est naturalis significatio & generalis, ut dixi. Fallit quando disponit in materia testamentaria respectu bonorum testatoris, quia tunc est extensa eius significatio ut dixi, & ita patet doctrinas uarias doctorum posse concordari & saluari diuersis respectibus.

Sed ad propositũ legis nostrę, si quęratur de quo posthumo intelligatur, Quia ex prædictis conclusum fuit, quod in materia testamentaria respectu bonorum testatoris appellatio posthumi de proprietate sermonis cõpræhendebat utrumque tam natum in uita quam post mortem, sequitur quod hic potest intelligi de posthumo nato in uita uel post mortem, sed tamen quia clarum est quod de iure prætorio non rumpitur testamentum in totum per natiuitatem posthumi, iux. l. posthumus. ff. de iniu. rup. & irri. testa. item quia in 2. parte l. præsupponit contratabulas peti posse. Tutius est tenere quod ista lex loquatur de posthumo q natus est post mortem testatoris, & sic de posthumo in naturali & generali significatione, & secundum hanc significationem inf. figurabo casum.

Sed quia inter alias species posthumorum enumerãtur filii legitimati, de quibus potest dubitari quomodo rumpant testamentum, Decius hic insistit in ultima lectura, & latius hic Ferrarienses per octo cartas, ponendo multum utiliter totam materiam legitimatorum, & eorum successionis, sed ego reseruo dicendum in fine legis, quia non est quæstio pertinens ad declarationẽ
8 terminorum legis uel materiæ nostræ.† Sed magis utiliter pro intelligentia terminorum legis & materiæ, Præmittendum est, quod in materia nostra habemus duo genera testamentorum a diuersis iuribus introducta, quæ in inuentione & in forma & in remediis & in effectu habent multas differentias, propter quas redditur difficillima ista lex, & eius materia dicitur esse de apicibus iuris, Nam prætor uolens dilatare successionem ex testamento introduxit unam formam nouam testandi, ut in scriptis quis exprimeret uoluntatem suam cum septem testium signis, cum antea de iure ciuili solum fiebat testamentum per es & libram, uel secundum formam antiquam procincti, & callatis comitiis, ut insti. de testam. ord. §. primo & secundo. & §. postea. Quæ habebant formam intellectualem, & faciliter efficiebantur nulla, uel propter mutationem conditionis, seu propter capitis diminutionem testatoris, uel propter præteritionem filii in potestate, uel ꝓpter contrarium testamentum. l. prima & secunda. & per totum. ff. de iniusto rupto & irrito testamento. & insti. de exhæredatio. liber. per totum. & quibus modis infir. testamentum. per totum. Verum tamen cum illud testamentum prætorium haberet existentiam naturalem, & prætor non curaret de apicibus iuris, erat fortius testamento ciuili, & non ita faciliter efficiebatur ipso iure nullum uel irritum seu iniustum propter capitis diminutionem & propter præteritionem filii, Sed solum si superueniebat aliquod obstaculum simile temporale quod per cursum temporis posset uariari, inducebatur exceptio quæ impediebat effectum testamẽti donec durabat impedimentũ, & eo cessante cessabat exceptio, & testamentum reassumebat suas uires. argumento legis si unus. §. pactus. ff. de pactis. Ita probat textus in l. qui ex liberis. §. penultimo. & fina. ff. de de secund. tabul. ibi, non enim de uiribus testamenti, sed de uiribus exceptionis agitur, cum suis concordantibus. Et ratio erat, quia institutio uel exhæredatio filii non erat de forma testamenti prætorii, sed solum requirebatur ad effectum executionis inducendum, Ideo præterito filio iam nato uel posthumo non poterat dici nullum ipso iure testamentum, cum non deficeret forma quæ in alio consistebat, Quia tamen ad executionem fiendam oportebat quod filius esset institutus uel exhęredatus, uel quod testator haberet factionem testamenti, causabatur impedimentum propter quod præteriti acquirebant exceptionem impedientẽ coram prætore executionem testamenti, qua exceptione cessante testamentum obseruabatur secundum pristinam uirtutem, Et ideo si posthumus præteritus nascebatur, licet iure ciuili rumperetur testamẽtum in totum propter defectum formæ ciuilis. l. secunda. inf. de posthum. hæred. insti. & sine spe reconualescentiæ, ut ibi dicitur, tamen testamentum prætorium non erat ipso iure nullum, sed solum inducebatur exceptio contra testamentum, quæ impediebat effectum testamenti si superuiuebat testator, sed si moriebatur uiuente testatore, tunc reconualescebat testamentum sublata exceptione. l. posthumus. ff de iniusto rupto & irrito testamento. Similiter si testator capite minuebatur rumpebatur testamentum in totum, quia efficitur irritum l. conficiuntur. §. si post testamentum. cum glosa in uerbo sublatum est. ff. de iure codicillo. Tamen in testamento prætorio indncebatur exceptio ut staret in pendenti donec moreretur testator, & si cessabat impedimentum, reconualescebat, ut in §. non tamen insti. qui. mod. infir. test. & d. l. conficiuntur. §. si post testamentũ. ff. de iure codicil. Item testamentum in quo filius erat in potestate præteritus incontinenti ipso iure nullum de iure ciuili, sine spe reconualescentiæ, ut insti. de exhæreda. liber. in principio. Tamen si erat factum secundum formam prætoriam, induecebatur exceptio tantum, & ideo si filius non petebat contratabulas per annum, sublata exceptione bonorum possessionis, testamentum remanebat ualidũ. l. filio præterito. ff. de iniusto rupto & irrito testamento. secundum uerum intellectum. Præterea si testator post primum testamentũ faciebat secundum de iure ciuili tollebatur primum. §. posteriore. insti. quibus modis infir. testam. tamen si erat primum secundum formam prætoriam, tunc inducebatur exceptio ad primum, & cessante secundo remanebat primum. l. qui ex liberis. §. penu. & fin. ff. de secũ. tabul. Et sic testamentum prætorium propter naturalem

lem existentiam non ita faciliter efficiebatur nullum ipso iure. Et oportebat quod filii præteriti peterent in firmari per contratabulas.

9 Sed†succedente postea edicto perpetuo & constitu peruenientibus per quas reductum fuit ius ciuile in cõsonantiam cum iure prætorio iuxta. §. sed cum paulatim. inst. de testam. testamentum prætorium fuit receptum a iure ciuili, ut ex eo posset adiri hæreditas & testamentum secundum formam ciuilem receptum a iure prætorio, ut ex eo posit peti secundum tabulas. d. §. sed cum paulatim. inst. de test. & eatenus processũ fuit ut etiam ceperit competere secundum tabulas ex testamento nuncupatiuo, ut probatur in l. 2. sup. de secund. tab. ubi dixi in præmissis & in notab. Et eodem modo cepit competere contratabulas contra testamentũ factum secundum formam ciuilem, & secundum nuncupationem, ut dixi in d. l. 2. & sup. in rub. Et etiam testamentum prætorium cepit confirmari per aditionem ciuilem, ut licet daretur contra eum contratabulas, tamẽ remanebat etiam ualidum testamentum de iure ciuili. l. & si cõtra. ff. de uulga. & pup. & l. filiũ. ff. de leg. præst. Et ita effectum fuit quod unum & idem testamentum posit esse ruptum iure prætorio, & ualidum de iure ciuili, Et ualidum de iure prætorio, & nullum de iure ciuili, ut patet in prædictis exemplis.

10 Sed tamen † successit postea difficultas pene inextricabilis, quæ examinatur in hac lege, an istæ differentię hodie subsistant, uel potius communicatio ita plene facta sit, ut hodie si testamentũ nullũ sit iure ciuili sit etiã nullum iure prætorio, Item si testamentum est nullũ iure prætorio sit etiam nullum iure ciuili, & communiter doct. uidentur tenere ꝙ semper testamẽtũ efficiatur nullum utroque iure propter præteritionem & alias causas sup. narratas. Et uolũt quod in illis quatuor casibus in quibus reconualescit testamentum iure prætorio reconualescat etiam iure ciuili, sed sint casus speciales, & quod generaliter testam. in quo filius natus sit pręteritus sit ipso iure nullũ, & si sit præteritus posthu. quod per natiuitatẽ rũpatur utroque casu ipso iure & contratab. in hac lege detur ad declarandum nullum, & quatenus de facto processit, non autem ad annullandum ut inf. latius per eos.

Sed mihi magis placet opinio cõtraria, quod immo testam. secundum formam prætoriam præteritione filii nunquam annulletur ipso iure, sed solum per exceptionem, & quod sit necessarium rumpere per contrata. quando factum est secundum solemnitatem prætoriã, & sic sit nullum iure ciuili, & ualidum iure prætorio etiam hodie, sicut omnes fatentur, quod etiam hodie testamentum in quo quis adiuit hæreditatem sit ualidũ de iure ciuili, quamuis per contratabulas sit annullatũ de iure prætorio, ut infra dicam latissime, quia in hoc stat intelligentia istius legis, restringendo tamen ad testamentum factum secundum formam prætoriam, secundum quod institutio & exhæredatio filii non est de forma testamenti, secus autem in testamento nuncupatiuo, cui etiam dantur remedia prætoria, nam in illo potest saluari communis opinio ut ibi dicam.

Item præmittendum est tertio loco, quod hæc lex etiam redditur difficilis propter uersiculum finalem, in quo præsupponitur quod detur contra tabulas contra testamentum ruptum per natiuitatẽ posthumi præteriti, quod uidetur implicare contradictionem, uel saltem superfluitatem, nam cum sit ruptum in totum testamentum. l. 2. inf. de posthu. hæred. institu. inane uidetur remedium bono. possessionis, & non concedendum. ꝑ l. quod uulgo. ff. de secund. tabu.

11 Ideo†propter hanc difficultatẽ legitur hæc lex duobus modis. Vno modo quod hic ponantur duo casus separati in diuersis personis, & quod prima pars loquatur de posthumo in potestate futuro præterito, & secũda pars loquatur de filio emancipato infante præterito, & ideo in prima parte testamentum sit ipso iure nullum. & in secunda parte testamentum ualeat, & optime conueniat dictum de contratabulas quæ dãtur ad rumpendum, Et sic solum contrarium de lege ꝙ uulg. ff. de contratabul. quod innanis sit contratabulas in filio nato, quia dicunt quod in primo casu fuisset innanis, cum ruptum sit testamentum ipso iure per natiuitatem posthumi, Sed in secundo casu fuit præteritus filius emancipatus infans, quo casu testamentum est ualidum utroque iure, ideo nõ sine ratione dicitur quod petita fuit contratabulas quæ producit effectum utilem in rumpendo testamentum, Et non inconuenit ꝙ infans sit emancipatus, quia actus emancipationis de infante fieri potest per rescriptum principis. l. penultima. inf. de emancip. libero. Sed quia iste intellectus est multum uiolatiuus literæ. & præsupponit multas diuinationes, ideo communiter non tenetur. Et ponitur secundus intellect. quod in utraque parte legis sunt æedem personæ, & quod posthumus erat præteritus, qui si natus fuisset tempore testamenti fuisset in potestate, & ideo communiter doctores dicunt quod tam in primo casu quam in secundo testamentum erat ipso iure nullum, & ad contrarium de l. quod uulgo. ff. de cõtratab. respondent quod non est inconueniens dari contratabulas contra testamentum iam ruptum, quia tunc operatur quod declaretur nullum, & rumpitur quatenus de facto processit, sicut sententia nulla quatenus de facto procedit potest rescindi. l. tertia. §. ratum. ff. rẽ ratam hab. & not. in l. l. cet. supra de proc. & no. in l. Põponius. ff. de negot. gestis. Sed tamen iste intellectus patitur multas difficultates, quia non bene resoluitur cõtrarium quod innanis esset contratabulas, & quia eius natura est ut detur ad rumpendum. Ideo tertius est intellectus, quod in tota lege ponatur idem casus, ut tenent communiter doctores, & in hoc concordant cum communi opinione, sed discordãt in eo quod præsupponunt testamentum esse ipso iure nullum seu rumpi in totum per natiuitatem posthumi, quia licet illud ꝓcedat de iure ciuili, tamen secus est de iure prætorio, quo iure testamentum propter existentiam naturalem habet ualiditatem, cum apices iuris nõ considerentur quando interuenit forma prætoria, Et ideo non sine ratione dicitur quod posthumo nato competat bonorum possessio contratabulas ad rumpendum testamentum, & eo non petente scriptis hæredibus potest dari secundum tabulas, Et iste intellectus in puncto iuris mihi uidetur uerior, licet & ipse habeat suas difficultates. Sed pro eruenda ueritate infra cum doctoribus insistemus super hac quæstione, an testamentum de iure prætorio sit ipso iure nullum præteritione filii. & rumpatur in totum per natiuitatem posthumi, sicut contingit in testamento de iure ciuili, uel potius adhuc hodie remaneat differentia in hoc inter ius ciuile & prætorium, Et secundum intellectum communem & etiã ultimũ quẽ infra latius defensab. ego figurabo casũ.

12 Iis fict ad euidentiam præmissis, deuenio ad legem, quæ diuiditur secundum omnes in duas partes, In prima ponit unam decisionem generalem, In secunda ponit aliam consecutiuam primæ, secunda ibi, & si contra tab. Summatur secundum communem intellectũ. Per natiuitatem posthumi præteriti rumpitur testamentũ utroque iure. Et si petita sit contratabulas, perpetuo cessat secundum tabulas, Casus ita breuiter fingi potest. Quidam habens uxorem prægnantem in testamẽto instituit extraneos, & posthumum præteriit, qui postea natus est post mortem testatoris. Tutores uidentes eum præteritum petierunt bonorum possessionem cõtra tabulas, hæredes uero scripti petebant bonorũ possessio. secundum tabul. Negabant tutores posse dari, fuit quæsitum quid iuris, an testamentum sit ruptum, & posit peti secundum tabul. Et ratio dubitandi erat, & uidebatur dicendum quod testamentum non esset ruptum

ruptum natiuitate posthumi, quia testamentum de iure prætorio non rumpitur per extrinsecum accidensi, quia semper remanet forma naturalis, & ideo nec rumpitur per natiuitatem posthumi, nec alio modo ipso iure, & de posthumo probat. l. posthumus. ff. de iniust. rupt. & irrit. testamēto. ubi testamentum mortuo posthumo seruatur, ergo non erat ruptum, quia quod nullum est confirmari non potest, §. 1, inst. de exhæred. liber. Secūdo faciebat tex. in §. non tamen. inst. quibus mod. infirmatur testamentum & lege conficiuntur, §. si post. ff. de iure codic. ubi per capitis diminutionem testatoris non rumpitur testamentum cum recōualescere possit. Tertio facit textus in l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. & irrit. testamento. ubi filio tacente seruatur testamentum, ergo non fuit ruptum, quia alias reconualescere non posset. Quarto faciebat tex. in l. qui ex literis. §. penultim. & fin. ff. de secund. tabul. ibi, non de testamento, sed uiribus exceptionis. Quinto faciebat, quia si testamentum esset nullum non posset amplius rumpi p contratabul. l. quod uulgo. ff. de contratabul. & quod nullum est amplius rumpi non potest. l. nam & si sub conditione. in secundo responso. ff. de iniust. rupt. & irrit. testamento. Ex qua conclusione inferebatur postea ad secundam quæstionem, quod posset peti secundum tabulas, quia ex testamento ualido datur secundum tabulas antequam rumpatur. l. si impubes. §. fi. ff. de carb. edicto. l. si duo & l. filium. ff. de legat. præstand. etiam petita contratabulas, ut dicitur in dictis iuribus. & l. sed cum patrono. in princ. ff. de bonorum possessio. & sicut etiam potest adiri hæreditas non obstante quod petatur contratabulas. l. & si contra. ff. de uulga. & pupilla. uel detur quærela. l. circa.

Iis tamen non obstantibus contrarium fuit determinatum in utroque, quod immo natiuitate posthumi rūpatur testamentum ipso iure, & quod nō possit dari secundum tabulas postquam petita fuit contratab. Et ratio decidendi fuit, quia testamentum ualere non potest in quo filius in potestate reperitur præteritus, quia deficit forma testamēti. l. inter cætera. ff. de libe. & posthu. & l. 2. inf. de posth. hæred. instit. & l. posthumus per totam legem. ff. de iniust. rupt. & irrit. testamēto. Quod procedit etiam de iure prætorio. per tex. in l. 1. §. fi. ff. si tabulæ testamen. nullæ extabunt.

Non obstant contraria, & primo quod de iure prætorio testamentum non rumpitur ipso iure, quia istud est falsum saltem hodie, postquam redactum fuit ius prætorium in consonantiam cum iure ciuili, quia omnia remedia & testamenta cōmunicata fuere. d. §. sed cum paulatim. & §. seq. Non obstat. d. l. posthumus. qa illa procedit de æquitate qua dispensatum fuit ut recōualescat, sed tamen ab initio ruptum fuit. Non obstat §. non tamen. quia similiter ille est casus specialis & benigne receptum fuit ut reconualescat, sed ab initio nō ualet. Non obstat lex filio præterito, quia illud est ex post facto secuta approbatione filii qui tacuit per annum, Sed hic petita fuit contratabulas. Non obstat lex qui ex liberis. quia similiter procedit ex æquitate, ut reconualescat, tamen ab initio ruptum fuit in totum, & uerbum exceptionis, declaratur ut ibi per Barto. & glo. Non obstat. l. quod uulgo. quia ibi nullam poterat afferre utilitatem, hic autem potest esse utilis, quia datur ad declarandum ruptum testamentum & annullandum quatenus de facto procedit, & eodem modo dicitur ad d. l. nam & si. Non obstat. l. si impubes. §. fin. quia ibi omissa erat cōtratabulas, hic uero petita fuerat nomine infantis, unde succedebat lex. 2. ff. de secund. tabul. Non obstat. l. sed cum patrono. & d. lex si duo. ff. de leg. præstan. quia in illis iuribus petitur secundū tabulas pro parte tantum, hic uero petita fuit pro tota hæreditate, ideo secundum tabulas in totum excludit. Non obstat lex & si contra. quia cōtratabulas quæ est de iure prætorio non potest impedire aditionem de iure ciuili, sed bene potest impedire aliam bonorum possessionem de iure prætorio. Non obstat quod quærella non impediat aditionem, & tamen utrumque est de iure ciuili. l. circa. ff. de inofficio. testam. quia ibi non constabat de iure filii propter exhæredationem apparentem, hic uero nulla erat exhæredatio, nec præsumptio pro testamento.

13 Secundum † uero alium intellectum qui in puncto iuris uerior uidetur, Ita summari potest. per natiuitatem posthumi præteriti rumpitur testamentum per exceptionem tantum, si secundum formam prætoriam est cōfectum, & contratabulas petita impedit perpetuo secundum tabulas in totum rumpendo testamentum. Casus ita fingi potest. Nam testator posthumum præteriit in testamento suo facto in scriptis, & coram septem testibus & signis, & extraneum instituit, posthumus post mortem patris natus fuit, & eius tutores petierunt bonorum possessionem contratabulas, scripti hæredes petebant decreto sibi dari bonorum possessionem secundum tabulas, Fuit quæsitum quid iuris tam circa ualiditatem testamenti quam dationem bonorum possessionis secundum tabulas. Et ratio dubitandi erat, & uidebatur testamentum esse ipso iure nullum, per claram rationem, quod testamentum non potest ualere in quo filius in potestate reperitur præteritus. l. filius a patre. §. filius. ff. de liber. & posthu. & d. l. inter cætera. & §. 1. instit. de exhæred. liberorum. & in terminis est tex. in l. posthumi. & l. posthumorum. ff. de iniust. rupt. & §. posthumi. institu. de exhæred. liber. & l. 2. & fi. infr. de posthu. hæred. instit. Et hoc idem uidetur procedere de iure prætorio per text. in l. 1. §. finali. ff. si tabul. testam. nullæ extabunt. & l. fi. ff. de libe. & posthum. Et ideo sequitur quod nec secundum tabulas poterat competere, quia ex testamento nullo non potest dari secundū tabul. l. 1. §. exigit. ff. de secund. tabul. Et tanto magis quando est spes quod possit peti contratabulas, uel sit petita. l. 2. §. expectandi. ff. de secund. tabu.

Sed iis non obstantibus contrarium determinatur, quod immo ex testamento possit dari secundum tabulas, & testamentum non dicatur ipso iure nullum, Et ratio decidendi fuit, quia prætor sequitur naturalem æquitatem, & testamentum per natiuitatem posthumi non desinit habere suam formam naturalē, & ideo remanet ualidum, Sed solum per natiuitatem inducitur exceptio, ut scripti hæredes non statim possint consequi hæreditatem, sed tamen interim testamentum rūpitur effectu tantum, non ipso iure, quia nato posthumo incontinenti competit posthumo potestas rumpēdi per contratabulas. l. illud. §. fi. ff. de contratabul. & ꝓpter hanc potentiam potest dici rumpi, Et ideo sequitur, quod si posthumus aliquo casu excluderetur a contratabulas, testamentum reassumeret uires suas, & ex eo posset dari secundum tabulas. l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. & l. 1. §. si hæres. ff. si tabul. testam. nullæ extab. Et dum dicit tex. hic quod rumpitur, intelligitur de iure ciuili, sed non iure prætorio, & si referas ad ius prætorium, expone, rumpitur subtilitate iuris propter exceptionem natam, sed uere remanet ualidum propter formam naturalem quæ præualet de iure prætorio.

Non obstant contraria, & primo quod testamentū sine forma non posset ualere, quia respondetur de iure prætorio testamentum non requirere pro forma essentiali testamēti institutionē uel exhæredationē posthumi, sed solum requirit pro effectu executionis, Forma autem essentialis testamenti est quod interueniat scriptura, & septem testium signa. §. postea. inst. de test. & d. l. posthumus. ibi, si septem testium signo. & l. prim. supra de secund. tabul. Et quod testator habeat testamenti factionem tempore quo testatur. l. 1. §. exigit. ff. de secund. tabul. Et ideo istis interuenientibus testamētum est ualidum, licet per exceptionē elidi possit per posthu-

posthumum propter facultatem contratabulandi, Sed si esset testamentum nuncupatiuum cui etiam datur remedia prætoria.l.1.& 2. sup. titulo primo. tunc in eo præualeret forma ciuilis secundum quam necessaria est institutio uel exhæredatio filii in potestate pro forma,& tunc rumperetur in totum natiuitate posthumi, & postea reconualesceret ex æquitate prætoria saltē quantum ad legata,non quod testamentum esset perfectum,sed tanquam quædam informis ultima uolūtas, ut no.in d.l.filio præterito.& per Alexand. hic numero 8.colum.3.& facit.l. hac consultissima. §.siquis autē hæredis.iunctis not.per doct.ibi.inf. qui testam. facere possunt.& in §.fi.inst.de testam. ordin. Et in hoc testamento nuncupatiuo procedere possunt ea quæ cōmuniter doctores hic dicunt, ut etiam infra dicemus late. Non obstant alia iura quæ uolunt testamentum esse ipso iure nullum,quia loquuntur de iure ciuili, in quo clarum est quod ipso iure tollitur per natiuitatem posthumi,sed hic tex. loquitur de iure prætorio, in testamento facto secundum formam prætoriam, Quod testamentum differt a iure ciuili in duratione,quia ius prætorium & sequitur naturales progressus,& non curat de apicibus iuris.Non obstat.l.1.in fine.ff. si tabul. testam.nullæ extab.& l.fina.ff.de libe. & posthu. quia illa iura loquuntur de iure ciuili,uel loquūtur de testamento facto secundum formam ciuilem, quod potest rumpi ex dispositione ciuili, licet possint competere etiam remedia prætoria.

In tex.ibi,posthumo.quis sit posthumus,& quot sint eius species,sup.dictum fuit,& secundum ibi dicta iste tex.potest intelligi de posthumo nato post mortem, uel in uita,qui superstes fuit post mortem patris, & si intelligatur de nato post mortem,omnia sunt plana,& si intelligatur de nato in uita,oportet dicere quod mortuo postea patre tutores petierint contratabulas.

In textu ibi,rumpitur,proprie stat secundum primā figurationem,sed secundum figurationem aliam intelligitur.s.quantum ad potentiam,uel iure exceptionis, per quam impeditur secundum tabulas. Nec est uiolare tex.quia in sequenti uersic.præsupponit ualiditatē, determinando quod possit dari contratabul. & secundum tabul.in eius defectum.In tex. ibi si petita sit contratabul.hoc dictum fuit ad abundantiam, ut appareret quod nullo modo posset competere secundum tabulas scriptis hæredibus, sed tamen idem esset si non esset petita, quia donec est spes quod possit peti cessat secundum tabulas.l.2.§.expectandi. ff.de secun. tabu. Sed tamen si postea excluderetur posthumus repudiatione uel tempore,posset dari secundum tabul.quia reconualesceret testamentum ex bono & æquo l. filio præterito.ff.de iniust.rup.de iure prætorio tantum secundum unā opinionē, & secundum aliā de iure ciuili, & prætorio,quia illa æquitas recepta est de iure ciuili.

14 Notandum † est primo ex isto textu.ibi, posthumo nato,a contrario sensu, quod ante natiuitatem posthumi non rumpitur testamentum.concord.l.3.§.ex iis.ff. de iniust.rupt.& §.posthumi.insti.de exhær.liber.In tantum quod per testamentum secundum rumpitur primum.d.l.3.§.sed & si stante.de iniust.rupt.Et ratio est, quia antequam nascatur non potest dici quod suus hæres sit præteritus,cum nō sit in potestate.l.fi. ff.de col. & l.fin.ff.de assigna.libe. quia qui non est in potestate non potest dici suus hæres.l.lege cornelia. ff.de test. & §. emancipati.inst.de hæred.quæ abintesta. defer. Et quod ante natiuitatem non sit suus,uel sit futurus suus, probat.l.prima. §.totiens. ff. de uent. in poss.mit. & l. posthumus in princ.ff.de inoffic.testam.& l.posthumo. inf.de collat.

15 Sed contra † istam rationem facit, quia immo uidetur quod posthumus ante natiuitatem sit suus hæres, ut est in §.posthumi.instit.de hæred. quæ abintest. ubi per uerbum præsentis temporis dicit quod posthumi sunt sui hæredes, qui si nati essent uiuo parente futuri forent in eius potestate. Quem tex.allegant hic Iason & Corn.in l.3.inf.de iure deliber. Et confirmatur per l.qui in utero. ff.de stat.homin.ubi habētur pro iam natis quando tractatur de eorum commodo, sed hic tractatur de eorum commodo,ut sint quasi domini, ergo habentur pro iam natis,& per consequens sunt sui. Tertio facit.d.l.fi.inf.de assign.liber.ubi in dispositione liberorum in potestate continentur posthumi ante natiuitatem Dec. resoluendo contrarietatem dicit quod posthumi ante natiuitatem sunt sui hæredes. per. d.§. posthumi coniuncta.d.l.qui in utero.Nam cum lex fingat eum natum,in cōsequentiam fingit eum in potestate,& esse suum,Sed quia in iis quæ sunt iuris lex nō fingit,sed uere disponit,ut per Barto.in l. si is qui pro emptore.ff.de usuc.in 3.quæstione principali, & suitas & patria potestas sunt iuris.§.1.inst. de patria potest. ergo uere erit suus hæres ante natiuitatem, Et per consequens sequitur quod ratio docto.est falsa, & concludit contrarium,quia si sunt sui hæredes,ergo testamentum incontinenti debet esse nullum, sicut de filio in potestate iam nato dicitur,ideo ipse reddit aliam rationem quare testamentum non rumpatur,dicens hoc esse, qa cum ista suitas sit per fictionem legis inducta, non debet operari effectum contra æquitatem, cum fictio sit fundata in æquitate,l.denique.ff. ex quib. caus. maior. & not.in d.l.si is qui pro emptore. sed iniquum esset rūpere testamentum in uita patris sine utilitate posthumi,cum posset mori in uita,& deberet reintegrari, iuxta.l.posthumus.ff.de iniust.rup.& irrit.testa. & sic sine causa rumperetur testamentum contra publicam utilitatem.arg.l.uel negare.ff.quemad.test.aper.& l.si pars iudicantium.ff.de inoffic.testam.Sed hæc ratio nō est bona,quia si hoc dicit propter euētum quod posset nō nasci,ex ea sequeretur quod nec etiam in aliis casibus oporteret fingere natum,cum omnes fictiones reddantur inutiles si non nascitur.d.l.uentre. ff.de acquir.hæred.& d.l.1.§.totiens.ff.de uentre in posse.mittend.& in exemplis positis in d.l.qui in utero.Si uero hoc dicit propter reconualescentiam, & tunc etiam non cōcludit,quia hæc spes reconualescentiæ non erat de iure ciuili,sed solum inducta fuit de iure prætorio, & secundum ueram opinionem quam infra ponam in sequen. notab.nec etiam hodie de iure ciuili potest reconualescere,sed solum de iure prætorio. Et ideo doctores in l.fina. inf. unde cognati post glosam dicunt quod ille est unus casus in quo secundum tabulas est necessaria, quia testamentum est nullum de iure ciuili, Item istud deberet esse etiam si nasceretur post mortem antequā petita esset contratabulas, quia potest reconualescere testamentum.l.filio præterito.ff.de iniust.rup.& irrit. testam.ergo ista ratio reconualescentiæ non deberet impedire rumpi testamentum. Ideo ego puto rationē communem ueriorem esse,quod ante natiuitatem non sit uere nec ficte suus,ut dicunt iura sup. allegata. quæ uolunt quod sit futurus suus, & quod non sit in potestate etiam in casibus in quibus tractatur de eius utilitate. Nec obstat.d.§.posthumi. quia ille text.intelligitur de iam nato ut ibi præsupponunt omnes docto. & Ferra. hic & Iason in l.qui se patris.col.2.infr.unde liberi.& Cur.hic nume.25.& Gozadin.in d.l. qui se patris. Et probatur,quia cum ibi tractatur de successione abintestato quæ non habet effectum nisi post natiuitatem,intelligitur loqui de posthumis natis qui tēpore mortis erant posthumi,& uerba demonstrāt, dum dicitur,qui si nati fuissent,ergo præsupponitur quod nunc sunt nati.Item dum dicit quod sunt sui hæredes, ergo erat natus,quia illa qualitas hæredis non cadit in eo, licet cadat qualitas suitatis, Item in præcedentibus dictū fuit de suis hæredibus actu,ergo etiam & d.§. posth. uenit argu.l.si seruus plurium. ff. de leg.1. Item non potest negari quin ille tex. sit dubius, ergo debet declarari p leges

leges magis specifice loquentes, argu. not. in l. sciendũ. ff. qui satisd. cog. Et hoc probat Aret. in d. l. posthumo. inf. de collat. quia post natiuitatem fingitur suus, ergo ante non fuit suus, quia fictio fictionis esse non potest. l. 1. ff. de ser. leg. Et si dicatur quæ erat ratio dubitandi si nati erant, respondetur quod erat magna, quia uere qui non est in potestate tempore mortis non potest dici suus, sed posthumi nunquam fuerunt in potestate, ergo non poterant dici sui, sed ibi contrarium determinatur, quia tempore mortis finguntur nati, ut sequuta natiuitate perinde sit ac si essent nati tempore mortis, & uere erunt sui, sed ficte dicentur fuisse in potestate, ut dicebat hic Decius, qui bene dicit, sequuta natiuitate, & ad hoc etiam debet reduci quod dixit Aret. in d. l. posthumo. inf. de collatio.

16 Nec † obstat. l. qui in utero, quæ uidetur magis urgere, Nam respondent Ferrarienses quod intelligitur quãdo est utile pupillo, sed in successione patris uel alterius non est utile quod fingatur natus, quia si non nascitur, nullum fuit damnum, & si nascitur, satis prouisum est ei per illam legẽ, ut retro fingatur natus, ut in quinque exemplis positis in l. qui in utero secunda. in fine. ff. de statu hominum. Sed hæc resolutio non tollit totam difficultatem, cum casus positi. in d. l. qui in utero. non possint diuersificari ab hæreditatis concessione, quia per fictionem suspensiuam omnibus damnis potest prouideri, sicut fit in iis quæ respiciunt hæreditatẽ & materiam successionis in d. l fi. de col. bon. & l. uentre. ff. de acq. hæred. cum concor.

Præterea multi sunt casus in quibus posthumus patitur damnum, & tamen non fingitur suus hæres, nam dãnum est ei quod hæreditas sit iacens, quæ infinita impeditur facere. l. hæres quandocunque cum glo. quæ enumerat multos casus. ff. de acquir. hæred. & l. omnia fere. & l. omnes hæreditates. cum glo. ff. de regu. iur. & tamen non fingitur natus uel suus ut non sit iacens, Nã interim non potest possidere. l. 1. §. Scæuola. ff. si quis testamento lib. esse ius. fuer. & usumfructũ acquirere non potest. l. hæreditas in multis. ff. de acqui. rer. dom. Et si forsan defunctus fuisset incapax acquisitionis, & posthumus esset capax, interim fieret acquisitio. argu. l. in eo. §. fin. cum l. sequen. ff. de acquir. rer. dom. & facit lex eius seruũ. ff. de hæred. inst. & §. alienus seruus. ff. de hæred. instit.

Vnde ego puto quod d. l. qui in utero. non ita simpliciter intelligatur, nec quod uelit posthumum haberi pro iam nato, ut omnia seruentur in eo quę in iã natis, Sed uoluit dicere quod propter talem dispositionẽ omnia stant in suspenso, ut eueniente natiuitate retro fingatur natus, & consequatur omnes utilitates quas consequutus fuisset si iam natus illo tempore fuisset, Et sic habentur pro iam natis dispositiue, non executiue, quia interim executio non fit perinde ac si essent nati, sed disponitur quod habeantur pro iam natis sequuta natiuitate, ut perinde sit ac si eo tempore nati essent. Quæ etiam suadentur, quia hæc est fictio translatiua, quæ non procedit nisi sint extrema habilia, ut no. in d. l. si is qui pro emptore. & extremum a quo ante natiuitatem non potest reperiri, & extremum ad quod oportet ut inducatur, ideo lex fingit posthumum natum ante ad effectum ut sit unum extremũ ad quod possit trahi fictio natiuitatis, & sufficit extremum ad quod esse habile per fictionem, ut per Bar. in d. l. si is qui pro emptore. in 3. opposi. uer. ad quam hic respondeo. Quæ tamen etiam procedunt quando per fictionem inducitur subiectum habile ad actum, sed si per fictionem nõ potest induci subiectum habile, cessat in totum fictio, ut si esset necessaria persona ad actum, ut in l. hæreditas in multis. ff. de acquir. rer. dom. Si tamen esset aliquis casus in quo requireretur præsens actus, & non haberet locum suspensio, tunc satis possit procedere contraria opinio, quod fingeretur in totum natus etiam executiue propter generalitatem. d. l. qui in utero. sed oportet quod exprimatur, quia regulariter non inducitur propter fictionem executio actualis in posthumo. Remanet igitur quod posthumus ante natiuitatem nec uere est suus uel in potestate, nec per fictionem efficitur suus, quia habetur pro iam nato suspensiue, siue dispositiue, non autem executiue. Et ideo nimirum si ante natiuitatem non rumpitur testamentum, cum cesset ratio inductiua ruptellæ, ut dicunt communiter doctores, & bene.

17 Secundo † notandum est ex eisdem uerbis in sensu directo, quod per natiuitatem posthumi rumpitur testamentum. concordat. l. 1. & 2. inf. de posth. hær. instit. & d. §. posth. inst. de exhær. liber. & d. l. 3. §. ex iis. de iniusto rup. Et hæc conclusio secundum doctores procedit etiam quod testamentum sit factum secundum formã prætoriam, dum dicũt quod utroque iure ruptum est, de quo tamen statim dicam. Item ampliatur procedere etiam quod natus sit ex secto uentre. l. quod dicitur. ff. de liber. & posthu. Quæ lex procedit non tantum in successionis materia, sed ẽt in contractibus, quia si quis accepit feudum uel emphyteosim. pro se & filiis legitime natis, natus etiã ex secto uentre admittitur ad feudum, ut per Bal. in l. fina. colum. penul. uer. Item uidi dubitari infr. de leg. hæred. & per Alexan. in d. l. quod dicitur. & Decium hic. Illi tamen tex. uidetur obstare. l. anniculus. l. 1. ff. de uerb. signific. §. fi. qui dicit falsum esse peperisse eam cui ex secto uentre natus est filius. Super cuius solutione laborat Alexand. Iason in d. l. ꝙ dicitur Dec. hic in additione sequitur solutionem Bal. in consi. 59. quod d. l. anniculus loquatur de extraneo legante aliquod sub conditione si mulier peperisset, secus quantum ad successionem patris uel matris. d. l. ꝙ dicitur. & l. posthumus. in fine princ. ibi, ex secto uentre extractus. ff. de inoffic. testam. Sed uera est solutio ut hic etiam dicunt Ferrarie. quam ponit Bar. in l. Arethusa. ff. de statu homin. quod illa lex loquitur in diuersis terminis, qñ uerbum parere prolatum fuit, quia uere non dicitur mulier parere qñ extractus est ex secto uẽtre, sed bene uere dicitur esse natus, ut ponitur in d. l. ꝙ dicitur & sequitur Alcia. in d. l. anniculus. §. fi.

Secundo ampliatur procedere etiam in successione matris, ut per Cor. quem sequitur hic Dec. in consi. 234. placuit mihi. colum. fi. lib. 2. ubi dixit quod cum hodie non sit differentia inter patrem & matrẽ, amplius præteritio matris non habetur pro exhæredatione, sed testamentum est nullum non seruata forma quod sit præteritus cum causa, ut in §. aliud quoque capitulũ. in auth. ut cum de appell. cognos. ideo si posthumus prætereatur rumpet testamentum per natiuitatem, & sequũtur omnes moderni hic, & communiter doctor. in auth. ex causa. inf. de liber. præter.

Tertio ampliatur secundum Ferrar. hic procedere etiam in eo qui non sit editum integrũ animal, ut quia nascatur sine uno pede uel manu, ut in d. l. ꝙ dicitur. & ibi docto. Cui tamen obstat. l. quod certatum. infr. de posthum. hæred. instit. ubi requiritur quod posthumus sit perfecte natus. Soluunt ex mente Corn. ibi, ꝙ lex quod certatum considerat perfectionem natiuitatis, ut nihil uiui remaneat in utero. d. uero lex quod dicitur intelligitur de perfectione membrorũ, Idest imperfectio membrorum non impedit quin sit natus, si modo nulla pars eius est in corpore. Sed si incepisset nasci, & moreretur antequam totum corpus exiuisset, tũc non diceretur natus, quia non esset perfecte natus, & sic aliud est perfecte nasci, aliud perfectum nasci, Oportet quod perfecte nascatur. d. l. quod certatum. sed non oportet quod perfectum sit animal ille qui nascitur. d. l. quod dicitur. Et ideo infert Corn. in d. l. quod certatum. quod si incideretur unus pes posthumo qui non posset exire quod rumperet testamentum & esset perfecte natus, quia nihil uiuum remaneret in corpore, &

reliquum

reliquum esset animal rationale & mortale; & anima consistit in reliquo remanente restricta, ut per Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerbo. obligatio. in 3. oppositione.

18 Limitatur † tamen hæc conclusio non procedere in abortiuo, nam uxoris abortu non rumpitur testamentum. l. uxoris abortu. inf. de posthu. hær. inst. & §. posthumi. inst. de exhæred. liber. Abortiuus autem dicitur multis modis, nam abortiuus dicitur quando nascitur mortuus, ut per glo. in d. l. uxoris. & tunc concordat. l. qui mortui. ff. de uerb. signifi. Item abortiuus dicitur q nascitur uiuus, sed tamen nascitur in mẽse sexto uel octauo, quo casu non potest uiuere secundum naturam. l. septimo mense. ff. de stat. hom. ut per Pau. & Cor. et in d. l. uxoris abortu. & Alexan. in d. l. quod dicitur. circa finem. & Socinus in consi. 175. in causa fratris. in fine. & Dec. hic, & omnes. & quando nascitur in 6. mense facile a peritis cognoscitur, sed quando nascitur in octauo mẽse & uiuit per multos dies difficulter cognoscitur, tamen hoc potest probari per testes deponẽtes de tempore copulæ, saltem præsumptiue, coniuncta regula posita in l. filium diffinimus. ff. de iis qui sunt sui uel alien. iur. uel etiam per obstetrices & medicos multũ peritos. ut no. in d. l. septimo mense. ff. de statu hom. Tertio dicitur abortiuus quando pars uiua exiuit, tamen antequam totus exiret, mortuus fit, quia non potest dici perfecte natus, ut in d. l. quod certatũ. & ideo dicitur natus mortuus cum sit mortuus ante perfectionem natiuitatis. Nec sufficit quod sit natum caput uiuum, & sic non habet locum. l. cum in diuersis. ff. de relig. & sumpt. fun. & l. cum quæritur. ff. de statu homin. Et est ratio, quia ad rumpendum testamentum lex requirit perfectionem natiuitatis. d. l. quod certatum. & non potest dici esse in rerum natura neque forma data actui nisi post perfectionem. arg. l. si is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad l. falcid.

Secundo limitatur non procedere quando posthumus non haberet formam hominis, ut quia haberet caput caninum uel equinum, quia tunc dicitur monstrũ, non autem filius. l. non sunt liberi. ff. de statu hominũ. & d. l. quod certatum. in fine. inf. de posth. hær. instit. Sed in contrarium uidetur tex. in l. quæret aliquis. ff. de uerb. signific. ubi qui monstrum edidit dicitur prodesse partibus, Vera solutio est, quod aliud est quærere an ipsi sint filii & rumpant testamentum, & tunc procedit. d. l. non sunt liberi. aliud est quærere an mater peperit, uel pater procreauerit, & tunc procedit. d. l. quæret aliquis. Nam uerum est matrem peperisse, & patrẽ procreasse. d. l. quæret. sed non est uerum filium natum esse, & ideo si alicui relictum fuisset legatum si pariet tres filios, non uerificaretur conditio in monstro edito, sed si esset relictum sub conditione si pareret simpliciter, tunc adimpleta esset conditio. d. l. quæret. & glo. in d. l. non sunt liberi. Facit lex anniculus. §. fi. ff. de uer. signific. & ibi Alciatus.

19 Tertio † limitatur non procedere quãdo posthumus natus in uita mortuus esset uiuo testatore, quia tunc effectualiter non rumpitur testamentum propter reconualescentiam. l. posthumus. ff. de iniust. rup. & irrit. testam. Cui textui contradicit lex uxoris abortu. infr. de posth. hæred. instit. Sed soluũt doctores. quod ille tex. loquitur de posthumo nato post mortem, & d. l. posthumus loquitur de posth. nato in uita. Item obstat. l. si filius. ff. de liber. & posthu. ubi mortuo filio reconualescit. Soluunt etiam doctores quod. d. l. si filius. loquitur de filio nato tempore testamenti, Et sic restringunt dictam limitationem, ut procedat tantum in posthumo, & non in filio nato tempore testamenti, & in posthumo nato in uita, & non in nato post mortem.

20 Et rationem † differentiæ inter posthumum & filium natum posuit Cinus Alber. & Corne. in d. l uxoris abortu, quia testamentum ab initio ualuit ante natiuitatem posthumi, & facilius reconualescit testamentum quod ab initio ualuit quam quod nullo modo ualuit, ut per glo. in l. si testamentum. ff. de testamen. Sed istam rationem repræhendit Deci. quia confunditur per l. uxoris abortu. inf. de posth. hær. insti. ubi posthumo mortuo non reconualescit, & tamen non fuerat nullum ab initio, Vnde ipse dicit rationem esse, quia duo coniũctim interueniunt. s. quod ab initio ualuit testamentum, & quod tempore mortis testator poterat facere testamẽtum, quod probatur, quia si tempore mortis non posset testari, non potest reconualescere. l. qui uxorem. ff. de iniust. rup. ubi Bal. not. illum text. & Roman. allegat in singulari. 109. tu habes. & ideo Fulgosius in d. l. uxoris abortu dicit posthumo mortuo uiuo testatore furioso non reconualescere testamentum, quia illo tẽpore non posset testari, quamuis dubitauerit. Sed dictũ nec ratio mihi satisfacit, Nam ratio habet duas partes, & nulla est bona, prima pars rationis est, quod ideo reconualescit in posthumo quia testamentum ab initio ualuit, hæc ratio non concludit, quia etiam testamentum quod ab initio non ualuit potest reconualescere. l. filio præterito. ff. de iniuf. rup. & irrit. test. & similiter quando nascitur post mortem patris recõualescere potest, ut hic in tex. secundum omnes, qui nolunt testamẽto rupto hic posse dari secundum tabulas, quia potest confirmari tacendo per annum, & facit l. si impubes. §. fi. ff. de carb. edicto. ergo propter hoc quod ualuit facilius non reconualescit, cum etiam in filio præterito reconualescat. Item secunda pars concludit contrarium, quia quãdo quis potest de nouo testari, facilius permittitur quod rumpatur testamentum, quia ipse potest prouidere indemnitati faciendo nouum testamentum, & quando est mortuus non potest prouidere, Et propter hanc rationem Gallus introduxit posthumos nascituros post mortem aui institui hæredes, & non disposuit de posthumo nato in uita, ut dicũt omnes doctores in d. l. Gallus. in princ. ff. de liber. & posthu. Facit lex quod quis. ff. de reg. iur. quia imputetur testatori qui non fecit nouum testamentum sciens ruptum esse natiuitate posthumi, & sic potius uideretur dicendum contrariũ quod reconualesceret quando nascitur post mortem, & non reconualesceret quando nascitur in uita. Item tex. in d. l. qui uxorem. nihil facit, quia ibi posthumus nascitur post mortem patris fictione legis, quia cũ pater mortuus fuerit apud hostes ex lege cornelia fingitur mortuus tempore captiuitatis, quo tẽpore posthumus non erat natus, & ideo statim nascendo rumpit, quia iuuenit se præteritum, & licet naturaliter posthumus nascatur uiuo patre, & moriatur uiuo patre, tamẽ propter fictionem legis corneliæ pater mortuus est ante natiuitatem & mortẽ posthumi, & sic ratio assignata non est bona. Præterea nec etiam dictum est uerũ, quia immo posthumo mortuo in uita non reconualescit testamentum generaliter per tex. in d. l. uxoris abortu, qui simpliciter loquitur & est magna uiolatio restringere quod sit natus ibi, & mortuus post mortem patris & maxime quia omnes leges illius tituli loquuntur de posthumo nato in uita & in morte, & uterque posthumus dicitur proprie posthumus secundum declarationem quam supra dedi.

Tertio obstat, quia testamentum in totum ruptũ nõ potest reconualescere, quia a priuatione ad habitũ impossibilis est regressus. Item testamentum non inducitur ex morte posthumi, quia forma testamenti adhiberi debet. l. hæredes palam. §. 1. & 2. ff. de testam. & actus sine forma non potest induci in rerum natura, quia statuti sunt certi limites actibus legalibus qui præteriri non possunt, & non ualet pactum quod contractus aliqui ualeant sine sua forma, ut no. in l. 2. ff. si cer. peta. & ibi dixi, nec a principio, nec etiam ex post facto, ideo ibi omnes concludunt quod non reconciliatur mutuũ ex tractu temporis nisi superueniat translatio dominii

a quo

a quo possit assumere sua substantialia ut non sit in rerum natura sine forma. Facit etiam quod in simili dicitur in l. si unus. §. pactus. uer. sed si pactus. ff. de pactis. Et quod habetur per Abbatem & alios in Rub. extra de appel. qui dicunt propter hanc rationem, quod appellatio non extinguit pronuntiatum, quia reconualescere non potest, sed solum suspendit. Nec obstat. d. l. si testamentum. ff. de testam. quia ibi per dissigilationem testamenti non annullatur testamentum nisi postea destrueret, & ideo reconualescit de iure ciuili & prætorio, quia non fuit ruptum nullo iure. Sed hic doctores præsupponunt quod sit ruptum in totum, ergo non potest reconualescere.

21 Quare † ego puto limitationem istā nō esse uerā de iure ciuili, & confunditur per d. l. uxoris abortu. in sui generalitate. & d. l. posthumus solum loquitur de iure prætorio. Et quod sit differentia inter ius ciuile & prætorium, quia de iure ciuili posthumo nato rumpitur in totum testamentum, nec potest recōualescere siue moriatur in uita siue post mortem patris, quia cum sit annullatum in totum non potest amplius reconualescere, cum testamentum ex sua forma inducatur, non autē ex morte posthumi. d. l. si unus. §. pactus. 2. resp. De iure uero prætorio distinguit, an moriatur uiuo testatore, & tunc reconualescit, d. l. posthumus quæ loquitur de iure prætorio tantum, & in testamento secundū formam prætoriam. Et est ratio, quia testamentum prætorium non rumpitur in totum per natiuitatē posthumi, Sed solum inducitur exceptio, & per mortem non inducitur testamentum nouum, sed solum tollitur exceptio. arg. l. qui ex liberis. §. testamento. & §. fi. ff. de secundum tabul. cum forma prætoria tanquam naturalis non extinguatur per natiuitatem posthumi, Si uero nascitur post mortem, & tunc si incontinenti moritur quando nascitur uidetur quod non reconualescat, quia statim quod est natus inducta fuit ipsa cōtratabulas ad actum, & acquisitum ius posthumo formale, & magis afficitur testamentum, quia exceptio deducitur ad actum, unde fortior est, & non potest reconualescere nisi extinguatur per renuntiationem, Sed si uiueret per annum & taceret, & tunc reconualesceret, quasi sit renuntiatum exceptioni. d. l. filio præterito. quia fortius probat in posthumo si attenditur ratio communis, Et etiā hoc præsupponunt hic doctores communiter qui uolunt ex testamēto rupto posse dari secundum tabulas, & dum præsupponunt quod si tutor non petiisset per annum quod posset competere secundum tabul. & clarum est quod tutor non potest repudiare. l. seruus. §. tutor. ff. de bono. posses. sequitur quod etiam si incontinēti moreretur posset conualescere, quia infans non pōt repudiare, nec esse in negligentia, nec approbare.

Posset tamē etiam teneri quod generaliter per mortem posthum. de iure prætorio reconualescat testamētum, cum ius contratabulas æqualiter extinguatur per mortem sicut per repudiationem, ut per doctores. in l. 1. sup. quando nō pet. partes. & l. 3. §. finali. ff. de bon. possessio. tamen d. l. filio uidetur requirere quendam actum inducentem tacitam uel expressam approbationem. Sed pro prima opinione stringit fortiter textus. in l. 2. §. expectādi. ff. de secund. tabulas. ibi, morte uel repudiatione uel omissione. Nec dicatur quod dic. lex posthumus & d. l. filio procedant etiam de iure ciuili, quia ibi dicatur quod imperatores rescripserunt, & hæreditatē obtinebit, quia nō sequitur per hoc quod reconualescat de iure ciuili, quia imperatores rescribendo referunt ius antiquum, ut per Decium & ibi dixi in l. emancipata. sup. qui admitti. & l. 1. sup. quando non petentium partes. & patet in infinitis legibus codicis in quibus dicitur explorati iuris est. Item non sequitur, receptum est iure ciuili, ergo est de iure ciuili, sicut uidemus de obligationibus naturalibus, & de edictis cæteris prætorum ut notatur per Alexand. in l. necessariis. ff. de acquir. hæred. Et solum potest dici de iure ciuili quia ius prætorium præualet & patitur ius ciuile quod præualeat. Sed tamen uere totum fuit de iure prætorio. Item uerbum hæreditas, conuenit successioni prætoriæ. l. finali. sup. qui admitti. Nec ualet quod sit inducta communio per d. §. Sed cum paulatim. inst. de test. & l. 2. sup. de secund. tab. quia illa fuit in casibus expressis, non autem in omnibus, quia etiam in testamento discordant hæc iura, cum data cōtratabulas nō annulletur testamentum de iure ciuili. l. & si contra. ff. de uulg. & pupil. alias emancipati & cognati fuissent successibiles hoc tempore de iure ciuili, quod est contra. l. certum. infr. unde cognati. Nec obstat ibi uerbū subtilitate iuris, quia intelligitur iure ciuili ruptum, Et uerbum hæreditas, compræhendit etiam bonorū possess. l. fi. sup. qui admitti. Et hæc opinio multum uidetur probari in d. l. si testamentum. ff. de testamentis. dū ibi dicit quod testamentum ualet utroque iure, ergo præsupponit quod aliquando reconualescat de iure prætorio & non de iure ciuili, & ratio est ibi, quia per aperturam non desinit esse testamentum neque iure ciuili neque prætorio, ergo utroque iure reconualescit. Et hāc opinionē tenet Bar. & Imola in d. l. posthumus. & Alex. hic in 3. notabili & communiter doctores. in l. fin. inf. Vnde cognati. ubi post glo. allegāt istas leges ad probandum quod hodie est necessaria bonorum possessio, quia in illis casibus testamentum ualet solum de iure prætorio, & non potest adiri hæreditas, Et comprobat Decius hic in ultima lectura defendendo ab obiectionibus Iasonis de uerb. hæreditatem, & uerbo iuris scrupulositate ibi posito, & uerba impe. rescripserunt, & finaliter uidentur sequi hic ferrar. num. 21. Remanet igitur quod hæc limitatio doctorum non est uera de iure ciuili, Sed de iure prætorio procedit nedum si moriatur uiuo testatore, sed etiam si moriatur post mortem testatoris, & tacuerit per annum, quia tunc poterit dari secundum tabulas, ut probatur hic in tex. secundum intellectum omnium. Non obstat. d. l. qui ex liberis. §. testamento. ubi præsupponitur quod non reconualescat quando se dedit ad arrogandum, uel incidit secundum testamentum nisi sit alia uolūtas, Quia illud est ibi quia impedimentum superuenerat in causa efficiente, & in 2. casu demonstrauerat uoluntatē contrariam, unde oportet ut superueniat noua declaratio uoluntatis, Sed quando defectus est in præteritione, non est opus noua declaratione, quia uoluntas semper præsumitur durare, quidquid dicant hic ferrarienses qui non penetrarunt totam difficultatem.

Concordando tamen opiniones potest dici ut supra declaraui in d. l. fi. infr. unde legi. quod aut factum fuit testamentum secundum formam prætoriam cum septem sigillis, & tunc procedant prædicta omnia. Aut uero testamentum erat nuncupatiuum, & sic secundū formam ciuilem, cui tamen dantur remedia prætoria. l. 1. & 2. supra tit. 1. & tunc quia de eius forma requiritur institutio uel exhæredatio filii in potestate nato posthumo rumpetur in totum propter formam deficientem, sed postea recōualidabitur ex æquitate prætoria recepta a iure ciuili, sed tamen quia sine forma actus non potest induci. arg. l. 3. ff. de testam. solum reconualidabitur quantum ad legata, & seruabitur uoluntas testatoris non tanquam testamentum sed tanquam ultima uoluntas informis. l. filio præterito. secundum unū intellectum positum ibi, & sequitur Alex. hic nu. 8. col. 3. arg. l. hac cōsultissima. §. siquis autem. inf. de testam. cum ibi not. per doc. Sed si consideratur ius ciuile sine remediis prætoriis, & tunc rumpitur in totum sine spe reconualescentiæ.

22 Quarto † limitatur non procedere de iure prætorio in filio arrogato qui non rumpit testamentum nisi per contratab. secundum Iason. hic per glo. in l. non putauit. §. siquis emancipatum. ff. de cōtrat. quæ dixit quod extra-

extraneus exhæredatus postea iterum adoptatus habet cõtratabulas, quia licet sit ruptum de iure ciuili, tamen non est ruptum de iure prætorio, ergo per arrogationem de iure prætorio non rumpitur testamentũ. Sed Dec. hic & omnes moderni repræhendunt istam limitationem, quia filius naturalis & arrogatus æquiparantur utroque iure in modo rumpendi testamentum. §.1. inst. quib. mod. infir. test. & ibi gloss. & l. filius a patre. §. filius. ff. de lib. & posth. ubi Iason in 4. notabili dicit quod per arrogationem quis consequitur iura suitatis. & §.1. inst. de succes. libertor. & l.1. in princip. ff. de contrat. ubi dicitur liberos esse siue naturales siue adoptiuos. Nec obstat illa glo. quia non dicit differentiam esse inter arrogatum, & naturalem, sed illa loquitur secundum opinionem eorũ qui generaliter uolunt præteritione filii uel natiuitate posthumi non rumpi testamentum de iure prætorio & est uerissimum. Saluari tamen potest opinio Iason. in filio dato in adoptionẽ extraneæ personæ, qui non desinit esse filius patris naturalis, & solum succedit abintestato patri adoptiuo. l. fi. inf. de adopt. & §.1. inst. de adopt. & not. in §. admonendi inst. de hær. quæ abintest.

23 Tertio † colligitur ex isto tex. ibi, neque institutus neque nominatim exhæredatus, quod ille est præteritus qui non est institutus nec exhæredatus, nam cum illi detur cõtratab. quæ datur præteritis dicitur præteritus. Idem probat. l.1. ff. de contra. Et §. posthumi. Et §. mutat. inst. de exhæred. liberor. Et clarius quam aliquis alius inst. de hæred. quæ abintest. in §. eadem. ibi, præteritis. i. neque institutis neque ut oportet, exhæredatis. & l. inter cætera. ff. de lib. & post. glo. in l. nam & is. §. fi. ff. de inof. tes. & gl. inst. de exhæ. lib. in pri. ex quo sequitur quod ille qui habet legatum magnum in testamento, si non est institutus uel exhæredatus, dicitur præteritus. Sed incontrarium facit glosa. in l.3. infr. de liber. præterit. quæ dicit quod præterire est nullam mentionem facere, Ex qua sequitur quod ille cui relictum est legatum non potest dici præteritus, & ꝓ hac opinione facit lex cum quidam. inf. de fideic. ibi, præterierit nullo penitus relicto, & text. in §. mater. inst. de exhæred. liber. ibi, silentio præterierit. & in l. omnimodo. in principio. coniuncto. §. sinautem præterierit. sup. de inoffic. testamento. nam in principio dicitur quod agit ad supplementum qui habet legatum, & postea dicit, si autem præterierit, aduersatiue, ergo præteritus non est qui habet legatum. Et idem dicit tex. in §. sed fæminini. inst. de exhær. liber. ibi, si aliquid legatum est ne uideantur præteriti per obliuionem. Ideo Riminal. hic & Decius dicunt quod regulariter præteritus dicitur esse ille de quo nulla facta est mentio regulariter, & in materia indifferenti, fallit in filiis in hæreditate paterna, quia tunc præteritus dicitur esse ille qui non est institutus nec exhæredatus, licet habeat legatum, quia subiecta materia hoc dictat, cum pro forma testamenti sit introductum quod filius instituatur uel exhæredetur, alias sit nullum, Sed si quis uellet defendere communem opinionem posset respõdere omnibus iuribus, quia bene ponunt unam significationem istius uerbi præterire, sed tamen non probant quin etiam posit dici præteritus quando aliquid est relictũ non iure institutionis. Oporteret enim quod. ll. dicerẽt præteritionem tantum esse quando nulla facta fuit mẽtio, & nihil est relictum.

Et ideo uidetur concludendum, quod præteritus sit ille cui nihil relictum sit, & etiam ille cui aliquid est relictum, si non est institutus nec exhæredatus rite. Ferrarien. uero hic primo particulariter respondent ad omnia iura allegata per Dec. & Riminaldũ, postea dicũt quod præteritio capitur in genere, & in specie, In genere est quando nulla est facta mentio, in specie uero est quando nõ est institutus neque exhæredatus, Quod reincidit in illud quod dicebant Riminald. & Dec.

24 Ego † autem puto quod semper præterire sit nullã mẽtionem facere de eo quod quis tenetur facere, Nã præterire resoluitur idest ire præter illum, idest sine illo, hoc est nihil facere de eo, & ideo dicitur præteritis omnibus partibus anni. inst. de inut. stipul. §. penult. & præterire quinquennium. inst. de usuc. §. edicto. idest lapsis temporibus sine actu. Mentio autem secundum subiectam materiam dicitur fieri & non fieri, nam refertur ad illud quod debet fieri, Et ideo si debet quis institui uel exhæredari, præteritus dicitur quando nulla est facta mentio de eo in institutione uel exhæredatione, ut in testamento illius qui habet filios. Item siquis tenetur relinquere legatum, tunc præterire dicitur qui non fecit mentionem de eo in legatis, ut est in materia quærelæ inofficiosi testamenti, quæ datur illi qui nõ habuit quartam. l. cũ quæritur. sup. de inof. testam. & §. igitur. inst. de inofic. testamento. nec consideratur quo titulo habebant de iure antiquo. ut in d. iurib. dicitur. Igitur filius in bonis maternis dicitur præteritus ꝙ non habuit quartam, sed si haberet quartam, non posset dici præteritus ut posit habere quærelam. Et hoc modo capitur in l. omnimodo. sup. de inofic. testamento. nam per d. l. disponitur quod filius non posit quærelare testamentum quando habet aliquid a patre iure legati, sed solum potest agere ad supplementum, ergo præteritus ad quærelam non potest dici ille qui habet legatum, sed solum quando nihil habet in testamento, & ideo si esset factus commissarius testamenti, uel esset datus tutor, diceretur præteritus, quamuis esset facta mentio de eo, quia non est facta mentio de illo in eo quod tenetur facere. Sed si aliquod statutum dictaret quod pater teneretur nominare filium in testamento, tunc diceretur præteritus si non esset nominatus, si uero esset datus tutor uel comissarius factus non diceretur præteritus. Similiter in materia fideicommissi ille dicitur præteritus qui nihil habet directo uel per indirectum a testatore, sed si habet quocunque titulo nõ est præteritus, quia omnis habens commodum grauari potest. ut instit. de singul. reb. per fideicõ. rel. §.1. & ita intelligitur. l. quidam, inf. de fideicom. Item patronus non erit præteritus si habebit legatum. l. etiam. §. si debita. ff. de bon. liber. quia solum libertus tenetur dare portionem tertiam quocunque titulo. & ideo facta est mentio de eo ut debet per legatum. Sic igitur præterire non est simpliciter nullam mentionem facere de alio, sed est non facere mentionem, ut tenetur, & in eo quo tenetur. Et ideo exhæredatus quamuis milies nominatus sit, si non est facta exhæredatio ut debet, dicitur præteritus. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contrata. Et hodie filius dicitur præteritus a patre uel matre etiam quod habeat magnum legatum, si non est institutus in aliqua particula, ut nota. per Barto. & omnes in auth. excã. infr. de liber. præter. quia ita mandatur fieri.

Quarto notandum est ex isto textu. quod exhæredato non datur bonorum possessio contratabulas, nec ẽt beneficio præteriti, ut est tex. in l. filium. ff. de cõtrata. dummodo sit rite exhæredatus. d. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratab. & in hoc differt ab instituto, quia institutus beneficio præteriti potest habere contratab. d. l. post mortem. §. fin. ff. eo. & de ratione dicetur inf. cum glo.

25 Quinto † notandum est, similiter a contrario sensu, in secunda parte, quod secundum tabulas potest dari ex testamento, & sic existentibus nullis tabulis, quod uidetur contra tex. in l.1. §. exigitur. usque in finem. ff. de secun. tab. Sed doctores intelligunt istum textum quando lapsus est annus, ita quod præteritus exclusus est a contratab. nam tunc confirmatur testamentum per taciturnitatem. per l. filio præterito. ff. de iniusto rupt. & irr. testamento. Ex quo inferri uidetur, quod per taciturnitatem confirmatur testamentum quantum ad institutio-

stitutionem, quia pro legatis non datur secundum tabulas.facit.l.2.§.1.ff. de secund.tab. quod qualiter procedat inf.dicetur.

Sexto notandum est,quod quando petita est contratabulas non potest dari secundum tabulas, & sic nō cōcurrit contratabulas & secūdum tabu.Et ratio est manifesta,quia continent repugnatiam,cum secundum tabulas sequatur uoluntatem scriptam, & contratabulas detur contra uoluntatem scriptam.Fallit tamen quando datur ad partem tantum.l.Sed cum patrono. ff. de bonor.posses.& l.duo.ff.de leg.præst.& dicemus infr. cum Bar.Addit tamen hic Iaso.quod idem est & si non sit petita.per l.2.§.expectandi. ff.de sec. tabul. & ideo dicit hic narrari contingentiam facti. Sed Dec.repræhendit in princ.in 3.lectura.quia text. loquitur conditionaliter,si petita fuerit,quæ conditio inducit formā. arg.notat.in l.prætor.ff.de collat.bon. Ideo ipse dicit quod facta petitione non potest amplius perpetuo dari secundum tabul.quia taciturnitate non poterat confirmari testamentum.Quod etiam reprǽhendunt ferrarienses,quia immo poterit confirmari,cum infans possit restitui ad repudiandum,ut in terminis dixit Bar.in l.1.ff.de bonorum posses. inf.uel fur.delata.& esset idē ac si ab initio fuisset repudiata. sed Decius cōsiderauit ea quæ, a communiter accidentibus fieri solent. Et Iason etiam intellexit quod contratabulas non petita impedit secundū tabulas donec durat,ut probatur in tex. quem allegat. Et omnia coniungendo conclusio fit, quod donec durat spes posse peti contratabulas, uel si petita est & durat non potest competere secundum tabulas si contratabulas datur contra totum testamentū, alias secus.arg.d.l.sed cum patrono.& l.si duo. de leg. præst.secundum intellectum Bar.de quo infr. dicetur. Sed tamen non impeditur adiri hæreditatem de iure ciuili.l.& si cōtratab.ff.de uulg.& pupil. & l. si ex duobus.secunda.& l.filium.de contratabu.

26 Glo.1.timore†contrarii ampliat textū,nam tex.præsupponit quod contratabulas non detur instituto.ideo contradicit.l.3.§.liberi.& l.post mortem.§.fin.ff.eod. Glo.fatendo contrarium dicit uerum esse quod filio instituto datur contratabulas comittente edicto perpetuo,Et sic colligitur quod institutus ex persona sua nō habet contratabulas,sed solum potest habere beneficio præteriti,& in hoc concordant omnes; Si præteritus petiit contratabulas, & sic impugnationem deduxit ad actum,etiam quod præteritus uellet petere respectu præiudicii sui,& non animo quærendi instituto, ut probatur in d.l.post mortem.§.fi.& ibi Bart.not.Et in simili quæstione etiam idem dixit Bar.in l.a sententia. ff.de appel.colum.2.quod si tertius appellat pro suo interesse a sententia contra uictum lata & obtineat,uictoria eius proderit etiam uicto,& si in appellatione dixerit se tantum appellare & prosequi respectu sui præiudicii.per d.l.post mortem.§.fi. & sequuntur hic ferrarien.nu.36.in fine.

Sed duæ sunt dubitationes magnæ quas Decius hic confundit, una,an institutus posśit contratabulare antequam præteritus agat,uel potius eo tacente posśit. Secunda, an præterito repudiante contratabulas uel expresse approbante testamentum institutus posśit cōtratabulare testamentum,Et sic an præteritus posśit approbare testamentum in præiudicium instituti, Et in utraque quæstione est uidendum quando filius in potestate est præteritus.& quando filius emancipatus est

27 præteritus. Circa primum† doctores uarii fuerunt, ut patet ex allegatis per Alexan.hic.& per Rim.Cur. Decium & ferrarienses.Glo.in d.§.fi.uidetur dicere quod non sit necesse filium præteritum incipere petere, Sed gl.in l.si quis ex liberis. in uerbo committat. tenet quod sit necesse præteritum incipere petere, Sed pro opinione glo in dicto.§.fin.quam sequitur hic Alex.facit tex. in dicta.l.post mortem.§.fin.qui clare dicit posse instituttum petere præterito tacente,dum dicit, non expectant an illi petat, & dum dicit, cum enim simul admissi sint nō expectant an illi petant,& sic patet quod sine petitione præteriti institutus cōsequatur illud ius,Nec uidetur posse adaptari intelligentia glo. in d.§. si quis ex liberis.ibi,inceperunt petere, quia uerba repugnāt. Et intelligere petant cum effectu,est diuinare & uiolare,Et dicebant hic Ferrar. quod uerbum quoque præsupponit etiam præteritum non petiisse, sicut præsupponitur quod institutus nondum petierat,Et iste intellectus suadetur, quia per alias leges opinio clare probatur ut statim dicam.

Secundo Alex.adducit.l.illud. §.fi.ff. de contra.ubi ante natum posthumum præteritum institutus potest contratabu. Nec ualet responsio quod ibi sit casus specialis ut dicebant Dec.& Rim. quia specialitas ibi est quod contratabulas detur instituto antequam sit apertum edictum, cum non poterat dici præteritus suus ante natiuitatem posthumi,& supr. dixi in primo notab. ideo postea ibi determinatur ꝙ accipiatur, quia omnimodo erat successurus, & conuerti poterit in sec.tabu. sed tñ tex. præsupponit ꝙ habeat si natus esset posthumus etiam non facta petitione per eum, dum dicit iniquum est institutum non petere quandiu posthumus non nascatur, non autem dicit quandiu posthumus non petierit.

Tertio facit tex. in l. numquam. ff. de legat.præst. ubi emancipatus institutus petit cōtratabulas quæ postea conuertitur in secundum tabulas si ille omisit, ergo demonstratur quod ille non petierat, quia omittēs repudiat cum sit uerbum comprehendens omnem modum omittendi.l. 1. sup. quando non peten. par. cum glo.omittentibus. Nec ualet responsio tradita per Riminal. & Dec. quod ille tex. intelligitur quod post factam petitionem omiserunt,quia istud est diuinare, & illa inconstantia non præsumitur, quia ex extrinsecis cognoscuntur intrinseca.§.pauonum.inst.de rerum diuisi.& cum omiserit,apparet quod semper habuit animum omittendi, & per consequens quod nunquā petierit,Et ideo cum postea dicātur legata dari perinde ac si commissum non esset edictum, apparet quod sine petitione commissum erat edictum, Et confirmatur ut dicunt ferrar. dum dicit, nec enim occasio quæ denotat causam remotam ut per Decium sup. in Rub. qui admitti.ergo non per petitionem suam, sed solum occasione personæ suæ dicitur habere & consequi lucrū solum propter personam non per petitionem, Nec ualet alia responsio Decii hic, quod ibi erat petita de facto, & erat admissus, quia non erat credendum quod præteritus repudiaret, tamen postea petitio efficitur nulla, Quia immo illa petitio ualet ab initio, cum per eam consequitur hæreditatem sine alia petitione.

Quarto inducitur tex.in l.1.in fine. ff. si tab. testam. nullæ extab.& l.fin.ff.de lib.præter. quæ uolunt quod filius exhæredatus beneficio præteriti habeat unde liberi sine petitione præteriti, Sed uere ista duo iura nō multū faciunt,ex eo quia non loquuntur in cōtratabulas,Sed in iure dicēdi nullū, & in bonorū posseśio. Vnde liberi. Illa aūt cōpetit filio exhæredato non ꝓpter personā instituti, sed propter personā suā, quia testamento existente nullo ipso iure defertur successio abintestato, ut dicunt hic Ferrar. & ita debet dici tenendo quod testamentum prætorium ipso iure rumpatur in totum per præteritionem filii in potestate, sicut testamentum ciuile. Tamen tenendo aliam opinionem ꝙ immo in totum non rumpatur,& sit necessaria contratabu.Et tunc uidentur magis concludere. Tamen uere non faciunt,quia contratabulas non potest dari exhæredato.d.l.fi.de lib. & posth. ergo oportet quod filius in potestate prius rumpat testamentum, quo rupto uterque succedit ab intestato.

Ideo

Ideo quinto adducitur. l. duo. ff. de leg. præstan. ut præterito suo hærede & instituto emãcipato appareat commissum esse edictum incõtinenti, Nec ualet quod loquantur in filio in potestate, quia etiam in eo secundum unam opinionem est necessaria contratabulas si uult succedere de iure prætorio, & tamen dicit statim commissum esse edictum, & hoc demõstratur, quia postea dicit, & si ambo petierint, & sic præsupponit quod ante petitionem erat commissum edictum.

Sexto facit tex. in l. is qui in potestate. §. sed si unus. ff. de leg. præstand. ubi si emãcipatus unus est præteritus & alius institutus, dubitatur qualiter legata præstari debeant, & dicit ꝙ solus potest petere, & simul cum præterito fratre, & est magna uiolatio dicere ꝙ ibi ille præteritus prius petierat antequam omitteret.

Septimo adducunt hic ferrar. rationem, quia omnes fatentur quod si præteritus cepit petere, quod institutus potest postea petere etiam eo omittente postea, ut clare dicit tex. in d. l. nonnunquam. ibi, quamuis suo iure non utatur. ergo etiam eo non petente, quia paria sunt petere, & inutiliter petere. argum. not. in l. 1. ff. quod quisque iuris. Sed quia hæc ratio parum concludit, quia illa regula non procedit quando solum tractamus de aperiendo edictum, quia ipse petendo uidetur aperire edictum, & non curatur de perseuerantia postquam apertum est edictum, sicut in simili dicit glosa in l. petens. in fine supra de pactis. Ideo potest allegari melior ratio, quia si potest eo omittente, & per cõsequens eo inuito petere, ergo tanto magis eo ignorãte. arg. l. qui inuito. ff. de reg. iur.

Decius tamen hic tenet quod possit institutus petere contratabulas nisi prius sit intentata per præteritũ, quia requiritur ille actus petitionis suæ ut aperiat uiã instituto, & aperta ipse solus succedere postea potest. Et pro ista parte allegat. l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & irr. testamento. ubi præterito se abstinente testamentum seruari debet, ergo non potest petere contratabulas quæ datur ad rumpendum. Alex. uero & ferra. hic respondent, quod intelligitur de legatis quæ conseruãtur nõ autem de institutione quæ annullatur per contratabulas, & quod loquatur de eis patet, quia solũ dixerat de legatis, ergo dum dicit uoluntas ex bono. & æquo tuebitur, intelligetur de legat. tantum, sed Dec. replicat esse uiolationem illius literæ quæ simpliciter loquitur. Et ibi facta fuit mentio de libertatibus tanquam magis fauorabilibus, & quia discordia plerunque solet esse propter legata, cum sæpissime parentes soleant instituere inæqualiter, sicut etiam dicitur in l. Papinianus. §. si. ff. de inofic. testamento. tamen idem erat dicendum de institutionibus, Et de eis non fecit mentionem, quia non erat uis, cum omnes essent filii testatoris.

Sed tamen defendendo præcedentem opinionem, quæ probabilior est, potest dici quod illa lex loquitur in eo qui repudiauit in totũ, & quæstio nostra nõ est de eo qui repudiauit, sed de eo qui tacet, & adhuc põt admitti, & male fecit Decius inculcando duas q̃stiones.

Secundo adducit tex. in l. Papinianus. in princ. ff. de inofic. testamento. ubi pater non potest agere quærela inuito filio, quia eius iniuria est, sed uera est responsio Alex. & aliorũm quod ille tex. loquitur in quærela quæ non datur patri nomine suo, sed semper eam habet ex persona filii tanq̃ eius procurator & administrator, ut dixi in l. 1. supra qui admit. Et hoc probatur, licet ipsi non dicant, in l. filius. eo. tit. ubi pater agendo nomine filii non priuatur legato, ergo non est fundata in persona sua, Sed hic institutus agit remedio ꝓprio, & intentat contratabulas nomine suo, quia esset inconueniens quod nomine suo non daretur aliquod remedium, & ꝙ solummodo nomine filii præteriti possint agere, Et de directo respons. Decii contradicit. d. l. is q in potestate. & d. l. nunnunquam, ubi solus agit præ-diante præterito, & sic non facit.

Tertio adducit in ultima lectura. l. 3. §. siquis ex liberis ubi copulatiue dicitur, si alius committat edictum, & ipse institutus admittitur, Et idẽ dicitur in d. §. post mortem. ibi, & ipsi quoque. Sed responderi potest ad d. §. siquis ex liberis. quia uerum est quod oportet præteritum committere edictum, sed illud committitur ex sola præteritione, non autem requirit petitionem, & ad d. §. si post mortem. ibi, & ipsi quoque, quia illa copulatiua respicit potentiam, & dicit ꝙ utrique competit potentia petendi, sed nõ ꝙ requiratur quod præteritus petat, sed solum dicit sufficere quod præteritus petere possit, hoc est sit commissum edictum.

Quarto inducitur. d. l. post mortem. §. fin. ibi, & ipsi quoque petunt. Nã dictio quoque, implicat, ergo præsupponitur ꝙ præteritus debet petere, & quod ibi petierat. Sed responderi potest quod ibi implicatur potẽtia petendi, non aũt ipsa petitio, nam uerum est ꝙ utrique competit Ius petendi, Sed tamen non est necessarium factum præteriti ut institutus petere possit, ut clare dicunt alia uerba.

Quinto adducit tex. in l. is qui in potestate. §. sed si unus. ff. de leg. præstan. ubi si solus institutus petit contratabulas præstat legata ac si adiuisset, ergo nõ habet eam cum effectu, quia solum eã habet cum effectu præterito petente, Sed responderi potest quod hoc nõ tollit quin sit commissum edictum, & illa contratabulas non petatur, sicut fit etiam in l. illud. §. fi. ff. de cõtrata. quamuis institutus non petat. Et esset ualde inconueniens quod instituto interim nõ cõpeteret contrata. nec secundum tabulas, ut dicitur in illo tex. & hæc est potentissima ratio, & fuit Cur. hic nu. 35. Nec ualet respons. ferrar. quod possit adire, quia non curatur, cum prætor non relinquebat suos uocatos sine remediis suis. Ex quibus patet ꝙ institutus potest petere contratabulas etiam tacente præterito, siue præteritus sit in potestate siue sit emancipatus, quia dicta iura loquuntur generaliter, & quantum ad petendum contratabulas, non est differentia, Sed solum quantum ad soluendum legata, ut patet in eis. Et differentia quam facit Decius hic de iure dicendi nullũ, Et contratabulas cõfunditur per d. l. filio præterito. quæ loquitur in iure dicendi nullum, & tamen præteritus potest approbare testamentum impediendo institutum oppugnare testamentum, ergo inuito præterito filio in potestate institutus non potest effectualiter uenire contra testamẽtum, maxime cum nec ipse uelit testamentum ibi ualidari, quantum ad institutiones, ut uoluit Bart. in d. l. si post mortem. §. fi. ff. eod. Ideo dicendum est ut statim resoluendo dicam.

Tertia est dubitatio, an institutus possit cõtratabulare testamentũ præterito repudiante bono. posses. & approbante testamentũ, & sic an præteritus possit facere ꝙ testamẽtũ habeat effectũ, uel potius institutus possit semper uenire cõtra testamentum et inuito præterito, cũ a lege beneficio præteriti iã sit consequutus beneficiũ perfecte, Et Bal. hic in prima quæstione tenet ꝙ institutus possit semper petere contrata. etiã præterito repudiante, & eo inuito, per dicta iura, quia ius ei quæsitũ ex persona alterius nõ põt auferri ei inuito. l. si. ff. de pact. Sed Bar. in d. l. filio præterito sentit per illum tex. ꝙ immo filius præteritus possit impedire institutũ uenire contra testamentũ, per illum textũ. Et hanc opinionem tenet Decius hic, quia si eo tacente non potest, ergo tanto minus eo inuito & approbãte testamentũ. Et quia hæc contratabulas datur propter iniuriam præteriti, & in eius fauorem forma testamenti fuit introducta. ergo ei potest renuntiare. ut per Bart. in d. l. filio colum. penul. & in l. 1. §. si filius. ff. de leg. 3. & facit lex non putauit. §. siquis suã manu. ff. de contratabul. Ferrarienses uero hic tenent opinionem Bal. quam sequitur Cinus Alexan. nume. 7. & Rimin. nu. 3. Aret. in l. si

na.ff.de lib.& posth.& Roman.consi.24. & adducit in effectu ea quæ allegauit in præcedenti quæstione.

58 Sed † pro resolutione totius difficultatis considerandum est, quod iura clare dicunt instituto competere bonorum possesio.contratabu.ex hoc solo quod reperitur præteritus filius aliquis, ut patet in d.l. post mortem.§.fi.& d.l.nunquam.& l.is qui in potestate. §. sed si unus.ff.de leg.præst.quæ non possunt cauillari, sine expressa uiolatione literæ. Et esset ualde inconueniens quod antequam præteritus peteret, institutus non haberet, nec contratabulas nec secundum tabulas, cōtra d.l.illud.§.fi.ff.de contratab. Et d.l.si duo.eo.titu.dicit apparet commissum esse edictum. Et si esset necessaria aliqua petitio, & actus præteriti, non posset dici apparere cōmissum esse edictum. Et postea dicit & si ambo petierint, ergo antequam peterent erat commissum edictum. Et confirmatur ratione, quia edictum comitti tur per præteritum, ut in d.iuribus. & contrata. competit sine aliquo facto suo. l.3.§.a municipibus. ff. de bon.posses.ergo sine facto suo commissum est edictū, & ista contratab.durat, ēt alio repudiante. ut d.l.nonnunquam.& d.l.is qui in potestate.§.sed si unus. Et sic apparet conclusionem Alex.ueram esse, quod sine facto præteriti institutus potest contratabulare, Item et iura clare disponunt quod repudiante præterito institutus non debet lucrari, ut est tex.in d.l.nunquam. ibi, nec enim occasio præteriti emancipati debet institutū lucro afficere, quia iure suo non utatur, & sic effectualiter testamentum non alteratur idem dicitur in d. l.is q in potestate. uer. sed si unus. qui uult quod si solus institutus contratabulat quod tenetur legata præstare perinde ac si adiuisset hæreditatem, & sic apparet quod testamentum non alteratur, Sed contratabulas habetur iure secundum tabulas. d.l.nonunquam, sed si secundū tabulas accepta fuisset, uel adita hæreditas, testamentū conseruaretur, ergo etiam hoc casu conseruari debet, Idem etiam probatur in d. l. filio præterito quæ licet faciat mentionem de legatis, tamen quia ponitur sub titulo in quo tractatur principaliter de ualiditate institutionis, debet dici quod loquitur etiam de institutione quæ conseruatur, & maxime cum non reperiatur bene iure dispositum quod legata omnia conseruentur si ne institutione, ut in d.l.is qui in potestate. §. fina.& l. Saluius. de leg. præst. & arguitur de legatis ad institu. Quarto etiam hoc probatur per istum textum in fine q præsupponit quod si non est petita contratabulas possit competere secundum tabulas, & sic testamentū possit in totum confirmari per præteritum etiam quantū ad institutionem, cum secundum tabulas non possit dari pro legatis, sed pro institutionibus. Item militat illa ratio quod non debet institutus affici lucro si præteritus non utatur iure suo d.l.nonunquam.& l.2.§.si fit cō sanguinea.ff.ad Tertulia.

Et ideo ego puto utranque opinionem posse sustineri, & diuersis respectibus, & posset reduci ad concordiam. Nam si consideramus ipsam petitionem bonorū posses.contratab.& ius petendi eam, illa competit sine facto præteriti, & eo ignorante seu tacente uel repudiante & approbante testamentum, & sic eo inuito & ignorante.per.d.l.p mortē.§.fi.ad l.illud.§.fi.de cōtra tab.& l.is qui.§.sed si unus.& l. si duo. ff. de leg. præst. non destruendo literam. Et prr illam rationem efficacissimā, quia esset inconueniens quod interim testamē tum esset innane in persona instituti ut non posset habere neque secundum tabu.neque contratab. ex causa præteriti, cum sit omnino successurus abintestato. ut considerat tex.in d.l.illud.§.fi.eo.& l.uentre. ff.de acquir.posses.& iura clare hoc dicunt. Nec ualet responsio ferrar.hic quod immo posset adire, quia præterito filio in potestate non est uera, & præterito etiam filio emancipato non obst.quia ius prætorium non cogitauit quod habeat ius adeundi de iure ciuili, sed ipse nolebat suos uocatos esse sine remedio suo, cum tempore edicti ex testamento prætorio non poterat adiri hæreditas. Sed si consideramus effectum postea & totam utilitatem petitionis, tunc opinio contraria uerior est, quod eo omittente labi tempus seu approbante testamentum remanebit illesum testamentum, & totū obseruabitur ex bono & equo, quia contratabulas petita conuertitur in secundum tabu.seu retinetur iure secundum tabul.d.l.nonunquam.& d.l. is qui in potesta te.§.sed si unus.& d.l.filio præterito. Et ideo effectus petitionis stabit in suspenso donec præteritus uel petat uel excludetur.d.iuribus. & hæc distinctio uidetur esse de mente glo.in d.§.post mortē.& uera, licet Bar. ibi eam non approbet, & probatur per d.l.3.§.si fit cō sanguinea.ff.ad tertul. Quæ conclusio procedit etiam si filius in potestate est præteritus, ut dicitur in d. l. filio prærerito.quæ loquitur de filio in potestate, dum utitur uerbo abstinuit. Nec obstat. d.l.si duo.ubi abintestato potest succedere, quia uerum est si uult succedere de iure ciuili, Sed si uult succedere de iure prætorio, tunc testamentum ualet etiā existente præterito filio in potestate, quod patet, quia emancipatus soluit legata, & ibi dicitur quod plena fruitur uoluntate si nō petiit contratabulas. Nec obstat.d.l.fi.ff.de lib.& posthu. & l.1.in fine. ff. si tab. test. nullæ extab. quæ uolunt q abintestato succedatur per Vnde liberi.ergo testamē tum est nullum etiam iure prætorio, quia illa iura loquuntur quando extraneus erat institutus, & facilius rumpitur testamentum, quia ille non potest confirmare adeundo hæreditatem.item si ibi petitur unde liberi præsupponendum est quod contratabulas sit petita, & annullatum testamentum etiam de iure prætorio. Et in filio in potestate præterito contratabulas habet uirtutem rumpendi testamentum in totum & reducendi rem ad causam intestati, secus est autem quando datur emancipato filio qui non habet ius dicendi nullū, ut infr.dicā. Et ita etiam distingui debet. l.is qui in potestate.in principio.ff.de leg.præstand.quia de iure ciuili potest succedere abintestato, non petita contratabulas, sed de iure prætorio non succedet abintestato nisi petita contratabulas, quæ in hac parte potest reducere rē ad cām intestati, iuxta.l.ut liberis.infr.de collationibus. Nec obstat quod præteritus approbando nō potest insuflare spiritū testamento nullo, quia uerū est si succeditur de iure ciuili, quia testamentum nullū nō potest confirmari. l.uxoris abortu. infr. de post. hær. inst.& l.si filius q in potestate. ff. de liber. & posth. sed bene de iure prætorio potest confirmari, quia per præteritionem non est in totum nullum, sed solum nata est una exceptio efficax impediens effectum testamenti, ut dixi in præmissis, ideo confirmari potest sublato excep.iure per repudiationem contratabulas. Et hæc opinio tanquam æquior & fauens testamentis & neminem offendens est tenenda, Et eam auxit imperator Iustinianus in Auth.ex causa.inf.de lib.præteritis, ubi plus disposuit quod utroque petente contratabulas institutiones annullentur, & cætera firma maneant. Sed si contingeret quod præteritus approbaret testamentum expresse. uel omittendo contratabulas, tunc etiā hodie ualerent institutiones contra uoluntatem institutorum, ut inf.dicam in d.auth. ex causa deliber.præteritis. Et ita habes unam limitationē ad institutum, ut ille beneficio præteriti habeat contratabulas. Alia est etiam limitatio quando institutus non est rite institutus, quia sicut non rite exhæredatus est præteritus. l. non putauit.inf.de contratab. §.non quæuis. ita etiam institutus non rite erit præteritus, ut si instituatur in re ppria, & inqua pater habet usum fructum, ut per Bal. in l.scimus in 4.quæst.sup. de inof.testō. & l. suus quoque.in prin.col.2.uer.iuxta prædicta.ff.de hæred.inst. & Alex.in consi.20.ponderatis.col.3.lib.3. & Dec.hic nu.7. & ferrarienses.

Ex

29 Ex quibus†sequitur, quod quis consequitur ex persona alterius quod per suam habere non potest. concordat.l.Aristo.de don.late per Iasonem in l.si emancipati.de collat.colu.3.& in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff. de lib.& posth.col.8.uer.limita secundo.in 2.lectura. Felinus in c.1.de præscr.multa cumulans colu. 3. uer. ibi propter textum aureum.& Brun.in tractatu exclusi uo fœmin.in 3.q.princ.quæst.14.alias carta.9. colu.1. ibi, ex quo infero. Et inferri posset ad quæstionem quando filius est grauatus per fidricommissum si decedat sine filiis masculis, decessit cum masculis & fœminis,fideicommissum deficit fauore masculorum,an fœminæ isto casu succedant beneficio masculorum Socinus in l.cum auus.ff.de condit.& demonst.decidit ꝙ sic per tex.in d.l.post mortem.§.fi.

Item infertur,ad quæstionem aliam in pratica, plures fecerunt delictum simul,inter quos erat unus clericus,Si fuerunt inquisiti per iudicem laicū, clericus poterit petere se remitti ad iudicem ecclesiasticum,& propter personam suam etiam omnes sunt remittendi.Anton.de prato ueteri in l.1.ff.quæ senten.sine.appel.resc.Marian.in c.2.colu.15. uersic. octauo fallit.de mut. petit.& in c.1.colu.4. uer. decimaquinta declaratio.de foro competenti.& in consi.12.colu.6. uolu.1. Stefan. Aufr. in clem.1.de foro competenti in adit.in 2.regula fallentiæ.15.sub rubrica de potestate ecclesiæ super laicis.Mars.sing.5.Et Ferrat. cautela 10.Dubitari ergo potest an clerico non petente possint alii hoc petere. Et ferrar. hic nu. 56. determinant quod sic propter rationes Alex.in præcedenti quæstione, Sed uerius est quod possint petere,Sed tamen petitio non habebit effectum eo repudiante, ut statim dixi per prædicta & l. 2.§.si sit consanguinea. ff. ad ter. facit quod dixit Bart. in d.l.post mortem.§.fi.in sua distinctione.

Glo.in uerbo nominatim,tria facit,in 1. ponit quomodo posthumus debeat exhæredari, in 2.ponit an exhæredato competat contratab.in 3.ponit quando præteritis datur contratabulas.secunda ibi,item nota 3.est

30 ibi,idē in præterito. †Ex prima parte colligitur, quod olim posthuma fœmina poterat exhæredari inter cæteros, hodie uero omnes posthumi sunt exhæredandi nominatim, Exhæredatio autem nominatim non fit in posthumo per nomen proprium, quia nullum habet, Sed fit nominando eum posthumum uel posthumam. l.fina.in fine.infr. de liberis præteritis. ibi, idest facta mentione posthumi & posthumæ. Exhæredatio autem fiebat inter cæteros si dicebatur, filium instituo, cæteros exhæredo, cum sub nomine cæterorum compræhendebantur omnes tam existentes in primo gradu quam secundo uel tertio, & etiam extranei poterant contineri,& idem quando dicebat reliquos exhæredo,quamuis glo ibi repræhendat & male. Item poterat fieri dicendo filium instituo & nullum alium uolo esse hæredem,nam omnes sunt exclusi,ut per Bar.in simili in l.quotiens.§.si duo.ff.de hæred.instit.

Item colligitur ex textu cum glo. quod posthumus etiam hodie potest exhæredari.concordat.d.l.fi §.fi.in fr.de lib.præter.& l.3.in prin.& §.nominatim.ff.de iniust.rup.& irri.testamento.& §. posthumi instit. de exhæred.liber.Sed in contrarium est textus in l. siquis in suo.§.legis.sup.de inofic.testamento. ubi infans hodie non potest exhæredari, quia qui non sentit non potest dici ingratus,Iason relinquit insolutum, Sed Decius dicit quod posthumi possunt exhæredari ad effectum ut seruetur forma testamenti,& ut per natiuitatem nō rūpant testamentum ut hic,& d.l.fi.de lib.præter.sed tamen postquam sunt exhæredati, illa exhæredatio non nocet quin incontinenti concedatur querela,& sic propter exhæredationem nunquam possunt excludi a querella,Sed quia hæc ratio nihil ualet,quia nullus exhæredatus excluditur a quærela propter exhæredationē, sed bene non semper per quærellam rumpit testamentum,ut si iuste esset exhæredatus.Item nulla forma requirebatur.ibi,quia erat testamentum matris.§.mater de exhær.lib.Ideo ferrar.addunt aliam responsionem dicentes quod ille tex.loquitur de matre, nō autem de patre,quia in matre non requiritur pro forma, sed solum in patre.Quæ responsio non est generalis, & licet loquatur in matre, tamen ratio est generalis quod ingratus dici non potest qui non sentit.Vnde duobus modis potest responderi, primo quod ibi non prohibetur exhæredatio,sed prohibetur quod quando agitur quærela non possit obiici de ingratitudine patris, & propter ingratitudinem patris prægrauari filius infans, quasi ipse sit ingratus propter factum patris,Vel si uolumus dicere ꝙ ibi prohibetur exhæredatio, ut sit nulla in infante,illud est quia exhæredatio erat facta ex causa ingratitudinis,sed tamen ille text.non prohibet exhæredationem ex sola uoluntate quæ poterat fieri. l. multi non nomine.ff.de liber. & posth. cum concord. allegatis ibi in glo.Et sic iure codicis posthumus & infans exhæredari potest simpliciter,ut in istis iuribus ꝓbatur,sed nō potest exhæredari propter ingratitudinē quia cum causa apparenter sit iniqua uel nulla, etiā ipsa exhæredatio est ipso iure nulla, sicut dicit Abbas de sententia apparenter iniqua quæ est ipso iure nulla in c.quoniam contra.de probat.& ibi latius Dec.

31 Hodie†uero,quia per auth.ut cum de appel. cognoscitur. §. aliud quoque capitulum. inductum fuit quod nemo possit exhæredari sine expressione causæ,& causa debet esse de enumeratis ibi per Iustinianum, quarū nulla potest cadere in posthumo uel infante, Ideo sequitur ꝙ hodie posthumus uel infans nullo modo pōt exhæredari, & hoc tenent communiter doctor. & corrigitur ibi ius antiquum, quia sine expressione causæ ualebat,licet aliquando erat necesse ꝙ probaretur per hæredes.Alcia.tamen in ca.10.lib.4.paradox. tenebat ꝙ ēt hodie posthumi possint exhæredari, quia illa constitutio Iustiniani non comprehendit posthumum, cū generaliter loquatur, & erat iā dispositū in posthumo particulariter ꝙ posset exhæredari sine causæ expressione,ideo non comprænenditur in constitutione quę uoluit tantum certas causas perstringere, Sed hæc rō falsa est,quia immo & omnes alii poterunt sine causæ expressione exhæredari, & non erat necessariū probari per hæredes demerita, sed hodie ibi nouiter est introductū ꝙ exprimatur causa & probetur postea, alias sit nulla, & ideo ēt comprænenditur posthumus. Ex quo sequitur ꝙ hodie uenter exhæredatus mittitur in possessionem.l.1.§.totiens.ff.de uentre in poss.mittendo.& ibi Bart. & ēt natus habebit contratabulas, quia non dicitur exhæredatus ut debet & continetur sub.l. non putauit.§.non quæuis. ff.de contratabu. ex extensione passiua.argumen. l.1.§. lex falcidia. ff. ad legem falcidiam. quia si non est exhæredatus rite uere est præteritus.

Item ex ista glo.dum allegat.l.non putauit. §. a primo.colligitur quod exhæredatus a secundo gradu, si primus gradus non habuit effectum, quod habet filius contratabulas,& tamen dicitur contrarium in l.1.§.fi. quod immo remanet exhæredatus & non habet contratabulas,& sic iura quæ allegat glo.pro concordantibus sunt contraria ut hic per Alexand.Sed Dec. saluat quod glo.non allegauit.d.l.3 §. fi.sed allegauit in §. 1. qui concordat ꝙ exhæredatio facta sub cōditione uel nō ab omnibus hæredibus non ualet. Tamē postea nō soluit contrariū.Bar.uero in d. l. a primo.soluit ꝙ in d. §.fi.erat filius in potestate præteritus,& primus gradus erat ipso iure nullus,sed in d.§.a primo pręteritus erat filius emancipatus.sed Soc.repræhendit,quia in d.§.fi. non aparet ꝙ sit filius in potestate.Ideo soluit quod d. §.a primo nō dicit quod semper sit peremptus primus gradus, sed dicit perempto primo gradu, idest si primus gradus erit perēptus,conditionaliter,Qualiter au

tem perimatur non declarat, sed intelligitur secūdum alia iura, & est uera responsio, quam etiam sequuntur hic Ferr. Casum autem dicunt esse quando filius in potestate est præteritus, Sed mihi non placet, quia d. §. a primo. & ipse potest loqui in filio in potestate, Et ideo ego puto ꝙ d. § fina. loquatur de iure ciuili in testamento cōsiderato de iure ciuili, quo casu nullus est primus gradus per præteritionem filii in potestate, & uolunt docto. communiter ibi. sed d. §. a primo loquitur de iure prætorio, & procedit tam in filio in potestate quam emancipato, sed tamen testamentum non est ipso iure nullum, quia oportet saltem de facto contratabulari, ideo oportet distinguere ut ibi, an testamentum fit caducum quia hæredes sunt mortui in uita testatoris, uel post mortem, quia si supersunt defuncto, testamentum incepit habere effectum, & nata fuit secūdum tabulas, & per consequens contratabulas. Et resoluitur difficultas in hoc, aut testamentum est nullum ex alio defectu quam præteritionis, & tunc sufficit ꝙ sit exhæredatus ab uno gradu, quia testamentum incipit ab illo. d. §. fi. Aut uero testamentum non est nullum ex alio defectu, & tunc exhæredatio non ualet, quia reperitur gradus ualidus a quo non est exhæredatus, & distinguitur postea, ut in d. §. a primo.

32 Ex secunda†parte glo. colligitur, ꝙ exhæredato rite non datur contrat. l. post mortem. §. exhæredati. ff. eo. Sed incontrariū facit, quia ille qui est institutus in minori ꝗ legitima dicebatur exhæredatus, & ei competit quærella. l. cum quæritur sup. de inoffic. test. l. Papinianus. §. unde si quis. ff. de inoffi. test. & tamen ēt habet cōtrat. l. fi. §. fi. ff. de leg. 3. ergo exhæredatus habet contrat. Soluebat Imola in l. & si contrat. in fine. col. penu. ꝙ institutus in minori portione ꝗ legitima non dicitur proprie exhæredatus sed quasi exhæredatus, & est casus mixtus, ideo eligitur media uia, quia si non esset aliquis præteritus tunc habet in subsidium quærellam tāquā exhæredatus, sed si est alius præteritus, tunc tanꝗ institutus habet contratab. d. l. fi. §. fin. & sic aliquando consideratur tanquā institutus, aliquando tanꝗ exhæredatus, & est unus casus quo institutus habet quærellā secundum Aret. & Ias. in d. l. & si contratabulas. quanuis Imola uideatur inclinare ꝙ sit præteritus. Tamen alia opinio tutior est, quia in d. l. fina. præsupponitur quod solum habeat contratabulas commisso per alium edictum. Hodie uero cessat ista difficultas, quia si est institutus in minima particula non potest rumpere testamentum per quærellam, sed agit solum ad supplementum, per l. omnimodo. sup. de inoffic. testamē. & notatur in auth. ex causa. inf. de liber. præter.

33 Item†contra colligitur ꝙ exhæredato non rite datur cōtratabulas. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contrata. Sed incontrarium facit lex fin. ff. de lib. & posth. quæ dicit quod exhæredato non datur contratab. & male agit eam intentando. Docto. fatentur contrarium, & dicunt esse ibi specialem casum in quo exhæredatio est nulla, & tamen non datur contratabu. ita dicunt ibi Imol. Aretin. & Alexand. Sed Dec. repræhendit, quia non apparet ibi aliqua ratio specialitatis, & regula est generalis quod contrata. datur quando exhęredatio est nulla. d. §. non quæ uis. ideo ille casus etiam compræhenditur quia non ualet ibi exhæredatio. Vnde ipse concludit contra limitationem, dicens quod ibi datur contratab. sed est sine effectu, quia testamentū est nullū, & tex. præsupponit dū dicit male agit, Sed hæc resolutio est falsa, quia immò ille tex. præsupponit ꝙ non datur contrat. dicendo nihil agit. l. 1. in fi. ff. quan. dies leg. usufr. cedat. & no. per gl. in l. itē quia. §. huius rei. in uerbo male petitur. ff. de pactis. & facit tex. in l. post mortē. §. exhæredati. ff. de contra. ubi exhæredati cōmisso edicto nō habent quærellam, ergo testamentū erat nullū, quia cōmittitur edictū solū per præteritionē, & dicere ꝙ ibi erat pręteritus emācipatus, est diuinare & uiolare illū tex. Ideo postea ipse in ultima lectu. nu. 6. tenuit gl. sed aliter non declarat, Ferr. uero hic nu. 50. dicunt ꝙ ideo ibi nō datur cōtra. quia exhæredatio rite facta est respectu suæ formæ, sed solū deficit propter subiectū, quia testamentū non ualet ex alia causa, Vnde cōclusio intelligitur qñ exhæredatio est nulla ꝓpter suā formā, secus si sit nulla propter testū, & dicit hoc ꝓbari in l. filiū. §. exhæredato. ff. de cōtrat. ubi exhæredatio est nulla ꝓpter nō aditionē & tñ non datur contrat. sed succedit abintestato. Sed hæc respōsio nō placet, quia pro forma exhæredationis requiritur ēt ꝙ testū ab initio ualeat, & in d. l. filiū, ibi testū ualebat ab initio cū hæredes poterāt adire, & ipsi nō tollūt, licet demōstrent uelle tollere, Ideo Soc. in l. si filius qui in potestate. nu. 8. uer. sed tu cōsidera. dicebat ꝙ in d. l. fi. testamentū non erat in totū nullum de iure prætorio, & ideo exhæredatio ualebat. Sed Ferrarienses repræhendunt, quia in contrariū est communis opinio, ꝙ immo sit testamentū ēt ipso iure nullū ēt de iure prætorio, ut inf. dicetur. Sed ego puto uerā esse, quia ego inf. defensabo ꝙ testamentum est ualidū de iure prætorio. & d. l. fin. illam opinionem probat. Sed si teneremus communem sententiā, oporteret recurrere ad solutionem Ferrar. quod ibi nō erat defectus in forma exhæredationis, sed in subiecto tantum, Et ideo si testamentum deficeret propter testes uel sigilla, adhuc idem dici deberet, Quare remanet ꝙ exhæredatus rite non habet contratab. neque ex persona sua d. l. si post mortem. §. exhæredati. neque si per aliū committatur edictum. d. l. fin. ff. de liber. & posthum. & d. §. exhæredati.

34 Sed dub†um est de ratione istorum dictorū. Et primo quare prætor non dedit contratab. exhæredatis sicut dedit præteritis. Iason & Corn. dicebant ex æquitate hoc factum fuisse, quia prætereundo pater delinquit non seruando formā testamenti, & exhæredando non delinquit, ideo non punitur ut rūpatur testamentū. Sed Dec. repræhendit, quia institutis datur quibus testator nō delinquit, Itē in præteritione emancipati non est delictū, & tñ datur ei, a prætore contratab. Itē falsum est nō esse delictum in exhæredatione, cum magis delinquat pater in exhæredatione inique imputando filio delictū ꝗ prætereundo filiū. arg. no. in l. si mora. ff. solu. matrimo. Ideo Dec. dicit nō esse curandū de ratione, quia habemus mentē prætoris clarā in d. l. nō putauit. & in d. §. exhęredati. sicut ēt habemus in matre. §. mater. inst. de exhæred. liber. Sed hoc est refugiū miserorum, quia non est credendū has diuersitates prætorē induxisse sine ratione, cum moueatur æquitate, Et ꝗuis posset respōderi aliquibus motiuis Dec. cōtra primā rationē, tamē illa non placet ēt, quia prætor nō habuit considerationē delicti, cū utroque casu consentiat testamentū infirmari. Ideo Cur. nu. 39. assignabat aliā, dicens ꝙ prætor impugnādo testamēta non adinuenit remedia nisi necessaria, & in filio emancipato præteritio fuit necessaria ab initio, sed in exhæredato non fuit necessaria, quia habebat quærellā, Sed hæc ratio non concludit ut hic per Ferrar. quia in filio instituto non fuit necessaria, & tamen extensa fuit ad illum, ergo eadem ratione uidebatur extendenda ad exhæredatum, ut possit rumpere testamentum remedio prætorio. Ideo Ferrar. assignant aliam, quæ fuit Dec. dicentes quod si exhæredato daretur contratabulas non fuisset sufficiens remedium, quia in contratabu. solum quæritur an sit filius, sed in quærella quæritur an sit gratus, uel commiserit ingratitudinem, idest an mereatur, nam esset inconueniens ꝙ male meritus excluderet institutos, & oppugnaret testamentum. Nec obstat si dicatur quod attenta hac ratione deberet etiam excludi a successione abintestato, quod tamen non fit. l. fi. ff. de lib. & posthu. respondet quod tunc successionem non habet ex propria persona sed beneficio præteriti,

teriti,ideo non considerantur demerita, Sed hæc ratio,licet aliquantulum adhæreat ueritati, tamen non est perfecta, quia non tollit bene contrarium quare fit locus successioni abintestato,& quod male meritus beneficio alterius admittatur, nec est bona responsio ut statim dicam.

Ideo ego puto rationem esse quia contratabul. datur ad similitudinem iuris dicendi nullum. l.1. in prin. ff.eo.ibi,eo iure,eoque ordine quo uocantur de iure ciuili.& l.1.§.recte.ff.si tab.test.nul.extab.Sed ius dicendi nullum non datur exhæredatis ergo nec contratab. Quare autem ius dicendi nullum non datur exhæredatis,habetur in l.in suis.ff.de libe.& posth. §.quia per exhæredationem tollitur effectus suitatis in filiis in potestate,& in filiis emancipatis effectus quasi suitatis.arg. §.1.inst.de agn.suc.& l.sed cum patrono. §.1. de bono. posses.Et in summa, contratabulas datur suis, & quasi suis,sed exhæredati propter exhæredationem sunt priuati suitate,ergo eis ex propria persona non potest dari contratabulas, Et hæc etiam potest esse ratio quare prætor non fecit remedium aliquod exhæredatis,quia intendebat solum prouidere suis & quasi suis.Et exhæredati propter exhæredationem donec durat exhæredatio,non reputantur pro suis.Faciunt ea quę dicemus inf.super ratione quare contratabulas non pertinet ad testamenta fœminarum,iuxta.l.illud.§.ad testamenta. ff.de contratab.facit.l.filio.§.contra.ff.de inoffic.testamen.Item in contratab.agitur solum de iure testamenti propter non seruatam formam non faciendo mētionem de suo hærede,in exhæredatione uero non discutitur de forma,sed de meritis filii.d.l.filio. §.contrata. Item contratabulas est remedium summariū quod datur apparenter merentibus, & quærella est remedium ordinarium in quo oportet discutere de meritis filii,& esset inconueniens ꝙ ita summarie exhæredatus non merens admitteretur ad successionem contra iudiciū patris qui non præsumitur inique exhæredasse, arg. l. fin.§.si autem.inf.de cur.fur.

35 Item† dubitant hic docto. de ratione quare exhæredato non datur contratab.beneficio præteriti sicut datur instituto.Cur.hic nu.18.refert quosdam dicere, qa instituto potest esse utilis,quia posset esse quod inequaliter esset institutus,uel pro minori portione,& per cōtratabulas consequitur totam uirilem, sed hoc exhæredato non est necessarium,quia per quærelam habet totam uirilem suam abintestato. Quæ ratio non est generalis secundum Ferrar.hic num.43.quia non concludit quando filius haberet suam uirilem in testamēto, Ideo secundam assignat hic Cur.quia alias institutus non haberet aliquod remedium, cum secundum tabulas non possit dari,quia impedit contratabulas.l.2.§.expectandi.ff.de sec.tab.quæ ratio cessat in exhæredato cui etiā erat prouisum adita hæreditate de quærella, & potest cogere hæredem deliberare an uelit adire.l.1.ff. de iure delib.& glo.in l.quandiu. ff.de acquir. hæred. Sed Ferrar.repræhendunt, quia immo poterat institutus adire de iure ciuili pendente contratab.d.l.& si contratabulas.quæ clara est.& sic habebat remediū. Nec obstat lex uentre.ff.de acquir.hær. quia ibi illud fuit propter emancipatos & extraneos qui nō poterant adire, Item ille institutus poterat expectare quod pręteritus committeret,uel laberetur tempus,uel acceptaret, nam eo repudiante succederet ex testamento,& eo rumpente succederet abintestato.

36 Nec etiam† ex parte exhæredati ualet, quia si attenderemus ꝙ esset succursum,nec daretur instituto cui erat succursum de iure ciuili,Dec.uero assignat tertiam rationem in ultima lectura nu.4.quia si contrat. daretur exhæredato,ipsa exhæredatio efficeretur elusoria, quia commisso edicto exhæredatus succederet per cōtratab.& si non disputaretur de meritis, & demeritis consequeretur successionem.Sed Ferra.dicūt hanc rationem bene concludere quare exhæredatus ex persona sua non habet quærellam,sed dicunt non concludere quare beneficio præteriti non cōpetat exhæredato sicut datur instituto beneficio præteriti,Sed postea saluant, quia adhuc commisso edicto demeritus succederet,& ideo uterque casus æquiparatur in dict. l.si post mortem.§.exhære.ff.eo.Aliam etiam postea assignant quia ipsi instituto ad beneficium præteriti aufertur secundum tabulas.d.l.2.§. expectandi. & aliquando diminuendo portionem suam si fuisset institutus ultra uirilem.d.l.siquis in potestate.§. fi.& l.Saluius. ff. de leg. præst.ergo conueniens fuit ꝙ etiā concedatur beneficio præteriti instituto contratabulas arg.l.iure succursum.ff.de iure dotium.Vnde uera ratio est quam posui sup.in alia quæst.quia contratabulas datur suis & quasi suis,sed exhæredati durante exhæredatione non habentur pro suis,quia uix potest reperiri bonus qui priuatus est iuditio patris.l.3.ff.de inofic.test.& d.l.maximum uitium & per Alcia.in ca.11.lib.4.paradox.ergo non habent qualitatem necessariam.

Sed tunc subintrat tertia quæstio,quare exhęredatis datur ius succedendi abintestato beneficio præteriti, & non datur contratabulas.d.l.fi.ff. de liber. & posth. Ferrar.nu.46.dicunt rationem esse quia rupto testamēto non remaneret ius quærellæ quæ præsupponit aditionē hæred.sed in contra. remaneret ius quærellandi ēt habita contrat.Quæ ratio non concludit, ideo dicas rationem esse,quia qn̄ succeditur abintestato,exhæredatio est nulla,& per consequens non potest sibi obiici de exhæredatione,quæ nihil est, & succedit hoc casu non beneficio præteriti sed iure suo, quia uocatur ꝑ legem ad successionem pro uirili, & cū cesset in totum successio ex testamento,habet locum successio ab intestato,a qua per testatorē non fuit exclusus,sed in cōtratabulas uenit beneficio præteriti,& eo approbante testamentum sibi non competit ut sup.dictum fuit.

37 Quarta † est dubitatio quare institutus qui habet ius contratabulandi beneficio præteriti non habeat etiā ius quærellandi beneficio exhæredati. Vera ratio est, quia qualitas quærelæ seu ius quærelandi non conuenit institutis, cum in querella filius dicat testamentum non esse factū officiose,siue patrem nō exercuisse officiū pietatis.l.2.ff.de inoffic.testamento. Institutus uero hoc non possit dicere,quia pater erga eum exercuit officiū pietatis.Itē non conuenit qualitas alia ꝙ cōmittatur edictum, cum illa qualitas cadat tantum in remediis inductis a prætore,ideo cum non conueniant uerba,nec ēt conuenit dispositio.l.ꝙ constitutum. ff.de re milit.& l.4.§.totiens.ff.de dam. infect. Tertia etiā est ratio,quia contratabulas tempore edicti nunquā reducebat rem ad cām intestati propter formā prætoriā,& hodie nec ēt reducitur qaando præteritus est filius emancipatus.l.filiū.ff.de contrat. & l. nonnunq̄. & l. is qui in potestate.§.sed si unus.ff.de leg.præstand. Ideo auferebat successionem institutis, & eos priuabat hęreditate patris propter rigorē suū, cum ea petita nunquā poterat dari secundū tabul.Vnde oportuit eis subuenire dando contratabulas,ut unite ueniant contra testamentū.Sed quærela reducit rē in totū ad causam intestati.l.Papinianus.§.fi.& l.circa.ff.de inoffic.testam.& in successione abintestato unusquisque uenit ex uocatione sua per legē,& ex ꝓpria persona,merito fuit necessariū ei dari.Itē per quærelā nō datur successio, sed solū rūpitur testamentū, sed cōtratabulas dat successionē ut dixi,ergo fuit utile dare.Et istæ sunt meliores rationes q̄ sit illa quam posuit Alcia.lib.4.paradox.c.11. dicens ꝙ ideo non datur quia est extraordinarium remedium, ut per Corn. in l. maximum uitium per illū textum.inf.de liber.præterit.& institutus habet remedium ordinarium,Nam adhuc quæri potest quare fecerit illam quærelam esse remedium extraordinarium, & non contratabulas.

Ex tertia parte glo. colliguntur conclusiones duæ
38 †Prima, quod præteritio maioris habetur pro exhæredatione. Secunda, quod ad testamenta fœminarũ non competit contratabul. Circa primum Decius hic in ultima lectura insistit nu.7.& Bart.in l.in suis.colum.penultim.ff.de liber.& posthu.assignauit rationem, quia fœminę nõ habent suos hæredes,& dominium nõ cõtinuatur in filios suos. Sed hæc ratio patitur multas difficultates, nam in milite præteritio habetur pro exhæredatione.l.certi iuris.infra de milit.testamento. & tamen in eo continuato dominii habet locum, & habet suos hæredes.l.filius a patre.§.filius.ff.de liber.& posthum.Item in filio emancipato non est continuatio dominii,& tamen non habetur pro exhæredatione præteritio.l.non putauit.§.non quæuis.ff.eod. Item in parentibus præteritio non habetur pro exhæredatione, quia rumpunt testamentum per contratabul. l. filio.§. circa.ff.de inoffic. testamen. & tamen filii non habent parentes in potestate, nec est in eis continuatio dominii. Item in patronis præteritio habetur pro exhæredatione,& habent contratab.l.1.infr.de bono. possess. contratabul.liber.& tamen non sunt sui hæredes liberto, nec in eos continuatur dominium. ideo Alexan. ualde dubitat,& doctor.in d.l.in suis.Sed tamen ego puto rationem ueram esse si restringatur ad bonorũ possessionem quæ datur liberis in bonis parentum. Nam in patronis alia ratio est quare debent institui, scilicet quia eis debetur legitima propter grande beneficium, quæ postea extẽsa fuit ad parentes.d.l.1.ff.si quis a paren.fuer.man.Ideo sicut ex alia causa institutio uel exhæredatio in eis fieri debet & habet contratabulas diuersam naturam.iuxta.l.sed cum patrono. ff. de bono. possess.Ita etiam ex alia causa præteritio non habebitur pro exhæredatione,& sic obiectum de patronis & parentibus non est in proposito. Solum ergo huic rationi obstat de milite & filiis emancipatis, Sed responderi faciliter potest, quod illud de milite factum fuit quia tota solemnitas testamenti remissa fuit.l.1.inf.de milit. testam. quia præsumuntur ignorare leges, quæ ratio non debet trahi ad consequentiam, & ideo illa præteritio non est proprie præteritio, sed est uera exhæredatio tacite facta, quia solum expressio ei remissa fuit.§.sed in expeditione.inst. de exhær. liber. & ideo d.l.sicut certi.dicit tacite eum exhæredare intelligi. Et sic cum eum exhæredet priuat eum quasi dominio, & facit quod non potest rumpere testamentum,& æquiuocatio est inter præteritionem haberi pro exhæredatione,& exhæredationem tacite factam quę inducitur quando pater alium instituit sciens se habere filium,& sic concordat recte considerando.Non obstat illud de emancipatis, quia considerando ius ciuile concordat ꝙ habeatur pro exhæredato,& plus cum in totum repellatur, sed de iure prætorio ideo est, quia ipse reputatur tanquam suus & connumeratur inter suos. d. §. 1. inst.de leg.agn.succes.& §.repetitis,inst. de succes. seruilior.& l.sed cum patrono.§.1.ff.de bon.liber.

Dicendum est igitur, quod in suis uel quasi suis necessaria est exhæredatio expressa ut tollatur illa suitas uel quasi suitas, Et ideo in casu quo non est illa suitas uel quasi suitas non est necessaria illa priuatio, ideo pręteritio sufficit quæ habetur pro exhęredatione, ut in bonis maternis, In milite uero sufficit ꝙ sit tacita exhæredatio quæ non dicitur præteritio sed uera exhæredatio tacite facta.Bal. tamen in d. l. in suis. assignabat aliam rationem, quia pro forma introductũ est in certis casibus quod quis uel instituat uel exhæredet certas personas quibus debetur legitima,& ideo ibi præteritio non habetur pro exhæredatione, sed in testamento materno hoc non fuit introductum pro solemnitate, ergo præteritio habetur pro exhæredatione, Et si dicatur, hæc ratio nõ concludit quia oportet quærere quare in illis casibus sit introductum pro solemnitate. Respondetur ꝙ hoc quæsitum non potest fieri in iis quæ sunt pro forma uel solemnitate, quia illa dependent a uoluntate, sicut non potest fieri quæsitum quare magis septem testes requiruntur in testamento quam sex uel octo uel nouem,& istam rationem tenet Decius hic in secunda lectura.nu.6.& 7. & Alexan. & Angelus in d. l.in suis.Sed tamen nec etiam uidetur perfecta, quia licet non possit fieri quæsitum de qualitate formæ & solemnitatis, ut in illo dicto de sex uel octo testibus, tamen potest fieri quæsitum de tota solemnitate, quare pro forma illud fuerit introductum, ut apparet etiam in solemnitate stipulationis, de cuius ratione quærunt doctores in rubr.infr. de uerb.oblig. Ideo prima ratio uidetur tutior, quia in eis non est suitas, & non continuatur dominiũ, ideo non est necessaria expressa priuatio, Vel dicas rationem primam esse quam assignat Bal.quia in testamento fœminarum nõ fuit pro forma introductum, Et si quæratur quare in aliis fuit introductum pro forma, dicas ꝙ in testamento patris ratio inducendi formam fuit suitas uel quasi suitas in emancipatis, & in testamento liberti uel filii est grande beneficium acceptum per manumissionem uel emancipationem, propter quod debetur eis legitima. Quæ rationes non militant in testamento fœminarum, & sic coniunguntur rationes ambæ simul, ut una sit causa alterius.

39 Secundo †etiam colligitur ex glo. ꝙ ad testamenta fœminarum non pertinet contratabulas. l.illud. §. ad testamenta. ff.de contrat.Et rationem assignat Barto. quia fœminę non habent suos hæredes, ut dicitur in d. §.ad testamenta.Sed incontrarium facit, quia emancipato datur contratabulas, & tamen non dicitur esse suus hæres, Soluit Dec.in ultima lectura, ꝙ emancipati sunt loco suorum hæredum, & prætor uocat eos ac si non essẽt emancipati.l.si emancipatis. §. nepotes quoque.ff.eo.& §.emancipati.instit.de exhæred.libe. quia pretor rescindit eorum capitis diminutionem.l.sed cũ patrono.§.1.de bono. possessio. & eis prætor æqualiter dedit contratabul.l.prima.§.non tantum. in princ. ff.eo.Et istæ qualitates suitatis & quasi suitatis & capitis diminutionis non cadunt in liberis, in successione materna.l.nulla. ff. de suis & legitimis.ideo in eis non datur contratabulas. Et sic ratio est quia filii in bonis maternis non sunt sui nec quasi sui. Sed hæc saluatio non uidetur sufficiens, quia ultra emãcipatos sunt alii qui non sunt sui nec quasi sui,& habent contratabulas, ut in l.1.infr. de bonorum possess.quę con.testa.liberti datur.& l.1.ff.siquis a par. fuer. manumis. Nisi respondeas ut supra, quod illæ sunt aliæ contratabul. diuersę species,& introductæ ex aliis causis, & non potest argumentari de causa unius speciei ad aliam. Alii uero assignant rationem, quia exhæredatis non datur contratabulas.l.post mortem.§.exhæredati.ff.eo. sed præteritio matris habetur pro exhæredatione.d.§. mater. ergo filii præteriti a matre sunt exhæredati, & per consequens non habent contratabulas, & in summa ratio est quia filii præteriti a matre sunt exhæredati, Et secundum hoc sequitur quod tacite exhæredatus non habet contratabulas, sicut nec expresse exhæredatus. Vnde contradicit dictum Aretini in l. & si contratab. ff.de uulg.& pupilla.uolentis ꝙ tacita exhæredatio nõ excludat a contratabulas, ut dicit hic Cur. nu.40. Sed tamen secundum Ferrarienses hic numer. 58. non obstat.quia Aretin. ibi loquitur in casu quo illa exhæredatio non ualet, sed hic exhæredatio ualet. ideo excludit filium a cõtratabulas. sicut expressa, quod nihil est, ut statim dicam. Nam Alciat.in d.4.lib.paradoxo.cap. 12.in effectu dicit idem quod Areti.& Cur.hic, & melius declarat in uer.tam & fortasse.dicit enim hanc rationem non esse bonam, quia in matre non potest dici ꝙ sit exhæredatio, quia non babet formã exhæredationis, nec põt dici facta a toto testamẽto, uel ab omnibus

bus gradibus, uel nominatum, uel cum aliis solemnitatibus, cum non appareat. Vnde exhæredatio quæ uenit a præteritione non potest dici exhæredatio uera, sicut si filius habeat legatum qui in reliqua parte sit exhæredatus, ut ei etiam cōpetat quærela. l. Papinianus. §. unde si quis. ff. de inoffic. testamen. & l. cum quæritur. supra de inoffic. testamen. & tamen non dicitur uere exhæredatus, ut supra dixi ex mente Aret. & Iason. in l. & si contra. ff. de uulga. & pupilla. in fine. quod patet, quia habet contratabulas. l. fi. §. fina. ff. de lega. 3. & sic non uidetur posse dici quod non competat contratabulas propter exhæredationem, quia illa exhæredatio non est uera exhæredatio, & non excludit a contratabulas quando personæ sunt habiles ad eam habendam, & hoc ego puto uerum, nam præteritio matris nec uere nec ficte potest esse exhæredatio, sed solū habetur pro exhæredatione, ut præteritis detur quærela, idest ad effectum consequendi quærelam. Et ideo leges appellant eam præteritionem, non exhæredationem. institu. de inoffic. testam. in princip. & in authen. ut cum de appel. cogn. §. aliud quoque capitulum. & in §. mater dicitur quod tantum facit quantum exhæredatio in testamento paterno quantum ad effectum ut testamentum non sit nullū, sed tamen iura non dicunt quod sit exhæredatio uera uel ficta. Patet igitur rationem istam communem non esse bonam, quod ideo ad testamentum fœminarum non pertinet contratabulas quia filii in eo præteriti sint exhæredati, quia non sunt exhæredati, & talis exhæredatio impropria non solet excludere a contratabulas, ergo propter aliud q̄ propter exhæredationem oportet dicere quod præteriti a matre excludantur a contratabulas. Et ideo uerior est ratio assignata per iurisconsultum in d. §. ad testamenta quam tenet Alciat. in d. cap. 12. Vel dicas ꝙ potest etiam addi alia ratio persuasiua, quia tempore edicti prætoris non erat adhuc successio matris, nec contra eius testamentum filii uenire poterant, cum ab intestato succedere non poterant, ideo ad eorum testamenta non potuit pertinere contratabulas data a prætore qui non potuit diuinare quod filii essent successuri in bonis maternis. argumen. not. in l. 1. ff. de leg. 1. Prima tamen uerior, ideo tota differentia quæ est inter testamentum patris & matris quantum ad ualiditatem & modum rumpendi dependet ab eo quod mater non habet suos hæredes, nec in eis fit aliqua continuatio dominii.

40 Sed subintrat dubitatio quid sit de iure authenticorum, an præteriti in testamento matris hodie habeant contratab. Ang. in l. 1. in uer. 7. fall. inf. de carbon. edicto. tenet quod hodie eis datur contratabulas, & eius opinionem sequitur Iason hic per duo fundamenta. Primo, quia correcta ratione legis uidetur correcta dispositio, ut per glo. in uerbo prouidentia. ff. de leg. tutoribus. & tex. in c. miramur. de ser. non ord. coniuncto. c. a multis. de ætate & qualitate. Sed secundū eos ratio quare non habent contratabulas est, quia mater non tenetur exhæredare, quæ ratio correcta fuit per §. aliud quoque capitulum. in authen. ut cum de appel. cognosc. quia hodie tenetur exhæredare, alias testamentum est nullum, ergo hodie correcta erit dispositio quod non detur contratabulas, & per consequens eis concedetur.

Secundo adducit, quod contratabulas datur ad similitudinem iuris dicendi nullum. l. 1. §. uocantur. ff. eo. & l. 1. §. recte. ff. si tab. test. nullæ extab. sed hodie ius dicendi nullum competit præteritis in testamento matris, ergo etiam contr. dabitur, quia ubicunque duo sunt æquiparata per modum regulæ, correctio facta in uno habet locum etiam in alio, ut per Bar. in l. Marcellus. ff. ad trebel. & not. in auth. sed cum testator. inf. ad l. falcid. & in l. non tantum. ff. de seru. corr. Et hanc opinionem sequitur hic Roma. & Alex. in consil. 89. uiso puncto. nu. 5. uolu. 2. & Dec. hic in fine articuli in prima lectura dicit esse communem.

* Sed contrariam opinionem tenent, Alexan. hic. Corneus in l. 1. in fine. inf. eo. & ibi Riminal. & Dec. hic in utraque lectura. & Alcia. lib. 4. parad. cap. 12. & Curt. nu. 41. & Ferrariens. nu. 60. & 61. qui dicunt & hanc esse communem. Et pro ista opinione mouetur primo, quia tex. in d. §. aliud quoque capitulum. dicit solum ꝙ mater teneatur exhæredare uel præterire cum causa filium suum, alias testamentum erit nullum, sed non dicit ꝙ competat contratab. ergo quod non mutatur nō prohibitur stare. l. præcipimus. in fine. inf. de appel. auth. quas actiones. & ibi no. sup. de sacros. eccles. Secundo facit, quia ille tex. corrigit quantum ad ius ciuile tātum, & non tollit dispositiones prætorias, ergo nō potest trahi ad contratab. Tertio adducunt hic Ferrar. pōderationem, in d. § sin autem. ibi, euacuato testamento, per quæ uerba infertur ꝙ testamentum non sit ipso iure nullum, sed debet euacuari, & sic non est inductū ꝙ filii præteriti in testamento matris non habeant ius dicendi nullum, & per consequens nec etiam de iure cōtratabulandi, & in hoc insistunt per duas colum. Sed tamen est periculosum, quia cōmuniter doctores in authen. ex causa. inf. de liber. præter tenent contrarium, & ibi late discutiam. Tamen concludentius potest adduci, quia ille tex. mutat terminos, & ponit nouā formam, quia uult ꝙ etiam exhæredati dicant testamentū nullum si non est expressa causa exhæredationis, & ꝙ præteriti cum causa non possint rumpere testamentū, & sic cum recedat a terminis iuris prætoriis non uidetur ꝙ remedia eius possint competere. argum. l. quod constitutum. ff. de test. milit.

Et tenendo istam partem non obstant allegata in contrarium, & primo ꝙ correcta ratione legis sit correcta etiam dispositio. Quia primo negatur ꝙ sit correcta ratio, quia illa non est ratio quam dicebant Iason & Ange. sed est illa quæ ponitur in d. §. ad testamenta. ꝙ non habet filios in potestate, quæ ratio etiam hodie militat, ut late dicit Alcia. in d. c. 12. in fine. Item dato ꝙ esset illa ratio bona, tamen non est sola, quia etiam concurrit ratio assignata in d. §. ad testamenta. Vnde quamuis una fuerit correcta, non debet per hoc censeri correcta dispositio. d. §. affinitatis. inst. de nup. Secundo respondetur per præfatos doct. negando assumptū, cum ratio sit diuersa a lege. lege curatores. & ibi glo. ff. de offic. proconsl. & leg. ergo de uno ad aliud non infertur. l. Papinia. exuli. ff. de min. Et in specie hoc tenet Bal. in l. 1. in princip. in 5. notabili. inf. de cadu. toll. & hic Dec. per tex. in §. fœminæ. coniuncto. §. sed hodie. inst. de adopt. Item econtrario correcta lege ratio remanet. ut per Anto. de Butrio & Imol. in c. 1. de cōstit. Aret. in l. 2. ff. de uulga. & pupilla. col. 7. & per Felin. in c. cum omnes. de constit. quia ratio non est de substantia legis, & sublata lege remanere potest ratio, & sublata ratione adhuc potest esse lex donec abrogetur. Solum. n. potest fieri extensio ex præsumpta uoluntate aliquando de casu ad casum. ut in d. l. 1. de legitim. tutor. sed non est hoc de necessitate. Sed hæc responsio pōt euitari, quia sublata ratione finali legis cessat dispositio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus. & c. cū cessante. de appel. & allegata per Dec. loquuntur in ratione impulsiua, uel in ratione generaliori dicto respectu aliorū dictorū. ut in l. 1. inf. de cad. toll. Nec obstat ꝙ sit diuersa a dicto, quia nō tollitur quin dictū sit fundatū super ea, taliter ꝙ sublata ratione necessario coruit dictum. arg. l. 1. ff. de usufruc. & l. 2. Vnde prima responsio melior est, negādo ꝙ sit correcta in totū ratio. Non obstat secundū de iure dicendi nullū, quia negari potest ꝙ hodie cōpetat ius dicendi nullum, ut tenent multi, Vel etiam dato ꝙ hodie competat, non per hoc sequitur, ergo infertur ad contratabul. quia illa duo nō fuerunt æquiparata per modū regulę, ut requiritur

in illa argumentatione. Item æquiparatio est facta in testamento paterno, non autem in testamento materno de quo non potuit diuinare prætor. Nec obstat dictum Bar. in l. qui se patris. infra unde liberi circa finẽ quem hic ponderat Iason, quia Bart. non dixit ꝙ æquiparatio a prætore facta esset facta etiam in testamento matris, sed dicit generaliter in testamento parentum, Et ideo Bal. in l. fina. inf. unde legitimi. columm. 3. uer. sequitur uidere. dicebat quod licet æquiparatio sit facta iure ciuili de linea paterna & materna, tamen illa procedit solummodo in remediis iuris ciuilis, nõ prætoriis, & ideo dicebat ꝙ nec etiam hodie eis datur unde legitimi. l. quotiens. infr. de suis & legit. Præterea dixit hic Cur. argumentatio ab æquiparatis non procedit in remediis, ut patet in testamento prætorio & ciuilis formæ, & maxime quando non sunt æquiparata per modum regulæ. Et si dicatur quod hæc ratio potest saluari considerando quod ius dicendi nullum causat quod detur contratabulas. d. l. 1. §. uocantur. unde contratabulas uenit in consequentiã iuris dicendi nullum ex dispositione prætoria, sicut bonorum possess. unde legitimi uenit in consequentiã statim quod quis uocatur ex l. noua l. 2. in fine. ff. unde legitimi. sicut etiã dixi in l. fi. inf. unde cognati, quod bonorum possessio unde cognati datur usque ad decimum gradũ, quia uocãtur a iure ciuili, Respondetur negando quod contra tabulas sic detur in consequentiam iuris decidendi nullum, quia immo fuit inducta propter testamentũ prætorium quod nunquam erat nullum prẹteritione filii, ut dixi in præmissis, & causa introducendi fuit ut subueniretur emancipato filio, & sic non fuit concessa ex ratione naturali, sed solum propter suitatem uel quasi suitatem. Nec obstat quod uerbum euertatur positum in d. authent. conueniat etiam cõtratabulas, quia illud uerbum refertur ad remedium illius legis, & competit condictio ex illa lege, & in consequentiam ius dicendi nullum propter extensionem passiuam, & idem dicendum est de bonorum possessio unde liberi. Quod utile est propter carbonianam, quæ non datur nisi habentibus unde liberi. Alio etiam modo respondet Alciat. in d. c. 1 ut per eum, & sic patet opinionem Alexand. hic ueriorem.

Ferrar. uero postea mutato proposito conati fuerunt tenere opinionem Angel. & Iason. per duo. Primo, quia de iure antiquo præteritio æquiparata fuit exhæredationi, & propter hoc datur quærela d. §. mater. inst. de exhær. liber. ergo eodem modo cum hodie sit factum quod præteritio sine causa facta sit exhæredatio non rite facta, ergo etiam inductum fuit nouiter ꝙ competat contratabulas, sicut aliis exhæredatis nõ rite. d. l. non putauit. §. non quæuis. Sed hæc argumentatio, ultra ꝙ est extranea, tamen non concludit de remediis prætoriis. quia bene concludit ut habeãtur pro exhæredatione non rite facta, & quod competat ius dicẽdi nullum, non autem ut competat contratabulas, quia non loquitur de remediis prætoris.

Secundo adducebant, quia præterito & exhæredatio æquiparantur, & idem esse inducitur per d. §. aliud. ergo omnia quæ dicuntur de exhæredatione in ea debent habere locum, siue dicatur ualere testamentum siue non, & per consequens remedia solita dari pro exhæredatione recte facta & non rite facta debent competere. Sed nec etiam istud concludit, primo quia falsum est ꝙ ibi prẹteritio appelletur exhæredatio, uel inducatur ꝙ sit exhæredatio, quia immo ponitur pro diuersis, & per exhæredationem compræhendit lineam paternam, & per præteritionem compræhendit lineã maternam, & ut ibi dixi ultra alios. Præterea concludit de remediis ciuilibus, non de remediis prætoriis, & sic non probat. Et per hoc etiam tollitur responsio data ad fundamenta Alex. cõsiderando ꝙ præteritio sit exhæredatio, quia ut dixi assumptum est falsum, Et sic opinio Alex. hic uerior est, ꝙ remedia data suis hẹredibus uel emancipatis non competant etiã hodie in successione materna, de hoc tamen dicas ut dicam inf. in authent. ex causa. ubi etiam late examinabo.

Glosa. in uerbo petita diuiditur in tres partes, In prima format quæstionem, In secunda respondet. In tertia ex solutione infert. Secunda ibi, respondeo. Tertia ibi, ac etiam. Ex ista glo. colligitur ꝙ præteritione filii testamentum est nullum de iure ciuili, sed ualet de iure prætorio. Sed tamen quia materia est difficilis & uarii sunt doctores, Ideo hæc difficultas examinatur per tria quæsita. Primo an testamentum de iure ciuili sit ipso iure nullum præteritione filii in potestate. Secũdo, an testamentum prætorium sit ipso iure nullum præteritione filii in potestate, uel aliquod. Tertio an dato ꝙ sit utroque iure nullum, quomodo contratabulas detur ad rumpendum.

41 Circa primum † conclusio est clara quam omnes tenent, ꝙ præteritione filii in potestate testamentum est ipso iure nullũ de iure diuili, per tex. in l. 1. ibi, nullius momenti est. & l. 3. §. ex iis. ibi, ii semper iniustum faciunt. & l. qui uxorem. ibi, continuo rumpitur. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. & l. si a primo. & l. si is qui in potestate. & l. inter cætera. in fine. ibi, inutile est testamentum. ff. de libe. & posthu. & inst. de exheredat. lib. in princip. ibi, inutiliter testabitur, & l. 1. §. hoc interdictum. ff. de tab. exhib. & l. 1. & secunda. inf. de posthu. hæred. inst. quæ iura allegant hic doctores. Et facit lex sicut certi. inf. de milit. testam. ibi, minime ualente, & §. alio quoque. instit. quib. mod. infir. testam. Et ista cõclusio procedit secundum doctores etiam ꝙ non dicatur de nullitate in iudicio uel extra, ut est glo. hic. & in l. si is qui in potestate. ff. de lib. & posth. quam sequitur Alex. hic nu. 17. & Iason nu. 10. col. 2. & etiam dicit cõmunem licet Riminal. hic nume. 5. & Cur. nu. 46. communiter gl. uideantur uoluisse tunc esse nullũ si de nullitate dicatur, ut est glo. in l. scimus. sup. de inoffic. testam. & l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & irrit. testã. cum aliis alleg. per Iason. hic nu. 10. nam iura prædicta clare loquuntur, & non possunt cauillari intelligendo si uoluerit filius, quia est expressa destructio. Nec etiã potest dici ꝙ instituta de exhær. lib. in princip. & in d. l. si is qui in potestate. reprobatũ sit testamentum moriendo, cum non appareat filium sciuisse se præteritũ, nec patrem testatum fuisse, nec distinguit an sit pupillus uel maior, Quinimmo per mortem fortius deberet confirmari, sicut fit in l. posthumus. ff. de iniust. rup. & irrit. testam. & sic illa iura cauillari non possunt, ut etiam hic per Ferrar. nu. 73.

In contrarium tamen adducuntur multa, & primo, quia ubicunque actus annullatur fauore alicuius tunc demum efficitur nullus si ipse uoluerit. l. 2. ibi, uolente, & ibi uoluerit. sup. de iure emph. & ibi Bar. & omnes. & Salic. in l. fin. eod. titu. & Imol. in cap. fin. colum. 34. de præscrip. Et Bal. in l. fi. in fin. infr. de reuoc. don. dixit ꝙ quando dicimus rem reuerti ipso iure ad dominum, intelligitur semper si uoluerit. Alexand. consil. 175. uiso themate. col. fin. uol. 2. Dec. consi. 206. col. fi. facit ꝙ uoluit Iason in l. cũ ii. §. eam. ff. de transact. quẽ sequitur Brunus in tract. de forma & solem. in rub. de potẽtia & effect. for. col. 43. ibi, nono prædictæ. Soc. consi. 160. col. 2. ergo eodẽ modo testamentũ nõ erit nullũ nisi in iudicio uel extra declarauerit esse nullũ, Iason respondet primo ꝙ contraria proceedunt in iis quæ nõ sunt de forma, sed testamentũ hic nullũ est propter formã non seruatã cui renuntiari non potest. d. l. cum ii. §. eam. & per Bar. ibi, & in l. de iis. ff. de transact. & actus est nullus non seruata forma. c. cum dilecta. de rescript. Et tanto magis, quia forma testamenti non est introducta fauore filii tantum, sed etiam odio patris, ergo ipse solus non potest renuntiare, ut not. in l. penultim. sup. de pact. de quo etiam infra dicetur. Præterea respondet

Dec.

Dec. in ultima lectura nu. 9. quod in dictis iuribus lex ulterius processit. Sed quia in aliquibus iurib. nō ponitur uerbum uoluerit, ut in lege 3. in fine. ff. pro socio. isti dictis dictis per Bar. ibi colum. 3. & glo. in lege elegāter. ff. de dolo. Ideo Ferrarienses quarto respondent quod in iuribus contrariis non sunt uerba ita præcisa sicut sunt in iuribus loquentibus de præteritione filii. Prima tamen responsio Iasonis uerior est, quod contraria loquuntur in iis quæ non sunt introducta pro forma, sed institutio filiorum fuit introducta pro forma cui renuntiari non potest leg. tertia. digestis de testam. & ibi glosa & stante quasi dominio filii non potest fieri per partes quod testamentum ualeat sine forma, ut dicam, ergo &c.

Secundo allegatur tex. in lege fina. inf. de liber. præter. ibi, ipso iure testamentum euertat. ergo filius rumpit permittente lege potestatem ipso iure. Quod confirmatur, qa alias uerba ipso iure intelliguntur, i. facto hominis interueniente, sicut de compensatione quæ ipso iure fit, & tamē intelligitur facta oppositione per partem, ut not. Bart. in. l. uerum & l. si contract. ff. de compensat. Et sicut dicitur in. l. penul. infr. de suis & legiti. quod filius ipso iure matri succedit, & tamen intelligitur si adeatur hæreditas. ut not. Bar. in. l. uentre. col. penul. de acquir. hæred. Item in d. l. fin. §. sancimus. dicitur quod testamentum euertit ipso iure uel per contrabulas, ergo de iure ciuili testamentum ualet, si per contratabulas filius stare non patitur. Sed respondetur qd uerbum ipso iure tollit contrarium, cum quando est filius emancipatus non patitur stare, & sic præsupponitur quod filio in potestate præterito non patitur stare, quia nullum est, & uerbum euertere, refertur ad executionem facti in consequendo hæreditatem, quia per se testamentum est nullum. Nec ob. illud de compensatione, quia ibi non tractatur de forma non seruata, & idem dicitur in dicta lege. 1. de suis & legi. Et eodem modo respōdetur ad dictam legem filio præterito. ibi, partem auocauerit, quia loquitur de executione respectu bonorum hæreditariorum, non testamenti, Quarto inducit Iason. tex. l. posthumo. infra de colla. Sed ille tex loquitur de contratabulas quæ datur ad rumpendum quatenus de facto processit, sicut in lege nostra. Quinto inducitur lex si ex duobus. la prima. §. si prius. ff. eodem. Sed ille tex. loquitur de filio emancipato secundum communem intellectum. Vel melius loquitur de testamento facto secundum formam prætoriam, qd non est nullum ipso iure, ut inf. dicam. Sexto inducitur lex si quis legatum. ff. de falsis. Sed respondent Ferrariēses quod ille tex. retorquetur ibi, testamento quod postea rumpitur uel ab initio non iure fieret.

Septimo inducit hic Riminal. quia notoria indigēt allegatione, & non prosunt si non allegētur. l. si adulterium cum incestu. §. idem Polioni. ff. de adul. per Bar. in l. cum quid. ff. si cer. pe. & clem. appellanti. de appel. Sed ipsemet respondet quod procedit quantum ad executionem, & nisi filius allegaret testamentum esse ipso iure nullum non posset consequi in iudicio hereditatē. Octauo inducitur l. 3. in fine. de liber. & posthum. ponderando illa uerba rupto primo gradu, quæ exponuntur, idest si rumpetur, ergo ualuit. Sed solutio est, quia ille tex. exponitur, idest si erit nullus ille gradus. Nono facit lex inter cætera. ff. de liber. & posthumis. ubi dicitur per uerbum rumpitur quando filius in potestate est præteritus. Sed Alex. soluit quod ibi uerbum rumpitur refertur ad posthumum uel ad nepotes. Vel secundo dicunt Ferrarienses ibi uerbum rumpitur significat quatenus de facto processit. Tu uero dicas præcedenti cōtrario, & isto, quod uerbum, ruptum, adaptatur etiam ad testamentum ipso iure nullum. §. alio quoque. insti. quib. mod. infir. testam. Decimo potest adduci respondendo omnibus decem iuribus supra allegatis. quod licet expresse dicant ab initio ualere & esse nullū, tamen intelliguntur sequta declaratione ita quod stabit in suspenso, & si declarabitur erit nullum retro, sicut dicitur in lege seruum filii. §. 1. & l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. 1. Sed respondetur quod iura non patiuntur hanc expositionem, quę simpliciter dicunt non ualere.

Vndecimo potest induci, quia quod nullum est non potest reconualescere l. quod in initio. ff. de reg. iur. & testamentum nullum non potest effici testamentum ex repudiatione pręteriti, quia ualiditas & forma testamēti non consistit ex repudiatione sed ex uerbis testatoris & solemnitate legali. l. hæredes palam. §. si quis post. ff. de test. & l. si unus. §. pactus. 2. responso. ff. de pact. sed iura uolunt quod possit confirmari. le. filio præterito. ff. de iniu. rup. & irri. testam. ergo necessario ab initio cōsistebat, Hoc est fortius fundamentum quod possit induci, ut ego infra dicam. Sed ego respondeo negando, quod de iure ciuili possit reconualescere testamentum sed solum iura quæ uolunt testamentum reconualescere loquuntur de iure prætorio secundum quod ab initio ualet ut infra declarabo.

Ex quibus patet communem sententiam esse ueriorem, & quod præteritione filii in potestate testamentū est ipso iure nullum de iure ciuili sine facto uel declara-
41 tione præteriti. Limitatur † tamen per Iasonem hic nō procedere quando filius consentiret præteritioni suæ tacite uel expresse, nam tunc ualeret testamentum per tex. in lege non putauit. §. si quis sua manu. ff. eodem. ubi exhæredatio scripta manu filii ei præiudicat, & illum tex. procedere etiam in præteritione dixit Angel. & Alexand. in lege si quis posthumos. ff. de liber. & posthum. & est glo. in lege si quando. in uerbo generaliter. sup. de inoff. testam. ibi no. Bar. Quam limitationem tenent Roma. & Alex. hic. & in dicta l. si quis posthumos. & Angel. in l. qui se patris. infra unde lib. & Rimi. nu. 5. in fine. & Dec. num. 9. in prima lectura. Cur. num. 49. & Alcia. libro 3. paradoxo. c. 5. Et pro hac opinione ultra illum tex. adducunt, quod forma institutionis uel exhæredationis introducta fuit solo fauore præteriti, ut probatur in auth. ut cum. de appel. cogn. §. aliud quoque capitulum. uer. hic autem disposuimus. ubi dicitur sola enim intentio nostra est iniuriam exhæredationis uel pręteritionis auferre, & sic solo fauore filiorum fuit inducta forma propter iniuriam, & paulo post subiicitur, se ea statuisse ut parentes & liberos ab iniuria liberaret. Si igitur propter iniuriam debet seruari forma, ergo cessante iniuria per consensum filii non erit necessaria illa forma. Tertio adducitur. l. filio præterito. ff. de iniuſ. quæ uult posse approbari testamentum a filio, ergo forma etiam dependet ab eius fauore, cū filius per pactum in eternum facere non poterit quod testamentum ualeat sine institutione nec sine testibus & signis. Vlterius etiam potest adduci negando quod forma testamenti consistat in institutione uel exhæredatione filii, quia non potuisset esse ualidum de iure prætorio. cuius tamen contrarium dicitur infra & solum illa uidetur esse forma testamenti quod aliquis sit institutus. l. prima. ff. de iure codicill. & quod interueniant septē testes, & sigilla, uel nuncupatio hæredis, & quod testes sint adhibiti.

Iason uero hic contrarium tenet, quem sequuntur hic Ferrar. num. 75. & mouetur, quia institutio uel exhęredatio est de forma. d. l. inter cætera. & formæ renuntiari non potest, ut per Bar. in lege de iis. ff. de transact. & l. cum ii. §. prætor. eodem titulo. & l. nemo potest. ff. de lega. primo. & maxime quia hæc forma introducta est etiam in odium patris, & sic non solo fauore filii. Item hæc regula ita seruatur quod quis non potest renuntiare formæ in sui solius fauorem introductę, ut est glo. notab. in l. a diuo Pio. ff. de ritu nup. no. Bal. in leg. non dubium. colu. 11. supra de legib. cum simil. positis per Alex. in lege iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. Quod etiam confirmat, quia quando aliquid introducitur

tar pro forma,& lex ulterius procedit annullando actum,tunc tollit omnem dispensationem,& uoluntatẽ partium.glo.in l.statutum.in uerbo committatur.& in c.dispendia.in uerbo processus.de rescri.in 6. & in ca. dilecto.de præbend.sed in testamento lex ulterius processit annullando, ergo renuntiari non potest. Præterea talis consensus uidetur esse pactum de non succedendo,quod non ualebat de iure ciuili l.pactum quod dotali.infra de collatio. Et hoc tenuit Bald.in dicta lege & si quando.§.& generaliter.supra de inofficioso testam.& Imola reprehendens Angelum in dict.l.siquis posthumos.

Decius uero hic defendit communem opinionem per dictum.§.siquis sua manu.quia generaliter dicit qd nocet talis exhæredatio,& sic generaliter contrauenire non potest etiam ueniendo per querellam,quia suo iuri renuntiare non uidetur,& ad fundamenta Iasonis respondet quod forma institutionis uel exhæredationis principaliter fuit introducta fauore filii, & ideo ei renuntiare potest. ca. fina. §.primo. & ibi Abbas . de offic.delega.Et attenditur quod principaliter agitur.l. siquis nec causam.ff.si cer.pe.& Calder.in consi.14. in titulo.de uerborum significa.& probatur in dicta.l. filio præterito. Et omnia allegata per Iasonem procedunt quando forma fuit introducta in fauorem publicum.& glo.in dicta l.a diuo Pio.ff.de ritu nupt. loquitur in casu quo prohibitio erat facta in fauorem publicum,ne aliquid eueniret in dedecus senatoriæ dignitatis.Facit c.si diligenti.de foro compe.& l.iurisgentiũ. §.si paciscar.ff.de pactis.& glo.in dicto ca.statutum.& c.dispendia.& cap. dilecta.loquuntur in prohibitione introducta in fauorem ecclesiæ, ideo renuntiari non potest,ut per eundem in c.cum accessissent . de constit. & l.pacta quæ contra.sup. de pact.Non obstat quod talis consensus uideatur pactum de non succedẽdo, quia illud pactum est approbatum quando tendit ut ualeat testamentum,& lex in illo casu dispensat, sicut facit in multis aliis casibus notatis in dicta lege final. supra de pactis.Non obstat quod testamentum uideatur dependere ab alieno arbitrio,quia respondetur quod potest dependere a uoluntate tertii uolente lege, sicut crescit in lege filio præterito.ff.de iniust.& regula.l.illa institutio.procedi in testatore qui non potest conferre uoluntatem suam in alterius arbitrium, sed bene potest transferri per legem, & ita residet.

Ferrar.uero hic tenet opinionem Iasonis, & quia tota difficultas dependet,an huic formæ renuntiari possit,ideo ipsi insistunt.demonstrando quod formæ institutionis renuntiari non potest per legem tertiam.ff.de testamentis.quæ generaliter dicit formam testamenti non posse tolli pactis priuatorum, & illum textum intelligit ibi glo.etiam in forma institutionis,& cum illa sit principalis.d.l.inter cætera,fortius continebitur in dicta lege 3. & quod illa forma sit fauore publico inducta,facit d.l.inter cætera.quæ præfert illam solemnitatem aliis quæ sunt publicæ,ergo & ipsa est publica ne uideatur præterre utilitatem priuatã publicæ. Tertio confirmatur,quia publice interest testamenta conseruari.l.Gallus.§.quod si is.ff.de liber.& posthum. Et ad authoritatem Alci.in d.c.3.& Barto.in lege.1.§.si filius.ff.de leg.3.col.2.& Ias.sibi contrarii in rub. colu l fi.ff.de liber.& posthu. tenentium quod hæc forma sit introducta fauore filii principa.respondent ut per ipsos qui late insistunt.

43 Ego etiam puto hanc opinionem Iasonis ueriorem esse, quod immo non ualeat testamentum quando filius consensit se præteriri,& hæc opinio probatur per rationem efficacissimam , quia formæ renuntiari non potest,ut no.Bar.in lege de iis.ff. de transact. & l. cum ii.§.causa.eodem titulo.& l.nemo potest. ff. de legatis primo.nec inspicitur cuius causa sit introducta,quia omnis forma ex quacunque causa inducatur semper est publici iuris.Nam in omnibus actibus legalibus constituti sunt certi termini qui præteriri non possunt.ut nota.in lege 2.ff.si certum pe.ubi doct.dicunt formas cõtractuum traditas a iure seruari debere,& si non seruẽtur non inducitur ille contractus quem uolunt facere, sed uel actus est nullus,ut l.cum præcario.de preca. & l.cum manu.§.si.ff.de contr.emp.uel inducitur alius cõtractus.d.l.2.ff.si certum pe.& l.ubi ita donatur. de dona.cau.mor.

Et ideo si fiat pactum quod sit uenditio sine pretio, non ualet uenditio.§.pretium.inst.de emptio.& uend. Item si fiat pactum quod sit mutuum quod obligatio finiatur tempore,non ualet.l.obligationum fere. §. placet.ff.de actio.& obligatio.uel quod seruitus sit temporalis.l.nemo potest.ff.de leg.primo.& si fiat pactum q sit stipulatio sine uerbis,uel quod non præcedat interrogatio uel responsio non sequatur,non erit stipulatio ut notatur per omnes in rub.ff.de uerborum obligati. quia isti sunt termini dati a lege qui præteriri non possunt,& non fit illa consideratio cuius causa uel in cuius fauorem sunt inducti,cum semper sint publici iuris.Et idem est etiam in testamentis,nam si fiat pactum quod sit testamentum sine hęredis institutione,non erit testamentum.l.1.ff.de iure codicillo.& idem si fiat pactum quod ualeat sine testibus septem, uel sine rogatione, uel nuncupatione,quia forma testamenti est publici iuris,& pactis priuatorum tolli non potest.l.3.ff. de test. & dum loquitur de forma,intelligitur potius de forma essentiali, quam solemnitatis, quia est magis proprie forma,ut no.in lege nemo potest.ff.de lega.1.in illa.q. an ex testamento nullo nascatur obligatio naturalis, & maius est uitium præteritionis quam solemnitatis testium,ut probatur in lege hac consultissima. §. siquis autem.infra de testam.iunct.l.si filius qui in potestate. de libe.& posthum.& dicta l.filio præterito. & l. sicut certi.infra de mili.testam.iuncta.l.1.& l.Lutius.ff.eodem.ut hic per Ferrari. cum saltem testamentum ualeret quando non deficeret solemnitas.

44 Igitur ad propositum redeundo,cum pro forma testamenti secundum omnes sit inductum quod filii in potestate instituantur uel exhæredentur, & si prætereantur testamentum est nullum.l.inter cætera.ff. de liber. & posthum.& insti.de exhæred.lib.in princi.cum aliis supra adductis.sequitur quod filii neque alii poterunt ei renuntiare,quia neque filii neque testator possunt facere quod sit testamentum sine forma,uel inducatur alius actus sine sua forma, quia implicat contradictionẽ cum forma dat esse rei.l.si is qui quadringenta.ff. ad le. falcidiam.& l.Iulianus scribit.§.siquis rem.ff.ad exhib. sicut nec poterunt renuntiare formæ institutionis. Et istud pactum cum sit contra substantiã testamenti non ualet ut inducatur testamentum, per prædicta, & lex habuit & habet pro absurdo quod testamentum faciat alios dominos extantibus filiis qui prius habent dominium,& qui fuerũt constituti per legis dispositionem.l. in suis.ff.de libe.& posthumis.ne sint duo insolidũ domini,& ideo uel necesse est dicere quod exhæredatio & institutio filii non sunt de forma,uel oportet dicere quod sine eis testamentum non potest esse in rerum natura.dicta l.si is qui quadringenta.§.quædam.ff.ad legem falcidiam.sed doctores tenent quod est de forma &hoc probatur,quia lex ulterius processit annullando actum, ergo non poterit renuntiari. Et hanc opinionẽ tenuit Bald.in lege si quando.supra de inoff. testamen. in fine.quem allegant doctores incontrarium,quia dicit quod consensus filii non potest facere quod exhæredatio uel præteritio sine causa ualeat, & quod testamentum seruetur,quia non possunt impedire formam testamenti,si tamen sit præteritus uel exhæredatus cũ causa expressa,quia ipse uult,ut si dicat,exhæredo quia ipse uoluit & consensit exhæredari,si uerum est ita cõsentire, quia seruata est forma, testamentum ualebit.

Item

Item. d. auth. uult quod illi formæ non possit renuntiari etiam quod sit introducta in fauorem filiorum, ut patet ex illis uerbis, intentio nostra est remouere iniuriã præteritionis uel exhæredationis. Nec obstat tex. in dicto. §. siquis sua manu. quia nihil facit. primo quia ibi solum dubitabatur an exhæredatio ualeret & haberetur pro non scripta sicut aliæ dispositiones respicientes personam scribentis quæ annullantur per senatusconsultũ libonianum, sed ibi determinatur quod ualeat, & sit recte facta, quia libon. senatusconsul. loquitur de relictis in fauorem scribentis, non autem contra eum, sed tamen non determinatur ibi quod excludantur a quærela. Præterea ibi consensus tendit ad tollendum formã & sic loquitur in diuersis terminis. Nec ob. no. in d. leg. si quando. quia probant contrarium ut dixi. Item cum ibi seruata sit forma, solum tractatur de iure filii forma to & separato ab essentia testamenti, sed hic agitur de iure testamenti sine quo nõ potest induci in rerum natura, Non ob. c. si. §. si. de off. deleg. cum ibi no. per Ab. quia ibi potestas delegandi non est de forma delegationis primæ, & prohibitio illa non est de forma, sed est quodam requisitum appositum siue qualitas adiecta sine qua stare potest. Non ob. l. filio præterito. quia nõ dicit quod testamentum ualeat, sed quod seruatur ex bono & æquo tamquam quædam informis uoluntas, & ibi non reuiuiscit testamentum, sed filius renuntiat iuri suo tantum, & seruatur, ut dixi tamquam generalis ultima uoluntas, sicut dicitur in lege hac consultissima. §. fina. infra de testam. & in lege qui ex liberis. §. fina. ff. de secund. tab. Vel secundo respondetur quod ille tex. loquitur de iure prætorio, in quo non fuit introductũ pro forma quod debeat institui uel exhæredari, & ideo præteritione filii non est nullum, sed solum inducitur exceptio quædam quæ cessat propter consensum filii, & ideo recoualescere potest, ut infra dicam sequendo opinionem gl. hic.

Ex qua solutione potest inferri ad concordiam opinionum, & dici distinguendo inter ius ciuile & prætorium, Aut testabatur testator secundum formam ciuilẽ & de iure ciuili, & tunc non ualet consensus nec testamentum, per rationes supra allegatas cõtra communẽ. Aut testabatur secundum formam prætoriam, & tunc quia exhæredatio & institutio non requiruntur ꝓ forma essentiali, ualebit testamentum, & non poterit amplius succedere, sed tamen quia testamentum erit nullum de iure ciuili, erit necesse quod scripti hæredes petant bonorum possessio. secundum tabulas. argum. di. legis posthumus. ff. de iniusto. & dicto. §. non tamen. in sti. quib. mod. infir. test. Et hic erit uerus casus ultra doctores, in quo etiam hodie erit necessaria bonorum possessio. quod est notabile. Et sic patet quod hæc limitatio non est uera, uel non potest sustineri nisi in testamento prætorio.

Aliam limitationem ponunt hic Iason & Decius, quando in testamento esset apposita clausula codicillaris, nam tunc, licet propter præteritionem filii non seruetur uoluntas ut testamentum, tamen seruabitur ut codicilli, & ideo ab intestato succedit ille præteritus, & tenebitur postea restituere uirtute fideicommissi institutis in testamento, ut per Bar. & doctores in authent. ex causa. infra de liber. præter. & in lege 1. in 5. quæstione. ff. de iure codicil. & in lege si iure. in fine. ff. de iure codicil. Alex. in cons. 37 in causa mota. colum. 2. lib. 1. & in auth. ex causa. infra de liber. præter. colum. 5. & in cons. 41. uiso tenore. lib. 1. & in cons. 142. circa primam dubitationem. lib. 2. & in cons. 31. ponderatis. lib. 3. Ange. in cons. 119. uiso themate. colum. 2. Bald. in consili. 431. glo. in authentica. libro 3. & in consilio 104. casus talis. libro quinto. & Roma. consi. 122. cum aliis cumulatis hic per Decium. & in cons. 242. & Cur. hic. & Ferrar. Igneus tamen in dicta auth. ex causa. tenebat contrarium. Sed quia doctores ibi plene examinant, ideo ego ibi etiam dicam restringẽdo ad certos casus ut ibi per alios.

Tertia est limitatio, quando instituti sunt uenientes ab intestato, quam ponit Iason hic, & Ferrarienses, sed quia alii infra dicunt, ego etiam ibi reseruabo, quia oportet præcedere intellectus. dict. §. prius. Alias fallentias posuit Iason in le. si filius qui in potestate. ff. de lib. & posthumis. colum. 2. ibi stat ergo conclusio. quas uide per te.

25 Circa secundam dubitationem, an testamentum sit ualidum de iure prætorio, duæ fuerunt principales opiniones. Vna glo. hic quod testamentum non annulletur præteritione filii, siue sit in potestate siue emancipatus, idem tenet glo. in lege si ita scriptum. §. fina. & l. quod uulgo. & l. non putauit. §. siquis emancipatus. ff. de contratab. & in l. filio præterito. ff. de iniusto. & est * communis opinio glo. & sequuntur Fulgo. & Roman. hic. & Cum. in dicta lege si filius qui in potestate. & ibi Soccinus cum aliis allega. ibi per Iasonem & Rimina. late examinantem hic num. 6. idem tenet Theophilus in §. non tamen. inst. quemadmo. infir. testam. & ibi Viglius. qui dixit quod ille tex. expresse non pertinet ad testamentum prætorium. Et pro ista opinione primo adducitur, quia contratabulas datur ad rumpendum. l. 1. ff. de lega. præstand. in princi. ibi, iudicium patris rescindunt. & l. ut liberis. inf. de colla. ibi, rescisso. & l. fina. infra de liber. præter. ibi, per contratabulas stare non patiatur. ergo uidetur quod ualeat, quia quod nullum est rescindi non potest. d. l. nam & si sub conditione. §. post defectum. ff. de iniusto. Ad ista iura respondet Decius & tenentes communem opinionem, quod contra tabul. rumpitur testamentum quatenus de facto processit. ut in simili no. glo. in lege 1. ff. de seruit. in uerbo infirmabitur. & in lege si dolo. supra de rescind. uend. & in lege & si is. in uer. rescissa, supra de prædiis mino. & l. ex empto. §. si is qui uina. ff. de actio. emp. Alexander per illum textum in lege 3. §. fina. ff. de liber. & posthu. Secundo respondent, quod contratabulas datur ad declarandum nullum, non ad rumpendum, secundũ Paulum de Castro. Et secundum Ferrarienses probatur in dicta lege prim. in relatiuo qui, quod præsupponit aliquos esse qui non rescindunt per contratabulas. iux. no. in lege ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. Et in tex. in d. l. ut liberis. uerbum rescissa, stat proprie propter quærelam, & quando filius emancipatus est præteritus, Sed in filio in potestate stabit improprie. ut l. 2. ff. de off. procons. & l. 1. infra quando ciuil. actio. præiud. & hic per Iasonem. Tertio respondetur quod d. l. 1. de leg. præst. loquitur de filio emancipato, & suadet natura tituli, q̃a filius in potestate non soluit legata relicta liberis & parentibus. l. is qui in potestate. & l. si duo. eodem titulo. Eodem modo respondetur ad dictam legem finalem. ut intelligatur de filio emancipato agente contratabulas, ut patet ibi, ad similitudinem sui uel emancipati, referendo singula singulis. Tamen defendendo argumẽtum replicari potest. & licet. dic. l. 1. de lega. præstand. potest cauillari per dictam legem is qui in potestate. & l. si duo. Tamen. l. ut liberis de collat. loquitur generaliter, comparando contratabulas quærellæ, quæ in omni filio rumpit testamentum, ergo est textus ibi q̃d in omni filio contratabulas rumpet. & per consequens testamentum ualeat. Et idem probatur in dicta lege finali. §. sancimus. nam ille text. generaliter intelligitur in omnibus casibus in quibus datur contratabulas, nã alias diminutus fuisset tex. ommittendo casum quãdo contratabulas datur filio in potestate. Nec ob. quod rescissio fiat quatenus de facto processit, quia uerum est quando ex actu nullo secuta fuit aliqua executio, ut q̃a res tradita fuit, nam tunc fit rescissio illius traditionis. argum. §. finali. insti. quib. mod. tolli. oblig. & l. ab emptione. ff. de pactis.

Secundo pro ista opinione inducitur, quia contratabul.

bul.dicitur quia datur contratabulas,ergo tabulæ debent ualere,qa tabulæ nullæ nō sunt tabulæ.l. 2.§.1.ff. quemadmodum testam.aper.l.quod uulgo.ff. de cont. tab.& l.2.§.exigit.ff.de secundum tabul.Sed respondet Alex.& alii quod etiam tabulæ nullæ dicuntur tabulę. l.1.§.hoc interdictum.ff.de tab.exhib.l.si quis legatum ff.de falsis.& facit l.quid ergo.§.cum autem. ff. de iis q no.infam. Vel secundum Ferrar.respondetur quod edictum fuit factum propter filios emancipatos, quo casu tabulæ ualebant, & in consequentiam postea extensæ fuerunt ad filios in potestate præteritos. Sed replicari potest negando quod edictum fuerit factum propter emancipatos tantum,quia immo factum fuit etiam ,ꝓpter filios in potestate,ut dixi in præmissis, cum in testamento præterito filii in potestate instituti ante. §. sed cum paulatim.insti.de testamē. non poterant adire hæreditatem,quia tunc temporis illud testamentū nō ualebat de iure ciuili.Item tabulæ nullæ non sunt tabulæ quando tractatur de succedendo.dict.l.quod uulgo.Et dict.§.exigit.& d.§.hoc interdictum & d.l. legatum.procedunt quando agitur de facto scripturæ, nō de successione.Item nisi tabulæ ualerent frustra prętor uoluisset quod daretur contratabulas,& denegasset,sicut denegauit in d. §.quod uulgo. igitur oportet,quod aliquo modo ualerent quando datur contratabulas.

Tertio inducitur lex secunda.§.expectandi ff. de secundum tabul.ubi tex.uult ꝙ secundū tabulas cesset donec potest dari contratabulas, & si illa sit finita, quod competat secundum tabulas,sed contratabulas non datur nisi propter præteritionem,ut dixi supra in rubric. ergo præterito filio ualet testamentum cum detur secūdum tabulas quæ non competit nisi ex tabulis ualidis. dict.§.exigit.& d.l.quod uulgo.Sed respondet Alex.ꝙ ille tex.loquitur in emancipato præterito, quo casu secundum omnes ualet testamentum .l.filium.& ibi glo. ff.de contratab.& eam tenent hic Ferrarienses.Secūdo respondent quod ibi datur cōtratabulas quia repudiatio confirmatur,& notanda est multum ista solutio,qa uult quod per repudiationem & per mortem confirmētur tabulæ,& sic non requiritur factum approbans,sed sufficit taciturnitas,quod est contra ea quę uolunt alii, quod per mortem filius dicitur improbare, idē in posthumo ut reconualescat testamentum post mortem ex sola repudiatione uel morte. Tamen nulla responsio est uera,quia restringere illum textum ad emancipatū, est destruere,quia sicut totus ille titulus loquitur de cōtratabulas quæ datur omnibus præteritis, ita etiam illa lex,ut per Dec.quidquid dicant ferrar.qui negant,& postea multa adducunt.Similiter secunda responsio est falsa quod ibi reconualescat, quia ut dicebat Riminal. ibi obstat uerbum reuertitur, quod denotat ab initio competiisse secundum tabulas. Præterea ut infra dicā, falsum est quod testamentum nullum propter defectū formæ possit reconualescere, quia approbatio filii nō potest facere quod una res sine forma possit esse in rerum natura.l.cum precario.ff.de precar.& no.in l.2.ff. si cer.pe.Et qui uult dicere quod reconualescit, oportet quod præsupponat actum non esse nullum propter defectum formæ,& cum docto. præsupponant præterito filio deficere formam impossibile est quod reconualescat.

Quarto inducitur l.2.§.si sub conditione.ff. de secundum tabulas.ubi filius institutus sub conditione casuali potest petere secundum tabulas ante existentiam cōditionis,& defecta conditione conuertitur in contratabulas,ergo testamentum ualet, cum secundum tabulas ante existentiam conditionis,& defecta conditione cōuertitur in contratabulas,ergo testamentum ualet, cū secundum tabulas non possit competere.d.§.exigit.& tamen ille est præteritus,& facit testamentum de iure ciuili esse nullum.l.si pater.inf.de inst.& substi.Sed Alex.respondet quod ille text. loquitur de filio emancipato,quam responsionem repræhendit Decius hic, & alii moderni,quia tex.dicit,quæ tuitio maxime necessaria est in filio emancipato,ergo loquitur etiam de filio in potestate. Vnde secundo respondet quod ibi fit confirmatio testamenti petendo secundum tab. Quam etiam repræhendit Dec.quia tex. præsupponit ab initio competere,cum dicat quod datūr quasi scripto hæredi,& quia uult illam quæ competit conuerti in contratabulas,item illud de reconualescentia non est uerū ut dixi & inf.dicam. Vnde tertio responde quod ibi ille non dicitur præteritus, quod patet, quia non datur ab initio contratabulas.& hanc sequitur Dec.& Ferra. Sed nec & ipsa est bona,quia si esset institutus & nō prę teritus, testamentum de iure ciuili non esset ipso iure nullum,sed.d.l.si pater dicit quod nullum est testamē tum, ergo oportet dicere quod ibi ualet, quia de iure prætorio ita statutum est.

Quinto inducitur,quia contratab.dicitur ex testō.§. sunt autem.insti.de bon.pos. ergo uidetur quod ualeat testamentum.Sed Alex. respondet quod dicitur ex testamento quia non potest competere nisi factum sit testamentum,& contratab.in filio in potestate præterito non infert ualiditatem testamenti, ut dicitur in 3. arg.principali.

Sexto inducitur.l.quod uulgo.ff.de contratabu. ubi dicitur quod contratabulas non competit nisi sit tale testamentum ex quo tempore mortis potuerit adiri hæreditas,uel peti secundum tabulas, quia si non potest acquiri hęreditas,etiam bonorum possessio non datur quia esse sine effectu,sed filio præterito datur, ergo testamentum ualet ut ex eo tempore mortis possit peti secundum tabulas.Sed respondet Alex.quod ille tex.intelligitur in terminis denotatis per exempla ibi posita quando testamentum non ualet ex alia causa quā præteritionis,cum si non ualeat ex causa præteritionis,ꝓpotest dari contratabulas,quia saltem spes est quod possit peti secundum tabulas per confirmationem, & exēpla licet non restringant regulam, declarant tamen regulam in quibus casibus procedat.l.damni infecti quidam.ff.de damn.infect.& hæc est responsio Imol. in d. l.si filius.& Pau.de castro.& sequuntur hic omnes moderni.Secundo respondent Ferrar.quod illa lex loquitur in filio emancipato,quia tex.dicit,data liberis, ergo loquitur de emancipatis, quia filiis in potestate nō fuit data,sed extensa,& dicitur inconuincibiliter probari,quia in filio in potestate non potest dari secundū tabulas,cum testamentum sit nullum.Sed nulla responsio est bona,nam restringere illum textum ad illos casus præter præteritionem,est expresse uiolare illum, qui dicit oportere tale esse testamentum ex quo peti possit secundum tabulas,& postea infert ad illos casus, ergo est generalior, & ille tex. in pandectis florentinis habet contra lignum,non contra legem, ut habent codices uulgares.Ex quo dicto inferebatur,quod contratabulas daretur contra lignum,non inspecto an ualerent tabulæ,sed ibi determinatur quod debet intelligi contra lignum uiride & ualidum,non autem contra lignum aridum & inutile, & per hanc considerationem tollitur secunda responsio, quod loquitur de filio emancipa, quia si loqueretur tantum de filio emancipato non declararetur illud dictum contra lignum est,quod generale est,& oportet quod compræhendat omnes casus in quibus uidebatur quod daretur contra lignum aridum.Et si propter præteritionem testamentum fuisset ipso iure nullum de ea etiam posuisset ibi exemplum,sed ideo non posuit quia illa non facit testamentum nullum ipso iure,quin sit possibile ex ea posse dari secundum tabulas.

Septimo inducitur,quia prætor mandauit etiam filios emancipatos institui uel exhæredari, & tamen testamentum ualet,ergo eodem modo ualebit dum mandat filium in potestate institui uel.exhæredari, quāuis præte-

prætereatur, quod patet, quia procedit ulterius prouidendo de remedio rescissiuo, ergo uult quod defectus illius formæ non annullet testamentum, & sic ualet de iure prætorio, ut in simili habetur in titulo. ff. de dolo. ubi quia prouidet de remedio rescisiuo prætor ergo actus ualet, ut no. Bar. in l. prætor. in principio. ff. de noui oper. nunt. & per omnes in l. non dubium. sup. de lega. Sed respondet Decius quod quamuis prætor det remedium, tamen illud non est rescisiuum in filiis in potestate, quia datur ad declarandum nullum, sed hæc responsio non tollit contrarium quod urgétissimum est, ita inducendo, nam si prætor mandat institui uel exhæredari filium emãcipatum, & in casu præteritionis det contratabulas, apparet non uoluisse quod institutio uel exhæredatio sit de forma testam. Sed solum quod sit necessaria pro danda executione, & doctores omnes præsupponunt consentiendo quod testamentum non efficiatur nullum propter præteritionem filii emancipati. l. filium. & ibi Bar. ff. eodem. & l. is qui in potestate. §. sed si unus. ff. de lega. præst. cum infinitis simil. & si hoc est in filio emancipato cuius curam habuit prætor ut poneret inter suos, ergo etiam idem statuit de filiis in potestate. Solum .n. forma testamenti prętorii consistit in scriptura & septem testibus & signis. Et ideo prætor quando dicit dari bonorum posse. solum facit mentionem de tabulis cum septem testium signis. l. 1. & 2. sup. de secund. tab. & l. posthumus. ff. de iniust. rup. & irrito testam. & §. non tamen. inst. qui. mod. infir. test. Et cum prætor non curauerit de suitate circa continuationẽ dominii, quia nullus ipso iure efficitur bonorum possessor, nec in aliquo continuatur dominium ut dixi in le. emancipata. sup. qui admit. sequitur quod nec etiam curauit in uariando formam.

Igitur dicendum est quod institutio uel exhæredatio filiorum neque emancipatorum neque in potestate est de forma testamenti prætorii, & propter ea eius defectus non facit testamentum nullum, & per consequens oportuit dare contratabulas ad rumpendum illud, & per hoc differt a testamento ciuili, in quo ꝑ forma requiritur institutio uel exhæredatio filiorum in potestate, quia cum ratione suitatis continuetur dominium in eis post mortem. l. in suis. ff. de libe. & posthu. & l. nihil. inf. pro hærede, est absurdum quod reperiatur unus qui sit dominus hæreditatis præter uocatos in testamento. Et propterea secundum ius ciuile impossibile uidetur quod testamentum ualeat præterito filio in potestate qui sit dominus hæreditatis, quæ absurditas & impossibilitas cessat de iure prætorio, Et per consequens apparet quod testamentum nõ est semper nullum præteritione cuiusque filii, sed solum quatenus testamentum prætorium ualet, hodie etiam de iure ciuili cum illo iure tantum erit nullum, & ita intelligitur. l. is qui in potestate. & l. si duo. ff. de leg. præst. ut inf. dicam in sequẽ. articulo & cogita, quia in hoc multum consistit ueritas istius opinionis.

Octauò inducitur iste text. qui præsupponit quod si non esset petita contratabulas, quod possit dari secun. tabu. ergo testamentum non rumpitur in totum præteritione filii. Sed respondent Alex. & communiter doct. quod non probatur ab initio testamétum ualuisse, sed ideo poterit dari secundum tabulas, quia confirmatur testamentum per repudiationem uel mortem, sicut fit in l. posthumus. ff. de iniusto rup. & irri. testam. Sed hæc responsio nihil ualet, quia per eam doctores inducunt absurdum maximum in iure, quod testamentum sit nullum ab initio propter defectum formæ, & quod ꝑ mortem filii uel approbationem insufletur spiritus uitæ testamento sine forma, quod est impossibile, quia nulla res potest esse in rerum natura nisi habeat formam. l. si is qui quadringenta. ff. ad legem falcidiam. cum illa det esse rei. l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhib. & per Bar. in l. triticum. ff. de uerborum obligatio. Et sicut impossibile est in natura & iure quod stipulatio recõualescat sine uerbis, uel uenditio sine pretio, uel mutuum sine translatione dominii, ut no. in l. 2. ff. si cert. pe. & quod testamentum reconualescat sine institutione, ut no. in l. 1. ff. de iure codicillorum. ita est impossibile quod testamentum deficiens in forma institutionis uel exhæredationis filii reconualescat ea non interueniente, quia forma est publici iuris, & pactis priuatorum tolli non potest, l. 3. ff. de testam. Ideo leges quę uolunt mutuum reconciliari, ut dicitur in d. l. 2. §. appellata. & §. fina. & l. nam & si fur. ff. si certum pe. præsupponunt quod superueniat dominii translatio ad effectum ut contractus non deficiat in forma uel limitibus suis. Et si dicatur, immo uidetur quod inducatur forma per consensum filii moriendo uel abstinendo, quia tunc cessat illa continuatio dominii quæ inducitur propter suitatẽ ex morte uel beneficio abstinendi. l. nam nec emancipatus. ff. de leg. 1. ergo sicut reconciliatur mutuum ꝑpter superuenientiam dominii, eodem modo reconciliatur testamentum sublata illa causa quæ faciebat defectum formæ. Nam respondetur quod nec etiam per talem rationem inducitur forma testamenti de iure ciuili, tum quia beneficium abstinendi non impedit continuationem dominii & necessitatem sui hæredis de iure ciuili, ut no. in l. necessariis. ff. de acquir. hæred. tum etiam quia hic de præsenti tantum esset forma quæ nõ potest trahi retro. l. si filius in potestate. ff. de lib. & posthum. & §. primo. insti. de exhær. lib. Et si in uita patris hoc est, tanto minus post mortem patris, quo casu non potest fingi patrem facere testamentum. Item esset necessaria fictio quæ non adhibetur in forma, ut per Bar. in l. triticum. ff. de uerborum obli. Et sequeretur quod filius confirmando testamentum nullum ipse de nouo posset dare, quia actum nullũ nõ potest confirmare qui de nouo non potest dare, ut no. in auth. de defensor. ciuit. §. iusiurandum. Quod est ridiculum in filio præterito, quia ipse non facit testamentum patri. Sed debet esse pater qui sibi ipsi faciat. arg. l. illa institutio. ff. de hę red. inst. Ex quo sequitur, quod omnes leges probãtes reconualescere testamentum probant etiam istam opinionem quod ab initio ualet testamentum prætorium non obstante qualibet præteritione.

49 Quare † dicendum est, quod testamentum nullum ꝑpter defectum formæ non potest reconualescere, Et in casibus in quibus præsupponitur quod testamentũ reconualescat, oportet dicere quod ab initio fuit ualidũ, sed propter impedimentum superuenit exceptio, qua cessante reassumit uires. arg. l. si unus. §. pactus. ff. de pactis. quia si esset nullum non possit ex post facto reconualescere. arg. d. §. pactus. in 2. responso. quia testamentum non fit a filiis, sed fit a patre, cum suis solemnitatibus. l. hæredes palam. §. si quis post. ff. de testam. & per consequens oportet dicere quod de iure ciuili non potest reconualescere.

Et concordando iura, concludendum est quod testamentum de iure prætorio est ualidum ab initio nõ obstante præteritione filii, quia non deficit forma, & non rumpitur per superuenientiam impedimentorum, sed inducitur exceptio impeditiua executionis & effectus, & cessante impedimento reassumit uires. De iure uero ciuili testamentum ab initio est nullum, & nunquã potest reconualescere. l. si filius in potestate. ff. de liber. & posthum. & §. primo. insti. de exhæred. liber. & le. uxoris abortu. infra de posthum. hær. insti. & l. qui uxorẽ. ff. de iniu. rup. Patet igitur redeundo ad solutionem doctorum datam ad istum textum quod illa non est bona quia non potest tractari de reconualescentia quin ab initio ualeat testamentum, & ideo cum pręsupponatur dari secundum tabulas, oportet dicere quod testamentum non fuit ruptum de iure prætorio, ut dicebat glo. Sed solum inducta fuit exceptio quæ cessat si posthumus moriatur in uita. d. l. posthumus. uel etiam moriatur

tur post mortem,uel repudiauerit, per istum textum, coniuncta.l.2.§.expectandi.ff.de secun.tab.Et hoc etiã nota,quia urgentissime probat opinionem contra cõmunem, & tollit quasi omnes responsiones doctorum ad iura sup. allegata.

Nono inducitur.§.eadem.inst.dehæred.quæ abintesta.ubi dicitur quod eadem bonorum possessio datur filio emancipato & filio in potestate,ergo sicut datur ad rumpendum iu filio emancipato, eodem modo debet dari in filio in potestate,ne diuerso iure censeantur.argum.l.eum qui edes.de usuc. sed Decius respondet qd non inconuenit ut sit eadem, & in filio emancipato detur ad rumpendum,& in filio in potestate ad declarandum nullum,& sequuntur hic ferrar. Tamen replicari potest quod cum ab initio æqualiter data fuerit pro utroque filio,debet habere eundem effectum, quia si fuisset testamentum nullum in filio in potestate præterito non dedisset eam,quia inanis fuisset,argu.le. quod uulgo.ff.de contratab. Et si dicatur,qd fuit extensa minus concludit,quia non fuisset facta extensio per prętorem de remedio inani,& non conuenienti subiecto.argu.d.l.quod uulgo.Nec utilitas potest cõsiderari quod petat declarari nullum,quia remedium non conuenit, nec daretur,sicut non datur in exemplis positis in d.le. quod uulgo.& tamen ibi est utile uenientibus abintest. quod declaretur testamentum non ualere.

Decimo inducitur,quia secundum tabulas & cõtratabulas sunt contraria,& sicut præterito datur contratabulas,ita institutis secundum tabulas, sed secundum tabulas non potest dari nisi pro ualido testameuto, ergo testamentum ualet. Respondet Decius quod argumentum procedit in filio emancipato præterito, quo casu ualet testamentum, sed non procedit in filio in potestate præterito,& contratabulas non infert testamẽtum ualere.Sed responsio non tollit contrarium,quia, ut dictum fuit in secundo argumento,nomen contratabulas præsupponit ualiditatem testamenti,nec de nullitate bene concludéter probatur,ut inf. dicam in seq. dubitatione,& iura sunt clara quod ex eodem testamẽto possunt dari contratabulas,& secundum tabulas,licet non concurrant,ut in isto tex.& l.2. §. expectandi. ff.de secund.tab.

Vndecimo inducitur,prætor non curauit de suitate quia æquiparat emancipatos filiis in potestate in successione,& rescindit capitis diminutionem eorum. le. sed cum patrono.§.1.ff.de bonorum possess.ergo sicut testamentum ualet præteritione filii emancipati, ita et præteritione filii in potestate. Sed respõdet Dec. quod prætor non curat de suitate in casibus in quibus hoc dixit contrariũ disponendo,sed qñ nõ dixit, remanet differentia adhuc quam ipse considerat.l.illud.§.ad testamenta.ff.de cõtratab.Sed replicari potest quod in hac parte testaméti & institutionis & præteritionis expresse,non curauit de suitate,quia noluit eos succedere per modum iuris ciuilis,continuádo in eis dominium,nec faciendo eos hæredes ipso iure.l.emancipata.& ibi dixi.& in l.infantis.supra qui admitti. & cum sustulerit causam faciendi testamentum nullum,etiam uoluit ualere testamentum spreta suitate,& propterea institutio uel exhæredatio filii in potestate in testamento prætorio non est de forma,quia cessat causa propter quã inducebatur forma.

Duodecimo Curtius inducebat.l.filio præterito.De iniust.rup.testam.ubi testamentum ualet non obstante præteritione.& idem potest dici de dict.l.posthumus. & de omnibus aliis legibus uolentibus reconualescere testamentum.Sed omnes respondent quod ille tex. pbat contrarium, quia dicit subtilitate iuris fuisset nullum.& sic ab initio est nullum. sed postea confirmatur. Replicari potest quod immo probat inducendo ut supra,quod actus sine forma nõ potest confirmari ex uoluntate unius,quia in eternum non potest fieri quod testamentum ualeat ut testamentum non existente forma sua quæ dat esse rei,& qua non existente res dicitur perire.dict.l.Iulianus.§.siquis rem. igitur oportet dicere quod in l.filio præterito.testamantum ab initio ualebat de rigore iuris prætorii, sed de iure ciuili erat nullum.Tamen si filius præteritus consentiat, seruari debet,quia tollitur causa exceptionis, & reassumit uires.arg.d.l.si unus.§. pactus.ff.de pact.

Vltimo pro ista opinione facit efficacissime tex. in l. ex duobus.2.§.1.ff.de contratab.qui probat quod testamentum in quo filius est præteritus rumpit testamẽtum primum,si modo testamentum est in aliis ita ordinatum & perfectum quod remota præteritione filii rũperet testamentum primum, & scripti hæredes obtinere possent hæreditatem, nam illa uerba hoc dicunt, ut plene declarat Decius infra in fin.articuli.& ibi dicã. ergo præteritio non impedit testamentum secundum rumpere primum si alias est ualidum ut posset rumpere & sic ille tex.apparet factus propter hoc ut appareat ꝙ præteritio non reddit testamentum nullum,& de eius intellectu inf.discutiam cum Dec.

47 Ex quibus† patet quod omnia fundamenta adducta contra communem opinionem per glosam efficaciter probant,& quod hæc opinio in puncto iuris est uera, præsupponendo illa duo quæ posui in 6. & septimo argumento.& doctores non expresserunt, & a quibus dependet tota ueritas huius conclusionis,quod de iure p̃torio institutio uel exhæredatio filii etiam in potestate non est de forma, sed forma prætoria consistit in scriptura & septem testium signis,& solum ad executionem testamenti requiritur institutio uel exhæredatio, non ad ualiditatem,ideo non obstante præteritione testamentum erit ualidum de iure prætorio.Item pręsuponendo aliud,quod testamentum ab initio deficiens propter formam non potest reconualescere ex uoluntate filiorum uel casu,quia priuati,uel casus nõ possunt facere quod actus sine forma sit in rerum natura. l. qd ab initio.ff.de regu.iur.& cap.non firmatur.de reg. iuris in 6.cum suis infinitis exemplis positis per glosam. Decium & Cagno.Et illa regula non recipit fallentias quando actus deficit propter formam & non superuenit in confirmatione. Quibus præsuppositis apparebit postea quod omnia adducta pro ea concludenter probant,cum cessent omnes responsiones doctorum datæ ad d.iura,& ideo qui uult defendere communem opinionem oportet multum insudare in remouendo prædicta duo præsupposita,quæ iudicio meo uidétur multum de mente iurium, & conuenire uerbis legum, cogita tamen.

48 Secunda est†principalis opinio, quod testamentum præteritione filii in potestate sit nullum etiam de iure prætorio,quam tenent Alex.Iason Decius Cur.Ferra. * & alii,& dicunt esse communem opinionem doctorũ. Et pro ista opinione inducitur primo tex.in l.1.in fin. ff.si tab.testamenti nullæ extab.& l.fina.ff.de liber.& posthum.ubi præterito filio in potestate emancipatus exhæredatus ab intestato potest petere bonorum possess.Vnde liberi.ergo testamentum est nullum de iure prætorio,quia bonorum possessio unde liberi non potest dari existente ualido testamento de iure prætorio sicut nec successio ab intestato de iure ciuili potest dari existente testõ ualido de iure ciuili.le.quandiu.ff. de acquir.hæred.& l.quamdiu.supra qui admitti. Ad istũ textum doctores uarias responsiones accommodant. Et prima fuit Cumani, quod ibi testamentum est nullum de iure ciuili, sed non dicitur quod sit nullum de iure prætorio. Sed Alexand. repræhendit, quia ibi succeditur per unde liberi quæ est de iure prætorio. per legem quamdiu. supra qui admitti. Decius uero replicat,dicés quod bene successio abintestato non potest dari quamdiu potest dari secundum tabulas,sed non impeditur dari quando potest competere contratabu-

tabulas,& per consequens existente testamẽto ualido. Vnde licet præteritus habeat contratabulas, tamen potest dari unde liberi,quæ concurrit cum contratabulas l.filium.in princi.& ibi Bar.uer.secundo oppono.ff.eodem.& no.idem Alex.in l.fi.de lib.& posthum. Sed hæc replicatio non est tuta,quia ille tex. bene dicit qđ filius in potestate ab intestato potest succedere si filius emancipatus præteritus habeat contratabulas,sed non dicit quod possit succedere per unde liberi. Nec etiam ualet saluatio Cumani quod in dicta l.1.in fine unde liberi datur,quia testamentum est nullum de iure ciuili, quasi ex æquitate prætor ei dederit sua remedia abintestato succedentibus abintestato de iure ciuili, etiam quod testamentum suum ualuisset, Nam hoc ego puto falsum, quia unde liberi non poterit dari nisi quando succeditur abintestato de iure prætorio, Secundo respondetur ad dictam legem primam in fine. quod ibi est speciale ut succedatur abintestato quia erat destitutus emancipatus omni remedio,quia non potest habere contratabulas,quæ non datur exhæredatis.l.nõ putauit.ff.eodem.non potest habere quærellam, quæ nõ datur quando non potest adiri hæreditas. le. Papinianus.§.si conditioni.ff.de inoff.testam.ibi, ante aditã hęreditatem,nec nascitur quærella, nec hæreditas poterat adiri,quia erat nullum iure ciuili,nec bonorum possessio secundum tabulas peti,quia contratabulas habebat filius præteritus.argum.dictæ legis secundæ.§. expectandi.ff.de secundum tabu. ergo ne destituatur omni remedio,ex æquitate succedit abintestato. Et hæc specialitas suadetur propter illud uerbum tueri. Sed nec ista responsio est bona, quia secundum Ferrariens. emancipatus habebat contratabu.& etiam tenuit Deci.supra in glo.nominatim. Quod tamen reprobatum fuit,&uerũ est ut ibi,ꝙ emancipatus poterat habere alia remedia oridinaria,nam aut testamentum seruabitur,aut annullabitur,si seruabitur,quia præteritus confirmauit, competit secundum tabulas ex testamento. l.filio præterito.ff.de iniusto rup.& emancipatus habebit quærellam,si uero annullatur testamentum utroq; iure per contratabulas,tunc extinguitur exhæredatio, & succedit abintestato. Si uero uoluit succedere tantũ iure ciuili quod potest.l.is qui in potestate. ff. de legat. præstand.tunc emancipatus de rigore habere quærellam,quia ualet testamentum,tamen ex æquitate ei datur unde liberi,& hoc solo casu recurretur ad specialitatem,quando solum uult succedere de iure ciuili, Sed tamen quia non petendo contratabulas confirmaretur testamentum de iure prætorio,scriptus hæres per secũdum tabulas auocaret ei hæreditatem,ideo tutius est filio præterito intentare contratabulas. Quare planus potest dari intellectus & clarus,quod ibi filius præteritus intentauerat contratabulas, & ruperat testamentũ de iure prætorio,& fecerat locum successioni ab intestato utroque iure,& sic ibi præteritione filii testamentum erat ualidum ab initio de iure prætorio, sed ruptũ fuit per contratabulas.Vnde formaliter respondendo dicas,quod ibi non probatur testamentum fuisse nullũ de iure prætorio,quia immo erat ualidum,sed ibi succeditur abintestato quia filius intentauerat cõtratabulas & ruperat testamentum de iure prætorio etiam, & specialitas quę denotatur per uerbum tueri,est,ut quia licet contratabulas per se non reducat rem ad causam intestati,tamen quando concurrit cũ iure dicendi nullum potest reducere rem ad causam intestati.l.ut liberis.inf.de colla.& sic per contratabul. ibi ruptum fuit testamentum.Sed si non fuisset intentata contratabulas,testamẽtum fuisset confirmatum, quia ualidũ erat, & non potuisset succedi abintestato, sed emancipatus habuisset quærellam contra hæredem scriptum. argumen.l.non putauit.ff.de contratabul. Igitur ibi non ꝓbatur necessario quod testamentum sit ipso iure nullũ de iure prætorio præteritione filii in potestate, & uidetur confirmari per textum in l.is qui in potestate. in princ.ff.de leg.præstã. ubi præterito filio in potestate emancipatus tenetur soluere legata, ergo testamẽtum ualebat,quia alias non soluerentur legata si propter se & iure ordinario posset succedere abintestato, per rationem assignatam ibi,& per totam illam legem.& l.si duo.eod.tit.

Secundo pro opinione communi inducit hic Alexã. rationem, quia maior est defectus pręteritionis quam testium,quod probat,quia præteritio facta in secundo testamento impedit rumpi primum.l.si filius q in potestate.ff.de liber.& posthum. sed defectus testium non impedit secundum tollere primum. l. hac consultissima.§.sinautem.infra de testam.ubi si sunt scripti uenientes abintestato in secundo testamento in quo sint quinque testes,rumpitur primum testamentum, sed defectus testium facit testamentum prætorium esse nullum. l.2.supra de secundum tabul.& le.1.§. fina.a contrario sensu.iuncta glo.ff.de secundum tabu.ubi si lignum in totum sit rasum uel incisum tabulæ non ualent, ergo tanto fortius testamentum erit nullum præteritione filii.Iason & alii hic respondent quod argumẽ.procedit de iure ciuili,sed de iure prætorio maior defectus uidetur esse numeri testium, quia prætor solemnitatem testium inuenit.§.1.insti.de testam.& ideo quandoque sustinetur testamentum a prætore non obstante defectu præteritionis, & tamen non sustinetur ex defectu testium.d.l.posthumus ibi,attamen si signum fuerit. & d.l.filio præterito. Decius uero primo dicit quod ex d.l.posthumus non potest inferi quod testamentũ non sustineatur aliqñ ex defectu testium nã ibi ideo non sustinetur,quia erat alius defectus præteritionis, sed si esset solus defectus testium non negat ille tex. quod non posset sustineri, & ideo tunc argumentum procederet quando esset defectus testium tantum,& lex non dispẽsaret,unde ipse fortius dicit respondendo aliter, quod de iure ciuili etiam est maior defectus testium quã prętcritionis,ut expresse dicit Bar.in dicta l.filio præterito.col.fi.uer. quæro quid si testamentum.uolẽs ꝙ licet possit reprobari testamentum ex defectu præteritionis,tamen non potest reprobari ex defectu testium. & etiam no.Pau.de castr. in l.non dubium.inf. de testam. & l.2.inf.de fideicommiss.Non ob.ll.allegatæ per Alexand.quia in d.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.& §.sinautem.ibi,remissa fuit solemnitas fauore testium, fauore uenientium abintestato per legem, ut hodie nõ possit dici quod ibi sit defectus numeri testium, sicut nec in testamento militari hodie amplius potestdici esse defectus numeri testium,& ibi non agitur de preiudicio alterius præteriti.Quam responsionem repræhẽdunt hic & bene Ferrarienses num.97.ut per eos. sed non bene quantum ad intellectum.d.§. siquis autẽ. Sed quantum ad principale dictum Deci.est falsum, cũ necessario oporteat quod de iure ciuili maior sit defectus præteritionis quam numeri testium,attento quod præteritio tollit formam substãtialem attributam testamẽto,& defectus testium solemnitatem tantum, & minus nocet,ut per Bar.& docto.in l.nemo potest.ff. de lega. primo.in prima colum. Ideo uera est solutio Iasonis recte declarata,quia aliud est de iure ciuili,aliud de iure prætorio,nam de iure ciuili propter præteritionem est defectus in forma essentiali.& in testibus est defectus solemnitatis,sed de iure prætorio propter præteritionem non est defectus in forma,& propter defectũ testium inducitur defectus formæ essentialis,ut sup.dixi in sexto & septimo argumento alterius partis. ideo non potest inferri de uno ad aliud propter diuersitatẽ terminorum & diuersitatem rationum.

Tertio arguitur per Alex.quia testamentum secundũ in quo filius est præteritus non rumpit testamentũ primum.l.si filius in potestate.ff.de lib.& posthum. & nõ ualet de iure pretorio,quia si ualeret rumperet,cum testamen-

ſtamentum ſecundum ex quacunque cauſa ualidū certo modo rumpat primum.l.cum in ſecundo.ff.de liberis & poſthumis.ubi dicitur in fine, quod ſi in ſecundo teſtamento inſtitutus eſt hæres ſub conditione impoſſibili, rumpitur teſtamentum ſecundum unam literā; Quod uerum eſt ut ibi declarat Barto. ſi conditio reiicitur de iure ciuili, quia tunc ualet de iure ciuili, ſed ſi conditio reiicitur de iure prætorio, ut in lege quæ ſub conditione. de condi.inſt.tu.& l.facta.§.ſi in danda.ff. ad trebellianum.tunc teſtamentum ualet tantum de iure prætorio. Et Bartol. ibi uult quod per teſtamentū ſecundum ualidum de iure prætorio tantum primum rumpatur, ergo ſi propter præteritionem ualeret teſtamentum ſecūdum ſolo iure prætorio rumperetur primum; Soluit Decius quod ad hoc ut rumpatur teſtamentum primum oportet quod ualeat ſecundum de iure ciuili, ſecundum gloſam ibi. Quæ ſolutio non eſt tuta, & Bartol. intelligit illam gloſam quando ualiditas superuenit poſt mortem, ut in caſu legis filio præterito. ſed quando de iure prætorio ualiditas eſt ante mortem, tunc rumpit teſtamentum primum, Ferrarienſes etiam ipſi ſoluunt & reiincidūt in idem cum Decio. uera ſolutio eſt, quod ibi tractatur de teſtamento ualido de iure ciuili, de iure uero prætorio non dicitur ibi quid ſeruari debeat, & ſi replicetur, licet ibi non dicatur, tamen poſſet eſſe quod teſtamentum habens formā prætoriam potuiſſet rumpere aliud teſtamentum. Reſpondeo quod iſtud dependet ab intelligentia.l.ex duobus.§.ſi prius.ff.de contratabulas. & ſecundum intellectum quem ego teneo ibi deciditur quod de iure prætorio teſtamentum ſecundum in quo filius eſt præteritus rumpit primum, quia ipſo iure ualet non obſtante præteritione filii, & ita limitatur.dict.l.filius.ut procedat tantum de iure ciuili, tenendo intellectum quem infra ponam. Sed ſiquis uellet tenere alium intellectum communem poſſet dicere quod ſecundum non rumpit primum, quia licet ſit ualidum de rigore iuris, tamen quia ei obſtat exceptio præteritionis quæ eſt impeditiua executionis, impeditur etiam poteſtas rumpendi primum, niſi concurrat quod uenientes abinteſtato etiam in eo ſint inſtituti.argumento dictæ legis hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.& §.ſin autem.infra de teſtamentis. Ad contrarium igitur reſponde quod dicta l.filius in poteſtate, loquitur de iure ciuili tantum, ſed de iure prætorio ſecundum teſtamentum in quo filius eſt præteritus rumpit primum l.ex duobus.§.ſi prius.ff. de cōtratabulas. Vel ſecundo dicas quod dicta.le.ſi filius. loquitur etiam de iure prætorio, ſed tamen non ſequitur quod teſtamentum non ſit ualidum de iure prætorio, licet non rumpat, quia quando præteritus eſt filius, obſtat exceptio fortis impediens executionem teſtamenti, quę facit quod non eſt ita potens ut poſſit rūpere teſtamentum ualidum omnino niſi in ſecūdo ſint inſtituti uenientes abinteſtato, iux.l.ſi prius.& d.§.ſin autem.quia fauor uenientium abinteſtato remouet in parte exceptionem.

Quarto inducitur tex.in l.non putauit.§.a primo.ff. de contratabulas.ubi filio in poteſtate præterito ille gradus eſt nullus etiam de iure prætorio, ſi eſt de iure ciuili.l.3.§.finali.ff.de liberis & poſthumis Iaſon hic dicit illum textum non uelle ꝙ ex primo gradu non poſſit hæreditas adiri, ſed ex ſecundo, ſed ut dicit Dec. non bene legit literam. Vnde ſoluit ipſe, ſed non perfecte; ſed tu dicas quod ille tex. probat contrarium, quia ibi primus gradus non eſt nullus ſimpliciter, ſed quando hæredes mortui ſunt uiuente teſtatore, & effectus fuit caducus, ſed quando non ſuperuenit aliud impedimentum, præſupponit teſtamentum ualere non obſtante præteritione, cum dicat naſci contratab.& propter hoc contradicit.d.l.3.§.fi.ff.de lib.& poſth.ideo docto. ſuper glo.relatirin d.l.3.& in d.§.a primo.dicebant quod ibi erat præteritus filius emancipatus, Et quia eſt diuinare, dicendum eſt quod ille text. probat contrarium, & quod non obſtante præteritione teſtamentum ualet quando alius defectus non impedit.

Quinto inducitur ſecundum Aret.lex poſthumus. ff. de iniuſ.rup.nam ibi eſt ſpeciale quod ualeat teſtamētum quando præteritus moritur, ergo eſt regula incōtrarium quod non ualeat, Soluit Deci.quod etiam eſt ſpeciale de iure ciuili quod reconualeſcat, ut no.in d.l. poſthumus.& l.filio pręterito. Quæ ſolutio non tollit obiectum, nam admittamus quod ſit ſpeciale utroq; iure, ergo eſt regulare quod utroque iure ab initio nō ualet, & ſic probat opinionem communem. Vnde uera ſolutio eſt quod ille tex.loquitur de iure prætorio tantum, ut ſupra dixi in notabilibus & in præcedentibus argum. Et dum dicitur, ergo ab initio regulariter non ualet teſtamentum, reſpondetur quod nō ſequitur, ſed infertur contrarium, quia ſi poteſt reconualeſcere, ergo ab initio ualuit, quia teſtamentum ab initio nullum non poteſt per ſolam mortem præteriti reconualeſcere.l.uxoris abortu.infra de poſthum.hæred.inſt. & le. ſi filius.ff.de liber.& poſthumis.& §.primo.inſti.de exhæred.liber.

Sexto inducitur per Dec.iterum.d.l.1.in fine.ſi tab. teſtam.nullæ extab. ubi non poteſt dici ſpeciale eſſe, quia emancipatus eſſet deſtitutus omni remedio, quia immo ipſe habet contratab.l.fi.ibi, nihil agit.ff. de lib. & poſthu. Et ideo cum non ſit ſpecialitas aliqua ibi, & ſuceeditur ab inteſtato per unde liberi, oportet dicere quod ibi teſtamentum erat nullum de iure prætorio, per l.quamdiu.ſup.qui admit. Sed facilis eſt reſponſio quia falſum eſt quod ei datur cōtratabulas propter exhæredationem.le. ſi poſt mortem.§.exhæredati.ff.de contratab. & d.l.fi.in uerbo nihil agit. coniuncta.l.ſi na.ff.quando dies leg.uluſfr.ced.& dixi ſup.in glo.nominatim. Ad tex.uero ego dedi reſponſum quod ibi filius præteritus petit contratab.& rumpit teſtamentum de iure prætorio, & reduxit rem ad cauſam inteſtati, quia contratab.concurrebat cum iure dicendi nullum unde ſublato teſtamento corruit exhæredatio, & nihil impedit quod ſuccedat abinteſtato, ſed ſi filius ſe abſtinuiſſet, daretur emancipato quærela, & ualeret teſtamētum a principio.d.l.filio præterito.ſi uero adiuiſſet tātum de iure ciuili abinteſtato, tunc exhæredatio de rigore iuris remaneret ualida, quia ualeret teſtamentum de iure prætorio, & ab hæredibus poſſet auocari hęreditas, ut etiam emancipatus, poſſit intentare contra filium in poteſtate etiam ſuccedentem abinteſtato, ſicut poteſt filius exhæredatus intentare contra præteritum contratabulantem.l.filium.in fi.prin.ff.de contra. Vnde ad tollendum circuitum prætor tuetur emancipatum per unde liberi, ut innuit tex.ibi, tueri eum debet prætor, quia ſi in totum eſſet nullum teſtamentum non eſſet neceſſaria tuitio, quia iure communi edictorum ſuccedere poſſit.

Septimo per Dec. inducitur ratio, quia prætor mouetur æquitate, & nulla æquitas dictat quod ſi teſtamentum eſt nullum de iure ciuili quod etiam non ſit nullum de iure prætorio, cum ius prætorium confirmet ius ciuile, non oppugnet. §.aliquando. inſtit. de bono.poſſ.& contrat.datur filio in poteſtate ad effectū ut magis ſuccedat, non autem ut minus ſuccedat, ideo auget ruptelam, non impedit, ut probatur ex ratione poſita in l.4.§.emancipatus.ff.de contrata. Et hanc rationem confirmant Ferrar. dicentes quod non poteſt caput eorum intrare, quod prætor qui uoluit adiuuare ſucceſſiones filiorum præteritorum fecerit de teſtamēto nullo teſtamentum ualidum, ſed ſi iſti prædicta bene conſideraſſent, & etiam ea quæ dixi in pręmiſſis, facilitet hæc opinio potuiſſet intrare in caput & corpus eorum. Nam pretor uolens dilatare ſucceſſionem teſtamentariam, & euitare ruptelas teſtamentorum quæ fiebant ſine utilitate filiorum, & inducere poteſtatem confir-

confirmandi testamenta, innuerit formam testamenti ualidam, & naturalem quam noluit rumpi, ita faciliter sicut fit forma ciuilis propter utilitatem reconualescendi, & ut defunctorum uoluntates facilius haberent executionem, & cum mandaret postea filios institui uel exhæredari, noluit hanc necessitatem esse de forma, ne eueniret incommodum ciuile quod nunquam postea posset reconualescere, & cum etiam ipse sustulisset effectum suitatis, & continuationis dominii, non erat aliqua causa quæ urgeret ut poneret pro forma institutionem uel exhæredationem filii in potestate, & propter hoc impediret tantam utilitatem ut in tot casibus posset reconualescere testamentum, & sic patet quod prætor motus fuit maxima æquitate, & multas utilitates causauit, cum & longe utilius fuit facere quod testamentum ualeret ab initio & rumperetur per contratabulas & quod postea posset reconualescere, quam facere quod ipso iure esset nullũ sine spe reconualescentiæ, cessante interesse filiorũ; & tanto magis, quia multa aliquando ueniebant discutienda in concessione hæreditatis quæ ponuntur in l. Saluius. ff. de leg. præst. & per totum illum titulum. & titulum. ff. de contratab. Dicendum est igitur, quod prætor maximam æquitatem sequutus fuit subueniendo filiis ut essent sine damno, & testamentis ne faciliter rumperentur, & æquius fuit facere q̃ testũm ualeret, & rumperetur per oẽs filios si putauerint interesse, quam facere q̃ esset nullum, attento quod satis per nullitatẽ iuris ciuilis erat filiis in potestate prouisum.

Octauo Ferra. inducunt tex. in l. 3. in fi. ff. de liber. & posth. ubi per solam præteritionem primus gradus est ipso iure nullus. Sed dicendum est ut sup. quod ille tex. debet intelligi secundum distinctionem positam in di. l. non putauit. §. a primo. & tunc retorquetur. Nono potest induci text. in lege is qui in potestate. in principio. & l. si duo. ff. de leg. præst. ubi quando filius in potestate est præteritus, ille habet rem abintestato, & non soluit legata liberis, nec parentibus, ergo testamentum est ipso iure nullum utroque iure, quia saltem deberet soluere legata si testamentum ualeret de iure prætorio, sed facilis est solutio, quod ibi non probatur testamentum esse nullum de iure prætorio, sed solum de iure ciuili, quia ibi succedit abintestato de iure ciuili & emancipatus succedit per contratabulas, & tenetur soluere legata, ideo potius retorquetur, quod immo ualeat de iure prætorio, quia si in totum nullum fuisset, emancipatus succederet per unde liberi, & non teneretur soluere legata, cum ipse non rumperet testamentũ, sed ille qui est in potestate, ut dicitur in l. 1. in fi. ff. unde liberi. quid. n. interest ad hoc ut emancipatus succedat abintestato quod sit exhæredatus uel præteritus. Et propterea per istas leges cõfirmatur intellectus quẽ ego dedi, quod ibi præteritus petierit contratabulas, & ruperat testamentum, cum alias iure prætorio non potuisset succedi abintestato. Et sic habes quod unum testamentum potest esse nullum iure ciuili, & ualidum iure prætorio, ut in d. l. is qui in potestate. & l. si duo. ff. de leg. præst. & ualidum de iure ciuili, & ruptum iure prætorio. l. & si contra. ff. de uulg. & pupil.

Et ita apparet quod opinio cõis eon probatur efficaciter per fundamenta allegata per doct. & quod opinio contra cõem, quod testamentum sit ualidum iure prætorio, non obstante præteritione, in puncto iuris est uerior & legalior. Restringendo tamen eam ad casum
49 in quo loquuntur iura allegata pro glo. scilicet, quando est factum testamentum secundum formam prætoriã quando sunt scriptura & septem testium signa. Nam tunc institutio uel exhæredatio non est de forma testamenti, ut dixi, Sed si esset testamentum factum secundũ formam ciuilem, ut testamentum nuncupatiuum, etiã per not. scriptum, iuxta not. in. §. fin. inst. de testam. ordin. tunc posset procedere communis opinio. Quia cũ per. §. sed cum paulatim. inst. de testam. cõicata sint remedia eueniet quod testamento ciuili potest dari bonorum possess. secundum tabul. quæ appellabitur secundum nuncupationem, & bonorum possessio cõtra nuncupationẽ. l. 2. sup. titu. primo. & ibi dixi in. l. 2. & tunc testamentum retinebit suam naturam ut sit nullum præteritione filii, sicut prætorium retinet suam, licet possit adiri hæreditas. Et eueniet quod cum institutio & exhæredatio filii in potestate sit de forma, quod per eius præteritionem testamentum est nullum, & ita poterũt procedere omnia allegata pro communi. Et sic federe distinctionis poterit saluari utraq; opinio, ut testamentum secundũ formã ciuilem sit nullum ut qdq; iure per præteritionẽ filii in potestate, & testamentum secundũ formã prætoriam sit ualidum non obstante præteritione, & inducet exceptionẽ tantum, qua cessante possit recõualescere, & quia raro testamenta in scriptis obseruantur per Italiam extra regnum Neapolis, Ideo raro practicabitur opinio glosarum, quod ualde nota.

50 Et pro hac opinione contra cõem uidetur esse tex. in terminis qui ad istum solum effectum uidetur factus in d. l. ex duobus. 2. §. si prius. ff. de contratab. ubi si primum testamentum sit rite factum in quo sit exhæredatus filius, & secundum sit factum in quo filius sit præteritus, dubitatur an testũm primũ sit ruptum, & dubitatione faciebat lex si filius qui in potestate. ff. de libe. & post. ubi secundũ non tollit primum pp præteritionem, sed contrariũ determinatur, qđ immo primum tollatur non obstante præteritione, dũmodo in illo tex. non sit alius defectus quã præteritionis. ita q̃ remoto filio scripti hæredes potuissent obtinere hæreditatẽ, q̃ est si nullus alius esset defectus, sed si esset alius defectus, qa amoto filio nõ possent scripti hæredes obtinere hæreditatẽ, tunc & si filius, & scripti hæredes excluduntur, ita probat ille tex. secundũ intell. quẽ hic ponit Dec. Nec ualet restrictio quã facit hic, q̃ ibi erat filius emancipatus, quia est diuinatio, & destructio literæ. Doct. tamẽ alio mõ intelligunt illũ tex ponentes casum ibi, ex quo inferatur q̃ ex speciali ratione testamentũ in quo filius est præteritus sit ualidũ. s. qñ in primo sit filius exhæredatus, & in secundo scripti hæredes uenientes ab intestato, nam tunc fauore uenientium abintestato & ipsius filii ualebit secundum ut possit tollere primũ, & ideo exponunt illa uerba, si amoto quoq; filio potuisset cõsequi hereditatẽ. s. ex successione abintestato. Ad idem est tex. in l. si duo. in fi. ff. de leg. præst. ubi præterito filio potest adire hæreditatem institutus, quia ibi erat institutus alius filius, ideo ualebat ex æquitate testamentum. Sed iste intellectus repræhenditur per Ferrarien. hic num. 81. quia in dicto. §. si prius. non poterat allegari fauor uenientium abintestato, cum ipsi essent posteriores filio, & filius eos excluderet, sed ego dico intellectum confundi per l. filio præterito. ff. de iniusto rupto. ubi erant instituti alii fratres, & tamen testamentũ non ualebat nisi postea fuisset confirmatum per abstinentiam, sed non abstinendo non ualeret, nec posset rumpere testamentum, ut per glosam & Bartolum in l. cum in secundo. ff. de iniusto rupto & irrito testamento. Curti. etiam repræhendit intellectum communem, quod ibi filius emancipatus esset præteritus, quia non fuisset opus ut in primo testamento exhæredaretur, Quod nihil est, quia iure prætorio erat opus exhæredare, ne contratabularet, & quamuis ex dictis doct. hic, & in d. l. si filius apparet doct. multum uacillasse circa intellectum illius legis, tamen duo prædicti intellectus sunt qui probabiliores sunt.

51 Sed cõtra intellectũ cõem facit, qa rõ ueniẽtiũ abintestato nihil pōt inferre specialitatis in illo tex, quia, ut dixi, ibi ueniẽtes abintestato nõ erãt in primo gradu, quia filius præcedebat, Item q̃ propter eos testamẽtũ nõ efficiatur ualidum obstat. d. l. filio preterito, ubi existẽtes in primo gradu ualiditatem testamenti non inducũt, tãto minus sequẽtes ĩ gradu, Solũ. n. fauor ueniẽtiũ abin-

abinteſtato conſideratur quando tractatur de cõfirmatione teſtamenti ex poſt facto, ut in d.l. poſthumus. nõ autem quantum ad ualidandum ab initio, & ab initio hoc nouiter fuit inductum in d.l. hac conſultiſsima. §. ſiquis autem. inſ. de teſt. ut no. per glo. in l. 2. in glo. fin. ff. de iniuſt, rup. & irri. teſt. Item ille tex. non facit mentionem de ſuccedentibus abinteſtato. Quarto ille tex. præſupponit teſtamentum imperfectum, & ſi referatur imperfectio ad defectum teſtamenti ibi erunt duo defectus potentes qui impedirent ualiditatem teſtamẽti, & eſſet inconueniens quod rumperetur primum teſtamentum, cum in d. §. ſiquis. hoc admittunt in una imperfectione tantum. Et ſic apparet quod intellectus cõmunis non poteſt ſtare.

Similiter contra intellectum traditum per Deciũ diſputatum Piſis obſtat ualde, quia ille tex. præſupponit imperfectum teſtamentum ultra præteritionem, dum dicit, teſtamentum imperfectum in quo filius ſit præteritus, & ſic præſupponit alium defectum quam præteritionis, & ſecundum dictum intellectum denegat tex. eſſe aliquam imperfectionem, & ſic implicaret contradictionem, Tamen nõ diſcedo a dicto intellectu qui multum conuenit uerbis, ſecundum quem ibi fuit dubitatum an imperfectio teſtamenti cauſata a præteritione impediret ſecundum teſtamentum rumpere primum, & determinatur ibi quod non, ſi non concurrit alius defectus impediens ſcriptos hæredes obtinere hæreditatem. Nec obſtat quod ſit contradictio, quia immo non eſt contradictio, cũ ſi tu uis quod ibi concurreret alius defectus, non poſſet eſſe niſi defectus teſtium, uel ſimilis, & quando eſt defectus teſtium, ſecundum hoc iure non rumpebat primum, quia nouiter fuit inductum in d. §. ſiquis. Si ergo ſolus defectus teſtium hoc non faciebat, ergo tanto minus quando adeſſet duplex defectus, & hodie etiam in caſu d. §. ſiquis. non rumperetur teſtamentum ſi concurreret alius defectus, quia uix ibi poteſt obtinere, ut patet ex not. per docto. ibi Et ideo neceſſarium eſt quod imperfectio cõſideretur in genere, & ſub nomine imperfectionis contineatur defectus præteritionis, ſicut ſub nomine perfectionis cõtinetur exheredatio. Et ideo ibi dicatur, quod aut eſt defectus impediens amoto filio obtinere ſcriptos hæredes hęreditatem, tunc non rumpatur teſtamentum, alioquin ſecus. Et per conſequens probat in terminis opinionem glo. ſupra firmatam, quod teſtamentum prætoriũ non efficitur nullum præteritione cuiuſcunque filii. Ferra. etiam hic largo apparatu ponunt alium intellectum, ſed quia præſupponunt quod ibi ſit duplex defectus, & præteritionis, & numeri teſtium, & in d. §. ſiquis auté. apparet quod uix ex ſolo defectu teſtium poteſt ſuſtineri ut rumpatur primũ. Ideo patitur difficultates præcedentes, & ex ſe non poteſt ſubſiſtere, & ratione probabili confirmari. Igitur teneas intellectum Decii ut ſupra declaraui.

52 Tertius † eſt modo articulus principalis, quomodo detur contratabulas ad rumpendum, & tenendo opinionem quam ſup. poſui, parua remanet difficultas, quia cum teſtamentum iure prætorio ſit ſemper ualidum, contratab. operatur effectum ſuum naturalem rumpendi, & ſolum remanet quæſtio an per contratab. reducatur res ad cauſam inteſtati, & quando, de quo inf. dicetur. Sed tenendo communem opinionem quod teſta-
* mentum præteritione filii in poteſtate ſit nullum utroque iure, magna eſt difficultas, per regulam dicentem nullum ex ſe amplius rumpi non poſſe. l. nam & ſi ſub conditione. §. poſt defectum. ff. de iniuſt. rup. & per. le. quod uulgo. ff. de contratab. quæ uult quod nullo exiſtente teſtamento ut nunquam potuerit adiri hæreditas uel bonorum poſſeſsio, contratabu. non detur, quia inane eſſet. Doct. ualde laborauerunt ſup. hoc contrario. Bar. refers opinionem Iacobi de Rauenna quod rũpatur illa ſpes confirmationis, quam ipſe repræhendit, quia ſpes rumpi non poteſt. l. quotiens. §. 1. ff. de noua. & l. ſub conditione. ff. de ſolu. Sed incontrarium, quod immo ſpes rumpi poteſt. Alex. nu. 19. hic allegat. leg. ſi poſthumus. in prin. & l. ſi a primo. ff. de lib. & poſth. ubi rumpitur gradus ſubſtitutionis antequam deueniſſet ad actum, & facit l. 1. §. biduum. ff. quando appel. ſit, & l. in illa ſtipulatione ſi kalendis. ff. de uer. obl. Et ad iura allegata per Bar. reſpondent quod ibi dicitur quod non tollitur illud circa quod uerſatur ſpes niſi ipſa ſit deducta ad actum. Tamen poſtea Alex. repræhendit quia alias deberet appellari bon. poſſ. contra ſpem. Itẽ ſicut ſi ipſa confirmatio deueniſſet ad actum, amplius non poſſet tolli, ita nec etiam debet ipſa ſpes poſſe tolli, ne plus poſsit ſpes quam actus. Item ſpes ipſa ceſſat quando filius dicit ſe uelle contratabulare, ergo nihil remanet quod rumpatur, & ita repræhendunt communiter doct. Ideo Bar. ponebat aliam ſolutionem, dicens quod filius contratabulare poteſt quia uidetur confirmare ad effectum rumpendi, ut in ſimili habetur in l. ſi. §. falſus. ff. rem rat. hab. & in l. Pomponius la 1. ff. de nego. geſt. in glo. 2. circa fi. & ſic per approbationem reconualeſcit de iure prætorio, & poſtea rumpitur per contratabulas. Sed quia contrarietas circa diuerſa poteſt procedere de iure, ut in d. iurib. Ideo Alex. repræhendit, quia filius petendo contratabulas non poteſt approbare niſi quando eſt præteritus, non inſtitutus. l. filio præterito. & alias ſequeretur quod inſtitutus ſine p̃terito non poſſet contratabulare, quod eſt contra. l. illud. §. fi. ff. de contr. Item aliquando contratabulatur teſtamentum in caſu quo non poteſt confirmari, ut in le. non putauit. § a primo. in 2. reſponſo. ff. de contrata. & l. filium. eo. tit. & ſic confirmatio non eſt cauſa potens ad faciendum quod teſtamentum poſsit contratabulari. Item approbatio ut incontinenti fiat reprobatio nõ debet attendi. arg. l. qui ſic. ff. de ſolu. Et per iſta docto. communiter repræhendunt hanc ſolut. Bar.

Ideo Angel. hic dicebat quod prætor mortuus inſufflat ſpiritum uitæ quando filius incipit contratabulare quod repræhendit Imo. in d. l. 1. ff. de iniuſt. rup. Vnde Franciſ. de are. hic ut refert Iaſ. dicebat ꝙ contratabulãdo expugnatur teſtamentum, non ut ualidum de iure, ſed quatenus de facto proceſsit, iux. gl. in l. ſi dolo. ſup. de reſcin. uend. & l. ex empto. §. is q uina. ff. de act. emp. & l. & ſi is. ſup. de prędi. mi. quæ nec in totum ſoluit cõtraria, ideo quinto loco Pau. de caſt. hic dicit ꝙ nõ ſem per contratab. datur ad rumpendum, quia aliqñ datur ad declarandum nullum teſtamentũ de iure p̃torio, ſicut de iure ciuili ius dicendi nullum datur ad petendũ declarari nullũ teſtũm, ſecundum practicã quam ponit Bar. in l. filio præterito. col. pe. ff. de iniu. rup. Et ideo dicit quod eius effectus uariabitur ſecundum uaria ſubiecta, quia ſi teſtũm erit ualidum, dabitur ad rumpendũ, ſed ſi teſtamentum eſt nullum, tunc dabitur ad declarãdum nullum, & hanc opinionem ſequuntur hic cõiter doct. & dicunt probari per d. l. quod uulgo. ff. de cõtratab. quæ uult quod ad hoc ut competat contratabulas requiritur quod teſtamentũ fuerit tale quod ex eo potuerit adiri hæreditas, uel peti ſec. tab. & non requiritur quod durauerit, & idem dicitur in d. l. non putauit. §. a primo. in ſecundo reſponſo. ff. eodem. nam cũ tunc ſit nullum antequam intentetur contratabulas, nõ operabitur niſi effectum declarandi nullum, & uidetur tenere glo. 2. in dicta. l. quod uulgo. in ſecunda ſolutione. ad iſtam legem.

Et comprobat Ale. p ſimile de appellatione, quæ eſt remediũ reſciſiuũ. l. 1. in fi. ff. ad turpi. & tamen ſi fiat de ſententia nulla, operatur, quod declaretur ſentẽtia nulla, ut habetur in l. quædam mulier. ff. fami. herc. & l. 1. cum glo. infirmabitur inf. de feriis. Et ſi dicatur quomodo poteſt dari ad declarandum nullum teſtamentum, cum ſuper hoc nulla antiquitus & minus hodie poterat dari ſententia declaratoria nullitatis, Reſpondent

Ferrar.

Ferrar.quod sola agnitio facta per præteritum sufficit ad declarandum nullum testamentum nulla expedita sententia,sicut etiam per ius dicendi nullum ex sola acceptatione declaratur nullum testamentum,& etiã antiquitus concessa contratabulas per decretum,incontinenti sine aliquo facto rumpebatur testamentum.arg. l.fi.§.nos itaque.sup.de cur.fur.Et si dicatur ut per Cur. hic,quod istud esset nullius effectus,cum per ius dicendi nullum satis esset declaratum testamentum nullum, Respondetur quod remedia multiplicata non sunt inutilia,ut no.in l.1.ff.de leg.1.sicut in eadem successione posse consequi hæreditatem utroque remedio iuris ciuilis uel prætorii.§.aliquando.inst.de bono.poss.& no.in l.fi.inf.unde cognati.

53 Sed†tamen multum stringit contra prædictam communem conclusionem.l.quod uulgo.ff.eo. quæ dicit, si nullum fuit testamentum inanis esset,& tamẽ ex qua cunque causa sit nullum semper utile esset quod declararetur nullum.Ideo Dec.pro clariori resolutione considerat tres casus, & ipse etiam imperfecte, nam uere sunt quinque casus diuersi, quia secundus casus diuiditur in tres alios,Primus,quando filius emancipatus est præteritus,& cætera solemnia interueniunt,& tunc casus est clarus quod contratabulas datur ad rumpendũ, quia ualidum est testamentum.l.filiusfa.& l.cum emãcipatus.ff.de contrata. Fallit tamen quando defecerat testamentum post mortem testatoris ex aliqua causa, ut quia hæredes scripti repudiauerant hæreditatem & bono.poss.contratab. uel mortui fuerint antequam adierint,ut l.illud.in prin.& l.non putauit.§.a primo. ff.de contratab.in 2.responso.Secundus casus est,quando testamentum ualuit ab initio,sed effectum fuit nullum ante mortem testatoris ex aliquo casu superueniẽti excepta præteritione,& tunc nullo modo datur cõtratab.l.quod uulgo.ff.de contratab.& l.non putauit. §.a primo.in primo responso.ff.eod. Tertius est casus quem ommittit Dec.quando ab initio nunquam ualuit testamentum,ut quia testator non habebat testamenti factionem,iux.l.1.§.exigit.ff.de secund.tab.uel defecerunt testes.l.1.sup.de sec.tab.& tunc similiter non competit contratab.quia non esttestamentum contra quod competat,per rationem positam in dic.l. quod uulgo. Quartus est casus etiam clarus quem ommittit Dec.quã testamentum ualuit ab initio,& tempore mortis poterat adiri hæreditas,uel peti bono. poss. sed tamen postea superuenit nullitas ante aditam hæreditatem, & tunc similiter contratabulas potest competere, & non dabitur ad rumpendum,sed ad declarandum nullum. d.l.non putauit.§.a primo.in 2.responso. & l. illud. ff. eo.& huic casui assimilari potest quando sub conditione extraneus solus fuisset institutus, & defecisset conditio post mortem patris,iux.l.cum in secundo.ff.de lib. & posth.& l.3.§.si sub ea.ff.eo.& l.2.§.sub conditione. ff.de secun.tab.Quintus casus est,quando præteritus est filius in potestate,quo casu testamentum est nullum in continenti de iure ciuili & prætorio secundum docto. ut inst.de exhæred.lib.in prin.& l.si filius.& l. inter cętera.ff.de lib.& posth.cum simil.quomodo possit dari ad declarandum nullum,quia licet omnibus liberis æqualiter,tam filiis in potestate,quam emancipatis dederit contratab.§.sunt autem.inst.eo.& l. 1. in princi. ibi,siue adoptiuos,& ibi,posthumus.ff.eo.inst. de hær. quæ abintest.& in filio in potestate non sit necessaria, tamen propter diuersa subiecta producit diuersos effectus,& existente ualido testamento rumpit,& existente nullo declarat nullum,& ideo concurrit cum bonorum poss.unde liberi.l.1.in fi.ff.si tab.testam. nullæ ex tab.& no.in l.filium.ff.de contratab.Nec ob.d.l.quod uulgo.quia secundum Decium ibi etiam competit ad declarandum nullum,nam cum ibi nullum sit testamẽtum,sicut quando præteritus est filius in potestate nõ est necessaria contratabulas quia testantis est quantum ad effectum, tamen competit ad declarandum nullum utroque casu,quia militat eadem ratio, & sic illa nõ cõtradicit,sed potius concordat,& hic per omnes docto. Sed tamen non bene est resolutum contrarium de dic. l.quod uulgo.qui expresse dicit non competere contratabulas,quia non est nata,& idem probatur in d.l. a primo.ubi in secundo responso dicitur quod contratabulas simul nata poterit competere,ergo in primo casu quo nullum fuit testamentum non fuit nata, & sic in istis iuribus demonstratur quod quando ab initio nullum est testamentum quod ille non nascitur etiam in filio præterito,ergo uidetur quod ad hoc ut competat oportet quod possit adiri hæreditas uel bonorum possessio dari tempore mortis, quia licet dicat uulgo dari contra lignum,tamen non ita ruditer intelligitur, sed oportet quod sit tale lignum quod potuerit producere effectum,& sic uidetur præsupponere quod sit necesse testamentum ab initio & tempore mortis ualuisse, & non sine ministerio in exemplis nullitatis nõ fecit mẽtionem de præteritione,quia illa non annullat in totũ testamentum,& uirtualiter compræhendit casum præteritionis filii in potestate, dum dixit, uel hæreditas adiri,uel bon.poss.peti, & sic præsupponit quod potest ualere testamentum de iure prætorio, & non de iure ciuili,ut in præteritione filii in potestate.

54 Et ideo† ex argumentatione Decii uolentis nullam esse rationem differentiæ inter nullitatem positam in dicta lege quod uulgo.& nullitatem prouenientem ex præteritione,infertur, quod contratabulas non deberet posse dari quando testamentum est nullum ex causa præteritionis,& cum iura clare dicant eam competere,oportet concludere quod testamentum ex causa præteritionis ab initio sit ualidum,&contratabulas datur semper ad rumpendum,ut dicitur in d.l.1.ff.de leg. præst.& l.ut liberi.de col.& l.fi.§.sancimus.inf. de lib. præter.Et si contingat quod post mortem testamentũ efficiatur caducum, illo solo casu datur ad rumpendũ quatenus de facto processit.l.illud.in prin.& l.non putauit.§.a primo.secundo responso.ff.de contratab. Et opinio communis,quod datur ad declarandum nullũ, non potest sustineri,nisi constituendo differentiam in præteritione propter spem confirmationis, quod sup. negatum fuit,quia non potest considerari reconualescentia testamenti nisi actus ab initio fit ualidus,deducendo late,ut supra dixi,cogita tamen.saluari tamẽ potest opinio communis in bonorum poss.contra nuncupationem,nam cum illud testamentum non habeat formam prætoriam,præteritione filii in potestate erit nullum,quia de iure ciuili institutio uel exhæredatio filii in potestate est de forma testamenti.l.inter cætera. ff.de lib.& post.quia remedia pretoria competunt etiã ex testamento ciuili.l.2.sup.de sec.tab.arg.§. sed cum paulatim.inst.de test.Ideo pro illo testõ competit cõtratab.quæ dabitur ad declarandum nullum, & in omnibus procedere possunt allegata pro communi. Et sic opinio communis procedit in testamento secundũ formam ciuilem,& opinio gl. procedit in testamento facto secundum formam prætoriam, ut etiam sup. dixi.

55 Subdit etiam†Alex.hic num.22.quærendo de quattuor quæstionibus pertinentibus ad reconualescentiã testamenti, primo an filius tacendo per annum sicut per exclusionem a contratabulas uidetur confirmare testamentum de iure prætorio,ita etiam uideatur confirmare de iure ciuili, ut amplius non possit dicere testamentum nullum, Secundo an quando filius in potestate approbat testamentum reconualescat de iure ciuili uel de iure prætorio tantum. Tertio an in casu legis si pater infra de institu.& substitutio.reconualescat testamentum de iure ciuili,& quid quando sunt instituti uenientes abintestato. Quarto quando testator ignorauit. Quas omnes quæstiones ego examinaui in lege certum.inf.unde legitimi.&ad ibi dicta me remit

to, quia ibi est locus suus, ut appareat an sit necessaria bonorum possessio.

Glo. fina. diuiditur in quattuor partes, In prima declarat tex. in aliis tribus format tres oppositiones. Ex
56 prima† parte colligitur quod contratabulas potest concurrere cum aditione hæreditatis, idest hæres scriptus non impeditur adire, quamuis filius præteritus possit contratabulare. l. e. is qui in potestate. §. sed si scriptus. digest. de legat. præstand. facit l. filium. digest. de contratabu. ibi, quod facile repudiauerint nihil laturi per eum qui intentauit contratabul. Facit etiam lex & si cõtra. ff. de uulg. & pupil. per quæ iura patet quod nõ est differentia an primo adeatur hæreditas & postea contratab. & postea adeatur hæreditas, & hanc conclusionem sequuntur communiter doct. Item etiam colligi-
* tur aliud, quod contratabulas non concurrit cum secũdum tabulas per istum tex. & l. 2. §. expectandi. ff. de secundum tab. de cuius ueritate inf. dicemus cum Barto. Sed tamen quia hæc conclusio regulariter etiam est uera, dubium est de ratione diuersitatis, quare contratabulas concurrat cum aditione, & non cum secun. tabul. Pau. de cast. dicit rationem esse, quia sec. tabul. sequitur uoluntatem, & contratab. datur contra uoluntatem. l. e. sed cum patrono. §. 1. ff. de bono. poss. & si concurrerẽt esset contrarietas, cum uenire contra uoluntatem & eã sequi sint contraria in eadem causa efficiente, sed quãdo aditur hæreditas de iure ciuili, licet sit contrarietas circa bona ut hæres contratabulanti teneatur restituere. d. l. filium. ff. de contratab. tamen non est contrarietas in causa efficiente, & nihil impedit quod duo contraria agant. arg. l. tutor. inf. de inof. test. Et ideo dixit Bar. in l. 1. §. hoc autem edictum. ff. de no. op. nun. quod si particularis casus contradicit generali regulæ in eodem edicto, generi per speciem derogatur, secus quando contradicit in diuerso edicto, quia in diuersis subiectis non cadit contradictio plena. Et hanc rationem sequuntur doct. & nemo impugnat, quia discordia doct. est in alio, ut statim dicam.

57 Et ex ea† infertur, quod secundum tabulas nõ potest concurrere cum aditione hæreditatis, quod uidetur inconueniens, cum secundum tabulas sequatur uoluntatem, sicut aditio hæreditatis, & illa datur omnibus scriptis hæredibus. §. sunt autem. inst. de bon. poss. Et ideo doct. intelligunt hanc conclusionem in casu suo, quando interuenit præteritio quæ causat contratabulas, & impedit secundum tabulas, alias autem regulariter cõcurrunt secundum tab. & contratab. d. iuribus. Vel etiã potest ultra doctores assignari ratio quare contratabulas concurrit cum aditione, & non cum secundum tabulas, quia secundum tabulas & contratabulas dantur circa idem ius, quia utraque datur pro iure utili bonorum defuncti, & iure uniuersali prætorio, sed aditio datur pro iure directo, & iure uniuersali continente ius directum, & sic contradictio est circa diuersa subiecta quæ admittitur, & in secundum tabul. contradictio est circa idem subiectum, & reiicitur saltem respectu exercitii, quamuis potentia utraque uideatur eodem tempore esse in rerum natura. d. §. expectandi.

58 Sed† dubium est de ratione quare contratab. ueniẽs contra uoluntatem admittatur cum aditione quę sequitur uoluntatem, & sic hæc contradictio admittatur, qa licet sint diuersæ causæ efficientes, tamen uidetur esse eadem hæreditas, & idem defunctus, & per consequens uidetur quod contratab. semper non tãtum debeat impedire sec. tab. sed etiam aditionem, & sic hæc quæstio differt a prima. Alex. assignabat rationem, quia sicut pҁtor non potest facere quem hęredem. d. §. quos autem. inst. de bon. pos. eod. modo nec etiã potest facere quẽ desinere hæredẽ. l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de min. Ita etiã non potest impedire quẽ effici hæredẽ de iure ciuili, licet petat contratab. contra uoluntatem. Sed istam rationem reprehendit Ias. primo, quia non concludit nisi quãdo prius hæres adiuisset & postea peteretur contratabul. nam tunc bene militat rõ ꝙ non potest facere illum desinere esse hæredem, sed non cõcludit quando contratabulas esset petita ante aditionem, nam uidetur ꝙ prætor possit impedire, ne efficiatur hæres, arg. l. patre furioso. ff. de iis qui sunt sui uel alì. iur. Et probatur ex no. per Bar. in l. cum in secundo. ff. de iniust. rup. ubi uoluit quod si prætor remittat conditionem in testamento, iux. l. quæ sub conditione. ff. de cond. inst. testamentum ualet solum de iure prætorio, & non potest adiri hereditas. Dec. replicat ꝙ immo rõ Alex. concludit, cum scriptus hæres non impediatur adire etiam qñ petita sit ante contratab. ut dixi Bar. in l. illud. in fi. prin. ff. eo. & no. Alex. in l. ut liberi. infr. de coll. sed bene potest auocare postea hæreditatẽ, & bon. pos. ab hærede adeunte. l. cum emancipatus. & l. filium. ff. de contratab. Et ad d. Bar. in d. l. cum in secundo. respondet quod procedit quantum ad auocandum hæreditatem. non quantum ad impediendum aditionem, & ad d. l. patre furioso. dicit quod procedit in alio casu, quia in hoc casu parificãtur, siue ante, siue post petatur contratabulas. Sed tamen Dec. non perfecte resoluit allegata per Ias. quia non tollit quod rõ Alex. non concludat nisi quando post aditionem petat contratab. Et licet dictum sit uerum ante aditionem, tamen rõ non procedit in illo casu, & per consequens necessario est imperfecta, cum non comprændat omnes partes dicti. Et probatur ex no. per Bar. in d. l. cum in secundo. dum uult quod remittente prætore conditionem institutioni positæ testamentum efficiatur ualidum de iure prætorio, & impedit uenientes abintestato esse hæredes, & institutum posse adire, cum primum rumpatur per secundum, ut ibi per Bar. item secundum Ferrariẽs. immo prætor facit quem non effici hæredem, quia facit suum hæredem effici hæredem pro parte tantum. §. emancipati. inst. de hær. quæ abintest. Quod tamen nõ admitto, quia ibi suus est hæres in totum, sed emancipatus auocat partem hæreditatis, Vnde melior est repræhensio Iasonis. Et Cur. hic & ferra. dicunt rationem Alex. non esse bonam, ideo ferra. aliam assignant, quod prætor non impediuit aditionem, quia noluit, nam si uoluisset potuisset impedire sicut dixit Bar. in l. ex asse. col. 1. ff. ad treb. quod trebellianum non fecit desinere esse hæredem quia noluit, non quia non posset, sed tamen postea non dicit quare noluit, Et ideo ego puto rationem esse quam sup. posui, quia non est contrarietas quod hæres adiens sequatur uoluntatem, & præteritus petat bon. poss. contra uoluntatem, quia non dantur in eodem subiecto, sed in diuerso subiecto, cũ per hæreditatem hæres consequatur iura directa, & bono. possessor iura utilia, ut dixi in rubri. sup. qui admitti. in præmissis, & in diffinitione.

Et ita remanent duæ conclusiones, Vna quod hæres scriptus uon obstante contratab. potest adire hæreditatem, & obtinere perpetuo iura directa, Alia, quod contratab. non permittit hæredem scriptum petere sec. ta-
59 bu. Prima† conclusio limitatur non procedere quando præteritus esset in potestate, nam tunc contratab. potest petere & hæres nõ potest adire, ut dicit hic Barto. in fin. quia tunc testamentum non ualet, & idem procedit qñ pręteritus est posthumus qui nascatur ante uel post mortẽ testatoris, nã tunc rumpitʳ testamentũ de iure ciuili, & non põt adiri hæreditas. l. e. qui uxorem. ff. de iniu. rup. & irri. test. & l. uxoris abortu. inf. de posth. hær. inst. Et solum procedit regula in filio emancipato ut loquitur dicta. l. is qui in potestate. §. sed si scriptus. Sed uere hæc non est limitatio, quia non prohibetur adire propter contratabulas cum possit adire abintestato, Sed quia testamentum non ualet, non potest adire, unde etiam repudiata contratabulas non posset adire, Sed tunc res redueitur ad causam intestati. leg. prima. in fine, ff. si tabulæ testam. nullæ extab. & l. fina. ff. de lib.

ff. de lib. & posth. ut hic per Cur. num. 68. & 69. & Iason num. 13. & Ferrar. num. 102. Tamen licet hæres scriptus non possit adire, nihilominus adhuc conseruari poterit præter contratabulas uirtute edicti. ff. de leg. præstand. secundum declarationem quam inf. ponam sup intellectu. l. si duo. eo. tit. Secundo limitatur non procedere quando esset præteritus posthumus & nondum natus, nam tunc impeditur adire hæres de iure ciuili, & solum admittiur de iure prætorio secundum magis communem intellectum in l. uentre. ff. de acquir. hære di. & per Bar. in l. illud. §. fi. ff. eod. sed si esset institutus extraneus uel alius qui omnino non esset successurus, tunc nec etiam posset petere bon. poss. ut no. in d. l. uentre. & l. cum quidam. §. 1. ff. de acq. hær. Tertio limitabat aliqui non procedere quando extraneus est institutus, quia tunc non poterit adire hereditatem, ut hic Curti. nu. 67. & Iason num. 13. & idem Iason in l. ut liberis. & ibi Decius infra de colla. Sed hæc limitatio est contra. d. l. filium. ff. de contratabul. ibi, nihil laturi, nã aditio ualebit & habebit iura directa, licet omnia iura utilia teneatur restituere. l. cum emancipatus. ff. de contra tabulas, & dicta. l. filium. Et ideo Ferrarienses hic num. 103. late repræhendunt & bene, cum nullum sit impedimentum per aditionem, cum illa transferat sola iura directa, & præteriti habeant totam hæreditatem, & intelligere illa iura, quod prætor tuetur abintestato, est expressa uiolatio.

Secunda est conclusio, quod contratab. impedit dari secund. tab. l. 2. §. expectandi. ff. de secun. tab. Quã cõclusionem tenent Alex. nu. 31. & Ias. nu. 13. uer. ext. gl. & Rim. nu. 28. & Dec. nu. 15. in 1. lectura. & in fine secundæ lecturæ. & Cur. nu. 70. & Ferra. nu. 105.

60 Limitatur primo † non procedere quando tempus datum ad contratabulandum lapsum fuit uel repudiatione uel morte amplius non potest intentari contratabulas. l. 2. §. expectandi. ff. de secun. tab. quia tunc cõfirmatur testamentum, ut hic per istum tex. a contrario sensu. Quæ conclusio procedit etiam quod posthumus moreretur post mortem testatoris incontinenti, ut colligitur ex d. §. expectandi. & dixi supr. sæpius, quamuis tex. a contrario in l. posthumus. uideatur innuere contrarium. Sed tamen. arg. a cõtrario sensu non procedit qñ lex est incontrarium, ut in dicto §. expectandi. argum. no. in l. 1. §. huius rei. ff. de off. eius. Et hæc confirmatio fit de toto testamento si testamentum habet formã prætoriam, quia cum præteritione non rumpatur de iure prætorio, & solum inducatur exceptio impediens executionem propter fauorem filiorum præteritorum, si postea cessat illud impedimentum reassumit uires in totum. arg. l. si unus. §. pactus. ff. de pact. & ideo datur secundum tabulas, ut in lege 2. §. expectandi. ff. eodem. & hic in tex. & d. l. posthumus. Sed si esset testamentum factum secundum formam ciuilem, ut nuncupatiuum, cũ tamen competunt etiam remedia prætoria. l. 1. & 2. supra de secun. tab. tunc, quia de iure ciuili institutio uel exhæredatio est de forma. d. l. inter cætera. testamentum est ipso iure nullum præteritione filii in potestate deficiente forma, & ideo postea per approbationẽnon potest confirmari in totum, ne sequatur quod testamẽtum inueniatur in mundo sine forma, Sed tamen ex æquitate confirmabitur respectu legatorum l. filio præterito. ff. de iniusto rupt. secundum intellectum unum traditum per Alexand. hic numer. 8. colum. tertia quẽ multi sequuntur, & multum uidetur conuenire uerbis illius literæ.

61 Secundo limitatur † non procedere in bonorum possessione quæ datur patrono. l. sed cum patrono. secundum communem intellectum. ff. de bonorum possessione, quia illa non auocat totam hæreditatem sed portionem tantum. l. 1. cum glo. inf. de bono. poss. contratab. liber. & sic hoc casu non est contrarietas in subiecto, cum licet per utranque petantur iura utilia, tamen non petuntur insolidum, sed unusquisq; petit suam partem, & non est contradictio. arg. l. 3. §. ex contrario. cũ materia. ff. de acq. poss. Tertio limitatur non procedere quando institutus & præteritus essent de liberis ambo, & essent in æquali gradu secundum Bar. hic, quia tunc unusquisque per suum remedium auocat partem tantũ, per tex. in l. si duo. uer. proinde. ff. de leg. præst. quẽ intelligit Bar. hic quod ibi præteritus intentauerat cõtra tabulas, & hæres scriptus petierat secundum tab. quia non poterat adire hæreditatem de iure ciuili existentẽ testamento nullo propte præteritionem filii in potestate, & sequitur Salicetus & Romanus hic, & Ang. in l. uentre. ff. de acq. hær. & per rationem positam inpræcedenti limitatione, quia non dicitur contrarietas in subiecto, quia unusquisque uocat suam partem, ex qua limitatione infertur una maxima restrictio ad dic. l. 2. §. expectandi. ut procedat tantum quando sunt instituti extranei uel liberi in ulteriori gradu. Item quod in le. nostra erat institutus extraneus uel alius qui non erat frater infantis, quia si esset scriptus hæres frater, posset habere secundum tabulas, Item & tertio infertur, quod contratabulas non rumpit testamentum in totum, sed solum pro parte, quando est scriptus hæres frater præteriti, & sic est regula. l. cum emancipatus. & l. filium. ff. de contratab. & gl. in l. 1. inf. tit. 1. quæ uolunt quod per contratab. rumpatur in totum testamentum. Et qa istæ conclusiones sunt nimis duræ, & uiolatiuæ legum, ideo doct. eas non tenent, & alio modo respondent ad d. l. si duo. de leg. præst. & Alex. hic refert multos intellectus ad illum tex.

62 Sed † reducendo ad ordinem, quattuor sunt principales intellectus, sicut quattuor modis filius ibi posset succedere, nam primo potest succedere de iure ciuili adeundo, Secundo potest succedere de iure prætorio secundum tabulas. Tertio potest succedere abintestato, quasi præteritione filii in potestate sit nullum testamẽtum. Quarto potest succedere ex conseruatione quæ fit uirtute illius edicti de leg. præst. iux. l. 1. & l. filium. §. sed & si portio. & l. Saluius. ff. de leg. præst. Primum intellectum repræhendit Bar. hic. & in d. l. si duo. & communiter doctores. Ideo secundus est intellectus, quod ibi petita fuit secundum tabulas, & ad contrarium, qđ secundum tabulas non datur donec est spes contratabulas respondet quod non procedit quando institutus & præteritus sunt in pari gradu, quia tunc contratabulas datur pro parte tantum, & concurrit cum secundum tabulas. Sed ut dixi iste intellectus inducit tres restrictiones nimis duras quas non tenent doctores, & Imola dicit esse contra dictam legem illud. §. finali. ubi emancipatus erat institutus cum fratre posthumo existente in pari gradu, & tamen institutus non potest petere secundum tabulas. Barto. sentiens oppositionem in lege secunda ff. de secundum tabulas. dicit quod in dicta lege illud. §. finali. illud operetur spes posthumi nascituri, secus in iam nato, quia natus uidetur institutus sub conditione si contratabulauerit, & pendente conditione admittitur. dicta. l. secunda. §. si sub conditione. ff. de secundum tabulas. sed quando instituitur uentre prægnante, uidetur institutus sub conditione, si non nascetur posthumus, quæ non est probabilis, & ideo non attenditur. Quas declarationes etiam Imola. in lege 1. ff. de iniusto rupto. repræhendit, quia non debet plus operari pendentia natiuitatis quam ipsa natiuitas. l. aliquando. §. fi. ff. ad uellei. sed si natus esset pendente contratab. non impediretur secund. tabu. d. l. si duo. ergo tanto minus pendente dubietate natiuitatis. Sed consequens est falsum. d. l. illud. ergo & antecedens. Item ratio conditionis assignata per Bartolum non est bona, quia non minor est præsumptio qđ natus uellet cõtratabulare. arg. l. cũ de indebito. ff. de proba. quam quod posthumus nascatur, & sic ratio differentię nõ potest sustineri, & ideo Ang. Imol. Alexan. Deci. &

communiter doct. repræhendunt Bar. & Ferra. addunt, quia si uerum esset quod institutus esset uocatus sub cõditione, si filius præteritus contratabulabit, uel si posthumus non nascatur, sequeretur quod alias nõ daretur contratabulas contra uoluntatem, quod est absurdum & contra uim nominis, & contra l. sed cum patrono, ff. de bono. poss.

Ideo Ias. conatur alio modo respondere ad contraria, tenendo quod ibi sit petita contrata. Et dicit quod ibi nõ fuit institutus qui ommisit cõtratabulas, sed fuit præteritus, taliter quod per repudiationem uideturcõ probasse testamentum, ut institutus totam hereditatem consequi possit, iux. l. filio præterito. ff. de iniust. rupto & irrito testa. Et exponit proinde si non acceperit, scilicet filius præteritus, tuendum eum, s. emancipatum institutum in partem præteriti propter comprobationẽ testamenti, & hunc intellectum tenuit Paul. de castr. in d. l. si filius, Et est uerus in se, & probatur in l. nonnunquam. & l. is qui. §. si scriptus. ff. eo. tit. de leg. præstã. ut hic latius per eum. Sed Dec. repræhendit, quia uerbum perinde, uenit aduersatiue ad emancipatum de quo statim dixerat, & non potest referri ad filium in potestate. Item illud relatiuũ, eum, necessario referreretur ad filium in potestate, & repugnat referrendo ad emancipatum, idest ad alium de quo statim dixerat, item uerbum, in partem, regulariter significat partem non totã l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de uerborum significatione. quamuis aliquando significet totum, ut no. Bart. in l. uxori. ff. de leg. 3. & ante eam repræhendit etiã Aleχand. hic in fine.

Ideo Fulgosius dabat tertium intellectum, quod ibi succedebatur abintestato, quia præterito filio in potestate testamentum erat nullum iure ciuili, & quod succedebat abintestato ille filius præteritus qui erat contentus habere portionem suam abintestato, merito institutus poterat accipere secundum tabulas, sed hunc intellectum repræhendit Alex. quia in princ. dictũ fuerat quod filius in potestate petierat contratabulas, & ideo uidetur quod idem fuerit etiam seruatum in uers. proinde, & maxime quia tex. dicit proinde si non acceperit, non autem dicit proinde si non acceperunt. Præterea est ualde inconueniens quod pro parte decedat testatus & pro parte intestatus. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. & quod testamentum præteritione filii sit nullum pro parte tantum, quod est contra tex. in l. si pater duos in princ. & ibi no. glo. ff. de fideic. lib. & no. in l. pen. ff. de iniust. rup. & irri. test. in glo. ruptum. & l. si pars. ff. si pars hæred. peti. & l. circa. ff. de inoff. testa. attento maxime quod propter defectum præteritionis uitium est in forma, & in toto testamento. Item ibi non apparet quod filius in potestate adiuisset abintestato, sed facili ter potest defendi, nam illa regula procedit quando uno iure quis uult pro parte succedere testatus & ꝑ parte intestatus, sed hic succedit diuerso iure, quod permittitur. argum. l. sed cum patrono. ff. de bono. poss. Nam cum testamentum de iure prætorio sit ualidum, ut sup. conclusi, licet filius de iure ciuili succedat abintestato, tamen testamentum, non petita contratabulas, remanet ualidum, & datur secundum tabulas pro toto testamento. Sed tamen non auocat portionem filii in potestate, quia ex æquitate prætor eum tueretur, & pro hoc intellectu multum facit uerbum plena, & uerbum in partem, nam plena fruetur uoluntate quia petit bonor. poss. pro tota hæreditate, sed tamen postea uirtualiter non consequitur nisi partem, quia abintestato conseruatur eius portio ex æquitate ut eam institutus nõ posset auocare, sed postea obstat, qa oportet dicere quod præteritus etiam non accepit, quod uidetur contra illum tex. tamen quia non negat expresse satis tollerrari potest. Ideo idem Fulg. dicit magistrum suum dixisse filium emancipatum ibi successisse abintestato cum preterito per unde liberi. iux. l. 1. in fi. ff. si tab. test. nul. ext. Sed Alex. etiam reprehendit, quia non est locus unde liberi quando speratur contratabulas. l. 1. §. 1. ff. si tab. test. nul. ex. Item contradicunt uerba tex. ibi, plena fruitur uoluntate. Sed Dec. hic in ultima lectura conatur defendere, dicens non infert si non accepit contratabulas, ergo accepit secundum tab. & sic potest succedere abintestato. Nõ ob. ꝙ cõtratab. impediat unde liberi, quia uerum est quando ualet testamentum, secus quando non ualet. d. l. 1. in fi. & l. fi. ff. de lib. & posthu. & no. in l. filium. ff. de contrat. & ibi Bar. Non obst. uerba legis plena fruitur uoluntate, quia etiam possunt intelligi abintestato, cum institutus succedens abintestato dicatur habere uoluntatem, & ideo tenetur ad legata tamquam repetita abintestato, iux. nota. in l. licet. ff. de lega. primo,

Tu autem dicas, quod ueritas istius intellectus depẽdet a ueritate alterius quæstionis, utrum per contratabulas reducatur res ad causam intestati, in qua iura, & doctores sunt uarii. nã tex. in d. l. 1. in fi. ff. si tabu. testa. nul. ext. & l. fi. ff. de lib. & posthum. innuit reduci rem ad causam intestati, & idem probatur in l. ut liberis. infra de colla. Sed in l. is qui in potestate. in prin. & §. sed si scriptus. infertur quod non reducitur ab intestato de iure prætorio, quia debent solui legata liberis & parentibus, & quando testamentum est nullum legata nõ debentur. l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & irri. test. Resoluendo tamen potest dici quod si emancipatus est præteritus, tamen quia testamentum ualet utroque iure, ꝑ contratabulas non reducitur res ad causam intestati, nec iure ciuili uel prætorio. Sed solum auocatur hæreditas. l. filium. & l. cum emancipatus. ff. eo. Sed si est præteritus filius in potestate, tunc si uult succedere abintestato de iure ciuili, non petendo contratabulas potest. d. l. is qui in potestate. in princip. quia prætor tuebitur eum, siue institutus petat contrabulas, siue non, Si uero uult succedere abintestato de iure prætorio, hoc nõ poterit facere, nisi petita contratabulas, ut sup. dixi, dãdo intellectum ad d. l. 1. in fine. si tab. test. nul. ext. quia non petita contratabulas ualet testamẽtum, nam tunc sublato obstaculo exceptionis testamentum confirmatur, & institutus succedit ex testamento, & ideo emancipatus institutus habebit secundum tabulas præterito non petente contratabulas. arg. d. l. filium. & l. nonnunquam. Sed præterito contratabulante non poterit adire nec petere secundum tabulas. Sed duplici remedio poterit habere portionem suam, uel per contratabulas d. l. is qui in potestate. & soluet legata. liber. & parentibus. Item potest succedere abintestato, quia contratabulas reducit rem ad causam intestati quando concurrit cum iure dicendi nullum. d. l. 1. in fine. Sed tunc nõ soluuntur omnia legata. Quare remanet quod cum ibi sit præteritus filius in potestate qui accepit contratabulas res reducta fuit ad causam intestati, & si petiisset contratabulas possent ambo succedere abintestato soluendo legata liber. & parentibus, quæ semper conseruantur quando petitur contratab. quicunque exitus sequatur. d. l. is qui. & d. l. si duo. Sed quia ommisit contratabulas, non potest dici quod ipse successerit abintestato quia non potest succedi abintestato de iure prætorio, quando non est petita contratab. Et per consequens remanet, quod iste intellectus non est bonus, tũ quia non potest succedi ut dixi abintestato de iure prætorio ommissa contratab. tum quia tex. ibi dicit quod plena fruitur uoluntate, & præstat plenum obsequium, & sic soluit omnia legata, & per consequens non potest succedi ab intestato. d. l. filio præterito.

Ideo quartus est intellectus, quod ibi nõ succeditur neque per aditionem neq; per secundum tab. neq; abintestato, quia litera non dicit, sed succeditur per conseruationem uirtute illius edicti, quo casu tenetur soluere omnia legata, iux. l. filium. §. sed si portio. & l. uirili. §. 1. & l. nam secundũ. eo. tit. Et hunc tenent Petrus, & Cinus

nus hic,& Alex.& Alber.& Imo.in d.l.1.ff. de iniusto rup.& d.l. uentre. & dicunt esse minus periculosum. Sed Bar.in d.l.si duo.uer.proh.eum repræhendit, quia quando fit conseruatio per illum titulum, non soluuntur omnia legata,sed solum liberis & parentibus. d.l.filium.§.sed & si portio.Imola respondet quod d.§.sed si portio limitatur per illam legem si duo.ut procedat in parentibus & in aliis qui non possunt contratabulare, sed quando possunt contratabulare,renuntiando ei uidentur uelle sequi uoluntatem, sicut illi qui acceptant legatum,& plena frui uoluntate, & plenum præstare obsequium,& hoc sequitur Alex. per di.l. si duo.qui uidetur inducere illam limitationem propter uerbum tuendum,quod adaptatur naturæ illius tituli. Iason uero repræhendit ex alio, quia titul.de leg.præst.non habet locum quando filius in potestate contratabulauit. d.l.is qui in potestate,Sed hoc nihil est,quia d.l. is qui probat quod filius in potestate non soluit, sed quod filius emancipatus non soluat non dicit ille tex.immo cõtrarium expresse determinat.argumentando ab utraq; parte.Tertio obstat secundum Iasonem, quia non uidetur debere onerari in plus, quia omisit contratabulas, quod etiam similiter nihil est,quia petendo uidetur approbare uoluntatem,& uelle eam sequi sicut facit etiã quando adiit,& sic grauatur ex uoluntate sua, item & quia uerbum est tuendum,quod intelligatur per secundum tabu.Quod similiter non stringit, quia immo declaratur propter naturam tituli.arg. l. imperatores.ff. de in diẽ adiect.Item addit ipse,contradicit litera quę dicit,plena fruitur uoluntate, quæ uerba intelliguntur de tota hæreditate,& secundum hunc intellectum haberet tantum suam portionem uirilem, sed respondet Dec.quod illa uerba intelliguntur respectu suæ partis, iux.l.uirilis.eo.tit. Quam respõsionem confirmant hic ferrarienses,quia in fine tex.se restringit ad partem,dicendo pro sua parte,& sic iste intellectus potest sustineri,quẽ seq.hic etiã Dec. & secundũ Cur. hic uidetur magis communis, & mihi etiam placet.Ferrariens.etiã ponunt alium intellectum,dicentes necessario oportere, quod ibi ille institutus petat secundum tabul.quia non habet nisi illa duo remedia,uel contratabulas,uel secũdũ tabulas,& ommittendo unã uidetur uelle acceptare aliam,argum.l.filium.§.omnibus.ff.de leg.præstan.& quando fit conseruatio ad legata datur actio utilis ex testamento,ut dicit Bar.in l.1.illius tit.post glo. pręstarent.Sed hæc opinio non discrepat a præcedenti, quia illa conseruatio inducit quandam bonorum poss. secũdum tabul.utilem,ex eo quod sequitur uoluntatem, & actio utilis competit. Et ideo conclusio Barto.poterit saluari intelligendo de quadam secundum tabulas utili quæ inducitur ex illo titulo,& limitatio Bar. saluabitur secun.tab.utili quæ datur ex illo edicto de præsta. leg.quæ potest concurrere cum contratabulas.

63 Resolutiue igitur loquendo † ego puto distinguendũ esse,aut tenemus quod in uersic.proinde, continuetur casus primus de filio in potestate quod ipse petierat cõtratabulas,& tunc necessarius uidetur intellectus Petri & Cyni,quod ibi emancipatus succedat ex conseruatione facta uirtute illius edicti,quia intelligere quod adiuerit, est contra omnes rationes, cum nullum esset testamentum,& intelligere quod detur secundum tabul. est repugnantia,quia testamentum per contratabulas rumpitur in totum,& sic oportet recurrere ad remediũ conseruationis factæ per illud edictum. Et ad contrarium de l.filium.§.si portio.debet respõderi quod procedit in iis qui non possunt contratabulare,sed quãdo conseruatur portio illis qui possunt contratabulare, tunc soluunt integra legata,quia ommittendo contratabulas uidentur fateri se uelle seruare uoluntatem testatoris in totum,& per consequens approbant totam uoluntatem etiam respectu legatorum,ut dicebat Imola,& bene,cum magis appareat de uoluntate eorum in conseruãdo quam appareat in aliis liberis qui nullam renuntiationem fecerunt,& hoc suadetur propter uerbum,dubito,positũ in illo tex.quod rationabiliter non contigisset in perito iurisconsulto, nisi fuisset illa regula in contrarium posita in d.§.sed si portio. Item suadetur propter uerba plena uoluntate, per quæ uerba assignatur ratio decidendi,quia ommittendo contratabulas uidetur amplecti plenam uoluntatem, ut pro parte soluat omnia legata,si uero tenemus quod in uers.proinde,non continuetur dictum de præterito, sed quod per uerbum ne acceperit,denotetur utrumq; repudiasse contratabulas,ut uel dicamus literam corruptam, & uelit dicere acceperint,in plurali,uel intelligatur uterque,idest si nullus acceperit,quod multum suadetur ex dictione proinde,quæ est aduersatiua,& cum in prima parte ambo petierint,ergo in uer.proinde, nullus accepit,ut sit plena aduersatio,& tunc,quia tractamus de confirmatione testamenti iux.l.filio præterito.de iniusto rup.& irri.testam. primus intellectus Fulgo. quod emancipatus & suus succedant abintestato,non potest teneri, quia de iure prætorio non potest succedi abintestato nisi mediante contratabulas quæ tollant testamentum quatenus de facto processit si est nullum. Vel illud rumpat si ualidum est de iure prætorio,quo rupto non possunt postea solui legata,quia reducitur in totum ad causam intestati per l.primam.in fine.ff.si tab. testam.nul.ext.& dicta.l.fi.de liber.& l.ut liberis.infra de colla.Et sic ibi non potest succedi abintestato, tum quia non est ruptum de iure prætorio,tum quia legata omnia ibi pręstantur,quod non potest esse quando succeditur abintestato per prædicta.& dicta.l.filio præterito.Vude necessarius est unus de iis duobus intellectibus,scilicet intellectus Iasonis, si tenemus quod ibi filius præteritus in totum approbauit testamentum repudiando contratabulas, & non uoluit succedere in portione sua,nisi de iure ciuili abintestato, quia cum testamentum sit confirmatum in totum, obseruabitur totum,& uerbum in partem,intelligitur de parte præteriti quam etiam habebit emancipatus,nec est diuinare propter uerbum plena fruitur uoluntate, quod denotat dubitationem, sed si uolumus tenere quod præteritus repudiauit contratabulas, sed successit in portione sua de iure ciuili abintestato, tunc intellectus secundus Fulgosii est uerus, quod emancipatus habebit secundum tabulas, quia propter repudiationem bonorum poss.contatabulas testamentum fuit confirmatum de iure prætorio,quia ab initio illo iure ualuit, ut dixi. Vnde uirtute secundum tabulas emancipatus deberet habere totum,& auocare a uenientibus abintestato,sicut contratabul.auocat a scriptis hæredibus. l. cũ emancipatus.ff.eodem. Sed tamen quia filius præteritus si uellet posset se defendere per conseruationem ex illo edicto.l.is qui in potestate.ibi,& non petita haberet sua iure,& effectualiter non consequetur institutus nisi uirilem,ut sic uerificabuntur ibi illa uerba quæ uidentur contraria,nam erit bonorum possessor in totũ, quia totum est confirmatum testamentum, & fruetur plena uoluntate,sed tamen quia portionem fratris de facto non potest auocare, effectualiter habebit partẽ, & illa posita in fine,pro sui parte,& sic multum conueniunt uerbis literæ, Et iste intellectus in quo multum inclino non habet aliud contrarium nisi de uerbo acceperit,quod est singularis numeri,& tamen potest dic uel debeat esse pluralis uel quod subaudiatur dictio uterque,cum de necessitate non debeat in d.uer. proinde,repeti casus præcedens. Quicunq; tamen sit de illius legis intellectu, hoc uerum est quod ibi non concurrit secundum tab.& contratab.& ideo non obst.& ista limitatio Bar.est falsa.

Extra glo. Decius hic in secunda lectura posuit, an filius legitimatus rumpat testamentum si legitimatur post testamentum.sed quia imperfecte loquitur, ferra-

rienses latissime in præmissis examinant totam materiam legitimationis multum dilatando fimbrias, Ego autem procedam per conclusiones remittendo latiorē examinationem ad istos modernos qui alioquin multum notabiliter loquuntur.

64 Prima conclusio est,†quod legitimatus per principē non recognoscentem superiorem, si est legitimatus ad omnia per rescriptum principis sine aliqua restrictione uel reseruatione, dicitur uere legitimus, non autem dispensatus, etiam quod sit filius sacerdotis, & natus ex illis qui non possunt secundum leges coniungi in matrimonium. auth. quibus modis natu. effic. legitimi, per totum. & authen. quibus modis natur. effic. sui. §. illud. ut per Bartolum in l. si is qui pro emptore. ff. de usucap. in tertia quæstio. princi. Bald. in l. nuper. supra de nup. Alex. & Paul. de castro in l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius uocand. Ioann. cald. in consi. 3. sub titulo. qui filii sint legitimi. Ioan. Andr. in cap. per uenerabilem. extra qui fil. sint legitimi. post Innocen. & Hostien. ibi. Et de filio sacerdotis Pau. in l. si quis posthumos. in princi. ff. de libe. & posthumis. Socci. consilio 47. num. 36. uolum. 4. qui multos alios allegat. Idem Socci. in d. l. sed si hac §. patronum. num. 19. qui dixit quod tunc est dispensatio quando legitimatur ad quædam, non ad omnia. Deci. consi. 52. colum. 2. & Ferrariē. hic dicentes hanc esse
* communem opinionem. Quamuis Socci. in dicta rubr. ff. de lib. & posthum. uideatur tenere quod semper legitimatio principis sit dispensatio, quia non potest legitimare ad spiritualia. glo. in ca. 1. distinct. centesimaprima. & glo. & Pau. de castro in lege 2. supra de iure aur. annu. & Benedict. de plumbi. in disputatione quæ incipit statuto pisano. in primo dubio. cum alis relatis per Socci. & Alex. in d. l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius uoca. Sed ut ex prædictis patet, precedens est magis cōmunis, & fortioribus rationibus fulcita, & ideo tenenda. Et ad allegata incontrarium respondet ut hic per Fer. in præmissis. nu. 13. 14. & ponunt quandam cōcordiam quæ satis potest procedere.

65 Effectus†autem est maximus an sit dispensatio uel legitimatio, quia legitimatio est fauorabilis, & dispensatio odiosa, & stricte intelligenda, Petrus de ancha. consi. 241. ex tenore priuilegii. & consilio. 447. circa primū quæsitum. cap. primo. & ibi no. extra de filiis præsbiterorum in 6. Paul. in d. §. patronum. Cur. senior. consli. 73. colum. 7. uer. circa quem passum. & colum. 16. uersi. suadetur. Socci. consi. 246. colum. 4. uolum. 2. Dec. consilio 338. num. 3. & consilio. 254. & 286. num. 6. Et ideo concessa potestate legitimandi non est concessa potestas dispensandi Soccin. in dicto consi. 246. Cur. Senior consi. 18. colum. 3. Alcia. in c. 16. in libro 1. Paradoxor. Concessio tamen ipsa uidetur esse fauorabilis respectu concedentis. Butr. & Abbas in c. at si clerici. de iudi. cum concordan. relatis per Præpositum in dicto ca. per uenerabilem. extra qui fil. sint leg. num. 4. Roman. Alex. & Socci. in l. 2. ff. de uerborum obligationib. Alcia. in dicto. c. 16. ideo facta concessione a princ. uerba concessionis postea late interpretabuntur & extendentur. Item dispensatio debet fieri cum partis citatione, quia est communis iuris relaxatio, & fit cum causæ cognit. secundum glo. in ca. requirit. §. nisi rigor. 1. quæst. 7. Abbas in cap. de multa. de præbend. & requiritur citatio etiam si fieret ad instantiam patris. Socci. d. consi. 246. colum. 4. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. Dec. consi. 307. colum. 2. & consil. 338. num. 7. Cur. sen. in dicto consili. 78. numero 31. Soccin. in lege falsa. §. sed si cui. ff. de condi. & demonst. & consilio. 251. colum. 13. uolum. secundo & consilio. 65. & in dicto. §. patronum. Crotus in dicto. §. & quid si tantum. numero. 69. Item dispensatus nō est agnitus agnatis, quia non cōsentiunt dispensationi. Rossellus in tractatu legitimationis lib. 2. in parte quæ tractat de legitimatione principum. clem. in c. de causa effectiua. col. 11. & 12. & per Ferra. num. 20. inferentes quod efficiūciuntur capaces fideicommissi facti ut bona conseruentur in famil. & dicunt seruari Ferrariæ. Et non continebuntur in statuto excludente fœminas propter conseruationem familiæ, nisi in dispensatione sit dictum, Paulus & Socci. & Ias. in d. §. patronum. Cur. sen. in d. consi. 73. col. 7. secus autem in legitimato, quidquid dicat Dec. cons. 52. & 275. nu. 8. quia contra hanc conclusionē late firmat Brunus in tract. de statuto exclusiuo fœmi. in 12. artic. q. 4. limitando pluribus modis. Dec. etiā ponit in consi. 316. in fi. faciens differentiam an statutum loquatur de filio uel agnato. Mart. in tract. legit. colu. 19. Crot. in d. §. & quid si tantum. nu. 75.

66 Secunda†est conclusio quam præmittit Socci. in di. rub. quod succedere abintestato ex testamento & contra testamentum differunt. l. cum in adoptiuis. ubi Bar. & alii inf. de adoptio. Et ideo adoptiuo abintestato nō datur contratab. & tamen si est institutus, alio committente edictum, habebit contratabul. ut inf. dicemus. &

67 per Socci. ibi, & Ferrari. num. 23. Tertia†est conclusio, quod legitimati succedunt ex testamento, abintestato, & contra testamentum, de successione abintestato & ex testamento probatur in auth. quib. mod. nat. effic. sui. §. si qui igitur. Et quod ueniant contra testamentum probatur, quia ipsi efficiuntur sui, ut in d. auth. qu. mod. natu. effic. sui. & dicuntur plene & uere legitimi ut sup. est conclusum. ergo sequitur quod ipsi habent contratabulas sicut adoptiui. l. 1. §. uocantur. ff. de contratab. Et uerificatur dictum quod agnoscitur suus hæres, ergo rumpitur testamentum per natiuitatem uel præteritionem, ut per glo. in §. 1. inst. quib. mod. infirm. test. Et in eo uiget duplex uinculum, rationis naturalis, & ciuilis, quod non est in adoptiuo, secundum Ioan. Andr. in additio. Specul. in tit. de succes. abintest. in fi. & Dec. in consi. 288. nu. 2. Bal. in l. pe. inf. de adoptiuis. Et quod rumpat testamentum tenet Anto. de But. in d. c. per uenerabilem. ultima carta. uersi. alius est effectus. Bal. & Imol. in l. certum. in princ. ff. de iniust. rup. & irri. test. Roma. in consi. 33. licet naturalis. Petrus de Anchār. in consil. 92. in succe. abintest. Abb. in consi. 26. in quæstione quę uertitur. lib. 1. Et Dec. hic qui dicit esse communem o-
* pinionem post Alex. in d. rub. ff. de lib. & posth. & in cō si. 130. elleganter fuit consultum. lib. 1. Et Ferrar. hic q respondent adductis in contrarium per Soccinum in d. rub. hic num. 24. & 25. & 26. & num. 30. ubi ampliant ex mente doctorum procedere etiam in spuriis legitimatis, quia restituuntur natalibus, cum aliis comprobat. & cumul. positis per Ias. in rub. de lib. & posthu. Et tales legitimati ueniunt etiam in l. dicente de legitime natis, sed non de natis ex legitimo matrimonio. Abb. post Butrium in capitulo innotuit. de electio. & Decius in capitulo cum in cunctis. de electio. Butr. Abbas, & Præpositus in dicto capitulo per uenerabilem, numero 63. Paul. in lege si ita quis. § fina. ff. de lega. secundo. Alexander in lege generaliter. §. cum autem. inf. de inst. & subst. Bald. in c. 1. §. naturales. si de feud. fuerit controuer. inter dom. & Agna. Cur. in tract. de feud. in 3. parte. quæst 17. col. 2. Brunus in tract. de stat. exclus. fœmin. in 18. artic. q. 4. in prima. lectura. Crotus in di. l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 81. & Soc. in ead. lege. §. si eius. distinguendo tamen an sit dispositio hominis uel legis, ut per Alex. in consi. 5. num. 7. uolum. 7. & Prępositum in dicto num. 63.

68 Quarta†est conclusio, quod dispensatus non rumpit testamentum patris, i. quando legitimatus fuit ad certos effectus, ut quod succedat in eo quod pater ei dederit, idem si princeps plene legitimasset, & post perfectā legitimationem diceret nolo quod succedat nisi in eo quod dederit pater, tunc licet sit uere legitimus, ut dic. cons. 246. & Dec. in l. pactū. qd dotali. nu. 15. inf. de colla. & cons. 264. nu. 3. & cons. 258. nu. 10. & consilio 52. tamen non rumpit testamentum nisi ad hoc esset dispensatus,

pensatus,quia dispensationes sunt odiosæ. c.1. de filiis præsbit.in 6.ita tenent Alexan.Pau.& Iason. & Socin. in d.rubr. & hoc casu pater non potest plus relinquere ei quam relinquat aliis, filiis secundum Dec. in consil. 393.nu.2.& nu.8. & ibi dicit esse communem opinionem.sequitur Ferrar.num.33.Idem etiam esset in uere legitimato si dictum esset quod non posset uenire contra testamentum,quia debet uti legitimatione cum sua causa.arg.l.Pomponius. §. cum quis. de acquir.possess. & hic per Ferra.nu.34.& Iasonem in d.rub. Sed si esset plene legitimatus,& esset dictum quod succedat ex testamento & abintestato, posset etiam succedere cōtra testamentum,quia contratabulas dicitur ex testamento.§.sunt autem.inst.de bon. possess. Cor.consi.93.col. pe.uolum.2.sub litera y.uers.nec ullo pacto.& hic per Ferra.nu.35. Et idem si subsequatur postea clausula sine præiudicio uenientium ab intestato,nam debet intelligi quando ipsi uenientes abintestato uelint succedere abintestato,& essent in æquali gradu, ut declarauerunt doctor.quos hic referunt Ferrar. nu. 37. Qui etiam postea nu.41. declarant quid iuris sit quando ponitur alia clausula, ualeas succedere ex testamento & abintestato sine præiudicio eorum qui in huius modi bonis,si pater abintestato decessisset,succedere posset, Et concludunt quod non poterit rumpere testamentū, quia essent melioris conditionis ueniendo contra mētem quam secundum mentem, ut hic late per eos subiicientes etiam quid iuris sit de aliis clausulis similibus, Et inter alias,quid si sit apposita clausula sine præiudicio legitimorum hæredum, Nam hoc casu poterit contratabulare etiam si in testamento sint uocati illi quibus nō debet fieri præiudicium,ut hic late per eos plenissime examinantes uirtutem omnium istarum clausularum,quos uide si placet.

69 Quinta† est conclusio,quod legitimatus mortuo patre non rumpit testamentum,Bal.in c.innotuit. de electione.Martin.in tractatu de principib.rub. de priuil. conclus.53.& in tractatu de legitima.& Dec. hic num. 19.quia nō potest fieri suus patre iam mortuo.l.Titius. ff.de suis & legit.& l.siquis filio.ff.de iniust.rupt.& irr. testam. Et quia legitimatio facta post mortem nō trahitur retro in præiudicium alterius glo. Barto. & omnes in l.Gallus.§.& quid si tantum. ff.de lib. & posthu. Et quia si pater non instituit, non peccauit, & non debet puniri.arg.l.Gracchus.inf.de adul. Sed si adhuc hæreditas non esset adita,tunc quia ius adhuc non est plene quæsitum,legitimatio retro trahitur,ut per Paul. de Castro & Alexan.& Iason in d.§.& quid si tantum.nu. 16.& sequuntur hic Ferrar. nu. 53.responden. quibusdam obiectis.

70 Sexta† est conclusio, quod legitimatus reuocat donationem factam a non habentibus filios uirtute legis si unquam infr.de reuoc.don. ut per Socinum consilio 226.quæstio præsentis consultationis, & Decium hic nu.19.quia sicut per natiuitatem filiorum legitimorum reuocatur.d.l.si unquam. Eodem modo & per legitimationem quæ inducit legalem natiuitatem filii. §.1. inst.quib.mod.infir.test.cum glo. Et legitimati dicuntur uere legitimi,ut per Bar.in l. si is qui pro emptore. ff.de usuc.q.3.cum aliis late sup.cumul.Sed in contrarium allegat hic Decius Bal.in l.1.col.fin.uer. ulterius quæritur sup.de inofficiosis donationibus. Et in l.2.in fine sup. si quid in fraudem patro. Et Salic.in l.si totas uersi.quæro sup.de inofic.donat. quia per donationem donatori est ius quæsitū in præsenti,quod ius per legitimationem non potest auferri.arg.l.fi. ff.de pactis. sicut nec per adoptionem potest donatori præiudicari ut contractus firmus donationis ex sola uoluntate donantis & pro eius arbitrio reuocari possit, Sed Dec. respondet quod non est inconueniens per legitimationē reuocari d.donationem,quando legitimatio est facta uiuente patre,quia non tractatur de præiudicio tertii, cum ius plene nō fuerit quæsitum, sicut uidemus quod legitimatio facta uiuente patre ualet in præiudicium agnatorum etiam eis non citatis,quia non est eis uiuēte patre ius quæsitum,ut per Bart.in d.l.Gallus.§.& qd si tantum.ff.de libe.& post.& Bal.in l.nam ita diuus.ff. de adopt.quia solum agitur de præiudicio patris,& sic legitimatus rumpit testamentum, Ita etiam debet rumpere donationem,quia militat eadem ratio,Et sic cessat ratio Baldi.de præiudicio alterius. Præterea dispositio d.l.si unquam. uidetur fundata super coniectura ta mente patris,ut per Barto.in l.Titia.§.imperator.ff. de legat.3.si ipse non habebit filios. Vnde etiam quod esset ius quæsitum, dicitur quæsitum sub conditione, si non nascentur filii.d.l.si unquam.Et in simili casu dixit Bal.in l.obseruare.§.fi.colum.3.uersi.iis non obstantibus.ff.de offic.proc.& leg.Quare concludendo dicit, quod aut filius est natus & legitimatus postdonationē, & testamentum in uita patris,& tunc reuocatur donatio,& testamentum per legitimatum per prædicta, Si uero natus fuit ante, uel fuit legitimatus post mortem patris,& tunc quia est ius quæsitum agnatis,& donatori,non reuocabitur nec testamentum nec donatio, & ita procedit quod dicit Bal.in d.l.1.de inof.donat.Sed tamen hæc decisio non tollit totum contrarium, quia æquiparatio de iure donatoris ad ius agnatorum non est bona,cum ius agnationis debile sit uiuente testatore.l.qui superstitis.ff.de acquir.hæred.& not.in l.fina. sup.de pactis.& per testamentum potest reddi uanum, sed ius donatoris est perfectum,& plene quæsitum dependens a uoluntate præsenti inter uiuos,& nō potest per donantem mutari.d.l.fina.ff.de pactis. nec faciendo testamentum,nec reuocando,nec adoptando, ne sit arbitrarium reuocare donationem.Et ideo æquiparatio de potestate reuocandi testamentum ad potestatē reuocandi donationem non procedit. Sed debet fieri æquiparatio de legitimante post mortem defuncti ad legitimantem in uita post donationem, quia utroque casu est ius quæsitum, ideo sicut legitimatus post mortem non reuocat testamentum, eodem modo nec donationem,Item dum facit differētiam an nascatur post donationem uel ante, non uidetur probabilis differētia, quia licet sit natus ante donationem, tamen de eo non cogitabat donator, cū esset insuccessibilis, sed solum incepit cogitare post legitimationem,igitur tempore legitimationis uidetur natus. Vnde mihi placet quod non facta differentia an sit natus ante uel post, per legitimatum reuocetur illa donatio, quia uere dicitur esse natus post donationē filius legitimus de quo non cogitauit testator, nec potest assimilari legitimatio adoptioni, quia illa fit de quolibet extraneo, hæc autem fit solum de filio, ita quod non potest esse tanta suspitio fraudis, Nec dicitur pendere ab eius uoluntate, quia requiritur etiam gratia principis quæ reputatur impossibilis cum dependet a uoluntate principis arg.l.apud Iulianum.1.§.constat.de leg.1.de quo tamē latius dicas ut dixi in l.1.sup.de pactis. & per Tiraquellum abundantissime in d.l. si unquam.ad quem me remitto cui non potest addi in tanta abundantia sua.

71 Vltimo† uidendum est quomodo succedatur generaliter quādo filius in testamento est præteritus, In quo breuiter distinguendum,aut præteritus est filius emancipatus,aut filius in potestate. Primo casu subdistingui debet,aut est institutus alius filius,aut extraneus,Si præteritus est emancipatus & institutus extraneus tūc breuis est resolutio,nam ipse non potest uenire nisi per cōtratabulas,quia testamentum ualet utroque iure, Vnde ipsi per illam bonorum possessionem dabitur hæreditas quæ auocabitur a scriptis hæredibus.l.filium. in principio.Et l.cum emancipatus.ff.de contrata.& soluet lagata liberis,& parentibus.l.1.& l. is qui in potestate.ff.de leg.præst.§.sed si scriptus. Si uero est institutus alius filius,& tunc si repudiat contratabulas præteritus

ritus,testamentum remanet ualidum , & integra legata soluuntur,quia institutus non potest effectualiter cõtratabulare inuito uel ignorante præterito. l.nonnunquam. ff.de leg. præst. nam licet ei ab initio præterito inuito uel ignorante nata sit contratab.l.si post mortẽ. §.ii qui.ff.eodem.tamen effectualiter non potest contratabulare rumpendo testamentum inuito præterito, ut supra dixi. etiam quod ante institutus petiisset contratabulas,quia conuertitur in secundum tabulas,ne ipse consequatur lucrum occasione alterius qui non utitur iure suo.d.l.nonnunquam. Si uero præteritus petit contratabulas, rumpitur testamentum de iure prætorio,& filius institutus uel debet adire & soluere omnia legata.l.si is qui in potestate.§.fi.ff.de leg.præst. uel debet petere contratabul.simul cum præterito, & soluere legata liberis,& parentibus.d.l.is qui in potestate. §.sed si unus,uel potest petere se cõseruari uirtute edicti de leg.præst.soluendo integra legata per l.si duo.in fine secundum intellectum Cini qui etiam potest procedere in emancipato præterito. Et hæc de emancipato præterito.

Secundo casu principali quando præteritus est filius in potestate, Et tunc similiter distinguendum est, an sit institutus extraneus,uel alius filius, Primo casu, quia testamentum est nullum de iure ciuili, institutus non potest adire.arg.not.in l.si duo. ff. de leg. præst. & l.filius in potestate.ff.de lib.& posth.& l. qui uxorem. ff.de iniust.rup.Sed an possit succedere de iure prætorio,distingui debet.Nam si est testamentum secundum formam ciuilem, ut testamentum nuncupatiuum, & tunc est ipso iure nullum utroque secundum communẽ opinionem quam ego saluaui supra in testamento secũdum formam ciuilem.l.fin.ff.de lib.& posthum. Et l. 1.in fine.ff.si tab.test.nullæ extab.ideo nec etiam poterit succedere de iure prætorio.merito abintestato solus habebit totam hæreditatem.d.l.1.in fi.si tabu. test. nul.ext.nec soluet legata aliqua. arg. d. l. is qui in potestate.in princ.& l.si duo.ff.de leg.præst.Si uero est testamentum secundum formam prætoriam,& tunc, qa præteritione filii non est ipso iure nullum ut supra cõclusi respondendo omnibus obiectis, ideo si filius peteret contratabulas,similiter esset exclusus institutus, & non solueret legata.l.si duo. ff.de leg. præst. quia rem ab intestato de iure ciuili habere potest, & reducitur res ad causam intestati si concurrit cum iure dicendi nullum.d.l.1.in fine.secundum intellectum quem supdedi.ff.si tab.test.nullæ ext.& l.fi.ff.de lib. & posth. & l.ut liberi.inf.de collat. Secundo casu quando institutus est alius filius, Et tunc præteritus similiter partem suam habet abintestato, quia testamentum est nullum de iure ciuili. d.l. is qui in potestate.in princip. & l. si duo.& non tenetur soluere legata.ut in d.iuribus. Et si petat contratabulas similiter portionem suam abintestato habet,& non soluit legata, ut in d. iurib. Institutus uero sine dubio non potest adire hæreditatem, qa testamentum est nullum de iure ciuili,ut per Bart. in d. l.si duo.uer.proinde.

Sed an possit petere secundum tabu. distinguitur. Nam si testamentum est factum secundum formã prætoriam, quia ualet de iure prætorio ut supra conclusi ultra alios, ille expectat an filius petat contratab. & si præteritus petiit, non potest habere secundum tabul. per istum tex.sed ipse debet petere secundum tabulas simul cum præterito,& soluere legata liberis & parentibus.d.l.si duo.in principio.Si uero ipse repudiat contratabulas,& præteritus petiit, non potest uenire nisi per conseruationem illius edicti, soluendo omnia legata.d.l.si duo.in fine. secundum intellectum Petri & * Cini quem sup.approbaui, & est magis cõmunis, quia contratabulas ab uno solo intentata rumpit totum testamentum & auocat hæreditatem a scriptis hæredibus nisi conseruetur per titulum de leg.præst.d.l.cum emãcipatus.ff.eo.coniuncta.l.filium.§.sed si portio.& §.fin. ff.de leg.præst.Sed si ambo omiserunt contratabulas, tunc testamentum reconualescit in totum iure prætorio, & institutus habebit secundum tabulas per istum tex.a contrario sensu.& l.2.§. expectandi. ff.de secun. tabul.,& soluet omnia legata pro portione sua si filius uoluit retinere portionẽ suam abintestato. d. l. si duo. uers.proinde. secundum intellectum magistri Fulgosii quem etiam sup.approbaui.Sed si totum omitteret,tũc institutus totam hæreditatem haberet per secundũ tabulas, & solueret integra legata per d. l. si duo. ff. de leg.præst.secundum intellectum Iasonis qui etiam est uerus in se,& supra approbaui.Si uero erat testamentũ secundum formam ciuilem, & tunc,quia dicitur esse ipso iure nullum utroque iure ut sup. conclusi secũdum communem opinionem,petita contratabulas per præteritum & non petita, nũquam poterit adire neque petere secundum tabulas,sed uel debet institutus succedere propter conseruationem illius edicti, soluendo omnia legata.d.l.si duo. in fine secundum intellectum Cini,uel petita contratabulas debet succedere abintestato.d.l.1.in fine.ff.si tab.testam.nullæ extab.& l.fi. ff.de liber. & posthum. soluendo legata liberis & parentibus.d.l.si duo.in princi. Si uero ambo repudiarent cõtratabulas,tunc nec etiam potest succedi per secundũ tabulas, quia cum testamentum sit nullum etiam iure prætorio, non potest dari secundum tabul. l. 1. §. exigit.ff.de secund. tabul. nec per repudiationem potest confirmari testamentum, quia ubi deficit forma,actus nullus potest confirmari pacto priuatorum. l. 3. ff. de testam. Ideo solum confirmabitur quantum ad legata ut ipsa præstentur tanquam ex ultima uoluntate informi.l.filio præterito.ff.de iniust.rupt.secundum intellectum Alexand.positum hic numero 8.& ipsi filii abintestato succedent ut ibi concludit Alexand. Vel potest dici quod etiam portiones hæreditariæ seruabuntur ex dispositione tituli de legat. præstand. quod potest habere locum etiam non petita contratabulas, dummodo sint de illis qui possunt petere ut colligitur ex l. is qui in potestate.in principio. ff. de legat. præstand. ibi,cum & sine hac hæreditatem habiturus sit suo iure, probatur.in d.l.si duo.secundum intellectum magistri Fulgosii quem sup. probaui. Et hæc potest esse ratio quare illa conseruatio uidetur posse fieri solum quando sunt instituti uenientes abintestato.l.posthumus.in fine.ff.de iniust.rup. de quo dicam in l.fina. infr. unde cogn. in casibus in quibus est necessaria secundum tabulas,& iis casibus poterit competere secundum tabulas utilis, quia remedia utilia dantur ad petendum cõseruata bona.ut per Bar.in rub.ff. de leg. præst. sed nõ datur contratabulas. Si uero sunt liberi & parentes & aliæ personæ quibus fit conseruatio per. l.1. ff. de leg. præstand.& non datur contratabulas ordinaria, tunc si ipsi erunt instituti,& conseruetur portio instituti soluent tantummodo legata liberis & parentibus, non omnia d.l.filium.§.fi.ff.de leg. præstand. Et hæc de filiis naturalibus.

Si uero sunt filii adoptiui & tunc idem iudicandum est quando est facta adoptio ualida secundum formã positam in l.cum in adoptiuis. inf. de adoptionib. per l.1.§.1.ff.de cõtratabul.& l.1.§.recte.ff.si tabu.testam. nullæ extab.Sed si sunt filii legitimati,& tunc si sunt legitimati per subsequens matrimonium, adhuc idẽ est dicendum,quia in omnibus uere sunt filii.§.reliqui.in auth.quibus modis natur.effic.sui.& c.tanta.extra qui filii sint legitimi.Si uero sunt filii legitimati per oblationem curiæ,& tunc illi possunt succedere abintestato & ex testamento usque ad certam summam, sed tamen non possunt rumpere testamentum,quia iura hoc non dicunt.§.quoniam uarie.in auth.quib.mod.natur. effic.sui.nam potius dicuntur dispensati quam uere legitimi, cum tantum efficiantur legitimi patri, & nulli alii,

alii, ut in d. authen. §. filium uero. Si uero sunt legitimati per rescriptum principis, & tunc siue sint spurii, siue incestuosi, siue filii sacerdotum, & sint legitimati ab habente plenam potestatem, restituendo eos natalibus, & tunc ipsi rumpunt testamentum ad similitudinem adoptiuorum & legitimorum secundum magis communem opinionem positam in rub. ff. de libe. & posth. & in d. c. per uenerabilem. extra qui filii sint legitim. quem sup. approbaui, dummodo sint legitimati uiuente patre, uel post mortem concessa licentia a patre in testamento secundum formam positam per Bar. & doctor. in l. Gallus §. & quid si tantum in fine. ff. de liber. & posthu. alias legitimatio non ualet. Item fallit quando sunt dispensati tantum, quia non sunt uere legitimi, & non rumpunt testamentum ut supra dixi. Item fallit quando est uere legitimus, sed posita est clausula restrictiua, ut non possit rumpere testamentũ, uel alia clausula, quod succedat sine præiudicio uenientium abintestato, secundum distinctionem positam per Ferrarien. in præmissis ut supra retuli, quæ nota, quia nullibi ita distincta reperies, & scripsi tangendo calamum in cerebro. Et hæc sufficiant in hac profundissima materia.

Ioan. Bolognet. Iurisconsul. Bononiens. Neapoli de mane legens die. 28. Februarii 1554.

Summaria super. l. qui se Patris. C. Unde liberi.

1 *N hac lege ponitur unus casus in quo bonorum possessio unde liberi sit necessaria.*
2 *Quæ sint illa quæ causant difficultatem legis.*
3 *Hæc lex continere uidetur decisionem contra notissimas regulas successionum.*
4 *Quid sit suitas secundum doctores.*
5 *Suitas an possit esse sine patria potestate.*
6 *Posthumus ante natiuitatem non est suus hæres uere uel ficte.*
7 *Posthumus post natiuitatem est suus hæres, quia fingitur natus in potestate.*
8 *Suitas non potest esse sine patria potestate uera uel ficta, uel habilitate ad eam.*
9 *Diffinitio Angeli ex multis reprobatur.*
10 *Noua diffinitio suitatis traditur.*
11 *Sui dicuntur tantum illi qui obtinent primum locum, & sunt de liberis, & in potestate.*
12 *Quatuor sunt qualitates filiorum.*
13 *Statutum prohibens beneficium abstinendi odiosum est, & contranatur alem æquitatem.*
14 *In nullo casu nepos præcedente patre potest esse suus hæres.*
15 *Exhæredatio an tollat suitatem.*
16 *Intellectus ad. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquirend. hæred.*
17 *Statutum excludens fœminas a successione an tollat suitatem earum.*
18 *Filij post mortem patris sunt sui & non in potestate.*
19 *Filij gallorum an sint in potestate patris.*
20 *Hæredum tres sunt species.*
21 *Nepotes quomodo succedant auo per mediam personam patris.*
22 *Transmissio quid sit.*
23 *Transmissio ratione sanguinis & iuris deliberandi non pertinet ad istam legem.*
24 *Transmissio ex potentia suitatis pertinet ad istam legem, & tempore. l. 12. tabul. erat potentissima, sed propter beneficium abstinendi fuit debilitata, & in successione prætoria in totum annichilata.*
25 *Successorium edictum quotuplex sit, & quando habeat locum de iure ciuili.*
26 *Successorium edictum iuris prætorij quid sit, & quot modis fiat.*
27 *Successorium edictum iuris prætorij generalissime procedit inter suos & agnatos & cognatos, siue repudient sui, siue ignorantes moriantur, uel aliter non accepten.*
28 *Intellectus communis ad. l. fin. ff. de succes. edicto. defenditur.*
29 *Hæc lex propter sui breuitatem recipit octo quæstiones in facto super diuersis qualitatibus facti.*
30 *Quæ dubitationes iuris propter breuitatem legis insurgunt.*
31 *Clara ostenditur uia ad resoluendum dubitationes motas contra decisionem legis.*
32 *Intellectus omnes doctorum breuiter referuntur, & non conuenire demonstratur.*
33 *Summatur & diuiditur.*
34 *Casus figuratur aperiens aditum ad omnia contraria resoluenda.*
35 *Nepos potest separare hæreditatem sibi iure suitatis transmissam.*
36 *Nullus est necessarius hæres de iure prætorio.*
37 *Inter suos hæredes de iure prætorio non obstante suitate habet locum ius accrescendi.*
38 *Dictio, maxime, extendit ad casum magis clarum.*
39 *Verbum, suscipere, an importet dominij acquisitionem.*
40 *Verbum, facultates, quando importet hæreditatem.*
41 *Verbum, peruenerit, est commune.*
42 *Hæreditate adita bona non dicuntur amplius defuncti.*
43 *Bonorum possessio unde liberi hodie est necessaria in nepotibus suis hæredibus non abstinentibus.*
44 *Verbum, hæres, in hac lege capitur generaliter.*
45 *Transmissio non impedit successorium edictum in eo quod non transmittitur.*
46 *Verbum, nego me hæredem, tribus modis capi potest, inductiue, demonstratiue, & omissiue.*
47 *Verba, nolo adire, uel nego me adire, uel adiuisse, an inducant repudiationem.*
48 *Concordia Alex. repræhenditur.*
49 *Communis opinio apparentibus rationibus defenditur.*
50 *Verba nollo uel nego, de proprietate sermonis non possunt inducere priuationem iuris.*
51 *Declaratio ad. l. filij mater. ff. ad tertullianum.*
52 *Verba, nolo adire, dato termino ad deliberandum, inducunt repudiationem.*
53 *Declaratio ad. l. fin. §. similique modo. inf. de iure delibtr.*
54 *Verba, nolo amplius adire, an inducant repudiationem.*
55 *Verba, nolo adire, prolata ad interrogationem patris an inducant repudiationem.*
56 *Verba, nego me aditurum, an inducant repudiationem.*
57 *In casu legis nostræ uerbum, negat se hæredem, non importat repudiationem.*
58 *Lex ista non decidit casum in quo uterque fuit emancipatus.*
59 *Lex ista decidit casum in quo solus nepos fuit emancipatus.*
60 *Lex ista non decidit casum in quo filius solus fuit emancipatus.*
61 *Lex ista decidit casum in quo uterque fuit in potestate.*
62 *Lex ista an sit hodie correcta cumulatiue seu ampliatiue ut nepos possit succedere utroque iure, latissime discutitur.*
63 *Successorium edictum secundum legem 12. tabularum non erat permissum.*
64 *Successorium edictum post beneficium abstinendi receptum fuit a iure ciuili de capite in caput sequta abstensione.*
65 *Successorium edictum de iure ciuili non fuit receptum stantibus suis & non abstinentibus.*
66 *Successorium edictum an sit inductum per. §. placebat. in terminis istius legis, & concluditur quod nihil immutauit de terminis legis huius.*
67 *Intellectus. l. defuncti. de legitimis hæredibus. discutitur.*
68 *Lex ista an sit immutata hodie per ius auth. ut nepos possit succedere de iure ciuili.*
69 *Lex ista an sit correcta remotiue per. l. j. de ijs qui ante aper. tabul. & l. cum antiquioribus. inf. de iure delib. & concluditur quod sic quando transmittitur bonor. possessio.*
70 *Intellectus legis discutitur, an hic filius repudiauit uel acceptauit, & concluditur quod nec repudiauit nec acceptauit.*
71 *Quare transmissio non impediat successorium edictum in hac lege, latissime discutitur.*

In-

72 *Intellectus Bar. & eius solutio repræhenditur.*
73 *Intellectus Bal. repræhenditur, & unus intellectus Alberici.*
74 *Intellectus Fulgosii repræhenditur.*
75 *Intellectus Alberici secundus repræhenditur.*
76 *Intellectus Curtii repræhenditur.*
77 *Intellectus nouissimorum repræhenditur.*
78 *Intellectus nouus clarus & nouissimus aperitur & demonstratur.*
79 *Emancipati non sunt hodie agnati.*
80 *Filij emancipatorum nec hodie sunt proprie agnati.*
81 *Nepotes in potestate an sint agnati auo.*
82 *Intellectus ad l. scripto. ff. unde liberi.*
83 *Statutum præferens agnatos fœminis uel cognatis an comprehendat emancipatos.*
84 *Statutum coharctans agnatos ad compromittendum an comprehendat emancipatos.*
85 *Statutorum uerba an semper proprie sint intelligenda.*
86 *Bonorum possessio unde liberi uel unde parentes an competat parentibus.*
87 *Quomodo filijs de iure auth. possunt succedere parentes remissiue.*

Repetitio legis, Qui se patris. C. Vnde liberi.

1 ISTA Lex continet materiã subtilem, difficilem, & profundam, & totam consistentem in apicibus iuris, & horribilem non tantum scholaribus sed etiam docto. ualentibus, ut exordiũtur hic omnes quos refert Iason. Et in ea † ponitur unus casus quo bonor. possess. Vnde liberi sit necessaria etiam existentibus in potestate, ut liberi existentes in potestate solũ possint succedere de iure prætorio, & non iure ciuili. Et principaliter tractatur quomodo sequẽtes in gradu possint succedere in bonis parentum ommisso medio qui fuerat in potestate moriẽtis, Quæ materia difficilissima est propter maxima cõtraria, & ad eam declarandã omnes scribentes hic præmittunt multa, non tamen exprimentes quorsum tendant & quare hæc faciant, Vnde euenit quod inordinate loquuntur, & multa non necessaria ponant, & legẽ magis difficilem reddant. Quare ante omnia perquirẽdum est in quo consistat difficultas legis, ut appareat quorsum tendant dicta doctor. & quæ sint præscitu necessaria pro introductione iuuenum & intelligẽtia terminorum in materia:

2 Sciendum†est igitur in hac lege esse duo principalia dicta contra uulgatas regulas iuris, Vnum, quod si moriatur auus relicto filio & nepote ex eo in potestate nepos potest auo succedere omisso medio patris sui & eius hæreditate repudiata, quia tamen necessarius fuerat hæres auo. Secundo quod hanc successionem consequitur per bonor. possess. unde liberi. & quod de iure ciuili succedere non potest. Et sic quod sequentes in gradu possunt succedere parentibus omisso medio eorum qui præcedunt in gradu & extiterunt sui hęredes, & hanc successionem solum consequi possunt de iure prætorio. Quæ decisio ut dixi, uidetur contra notissimas regulas iuris, quia utroque iure ita constitutæ sunt successiones ut primo uocentur illi qui præcedũt in gradu, & postea sequentes. l. 1. §. suos hæredes. & §. sed si filius. & l. 2. §. hæreditas. & §. legitima. ff. de suis & legit. & l. 1. §. uocantur. ff. de contrat. & l. 1. §. recte. ff. si tab. test. nullæ extab. & §. 1. & §. cum aliquis inst. de legit. agn. succes. Per quæ iura etiam patet quod filii & nepotes in potestate iure ciuili uocantur ad successionem, & non est necessariũ habere remedia prætoria, Ideo pro inuenienda ratione huius decisionis, & resolutione contrariorum, coacti fuerũt doctores perscrutari omnes modos per quos sequentes in gradu possint succedere abintestato superioribus omisso medio præcedentium in gradu, Et inuenerunt hoc fieri posse tantum tribus modis. s. per acceptationẽ hæreditatis prioris in gradu, per transmissionem prioris in sequentes, & per successorium edictum.

3 Quorum †nullus uidetur posse adaptari ad text. nostrum. Nam modus succedendi per acceptationem hæreditatis patris nõ potest adaptari, quia textus dicit nepotem repudiasse hæreditatẽ patris sui, Secundus modus transmissionis nec etiam uidetur posse accommodari, quia transmissio præsupponit ius fundatũ in persona prioris, & per eius medium in sequentes transmitti si sunt hæredes, ut diximus in l. emãcipata supra qui admitti. & ille qui uult acquirere ex transmissione oportet quod sit hæres, ut ibi patet in omnibus exemplis transmissionis & l. apud hostes. inf. de suis & legitim. & l. ex militari. §. fin. ff. de milit. testam. & l. cũ antiquioribus. inf. de iure deliber. ita quod non uidetur posse separari successio per transmissionem ab hæreditate transmittentis. Tertio nec modus ueniẽdi per successorium edictum uidetur conuenire posse, quia successorium edictum est talis naturæ quod præsupponit quod in persona prioris in gradu nullum ius sit quęsitum, sed eo mortuo perinde sit ac si nunquam fuisset in rerum natura. §. penul. inst. de bonor. possess. & l. 1. §. quib. ff. de suc. edict. Sed cum filius in potestate incontinenti sit suus hæres, licet moriatur, nõ potest dici uacare successionem, quia ratione suitatis ius ei iam quæsitum fuit plene. §. sui. inst. de hær. quæ abintest. Et iõ dicitur in l. 1. §. sciẽdum. ff. de suis & legit. quod in suis non est successio & in §. placebat. inst. de legit. agn. succes. quod ante Iustinianum inter agnatos non erat successio. Ex quo discursu magis uidetur constare quod hæc lex facta fuit contra omnes rationes, & redditur difficilior in recessu quam in ingressu. Quare doctores cognoscentes regulas iuris obstare, coacti fuerunt recurrere ad limitationes, & pro eis inueniendis medullitus inuestigare naturam prædictorum modorum succedendi omisso medio prioris in gradu. s. quomodo successio fiat per suos hæredes, & quomodo sequentes in gradu possent esse sui hæredes, & quot sint genera hæredum, Item quid sit transmissio, quotuplex sit, & quomodo possit separari ab hæreditate. Tertio quid sit successorium edictum, & an possit esse inter suos hæredes, Quarto in quo differat successio ciuilis a prætoria, ut possit apparere quomodo iste nepos possit succedere de iure prætorio tantum, & non iure ciuili. Et propterea in præmissis de omnibus istis tractauerunt, & nos ordinatius tractabimus dicendo ea tantũ quæ prosunt ad aperiendum intelligentiam.

Sed quia prædicta omnia plerumque dependent a uirtute & effectibus suitatis, Ante omnia uidendum est quid sit suitas, & postea sigillatim de unoquoque tractandum erit, ex quorum discussione enucleabitur decisio legis, & manifestabitur eius ratio ut commode

4 casus figurari possit. †Circa primum quid sit suitas, Decius hic refert duas diffinitiones, Vnam Bal. in l. apud hostes. inf. de suis & legitimis. Dicentis suitatem esse quodam ius intellectuale per quod hæres etiam ignorans hæreditati obligatur, Sed quia ibi Bal. uidetur reprobare, immo non facit ad propositum, quia ibi diffinitur existentia sui hæredis, non suitas, quam existentiam dicit esse triplicem, plenam, semiplenam, & plenissimam, Ideo ipse hic refert aliam quæ fuit Angel. in l. in suis. ff. de libe. & posthu. uidelicet quod suitas est ius intellectuale directum propter patriam potestatẽ quandam continuationem dominii bonorum ascendentium ad successores proximos post mortem immediate inducens. Ius ponitur in diffinitione, quia suitas est ius. l. posthumorum. ff. de iniust. rupt. & §. posthumorum. inst. de exhær. liber. ibi, iura suorum hæredũ. &

& d.l.in suis.Item dicitur intellectuale,quia non uidetur,sed imaginatur,cum filius in potestate ab emancipato oculis non discernatur.Facit l.mora.ff.de usur.in princ. Item dicitur directum, quia non transit de uno in alium.l.1.§.sciendum.ff.de suis & legitim.& quia tribuit,uerum dominiũ,& differt a suitate prætoria quæ ponit emancipatos loco suorum hæredum. Item dicitur propter patriam potestatem, quia suitas dependet a patria potestate.l.lege cornelia.ff.de test.& §.emancipati & §.posthumi.inst.de.hæred. quæ abintest. defer.Item dicitur continuationẽ domini.per d.l.in suis.& non efficiuntur hæredes proprio titulo.l.nihil.infr. pro hærede.& l.2.§.fi.ff. pro hærede propter patriam potestatem quæ facit censeri unam & eandem personam.l.fi.inf.de inst.& subst.§.ei uero.inst. de inutil. stipul.Item dixit in proximiores, quia suitas non capit nisi unum gradum.l.1.§.suos.& §.si filius.ff. de suis & legit.& d.l.posthumorum.Item dixi post mortem immediate,ut in §.sui.inst.de hæred.qual. & differ. & instit. de hæred.quæ abintest.§.sui. Et si dicatur diffinitionẽ non bonam quia traditur per effectus, contra doctri. Bar.in l.1.ff.de appel. Respondetur hoc tollerari quia consistit in intellectu, & non potest demonstrari nisi p effectus,ut facit iurisconsul.in d.l. in suis. & sæpe etiã tolleratur diffinitio per effectus,ut per Dec.in rub.extra de probat.& cõmuniter pertranseunt doctores.

5 Corneus†tamen hic impugnat,negando patriam potestatem esse necessariam, quia sui hæredes reperiuntur qui non sunt in potestate,ut patet in posthumis qui non sunt in potestate.l.fi. ff. de collat. bono. & tamen sunt sui hæredes.d.l.1.§.sciendum.ibi,dummodo tempore mortis aui sint nati,& concepti. ff. de suis & legit. & l.si quis filio.ff.de iniust.rupt.& §.posthumi.inst. de hæred.quæ abintest.defer.Item duodecim sunt dignitates quæ liberant filios a potestate.l.fi. C.de decurio. lib.10.& §.generaliter.in auth.constit.quæ de dign. & tamen sunt sui hæredes.§.illud.in d.auth.Item monachatio liberat a patria potestate quia facit esse in potestate abbatis,ut no.in c.indecorum.de æta.& qualit.& c.fi.de sepul.in 6.& tamẽ sunt sui hæredes patri.l.Deo nobis.§.1.sup.de epis.& cler.Sed Deci.defendit diffinitionem,quia suus hæres non est fine patria potestate, ut argumentatur tex.in l.lege cornelia. de test. & §. emancipati.inst.de hæred.quæ abintest.quia patria potestas inducit illam unionem.l.fi.inf.de impub.& aliis subst.& §.1.inst.de patr.potest.

6 Et ad contraria†respondet negando posthumum esse suum hæredem,quia iura dicunt eum futurum suum hæredem.l.1.§.totiens.ff.de uent.in poss.mit.& l.posthumus inf.de collat.& dictus.§.posthumi. loquitur de natis. Nam posthumi post natiuitatem sunt sui hæredes,non autem dicit quod ante natiuitatem sunt sui hęredes,ut dictum fuit.in l.posthumo.sup.de contratab. Vel secundo dicit si est suus illud est propter fictionem legis,quo casu etiam lex fingit patriam potestatem, & sic semper suitas est cum patria potestate saltem ficta. arg.l.qui in utero.ff.de stat.homin. Nec obst.illud de episcopo & monacho,quia speciale est ut in eorum fauorem remaneãt sui,Vel ibi a principio fuit suitas quæ non potest incipere fine patria potestate,tamen postea durat fine ea.arg l.patre furioso.ff.de iis qui sunt sui uel ali. iur. Prædictam responsionem ego etiam supra sequutus fui in d.l.posthumo. concludendo quod posthumus ante natiuitatem non est suus hæres nec uere nec ficte, Et quod non sit uere suus hæres probant. d.iura quæ uolunt eum futurum suum hæredẽ,Et quod nec ficte sit suus hæres, patet, quia nullus effectus suitatis in eo admittitur,nam ei non confertur.l. fina. ff. de coll. bon. & tamen esset utile ei propter fructus bonorum conferendorum,Item non efficitur hæres actu, ut hæreditas non dicatur uacare ut euitaret multa dãna quę affert hæreditas iacens. l.hæres quandocunque. cũ gl. ff.de acqu.hæred.& l.hæreditas in multis. ff. de acqu. rer.dom.& l.1.§.Sceuola.ff.si quis test.lib.esse iul.fuer. quæ omnia possunt suppleri per seruos infantis. argu. §.seruus autem alienus.inst.de hæred.inst.& l. eius. ff. de hæred.inst.Item non rumpit testamentũ.§.posthumi.instit.de exhæred.liber.lex enim non fingeret frustra.Et ad tex.in d.l. qui in utero. dedi respõsum quod ille tex.uult quod habeantur pro iam natis quantũ ad suspendendum,ut sequuta postea natiuitate perinde fit ac si eo tempore fuissent nati,sed ante natiuitatem nõ inducit aliquam executionem faciendo eum suum hæredem,uel fingendo adiuisse,uel dominum bonorum, Et sic habetur pro iam nato suspensiue non autem executiue,ut latius dixi in d.l.posthumo.Item ad d.§.illud clarior potest dari responsio, quod ibi non dicitur q̃ sint sui hæredes,sed quod habent iura suorum hæredũ quia uidentur esse diuersa, esse suum hæredem, & habere iura suitatis, & possit quis habere iura suitatis & non esse suus hæres, ut emancipatus propter ius prætorium, Tamen licet ab istis uideatur posse defendi diffinitio prædicta.

7 Nihilominus†adhuc multa obstant, Et primo quia posthumus post natiuitatem secũdum omnes efficitur suus hæres.d.§.posthumi.inst.de hæred. quæ abintest. & tamen non est in potestate,nec fingitur esse in potestate,quia alias non haberet legitimam personam acquirendi,nec ei posset dari tutor uel curator,iuxta no. in l.1.ff.de tutellis, ibi, in capite liber, ergo reperitur suitas fine patria potestate, Et hoc etiam patet, quia post mortem patris filii dicuntur sui, quia tunc operatur effectum proprium.d.§.sui. inst. de hæred. quæ ab intest.& l.1.§.suos. ff.de suis & legitim. & tamen non sunt nec finguntur esse in potestate. Secundo hoc confirmatur per tex.in d.l.si quis filio exhæredato. ff.de iniust. rupt.& d.§.sciendum.ubi exhæredato filio nepos post mortem potest effici suus hæres,& tamen eo tempore non erat in potestate aui, nam per mortem aui reincideret in potestatem patris sui exhæredati.l.filius a patre.§.filius.ff.de libe.& posth.& §. itaque. inst. qb. mod.sol. patri. potesta. cũ exhęredatus licet impediat suitatem tamen non facit quin nepos reincidat in potestatem exhæredati.l.qui in aliena.§.interdum.ff.de acqu.hær.& statim dicemus.Et sic eo tempore quo efficitur suus nõ erat in potestate, nec potest fingi esse in potestate aui,cum uere esset in potestate patris, & fictio non trahitur retro in præiudicium iuris quæsiti in medio,ut per Bart.in l.si is qui pro empt.ff. de usuc. in materia ficti.translatiuæ. facit lex potior. & lex qui balneum.ff.qui pot.in pign.habe. Et ideo tex. ibi non assignat rationẽ patrię potestatis,sed solum quia eo tempore quo intestatus decedit reperitur obtinere primũ locum,& sic hoc solum uidetur dicere.Tertio etiam ꝓbatur in d.§.sciendum in 1.responso. ubi filio instituto sub conditione potestatiua testamentũ ualet, & si moriatur auus, nepos reincidit in potestatem patris sui, quo mortuo ante impletam conditionem nepos efficitur suus hæres auo, & tamen non erat eo tempore in potestate, nec poterat fingi retro fuisse, cum medio tẽpore fuerit in potestate patris,ne uideatur fuisse insolidum in potestate duorum.Quarto etiam probatur per l.cum in adoptiuis.inf.de adopt.& §.sed hodie.inst.de adopt. ubi filius in potestate datus in adoptionem extraneo remanet in potestate patris, & tamen efficitur suus patri adoptiuo ut ei succedat abintestato. Nec ualet si dicatur quod habet iura suorum hæredum, quia inter iura suorum hæredum est suitas quæ & ipsa ius est.Sexto hoc clare demonstrat tex. in d. §. illud in auth.const.quæ de dign.quæ dicit quod illi exẽpti a patria potestate nihil iuris ammittunt nisi patriam potestatem,ergo etiam retinent suitatem,cum & ipsi efficiũtur sui hæredes,facile enim fuit imperatori conseruare suitatem sicut conseruat alia iura. Nec ualet responsio

sio quod ibi suitas fuerat incepta quæ potest durare si ne patria potestate, quia alioquin etiam emancipatus remaneret suus, quia suitas erat incepta, & tamen in §.emancipati.instit.de hæred.quæ abintest.assignatur sola ratio, quia non sunt tunc in potestate, Et ita uidetur conclusionem communem, quod suitas causetur a patria potestate, non esse ueram, saltem indistincte, & semper, prout præsupponunt ponendo eam in diffinitione.

8 Siquis tamen †uellet defendere communem opinionem, posset eam comprobare, quia suitas non potest considerari ex alia ratione nisi propter unionem quæ inducitur ex patria potestate, ut esse uideatur una persona, iuxta.l.fi.inst. de impub. & aliis substit. cum glo. & alioquin dominium insolidum non posset esse apud duos.l.si ut certo.§. si duobus uehiculum. ff. commod. & iura argumentantur de patria potestate ad suitatem. d.l lege cornelia.& d.§.emancipati.& l. qui in aliqua. §.interdum.ff.de acqu. hær. Præterea in suo hærede non cadit titulus pro hærede.l.nihil.inf. pro hærede. & l.1.§.fi.ff.pro hærede. ergo est cõtinuatio dominii, quia alias esset necessarium quod acquireret nouum titulum, sed continuatio non potest esse nisi tẽpore mortis sit in potestate, quia non existens in potestate non habet quasi dominium. d.l. in suis. ergo necessario requiritur patria potestas uera uel ficta. Nec obst.quod dicitur de posth.nato, quia posthumus est suus postquã est natus, & fingitur natus tempore mortis ex fictione translatiua quæ inducitur per.l.qui in utero. ff. de statu hominũ, & declaraui in d.l.posthumo. Vnde fictione iuris dicetur fuisse in potestate sicut alius filius, quæ suitas postea conseruatur postquam incepta fuit sine potestate, quia ad eam conseruandam sufficit habilitas talis ut si nunc uiueret defunctus ille hæres esset in potestate. Et propter hoc tollitur illud de emancipato, quia in emancipato non est illa habilitas propter capitis diminutionem. Non obstat. d.l.filio exhæredato quia ille fuit in potestate, & ille casus trahitur ad tempus mortis, quia omnes qui efficiuntur hæredes præsumuntur acquisiuisse tempore mortis.l.hæreditas quandocunque.ff. de acquir.hæred.& l.omnis hæreditas.& l.omnia fere.ff.de regu.iuris.& est tex.in terminis in l. scripto.ff.unde liberi. etiam quod in medio aliqua interueniat, si sublatum est impedimẽtum, ut habetur in auth.de filiis ante dot.instrumenta natis.per totũ & eo tempore fingitur acquirere dominium bonorum patris, & postea continuare, cum alias non posset dici cõtinuatio dominii, sed principium, & oporteret quod esset titulus pro hærede, qui tamẽ titulus negatur in omnibus suis hæredibus, ut dixi in d.l.nihil.inf. ꝓ hæred. Et eodem modo respondetur ad tertium, quia in illo fuit patria potestas, & quãdo efficitur suus trahitur ad tempus mortis, ut dicitur in §.ita tamen.inst. de hære. quæ abintest. Non obstat d.l.cum in adoptiuis. quia ille tex.non dicit eum esse suum simpliciter, sed solum ꝙ succedat tanquam suus abintestato, & sic est suus secundum quid, uel habet iura suorum hæredum secundum quid, & non proprie, & sic non obstat. Nec etiã obstat. d.§.illud.& d.l.Deo nobis.§.1.sup. de epis. & cler. qa uera est responsio Dec. quod ibi fuit suitas quæ potest conseruari sine patria potestate.arg.l.patre furioso de iis qui sunt sui uel alien.iur. Nec obstat de emancipato quia in emancipato cessat patria potestas & habilitas ad patriam potestatem per capitis diminutionem, & ad conseruandum suitatem requiritur habilitas, ut dixi de filio post mortem patris. Quare remanet, quod ad suitatem inducendam requiritur patria potestas uera uel ficta, sed ad eam conseruandam requiritur habilitas, ut si ille actus euenisset mortis, ille fuisset in potestate defuncti, Et ita debet declarari cõmunis opinio.

9 Ex qua † declaratione sequitur, ꝙ diffinitio Angeli non est perfecta, dũ simpliciter dicit de patria potestate, quia oportet exprimi uera uel ficta, uel habilitate ad eam, Secundo etiam dicta diffinitio non est bene concepta, quia superflue ponitur uerbum intellectuale, cũ nullum reperitur ius quod non sit intellectuale. §.1. inst.de reb. corpor. & incorpor. & non magis dicitur suitas intellectualis quam sit actio & seruitutes & cætera iura. Item Bal.in d.l.apud hostes. non dixit ius intellectuale, sed dixit quodam intellectuale, & ibi non diffiniuit suitatem, sed existentiam sui hæredis, quum existentiam uoluit appellari ius, quia potius uidetur facti. Similiter dum dicitur, inducens continuationẽ dominii, imperfecta est, quia continuationem illam facit post mortem, sed in uita prout diffinitur facit alios effectus, quia facit quasi dominum & possessorem bonorum patris. d.l.in suis. Et propterea sequitur quod etiã peccat in alio, quod sit tradita per effectus, contra not. in l.1.ff.de appel. nam licet aliquãdo permittatur, hoc contingit quando omnes effectus exprimuntur, & illi effectus semper sequuntur, sed hæc suitas non semper operatur effectus continuationis, cum propter exhæredationem impediatur eius effectus ut statim dicemus, & propter cõditionem appositam in institutione. d.§. sciendum. ac propter dationem substituti uulgaris, & cohæredis extranei.l.si filius qui patri.cum ibi no. ff. de uulg.& pupil. Item alia uerba post mortem immediate non semper sunt uera, per d.§.sciendum.& d.l.siquis filio exhæredato.& ponitur in §.ita tamen.inst.de hæred.quæ abintest.

10 Quare † reiecta prædicta diffinitione ita nouiter potest diffiniri. Suitas est ius quoddam liberorum proximiorum in bonis parẽtum a patria potestate uera uel ficta uel habilitate ad eam prouenienꝭ propter successionis spem a lege concessum. Dixi ius liberorum, quia solum liberis conceditur, Dixi in bonis parentum, qa suitas respicit bona, licet patria potestas respiciat personam, Item dixi proueniens a patria potestate & habilitate ad eam, propter resolutionem sup. traditam. Item dixi propter spem successionis, quia propter successionem concessum fuit cum appelletur suus hæres, non suus simpliciter, Omissi autem continuationẽ dominii, quia ille est effectus, & producit alios etiam ut statim dixi, & etiam non semper sequitur. Item dixi proximiorum, quia suitas non capit nisi unum gradum. d. §.sciendum.& §.ita tamen.inst.de hæred.quæ abintest. & l.1.§.si filius. ff.de suis & legitim. & ideo non habet locum successio in dicto.§.sciendum. Item dixi a lege, quia est ius ciuile, non prætoriũ inductum a lege.12. tabul.§.1.instit.de hæred.quæ abint. & l.1.§. suos. & §.post suos.ff.de suis & legit. coniuncta. l. pronuntiatio.§.familiæ.ff.de uerb.signific. Nec obstat.l.cum ratio.de bon.damn.per quem text. dicebat hic Curt. & nouis.quod suitas est de iure naturali origine, licet forma sit de iure ciuili, ut in simili dicunt docto. inst. de action.§.sed hic quidem. Quia ille tex.concludit de acquisitione fienda post mortem, quæ facit uerum successorem, non de acquisitione dominii uiuente patre, nec de continuatione dominii propter quam cessat titulus hæreditarius, facit c. 1.distin.1.ibi, liberorũ successio.

11 Suitas † autem dicitur ex eo quia per eam & domesticitatem & unionem causatam a patria potestate inducitur illud quasi dominium ut bona etiam sua dicat filius.§.sui.inst.de hær.qual.& differ.& filius postea dicitur suus hæres, quia illa acquisitio dominii fit ad effectum successionis, siue quia sit futurus hæres sibi ipsi, cum bona in uita patris sint etiam sua. Tamen quia uere nemo sibi ipsi est hæres, ideo uerus titulus pro hærede non inducitur.d.l.nihil.infr.pro hærede. per quẽ tex.tollitur consideratio nouiss.hic cõtra Cur. Ex qua diffinitione constare potest qui sint sui hæredes, Nam apparet ad hoc ut quis sit suus hæres tria esse necessaria. s.quod sit de liberis, quod sit in potestate uera uel habilis, & quod obtineat primum gradum. Vnde filius solus

solus est suus hæres, & non nepos, nisi filius exierit de medio per mortẽ uel capitis diminutionem, quia non obtinet primum locum, licet alia duo concurrant. d. §. si filius. ff. de suis & legit. & l. posthumorũ. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. Nisi improprie sumendo suitatem pro quadam coniunctione uel habilitate. l. suus quoq; in principio. Et largissime omnes coniuncti usque ad septimum gradum, ut est glo. quam not. Bal. in. l. si fœmina. inf. ad turpil. cum simil. alleg. per Barbat. in. l. cũ acutissimi. col. 19. inf. de fideic. & Alex. in consi. 26. libro quinto. & Decius hic. & Cur. & omnes nouissimi, si Et plus probatur in d. l. si fœmina. quod etiam fœmina dicitur habere suos, quia uerbum, suus, ibi capitur pro cognatione, & non aditur uerbum suus hæres.

12 Et propterea † sequitur quod quidã sunt in potestate qui nõ sunt sui hæredes. Vnde doctores hic dicunt quadruplicem esse speciem liberorum, nam quidam sunt sui & in potestate, quidam in potestate tantum, quidam sui & non in potestate, & quidam nec sui nec in potestate, Sui & in potestate sunt liberi obtinentes primum locum, & existentes in potestate, & isti etiam sunt necessarii hæredes. d. §. sui. inst. de hæred. qual. & differ. & §. sui. inst. de hæred. quæ abintest. & statim efficiuntur hæredes etiam inuiti, ut in d. iur. habetur, Quibus tamen prætor dedit potestatem abstinendi, uolens potius fauere uiuis quam mortuis. d. §. sui. de hęred. qual. & differ. & l. necessariis. ff. de hæred. inst. l. 1. §. qui sunt in potestate. ff. si quis omis. causa test. & l. nam nec emancipatus. ff. de leg. 1. Et ratio inducens prætorem, fuit illa quæ ponitur in l. 1. & per totum. inf. ne filius pro patre, ut dixit Bal. in l. 1. column. 3. sup. quand. non petent. partes.

13 Ideo † statutum tollens beneficium abstinendi rigorosum est & odiosum & stricte intelligendum, ut not. Bal. in l. dotis. supra de iure dot. & Dec. in c. secundo colum. 2. de const. Quod est notandum pro intelligentia. c. 1. an agnatus uel filius. ubi disponitur quod primogenitus non potest retento feudo repudiare hæreditatẽ patris, nam illa dispositio stricte est intelligenda, Hoc tamen beneficium non facit filios desinere esse hæredes, sed solum liberat per exceptionem ab obligationibus creditorum, quia prætor non potuit facere desinere quem esse hæredem. d. l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de minor. ut not. in d. l. necessariis, & ego dixi late in rubr. qui admitti. in præmissis. Quod procedit etiam hodie post communicata remedia, & receptionẽ iuris prætorii, & perpetuatum edictum, quia prętorum edicta recepta fuerunt tanquam ius prætoriũ, & retinent naturam suam in omnibus, excepta perpetuitate eis tributa, ut dixi in d. rubr. & not. per Alexan. in d. l. necessariis. Tamen nomen hęredis reditur uanũ, & reputantur ac si non essent hæredes. l. 2. §. & si sint. ff. ad tertulian. Item dum dicitur quod sunt sui hæredes, & in potestate, intelligitur de suitate seu hærede sine executione, cum sola spe, quia in uita suitas non operatur executionem, cum pater remaneat dominus uerus & administrator d. l. in suis. & contradictio est quod uiuat pater & sit hæres. l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred. & ideo in uita est suus hæres, sed post mortem dicitur existere suus hæres. Item dicitur hæres. i. quasi dominus nunc, & futurus effectualiter dominus per mortem, sed post mortem tunc habent plenam administrationem, Tamen tunc non sunt in potestate sed solum sunt in habilitate ad patriam potestatem, & ita executio suitatis, & patria potestas eodem tempore non concurrunt, nisi forsan in illo momento temporis mortis, ut dicit glo. in l. fin. ff. de condit. inst. Sed si abstineant, propter beneficium abstinendi desinunt esse executiue sui hæredes, ut alius possit succedere. d. l. 2. §. sed & si sint. ff. ad tertul. Et propter hoc beneficium abstinendi quia habetur ac si non esset hæres, & potest succedi nõ obstante suitate, dicunt doct. infra, quod nepos omisso medio filii qui fuit suus hæres potest succedere, & ita saluatur & intelligitur hæc lex ut infr. dicam, quia beneficium abstinendi facit eum extraneum, & perinde haberi ac si non fuisset hæres. arg. d. l. nam nec emancipatus. ff. de leg. 1. & procedit. l. 1. §. quibus. infra de succes. edicto. Alius est etiam effectus suitatis & necessitatis suorum hæredum, & inducit trãsmissionem. l. apud hostes. inf. de suis & legit. & l. ex militari. §. fi. ff. de mil. test. Et quia transmissio fit in hæredes tantum, reditur difficilis ista lex, cum per transmissionem nepos omissa patris hæreditate non possit succedere, sed & doctores dicunt infra tolli istum effectum transmissionis per beneficium abstinendi, quia eo abstinente succeditur ex successorio edicto nõ obstante nudo nomine hæredis. l. 2. §. & si sint. ff. ad tertu. & infr. dicetur.

14 Secundo † principaliter sunt liberi in potestate, & non sui, ut sunt nepotes & alii obtinentes primum gradum. d. §. si filius. & d. §. ita demum. Duo tamen sunt casus in quibus quis nõ obtinet primum locum tempore mortis, tamen est suus hæres. Primus est in successione abintestato quando tempore destituti testamenti reperitur habere primum locum, ut in casibus positis in d. l. 1. §. sciendum de suis & legit. & l. si quis filio exhæredato. ff. de iniust. rupt. & §. cum quæritur. inst. de hæred. quæ abint. Et ideo dicitur abintestato, quia si testamentum ualet, sufficit quod tempore mortis non obtineat primum locum ad eum excludendum. l. si quis posthumos. §. 1. ff. de lib. & posth. & sic duo sunt necessaria ad hoc ut dictus casus procedat, ut sit factum testamentũ, & quod succedatur abintestato, nam si ualet testamentum, excluditur nepos. d. l. si quis posthumos. §. 1. Si uero nullum est factum testamentum, similiter excluditur nepos, quia sufficit filium obtinuisse primum locum tempore mortis. d. §. ita demum. inst. de hæred. quæ ab intest. & §. proximus. instit. de legit. agn. succes. Potest tamen dici quod iste casus comprehenditur sub primo genere, quia tunc uidetur obtinere primum gradũ exhæredato filio, in quo cessat suitas secundum doct. sed quia inf. tenebo contrarium, quod exhæredatio non tollat suitatem, Item quia ille casus contingit etiam qñ filius est institutus sub conditione potestatiua. d. l. 1. §. sciẽdum. & sic procedit in omnibus casibus quibus defertur successio filii ex iusta causa, Ideo potest secundo dici. quod cum tempore quo non est suus hæres obtinet primum locum, potest etiam ficte dici quod tempore mortis obtinebat, quia existentia sui hæredis trahitur ad tempus mortis sublato impedimento de medio, sicut etiam trahitur quantum ad patriam potestatem & ualiditatem eorum quæ contigerunt iacente hæreditate. l. hæres quandocunque. cum glo. ff. de acquirend. hæred. & l. omnis hæreditas. & l. omnia fere. ff. de regulis iuris.

15 Secundus † est casus ex testamento in quo nepos præcedente patre est suus hæres, quando auus exhæredauit filium & nepotem instituit, nam nepos erit suus hæres quamuis pater cum præcedat. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acqui. hæred. & l. filius patroni. ff. de bonis liber. Et rationem assignat Iason hic, quia ibi filius propter exhæredationem desierat esse suus, quia exhæredatio tollit suitatem, ut per Bar. in d. l. 1. §. sciendum. de suis & legit. Et fuit etiam ratio glo. in d. §. interdũ. quæ tamen reprehenditur ibi per doctores dicentes quod exhæredatio non tollit suitatem, sed eam suspendit tantum, Tamen pro opinione gloss. quod tollatur suitas per exhæredationem, Curt. hic adducit tex. in d. §. iuterdum. ubi illẽ nepos efficitur suus, quod nõ esset nisi filius esset priuatus suitate, quæ non potest cadere nisi in uno gradu. Secundo adducit l. 1. §. si pater il. 1. ff. de coniung. cum emanci. lib. eius. dum dicit quod exhæredatus habetur pro mortuo. Tertio adducit. l. filium. §. penul. ff. de contratab. ubi filius in potestate exhæredatus repudiata hæreditate dicitur adeptus nomẽ sui hæredis,

hæredis, ergo prius non habebat. Quarto adducit authoritatem Bar. in d. §. sciendum. Quinto adducitur ratio hic per Decium, quia ante aditam hæreditatem testamentum ualet facta exhæredatione, ergo exhæredatio operatur effectum ante aditam hæreditatem, & per consequens tollitur suitas per eam. Sexto facit. §. prodesse. instit. de succes. liber. & §. si uero testamentum. ubi exhæredati non excludunt patronum, & tamē sui eum excludunt, ergo non sunt sui. Septimo facit, quia propter exhæredationem priuatur illo quasi dominio & ideo ipse non potest facere testamentum iniustum, & ipso iure nullum. Nec obstat. d. l. si quis posthumo. §. 1. ff. de lib. & posth. ubi non rumpit testamentum præteritus, ergo non est effectus suus, quia ipse dicit eum esse suum uolente testatore si instituit, alioquin suitas nō recedit ab exhæredato, sed suspenditur. Octauo facit tex. quem allegabat Laurentius a pinu in l. 1. §. suus. ff. de suis & legitimis. dum dicit quod exhæredati nō desinunt esse consanguinei, & si non extiterint sui hæredes ergo desierunt esse sui hæredes.

Sed contrarium postea tenuit Cur. quod immo exhæredatio non tollat suitatem sed solum suspendat. Pro qua opinione adducit d. §. sciendum qui dicit quod pater mortis tempore eum præcedebat, & tamen exhæredatio durabat, ergo non erat sublata suitas. Item ibi requirit quod sit etiam mortuus filius, quod non esset si esset sublata suitas. Secundo ad idem inducit. d. l. si qs filio exhæredato. de iniust. rupt. Tertio adducit. l. Papinianus. §. si ex causa. ff. de inof. testamento. ubi exhæredatus obtinens in quærela succedit ut suus, ergo non erat sublata suitas, quia mortuo patre restaurari nō posset. Quarto adducit authoritatem Bar. in d. §. interdum dum dicit, aditionem esse necessarium ut producat effectum, & idem dicit in d. l. 1. §. si pater. ff. de coniung. cū emanc. lib. eius. col. 2. Et ad hoc ut desinat esse suus, requiritur quod succumbat in quærela, & declarat Alexand. in l. filius qui patri. ff. de uulg. & pupil. colu. 3. Quinto etiam ponderat Dec. illum §. interdum dum facit uim in institutione, ergo exhæredatio sola hoc nō facit nisi fuisset facta institutio etiam de nepote. Et hāc partem etiam ego puto ueram per illam principalem rationem, quia si obtinuit in quærela efficitur suus hæres, ergo non est sublata suitas in totum, quia non debet posse per momenta tolli & redire. arg. l. fi. §. pen. sup. de cur. fur. Item si tolleretur suitas, incontinenti nepos efficeretur suus, sicut contingit per deportationē uel emancipationem. d. §. ita demum. inst. de hæred. quæ ab intest. & d. l. 1. §. sed si filius. de suis & legit. Et licet exhæredatio fiat ab homine, tamen lex operatur effectū suum, sicut facit quando pater emancipat filium suum, & non interest an tollatur ab homine uel lege. Nec uoluntas sua in iis quæ sunt iuris aliquid ualet. argu. l. non potest. ff. de reg. iuris. Et sicut si datur uulgaris substitutus uel cohæres extraneus impeditur solus effectus suitates non autem tollitur suitas, ut no. in l. si filius qui patri. ff. de uulg. & pupil. & idem quando est institutus sub conditione. d. §. interdum. ita etiam per exhæredationem impeditur effectus suitatis, non autē tollitur suitas, Et non sine ratione illi duo casus æquiparantur in d. l. 1. §. secundo. de suis & legiti. facit d. §. ita demum. & d. l. 1. §. si filius. quæ dicunt nepotem effici suum quando per mortem uel capitis diminutionē desierit esse suus filius, & sic exhæredatio non connumeratur inter casus facientes desinere esse suum. Quinimmo hoc plus dico ultra doctores, quod nec facta exhæredatione nepos efficitur suus hæres, cum si efficeretur adita hæreditate & confirmato testamento ipse rumperet testamentum, tanquam suus hæres præteritus saltem per bonorum posses. contratabu. Quod tamen negatur in d. l. si quis posthumo. §. 1. ff. de liber. & posth. nec aliqua lex hoc dicit. Et esset inconueniens quod suitas, quæ dependet a lege induceretur per solā institutionem factam de nepote, cum alioquin etiā instituto filio sub conditione si institueret nepotem faceret eum suum hæredem.

16 Nec † obstat. d. l. qui in aliena. §. interdum. quia ille tex. non dicit quod efficiatur suus hæres, ut arbitrantur doctores, & hic comprobant nouissimi per ueras rationes. nu. 7. Nec etiam hoc dicitur in d. l. filius. de bon. lib. sed solum dicunt quod efficitur necessarius hęres. Aliud est enim effici necessarium, aliud effici suum hæredem, & filii primi gradus efficiuntur sui & necessarii, Sed filii secundi uel ulterioris gradus efficiuntur necessarii tantum, Quia ad faciendum quem tantum necessarium sufficit patria potestas, ut patet ibi in ratione assignata in secundo casu, ibi, necessarium eum non facis, quia non habes in potestate, & postea in fine dicit, quia non erat in potestate mortis tempore, Et probatur in l. sed si plures. §. quos possum. ff. de uulg. & pupil. ubi pater facit filium & seruum suum necessarium hæredem filio suo, quia sibi facere potest, & sic non consideratur necessitas tantum, ex quo æquiparatur illi casui quando instituitur seruus & d. §. interdum est fundatus in regula. d. §. quos possum. Et exhæredatio non enumeratur inter casus in quibus nepos efficitur hæres. arg. gu. not. in l. obligationum fere. §. placet. de act. & oblig. Et hæc est uera responsio & realis ad illum text. nam alias non potest commode responderi, & hic Curtius se torquet, & nihil boni dicit. Nec obstat quod in d. §. interdum ponatur uerbum suum, & uidetur dicere quod facit suum hæredem, quia ibi uerbum refertur ad patrem, non ad hæredem, & referre ad hæredē esset transplantare literam. Item dictum esset absurdū quod suus hæres faceret alium suum hæredem, cū qualitas suitatis sit intransmissibilis, & esset inconueniēs quod filius exhæredatus efficeretur suus, & nepos etiā esset suus, & duo essent in solidum quasi domini, cōtra l. si ut certo. §. si duobus uehiculum. ff. commod. & iura personalia non transeunt in patrem, ut per docto. in l. cum filiofa. ff. de leg. 1. & hoc nota quia ego puto uerissimum, licet multis uideatur durum, & aliquibus absurdum. Nec placet opinio nouissimorum hic nu. 8. quod ibi pater exhæredatus efficiatur suus, & nepos non fit necessarius, quia ille tex. probat contrarium, dum uult sine iussu eum effici hæredem, quod non esset nisi ipse nepos esset necessarius. Item esset inconueniens quod ipse faceret patrem suum & necessarium, cum ipse non esset, cum tota institutio sit fundata in persona sua, ut no. in l. cum filius. ff. de leg. 1. & l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. & pupil. & l. renitēte. inf. de iure deliber. & quod habetur in l. 1. sup. qui adm. ubi dixi in primo notabili. Non obstat quod exhæredatus habetur pro mortuo, quia uerum est quando exhæredatio durat, & ualet testamentum, quia quantum ad successionem impeditus est effectus suitatis ut non possit se opponere aliis, sed tamen non dicit quod sit sublata suitas, sicut etiam contingit quando suus hæres se abstinuit, qui habetur pro mortuo quātum ad impediendum alios succedere, iuxta. l. 2. §. sed si sint. ff. ad tertul. Non ob. quod æquiparetur deportato, quia etiam uerum est quantū ad effectum illius tituli ut non possit impedire successionem aliorum, Non obstat. d. l. filium. ibi, assumit nomen sui hæredis, quia ille tex. loquitur de effectu existentiæ sui hæred. quia extitit suus hæres, non tamen negat quin prius esset suus hæres, licet sine effectu executiuo. Non obstat quod exhæredatio operatur effectum ante aditionem, quia uerum est ex quo suspendit statim suitatis operationem, sicut etiam institutio facta sub conditione & datio uulgaris substituti. Sed nō sequitur quod sit sublata suitas in totum, Non obstat §. prodesset. inst. de suc. liber. quia ille text. solū innuit quod exhæredatio impedit eum effici actualiter hæredem, & sic suitatem impedit operari effectum, sed nō concludit quod suitas in totum sit sublata. Non obstat quod

quod per exhæredationem priuetur illo quasi dominio.d.l.in suis,quia quasi dominium est operatio suitatis,non suitas ipsa,Item negatur quod fiat priuatio,sed solum suspenditur,taliter quod non impeditur alius cõsequi bona testatoris.Non obstat.d.l.1.§. post suos.ff. de suis & legit.quia non sequitur, nõ extitit hæres suus patri,ergo non erat suus hæres,quia ille tex. negat existentiam actualem, non autem negat simplicem suitatem,Et generaliter ad omnia quæ possunt allegari possunt dari duæ responsiones.Vna quod dicunt cum actu non posse existere hæredem, uel non extitit, sed non negant quod simpliciter non habeat suitatem sine effectu.Vel dicunt quod impedit effectus suitatis & suspenditur, non autem ꝙ tollatur suitas in substantia. Quare remanet quod limitationes traditæ per doctores siue casus positi de nepote non sunt ueri,quia nunquam nepos existente filio in medio efficitur suus hæres, Nec etiam est uerum quod exhæredatio tollat suitatem,sed solum suitas tollitur per mortem uel capitis diminutionem, ut dicitur in dict.§.ita demum.inst. de hæred: quæ abintest.

17 Prædicta† inferuntur ad quæstionem de statuto excludente filias fœminas a successione, nam uidetur ꝙ faciat eas desinere esse suas, quia statutum tollit suitatem,Sed Decius hic se remittit ad notata per Alex.in l. apud Iulianum. §.Iulianus.circa finem. ff. ad trebel. & in consi.121.transmissum est. lib. 1. Corne. in l. si fratris carta 5.inf.de iure delib.& Socinus in l. si filius qui patri.colu.2.ff.de uulg.& pupil.Sed uera est illa opinio quod non desinat esse suus quia & ei etiam debetur legitima,& debet institui uel exhæredari in dotibus, ut satis fiat legi,ut nota.in auth.ex causa.infr. de lib. præter. & per Afflictum in constitutione in aliquibus. de succes. filiorum. & Brunum in tractatu de statuto exclusiuo fœminarum in q.49.Tiraquel.in l. si unquam. inf.de reuocan.don.in uer.suscepit filium.nu. 84.& in tractatu de retractu.in const.separent in glo.8. nu. 13. 14.15.carta.115.in parua impress.Nec obstat doctrina Bar.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib. & posthu. quod nepos ex filio emancipato non est suus hæres,ꝗa illud est ibi ex eo quod filius eum præcedit in totum, & nulla debetur legitima,sed filiabus non obstante statuto debetur legitima,& debet hæres institui, ut no. ꝑ Brun.in d.tractatu.& Tiraquellum in d.l.locis. Oportet igitur ut desinat esse sua quod excludatur in totum a successione,quod tamen rarissime contingit.

18 Tertia† est species liberorum, qui sunt sui & non in potestate, ut sunt posthumi, Sed hoc exemplum supra reprobatum fuit,in l. posthumo.ubi conclusi quod posthumus non est suus hæres ante natiuitatem, sed post natiuitatẽ efficitur suus hæres, quia fingitur esse in potestate tempore mortis. Sed post mortem non est necessarium ꝙ amplius sit in potestate, quia nullus suus hæres post mortem est in potestate. Et sic potest poni regula,quod post mortem omnes filii qui fuerũt in potestate sunt sui hæredes, & non sunt in potestate, Sed tamen nullus est qui non fuerit in potestate saltem ficte tempore mortis.Et ideo exempla posita hic per Iasonem de episcopo monacho & instituto sub conditione uel abintestato alio modo succedente nepote non sunt bona, quia in illis casibus est ficta patria potestas tempore mortis.l.scripto.ff.eod.quia ut dictum fuit iin diffinitione suitatis, nulla est suitas quæ non præsupponat patriam potestatem ueram uel fictam ad effectũ ut inducatur in uita illud quasi dominium,& illa continuatio dominii & impediatur titulus pro hærede, ut sup.dixi, Similiter nec exemplũ de filio substituto fratri est bonum,quia fratri non efficitur suus hæres, sed solum necessarius, & ad faciendum necessarium hæredem sufficit patria potestas uel dominica.d.§. quos possum. Similiter exemplum de adoptiuo non procedit, quia non efficitur suus hæres proprie,sed secũdum qd, ut supra dixi, cum non rumpat testamentum, & succedit ad similitudinem etiam suorum, non tamen quod sit uere suus,& ita intelligo dictum Bal. in l. eam quã. C.de fideic.cum aliis adductis hic per Iasonem. Et generaliter dicendum est quod ante mortem testatoris nullus est qui sit suus,quin uere uel ficte fuerit in potestate,Sed post mortem omnes sui hæredes sunt,& non in potestate,Quid autem sit de filiis legitimatis,dic ut ꝑ Iasonem hic,& etiam faciunt ea quæ late dixit Zuchardus in l.posthumo.sup.de contratabulas.in præmissis.

19 Quarta est species † liberorum qui non sunt nec sui nec in potestate,ut sunt filii emancipati.§.emancipati. inst.de hæred.quæ abintest.Idem est in filiis gallorum secundum glo.in §.1.inst.de patria potestate,quam cõmẽdat Bal. in c.1.in fi. an agn.marit.succed.uxo. in benef.Et propterea Bal.in c.1.§.si duo fratres.in fine.de fratribus de nou.benefi.inu.dixit ꝙ filii gallorum possunt testari de aduentitiis. sequitur Alexan. in l.penul. inf.qui testamenta facere possunt. Dicit tamẽ hic Dec. quod credit illam glo. non seruari de facto propter ea quæ posuit Guido papa in q.54. incipiente tẽpore quo aduocabam. ubi determinat quod filius iam non potest stare in iudicio sine consensu patris in aduentitiis. Et ideo potest dici quod filii secundum ius originariũ gallorum non sunt in potestate, Sed quatenus receperunt ius romanorum,quod ab eis seruatur, dicuntur esse in potestate,Et pro hoc allegant hic nouissimi Alci. in c.2.lib 2.dispunctio.qui dixit omnes subditos romano imperio ciues romanos per consti. Marci Antonini in l.in orbe romano.ff.de stat.homi. Sed illud dictũ Alciati confunditur per l.1.& l.fi.ff.de cens.ubi multæ ciuitates adeptæ fuerunt ciuitatem romanam per priuilegium Seueri & Antonini qui fuerunt post Marcum Antoninum, ergo non omnes subditi erant Ciues Romani,seu iuris italici, & Narbonensi Galliæ, Vienensi, & Lugdunensi hoc ius concessum fuisse dicitur in dict. l.finali. ff. de censibus. Tertium exemplum est in filiis in bonis matris.l.illud.§.ad testamenta. ff. de contratab. & l. nulla. ff. de suis & legiti. Guido papæ in q. 548.mulier quædam.Alex.consi.26.ponderatis iis colum.3.lib.5.& Anton.de Butrio in consil. 23. in facto fratrum. & hic per Iasonem & Decium & alios. Quod procedit etiam de iure authenticorum,licet rumpat testamentum,ut not.in auth.ex causa. inf. de lib.præter. & ego dixi in l.posthumo.

20 Item ex prædictis infertur† quod hæredum etiã tres sunt species, necessarii tantum, sui & necessarii,& extranei,ut instit.de hæred.qual.& differ.per totum. Necessarii tantũ sunt serui in potestate domini existentes ut ibi dicitur.Item necessarii sunt nepotes & alii existentes in potestate, quia ad faciendum necessarios sufficit potestas ut sup.dixi ultra alios, & satis est de mente Iasonis dum uult fratrem esse necessarium hæredem fratri,sed non suum hæredem, Sui & necessarii sunt habẽtes suitatem ut dixi,qui tamen effectualiter nõ sunt necessarii propter beneficium abstinendi. l. nam nec emancipatus. ff. de leg. primo. quod etiam transmittitur ad hæredem.l.si quis filium.§. primo. ff. de acquir. hæred. & iure ciuili receptum fuit, licet secundum naturam prætoriam, ut nota. in l.necessariis. ff. de acquir.hæred.& dixi post Decium in l.si infr.unde legit. in notabili.

Tertio principaliter præmittendum est,ꝙ uarii sunt modi succedẽdi, ut hic per Iasonẽ, qui dicit ꝙ unus est modus succedẽdi de iure ciuili,& alius de iure prætorio,& uterque diuiditur inter successionẽ ex testamẽto & abintestato, in quibus successionibus ualde hæc duo iura discordauerũt,ut hic per eum, Et ego plenius dixi in præmissis in rubrica supra qui admitti. & in l. fina. inf.unde legitimi.ubi est locus suus, & ad ibi dicta me remitto. Sed magis ad propositum, quia successio ex testamẽto ad hanc legem nõ pertinet, pro intelligẽtia termi-

terminorum legis & inuenienda ratione eius decisionis, Præmittendum est, quod liberi sequentes in gradu ut dixi in principio possunt succedere in bonis parentum existentibus aliis prioribus in medio tribus modis, uel per hæreditatem accipiendo ordinario modo hæreditatem illorum qui sunt in medio, Vel per transmissionem, ut illi qui sunt in medio in eos transmittāt successionem ascendentium, Vel per successorium edictum, ut excluso præcedenti sequens admittatur perinde ac si primus non fuisset in medio, & in uno quoque modo uariatur successio per ius ciuile & prætorium.

21 Circa primum† de iure ciuili filius abintestato efficitur ipso iure hæres & necessarius, ut sup. dictum fuit, Et cū hęreditas amplius non dicatur iacere, sed desinit esse hæreditas, ut not. in l. 1. §. ueteres. ff. de acquir. poss. sequitur quod non potest amplius tractari de mortui successione, quia effecta est hæreditas uiuentis, cui in uita non potest succedi. l. fin. sup. de pact. & l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred. Et ideo nulla est relicta spes nepoti uel alii ulterioris gradus succedendi auo. l. 2. sup. eod. Sed debet expectare mortem sui patris, ut ei succedat etiam ipse ratione suitatis, & efficitur hæres patris & aui si hæreditas non fuit alienata, quia hęres hæredis testatoris est hęres. l. pater famil. ff. de uulga. & pupillari. Et idem de pronepotibus & abnepotibus. iuxta. §. sui autem. §. ita demum. institu. de hæred. quæ abintest. & l. 1. §. suos. & §. si filius. ff. de suis & legi. & l. 2. sup. eod. Et idem etiam est de iure prætorio, qa primo defertur bonorum possesio Vnde liberi existētibus in primo gradu, & eis acceptātibus præclusa est uia omnibus sequentibus. d. l. 2. sup. eo. & l. 1. §. 1. & §. recte. ff. si tab. test. nul. extab. Et ideo nepotes & pronepotes debent expectare mortem patris sui, & in eius bonis accipere bonorum possessionem, qua mediante etiam habebunt bona aui, ut dictum fuit de iura ciuili, Sed in hoc est differentia, quia iure prætorio nullus efficitur necessarius bonorum possessor. nec ipso iure, sed oportet quod ipse petat bonorum possess. ut dixi in l. infantis. & l. emancipata. sup. qui admitti. & l. fi. infr. unde legitimi, & si sunt emancipati de iure ciuili non uocabantur, sed de iure prætorio admittuntur ad similitudinem suorum. §. emancipati. inst. de hæred. quæ abintestato. Et hæc si parentes præcedūt nepotes, Sed si reperiuntur nepotes ex aliis filiis præmortuis, tunc subintrant in locum patris, & succedunt simul cum patruis tam de iure ciuili. §. cū filius. inst. de hæred. quæ abintesta. quam etiam iure prætorio. arg. d. l. 1. §. 1. & §. recte. ff. si tab. test. null. ext. & l. ex duobus. ff. de contra tab. Et hæc successio non pertinet ad legem nostrā, quia si filius in totum acquisiuisset hæreditatē aui quæ effecta esset patrimonium filii, non posset amplius succedi auo per nepotem nisi per mediam personā filii acceptando eius hæreditatem post mortē, Sed quia text. dicit nepotem repudiasse hæreditatem patris, non potest per hanc uiam succedere.

22 Ideo† Secundus est modus succedendi, per transmissionem, de quo plene dixi in l. emācipata supra qui admitti maxime in præmissis. Et in proposito trāsmissio est hæreditatis sibi delatæ non acceptatæ in alium trāsmissio, & regulariter prohibetur tā de iure ciuili. l. 1. §. in nouissimo. inf. de cad. tol. quam etiam iure prætorio. l. 3. §. acquirere. ff. de bonor. possess. & l. Panthonius. ff. de acquir. hæred. & d. l. emancipata. sup. qui admitti. Fallit in septem casibus quos posuit Bar. in l. uentre. ff. de acquir. hær. & ego repetii in bonorum possess. in d. l. emancipata. Quorum quatuor sunt speciales pmissi propter aliquod impedimentum rationabile obueniens successori ut non potuerit acceptare, Alii uero sunt tres magis generales qui permittuntur etiam nullo existente impedimento. i. ratione sanguinis, iuxta. l. 1. inf. de iis qui ante aper. tab. & ratione iuris deliber. iuxta. l. cum antiquioribus, inf. de iure deliber.

23 Transmissio † ratione sanguinis de iure antiquo nō permittebatur, sed inducta fuit nouiter a Theodosio in d. l. 1. de iis. qui ant. aper. tab. quæ etiā secūdum opinionem communem quam firmaui in d. l. emancipata habet locum de iure prætorio. Tamen non pertinet ad l. nostram. quia Theodosius regnauit post Cōstantinum authorem legis nostræ per multa tempora, ut patet in historiis Cesarum. Similiter & transmissio uirtute legis cum antiquioribus inf. de iure deliberandi fuit nouiter inducta a Iustiniano, & licet illa procedat etiam de iure prætorio ut dixi in d. l. emancipata. tamen & ipsa non pertinet ad istam legem quæ facta fuit a Constantino pro eius ratione inuenienda. Vnde remanet quod sola transmissio ex potentia suitatis hoc iure permittebatur & erat in usu.

24 Hæc† autem transmissio habebat locum tantummodo in suis hæredibus, nam sui hæredes hæreditatem sibi delatam & ignorantes transmittūt ad hæredes suos. l. apud hostes. infr. de suis & legit. & l. ex militari. §. fin. cum lege seq. ff. de mil. testamento. & causatur ex eo qa filius post mortem patris incontinenti efficitur dominus uere bonorum patris sui, Et hoc modo hæreditas aui potest peruenire ad nepotem si contingat quod filius ignorans mortem sui patris moriatur, uel etiam sciens antequam acceptet. Et ut ego dixi in d. l. emancipata. sup. qui admitti proprie est trāsmissio iuris quæsiti. Vnde habebat per l. 12. tabul. hanc naturam quod non poterat separari ab hæreditate transmittentis, cū iam esset iure suitatis illa hæreditas effectum patrimonium transmittentis. d. l. fi. ff. de condit. inst. & not. in l. 1. §. ueteres. ff. de acquir. posses. Et hæc sola pertinet ad legem nostram. Quæ tempore. l. 12. tabularum erat potentissima ut dixi, sed postea propter beneficium abstinendi concessum a prætore. d. l. necessariis. ff. de acqui. hæred. debilitata fuit, quia cepit fieri de hæreditate tāquam adeunda, ut etiam hæres posset eam repudiare. l. siquis filium. §. 1. ff. de acquir. hæred. saltem in iuribus utilibus si acceptabat hæreditatem patris, sed si repudiabat hæreditatem patris, non poterat impedire unionem factam propter suitatem, quia solus hæres trāsmittentis hāc abstinentiā facere poterat. Quare sequitur quod nec etiam potest nepos in casu legis nostræ p eam succedere auo, quia cum in ea dicatur nepotē negasse se hæredem patris, non potest habere hæreditatem aui iure transmissionis separando ab hæreditate patris, cuius occasione ius in bonis aui consequitur, Et propterea ista facultas transmittendi magis obstat q̄ profit in decisione huius legis, quia cū transmissio fiat in hæredes suos, & repudiata patris hæreditate præsupponatur alium fuisse hæredem, euenit quod ille debet habere hæreditatem aui, non ipse nepos, Sed iure prætorio postea hæc transmissio ubicunque agitur de successione per bono. possess. in iuribus utilibus, fuit annichilata in totum, quia suitatem non considerat prætor respectu iurium utilium, cum nullum inuitum ad bonorum possessionem uocauerit. d. l. 3. §. inuito. ff. de bon. possess. & d. l. emancipata, etiam in suis hęredibus, ut dixi in l. infantis & d. l. emancipata, & est communis conclusio ut ibi testatur Decius & Iason. Quinimmo prætor impediuit potestatem transmittendi etiam de iure ciuili ex potentia suitatis, quia dedit beneficium abstinendi suis hæredibus. d. l. necessariis. ff. de acquir. hæred. & d. §. sed iis. inst. de hæred. qual. & differ. per q̄ beneficium efficiuntur uoluntaii. l. nam nec emancipatus. ff. de legat, primo. & ideo facta abstensione perinde est si non esset hæres, & nulla fit transmissio ēt de iure ciuili, ut probatur in l. 2. §. sed si sint. ff. ad tertul. & l. defunctis. de legit. hæred. secundum uerum intellectum, ubi filiis abstinentibus non admittuntur hæredes ipsorum abstinentium, sed mater uel frater.

Et sic in summa, transmissio ex potentia suitatis per l. 12. tabular. fuit potentissima ut incontinenti perpe-

perpetuaret patrimonia, sed secuto beneficio abstinendi cepit fieri cum potestate separandi, d. l. siquis filium. §. 1. ff. de acquir. hær. si transmittere uolens nondum se abstinuisset, sed eo abstinente etiam iure ciuili impediebatur. d. l. defunctis. & d. l. 2. §. & si sint. De iure uero prætorio in iuribus utilibus in totum annihilata fuit si transmittere uolens non agnouisset bonorũ possessionem. Et propterea inuestigãdum erit in l. nostra, an ille filius se abstinuerit ab hæredita. aui, quia si se abstinuerit non erit tractandũ de transmissione nec iure ciuili, nec prætorio, nec hæredes filii poterũt impedire nepotem succedere propter transmissioné, sed si filius non se abstinuerit, erit uidendum quomodo nepos possit succedere transmissione facta in alios hæredes, & in hoc consistit tota difficultas istius legis.

25 Tertius † est modus per quem distantiores in gradu possunt succedere parentibus nõ obstantibus illis qui præcedunt, per successorium edictum, Est autẽ successorium edictum ius quodam per quod sequentibus in gradu prioribus deficientibus successio defertur secũdum glo. & Bar. in l. 1. inf. de succes. edicto. Dicitur successorium edictum ab euẽtu, quia de facto euenit quod fuit scriptum in edicto prætoris in sui inuentione, Sed proprie debet dici successorium ius, Et primo, diuiditur, nam quodam est hæreditatis siue pertinens ad hæreditatem, quodam non hæreditatis. De primo præsentis est speculationis, quod subdiuiditur, nam quodã est hominis, & quodam legis. Successorium edictum siue successorium ius hominis fit per substitutionem, quando in testamento unus substituitur alteri per aliquam speciẽ substitutionis, de quibus habetur in rubr. & per totum. ff. de uulg. & pup. & non pertinet ad istã legem, quia procedit in successione ex testamẽto. Successorium edictum legale quod procedit in successione ab intestato, & pertinet ad istam legem, est etiam duplex, nam quodam est de iure ciuili, quodam de iure prætorio. Successorium ius de iure ciuili per legẽ 12. tabularum nõ erat permissum, cum ex illa lege primo uocarentur sui hæredes, & postea agnati, & iis deficiẽtibus fiscus, ut no. in §. 1. inst. ad tertul. & inst. de bon. posses. in princ. & dixi in l. fi. inf. Vnde legit. Et ideo, Aut extabant sui hæredes, & tunc illi uelint nollint erant hæredes, Ideo amplius nõ poterat tractari de successione, nec poterat repudiare ut alius admitteretur, quia in suis non erat successio. d. l. 1. §. sciendũ. de suis & legit. & l. scripto. ff. unde lib. nec etiam erat de capite in caput, quia suus non poterat repudiare ut dictum fuit. Si uero non erant sui, tunc agnati uocabantur iure suo. §. 1. inst. de legi. agn. succes. & si primus repudiabat cæteri omnes excludebantur. §. placebat. inst. de leg. agn. succes. ut dixit glo. in d. l. 1. in fine. de succes. edicto. Sed postea hæc angustia fuit emendata, nam cum prætor introduxerit beneficium abstinendi quo sui hęredes efficiuntur uoluntarii. d. l. nec emancipatus. ff. de lega. 1. quod receptum est iure ciuili, ut not. Alex. in d. l. necessariis. de acquir. hæred. cepit esse locus successorio edicto de iure ciuili, de capite in caput, idest de una specie successionis in aliam speciem, & repudiante suo hærede agnati fuerũt uocati, & si mater eos præcedebat, primo uocabatur mater, & postea ea repudiãte admittebantur agnati, ut dicitur in l. 2. §. & si sint. & §. si mater hæreditatem. ff. ad tertu. & l. 1. §. si nemo. eo. tit. & l. defuncti. infr. de legiti. hæredi. & l. pater filiũ. ff. de inofficioso testamento. & l. si non mortis. in fine. & l. si is qui. in princ. eo. tit. Sed hoc tantum permittebatur quãdo sui hæredes se abstinuissent, quo casu certo modo uidetur uacare successio. d. iuribus. Et transmissio ex potentia suitatis impediebatur propter separationem factam uirtute abstensionis saltem de iuribus utilibus, Sed si sui moriebantur ante abstensioné, non erat locus successorio edicto de iure ciuili, quia suitas faciebat unionem, Et transmittebat hæreditatẽ aui saltem ut adeundam ut sup. dixi, per l. siquis filiũ. §. 1. ff. de acquir. hæred. & ita impediebat successorium edictum ex regula communi posita in l. 1. sup. quando non petent. partes. & ideo non sine ministerio in d. iuribus fit mentio de abstensione sequuta, Et cum per illa iura permitteretur tantum successorium edictum de capite in caput, Ideo de persona in personam non permittebatur ut repudiante fratre alter agnatus succederet, Sed postea fuit admissum per d. §. placebat. inst. de legit. agn. succes. Et successiue de iure authenticorum clarius & generalius fuit permissum de persona in personam, & de capite in caput inter agnatos & cognatos & descendentes & ascendentes, dummodo non extarent sui hæredes, Et sic permissum fuit non extantibus suis hæredibus, & eis extantibus & repudiantibus. Ac etiam & fortius suis hæredibus non repudiantibus secundum doctores si moriantur, Sed ego infra reprobabo hoc ultimum, quia non absti nentibus suis hæredibus etiam iure authenticorum suitas operatur effectum transmissionis, & impeditur successorium edictũ de iure ciuili, quia transmissio impedit successorium edictum, ut no. in rub. & l. 1. sup. quando non petent. par. Ideo non potest habere locum neque de capite in caput, neque de persona in personam, ut inf. dicam cõcludendo contra omnes hic, ꝙ hæc lex non est correcta neque per §. placebat neque de iure auth. quia illa iura procedunt solum quando non sunt sui, uel si sunt, se abstinuerunt, sed suis non abstinentibus & morientibus transmittitur hæreditas ex potentia suitatis, & non potest habere locum nunquam successorium edictum de iure ciuili.

26 Successorium † edictum de iure prætorio diffinitur hoc modo. Successorium edictum est ius edictale quo mediante sequentes in gradu uel capite uocantur ad successionem delatam superioribus deficiẽtibus uel repudiantibus a lege concessum. l. 1. in princ. §. si intra. & §. quibus. ff. de succes. edict. & §. pen. inst. de bono. pos. & fit duobus modis secundum glo. in l. 1. inf. de succes. edict. s. de capite in caput, & de persona in personam. Sed latius dicas, ꝙ fit quatuor modis, de gradu in gradũ in eodem capite, & de persona in personam in eodem gradu, & de persona in personam in diuerso capite, & de capite in caput in eadem persona. Caput est quædam qualitas conueniens pluribus personis in uno uel diuersis gradibus existentibus, omnes uno nomine cõplectens, ut qualitas filiationis agnationis uel cognationis. Gradus est quædam distantia prioritatis & posterioritatis pluriũ existentiũ in eadem qualitate & capite, ut filius, nepos, & pronepos, & frater, filius fratris, uel nepos fratris. Fit successorium edictũ de gradu in gradum quando pluribus filiis uel agnatis defertur hæreditas, & unus præcedens omittat, nam alius existens in eodem capite filiorum uel agnatorum admittitur. d. l. 1. §. quibus. ff. de successorio edicto. Secundo fit de persona in personam in eodem gradu, ut in l. pater filium. ff. de inof. testamento. & d. l. 2. §. si sint. ff. ad tertu. Sed iste casus uere continetur sub alio qui fit de capite in caput, nam in dictis iuribus de una specie successionis descendentium fit transitus ad aliam speciem. Tertio fit de persona in personam in diuerso capite, quando repudiat unus agnatus, & admittitur cognatus, Et istud potest contingere etiam in eodem gradu, ut quia erat agnatus tertii gradus repudians, & primus de linea cognatorum sit etiam in tertio gradu, Item potest esse diuerso gradu & sequenti. ut l. prima. infr. de successor. edicto. ubi mulier erat agnata & exclusa fuit a successione patrui sui per bonorum possessio. Vnde agnati. & eius filius admittitur qui est cognatus per unde cognati, ut etiam perpendit hic Curt. Quarto fit de capite in eadem persona, quando unus succedit sibi habens potestatem succedendi ex diuersis capitibus, ut in filio in l. prima. §. sed

uidendum.ff.de succeſſor.edict.& §.ſequenti. uel ſi eſt agnatus & cognatus ſimul ut not. in l.Octaui. ff. Vnde cognati.

27 Hoc autem† ſucceſſorium edictum permiſſum eſt de iure prætorio in omni capite, & in omni gradu cuiuſcunque capitis etiam inter liberos, non obſtante ſuitate ſeu exiſtentia ſui hæredis, ut probatur in d.l.1.§. ſed uidendum.& l.de bonis.§.huic.ff.de carbon.edict.ubi filius ſuccedit tanquam agnatus, uel cognatus excluſus a capite liberorum, Et idem hoc permitti inter plures liberos declarat iſte textus, & generalitas text. in d.l. 2.§.ſi intra.& §.quibus.ff.de ſucceſ.edicto.& §. penult. inſtit.de bonor.poſſeſ. Ex quibus iuribus plus probatur, quod etiam non ſecuta abſtenſione per filium, nihilominus habet locum ſucceſſorium edictum de iure prætorio, & ſic beneficium abſtinendi etiam antequã deducatur ad actum impedit effectum ſuitatis, & facit quod mortuo filio in poteſtate in totum uacat ſucceſſio, Sed hoc ideo eſt, licet doctores non dicant, quia ſucceſſio prætoria non tribuit niſi iura utilia, & per ſuitatem conceduntur iura directa, & tranſmittuntur ante abſtenſionem, ſed iura utilia non tranſmittũtur, ut inf. dicam. Nec fuit differentia aliqua inter agnatos & cognatos hoc iure, quamuis de iure ciuili inter agnatos nõ eſſet ſucceſſio, nec hoc negat tex.in §.placebat. Sed facit mẽtionem de cognatis pro fortiori ratione, licet Iaſon hic innuere uideatur contrarium, quia ſi prætor hoc non negauit liberis & cognatis, tãto minus negaſſet agnatis, Sed tamen ad hoc ut habeat locum iſta ſucceſſio, oportet ꝙ unus ſit excluſus iure communi morte, tempore, uel repudiatione, ſecus ſi ſit excluſus de iure ſpeciali per reſtitutionem in integrum, quia tũc admittitur fiſcus.l. ſi.ff. de ſucceſ. edic. ſecundum magis communem intellectum, ut per Bart. in rub.inf.de ſucceſ.edict. Sed ſi hoc contigiſſet de iure ciuili, ſecus eſſet, per l.1.§.ſiquis adita.ff.ad tertu. Poteſt tamen dici ꝙ d.l.ſi.procedit etiam de iure ciuili. & d. l.1. §.ſiquis adita procedit in caſu ſuo, quia ſenatus dicebat ſi uolet & ſic referebatur ad uoluntatem, ut ibi dicitur in text. & fuit opinio Alci.lib.4.Parad.cap.15.

28 Sed† eum repræhendunt hic nouiſſimi & bene, quia poſtea non reſpondet bene ad l.& ſi modica.§. pen. ff. de bonis lib.& alia iura. Vnde Cur. dicebat inf.in rub. de ſucceſ.edicto in fine, quod in d.l.ſi. erat caſus ſpecialiſſimus propter reſtitutionem datam ex cauſa pietatis, ſecus in aliis reſtitutionibus. Sed huic reſponſioni obſtat tex.qui ſecundum ueram literam dicit ꝙ ex cauſa ætatis non pietatis, & ſic ibi eſt ordinaria reſtitutio. Vnde mihi placet diſtinctio Bald. in d. rub. ꝙ aliud ſit de iure prætorio, & eſt ratio, quia prætor in edicto, uocauit ſequentes quando priores deficerent inf. tempus deputatum, & nõ cogitauit de reſtitutione in integrũ, quia illa poſſet defferre ſucceſſionem poſt decẽ annos, uel ſaltem poſt tres annos, & fieret damnum creditoribus quorũ cã fuit illud edictum, ut no.in d. rub. Ideo dicendum eſt, ꝙ agnita bono. poſſeſ. per priorem ceſſant uerba edicti dantis ſucceſſionem ſequentibus, & per conſequens ex edicto non poteſt deferri, igitur facta reſtitutione bona erunt uacantia, & nulla ex edicto poteſt deferri, Nec curo referre intellectum nouiſſimorum, quia ex eorũ lectura apparet quod oppugnat omnia iura. Et hoc ius habet locum quando plures diſtant per gradus, & ſunt uocati in diuerſa uocatione, Sed ſi ſunt uocati in eadem uocatione, licet in diuerſis gradibus, habet locum ius accreſcendi tãtum. l.ex duobus.ff.de contrat.& dixi plene in l.1.ſupr. quando nõ petent. part. ubi feci concluſionem ꝙ ius accreſcendi uincit ſucceſſorium edictum, & quod in eadem uocatione uocatis habet locum ius accreſcendi non ſucceſ. edictum.§.penul.ubi tex.clar.inſt.de bono.poſſ. Cauſa autem introducendi ſucceſſorium edictũ fuit fauor cognationis, ut dilatarentur ſucceſſiones, iuxta tex.in §.adhuc.inſtit.de bono.poſſeſ. Et per iſtum modũ ſuccedendi ſaluatur deciſio legis noſtræ, ut ſtatim dicam.

29 Quarto † principaliter præmittendum eſt, quod cũ Conſtantinus in hac lege nimis ſtuduerit breuitati, euenit illud adagium oratii, cum breuis eſſe laboro, obſcurus fio. Nam quia ſimpliciter uerba fuerunt prolata non exprimendo qualitates eorum, multipliciter intelliguntur & interpretantur, ut pene ineſtricabilis appareat.

30 Principaliter †autem quatuor ponuntur termini, de quorum qualitatibus dubitatur, quomodo in themate euenerit, & ſic plurimæ ſunt dubitationes de qualitate facti, propter quas uariatur intellectus eorum. Primo ponitur hic quod fuit unus auus in quo duæ ponuntur qualitates in facto, quod mortuus ſit ante filiũ, & mortuus ſit inteſtatus, de quibus doctores non dubitãt, cum exprimantur in litera ibi, patris poſt auum inteſtatum defuncti, Sed tamen dubitatur an habuerit filium & nepotem in poteſtate, uel emancipauerit, cum tex.dicat maxime emancipatus. Secundo ponitur in litera quod erat filius qui & pater dicitur reſpectu nepotis, ſed tamen de cæteris qualitatibus in facto dubitatur. ſ. an fuerit in poteſtate aui uel potius emancipatus, Et quidam intelligunt quod erat in poteſtate, quidam quod erat emancipatus, Sed communis eſt intellectus ꝙ erat in poteſtate. idem tamen eſſet ſi fuiſſet emancipatus, quia dictio maxime, implicat eum fuiſſe in poteſtate ſecundum communiter doctores, & quia emancipatio eſt facti, ut dicemus in l.ſi emãcipati. infra de collat. tamen quia uerbum maxime emãcipatus, refertur ad ſolũ nepotem ad quem dirigitur totus ſermo legis, tenendum quod iſte filius erat in poteſtate, & non deciditur caſus quando filius fuiſſet emancipatus ut infr. dicam. Item dubitatur an iſte filius ſeu pater adiuerit hæreditatem aui, uel potius repudiaſſet, Et Quidam intelligunt quod adiuerat, Quidam intelligunt quod repudiauerat, quidam quod nec adiuerat nec repudiauerat. Sed communis eſt expoſitio, quod neque adiuerat neque repudiauerat, quia ſi adiuiſſet, ceſſaret ſucceſſio aui, cum eſſet effectum unum patrimonium, & non poſſet ſeparari, & ſi repudiaſſet, deciſio eſſet clara, quia eſſet facta ſeparatio, Præterea, adire & repudiare ſunt facti, & facta non præſumuntur, ut no.in d.l.ſi emancipati.de col. Item tertia eſt dubitatio, quia iſte filius mortuus eſt poſt mortem aui, an habuerit hæredes in hæreditate & bonis ſuis, & aliqui dicũt quod nullus fuit hæres huic filio, ut Bar, & alii uolunt quod immo habuiſſe hæredem, Et hoc ego puto uerius, quia ſaltẽ ipſi ſucceſſit fiſcus. Quarta eſt dubitatio, quæ bona haberet iſte filius in hæreditate; cum eſſet incapax bonorum hoc iure. l.1.ff. ſiquis a parente fuerit manumiſſus. & §.1.inſt.quib.non eſt permiſ.facer.teſt.& per quas perſo.nob.acquir.§.1. Sed reſponſio eſt, ꝙ hic habebat bona materna quæ hoc tempore acquirebantur filio, cũ idem Conſtantinus introduxiſſet.l.prima.inf. de bon.mater. Vel habebat bona caſtrenſia & quaſi caſtrenſia, in quibus hoc iure poterat habere hæredem, ſi mortuus erat pater ſuus, ut not.in l.ſina.§.ſina.ſup.de inof.teſtamento.& l.2.& l.ſi forte.ff.de caſtr.pecul. Quinta eſt dubitatio, an hæres filii adiuerit hæred. in bonis repudiatis. & Barto.infr.dicit quod non, ſed tu dicas quod non intereſt, quia ad eum ſolum tranſmittuntur iura directa, non iura utilia de quibus agitur. Tertio in text. ponitur quod erat unus nepos de quo ſunt uariæ dubitationes etiam in facto, primo an fuiſſet in poteſtate aui uel emancipatus, & ſi emancipatus an a patre uel auo, Quidam intelligunt quod non erat emancipatus, & dictio maxime abundat, Quidã intelligunt quod erat emancipatus, Sed tamẽ communis eſt expoſitio ꝙ erat in poteſtate, Sed tamen idem etiam fuiſſet ſi fuiſſet emancipatus a quocunque. Secunda eſt dubitatio, an iſte nepos repudiaſſet hæreditatẽ patris ſui, uel acceptaſſet, & cõmuniter tenetur ꝙ neque acceptauit

ceptauit neque repudiauit, sed solum dicebat se non esse hæredem, idest non acceptasse hæreditatem patris, & innuit uerbum negat, nam iste stabat suspensus an posset unam omittere, & desiderabat has successiones separare si poterat, sed si non poterat forsan decreuerat utranque acceptare. Tertia est dubitatio, an alius esset hæres filii, Et Bart. infra tenet quod nullus erat hæres filii, quia ille uirtute transmissionis auocaret hæreditatem nepoti, Sed tu dicas quod non interest, quia etiam quod sit hæres aliquis, ad illum tantum transeunt iura directa ut dixi, Sed iura utilia de iure prætorio transeunt in nepotem qui postea uincit. arg. l. cũ emancipatus. ff. de contratab. Sed quia tenui supra q̃ nondum nepos repudiauerat, probabiliter nullus erat hæres, sed tamen idem esset si haberet hæredem ut dixi. Item est dubitatio in repudiatione utriusque, an repudiauerunt utranque successionem uel ciuilem tantum, Et Albericus uolebat quod repudiassent successionem ciuilem, non prætoriam, sed communiter tenetur quod hic expressa repudiatio facta non fuit, quia casus esset clarius. Quarto est terminus bonorum possessionem, Nam dubitatur de qua bonorum possessione loquatur, an de bonorũ possessione. Vnde legitimi, uel unde liberi, Sed communis est intellectus quod intelligatur de bonorum possessione unde liberi, propter naturam personarum & tituli. arg. l. imperatores. ff. de in diem adiectione. & l. plenum. §. equitii. ff. de usufru. Et istæ sunt dubitationes quæ in facto contingunt in themate istius legis. Tamen commune thema. & tenendũ, est quod iste auus habebat & filiũ & nepotem in potestate, Et quod decessit intestatus relicto filio in potestate & nepote, qui filius neque adiuit neque repudiauit ullam successionem, sed uel ignorans uel deliberãs interim decessit relicto in potestate nepote, qui similiter neque adiuit neque repudiauit, Sed negabat se hæredem patris, & asserebat se uelle succedere auo, & in effectu concludendum est nihil interuenisse, quod non exprimitur, quia facta non præsumuntur, per not. in d. l. si emancipati. Et deciditur quod põt succedere auo, sed solum per bonorum possess.

Sed circa istud thema ita expositum & declaratum sunt postea plures dubitationes iuris. Et primo quomodo nepos possit succedere auo non acceptata hæreditate patris, cum tamẽ ei propter suitatem erat acquisita, & incorporata, & effectum suum patrimoniũ. arg. l. 1. §. ueteres. & ibi glo. ff. de acquir. possess. Nec de beneficio abstinendi uidetur posse fieri fundamentum, quia in themate præsupponitur quod nondum se abstinuerat, & sic suitas operabatur effectum continuationis dominij, Ideo duplex ratio impediebat nepotẽ succedere, una, quia existẽte filiorũ capite diminuto nepotes nõ possunt succedere. l. posthumorũ. ff. de iniust. irrit. testam. Secũda, quia nõ interueniẽte abstẽsione, suitas remanet in uigore, & succedit regula q̃ inter suos hęredes nõ est successio. l. 1. §. sciendũ. ff. de suis, & legit.

Tertia est dubitatio, quomodo nepos posit succedere, cum suitas operatur trasmisionem in quoscunq; hæredes. l. apud hostes. inf. de suis & legit. l. si filium. §. 1. & §. fin. ff. de acquir. hæred. Et trãsmisio impedit successorium edictum. ut no. in l. 1. sup. quando non petẽ. par. Nec beneficium abstinendi uidetur prodesse, quia nondum se abstinuerat pater ab hæreditate aui, & interim nõ poterat beneficium abstinendi aufere effectus suitatis. d. l. apud hostes. & l. ex militari. §. fi. ff. de mil. testamento. Et ideo hæredes filii extranei iure trãsmissionis uidetur quod debeant excludere nepotẽ p not. in dicta rub. & l. 1. sup. quando non pet. par.

Quarta est difficultas iuris circa modum succedendi, an iste nepos ueniat ex transmissione uel ex successorio edicto. Nam uidetur quod non posit uenire ex transmissione quæ fit solum in hæredes quoscunq; d. l. apud hostes. qui potius uidetur excludere. Nec etiam uidetur quod posit uenire ex successorio edicto, quia, ut dictum fuit, non habet locum in suis hæredibus. d. §. sciendum. & quia propter unionem factam a suitate non potest una hæreditas separari ab alia. l. 1. & 2. & l. sed si plures. §. filius. ff. de acq. hæred. & l. quidã elogio. inf. de iure deliber.

Quinta est difficultas in iure, quomodo posit iste nepos succedere tantum de iure prætorio, cum ei obstet primo, quia discendentes in potestate uocantur a iure ciuili. §. sui inst. de hæred. quæ a bintest. Item transmissio ex potẽtia suitatis est de iure ciuili. d. l. apud hostes. & d. l. ex militari. Item propter beneficium abstinendi etiam successorium edictum habet locum de iure ciuili. l. 2. §. si sint. & §. si mater. & l. 1. §. si nemo. & §. si quis adita. ff. ad tertul. & l. si is qui. ff. de inoffic. testam.

Sexta est difficultas in iure, quomodo iste filius potuerit habere bona separata a bonis patris, cum aduẽtitia hoc tempore non acquirebantur ei. l. 1. ff. siquis a par. fuer. manum. nec in castrensi uel quasi castrensi habet hæredem. l. 2. ff. de castrensi pecul. de quo dic ut sup. Et sic patet quod non tantum in facto sed etiam in iure hæc lex reditur obscurisſima.

31 Prædictæ † tamen omnes difficultates resoluuntur propter beneficium abstinendi quod impedit effectũ suitatis in iuribus utilibus etiam antequã abstineat, q̃a propter illam spem quod posit sequi separatio, illi effectus suitatis stant in suspenso, nec consideratur in successione prætoria, cum in omnibus habeatur ac si esset uolũtarius. l. nam nec emancipatus. ff. de leg. 1. Et ideo non inducitur illa unio, nec uidetur adita hæreditas. & per consequens si moritur, deficit successio ex persona sua in totam, & cessat ius transmissionis, & potest habere locum successorium edictum de iure prætorio. l. 1. §. sed uidendum. de succ. edict. & d. l. quod de bonis. §. huic. Et iura quæ uidetur præsupponere suitatem inducere transmissionem & impedire successorium edictum procedunt de iure ciuili, sed de iure prætorio & ante & post abstẽsionẽ & quousq; se immiscuerit habet locum successorium edictum, quia iura utilia suspendũtur propter solam spem beneficii abstinendi, Et in eis etiam impeditur effectus transmissionis ex potentia suitatis, Et hæc est uerisſima solutio reiecta illa quã ponit Bar. col. pen. quod non habeat hæredem, de qua late per Curt. nu. 63. & 64. referentem quattuor opin. Et per hoc tollitur alia difficultas, quod nepos deberet succedere de iure ciuili, quia immo succedere potest solũ de iure prætorio in iurib. utilib. cũ iura directa ex potentia suitatis transmissa sint in hæredem filii, Et quia contradictio nõ est in eodem subiecto effectus ciuiles & prætorii concurrere possunt, & præfertur ius prætorium, ut dictum fuit in. l. posthumo. supr. de contratab. super glo. fi. in illa quæstione, quare contratabulas nõ impediat aditionem, cum tamen impediat secundum tabu. & ibi Deci. nu. 13. Et transmisio non impedit nisi illud de quo fit etiam successorium edictum etiam de iure ciuili. d. l. defunctis. in fi. de legit. hæred. & l. 2. §. & si sint. ff. ad tertul. coniunctis not. in. l. si filius qui patri. ff de uulg. & pup. Si igitur transmissio super iuribus directis nõ impedit successorium edictum in iuribus utilibus quando utrumque est de iure ciuili introductum quanto minus impediet quando unum est de iure ciuili, & aliud est de iure prætorio. arg. no. per. Bar. in. l. 1. §. hoc autem edictum. ff. de nou. oper. nuntiat. cum successio prætoria soleat semper præualere. l. cum emancipatus. & l. filiũ. ff. de cõtratab. Facit le. & si fine. §. sed q̃ Papinianus. ff. de minor. Et ab hac rõne resoluitur tota difficultas istius legis, & quãuis sint clara & ab omnibus recepta in diuersis partibus iuris, tñ doct. hic non uiderunt, & tanquã ceci in tota hac lege ambulauerũt nescientes se resoluere ab illa contradictione transm. & suc. edic. & non sine ratione dixerunt hanc legẽ esse horribilẽ doctorib. & scholaribus, & moderni ad dãdũ

suum intellectum impetrauerunt diuinum suffragium faciendo signum crucis.

Quare pro inuenienda resolutione tot contrariorũ uariauerunt terminos literæ, inducentes ut dixi tantas diuersitates in facto. Principaliter tamen insistunt super qualitatibus filii, an repudiauerit uel non, & an sit emancipatus, uel non. Et inducunt principaliter tres intellectus qui fundantur in repudiatione uel acquisitione filii a qua uidetur pendere summa difficultatis istius legis, qui etiam postea subdiuiduntur ut quasi in infinitum multiplicentur. Primus est principalis intellectus, ꝙ filius repudiauerat hæreditatem aui, unde eo deficiente uirtute beneficii abstinendi habebat locum successorium edictum in nepote, Sed iste intellectus licet posit procedere & esse in se uerus, tamen non aufert dubitationem, & diuinat ad. l. quæ hoc non exprimit, cum ministerio, & facta non præsumuntur. Vnde

32 †secundus est ei contrarius, ꝙ filius agnouerat, sed eum repræhendunt doct. quia tunc obstat illud de unione ꝙ hæreditas aui est effecta patrimonium filii, ita ꝙ amplius non possunt haberi nisi per hæreditatem filii, quã litera dicit non acceptasse, Item repugnat litera, quia dicit, facultates aui, quod non esset si esset acquisita filio. l. 1. §. ueteres. ff. de acqui. posses. l. qui sine. ff. de iis quib. ut indign. & succederet filio, non auo. l. 1. §. 1. de uulg. & pupil.

Tertius est intellectus ꝙ filius neque repudiauit neque agnouit, sed uel deliberabat uel ignorabat mortẽ testatoris, Et iste est cõmunis & tenendus, & ad contrarium de existentia sui hæredis & unione legali & transmissione, respondetur ꝙ beneficiũ abstinẽdi tollit omnẽ obiectionẽ, quia suspẽdit in iuribus utilibus effectũ suitatis, in quibus reputatur tanꝗ extraneus, & non trãsmittuntur, nec uniuntur cum bonis filii, nec impeditur successoriũ edictum de iis in sequẽtes, ut ea nõ possit nepos habere per bono. posses. unde liberi.

Quartus est intellectus Alberici, ꝙ uterque repudiauerat successionem ciuilem tantum, & non prætoriã, sed cõmuniter repræhẽditur, quia esset de indubitabili, & redderetur uana ista decisio. Et quis posset dubitare quod si renuntiasset successionem ciuilem ꝙ solũ posset succedere de iure prætorio, & non conueniret nepoti emancipato, qui non habet successionem ciuilem, & nepos non esset exclusus ab hæreditate aui, ꝙ uidetur negare tex. propter uerbum negat se hæredẽ. Item nec repudiatio est facti, & facta non præsumuntur, sicut nec alia quæ non exprimuntur in tex. Alium similem etiam posuit Curt. infra addendo debilem rationem dubitandi, sed & ipse similiter iisdem rationibus non potest procedere.

Quintus fuit intellectus Fulg. ꝙ uterque repudiauit tam filius hæreditatem aui, ꝗ nepos hæreditatẽ patris, & ꝙ nepos ueniat ad hæreditatem aui ex successorio edicto, Et si nepos nõ repudiasset filii hęreditatẽ posset uenire iure ciuili reuocando abstensionem per trienniũ. l. fi. inf. de repud. hær. Sed iste intellectus ẽt repræhenditur, quia primo diuinat ꝙ sit facta repudiatio, Secundo non apparet ꝙ nepos posit reuocare abstensionem patris, & ꝙ ista facultas transeat ad hæredes. Item præsuppositum eius est falsum quod sit facta repudiatio, quia hoc est diuinare ad tex. Item oppugnat text. quia facta repudiatione etiam iure ciuili nepos potuisset uenire ex successorio edicto de capite in caput etiam ante istã legem de iure ciuili. l. defunctis. inf. de legit. hæred. quæ fuit ante istam legem. & l. 1. §. & si sint. ff. ad tertulianum. ut infra dicemus. Alios etiã intellectus ponunt doctores de quibus infra dicemus qui sunt accessorii ad istos, ideo non oportet referre.

Tenendum est ergo, ꝙ filius & nepos erãt in potestate, & ꝙ filius neque adiuit neque repudiauit, sed mortuus est ignorãs uel deliberãs, & ꝙ nepos neque adiuit neque repudiauit, sed solum desiderabat succedere in bonis aui & repudiare patris hæreditatẽ, Et determinatur ꝙ põt ueniendo per successoriũ edictum de iure prætorio & accipiendo bon. poss. unde liberi. Quã successionẽ tanto magis haberet si esset nepos emãcipatus quia ipse solo iure prætorio succedit patri, sed si acceptasset hæreditatẽ patris, posset succedere auo de iure ciuili, quia uideretur se immiscere nomine patris in hęreditate aui, & iure transmissionis quæ est de iure ciuili acquisiuisset hæreditatẽ patris. Nec obst. ꝙ eadem ratione per transmissionẽ potest excludi a iure succedẽdi per successoriũ edictũ, quia uerũ est qñ transmittit illud in quo quis uocatur per successorium edictum, secus si transmittatur aliud, prout hic, & ex diuerso iure quia tunc in non transmisso præualet successoriũ edictum quod uincit transmissionem, per prædicta.

33 Et secundũ † istum intellectum hoc dicit in summa, nepos qui se negat hæredem patris nõ potest succedere auo nisi de iure prætorio, Vel alter, de iure prætorio est successio in suis hæredibus ẽt non interueniẽte abstensione primi morientis, quæ præualet transmissioni iuriũ directorũ. Vel beneficium abstinendi tollit effectus suitatis & transmissionis in iuribus utilibus, & facit ut nepos posit succedere auo repudiata patris hęreditate, non obstante transmissione in extraneum hęredem. Diuiditur in tres partes, In prima ponit decisionem negatiuam, In secunda ampliat, In tertia excipit. 2. est ibi, maxime, tertia est ibi, nisi.

34 Casus ita † breuiter fingi potest. Quidam habens filiũ & ex eo nepotẽ in potestate mortuus est abintestato relicto filio, & nepote, filius ignorans mortuum esse patrem non se immiscuit neque repudiauit hæreditatem patris, & interim mortuus est relictis bonis propriis obuentis sibi ex successione materna uel per peculium castrense uel quasi, Nepos uero uidens duas hæreditates unã aui delatã filio in potestate, & aliam ipsius filii & quia filius iuuenis fecerat multas expensas, erat onerata multis debitis, sed hæreditas aui erat lucrosa, unde desiderabat separare bona patris a facultatibus aui, & soli auo succedere, & ideo negabat se acceptasse hæreditatem patris. Et quæsiuit a Constantino utrũ posset succedere auo omissa hæreditate patris, Et ratio dubitandi erat, & uidebatur dicendum ꝙ nullo iure posset succedere auo, omittendo patris hæreditatem, quia cũ ipse esset in remotiori gradu, ex regula cõi non poterat admitti ad successionem tã de iure ciuili ꝗ prætorio, per quæ iura uocãtur solũ proximiores. §. sui. inst. de hære. qual. & differ. iuncto. §. ita demum. & §. proximus. Secundo confirmabatur, quia in persona patris hæreditas aui desierat esse hæreditas propter suitatẽ, argu. not. in l. 1. §. ueteres. ff. de acquir. poss. & erat effecta patrimonium filii, unde separando uidebatur diuidere hæreditatẽ patris sui, quod non potest fieri. l. 1. & 2. ff. de acquir. hær. & l. si filiumfamilias. ff. eo. tit. Tertio faciebat, quia nec etiam per transmissionẽ poterat succedere, cum transmissio ratione suitatis transferat hæreditatem delatam ad hæredes, & non posit separari ab eis. l. apud hostes. inf. de suis & legitim. & l. ex militari. §. fin. ff. de mil. test. Quarto faciebat, quia in suis hæredibus non cadit successio. l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legitim. Et hæc omnia uidebãtur ẽt ꝓcedere de iure prætorio, qa prætor primo uocat filios, & postea nepotes. l. 1. ff. de cõiung. cũ emãcip. lib. eius. & l. fi. unde cũ primus fuerit effectus suus hæres aui, & amplius nepos nõ uidetur posse succedere, Similiter nec tanꝗ agnatus poterat uenire, uel ꝑ ulterius caput, qa filius primo uocatus oẽs excludit, Nec ẽt ex successorio edicto, qa ꝓpter suitatẽ iã hæreditas erat acquisita patri. l. fi. ff. de succ. edict. ita ꝙ nõ poterat dici iacere hæreditas, Nec uidebatur posse iuuari beneficio abstinẽdi, quia filius nondum se abstinuerat, & sic excluditur beneficiũ abstinendi, Et dato quod posset succedere, uidebatur quod iure ciuili deberet succedere, cum trãsmissio fiat de

de iure ciuili,& non prætorio.d.l.apud hostes. Item successorium edictum habet locum de iure ciuili.l.2.§. si sint.& l.1.§.siquis adita.ff.ad tertul.& l.pater filium. & l.si is qui.ff.de inoffic.testa.

Iis tamen non obstantibus contrarium fuit determinatum, φ immo hic nepos possit succedere omissa hæreditate filii, Et φ hæc successio possit fieri tantum de iure prætorio ex successorio edicto petendo bon.poss. unde liberi. Et ratio decidendi fuit, quia de iure ciuili suitas facit filium hæredem,& non potest amplius tractari de successione aui, cum inuitus sit hæres,sed de iure prætorio fuit inductum beneficium abstinēdi quod facit suos haberi pro uoluntariis, & impedit suitatem transferre in filium iura utilia non petita bon. poss. iō si moriatur antequam agnoscat bon.poss.dicitur deficere successio,& transfertur in sequentem ex successorio edicto.arg.l.1.§.sed uidendum.ff.de succes.edicto. & l.quod de bonis.§.huic.ff.de carb.edic. Non obst.allegata in cōtrarium,& primo φ successio primo defertur proximioribus,quia uerum est eis acceptantibus, sed eis deficientibus defertur postea sequētibus in gradu.d.l.1.§.quibus.ff.de succ.edic.& §.pen.inst. de bon. poss. Non obst. φ in persona patris desierat esse hæreditas,qnia istud uerum erat de iure antiquo antequā esset beneficium abstinendi,sed postq̄ superuenit beneficiū abstinendi debilitata fuit uirtus suitatis ut amplius non faciat tantam unionē,& necessarium est φ expresse se immisceat hæreditati.§.sed iis. institu. de hæred. qual.& differ.& si moriatur anteq̄ se immisceat, deficit successio in primo, saltem de iure prætorio in iuribus utilibus hęreditatis,& potest habere locum successoriū edictum in sequenti.Non obst. φ non posset uenire iure transmissionis,quia hoc conceditur,& dicitur φ succeditur per succes.edictum. Nec trausmissio facta in hæredes ex potentia suitatis impedit,quia propter beneficium abstinendi de iure prætorio non potest fieri si moriatur anteq̄ acceptet,& si moriatur postq̄ repudiauit ēt de iure ciuili non fit efficax transmissio. l. 2. §. si sunt.ff.ad tertul.Non obst.φ in suis hæredibus non cadit successio,quia uerum est de iure ciuili.l.12.tabu. secus post beneficium abstinendi.d.§.& si sunt.& de iure prætorio indistincte permittetur.d.l.1.§.sed uidendū. ff.de suc.edic.Ideo in iuribus directis successio nō potest fieri,quia sunt occupata & transmittuntur ex potētia suitatis.Sed in iuribus utilibus indistincte procedit, quia omnis bon.poss. etiā in suis hæredibus morte uel repudiatione per lapsum temporis extinguitur,& nō transmittitur.l.emancipata.sup.qui admitti. Et est ratio,quia contradictio non est in subiecto,cum diuersū sit illud quod transmittitur ab eo φ datur per successorium edictum,& transmissio impedit successorium edictum tantum in eo φ transmittitur, non in alio etiam de iure ciuili,ut colligitur ex l.defunctis. inf. de legit. hær.& l.2.§.& si sint.ff.ad tertul.coniunctis not.in l.filius qui patri.ff.de uulg.& pup.& in hac ratione dependet resolutio totius difficultatis istius. l.quam doct.habuerunt ante oculos & non uiderunt ut dixi in præmissis,& ad hoc ut transmissio impediat success. edictū de iure prætorio. oportet φ transmittatur ipsa bon. poss. ut hodie erit per l.cum antiquioribus. infr. de iure deliber.ut inf.dicam ultra alios.Nō obstat quod iure prætorio sequens in gradu non admittatur,quia uerum est in prima uocatione, sed primo deficiente regulariter sequentes uocantur ex successorio edicto.l.1.§. quibus ff.de suc.edict.Nec ob.obiectio de suitate, quia ut dictum fuit non procedit de iure prætorio saltem in iuribus utilibus, quia iura utilia non acquiruntur filio in potestate nisi agnita bono.poss.l.3.§.inuito.ff.de bon. posses.& dixi post Decium in l.infantis sup. qui admitti.Et sufficit potentia abstinendi etiam non secuta abstinentia.d.l.1.§.sed uidendum.ff.de succ.edict. Nō obstat quod iure ciuili possit succedere nepos stante beneficio abstinendi ex transmissione & successorio edicto, quia negatur, cum transmissio non concedat nisi iura directa quando concurrit cum iure prætorio. Itē si filius transmitteret ipse transmitteret in alium nō in nepotem repudiantem.Item successorium edictum de iure ciuili non habet locum nisi quando secutus est actus abstensionis in suis hęredibus.d.l.2.§.si suis.ff.ad tertul.& propterea iis remediis succedere non potest iure ciuili.Et sic remanet φ hæc decisio est rationabiliter facta,& procedit secundum regulas iuris prætorii notissimas & a lege ciuili receptas.

Notandum ergo est primo ex isto textu illud quod dictum fuit in summario,quod habet secundum Barto. duas partes.Vnam in sensu directo,quod nepos qui negauit se hæredem patris non potest habere hæreditatē aui nisi de iure prætorio, Aliam, quod si nepos fatetur se hæredem patris non potest succedere auo, & ad ista duo uadunt omnia contraria propter uarias opiniones formatas,sed Dec.dicit quod Bar.fuit corruptus uitio impressorum,quia dictum contrarium debet esse affirmatiuum,cum hoc sit negatiuū. Sed ego puto quod litera negatiua possit stare,& quod non intersit si recte sumatur sensus cōtrarius.Nam Decius decipitur in duobus, primo quia præsupponit dictum cōtrarium esse φ non possit nepos simpliciter succedere auo, quod est falsum,quia etiam si sit negatiua,non infertur quod nepos non possit habere hæreditatem aui, immo infertur contrarium φ posset habere fortius. s. utroque iure.Item secundo præsupponit φ sensus contrarius tendat ad hæreditatē ipsam,φ est falsum, quia immo sensus contrarius tendit ad modum acquirendi. s. uel duplici iure,uel solo iure prætorio.Dicas ergo sic,φ si nepos negat se hæredem patris, non potest succedere de iure ciuili,sed solum de iure prætorio, sed si fatetur se hæredem,non potest habere hæreditatem aui solo iure prætorio,sed utroque iure habebit, Et sic nō est uisienda in negatiua, quia quæcunque sunt uerba, bona sunt,dummodo inducatur prædictus sensus.

35 Vtilius†tamen ex isto summario colligitur, quod nepos qui inuenit duas hæreditates, patris, & aui, potest eas diuidere,& unam acceptare, & aliam repudiare,ēt φ pater suus fuisset suus & necessarius.concordat text. in l.siquis filium.§.1.ff.de acquir.hær.Ex cuius ratione inferi potest, φ etiam de iure ciuili potest unam acceptare & aliam repudiare, quia & patri permitteretur retinere bona propria & repudiare hæreditatem aui, & quod plus est,quod ille nepos succederet de iure ciuili,Quod ego puto uerum,quia ibi uolebat nepos succedere patri & non auo,quę successio iure ciuili est inducta,sed hic uolebat succedere auo & non patri,quæ successio non est permissa de iure ciuili, quia est in secundo gradu, & in suis non cadit successio. d. §. sciendum.Item†colligitur, φ nullus est necessarius hæres de

36 iure prætorio,quia suitas non operatur in iuribus utilibus,tum quia prætor noluit, tum quia etiā non poterat facere quem ipso iure hæredem.§.quos aūt.inst.de bon.poss.Faciunt ea quæ dixi in l.infantis.& l.emanci

37 pata.sup.qui admit.†Tertio colligitur,φ inter suos hæredes habet locum successorium edictum de iure prætorio etiam de gradu in gradum non obstante suitate, Et ratio est apparens,quia ut dixi,suitas inducit continuationem dominii directi iurium patris non iuriū utilium,Et ideo filius etiam in potestate non acquirit utilia nisi agnita bonor. posses. & si moriatur antequam agnoscat,deficit in totum successio, sicut si delata fuisset cuicunque alio extraneo.

38 Secundo†notandum est, φ hæc decisio habet locum in filio existēte in potestate,sed ēt fortius si fuisset emācipatus, Nā quando est in potestate obstat ratio suitatis propter quā uidebatur φ posset succedere de iure ciuili, & quia etiam existentes in potestate uocantur iure ciuili.§.sui.inst.de hæred.quæ abintest. Sed quan-

do fuisset emancipatus, tunc nepos de iure ciuili non posset eam habere, quia emancipatus nullo iure ciuili succedebat hoc tempore, Et sic apparet ꝙ minor erat dubitatio in emancipato filio quam in suo. Vnde colligitur, quod dictio maxime explicat casum minus dubitabilem hoc, ut exprimit casum in quo fortior ratio militat, tamen est idem ius etiam in tacito in quo non est tanta ratio, sicut dixit gloss. in l. illud. in fine. ff. ad l. aquil. Facit lex & si maxime ubi notabilis est decisio. ff. de seruit. leg. & c. cum contingat. de foro competenti. & in c. cum olim. de testib. in glo. fin. cum aliis adductis hic per Dec. Secus est autem in dictione etiam, quæ explicat casum magis dubitabilem, & implicat casum minus dubitabilem. l. etiam inuitis. ff. de acq. rer. dom. & not. in l. 1. sup. qui admitti. & in clem. 2. de hæreticis in uerbo ecclesiatum, & uerbo ecclesiæ. Alex. in cō si. 23. col. 2. lib. 5. & Card. in clemen. religiosus. in prin. de proc. & clem. 1. de test. in prin. & Calder. in consi. 4. in fi. de præb. cum aliis cumula. hic per Dec. nu. 10. Et sic dictio ēt, auget decisionem, eam extendendo ad casum magis dubium, & dictio maxime, & præsertim, augent decisionem extendendo ad casum in quo maior uel duplex ratio militat & confirmant dictum in quo minor ratio militat, Et propter hanc dictionem apparet quod iste filius uel nepos non erant emancipati, quamuis aliqui nescientes aliter soluere contraria uoluerint dictionem maxime abundare, quod est absurdum in tam breui lege.

39 Tertio † notandum est, quod uerbū suscipere, importat dominii acquisitionem, unde contradicit tex. in l. naturalis. §. 1. ff. de præscri. uerb. dū uult ꝙ siquis det pecuniā ut accipiat rē si uenditio, & si detur pecunia ut detur res, ꝙ tunc sit cōtractus innominatus, quia ut dicit Bar. ibi, uerbū accipiat, non denotat dominii acquisitioné, & ita soluit contrariū de lege. fin. ff. de cond. ob cau. Dec. hic assignat rationem diuersitatis propter subiectam materiā, quia refertur ad uniuersitatem quæ acquiritur uere, sicut dixit etiā Bar. in l. 2. in fi. princ. ff. si cer. pet. ꝙ uendito genere transfertur dominiū magis ex natura generis q̃ oblig. Item ēt secundo soluit, quia hoc uerbum habet latam significationem. l. sed si susceperit. ff. de iudiciis. & l. 1. §. 1. ff. de admin. tut. ubi refertur ad iudicium. Sed tamen pōt dici ꝙ hic non probatur importare dominii translationé, quia tractatur de successione, in qua nō acquiritur dominiū, sed sola possessio, quę perpetuo concessa inducit utile dominium, ut dixi in rub. sup. qui admit. in præmissis. Vnde dicas ꝙ uerbū susceperit, importat dominii translationé ex sua generali significatione. arg. l. acceptis. ff. ad l. falci. & l. a testatore. ff. de cōdit. & demonst. Sed tamē de necessitate non importat, quia pōt importare possessioné. Et in hoc differt a uerbo dare, ꝙ secundū propriam significationé importat semper dominii translationé. l. ubi autem non apparet. in fine. ff. de uer. oblig. & §. sic itaque. inst. de actio. & ibi no.

40 Quarto † notandum est, ꝙ uerbū facultates, importat idē ꝙ hæreditas, secundū doct. concordat. l. cogi. ff. ad trebel. & in l. siue generalis. ff. de iure dot. & facit. c. fi. de præsu. & c. fi. de uer. sig. & c. conquærente. de offic. ordin. & c. quoniam. de uita & hones. cler. cū aliis adductis per Dec. Sed hæc iura probant contrariū, ꝙ immo facultates significant patrimoniū, non hæreditaté, & hic in tex. nō significant hæreditaté, sed ipsa bona. Et non sine ministerio dictū fuit de facultatibus, nō de hæreditate, quia hæreditas aui iure suitatis & trāsmissionis erat unita cū hæreditate patris nepotis, & nō poterat cōpetere nepoti, sed nepos solū propter successioné prætoriā consequebatur bonorū ipsorū possessioné cū iuribus utilibus, Et quia successio ꝑtoria debet uincere. arg. l. cū emācipatus. & l. filiū. ff. de cōtratab. merito dixit facultates, nō hæreditaté, Solum. n. compræhēdit uniuersitaté iurium utiliū, non ipsam hæreditatem.

Quinto notandum est, ibi, beneficium, quod successio dicitur beneficium. facit. l. fin. ff. de succes. edict. & l. nonnunquam, ff. de col. bon. Alias appellatur successio emolumentum. l. 1. sup. qui admit. Alias appellatur cōmodum. l. si infanti. inf. de iure deliber. Quia datur ex titulo lucratiuo, & plerumque affert commodum. l. si hæreditatem. & ibi not. ff. mandati. In simili beneficiū dicitur omne quod conceditur sine grauamine solutionis seu gratis, ut no. p Dec. in rubr. extra de rescriptis.

41 Sexto † notandum est. quod uerbum peruenerit, uidetur importare directam successioné. l. hæreditas ad statium. ff. de hære. instit. quandoque tamen importat fideicommissariam. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. Ideo dicitur uerbum commune, ut per Barto. in l. centurio. ff. de uulg. & pupil. sub. Alexan. in consi. 57. perspectis. & in consi. 162. circa princ. lib. 2. & in cōsi. 171. uiso processu. in princ. eod. lib. & in consi. 36. uiso thema te. lib. 3. Socin. in consi. 169. in materia. col. 11. cum aliis adductis hic per Dec.

42 Septimo † notandum est, quod filius iste non agnouerat bono. poss. nec adiuerat, quia text. dicit facultates aui, nam si adiuisset non possent amplius dici facultates aui, sed essent facultates filii, quia hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas. l. qui Titii. ff. de iis qb. ut indign. & no. in l. 1. §. ueteres. ff. de acquir. posses. Et ideo si filia renuntiauit hæreditati paternæ, uel per statutum prohibetur succedere in bonis patris, si ea postea deueniant ad fratrem & moriatur frater, non prohibebitur filia succedere fratri, quia amplius non sunt bona patris, ut no. Angel. in consi. 52. dominus Gilius. & Rom. in consi. 168. Benedict. capra. consi. 12. & si uiso. col. 2. Paul. de Cast. & Aret. in l. Paulus. ff. de acquir. hæred. & idem Aret. in consil. 161. in præsenti consultatione. col. fin. Et hoc plus colligitur, quod existentia sui hæredis non facit quod bona dicantur esse filii, sed hoc ideo est, quia iura utilia propter beneficium abstinendi non conceduntur, Potest tamen dici quod hoc notabile non colligitur ex isto text. quia hic dixit de hæreditate aui ad differentiam bonorum filii, quo casu etiam post acquisitionem durat nominatio. l. siquis filium. §. fi. ff. de acqu. hær.

43 Octauo † notandum est, quod bono. posses. unde liberi est necessaria etiam in filiis in potestate, & sic hic est tex. contra glo. in l. fin. inf. unde legitimi. quæ dicit ꝙ bono. poss. unde liberi olim & hodie fuit utilis, quia immo fuit necessaria propter successorium edictum in filiis secundi uel ulterioris gradus, Est autē bon. poss. unde liberi ius persequendi retinendique &c. suis uel quasi suis in bonis parentum abintestato concessum. Dicitur suis uel quasi suis, quia non datur filiis in bonis maternis. l. quotiens. infr. de suis & legit. & dixi quasi suis ptopter emancipatos, & istos nepotes & pronepotes. Dixi, in bonis parentum, quia sui succedunt etiam agnatis. Item dixi abintestato, quia contratabu. datur eis ex testamēto. In ea autem datur una regula per gl. in rubr. sup. eo. quod quibus datur contrata. datur etiā unde liberi. Quæ regula uera est in contrata. liberorū de qua loquitur. d. l. 1. §. recte. ff. si tabu. testa. nullæ extab. nam in aliis non procedit quæ dantur patrono & parentibus quia sunt alterius generis, Sed econtrario non tenet regula, ꝙ quibus detur unde liberi detur cōtratab. nam nepotibus & pronepotibus datur unde liberi, & tamen non datur contratab. l. siquis posthumo. §. 1. ff. de lib. & posth. idem etiam est in adoptiuis. l. cū in adoptiuis. inf. de adop. & ad hanc distinctionem debent reduci ea quæ ponunt docto. in rub. sup. eo.

44 Nono † colligitur ex isto textu ibi, negat se hæredē, ꝙ iste negabat se hæredem de iure ciuili, quia prætor non facit hæredem. §. quos autem. inst. de bono. poss. & sic uidetur ꝙ hic nepos renuntiasset tantum successionem ciuilem sui patris, & non prætoriam, & in cōsequentiā renuntiasset tantum ius adeundi hæreditatem aui,

aui,non autē ius agnoscendi bon. poss. l. siquis filiū. §. fin.ff.de acq.hær.& propterea non potest succedere de iure ciuili amplius,sed solum de iure prætorio, Et ita uidetur intelligere hic Alberic. & Cur. & Ias. Tamen communiter doct. tenent.contrarium, quia alias non conueniret emancipato nepoti, Ideo communiter intelligitur quod uerbum hæres, capitur generaliter, & compræhendit etiam successionem prætoriam quam nepos negabat se acceptasse.

45 Decimo †notandum est secundum uerum intellectū, quod hic filius neque adiuit neque repudiauit, & sic transmittit ex potentia suitatis bona aui ad hæredem suum, Vnde in consequentiam colligitur, quod transmissio non impedit successorium edictum, contra. l.1. inf.de iis qui ante aper.tab.& not.in rub.& l.1.sup.quā do non petentium par. Quod contrarium turbauit hic omnes doct.ut in eo nullus potuerit quietare animum suum, Sed tamen facilis & aperta & clara est solutio, quod transmissio & successorium edictū sunt circa diuersa,cum per transmissionem transferantur iura directa,& per successorium edictum iura obliqua,& transmissio impedit succes.edic.solum in eo quod transmittitur.arg.l.2.§.& si sint.ff.ad tertul. & l. defunctis. inf. de leg.hær. Hic autem istæ duę facultates sunt in diuersis subiectis,& cōpatiuntur,ut not.in.l.posthumo.sup. de contrat.ubi dixi super glo.fi.Et quando concurrunt iura directa cum utilibus, & successio ciuilis & prætoria,præualet successio prætoria.l.cum emancipatus.&. l.filium. ff. de contratabul. & dixi in rubrica supra qui admitti.

46 Glo.magna†diuiditur in duas partes.In prima ponit glo.Ioannis.In secunda Vgolini.2.est ibi.Item ideo dicit maxime. prima subdiuiditur ut hic per Iasonem & Bartolū Ex prima colligitur,quod hic nepos repudiauit hæreditatem,patris,sed quia uerbum nego me hæredem non importet repudiationem.ideo glo. subaudit quod negauit repudiando,cum si simpliciter dixisset nego me hæredem,uel non adeo, uel non sum hæres,uel nolo adire,non induceretur repudiatio, ut probatur in l.filii mater.§.1.ff.ad tertul.coniuncta.l.2.sup. de iur.& fact.ignor. Et tacite infert uerba ista nego me hæredem posse tribus modis capi,ut hic dicit Salicetus scilicet inductiue,ut per ea inducatur priuatio iuris sui istest repudiatio.Item demonstratiue, ut per ea demōstretur actum istum aditionis non interuenisse. Tertio ommissiue,ut si non dicatur, idest taceatur aliquem nō esse hæredem.ut l.& si putas.in fine.inf.de peti. hære. In dubio uero capitur demonstratiue,ut demonstretur interuenisse actum aditionis, & ita concludit hic glo. quam sequuntur docto. Et propterea ex ea colligitur esse sex uerba diuersa, scilicet repudio & renuntio, quæ duo important repudiationem, & quattuor alia uerba,nego me hæredem, uel non adeo, uel non sum hæres,uel nolo adire,quæ non important regulariter repudiationem,& hanc glo.no.doct.quos refert Alex. & communiter docto. sequuntur.

47 Et pro†ista opinione primo facit tex.in d.l. filii mater.§.1.ubi dicendo nolo adire,non inducitur repudiatio,cum infra annum possit mutare uoluntatem, Et si dicatur,uerbum mutata opinione,probat contrarium, respondetur quod est uoluntas quæ mutatur, non autem dicit quod actus reuocatur qui non fuerat factus, Secundo inducitur tex.in l.nonnunquam ff.de col. ubi qui noluit conferre non dicitur repudiasse hæreditatē, maxime paternam, & si dicatur ut per Iasonem quod illud ibi est quia statutus est annus ad conferendum, ideo non priuatur ante annum,Respondet Cur. quod per hoc non tollitur argumentatio, cum etiam ante annum quis possit repudiare.argum.l.primæ.§.quibus.ff. de success.edict.& §.penul. instit. de bonorum possess. sufficit quod ille actus est reuocabilis, quod non esset si esset usus uerbo repudio hæreditatem. Tertio inducitur.l.Titius.ff.de actio.emp.ubi grauatus dare libertatem seruis sibi legatis si dicit se nolle legatum ad se pertinere non repudiat nisi liberasset hæredem,nec ualet responsio quod ibi ulterius processit, quia dum refert factum non interuenisse quod hæres non fuit liberatus,ergo demonstrat aliud factum esse necessarium. Nec obstat quod ibi non fuissent dicti serui effecti liberi,quia illud contingit propter moram suam in dando libertatem,nō propter repudiationem legati,quia immo in uers.item quæro Aretusa.dicitur quod legataria erat patrona quæ non liberauit, Nec expositio glo.ibi tollit ponderationem,quia non tractaretur ibi de liberatione non facta si legatarius non expressisset illa uerba.Quarto facit lex Celsus.§.fina.cum l.sequenti. ff. de arbit.ubi illa uerba noluit accipere,non inducunt repudiationem,cum debitor incidat in moram si nō soluat eo nolente postea accipere,nec ualet responsio qd ibi fit ius quæsitum quod difficilius tollitur, ut no.in l. 1.supra de pact. quia ego ibi demonstraui contrarium repræhendendo docto.ibi in præmissis.Nec ob.quod ibi est repudiatio,sed potest reuocari, quia immo non repudiauit ius suum,cum alias amplius non esset creditor.Quinto facit,quia uerba prædicta sunt medium inter repudio & accepto,ergo non inducunt repudiationem, quia uerba non probant nec inducunt nisi illud quod necessario inferunt.argum.l.non hoc.inf.unde legit.& l.neq; natales.sup.de prob.Facit l. cum de indebito.ff.de prob.& l.qui tacet.de reg.iur.Sexto facit, qa uerbum uolo adire,non inducit aditionem,ut per Bar. in l.gerit.ff.de acq.hær.per glo. in l. serui electione.ff. de leg.1.ergo nec uerbum nolo, inducit repudiationē. arg.l. nolle.ff.de acq. hær.

Septimo facit,quia uerbum,nolo, cum infinitiuo habet duas significationes.Vnam de præsenti,& aliamde futuro successiue,& in perpetuum, ergo in dubio capitur de præsenti,ut per Bar.in l.serui electione.de lega. 1.Nec ob.quod uoluntas præsumi debeat deliberata, quia uerum est de præsenti,sed non de futuro,maxime in præiudicialibus,& satis est quod de præsenti actus non est elusorius.arg.no.per Ias.in l.si quando.ff. de lega.1.Octauo Sapia inducit.l.siquis seruum. §. siquis sus.ff.de acquir.hær.

Contrariam tamen opinionem,quod immo illa uerba,nolo adire,inducant repudiationem,tenuit glo. in l.fina.inf.de repud.hæred.& sequuntur Petrus & Cinus in d.l.2.sup.de iur.& fact.ignor.& uidetur transire Bal. ibi.Iacob.de arena.Cin.& Rainerius & Fulgosius.hic. Iason & Cur.Et pro ista opinione inducitur tex.in l.filii mater.retorquendo,dum præsupponit quod si consanguineus agnouisset non admitteretur filius,ergo repudiauerat, quia alias secundo non potuisset incipere currere tempus.argum.l.primæ.§.quibus.ff.de success. edict.Sed respondet Salicet.quod illa sunt uerba enuntiatiua iurisconsul.quæ non faciunt dispositionem. argum.c.si Papa.de priuil.in 6. Quæ responsio est uiolatiua,quia,ut dicit Alex.iurisconsul.uidetur ibi restringere illam potestatem reuocandi. Secundo respondetur quod ibi iurisconsultus quærit quando agnatus non adiuerat,sed tamen non disponit quin etiam eo adeunte non posset reuocari.Tertio respondet Ale. quod ibi deliberata erat responsio,ideo inducit repudiationem quod nec etiam est securum, quia ex contrario actu p̄sumitur non resolute ista dixisse.Sed tu dicas quod necessario ibi non erat repudiata successio,quia ius bonorum posse.non nascitur ex uoluntate, ideo extinctum ex uoluntate non potest restitui.l.si unus. §. pactus. in secundo responso.ff.de pact. Sed solum apparebat ibi de firma uoluntate quod non uolebat tunc adire, & per hoc consanguineus cōsilus potuisset acceptare, uel dicas ut inf.dicam. Vel dicas ut per Sapiam,quod ibi cōfirmauit repudiationem consentiendo cōsanguineum agnoscere,quæ tamen solutio & ipsa diuinat, quia ibi non

non apparet de scientia filii. Secundo inducitur. l. 1. §. si nemo. ff. ad tertu. Sed ibi uerbum, uolet, est prolatum a iurisconsul. uolente declarare uocatos repudiasse, & qd intellexerit de uera repudiatione, demonstrat, quia dicit successionem aliorum admittendam. Tertio inducitur. l. 1. §. quibus. & §. qui semel. ff. de successo. edict. Sed eadem est responsio, quod illa sunt uerba iuriscon. referentis factum, non uerba facientium, & intelligit ibide nullitate inductiua repudiationis. Quarto inducitur glo. in l. nolle. ff. de acqu. hær. Sed ibi similiter refertur factum repudiandi, non uerba repudiantis. Quinto est tex. in l. si is qui. in princ. ff. de inoff. testam. Sexto facit l. proinde. §. 1. ff. si cer. pe. Septimo lex si quis ita hæres instituatur si legitimus. ff. de hæred. insti. Sed omnibus istis conuenit unica responsio, quod ibi sunt uerba iurisconsul. referentis factum tertii perfectum & deliberatum, non uerba, & propterea nihil probant. Octauo facit tex. in l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adul. ubi uidentur relata uerba mariti negantis, & tamen inducitur repudiatio ante tempus, & non potest pœnitere. Sed tamen potest dici quod immo illa sunt uerba iurisconsul. non mariti. Nono facit. l. 3. §. in cuius. ibi pœnitentia acta potest agere, ergo repudiauerat, sed potest dici quod probat contrarium, quia postea auditur, nã ibi animus erat de præsenti non agendi, sed non repudiauerat, & postea pœnitentia est in uoluntate agendi, non in recuperando actionem, quæ sola uoluntate nõ recuperaretur. d. §. pactus. Decimo facit, quia aditio & repudiatio consistit in solo animo, ut dicitur in §. fina. inst. de hæred. quali. & differ. Sed in iis quæ dependent a uoluntate nostra ubicunque agens est liberum & patiens bene dispositum incontinenti operatur, ut not. in l. serui electione. ff. de legat. primo. ut in simili dicitur in §. fina. in l. certi condictio. per Bar. ff. si certum peta. Sed respondetur quod contrarium procedit quantum ad præsens tempus, sed quod in futurum uelit hoc facere non apparet, & satis est quod agens agat de præsenti. Vndecimo Sapia inducit l. cum filium emancipatũ. ff. de acquirend. hæred. circa medium. Sed ibi sunt uerba iurisconsul.

Alex. autem finaliter uidetur residere in noua distinctione constituendo differentiam inter nolle adire uel non uelle esse hæres. Nam si dixit nolo, inducitur repudiatio, si uero dixit non uelle, non inducitur repudiatio, & hanc opinionem probat per doctrinam Bartol. in l. iam dubitari. ff. de hæred. insti. qui dixit, quod contrarium est uelle & nolle, non autem est non uelle, quia non uelle est medium inter uelle & nolle, & Innocent. Vinc. & Ioan. Andr. in ca. prudentiam. §. sexta. de offic. delega. & in c. fin. de dolo & contuma. dicunt quod uerbum nolo denotat expressum dissensum, & uerbũ non uelle denotat solam carentiam uoluntatis, ut no. in di. §. scientiam. & dicunt falsum esse dormientem nolle legere, sed non esse falsum dormientem non uelle legere, & ideo dixit glo. in l. ex consensu. §. fina. ff. de appella. quod uerus contumax est ille qui dixit nolo uenire, quam declarat Bal. in l. ea quæ. C. quomodo & quando iudex. & si dicatur quod uerbum nolo adire, de necessitate inducit repudiationem, respondet quod immo inducit solum propter præsumptionem legis, quia declarat præcisam uoluntatem.

Decius tamen hic tenet communem opinionem simpliciter, quod nunquã ista uerba nolo adire, nego me hæredem, non inducant repudiationem, quia ex sua significatione hoc non infertur, ut dicebat Salic. Item aditio non fit nisi ex actu qui citra ius & nomen hæredis fieri non potest. l. pro hærede. & ibi notat. ff. de acq. hæred. ergo pariter uidetur esse in repudiatione, ut nõ inducatur nisi ex uerbo hoc necessario demonstrante. argum. l. cum de indebito. ff. de proba. Ista enim uerba non inducunt actum repudiationis, sed solum cessationem uoluntatis in acceptando, quæ cessatio non inducit repudiationem sicut nec reuocationem, ut per Bar. in l. & quia ff. de iurisd. omnium iudicum. Nec obstat fundamentum Alex. quod uerbum nolo denotat nolũtatem expressam, & differt a uerbo non uolo, quod obtinet medium, quia licet denotet secundum eum maiorem animum nolentis, tamen non infert repudiationẽ quæ est actus affirmatiuus, & ex actu negatiuo non inducitur affirmatiuum. Ideo debet intelligi quod nunc non uelit, quia deliberare uelit. argum ca. is qui. de regu. iur. in 6. & ad aliud de l. ex consensu. §. fina. respondet quod ibi erat contumatia magna, quia erat citatus & tenebatur comparere, & sic erat in actu necessario, non sic uidetur in actu uoluntario, ut no. Abbas in ca. finem litibus. de dolo & contuma. colum. 2. in penulti. notab. Et ad legem filii mater. respondet quod ibi constabat de uoluntate repudiandi, & ibi non erat dubitatio de uoluntate repudiandi, quia clara erat, sed solum dubitabatur de potestete reuocandi, & deciditur quod per annum potest mutare uoluntatem. Et eodem modo respondet ad cætera iura, quia constabat de uoluntate repudiandi, & ad aliud quod uerbum uolo adire, inducit aditionem, respondet quod non potest inferri de aditione ad repudiationem, quia non ualet argumẽtum. l. potuit. & ibi Bar. infra de iure deliber. ut hic latius per eum.

48 Sed † aduertendum est pro resolutione, quod docto. hic utuntur terminis impropriis, in ista quæstio. & ex eorum uerbis posset trahi in infinitum, & nunquam haberetur resolutio. Et primo circa distinctionem Alex. aduertendum est, quod ipse æquiuocauit dum dixit qđ non uelle est medium & minus importat quam uerbũ nolle, quia immo non uelle plus continet quam nolle, quia in uerbo non uelle continetur nolle, & quid plus, ut dixit glo. in l. 3. §. genera. ff. de acquir. poss. quæ uoluit quod plus est dicere non bona fides quam mala fides, quia in non bona fide continetur mala fides, & etiã titubatio, & est ratio, quia mala fides est contrarium, & datur medium inter bonam fidem & malam fidem, scilicet titubatio. sed non bona fides est contradictorium. & non datur medium, quia continet contrarium, & medium. Ita etiam est in uerbo non uelle, quia continet suum contrarium nolle, & etiam medium, quia est contradictorium, cum contradictorium inducatur per negationem appositam uerbo, ut no. in l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de rebus dub. & facit l. non est sine liberis. ff. de uerborum sign. Item econtrario non uelle plus continebit quam uelle, quod est suum contrarium. Medium autem inter uelle & nolle est non uelle, nec nolle, sicut medium inter asserere & negare est tacere, idest neque asserere neque negare, ut no. in ca. is qui tacet. de reg. iur. in 6. plene dixi post Decium in le. 1. §. huius rei. ff. de off. eius. Nec obst. d. l. iam dubitari. quia ibi nolle capitur pro nõ uelle, nam si exponas textum, dices si noluerit esse hæres, idest si non uoluerit esse hæres, & sic facit per contradictorium, & quia parua est distantia inter contrarium & contradictorium, aliquando unum ponitur pro alio, Nec obstat lex prima. §. scientiam, quia ibi non uelle intelligitur pro mèdio, uero, idest nec uelle nec nolle, idest tacere, & in hac significatione cepit etiam Ioan. And. in d. c. prudentiã. §. sexta. de offic. deleg. Et hæc uolui dixisse pro cognitione terminorum, quia quantum ad quæstionem nostram parum interest.

49 Quantum † uero ad principalem quæstionem considerandum est, quod uerbum nolo, uolo, & nego, & assero, per se sola nullum actum possunt importare, nec negatiuum nec affirmatiuum, quia sunt uerba denotantia uoluntatem, non actum. Nam ad deducendum aliquid inesse duo concurrere debent, uoluntas facientis quamuis & coacta aliquando, & ipsa operatio siue actus, cum non sufficiat uelle ascendere arborem nisi sequatur operatio ad faciendum assensum, & non sufficiat uel-

ciat uelle soluere nisi sequatur actus solutionis ad faciendum assensum, & non sufficiat uelle soluere nisi sequatur actus solutionis ad faciendum solutionem, nec uelle copulari cum muliere nisi sequatur actus ut inducatur copula, nec uelle adire uel repudiare nisi sequatur illa operatio ad inducendum aditionem uel repudiationem seu priuationem. l. pro hærede. & le. gerit. ff. de acquir. hæred. & ibi Barto. in 2. colum. uer. ad primum. de uerbo suspensiuo. & Bar. in l. serui electione. ff. de leg. 1. Ideo duo sunt genera uerborum. nam quædam referuntur ad animum, & denotant animum siue uoluntatem, ut nolo uolo uel nego, quædam referuntur ad actum, ut ascendo arborem, soluo, repudio, & adeo. Igitur sicut animus sine subiecto & sine operandi nullum actum inducit, ita etiam uerbum uolo & nolo sine subiecto, idest sine infinitiuo adito nihil operatur, Cum infinitiuo autem adito tunc significat uoluntatē, ad illum actum, Non tamen significat actum, quia sicut dictum & factum ualde distant, ita uoluntas & factum, Ideo uerbum nolo & uolo nunquam poterit inducere seu significare actum negatiuum uel affirmatiuum, ex proprietate significationis, & maxime quia infinitiuū semper denotat actum futurum, licet de præsenti quando sit fiendus. Vnde ad probandum quod illa operatio siue actus interuenit post uoluntatem oportet extrinsecus probare, quia uerba ex sui significatione hoc non probant, & ubi opus est facto uerba non sufficiunt leg. acceptis. supra de usur. per Bartolum in dicta lege serui electione.

50 Quare† distinguendum est, aut ad factum perficiendum requiritur operatio corporalis extrinseca, ut ascēdere arborem, uel soluere pecuniam, uel copulari mulieri, Aut requiritur sola operatio animi, quia dependet a sola uoluntate, ut eligere, adire, repudiare, Primo casu nunquam dicendo uolo ascendere arborem, uel uolo soluere inducitur actus ascendendi uel soluendi, quia multum distat uolūtas a facto, & patet ad sensum, & si in scriptura refererentur ista uerba partis non probarent actum nisi forsan postea adduceretur aliquod extrinsecum quod non posset esse sine illa executione corporali. Nec facio differentiam an uerba sint negatiua uel affirmatiua, quia licet in hoc actu negatiuo non requiratur aliqua operatio, ut uolo ascendere arborē quia non ascendere nihil ponit in esse, tamen requiritur operatio aliqua ad se priuandū illa potestate ascendendi, Et ideo dicitur in. l. ita stipulatus. ff. de uer. oblig. & l. mutianæ. ff. de condit. & demonst. & l. 1. supra de pactis. quod conditio negatiua non potest adimpleri nisi per mortem, quia licet non sit animus non ascendendi, tamen non inducitur repudiatio non ascendendi, seu priuatio illius potestatis, Et sic quantum ad propositum nō interest inter expositionem affirmatiuam uel negatiuam. Secundo casu quando est actus dependens a sola uoluntate sine actu extrinseco corporis, Et tunc recurrendum est ad distinctionem Bar. in. l. serui electione. ff. de leg. 1. Nā ibi refert dictum philosoficū. quando agens est liberum non impeditum & subiectū bene dispositum si uult agere incontinenti agit. Nichilominus etiam in istis ipse facit regulam, quod non sequitur uolo eligere ergo eligo, uel uolo adire uel uolo repudiare ergo repudio, Quia per illa uerba demonstratur primus motus animi mei esse ita facere, tamen quia non deliberaui, in dubio non dicor nunc facere, Nam effectualiter agens non est liberum, quia non determinauit animus cum uellet deliberare, Vnde cum infinitiuum sui natura denotat actum futurum, in dubio non dicitur facere. Fallit in actu ultimæ uoluntatis qui sui natura trahitur in futurum. in. l. pamphilo. §. propositum. ff. de leg. 3. & l. 4. ff. de adim. leg. & l. conficiuntur. §. fin. ff. de iure codic. Secundo fallit quando datus est terminus ad deliberate faciendum, quia tunc militat dictum philosophicum. Tertio fallit quādo ad interrogationem alterius respondet qui habet interesse. arg. l. in plurium. §. fin. ff. de acquir. hæred. Igitur in proposito si quis dixit nego me hæredem, uel nolo adire, in dubio non inducitur repudiatio, nisi ex aliquibus extrinsecis coniecturis appareat de ipso actu præsenti, nec curo an sit actus affirmatiuus uel negatiuus, ut si dicatur, uolo adire, uel negatiuus, ut si dicatur, nolo adire uel repudiare, uel nolo adire uel repudiare uel eligere, quia actus negatiuus priuat & inducit priuationem sicut actus affirmatiuus. Solum. n. in actu priuatiuo requiritur fortior coniectura propter præsumptionem. l. cum de indebito. ff. de prob. Et sic apparet quod opinio communis est uera, & necessaria, & allegata in contrarium procedunt quando ex alijs constabat de actu executio subsequenti, ut dicit hic Deci. in fine.

51 Non† obstat. l. filij mater. quia per responsiones doctorum apparet quod habet duos intellectus, unum quod ibi filius repudiauit, Sed infra annum potest reuocare repudiationem, Et hunc tenet hic Iason, & uidetur sequi Dec. Alium quod ibi non fuit repudiatio, Sed sola negatio, & per annum potest mutare uoluntatem, quia non repudiauit, Et primus intellectus si esset uerus esset multum notabilis, quia ibi esset casus quod repudiatio perfecta potest reuocari inf. annum. & Bar. uidetur esse irresolutus in. d. l. si quis suus. ff. de iure deliber. & in. d. l. filij. Sed tamen durum uidetur recedere a regula communi, quod repudiatio non possit reuocari, & multum contradicit in specie dic. l. 2. sup. de iuris & facti igno. Et ideo ego puto standum regulæ, quod repudiatio non possit reuocari, Et propterea ibi necessario debet dici quod illa uerba non important repudiationem, quia alias non admitteretur ad adeundum nisi per restitutionem in integrum. arg. l. fin. ff. de succes. edicto. & l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de minor. & l. 1. §. si quis adito. ff. ad tertul. quia ius statim queritur sequenti. l. 1. §. qui semel. & §. quibus. ff. de succes. edicto. Nec obsta. quod alias audiretur per triginta annos, uel quod consanguineus non posset adire, ut dicebat Iason, quia illud est ibi alia ratione, Nam senatus consul. orficianum uocando matrem ad successionem non priuauit agnatos facultate succedendi auferē do ius suum concessum a lege, sed solum suspendit sub conditione si filij nolent successionem. d. l. 1. §. si nemo. ff. ad tertul. quia uerba senatus consul. erant. si nemo filiorum uolet hæreditatem antiquum ius esto ille sum, non si repudiabit. Et erat dictum si nemo uolet infra annum, uel expresse uel tacite propter tempus ad deliberandum etiam ex mēte orficiani, cum bonorum possessionem infra annum petere posset, ut dicitur in fine dic. l. filij mater. Et sic orficianum non requirebat repudiationem filij, sed solum requirebat quod inf. annum non peteret, & ex lapsu anni induceretur repudiatio, Vnde cum conceptio esset per uerbum uolet, uidebatur quod declarando se nolle, sufficeret ut consanguineus admitteretur tanquam uerificata esset conditio, sed tamen contrarium determinatur, quod nō sufficiat nolle adire, & tunc fuisse in illa deliberatione, quia cū uerbum uolet sit extensiuum, intelligitur uolet usque in finem anni, ideo datur locus pænitentiæ ut mutata uoluntate possit etiam uti iure suo quod non repudiauerat, Sicut qui semel dixit nolle accipere pecuniam, mutata uoluntate potest dicere se uelle accipere, quia nō liberauit. l. Celsus. §. fin. cum. l. sequenti. ff. de arbit. & l. Titius. ff. de action. empt. ibi, non tamen liberauit. Finito autem anno ex cursu temporis & ex præsumpta deliberatione, illa uerba poterunt importare repudiationem, Et hic iuditio meo uidetur uerus intellectus illius legis, & non obstat.

52 Limitatur† tamen prædicta conclusio per Angelum hic non procedere quando datus est terminus ad deliberate respondendum, nam si in fine temporis respondet se nolle adire, inducitur repudiatio ne uideatur interro-

terrogantem in dubio relinquere.argu. l. de ætate. §. nihil.ff.de interrog.actio.&.l.sed & alio.§.1.&.l. omnes.ff.ad trebel.ubi illa uerba, non expedit mihi habere illam hæreditatem,induount repudiationem assignato termino ad deliberandum,& licet illa iura cauilando possint euitari,tamen limitatio est uera & communiter tenetur, Et Decius allegat Bal.in.l.1.in. fine inf. de falsa causa adiecta. Sed clarius facit.l.in plurium. in fine.ff.de acquir.hæred. &.l.1.ff. de cur. bonis dando. Et procedit etiam in termino legali.l.1.§.quibus.ff.de succes.edict.&.d.l.filij.in fine. quia est quædam præscriptio legis quæ inducit tacitam repudiationem, ut not. in.l.1.sup.qui admitti.

53 Secundo†limitatur non procedere quando post illa uerba nolo adire, labitur terminus trium mensium. l. fin §.similique modo.inf. de iure delib.ubi Bar.hæc dicit.& in.l.siquis suus.ff.de iure delib.in uer.quero quid siquis.& Paul.de castro in.d.l.fi.§.cum igitur.colu.fin. uer.item quæritur. Sed Decius dicit quod ille tex.hoc non probat,quia loquitur in repudiatione expressa & tempus trium mensium nõ currit a die uerborum prolatorum,sed a die scientiæ,ut no.Salic.in d. §. similiq; modo.& Angel.in d.l.gerit.colum.3. uer. item adde. ff.de acquir.hæred.Et hoc uerissimum est,quia ibi terminus trium mensium ordinatur propter tempus faciẽdi inuentarium,quasi dicat,quod non expectatur finis trium mensium si expresse repudiauit, quia statim excluditur,& non potest facere inuentarium,& est de mẽte nouissimorum hic,& sic ille textus probat contrariũ illius ad quod allegatur,quod ille alienus est ab hæreditate ante finem trium mensium, nec amplius debet ei concedi ille terminus, quia inanis. Et idem etiam fuisset post illos tres menses, quia repudiatio ualeret, Sed non dicitur quia non est tempus amplius faciendi inuentarium.

54 Tertio†limitatur non procedere quando dictũ fuit nolo amplius adire,quia repudiatio inducitur propter taxatiuam amplius, sicut dicitur de renuntiatione facta in lite,per Salicetum in le. postquam liti.colum.5. uer.quæro modo.sup.de pactis.& per glosam ibi. & sequitur hic Ias.& Dec.Sed tamen obstat,quia ista uerba uidentur inferre quod primus motus animi sui est ut amplius non uelit adire, non tamen per hoc inducitur quod de præsenti repudiet,& semper militat quod uerba possunt intelligi de præsenti, quia nunc non uult adire, Sed tamen non infertur repudiatio,&hoc plus placet.

55 Quarto†limitatur per Bar.in d.l.serui electione. colum.2.uer.idem si ad interrogationem.non procedere quando quis respondet ad interrogationem partis, qa præsumitur deliberate respondere,ut no.in l.in ementis.sup.de contrah.emp.faciunt no.per docto. in rubr. ff.de uerborum oblig. in ratione firmitatis stipulationis.Sed tamen incontrarium facit, quia potest responderi,dicendo quod ille est primus motus animi sui, & quod tunc ita habet in animo,sed tamen per hoc nõ infertur quod deliberate ita responderit, nam agens non apparet quod fit liberum an uelit tunc deliberate respondere, ideo hanc limitationem intelligerem procedere quando interrogatio esset facta in iudicio a parte.argum.dictæ.l.plurium.& l.1.ff.de cur. bonis dando.Sed si non esset in in iudicio facta, nõ uidetur quod interrogatio partis deberet astringere respondentem ut inducatur incontinenti actus repudiationis nisi præcessissent aliæ cõiecturæ de actu fiendo. faciunt quæ habentur per Corne.in consi.91.in 2.uolum.& Soc. in consi.136.col.3,& idem Cor.consi.110.uol.1.& consi. 225.uolum.2.

56 Quinto†limitatur non procedere secundum Salicet. hic,quando uerba referuntur ad futurum, ut si dicat se non aditurum.per textum in l.unus.ibi, negat se aditurum.ff.ex quib.cau.maio. Sed Iason dicit non uideri differentiam utrum uerba concipiantur de præsenti uel de futuro.per l.si is qui.ff.de inoff.testam.& l.si maritus.Secunda.ibi,negauerit se acturum.ff.de adult. Et hoc etiam sequitur Dec.quia quamuis sint uerba futuri temporis,tamen non per hoc inferunt repudiationẽ nisi terminus sit elapsus,& ita loquitur.d.l.1.ff.de cura. bon.dan. Nec obstat.d.l.si unus.quia respondet quod ibi constabat eum repudiasse,quia alias ille non differt a casu cohæredis.Item ibi illa sunt uerba narratiua iurisconsulti quæ præsupponunt uerba habilia interuenisse ad repudiationem, Item & tertio ibi erat datus terminus ad deliberandum. Et hoc mihi placet,quia infinitiuum plerumque significat futurum,& tamen nõ inducit, & semper militat quod primus motus animi sui est ille,sed postea magis consulte deliberabat,& sic limitatio non est uera,uel includitur in prima,& apparet quod doctores æquiparant ista uerba, nego me adire,uel nolo adire.

Sed dubitat hic Franciscus de ramponib. an siquis dicat ego sum hæres,an inducatur aditio,& concludit ipse quod non,quia ista uerba denotant uoluntatem, & non actum adeundi,nisi deliberate respondeatur, p dicta in præcedenti.Secundo adducit glo.in l. fina. ff. de interrog.actio. Sed Curt.hic tenet contrarium,per doctrinam Barto.in l.gerit.in 4.colum.uer.circa secũdum.& uer.circa tertiam,& etiam.colum.3.ff. de acq. hære.& sequitur Areti.ibi.& Alex.colum.7.Et ad allegata per Angelum respondet ea probare contrarium. Sed ego puto distinguendum esse ut in præcedenti quæstione,aut datus est terminus,uel facta est confessio in iudicio,uel aliqua præcedunt per quæ potest apparere de deliberata responsione, & tunc procedit opinio Curti. si uero non præcessit deliberatio, & tunc uera sit opinio Angeli, & hæc distinctio est satis de mente eiusdem Angeli.

57 Secundo principaliter†ex ista glos. colligitur, quod in themate legis nostræ iste nepos repudiauerat hæreditatem patris,quia subaudit textui negat repudiando, ergo dicit ante non repudiasse,&uidentur sequi hic docto.tamen in contrarium facit,quia subauditio glo. est uiolatiua,quia si tex.uoluisset repudiationem interuenisse,dixisset,& sicut in filio non præsumitur quia non dr,ita nec etiã in nepote quia nõ dr,& uidetur cum ministerio positum esse uerbũ negat,non autem repudiat potest dici quod cum iste nepos esset suus hæres patri, negando se hæredem uidetur abstinere, quia cum ueritate propter suitatem non potest dicere se hæredẽ non esse nisi se abstineat. Et sic erit una limitatio ad regulã prædictam,ut non procedat in suis hæredibus qui dicẽdo nego me hæredem uel nolo esse hæres non inducat repudiationem, cum dicta uerba non possint uerificari nisi eo abstinente. Quantum tamen ad decisionem legis non interest an in totum repudiauerit, uel solum asseruerit non esse hæredem,ut demonstret se non acceptasse hæreditatem,quia spes beneficii abstinendi facit ut reputetur tamquam extraneus.argum. l. siquis filium.§.primo.ff.de acq.possessio. & l. nam emancipatus.ff.de lega.1.

58 Tertio†colligitur ex glo.quando hæc lex locũ possit habere & in quibus casibus.Et distinguit an filius uel nepos sint emancipati uel in potestate, & quomodo p cedat illa differentia an neget uel fateatur se hæredem, sed Bartol.latius considerat, constituendo quattuor cõbinationes,aut uterque fuit emancipatus, aut nepos tantum, aut filius tantum, aut uterque in potestate, & in quolibet casu uidendum est quomodo possint procedere omnes partes huius legis,& ita ex una lege constituuntur quattuor leges,Primus est igitur casus quando uterq; fuit emancipatus, & tunc nullus põt succedere de iure ciuili, quicunque eueniat casus. §. emancipati. inst. de hære. quæ abintest.sed uterque de iure prætorio. Tamen si filius agnouit bonorum possessi. nepos non

non potest amplius succedere auo ommissa patris hæreditate quæ ab hæreditate filii amplius non potest separari, sed uel utranque repudiare debet, uel utranque acceptare argumento legis quidam elogio. infra de iure deliberandi. & le. sed si plures. §. si filius. ff. de uulga. & pupil. & non succedit auo amplius, sed patri, nisi per regulam quod hæres hæredis testatoris est hæres. l. pater famil. ff. de uulg. & pupil. Si uero amplius repudiauit, & tunc sine dubio nepos succęstit auo ex successorio edicto. l. 1. §. quibus. ff. de successo. edict. & non interest an repudiat uel acceptet hæreditatem patris, quia cum sint separatæ, & nepos uocetur ex persona sua, utranq; potest acceptare uel repudiare, uel unam acceptare & aliam repudiare, l. 1. §. quibus. ff. de successo. edict. Si uero filius neque agnouit neque repudiauit, & tunc idem est ac si repudiasset, quia per mortem filii deficit successio & defertur nepoti ex successorio edicto perinde ac si non esset in medio. d. l. 1. §. quibus. ff. de successo. edicto. Et semper succedunt ambo de iure prætorio, nec habet locum transmissio. l. emancipata. sup. qui admitti. Hodie uero ambo succedere possũt de iure ciuili in casibus in quibus succedunt de iure prætorio. per. §. nullam. in auth. de hæred. quæ ab intest. Item si non repudiauit filius nepos etiam potest uenire ex transmissione ratione iuris deliberandi utroque iure per. l. primam. infra de iis qui ante aper. tabul. & l. cum antiquoribus. inf. de iure delib. quæ procedunt etiam in bonorum possess. ut dixi in l. emancipata. sup. qui admit. si fatetur se hæredem patris, sed si negaret se hæredem in totum excluderetur ut infra dicam. Sed in hoc casu nõ colligitur sensus contrarius si nepos se fatetur hæredẽ, quod potest succedere iure ciuili, quia nunquam iure ciuili emancipati succeduut hoc tempore, etiam referẽdo ad decisionem legis, & ideo dicendum est quod hęc lex non decidit istum casum, quia non potest habere locum sensus contrarius, tum quia lex ista præsupponit quod erat dubitatio an posset succedere de iure ciuili, tum etiam quia non ponitur iste casus hic, quia nõ cõuenit uerbum maxime emancipatus, quod tantum cõprahẽdit nepotem si recte inspiciatur litera cum alias, quin in ea diceretur maxime emancipatus. Quare concludẽdum est quod nullo modo iste casus deciditur in hac lege, licet certo modo posit ex ea inferri.

59 Secundus est † casus, quando nepos solus fuit emancipatus, & tunc si filius se immiscuit in bonis aui nepos succedit de iure prætorio patri suo, & per mediam personam patris auo, & non potest separare unam ab alia, quia unitum est patrimonium, & ideo uel ambas debet acceptare, uel ambas repudiare. d. l. 2. & 3. ff. de acquir. hære. & argum. d. l. quidam elogio. inf. de iure deliber. Si uero filius se abstinuit, & tunc uacant iura utilia hæreditatis, & de iure prætorio deferuntur nepoti ex successorio edicto. argum. l. primæ, §. sed si sint. ff. ad tertullianum. Et quia est emancipatus, solum potest succedere iure prætorio, & nunquam iure ciuili, & non interest an acceptauerit uel repudiauerit hæreditatem patris, quia cum facta sit separatio, sunt duæ hæreditates, ambæ possunt acceptari & repudiari, & una acceptari & alia ommitti per istum textum. Si uero filius deliberans uel ignorans mortuus fuit, & tunc de iure ciuili transmittitur in nepotem etiam emancip atum ex potẽtia suitatis si fatetur se hæredem. l. apud hostes. infra de suis & leg. Sed tamen potest diuidere repudiando hæreditatem aui. l. si quis filium. §. primo. ff. de acquir. hære. Sed de iure prætorio iura utilia dicuntur uacare ꝑpter beneficium abstinendi, quia illo iure nullus est necessarius uel suus hæres, ut dixi in l. emancipata. supra qui admitti. ergo mortuo filio antequam eam acceptet successio in totum deficit, ideo de iure prætorio ex successorio edicto uocabitur ad hæreditatem aui, Sed hoc casu si filius se abstinuit non procedit sensus contrarius, quia, ut dixi, non interest an acceptauerit hæreditatem patris uel repudiauerit, quantum ad hoc ut posit succedere de iure ciuili auo, cum nunquã eo iure uocetur, sed si filius mortuus fuisset ignorans uel deliberans, tunc quia suitas potest facere eum hæredem, mortuus transmitteret hæredi. ex potentia suitatis in nepotem, & ideo si nepos acciperet hæreditatem patris succederet iure transmissionis de iure ciuili auo, & etiam de iure prætorio in utilibus ex successorio edicto, & sic uerificari potest sensus contrarius in hoc casu nepotis emancipati, & per consequens deciditur in hac lege. Et ideo non sine ministerio dixit maxime emancipatus, referendo ad nepotem solum, De iure uero authentico, uel per nouas cõstitutiones quomodo posit succedere dicam infra, quia iste casus æquiparatur casui quando ambo sunt in potestate.

60 Tertius † est casus, quando filius est emancipatus & nepos in potestate, & tunc si filius agnouit bonorũ possess. patris nepos non poterit separare hæreditatẽ patris ab hęreditate aui, ut dictum fuit l. si quis filium. §. fina. ff. de acquiren. hære. ideo tamquam suus hæres uocabitur ad utranque de iure ciuili, & si abstinebit, neutram habebit, quia in hæredi. quæsita cessat successoriũ edictum, ut dixi in rub. quando non pet. par. Si uero repudiauit, & tunc nepos ex iure ciuili directo efficitur hæres, cum nemo eum præcedat. §. sui. insti. de hæred. qualit. & differ. & poterit etiam acceptare uel repudiare patris hæreditatem, quia separatæ sunt. Si uero neque agnouit neque acceptauit, & tunc est idem quod habebit eam directo ratione suitatis, quia dicitur repudiata quando ante mortem non agnouit. d. l. emancipata. & l. 1. §. quibus. ff. de successo edicto. & non interest an acceptet patris hæreditatem, uel repudiet, quia separatę sunt hæreditates. Et in hoc casu non habet locũ hæc lex, neque in sensu directo, quia semper auo succedit de iure ciuili, neque in sensu contrario, quia non interest an acceptet partis hæreditatem uel non, quia semp succedit iure ciuili. Hodie uero fortius ueniet iure ciuili, & patre repudiante ex successorio edicto uocabitur de iure ciuili, & patre acceptante similiter unde liberi habebit utranque hæreditatem. Et patre deliberante si negabit se hæredem excludetur in totum iure transmissionis nouæ quæ trahit etiam bonorum poss. ut infra dicam, Sed si dicit se hæredem patris sui, tunc habebit transmissionẽ ratione sanguinis. le. 1. inf. de iis qui ante aper. tab. & ratione iuris deliberandi, iuxta l. cum antiquioribus. inf. de iure delib. Et sic hæc qualitas, qđ succedat nepos solo iure prætorio, hodie non uerificabitur hoc casu, nec olim. Ex quibus patet quod de prædictis tribus casibus duo sint qui non deciduntur per l. nostram. primus & tertius, quia non conueniunt omnibus qualitatibus eius, Sed secundus casus de nepote solo emancipato potest conuenire qualitati utriusq; dicti legis, & non sine ministerio dixit maxime emancipatus, ut sit quędam extensio quæ hoc casu tantum adaptari potest.

61 Quartus est † casus in quo proprie procedit lex nostra, quando uterque est in potestate, nam uerificatur in primo qualitas quod solo iure prætorio potest succedere auo si negauit se hæredem, item uerificatur sensus contrarius, quod si fatetur se hæredem patris quod potest succedere patri tamquam suus, & auo etiã hoc tempore de iure ciuili, saltem iure trãsmissionis ex potentia suitatis, & quod solo iure prætorio posit succedere auo quando se negat hæredem patris probant arguendo a sufficienti partiũ enumeratione, quia tanquã suus non potest succedere quia pater est suus, & suitas non capit nisi unum gradum. §. sui. inst. de hæred. qual. & differ. & §. ita demum. inst. de hæred. quæ ab intesta. Item non potest uenire tamquam suus ex successorio edicto, quia in suis non cadit successio. l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legitimis. Item non potest uenire ex capite agnatorum, tum quia extantibus suis non est locus capiti

piti agnatorum.§.primo.inst.de leg.agna.successio.tum etiam quia pater est primus agnatus. Item non potest uenire ex successorio edicto inter agnatos.§.placebat. insti.de legiti.agna.succes.Et cum nullo alio modo successio ciuilis concedatur,sequitur quod iure ciuili succedere non potest, ergo solo iure prætorio facultates aui consequi potest. Nec obstat l. si quis filio exhæredato.ff.de iniust.rup.& l.scripto.ff. unde liberi. & l.1. §.sciendum.de suis & legitim. & l.fi.ff.de condi. instit. ubi nepos succedit iure ciuili,& est suus præcedente patre,quia loquitur quando factum est testamentum , & postea est destitutum per longum tempus post mortē aui,nati tunc tempora quo defertur successio abintestato reperitur nepos obtinere primum locum, ut dixi in præmissis.Non obstat l.item prætor.§. fi. ff. de suis & legit.quia ibi tempore mortis non erat delata hæreditas propter posthumum qui sperabatur, & tempore quo fuit delata successio soror erat ī primo gradu. Sed hic in tempore mortis statim delata est successio, quo tempore filius erat in medio,merito nepos tamquam suus non potuit succedere.Quare remanet quod iste intellectus est bonus ad istam legem,& optime procedit in utroque dicto.

62 Sed dubiū factum† est hic per oēs, an hodie ista lex sit correcta in illa qualitate quod solo iure prætorio possit succedere nepos auo,nam & sic, an sit correcta ampliatiue ut nepos utroque iure possit succedere, cū hodie omnes bonorum possessiones sint utiles,& per consequens quod in omni casu quo potest succedi de iure prætorio potest etiā succedi de iure ciuili , & difficultas reducitur ad hoc an de iure ciuili habeat locum successorium edictum inter suos de persona in personam, & de capite suorum ad caput agnatorum uel cognatorum,& de persona in personam inter agnatos. Glo.hic & Vgol.dicebant quod sic,quia propter beneficium abstinendi sui hæredes effecti fuerunt tamquam uoluntarii,ideo eis etiam extantibus potest deueniri ad sequētes in gradu.& capite etiam de iure ciuili,per §.sed iis. inst.de hæred.qual.& differ.Et hanc opinionem sequitur Bar.hic.uer.oppono quia hodie.per.§.placebat.insti.de leg.agn.succes.quia cum inter agnat. sit locus successorio edicto.d.§.placebat.& suitas,ꝑpter beneficiū abstinendi nō impediat quod possit deueniri ad agnatos.l.defunctis.inf.de legiti.hæredib. ergo oportet dicere quod iste nepos hodie potest tanquam agnatus ex successorio edicto uenire,& propterea etiam iure ciuili succedere potest,& per consequens qualitas istius legis hodie est correcta per dicta iura.Et ad allegata per antiquos,quod duo non possunt esse domini uel hæredes insolidum.iux.legem hæreditatem.§.fi.ff.de castrēsi peculio.respondet non inconuenire quod de iure ciuili unus sit hæres directus,& alius sit hæres habens utiles actiones.l.1.§.si quis adita.& l.secunda.§.& si sint. ff.ad tertulianum.coniuncta leg. & si siue. §. sed quod Papinianus.digest.de minori.& in §.restituta.instit.de fideicommi.hæredit. in trebellia. restitu.ut hic latius per eum.

Sed quia antiqui reprehendebant Vgoli.qui uellet l.istam corrigi propter beneficium abstinēdi, quod nō uidetur posse stare,cum beneficium abstinendi fuerat ante istam legem,& ista lex fuisset correcta antequam facto fuisset, ideo Barto.defendendo Vgol.dicit quod non per beneficium abstinendi sed per.§.placebat. correcta est ista lex.& sic consentit Barto. cum antiquis ꝙ ista lex non potest corrigi per.§.sed iis.insti. de hære. qual.& differ.Tamen hæc defensio Barto.fuit imperfecto,quia Vgolinus non dixit quod propter beneficium abstinendi esset correcta ista lex,sed dixit quod per.§. placebat.fuit correcta mediante beneficio abstinēdi, quia non potuisset.§.placebat.qui loquitur de agnatis transuersalibus in quibus non est obstaculum suitatis, corrigere hanc legem quæ loquitur de agnatis stante obstaculo suitatis,Nisi fuisset beneficium abstinendi, quod fecit ut non obstante suitate & successio possit uacare ut habilitetur successor ad eam consequendam & sic in effectu lex nostra corrigitur per dictum §. placebat. coniuncto beneficio abstinendi concesso suis, & mediante habilitate per illud inducta. Decius uero conatur defendere Vgolinum etiam in sola ratione beneficii abstinendi, & conatur demonstrare quod propter beneficium abstinendi de iure prætorio tempore digestorum habebat locum successorium edictum , & conatur ostendere hanc fuisse mentē Vgol.Quod apparet falsum , & aliud notissimum est,cum nullus unquā negauit nec cogitauit negare successorium edictum de iure digestorum fuisse cognitum ex edicto prætoris, quia si titulus de successorio edicto est in digestis, quis potuit dubitare quod de iure digestorum non habebat locum successorium edictū.Et qui hoc negaret diceret contra uerba & expressam decisionem istius legis.

Difficultas autem quæ est inter doctores procedit de iore ciuili,an propter beneficium abstinendi de iure ciuili haberet locum successorium edictum,tam ante legem nostram quam post eam. Ideo pro resolutione distinguendæ sunt plures quæstiones.Prima est, an de iure.l.12.tabularum inter suos hæredes haberet locum successorium edictum de persona in personam, & de capite in caput. Secundo,an de iure prætorio haberet locum.Tertio,an de iure ciuili post beneficium abstinendi,& de iure digestorum haberet locum successorium edictum de persona in personam, & de capite in caput,quæ tria concernunt intellectum legis tempore suo.Quarto an tempore.§.placebat. haberet locum de iure ciuili. Quinto quid de iure authentico quas quæstiones separatim ponit hic Romanus.Sexto an ista lex hodie sit correcta in illa qualitate, quod nepos solo iure prætorio possit succedere,& sic sit correcta ampliatiue ut hodie utroque iure possit nepos succedere, Septimo an hodie hæc lex correcta sit remotiue, ut nullo iure nepos possit succedere auo si repudiauit hæreditatem patris.

63 Prima† quæstio facilis est, & receptum est ab omnibus quod tempore.l.12. tabularum non habebat locū successorium ius,stantibus suis,neque de persona in ꝑsonam , neque de capite suorum in caput agnatorum, quia sui erant hæredes, & non poterant desinere esse hæredes in aliqua parte.d.§ sui . inst.de hære.quali. & differ.& cum non posset uacare successio, non poterat esse locus successorio iuri,quod præsupponit primum haberi ac si nunquam fuisset in medio l.1. §. quibus.ff. de success.edict.& notatum fuit in rub.& l.1.sup.quando non peten. partes.

Secunda quæstio etiam est facilis, quod introducto beneficio abstinendi de iure prætorio esset locus successorio edicto,etiam stantibus suis hæredibus de capite in caput,& de persona in personam,ut clare decidit iste tex.& d.l.1.§.sed uidendum.ff.de successo.edict.& l.quod de bonis.§.huic.ff.de carb.edict.& l.& si modica.§.si filius.de bon.lib,& l.siue.§.fina.ff.de iure patronatus. Et in hoc omnes consentiunt,qui tenent quod lex nostra loquitur de filio & nepote in potestate,& satis constat, quia iure prætorio nullus est necessarius hæres,& suitas non attenditur in iuribus utilibus. l. emancipata.sup.qui admit.

64 Tertia† est quæstio,an de iure ciuili stāte beneficio abstinendi sit locus successorio iuri,& in hoc doctores sunt uarii,nam Iacob.de Arena,Cin.Iacob.Butri.& alii antiqui quos refert Barto.tenebant quod non,quia duo domini insolidum non possunt esse.l. hæreditatē. §.fi.ff.de castr.pecul.& non obstante beneficio abstinēdi ille remanet hæres & dominus. l. si filius qui patri. ff.de uulg.& pupill. ideo alius non potest effici hæres uel dominus de iure ciuili.& facit tex.in l.1.§.sciendū. ff.de suis & legiti.& d.l.scripto.ff.unde liberi ibi proculdubio

culdubio nec potest uenire tamquam agnatus. Item facit. d. §. placebat. quia si inter agnatos quando nõ erat impedimentum suitatis non erat locus successorio iuri, ergo tanto minus existente impedimento suitatis. Quarto facit secundum Sapiam hic, suus remanet semper suus. l. 1. §. qui in potestate. ff. siquis ommis. caus. testam. & l. cum quasi. §. sed & siquis. ff. de fideicom. libe. intantum quod perpetuo poterat reuocare abstensioné. l. siquis suus. ff. de iure deliber. & hodie per triennium. l. fi. inf. de repud. hære. ergo uidetur quod non habeat locum successorium edictum, cum sit reuocabile ad primum. Quinto facit, quia si propter beneficium abstinédi esset locus successorio edicto in suitate, sequeretur quod primo abstinente nepos qui ex successorio edicto haberet suitatem rumperet testamentum, quod tamen falsum est, ut per Alex. in lege Gallus. in princ. ff. de lib. & posthum.

In contrarium tamen, quod immo etiam haberet locum successorium ius de iure ciuili tempore digestorũ, facit tex. in l. 2 §. & si sint. ff. ad tertul. ubi repudiantibus suis ex orficiano mater succedit, & sic ex successorio edicto de iure ciuili. Secundo facit. l. si modica. §. si filius ff. de bon. liber. ubi suo abstinente deuenitur ad patronum, & tamen de iure ciuili abintestato succedit patronus. insti. de succes. lib. in princi. Tertio facit tex. in l. siue. §. fi. ff. de iure patro. ubi generaliter dicit non obesse patrono, & est glo. in §. cum uero maiores. in uerbo deduximus. inst. de succes. libe. Quarto probatur in l. is qui. ff. de inoff. testam. in sui generalitate. Quinto facit lex defuncti. inf. de legiti. hære. quæ lex facta fuit ante istam legem, ut etiam perpendit Iason. quia facta fuit a Dioclitiano qui præcessit Constantinum, ut patet in historiis Cæsarum, & probatur ex ordine legum codicis quæ ponuntur secundum ordinem imperatorum, ut in prima consti. codic. §. quibus. uer. ita tamen. & in hoc titulo lex facta a Dioclitiano præcedit istam. Sexto facit. l. ex contractu. cum ibi not. ff. de re iudic. & l. & si sine. §. sed quod Papinianus. ff. de minor. ubi per abstensionem uel restitutionem fit locus successorio iuri ex testamento, ergo etiam abintestato. Septimo facit secũdum Sapiam, quia unde legitimi non datur nisi uocatis a lege ciuili. l. 2. §. fi. ff. unde legiti. sed suo abstinente sequ. agnatis datur. l. 1. §. sed uidendum. ff. de succes. edicto. ergo etiam uocatur de iure ciuili.

Sed pro resolutione distinguendi sunt septem casus. Primus est, an nullis existentibus suis hæredibus tépore mortis agnati uocentur, & tunc casus est clarus quod ad eos deuenitur ex uerbis. l. 12. tabularum. insti. de legiti. agnat. succes. in princip. & l. 1. §. post suos. ff. de suis & legi. Secundus casus est, utrum successorium ius de persona in personam in eodem capite haberet locũ ante legem istam. Et tunc similiter casus est clarus qđ non, neque in suis. l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legitim. & per textum nostrum hic, neque inter agnatos. dict. §. placebat. nec beneficium abstinendi in hoc proderat. Et inter suos ratio erat, quia primo existente suo non potest alius suus reperiri per rationem doctorum hic, quia non possunt essent duo hæredes insolidum. l. si hæreditatem. ff. de castr. pecul. §. fi. Nec ualet ratio Barto. quod de iure ciuili possunt esse duo hæredes insolidũ, unus directus, & alius utilis, quia in suitate non reperitur ista qualitas qđ sit utilis, quia suitas est ius directũ, ut dicebat Angel. in sua diffinitione, & nepotes uel alius sequons in gradu non potest effici suus utiliter, qa fictio fictionis esse non potest. l. 1. ff. de seruit. leg. Item si hoc non admittebatur inter agnatos de persona in personam in quibus non erat hoc impedimentum suitatis, tanto minus inter ipsos suos. Et ideo in isto text. dicitur quod solo iure prætorio nepos succedere potest. qui text. propter hoc solum factus fuit ut demonstraretur beneficium abstinendi non aperire locum de iure ciuili sequentibus liberis, quia suitas utilis non reperit concessa a iure ciuili sequentibus liberis, Nõ ob. quod iuri dicédi nullum sit locus successioni, quia ibi non agitur de suitate concedenda sequenti, sed de iure agendi formato concedendo, & actio transmittitur sicut alia iura hæreditaria, ut in simili dicunt doctores de iure petendi supplementum in l. omnimodo. sup. de inof. test. Non obst. alia iura sup. allegata, quia non loquuntur de successione de persona in personam, sed de capite in caput.

Tertius casus est, utrum de iure ciuili habeat locum successio de capite suorum ad caput agnatorum uel legitimorum non obstante suitate, & in hoc iura prædi-
65 cta uidentur contrariari. Tamen uera est conclusio† qđ de iure ciuili permittebatur successio, d. l. secunda. §. & si sint. ff. ad tertulianum. & dicta l. & si modica. §. si filius, & l. siue. §. fi. & d. l. defunctis. quæ cauillari non possunt, ut intelligantur de iure prætorio, sed hæc cõclusio procedit solum quando ipsi sui abstinuerunt, ut dicunt iura prædicta, quia tunc nomen heredis est uanũ, & iura directa sterilia sunt, & omnia iura utilia transeunt in sequentem in capite. Sed antequam abstineat non potest habere locum hoc iure, quia suitas in primo conseruat dominium omnium iurium. Et si moriatur antequam se immisceat omnia transmittit. le. apud hostes. inf. de suis & legiti. & l. ex milit. §. fi. ff. de milit. test. Ideo necessarium est quod de iure prætorio fiat ista transmissio de iuribus utilibus creatis a prætore, in q. bus iuribus utilibus suitas nihil operatur, & non acquiruntur nisi agnoscendo bono. poss. & si moriatur antequam acceptet non transmittuntur. l. emancipata. ubi dixi. sup. qui admit.

Quartus casus est, quando suus uult succedere sibi ipsi ex capite agnatorum tamquam agnatus, quod sine dubio permissum est iure prætorio. l. 1. §. sed uidendum. ff. de successo. edicto. an etiam iure ciuili permittatur. Et similiter puto quod non, quia hæc successio in eadẽ persona de capite in caput non erat permissa, sed in nepote est magis dubium an tamquam agnatus possit uenire de iure ciuili patre eius suo herede abstinente a successione, & doctores non clare firmant, & Sapia num. 46. Et quod non ueniat facit. d. l. scripto. ff. unde liberi. ibi, proculdubio non est agnatus. Sed mihi placet qđ posset uenire, per textum in dicta l. defunctis. in ratione sui, quia qua ratione frater potest uenire, uidetur et idem dicendum in nepote, & fortior ratio militat in eo, quæ assignatur per dict. §. placebat. quod tamen intelligo uerum si suus repudiauit, sed si non abstinuisset, licet moreretur, tamen hoc iure & iure digestorum nõ poterat nepos uenire tamquam agnatus ex successorio edicto, & hoc modo procedit. d. l. scripto. ff. unde libe. Nec prædictis obstat iste text. qui uult quod solo iure prætorio nepos potest succedere, quia iste tex. loquitur quando filius mortuus fuit antequã acceptaret uel abstineret, quo casu nec de iure digestorum nec hoc tempore erat locus successorio edicto de iure ciuili, neque de capite suorum ad caput agnatorum transuersalium, nec ad agnatos descendentes, & per prædicta declaratur iste tex. quomodo procedere possit, & quæ qualitas fuerit in filio quod hic filius neque acceptauerat neq; repudiauerat, ut firmaui in præmissis. Tum quia l. non dicit de repudiatione & acceptatione, ergo nec nos dicere debemus. argum. l. illam. inf. de collatio. tũ etiam quia acceptare & repudiare facti sunt & non p̃sumuntur, ut no. in l. si emancipati. de colla. Item & tertio, quia si filius acceptasset esset effectum unum patrimonium, & nepos succedendo patri tamquam suus eadem ratione per mediam personam filii succederet tanquam suus auo de iure ciuili, & si filius se abstinuisset nepos ex successorio edicto etiam de iure ciuili ex capite agnatorum potuisset succedere. per dictam legem defunctis. inf. de leg. hære. ergo debet intelligi solum in illo casu quo filius ignorans uel deliberans mortuus est.

Er

Et iste est uerus intellectus legis. cui solum obstat, quia filius uidetur transmittere ad hæredes suos ex potentia suitatis, ergo nepos non potest admitti si negauit se hęredem patris. Sed solutio est quod in iuribus utilibus inuentis a pretore suitas nō operatur acquisitionem nec transmissionem, ut dictum fuit in le. emancipata. & infra dicetur.

66 Sed succedit † alia dubitatio, an hodie iste nepos possit succedere auo de iure ciuili ex successorio edicto per. §. placebat. & sic an hæc qualitas quod nepos solo iure prætorio uenire possit, sit correcta, & an hæc lex sit correcta de iure institutionum. Doctor. etiam in hoc sunt uarii. Glosa hic Ioannis in principio dicit quod sic, & idem replicat Vgolinus etiam in fine glo. propter beneficium abstinendi concessum suis hæredibus. Quam conclusionem repræhendebant antiqui per illas duas rationes, quia iure ciuili duo possunt esse insolidum hæredes. l. si hæreditatem. §. fi. ff. de cast. pecul. & quia. §. sed iis refert ius antiquum ante legem istam, ideo hæc lex fuisset correcta antequam fuisset facta. Barto. uero defendit per l. defunctis. inf. de legiti. hæredib. & quia iure ciuili duo possunt esse hæredes insolidum, ut unus habeat iura directa & alius utilia. l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de mino. & §. restituta. inst. de fideic. hær. & ad motiuum quod esset correcta antequam esset facta, respondet quod non corrigitur lex per. §. sed iis. inst. de hær. quali. & diffe. Sed per d. §. placebat. Quæ defensio declarari debet ut supra dixi. quod per. §. placebat inducitur quod possit nepos uenire tamquam agnatus mediante beneficio abstinendi quod sustulit effectum suitatis & facit quod non obstāte suitate hæreditas uacaret ut posset sequenti deferri ex successorio edicto.

Ex qua solutione duo colliguntur, primo quod per §. placebat. non fuit inductum ut nepos tamquam suus succedat auo & ueniat ex capite suorum, sed solum fuit inductum quod nepos possit uenire tamquam agnatus ex capite agnatorum. Primam conclusionem sequūtur omnes, quia. di. §. placebat solum disponit de capite agnatorum, ut in eo sit successorium ius de capite suorū. Et probatur ratione concludenti supra allegata, quia alias nepos efficeretur suus hæres utiliter, & sic esset unus suus directo, & alius suus utilis, quod iure nō probatur. Et est contra naturam suitatis quę semper est ius directum ut uolunt doctores tenētes diffinitionem suitatis traditam per Angelum de qua in præmissis. Secūdam cōclusionem quod nepos per d. §. placebat. possit uenire tamquam agnatus de iure ciuili. similiter sequūtur communiter docto. Sed multi contradicunt quos refert hic Alex. quia. d. §. placebat. disponit quod inter agnatos transuersales habeat locum successorium edictum de persona in personam quādo defunctus nullos habuit suos hæredes & successio principaliter transuersalibus fuit deuoluta & nunquam fuit obstaculum suitatis. Sed quando sui supersunt defuncto, & quod inter agnatos descendentes habeat locum successorium edictum, non declarat, nec decidit ille tex. & sic non determinat quod suo non acceptante nepos ex successorio edicto tamquam agnatus possit de iure ciuili succedere. Ideo cum d. §. sit correctorius non debet extendi ad d. agnatos descendentes. argum. no. in auth. quas actiones supra de sacrosanct. eccles. Et quod de eis tantum loquatur suadet natura tituli qui tractat de transuersalibus quando non fuerunt in medio sui, & dicitur in principio illius tituli, item se referre ad casus præcedētes in quibus de eis solis agebatur ut dicebat Iason. Pręterea in successionibus correctio facta in una linea nō trahitur ad aliam lineam. l. 3. §. liberis. ff. de legat. præstand. ubi fuit necessarium exprimere de liberis & parentibus, & non trahitur ad transuersales. Et sic dictus. §. placebat. non uidetur probare opinionem glo. & Bartol.

67 Secundo adducit † Barto. tex. in dicta lege defunctis: qui textus fuit de farina Bart. Et fecit uacillare omnes doctores hic. Sed Bal. respondet quod ille tex. intelligitur de iure prætorio, quia si simpliciter intelligeretur de iure ciuili destrueret totum mundum, sed quia huic responsioni repugnat uerbum consanguinitatis, quæ est de iure ciuili. l. prima. §. post suos. ff. de suis & legitim. & natura tituli de suis & legimis, & natura materiæ, quia ante titulum de testamentis tractauerantcō pil. de successione prætoria, & postea ceperunt tractare de successione ciuili, Ideo secunda est responsio eiusdem Bal. quod ibi suitas non operabatur aliquem effectum, quia debet intelligi quod sui ibi erant instituti sub conditione potestatiua, uel eis erat datus cohæres extraneus, uel substitutus uulgaris, uel data licentia abstinendi, per quæ tollitur effectus suitatis ut no. in l. si filius hæres. ff. de liber. & posthum. & l. si filius qui patri. ff. de uulg. & pupillari. Ideo repudiatio suorum ibi facit uacare successionem, & perinde haberi ac si non essent sui, qui etiam intellectus, ultra quod est diuinatiuus, est etiam contra textum ibi in uerbo suis, & uerbo abstinent. & apparet cauillus sophisticus. Item est contra textum in d. l. prima. §. sciendum. & l. scripto. ff. unde liberi. ibi, proculdubio non est agnatus, & sic apparet quod nec etiam eo casu poterat uenire tamquam agnatus. Tertia responsio datur quod ille tex. loquitur de agnatis ex transuersalibus non descendentibus ut dicitur in dicto. §. placebat. Quarta est responsio Iaso. quod in dicta l. defunctis. sui repudiauerant, & propter beneficium abstinendi uacauerat successio, non obstāte suitate, hic autem filius non repudiauerat nec abstinuerat nec acceptauerat, & portio non uacabat, ideo non poterat habere locum successorium edictum, quæ responsio adhæret ueritati, ut infra dicam. Quintā dabat hic Gozadin. dicens ibi punctuari inter uerbum suis & uerbum abstinentibus, & subaudiēdo uerba scriptis hæredibus, & sit sensus, quod repudiantibus scriptis hæredibus frater succedit si sui iam sint defuncti. Qui intellectus participat de intellectu Bal. sed & ipse cauillus est, & refugium miserorum, & diuinatiuus, & simul destructiuus literæ. Decius tamen conatur defendere communem sententiam, quod immo per §. placebat. sit correcta lex nostra, ampliatiue inducendo, q̄d etiam possit succedere nepos de iure ciuili, quia dic. §. placebat loquitur de agnatis, & agnati sunt æque descēden. sicut transuersales, quia sunt coniuncti per lineam masculinam, ut insti. de leg. agn. success. & de leg. agn. tutela. Ideo ex uirtute sermonis & uocabuli agnatorū ibi disponitur quod inter omnes agnatos tam descendentes quam ascendētes quam transuersales habeat locum successorum edictum, quia sermo generalis generaliter intelligitur etiam quod ratio maior militet in uno casu quam in alio. l. 1. §. quod autem. ff. de usu. aleç & aleat. & l. in fraudem. §. fi. ff. de milit. testam. not. in l. prima. supra de edendo. & per hoc cessat prima ratio de extensione, quia est compræhensio, non extensio, & dato quod esset extensio, permitteretur, cum ratio ibi sit assignata in tex. ne quod conceditur distantioribus denegetur proximioribus, ex quo, licita est extensio et in correctoriis, ut per glosam in auth. ut ii qui obligat. per. res min. in uer. curatorum. cum similib. adduct. hic per eum. Nec obstat quod natura tituli & natura præcedentium non conueniat transuersalibus, quia quāuis ille sit factus propter transuersales, tamen decisio postea fuit generalis de omnibus agnatis. arg. l. regula. §. licet. ff. de iur. & fac. ignor. & sic efficaciter probat opinionem Bar. secundum eum. Similiter dicit opinionem Bar. probari in d. l. defunctis. Nec ob. responsio Alexā. quod loquatur de agnatis transuersalibus, quia simpliciter loquitur de omnibus agnatis, ut statim dictū fuit & cōpræhendit etiam agnatos descendentes. & Ias. dicit quod est subterfugium. Nec ob. responsio Ias. quia si tex.

tex.hic uult quod habeat locum successorium edictũ, ergo præsupponit quod repudiauit, quia alias non uacaret successio. Item tunc transmissio impedit successorium edictum ratione suitatis, quæ non fuit sublata. Tertio allegatur tex. pro communi in §. 1. & §. consequens. in auth. de hær. quæ abintesta. ubi dicitur quod si extant descendentes non admittuntur alii. per quem tex. Fulgo. hic tenet communem opinionem. Sed Ang. hic & Iason & moderni respondent, quia loquitur de admittendis illis descendentibus quorum pater non uiuebat tempore mortis, & sic illi tunc obtinebant primũ locum, non autem loquitur, quod admittatur post abstensionem primorum, nec quando decesserunt delibe rantes, hic uero loquitur quando pater excedebat nepotem tempore mortis, & sic nihil facit.

Ego autem pro resolutione puto considerandum, & primo circa legem defunctis placet opinio quam sup. posui, quod per illam nihil noui inducatur in text. nostro, quia illa precessit, ut dicit hic Ias. Angel. column. 23. & plerique moderni, ac placet intelligatur ut iacet, quod suis abstinentibus ex successorio edicto deueniatur ad agnatos transuersales, & sic fit successio de capite suorum ad caput agnatorum, sed quod loquatur quã do sui se abstinuerunt. Nec contradicit huic legi, quia hæc loquitur quando filius neque acceptauerat neque repudiauerat, sed ignorans uel deliberans erat mortuus, ita quod suitas impediebat successorium edictum, faciendo quod successio non uacaret, & eadem ratione ego puto quod d. §. placebat non loquatur in terminis, quia loquitur in casu quo uel nullus erat suus, ita ꝙ per mortem primi uel repudiationem uacabat, uel si pꝛ̃cesserat suus, quod ille repudiauerat, ut sequens posset uenire ex successorio edicto, hic autem tex. loquitur quando suus mortuus est non facta abstensione, ita qđ transmittere potuit ad hæredes. l. siquis filium. §. pri. ff. de acquir. hæred. & l. apud hostes. infra de suis & legit. Et hac responsione attenta, non est necessarium disputare an loquatur de agnatis descendentibus uel transuersalibus, quia porrigi possit ad descendentes agnatos, tamen non per hoc tangit legem nostram, quæ secundum communiter antiquos & omnes modernos loquitur solum quando filius neque adiuit neq; repudiauit. Et idem etiam dici potest de d. §. consequens. si loqueretur de descendentibus qui precesserant tempore mortis, quia intelligeretur de ipsis abstinentibus, & sic iura allegata per doct. non faciunt ad propositum thematis decisi in l. nostra.

Igitur pro resolutione considerandi sunt septem casus ultra docto. Aut quæritur an in transuersalibus agnatis nullo existente suo inductum sit successoriũ edictum de persona in personam, & tunc omnes consentiũt quod sic, & quod noua sit decisio: quia l. defunctis. & aliæ leges loquebantur de successione ex capite suorum ad caput agnatorum, non autem de agnatis inter se. Aut secundo queritur an extantibus suis determinetur quod habeat locum successorium edictum ad caput agnatorum, & tunc uerior est opinio quam supra firma ui quod hoc nouiter non fuerit inductum per illum. §. quia iam erat decisum per d. l. defunctis. & alias leges supra allegatas. Aut tertio quæritur an per illum §. inducatur nouiter quod extantibus suis & repudiantibus nepotes possint uenire tamquam agnati, & in hoc magis placet opinio Dec. quod hoc nouiter inducatur per rationem suam, quia si hoc est concessum agnatis transuersalibus iniquum esset quod non esset concessum agnatis descendentibus quibus magis debetur successio l. cum ratio. ff. de bon. dam. & d. l. scripto. in fi. ff. unde liberi. Aut uero quæritur quarto loco an nepos possit uenire tamquam suus ex successorio edicto per illum. §. & tunc puto omnino dicendum quod non, quia nec tempore Iustiniani codicis nec institutionum fuerat inductum quod inter suos esset successio, quia oporteret creare suitatem utilem quæ transiret in sequentẽ, quod iure non reperitur decisum. Nec ratio hoc dictat, cũ suitas sit ius directum, & fictio fictionis esse non possit. l. e. 1. ff. de serui. leg. Aut uero & quinto loco quæritur an extantibus suis & morientibus antequam acceperint uel repudiauerint, nepos uel alii agnati possint uenire de iure ciuili, & tunc puto ueriorem esse opinionẽ ultramontanorum quod hoc nouiter non sit inductum per illum. §. qui non potest loqui in hoc casu, sicut nec etiam lex defunctis cum eis morietibus ignorantibus uel dum deliberant successio non possit dici uacare, ꝓpter effectum suitatis qui adhuc duret & sit transmissio d. l. apud hostes. Quare ego concludo quod l. nostra nõ est correcta per di. §. placebat. qui loquitur quando filius in potestate mortuus est deliberans uel ignorans, & uirtute suitatis non potest uacare successio, nec deferri sequentibus ex successorio edicto, cum per dic. §. placebat. non sit sublatus aliquis effectus suitatis, & per consequens sequitur quod de iure codicis & institutionũ iste nepos non potest succedere nisi iure prætorio.

68 Sexta quæstio† est, an hæc lex sit correcta per ius authen. Et in hoc etiam est opinio communis, quod de iure auth. sit correcta, quia eo iure sublata est differentia emancipationis & patriæ potestatis. §. nullam. in auth. de hæred. quæ abintest. & inter suos est locus successorio edicto, quia sequentes in gradu uocantur per nomen naturale liberorum, & descendentibus in infinitũ concessa fuit successio. §. 1. in auth. de hær. quæ abintestet. non facta differentia emancipationis & patriæ potestatis, & per consequens non habita consideratione suitatis. Unde sicut inter emancipatos primo repudiante uel moriente habet locum successorium edictũ, eadem ratione idem erit pluribus existentibus in potestate, & ab hac opinione nemo uidetur discrepare, sed ego puto quod nec etiam de iure auth. nepos in casu l. nostræ possit uenire ex successorio edicto, quia non apparet in aliqua parte quod suitas sit sublata eo iure nec effectus suitatis, ut per Bar. in l. uentre. col. 3. uersic. 4. casus. nu. 12. & col. 5. uer. concluditur nu. 19. ff. de acquir. hær. quem ibi sequitur Imola & communiter docto. & in l. emancipata. ubi Ias. posuit, & ego dixi sup. qui admit. Et est tex. in §. illud. in auth. constit. quæ de dign. ubi uult exemptos a patria potestate retinere iura suitatis, ut concludunt doc. in d. loc. Igitur si filius in potestate existat, incontinenti post mortem patris est suus hæres, & dominus & durat dominus in totum donec se abstineat, & post abstensionem remanet suus, ꝓpter iura directa, ut no. in l. fi. inf. de repu. hære. Et per consequens si moriatur ante abstensionem transmittit iure suitatis ad hæredes quoscunque, ut per doctor. in d. l. uentre. & di. l. emancipata. ergo non potest habere locum successorium edictum in sequentibus in gradu, quia transmissio impedit successorium edictum, ut per omnes ubi diximus in rub. & l. 1. sup. quando non petẽ. par. Nec obstat quod sublata sit differentia emancipationis & patriæ potestatis. d. §. nullam. quia uerum est quantum ad effectum ut ipsi habeant successionem de iure ciuili, sed tamen non per hoc effecti fuerunt sui hę redes, & uidentur tenere doct. inf. licet dubitent an hodie sint agnati, & communis est opinio quod nec agnati sint, nec sui, ideo æquiparatio non est facta in modo succedendi, quia emancipatus non est suus, & ille qui est in potestate efficitur suus, & transmittit ex potẽtia suitatis. Nec ob. quod uocantur omnes descendentes, & inter descendentes est locus successorio edicto, quia illud uerum est quando primo sui repudiauerint ubi sunt sui, & se abstinuerint, sed primis non repudiantib. uel nõ abstinentibus nunquam admittuntur sequẽtes. quia non uacat successio, & successorium edictum præsupponit quod successio uacauerit in primo perinde ac si nunquam fuisset in rerum natura. §. penul. inst. de bonorum poss.

Quare remanet quod de iure authenticorum quantum ad successorium edictum nihil noui fuit inductũ, sed eo iure distinguitur ut in iure digestorum,& in codice,scilicet an repudiauerint uel ommiserint sui, & tunc sequentes admittuntur.d.l.defunctis, infra de legit.hæred.& l.prima.§.si sint.ff.ad tertulianum, & de persona in personam procedit propter.§.placebat.insti.de leg.agna.succes.Sed si sui hæredes non se abstinuerunt,tunc sicut nec iure digestorum nec iure codicis nec institutionum sequentes in gradu non poterãt uenire ex successorio edicto obstante suitate & transmissione facta ex potentia suitatis,ita etiam de iure auth.poterit hoc casu nepos uenire ex successorio edicto.Quamobrem cum lex nostra loquatur solum in casu quo filius in potestate mortuus est deliberans uel ignorans ut dixi in præmissis & infra dicam, remanet quod nullo iure fuit correcta,& quod etiam hodie iste nepos negando se hæredem patris non poterit succedere auo de iure ciuili, sed necessario petet bonorum poss.unde liberi.Quæ conclusio noua uidetur& contra omnes,tamen est uerissima,restringendo ad casus in q bus hodie non fit transmissio ex ratione sanguinis uel ratione iuris deliberandi, sed in casibus in quibus fit transmissio ratione sanguinis uel iuris deliberandi hæc lex est correcta in totum,quia non potest nepos negã do se hæredem habere hæreditatem aui nec iure ciuili nec prætorio ut statim dicam.

69 Vnde septima † est quæstio, an hæc lex sit correcta per legem primam.infra de iis qui ante apertas tab.& l.cum antiquioribus.infra de iure delib.In quo breuiter resoluendo dicas,quod aut filius acceptauit uel repudiauit hæreditatem patris, & tunc non est tractandum de transmissione illarum legum, quia si acceptauit iure hæreditario tota pertinet ad nepotem,si repudiauit, & tunc nepos uenit ex successorio edicto tam ad successionem ciuilem quam prætoriam cum utroque iure uacet.l.defunctis.inf.de leg.hær.& l.1.§.quibus.ff.de success. edicto.in quibus casibus non procedit lex nostra ut supra dictum fuit. Si uero mortuus est ignorans uel deliberans,qui casus proprie deciditur in lege nostra,& tunc puto quod non tantum qualitas legis sit correcta quod solo iure prætorio possit succedere,sed etiam quod nullo modo possit succedere si negat se hæredem patris,& mortuus est deliberans, quia per legem cum antiquioribus.transmittitur omnis successio ciuilis & prætoria,ut no.in dicta.l.cum antiquioribus.& in d.l.emancipata.ubi dixi. sup. qui admitti. Et cum transmittatur successio prætoria non potest habere locum successorium edictum, quia transmissio omni iure impedit successorium edictum,ut not.in rubri.& l.1.sup.quan.non pet.par.Et idem puto dicendũ in transmissione quæ fit ratione sanguinis,si demptone pote remaneat alius descendens in quẽ possit fieri trãsmissio illa,sed si nullus esset alius descendens in quem fieret,non obstaret nepoti,quia cessaret,&ideo ad hoc ut nepos possit uenire ex successorio edicto hodie de iure prætorio,cum de iure ciuili,ut dixi non possit, oportet eum expectare quod hæres patris in quem fuit facta transmissio uirtute.l.cum antiquioribus.excludatur per lapsum temporis,quia non acceptauit infra tẽpus transmissum,uel si facta fuit uirtute.l.1.de iis q ante aper.tab.in aliquem alium habilem, expectet quod labatur reliquum temporis anni transmissum ex ratione sanguinis, quo elapso, quia hæreditas deficiet iure prætorio,ipse poterit succedere auo de iure prætorio, per.d.l.1.§.quibus.ff.de succ.edic.& §.pe.inst.de bon. pos.Et prædicta omnia quæ dixi in 6. q. puto uera siue ambo sint in potestate ut dicit hæc lex, siue nepos tantum sit emancipatus,quia omnia dicta in duobus in potestate procedunt etiam in emancipato solo,quia militat ratio suitatis quæ est in persona patris impeditiua successorii edicti de iure ciuili,sed in duobus filiis emãcipatis per ius auth.corrigeretur hæc lex si de eis loqueretur,quia nepos succederet auo de iure ciuili & prætorio emancipato filio moriente, quia uacaret utraque successio in filio, & nepos ueniret ex successorio edicto utroque iure,item ea quæ dixi in septima quæstione de transmissionibus nouiter inductis generaliter etiam procedunt in omnibus prædictis tribus combinationibus.

Ex quibus habes perfecte ultra alios examinatam illam quæstionem,an hæc lex hodie sit correcta,tam ampliatiue quam remotiue, in qua omnes tã antiqui quã moderni ancipites extiterunt.Et conclusio est breuis, quod ampliatiue remanet incorrecta, & adhuc durat quod nepos in casu istius legis de iure ciuili nunquam potest uenire ex successorio edicto,sed tamen remotiue corrigitur ut nullo modo nepos admittatur in casibus in quibus filius transmittit bono.pos. ratione sanguinis,iux.l.1.inf.de iis qui ante aper. tab. uel ratione iuris deliberan.d.l.cum antiquioribus.

70 Sed superest † alia difficultas,quomodo procedat ista lex in dicto contrario,per quam discutitur intellectus substantialis legis nam iste tex.præsupponit differentiam esse in modo succedendi quando nepos negat se hæredem,uel quando fateatur siue contendat se hæredem patris,ideo Bar.post glo.opposuit quod immo nõ intersit, quia si filius repudiauit duæ sunt hæreditates, aui,& patris, separatæ,& non interest an unam solam uel ambas acceptet quantum ad facultatem succedendi auo.Si uero acceptauit filius hæreditatem aui nõ potest filius habere aui hæreditatem repudiata patris hæreditate,sed cogitur utramque acceptare, uel nullam. l.sed si plures.§.filio.ff.de uulg.& pupil.& l.quidam elogio.inf.de iure delib.& l.1.& 2.ff.de acquir.hæredi. Soluit gl.Ioan.quod si nepos negat se heredem,&filius repudiauit, solo iure prætorio auo succedere potest, sed si contendit se hæredem patris, succedit etiam auo de iure ciuili aliquo casu quando filius acceptauit hæreditatem aui,quia hæres hæredis & c.l.fi.inf. de hæredi.inst.Sed istam saluationem reprahendunt omnes, quia egreditur terminos.l.nostræ quæ loquitur quãdo filius non acceptauit, item tunc nec etiam posset proprie dici succedere auo cum essent effecta bona patris. Tertio non procedit, quia non seruatur modus argumentandi a contrario sensu, nam debet sumi in eisdẽ terminis,ut no.in l.1.§.huius rei.ff.de off.eius. sed hic mutantur termini, quia in sensu directo præsupponitur quod filius repudiauit,& in sensu contrario postea gl.dicit q. filius acceptauit,& sic mutant termini. Nec ualet saluatio Cur. q. hic ponatur regula generalis negatiua,q. qñ nepos negat se hæredẽ non possit succedere auo nisi de iure pretorio,ergo incontrario sensu sufficit q. aliqñ habeat locum, qa uerũ esset si retinerẽtur termini dicti directi,sed hic mutãtur termini, ergo nõ põt habere locũ sensus contrarius, ut dixi. Vnde cõis resolutio est,q. gl.imperfecte enumerauit partes, quia ommisit casum quo filius neq; adiuit uel repudiauit,in quo ꝓcedit argumẽtatio q. si nepos fatetur se hęredem patris,põt succedere auo de iure ciuili pp trãsmissionẽ. q̃ transfert in hæredẽ potestatẽacceptãdi hęreditatẽ delatã.l.cũ antiquiorib.inf.de iur.deli. Ex qua solutione colligr̃ q. iste tex.nõ ꝓcedit qñ filius acceptauit uel repudiauit,sed solũ q. determinat casum qñ filius mortuus est deliberãs uel ignorans hæreditatẽ delatã.Cur.uero hic conat̃ sustinere intellectum, q. immo hic repudiauerat filius iste,quia cum disponat nepotem uenire per successorium edictum,ergo pręsupponit terminos in quibus hoc possit euenire,scilicet quando filius repudiauit,& hoc dicit esse ineuitabile fundamentum,& ante eum fuit Dec.hic prope num.21.uersi.ultim. Sed hæc saluatio nihil ualet,quia etiam sine repudiatione põt habere locũ successorium edictum de iure prætorio in iuribus utilibus concessis per bonorum poss. nã illa non

illa non quæruntur filio nisi agnita bonorum possess. & eo mortuo antequam acceptet in totum deficit bonorum possessio etiam in filio ut diximus in lege emancipata. & in lege infantis. supra qui admitti. & ideo habet locum successorium edictum. l. prima. §. quibus. & §. sed uidendum. ff. de successorio edicto. Item uerbum, neget, ut dictum est, non importaret iuris ministerium, Item obstaret lex defunctis. infra de legit. hæredi. & l. 2. §. & si sint. ff. ad tertulianum. & l. modica. §. si filius. ff. de bon. lib. quæ uolunt ante istam legem suis repudiantibus habere locum successorium edictum. Tenendus est igitur intellectus communis, quod hic filius neque acceptauit neq; repudiauit, sed mortuus est deliberans uel ignorans.

Sed tunc insurgit maxima difficultas a qua doctores antiqui & moderni nunquam potuerunt se bene expli-
71 care, †Nam si hic filius mortuus est deliberans uel ignorans ergo transmittit hæreditatem aui ex potentia suitatis ad suos hæredes, iuxta legem apud hostes. infr. de suis & legit. uel secundum Barto. etiam ex lege cum antiquioribus. infra de iure deliber. (quæ tamen lex non adaptatur quia fuit Iustiniani facta post istam legem) ergo nepos non potest uenire ex successorio edicto, qa transmissio ex potentia suitatis impedit successorium edictum, cum illud ius sit multum debile & impediatur a iure accrescendi. l. 1. sup. quando non petent. part. cum ibi no. ergo fortius a transmissione quæ impedit ius accrescendi. l. prima. infra de iis qui ante aper. tabu. & excludit etiam substitutum, ut no. Bar. in l. 1. colum. 3. ff. de uulg. & pup. Ad istud contrarium dantur plures solutiones, & quot fuerunt capita tot etiam sententiæ emanauerunt.

72 Prima † fuit Bar. hic, quod hæc lex debet intelligi qd filius nullum habuit hæredem, quia nullus potuit acceptare hæreditatem patris, quæ solutio, licet communiter teneri uideatur, tamen reprehenditur per Cur. Decium, & nouissimos, quia est diuinare ad textum, & nimis restringere. Item ut dixi in præmissis litera hic taliter fuit ordinata quod illud quod non est dictum nõ præsupponitur interuenire, & non est uerisimile nullũ habuisse hæredem, cum saltem nõ deficiat fiscus, ut nota. in l. 1. inf. unde uir. & uxor. Item ista lex poneret casum rarissime contingentem, cum raro eueniat quod unus non habeat hæredem, ut est glo. in d. l. 1. inf. unde uir. & uxor. & leges non adaptantur ad ea quæ raro accidunt. l. nam ad ea. ff. de legi.

73 Ideo † Bal. respondebat, quod regula transmissionis ex potentia suitatis non procedit contra nepotem ad eius exclusionem, quia in eius fauorem est alia trãsmissio quæ fit ratione sanguinis. d. l. 1. de iis qui ante aper. tab. Sed hæc responsio communiter damnatur, qa non probatur iure quod transmissio ex potentia suitatis nõ fiat ad exclusionem omnium, cum ratio inductiua eius militet contra omnes. Item d. l. unica non erat inducta tempore istius legis, ideo per eam determinari non potest. Præterea ut dicebat Alex. nepos repudiando paternam hæreditatem uidetur etiam repudiare auitam non iam unitam, nec ualet responsio Decii quod propter beneficium abstinendi non sit unita. l. siquis filium §. primo. ff. de acquirend. hære. quia ut hic moderni repetentes dicunt est hæres patris qui potest separare & repudiare auitam, sed non posset hæres auitam acceptare & repudiare paternam, quia paterna est fundamẽtum transmissionis, præterea sicut pater poterat excludere nepotem, eodem modo & eius hæres. l. cum hæredes. ff. de acquir. possessione. Nec ualet specialitas allegata hic per Decium de nepote non excludendo. argu. l. cum auus. ff. de condi. & demonst. & l. cum acutissimi. infra de fideicommiss. quia hic non excluditur ab alio, sed est nepos qui semetipsum excludit non acceptãdo hæreditatem patris, item hæc specialitas non attendebatur, quia sicut in lege prim. infra de iis qui ante aper tas tab. ius accrescendi excludebat nepotem tanto fortius transmissio eum excludebat. Tertio loco respondebat Albericus ad dictum motiuum parum discrepãdo a Bal. dicens quod regula transmissionis non habet locum contra nepotem ex æquitate prætoria ne hæreditas deueniat ad extraneos. argumento dictæ leg. cũ auus. de condit. & demonst. Item dicebat Alberi. transmissio ex potentia suitatis fit per quandam presumptã immixtionem quæ non debet excludere nepotem, sicut nec etiam tacita pupillaris excludit matrem. l. precibus. infra de impuber. alias induceretur absurdũ contra rationem naturalem, & hunc intellectum sequitur hic Iason. Sed Decius & moderni reprehendunt, quia non apparet de ista specialitate nepotis, & simile de tacita pupillari non excludente matrem non est bonum, quia ibi mater excluditur ab alio, hic autem nepos semetipsum excludit, & sibi imputetur. Item confunditur per. l. 2. §. siquis ex liberis. ff. ad tertulianum. ubi mater excluditur ex potentia transmissionis ut hic per modernos. Nec obstat responsio Decii quod in matre militat minor ratio. argumento legis nam & si parentibus ff. de inofficio. testam. & l. scripto. ff. unde liberi. quia immo ęqualis est modus excludendi, ut probatur in l. precibus infra de impub. & aliis substi. & coniuncta le. cum auus. ff. condit. & demonstra. cum not. in utroque loco. Præterea est magna uiolatio ad omnia iura dicentia ratione suitatis transmitti hæreditatem, quia deberent restringi nisi in medio sit aliquis descendens quod est destruere illa iura sine legis auxilio, præterea si transmissio non fieret in præiudicium filiorum uel aliorum descendentium transmittentis minus etiã ius accrescendi debuisset habere locum in eorum præiudicium, cuius contrarium dicitur in d. l. 1. inf. de iis qui ante aper. tab.

74 Ideo Fulgo. † dabat alium intellectum mutando factum in persona filii, & dicit quod hic filius repudiauerat, ideo ex successorio edicto nepos succedebat auo negando se hæredem patris. Et quia iste intellectus uidetur tolli per rationem communem, quia illa uerba neget, nihil importarent, ideo ipse demonstrat quod aliquid important, quia si fateretur se hæredem patris posset succedere etiam iure ciuili aliquo casu reuocando abstensionem iux. l. fi. inf. de repu. hære. Et hunc intellectum confirmat Dec. per rationem supra dictam, quia non est diuinare hic, dicere quod repudiauit, quia successorium edictum nec iure ciuili uel prætorio procedit sine repudiatione, ergo uidetur expressa. argum. l. ad rem mobilem. ff. de procur. Et ad allegata incontrarium, quod facultas reuocandi abstensionem nõ trãseat ad hæredes quia non apparet, & tex. ibi dicit et respondet quod immo probatur eam posse transmitti sicut cæteræ restitutiones transmittuntur. l. non solum. ff. de resti. in integrum. & l. si minor. §. Sceuola. ff. de mino. facit tex. in l. siquis filium. §. 1. ibi, quia pater poterat, & hoc uidetur tenere glo. in l. cum antiquioribus. inf. de iure delib. iuncta glo. in uerbo præcipua. quem allegabat hic Romanus & nouissimi num. 50. qui confirmant per multas rationes ab extra considerando qd est priuilegium & extendendum. Item uerbum, ei, non excludit hæredem. l. si seruus. la secunda. ff. de cond. furti. Bal. in l. fina. ad finem. supra de actio. empti. Alexan. consi. 18. colum. fina. lib. primo. & no. in §. fuerat. institu. de actionib. Et quod hæreditas repudiata non trãsmittatur, dicit fatendo, sed non transmittitur ipsa hæreditas, sed facultas repudiandi ut hic latius per eum. Tamen iste intellectus nullo modo placet, tum quia non potest stare hic quod filius repudiauerat ut sæpius dictum fuit, & maxime quia nepos per legem defunctis. infra de legit. hæredibus. & leg. secunda. §. si sint digestis ad tertulianum potuisset succedere tamquam agnatus de iure ciuili, & decisio istius legis falsa esset. tum etiam quia uere hæc, facultas reuocandi nõ transmittitur

mittitur,cum sit priuilegium personale concessum propter suitatem quæ extinguitur cum sua persona ut dictum fuit in præmissis in diffinitione Angel. Præterea dicebant hic nouissimi si daretur nepoti facultas reuocandi ergo nepote repudiante daretur etiam hæredi ipsius filii,& per consequens nepos nullo modo posset succedere,contra istum textum.

75 Ideo†Albericus tradebat textum intellectum mutando factum in persona nepotis,ut nepos non repudiauerit successionem patris in totum, sed solum successionem ciuilem,& quia remedia sunt diuersa non uidetur repudiasse bonorum possessionem neque in bonis patris neque in bonis aui,& dubitationem faciebat, quia uidebatur quod solum repudiasset hereditatem patris, sed determinatur quod immo etiam uideatur repudiasse ius immiscendi in bonis aui, & omnem potestatem succedendi de iure ciuili,& solum sibi remaneat potestas succedendi de iure prætorio,& est sensus, qui negat se hæredem patris excluditur ab omni potestate succedendi de iure ciuili, & solum potest succedere de iure prætorio in utraque hæreditate,sed si fatetur se heredem patris potest succedere de iure ciuili per transmissionem, & secundum istum intellectum cessat illa magna difficultas,quod transmissio ex potentia suitatis excludat uenientes per successorium edictum, quia cum adhuc possit de iure prætorio succedere patri nō poterit excludi ab hæreditate patris, & istum intellectum sequitur hic Iason & Cur.tamquam uerissimum, & carentem omni difficultate, pro quo multum facit iste textus dum dixit hæredem,non successorem, quod uerbum hæredis conuenit successioni ciuili,sed Gozadinus reprædendit,quia uidetur contra textum presupponentem quod nepos nullo modo succedere possit, quod tamen negari potest,quia non uidetur esse intentio textus negare quod nullo modo possit succedere patri,& eodem modo negari potest secundum quod uerbum hæres hic capiatur large, Decius uero reprehendit,quia repudiando quis uidetur excludere omne ius quod habet,ut per Bartolum in lege nec is.§.primo. ff. de acquir.hæredita. Sed Cur.respondet negando,quia contradicit.l.suum.infra de iure deliberan. & le.2.§. si mater .ff.ad tertulianum. Tu melius dicas, quod Batt. ibi loquitur quando uerba diriguntur ad hæreditatem, & bona, hic autem diriguntur ad personam. Secundo obstat magis concludenter, quia non conueniret nepoti emancipato qui non potest succedere de iure ciuili,& sic in eo non potest conuenire ꝙ renuntiauit ciuilē successionem patris, & hoc placet, quia apparet quod uerbum hæres,hic necessario capitur large.Nec placet saluatio Cur.quod hic pater fecerat testamentum,quia est mera diuinatio,& si fuisset necessarium, textus expressisset, & ideo in auo expressit quod erat mortuus intestatus quia erat necessarium, sed in patre nihil dicit,quia non interest, sicut etiam non expressit an pater habuerit hæredem,quia non intererat. Tertio obstat secundum nouissimos,quia etiam negando se hæredem patris retinendo bonorum possessionem potest etiam succedere patri propter ius immiscendi existens in hæreditate,sed hoc nihil est,quia Albericus negat remanere,cum uideatur esse etiam repudiatum, & omne aliud ius capiendi successionem ciuilem,& sic ex tribus adductis contra eum solum stringit secundū quod non conueniat nepoti emancipato, sed ex alio mihi non placet,quia remaneret decisio hæc puerilis,cū puerile sit dubitare siquis habet duo remedia, & repudiat unum quod non poterit obtinere nisi ex alio,hoc enim uariis in locis est statutum,& habetur in l.si domus. ff. de ser.urb.pred.

76 Quare Curtius sexto†loco respondet ad dictam difficultatem ponendo alium intellectum participantem de intellectu Alberici,presupponendo quod solum repudiauit successionem ciuilem & non prætoriam,& ꝙ hic decidatur quod quando nepos repudiat successionem patris ciu. Item uidetur etiam repudiare ius immiscendi quod reperiter in hæreditate,& hoc solum decidatur hic,& dubium faciebat, quia uidebatur ex natura renuntiationis exclusam solum successionem in bonis patris,quia est stricti iuris.l.si domus.ff.de serui.urbanorum prædiorum.Sed contrarium determinatur, quia propter suitatem ius abstinendi & immiscendi transmittitur.d.l.siquis filium.§.primo.ff.de acquiren. hæredi.Et si dicatur quod non conuenit emancipato filio,sed de utroque in potestate,uel de nepote emancipato tantum ut supra dictum fuit .Sed tamen iste intellectus modicam haberet dubitationem ut ipsemet sentit,quia de hoc erat parua dubitatio.Item non haberet conuenientiam ad literam in sensu contrario si fateretur se hæredem,quod non uideretur renuntiare, quia absonum fuisset dubitare,ergo si fateretur se hæredem non uidetur renuntiare successioni,cum notum sit omnibus accipientem hæreditatem non renuntiare successioni.Item hæc lex potius pertinet ad materiam repudiationis quam successionis,cum præsupposita renuntiatione ex ciuili successione clarum est quod solo iure prætorio possit succedere.

77 Vnde nouissimi†hic septimo loco respondent prædictæ difficultati,dando alium intellectum,prius facto signo crucis ad expellendum malos spiritus,& propterea magis adhæret ueritati quam aliquis alius, sed nō perfecte,quia non debent esse confessi peccata sua.Dicunt enim quod patri competit duplex ius succedendi propter suitatem de iure ciuili, & propter bonorum poss.de iure præt.sed tamen quia successionem prætoriam non acceptauit ante mortem non transmisit, sed ex successorio edicto delata fuit ad nepotem.argumē. legis primæ.§.quibus.ff.de succes.edicto. Ideo nepos ex persona sua poterat succedere auo de iure prætorio,& expersona patris iure transmissionis poterat succedere de iure ciuili, & iste nepos uolebat acceptare successionem aui utroque iure,& repudiare patris hæreditatem quæ non erat lucrosa, fuit igitur quæsitum an posset,& hucusq; bene dixit.Sed superuenerunt postea mali spiritus qui turbauerunt intellectum, nam dicit rationem decisionis fuisse quod solo iure prætorio possit succedere, quia successionem prætoriam habebat ex persona sua, & successionem ciuilem habebat ex persona alterius, & præfertur ius quod habet ex ꝑsona sua,ut per Bar.in pulcra quæstione in l.1.col.penuer.ulterius quæro.ff.de uulg.& pupi.& compostel. & canonistas in ca.causam quæ.de rescriptis.Et si postea cōcurrat heres cum nepote propter ius transmissionis uincet ipse nepos quia habet ius sibi primo quæsitum, & hæres habet postea quæsitum,nimirum si nepos præfertur. Et iura allegata per doctores loquuntur quando concurrunt ius transmissionis & successorium edictum.Hoc autem casu non concurrunt,qnia ius primo quæsitum fuit,& ita residet.Sed hec sua ratio decidendi falsa est,quia non potest dici de duobus successoribus quod uni prius quæratur ius quam alteri, cum sequuta acquisitione omnis actus trahatur ad tempus mortis testatoris.l.hæres quandocunque.ff.de acquir.hær. & l.omnia fere iura.& l.omnis hæreditas.ff.de regu. iur. Item si hæc ratio attenderetur nunquam transmissio impediret successorium edictum,quia semper in eo sequentes ueniunt ex persona sua,&per transmissionem semper succeditur mediante persona alterius,ut dixi in rub.sup.quando non pet.par. Vnde & ipse sicut cæteri habentes oculos non uiderunt solutionem claram ad istum textum.

78 Vera†igitur responsio ad contrarium formatum per Bar.de transmissione ex potentia suitatis quę excludit successoriū edictū,est,quia suitas non consideratur de iure prætorio,& nemo reperitur suus heres neq; necessarius de iure prætorio,quamuis sit in potestate patris. l.3.

l. 2. §. inuito. ff. de bonorum possess. & l. fina. infra qui admit. & nota. in l. infantis. & l. emancipata. supra qui admitti. ubi notaui in utroque loco. & ideo sequitur quod bonorum possessio ex potentia suitatis non potest trāsmitti, ut per doctores in dictis locis. Et si filius moriatur antequam agnoscat bonorum possess. in bonis patris etiam quod sit in eius potestate tamen non transmittit nec acquirit successionem, & ideo ex regula generali defertur nepoti sequenti in gradu per successorium edictum perinde ac si filius non fuisset in medio. d. l. 1. §. quibus. ff. de success. edict. & §. penultimo. inst. de bonorum poss. etiam quod sit in potestate & suus. d. l. 1. §. sed uidēdum. & l. quod de bonis. §. huic. ff. de carbon. edicto. Nec obstat quod sit suus hæres & trasmittat successionem ciuilem, quia illa transmissio fuit multum debilitata propter beneficium abstinendi, ut filius effectus sit quasi uoluntarius, iuxta legem nam emancipatus. infra de legat. primo. & restricta fuit ad iura directa tantum, & solum fit de iuribus directis, & successione ciuili, non de iuribus utilibus, & ideo euenit quia hæres patris habet iura directa aui, & ipse nepos habet iura utilia, & ubicunque in successione contradicunt ius ciuile & prætorium, præualet ius prætorium. le. filium. & l. cum emancipatus. ff. de contratab. & §. emancipati. insti. de hæred. quæ abintest. & §. adipiscendæ. insti. de interdict. Et ratio rationis est, quia transmissio non fit de eo de quo fit successorium edictum, propterea contradictio non est in subiecto, & regula quod transmissio impedit successorium edictum, procedit quando transmittatur illud in quo est successorium edictum, si uero sit in diuerso, non impedit, & præfertur successorium edictum in non transmisso, in tantum quod etiam de iure ciuili hoc seruatur, ut probatur in d. l. defunctis. & l. 2. §. si sint. ff. ad tertulia. ubi suus repudians transmittit iura directa non utilia, ideo non impeditur successorium edictum de iure ciuili in utilibus, quia nō est contradictio in subiecto, si igitur transmissio in directis non impedit successorium edictum in utilibus, eodem iure quanto minus impediet quando estdiuersitas in subiecto & in iure diuerso, ut per Barto. in l. 1. §. hoc autem edictum. ff. de noui oper. nunt. & diximus in le. posthumo. supra de contratabulas super glo. fi. dū quæritur quare contratabulas non impedit aditionem, & ibi Decius num. 15. Quare sequitur quod si transmissio fieret de bonorum possessione & iuribus utilibus impediretur successorium edictum etiam de iure prætorio, ut in casu legis primæ. infra de iis qui ante apertas tabulas. & l. cum antiquioribus. infra de iure deliber. declarando ut supra. Et ista clarissima sunt, & supradictę regulæ omnibus sunt notæ & ab omnibus approbatę, & doct. hic non uiderunt nec cognouerunt, & hæc sufficiant quantum ad intelligentiam istius legis, & si placet repetas ea quæ dixi in præmissis, & habebis clarissimam materiam.

79 Glo. in uerbo facultates, † diuiditur in quattuor partes, In prima declarat tex. In secunda format unā quæstionem, In tertia format aliam quæstionem, In quarta allegat iura concordantia. Secunda ibi, hic autem. Tertia ibi, item quæritur. Quarta ibi, & facit. Ex prima habes quod hoc uerbum facultates significat hæreditatem, & sequuntur doctores in notabilib. Sed ego ibi reprobaui, quia uerbum facultates, de proprietate sermonis significat bona siue res alicuius. le. siue generalis. digest. de iure dotium. Et hic non potest significare hæreditatem, quia succedit nepos de iure prætorio tantum, sed solum significat bona quæ de facto assignantur nepoti uirtute edicti prætoris, & consequitur eorum possessionem, & in consequentiam efficitur dominus utilis & præfertur hæredi filii uenienti propter transmissionem ex capite suitatis, & habenti hæreditatem. argumento. §. quos autem. inst. de bonorum poss.

Ex secunda parte colligitur, quod emācipatus filius ēt hodie non est agnatus patri, nec suis fratribus, & tanto minus nati ex filio emancipato. per. §. primum. insti. de succ. cognato. & l. meminimus. §. cum igitur. inf. de legit. hæred. Sed incontrarium Bar. allegat glo. in l. legitimis. ff. unde cognati. & l. filius. ff. de adoptio. Ipse tamen dicit opinionem glo. hic ueriorem esse per iura allegata & tex. in d. §. fi. insti. de legitim. agnat. success. dicit perinde esse si iura agnationis non essent sublata, & ideo appellatur pater fiduciarius tutor, quia non estius agnationis inter eos, ut inst. de fiduc. tutella. per totum coniunct. no. per Bar. in l. 3. §. fi. ff. de legit. tutor. Et pro hac opinione Alexand. hic allegat. l. tutellas. ff. de capitis diminut. & l. capitis. ff. de suis & legitimis. ergo tanto minus nepos, ex eo quia nemo dat quod non habet. l. traditio. ff. de acquir. rerum dominio. & l. fi. supra de naturalibus liberis. quæ duo iura parum probant, quia loquuntur de iure antiquo antequam Iustinianus induceret quod emancipatio censeatur facta contracta fiducia & haberet legitimam successionem, ideo Cur. hic tenebat opinionem quod immo emancipati hodie proprie sint agnati, quia correcta ratione legis est etiam correcta lex. glo in lege prima. ff. de legi. tut. Sed ratio quare emancipati desinebant esse agnati erat quia erāt incogniti, quia agnitio nihil aliud erat nisi quædā prærogatiua data a lege ciuili. §. fina. cum glo. insti. de legi. agnat. tutela. sed hodie hoc ius habent, ut in auth. de hære. quæ abintest. in principio. & §. primo. & §. nullam. ergo dicuntur esse agnati. Secundo quia agnatio est nomen iure ciuili inductum, sed cum lex tollat obstaculū emancipationis, uere uidetur facere eos agnatos, quia in iis quæ sunt iuris lex non fingit, sed uere disponit, ut per Bartolum in lege. si is qui pro emptore. ff. de usuca. in 3. quæstio. principali. Nec dicatur secundum eum, quod hac ratione attenta etiam cognati efficerentur agnati, quia in eis militat secunda ratio quod sunt coniuncti per lineam fœmininam, dicit tamen postea quod defendendo communem potest dici ueram rationem, quare erant incogniti, fuisse, quia desinebant esse in familia. d. l. tutellas. ff. de capit. diminut. & facit lex pronuntiatio. §. familiæ. ff. de uerborum significatio. quæ ratio militat etiam hodie. Et licet lex tollat differentiā emancipationis & patriæ potestatis, tamen non fecit emancipatos non fuisse emancipatos & non exiuisse de familia, tamen finaliter residet quod uerius sit emancipatos hodie esse agnatos & uere posse dici de familia sicut agnati inuicem sunt in familia quamnis non sint in potestate agnatorum inuicem. dicta leg. pronuntiatio. §. familiæ. digest. de uerborum significatione. Et pro hac opinione facit, quia cessat ratio tollendi agnationem, cum sit sublata illa præsumpta seruitus quæ inducebatur per illam immaginariam uenditionem, ut nota. in §. per emancipationem. institu. quibus modis infirma. testam. & ibi late Theophilus. Facit etiam tex. in dicta lege finali. infra de emancipat. liber. ibi, legitima iura retinere, & in dicta lege quarta. ibi, legitimā tutellam, & non uidetur quod emancipatio amplius sit capitis diminutio. Tertio confirmatur per textum in §. fina. insti. de legitim. agnat. tutella. ibi, per capitis diminutionem minimam plerumque perimi ius agnationis. glo. exemplicat in patre emancipato & filio emancipato, & non uidetur alio modo posse exemplificari, & istum textum ponderauit ante omnes Riminal. hic. Aliqui tamen concordando dicebant quod licet tollatur agnatio in persona filii qui capite minuitur, tamen non tollitur in patre qui capite non minuitur, sed Alex. repræhendit, quia hæc iura sunt correlatiua, sicut pater & filius, maritus & uxor. arg. l. fi. ff. de accepti. & per textum in l. qui in adoptionem. ff. de adop. Sed mihi etiam placet opinio communis, quod hodie emācipati nō dicātur proprie agnati, per tex. in §. minima. insti. de capi. dimi. qui uult capitis diminutionem fieri

etiam hodie sine uenditione, quia exiit de patria potestate, & perimit ius agnationis. §. fi. insti. de leg. agn. tutel. & tamen loquitur post constitutionem imperatoris factam de d. l. fi. infra de emancipa. liber. & facit textus in §. admonendi. insti. de hæred. quæ ab intest. Item tex. in l. maximum uitium. infr. de liber. præter, factus fuit post illam constitutionem. l. fi. de emancip. libe. & d. l. meminimus. inf. de legiti. hæred. & tamen apparet quod emancipatus desinebat esse agnatus, & si uere fuissent agnati non fuisset necessarium disponere quod succedant, quia per extensionem passiuam fuissent contéti in l. duodecim tabularum. argum. l. 1. §. lex falcidia. ff. ad legem falcid. Item per ius auth. non est inductum quod efficiantur sui. §. 1. in auth. de hæred. quæ ab intesta. Ergo nec etiam agnati, solum enim inductum fuit, quod succedant tamquam sui & simul cum suis, sicut inductum fuit quod cognati succedát simul cum agnatis & habeant iura agnatorum, Non obst. d. §. fi. quia omnes respondent quod retinet ibi pater successionem legitimam, idest a lege concessam, sed non sequitur, ergo est agnatus, quia mater & ipsa habet successionem legitimam. l. 2. §. fi. ff. unde legit. & tamen clarum est quod non est agnata. Non obstat glo. in dicto. §. fi. inst. de legiti. agna. tutel. in uerbo plerumque, quia illa probat contrarium, quia si uult quod sit agnatus patri & fratri tantum, ergo reliquis non est agnatus, & per consequés non dicitur proprie agnatus, quia esset agnatus omnib. d. l. qui in adoptionem. ff. de adopt. & ideo per agnationem ibi intelligit de iure successionis & tutellarum qđ remanet non obstante emancipatione, & eodem modo respondetur ad aliud quod de iure authenticorum succedunt æqualiter sicut sui & cæteri agnati, quia solũ potestas succedendi non facit agnatos, sed requiritur alia qualitas quæ non additur per dicta iura, sicut nec etiam additur suitas secundum docto. Facit lex pe. inf. de adop. Nam potius potest dici quod connumeretur inter agnatos quam quod uere sit agnatus, sicut in simili dicitur in §. hoc etiam addendum. insti. de legiti. agn. succes. & l. meminimus. §. fi. inf. de legiti. hæred. & inst. de legit. agna. success. in principio. ibi, quos prætor uel constitutiones uocant, & idem potest dici de cognatis, ut sint connumerati inter agnatos, non auté quod sint agnati, cum licet omnes isti uocentur hodie ad legitimam successionem, tamen non uocantur ad successionem delatam a lege duodecim tabularum, ut respectu le. duodecim tab. adhuc hodie possit pater dici fiduciarius tutor. Nec hodie dabitur eis bonorum posse. unde agnati, sed solum illa bonorum possess. unde legitimi. l. 3. §. fi. ff. unde legitimi, & unde agnati. Et ideo côcordando potest dici, quod aut capitur agnatio pro potestate succedendi per legem, & tunc emácipati possunt dici agnati, sed si capitur agnatio pro illa qualitate causante ius succedendi, & tutellarum, & tunc emancipati non sunt agnati, nec proprie, nec improprie, nec dicuntur etiam esse in familia patris, quia efficiuntur sui iuris, nec dicuntur esse sui, quia suitas etiam hodie non potest esse sine patria potestate, ut probatur per locum a speciali in §. illud. in authentico constitutio. quæ de dignit.

80 Secundo † colligitur ex glo. quod nepos ex filio emácipato non est agnatus auo, & hoc etiam sequuntur cõmuniter doctores, & eius ueritas dependet a præcedéti, quia si emancipati non sunt agnati, nec etiam ipsi possunt esse agnati, quia non sunt de familia aui, & nepos non potest esse agnatus illi cui non est pater. l. qué filius. ff. de adop. & l. qui adoptionem. eodem titulo. argumento. l. final. supra de natur. liber. Et clare probát. dictus. §. primus. insti. de success. cognato. & l. meminimus. §. cum igitur. infra de legitim. hæredi. ubi fuit necessarium quod nouiter disponeretur ut succederent cum agnatis, ergo non erát agnati, quia non fuisset opus noua lege. Et quamuis per ius authenticorũ æqualiter succedunt cum aliis, tamen non per hoc apparet quod assumpserint agnationem, ideo de eis dicendum est ut de filio, quod uere non sunt agnati, capiendo agnationem pro illa qualitate legali, Sed capiendo agnationem pro iure proueniente ab agnatione uel causa agnationis, tunc possunt certo modo dici agnati respectu effectus, Sed hac consideratione attenta etiam cognati possunt dici agnati. facit lex penultima. infra de adoptio.

81 Tertio dubitant hic doctores an nepos in potestate quem pater præcedit dicatur esse agnatus, Et primo uidetur † dicendũ quod non. per legem scripto. ff. unde liberi. ibi, proculdubio non est agnatus. Secundo, quia sui hæredes separatim nominãtur ab agnatis, ut patet in illis uerbis duodecim tabularum, intestatorum hęreditates primo suorum hęredum uelint nolintue sunto, iis deficientibus agnatus proximus familiam habeto. Et probatur in tit. de legiti. agna. success. ibi, post suos uel illos qui loco suorum. & l. secunda. ff. unde legitimi. Tertio hoc confirmari uidetur, quia in declaratione agnatorum exemplificatur solum de agnatis transuersalibus. Sed communiter doctores tenent quod immo filius & nepos sint proprie agnati, quia in eis cadit descriptio agnationis. Secundo, quia filius potest succedere ex capite agnatorum, in quo capite solum uocantur a lege duodecim tabularum agnati. nec potest dici quod habeant ius agnatorum, quia uocarétur per unde legitimi, non autem per unde agnati. d. l. 2. §. fi. ff. unde legitimi. Tertio facit l. si filius. ff. de suis. & legi. ubi dicitur quod filius est proximus agnatus patri. Quarto allegatur, quia filius & nepos per emancipationem desinit esse agnatus. d. §. fi. inst. de leg. agn. tut. ergo errat qa priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. de uerbo. obligatio. Quinto facit d. l. qui in adoptionem. ff. de adopt. ubi per adoptionem efficitur agnatus adoptanti. Nec ob. quod a lege 12. tabularum uocabantur separatim ab agnatis, quia non per hoc non excluditur quod nõ sint agnati, sed eximantur a genere agnatorum propter aliam qualitatem suitatis, sicut etiam consanguinei uocantur post suos. l. 2. ff. de suis & legi. & l. post cõsanguineos. & tamen clárum est quod sunt agnati, ut ibi dicitur. & §. cæterum. inst. de leg. agn. suc. & eodem modo respondetur ad tertium. Et hac ratione etiam in declaratione agnatorum dicitur tantum de transuersalibus, quia illi per illud caput uocabantur.

82 Non ob. l. scripto. ff. unde liberi. quia glo. ibi respondet, & uidentur pertransire doct. Tamen prima respõsio ut hic dicunt nouissimi, non ualet, & eam gl repræhendit quod nepos si non est suus quod nõ sit agnatus. Secunda est responsio, quod non dicitur agnatus, idest non potest admitti ex successorio edicto tamquam agnatus, & hæc uidetur communis, tamen est falsa, quia suis repudiantibus tanquam agnatus potuisset admitti. arg. l. defunctis. inf. de legi. hæred. & ibi non agitur de successorio edicto, quia pater non pręcedebat in successione, cum esset exhæredatus. Ideo nouissimi hic num. 34. respondent ad illum tex. quod non negat nepotem esse agnatum, quia nec negari potest, sed negat quod agnoscatur suus hæres, & exponitur proculdubio non est agnatus, idest non agnoscitur ut tamquam suus hæres possit rumpere testamentum, sicut contingit in lege posthumorum. ff. de iniust. rup. & ir. test. Est igitur sensus, si ab intestato non uenit tamquam suus hæres non poterit aliter succedere cum proculdubio non agnascatur ad rumpendum testamentum, quia ad hoc ut agnascatur suus hæres oportet quod pater suus moriatur uiuente auo, alias auté non, ut probatur in d. l. posthumorũ. inst. de exhær. lib. Et hic est uerus intellectus ad illã legem, & tenendus. Quare remanet, quod solum nepotes emancipati uel nati ex filio emancipato non sunt agnati, quamuis in tutella & successione ut æqualiter uocentur habeantur pro agnatis, ut supra dixi.

Et

83 Et prædicta inferunt†ad quæstionem de statuto faciente mentionem de agnatis,an comprætendat emãcipatos,uel filios emancipatorum. Et Alex. hic post alios quos refert uidetur distinguere,an statutum sit fauorabile,& tunc compræhendantur prædicti, quia lato sumpto uocabulo uidentur esse agnati,& statuta fauorabilia extenduntur.ut no.in l.siquis id quod. ff. de iurisd.omnium iudi.& per Bar.in l.2.§.exercitus.ff. de iis qui no.infam.Si uero statutum non est fauorabile, & tunc non ueniunt appellatione agnatorum, quia nõ sunt proprie agnati,ut hic per glo.& docto.& not. Bal. in l.meminimus.inf.de legit.hæredib.per illum textũ. & in auth.in successione.infra de suis & legitimis.quia in statutis uerba proprie intelliguntur.l.3.§. hæc uerba.ff.de nego.gest.de qua regula habetur plene per doctores in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.in 6. quæstione principa.

Et de dispositione fauorabili exemplificant doctores in feudis,ut siquis acceperit feudum pro se & suis agnatis non compræhenditur etiam emancipatus uel filius emancipati,quia in materia feudorum non consideratur patria potestas,nec nomen ciuilis agnationis, ut per Bal.in auth.in successione.inf.de leg.hæred.per tex.& alias rationes in ca.1.§. & si clientulus.de alien. feud.& Pau.de cast.in d.auth.in succes.& in le.si ab eo. inf.de leg.hære.Et Nicol.de Neapo.& Aluarotus in c. 1.§.pe.qui feudum dare possunt.& Fulgo.hic.& Iason. num.19.& cum de iure auth. emancipati succedant ut sui.d.§.1.& §.nullam.in auth.de hæred. quæ abintesta. & contrarium non reperitur decisum in iuribus feudorum,attendi iura comumnia,ut per glo.in cap.1.& ibi Bal.de feud.cognit.& est tex.in c.1.& ibi glo. & Bald. de grad.succe.in feu.Bal.in l.2.inf.de suis & leg.& l.cũ oportet.inf.de bon.quæ lib.in fi.prin. & in c.1.§.pręterea.in 3.col.de proh.feud.alie.per Fed.cum aliis addu. hic per Iason.& sequu.Cur.& nouissimi. Tamen incõtrarium facit,quia eadem ratione uenirent etiã cognati qui ęqualiter succedunt cum agnatis.d.§.nullam,sed respondetur qnod in illis militat diuersa ratio,qa sunt coniuncti per fœmininũ sexum,& non sunt de familia, ideo de eis ex natura feudorum& concessionis non uidetur cogitatum,&ex communi usu loquendi separantur etiam ab aliis cognatis.

Secundo doctores exemplificant de statuto odioso, quando per statutum disponit quod agnati excludant fœminas uel cognatos, nam hoc casu emancipati uel filii emancipatorum non excludent fœminas uel cognatos,quia ipsi non sunt proprie agnati,per l.3.§.hæc uerba.ff.de neg.gest.& tenuit Bal.in l.meminimus.inf. de legi.hære.& in auth.in succeſſ.inf.de legi.hæred. & sequitur Dec.hic.& in consi.13.Alex.in consi.97.uisothemate.col.fi.uol.2.Sed incontrariũ faciũt ea quę allegat p Bar.Sal.Fulg.Pau.de cast.in l.2.sup.de in ius uoc.per glo. ibi in uer.liberos.ubi dixerunt quod tale statutum habet duas partes unam uocatiuam, & hæc est fauorabilis,& extendenda,& aliam exclusiuam , & illa est odiosa,quam opinionem tenet hicCur.&multi alii quos ego cumulaui in l.fin.infra unde legitimi. in primo notabili.Et secundum eam deberet dici,quod in dictosta tuto emancipati & filii emancipatorum excluderent fœminas & cognatos,quia ex parte uocatiua extenditur,sed si tractaretur de exclusione agnatorum,tunc emancipati non uenirent sub nomine agnatorum, quia odium esset pro parte sua quod excluderentur, Deci. tamen in dicta lege secunda. & in dicta lege fina. infra unde legitimi. tenuit semper post multos quos allegat quod illud statutum totum sit fauorabile factum pro conseruatione familiarum & extendendum esse, & sequitur tiraquellus in tractatu de retractu.in prohemi. numero 62.64 & 65. Et in puncto iuris hæc opinio uidetur uerior.Et certe quantum ad exclusionem fœminarum uidetur parum interesse an sint emancipati uel in potestate,& forsan,ut dicunt hic nouissimi, est magis communis opinio, quod sit fauorabile,& tenet Iacobus de Arena in sua disputatione.quem refert Ioan. Andr.in addit Specul.in rubrica de succeſſ.abintestat. in additione quæ incipit sciendum.Cynus & Salicetus in lege prima.infra de adulter.Barto in l.1.§. pe. ff. de contratab.cum aliis cumu.per Dec.in d l.2. sup. de in ius uoc. Et hoc uidetur suadere multum cõmunis usus loquendi qui non facit differentiam inter istos emancipatos & in potestate,quam dixit Sal.considerari debere hic colum.pe.

84 Sed†dubium est,quid de statuto cogente agnatos ad compromittẽdum,an dicatur fauorabile uel odiosum, & Bal.in l.affinitatis.uer.pone statutum.inf.commun. de succeſſ.tenet quod sit fauorabile.sequitur Petrus de Ancharano consi.187.apud me quæstio.cum concord. alleg.hic per Alex.& Iason.& in l.1.§.lex falcidia.col. 1.ff.ad legem falcidiam.& in rubrica. ff. soluto matri. colum.septima.sed idem Bald. in lege prima.inf.unde uir.& uxor.& l.fina.infra de uerborum significa.uidetur tenere quod sit odiosum cum multis aliis cumulat. per Blancum in tractatu de compromissis in 3. quæst. princip.nnm.3.ubi refert motiua huius partis.Sed com* muniter hic doctores tenent quod sit fauorabile.Bald. Alex.Petr.Cor.Iason,Paulus de castro.Salice. Roma. & Dec.Iacobin. de santo Georgio hic. Angel.& Salic. in lege non ideo minus. infra de hæredib. instituend. Roma. Salicet.in lege prima.infra unde uir.& uxor. Fulgo.in lege quarta.§. prætor. cum sequenti. ff. de in ius uocand.Alexan.in lege prima.§.lex falcidia.Ancharan. consilio 168. rationes quæ. & consilio 187. apud me,Cuman.consi.50.stante statuto.Mar.Socci. consil. quarto.in fine.in primo uolum.Alexan.in consil. 207. in princ.in 6.uolum.& in consi.125.colum.fi. uolumi. 7.Crotus in rubric.ff.de uerborum oblig.in 2.lectura. colum.fi.Rochus de curte in c.fi.colum.47.uer.octauo limitat.de consuet.Barba.in cons.53.clementissime.in prin.uol.4.& Blanchus in tractatu de compr. in prima quæst.num.3.

Et fundamentum istius opinionis est,quia fuit introductum pro bono pacis & concordiæ inter consanguineos ut tollatur occasio litigandi quæ solet inimicitias & homicidia parere.l.fi.ff.fam.l.hercis.& l.æquissimũ ff.de usuf.Et congruentius est quod discordiæ coniunctorum priuatim per communes amicos dirimãtur .l. congruentius.inf.de pat.potest. Et laborandum est ut lites cito finiantur , & quod subditi releuentur a laboribus & expensis.l.properandum.sup.de iud.ca.finem litibus.de dolo & contu.c.iurgantium.de re iud.c. cordi.de appella.Quas rationes alleg.Petr.de Anch.in di. con.158.facit lex fratres.& lex terminato.inf.de fruc. & lit.expens.ubi lex abborret infinitatem & longitudinem in litib.exercend. Nec est contrarium iuri abbreuiare lites,sed iuri consonum,ut not. Host.& Ioan. And.in c.1.de transact. Quia termini uarii dati a lege in litigando fuerunt inducti,cum non omnibus sit cõmoditas cito dirimendi propter distantiam locorum, sed quãdo iurisdictio est restricta ad aliquem paruum locum,semper utile est quod lites expediantur citius. Ideo causæ fiscales citius expediuntur quia fauor est fisci cito eas expediri,& dixit Butrius & Imola in c.1.de mutuis petitio.quod iudex ex officio suo potest etiam sine statuto compellere litigantes ad faciendum cõpromiſ.quando controuersiæ diu durauerunt. Et sequitur Barba.in d.cons.53.clementissimum.uol.4.Nec obstat quod sit correctorium iuris cõmunis, quia licet in uerbis contrarietur,tamen in mente concordat, quia desiderat quanto potest fieri ut lites cito expediantur,&ut dixi si dantur termini longiores a iure cõmuni illud fit quia oportet prouidere omnibus subditis in uariis locis habitantibus,& si pauci essent subditi,breuiores terminos daret per d.iura.Itẽ non est correctorium,sed li-

mitatorium iuris communis, ut hic dicebat Alex. & Petr. de Anchar. in d. consi. 158. Præterea non nocet alicui parti nec facit magnum præiudicium, quia non auferuntur defensiones partibus. Sed tollitur occasio calumniandi. Item possunt appellare a sententia arbitrorum ad iudicem ordinarium. le. fina. & ibi nota. supra de iudic. Et hæc est magis communis opinio, & uerior & tenenda.

Ex qua sequitur quod tale statutum late est interpretandum. per c. odia. de reg. iur. in 6. & generaliter dixit Bal. in l. 2. inf. de patrib. qui filios distraxerunt. quod in statutis fauorabilibus proceditur de similibus ad similia, & dixi in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. in 6. quæstio. prin. Et in eo emancipati filii continebuntur, quia naturaliter dicuntur esse agnati, & tale statutum magis considerauit coniunctionem naturalem, quam hoc ciuile nomen agnationis, & maxime quia ex communi usu loquendi & ex consuetudine parum interest inter eos & filios in potestate.

85 Ex quibus† sequitur, quod non semper procedit ista regula, quod statuta debent proprie intelligi & secundum propriam uerborum significationem, iuxta. l. 3. ff. de nego. gest. Nam illa regula limitari debet non procedere quando statutum continet publicam utilitatē, nam tunc siue sit correctorium siue exorbitans & etiā pœnale, semper extenditur ad casus compræhensos lato sumpto uocabulo. ut per Bar. in l. quemadmodum. inf. de agri. & censit. lib. 11. & le. 2. §. exercitus. ff. de iis qui no. inf. & in l. siquis id quod. ff. de iur. om. iud. facit l. armorum. ff. de uerb. sign & l. siquis in graui. §. iis quoque. ff. ad silen. & in l. cætera. §. hoc senatus. de lega. 1. Alex. consi. 65. circa. lib. 4. & consi. 35. uiso processu. & in l. 1. in l. filiusfam. ff. si cer. pe. & Dec. consi. 65. Socin. in l. 1. in princ. col. fi. ff. de uer. obli. & dixi in d. l. siquis id quod. & in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. in sexta quæst. princ.

Secundo limitatur non procedere in statutis exorbitantibus, in quibus expressa est ratio, uel est unica, & habetur pro expressa, quæ militat in casibus compræhensis lato sumpto uocabulo, quia ad illos casus fit extensio ut hic per docto. & Cinus in l. 1. col. fi. uer. iux. hoc quæro. inf. quæ sit longa consuet. Anto. de butrio in c. fi. in fi. in 12. fallen. de consuet. Anto. de butrio. Abbas & Imo. in c. 1. in uerbo obligatur. de elect. ubi Imo. colu. 2. uer. 2. solutio. Roma. consi. 129. licet magna. Alex. consi. 34. animaduersis. colu. fi. lib. 1. & in consi. 24. uisis. col. 2. in fi. lib. 5. per l. filium habeo. ff. ad maced. Bal. & Cag. ubi dixi in rub. sup. de pact. cum simil. adduct. hic per Dec. alias limitatio. ponunt Seuerinus & alii in di. l. omnes populi. in 6. q. pri. & ibi ego ultra alios latissime examinaui, ideo dic ut ibi.

86 Ex tertia† parte glo. colligitur, quod bonorum possessio unde liberi datur etiam parentibus. & eam sequūtur Bar. & communiter docto. Quia unde liberi datur illis quibus conceditur contratabulas. l. 1. §. recte. ff. si tabu. test. nullæ extab. Sed contratab. datur parentib. l. 1. §. 1. ff. siquis a par. fuer. manum. ergo etiam datur unde liberi. Secundo facit, quia eadem ratio uocat ad successionem. l. nam & si parentibus. ff. de inof. test. & l. scripto. in fi. ff. unde lib. ergo etiam eadem remedia sunt cōcedenda. Tertio facit, quia lex dedit æquale tempus ad petendum bono. poss. l. 1. §. largius. & §. fi. ff. de success. edicto. & l. pe. §. fi. ff. quis ordo. Quarto facit, quia unde liberi est bonorum possessio quæ datur primo uocatis, sed parentes sunt primo uocati in successione filiorum. §. reliquum. in auth. de hæred. quæ abintest. ergo etiam conceditur parentibus, & appellabitur unde parentes propter conuenientiam personarum.

Contrariam tamen opionem tenuit Iason hic, Curt. Sapia & nouissimi, & ego etiam puto esse uerissimam quod immo parentibus solum concedatur unde legitimi, & non reperiatur unde parentes. Et mouentur per multa concludentia, licet Decius hic conetur respondere, & primo probat, quia hæc bonorum poss. in edicto data fuit liberis, & appellatur unde liberi, quæ uerba non conueniunt parentibus, ergo nec bono. poss. l. qd constitutum. ff. de mili. test. & l. 4. §. totiens. ff. de dam. infect. Nec ualet responsio Decii quod mens prætoris conuenit, cum uideatur in mente dare eam etiam parētibus, quia hoc negatur, cum non apparet de hac mente, & uerba innuunt contrarium, & in dubio quis uidetur dicere quod uerba significant. l. Labeo. in fi. ff. de su pellect. leg. & no. in l. 4. ff. de leg. 1. nec coniecturæ Bar. hoc demonstrant, ut statim dicam.

Secundo probatur, quia in edicto dicitur eam dari liberis, & nullum uerbum de parentibus, ut in §. & cum de testamento. inst. de bono. poss. & l. 1. §. fi. ff. quis ordo. & l. 1. §. recte. usque ad finem legis. ff. si tab. test. nul. extab. ergo non debemus dicere de parentibus, quia esset nouum edictum facere, sicut non possumus dicere, quod unde uir & uxor detur parentibus & agnatis, quia erubescimus cum sine lege loquimur. l. illā. inf. de colla. Nec ualet quod in mente prætor eam etiam parentibus dedit, quia negatur inesse istam mentem, & cū uerba deficiant, oportet eum demōstrare, quia per extrinseca cognoscuntur intrinseca. §. pauonum. inst. de rer. diui. Nec ob. l. 2. sup. de bon. poss. quia ibi extensio fuit facta a iurisconsultis non autem est prætoria bonorū extensio, ut ibi dixi, item ibi est similitudo in subiecto, quia utrumque in substantia est testamentum licet habeant diuersas formas.

Tertio probatur, quia successio parentibus non fuit concessa ad similitudinem filiorum, sed in consequentiam, & ad similitudinem patronorum. le. 1. ff. siquis a par. fuer. manum. & insti. de legiti. parentum tutella. & l. filio. §. contra. ibi, ueræ manumissionis ff. de inof. testam. Sed patrono non datur unde liberi, ergo nec etiam parenti. Nec ualet responsio quod tenet æquiparatio in fauorem parentum, non econtrario, quia dato quod esset uerum in aliis, in hoc æquiparatio teneredebet, cum ius succedendi assumpserit pater a patrono, & nihil plus concessum fuisse ei apparet, nec probabili ratione demonstratur.

Quarto facit, quia unde liberi datur suis, & quasi suis .i. emancipatis. d. l. 1. §. recte. Sed hæc suitas nec habilitas ad suitatem est in parentibus, ergo nec eis datur unde liberi, sicut nec datur in bonis maternis. l. quotiens. inf. unde liberi.

Quinto probatur, quia unde liberi datur illis q sunt in prima uocatione. d. l. prima. §. recte. & l. 1. §. uocantur. ff. de contratab. Sed parentes non sunt in prima uocatione, sed semper sunt in secunda, siue loquamur de iure prætorio. d. §. recte. siue de iure digestorum. l. filio §. contra. & l. pater filium. ff. de inof. testam. siue de iure auth. ut in auth. de hær. quæ abintest. §. 1. & §. reliquum. ergo eis non potest dari. Et propter hoc tollitur primū fundamentum Dec. quod ista bon. poss. sit nomen primi capitis, quia si est nomen primi capitis, ergo nō datur parentibus qui uocantur in secundo capite ut dixi, Item falsum est quod non sit specialis bonorum possessio, quia habet partem suam in edicto sicut cæteræ bonorum possess. dicto. §. & cum de testamento. inst. de bonorum poss. Et confirmatur ex not. per Aret. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthumis. uolenté quod nunquam fiat extensio de persona in personam. facit d. l. meminimus. §. cum igitur. inf. de leg. hæredib. Et sic patet quod non probatur dari posse hanc bonor. possessionem. Nec etiam hoc potest fieri per extensionē, cum nulla ratio suadeat extensionem, nam illud de prima uocatione concludit contrarium, quia parentes sunt in secunda uocatione alioquin etiam daretur matri, quod tamen esset falsum dicta l. quotiens. infra de suis & legitim. Item illud quod unde liberi datur illis quibus datur contratabulas. Sed contratabulas datur parenti-

parentibus, ergo unde liberi datur parentibus, ut argumentabatur Bar. nec etiam probat, quia illa similitudo non cadit in bonor. possess. contratabul. Sed solũ in ea quæ datur suis & quasi suis iuxta, l. illud. §. ad testamenta. ff. de contratab. quod patet, quia non datur parentibus, & notatur per Decium & alios in rub. sup. eodem. Non obstat lex nam & si parentibus. de inof. testamento & lex scripto. ff. unde liberi. Quia probant rationem etiam urgere, ut parentes admittantur ad successionẽ æqualiter quando non concurrant simul; Sed eis concurrentibus magis debetur filiis. d. l. pater filium. & l. filio. §. contra. ff. de inof. testamento, & ideo filiis dabitur unde liberi, & parentibus unde legitimi. Præterea existentibus filio & patre defuncti sequeretur q̃ una & eadem bonorum possessio daretur pro diuersis capitibus, quod est absurdum & inusitatum a prætore, Non obstat. l. 1. §. largius, quia non per hoc infertur quod detur unde liberi, cum etiam & matri illud tempus detur, & filio. l. filii mater. in fine. ff. ad tertul. & dixi in l. 1. sup. qui admitti. & illud est propter equitatem successionis, sed tamen non respicit remedia.

Quare concludendum est, quod parentibus non potest dari unde liberi, neque alia bonor. possessio habẽs nomen primi capitis, Sed illi solum competit bonorũ possess. unde legitimi tum ex similitudine patroni tum etiam ex secunda uocatione, ut in matre, tum etiam, quia cum uocetur a lege ad successionem, competit ei unde legitimi, l. 2. §. fi. ff. unde legit. tum etiam ex ui cõtratabulas, quia contratabulas patroni ei datur non illa quæ datur liberis, Et hanc opinionem tenet etiam Curti. hic & nouissimi. Vltimo aduertendum est, quia hic glo. enumerat omnes modos quibus pater põt succedere filio, & cum ea pertranseunt doct. Tamẽ in multis non benedicit. Nam dum dicit non dari quærelam in castrensi uel quasi castrensi peculio, hoc communiter repræhẽditur per doctores attento iure auth. ut in auth, ut cũ de appel. cognosc. in §. aliud quoque capitulũ. & no. in auth. ex causa. int. de lib. præter. ubi dicã;

87 Item † dum dicitur quod pater abintestato occupat iure peculii, hoc similiter corrigitur per d. §. aliud quoque capitulum, quia hodie abintestato succeditur filio in omnibus peculiis, ut dicitur in d. auth. ex causa. per tex. in auth. de hæred. quæ abintest. §. sancimus; Itẽ dũ dicit de aduentitiis in quibus non potest testari, ergo potest succedere abintestato pater, cum testamentum non ualeat, & si sint filii. §. 1. instit. de acqui. per arrogatio. Similiter q̃ dicit de contractu fiduciario non procedit hodie neque iure institutionum. d. § fi. inst. de legit. agn. succes. nec iure auth. §. 1. in auth. de hæred. quę abintest. Item quando rumpitur per quærelam uel contratab. postea succeditur abintestato per bonorum possessionem, Et sic patet quod non comprehendit omnes casus, Dicendum est igitur quod in omnibus casibus in quibus filius non facit testamentum, uel facit & nõ habet effectum, potest succedere pater filio abintestato per bonor. possess. unde legitimi in omni peculio, excepto profectitio, ut dicemus in d. auth. ex causa. Et ex istis sit expedita ista notabilis lex.

Ioan. Bolognetus Iuriscon. Bonon. Neapoli de mane Legens Die. 18. Ianuarii. 1554.

Summaria super. l. Certum. C. Vnde legitimi.



1 *AEC lex est famosa propter suam glo. magistralem enumerantem omnes species bono. possessionis.*

2 *Lex. 12. tab. ne successio incerta esset, constituit duos modos succedendi, ex testamento, & abintestato, uocando certas personas.*

3 *Lex. 12. tab. crescente ciuitate & imperio apparuit iniqua & imperfecta in multis.*

4 *Prætores ius successionis angustatum per. l. 12. tab. suis edictis dilatauerunt.*

5 *Prætores dilatare uolentes ius succedendi ex testamento constituerunt nouam formam testamenti fortiorem quæ non faciliter in totum esset nulla.*

6 *Bonorum possessio secundum tabu. tempore edicti fuit necessaria.*

7 *Bonorum possessio contratab. tempore edicti fuit necessaria.*

8 *Per bonorum possessionem contratab. datur hæreditas sine adminiculo bonorum possess. unde liberi.*

9 *Bonorum possessio contratab. fuit necessaria in filijs in potestate institutis.*

10 *Prætores dilatauerunt successionem abintestato uocando uarios in edictis suis.*

11 *Bonorum possessio unde liberi tempore edicti fuit necessaria etiam in filijs in potestate propter successorium edictum.*

12 *Bonorum possessio unde legitimi fuit necessaria tempore edicti propter successorium edictum.*

13 *Bonorum possessio unde cognati fuit necessaria tempore edicti.*

14 *Bonorum possessio unde decem personæ qualis fuerit, & quare fuerit introducta.*

15 *Bonorum possessiones tanquam ex familia, & unde patroni, quales fuerint, Et quare introductæ.*

16 *Bonorum possessio unde cognati manumissoris quibus competat & quare sit inducta.*

17 *Bonorum possessio ut ex legibus, qualis fuerit, & quare fuerit inducta.*

18 *Bonorum possessio carboniana qualis sit, & fuit necessaria.*

19 *Bonorum possessio Ventris nomine qualis sit, & fuit necessaria.*

29 *Bonorum possessio gratia litis agnoscendæ qualis sit, & quibus competeret.*

21 *Bonorum possessiones facti an contineantur sub diffinitione generali bonorum possessionis.*

22 *Ius prætorium per constitutiones imperiales redactum fuit in cõsonantiam cum iure ciuili.*

23 *Per unionem iuris ciuilis & prætorij remedia utriusque iuris fuerunt communicata.*

24 *Bonorum possessio secundum tabul. propter unionem prædictam effecta fuit utilis.*

25 *Differentiæ decem inter ius ciuile & prætorium in successione remanserunt post unionem factam iuris ciuilis & prætorij.*

26 *Testamentum secundum formam prætoriam adhuc differt a testamento secundum formam ciuilem in multis.*

27 *Testamentum secundum formam prætoriam propter præteritionem irritum effectum, non est ipso iure nullum.*

28 *Potestas succedendi de iure ciuili non fuit propter unionem iuris prætorij.*

29 *Casus figuratio in prima parte.*

30 *Casus figuratio in secunda parte.*

31 *Dictio citra, est exceptiua.*

32 *Statuta excludentia fœminas uel agnatos an sint odiosa uel fauorabilia, late discutitur referendo uarias opiniones.*

33 *Statuta excludentia in totum cognatos uel fœminas sunt odiosa regulariter.*

34 *Statutum præferens agnatos cognatis uel fœminis in parte uocatiua est fauorabile, & in parte exclusiua est odiosum.*

35 *Cognati & nullus alius de iure prætorio succedens est necessarius hæres.*

36 *Nullus liber etiam iure auth. de iure ciuili propter beneficium abstinendi est necessarius hæres.*

37 *Agnati succedunt iure ciuili et prætorio usque ad decimum gradum regulariter.*

38 *Contrahentes incestas nuptias in gradu prohibito tantum a iure prætorio an incidant in pœnas iuris ciuilis.*

39 *Militibus usque ad quem gradum succedatur.*

40 *In feudis usque ad quem gradum succedatur.*

41 *Cognati an hodie succedant usque ad sextum gradum uel decimum.*

42 *Noua distinctio quomodo hodie cognati succedere possint.*

43 *Bonorum possessio unde cognati an hodie receperit priuilegium*

gium prælationis.
44 §.Nullam.in auth. de hæred.& falcid.an habeat locum in successionibus restrictis.
45 Bonorum possessio septima in quibus casibus exemplificari possit,& reprobantur etiã exempla doctorum.
46 Bonorum possessio septima in iure non habet exemplum sed refertur ad successiones futuras.
47 Bonorum possessio gratia litis agnoscendæ quibus dabatur olim & reprehenditur opinio Decij.
48 Opinio communis in bonorum posses.gratia litis agnoscendæ reprehenditur.
49 Noua declaratio,qualis erat bonorum possessio gratia litis agnoscendæ.
50 Bonorum posses.quæ dantur furioso uel infanti uel pendente cõditione non sunt facti.
51 Quare tantum sunt tres bonorum posses.facti.
52 Ius prætorium. Et ordines prætorij hodie durant post ius autenticorum.
53 Bonorum possessiones Decem hodie sunt in usu, & possunt concurrere cum remedijs ciuilibus.
54 Bonorum possessio in casu.l.postbumus.ff.de iniust.rup.& irri. testamento an hodie sit necessaria.
55 Testamentum quomodo reconualescat per mortem posthumi præteriti,nouiter declaratur.
56 Testamentum per præteritionem filij in potestate an reconualescat & quomodo.
57 Bonorum possessio secundum tabulas est necessaria filio approbante testamentum.
58 Bonor.posses.secundum tabul.est necessaria mutata conditione testatoris.
59 Testamentum an reconualescat testatore reuertente ad priorem conditionem.
60 Declaratio ad l.qui liberis.§.testamento.ff.de secund.tabul.
61 Bonorum posses.secundum tab.est necessaria quando testator incidit testamentum secundum.
62 Testamentum primum quomodo tollatur per secundum & reconualescat inciso primo.
63 Bonorum posses.secundum tab.est necessaria quando filius est institutus sub conditione.
64 Bonorum posses.secundum tab.quomodo & quibus detur pendẽte conditione scripta in testamento.
65 Bonorum posses.Secund.tab. est necessaria in furiosis & mente capitis institutis.
66 Bonorum possessio secundum tabulas est in pupillis necessaria.
67 Bonorum possessio secund.tab.est necessaria in substitutione pupil.omissa causa testamenti.
68 Duæ traduntur regulæ per quas cognoscitur quando bonorum posses.secund. tab.sit necessaria.
69 Bonorum possessio contratab.an sit hodie necessaria.
70 Bonor.posses.abintestato an sint hodie necessariæ,& quid de bono.posses.Vnde liberi.
71 Bonor.posses.Vnde agnati an sit hodie necessaria,& idem de unde cognati.
72 Bonorum possessio Vnde uir & uxor an sit hodie necessaria.
73 Bonorum possessio Septima extraordinaria an sit hodie necessaria.
74 Bonorum possessio carboniana an sit hodie necessaria.
75 Bonorum possessio uentris nomine an sit hodie necessaria.
76 Bonorum possessio gratia litis agnoscendæ an sit hodie necessaria.
77 Bonorum possessio ex statuto baronum hodie est necessaria.
78 Si papa mandas aliquem examinari, an sit citandus aduersarius.
79 Si committitur aliquid conscientiæ, quomodo commissarius debeat procedere.

Repetitio legis Certum. C. Vnde legit. & Vnde Cognati.

1 STA Lex est famosa † propter unam glo. magistralem in ea positam ennumerantẽ omnes species bonorum possess. & ponentem casus in quibus hodie sunt necessariæ bono.possessio.& quia in nulla parte huius libri plenius tractatur de eis, ideo latius insistere opere pretium esse existimaui pro generali cognitione specierum bono.posses.Et ad eius euidentiam præmittenda sunt ea quæ dixi in rub.sup.qui admitti. Et inter alia, quod cum pro perpetuitate negotiorum & naturali uoto hominũ successiones fuissent in bonis morientium receptæ. Ad eas deducendas ad exitum & finem optatum legislatores composuerunt illud corpus uniuersale continens omnia iura defuncti directa, quod concessum certis personis ordinate uocatis eas faceret successores & representates personam defuncti,iuxta.l.hæreditas nihil.ff. de reg.iur.& ut ab eis & in eis negotia exerceri possint perinde ac si defunctus uiueret, ut not. in auth. de iure iur.a mor.præst.in glo.unam.& l.fi.inf.de hæred.inst. & l.hæreditas.ff.de usucap.

2 Et ne uaria†& incerta esset hæc successio, & ne omnes se facerẽt successores & cõtenderẽt, lex 12.tab. certas personas certo ordine ad successionem uocauit,cõstituendo duos modos succedendi, ex testamento, & abintestato. Et quod successio testamentaria tanquam habens expressam uoluntatem testatoris præferretur successioni abintestato,Ideo edidit primo illa uerba posita sub titulo de succes.ex testamento.Hæreditates testamento iure facto datæ ratæ sunto.Vti quisque legasset, rei suæ ita ius esto, propter quæ uerba omnes legitime instituti hæredes in testamẽto uocati sunt ad successionem testantis.Postea, quia sæpissime eueniebat quod ciues sine testamẽto moriebantur, edidit hæc uerba in titulo de successio.abintestato. In testatorum hæreditates primo suorum hæredem uelint nolintue sunto.Iis deficientibus,agnatus proximus familiam habeto. Propter quæ uerba duo capita succedendi sunt primo constituta,suorum hæredum,& iis deficiẽtibus, agnatorum, exclusis omnibus aliis cognatis quocunque gradu coniunctis,ut probatur insti.ad tertul. sena tuscon. in princi. remoto etiam successorio edicto inter agnatos.§.placebat.inst.de legit.agnat.succes. ac etiam exclusis fœminis agnatis non consanguineis. §. cæterum.inst.de legit.agnat.succes. Sed tertio loco deficientibus sui hæredibus & agnatis prædictis uel eis existentibus & repudiantibus, lex prædicta uocauit fiscum nulla relicta spe succedendi dictis agnatis ita exclusis & cæteris cognatis,ut no.inst.ad tertul. in prin. & l.fi.ff.de succes. edicto. Et hoc duplici ratione,primo si extabant cognati & agnatæ fœminæ, uel agnati capite diminuti,ut hæreditates in familia remanerẽt, Commodius enim arbitratum fuit ut diuitiæ in familia confirmarentur.d.§.cæterum. Secundo deficientibus agnatis,ut fisco daretur, ne in tanta paupertate antiquorum deessent pecuniæ pro sustinendis laboribus publicis.arg.l.1.in princ.inf.de caduc.tol.

3 Crescente†postea ciuitate. Et aucto imperio fiscus effectus fuit ditissimus ut amplius non egeret successionibus priuatorũ pro expensis reipublicæ.Vnde lex 12. tabularum paulatim apparuit ex experientia in multis iniqua & in multis imperfecta, cũ ratio naturalis quæ propter necessitatem reipublicæ erat obtenebrata cessante necessitate effecta fuit potens & clara,& ex uarietate temporis noua quodammodo apparuit, ut simile euenit in l.1.in princ.inf..de cad.

Quamobrem

4 Quamobrem † prætores ex bono & æquo uolentes dilatare ius succesionis angustisimis finibus coarctatum per l.12.tabularum, Multa edicta proposuerunt, corrigendo, emendando, supplendo, & confirmando aliquando legem 12.tabularum. ut inst. de bon. posses. in princ. & §. adhuc autem. Et multas bonorum possessiones introducendo quæ ponuntur in §. sunt autem. inst. de bon. posses. & ennumerantur per glo. hic.

5 Et primo † dilatauerunt succesionem testamentariã introducendo nouam formam testamenti iuxta. §. postea. inst. de testam. ordin. & fortiorem illis introductis iure ciuili, ut non ita faciliter rumperetur, sicut testamentum de iure ciuili, Si superueniret aliquod impedimentum, sed solum induceretur exceptio quæ elideret illud, & cessante impedimento cessaret exceptio. arg. l. qui est sine liberis. §. testamento, uer. non enim. ff. de bonor. posses. secund. tab. & §. non tamen. instit. quib. mod. infi. testũ. ubi Theofilus & Viglius. Et sic ita ordinauerunt ut posset stare in suspenso certis casibus, ut uires priores certo modo reassumere posset, Et ideo uoluerunt quod si præteritus esset posthumus nõ rumperetur in totum, sed eo moriente uiuente testato re reconualesceret. l. posthumus. ff. de iniust. rup. irr. testamento. Ac etiam si testator mutaret conditionem, quod non rumperetur si postea moreretur sui iuris. §. non tamen. inst. quib. mod. infir. testamentum. Vel si suus esset præteritus, nõn esset in totum ruptũ, sed posset reconualescere tacente præterito. l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & irr. testamento. Et etiam per secundũ testamentum non tolleretur taliter primum quin posset reconualescere, iuxta. l. qui ex liberis. §. testamento ff de sec. tabu. Et posset rumpere primum testamẽtum in quo filius est exhæredatus. l. ex duobus. §. si prius. ff. de contratab. de quorum iurium intellectu diximus in l. posthumo. sup. de contratab. & dicemus. inf. sup. glo. Item uoluerunt quod posthumi alieni qui iure ciuili instituí non poterant, institui suo testamẽto possent, iuxta. §. 1. inst. de bono. posses. Et ut omnes isti effectus executionem habere possent, disposuerunt ut bonorum possessio iuxta scripturam tabularum daretur scriptis hæredibus, & ita introducta fuit bonorum possessio secundum tabulas. Insuper etiam mandauerunt quod nõ tantum sui hæredes instituerentur a parentibus, sed etiam filii emancipati, & si non instituerentur uel exhæredarentur, ipsis præteritis policiti fuerunt dare bonorum possessionem ad rumpendum testamentum, quæ ab effectu appellata fuit contratabulas, quia datur contra uoluntatem scriptã in tabulis. §. emancipatos. inst. de exhæred. liber. Quod etiam in testamẽto liberti obseruari uoluerunt, ut inf. in rub. & nigro. de bonorum posses. contratab. liber ac etiam. In testamentis liberorum præteritis parentibus. l. 1. ff. si quis a parente fuerit manumissus.

6 Ex quibus † apparet quod iste duæ bonorum posses. ex testamento fuerunt necessariæ, cum illa secundum tabulas non tantum in illis casibus in quibus testamentum ualebat solum de iure prætorio erat necessaria, sed generaliter in omnibus institutis hæredibus in suo testamento, cum testamentum sub forma prætoria factum nullo modo ualeret de iure ciuili antequam ius ciuile & prætorium redactum fuisset in unam consonantiam ut dixi in l. 2. sup. de secund. tab.

7 Similiter † contratabulas fuit necessaria in omnibus suis casibus, cum iure ciuili filii emancipati præteriti & patroni & parentes non possent contra testamenta uenire, quamuis postea extensa fuerit a prætoribus ad filios suos hæredes. Vel ut uerius est etiam in suis hæredibus fuit necessaria, cum prætorium testamentũ præteritione filii in potestate non esset ipso iure nullum, Sed erat necessarium ut rumperetur per contratabul. & eo tacente per annum testamentum remanebat efficax. l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & irrit. testamento. quia per lapsum anni excludebatur a potestate petẽdi bono. posses. contratab. Nec illud testamentum iure ciuili per iusdicendi nullum poterat annullari eo tempore, ut dixi in d. l. posthumo.

Sed solum difficultas restat, an postquam testamentum prætorium receptum fuit a iure ciuili, & communicatæ uires utriusque testameti, iuxta. §. sed cum paulatim. inst. de testam. per præteritionem sui hæredis rumperetur testamentum, de quo dixi in d. l. posthu-
8 mo. † Vbi etiam dictum fuit quod per hãc solam datur hæreditas filio non expectata alia bonorum possessio ne abintestato, quia alioquin duo decreta fuissent necessaria, quod nullibi scriptum inuenitur, sed per primum decretum prætor dabat succesionem filiis præteritis, Et si reduceretur ad causam ueram intestati nõ fuisset opus conseruare filium in portione sua. l. 1. §. ibidem. ff. de col. bono. seu filio instituto in potestate dare contratabulas, cum rupto testamento ex communi iure omnes liberi æqualiter succederent. Et differt specie ab unde liberi, quæ & ipsa unica est, quia hæc ꝓpria dicitur contratabulas quamuis propter euentũ, quia datur liberis præteritis, & per eam uocantur ex accidenti, & per similitudinem posit dici unde liberi, i. qua uocantur contra uoluntatem liberi.

9 Et per prædictam † rationem extensa fuit ad filios instititutos, quia per contratabulas filius emancipatus præteritus rumpebat testamentum, & nihil consequi poterat filius institutus in potestate. l. filiũ. uer. sed quemadmodum. ff. de contratab. & ut commodus fiat, utrique datur contratabulas. l. 3. §. si liberi. ff. de contrat. Sed tamen non dabatur filiis exhæredatis tanquam priuatis succesione ex alia causa quam propter capitis diminutionem, & quia in eis non erat uitium præteritionis, & de meritis eius erat ordinario iudicio discutiendũ. l. non putauit. ff. de contratabulas. Nec etiam dabatur filiis etiam præteritis in bonis maternis. l. illud. §. ad testamenta. ff. de contratab. tum quia tempore quo prætor fecit edictum de emancipatis ad huc filii in bonis maternis iure filiationis non succedebant, cum hoc lõge postea fuerit introductum, ut inst. de orfic. §. 1. & ad tertul. senat. tum etiam quia solum uocauit illos qui excludebantur propter capitis diminutionem, & fuissent sui hæredes si non fuisset capitis diminutio. l. sed cũ patrono. §. 1. ff. de bono. posses. & eos inter suos uocabat. §. 1. inst. de leg. agn. succes. quod non erat in filiis respectu matris & lineæ maternæ.

10 Similiter † secundo loco abintestato prætores dilatauerunt ius succedendi, uocando multos ad succesionem abintestato qui non admittebantur de iure ciuili,
11 Et fecerunt multas bonorum posses. † Primo fecerunt bono. possessionem unde liberi, quam dederunt filiis emancipatis in bonis paternis. §. emancipati. inst. de hæred. quæ abintest. & §. & cum de testamentis. inst. de bono. posses. Et hæc postea extensa fuit ad filios in potestate secundum communiter docto. Sed tamen magis placet quod principaliter & filiis in potestate sit cõcessa. arg. l. 1. quis ordo in bono. posses. ser. & d. §. cum de testamentis. uer. & primo loco, Nam licet causa mouens prætorem fuerit propter emancipatos, tamen facta deliberatione propter eos fecit postea generalem bonorum possessionem. argu. l. 1. §. sexum. ff. de postul. cum ibi no. per Bart. Et propter beneficium abstinendi eis concessum, propter quod poterat esse in eis succesio, fuit etiam in dictis filiis in potestate necessaria ut uno repudiante secundus posset uocari, quod non contingebat de iure ciuili. §. placebat. inst. de leg. agn. succes. & not. in l. qui se patris. sup. unde liberi. Item tanquam agnati non poterant succedere, quod tamen cõcessum fuit a prætore in l. 1. §. sed uidendum. ff. de succesor. edicto. Sed non fuit data in bonis maternis propter rationes sup. dictas. l. quotiens. inf. de leg. hæred.
12 Secundo loco † fecit bono. posses. Vnde agnati. per q̃ uocauit

uocauit agnatos admissos a l.ciuili.|& ideo alio nomine appellabantur unde legitimi, & postea extensa fuit ad omnes illos qui per legem nouam uocati fuerunt.l. 2.§.|fi. ff.|unde legiti. Et hæc bonorum possessio olim fuit necessaria tempore edicti propter successorium edictum,cum in eis nō erat successio,& ut omnes agnati in sequenti gradu existētes & ipsi possent admitti ad successionē iuxta.§.placebat. inst.de legit. agn. succes. cōiuncta.l.1.§.qbus.ff.de succes.edicto. Et ita in agnatis & suis hæredibus dilatauit successionē ꝑpter successoriū edictū de persona in personam, e de capite in caput,& etiam confirmauit. Et eadem ratione potest dici quod ab initio alia pars magis generalis unde legitimi esset necessaria.Item ex alia ratione.d.duæ bono.possessiones poterant antiquitus esse necessariæ sequendo opinionem Philippi casuli in rubr. C. de testa. de qua per Alciat.ca.14.lib.4.Paradox.quia rupto testamento per contratabulas succedebatur per remedia abintestato,ut per unde liberi,& unde agnati,Nam cum testamentum de iure ciuili non rumperetur propter contra tabul.iuxta.l.& si contra.ff.de uulgari & pupil.nō poterat succedi abintestato de iure ciuili,ergo erat necessaria Vnde liberi.& Vnde agnati pro successione. Sed tamē hæc opinio nec mihi placuit.in l.posthumo. sup. de contratab.

13 Tertio loco†sequendo ordinem,hodie receptum fecit prætor bonor. possessio. unde cognati,quam dedit omnibus coniunctis sanguine sequendo naturalem rationē.l.1.ff.unde cognati. & inst. de succes. cogn.ideo uocati etiam fuerint liberi agnati capite diminuti & alii qui aliqua ratione non poterant succedere de iure ciuili.d.l.1.ff.unde legit.& inst. eod. titu. & §. media. inst.de legit.agnat.succes. Et hæc ab initio in totū fuit necessaria,ut dicitur hic in tex.in l.1.sup.eod.& l.1. ff. unde cognati.

Quarto loco pro remedio subsidiario introduxit bonorum possessionem unde uir & uxor,per quam uocabat coniuges inuicem ad successionem si moriebantur nullis extantibus agnatis uel cognatis. l. 1. ff. unde uir & uxor.& l.1.inf.unde uir & uxor. Et hæc secundū omnes fuit necessaria,quia cum ipsi inuicem essent extranei,nec iure agnationis uel cognationis poterāt succedere iure ciuili, tñ quia maxima est illa matrimonialis cōiunctio,quia est uiri & mulieris & diuini & humani iuris communicatio.l.1.ff.de ritu nupt. & inst.de patria potest.in princ. & l. aduersus. inf. de crimi. expil. hæred.ideo prætor æquitate motus eam introduxit,si tamen iustum esset matrimonium, & tempore mortis duraret.l.1.ff.unde uir & uxor. Vltra prædictas quatuor hodie receptas, Prætor fecit alias quatuor abintestato,q̄ olim erāt in obseruātia,sed hodie sunt inutiles.

14 Vnde quinto loco† fecit bonorum possessionem unde decem personæ,quam dedit decem personis nominatis in d.§. & cum de testamentis.quas præferebat extraneo manumissori, Nam cùm pater olim emancipare uolens filium eum uenderet amico ut quodammodo eius seruus efficeretur, & appellabatur fiduciarius pater.l.liberos.§.1.ff.de capit.diminut.quia de eo confisus fuit pater in uenditione, ut eum statim liberaret, & facta trina uenditione,& emancipatione,ille efficiebatur sui iuris,ut late declarat Theophilus in §.præterea.inst.quibus mod.sol. patr. potest. & ibidem Gaius in suis institutionibus,Sed pater erat ei tanquam extraneus,& ille manumissor tāquam patronus habebat ius succedendi, unde erat opus quod pater contracta fiducia uenderet amico Illi,alioquin nullo iure poterat succedere.§.fin. institu.de legit.agn.succes. & ille fiduciarius pater ei succedebat. Quod cum esset iniquum,prætor uoluit decem personas habere bonorum possessionem quæ præfererentur dicto fiduciario patri extraneo manumissori,ut dicitur in d.§.tertio loco. inst. de bonorū posses. Sed tamen hodie recessit ad usu, quia emancipatio hodie non tollit cognationē nec ius succedendi per ordinaria capita succedendi de iure prætorio,ut dicitur in §.eas.inst.eo.& d. §. præterea. ideo de ea non fiet amplius uerbum in hac lege.

15 Sexto loco†& septimo fecit bonorum possessionem tanquam ex familia, & aliam unde patroni, quæ quibus daretur dubium est inter doctores, nam quidā uolebant ut illa daretur patronis ex testamēto, & alia unde patroni daretur abintestato, Sed hæc ab omnibus repræhenditur, quia esset inconueniens quod in ordine successionum intestatorum poneretur illa ex testamento,maxime cum patronis succurrebatur ex testamento uel per secundum tabulas si erant instituti. l. si libertus patrono.ff.de bon. liber. uel per cōtratabulas si erant præteriti.l.1.inf.de bon.poss. contratabul.lib. Vnde secunda est opinio,quod dabatur agnatis uel cognatis patroni usque ad quintum gradum, & alia unde patroni ipsis patronis, & hæc uidetur communis gloss. & doctorum & Theopili. Sed obstat, quia uidetur inconueniens quod prius ponatur bonorum possessio quæ datur agnatis uel cognatis quam illa quæ datur ipsis patronis, cum uideatur ibi præsupponere imperator quod prætor eas per ordinem posuit, Ideo Alciat. lib.1.c.2.parergon.dixit illam datam fuisse uiris patriciis quibus gentilitatis iure excluso fisco dabatur bonorum possessio, tanquam ex familia, & eadem ratione idem dicebat esse de bonorum posses. unde cognati, manumissori§,ut ibi latius per eum. Quæ opinio repugnat uerbis innuentibus has duas bonorum possessiones esse coniunctas, & eas simul tanquam coniunctas & pertinentes ad materiam successionis liberorū correxit simul imperator inferius in §. cumque. dicens ꝙ in constitutione quam fecit de iure patronatus utranque penitus euacuauit. Alii moderni alias referunt opiniones & coniecturas quarum nulla uidetur conueniens,Sed ego puto quod tutior sit illa opinio quod cū patroni essent uocati a lege 12.tabularum ut §. 1. inst. de succes.liber.nullus alius iure ciuili præter eos & liberos admitti poterat, Ideo ne hæreditas deueniret ad fiscum uocauit prætor totam familiam patronorū agnatos & cognatos ut dicunt communiter doctores ac si essent in familia patroni & de liberis, Et fuit prima facta a prætore, quia patrono per legem erat iam succursum,Sed tamen postea quia succedente tempore apparuit quod lex plene non prouidebat patronis, & quod libertus adoptando sibi filium excludebat patronum abintestato, & ita uolens excludere ex paruo labore poterat excludere,Ideo fecit postea bonorū possessionem unde patroni, per quam eum plenius uocauit ut in §.1.instit.de succes. liber.|Et ita apparet ratio quare illa appellabatur tanquam ex familia, quia uocabantur agnati.& cognati ac si essent in familia, idest de liberis patronorum,cum liberi strictiori nomine cōstituant familiam.l. familiæ.ff.de uerb. signific. Item præcessit aliam,quia illi nullo iure uocabantur,sed patroni succedebant per l. 12. tabularum, & utraque fuit necessaria ex causa principali propter quam introducta fuit.

16 Octauo†loco fecerunt bonorum posses. quam dederunt cognatis manumissoris, qui & pater fiduciarius dicebatur, nam si pater naturalis contracta fiducia emancipabat,tunc ipse succedebat, Si uero non erat cōtracta fiducia, tūc ipse manumissor uocabatur post decem illas personas, & non existentibus decem personis nec illo manumissore, tunc cognati manumissoris uocabantur per hanc bonorum posses. & erat necessaria,ut patet ex præcedentibus.Et quamuis aliqui uelint eam referri ad cognatos patroni,ut sit portio præcedentium,Tamen hæc opinio non est uera, quia eam correxisset imperator ex sola ratione qua correxit illā tanquam ex familia,& illam unde patroni, & propter uerbum manumis. apparet quod competebat ex alia causa,

causa, quia cum pater non possit dici patronus, uere appellatur generali nomine manumissor. Tamen hæc recessit & ipsa ex usu, quia hodie non fit amplius ille manumissor, ut no. in d. §. decima. & §. tertio. Et ideo de istis quatuor amplius non faciemus mentionem, & concludemus simul cum Iustiniano quod sex tantum sunt bono. posses. ordinariæ.

17 Septimo loco † prætores etiam fecerunt bonorũ possess. aliam ut compræhenderent omnes casus in quibus successio deferri posset, Nam cum posset euenire quod lex uellet aliquibus personis dari bono. posses. qui casus tunc non reperiebantur introducti, Ideo generaliter disposuerunt quod ex quacunque causa tam ex testamento quam abintestato per leges iuberetur prætor dare bonorum possessionem, daretur illa extraordinaria, Quam extraordinariam appellauerunt quia non erat restricta ad successiones ex testamento tantũ, uel successiones abintestato tantum, sed prout eueniebat quod a lege iuberetur eam dari uoluerunt, Et a loco nouiter dato appellata fuit septima, Sed in edicto appellabatur ut ex legibus. l. 1. ff. ut ex legibus. Et est eadem cum illa septima quæ ponitur in d. §. septima. licet diuerso nomine nuncupetur. Quamuis aliqui uellint esse diuersam ab illa ex legibus, quasi sit generalior, cum hæc detur ex testamento & abintestato, & illa abintest. tãtum, & illa ex legibus, hæc ex edicto prætoris. Quæ opinio nullo modo admitti debet, quia imperator hic alias fuisset imperfecte locutus omittens illam ut ex legibus, & dicens quod abintestato quatuor sunt, quia immo fuissent quinque, cum non appareat quod illa fuerit sublata. Item licet ibi nominetur ut ex legibus, tamen facta fuit in edicto, & ibi referũtur uerba edicti, Item hoc nomen est nouum, quia ut patet ex ordine literæ, est necessarium quod haberet antiquitus aliud nomen quod ponitur in d. l. 1. ff. ut ex legib. Et licet ibi fuerit collocata inter successiones abintestato, tamen non negatur quin etiam posset dari ex testamento propter generalitatem uerborum edicti, uti me ex quacunque causa lege uel senatusconsulto dare oportebit, ita dabo. & illa uerba declarantur postea in d. §. septima. Et dicuntur esse mere prætoria, ut late dixi in rubrica sup. qui admitti, quia licet propter iussum iudicis dari debeat, & a lege oriatur unum ius petendi, tamen uere fuit introducta a prætore antequam iussus legis eueniret, ut solum nudum ministerium nominandi casum attributum sit legibus, qua nominatione secuta totum ius bonorum posses. proueniat a prætore. argumen. l. unum ex familia. ff. de leg. 2. & l. asse toto. ff. de hæred. instit. Et hæc fuit necessaria propter intentionem prætoris qui uolebat in omnibus casibus prouidere de remedio succedendi. De exemplo aũt istius bonorum possessionis inf. late dicetur. Et hæc de bonorum posses. iuris per quas bona defuncti perpetuo concedebantur uocatis in edicto.

18 Vltra † autem prædictas septem quæ ordinariæ dicũtur, quia plenum ius & perpetuum tribuunt, alias etiã prætor extraordinarias fecit quæ facti dicuntur, & nõ tribuunt ius plenum in bonis, sed solum ad tempus tribuunt detentationem seu corporalem possessionẽ bonorum & iurium defuncti cũ potestate percipiẽdi fructus, & alio nomine appellantur bonorum possessiones facti. Et primum exemplum est in carboniana bonorum possessione quam prætor uoluit dari impuberibus negatis filiis defuncti, uel quibus mouetur quæstio status, Nam tunc prætor habita aliqua causæ cognitione quod præsumptiue sit filius, concedit possessionem bonorum defuncti donec quæstio filiationis fuerit finita, & ea finita, si declarabitur filius, dabitur uera bonorum posses. iuris, qua perpetuo efficitur dominus, & si declarabitur non esse filius, priuabitur utraque bonorum possessione, ut l. 1. §. causæ. & §. duæ sũt causæ. ff. de carbon. edicto. & per Azonem in summa inf. de carbon. edicto. Et si uidebitur utile pupillo differre quæstionem filiationis uel status in tempus pubertatis, prætor decernet pupillum interim possidere. l. 3. §. duæ sunt causæ & l. prima. & ibi nota. infr. de carbon. edicto.

19 Secundum † exemplum est in bonorum possessione uentris nomine, quam prætor uoluit dari mulieri prægnanti quæ negatur prægnans ex defuncto, uel mouetur quæstio status ei, & pupillo nascituro, Nã interim prætor uoluit dari ad similitudinem carbon. bonorum omnium rerum defuncti detentationem, & facultatem percipiendi fructus donec erit finita quæstio status uel filiationis, & si declarabitur filius confirmabitur in possessione ut perpetuo sit dominus, Si uero declarabitur nõ filius, priuabitur utraque bonorum posses. & si erit utile pupillo differre quæstionem status in tempus pubertatis, decernetur interim permanere in possessione. l. 1. §. si ea. ff. de uentre in posses. mittendo. Et etiam quando non negatur uxor donec nascatur aliquando mulier mitetur in possessionem. l. 1. in princip. eo. titu. ff. de uentre in posses. mit. Et istæ duæ ideo appellantur facti, quia non tribuunt dominium, nec ius perpetuum, sed solum detentationem temporalem, ut patet in d. iuribus.

20 Tertium † exemplum ponitur in bonorum possessione gratia litis agnoscendæ quam communiter doctores dicunt dari a prætore filiis emancipatis exhæredatis qui non possunt uenire ad successionem per unde liberi abintestato, neque per contratabulas, quia testamentum est rite factum cum non sint præteriti. l. non putauit. ff. de contratabul. nec etiam possunt habere quærelam, quia illa est remedium iuris ciuilis, quæ datur illis qui de iure ciuili possunt succedere abintestato. Ideo ut hoc remedium quærelæ posit eis accommodari, prætor dabat unũ annullum pro signo quod ipse erat successurus abintestato, quem portabat ad iudicem, ut recognosceretur ab eo, & admitteretur ad remedium quærelæ, quamuis esset remedium ciuile, de qua bonorum posses. habetur per glo. & doctores in l. Papinianus. §. 1. ff. de inoffic. testamento. & l. 2. supra de petit. hæredit. & hæc est communis opinio. Tamen in contrarium fortiter facit text. in d. l. Papinianus. §. 1. qui præsupponit quod filiofamil. datur ista bonorum possesio, ergo non potest dici quod sit emancipatus, nec propter emancipationem fit incognitus, nec uidetur posse dici q̃ sit posthumus alienus, quia ille text. præsupponit quod ille fuerit maior, & ipse petierit bonorum possessionem, & esset nimis magna restrictio intelligere quod ille esset posthumus alienus, nec etiã potest adaptari, quia illo tempore posthumi alieni poterant hæredes institui per legem uelleiam. & Gallum. l. penul. ff. de leg. 1. Item nec potest intelligi de cognatis, quia in cognatis successio prius defertur patri quã filio, ut dicitur in l. 1. sup. qui admitti. & ibi gl. 1. & doctor. Ideo solum potest intelligi ille text. in bonis maternis filio delatis, in quibus illo tẽpore filius erat uocatus per orficianum. l. qui in aliena. ff. de acquir. hær. & sic non erat incognitus de iure ciuili. Et ideo ratio communis non uidetur esse uera, ut etiam perpendit Viglius in §. tam autem. inst. de inoffic. testamento.

Ideo moderni quidam in §. septima. inst. eo. ponunt unam opinionem non spernendam, distinguendo inter suos hæredes & alios uocatos ad quærelam, ut sui hæredes admittantur ad quærelam sine aliquo signo, cum ratione suitatis habeant certum ius præambulum in bonis patris. l. in suis. de liber. & posthu. propter q̃ incontinenti agere possunt, & ad transmittendam quærelam sufficit quod sit incepta. l. quemadmodum. ff. de inoffic. testamento. Sed si non sui hæredes, sed uel emãcipati, uel fratres in bonis fratris, uel filii in bonis maternis, tunc non possunt immediate admitti ad quærelam, Sed necessarium est quod ipsis detur illa bonorum

rum possessio gratia litis agnoscendæ, ut acquiratur aliquod ius præambulum sine quo nullus potest admitti ad quærelandum.

Et sic concludunt, quod hæc bonorum possessio erat necessaria omnibus uolentibus agere quærela inofficiosi teastmenti, exceptis suis hæredibus, siue possint succedere de iure prætorio, siue possint succedere de iure ciuili, Et pro hac generalitate facit. d. l. Papinianus. §. 1. & l. posthumus. §. fi. ff. de inoffic. testamento. & l. 2. sup. de inoffic. testamento. Et prædicta distinctio uidetur probari in d. l. quemadmodum. ff. de inoffic. testamēto. Tamen hæc opinio ex toto non satisfacit, quia uidetur inconueniens quod sine bonorū possessione uocati a iure ciuili nō possent habere quærelam; & quod ius ciuile sine bonorum posses. non dedisset remedium quærelæ. Et ideo ego puto hanc bonorum possessionē non fuisse necessariam uolentibus succedere de iure ciuili, sed solum uolentibus succedere de iure prætorio. Sed tamen in hoc discordo a cōmuni opinione, quod arbitror etiam eam concedi posse illis qui potuerunt succedere de iure ciuili, si tamen ipsi eligebant successionē prætoriam potius quam ciuilem, atque etiam quod falsa sit opinio cōmunis, quod daretur hic bonorum possessio, ut cognosceretur exhæredatus a iure ciuili, quia illa dabatur etiam illis qui erant cogniti a iure ciuili, & uolebant succedere de iure prætorio. Et hoc modo intelligo glo. in d. l. quemadmodum. quæ dicit quod etiā filiis in potestate potest dari illa gratia litis agnoscendæ, licet non sit necessaria, cum solum sit necessaria pro illis qui non possunt succedere de iure ciuili tā quam incogniti, Per quam extensionem apparet quod nec etiam glo. uoluerunt simpliciter dari ut cognoscatur, cum possit dari etiam omnino cognitis iure ciuili, Sed qualis fuerit hæc bonorum possessio est magis dubium, & multum probabilis uidetur opinio Fulgos. illam esse bonorum possessionem quæ competit illi exhæredato, quæ debeat agnosci per quærelantem antequam admittatur ad effectū ut acquiratur aliquod ius in bonis, Et satis uidetur probare. d. l. quemadmodum quæ præsupponit uel suitatem uel aditionem uel bonorum possessione debere præcedere, ut hæc bonorū possessio detur uel loco suitatis uel aditionis, quando quis uult succedere de iure prætorio, Tamen ei obstat, quia communiter doctores concludunt quod post uictoriam in quærela filius non dicitur hæres, ut per glo. in d. l. quemadmodum. Et ideo placet quod hæc bonorum possessio esset unum decretum iudicis emanatum, ut tempora ad petendum ordinariam bonorum possessionem non currerent ad effectum ut finita lite posset postea solemniter petere bonorum possessionem ordinariam, Et dicebatur bonorum possessio agnita gratia litis ordinandæ seu agnoscendæ seu instituendæ, quia non fiebat ad finem acquirendi ius in bonis, & cōmoda & incommoda, sed ad finem litigandi & rumpendi testamentum, de quo tamen latius dicam inf. super gl. cum aliis doctoribus. Nec placet quod esset necessaria ad effectum transmissionis, quia sine ea etiam præparata potest dici quærela, ut no. in d. l. quemadmodum.

21 Et hæc† bonorum possessio appellabitur facti, quia non tribuit ius in bonis perpetuum, sed solum certum ius extrinsecum, sicut aliæ supra traditæ. Tamen ab eis discordat, quia hæc non tribuit possessionem nec detentionem rerum, sed remanet penes hæredem scriptum. l. 2. sup. de inoffic. testam. Et hæ tres possunt diffiniri, quod sunt ius persequendi retinēdique patrimonii siue rei temporaliter, Nam qui habet carbonianam consequitur possessionem patrimonii, quia exercet actiones hæreditarias temporaliter. l. penult. ff. de carbon. edicto. & l. 3. §. missum. eo. titu. Et datur annus ad petendum, & descendit ex secunda parte edicti. d. l. 3. §. fi. cum l. sequenti. ff. de carbon. edicto. Et differunt ab ordinariis, quia ille tribuunt ius possessionis perpetuū, quæ perpetua possessio operatur acquisitionem dominii utilis, sed iste tribuunt ius possessionis temporalis, ideo utile dominium nō subsequitur, Tamen satis possunt contineri sub diffinitione generali bonorum possessionis, quia per eas quis cōsequitur seu habet ius persequendi & retinendi illud ius uniuersale tēporaliter, & capiendo uerbum persequendi pro ipsa possessione tantum, optime conueniat diffinitio generalis etiam istis, Et ideo dixi in l. fi. sup. qui admitti quod istæ bonorum posses. etiam hodie agnoscuntur sicut aliæ sine decreto ex sola præsentia iudicis, & solum decretum requiritur in missione in possessionem actualem, Sicut etiam in aliis ordinariis decretum requiritur quando petitur actualis missio in possessionem per interdictū quorum bonorum, uel edictum diui Adriani ut not. in l. fi. inf. de edicto diui Adria. tol. Et improprie dicūtur esse facti, quia per eas datur possessio facti illius iuris uniuersalis, tamen in substantia sunt iuris sicut aliæ, quamuis Bal. & doctores sentiāt in eis nihil esse immutatum. Et etiam potest esse in eis duplex ius, edictale, & decretale, sicut in aliis, quia sola differentia consistit inter eas propter tempus, ex quo tēpore tales nascuntur alia, quod non tribuitur dominium utile in istis tribus, Sed si uerbum persequendi plenius caperetur pro acquisitione dominii, tunc non conueniret diffinitio generalis. Tamen quia alias uerbum persequendi refertur ad possessionem, per quā in consequentiam sequitur aliud ius. inst. de action. in princ. ideo uidetur quod satis sub illa diffinitione compræhendantur.

Ad tollendas tamen omnes difficultates potes ita eas diffinire, quod bonorum possessio carboniana uel uentris nomine est ius persequendi possessionem rerū & iurium defuncti temporaliter, Et bonorum possessio gratia litis agnoscendæ est ius persequendi possessionem iuris uniuersalis patrimonii defuncti ad litem quærelæ instituendam. Aliæ etiam extraordinariæ bonorum possessiones uidentur assignari posse, ut est illa quæ datur furioso uel infanti. l. 1. & 2. ff. de bonorum posses. infanti uel furioso competenti. Tamen doctores in l. infantis. sup. eo. dicunt quod ille sunt ordinariæ, & ibi ego dixi quod sunt mixtæ, quia etiam habent naturam facti, cum non tribuant interim ius perpetuum, sed solum temporale, nec regulariter per talem acquisitionem transmittatur, sed sit opus alia acquisitione. l. si infanti. inf. de iure deliber. & l. fi. §. nos itaque. & §. tali itaque. supra de curat. furio. tamen eædem et sunt illæ quæ postea petuntur & tribuunt ius perpetuum, quod non est in carboniana & uentris nomine, quæ sunt diuersæ ab ordinariis. d. l. 3. §. fi. cū l. sequenti. ff. de carb. edict. Alii etiam enumerāt illam quæ ponitur. ff. de ueterano. militum successione. l. 1. Sed tamen etiam illa dicitur esse ordinaria, in substātia solum specialitas est, quia ille miles qui est alias intestabilis potest habere successorem, & illud ius est limitatum, intantum quod solum in qualitatibus extrinsecis differt ab aliis, tamē in substantia est ordinaria, sicut sunt homines albi, & nigri, ut no. per Bar. in l. 1. ff. de acquir. possessione. Et hæc quantum ad primitiuam introductionem omnium bonorum possessio. Quæ omnes durauerunt tempore libertatis romanæ, & postea usque ad tempora Adriani.

22 Sed† cum tempore Adriani inductum fuisset perpetuum edictum quod simul cum legibus seruabatur, cōtinuo, apparuit contrarietatem inter ius ciuile & prætorium esse inutilem, & maximi præiudicii & laboris, Ideo Imperatores ceperunt paulatim per constitutiones inducere consonantiam inter ius ciuile & prætorium, iuxta. §. sed cum paulatim. inst. de ord. testamentis. Ex qua concordia communicata fuerunt remedia iuris ciuilis & prætorii, & multæ bonorum possessiones quæ tempore introductionis fuerunt necessariæ, ut ostensum fuit, ceperunt esse uiles tantum.

Nam

23 Nam† primo incepit testamentum prætorium ualere etiam de iure ciuili, & testamentum ciuile etiam ualere de iure prætorio, & remedia prætoria competere pro testamento ciuili, & remedia ciuilia pro testamento prætorio ut dicitur in d. §. sed cũ paulatim. Et ideo testamentum factum secundum formam prætoriam incepit post constitu. illas obseruari de iure ciuili, ut ex eo etiam instituti hæredes possent adire hæreditatem, cum antea non poterat adiri, quia solum ualebat testamentum factum per es & liberam, uel illa duo antiqua testamenta, procinctum & calatis comitiis, Item ius ciuile introduxit aliam formam testamenti similem formæ prætoriæ cum septem testibus & signis, & alia noua solemnitate addita. Quod testamentum etiam ualebat de iure prætorio, & ex eo prætor dabat instituto hæredi bonorum possessionem secundum tabulas, quã uis antea ex testamento ciuili dari non consueuerat, sicut ex testamẽto prætorio poterat adiri hæreditas nouiter, & ita ex utraque forma testamenti utraque remedia ceperunt competere, Et effectum fuit quod bonorum possess. secundum tabulas quæ semper erat necessaria institutis in testamento prætorio ceperit esse utilis tantum cum posset concurrere cum acquisitione ciuili, Item cùm pro executione testamenti prætorii circa res hæreditarias daretur interdictum quorum bonorum, quod tunc sufficiebat, & pro testamento ciuili daretur petitio hæreditatis ad consequendum possessionem rerum hæreditariarum, ceperunt etiam hæc duo remedia communicari, & dari pro utroque testamento, ut interdictum quorum bonorum utile competere uolentibus succedere de iure ciuili. l. 1. & ibi nota. ff. quorum bonorum, & petitio hæreditatis utilis quæ appellatur possessoria hæreditatis petitio cepit dari uolẽtibus acquirere bona particularia hæreditatis de iure prætorio. l. 1. ff. de possesso. hær. petit. Et idem factum fuit de fideicommisso relicto in testamento prætorio & ciuili, ut ex utroque testamento utrumque remedium competeret. l. 1. de fideicom. hæred. petit. Et lex falcidia utilis cepit dari uolentibus succedere ex testamento uel iure prætorio. l. 1. §. ad eos. ff. ad legẽ falcid.

24 Item bonorum possessio contra tabulas † quæ dabatur solum contra testamentum prætorium cepit dari contra testamentum etiam ualidum de iure ciuili, & unum plus fuit additum, quod quamuis secundum formam edicti non posset dari secundum tabulas nisi testamentum esset septem signis signatum, tamen cum remedia prætoria fuissent communicata, & reperiretur de iure ciuili testamentum sine scriptis secundum nuncupationem factum, Introductum fuit ut ex eo detur secundum tabulas utilis quæ alio nomine appellatur bono. possessio secundum nnuncupationem. l. 2. sup. de secundum tab. ubi posui hæc omnia plene ultra alios.

Verumtamen licet tot conuenientiæ essent inductę inter ius ciuile & prætorium, & testamentum prætorium & ciuile, Tamen† remanserunt adhuc multæ differentiæ. Primo in potestate concedendi dominium, q̃a de iure prætorio dantur iura utilia, & de iure ciuili iura directa, ut dixi in rubr. sup. qui admitti. in præmissis, & super diffinitione, Secunda remansit differentia in tẽpore acceptandi, quia de iure prætorio infra breue tẽpus poterat peti, ut per liberos & parentes infra annũ, & per alios inf. centum dies. l. 2. & l. emancipata. sup. qui admitti. & l. 1. §. largius. ff. de succes. edicto, & de iure ciuili acceptari poterat semper, ut no. in l. licet, infra de iure deliber. Tertia remansit differentia in modo acceptandi, quia hæreditas ubique adiri potest. §. fi. inst. de hæred. qualit. & differ. Sed bonorum possessio. olim decretum, hodie præsentiam iudicis requirit. d. l. fin. sup. qui admitti. Quarta remansit differentia in qualitate, quia hæreditas acquiritur ipso iure. §. 1. & 2. inst. de hæred. qualit. & differ. & §. sui. inst. de hæred quæ abintest. Et bonorum possessio non acquiritur ipso iure. §. quos autem. insti. eo. & dixi in l. emancipata. sup. qui admitti. Quinta remansit differentia in alia qualitate, quod inuitis acquiritur, ut ꝓbatur in d. iuribus sed bonorum possessio nemini inuito acquiritur. l. 3. §. inuito. ff. eod. & in hac lege nostra. Sexta remansit differẽtia, quæ descendit ex prima, quod lex ciuilis facit hæredes & dominos ueros, sed prætor per bonorum possessionem facit bonorum possessores perpetuos, quod æquipollet utili domino, ut dixi in rubri. per d. §. quos autem. Septima etiam remansit differentia in illis qui sunt in aliena potestate, ut bonorum possessio deferatur soli filio, & per ipsum solum possit peti, & sufficiat ratificatio patris, & ex sola negligentia filii amittatur, ut dixi in l. 1. sup. qui admitti. Sed hæreditas defertur patri & filio, & debet præcedere iussus patris, & utriusque uoluntas requiritur in amittendo, utriusque uolũtas in acquirendo, & utriusque negligentia in faciendo ut currat tempus, ut dixi in d. l. 1. per l. qui in aliena. §. 1. & fin. & l. is qui hæres. §. neque. ff. de acqu. hæred. & l. renitente, inf. de iure deliber. Octaua remansit differentia, quia actus aditionis non potest fieri per tutorẽ tantum. l. cum in una. §. tutor. ff. de appellat. Sed bonorum possess. potest agnosci per solum tutorem, & aliquando etiam per solum pupillum. l. bonorum. sup. qui admitti. Item hæreditas per procuratorẽ adiri nõ potest. l. Paulus respondet per procuratorem. ff. de acqui. hæred. Sed bonorum possessio potest. l. 3. §. acquirere. ff. de bonorum possess. & l. 1. §. unusquisque. ff. de succes. edicto. Et ex istis differentiis posset etiam inferri ad multas alias, quas laboriosum esset enumerare magis quam subtile.

26 Vna tamen ultra prædictas remansit differentia inter ius prætorium & ius ciuile in testamento, quæ pertinet principaliter ad materiam istius legis, scilicet ꝙ testamentum factum secundum formam prætoriam septem testium & signorum non ita faciliter rumpitur, sicut testamentum factum secundum formam ciuilem. Nam in hac specie prætor sequitur naturales progressus magis quam apices iuris, sicut fecit in delatione bonorum possessionis factæ filiofamil. de quo dictũ fuit in l. 1. sup. qui admitti. & cum secundum naturam testamentum in scriptis iam perfectum non possit rumpi per defectum superueniẽtem in persona testatoris, uel etiam propter præteritionem filiorum, quia remanet eadem scriptura cum suis testibus & signis, Ita etiam de iure prætorio testamentum non annullatur per superuenientem capitis diminutionem. §. non tamen. inst. quib. mod. infir. testamentum. nec per natiuitatẽ posthumi præteriti. l. posthumus. ff. de iniusto rupto & irri. testamento, nec præteritione filii in potestate. l. filio præterito. ff. eo. titu. nec per secundum testamentum. l. qui ex liberis. §. testamento. ff. de contratab. sed solum inducitur quædam exceptio impediens effectum testamenti, & si cesset illa exceptio remanet ualidum testamentum, ut dicitur in d. iuribus. per d. l. qui liberis. §. fi. ff. de contrat. ibi, non de uiribus testam. sed de uiribus exceptionis. Qui effectus non possunt habere locũ in testamento facto secundum formam ciuilem tantũ, quia de iure ciuili propter apices iuris testamentum rũpitur in totum, & non potest amplius reconualescere, ut inst. de exhær. liber. in princip. & inst. quib. mod. infir. testamentum. §. posteriore. Et probatur utrumque dictum. argu. l. si unus. §. pactus ne peteret. in princip. & in secundo & tertio responso. ff. de pactis. Nec potest sustineri opinio uolentium quod iis casibus testamentum reconualescat de iure ciuili, ut not. in l. filio præterito. ff. de iniust. rupto & irrit. testamento. quia uidetur ualde absurdum quod testamentum ipso iure nullum ex accidenti extrinseco incipiat esse testamentum propter casus postea occurrentes sine forma & cõtra regulam. l. quod ab initio. ff. de reg. iur. & in d. §. pactus in 2 & tertio responso. & d. l. qui liberis. §. fi.

Et

27 Et ideo † oportet dicere quod testamentum ab initio sit ualidum de rigore iuris, & quod solum paretur ei exceptio, qua sublata remaneat testamentum, Et cũ ista ualiditas non reperiatur de iure ciuili, oportet tenere quod nunquam de iure ciuili potest testamentum reconualescere.arg.l.1.§.filiusfamil.ff.de leg.3. Et sic in hoc est differentia inter testamentum secundũ formam prætoriam & testamentum secundum formam ciuilem, ut testamentum prætorium possit stare in suspenso ex dictis casibus, quod non est de iure ciuili, Ex quo sequitur quod in omnibus casibus non fuit communicatum testamentum prætorium cum testamento ciuili, & secundum tabulas necessario dabatur certis casibus, ut infra dicam cum glo. insistendo particulariter in intelligentia cuiuslibet legis sup. allegatæ. Solũ potest dubitari, an per l. secundam. sup. de secund. tabul. propter illam extensionem uirtus testamenti prætorii sit attributa testamento ciuili, sicut secundum tabulas incepit posse competere. Tamen quia iura sunt multum clara, quod in omnibus dictis casibus testamẽtum est nullum de iure ciuili, & ipso iure annullatur, Ideo tutior est opinio, quod prædicta uirtus sit solum in testamento prætorio, & non in testamento facto secundum formam iuris ciuilis scilicet in testamento nũcupatiuo, cum testamentum sine scriptis non uideatur habere illam firmitatem naturalem quam habet testamentum in scriptis, de quo tamen infr. latius ponam & dic ut ibi.

28 Præterea † per dictas constitutiones antiquas non fuit aucta potestas succedendi de iure ciuili, cum illæ personæ quæ non poterant succedere de iure ciuili remanserunt etiam destitutæ iure ciuili, Et ideo in reliquis remanserunt necessariæ per possessiones usque ad tẽpora Iustiniani, exceptis matre & filiis in bonis maternis, qui per tertullianum & orficianum senatusconsul. uocati fuerunt. Nam bonorum possessio unde legitimi & unde cognati cepit esse utilis tantum cum utroque iure dictæ personæ possint succedere, ut plene dictum fuit post glo. in l.1. sup. quando non peten. part. Sed circa filios emancipatos & cæteros cognatos & agnatos exclusos a lege 12. tabularum, uel per mediã iuris prudentiam, remansit differentia inter ius ciuile & ius prætorium usque ad tempora Iustiniani, quod nunc seruatur, & ideo inf. cum glo. tractabimus, an post Iustiniani constitutiones bonorum possessiones hodie sint necessariæ, uel utiles tantum, Et effectus est maximus propter illas decem differentias quas sup. enumeraui quæ hodie durant inter successionem ciuilem & prętoriam, Et sumpta occasione a decisione istius legis quæ correcta fuit per ius authenticorum, doctores hic generaliter tractant an illi qui uocantur de iure prætorio tam ex testamento quam abintestato possint succedere de iure ciuili, ut utrumque remedium possit competere, uel potius admitti tantum possint de iure prætorio ut necessariæ sint bonorum possess. ad consequendum hæreditatem uel successionem delatam.

Iis sic generaliter præmissis, deuenio ad legem quę diuiditur in duas partes, In prima ponit quo iure possint succedere cognati, in secunda, an uocatus de iure prætorio cogatur acquirere successionem. Secunda est ibi, defuncti. Summatur hoc modo cognati non admittuntur ad successionem cognatorum nisi per bonorum posses. unde cognati, quam nolentes acquirere non cõ

29 pellentur. † Casus ita breuiter fingi potest, Decessit quidam relictis filiis in adoptionem datis, uel filiis ex sorore, uel matertera, qui post mortem eius cum habitarent in municipio nolentes uel non ualentes propter paupertatem uel occupatione ad præsidem prouinciæ uel prætorem accedere ut peterent bono. posses. Desiderabant de iure ciuili succedere, & adiuerunt hæreditatem tanquam de iure ciuili succedere possent, elapsi centum diebus sequentes in gradu agnouerunt bonorum posses. tanquam delatam ex successorio edicto, & petebãt sibi decreto decerni. Orta discordia inter istos fuit quæsitum an primi essent exclusi, uel potius deberent conseruari in possessione, Et ratio dubitãdi erat, & uidebatur dicendum quod primi utroque iure admitterentur, & quod cognati iure ciuili succedere possent, cum propter naturalem rationem inuenta fuerit successio. l. cum ratio. de bon. dam. & c. 1. distinc. 1. Sed secundum naturam non est differentia inter masculos & fœminas, quia utrisque pariter indiget in procreatione hominũ, ergo & in successione uidebatur quod non esset differentia, & quod cognati sicut agnati omni iure succedere possent. Secundo faciebat, quia iure ciuili mater succedebat filio & filius matri. l.1. & secũda. ff. ad tertul. & orfic. ergo idem uidebatur in aliis, quia est fauorabilis dispositio. Tertio faciebat, quia ius prætorium redactum fuit in consonantiam cum iure ciuili. d. §. sed cum paulatim. inst. de testam. Sed ipsi uocantur iure prætorio, l.2. ff. unde liberi. & §. admonendi. inst. de hæred. quæ abintesta. ergo etiam iure ciuili. arg. not. in l.1. sup. de bono. poss. secundum tabul. Quarto faciebat, quia de iure prætorio habet locũ successorium edictum de capite in caput in eadem persona. l.1. §. sed uidendum. ff. de succes. edicto. ergo eodem modo uidebatur quod ex alio capite sibi ipsi succedentes possent admitti etiam elapsis centum diebus.

Sed iis non obstantibus, contrarium fuit determinatum, quod immo isti cognati nullo iure amplius succedere possint, Et ratio decidendi fuit, quia de iure prætorio elapsis cẽtum diebus amplius non possunt admitti ad bonorum possessio. unde cognati. De iure uero ciuili succedere non possunt, quia illo iure non sunt uocati, quia ius ciuile solum uocauit existentes in familia, ergo nullo modo amplius succedere possũt, cũ cognati citra bonorum possessionẽ unde cognati ad successionem admitti non possint, Non obstat quod successio sit de iure naturali, quia lex 12. tabularum nõ in omnibus sequuta fuit rationem naturalem, sed in multis recessit propter utilitatem communem reipublicæ & solum uoluit suos hæredes & agnatos admitti ad successionem, & eis non extantibus uoluit succedere fiscũ exclusis omnibus aliis cognatis seu sanguine coniunctis, ut not. insti. ad tertul. senat. in princ. per rationes quas etiam dixi in præmissis. Non obstat de tertulliano senatusconsul. & orficia. quia fuit noua dispositio post legem nostram secundum aliquos, uel illa fuerunt senatusconsul. particularia de certis personis multum coniunctis disponentia, quæ non possunt trahi ad consequentiam, quia extensio de persona ad personam nõ potest fieri, ut per Aretinum in l. Gallus. §. & quid si tãtum. ff. de liber. & posthu. maxime quia in aliis non militat eadem ratio. Non obstat quod ius ciuile fuerit unitum cum iure prætorio, quia unio illa fuit facta de casibus in quibus ab utroque iure erat facta uocatio, nam tunc remedia fuerunt communicata, sed isti nunquam fuerunt uocati de iure ciuili, ideo remedia ciuilia quæ non erant non potuerunt communicari, Vel dicas quod illa concordia tantum fuit facta in casibus expressis in constitutionibus quæ paulatim ex cursu tẽporis emanatæ fuerunt super uariis casibus, sed tamen non debent trahi in consequentiam. Non obstat quod sibi ipsi quis potest succedere, quia illud ꝓcedit in suis hæredibus & agnatis, qui habent plures qualitates, & ex pluribus capitibus successionum possunt uocari, sed isti cognati non habent nisi unam qualitatem, ideo nõ possunt uocari nisi ex uno capite. & post cognatos nullum aliud est caput eis conueniens, & per consequens sibi ipsis succedere non possunt, & citra bono. possessionem unde cognati admitti non possunt.

30 Sed postea † dubitatum fuit, an isti cognati uolentes hæreditatem acquirere cogantur succedere, Et uidebatur quod sic, per regulam secũdum naturam. ff. de reg. iur.

iur. & l. eum qui. ff. de iure iur. Sed cognatis nouiter hoc priuilegium succedendi concessum fuit, ergo debent grauari ut inuiti cogantur succedere, sicut euenit in filiis in potestate quibus magis erat debita successio. Secundo facit tex. in §. quoniam uariæ. in auth. quib. mod. natur. effic. sui. ubi filii qui legitimantur per oblationem curiæ coguntur succedere in bonis patris, nec possunt abstinere propter priuilegium legitimationis a patre eis datum. Tertio facit, quia prætor uocauit ad similitudinem iuris ciuilis. l. 1. §. 3. ff. si tab. test. nullæ extab. Sed de iure ciuili filii coguntur succedere, ergo etiam de iure prætorio saltem illi filii dati in adoptionem qui beneficio prætoris uocantur tantum. §. admonendi. inst. de hær. quæ abintest. Quarto faciebat, quia prætor ipso iure multa operatur. l. quæ sub conditione. in fine. de condit. inst. & l. de pupillo. §. habet, & §. si is cui. ff. de nou. oper. nunti. & l. 3. §. a municipibus. ff. de bono. posses. & l. 3. §. fi. ff. de bono. posses. & not. in l. 1. sup. quando non pet. par. in 2. notab. & l. illud. §. fi. ff. de contratab. ergo uidebatur ꝙ etiam ipso iure cognatis acquiri posset & eis inuitis.

Iis tamen non obstantibus contrarium fuit determinatum, ꝙ immo bonorum posses. nemini inuito acquiratur, Et ratio decidendi fuit, quia prætor uoluit neminem inuitum succedere, & suis hæredibus qui de iure ciuili inuiti uocabantur dedit beneficium abstinendi l. necessariis. ff. de acquir. hæred. ergo tanto minus uoluit non necessario cogere. Et ratio rationis fuit, quia melius est fauere uiuentibus quam mortuis, & tollerabilius est ꝙ fiat iniuria mortuis ut non possint inuenire hæredes propter defectum suum, quam fiat damnũ & iniuria uiuis qui non peccauerunt obligãdo eos ad onera hæreditaria ut ipsi luant pœnas in carceribus, uel cum bonis suis de eo quod alii per lasciuiam consumpserunt, ut not. in d. l. necessariis, & §. 1. inst. qui & ex quib. cau. man. non possunt. Non obst. contraria. Et primo. l. eum qui. ff. de iure iur. quia illa regula non habet locum quando contrarium disponitur, hic autem & in l. 3. §. acquirere. ff. de bon. posses. reperitur dispositum ꝙ habeant beneficium uolentes & non inuiti, Non obstat. §. quoniam uariæ. quia ibi est casus specialis in quo lex ulterius processit, uel ut infra dicam, ille tex. non dicit illud ad quod doctores allegant, & decius intellectu inf. dicam. Non obst. ꝙ prætor uocauit ad similitudinem iuris ciuilis & suorum hæredum, qa intellexit prætor in edicto de similitudine respectu ordinis succedendi, non respectu modi, & cum omnibus qualitatibus iuris ciuilis, cum alioquin etiam possent adire simpliciter, & similitudo sufficit ꝙ sit in casu de quo agitur, licet non sit in omnibus. arg. no. in §. item is. inst. quib. mod. re contrah. oblig. & per doct. post Abbatem in c. translato. de consti. Non obst. ꝙ prætor ipso iure operetur, & ꝙ ipso iure acquiratur bono. posses. quia prima iura loquuntur in aliis terminis in quibus non tractatur de obligando aliquem, Et d. l. 3. §. fi. loquitur quando interuenit petitio, & uoluntas pro una parte, & alia pars postea necessario accrescit propter aliam rationem ne deueniatur ad inconueniens. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. hic uero pro nulla parte interuenit petitio neque uoluntas super qua posit fundari fictio, ut decretum interpositum trahatur ad eam. Quare remanet ꝙ iure prætorio principaliter nemo inuitus cogitur acquirere bon. possessio.

31 In textu ibi, citra admissionem bono. possessionis, exponitur. i. sine seu absque adminiculo bono. poss. siue præter. Concordat. l. fi. ubi glo. ff. de collat. & l. nec filius. sup. de reb. cred. & c. prudentiam. §. illa quippe. de offic. deleg. cũ similibus positis per Alber. in dictionario in uerbo citra. Et ideo dixit Bal. in l. transigere. C. de transact. ꝙ dictio citra ponitur exceptiue. Et hoc ẽt ꝓbatur hic, quia a regula negatiua excipitur casus qñ quis admissus est ad bon. poss. Et ꝙ ponatur exceptiue, apparet, quia seruat naturã dictionis nisi, quæ similiter est exceptiua, nã si illa ponatur in oratione negatiua, tunc ponit et disponit & affirmat, & si ponatur in oratione affirmatiua, tunc priuat, ut per Bar. in l. actione. col. 1. sup. de transact. Ita hæc dictio hic ponit & in l. transigere. sup. de transact. & in l. seruus ea lege. ff. de seruis exportandis priuat. Et hæc uera sunt qñ refertur ad res uel terminos. Si uero refertur ad tempus, & tũc si ponitur cũ accusatiuo, habet eandem naturam excipiendi & ponendi quando oratio est negatiua, & priuandi qñ oratio est affirmatiua, Vt si quis diceret, possedit citra decẽ annos, idest exceptis decẽ annis possedit, Sed si ponatur cũ ablatiuo, & tũc si est sine copula, ut a decẽ annis citra possedit, & significat possessionẽ nõ continuã, sed si ponatur cũ ablatiuo & copula, ut a decẽ annis & citra, & tunc significat possessionẽ continuã, ut per Bar. in l. Celsus. col. fi. de usuc & Alex. in cõ fi. 45. uisis attestationibus. col. 2. & consi. 108. in causa & lite col. 2. lib. 3. & in consi. 116. in causa & lite col. penul. lib. 2. cum aliis cumul. hic per Dec.

32 Notandum est primo ex isto tex. ꝙ cognati solo iure prætorio uocantur ad successionem, ꝙ uerum est de iure digestorum & codicis, secus autem est de iure authenticorũ, quo fuerunt uocati, & inductum fuit ꝙ nulla sit differentia inter agnatos & cognatos. §. nullam in auth. de hæred. abintest. uenientib. & sic hodie etiã ipsi possunt succedere de iure ciuili & adire hæreditatẽ. Vnde dicebat Bal. hic ꝙ statuta Italiæ disponentia ꝙ agnati præferantur cognatis, sunt odiosa, quia sunt contra iustitiã æquitatis, & idẽ dixit in d. l. lege 12. tabu. in 2. notab. inf. de legit. hæred. & in l. fi. inf. qui ad libertatem peruen. non possunt. Alex. consi. 116. uiso titu. in 1. uol. & in consi. 128. consideratis. in princ. lib. 1. & in consi. 7. uisis. col. 3. lib. 2. Bar. in l. cunctos populos. col. 5. C. de summa trini. & fide cath. & ibi Salic. Cinus in l. non fine. C. de bon. quæ liber. & ibi Bal. & in l. sancimus sup. de nupt. Et Petrus de Ancha. in c. canonum statuta. de constit. in uer. igitur. col. 15. uer. iuxta prædicta quæritur. Gozad. consi. 27. col. 3. nu. 12. uer. 6. tale statutum. Decius tamen hic dicit non uideri odiosum, quia non in totum corrigit ius commune, sed solum corrigit ius authenticorũ, & reducit successionem ad primæuam naturã quæ erat tempore legis 12. tabularum, & tempore prætorium, & mediæ iuris prudentiæ, ut no. Ang. in consi. 19. uiso puncto. circa finem. ergo est fauorabilis, ut per glo. in c. statutum. in uerbo numerandũ. de præbend. in sexto. & not. in l. si unus. §. pactus. uers. ꝙ si in specie. ff. de pactis. & c. ab exordio. 35. dist. Item hoc statutũ fit ad finẽ fauendi agnatis, & nõ animo dãnificandi cognatos, & sic principalis intentio est fauere, ideo reputatur fauorabile, ut bona cõseruẽtur in familia, ut per Cin. in l. 1. inf. de adul. & late per Ange. in consi. 67. Marti. Alex. in consi. 20. uiso processu. col. 2. & consi. 80. uiso & oportune. lib. primo. cum aliis cumulatis per eum. Et statutum iudicatur a principali intentione, ut per Bart. per illum text. in l. si quis nec causam. ff. si cert. petat. & l. qui exceptionem. ff. de condic. indeb. & Calderin. in consilio 14. & per Decium in l. uenia supra de in ius uocand. Sed Aduertendum est, quia Bald. non se fundat ratione quod sit correctorium. Sed se fundat in ratione quod sit contra naturalem æquitatem, item loquitur in terminis magis odiosis quando statutum in totum excludit fœminas uel cognatos, quo casu militat sua ratio, quod sit contra naturalem æquitatem, quia prætor uocauit fœminas, & cognatos ex bono & æquo, & dicitur esse iniuriosum, ut perpendebat ipse hic. & in l. fina. infr. unde legitimi. in quinto notabili. Et corrigit non tantum ius authenticorum, Sed etiam ius prætorium quod erat fundatum in ęquitate, Sed si statutum disponeret quod masculi præferrẽtur fœminis, & agnati præfererẽtur cognatis, tũc sta-

tutum non esset contra naturalem rationem nec æquitatem in totum, quia concordaret cum iure prætorio quod uocat multas fœminas post agnatos.§.cæterum. inst.de legit. agnat. succes. & omnes agnatos præferebat cognatis.§.repetitis.inst.de seruili cognatione. Et non posset dici tam odiosum quin etiam posset habere in se fauorem, cum non fiat in odium fœminarum nec cognatorum, sed in fauorem agnatorum & conseruationis familiæ.

33 Ideo † ego puto considerandos esse duos casus separatos. Primo, an statutum disponat quod fœminæ uel cognati in totum excludantur, ut faciebat lex 12.tabularum antiqua, & fit in feudis de iure communi.c.1.§. filia.de successione feudi.cum glo.non succedit.& glo. in c.1.in fine.de clerico qui inuest.fecit. Et tunc in dubio iudicabitur statutum odiosum & contra rationé naturalem & non erit extendendum ad similia, ut dicebat Bal.propter rationem suam, unde uerba intelligũtur in propria significatione, & non impropriabuntur nec extendentur. Nisi forsan in statuto esset assignata ratio propter quam appareret quod fuisset factum propter publicam utilitatem, ut quod successiones facilius deueniant ad fiscum propter magnam necessitatem reipublicæ, prout erat de iure antiquo in ciuitate romana ut sup.dixi in præmissis. Nam quando statutum est pœnale & correctorium, Et fiat propter publicam utilitatem, reputatur fauorabile & extenditur, & uerba impropriantur ut comprænhendantur multi casus, ut p Bar.in l.2.§.exercitus.ff.de iis qui not.infam.& per Decium & omnes ubi dixi in l. si quis id quod. ff. de iur. omnium iudic.& per Iasonem late in l. si quis maior. C.de transact.& auth.sacramenta puberum.C.si aduersus uenditionem.

34 Si uero † statutum disponat quòd masculi præferantur fœminis, uel agnati præferantur cognatis, Et tunc si in statuto assignata fuit ratio concernens publicam utilitatem apparentem, tunc absque dubio reputabitur fauorabile, per ea quæ statim dixi, quæ fortius militant hoc casu, quia statutum non est ita contra naturalem æquitatem nec contra omnia iura antiqua, Sed si in statuto non est assignata ratio, uel fuit assignata, tamen non tendit principaliter ad publicam utilitatem, sed solum ad quandam satisfactionem noluntatis ciuium, Et tunc est magis dubium an debeat iudicari odiosum uel fauorabile, & in terminis doctores uidentur sibi contrarii, Et Decius hic uidetur tenere quod sit fauorabile, quia uidetur factum in fauorem agnatorum ut hic per eum, cuius rationes in iis terminis uidentur concludere.

Tamen multi pro concordia considerant, quod in tali statuto sunt duo capita, unum uocatiuum agnatorum, & aliud exclusiuum fœminarum seu cognatorũ, ut per Bart.in l.2.§.sed uidendum.ff.ad tertul.& Bal.in l.2.supra de in ius uocando. Et ideo dicunt quod in illa parte in qua est uocatiuum agnatorum statutum iudicabitur fauorabile, quia totum fit in fauorem agnatorum, unde uerba late interpretabuntur ut comprænhendant plures personas etiam impropriando, sicut fit de statutis aliis fauorabilibus, nec consideratur quod in consequentiam ueniat odium agnatorum, arg.not.per Bar.in d.l.si quis nec causam.ff.si cer.peta.& l.qui exceptionem. ff.de condic. indebiti. Sed in illa parte in qua excludit fœminas uel cognatos dicunt quod est odiosum, & procedunt allegata in contrarium pro hac parte, Et ideo uolunt ꝙ si statutum excluderet filias uel filios cognatorum non intelligeretur de nepotibus, qa cum sit odiosum uerba debent intelligi in propria significatione, Et in hac distinctione uidentur residere doctores communiter ut per Brunum in tractatu de stat. exclusiuo fœminarum.q.1. & Laurum de fano in eod.tractatu.in princ.nu.5. Dominicus in c.uenientes. de uerbo.significatio.libro 6.

Decius tamen in d.l.uenia.sup. de in ius uoc. reprę hendit hanc distinctioné, dicens ꝙ tale statutũ non potest partim esse fauorabile & partim odiosũ, quia res non debet censeri diuerso iure.l.eũ qui edes. ff. de usu cap.& quia a causa principali & finali iudicatur statutũ fauorabile & odiosum.Cald.in consi.14. in titu. de uer.sign.& per Bar.in d.l.si quis nec causam. & d.l.qui except.Et ꝙ simpliciter sit odiosum tenet Bal.hic.& in l.lege 12.tab.inf.de leg.hæred.& Alex.in d. consi.116. & consi.128.& consi.7.& Ang. consi. 200. statutum sup pradictum in princ.& And.sicul.in consi.39.lib.2.col. pen.& Alber.in l.1.sup.de in ius uoc. & Cor. in consil. 105.in præsenti consultatione.lib.1.Et ꝙ totum sit fauorabile, tenent prædicti doctores in contrarium sup. allegati. Et Ioan.de Ana.in consi.89.uisis.Petrus de Ancha.consi.112.superstite domina.& Roma.in consi.16. uiso.in consi.32.uila.& in consi.411. quatuor sunt. Frãciscus de curte in consi.9.ticinensi statuto.colu.5.cum multis aliis cumulatis ibi per eum, per quæ concludit idem ꝙ hic, ꝙ semper sit fauorabile, & dicit ita esse cõmunem sentẽtiam. Tamen Cur.iunior in cõsi.150. col. 2.nu.6.uer.accidit.lib.2.Goza.cõsi.19. col.1.nu.3. uer si.suadetur & secundo.ubi pulcre loquitur, tenet prædictam distinctionem, & allegata per Deciũ resolui possunt ex adductis per Cur.in d.consi. 150. Et in dubio non uidetur recedendum ab ista opinione tanquã media, Puto tamé multum attendendam esse mentem statuentium, & ex uarietate proemii & rationum allegatarum in statuto poterit de facto adhæreri utrique parti, Nec obstat quod sit æquum, quia alia æquitas uiget ab alia parte quæ præualere potest.argu. l.bona fides. ff.depositi.cogita tamen.

35 Secundo † notandum est, quod cognati non coguntur inuiti agnoscere bono.posses. seu succedere, Quod est generale in omnibus uocatis a iure prætorio. l. 3. §.inuito.ff.de bon.pos.& dixi in l.infantis. & l. emancipata.sup.qui admitti.Et in hoc differt ius prætorium a iure ciuili ꝙ uoluit filios in potestate & seruos a domino institutos esse necessarios hæredes, ut inst.de hæred.qual.& differ.in princ.& §.sui autem. Sed prætor uolens fauere liberis hominibus in succedendo magis quam mortuis dedit eis beneficium abstinendi ut amplius non cogantur esse hæredes, ut inst.de hęred. qualit.& differ.§.sed iis. & l.necessariis. ff. de acquir. hæred.Et cũ ius prætorium postea fuerit receptum a iure ciuili, Euenit ꝙ etiam iure ciuili nullus liber est necessarius hæres, sicut nec iure prætorio. Quod tamen debet intelligi receptiue ut dixi, non correctiue, quia ius prætoriũ receptum fuit cum qualitatibus iuris prætorii, ut licet contradicat iuri ciuili, tamen illud non corrigit in totũ, sed solũ impedit eius effectus. Ita ꝙ etiam hodie filius in potestate efficitur hæres necessarius, sed postea per receptionem abstensionis efficitur ac si esset uoluntarius.l.nam nec emancipatus. ff.de leg 1. sicut testamentariæ successiones non inductiue, Sed receptiue sunt de iure ciuili, l.lege obuenire.ff.de uerbo. signifi. & obligatio naturalis est de iure ciuili receptiue non inductiue, ut no.in §.1.inst.de oblig.

36 Vnus † tñ casus nouiter p ius auth. est inductus in filio qui nõ põt abstinere, q ponitur in §.qm̃ uarie.in auth.quibus modis naturales effic.sui.& ibi Ang. dicit illũ text. habere locũ in oĩ filio qualitercũque legitimato, qa in legitimatione reqritur cõsẽsus legitimati, & cõsentiendo se astringit, & sequi.Rom.& Alex.in d.l.necessariis col.fi.Dec.uero hic tenet.d.§.quoniã uarie habere locũ solũ in casu suo, & nõ debere trahi ad alios legitimatos per rescriptum principis. Quia legitimatus per rescriptum efficitur ad instar legitimorum, ut est tex. in d.auth.quib.mod.natur.effic.sui in §. adoptionis. uer. quapropter hinc a nobis.& in §.illud in fine. quos ponderat Aretinus.in d.l. necessariis. Et cum alii filii legitimi habeant ius abstinendi, eodé modo & legitimati, &

& consensus præstitus ut efficiatur legitimus in fauorem filii non debet extendi in eius odium ut amittat beneficiũ abstinẽdi.l.in agris.ff.de acqu.rer.dom.Ideo glo. quam ibi no.Bar.& sequuntur doct.in l.quemadmodum.ff.de inofficioso testamento dicebat quod ille qui intentauit quærelam & obtinuit nihilominus potest se abstinere.Præterea ratio Angeli de consensu non est generalis,quia non concludit in infante qui tamen legitimari potest,ut no.Bar.in l.iubemus.intr.de emancip.liber.& in l. fi. ff. de iis qui sunt sui uel al.iu. Et ideo Azzo.in sum.in d. auth. dixit quod legitimati per oblationem habent specialem modum succedẽdi. quem sequitur idem Ang.in consi. 17.col.pen.uer.pręterea.Et per consequens quod dictum est de eis nõ debet trahi ad alios legitimatos.Et hæc fuit opinio ante Decium Cathalani quem refert Alex.ibi.

Sed tamen pro opinione Angeli facit,quia legitimati per oblationem curiæ uidentur magis priuilegiati quam alii,quia filii illi sunt naturales tantum,& magis amici legibus,& succedunt in certa portione, ut no.in auth.licet.C.de natura.liber.ideo uidetur quod magis debeant assimilari ueris legitimis, Et si eis non conceditur beneficium abstinendi, minus uidetur concedi aliis legitimatis qui sunt spurii & odiosi legibus.Sed tamen puto non esse recedendum ab opinione Decii, quia clarum est quod d.§.quoniam uarie.in uerbis nõ comprehendit alios legitimatos,Et ideo solum est tractandum de extensione, Quæ non potest fieri in exorbitantibus non existente eadem ratione, prout contingit hic.Nam ibi prohibetur repudiare fauore curiæ ne liberetur a nexu curiali, & ꝙ non obstante repudiatione nihilominus remaneat astrictus nexui curiæ ut ibi dicitur,& clarius in l.siquis liber.§. & quod de subeunda.& l.quoniam desideria.sup.de nat.liber.quas cõfirmat Imperator in d. auth. §. siquis igitur naturalium. & §.siquis igitur ex qualibet qui præcedunt. d.§.quoniam uarie.& confirmatur ex §. si quis ab initio qui sequitur. Et sic ibi repudiatio hæreditatis non prohibetur simpliciter, sed illa quæ facta fuit ut liberetur, a, nexu curiali,& si postea sit curialis non potest repudiare bona sicut nec cæteri decuriones possunt repudiare iuxta.l.fi.C.de imponenda lucr.descriptione.& l.2.C. quando & quibus quarta pars debeatur.lib.10.Quæ ratio non militat in aliis legitimatis, quia non tractatur de fauore curiæ, nec de se liberando a nexu curiali, Et per consequens apparet quod ille est casus specialis cum sua particulari ratione. Non obstat quod eis magis fauent iura cum sint magis amici legi, quia ille fauor est ante legitimationem, & in modo legitimandi, quia de iure communi ex sola parentum uel filiorum uoluntate possunt legitimari, quod non est in spuriis, Sed tamen postquam spurii uel incestuosi sunt legitimati plene,& tũc sunt magis fauorabiles,quia plenius sunt legitimi,& a principe sunt legitimati, & tota macula est sublata, & in omnibus efficiuntur similes aliis legitimis,Et totum ius eorum dependet a uerbis rescripti, & est plus uel minus secundum quod concesserit princeps in rescripto.

37 Glo. magna †diuiditur in quatuor partes ut hic per Iasonem,Ex secunda parte colligitur, quod agnati succedunt iure ciuili etiam 12. tabularum usque ad decimum gradum per tex.in §.fi.inst.de succes.cogn.quem dicit Ang.esse meliorẽ de iure, facit quod uoluit Bal. in consi.469.statuto cauetur in fine lib.1.Limitatur tamen non procedere in multis casibus, & primo in contrahentibus incestas nuptias quibus non succedunt agnati uel cognati nisi usque ad tertium gradum secundum formam positam in l. siquis incesti. C. de incestis nupt.Et secundum ius auth.soli filii legitimi succedũt, ut in auth.incestas.eod. titu. quæ sequitur, & punitur etiam aliis pœnis de quibus in d. auth. & in corpore unde sumitur.

38 Quæ conclusio†non habet difficultatem quan do nuptiæ sunt contractæ inter coniunctos usque ad quartum gradum iuris ciuilis exclusiue, Sed si essent contractæ inter coniunctos ultra quartum gradum connumerando secundum ius ciuile, quo casu non dicuntur eo iure incestæ nuptiæ.§.duorum autem fratrum. inst. de nupt.tamen dicuntur incestæ de iure canonico quod prohibuit matrimonium inter coniunctos per octo gradus iuris ciuilis qui æquipollet quatuor gradibus iuris canonici. c. nõ debet. de cõsanguin.& affin.& ib not.Dubiũ est an pœnæ impositæ in d.l.siquis.& in auth.ibi posita de iure ciuili habeant locum etiam in nuptiis incestis tantum de iure canonico. Petrus de Anchar.in consi.391. uidetur prima facie tenere ꝙ pœnæ impositæ a iure ciuili non habeant locum in matrimonio incestuoso tantum de iure canonico, Et idem tenet Cald.consi.fi.in titu.de consanguin. & affin. & sequitur Gem.in consi.71. Titius accepit in uxorẽ col. fi.per rationem unã,quia ius ciuile imponit pœnas uenientibus contra.l.ciuilem tantum.

Contrariam tamen opinionem tenet Abbas in cap. & si necesse.extra de don.inter uir.& uxor.post Cardinalem quem ibi refert, per unam rationem, quia qui contrahit contra canones uidetur contrahere contra leges,cũ canones a lege ciuili sint approbati, & appellantur leges.c.nicena 31. distinct. Sed ad hanc rationẽ respondet Decius dicens eã parũ ualere, quia licet leges approbẽt canones,tamẽ illa approbatio nõ facit ꝙ canones proprie dicantur leges, Sed quandoque improprie appellantur leges,ut no.in c.filius.de testam. & in materia odiosa attendi debet proprietas uocabuli.Item dicit ipse, tũc canones appellantur leges quando concordant cum eis,secus quando discordant, Sed ego puto opinionem Abbatis & Card. ueriorem esse, & eorum rationem plene concludere recte introductam,Nam Imperator in iis quæ respiciunt peccatũ subiecit se sacris canonibus,& ipsemet correxit leges suas contrariantes canonibus, & alias tacite induxit cum eis concordantes,ut notat Abbas in primo notabili in c.clerici.extra de iud.per illum tex.qui præsupponit leges non ualere in quibus permittitur clericos conueniri apud iudices laicos.

Facit tex.in auth.ut clerici apud proprios epi̅sc.§.penul.col.fi.& c.1. de iuram. calum. per quæ iura Abbas ibi dixit quod leges ciuiles non ualent, Et idem dixit Bar.in l.priuilegia. C.de sacros. eccles. Et idem Abbas in c.fi.de præscrip.in 2.notab. Facit text. in auth.quomodo opor.episcop.§.1.& §.sed etiam sic. & de monachis.§.fi.Et ideo dixit glo.in auth.de ecclesiast. titul.in princ.quod cum canones prohibeant usuras intelligũtur etiam prohibitæ a legibus ciuilibus per illum tex. qui mandat canones seruari pro legibus, & disponit idem in omnibus quod disponunt canones,& sequitur Abbas in d.c.clerici.in primo notabili.

Idem tenent Abbas, Felinus,& doctor.in c.ecclesia sanctæ Mariæ. de constit.& ibi Dec.columm.10.& 11. numero 30.cum multis sequentibus. ubi dixit quod leges permittẽtes præscriptionem cum mala fide non ualent, quia continent peccatum, & idem dicit de legibus permittentibus duellum, quæ non ualent. ibi numero 51. Et idem dicitur de legibus imponentibus infamiam transeuntibus ad secunda uota,ibi.nume.40.colum.14. Et idem esse dicũt in causa matrimoniali quæ tota est spiritualis in l. Titia. ff. solut. matri. ubi Barto.& Alexand. late. Et dixit etiam Abbas in d. c.ecclesia S. Mariæ. quod non ualent leges neque statuta disponentia quod non ualeat matrimonium * factum sine consensu patris, quem sequuntur communiter doctores relati per Dec. ibidem colum. 14. nume. 41. uer.tertio Abbas. Et subdunt postea ibi doctores, ꝙ etiam lex ciuilis non ualet quæ iuducit præsumptionem matrimonii contra canones, Per quæ iura & autorita-

thoritates apparet quod nulla lex ciuilis ualet contra canones in iis quæ possunt inducere peccatũ, & quod canones in eis sunt recepti a lege ciuili & approbati, ut ipsa lex ciuilis idem dicatur disponere quod ipsi canones,& per eorum ora loquatur.

Quare sequitur,quod omnes leges permittentes matrimonium in gradu prohibito a iure canonico nihil ualent,& quod leges ciuiles uidentur idem in hoc casu disponere quod sacri canones,Et per consequens sequitur quod sicut canones dicunt incestas nuptias esse usque ad octauum gradũ de iure ciuili, quod etiam leges ita mandant,Et ideo necessario d.auth.incest.& ne far.nuptias intellexit de incestis nuptiis secundum ius canonicum,quia illo tempore erant etiam incestæ nuptiæ de iure ciuili propter exceptionem & approbationem. Et succedit in omnibus id quod habetur in l.1.§.lex falcidia.& §.eos.ff.ad l.falcid. Eandem opinionem Abbatis & Card.tenuit Signorellus de homodeis in consi.suo.25.factum sic proponitur.ubi assignauit aliam rationem, quia quando disponitur de delicto, in consequentiam disponitur etiam de pœna.l.1.§.1.ff.ad turpil.l.non potest.ff.de fur. sed canones disponunt de lictum esse, ergo etiam disponunt pœnam delicti esse in illis gradibus.Sed Decius dicit quod hæc ratio bene concludit in pœna imposita a iure canonico, Sed non in pœna imposita a iure ciuili, Sed tamen saluari potest ista ratio,ut optime concludat in iis quæ respiciũt materiam peccati, in quibus cõcordia in totum fuit inducta in utroque iure, cum ius ciuile idem disposuerit & dixerit se uelle disponere quod ius canonicum.d.ca. clerici.de iud.cum glo. & per glo. in d. auth. de ecclesiast.tit.in princ.quo casu remedia compattibilia communicantur, ut in simili dicitur de remediis ciuilibus & prætoriis quæ communicata fuerunt in l.2.infra de bon.posses.secund. tabul. & ibi declaraui per §. sed cũ paulatim. inst. de testam. Eadem opinionem sequuti fuerunt doctores mediolanenses consulendo,& etiam Decius in consil.suo 158.ad quod se remittit quia in effectu incestæ nuptiæ de iure canonico sunt etiam incestæ de iure ciuili, quamuis non ita plene demõstret,ut
* supra dixi.Et sic est communis opinio & uera & menti tenenda. Vnde remanet limitatio generalis ad d. §.fin. inst.de succes.cogn. ut non succedant agnati contrahẽtibus incestas nuptias in gradu prohibito a iure canonico nisi secundum formam positã in d. auth. incestas. C.de incestis nuptiis.

39 Secundo† prædicta conclusio limitatur non procedere in militibus in quibus non potest succedi nisi usque ad quintum gradum.l.2.ff.de ueter.mil.succes. & sequitur hic Iason.assignans rationem, quia agitur de bonis acquisitis in castris,& ex priuilegio principis, unde priuilegium illud non datur nisi usque ad quintum gradũ ut citius reuertantur ad fiscum, Sed Dec. reprehendit hanc rationem, quia bona castrensia sunt magis priuilegiata, & debent plura concedi, quia acquiruntur ex propria uirtute. l. si quid bello. ubi Bart. ff. de capitu. & quæ conceduntur a principe sunt magis extendenda l.fin.ff.de constit.princ. Ideo ipse intelligit illum textum aliter,quod ibi est casus specialis,& ille tex. loquitur de milite qui delinquit,in cuius pœnam disponitur ut non possit relinquere bona sua agnatis nisi usque ad quintum gradum. Quæ intelligentia aliqualiter uidetur diuinatiua ad textum illũ qui simpliciter loquitur, & rubrica similiter loquitur simpliciter.Tamen glo.in l.& militibus.infr.de milit. testamento. quæ allegat illum textum pro contrario.Vult dictã.l.& militibus limitari per d.l. 2. ut non procedat finis illius legis in castrensibus,Et illam gl. expresse approbat Salicetus ibi. Et ego puto uerum, quia si intelligeretur de milite nõ damnato frustra dubitaretur an a fisco uendicarentur, cum clarum sit quod militi non succedit fiscus, sed solum sui consanguinei, & militia non priuet aliquẽ successione sed potius augeat, Ideo ut illa uerba habeant aliqualem rationem,oportet dicere quod ibi miles erat damnatus,& si impetrat facultatem testandi potest testari.d.l.militibus.infr.de milit.testõ.& d.l.1. ff.ff.de ueter.mil.suc.& l.cum hic status.§.miles. ff.de don.inter.uirum & uxor. Sed si moritur intestatus, tunc a fisco uendicantur non castrẽsia.d.l.& militibus.Sed bona castrensia non uendicantur a fisco, sed dantur agnatis & cognatis usque ad quintum gradum.d.l.2. Et sic remanet ꝙ ibi est casus specialis ut uolebat Decius.Tamen dum postea uult quod illa facultas restringitur in pœnam,male loquitur,quia immo ibi est priuilegium, cum de iure fisco applicari deberent,& conceditur priuilegium ut usque ad quintum gradũ succedant agnati uel cognati,Item dum uult Dec. quod loquatur d.l. 2.de bonis prouenientibus a principe, est diuinare, qa tex.simpliciter loquitur de castrensibus, de quibus etiã loquitur lex & si forte. ff. de castrensi peculio. & hoc uerius est.

Tertio limitatur non procedere in successione libertorum, in qua agnati patronorum non succedunt nisi usque ad 5.gradum §.multis. inst. de successio. libert.

40 †Quarto limitatur in feudis, in quibus agnati non succedunt nisi usque ad septimum gradum, c. 1. §.hoc autem sciendum.qui feudum dare possi. & cap. 1. §. hoc quoque,de succes.feud.& not.Bal.in auth.defuncto.colum.1.inf.ad tertul. Quæ tamen limitatio restringitur procedere in feudo nouo quando acquirenti feudum immediate succeditur per transuersales, Sed si feudum fuit effectum paternum,ut primo ad descendentes trãsierit, & postea descendentibus succedant transuersales,& tunc agnati admittuntur in infinitum, ut concludit Bal.in c.1.§.capitanei.de feud.marchiæ.& sequitur ibi Aluar.& in c.1.§.& quia uidimus.colu.4. qui feud. dare poss.Et ita declaratur gloss. in c.1. de successione feudi.in uersi.usque ad septimum.& in c. 1.in uerbo in consobrinis.de feudo marchi.ubi Bal. & Decius in cõsi.85.col.2. Sed Zasius in tractatu de feud. sub rubr. de feudi successione dicit quod dictus.§.& quia.de iis qui feud.dare possunt habet alium sensum. & esset durũ in germania obtinere, tamen dicit limitationem habere in se rationẽ.Secundo restringitur dicta limitatio non procedere in successionibus illustrium comitum & baronum qui in infinitum admittuntur, ut notat Bal. & Aluarotus post alios quos refert in d.c.1.§. capitanei. de feudo marchiæ. & Barto. Cepolla in cautela. 96. est dubium.

In regno uero Neapolitano per constitutiones particulares nõ succedunt agnati nec cognati ultra tertiũ gradum,& ex noua concessione Caroli usque ad quartũ gradum qñ tractatur de successione masculi. Qui agnati succedunt ẽt ꝙ desierint esse agnati, ut quia sint emancipati uel filii emancipatorum,ut no.Bal. in auth. in successione.uer.sed ego puto.infr. de suis & legit. & Aluaro.in c.1.§.hoc quoque.circa finẽ. qui feudũ dare possunt.& hic Decius. Et est ratio, quia secundum antiquos hodie per emancipationem non tollitur agnatio,de quo dicã in auth.ex cã.inf.de liber.præteritis.

41 In cognatis† uero tradit regulã gl. hic, ꝙ succedũt usque ad sextũ gradũ p d. §.fi. inst. de succes. cogn. Quæ cõclusio limitatur nõ ꝓcedere hodie de iure auth.quo cognati succedũt usque ad decimũ gradũ. per §. nullã. in auth.de hęred.abintest.ueni.Sed hãc limitationẽ restrigebat Salic.hic procedere solum quando ipsi cognati uolunt succedere de iure ciuili adeundo hæreditatẽ, sed si uellent succedere de iure prætorio agnoscendo bonorum possessionem, tunc dicebat ipse quod nõ possunt succedere nisi usque ad septimum gradum. Secundum formam.d.§. fin. quia hæc differentia non est correcta de iure prætorio,& imputetur eis qui elegerunt remedium inutile,& antiquam formam, argu. l.fina.§.fin autem aliquis. C.de iure deliber. Sed Alexan.

San. tenet quod immo. d. §. nullam. habeat etiam locũ in successione prætoria, per illam uniuersalem nullã. Secundo, quia requireretur quod agnati remotiores agnoscendo bonorum possessionem ex capite agnatorũ semper excluderent cognatos proximiores. & sic d. §. nullam nihil operaretur. Tertio confirmat, quia cognati secundum omnes sunt uocati de iure ciuili, ergo eis datur bono. possessio unde legitimi quæ datur omnibus cognatis uocatis, a lege ciuili. l. 2. §. fi. cum l. sequẽti. ff. unde legitimi. ergo apparet quod etiam uocantur de iure prætorio.

Decius tamen hic dicit opinionem Salicet. ueriorẽ esse, Pro qua considerat quod secundum Bal. hic colu. 4. quem sequitur Alex. & alii per d. §. nullum. non est sublatum ius prætorium in eo in quo cõstituebat duo capita diuersa agnatorum & cognatorum, Sed hodie etiam remanẽt illa capita & bonorum possessiones eorum diuersæ, Quia solum illo. §. correctum fuit ius ciuile, quod nõ uocabat cognatos nisi certis casibus, & uoluit quod uocentur indistincte sicut agnati, & secundũ gradus prærogatiuam etiam eis præfererentur. Vnde sequitur quod uocatio facta a iure prætorio remanet in suo robore, & qualitate, & cognati etiam hodie iure prætorio non uocantur nisi usque ad 6. gradum, Et iõ sequitur ꝙ cum isti modi succedendi sint diuersi & diuersas habeant naturas, quod electo uno seruanda est natura illius, per illam regulam, pateat ibi uia quam elegeris, ut dicebat Salic. Et hoc etiam confirmat, quia d. §. nullam corrigit regulam, non autem corrigit ius ciuile, etiam in causis particularibus, ut in casu, d. l. si qs incesti. C. de incest. nuptiis. & l. 2. C. de ueter. mil. succes. & in feudis. Et ad contraria respondet, quia generalitas illius. §. restringitur ad ius ciuile. & ad uocationes factas secundum regulas, & non tangit ius prætoriũ, nec casus speciales, Et ad secundum respondet quod non negatur quin possit excludi ab agnato per unde agnati, sed imputetur ei qui elegit uiam sibi damnosã. l. ꝗ in hæredẽ. §. eligere. ff. de tribut. & §. cæterũ. inst. de noxalibus action. & in aut. qbus modis naturales effic. sui. §. 1. Et si similiter ad tertium respõdet quod ille potest uenire ex capite unde legitimi. Sed si elegisset uenire ex capite unde cognati ultra sextum gradũ non posset uocari, & sibi deberet imputare. Hæc opinio uidetur multum applaudere auribus, tamen non est perfecta, nec bene tollit omnes difficultates.

42 Vnde† pro resolutione omnium tu constituas tres casus principales, Primus est, quando cognati uolũt succedere de iure ciuili an possint usque ad decimum gradũ, Et in hoc omnes concordant quod sic, & quod cognati proximioris gradus præferuntur agnatis distantioribus per d. §. nullam. nam licet ibi hoc non dicatur, Et posset etiam inferri econtrario quod agnati tãtum succedunt usque ad sextum gradum propter illam æquiparationem, tamen quia mens imperatoris ibi est augere successiones, non magis probabile est ut cognati trahãtur ad successionem ad gradus agnatorum, arg. l. quod fauore. sup. de legibus. Secundus casus est quando cognati uolunt succedere de iure prætorio per bonorũ possessionem unde legitimi, & in hoc etiam omnes cõcordant quod possunt succedere usque ad 6. gradum, & cum prærogatiua gradus, quia in bonorum possessione unde legitimi non cõsideratur an sint agnati uel cognati, sed an sint uocati de iure ciuili. d. l. 2. §. fi. unde legitimi. Tertius casus est quando cognati uolunt succedere de iure prætorio per bonorum possessionem unde cognati, & hic est casus dubius, & in eo sũt quatuor principales difficultates. Prima an sit sublata ista bonorum possessio, & puto dicendum quod non, nec Salice. uel Alex. ind. hoc sensisse, quia non reperitur correcta. arg. l. præcipimus. inf. de appellat. & l. sancimus. C. de testam. & intentio dicti. §. fuit fauere cognatis, ideo nõ debet trahi in eorum odiũ. l. ꝗ fauore. sup. de legibus.

Secunda est difficultas, an d. bonorum possessio fuerit extensa ut detur usque ad decimum gradum, & in hoc doctores uidentur sentire quod non fuit extensa, quia non reperitur hoc factum. Sed contrarium uidetur uerius, quia prætor dedit bonorum possessionem cognatis in casu quo essent uocati, hic autem uidentur uocati, ergo eis datur etiam bonorum possessio saltem utilis, ex mente Iustiniani. in d. §. nullam. sicut dictum fuit in l. 2 inf. de bonor. possessio. secundũ tabulas quæ extensa fuit ad testamentum factum sine scriptis, & postea extensa fuit ad testamenta ualida de iure speciali ex mente constitutionum, ut dictum fuit in l. emancipata. sup. qui admitti. quod dispositio. l. unicæ. inf. de iis qui ante aper. tab. & l. cũ antiquioribus. inf. de iure deliber. extensa fuit ad bono. possessiones de iure prætorio, Et sic usque ad sextum gradum datur directa bonorum possessio, & ultra sextum gradum datur utilis.

43 Tertia† est difficultas, an in ista bonorum possessione Vnde cognati præferatur agnatis distantioribus in gradu, & sic an sit alterata eius natura, Et Salic. & Dec. hic uidentur tenere quod non sit alterata, quia non reperitur mutata. argumen. dict. l. præcipimus. de appel. & ideo per bonorum possessio. Vnde cognati non poterunt præferri agnatis distantioribus, Sed tamen mihi magis placet quod illa unde cognati competat cum prærogatiua, quia illa qualitas prærogatiuæ concessæ remedio iuris ciuilis ex identitate rationis extenditur etiam ad bonorum possession. sicut doctores concludunt in l. emancipata sup. qui admitti. quod dispositio. l. primæ. infra de iis qui ante apertas tabulas. & l. cum antiquioribus. infr. de iure deliberandi. extendatur etiam ad bono. posses. Et maxime quia ut dixi in alia. q. per. d. §. nullam. inducta fuit una utilis bonorum posses. ex mente Iustiniani, dum uoluit nullam penitus esse differentiam inter agnatos & cognatos quæ habet illam prærogatiuam graduũ ut præferãtur agnati distantioribus, & probatur in d. §. nullã. ibi, in quacunque successione, quæ uerba non possunt uerificari in successione ex testamento, & in successione liberorum, & descendentium, quia iam hæc declaratio posita fuerat in utroque casu, Vnde necessario illa uerba quacunque successione, & illa, in omnibus successionibus, uerificantur in successione ciuili & prætoria, Et tanto magis, quia sub eadem constructione ponit de differentia sublata inter masculos & fœminas, & emancipationis & patriæ potestatis, quæ sine dubio intelliguntur de omni successione ciuili & prætoria, Et pro hac opinione etiam facit, quia quando plura remedia competunt uni, & omisso uno accepit secundum, illud competit sibi cum prærogatiua primi. l. 1. §. sed uidendum. ff. de succes. edicto. & l. octaui. ff. unde cognati. secundum declarationem quam posui in l. 1. sup. qui adm. & l. 1. sup. quando non petent. par. ita si quis tanq̃ agnatus uolens succedere acceptat bonor. posses. Vnde cognati, habebit illam cum prærogatiua. Item cũ possit succedere per unde legitimi, omittens eam habebit. Vnde cognati cum prærogatiua.

Quarta est difficultas, an ordo agnatorũ uel cognatorũ sit sublatus, & Bal. hic, & Alex. tenent quod non, sed adhuc durat. Et hoc ego puto uerum, quia si bonorum possessiones durant, ergo etiam ordines super quibus fundantur remanent argu. l. 1. & 2. ff. de usuf. Puto tamen quod sit alteratus modus succedendi, cum ille qui habet unde cognati habeat prærogatiuam ut præferatur agnatis, & propterea uirtualiter efficitur unus ordo, ut infr. dicam.

44 Quartus† casus prĩcipalis est, an d. §. nullã habeat locũ in successionibus restrictis & limitatis ut in casu. l. si qs incesti. cũ sua auth. inf. de incest. nup. & l. 2. ff. de ueter. milit. successione. Et Dec. hic expresse tenet ꝙ non trahatur. Sed d. l. speciales remaneant incorrecte. Sed in contrarium facit quod no. in l. 2. sup. de bono. poss. secund.

secund.tabul. ubi dictum fuit quod illa bonorũ possessio utilis inducta per illam legem habeat locum etiam in aliis testamentis priuilegiatis, ut est testamentũ militis inter liberos,& rusticanum, & coram principe factum,etiam quod non uerificentur uerba posita in illa lege quod sint septem testes,quia in illis uerbis cogitauit de testamento ualido, & sufficit quod de iure ualeat,ita uidetur dicendum hoc casu ut sufficiat quod de iure legitimi sint uocati agnati uel cognati,Et propterea puto considerandum , aut successores uocantur per nomen naturale,ut in d.l.siquis incesti.ubi uocantur filii,fratres,& alii de quibus ibi,& tunc succedunt secundum gradus prærogatiuam ibi positam , quia ibi non habetur respectus ad nomen agnatorum uel cognatorum.Aut uero notantur per nomen ciuile , ut in casu. d.l.2.de ueter.milit.successione. & ego puto quod militet dict. §. nullam.ut nulla sit differentia ponderatus ut supra.Sed sufficiat ꝙ non excedatur terminus quinque graduum.arg.l.1.§.lex falcidia.& §.eos.ff.ad l.falci.& idem dicendum in §.multis.inst.de succes.liber.In feudis uero remanet differẽtia in totum, quia illud est ius nouum post Iustinianum introductum , ut per omnes in præludiis feudorum.

45 Ex tertia†parte colligitur, quod sunt decem bonorum possessiones hodie in usu, quarum septem tribuũt ius perpetuum, & appellantur bonorum possess. iuris, & tres non tribuunt ius in proprietate, & appellantur bonorum possessio.facti. Illarum quæ tribuunt ius sex sunt ordinariæ,duæ ex testamento. & quatuor abintestato,de quibus in §.sunt autem.inst. de bonor. posses. Et una est extra ordinaria quæ appellatur septima, & dicitur extraordinaria, quia non habet certam sedem in successione ex testamento & successione abintestato, ut dicitur in d. §. septima. & competit quotiens ex nouis legibus datur hæreditas , Ex quibus uerbis uidetur innui,quod exemplum illius septimæ extraordinariæ est in omnibus legibus nouis inducentibus successionem præter.l.12.tabul.Alex.uero dicit quod gl.nimis generaliter loquuta fuit, quia debebat dicere quãdo per leges nouas datur bonorum possessio, Et licet ipse postea conetur defendere glo.tamen Dec. sequitur reprobationem, quia si a legibus nouis datur hæreditas,tunc competit ordinaria bonorum possessio,quę appellatur unde legitimi , cum illa detur quando a legibus aliquis uocatur ad successionem.l.2.in fine. ff.de bonor.posses.unde legiti.Et si daretur etiam illa septima ut sentiebat Alexand. Saluando glo. extraordinaria.tunc concurrerent istæ duæ bono.poss. quod uidetur inconueniens, quia illa Septima datur ex necessitate quando alia competere non potest propter uerbum oportebit positum in l.1.ff.ut ex legibus.& in d.§.septima.ibi,hoc ultimum & extraordinarium auxilium , Et hanc opinionem ego puto ueram & sequutus fui supr. in rub.qui admitti.licet articulus sit disputabilis. nam in d.l.1.& in Rubr.dicitur ut ex legibus bono. posses. detur.& sic iustus refertur ad dationem bonorum possessionis,non autem ad hæreditatem . Item uerba edicti erant,iis me dare bonorum possessionem oportebit,& postea dicitur quando lex defert bonorum possessio.& in d.§.septima.dicitur,lex iubet dari bon. pos. Et sic patet quod tunc competit quando lex iubet dari bono.possessionem , & non hæreditatem , ut uolebat glo. Ac etiam concludendum est quod hæc septima extraordinaria antiquitus erat necessaria,& etiam hodie durat necessaria , Secundum eius uerum exemplũ de quo statim dicam.

Sed dubium est maximum, quod sit exẽplum bonũ in quo competat illa septima extraordinaria. Doctores hic uidentur ponere exemplum in l.posthumus. ff. de iniust.rup.& irr.testamento.& in §.nõ tamen. inst. quib.mod.infir.testam.& l.siquis a liberis. §.testamento.ff.de secund. tabu. quia in istis casibus non ualet testamentum de iure ciuili,& non potest dari tunc ordinaria secundum tabulas , quæ non cõpetit nisi quando testamentum ualet de iure ciuili.§.sunt autem.inst. de bon.possel.ibi, iure scriptis hæredibus.& ideo in illis casibus dabitur postea ista extraordinaria secundum Deciũ.Sed ista exempla non sunt bona , & a plerisque reprobantur.in d.§.7.Quia in illis tribus casibus datur ordinaria bono.possel.secundum tabu.cum cõcurrunt ea quæ requirebãtur ex forma edicti prætoris, de quo dictum fuit in l.2.sup.de secund.tabu. & referuntur in l.1.§.exigit.ff.de secund.tab.& dum tex.in §.sunt aũt, dicit iure scriptis hæredibus, intelligit iure prætorio. Et hoc probatur necessario,quia tempore quo factum fuit edictum non erat testamentum septem signorum inductum de iure ciuili, nec eo iure ualebat, sed cepit induci quando factum fuit perpetuum edictum, & ius prætorium & ius ciuile redactum fuit in unam consonantiam.§.sed cum paulatim.inst.de testam. ordin. Itẽ in d.iuribus non dicitur quod lex iubeat dari bonorũ possessionem,nec specialiter in illo casu disponat ꝙ detur bonorum possessio,prout requiritur in §.septima. & d.l.1.ut ex legib.ut sup.dictum fuit.Sed d. iura simpliciter dicunt dari bon.poss. ex edicto prætoris, referendo decisiones antiquas , sicut etiam fit in legibus referentibus filiosfam. & suos hæredes posse abstinere.

Aliud exemplum ponunt doctores in eo qui mortuus est apud hostes , ut in eius bonis detur hæc septima extraordinaria.per l.nec nos.inf.de capitis. & l.3. §.dari.ff.eod.Sed Decius repræhendit hic & bene , ꝗa tunc competit ordinaria secundum tabulas , cum propter legem corneliam testamentum illud ualeat ex regulis communibus.l.lege conelia.ff.de uulg.& §.fina. inst.de hæred.instit.facit tex.in l.1.§.eos.& §.lex falc. ff.ad l. falcid. ubi ex illo testamento datur ordinaria lex falcidia. Præterea non uerificantur illa requisita ꝙ lex iubeat dari bonorum possessionem, ut dixi. Aliud exemplum datur per doctores in l. sed cum patrono. ff.de bono.posses.ubi quando patronus habet contra tabulas pro sua parte habet etiam successioné scripto hærede repudiante , & non uidetur quod sit ex aliquo ordinario iure,Sed Bar.ibi dixit quod immo competit ordinaria Vnde legitimi,& bene loquitur. Præterea posset dici quod competit illa ordinaria quæ inuenta fuit propter patronos a prætore.§.sunt autem.inst.de bono.posses.quæ datur abintestato. & in eius locũ surrogata fuit alia ordinaria,Et magis probabiliter posset dici ꝙ exẽplificatur in §.si tñ.& in §.multis. institut. de succes.liber.ubi expresse dicitur ꝙ noua lege dispositũ fuit ut patronus ueniat per contratabulas, & sic lex iubet dari bono.possessionem. Tamen nec etiam hoc exẽplum placet, quia ante illam constitutionem patrono competebat illa ordinaria,& ideo illa constitutio intelligitur concedere illam ordinariam.

Item eodem modo posset exemplificari in §. nos itaque. inst. de cur. furiosi. ubi iubetur curator petere bono.posses. Sed etiam eodẽ modo respondetur quod ille tex. loquitur de ordinaria quæ nascitur propter successionem. Item illa lex non iubet dari , sed curator iubetur petere bonorum possessionem, Aliud exẽplum ponebat gloss. in d. §. septima. quando mater in mortua fuit ut non habuerit potestatem instituendi eũ puerperio iuxta. l.3.sup.de inoffic.testã. Sed hoc exemplum nec etiam est bonum , quia ibi non iubetur a lege quod detur bono. possessio, sed fit interpretatio uoluntatis matris ut uideatur cum instituisse, Et ꝑpterea succedit de iure communi extraordinaria bonorũ posses.ex delatione ciuili,Et priuilegium est in interpretando mentem matris ꝙ uoluerit instituere, non in modo succedẽdi,In simili facit tex.in l. Titius.§. Lucius.ff.de lib.& posth. & l. fina.infe. de posth. hæred. inst.Aliud exemplum ponebat gloss.in d.§. septima. & Alberic. in d.l. 1. ff. ut ex legib. in agnatis quibusdam &

& cognatis qui ex nouis constitutionibus succedunt. iuxta.§.cum autem.inst.de leg.agn.succes.& l.lege 12. tabularum.& l.meminimus.§.hoc etiam.inf.de legiti. hære.Sed hoc etiam nihil ualet, quia lex non iubet dari bonorum possesio. Item illi cognati reducuntur in numerum agnatorum, ut habeant ordinaria remedia quæ habent alii agnati ex extensione passiua, argu.l.1. §.lex falcidia.ff.ad l.falcid.

Alii ponebant exemplum in posthumo alieno hære de instituto, quia nouiter potest institui hæres, ut habetur inst.de bon.posses.in princ. Sed hoc etiam quia nõ est iurium, cũ posthumus alienus ex iure prætorio poterat institui,& institutus habebat bonorum possesionem ordinariam secundum tabulas sicut alii instituti, cum nullum esset obstaculum testamento propter hãc institutionem inductum, Itẽ nulla lex iussit ei dari bonorum possesionem,& si nouiter lex uoluit institui dedit succesionem ordinariam iuris ciuilis, non autem apparet quod iusserit dari bonorum posses. Alii etiam dicunt ut per glo.in d.§.septima.quod exemplum potest poni in senatuscõsulto tertuliano. Quod uere nihil est, quia senatusc.orfic.& tert.defert hæreditatem, nõ bonorum posses. & propter illud postea competit ordinaria unde legitimi,ut clare dicitur in l.2. & 3.ff.unde legit. Alium casum pro exemplo etiam ponebat ibi glo.in patre qui emancipauit non contracta fiducia hodie, Nam cum ex speciali constitutione uocetur, ut dicitur in d.§.fi.inst.de legit.agn.succes.& l.fina.infr. de emanc.liber.ille solum succedere potest per illam septimam extraordinariam. Sed hoc etiam repræhenditur, quia ille uocatur ad ordinariam legitimam succesionẽ datam, & ordinariæ bonorum possesiones quę dantur legitimis, cum illa iura non deferant bonorum possesionem, nec iubeant prætores dare bonorũ posses. Aliud exemplum ponunt doctores aliqui in l. 2. §. sub conditione.ff.de secund.tab. Sed omnes etiam reprælendunt, quia illa est ordinaria quæ continetur in edicto de succesione ex testamento,& fuit stabili iure connumerata, nec reperitur quod aliqua lex uelit succesionem dari ante conditione, nec quod iubeat dari bonorum possesionem.

Bal.uero dicebat exemplum posse poni in testamento imperfecto,quod inter liberos ualet ut ipsis tũc detur bonorum possesio septima hæc. ut l.hac consultissima. §. ex imperfecto. infr. de testamentis. Sed Romanus & Alex. hoc reprælendunt, quia non dicit ille tex.quod deferatur bonorum possesio, nec lex iubet dari bono.posse.prout requiritur in d. §.septima. & d l.1.ff.ut ex legibus. Item ibi priuilegium est in modo testandi,non in modo succedendi.sicut etiam alia quacũque causa ex iure speciali ualeret testamentũ, Aliud etiam ponebat Bal.in fratre succedente simul cum patre in hereditate fratris iuxta auth.defuncto.inf.ad tertul.senatusc. Nam secundum remedia ordinaria pater qui est in primo gradu excludit fratrem, ideo oportet quod ei detur hæc extraordinaria bonorum possesio. Sed Romanus, & bene illud reprælendit, quia lex defert ei succesionem ciuilem, & nullam bonorum possesionem concedit,nec iubet dari,& tanquam uocatus a lege communi habet remedia ordinaria.Alii quos refert hic Iason ponunt exemplum in succesione delata municipio,iuxta.l.3.§.a municipibus.ff.de bon.posses. Sed hoc inaduertenter est dictum,cum ille tex.dicat ꝙ ex prætoris edicto datur bonorum possesio, non autẽ aliqua lex iubet dari,ut requiritur in hac extraordinaria.Pau.uero de Cast. in auth.præterea.inf.unde uir. & uxor.& ibi Iason dicunt in casu illius auth. posse poni exemplum ad hanc septimam, quãdo illa uxor uult succedere simul cum filiis suis abintestato. Sed nec etiã exemplum potest concordari, quia illa uocat ad succesionem ciuilem, & nullum uerbum de bonorũ posses.nec lex illa iubet dari a prætore bono.possesionẽ, Et ideo si illa uolet succedere, habebit ordinariam, Vnde legitimi sicut omnes alii qui uocãtur ex lege noua. Et sicut patroni & agnati uel cognati patronorum uocati ex lege noua habent bon. possesiones ordinarias, ut in §.cumque.inst.de bono.posses.

Alii uero dicunt exemplũ posse poni in eo qui in testamento nuncupatiuo institutus est ut admittatur ad istam septimam extraordinariã, & ex eo ꝙ lex uoluit secundum tabulas dari ex testamento nuncupatiuo. l. 2.supra de secundum tabul.quia tunc nec ordinaria cõtratabulas nec ordinaria secundum tabulas potest cõpetere,ideo dabitur ista extraordinaria.Sed hæc est peior aliis,primo quia ille tex.dicit dari secundum tabulas,nominando eam,ergo est ordinaria, quia ista septima non nominatur secundum tabulas,Item iste nõ est casus nouus nec casus particularis sed generalis, Et illa est ordinaria secundum tabulas utilis quæ cepit cõpetere,quia remedia ciuilia & prætoria fuerunt cõmunicata postquam ius prætorium & ius ciuili redactum fuit in consonantiam.d.§.sed cum paulatim. institu.de
* testamen. ordin.& ita ibi tenent cõmuniter doctores. Aliud etiam affertur in mediũ per aliquos de l.si infanti.inf.de iure deliber. in fine. quando ei datur bonorũ possesio siue tutor, Sed hoc nihil ualet, quia ibi non iubetur dari bono.possesio noua, sed illa ordinaria quæ competit dicitur ibi ꝙ potest acquiri iudicis decreto, Et sicut hæreditatis natura non mutatur per illud decretũ,ita nec etiam bono. possesio. natura, sed iudex ibi supplet defectũ tutoris, & nihil plus facit,Item lex ibi non iubet,sed dicit posse decreto iudicis prouideri, ita ꝙ alio medio etiam pupillus potest succedere, sed ista extraordinaria præsupponit ꝙ nullo alio medio posint succedere. Alia ẽt exempla similia ex mente doctorum poset diligens indagator inuenire perscrutando succesiones extraordinarias, ut in casibus positis in l.1.& per totum. inf.de hæred.decur.& in §.si uero nõ implens,in auth.de hæred. & falcid. & aliis simil. Sed generalis est respõsio l. nõ defert nec iubet dari bono. pos.Sed probabilius poset poni exemplum in bonorũ posses.delata furioso,iuxta.l.fin. §. nos itaque.supra de curat.furio.uel in bono.posses.data patrono, quam lex expresse iubet dari,ut in §.cumque.& in §.multis. inst. de succes.liber.qui contratabulas iubet dari patrono, sed tamen supra reprobata fuerunt quia datur illa ordinaria,& ibi nominatur in specie illa bonorum possesio,non autem est extraordinaria de qua hic quæ non habet nomen speciale.

Vltimo ultra doctores uidetur posse poni exemplũ in bonorum possesione gratia litis agnoscendæ, Nã bono.possesio datur etiam illis qui posunt succedere de iure ciuili in bonis maternis,ut l.Papinianus.§.1.ff. de inofic.testam.dum ibi põnitur exemplũ de filiofam. Et præsupponatur secundum aliquos ꝙ illa sit necessaria uolenti agere quærela inofficiosi testamenti. d. l.Papinianus §.1.& l.quemadmodum.& l.posthumus. §.fi.ff.de inoffic.testam. ergo oportet ꝙ lege iubente detur a prætore,& per consequens erit illa septima extraordinaria, Sed hoc exemplum etiam non satisfacit, primo,quia illa gratia litis agnoscendæ est bonorum possesio facti,ut patet in d. iur. & hæc septima est iuris, Item non aparet ꝙ lex iubeat dari, & ut statim dicam,non est uerum quod illa sit necesaria uolentibus succedere de iure ciuili,sed solum datur illis qui uolũt succedere de iure prætorio ad finem ut non currat tempus & transmittatur lis.

46 Ideo† ego puto ꝙ in iure nõ reperiatur hodie exemplum bonũ istius bono.posses.quia Iustinianus quantũ potuit reduxit succesiones ad bono. possesiones ordinarias,ut probatur in d.§.cumque. instit. de bonor. pos.Et licet aliqui casus ante compilationem reperirẽtur in quibus illa poterat competere, tamen uel fuerunt sublati tanquam non necesarii,uel abierunt in desuetudi-

suetudinem, uel fuerunt reducti ad ordinarias ad successiones, Et si dicatur ad quid occupat membranas, & quare nō fuit deleta sicut infinitæ aliæ leges inutiles, Respondetur hoc esse factum cum ratione, quia licet tunc non reperiretur casus, tamē posset accidere quod in posterum aliqua lex uel statutum inducet nouā successionem, & iubebit dari bonorum possessionem, ne illud remedium sit perpetuum, & paruo tempore finiatur, uel ex aliqua alia iusta causa, Et ut tollatur omnis difficultas quæ bono. possessio debeat dari, uoluit Iustinianus eam non excludere, & iis paucis uerbis constrinxit ut plenissima possit esse facultas succedendi. facit. l. 1. de leg. 1. & l. cum filius. §. uariis. ff. de leg. 2. & l. 1. C. communia de leg. Et hæc de bonorum possessionibus tribuentibus ius.

Vltra autem istas septem bonorum possessiones hodie receptas per Iustinianum, Tres aliæ etiam fuerunt receptæ per leges nouas quæ non tribuunt ius perpetuum sed solum temporale ius in possessione. s. carboniana bonorum possessio, & uentris nomine, & illa quę gratia litis agnoscendæ datur, de quibus habetur in titulo. ff. de carboniano edicto. & intra de carboniano edicto. & l. 1. §. si ea. ff. de uentre in possessionem mittendo. Et ego supra in præmissis dixi quando competant, & quis sit earum effectus.

47 Sed solum† remanet difficultas in illa quæ datur gratia litis agnoscendæ, qualis fuerit & cui dabatur, Et cōmuniter doctores tenent quod dabatur filio emancipato exhæredato qui per contratabulas non poterat uenire contra testamentum, per l. non putauit. ff. de contratabu. nec abintestato, quia factum erat testamentū, nec per quærellam, quia non erat cognitus iure ciuili, Et ideo ut cognosceretur oportebat quod impetraret aliquod signum a prætore quod afferet iudici, ut unū annulum, ut appareret quod ille erat successurus abintestato, & quod iudicium non erit innane, ut est glo. & ibi doctores in d. l. Papinianus. §. 1. in glo. bonorum, & l. quemadmodū. ff. de inofficioso testamento. Sed Iacobus de arena, Petrus, & Cinus, quos sequitur hic Decius, repræhendunt istam declarationem, & dicunt esse inconueniens dicere quod filius emancipatus non esset cognitus a iure prætorio, cùm prætor uocauerit emancipatos sicut suos. §. emācipati. institu. de hæred. quæ abintesta. §. emancipatos. institu. de exhæred. liber. & l. sed cum patrono. §. primo. ff. de bonorum possessio. & l. emancipata. supra qui admitti. Similiter est inconueniens dicere quod filius emancipatus non sit cognitus iure ciuili, quia lex ciuilis approbauit & recepit edictum prætoris. argumen. not. in l. necessariis. ff. de acquirend. hæred. facit. §. sed cum paulatim. institu. de testamen. ordin.

Et hoc comprobat Decius, quia emancipatus institutus est cognitus iure ciuili, ut per Barto. in l. illud. §. fi. ff. de contratabu. per tex. in l. si ex duobus. in princip. eodem titulo. ergo etiam filius exhæredatus tanquam exhæredatus uidetur cognitus iure ciuili, Quod confirmat per l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratabu. ubi dicitur quod habet quærellam, nec fit mentio de aliqua bonorum possessio. præceden. Idem probatur in d. l. posthumus. §. fin. ubi dicitur quod quærella erat præparata antequam acciperet bonorum possessio. Et sic patet quod erat cognitus, & quod illa bonorum possessio non erat necessaria ut cognosceretur, quia cum quærella conceditur filiis tamquam filiis exhæredatis uidetur quod omnia concedantur quæ solent dari filiis exhęredatis, sicut persona citata uidetur esse approbata ad omnia ea quæ dantur reis citatis, ut per Barto. in l. de pupillo. §. seruo. ff. de noui oper. nuntia. & Bal. in l. fi. colu. secunda. infra de edicto diui Adria. tollen. & in l. 2. in fine. supra de pactis. cum aliis cumulatis p eundem Decium in capitulo cum inter. extra de exceptionibus. Tertio confirmat, quia filius emancipatus institutus habet quærelam, quia cognitus a iure ciuili, ut no. Ange. per illum text. in l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. testamen. colum. 3. uersicu. sequitur in litera. ergo tanto magis debet dari filio exhæredato tanquam cognito, quia per exhæredationē apparet quod est filius, & non per institutionem l. cum quidam. & ibi Bar. ff. de uerb. obl. cum institutio possit fieri de omni. l. extraneo. inf. de hære. insti. & §. extranei. inst. de hæred. qu. & diff. & ita residet ipso.

Sed ab istis ego puto defendi posse communem opi. & rationem doctorum. Nam doct. non negant quin emancipatus non sit cognitus de iure ciuili tanquam exhæredatus & tanquam institutus & tanquam præteritus, cum leges sepissime de eo faciant mentionem, & sæpe excludant, & hoc non ignorauerunt, sed dicunt eum non esse cognitum in successione abintestato q lex eum non uocauit, sed potius exclusit, Et de iure ciuili non potest dari quærella nisi illis qui abintestato succedere possunt, nec potestas rumpendi testamentū datur illis qui non possunt succedere abintestato, ut not. per Bar. in l. Gallus, ff. & quid si tantum. col. 3. uer. pone quæst. quæ de facto. nu. 18. ff. de lib. & posth. qui dixit nepotem ex filio emancipato non posse rumpere testū, quia abintestato non potest succedere. Ideo erat necessarium quod quando compareret coram iudice & peteret rumpi testm̄ per quærellā quod portaret aliquod signum ut appareret quod ille poterat succedere abintestato. Nec obst. arg. Decii quod si ille est cognitus tanquam institutus ergo tanto magis quādo est exhæredatus, quia argu. non est in terminis, cum emancipatus institutus in testamento ualido omni iure possit succedere, sed emancipatus exhæredatus nō potest succedere omni iure, sed solum iure prætorio, Et ad hoc ut detur quærella non sufficit quod sit exhæredatus, sed oportet quod possit succedere abintestato, Nā hodie nepos ex filio emancipato & filia exclusa a statuto possunt exhæredari cum sint sui hæredes & de descēdentibus, & tamen non possunt habere quærellam, ut no. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. Nec obst. quod exhæredatio cadat in filio tantum, & institutio conueniat omnibus, quia non sequitur ergo est cognitus a iure ciuili in succedendo, Et quærella præsupponit facultatem succedendi abintestato. Nec obst. quod iura dicāt dari quærellam simpliciter, quia declaratur per d. l. posthumus. §. fin. & d. l. Papinianus. §. 1. de inof. test. ut prius obtenta sit illa bono. poss. gratia litis agnoscendæ quæ nō est necessaria suis hæredibus. l. quemadmodum. ff. de inof. test. argu. l. qui testamento. ff. de test. Non obst. quod in d. §. si quis instituta. prius agatur ad quærellam antequam obtenta sit illa bono. poss. quia ille tex. debet intelligi ante litis contestationem, quo casu non dicitur uera petitio. arg. l. amplius non. ff. rem rat. hab. & illa bono. poss. solum erat necessaria post litis contest. Vel potest dici quod quando loquitur de casu quando non erat petita bon. poss. loquitur de eo qui non erat emancipatus qui non tenetur eam accipere. d. l. quemadmodū. ff. de inof. testam. Et sic patet opin. communem posse defensari.

48 Tamen† ex aliis non in totum satisfacit, quia parui uidetur esse effectus, & utilitatis quod ille portaret annulum ad iudicem pro signo, cum ipse iudex ex inspectione edicti prætoris quod quotidie obseruabatur poterat esse instructus, nec poterat prætendere ignorantiam iuris. arg. l. fi. ff. de uariis & extra. cognit. & §. 1. instit. de oblig. quæ ex quasi delic. nascun. cum nec priuati se excusare possint. l. iuris ignorantiam. & l. pen. ff. qui admitti. Nec etiam placet opinio ultremontanorū, quod illa bono. posses. quam agnoscebant erat ordinaria bonor. possessio. unde liberi, & eam agnoscebant sub cōditione si rumperetur testm̄, & obtinerent ad effectum, ne postea possent abstinere, quia ut dixit Alex. est quædam diuinatio & absurdū, quia inducta ad augumen-

gumentum non operantur diminutionem. l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. Nec apparet quod bonorũ poss. possit dari sub conditione nisi in casu. l. 2. §. sub conditione. ff. de secundum tabul. argum. no. in l. actus legitimi. ff. de reg. iur. Praeterea tex. dicit in le. quemadmodum de inoff. testam. quod in suis non est necessaria, & glo. ibi uult quod sui haeredes non uideantur immiscere se, nec extranei adire, & quod possint etiam repudiare successionem finita lite & rupto testamento, quia lis non est de haereditate, sed de meritis filii, ut dicitur in l. filius. ff. de inoff. testam. & regulariter nemo cogitur acceptare haereditatem si non disponatur expresse de iure. argumen. l. 3. §. acquirere. ff. de acqui. posses. & hac. l. nostra in fine. Praeterea, ut ego dixi in praemissis, contra communem sententiam stringit tex. in d. l. Papinianus. §. 1. ubi filio fa. exhaeredato datur illa bonorum poss. gratia litis agnoscendae, & tamen non erat emancipatus, sed succedebat matri, cum de cognatis aliis ex linea materna non possunt intelligi, quia in eis non cadit quaerella. §. 1. inst. de inoff. testam. & sic in casu quo poterant succedere de iure ciuili, & idem probat text. in sui generalitate in d. l. posthumus. §. fi. & l. quemadmodum. & l. 2. sup. de inoff. testam. & esset diuinare restringere ad filios emancipatos. & d. l. Papinianus non potest accommodari. Et sic necessario oportet dicere quod illa bonorum pos. non dabatur ut cognosceretur a iudice seu a iure ciuili sed ex alia causa, nec placet opinio aliquorum quod daretur ex necessitate ut transmitteretur quaerella praeparata, cum fine ea non uideretur praeparata, quia immo ille tex. in dic. §. si quis instituta. praesupponit quod quaerella sit praeparata fine illa bono. poss. Item esset inconueniens quod ius ciuile non potuisset dare quaerelam filiis exhaereditatis in bonis maternis nisi haberet illam bon. pos. cum potuissent adire si erant certi de iure suo ut praesupponit. d. l. quemadmodum. ibi, nec est necessaria aditio.

49 Et ideo†ego puto†quod haec bonorum poss. non detur propter causam positam a doctoribus ut cognoscatur a iure ciuili, quia clare patet quod datur etiam illis qui possunt succedere de iure ciuili, & nullus tex. loquitur de filio emancipato, nec quod etiam daretur ex necessitate filiis in bonis maternis. Sed solum daretur ex necessitate emancipatis, uel in bonis maternis quando succedebant de iure praetorio, & dabatur ad duplicem effectum, primo ut non concurreret tempus ad agnoscendum bonorum possessionem si lis in longum protraheretur. argum. l. cum quidam. ff. de bonorum poss. Et quod ibi specialiter fuit inductum ex priuilegio facit ut in hoc casu bonorum pos. sit necessaria ne ammittatur. Item etiam datur ex secunda causa propter trãsmissionem, & ut plene praeparata dicatur lis. d. l. posthumus. §. fin. cum sequenti. ff. de inoff. testam. Item dabatur ex tertia ratione, ut non admitterentur passim omnes ad litigandum, sed tantummodo illi qui erant successuri, & erat aliqua probabilis coniectura quod essent inique exhaeredati. argum. legis primae. §. causae. ff. de carboni. edicto. ne uideretur litigare per calumniam. & l. 3. §. si causa cognita. ff. de bonorum pos. & l. 2. §. dies. ff. quis ordo. Ideo fuit necesse ut praetor interponeret partes suas, ut habita aliquali causae cognitione constaret quod ille non erat calumniator. Quarto potest dici quod haec bonorum posses. dabatur propter defectum iurisdictionis, nam cum lis de quaerela posset fieri coram quocunque iudice, & competeret iure magistratus, ipsa uero bonorum pos. esset mixti imperii, & non posset dari nisi a maioribus magistratibus. le. 1. ff. de iur. omnium iudicum. & no. in l. cognitio. §. fin. ff. de off. eius. Ad perficiendum personam iudicis erat opus quod prius per iudicem maiorem daretur illa bonorum possessio gratiá litis agnoscendae. Primae tamen duae ueriores sunt, & ita remanet enucleata plene haec bonorum possessio. & quod decem sunt bono. poss. ut dicebat gl. septem quae tribuunt ius, & tres quae non tribuunt ius.

50 Sed tamen†ultra docto. uidetur quod glo. sit diminuta, & quod reperiantur aliae bonorum poss. facti. Et primo uidetur quod possessio data ante existentiam conditionis iuxta legem secundam. §. sub conditione. ff. de bonorum poss. secundum tabu. sit facti, quia illa nõ tribuit ius pendente conditione, & ibi glo. & Iacobus de Arena expresse dicunt quod illa est bonorum pos. facti in casu quo ille institutus deficiente conditione nõ posset succedere, sed haec opinio est expresse contra illum textum qui dicit dari secundum tabulas, quia scriptus est haeres in testamento. Item dicit postea tueri debet si est filius, ergo si est extraneus, licet tueri non debeat eum praetor, tamen habet illam bonorum possessionem secundum tabu. sicut filius. Et ideo ego puto quod ibi illa bonorum pos. quae datur sit illa uera secundum tabu. quae est impedita ad tempus tribuere dominium rerum, & quod eueniente conditione retro transferat dominium rerum & possessionem. Quae translatio nõ potest fieri ex tribus praecedentibus, sed oportet quod alia noua petatur. l. 3. §. fina. cum l. seq. ff. de carbonia. edicto. Secundo obstat, quia uidetur quod illa quae datur furioso sit etiam facti. l. 1. & 2. ff. de bonorum possess. inf. & fur. delata. ubi ponitur titulus separatus, & est necessarium quod noua bonorum poss. agnoscatur si resipiscat, alias non transmittitur nec transfert dominium. l. fina. §. nos itaque. & §. tale. sup. de cura. furio. & potest eam repudiare. Quidam fatentur contrarium, & dicunt quod illa est facti, sed uera conclusio est quod immo illa bonorum pos. ordinaria quę agnoscitur per curatorem, & tribuit domininm & possessionem sed reuocabiliter si postea repudiatur uel moriatur antequam ipse agnoscat, & hoc patet, quia illamet repudiatur & illamet petitur. dicto. §. tali itaque. & l. 2. §. sed & furioso. ff. ad tertulianum. Quod non cadit in aliis tribus, quia oportet petere nouam bonorum posses. d. l. 3. §. fina. cum l. sequenti. ff. de carboni. edicto. sed interim est impedita propter priuilegium furiosi, & quia curator non potest plene acquirere successionẽ. Tertio potest opponi de bonorum pos. delata infanti, quae nõ transmittitur. l. si infanti. inf. de iure delib. ergo est facti, sed solue ut dixi de bonorum poss. delata furioso, nam ille rationes fortius militant in fine, & in terminis Bal. & docto. in l. infantis. ubi dixi. supra qui admitti. dicunt quod iste bonorum possessiones in substantia sunt iuris, licet habeant qualitatem facti usque ad certum tempus, & quod postquam sunt acceptatę retro trahantur perinde ac si nullum impedimentum fuisset, quod non cadit in aliis tribus.

51 Sed†tunc succedit dubitatio, quare ille tres sunt mere facti, & istae sunt iuris cum qualitate facti. Respondetur quod in illis tribus defectus est in causa uocationis, cum succedat ut filius, & ipse negatur filius, & negatur illa qualitas propter quam uocatur, ideo pendente illo dubio non constat quod ille sit de uocatus, & per consequens nulla uera possessio potest dari, sed in istis furiosis & infantibus non est defectus in causa uocationis, ergo eis debet dari uera possessio, & idem etiã est in illo qui est institutus sub conditione, quia per scripturam apparet quod est uocatus, nec impedimentum conditionis tollit uocationem scriptam, uel ibi factũ fuit ad euitandos circuitus, & bonorum pos. gratia litis agnoscendae habet eandem rationem, quia non apparet an sit uocatus propter exhaeredationem pendente dubio exhaeredationis. Ex quibus remanet quod decẽ tantum sunt bonorum possessiones quae hodie sunt in usu, & receptae a lege ciuili, ut concludunt communiter doctores.

52 In quarta parte†glo. examinat articulum utilissimũ, an bonorum possessiones hodie sint necessariae, & respondet particulariter de unaquaque decidendo, & primo

mo ponit regulam generalem, quod ius prætorium est correctum per ius authenticorum, & quod ordines prętorii adhuc durant suorum agnatorum & cognatorum, licet alius ordo succedendi sit inductus per Iustinianũ descendentium ascendentium & transuersalium, ut in
53 auth. de hæredi. quæ abintesta.defer.§.1.2.& 3.†Item omnes bonorum possessiones hodie sunt in usu, & est in potestate cuiuslibet uocati a iure prætorio tantum uel ciuili agnoscere bonorum possesio. & sequuntur
* communiter docto. Facientes conclusionem, quod successio ciuilis & prætoria inducta fuit cumulatiue, non priuatiue, & quod competunt remedia utriusque iuris, bonorum possessiones retinent naturam suam antiquã habitam ex edicto, nisi in casu l.1.sup.de secund. tabu. Et in bonorum possessione unde cognati, quæ alterata fuit in numero graduum & extensa usque ad decimum gradum, & ei tributa fuit prærogatiua ut simul cum agnatis succedant secundum gradus prærogatiuam, ut in d.auth. dicitur. in §.nulla.& late dixi sup. in 2. notabili post alios.

54 Secundo†incipiendo a bonorum possessione secundum tabul. concludit quod olim erat utilis, & etiam hodie est utilis tantum exceptis tribus casibus, sed hoc ꝙ olim esset utilis debet declarari ut dixi supra in præmissis post edictum perpetuum, & postquam ius prætorium & ius ciuile redacta fuerunt ad consonantiam. iuxta.§.sed cum paulatim.inst.de ord.testam. Sed antequã esset edictum perpetuum, & facta illa communicatio, testamentum secundum formam prætoriam non ualebat de iure ciuili, quia erat alia forma testamenti eo iure inducta, ut testamentum per es & libram, in eodem titulo.de testam.ordina.§.1. & 2. & ideo ex illo testamento istituti hæredes non poterant succedere bonorum poss.secundum tabul. Et sic opinio glosæ & communis uera est post edictum perpetuum, Subdit tamen adhuc hodie esse tres casus in quibus bonorum poss. est necessaria.

55 Primus†est casus in l.posthumus.ff.de iniust.rup. & irri.testam. ubi posthumus fuit præteritus & nascendo rumpitur testamentum, tamen si moriatur uiuente testatore reconualescit de iure prætorio, & potest peti secundum tabu. sed non potest adiri hęreditas, quia de iure ciuili testamentum est nullum.§.posthumi.inst.de exhær.lib.& l.fina.inf.de lib.præter.& sequuntur Bal. hic colum.6.uer.primus quando posthum. & Bart. hic & in dicta l.posthum. Imo.& Pau.de castro.& Alexan. hic in tertio notab.& Frra.numero 21.post Decium in ultima lectura numero prim.& est communis opinio.
* Sed Iason dicebat quod immo etiam reconualescit testamẽtum de iure ciuili per illum textum ibi, iuris scrupulositate. Item dum dicit obtinebit hæreditatem. Itẽ dum dicit imperatores rescripserunt. Item & quarto ultra eum, quia remedia prætoria communicata fuerunt cum iure ciuili.§.sed cum paulatim.insti.de testamentis ordinan. & l.secunda.supra de bonorum pos. sec.tab.& ibi no.

Sed tamen non est recedendum a communi opinione quæ probatur per.l.uxoris abortu.infra de posthumis hæred.inst. quæ simpliciter dicit quod rumpatur testamentum sine spe reconualescentiæ. Et restrictio tradita per docto. ad illum textum quod loquatur quãdo posthumus nascitur post mortem est diuinatiua & destructiua literæ. Et maxime quia in toto illo titulo tractatur de posthumo nato tam in uita quã post mortem testatoris. Secundo confirmatur efficacissima ratione, quia secundum omnes pro forma testamenti de iure ciuili est inductum quod instituantur uel exhæredentur filii.l.inter cætera.ff.de lib.& posthum. & ideo præterito filio in potestate testamentum deficit in forma, ergo non potest reconualescere, quia actus qui nõ habuit formam non potest in eternum reconualescere. §.1.inst.de exhib.lib.& l.quod initio.ff.de regu.iur.& d.l.uxoris abortu. quia forma omnium actuum ciuilis & publici iuris non potest tolli pactis priuatorum. ff. de testamẽ. & non possunt facere partes quod contractus ualeat ut talis contractus sine sua forma.l. 2.& ibi no.ff.si certum peta. quia statuta sunt termini a lege q̃ præteriri non possunt ne inducatur confusio, ut no. in d.l.2.ff.si certum peta.& l.obligationum fere.§.placet ff.de actionib.& obligationib.& l.nemo potest.ff. de regu.iur. Facit l.qui quadringenta.§.quædam.ff.ad le. falcidiam. Ideo docto.in d.l.2.§.appellata.& §.creditum. dicunt quod mutuum reconciliari pōt q̃n superuenit dominii translatio, quo casu forma contractus interuenit, alias non potest reconciliari, sed cum per mortem filii non inducatur forma institutio uel exhæredatio in testamento non potest dici quod possit recõualescere, & ideo necessarium est dicere quod solũ reconualescat de iure prætorio, secundum quod non requiritur pro forma quod filius instituatur uel exhæredetur, sed solum requiritur scriptura & septem testium signa.l.1.& 2.& ibi no.sup.de secundum tab. Et probatur, quia ipse prætor mandauit quod institueretur uel exhæredaretur filius emancipatus, & tamen eo præterito testamentum ualet l.filium.§.sed si unus.& §.sequ. cum uulg.ff.de leg.præstan. ergo eodem modo non requiritur quod instituatur uel exhæredetur filius in potestate, quia prætor non curat patriam potestatem in sua successione & nullum facit necessarium hæredem, ut dicitur in hac lege, & non operatur suitas transmissionem, ut no.in le.infantis. & l.emancipata.supra qui admitti. ergo quantum ad formam testamenti nõ erit differentia inter filium emancipatum & in potestate, & per consequens semper testamentum erit ualidũ non obstante præteritione cuiuslibet filii, ut late dixi in le. posthumo.supra de contratab.in secundo notabi.& in num.46.& 47. Sed solum præteritione existente inducitur una exceptio testamento elidens illud, ut non possit habere effectum.§.1.insti.de excep.& §.1. instit. de replic. Et si contingat quod moriatur posthumus, recõualescit testamentum, quia tollitur illa exceptio elidẽs & remanet testamentum ualidum, sicut actio sublata exceptione.l.si unus.§.pactus ne peteret. & ibi not. ff. de pact. Tertio facit.d.l.posthumus. dum dicit, si septẽ signis &c. & dum dicit, quod secundum tabul. poterit competere, quæ omnia respiciunt ualiditatem iuris ꝓtorii tantum, Non obstat uerbum iuris scrupulositate, positum ibi, quia intelligitur de iure ciuili fundato in apicibus iuris, & sic dicit de iure ciuili testamentum nullum, nec obstat ibi obtinere hæreditatem, quia intelligitur de bonis hæreditariis, sed per bonorum poss. ut dicit Deci. in dict.le. posthumo. in ultima lectura per tex.in l.fi.sup.qui admitti. Facit l.1.2.& 3. ff. de bon.pos. Non obstat ibi, imperatores rescripserunt, q̃a non per hoc infertur quod iure ciuili reconualescat, cũ ibi imperator referat ius prætorium quod receptum fuit a iure ciuili, non tamen inducit aliquid noui, ut ꝓbatur in §.sed iis.insti.de hæred.quali.& differ.& not. in l.necessariis.ff.de acquir. hær. Et patet in omnibus legibus codicis quæ dicunt explorati iuris est, ut in dubium non uenit, ut etiam dixi post Decium in l.1.supr. quando non petentium par. & probatur in hac le. per quam secundum omnes non inducitur iure ciuili quod succedant cognati, & ita etiam dicunt Imo.& Pau.ibi. & Cor.consi.233.placet mihi.col.fi. Saluari tamen potest opinio Iaso.& Sequacium in testamento nuncupatiuo facto secundum formam ciuilem, nam illud testamentum est nullum præteritione filii in potestate, q̃a non ualet de iure ciuili.d.l.inter cætera.& cum illi sint data remedia prætoria.l.2.sup.de bon.pos.sec. tab. reconualescet de æquitate prætoria, sed tamen quia non potest negari quin deficiat forma, oportet dicere quod reconualescit solum quantum ad legata, & tamquam quædam uoluntas informis, & etiam dicam in sequenti casu

ti casu, dixi in d. l. posthumo. in 2. notabili.

56 Ideo † dicas, aut testamentum in scriptis factum fuit secundum formam prætoriam, & tunc reconualescit in totum ad institutionem, nec requiritur quod sint instituti uenientes abintestato, nec aliquid aliud. Aut uero factum est testamentũ de iure ciuili, & nunquam reconualescit. dic. l. uxoris abortu. sed de æquitate prætoria reconualescit tamquam uoluntas informis si instituti sunt uenientes abintestato ut debeantur legata, ut infra dicam.

Sed succedit alia dubitatio, an d. l. posthumus habeat locum quando nascitur posthumus post mortem testatoris uel moritur post eius mortem. communiter doc. tenent quod non, & uolunt quod testamentum tunc nõ reconualescat, & ita intelligunt tex. in d. l. uxoris abortu. infra de posthum. hære. insti. & probant argnendo a contrario in dicta. l. posthumus. Et assignant rationẽ diuersitatis, quia superest testator qui potest de nouo testari, quod non contingit quando nascitur post mortẽ, l. qui uxorem cum glo. ff. de iniusto rup. & irrito testa. & sic uidetur ex quadam noua uoluntate reconualescere. argum. l. qui ex liberis. §. fina. ff. de secundum tabul. Sed in contrarium facit l. 2. §. expectandi. ff. de secundũ tabulas. ubi generaliter dicitur, quod si ille qui potest petere contratab. morte tempore uel repudiatione exclusus fuit quod tunc reuertitur res ad bonorum poss. secundum tabul. Et sic patet quod reconualescit testamentum etiam post mortem testatoris, immo semper post mortem, quia ante mortem non datur contratab. l. non putauit. §. a primo. 2. responso. ff. de contratabul. Et facit etiam. d. l. posthumus, dum equiparat iniustum & ruptum testamentum in quo post mortem fit confirmatio. l. filio præterito. ff. de iniu. rup. & irri. test. Tertio facit iste tex. qui loquitur post mortem, dum dicit petitam esse contratab. & tamen a contrario præsupponit quod possit competere secundum tab.

Ideo pro resolutione puto distinguendum ut supra, quod si est testamentum secundum formam prætoriã, tunc reconualescit semper in totum, siue nascatur post mortem, siue ante mortem, quia militat eadem ratio q semper testamentum ualet, & tollitur exceptionis obiectio, per dictam legem secundam. & textum nostrum hic. Si uero testamentum est factum secundum formã ciuilem, & tunc non potest reconualescere de iure ciuili, quia, ut dictum fuit, deficit in forma. Nec etiam ex æquitate prætoria, quia cum iam sit nata contratabul. oportet quod interueniat actus præteriti in approbando ut sit aliquod fundamentum in confirmatione, cum non possit fingi confirmatum ex noua uoluntate testatoris qui mortuus est, nec illam approbationem potest facere posthumus, qui suam bonorum possessionem repudiare non potest quando est infans. l. seruus. §. tutor. ff. de bonorum pos. & l. 1. §. 1. ff. de bonorum possessio. infanti uel fur. dela & no. Bar. in lege 1. in fi. supra qui admitti. Et hoc modo procedere potest. d. l. uxoris abortu. quæ uult nullam esse reconualescentiam, & ratio differentiæ quare testamentum secundum formam ciuilem factum, id est nuncupatiuum reconualescat si moriatur posthumus ante mortem, & non reconualescat si moriatur post mortem testatoris, est, quia cum testamentum sit ipso iure nullum per natiuitatem, oportet quod aliquid interueniat super quo fiat confirmatio, & in uita testatoris est præsumpta uoluntas testatoris, & post mortem non est præsumpta uoluntas, nec potest sequi eius posthumi confirmatio, quia repudiare non potest, & sic patet quod quando est factum testamentũ in scriptis indistincte datur secundum tabulas quæ est necessaria, quia semper reconualescit siue moriatur posthumus ante mortem siue post mortem testatoris. Sed si sit factum testamentum nuncupatiuum, tunc solum reconualescit quando mortuus est nepos in uita, & reconualescit tamquam quædam informis uoluntas, ut uoluntas seruetur, si sint instituti uenientes abintestato, ut dicitur in dicta. l. posthumus. in fine. Quamuis in hoc ultimo Bal. hic teneat contrarium, quod non sit necessarium quod sint instituti uenientes abintestato, sed solum uult illud esse necessarium in sequenti exemplo text. Tamen ego puto quod etiam in posthumo illud sit necessarium, quia testamentum deficit in forma, & non potest reconualescere sine forma, sed solum seruari debet tamquam quædam informis uoluntas respectu legatorum, & respectu institutionis, si abintestato omnino essent habituri. sicut in simili dicitur in le. hac consultissima. §. fina. infra de testam. Et totam prædictam distinctionem puto procedere etiam quando filius in potestate est præteritus, & moritur uiuente testatore, licet doctores quasi omnes contradicant. Sed tamen uerius est quod reconualescat eo modo quo in posthumo, distinguendo, nam si est testamentum in scriptis, reconualescit in totum argu. l. ex duobus. §. si prius. ff. de contratab. & l. qui ex liberis. §. fina. ff. de secundum tabu. sed testamentum sine scriptis reconualescat de æquitate prætoria si sunt instituti uenientes abintestato. d. l. posthumus. quę intelligitur uiuente testatore Nec obstat lex si filius in potestate. ff. de lib. & posthu. quia loquitur de iure ciuili, & d. l. posthumus. de æquitate prætoria, & sic d. l. si filius in potestate. limitari debet per d. l. posthumus. sicut limitatur lex uxoris abortu. quia utraq; loquitur simpliciter & militat eadem ratio. Et per doct. in d. l. posthumo. nulla bona ratio diuersitatis fuit assignata, ut hic per Ferra. nu. 15. ubi etiã dixi. cogita tamen.

57 Secundus est casus † similis præcedenti quem ommittit hic glo. quando præteritus est filius natus in potestate, qui per annum tacuit, & lapsum est tempus contratabulandi, nam tunc reconualescit testamentum de iure prætorio tantum, quia de iure ciuili testamentum est ipso iure nullum, & deficit in forma, ideo non põt adiri hæreditas, sed ex æquitate reconualescet, ut probatur in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & d. l. posthumus. in fine. secundum communem intellectum, quod ibi mortuus erat testator, & dabitur secundum tabulas ut dicitur in dicta. l. posthumus. & erit necessaria, cum solo iure prætorio possint scripti hæredes succedere, & sequuntur communiter doctores hic. Bald. columna sexta. uers. secundus casus. & Alexand. hic. & in dicta l. posthumo. colum. nona. num. 24. Bar. Bal. Cynus & Iacob. de Rauena in dicta lege filio. & communiter dodoctores, & quod solo iure prætorio reconualescat, adducit, quia si de iure ciuili reconualesceret, rumperetur primum testamentum, contra dictam legem si filius eius. ff. de liberis & posthum. & per dictam legem posthumus. quæ loquitur solo iure prætorio. Secundo, quia tex. dicit, scrupulositate iuris nullum, & quod ualet ex bono & æquo. Tertio probatur, quia testamẽtum non habet formam de iure ciuili, ergo secundum ius ciuile non potest reconualescere, & ideo concludẽdum est, quod solo iure prætorio reconualescat, & uerbum, subtilitate, intelligitur secundum rigorem iuris ciuilis, & uerbum, de bono & æquo, intelligitur de iure prætorio recepto a iure ciuili.

Secundo potest dubitari, an reconualescat in totum uel solum quantum ad legata, Alexan. in dicta le. posthumo. num. 8. post alios quos allegat, tenet quod recõscat solum quantum ad legata, ut patet in principio legis. Sed Decius num. 6. tenuit quod immo reconualescat in totum, quia tex. simpliciter loquitur, quod uoluntas seruabitur. Item & tertia est difficultas, an ad hoc ut reconualescat oporteat quod sint instituti uenientes abintestato. & Bar. quem refert & sequitur Alex. in di. le. posthumo. num. 27. tenet quod de iure prætorio non sit necessarium, sed de iure ciuili reconualescat quando sunt instituti uenientes abintestato. Sed in contrarium facit, quia nullus actus potest reconualescere sine forma.

ma.l.3.ff.de testam.&nota.in l.secunda.ff. si certum pe ta.Et ideo puto distinguendum ut supra, aut testamen tum habet formam prætoriam,& sine dubio reconualescit in totum,& semper, & quicunque sunt instituti, quia cum de rigore iuris ualuerit,sublato obstaculo remanet ualidum.l.2.§.expectandi. ff. de secundum tabul.ibi,reuertitur ad bonorum poss.secundum tabulas intelligendo generaliter quod loquatur & in filio in potestate,ut probaui in d.l.posthumo.Si uero est testamentum nuncupatiuum,& tunc de iure ciuili non potest reconualescere,quia deficit forma.d.l. si filius qui in potestate.sed solum ex æquitate prætoria, & reconualescit tamquam informis ultima uoluntas, & soluuntur legata.Et etiam dabitur secundum tabulas si instituti sunt uenientes abintestato, nam in extraneis non potest seruari institutio,quia non ualet ut testamentum, ut in simili dicitur in lege hac consultissima.§.fi.inf. de test.& hoc casu procedit opinio Alex.in dicta.l.posthumo.num.8.& est necessaria per dictam rationem formæ deficientis propter quam non potest reconualescere ut testamentum.

58 Et per hanc† distinctionem etiam tollitur alia difficultas,an requiratur expressa approbatio, uel solus lapsus temporis,nam si testamentum est in scriptis,sufficit lapsus temporis,quia ex se ualet.l.2.§.expectandi. ff.de secundum tab.Nec obst.lex si impubes.ff.de carbon.edicto.§.quæsitum,quia ibi non excluditur in totum,quia non potest repudiare in totum, sed si est maior,ex solo cursu temporis reuertitur ad secundum tabulas.Sed si testamentum est secundum formam ciuilem,tunc requiritur approbatio expressa.d.l.filio præterito.ut possit esse fundamentum in reconualescentia cum ab initio sit nullum in totum.Vel melius dicas,qđ ad confirmandum de iure prætorio sufficit lapsus temporis,quia tunc excluditur a facultate petendi bonorũ poss.contratab.d.l.secunda.§.expectandi.sed ad excludendum a iure dicendi nullum requiritur expressa approbatio & renuntiatio iuris sui, Quo casu reconualescit si sunt instituti uenientes abintestato, & quantum ad legata tantum si erat testamentum nuncupatiuum, quia,ut dictum fuit,deficit in forma,& satis sunt de mẽte Alexand.in dict.lege posthumo.col.5.nu.22. uersic. iuxta prædicta.

59 Tertius est†casus in testamento irrito,ubicunque testator mutauit conditionem,nam tunc testamentum irritatur,idest efficitur nullum de iure ciuili. l. siquis filio.§.irritum.ff.de iniusto rup.& irri.tstam. Tamen si cessauerit postea impedimentum,scriptus hæres poterit petere bonorum pos.secundum tabu. §.non tamen. insti.quib.mod.infirm.testam. & sequitur hic Bart. & Alex.cum hac tamen restrictione,quod testator declarauerit uoluntatem suam quod uelit decedere cum illo testamento.l.qui liberis.§.testamento. ff. de secundum tab.per quem textum dicunt declarari & restringi debere.d.§.non tamen.Aliam tamen restrictionem uidetur ponere tex.in d.l.posthumus.uersi. idem & circa,scilicet ut sint instituti uenientes abintestato.Sed tamen uidetur uiolatio ad textum in dicto.§.non tamẽ. qui est posterior prædictis duobus, & simpliciter dicit reconualescere.Item contradicit lex si arrogator.ff. de adop.secundum communem intellectum,ubi pater naturalis fecit testamentum filio substituendo ei pupillariter,postea ille pupillus dedit se in arrogationem, ita quod pupillaris substitutio effecta fuit irrita, si tamen moriatur postea impubes factus sui iuris, reconualescit substitutio sine approbatione,nec etiam requiritur quod sint substituti uenientes abintesta.Tertio facit tex.in lege. 1.§.exigit.& §.sed & siquis.&§.siquis autem.ff.de secund.tab.ubi sufficit quod quis habuerit testamenti factionem duobus temporibus, & mortis tẽpore,& quando fit testamentum,nec ponit aliquam cõditionem ad ualidandum testamentum. Quinimmo uidetur quod de iure ciuili etiam reconualescat. l. siquis filio.§.quatenus.ff.de iniusto rup.ibi,restitutus in integrum.Et ista contraria resoluuntur per declarationem communem quam ponit hic Iason, ut restrictio data per dictam legem qui liberis.§.testamento. subrestringatur,ut non sit necessaria quando sunt instituti uenientes abintestato,& quando impuberi a patre factum sit testamentum,quia tex.in d.l.posthumus.uidetur negare aliter testamentum reconualescere posse quam si instituti sint uenientes abintestato.

60 Vnde † plenior uidetur distinctio supradicta,quod aut est factum testamentum nuncupatiuum,quod tunc quia a iure ciuili recipit uires per cõtrarium ius ciuile corruit,& ideo non potest amplius reconualescere tãquam testamentum, sed seruabitur tamquam ultima uoluntas informis,& debeant præstari legata,& etiam institutiones si sunt instituti uenietes abintestato, quia alias conseruari non possent sine testamento. argumento legis hac consultissima.§.fina. infra de testamentis. Item etiam est necessarium quod appareat de illa uoluntate,ut dicitur in dicta lege qui liber. §. testamento.quia aliquod fundamẽtum debet interuenire a quo ualiditas& reconualescentia sumi possit.Et sic d.l.posthumus recipit duas restrictiones,unam in d. uer.idem si circa.quod ibi non fuerit testamentum secundũ formam prætoriam, & quod etiam superuenit uoluntas noua.Si uero est testamentum factum secundum formam prætoriam, tunc per capitis diminutionem non annullatur in totum,sed solũ inducitur exceptio, qua sublata remanet ualidum sine aliqua declaratione, ut dicitur in d.l.1.§.exigit.ff.de sec.tab.nec etiam requiritur quod sint instituti uenientes abintestato,quia di. §. exigit.& §.sed & siquis. & §. siquis autem. simpliciter loquuntur.

61 Nec ob.†d.l.qui liberis.§.testamento.quia intelligo illum textum in arrogato,per rationem ibi assignatam quia transfert caput & fortunas suas in alium,unde uidetur cessare uoluntas testatoris,& oportet quod appareant aliqua signa quod redierit,ut ibi dicitur.Secus autem est quando per alias capitis diminutiones irritatur testamentum,& sic d.§.non tantum,& d.§.exigitur restringitur per dictum.§.testamento.quando testator se dedit in arrogationem,in aliis autem casibus reconualescit simpliciter,sicut etiam reconualescit per præteritionem sine noua declaratione,si quis tamen uellet sustinere communem opinionem,quod in hoc casu nõ sit differentia inter testamentum prætorium & ciuile, sed in utroque sit necessaria declaratio,posset assignare rationem,quia quando irritatur testamentum defectus est in uoluntate & in causa efficiente, qui defectus non uere dicitur cessare quamuis incipiat esse sui iuris & per hoc differt quando testamentum impeditur propter præteritionem,nam cessante ea testamentum sine declaratione testatoris ualet. & si contingat quod sint instituti uenientes abintestato, tunc non est necessaria declaratio,quia præsumitur propter coniunctionem, & præsumptam dilectionem uenientium abintestato, Nec obstat lex si arrogator.quia ibi non erat uere defectus in testante,nec eius uoluntas requiritur, quia non poterat uere reuocare nec testari,& sicut ibi uere non possit dici cessare uoluntas testatoris per arrogationẽ impuberis,ita etiam non posset dici reuerti per declarationem eius,ideo testamentum primum remanet ualidum cum effectu.Nec ob.d.l.siquis filio. §. quatenus. quia ille tex.loquitur quando in omnibus & per omnia est restitutus,quia tunc ualet testamentum a iure ciuili & prætorio, quia fingitur nunquam passum fuisse capitis diminutionem,secus si alia ratione reuersus fuit,ut no.in l.1.inf.de senten.pas.Non obs.§.testamenti autem factio.inst.de hær.qual.& dif.quia ille tex.loquitur de herede instituto capite diminuto,nos loquimur de testatore capite diminuto.

Et

Et sic remanet, quod tunc est necessaria bonor. poss. secundum tabulas in capite diminuto quando passus est maximam uel mediam capitis diminutionem & nõ recuperauit statum per plenam restitutionem in integrum sed solum per indulgentiam, quia si recuperauit per restitutionem plenam ualet testamentum etiam iure ciuili, extante uero sola indulgentia, tunc necessaria est secundum tab. quando reconualescit. Reconualescere autem dicitur quando uoluntas sequens rediit, & declaratur nouiter. d. §. qui testamento, uel sunt instituti uenientes abintestato, uel capitis diminutio euenit in impubere cui facta est substitutio pupillaris, sed secundum opinionem supra positam testamentum nuncupatiuum reconualescit si noua fiat declaratio, & sint instituti uenientes abintestato, & testamentum prætorium simpliciter reconualescit si media uel maxima capitis diminutio interuenit, sed si testator dederit se ad arrogandum, oportet quod sequatur declaratio noua secundum formam positam in dict. l. qui liberis. §. testamento. de secundum tabul. Cogita tamen, quia articulus est dubius, & doctores non gustauerunt totam difficultatem.

62 Quartus† est casus, quando testator fecit secundum testamentum quod postea incidit, nam tunc si declarat testator se uelle decedere cum primo testamento, recõualescit solum iure prætorio, & bonorum posse. secundum tab. est necessaria, cum iure ciuili per secundum testamentum ruptum sit primum in totum. §. posteriore, insti. quib. mod. infirm. testam. & ponit hic Angelus Alexand. & communiter doctor. Sed tamen Bar. in di. lege qui liberis. circa intelligentiam illius. §. testamento. late insistit post glosam in uerbo non secus. in fine. Et concludit simul cum ea, quod primum testamẽtum ipso iure est ruptum, & effectum nullum, nec reconualescit, quia instituti in primo non possunt agere, sed solum si possident, & instituti in secundo agant possunt se defendere per exceptionem. Quæ declaratio nõ placet, quia si non ualet quantũ ad agendum, quia est ipso iure nullum testamentum, eadem ratione nec etiamde beret ualere quantum ad excipiendum, quia actus nullus non tribuit ius retinendi. argumento nota. in lege 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata. Item similitudo ibi est simpliciter facta ad casum quo rumpitur per arrogationem, per quam testamentum non rumpitur in totum ut supra dixi, ergo nec etiam rumpitur per secũdum testamentum in totum.

63 Et ideo† ad tollenda contraria dicendum est ut supra, aut est testamentum prætorium, & illud non rumpitur in totum per secũdum quia semper remanet forma primi, sed solum inducitur exceptio quæ postea cessat si contingat quod illud testamentum per incisionem uel cancelationem extinguatur, & testamentum incisum remanet ipso iure nullũ, quia infringitur principalis forma testamenti prætorii, ideo cessante fundamento exceptionis cessabit etiam exceptio ipsa, & remanebit primum illesum. argumento legis si unus. §. pactus. digestis de pactis. Si uero est testamentum nuncupatiuum secundum formam ciuilem, & tunc illud de iure ciuili sine dubio tollitur per secundum in totum. dicto. §. posteriore. insti. quib. mod. infir. testa. & l. sancimus. infra de testam. & nulla competit exceptio uel actio institutis in primo. Tamen ex æquitate prætoria seruabitur tamquam quædam informis uolũtas si declarauit testator se uelle decedere cum primo testamento, uel si sunt instituti uenientes abintestato. argumento l. hac consultissima. §. fi. infra de testam. & soluentur legata, Et ideo in utroque casu erit necessaria secundum tabulas, siue sit testamentum prætorium siue nuncupatiuum, quia nullo casu ex primo potest succedi de iure ciuili, & sic exemplum prædictum remanet bonum.

64 Quintus† casus est, quando hæres institutus fuit in testamento sub conditione casuali uel potestatiua, & uult succedere pendente conditione, nam tunc iure ciuili hoc non potest facere, sed solum poterit petere etiam hodie bonorum posses. secundum tabulas. l. 2. §. si sub conditione. ff. de secund. tabul. & ibi Bar. in princ. & sequuntur hic etiam communiter doctor. Sed dubium est circa intellectum illius textus, an procedat sine sit institutus extraneus siue filius, & glos. ibi & Barto. in uersi. dicit hic sub conditione. concludit quod ille tex. procedat siue sit institutus extraneus sine filius, & glos. ibi & Bart. in uersi. dicit hic sub conditione. concludit quod ille tex. procedat in quocunque scripto hærede sub cõditione. per. l. ij demum. eo. tit. Sed tamen tex. ille non facit mentionem nisi de filio in potestate, & emancipato, qui omnino sunt successuri siue testamẽtum ualeat, uel nõ, pro qua restrictione facit lex uentre. & ibi Bar. ff. de acquir. hæred.

65 Sed concordando† potest dici ut supra, quod si testamentum erit prætorium, quod unicuique dabitur bonorum posessio secundum tabul. etiam extraneo, quia ualet testamentum, & conditio non impedit effectum testamenti, sed si esset testamentum nuncupatiuum, tũc procederet solum in filio uel alio succedente ab intestato instituto, quia testamentum iure ciuilli nõ potest tunc habere uires non existente conditione. d. l. si quis hæres instituatur. ff. de hæred. instituend. & ex æquitate prætoria conseruatur uirtute exceptionis, quasi producat quandam obligationem naturalem, ut not. in l. nemo potest. ff. de lega. primo. Et secundum hoc non esset bonum exemplum quod bon. poss. secundum tabulas sit necessaria, cũ illa non competat, sed competit exceptio sola posidenti. Potest tamen dici quod etiam competat secundum tabulas ad effectum consequendi ius uniuersale, licet non posset dari petitio hæreditatis, cum bonorum posses. sit ius persequendi retinendiue. l. 3. §. bonorum. ff. de bon. posse. Et per consequens remanet, quod in testamento secundum utranque formam confecto necessaria erit secundum tabulas quando factum fuit secundum postea cancellatum uel incisum a testatore.

66 Sextus† est casus in furiosis & mẽte captis, qui per se non possunt adire hæreditatem cum careãt intellectu, nec per curatores, quia aditio hæreditatis non potest fieri per curatorem. l. cum in una. §. si tutor. ff. de apellat. ideo necessarium est quod curatores eis petant bonor. posses. l. hæres institutus. ff. ad trebel. & l. fin. §. nõ itaque. sup. de curat. furiosi.

Septimus est casus, quando prætor remittit conditionem scriptis hæredibus, quã lex ciuilis non improbat, nam tunc scripti hæredes non possunt adire hæreditatem non existente conditione. d. l. si quis hæres instituatur. ff. de hæred. instit. sed solum possunt petere bonorum posses. l. quæ sub conditione. ff. de condit. inst. l. facta. §. in danda. ff. ad trebellia. & sic erit necessaria hodie hoc casu, & sequitur Bal. Alex. & Angel.

67 Octauus† est casus secundum Alex. in pupillo instituto qui est absens, nam ipse non potest adire hæreditatem, neque tutor sine eo. l. potuit. inf. de iure delib. sed uel tutor solus petet bonorum possessionem, uel etiã pupillus, si est ibi iudex competens. l. bonorum. sup. qui admitti. & l. penul. ff. de bon. posses. Et idem etiam cõtingeret si tutor esset absens & pupillus præsens, nam ipse authoritate iudicis interponentis decretum poterit agnoscere. d. l. bonorum. cum ibi notat. per Deciũ. & facit. l. si infanti. in fine. inf. de iure delib.

68 Nonus† est casus in. l. 2. §. plane. ff. de uulg. & pupil. nam si hæredes patris scripti repudiant hæreditatem ex testamento ut succedant ab intestato, euanescit pupillaris substitutio, & propterea substitutus pupillaris non potest adire hæreditatem, Sed tamen quia conseruatur testamentum ex æquitate prætoria per titulum si quis omissa caussa testamenti. ideo substituto competit

petit bonorum posse.secundum tabulas quæ erit necessaria,cum nullo alio iure posit acquirere bona, Nec ob.no.in auth.ex causa.infra de liber.præter.ubi uidetur conseruari de iure ciuili legata & cætera quæ sunt in testamento,quia respondetur quod procedunt quãdo testamentum annullatur propter præteritionem filii,hic uero annullatur propter repudiationem, & isti sunt casus quos ponunt hic doctores & communiterap probantur.Cæteros autem qui non procedunt de iure non est utile referre, posset tamen diligens indagator
69 alios inuenire similes prædictis.† Sed omnes possunt compræhendi magistraliter sub duabus regulis.Prima est,quod ubicunque ex aliqua causa testamentum non ualet de iure ciuili uel propter aliquem defectum testamenti non potest adiri hæreditas,sed sustinetur ex æquitate prætoria, tunc erit necessaria bonorum possessio secundum tabulas,& sub hac regula continentur quasi omnes casus relati hic per doctores. Secunda est regula,quod ubicunque concurrit successio ciuilis & prætoria,& adest aliquod extrinsecum impedimentum,ꝑpter quod non potest adiri hæreditas, & non impeditur agnitio bonorum possessio est necessaria propter illud accidens,& sub hac regula continetur casus. l.e.2.§.sub conditione.ff.de secundum tabulas.&illud de pupillo absente & de furioso & mente capto,iux.l.finalẽ.§.nos itaq;.de cur.fur.Et siquis repudiasset successionẽ ciuilem retenta prætoria iux.l.suum.inf.de iur.delibe.& l.2.§.si mater.ff.ad tertul.&no.in l.si domus.ff.de ser ui.urb.pred.

70 Secunda† bonorum possessio ex testamento est bonorum possessio contratabulas quam glo. hic simpliciter dicit necessariam esse etiam hodie,sed tamen hæc conclusio habet difficultatem,quia sublata est differentia hodie emancipationis & patriæ potestatis.§.nullã.in auth. de hære.quæ abintestato.& filii emancipati sicut filii in potestate æqualiter debent institui hæredes de iure ciuili,& si prætereatur sine insertione causæ testamentum est nullum .§.aliud quoque capitulum. in auth.ut cum de appel.cognoscitur.& per consequens filii sui & emancipati habent ius dicendi nullum,& non uidetur necessaria contratab.ad rumpendum testamẽtum.Et idem ibi in sequentibus.§. dicitur de parentib. ut si prætereantur sine insertione causæ quod possint dicere testamentum nullum.

Ideo pro resolutione latius considerandum est, Aut est bonorum possessio contratabulas,quæ datur patrono,& ista hodie est necessaria,secundũ omnes,per textum clarum in §.si uero testamentum.inst.de success.liber.Si uero est contratabulas,quæ datur parentibus cõtra testũm filiorum, uel filiis contra testũm parentũ,& Alex.hic approbat gl.concludendo quod sit etiam hodie necessaria quando filius emancipatus est præteritus cum causæ insertione,quæ postea nõ probatur per hæredes,Nam hodie etiam de iure ciuili pater non tenetur instituere uel exhæredare omnino filium emancipatum,ut præteritione eius testamentum sit nullum, sed sufficit quod eum prætereat cum insertione causæ ad hoc ut ualeat testamẽtum, & ideo si pater prætereat filium emancipatum inserendo causam præteritionis, filius non poterit dicere testamentum nullum,quia seruata est forma,nec agere quærella,quia illa non datur præteritis,ut dicitur in l.posthumo.supra de contratabul.nec alio modo de iure ciuili infringere testamentũ ergo erit necessaria contratabulas etiam hodie isto casu.Nec ob.quod sit sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis, quia illud uerum est in successione abintestato,prout loquitur totus ille titulus, secus in successione ex testamento,de qua non loquuntur illa iura,& quod non mutatur non prohibetur stare.l.ꝑcipimus.inf.de appel.& l.sancimus.inf.de testamen.& hæc fuit opinio glosæ in d.auth. ex causa. l. Gallus. §.& quid si tantum.in uer.emancipato.ff.de lib. & posthum.Nec est inconueniens quod ipse succedat abintestato,& tamen non possit rumpere testamentum, quia contingit in aliis casibus,ut in filio dato in adoptionẽ extraneo.l.pe.inf.de adop.&§.sed hodie.inst.de adop. Et sic correctio facta de una successione non debet trahi ad aliam in præiudicium testamenti& uoluntatis patris, & hæc uidetur esse magis communis opinio hic,
* & in auth.ex causa. Dec.tamen hic tenet contrarium, quia si attenderetur quod non sit sublata differentia emancipationis ex testamento,nec etiam filius præteritus sine causa posset rumpere testamentum,& ideo secũdum eum probabilius uidetur esse quod indistinctè tã in successione ex testamento quam abintestato sit sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis,cũ inductum sit quod succedant ad similitudinem suorum l.meminimus.inf.de legi. hæred.

Et pro hac opinione facit quod supra dixi,quia titulus de hæred.quæ abintestato,loquitur de omni successione abintestato, siue facto testamento, & rupto uel nullo,siue nullo facto testamento.argum.legis primæ. in principio.ff.de suis& legi.& l.ut liberis.infra de cõlla.& in dicto.§.nullam.in uer.ex quacunque successione,sæpius replicato. Item suaderi potest ex intelligentia quam supra dedi ad dictum.§.nullam.in illis uniuersalibus uerbis,ex quacunque successione, quæ non uidentur posse uerificari ut præsupponunt doctor.in successione suorum uel agnatorum uel parentum de quib. particulariter dixerat in quolibet capite succedendi. Vnde ne d.§.nulla sit superfluus, oportet quod intelligatur generaliter de quacunque successione abintestato,& ex testamento,& ciuili & prætoria, & illa uniuerlis uideatur posita pro multis casibus, non autem pro duobus tantum. Et hæc opinio in puncto iuris uidetur esse uerior.Nam uidetur fuisse de mente Iustiniani uelle auferre difficultates in successionib. ex uarietate antiquarum legum contingentibus,& petere in eis ut patet in præmissis.d.authenticæ.& si di. §. nulla. non intelligeretur generaliter,non uiderentur sublatæ contẽtæ in legibus codicis.

* Tamen quia communis opinio est cum Alexand. & uideatur uiolatio intelligere.d.auth.de successione ex testamento,cum solum loquatur de successione ab intestato in rubro & nigro,ideo tenendo potes ita iustificari,nam quando causa non est inserta in testamento, tunc testamentum est nullum de iure ciuili non seruata forma,& filius emancipatus succedit immediate abintestatò,sed quando causa est inserta,tunc testamentum ualet,quia forma est seruata,& quamuis esset spesquod rumpatur, si dicatur quod non est uera & posit non probari, tamen ista spes non facit quod testamentum sit ipso iure nullum,sed oportet quod rumpatur,& per consequens quod non competat ius dicendi nullum ipso iure,sed opus sit ruptella de facto. Quæ ruptella nõ potest fieri per quærelam,quia non datur præteritis a linea paterna, ideo oportet quod detur contratabulas ad rumpendum saltem ex mente illius constitutionis, sicut dicitur in dicto.§.si uero testamentum.inst. de success.liber.de patrono præterito,& per consequens sequitur quod in filio præterito cum insertione causæ etiam hodie necessaria est bonorum possessio contratabul.ad rumpendum testamentum parentum, & econtrario parentibus præteritis cum insertione causæ ea non probata per hæredes etiam hodie erat necessaria contratabul.ad rumpendum testamentum filii.Ego autem in dicta auth.non tantum. tenui communem opinionem, Sed etiam eam ampliaui procedere quando causa nulla sit inserta in testamento, quia secundum uera opinionem illa auth. in prima parte dũ addit formam testamento non comprænendit præteritionem paternam in qua plenissime erat prouisum filiis tã per ius dicendi nullum quam per contratabulas rumpendo sine lite testamentum,sed solum loquitur de præteritione

ritione materna,& exhæredatione paterna, in quibus casibus testamentum ualebat,& cogebantur filii litigare per longum tempus talsis accusationibus priuati hęreditate, igitur cũ in præteritione paterna nihil fuerit immutatum,remanet,quod siue causa sit inserta siuenõ quod testamentum hodie rumpitur eo modo quo antiquitus, ut filius in potestate dicat nullum testamentũ, & filius emancipatus rumpat per contratabulas.l.fina. infra de liber.præter.Et sic hodie est necessaria contra tabulas semper in filio emancipato præterito, ut ibi dixi.num.21.& 22.& num.53.& 54.& illud teneas tanquam uerius.

71 Vltra bonorum†possess.ex testamento, dantur etiã quattuor bonorum possessiones abintestato approbatæ ut hic per glosam & doct. Quarum tres hodie sunt utiles tantum,scilicet bonorum possess.unde liberi, & unde agnati,& unde cognati,& sequuntur hic communiter doctores, quia sublata est differentia emancipationis & patriæ potestatis agnatorum & cognatorum. dicto.§.nullam.in authen.de hæred.quæ abintestato. Sed quia hoc non est simpliciter uerum, ideo latius est insistendum,nam si contingat quod succedere uolentes sint de personis in quibus concurrunt istæ tres qualitates,ut sunt filii in potestate qui succedere possunt ex capite liberorum agnatorum & cognatorum.l.2. §. sed uidendum.ff.de success.edict. uel agnati qui possunt etiam succedere ex capite agnatorum.§.hos etiam.insti. de succes.cogn.& l.octaui.ff. unde cognati. Et tunc si fiat comparatio ad eas inuicem,nec olim nec hodie sũt necessariæ,quia una sine altera poterat competere. d.l.1.§.sed uidendum.ff.de success.edicto. Et hoc modo considerando solum difficultas remaneret sup. bonorum poss.unde cognati.Quinimmo etiam in cognatis non esset necessaria,quia cum uocentur a lege ciuili,& ipsis etiam competere potest unde legitimi.l. 2.§. fina.ff.unde legitimi.&sic duæ eis competere possunt, & unam possunt acceptare,& aliam ommittere, sed si fiat comparatio de bonorum pos.ad ius ciuile,considerando eas in genere,& tunc regula tradenda est secundum glosam & docto.quod istæ bonorum poss. hodie non sunt necessariæ,cum omnes personæ quibus conceduntur sint etiam uocatæ a iure ciuili.fallit tamen in aliquibus casibus. Et primo in bonorum possessione unde liberi quæ non tantum in filiis emancipatis olim fuit necessaria sed etiam in filiis in potestate aliquando.Nam cum successorium ius non haberet locum de iure ciuili inter liberos, neque inter agnatos propter suitatem.l.1.§.sciendum.ff.de suis & legi. & l.scripto. ff.unde liberi.& §.placebat.insti.de legit.agna.succes. fuit necessarium,si prætor uoluit quod haberet locum successorium edictum inter omnes liberos agnatos, & cognatos quod ipse daret bonorum possessiones istis existentibus in ulteriori gradu qui non poterant succedere de iure ciuili, quod uocabat proximiores tantũ. §.sui.insti.de hæred.qual.& differen.& §.sui. instit. de hæred.quæ abintestato.& sic bonorum pos. unde liberi fuit necessaria in liberis in potestate existentibus in ulteriori gradu,& bonorum pos.unde agnati in agnatis ulterioribus, & de bonorum posses. unde liberi est tex.in terminis in l.qui se patris. supra unde liberi. ut dicebant ultramontani,quos repræhendunt hic doctores & male,nam illa lex non est hodie correcta secundum uerum intellectum quem ego tradidi ibi in præmissis & in lectura num.66.67.68.ubi conclusi quod illa lex hodie etiam post ius authenticorum procedit in casu suo.Nam si filius ignorans patrem defunctum uel deliberans moritur antequam se immisceat propter suitatem transmittit successionem ciuilem ad hæredes hęreditatis patris.l.si filium.§.primo.ff. de acquir. hære. sed successionem prætoriam non transmittit nisi eam agnoscat.l.3.§.acquirere.& §.inuito.ff.de bonor.poss. & dixi in l.emancipata.supra eodem.Ideo de iure prætorio nepos uenit ex successorio edicto per bonorum pos.unde liberi ad hæreditatem aui si repudiauit hæreditatem patris sui.Et de iure ciuili hæres extraneus ipsius filii uirtute suitatis.l.apud hostes.intra de suis & legitimis.& sic nepos de iure ciuili non potest succedere auo repudiata patris hæreditate, sed solum potest succedere de iure prætorio, & per consequens est necessaria etiam hodie in liberis ulterioris gradus qui excludunt uenientes de iure ciuili ex regula generali, qđ quando concurrit successio ciuilis & prætoria præualet prætoria.§ emancipati.insti.de hæred.quæ abintestato.& l.filium.& l.cum emancipatus.ff. de contratabulas.Nec ob.l.defunctis.inf.de legiti.hære.& d.§. placebat. quia loquuntur quando filius suus hæres repudiauit seu se abstinuit antequam moriatur,sed d. l. qui se patris. loquitur quando filius mortuus est ignorãs, uel deliberans,ita quod suitas non fuit annihilata per beneficium abstinẽdi,ut latius dixi in d.l.qui se patris. ultra omnes.

72 Et † eadem ratione etiam bonorum possessio unde agnati esset necessaria si talis nepos uellet succedere tãquam agnatus uel cognatus præcedente patre qui fuit suus hæres & mortuus sit antequam abstineat,Similiter ante.§.placebat inter agnatos inter se ulterior ut dixi non poterat succedere nisi iure prætorio,sed hodie potest etiam de iure ciuili.dict.§.placebat.& §. reliquũ. in auth. de hæredib. abintesta.ueni. Ideo hodie unde agnati uel unde cognati non erit necessaria non existente suo hærede,nisi succedens repudiasset successionem ciuilem,quia tunc per accidens efficeretur necessaria.argum.legis suum.inf.de iure delib.& l.2.§.si mater.ff.ad tertulianum.Secundo fallit, quando per accidens impediuntur uocati a iure ciuili adire hęreditatẽ, ut in pupillo,cuius tutor est absens,uel ipse pupillus est absens,quo casu nec solus tutor nec solus pupillus potest adire.l.potuit.inf.de iure deliberan.& tamen solus tutor poterit agnoscere bonorum pos. & etiam aliquãdo solus pupillus.l.bonorum.& ibi no.sup. qui admit. & l.pe.ff.de bonorum pos.Et idem etiam erit in furioso uel mente capto,ut dixi de bonorum possessione secundum tabulas. iuxta legem finalem.§.nos itaque.supra de cur.fur.Et est de mente Alex.hic&Angeli.dum simpliciter loquuntur, & illæ leges allegatæ loquũtur simpliciter tam in successione abintestato quam ex testamento.

73 Quarta bonorum†possessio quæ appellatur unde uir & uxor.& olim & hodie est necessaria secundum glos. l.1.ff.unde uir & uxor.& l.1.inf.unde uir & uxor. Sed tamen successio coniugum fuit postea ampliata ut nouiter indotata succedat uiro de iure ciuili extantibus filiis agnatis & cognatis,ut in auth.præterea. infr. unde

74 uir & uxor.ubi dicam.† Septima uero quæ extraordinaria uocatur,& olim & hodie est necessaria secundum declarationem quam supra dedi, quia in ea requiritur quod lex iubeat dari bonorum pos. quo casu lex non defert hæreditatem seu aliam successionem ciuilem.argum.§. si uero testamentum. insti. de succes.liber.ergo sequitur quod erit semper necessaria eueniente casu suo.Sed si teneremus opinionem quod lex deferat utrãque successionem,& illa concurrat cum unde legit. & tunc non esset necessaria,de ueritate tamen articuli dixi post Dec.sup.in rub.qui admitt.Sed tamen quia nullum est exemplum in corpore iuris secundum opinionem sup.firmatam,quęstio ista pendebit a forma legis nouæ,nam si deferat solum bon.pos.erit necessaria. Si uero deferat etiam hæreditatem,tunc erit utilis tantũ non necessaria,& hæc de bonorum poss. iuris quæ tribuunt plenum dominium.

75 Sed ultra prædictas,†sunt etiam tres aliæ bonorum pos.quę non tribuunt,ut per glosam,quarum prima appellatur carboniana, & secundum omnes olim & hodie est necessaria,quia datur filiis qui negantur esse filii,

lii,ut interim apprehendant possessionem, & alteratur,& differatur quæstio filiationis usque ad pubertaté l.3.§.duæ sunt causæ.ff.de carbon.edict.& l.1.infra de carbo.edicto.Et cum non appareat de filiatione, interim non potest petere bonorum possess. ex testamento uel abintestato,nec successionem ciuilem,ut saltem habeat actionem consequendi bona,& idem quando est præteritus & petat contratabulas, tamen interim non habebit possessionem bonorum sine carboniana, donec sit finita quæstio,ut no.in l.si impubes.§.quæsitum. ff.de carbon.edicto.In instituto tamen si quæstio reqrit altiorem indaginem aliud remedium fuit datum in lege secunda.& l.fina.infra de edicto diui Adriani tol
76 lend.de quo dic.ut ibi late per omnes.†Similiter secũda bonorum possessio quę appellatur uentris nomine, eadem ratione & olim & hodie est necessaria, & fortius,quia existens in utero nõ potest effici hæres, nec bono.possessor antequam nascatur.l.Titius.ff. de suis & legi.& l.uentre.ff.de acq.hær.& l.post mortem.§. fi. ff. de contratab.ergo cum nullo alio iure possit uenire, erit necessaria,de qua dic ut in l.1.in prin.& §. si ea. ff. de uentre in poss.mit.
77 Tertia uero†bonorum possessio facti,quæ appellatur gratia litis agnoscendæ,antiquitus secundum omnes erat necessaria,Sed an hodie sit necessaria, dubitãt doctores.Salicetus hic relinquit indecisum,sedcommuniter doctores post Alexandrum uidetur tenere quod sit necessaria etiam hodie,quia facto testamento nõ est sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis, ut supra conclusum fuit. Et sic emancipatus exhæredatus etiam hodie non est uocatus a iure ciuili, ideo necessaria est hæc bonorum possessio. Sed tamen quia communem opinionem circa substantiam istius bonorum possess.supra reprobauimus,etiam hæc decisio hic posset reprehendi. Tamen ex tribus rationibus propter quas dixi quod antiquitus dabatur hæc bonorum possessio,potest dici quod hodie sit necessaria,quia ille rationes militant etiam hodie,maxime si uult succedere iure prætorio,cum oporteret per eam apparere quod est successurus abintestato,& aliqua uerisimilis coniectura apparet ex præcedente summaria cognitione, q; inique est exhæredatus,& sic in practica præcedere debebit illa summaria cognitio, sicut fit in lege tertia. §. duæ sunt causæ.ff.de carbo.edict.& l.1.§.si ea.ff.de uẽtre in poss.mitten.Et non dabitur aliquis annullus uel signum,sed solum interponetur decretum illud quod est habilis ad succedendum non obstante exhæredatione,quod nota.
78 Vltimo adducit†unum casum generalem conuenientem omnibus bonorum possessionibus,ut scilicet omnes bonorum pos. hodie sint necessariæ quando successio defertur ex statuto facto ab eo qui solum potest facere ius prætorium,ut si sunt magistratus,uel comites, duces,& barones qui faciunt ius prætorium,ut per Bartolum in lege 2.ff.de bonorum pos.& l.5.ff. de uerborum obligationibus. & dixi in rubrica. supra qui admitti. Nam si deferent aliquam successionem nouam, erit necessaria bonorum possessio, Quod ego puto uerum si ulterius non processit statutum ad dandum remedium succedendi,sed si ulterius processisset,competeret remedium ex statuto.argum.l.1.& ibi nota.ff. de condi.ex lege.

Ex quibus remanet quod omnes bonorum pos. tam ex testamento quam abintestato,& tam iuris quam facti,& ordinariæ & extraordinariæ sunt hodie necessariæ in aliquo casu,& per consequens sequitur quod materia bonorum pos.non est ita spernenda prout multi arbitrantur,sed est utilis ualde,tum quia,ut dixi,hodie omnes in aliquo casu sunt necessariæ,&oportet cognoscere earum naturas & casus prædictos; tum etiam q leges de earum materia loquentes sunt difficillimæ,& non possunt intelligi nisi a uoce magistra,&prosunt in argumentationibus,ut dixit glo.in rubro.ff.de coniun gend.cum emanc.lib.eius. Et hæc sufficiant quantum ad materiam legis.

Extra glosa & materiã legis Decius insistit super quadam decisione Bal.hic in secunda col.uer. & idem est. Qui dixit quod si Papa mandat aliquem examinari,nõ est citandus aliquis,quia sufficit probationem concludere soli examinatori,cum hæc cognitio sit potius conscientialis quam iudicialis,sed circa principale dictũ, quod sequitur Alexand.in lege de unoquoque.ff. de re iudic.colum.pe.& in consi.128.uisis lib.2.& Roma. in repetitione rubricę.de arbitris.colum.2.uer.tertio pone.Iason.hic dicebat requiri altiorem indaginem per ea quæ no.Abbas in ca.fin.de præsump. maxime in ultimo notabili uer.sed aduerte. per unam columnam. Sed Dec.dicit in terminis Bald.casum non habere difficultatem,quia intentio Bald.fuit dicere quod hęc cognitio est extraiudicialis,& ideo citatio partis non requiratur, sicut in aliis actis extraiudicialibus,nam ista examinatio fit ad solam instructionem commissarii, quo casu non requiritur citatio partis,ut per Bal. in le. non dubium.supra de leg.colu.6.uer.circa hoc. & uer. quæro.ubi allegat dictum Innocent.in cap.fin.de præsumptio.Et in terminis quod nõ requiratur citatio partis in examinatione tenuit idem Bal. in c.fi.de transl. prælat.col.2.uer.dicit hic Ioannes Andr.& ibi Barb.in Apostil.& in c.1.de iudi.& in l.2.col.2.C.qu. prouocare non est neces.& Felinus in c.1.de const.num.2.uers. & si dicatur secundum conscientiam.colum.6. & multa alia de conscientia colum.14.& sequitur Cardinalis in clementi.prima.in princi. de off. delegati. & ibi latius per eum.

Et uere hæc fuit intentio Bald.ut patet ex ratione allegata, quia quando probatio concludit soli iudici nõ requiritur partis citatio,& allegat gl.in lege 3.§.si causa cognita.in uerbo tribunali.in fine.ff.de bonorũ possessio.Sed tamen dictum in se uidetur habere dubitationem ut sentiebat Iason,Nam ipse præsupponit partem extare in cuius præiudicium fit examinatio, ergo citari debet.argum.legis.in causæ.§.causa.ff.de mino. cum sua glo.& ibi Barto.Item præsupponit Bald.quod sit iudex qui requirit, ergo est iudicialis cognitio & non extraiudicialis, cum aliud sit interuenire tamquã prætor.l.5.ff.de uerborum obligatio.& ego declaraui in lege iubere cauere.ff.de iurisd.omnium iudicum in differentia cautionis prætoriæ & iudicialis. Item idoneitas extrinseca semper requirit probationem,ut per Abbatem in dicto. c. fi. de præsump. colum. 2. uersi. sed aduerte. Quarto in terminis est tex.in c.cum dilectus filius.in princip.iuncto fine.extra de elect.ubi examinatio facta fuit super ætate,& quia non fuit appellatum,sententia transiuit in rem iudicatam,ergo interuenire debet partis citatio,ut per lapsum decendii sentẽtia transeat in rem iudicatam. Idem & clarius probat tex.in ca.dudum ad audientiam. de electio. §. primo. ubi Papa non potuit determinare per diffinitioné sententiam super defectibus ætatis & scientiæ quia non fuit præsentatus processus, & sic præsupponitur quod interuenire debet citatio,& ibi sentiunt omnes. Et idẽ probat tex.in capitulo bonæ.quod sequitur uers.contra.arguendo a speciali.facit tex.in capitulo cupientes. §.ad hæc diligenter. cum sequenti usque ad finem. de electio.in 6.& in clementi.constitutionem.de electio. cum infin.simil.

Ideo ego puto latius distinguendum,aut commissio examinationis fit existente contradictore prætendente aliquod ius in beneficio uel in iure eligendi uel conferendi,& tũc semper necessaria est citatio quia fit per modum cognitionis iudicialis, ut probãt quasi omnia iura allegata per me,Nam existente contradictore legitimo semper cognitio debet fieri per tramitem iudiciarium,& in his terminis non fuit loquutus Bal.hic. Si

uero

uero apparet contradictor, tamen ille contradictor nõ habet ius in re, sed ius ad rem, ut si sunt duo præsentati a patrono laico, quo casu episcopus uel potest gratificare, uel magis idoneus præferri debet, ut not. in ca. 3. de iure patronatus. & tunc puto quod non sit necesse citare partem, sed posset se informare extraiudicialiter, ut habetur in c. 3. de iure patro. & in c. quod autem. eo. tit. & in c. 1. de scrutinio. & c. cum sit ars. de ætate & qualitate. & in iis terminis potest intelligi dictum Bald. dũ allegat illam glosam quæ loquitur de pluribus agnoscentibus bonorum possessionem, nam non requiritur citatio in illa agnitione, ut ibi per doct. quia licet fiat per iudicem, tamen non fit in formam iudicii. Aut uero nullus adest contradictor, ut contingit in literis gratiosis beneficialibus, & tunc dictum Bal. procedit sine difficultate, ut dicebat Dec. hic per authoritates per eũ allegatas. Nec ob. d. Abba. in d. c. fi. de præsumpt. quia licet ipse uelit necessario probari idoneitatem extrinsecam, tamen non dicit quod iudicialiter debeat capi informatio, sed sufficit quod per se & ad sui instructionem hoc faciat, & sic dictum Abba. ibi debet declarari per præcedentem distinctionem.

Assignabat etiam Bald. aliam rationem, quod dicta examinatio est conscientialis, & non requiritur citatio partis, ex qua colligitur, quod ille cuius conscientiæ cõmittitur aliquid non tenetur partem citare, sed Ias. in contrarium allegat quinq;, ex quibus apparet quod ille cui aliquid committitur conscientiæ suæ debet seruare iura & secundum ea procedere ut hic per eum, sed Dec. resoluendo dicit dictum Bald. procedere in casu suo quando examinatio est fienda extraiudicialiter ad instructionem solius examinatoris, ut ipse Bald. dicebat, & conclusum fuit in præcedenti quæstione. Quæ resolutio in se est uera, quod Bald. loquutus fuit in illis terminis & quod in casu suo non requiritur citatio, q̃a illud procedit etiam absque aliqua consideratione cõscientiæ, ut patet ex supradictis. Tamen ratio sua uidetur plura inferre, nam dum probat decisionem suã per rationẽ, quia uidetur q̃ examinatio conscientialis semper fit extraiudicialiter, & quod illa non requirit citationem partis, Et dicta per Iasonem concludunt contra Baldum.

Tamen circa istam clausulam, committimus cõsciẽtiæ tuæ, sunt duæ glosæ contrariæ, una in cap. statutũ. de rescrip. in sexto. in §. assessorem. in uerbo relinquatur, quæ dicit quod quando aliquid committitur conscientiæ quod solus Deus est iudex, & non potest pars refricare in dubium, & sic non est citanda. Alia est glo. in cleme. prima. de iure patronatus, in uer. oneramus. quæ uidetur uelle quod possit recurrere ad superiorẽ, & refricari in dubium, & tex. in cap. non solum. de regul. iur. in sexto. dicit quod intelligitur de bona conscientia. Felinus in cap. primo. de const. colu. 14. num. 51. uer. & si dicatur conscientiæ. dicebat quod non potest appellari respectu formæ iudicii, ut ille teneatur deferre appellationi, tamen grauatus potest deuoluere negotium ad superiorem, & uolebat Andreas ab exea nu. 400. usq; ad nu. 410. Ias. tamen in l. si quis arbitratu. col. 11. nu. 23. uer. 8. notabiliter limita. ff. de uer. obl. tenet quod sit necessaria citatio.

Sed ego puto considerandum esse quid sit quod committatur conscientiæ, nam aut non apparet contradictor, & tunc non oportet quærere an sit citanda pars, p̃ ea quæ dixi in præced. q. Aut uero apparet contradictor, & tunc aut illud quod committitur respicit personam ipsius iudicis, & tunc non est citanda pars, nec appellatio, nec recursus ad iudicem permittitur, & ita procedat glo. in d. c. statutum. §. assessorem. de rescript. in 6. Aut uero committitur aliquid quod tangit iura partium, & tunc si committitur examinatio sola, non requiritur citatio usque ad sententiam, si uero committitur determinatio sola, & tunc processus debet fieri citata parte, & postea determinatio potest fieri non citata parte, ut per Romanum in rub. de arbit. in repeti. & in omnibus istis casibus quamuis non possit appellari, tamen permittitur quidam recursus ad superiorem ut reducat ad iustitiam & æquitatem quod factum fuit, ut per glosam in dicta clem. 1. de iure patronatus. & secũdum declarationem positam per Felynum in d. c. 1. de const. colum. 14.

79 Subdebat†etiam postea Dec. hic considerandum esse super uno dict. Bal. in d. quæst. statuto cauetur, ubi uult quod quando committitur conscientiæ aliquid, ille debet se regulare secundum ius ciuile, nam incontrariũ est dictum eiusdem Bal. in l. si inutiliter. in prin. inf. de fideic. ubi cõmissum conscientiæ regulatur secundum ueritatem & ius gentium. Decius resoluebat contrarietatem, dicens quod commissum conscientiæ regulatur secundum ueritatem in decisione, sed in informatione debet etiam uidere iura ciuilia, & postea facere quod sibi uidetur æquum & iustum. Quæ resolutio uidetur aliena a mente Bal. & eius sequacium. cum parum operaretur illud dictum q̃ debet sequi iura ciuilia. Et ideo ego potius puto considerandum quid committatur cõscientiæ & quomodo, nam si quæstio sit super facto potius attenditur ueritas iuris gentium quam fictiones ciuiles, uel si quæstio sit super ualiditate actus, & habet solemnitates iurisgentium, tunc iudicare debet secundum ius gentium, non secundum apices iuris & solemnitates ciuiles, & ideo attenditur uoluntas tam testatoris quam contrahentium, si habeat solemnitates iurisgentium, ut per Bal. in d. l. si inutiliter, & idem si esset debitum naturale totum uel ex pacto nudo, sed si quæstio esset de successione, uel esset dubietas qualis esset decisio iuris ciuilis, uel an quis inciderit in pœnã legis, uel an bonorum possessio sit necessaria, & tunc oporteret regulari secundum iura ciuilia, quia de eorum intelligentia uidetur fuisse quæstionem.

De materia autem conscientię uideas doctores in d. c. 1. de const. & Iasonem in §. sed iste. colum. 20. & 21. inst. de action. Alexand. consi. 219. uisis uerbis. in libro 2. Ioan. de annan. & Bologn. in addit, in consi. 34. uisis, & diligenter. Georg. Natam in cleme. sæpe. §. non sic tamen, colum. 12. cum duabus sequen. de uerborum signifi. Bru. in articulo quando ommittatur solemnitas. colum. 22. uers. idem si dicatur conscientiæ. Item commissum conscientiæ non importat liberum arbitrium, de quo per Felynum in d. c. 1. uer. & si dicatur conscientiæ. Iason in l. si sic legatum. in prin. colu. 3. uer. 8. ff. de leg. 1. Cepola in consi. 29. col. 4. uer. quarto. Barbatia in consilio 30. colum. 3. libro 2. Et habens iudicare secundum conscientiam tenetur sequi conscientiam publicam, ut probat textus iuncta glosa in capitulo iudicet. 2. quæstione septima. Cynus in lege quisquis. C. ad legem Iuliam maiesta. Hipol. in l. quæstionis. colum. pe. ff. de quæst. Iason consi. 191. placet mihi. col. 1. uer. nec huic fundamento. lib. 2. & secundum istam consciẽtiam iudicans tenetur suo medio iuramento declarare Ange. in lege apertissimi colum. 1. de C. iud. Hipol. in l. 1. §. præterea. colum. 13. in fi. de quæst. Item non põt committere uices suas. l. nulli. §. 1. ibi, is qui specialiter designatus. sup. de episc. & cler. cum aliis cumulatis per Dec. in cons. 72. uiso puncio. col. 3. uers. 2. prin. libr. 1. Item ad probandum aliquid fuisse factum secundũ conscientiam statur iuramento actũ facientis. Innoc. in c. pastoralis. in uerbo defer. de rescr. Ias. in d. §. sed iste. Facit gl. in clem. 1. de prob. quam alleg. Rom. in l. qui bonafide. §. qui damni. ff. de damno. infecto. Facit etiam, quia in iudicio animæ cuilibet est credendum. glos. in c. significasti. in uerbo credendum. extra de homicidi. Felynus in c. primo. de excep. dixit se consuluisse, quod statur iuramento sacerdotis dicẽtis se absoluisse excõicatum uel sepelisse in loco sacro. facit. c. Matthæus ubi Abb. de Simon. & Lapus. alleg. 94. Quidam presbyter

Pau. de eleaza. in cap. testimonium. in fi. ext. de test. ubi statur iuramento sacerdotis deponentis de emendatione sacerdotali sibi facta, & hæc sufficiant.

Ioannes Bolognetus Neapoli De Mane legens Die 28. Ianuarii. 1554.

Summaria super Rubrica. C. de collationibus.

1 CONTINVATIO Rubricæ.
2 Collatio quomodo capiatur in iure ciuili.
3 In hoc titulo tractatur de collatione in specie quæ fit causa diuidendi hæreditatem parentum.
4 Collatio quomodo diffiniatur, & referuntur diffinitiones aliorum, & defenduntur ab obiectis doctor.
5 Diffinitio communis ex alio reprahenditur.
6 Noua diffinitio traditur.
7 Causa inducendi coactionem ad conferendum quæ fuerit.
8 Noua distinctio ad totam materiam collationis constituens duo genera collationis, scilicet collationem prætoriam, seu bonorum, & collationem ciuilem, seu datorum ob causam.
9 Collatio prætoria fuit introducta ratione iniuriæ factæ a filio emancipato, & cessat cessante iniuria.
10 Collatio prætoria regulariter non habet locum.
11 Collatio ciuilis seu datorum fuit per constitutiones nouas inducta ratione æqualitatis seruandæ.
12 Collatio ciuilis seu datorum regulariter in omnes descendentes fieri debet.
13 Collatio fit officio iudicis.

Summaria super l. si Emancipati. C. de collatio.

1 HAEC Lex non est difficilis, nec clauis materiæ ut arbitrantur doctores.
2 Diuiditur & casus figuratur in prima parte.
3 Casus figuratur in secunda parte.
4 Emancipati emancipatis non tenentur conferre.
5 Sui inuicem nec sui emancipatis tenentur conferre.
6 Tria sunt requisita ut habeat locum collatio ista, quæ hic ponuntur.
7 Negans testamentum ualere an talem negatiuam probare teneatur.
8 Allegans emancipationem illam tenetur probare.
9 Filius an præsumatur esse in potestate patris.
10 Noua distinctio quando filius præsumatur in potestate patris esse.
11 Filius existens in quasi possessione libertatis non præsumitur emancipatus.
12 Quasi possessio existentiæ sui iuris quomodo acquiratur per filium in potestate.
13 Collatio an debeat fieri facto testamento per patrem.
14 Intestatus quis dicatur, & quando dicatur succedi ab intestato.
15 Collatio solum fieri debet inter succedentes in bonis ascendentium.
16 Sui an teneantur conferre emancipatis, & quæ conferant.
17 Noua declaratio an sui conferant emancipatis.
18 Intellectus ad l. filiæ dotem. C. de collatio.
19 Intellectus ad l. 1. §. si nepos, ff. de coniung. cum emanc. lib. eius. late discutitur.
20 Collatio an habeat locum inter extraneos inuicem, & quando cõcurrunt cum filiis.
21 Collatio an habeat locum inter transuersales inuicem, & quando concurrunt cum filiis.
22 Collatio an habeat locum inter ascendentes inuicem, uel quando concurrunt cum filiis.
23 Collatio solum fieri debet inter descendentes quando succedũt in bonis ascendentium.
24 Quæ sint necessaria ad hoc ut collatio fieri debeat.
25 Collatio an habeat locum inter liberos succedentes in bonis maternis.
26 Collatio an fieri debeat inter emancipatos inuicem, uel suos inuicem, uel suos & emancipatos.
27 Liberi uenientes per unde agnati uel cognati an teneantur conferre.
28 Liberi non obtinentes primum locum an teneantur conferre.
29 Filiæ prohibitæ succedere per statuta non teneantur conferre fratribus.
30 Liberi succedentes titulo particulari non tenentur conferre.
31 Collatio an habeat locum facto testamento per patrem.
32 Collatio an habeat locum factis codicillis.
33 Collatio an habeat locum inter succedentes diuerso iure.
34 Exhæredato non debet fieri collatio etiam rupto testamento.
35 Quid sit collatio, & an fiat de re propria tantum.
36 In collatione secundum ueram opinionem considerari debẽt quatuor tempora seu iura.
37 Collatio prætoria bonorum an hodie sit correcta.
38 Collatio dotis fuit originaliter inuenta ex edicto prætoris, & per constitutiones cum noua forma ampliata & inducta.
39 Collatio datorum fuit a constitutionibus inuenta, & uariis modis ampliata.
40 Intellectus. §. illud. in auth. de triẽte & semisse. late discutitur.
41 Collatio an sit uerbis expressis prohibenda a testatore.
42 Emancipati an teneantur conferre emancipatis simplices donationes.
43 Intellectus. l. ut liberis. §. fi. de colla. discutitur.
44 Succedentes in bonis maternis an teneantur inuicem conferre & quæ.
45 Nepotes quomodo patruis teneantur conferre.
46 Emancipati an hodie teneantur conferre suis aduentitia.
47 Emancipati tenentur conferre suis ex duplici collatione, & quomodo conueniri debeant.
48 Sui inuicem non tenentur conferre ex capite collationis bonorũ sed solum ex collatione datorum.
49 Lucra nuptialia an sint conferenda.
50 Donatio simplex facta filio in potestate an sit conferenda latissime discutitur.
51 Intellectus. l. si donatione. C. de colla. discutitur.
52 Donatio simplex regulariter non confertur a filiis in potestate.
53 Donationes factæ emancipatis ante & post emancipationem conferuntur.
54 Donationes factæ filiis in potestate ualidæ an conferri debeãt.
55 Donatio facta filio in potestate cũ iuramento an conferenda sit.
56 Collatio an hodie habeat locum de iure auth. sublata differentia emancipationis.
57 Differentia emancipationis & patriæ potestatis hodie remanet in duodecim.
58 Differentia magna hodie ramanet in collatione inter emancipatos & suos.
59 Filii instituti inæqualiter an teneantur inuicem conferre.
60 Libri empti & expensæ factæ in studio an conferri debeant, remissiue.
61 Epilogatio breuis & substantialis quomodo & quando filii teneantur conferre.
62 Quid seruari debeat in practica quando dubitatur de collatione an sit fienda.

Repetitio Rubricæ, C. de collationib.

1 QVIA Vocati a iure prætorio per bonorum possessiones tã ex testamento quam abintestato tenentur aliquando inuicem conferre, Ideo † post utrumque tractatum bonorum possessionum, ex testamento, & abintestato, uidendum est de collationibus fiẽdis inter succedentes de iure prætorio, Sed tamen quia collationes a iure prætorio inductæ approbatæ fuerunt a iure ciuili, & in parte correctæ seu immutatæ, & aliæ nouæ aditæ, ut etiã iure

iure ciuili feuda fit collatio,ut habetur in l.ut liberis. & l.illam.inf.hoc tit.nostro.ideo ne continentiæ materiæ diuiderentur,ne multiplicarentur tituli, generaliter hic tractatum fuit de collationibus fiendis tam iure prætorio quam ciuili,& propter hanc causam hic rubricatum fuit in numero singulari,item quia duplex inducta fuit collatio a prætore,& bonorum,& dotis, de quibus facti fuerunt tituli particulares in digestis,& simul in hoc titulo tractantur,hac etiam de causa rubricatum fuit hic in numero plurali de collationibus. Et propterea dicendum est quod in hoc titulo tractatur de omni collatione quæ fit inter succedere uolentes alicui,tam iure ciuili quam prætorio, tam ex testamento quam abintestato.

2 Ad euidentiam† præmittunt hic docto.uarias significationes huius termini collationis,asserentes esse terminum æquiuocum plura continentem ex diuersis rationibus,& Dec.hic,& Ias.post Salic.in l.si emancipati. inf.eo.& ponunt sex significationes, sed tu magistralius dicas,quod collatio immo est terminus uniuocus, & capitur in genere & in specie,in genere collatio est rei inter plures ad certum actum explicandum contributio.Et denominatur a uerbo conferre,idest simul afferre,Dixi,rei,generalissime capiendo pro omni iure etiam minimo,& etiam uerbi & simplicis detentationis.l.1.& ibi no.ff.si cer.pe.Dixi inter plures,quia collatio nunquam fit a solo,sed propter actum fiendum inter plures,ut statim demonstrabo.Item dixi ad certum actum explicandum,quia semper fit propter finem aliquem,& a uarietate finis uariat eius forma & natura. Dixi contributio,quia per eam semper aliquid tribuitur simul,uel ius,uel simplex detentatio.

Hæc autem collatio uariatur propter uarios fines, nam si plures scholares reducuntur insimul ad disputãdum,& unusquisque dicat opinionem suam, dicuntur facere collationem,idest inter plures tributionem uerbi,& opinionis suæ ad finem ostendendi ingenium suum uel ueritatem inueniendam. Similiter post laborẽ disputationis si disputantes uolunt reficere uires conferunt certum quid inuicem pro emendo uino uel dulciaribus ut comedant, tunc etiam facere collationem dicuntur,quia contribuũt inter plures ad certum finem, & appellatur collatio.Et uulgo dicitur schoto, secundum Archi. in c.non licet.per illum tex.44.dist. Et ex hac causa inoleuit uulgaris sermo,quod quando comeditur extra horas ordinarias illi dicitur facere collationem,quia in domo regulata oportet quod comedere uolentes contribuant aliquid de suo,ut monaci, clerici,& curiales per experientiam cognoscunt, Tertio fit collatio quando plures soluunt aliquam collectam uel impositionem, nam ipsi soluentes dicuntur conferre portionem tangentem ad certum finem, & appellatur collatio in soluentibus,& collecta in exigentibus. l.1. sup.de epis.& cler.& l.competit.inf.de præscr. 30. uel 40.anno.& in auth.de colla.& in rub.& nigro de collatio.donatorum.lib.10.Quarto fit collatio quando propter tempestatem merces aliquorum iactæ sunt in mari,nam illi quorum merces sunt saluatæ tenentur contribuere ad damnum,& conferunt aliis ad certum finẽ saluandi naues.l.1.ibi,omnium contributione sortiatur.& l.2.§.si conseruantis.ibi,facienda collatio. & §. cum in eadem.ibi,conferre oportere.& l.nauis.§. cum autem.ibi,damno iacturæ & collationis, & per totam illam legem.ff.ad legem rodiam de iactu. Quinto fit collatio quando prælatus concedit prębendam uel beneficium clerico ad cultum diuinum peragendum, nã dicitur collatio,quia ipse concedit rem & clericus operam ad certum finem seruiendi altari. c. cum secundũ. de præb.nec dicitur simonia,quamuis ad istum finem concedatur.c.significatum.& ibi no.de præb.& honestiori nomine appellatur collatio,quam donatio,quia non est libera concessio, sed est facta ad finem ut ille seruiat altari & ecclesiæ.Sexto modo fit collatio,quando plures hæredes uel unus eorum aliquid conferunt ad finem consequendi successionem uel diuidendi hæreditatem,ut in toto tit.ff.de coll.bon.& de coll. dot. & inf.per totum.Et sic patet quod hoc nomen collationis non est uarium nec diuersas significationes habet ut arbitrantur docto.sed est terminus uniuocus,& omnes prædicti modi conferendi originaliter habent unam rationem,& uniuntur sub genere suo,sicut alię species. iux. legem.1.ff.si cert.peta.& inst.de actio.per totum. & dum inter significationes collationis enumerant docto.diuisionem librorum de qua in libro auth.non probant iura hanc significationem,sed fuit nomẽ a modernioribus doctoribrs inuentum,ut dicit Azo. in summa proh.authẽ. in fi.qui dicit appellari collationem,quia plures tituli & materiæ colliguntur sub illis paucis cõstit.unde commode non possunt collocari sub uno titulo,nam unaquæque constitutio uarias materias penitus separatas continet,& propriori nomine potest dici collectio a colligendo,quia plures materiæ colligũtur,& forsan corrupta est litera, & primus inuentor appellauit collationem primam & secundam,& constituit plures collectiones,& si non fecit,male fecit, quia ita dicere debuit.

In titulo autem nostro non tractatur de omni specie collationis,sed solũ tractatur de ultima specie collationis quæ fit inter liberos hæredes ad finem consequendi uel diuidendi hæreditatem parentum,† Et differt ab aliis speciebus respectu finis,quia Aliqua fit ad finem commedendi & bibendi,Aliqua fit ad finem discutiendi ueritatem,Aliqua fit ad finem soluendi impositiones factas,Aliquando fit ad finem perficiendi cultum diuinum,Aliqua fit ad finem liberandi nauem a tẽpestate,& hæc fit ad finem consequendi uel diuidendi hæreditatem delatam quæ species & ipsa subdiuiditur uel respectu rei conferendæ,uel respectu personarum, Respectu rei uariatur,quia quædam fit de bonis profecticiis possessis ab uno filio, quædam fit de bonis propriis etiam quantum ad dominium, & quædam fit de dote,& ideo quædam est collatio profecticiorum,quędam collatio dotis,& quædam collatio rerum donatarum.respectu personarum subdiuiditur,nam quædam fit a filiis emancipatis, quædam fit a filiis in potestate, de quibus in l.si emancip.inf. eodem. & quædam fit a nepotibus de quibus in le.illam. inf. eod. ab extraneis uero non fit. sed si fit non habetur in consideratione, quia est accidentalis,ut per Alex.in l.si emancipati.colu.2.nu.5.inf.eo.

3

Diffinitur autem secundum glo.in rub.ff.eod. quod est rei propriæ in communi datio,Istam diffinitionem repræhendunt docto.in leg.si emancipati.quia conuenit etiam societati,quia facientes societatem conferũt bona propria,& communicantur.l.2.& 3.ff.pro socio.

4 Secundo† ob.secundum Cur.hic, quia collatio aliquando fit minus accipiendo.l.dotis.& authẽ. quod locum. inf.eo.l.1.§.confertur.ff.eo. Item fit remittendo, uel delegando.l.1.§.iubet.uer.& si tantum.ff.eo.& remittere non est proprie dare.l.Iulianus.ubi Bar. no. ff. de cond.& dem.Soluit Cur.quod hæc non est diffinitio, sed est descriptio, item in casibus prædictis largo modo dicitur esse rei propriæ datio, sed hæc saluatio parum ualet, quia & descriptio debet conuerti cum suo descripto,alias non est bona,cum solum differat a diffinitione,quia illa explicat substantiam rei per differẽtias specificas.& descriptio per proprium,ut no.per nouissimos in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.& diffinitiones quas habemus quasi omnes sunt descriptiones, & debent conuerti.l.1.§.dolum.ff.de dolo.& per gl.inst. de obli.Præterea ultra doct.hæc diffinitio non est bona,quia conuenit collationi illi quæ fit gratia leuandæ nauis.l.2.ibi,ęquissimum est commune detrimentum. §.1.& §.in eadem cum.in fi.ibi,in commune conferre,

& per totum illum.§.ff.ad l.rodiam de iactu. ubi mer-
catores tenentur in commune conferre merces suas
saluas,& idem etiam posset dici de collecta,& de colla
tione quæ fit ad emendum cibum & potum, & de om-
nibus aliis speciebus collationis, & per easdem ratio-
nes idem etiam dici debet de diffinitione Bar.quampo
suit in d.l.pater filium.ff.de collati.dot. quæ in effectu
idem dicit,quia est bonorum suorum communicatio.
Ideo Salic.dictas diffinitiones supplendo, dicebat qđ
collatio est rei propriæ communicatio diuidendi pro
portionibus hæreditariis.iux.l.illam.inf.de colla.§.fi.
& per ultima diuersificabat ab aliis speciebus collatio-
nis quæ nō fiunt propter diuisionem hæreditatis.Cor.
etiam ponebat quartam diffinitionem in l.si emancipa
ti.colum.7.dicens quod collatio est rei proprie com-
municatio inter hæredes necessaria ratione successio-
nis hæreditariæ uel mandato testatoris, & hæc ultima
uerba necessaria, ponebat ad differentiam societatis
quæ est collatio uoluntaria. Et dixit successionis, ad
differentiam conuentionalis collationis, & uerbum
mandato testatoris,propter id quod dixerat in l.1.& l.
illud.in fi.hoc eo.tit.

Sed contra prædictas diffinitiones instatur ex men-
te Cur.hic,& Cag.Nam collatio fit quamuis res ꝓpria
non communicetur, cum fiat liberando debitorem. l.
2.sup.eo.Item collatio etiam fit pro parte retinendo,
& pro parte dando alteri.l.1.§.portiones.cum §. sequ.
ff.eo.Tertio facit l.dotis.inf.eod.ubi collatio fit minus
accipiendo. Sed ab istis tribus prædictæ diffinitiones
possent saluari,quia in eis semper fit communicatio al
terius rei conferentis,cum licet non conferatur nec cō
municetur res ipsa de qua agitur,tamen semper cōmu
nicatur aliquod ius,uel ipsa actio qua priuatur liberās,
uel ipsa portio hæreditatis quæ sua est in parte, & di-
mittitur in totum penes cohæredem,Quarto instāt prę
fati doct.quia collatio fit etiam post diuisionem hære-
ditatis.l.si soror.inf.eo. Sed similiter potest responde-
ri, quod satis dicitur fieri gratia diuidendæ hæredita-
tis, quia alias reuocaretur dinisio facta ut ibi dicitur.
Item facta collatione trahitur ad tempus diuisionis fiē
dæ ac si retro facta fuisset, & sic fingitur facta gratia di-
uidendi hæreditatem. Item fit propter obligatio-
nem quæ erat ante diuisam hæreditatem. Quinto
instat de lege prima.§.iubet.digest.de collatio.bono-
rū. ubi fit collatio uel re uel præstando cautionem.
Sed ad hoc etiam responderi potest,quod cum per cau
tionem quis obligetur ad communicandum ipsam rē,
satis dicitur facta communicatio,cum actio illa seu o-
bligatio sit res conferentis,& adita hæreditati, & satis
cohæres dicitur habere res ipsas ex quo habet actionē.
l.qui actionem habet.ff.de reg.iur.Aliqui etiam respō
dendo prædictis, dicebant quod satis est diffinitionē
uerificari a communiter accidentibus,ut Abb. & Are.
& Dec.in rub.ext.de iud.& non est repræhendendus q
locutus fuit secundum regulas,ut plene per Dec.in le.
1.inf.de reg.iur.Sed hoc falsum est, quia diffinitio de-
bet uerificari in quolibet minimo casu,ut per glo.inst.
de obli.in prin.& Barb.& Fel.in d.rub.de iudic. Ias.in
rub.ff.sol.mat.in 1.lectura.col.5.& Alci.in capite no-
no.lib.6.paradox.Parpalia in rub.ff.de uulg.& pup.&
Cag.hic, & alleg.incontrariū loquuntur in regula quę
uerificari potest a cōiter accidentibus,nō in diffinitio-
ne quæ claudit essentiam diffiniti,& non potest proce
dere nisi omnes casus comprædendat.

Ex qua diffinitione inferri uidetur, quod quis cogi-
tur conferre bona propria, nec potest offerendo esti-
mationem liberari,quia si est rei propriæ cōicatio, er-
go ipsa debet cōferri,pro quo adducitur lex dotis. inf.
eo.ubi est speciale quod filia conferat minus accipien-
do,quia non potest habere dotem,ergo si eam. haberet
cogeretur conferre præcise cohæredibus, & hanc opi
nionem seq.hic Cag.nu.3.per tex.in l.3.ff.de col.bon.
ibi,bona sua conferat qui appetit aliena, & per tex. in
d.l.is.§.quamuis.ubi cōfertur uel re uel cautione, & sic
ipsa res uidetur conferenda, & hanc opinionem, dicit
* ipse,tenent communiter doc.in l.filiæ licet.inf.eo.ubi
Ias.col.2. Nisi sint libri quos non tenetur præcise prę
stare priuilegio scientiæ,& nisi contentetur cohæres e-
stimatione,ut per Corn.in auth.ex testō.ifn.eo.tit.cir-
ca fi.Sed incontrarium facit tex.in l.1.§.sed cū passim.
uer.sed & si tantum.ff.de col.bon.per quem tex. aliter
tenet Dec.in l.si donatione.inf.eo.assignando rationē
quia satis iniuriæ filii & eius interesse prouisum fuit p̄-
stando estimationem, & hanc opinionem ego puto ue
riorem,quia nulla.l.astringit præcise ad communican
dum rem, & semper potest minus accipiendo facere
collationem,ut clare dicit tex.in d.§.sed si tantum. cui
non uideo responsum per aliquem.Et dicta doctorum
in l.filiæ licet.procedunt in rebus donatis quæ reman-
serunt patris, ita quod dominium erat in hæreditate,
sed non bene probatur quod filius emancipatus tenea-
tur conferre præcise bona per ipsum acquisita,Nec ob.
d.l.1.quia satis dicitur bona sua conferre præstando e-
stimationem.l.si rem & precium.ff.de pet.hære. Nec
ob.diffinitio,quia illa non confirmatur iure,& contra-
rium est uerius,quod immo non fiat communicatio ut
statim dicam, & cum iura non dicant, nec nos dicere
debemus,quia hæc materia odiosa est.l.illam.infra de
col.ut dixit Rimi.in l.si emancipati.inf.eo.col.5.cuius
opinio mihi placet,quamuis Cag.sequatur hic opinio-
nem Rom.quod sit fauorabilis,quia fundatur in æqui-
tate,ut hic per enm nu.43.
5 Instari †etiam potest contra prædictas diffinitiones
quia etiam conferimus ea quæ non sunt nostra,ut si do
lo quis alienauit res suas etiam donando.l.1.§.confer-
tur.uer.sed hoc.ff.eo. Item conuenit diuisionibus hæ-
reditatis quæ fiunt inter omnes extraneos quādo unus
accepit fructus hæreditarios uel alias res hæreditarias
quæ ueniunt in iudicio familiæ hærciscundæ,nam illa
conferuntur uel computantur in partem.l.& puto.§.1.
& l.hæredes.§.non tantum.ff.fam.hærcis.Item nōn be
ne probatur quod sit necessaria communicatio,cū pos-
sit succedere commixtio,ut dicitur in d.l.illam.§.fi.in-
fr.eo.Cag.etiam tradebat quintā diffinitionem,dicens
quod collatio sit rei proprię uel debitæ inter hæredes
facta participatio,uel de participando cautio necessa-
ria ratione successionis hæreditariæ, & eam probat,
quia uerbum, rei,est generale,& uerbum participatio,
est genus,& uerbum rei debitæ compræhendit casum
quo fit collatio mitius accipiendo, & dixit, propter
legem primam.§.iubet. digestis eodem. Sed hæc dif-
finitio nec etiam est perfecta,quia participatio non est
genus conueniens,cum conueniat illis quibus fit colla
tio,non autem sit de substantia collationis,ex eo quod
cohæredes post collationem participant. Item cautio
non est collatio,sed est promissio de conferendo,& ꝓ
pter cautionem admittitur ad successionem,Item etiā
compræhendit collationem quæ fit inter extraneos di
uidentes hæreditatem quæ ex aliquo casu contingit.
6 Vnde potest †ita nouiter diffiniri, collatio est rei nō
hæreditariæ cum hæreditate coadunatio legitima ad
consequendam portionem hæreditatis ascendentium
a cohæredibus propter æquitates uarias fienda. Di-
xi non hæreditariæ, quia collatio non fit de re hære-
ditaria.dict.leg.certum. supra familię hærciscundæ,&
propter profectitium peculium, Dixi coadunatio,
quia communicatio non probatur necessario, sed suf-
ficit quod fiat coadunatio uera uel ficta, dixi ad conse-
quendam portionem hæreditatis, propter alias colla-
tiones quæ fiunt ex alia causa, & ad alium finem, Di-
xi ascendentium, ut excluderem collationes extraneo
rum, Dixi propter æquitates uarias,quia ex uariis cau
sis fuit inducta,ut statim dicam. Vel breuius diffinias.
Collatio est rei uel alicuius iuris sui contributio pro-
pter

pter hæreditatē ascendentium diuidendam fienda.

7 Causa inducendi† necessitatem conferendi secundū docto.fuit contratab·data filiis emancipatis,perquam consequebantur portionem uirilem hæreditatis simul cum filiis in potestate.l.1.in princ.& l.prætor.in prin. ff.de colla.bon.per quam bono.poss.emancipatus gra uabat filios in potestate in duobus,primo,quia in hęre ditate patris erant omnia bona quæsita per filios inpo testate, & hæreditates eis relictæ acquisitæ patri. iux. l.placet.ff.de acq.hær.& l.1.ff.siquis a par.suer. manumis.& filius emancipatus consequebatur quæsita per la borem & industriam fratrum,& retinebat omnia quę sita per seipsum,& etiam ea quæ sibi erant donata per patrem,& ita plus iuris habebat quam filii in potestate contra.l.1.ff.de coniug.cum emancip.lib.eius.Item cū ipse esset uocatus ab antiqua.l.12.tab. & esset suus hæres,recipiebat iniuriam quod priuaretur ab eo qui uocabatur solo iure prætotio.Ideo introductum fuit a p̄tore quod si emancipatus uult succedere cum filio in potestate & ab eo auocare successionem debitam propter legem,quod teneatur conferre omnia quæ acquisita fuissent patri,uel ipse non habuisset si fuisset in potestate.l.1.& per totum.ff.de col.bon.Et quia hæc col latio fuit in iniuriam filii,ideo quotiens non fit iniuria illa cessat,unde si emancipatus remoto edicto prætoris ex testamento uel alia ratione consecuturus esset bona, non teneretur conferre.l.1.§.totiens.& §.pater filium. ff.de colla.bon.etiam quod ei instituto daretur contra tab.ut patet in d.iurib. Et hæc fuit ratio quæ mouit p̄torem ad inducendam necessitatem cautionis,propter quam causam nec emancipati inter se conferunt, nec filii in potestate, nec castrensia uel quasi, nec ea quæ acquiruntur filio post mortem patris. l. nec emancipati. inf.eo.quia in eis non facit iniuriam,quia non inuicem sibi faciunt iniuriam,ut no.in l.si emancipati.inf.eodē. Sed postea de iure codicis secundum Dec.hic & docto. addita fuit alia ratio inducendi necessitatem collationis,scilicet propter æqualitatem seruandam, propter quam rationem & filii emancipati & filii in potestate, & filii in bonis maternis tenentur conferre.l.ut liberis inf.eo.& l.illud.§.fi.& l.illam.eo.tit.

Ideo Bar.in l.si emancipati.considerauit septem iura in materia collationis. Nam primum ius inductum per edictum prætoris habet duas partes,prima fuit per quam filius emancipatus iubetur conferre omnia quæ non habuisset si fuisset in potestate patris. In quo etiā edicto uoluit filias fœminas succedere uolentes iure p̄torio teneri conferre dotem etiam emancipatis .l.1. ff. de col.dot.& l.nec ipsa.ff.eo.& l.filium.in §.uideamus ff.de contrat. Secunda pars collationis prætoriæ fuit ius Scæuolæ,& constitutiones Diui Pii, augens necessitatem conferendi dotem,fundata in sola ratione æqua litatis,ut teneatur semper filia dotem conferre etiam quod non succedat eodem iure si tamen eodem iure succedere posset l.si filius.ff.de col.bon.& l.1.ff.de col. dotis.Secundum principale ius fuit ius codicis habens sex capita.Primum in l.filiæ dotem.ad finem.Secundū in l.ut liberis.Tertium in l.liberos.Quartum in l.illā. Quintum in l.illud.Sextum in l.fi.inf.eo.per quæ iura sex noua inducta fuerunt in materia collationis, Tertium principale ius fuit authenticorum, unicum caput habens in §.illud.in auth.de triente & semisse.& refertur in auth.ex testamento.infra eodem.Sed tamen per tot considerationes doctor:non sustulerunt difficultates,cum per solam contratabulas non fuerit inducta coactio conferendi,quia alias nunquam fieret nisi succederet emancipatus per eam, quod tamen est falsum, quia etiam quod succedatur abintestato habet locum collatio.l.filius.ff.de collatione bonorum.& l.prætor. §.fi.ibi,uel intestatus.ff.de collatione bonorum. Ideo contratabulas fuit causa impulsiua,sed ratio finalis fuit iniuria quæ fit auocando propter edictum suum successionem a filio in potestate,item a prætore ratio æqualitatis fuit considerata in collatione dotis quam cogitur facere filia in potestate.l.prima. ibi, se immisceat. ff.de collatio.dot.quæ tamen non facit iniuriam fratri etiam quod petat contratabulas, quia uocatur de iure ciuili. Similiter ex tali consideratione non sustulerūt difficultates quæ insurgunt ex contrarietate prædictarum legum,& ex contrarietate quæ insurgit ex regulis collationis positis in l.si emancipati.inf.eo. & per Bal. in l.quoniam nouella. in prin. supra de inofficio.testamen.Cum iura codicis post.l.emancipati.& authentic. generaliter uelint collationem fieri,& omnes leges ante l.emancipati.Et leges digestorum uelint tantum col lationem fieri filiis in potestate & non emancipatis nec filii in potestate inter se, quæ iura confundunt taliter hanc materiam & difficilem redunt ut nodus inestricabilis appareat,& Cur.hic istas differentias ponderat& non soluit.

8 Ideo†tu pro resolutione totius materiæ;ultra doct. dicas,quod per omnia prædicta iura fuerunt inducta duo genera collationum in substantia,in causa,in fine, & in ratione separata & diuersa in quibus dantur regulæ penitus contrariæ,Vnum est genus antiquum,& aliud nouum, Antiquum appellatur collatio prætoria inducta a prætore,Aliud appellatur collatio prætoria

9 inducta a constitutionibus imperatorum. † Prætoria fuit inducta propter emancipatos ratione iniuriæ quā faciebant filiis in potestate succedendo ex edicto prætoris æqualiter cum eis,& ab eis auocando successionem lege ciuili eis delatam.iux.§.emancipati.insti. de hæred.qu.& differ.& §.emancipatos.instit.de exhære. liber.& l.prim.& l.prætor.ff.de collatione bonorum. & l.is qui in potestate.& l.si duo.ff. de legat. præstand. Ac etiam aliquando portionem maiorem habebant p̄pter bona quæsita, & pp donationem habitā a patre, & consequebatur labores & fortunas filiorum in potestate quæ per patriam potestatem erant acquisita patri,& ideo ad tollendam istam iniuriam introduxit qđ teneatur conferre illa bona quæ non habuisset si non fuisset emancipata & sic uoluit prætor emancip. teneri conferre bona extrinsecus acquisita propter emanci pat.per legem primam.ff.siquis a par·fuer. manum. & propterea speciali nomine potest appellari collatio acquisitorum.

10 Et in hac collatione†dantur septem regulæ prohibitiuæ collationis,& tres permissiuæ.Prima est regnla p̄hibitiua,ꝙ non habet locum hæc collatio qñ non fit iniuria filiis in potestate,quod contingit qñ filius emancipatus habuisset successionem patris remoto edicto p̄toris uocante emancipatos ad successionem patris cum filio in potestate.quod plerunq; contingit qñ est institutus,uel habet legata a patre.l.1.§.totiens.ff. de coll. bon.Secunda est regula,ꝙ inter emancipatos nō hēt locum,quia inuicem nō faciunt iniuriā,cum nō uocentur a l.ciuili, & prætor æqualiter eos nocauit.l.2.§.tres.ff. eo.Tertia est regula,ꝙ non conferuntur ea quę potuisset habere si non fuisset emancipatus, iō nec castrense, nec quasi castrēse,nec bona quęsita post mortē cōferet. l.1.§.nec castrense.ff.eo.& l.nec emancipati.inf.eo. qa in eis filius nullum potuisset habere ius, etiam non sequta emancipatione,ideo cōferi nō pōt. Quarta est regula,ꝙ nō fit collatio existēte testō ualido, nisi iubeatur a testatore conferre,quia totum habet ex iudicio testatoris.d.l.1.§.totiens.ff.de col.bon. nisi per contratabulas augeatur portio.ut l.filia.ff.de collatione dot. & l.filium.§.sed uideamus.ff.de contratab. Nec corrigitur per authe.ex testamento.infr.eod.quia loquitur de alio genere collationis ut infra dicam,quamuis docto. multum se inuoluant. Quinto non habet locum collatio quādo testamentū est factum & ruptum per quærellam pro parte.l.pater filium.ff.de colla.dot. Sexto non habet locū inter succedentes diuerso iure.l. nec ip

ſa.ff.de colla.dot.quæ fortius militat in hac parte, niſi poſsit ſuccedere eodem iure.l.ſi filius.ff.de colla. bon. Requiritur autem quod petat uel petere poſsit bonor. poſ.contratab.l.1.ſup.eo.& l.1.§.totiens.& l.prætor. ff.de colla.bon.uel unde liberi.d.l.filius.ff.de col.bon. & l.emancipati.inf.eo.Septimo non habet locum hæc collatio inter ſuccedentes in bonis maternis, quia per edictum prætoris non fuerunt filii uocati ad ſucceſsionem matris,nec data contrat.l.illud §. ad teſtamenta. ff.de contrat. Octauo non habet locum inter filios in poteſtate,quia inuicem non faciunt ſibi iniuriam.le. ſi emancipati.inf.eo.Nono non habet locum nulla interueniente emancipatione,quia ſolum propter emancipationem fuit inducta.

Sed in ea ponuntur tres regulæ permiſsiuæ,Prima, quod hæc collatio habet locum quando emancipati ſuccedunt cum ſuis.l.1.§.ſi tres.ff.de col.bon.& l. ſi emancipati.inf.eo.Secunda eſt regula, quod hæc collatio habet locum quando fit iniuria propter ſucceſsionem prætoriam filio in poteſtate.Tertio hæc collatio fit non tantum de peruenientibus ex hæreditate patris ſed etiam de quæſitis extrinſecus ex proſpera fortuna quæ non habuiſſet ſi fuiſſet in poteſtate, & ideo hodie reſtricta fuit per l.ſi.inf.eo.ut non procedat in bonis aduenticiis quantum ad proprietatem, quia ſi fuiſſet in poteſtate non fuiſſent acquiſita per l.cum oportet.inf. de bon.quæ lib.& ſpecialiori nomine dicitur collatio acquiſitorum occaſione emancipationis.Secunda pars iſtius collationis prætoriæ loquitur de dote, & fundata fuit in ratione æqualitatis ſeruandæ, ne occaſione ſucceſsionis prætoriæ unus filius haberet plus alio propter dotem.Sed hæc fuit particularis in dote tantum, & inter ſuccedentes per bon.poſ.contrat. Et propter idemptitatem æquitatis extenſa fuit ad ſuccedentes etiam ſine bono.poſ.ex declaratione Diui Pii.le.1.ff.de col.dot.Tamen quia plene non prouidebat in omnib. caſibus & naſcebantur multæ diſcordiæ.

11 Ideo†ſecundum genus collationis poſtea ex conſtitu.imperatorum introductum fuit fundatum in ratione æqualitatis,nam cum ceperint dotes poſſe augeri cõſtante matrimonio,ac etiam fieri donationes propter nuptias.§.pe.inſt.de dona.Et aliæ donationes propter cauſam ſæpius contingentem inter filios, ut cauſa militiæ donatum,propter quas donationes ſæpiſsimæ naſcebantur diſcordiæ inter fratres, & inæqualitas eueniebat,ideo facta fuit noua collatio quæ appellata fuit collatio æqualitatis,ſiue datorum ob cauſam, ſeparata acquiſitorum, per quam diſpoſitum fuit quod dotes, donationes propter nuptias,& data occaſione militiæ uel per ſimiles cauſas frequentiſsime contingentes inter filios,& in donatione ſimplici in duobus caſibus cõferantur.l.ut liberis.l.illud.in prin.§.ſi.&l.illam.infra eo.non facta differentia emancipationis & patriæ poteſtatis,& ſucceſsionis paternæ uel maternæ,quia non attenditur in ea nec ſucceſsio prætoria,nec contratab. nec iniuria.Sed ſolum propter rationem æqualitatis inducta fuit,cum donatio propter cauſas prædictas uel etiam ſimplex in duobus caſibus facta fuerit.d.l.illud. in prin.& §.ſi.inf.eo.dummodo ſit facta a patre de bonis quæ uериſimiliter fuiſſent in ſua hæreditate ſi non feciſſet eas. Et per conſequens habet locum in profectitiis acquiſitionibus prouenientibus a patre de cuius hęreditate agitur.Sed ſi haberet alia bona aliunde quæſita ex proſpera fortuna uel ex cauſa aduenticia,non habet locum in eis.Item non habet locum in omnibus ꝓfecticiis,ſed ſolum in profecticiis donationibus factis ex cauſa dotis,donationis propter nuptias, & cauſa militiæ,& in cęteris ſimplicibus donationibus in duobus caſibus.In aliis autem donationibus ſimplicibus remanet incorrectum ius antiquum,quod ille donationes ſi ualidæ ſunt,non conferantur.

Et ad tollendas multas difficultates ſuper iſta collatione factæ fuerunt multæ conſtitutiones,prima fuit l. ut liberis.inf.eo.qua diſpoſitum fuit ꝙ dotes& augumẽta dotium & donationes pp nuptias deberent conferri ex quacunq; cauſa filii ſuccedant abinteſtato,ſiue nullum ſit tũm,ſiue rumpatur per contrat.uel quæreliam, & ſiue ſuccedatur parentibus ex linea maſculina, ſiue ex linea materna,& ita in multis correctus fuit titul. ff.de col.dot.Sed tamen licet.d.l.eſſet multum generalis,tamen non in omnibus fuit perfecta.Ideo Iuſtinianus fecit.l.illam.§.talem. quæ ampliando diſpoſuit qđ nepotes uel pronepotes cognati qui ſecundum conſtitutiones antiquas ſuccedebant in bonis aſcendentium cum diminutione tertiæ partis teneantur etiã conferre dotes uel donationes pp nuptias ſecundũ diſtinctionem poſitam ibi,ſiue dos uel donatio eſſet facta eis ſiue eorum parentibus, ſed quia eadem æquitas militabat etiam in donationibus factis ex cauſa militiæ,ideo ampliando Iuſtinianus in l.illud.inf.eod. diſpoſuit qđ etiã cauſa militiæ conferantur,& poſtea in §.ſi.in eadẽ lege diſpoſitum fuit ꝙ etiã donationes ſimplices conferantur qñ ſunt factæ illis quorum fratres habent donationes ob cauſam,nã tunc uidentur factæ in recompenſationem,ideo diſponitur ꝙ ẽt conferantur quãuis teſtator non impoſuerit illam l. Rurſus quia hæc collatio ceſſabat facto teſtõ ualido.arg.l.ut liberis.inf.eo.& de iure antiquo.Ideo poſtea factũ eſt.§.illud.in authe. de trient.& ſemiſ.relatus in auth.ex teſtõ.ſup. eo. per quam diſpoſitum fuit quod etiã dictæ dotes & donationes ob cauſam uel cã militiæ conferantur facto teſtõ, niſi teſtator expreſſe prohibuerit eam fieri,quæ authẽ. non habet locum in collatione emancipationis, ſed ſolum in hac collatione facta ratione æqualitatis.

12 Et propterea Bal.in†hac collatione ponebat aliquas regulas ſeparatas,ſed uere eſt una cum multis amplia. Regula igitur eſt,quod omnes deſcendentes tenentur conferre inuicem omnia quæ acceperunt a parentib. ex cauſa dotis,donationis propter nuptias, & augumẽti dotis,uel dati cauſa militiæ,& de bonis illius de cuius hæreditate agitur. Quæ regula ampliatur procedere ut fiat inter emancipatos ſolos. Secundo ut procedat inter nepotes cognatos.l.illam.inf.eo.Tertio quod fit inter ſuos tantum, Quarto quod fiat inter ſuos & emancipatos,Quinto quod procedit inter filios qui nec ſunt ſui nec emancipati,ut in ſucceſsione lineæ maternę.Sexto procedit etiam inter eos qui ſuccedunt diuerſo iure.Septimo procedit inter ſuccedentes abinteſtato quocunq; iure,ſiue teſtamentum ſit nullum, ſiue ruptum per quærelam,uel contratab.d.l.ut liberis.Octauo procedit etiam quod ſit factum teſtamẽtum ualidũ & duret ualidum.d.auth.ex teſtamẽto. Nono procedit etiam in eis qui non habent donationes in perſona ſua ſed in perſona parentum ſuorum.d.l.illam. Decimo ꝓcedit in donationibus ſimplicibus in duobus caſibus. l.illud.§.ſi.inf.eo.

Similiter limitat̃ non proced.in trib.caſib.primo nõ procedere inter extraneos nec aſcendentes,ſed ſolũ inter deſcendentes,ut per Bal.in l.ſi emancipati,col.1.Secundo limitatur non procedere in caſtrenſib. & quaſi caſtrenſibus nec aduenticiis reſpectu proprietatis.l.ſi. inf.eo.Tertio limitatur non procedere quando prohibetur in teſtamento.d.auth.ex teſtamento. Quarto limitatur nõ procedere in acquiſitis extrinſecus, ſeu nõ peruenientibus a bonis illius de cuius hæreditate agitur.Quæ omnes ampliationes & limitationes ſunt de directo coutrariæ ampliationibus & limitationib.poſitis in collatione quæ fit de acquiſitis propter emancipationem,Ex qua combinatione patet quam uariæ & contrariæ ſint leges in hac materia collationis, & quanta repugnantia inſurgeret, non diſtinguendo iſtas duas collationes, & quam fortiter confunderunt doctores iſtam materiam deducentes ad contrarietatem inſolubilem, ſed diſtinguendo & ſeparando illa duo

duo genera collationis omnia sunt plana, & nihil est contrarium ut inf. demonstrabimus, & hic est unus casus in quo etiam hodie est differentia emancipationis & patriæ potestatis, cum per ius authenticorum non sit sublata suitas, nec quod emancipatus sibi omnia acquirat, & existens in potestate aliqua acquirat patri, & per consequens non est sublata causa inducens necessitatẽ collationis, quod tamen qualiter procedat dicam inf. Et hæc sufficiant pro generali cognitione totius materiæ, & pro præmissis legis si emancipati. inf. eo.

33 Addas † etiã, q ad collationem quis compellitur officio iudicis si diuisio facta est. l. si soror. ubi glo. & doct. inf. eo. Sed si non est facta diuisio & non conferens nõ possidet cogitur ad collationem denegando actiones. l. posthumo. & l. filie licet & l. filiam inf. eo. & propterea nemo cogitur conferre qui non uult succedere nisi promisisset conferre ut per Dec. in d. l. posthumo in 2. notab. Et inferebat etiam Bal. quod hæc exceptio tu nõ contulisti impedit processum & est impeditiua litis ingressus. Sed contrarium tenuit Aret. Ias. & Dec. in d. l. posthumo. quia actiones iam sunt natę antequam fiat collatio. l. prætor. ff. eo. & sequitur hic Cag. nu. 56. Et ego obtinui in facto, & ex eo quod collatio fit officio iudicis quis nunquam incidit in moram nisi fuerit interpellatus. l. si quis filium. §. stipulatio. ff. de col. bono. quem no. Alex. in consi. 111. circa primum col. 2. uolu. 3. & Dec. in d. l. si soror in 3. nota. & hic Cag. nume. 45. Item ius conferendi transit ad heredes actiue & passiue. l. si maritus ubi Decius & alij inf. eod.

Sequitur. l. si Emancipati. C. de collatio.

ISTA Lex secundum doctores est clauis totius materiæ collationis, & ad hoc dicendum moti fuerunt, quia ponit casus in quibus emancipati uel sui conferant, & breuibus uerbis perstringit omnia requisita ad collationem fiẽdam propter emancipationem.

1 † Sed si bene considerassent ea quæ dicta fuerunt sup. in rubric. pro præmissis istius legis, non ita faciliter pronuntiassent esse clauem totius materiæ collationis, quia non tantũ non est clauis totius materiæ, sed hæc minimum uerbum ponit de collatione quæ fit inter liberos occasione donatorum prouenientium ab eo de cuius hæreditate agitur, quæ generalior est & magis frequentatur, & de ea tractatur in l. ut liberis. & l. illam. & l. illud. inf. eo. Quinimmo hæc pars quæ tractatur in hac lege est minima, cum raro fiant emancipationes, & potest dubitari, an hodie hæc lex sit correcta ac totus titulus de collatione bonorum sit correctus per ius authenticorum, attento quod hodie emancipati succedunt de iure ciuili. ut auth. de hæred. quæ abintesta. defer. §. 1. ita quod non uidetur quod hodie emancipatus faciat iniuriam filio in potestate auferendo successionem suam, quia nullo iure uocatur ad totum. Item nec uidetur iniuria deque sitis propter prosperam fortunam, cum aduenticia nõ conferantur. l. fi. inf. eo. Tamen quia adhuc remanet aliqua differentia in profectitiis, ideo infra disputabimus ultra doctores an hæc lex & tota materia tituli. ff. de collatione bonorum sit correctus. Dicendum est igitur ut dixi in rub. quam legi pro præmissis istius legis, & omnia in ea dicta hic reperas, & inter alia, quod duplex est genus collationis, unum quod præsupponit filium emancipatum, & non potest aliter habere locũ nisi facta emancipatione, & hanc appello collationem emancipationis siue prætoriam inductam ratione iniuriæ, & propriori nomine appellatur collatio acquisitorum propter causam emancipationis, & in hac collatione hæc lex est clauis. Tamen quia glos. & doctores gener aliter ponunt totam materiam collationis, satis propter dicta doctorum potest appellari hodie clauis totius materiæ.

Aliud est genus collationis quod præsupponit donationes ob causam factas ab ascendentibus de quorum hæreditate agitur aliquibus liberis, & non potest habere locum nisi aliqua donata de bonis illius de cuius hęreditate agitur interuenerit. Et hanc appello collationem æqualitatis quæ facta fuit ratione æqualitatis, uel potest dici collatio datorum ob causam, & de hac tractat tres principales leges huius tituli. d. l. ut liberis. & lex illam. & lex illud. & dicta lex illud potest dici clauis materiæ, & omnes leges usque ad legem ut liberis loquuntur de collationibus positis in digestis in titulo de collatione bonorum, & de collatione dotis, & aliæ leges sequentes de collatione æqualitatis, & ideo non possunt allegari ad decisionem legis nostræ, nec p contrariis, propterea uere materia non est ita difficilis ut arbitrantur, & materia propria istius legis faciliter & clare explicata fuit, in digestis per titulum de collatio. bonorum, cuius tituli hæc lex continet summarium, & eum reduxit in compendium, alia ponit hic Cag. quæ non prosunt.

2 Diuiditur in duas partes, † in prima tractatur an fiat collatio inter emancipatos, in secunda quomodo fiat quando concurrit filius in potestate. Secũda est ibi, sin autem. Summatur secundum docto. emancipati inuicẽ non conferunt, sed suis si abintestato succedant conferunt, quod summarium est nimis generale, & est falsum intelligendo legem de omni specie collationis, cũ collatio datorum ob causam fiat inter emancipatos inuicem, & inter existentes in potestate. d. l. ut liberis. & l. illud. infra eodem. Ideo ad tollendum difficultates, debet ita dici, in collatione acquisitorum propter emancipationem emancipati inuicem non conferunt, sed suis conferunt.

Casus ita breuiter fingi potest secundum Bald. hic Pater habens tres filios, unum emancipauit, quia multa ex industria & prospera fortuna lucratus fuit tempore uitæ patris, qua etiam durante extraneus instituit dictos tres filios hæredes, quo factum fuit ut emancipatus portionem suã perfecte habuerit, alii uero fratres acquisiuerunt patri, per legem placet. ff. de acquir. hær. Postea pater emancipauit alium filium qui parum uel nihil lucratus fuit post emancipationem, & ita decessit pater relictis istis tribus filiis, duobus emancipatis, & uno in potestate, quo defecto uenientes ad diuisionẽ hæreditatis fuerunt in discordia, cum filius in potestate peteret sibi conferri ab utroque fratre emancipato. Item emancipatus ultimo loco petebat ut frater alius emancipatus sibi conferret, attento quod ille habuerat hæreditatem relictam plene, & ipse quæsiuerat patri, ac multa ratione longeuæ emancipationis ille acquisiuerat ut esset diues & fratres pauperes, ideo & illas portiones uolebat diuidere.

Emancipatus uero primus negabat se uelle conferre, dicens nemini teneri, fuit quæsitum quid iuris, & ratio dubitandi erat & uidebatur quod emancipatus emancipato conferre teneretur per textum in l. non putauit. §. 1. & l. non putauit. §. fina. uer. prætoris. ff. de cõtratabu. ubi dicitur quod prætor uocauit omnes ad successionem per contratab. ut æqualiter succederent in uirili portione ac si remansissent in potestate, sed si remansissent in potestate bona omnia fuissent patris & diuiderentur, ergo etiam conferri debent per emancipatos inuicem, Secundo faciebat tex. in l. prima. §. penultimo. ff. de coniungend. cum emancipa. liber. eius. ubi nepoti emancipato emancipatus tenetur conferre. Tertio faciebat, quia filia in potestate tenetur cõferre suis & emancipatis. l. prim. ibi, se immisceat. & l. sed & nepos. ff. de collatio. dotis. & leg. filiæ licet. infra eodem. & in l. pater filium. cum l. seq. dicitur quod tenetur conferre fratrib. emancipatis. & in l. fi. ff. de coll. dot. in sui gene-

generalitate. ergo emancipati emancipatis tenentur conferre. Quarto faciebat lex ut liberis.inf.eo. ubi indistincte omnes filii inuicem tenentur conferre nõ facta differentia sexus uel emancipationis. Quinto faciebat, quia prętor eduxit emancipatos ad similitudinem suorum,& non considerat suitatem.l.sed cum patrono §.1.ff.de bon.pos.& non curat suitatem,ut no.in l.emãcipata.sup.qui admit.ergo eis tamquam suis debet cõferri. Sexto faciebat, quia emancipatus secundo loco habet damnum,quia ex persona sua fuit aucta hæreditas patris,ergo etiam uidebatur in recompensationem istius damni ei debere conferri.argum.l.eum qui.ff.de iureiurando.

Iis tamen non obstantibus contrarium determinatum fuit per imperatorem hic ex mente edicti prætoris,quod immo emancipatus emancipato non conferat,& ratio decidendi fuit inuenta in recompensationem iniuriæ quam facit prætor uocando filios emancipatos ad successionem patris,quæ tota ex l.12.tab.datur filiis in potestate,& duplex est eius iniuria, prima in communicatione successionis,secunda in priuatione eorum quæ acquisiuit post emancipationem, cum alias fuissent in hæreditate patris, & portio pertinuisset ad ipsum filium in potestate,unde cum emãcipatus faciat iniuriam soli fratri in potestate, illi tenetur conferre,& sine eo cum emancipatus nihil auferat emancipato fratri,quia sine edicto prætoris nec ipse succederet patri,nec etiam facit iniuriam,quaresequitur quod recte decisum fuit quod fratri emancipato non tenetur conferre.

Non ob.contraria,& primo ratio æqualitatis seruãdæ,quia licet hæc ratio militet, tamẽ non propter hoc emancipatus debet conferre emancipato,cum illa nõ sit causa inducendi necessitatem conferrendi, sed solũ sit ratio iniuriæ,ut dixi,& ratio æqualitatis considera tur quantum ad modum succedendi patri, & uocationem prætoriam in hæreditate quæ est patris, non autem consideratur in causando collationis necessitatẽ. Non ob.l.1.§.pe.ff.de coniug.cum emanc.lib.eius. qa ibi potest dici quod non confertur nepoti emancipato,sed solum nepoti in potestate,uel ibi collatio pmittitur quia totum tenebatur conferre nepoti in potestate,ideo ratione connexitatis ibi permittitur collatio, uel dic ut infra dicam discutiendo intellectum illius legis. Non obstat.l.filiæ dotem, quia illa non concludit de filiis emancipatis,& suis, ipsa existente in potestate,uel dato quod intelligatur etiam de emancipatis, prout dicitur in d.l.1.§.sed si nepotis. & l. si pater pro filio. Respondetur quod ille leges loquuntur de collatione dotis quæ fundata fuit in ratione æqualitatis,hic autem loquimur de collatione bonorum quæ fundata fuit in ratione iniuriæ. Non obstat lex ut liberis. de colla.quia similiter illa loquitur de collatione donatorum ob causam quæ fundata fuit in ratione æqualitatis quæ militat inter omnes liberos, hic autem loquitur de collatione bonorum quæ fundatur in iniuria, & nulla fit iniuria a filio emancipato alteri secundo loco emancipato, Non ob.quod prætor non curat suitatem,quia uerum est quantum ad successionem patris, sed tamen bene considerat eam quantum ad collationem,quia emancipatus existenti in potestate facit damnum auferendo bona sua acquisita patri. Non obstat quod emancipatus secundus ditauit hæreditatem patris,quia licet sit uerum,tamen perhoc emancipatus nõ facit ei iniuriam,cum propter suam emancipationem priuatus fuit,non autem propter alium fratrem emancipatum,unde non a fratre sed a seipso accepit iniuriã consentiendo emancipationi, & propter istam rationem infertur ad unum aliud,quod tex.clare non explicat,scilicet quod existentes in potestate inuicem nõ cõferunt,quia non faciunt sibi iniuriam,cum sint in ęquali statu,& omnes æqualiter lege ciuili uocentur ad successionem,& æqualiter acquirant fratri.

3 Sed iterum†instatur,an emancipati teneantur conferre fratribus existentibus in potestate, & uidebatur dicendum quod non,quia emancipatio uidetur esse onus,cum priuetur multis commodis.§.illud.in auth.cõstitutio.quæ de digni.cum filii ipso iure sint hæredes, & transmittant etiam ignorantes.l.apud hostes.inf. de suis & legiti. Emancipati uero antiquitus tenebantur circuire prouinciam & petere bon.pos.& hodie agnoscere coram iudice,ergo non debet duplici onere grauari.l.Diuus.ff.de off.præsi.& sic non debet conferre. Secundo faciebat tex.in l.filium.§. sed uideamus. ff. de contrat.ubi dicitur quod non fit collatio. Tertio facit lex si filia.ff.de colla.dotis. Quarto facit lex cum oportet.inf.de bon.quæ lib. ubi iniuria uidetur fieri in donationibus non in acquisitionibus extrinsecis quę semper sunt filiorum,item iniuria uidetur esse patris non filiorum.l.1.ff.si quis a par.fuer. manumis.

Iis tamen non obstantibus contrarium fuit determinatum hic,quod immo emancipatus suis conferat omnia tam prouenientia a patre quam etiam ea quæ ipse acquisiuit propter emancipationem,& ratio decidendi est,quia in omnibus bonis tam prouenientibus quam etiam acquisitis fit iniuria filio in potestate,cum omnia non facta emancipatione fuissent patris, & ipse potuisset succedere in eis pro parte,item facit iniuriam in ipsa successione,quæ tota lege ciuili debetur filio in potestate,ergo in recompensationem tenetur conferre. Non obstant contraria, & primo quod emancipatus priuatur commodis multis,quia licet sit uerum,tamen etiam acquirit multa alia commoda.dict.l.1.ff. si quis a par.fuer.manu. Sed illa priuatio non habetur in consideratione,ex quo ipse consensit, cum alias non posset fieri emancipatio.l.pe.inf.de emancip.liber.& damnũ quod quis sua culpa patitur.& c.l.1.§.1.ff.de iniur.& c. Sed solum attenditur iniuria quæ fit filio in potestate, cuius consensus in emancipatione fratris non requiritur,& ipsi inuito præiudicatur. Non ob.d.l.filium.§.uideamus.quia ille est casus specialis, & ibi assignatur ratio specialitatis,& Bar.inf.dicit quod succedit diuerso iure. Non ob.l.si filia.quia ibi factum erat testamentũ, & per testamentum consequutus erat portionem suam, ideo non confert,quia tunc non fit iniuria.l.1.§.totiẽs ff.de colla.bon. Non ob.quod in aduentitiis non fiat iniuria,quia immo & in illis etiam fiebat hoc tempore iniuria,sed hodie cessat in proprietate,non tamen in usufructu secundum distinctionem positam in l.fi. inf.eo. Quare remanet hic triplex decisio uera, Prima,quod emancipati emancipatis non conferunt. Secunda, quod emancipati conferunt suis abintestato, Tertia quod sui inuicem non conferunt nec emancipatis.

4 Notandum†est primo ex isto tex. iuncta figuratione casus quam posui ex mente Bal.& Salic.quod in collatione bonorum emancipati emancipatis nõ conferũt. Nec fit differentia quo tempore sint emancipati, dummodo reperiantur emancipati tẽpore mortis, quia iste tex.generaliter loquitur.& l.1.§.portiones.in fi. & le.2.§.si tres.ff.eo. Et lex generaliter loquens generaliter debet intelligi.l.1.§.quod autem.ff.de alea.& l.in fraudem.§.fi.ff.de mili.testam. Nec obstat quod ille secundo emancipatus plus ditauit hæreditatem patris quam alius emancipatus,longiori tempore quærendo patri, quia,ut dixi in figuratione casus,non per hoc recipit iniuriam ab emancipato fratre, sed a semetipso qui patiendo se emancipari priuauit semetipsum potestate succedendi patri & consequendi iura per ipsum acquisita patri ex propria uoluntate, cum cogi non posset.l. iubemus infra de emancip.liber. Et qui scit uel scire debuit quod per emancipationem priuaretur iure succedendi uidetur cum illa conditione pati se emancipari. l.si duo.ff.de acquiren.hæredit. Et frater emancipatus auocat hęreditatem ab eo tantum qui erat in potestate cuius

cui ius succedendi remansit, non ab alio emancipato qui propter emancipationem semetipsum priuauit, & iniuria non fit ei, a, fratre, cũ uolenti non fit iniuria. l. 1. §. sed non usque. ff. de iniu. Nec obstat quod remaneat inæqualitas magna inter eos, quia hoc non consideratur in hac collatione, sed solum consideratur iniuria, & si fit iniuria & æqualitas fit collatio non obstãte æqualitate, & si fit inæqualitas sine iniuria nõ fit collatio, quia cessat causa collationis. d. l. 1. §. totiens. & l. si filius. in fine. ff. eod. Et hæc est uera solutio, non illa quam ponit hic Dec. quod ratio æqualitatis est impulsiua, non finalis, quia immo est finalis in collatione datorum ob causam, sed in collatione acquisitorum propter emancipationem, non est nec finalis nec impulsiua, quia non consideratur ut dixi. Nec etiam ualet q; dicit de acquisitione accidentali, quia immo illa habetur in consideratione inter emancipatum & suum, Et ideo uera solutio erit, quod inter emãcipatos omnes cessat iniuria, quæ est causa finalis collationis. l. 1. §. totiẽs. &
5 l. si filius. in fine. ff. de collat. bon. ut sup. dixi. † Ex qua ratione infertur, quod existentes in potestate non tenẽtur conferre inuicem, quia inuicem non faciunt iniuriam, cum sint in æquali statu, & similiter sui non conferunt emancipatis, Nec emancipatus institutus, quia cessat d. ratio. l. 1. §. totiens. ff. eod. Alii etiam sunt casus in quibus cessat hæc collatio quos posui sup. in præmissis & dicam infra cum glosa.

6 Ex secunda† parte tex. colligitur tria esse necessaria ad hoc ut habeat locum hæc collatio, primo, quod petens eam sit in potestate mortis tempore. Secundo, q; nullum sit factum testamentum uel aliud ultimum iudicium. Tertio, quod ille a quo petitur sit emancipatus & succedatur abintestato, Et dum tex. dicit in potestate mortis tempore, patet quod si in ultima die mortis fuisset emancipatus non posset petere collationem fieri, quia quocunque tempore fiat semper priuatur iure succedendi, & omnibus quæsitis per ipsum patri, & acquiruntur existenti in potestate, unde ei non fit iniuria ut dictum fuit in præcedenti notabili. Quod confirmatur per istum text. Item infertur quod si toto tempore uitæ patris fuisset emancipatus, uel etiam fuisset extraneus & postea fuisset arrogatus, quod similiter ei deberet fieri collatio, quia esset in potestate mortis tempore, & ei deberetur successio, & ei fieret iniuria, quia auocaretur successio debita iure ciuili, Et etiam fieret iniuria in laboribus suis, quia per arrogationem ipse cũ suis bonis transit in potestatem arrogantis, ut insti. de acquisit. per arrogationẽ. per totũ. Et si arrogatus uult succedere patri naturali tenetur conferre ea quæ habuit a patre adoptiuo si iam nata est actio. l. 1. §. si impuberi. ff. de collat. bonor. & ibi not. ea enim quæ actu non sunt sed sola spe remota nõ conferuntur ut ibi no.

7 Tertio† notandum est, quod ille qui uult sibi conferri debet probare nullum testamentum relictum fuisse, ita probatur ex isto textu secundum Romanum hic cõiungentem illa uerba, nec ullum testamentum, cũ seq. oratione, teque emancipatum probatum fuerit, ergo oportet probare nullum testamentum relictum, & sic non sufficit negari testamentum esse relictũ, sed oportet probare, Iason uero hic dicebat necessario non colligi ex isto tex. quia illa uerba, nec ullum &c. faciunt orationem separatam, & subaudiri debet uerbum, est, Sed quia hoc uidetur esse diuinatiuum ad literã, Ideo Dec. dicit quod determinatur illa oratio media a uerbo posito in præcedenti oratione quæ est, si mortis tẽpore in potestate fuerit, & sic & etiam in sequenti oratione reperitur uerbum fuerit, ut sit sensus, nec ullum testamentum fuerit relictum, unde cum non determinatur a uerbo probatũ fuerit, non colligitur hic quod sit necesse probare negatiuam illam, nullum factum testamentum, & quamuis ipse non dicat, tamen poterat allegare. l. cum pater. §. cum imperfecta. ff. de leg. 2. Sed Corn. hic & Cagnol. dicit quod illud uerbum fuerat, non potest congrue determinare orationem mediam, quia est præteritum abnegatiuum præsentis, iuxta glo. in l. certum. §. 1. in uerbo confessus. ff. de confes. & sic non conuenit in proposito in quo præsupponitur etiam de præsenti nullum esse factum testamentũ, quod tamen parum stringit, quia etiam de præsenti negatur quod testator nullum relinquat testamentum, sed solum quod fuit tẽpore mortis nunc seruatur, Ideo Cagnol. aliter respondebat, Dicens quod etiam referẽdo ad uerbum probatum fuerit, tamen probat contrarium eius quod uolebat Roma. quia negatiua nec, posita in principio cõuertit uerbum probatum fuerit ad non esse, & esset sensus, nec probatum fuerit ullum esse testamentum factum, Et sic retorquetur, quia si nõ fuit probatum factum esse testamentum, collatio habebit locum, ergo præsumitur nullum factum fuisse, Sed ego puto quod nullo modo posit oratio illa media determinari per uerbum probatum fuerit, quia propositio nec necessario, tunc refertur ad uerbum probatum fuerit. ergo determinabit negatiue utrunque dictum, & quod non sit probatum factum testamentum, & quod non sit probatum te emancipatum, quia propter copulatiuam teque, appareret duo fuisse dicta in eadem oratione, quod est absurdum. Vnde magis placet expositio Decii per d. l. cũ pater. §. cum imperfecta. ff. de leg. 2. & l. 1. §. penul. ff. de hæred. instit. & sic patet quod nõ potest fieri fundamentum in hoc textu.

Ideo ex alio Iason hic probat non esse necesse probare negatiuam illam, nullum factum testamentum, per doctri. Barto. in l. is potest. col. penul. uer. quinto quæro. ff. de acquir. hæred. ubi qui dixit testamentum non esse factum habet intentionem fundatam sine probatione. Secundo, quia facta non præsumuntur nisi probentur. c. 1. de constit. in 6. & c. 1. §. 1. ut ecclesiast. benefic. & error facti prudentissimos decipit. l. 2. ff. de iur. & fact. ign. Decius uero dicebat quod præsumptio nõ est neque quod sit factum neque quod non sit factum, Sed solum consideratur an sit fundamentum intentionis partis uel non, quia si est fundamentum intentionis partis nullum esse factum testamentum, tenebitur probare, quia quandò negatiua est fundamentum intẽtionis, etiam probari debet, ut per Bar. in l. in illa. colum. 2. uersi. & putat Innocen. ff. de uerb. obligat. & sicut ille qui dicit factum testamentum, probare debet, eodem modo quando dicit nullum factum testamentum, Et ad d. Barto. in d. l. is potest. col. pen. respondet, quod ibi erat communis opinio uiciniæ quæ inducebat probationem.

Ex qua conclusione infertur, q; in text. nostro ille qui uult sibi conferri tenetur probare negatiuam, nullum testamentum relictum esse, quia est fundamentũ intentionis suæ, per doct. Bart. in d. l. in illa. qui communiter ibi approbatur, licet hic communiter doctores uellint negatiuam, etiam quod sit fundamentum intentionis, non debere probari, Et ita Cagno. hic ponderat duas communes opiniones doctorum contrarias, an negatiua probari debeat ab eo qui in ea se fundat, Et postea quid uellit tenere non bene se resoluere sciuit, Sed aduertatur primo, quod hic non agitur de probanda negatiua, quia in effectu probandum est aliquem decessisse abintestato, quod est affirmatiuum, & sic est negatiua habens implicitam affirmatiuam quæ reputatur pro affirmatiua, ut nõ. Abbas. in c. quoniam contra, de probati. in 2. notab. per ca. super hoc. de renunt. & c. bonæ. il. 1. de elect. cum glo. Et propterea fundamentum doctorum de negatiua quæ improbabilis est non facit in proposito.

Tamen ego puto in puncto quæstionis ueriorem esse communem opinionem doctorum hic, quod ille qui asserit aliquem decessisse intestatum non teneatur illud probare, quia præsumitur decessisse intestatus etiã quod

quod se suadet in hoc, ut si quis diceret se hæredẽ abintestato, & peteret hæreditatẽ a possessoribus, quia præsumptio est semper de eo quod naturaliter inest in homine, ut per Bar. in l. si prius. in 3. & 4. oppos. tertię partis. ff. de nou. oper. nuntia. Naturaliter autem homines moriuntur non facto testamento, ergo præsumitur nõ factum. Secundo facit q uoluit Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerbo. obligat. uer. tertio quæro per unam col. ubi dixit q illi qui possunt succedere abintestato præsumuntur ignorare testamentum factum, ergo non præsumitur factum, quia hæc ignorantia esset improbabilis, cum hæc negatiua satis dicatur probata si contrarium non probatur, & sufficit dicere nullum extare testamentum, Et qui uult dicere extare, illud probet, ut dixit glos. in l. cum lege. ff. de prob. quam ibi * approbant communiter doctores. Et etiam probatur ex isto tex. secundum expositionem Decii quæ melior est ut dixi, Et facit illa ratio, quia facta non præsumuntur. c. 1. de constit. in 6. & ca. 1. §. 1. ut ecclesiast. beneficia. Nemo enim etiam quod sit papa debet diuinare facta euenire, Non obstat doctrina Barto. in d. l. in illa. quia ibi non agitur de probando ueram negatiuã, sed solum de abnegatiua, & ibi negatiua illa non habebat pro se naturalem statum, cum præsumeretur deliquisse si illi non soluisset, & ideo ibi erat præsumptio solutionis, & negatiua de non soluendo probari debet, ut patet in casu Inno. in d. c. super iis. de accus. & ideo Barto. ibi limitat dictum suum non procedere quando esset aliqua præsumptio pro negante. Quæ regulariter est in casu nostro quando asseritur non esse factum testamentum.

Hæc tamen conclusio limitari potest non procedere quando solitum esset homines facere testamentum, Nam solita præsumuntur, ut per Bal. in rubr. de fide instrum. colum. 5. quem sequitur Iason. in l. sciendum. ff. de uerbo. oblig. in princ. Et Astenses in tractatu de forma. fol. 78. col. 3. uer. ratio autem. & hic Cagno. respondens quibusdam motiuis modernorum. nu. 75. Secundo limitatur non procedere quando esset probatum testamentum aliquod factum fuisse, quia qui uellet dicere reuocatum fuisse uel mutatum, & sic decessisse abintestato, tunc probare deberet. l. & si quidem. infr. de exception.

8 Quarto † colligitur ex isto text. quod ille qui dicit filium emancipatum, probare debet, Et hoc communiter approbant doctores, tum quia est factum affirmatiuum, tum quia facta non præsumuntur. Probatur autem esse emancipatum per instrumentum emancipationis, uel etiam per lõgam possessionem libertatis secundum distinctionem quam statim ponam.

9 Ex quo † inferunt doctores a contrario, quod filius præsumitur esse in potestate, per tex. in l. si filius. ff. de probat. & quia pater præsumitur uiuere usque ad centum annos. l. fin. sup. de sacr. ecclesiis. ut per Ange. in l. sed si de sua. ff. de acquir. hæred. loquentem in pulcra quæst. Sed in contrarium facit, quia ille est in potestate qui natus est ex legitimo matrimonio. l. in potestate. ff. de iis qui sunt sui uel alie. iur. & §. 1. inst. de patria potest. & matrimonium est facti, ergo probari debet & non præsumitur. d. c. 1. de constit. in 6. & ita determinauit Bar. in consi. 42. uisa quæstione. quem refert & sequitur Corneus in consi. 68. placet mihi. lib. 1. col. penul. Nec ualet responsio Cepolæ in sua cautela incipiente is qui in iudicio præsumitur. qui uolebat præsumi filium semper natum ex legitimo matrimonio ne præsumatur illicitus coitus, quia respondebat Dec. illud procedere quantum ad puniendum, ut si agitur de incestu contra ipsum, Sed si nõ agitur de hoc, & matrimonium ueniat incidenter, non præsumitur, ut per Bar. in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiu. Nec obst. d. l. si uxor. inf. de cond. insertis. quia ibi erat fundamentum intentionis.

Ideo Decius concludendo dicebat, quod filius non præsumitur ex se neque sui iuris neque in potestate, q̃a in factis non præsumitur affirmatiua uel negatiua. l. hoc iure. & ibi Bar. ff. de uerbo. obliga. & per Innoc. in c. sup. iis. de accus. & per Alexan. in apostil. ad Bart. in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemad. test. aper. Sed solum consideratur quod sit fundamentum intentionis, nã illud quod est fundamentum intentionis probari debet. l. q accusare. sup. de edend. & est resolutio Cor. etiam hic colum. 1. & ita procedit. l. si uxor. inf. de condit. inser. Nec obst. quod pater præsumatur uiuere per centum annos, quia illud non probatur in d. l. fi. & experientia est in contrarium per communiter accidentia, & contrarium probat text. in l. hæreditatum. ff. ad l. falcid. & d. l. finalis solum dicit quod potest uiuere. non quod præsumatur.

10 Sed † pro resolutione considerandi sunt tres casus, Aut aduersarius fatetur eum natum ex legitimo matrimonio, Aut non negat nec fatetur, Aut negat, Primo casu Vera est conclusio Alexand. quod præsumatur in potestate, quia hæc est primæua natura nascentium ex legitimo matrimonio. d. l. in potestate. ff. de iis qui sũt sui uel alien. iur. & succedit doctrina Bar. in d. l. si prius. in tertia. & 4. opposit. 3. partis. Nec obstat quod dicit Decius quod immo secundum naturam non est primęuus status, quia patria potestas est de iure ciuili, quia respondetur quod sufficit sit primæuus status de iure ciuili de cuius effectibus nunc agitur, & secundum ius ciuile omnes filii nascuntur in potestate quando sunt iustæ nuptiæ. §. 1. inst. de patria potestate. Et hæc præsũptio durat semper, quia non potest liberari nisi per emancipationem & mortem patris, Emancipatio autẽ quia facti est accidentalis non præsumitur nisi probetur ut statim dixi per istum tex. ergo durat in potestate. Similiter pater non præsumitur mortuus, quia potest uiuere usque ad centum annos. d. l. fi. sup. de sacros. eccles. & l. an ususfructus. ff. de usufructu. Nec obstat q a communiter accidentibus homines non tantum uiuunt, & experientia hoc demonstret, ut dicebat hic Decius, quia per hoc non tollitur præsumptio in casu dubio, cum non sit aliud tempus quod possit præsumi, & non potest aliquis fundari in 60. uel 80. annis, quia nullus finis certus nec ab homine nec a natura impositus fuit, merito trahemus præsumptionem usque ad terminum datum a lege. s. centum annorũ sicut dicebat Ange. in d. l. sed si de sua. ff. de acquir. hæred. post glo. ibi, qui loquitur in istis terminis, quod dicebatur esse sui iuris propter mortem fratris, Et expresse hoc tenet ibi Ange. quod præsumitur semper in potestate, & onus probandi incumbit aduersario, qui negat, & sequitur Alex. in l. is potest. col. 3. ff. de acqui. hæred. & Lancel. Galiaula in rubric. ff. de uerb. oblig. colu. 34. uer. insequendo communem, & hic Cagno. nu. 80. Nec obstat d. l. hæreditatum. ff. ad l. falcid. quia ibi eligitur media uia propter interesse partium, & procedit in casu suo tantum, Quod patet, quia in infante non uult computari nisi 30. annos, & sic homo non præsumeretur uiuere nisi per 37. annos, quod est absurdum, Nec obstat. l. si uxor. inf. de condit. inser. quia respondet ibi Fulgos. ex eo quia non probatur contrarium satis dicitur monstrari, Item potest dici quod ibi aliqua præsumptio erat in contrarium de emancipatione propter nuptias secutas, Et hæc conclusio procedit etiam quod patria potestas sit fundamentum intentionis, ut probatur in l. si filius. ff. de probat. & per istum textum qui solum ponit cõditionem si filius sit in potestate, & uult quod solum probetur fratrem esse emancipatum, ergo necessario præsumitur in potestate, cum de duobus requisitis ad collationem. s. quod petens sit in potestate, & quod alter sit emancipatus, solum uult quod probari debeat alium emancipatum, non autem suam patriã potestatem, Et hoc puto uerissimum.

Secundo casu, quando aduersarius tacet, Adhuc idē puto quod præsumatur filius in potestate, ut tenet Angel. in d. l. sed & si sua. qui uoluit quod pars taceat usque ad finem processus, & postea dicat iudicium non ualere, quia est in potestate, & sic se fundat in patria potestate, & tamen dicit quod satis est probatum, quia præsumitur semper filium esse in potestate, Et hæc cōclusio probatur in tex. nostro, ubi non apparet quod alter confiteretur præcessisse legitimum matrimoniū, & tamen dicitur quod non est necesse probare secundum ponderationem quam statim fecit. Tertio hoc ꝓbatur per d. l. si filius. ff. de probat. ubi filius negabat se teneri præstare alimenta, & tamen pater qui petebat generaliter habet præsumptionem pro se, Et est ratio, quia a communiter accidentibus homines habent uxores & ex eis procreant filios, quæ est sufficiens probatio, ut per glo. in l. neque natales. sup. de probat. quæ procedit hoc casu quando aliquid uenit probandum ꝙ non discutitur principaliter sed incidenter uenit in lite. Vt in simili dicitur de dominio ꝙ incidenter uenit in iudicio, quod probari potest per solam possessionē, ut per Bar. in l. quidam in suo. ff. de cond. inst. & l. sicuti. §. si quæratur. ff. si ser. uen. quamuis Cagno. hic nesciuerit se extricare ab hac obiectione. nu. 81. Si uero aduersarius negat, & tunc si negat simpliciter patriā potestatem, nihil nocet alleganti eam, quia præsumptiones legum sunt factæ propter negantes, ut patet in d. l. si filius. ff. de probat. Sed si negat natum ex legitimo matrimonio, & tunc procedere potest consi. Barto. 42. quem sequitur Corn. in d. consi. 68. uolu. 1. nam cū matrimonium sit facti, non præsumitur in contradictorio & ideo nec probari debet, Probatio autem fit per communem opinionem uel præcise secundum qualitatem negotii de quo agitur, iuxta no. in l. Titia. ff. sol. matrimo. & cap. lator extra qui filii sint legitimi. & l. liberis. §. si. ff. de liber. causa. & l. uis eius, ff. de probat.

11 Limitatur † tamen prædicta conclusio, quod præsumatur filius in potestate existere, non procedere quando filius esset in quasi possessione libertatis, quod esset sui iuris, ut quia sic agebat, sic cōtrahebat, ac si esset pater famil. l. 3. ff. ad macedon. ut probatur per gloss. in l. Titia. ff. sol. mat. quam hic allegat Alexan. Sed in contrarium allegat Dec. Alexand. in d. l. Titia. qui uidetur reprobare illam glo. quia primæuus status repugnat eorum qui nascuntur ex legitimo matrimonio, & quādo primæuus status repugnat, quasi possessio non sufficit, ut probatur per gloss. in l. sicuti. §. si quæratur. ff. si ser. uend. & Bar. in d. l. si prius. in 3. & 4. opposit. tertiæ partis. Soluebat ipse negando præsuppositum Alexan. quia primæuus status non repugnat, cum naturaliter homines nascantur sui iuris, Qua saluatio non est bona ut sup. dixi, quia in effectibus iuris consideratur origo tradita a iure ciuili, & secundū ius ciuile filius natus ex matrimonio dicitur esse in potestate. d. l. in potestate. ff. de iis qui sunt sui uel al. iur. Vnde uerior est solutio, quod ibi Alex. loquitur quando principaliter deducitur in iudicio ius filiationis, nam tunc non sufficit quasi possessio ad hoc ut probetur sui iuris, secus si incidenter ueniat, ut quia agitur de ualiditate gestorum, Nam tunc requiritur fortior probatio. arg. eorum quæ dixit Barto. in l. quidam in suo. ff. de condit. instit. & l. sicuti. §. si quæratur. ff. si seru. uendic. Vnde tunc uel debet probari mors patris, uel emancipatio si uiuit, uel quasi possessio titulata cum spacio decem annorū uel uiginti, Secundum Bal. in l. post mortem. ad finem. ff. de adopt. Barbat. in consi. 35. colu. 6. uol. 2. & Bar. Pau. & Bal. in l. 2. supra si aduer. rem iudic. ubi Bal. declarat quomodo debeant deponere testes quando uolunt ꝓbare filium fam. se gessisse pro patre famil.

12 Quomodo † autem acquiratur ista quasi possessio, dubitauit hic Decius, Et Bar. in d. l. 2. sup. si aduer. uendit. uer. iuxta hoc quæro. & in l. post mortem. ff. de adopt. dicebat quod requiritur decennium quo se gerat tanquam patrem famil. Sed in contrarium Dec. allegat quia unicus actus uidetur sufficere ad constituendum quem in quasi posses. per not. per Bar. in l. 1. §. hoc inter dicto. ff. de itin. actuque priu. uer. secundo nota. & in l. 1. sup. si seruit. uendic. Et Abbas in ca. cum ecclesia. de causa posses. & proprie. cum aliis alleg. per Aretin. in §. æque. inst. de act. Oldrad. consi. 31. Thema quæstionis in fine. Feder. consi. 134. super primo. in Secundo dubio. Cald. in consi. ultimo de iure patr. & Abbas consi. 47. uidetur primo. colu. 2. lib. 1. per quas authoritates idem hic tenet Decius. Et licet ipse non dicat, tamē doctrina Bar. in d. l. 2. non facit, quia loquitur quando interuenit factum patris, & ipse uult uenire contra factū suum, dicendo actum nullum, nam tunc elapso decennio non debet audiri, sed de quasi possessione nullum uerbū, Sed forsan uoluit allegare Bal. ibi qui loquitur de quasi possessione. Sed tamen de ista decennali possessione est tex. in l. 3. §. si seruus. ff. de acquir. posse. ubi seruus ille spartanus qui diu stetit, idest decennio in libertate, gerere potest se pro libero, Et Bart. ibi uidetur intelligere quando erat fugitiuus in mala fide.

Et sic uidetur colligi ex illo text. quod quando quis mala fide est in quasi possessione requiritur decenniū. Sed si habet bonam fidem, præsumitur pro eo in minori tempore. Iason tamen ibi intelligit illum tex. generaliter etiam in bona fide. Et secundum hanc declarationem ille tex. de directo probat contra conclusionē Decii hic, Sed intellectus Bar. communiter tenetur, Igitur in proposito uidetur dicendum quod si filius mala fide se gerit tanquam paterfamil. requiritur decenniū, quo steterit in quasi possessione emancipationis. d. l. 3. §. si seruus. ff. de acquir. posses. Sed si fuit in bona fide credens emancipationem factam, tunc non requiritur decennium, sed aliquod tempus. l. 3. ff. ad maced. Vnicus autem actus nunquam iudicio meo sufficiet, quia repugnat primæuus status ciuilis, ut dicebat Alex. in d. l. Titia. ff. sol. matrimonio.

13 Quinto † notandum est ibi, abintestato, quod ad hoc ut possit peti. hæc collatio, oportet succedatur abintestato, & ideo sequitur, quod ratio assignata in l. 1. ff. de col. bonor. non est finalis, quod collatio sit introducta propter contratabul. quia contratabul. non potest habere locum abintestato, cum præsupponat semper factum testamentum. §. sunt autem. inst. de bono. posses. & dixi in rub. supra de secund. tab. concordat tex. in l. filius. ff. de collat. bon. Nec potest dici quod hoc nouiter ex aliqua constitutione fuerit inductum, quia text. hic dicit forma perpetui edicti, & sic quando abintestato succedebatur prætor uoluit fieri collationem, Sed contra istum tex. fortiter facit, quia contratabulas non reducit rem ad causam intestati, maxime quando solus filius emancipatus est præteritus. l. filium. ff. de contratab. & l. cum emancipatus. eod. titu. & l. & si contra. ff. de uulg. & pupil. & dixi plene in rubrica. & l. posthumo sup. de contratab. & tamen uerba edicti sunt clara, quod quando emancipatus habebat contratabulas ꝙ habebat locum collatio. d. l. 1. & per totum. ff. de cōtratab. & l. 1. ff. de collat. dot. Item dum tex. dicit quod nullum debet esse factum testamentum, repugnat fortiter quia ut dixi contratabulas præsupponit testamentum. d. §. sunt autem. inst. de bon. posses. ergo hæc lex male loquitur in hac parte. facit lex filiæ dotem sup. eo. Hoc contrarium iudicio meo est forte, & doctores non cōsiderauerunt, sed puto pro solutione posse dici, quod iste tex. non uoluit ponere omnes casus in quibus possit habere locum collatio, sed solum uoluit determinare quando succeditur abintestato, quia super hoc tantū forsan erat quæstio proposita coram Diocletiano, Et propter hoc confirmatur quod sup. dixi contra doctores hanc legem non esse clauem materiæ, & sic collatio fit quando nullum est factum testamentum, uel est factum,

factum, sed non habet effectum propter cõtratabulas, Sed si testamentum esset ualidum, & emancipatus esset institutus, non competeret contratabulas, quia nulla esset iniuria.d.l.1.§.totiens.ff.de collat.bon. Si tamen emancipatus commisso edicto per alium peteret cõtra tabulas, & augeret suam portionem, pro parte pro qua augeret posset fieri collatio, quia in illa parte non haberet sua institutione.l.si filius.ff. eo. etiam quod filius in potestate adeat, & non petat contratabulas ex æquitate interpraetationis Sceuolæ.d.l.si filius.cum glo. & ponit Bart.in d.l.pater filium.ff.de col.dot.& infr.etiã in secunda quæstione. Sed existente testamento ualido in totum, non habet locum.d.l.1.§.totiens.nec corrigitur per auth.ex testamento.sup.eod. quia illa loquitur de collatione datorum, licet aliter arbitrentur doctores, ut infr.dicam.

24 Quis† autẽ dicatur succedere abintestato, ponit text. & ibi Bal.in l.1.ff.de suis & legit.& §.1.inst. de hæred. quæ abintest.proprie tamen intestatus dicitur ille qui potuit facere testamentum & non fecit. ut ibi no. & l. intestatus.infra de uerbo. signifi. Intestabiles uero dicuntur pupillus furiosus & ille quibus bonis est interdictum, tamen iura in multis locis appellant intestatos. l.in testamento.de mil.testamento.& l. secunda. infr. de impuber.& aliis etiam quod sint positi in conditione, ut per Cor.in l.cum antiquioribus.infr.de iure deliber.per tex.in.l.credendum.§.si uero.ff.qui pet.tut. Sed illud non est de proprietate sermonis, Sed ex communi usu loquendi iurisconsultorum, Et ideo dicebat Bar. in dict.l.1.ff.de suis & legitim.quod si statutum faceret mentionem de intestatis compræhenderet etiam furiosos & infantes & alios intestabiles, si communis usus loquendi probaretur, ut per Brunum in tractatu exclusi.fœmin.fol.35.& seq.quæst.fi. & Corneum & modernos in d.l.intestatus.inf.de uer. signifi. Quamuis Socinus dubitauerit decidere in consi.81.col.penu. lib.4.& hic per Cagno.nu.62.

Sin autem statutum loquatur per aduerbium abintestato, adhuc uarii fuerunt doctores, & multi uoluerunt non compræhendi pupillos uel furiosos Decius consi. 563.& 627.Cur.Senior in consi.134.Gozadin. in consi.35.Sed tamen communis est opinio quod ueniant appellatione intestatorum & abintestato propter cõmunem usum loquendi approbatum a iuris consul.Bar.in consi.138.& 141.Angel.consi.26.statutum.& consilio 200.Calderin.consi.6.Rom.consil.4. & 32. Ancharan consi.177.Paul.de Castro.286.in antiquis.& in l.2.infr.de impub.& aliis sub.Fulg.consi.165.Imol. & Barb. in c.si tibi colum.penul.de test.& consi.17.lib.3.Corn. consi.336.uol.1.Dec.in l.in testamento.colum.1.in 5. notab.inf.de testamento milit.Felinus in prohem. decret.col.3.Crotus in l. omnes populi. Car.penul. ff.de iusti.& iur.Socin.consi.35.lib.3.& consi.81.lib. 4. Paris.consi.22.lib.2.Ruinus consi.50.lib.1.Socin.iunior consi.10.in prima parte cum multis aliis cumulatis hic per Cagno.nu.62.

25 Sexto† notandum est ibi, ad paternam successionem quod collatio tantum habet locum in successione paterna, idem tamen est etiam in successione auita, uel ꝓauita, quia illis datur contratabu. l.duobus. ff. de contratab.& probatur in l.1.§.sed si neptis. ff. de col.dot. & l.prætor.§.quæ duos. ff.de col. bon. Sed non habet locum inter succedentes in bonis maternis, uel lineæ maternæ, quia ipsis non datur contratabul.l.illud.§.ad testa.ff.de contrat.nec unde liberi.l.quotiens. infr. de suis & legit. Sed in collatione datorum non fit differentia quibus succedatur.l.ut liberis.infr.eod. Quæ nõ corrigit.l.nostram, ut multi arbitrantur, sed loquitur solũ de collatione datorum introducta a constitutionibus, ut dixi in præmissis. Oportet tamen quod sint descendentes, & succedatur ascendẽtibus alicuius sexus, quia si succedatur collateralibus & extraneis non habet locum, ut per Bal.hic col.2.& Bar.in l.pater filium.col.fi. nu.8.uers.ultimo.ff.de collatio.dot.neque etiam fit extraneis.l.fi.sup.communia utriusque iudic.

Septimo notandum est ibi, forma perpetui edicti, ꝗ iste tex. loquitur de collatione inducta a prætore, & est illa de qua in titulo.ff.de collat.bonor. Et ideo dixi in præmissis quod non potest determinari per l. illam.& l.illud.inf.eod.quia illę leges loquuntur de alia collatione quam appellaui collationem datorum, nec etiam potest determinari ab auth. ex testamento supra eodem quæ similiter loquitur de col.datorum, ut statim dixi.licet Bar.expresse teneat contrarium. in l.pater filium.in fine quæst.ff.de col.bonor.

Glo.prima diuiditur in tres partes, in Prima ampliat textum.in secunda soluendo contraria duo limitat eũ in tertia alio modo ampliat.secunda est ibi, sed contra.

16 Tertia ibi, item cessat.†Ex prima colligitur ampliatio ad tex.ut suus non conferat emancipato per locum a multo magis, quam illationem declarat Rimin.& Cagno.quia ut collatio fuit inuenta propter emãcipatos, & illi non conferunt, multo magis sui non conferunt, propter quos non fuit inducta collatio, Sed mihi placet quod illatio fiat propter rationem iniuriæ, nam si emancipatus emancipato non confert quia non facit ei iniuriam, multo magis suus non conferet emancipato, qui nullam facit iniuriam, cum ipse sit offensus non offendat, In secunda parte glo.opponit, Nam si minus tenetur suus conferre emancipato quam emancipatus & habemus quod suus confert emancipato. l.filiæ dotem.in fine sup eod. ergo tanto magis emancipatus emancipato.Glo.soluit fatendo contrarium, quod suus confert emancipato profectitia, eodem modo emancipatus emancipato confert profectitia, Sed Barto.post Iacobum Butriga.tenet quod iste text. procedat indistincte ut emancipatus emancipato non conferat, nec profectitia isto tẽpore, quia nulla lex hoc dicit, & hæc simpliciter negat, & l.1. in fine. ff. eod. dicit quod ipsi inuicem nihil conferunt. Nec obstat.d.l.filiæ. quia illa loquitur de filia sua quæ confert emancipato, & nullũ uerbum quod emancipatus emancipato conferat. Nec ualet consequentia glo.secũdum eum, quod si fit a suo, ergo fortius emancipato, quia militat diuersa ratio, ꝗa cum emancipatus omnia cõferat suo conueniens est quod suus ei conferat profectitia, Sed emancipatus nihil confert emancipato, ergo ei confertur, Et hanc solutionem tenent communiter doctor. Sed contra hãc rationem differentiæ opponit Decius, quia si a suo essent conferenda emancipato profectitia in recompensationem, etiam essent conferenda aduentitia in recõpensationem, cum omnia suis conferant emancipati & alias esset imperfecta recõpensatio, sed postea saluat, quod licet rationes istæ urgerent, tamen obtinuit contrarium ut ibi dicitur. Quæ saluatio non tollit contrarium, quia non est credendum ita obtentum fuisse nisi fuissent fortiores rationes pro illa decisione, ergo ex alia causa quam in recompensationem ibi filia confert profectitia. Paul. de Castro ibi in fine redebat rationẽ differentiæ, quia propter emancipatum inducta fuit collatio, ergo fortior ratio militat in cogendo emancipatum conferre quam suum emancipato, igitur nõ est uerum si emancipatus omnia confert suo, & suus ei nõ conferret nisi profectitia, Quam solutionem cõfirmat Cagno.per rationem Bart.in l.1.§.nec castrense. ff. de col.bon.colu.penu.uer.Sed contra prædicta.& uer.respondeo.Sed postea repræhendit, quia cõfunditur per d.l.filiæ dotem.dũ uult suos conferre omnia aliis suis, & tamen propter eos non fuit principaliter inducta collatio, ergo fortius deberet conferre omnia emancipatis a quibus etiam consequitur omnia, Vnde Alber. & Odofred.& Cur.assignabant rationem differentiæ, quod minus confertur emancipatis, quia sui eis nõ faciunt iniuriam, sed emancipati multa conferunt, quia faciunt

faciunt iniuriam, & istam rationem dicit Iason tenendam, quia melior non apparet. Sed nec ista etiam tollit difficultatem, quia si sui nullam faciunt iniuriam, ergo nihil tenentur conferre, Sed ibi dicitur quod conferunt profectitia, ergo non est propter rationem iniuriæ. Cagno. nu. 100. assignabat aliam rationem, fatendo quod ista differentia nõ erat fundata ratione, ideo postea fuit correcta, & sic pungit imperatorem illum de iniquitate, uolentem aduentitia esse coferenda, Sed hæc saluatio omnino est reiicienda, quia ibi illud fuit inter prudentes longo tempore disputatum, & non est credendũ obtinuisse nisi fuisset magna æquitate fundatũ. Et licet sit correctũ q aduẽtitia hodie nõ conferantur, tamen non per hoc erant iniquæ leges antiquæ, cũ antiquæ leges fundabantur, quia existẽtes in potestate omnia acquirebant patri, & emancipatus participando de eis faciebat iniuriam, ergo in recompensationẽ illud iustissime fuit inductum, Et totus titulus de collatione bonorum fundatur in æquitate magna quã prætor semper habuit præ oculis. Sed cum per l. cum oportet fuisset inductum quod existentes in potestate nõ acquirerent aduentitia quantum ad proprietatem, cessauit ratio iniuriæ quantum ad proprietatem, Et ideo ẽt collatio fuit prohibita. d. l. fin. inf. eod. sed tamen remãsit adhuc firma in usufructu, ut ibi not. & si non fuisset iusta causa inducta non remansisset in usufructu. Cur. uero dicebat quod nõ uidet quomodo illa lex filiæ dotem hodie possit procedere, cum tota collatio sit fundata in inæqualitate, Et sic præsupponit unum falsum, quod collatio sit correcta quæ ponitur in titu. ff. de col lat. bon. & in l. nostra quod est absurdissimum. Ex quibus patet quomodo doctores in hac materia cõfusi fuerunt, & se torquerunt. Stat igitur hucusque discussio, quod non potest assignari ratio differentiæ quare emãcipatus conferat suo omnia, & suus non conferat emãcipato nisi profectitia, Et ideo non bene fuit reprobata consequentia glo. hic. Quæ uolebat quod si emancipatus emancipato non confert ergo tanto minus suus emancipato, nam si emancipato non confertur quia ei non fit iniuria, ergo tanto minus a suo debet ei conferri, quia suus nullam penitus facit iniuriam in successione emancipato, quia ipse est ille qui est iniuriatus. Et propterea obstat fortiter. d. l. filiæ dotem. ibi suus cõfert emancipato, ergo fortius emãcipatus emãcipato.

17 Ideo† pro solutione recurrendum est ad ea quæ posui in præmissis, considerando duas collationes, unam fundatam in ratione iniuriæ remouendæ, aliam fundatam in ratione æqualitatis seruandæ inter filios, & illa quæ est fundata in ratione æqualitatis fit de datis tantum ob causam ab illo de cuius hæreditate agitur. Igitur ad contrarium. d. l. filiæ dotem responde quod nõ meretur allegari pro contraria, quia loquitur de collatione datorum quæ fundata est in ratione æqualitatis, hæc uero loquitur in collatione bonorum prætoria fundata in iniuria, Et in hac collatione uera est cõsequentia glo. quod multo magis non confert emancipato, quia ei non facit iniuriam, & in hac collatione solum emãcipatus confert suo, & nullo alio modo fit collatio, Sed in collatione bonorũ inter omnes filios habet locum collatio nulla facta differentia emancipationis & patriæ potestatis. l. 1. in princ. & §. sed si neptis. ff. de col. dotis. ideo ibi suus confert emancipato, & emancipatus emancipato, & sui inter se.

18 Sed† huic cõclusioni unũ obstat, quia immo illa lex uidetur loqui de collatione bonorum, quia uult aduentitia conferri, quæ non ueniunt in collatione datorũ, cum non proueniant a bonis illius de cuius hæreditate agitur, Tamen faciliter potest responderi, quia illa lex non uult generaliter omnia aduentitia conferri, quia tunc obstaret argumentum, Sed uult illa tantũ aduentitia quæ dantur a patre, cum tex. ibi dicat aduẽ titiam uel profectitiam a patre datam uel constitutã, Et sic loquitur de collatione datorum & prouenientiũ a patre, Et exemplificant doct. ibi Cor. Iason & Decius in princi. in patre dante dotem filiæ propter labores suos, & benemerita, uel quando aliquid relictum est patri cum onere dotandi filiam, per tex. in l. profectitia. §. si quis certam. ff. de iure dot. & glo. in l. si donatione. sup. eodem. & hoc mihi placet. Et si dicatur, si reputantur tanquam profectitia quare non conferuntur ẽt emancipato, respondetur quod militat magna ratio differentiæ, quia sui hoc iure talia aduentitia acquirebant patri, ideo fratres participabãt de suis laboribus, unde conueniens fuit quod in collatione fundata in ratione æqualitatis etiam conferantur a filia, sed in emãcipatis illi labores fuissent proprii, & non fuissent communicati cum fratribus, ideo nec etiam eis debent cõferri, quamuis uideantur profectitia, Et hoc est q fuit inter antiquos prudẽtes disputatum & magna cum ratione decisum, Et in collatione datorum hæc parua differentia erat inter emancipatos & suos propter æqualitatem seruandam. Si tamen placeret tenere quod ille tex. loquatur de omnibus aduentitiis, Tunc oporteret dicere quod illa lex loquitur de filiabus emancipatis, & ibi determinatur quomodo conferant, & dicitur quod conferunt suis aduentitia & profectitia, idest omnia, cum emancipatis conferant solum profectitia, Et est ratio, quia prima collatio fundata est in iniuria, ideo conferunt omnia, sed in fine legis collatio fundata in iniuria non habet locum, quia nulla fit iniuria emancipato, sed solum habet locum collatio datorum quæ fundatur in æqualitate, & inter emancipatos indistincte sicut inter omnes alios filios habet locum illa collatio, Et sic patet quod quocunque modo intelligas, illa lex rationabilis est, & non tangit legem nostrã, neque ullam restrictionem ad legem nostrã facit, quæ loquitur de collatione fundata in ratione iniuriæ. Nec est diuinare intelligere quod ibi filia conferrens erat emãcipata, quia ex natura collationis patet quod fuit emancipata, per istum text. in l. 1. ff. eod. Et ita habes perfecte declaratam illam legem ultra omnes, & medulitus discussam, Cogita tamen.

19 Secundo† opponit Glo. de l. 1. §. penul. ff. de coniug. cum emancipato lib. eius. ubi emancipatus confert nepoti emancipato, & ille tex. debet intelligi de omnibus bonis, quia totus ille titulus loquitur de omnibus bonis, & alteri fratri confert ibi omnia bona, Et l. 1. sup. eo. dicit quod emancipatis nihil confertur, & ideo prima solutio glo. nullo modo est tenenda, Et per consequens remanet quod ille tex. contradicit in terminis legis nostræ in collatione bonorum fundata in ratione iniuriæ. Vnde glo. dat secundam solutionem quod ibi ille nepos non erat emancipatus ab auo, sed a patre suo, Quam sol. repræhendit Bar. quia non interest quo iure liberetur a patria potestate. l. liberos. inf. eo. Et confirmat Dec. quia ibi dicitur quod nepos fuit emancipatus, ergo ab auo, quia diceretur filius, non nepos, Et a quocunque fiat emancipatio semper uerum est quod non succedit de iure ciuili, & ei non fit iniuria, ergo ei non debet conferri. Præterea ibi non potest adaptari quod emancipatio sit facta a patre, quia si auus habebat in potestate filium, etiam nepotes erãt in eius potestate. d. §. 1. inst. de patr. potes. ergo ipse filius non potuisset emancipari, & si filius erat emancipatus omnes nepotes ex eo erant extra familiam sine emancipatione. §. 1. in inst. de succes. cogn. & dictũ fuit in l. qui se patris. supra unde liberi. & si fuerunt retenti, quia erant nati, solus auus poterat emancipare, Ideo tertia est sol. glo. quod ibi sit collatio ex persona patris eorum qui remanserat in potestate ex iure trãsmissionis, sicut fit in l. si maritus. inf. eo. ubi transmittitur ad hæredes ius conferendi sibi.

Sed Barto. repræhendit, quia nepotes semper succedunt ex persona sua quando pater eorum præmortuus est

est uiuente auo.§. cum filius.inst. de hæred.quæ abintestato.& notatur per glos.in l.illam.infr. eodem super glo.nullam.Rainerius tamen & Salic.dicebant esse diuinare quod ibi prædecesserat filius, & quod fuerat in potestate.& in dubio debet intelligi cęteris habilibus, Et hanc solutionem glo. tanquam communem sequitur Areti.in consi.163.colum.6.uer. pro ista conclusione.& Socin. consi. 252. colum.6.cum seq.uolu.secundo.Cagno.uero sequitur reprǽhensionem Barto.quia ibi dicitur ex defuncto filio unus in potestate nepos, ergo erat mortuus filius ibi uiuente auo,& hoc est clarissimum in illo tex. quia præsupponitur quod nepotes succedant auo suo,Sed postea in fine nesciens se resoluere stat cum ista solutione.¦Vnde quarta est solutio Bar.quod ibi confertur nepoti emancipato ex persona fratris in potestate ratione connexitatis, quia reputantur pro uno.l.sed si nepotes.ff.de col.bon. Et istam seq.communiter docto.

Et comprobant, quia unus consequitur ex persona alterius,quod non potest consequi ex persona sua. l. si communis.ff.quemad.ser.amit.l.Aristo.in fine. ff.quæ res pig.oblig.poss.& l.si is qui duos.ff.de liber.leg.Barba.in c.fin.de offic.deleg.Felin.in c.1.de præscript. & Iason. hic late adducens decem & septem decisiones in quibus una ex persona alterius consequitur quod ex persona sua consequi non potest, ut hic per eum satis utiliter.& Barbat.in consi.133.lib.2.& in c. significasti colum.9.cum seq.de foro compet.Mars.in l. de minore.§.tormenta.ff.de quæsti.colu.3.& in notab.180.Socinus consi.12.colum.4.uol.1.cum aliis cumul.hic per Cagno.nu.103.Sed Dec.Reprǽhendit,quia illa regula procedit in indiuiduis non separabilibus, ut dicitur in d.l.is qui duos.& c.sacris.de sepul.secus in separabilibus,ut in exemplo Specul.in tit.de cleri.coniug.col. pen.de immunitate clericorum quæ non conceditur fratribus habentibus bona communia, & tradit Socinus in d.consi.12.& Aretin. in consi. 25.& hæc etiam sequitur Cagn. Item illa regula procedit ut quis consequatur aliquid uel non amittat suum sine præiudicio consocii,sed hic consequeretur commodum in præiudicium illius a quo ipse adiuuatur,quod uidetur incōueniens.lege.quod fauore.sup. de legib. Non obstat ꝙ pro uno reputentur,quia uerum est quantum ad succedendum, ubi illa differentia remanet patronis nō mutat successionem prætoriam,sed non quantum ad collationem,ubi diuersificatur & impeditur propter emācipationem in persona illius cui confertur. Vnde Fulgosius ponebat quintam solutionem,quod ibi ille tex. non uult conferri emancipato nepoti,Sed sub complexu uerborum hoc dixit ibi Seuola, sed eam improbat Dec.quia est reprǽhēdere iurisconsultum quod nesciuerit loqui in tot locis dum de illis nepotibus quorum unus erat emancipatus dixit. Sextum uero addebat Dec. ꝙ ibi non dicitur nepoti conferendum, nec de hoc ibi dubitatur,sed dubitatur de modo quem tenetur seruare ille emancipatus quando sunt nepotes ex alio fratre, & ibi determinatur quod habetur pro uero, sicut si ueniret pater ipse,tanquam una fieret collatio, & uidetur intendere totus ille.§.dum loquitur postea de ꝓ nepotibus.Sed tamen est uiolatiua literæ,quia alias illa uerba in themate, quorum unus emancipatus & alius in potestate,essent sine ministerio,& maxime quia illa non sunt uerba partis interrogantis, ut possit dici quod ibi ita de facto euenerat, ut dicitur in l. 1. supr. quan.non pete. par. & l. qui se patris. sup. unde liber. sed est thema quod sibi format iurisconsultus ut casum dubium decidat.Vnde septimam ponit solutionem, ꝙ ibi ideo confert emancipato, cum non agatur de interesse, quia si non fuisset ille emancipatus tota portio confereretur nepoti in potestate,& hæc fuit Riminal. hic ante eum,Sed hanc etiam reprǽhendit Cagn. hic, quia ibi agitur de interesse illius nepotis in potestate, & illa determinatio ei præiudicat,Item ibi non potest negari quin deficiat ratio iniuriæ,quia illi nepoti non facit patruus iniuriam per successionem, Vnde Cagn. sequitur tertiam solut.glo.quod ibi nepos succedit ex iure conferendi transmisso ad nepotes, Sed postea nō tollit contrarium quod ibi erat nepos ex defuncto fratre,Item quæstio ibi non est nisi de existentibus emancipatis tempore mortis aui & ei succedentibus, Præterea ibi ille pater non agnouerat bono.possess. ergo nepotibus nullo modo poterat conferri.l.1.§.ibidem.ff. de collat.bono. Et lex si maritus continet ius nouum post illam legem.¦Vel ille tex. loquitur de collatione datorum quæ est ciuilis,& potest transmitti ex potentia suitatis,secus autem est in collatione prætoria quæ non potest transmitti ex potentia suitatis. d.l. 1. §. ibidem.ff.de col.bon. Vnde ego puto de necessitate tenēdam esse solutionem Barto. quod ibi confertur nepoti emancipato,quia non cōsideratur de per se,sed simul cum fratre faciunt unam personam patris quem repræsentant.§.cum filius. inst. de hæred. quæ abintest. per d.l.si nepotes.& ibidem efficiuntur unum indiuiduum inseparabile quātum ad patruum, ut una portio illi debeatur,Et sicut non potest unus esse pro parte emancipatus & pro parte nō,ita nec illud indiuiduum, & per consequens nullus uidetur emancipatus,Et si dicatur, hoc indiuiduum non debet fieri in præiudicium fratris in potestate, quia respondetur uerum esse, sed hic fateor quod non fit in præiudicium, cum ille nepos postea diuidendo cum fratre omnia sibi collata ratione connexitatis conferret postea fratri cui per successionem suam facit iniuriam, Et sic in effectu non fiet collatio nisi nepoti in potestate, Et illa decisio ibi posita fuit ut appareret quod ratione connexitatis & repræhesentationis fit ille circuitus,Et per hoc etiā tollitur quod emancipatio mutat naturam collationis,quia ibi emancipatio non potest considerari, cum non uideatur tacta de toto indiuiduo repræhensentatiuo cui confertur,& sic non potest considerari.

Ex ultima parte glo.colligitur,quod filii non tenentur conferre extraneis,sed quia glo. imperfecte loquitur,ideo doctores generaliis hic duo principalia examinant, Primo,inter quas personas habeat locum collatio, Secundo, quæ requirantur ad hoc ut quis possit cogi conferre, Et quia in utroque doctores sunt diminuti inculcando duas species collationis,ideo circa primam quæstionem inter quas personas habeat locū collatio, quatuor particulariter examinabo. s. an habeat locum collatio inter extraneos, Item an habet locum inter collaterales, Tertio an habeat locum inter ascendentes,Quarto inter quos filios habeat locum,& in unaquaque quæstione dicam quid iuris sit tam in collatione acquisitorum quam in collatione datorum.

20 Quæro igitur †primo, an inter extraneos habeat locum collatio, ut filius teneatur conferre extraneis, & extranei filiis,& inuicem inter eos, quando filii & extranei sunt instituti a patre in testamento, quia in successione abintestato non potest habere locum quæst. Et glo.hic dicit quod non per l.fina.sup. communia utriusque iud.ubi etiam glo.in uer.omnimodo & in §.illud.in auth.de triente & semisse. in uerbo omnino. in fine.& sequitur hic Barto.in fine.& in d.l.pater filium. Corne.Alexan.Dec.& communiter docto. & post eos consuluit Dec.in consi.150.in præsenti.col.fi. lib.1. & doctor. idem esse dicunt etiam inter ipsos extraneos, ut per Bar.in fin.Curt.tamen dicebat posse defendi, ꝙ inter extraneos habeat locum collatio, quia ratio scripta est in lege propter æqualitatem in §. illud. in auth.de triente & semisse. ergo potest fieri extensio etiā ad extraneos ex identitate rationis,etiam in correctoriis,ut per glo.in authen.ut ii qui ob l.per. res. min. §.2.uer.curationem.l.iis solis,in uer. satis tacite.inf.de reuoc.donat.Præterea uidetur inconueniens quod melioris

lioris conditionis sint extranei quam filii, contra. l. cũ suus. ff. de condit. & demon. & l. cum acutissimi inf. de fideicom. Et hæc conclusio tanto fortius uidetur procedere in extraneis respectu suorum ut teneantur conferre filiis.

Sed nullo modo recedendum est ab opinione communi, Nam aut quæritur utrum collatio bonorum inducta propter emancipationẽ ratione iniuriæ habeat locum inter extraneos, & absurdum est dubitare, quia illa collatio requirit emancipationem, & quod petens sit in potestate, ut in hoc tex. quorum nullum conuenit extraneis. l. quidam cum filium. ff. de uerbo. obligat. Item requirit contratabul. l. 1. §. ibidem. ff. eodem quæ non datur extraneis. l. illud. §. ad testamenta. ff. de contratabul. Tertio requiritur testamentum non habeat effectum, quod non cadit in extraneo, quia testamento rupto extraneus non potest succedere, Item non facit iniuriam, quia non auocat successionem a filiis. l. 2. ff. unde legit. & argumentum prædictum de ratione æqualitatis non posset conuenire ut dixi in præmissis. Similiter nec collatio datorum potest habere locũ inter extraneos, quia abintestato non possunt succedere, loquor de penitus extraneis, quia de transuersalibus & parentibus statim dicetur, Nec possunt habere contratabu. iuxta. l. filiæ dotem, supra eodem, Nec ex testamento potest habere locum, quia tex. in d. l. fin. expresse dicit quod filii non tenentur conferre extraneis, cũ dicatur quod suas donationes habeant præcipuas etiã quod sint reuersæ ad patrem & effectæ patrimonium patris, qui tex. non est correctus per. d. §. illud. in auth. de triente & semisse. nec in uerbis, ut clare cõstat, nec per extensionem, quia ratio æqualitatis super qua fundatur ille tex. non habet locum inter extraneos, cũ solum consideretur inter personas quibus debetur successio de iure ciuili & instinctu naturæ per rationem naturalem & uotum parẽtum, & sic plenissime debeatur, iuxta. l. cum ratio. de bon. dam. & l. cũ pater. §. euictis. ff. de legat. secundo. Et inuidia est inter fratres in successione paterna, non in alia successione, iuxta. l. cum oportet. inf. de bon. quæ liber. Et idem etiam & tanto fortius procedit inter eosdem extraneos, quia iura eos non cogunt conferre donata, nec ratio ęqualitatis militat inter eos. ut possit fieri extensio, quia cum successio æqualiter non debeatur, non debet fieri collatio, ut reducantur ad æqualitatem, Sed si filii sint instituti cum extraneis tunc ipsi inter se conferunt, quia extranei nõ prohibent filios uti iuribus suis, l. hac consultissima. §. ex imperfecto. inf. de testamentis. & l. 1. §. si ex dodrante. ff. de col. bon. Et ideo si erit locus contratabul. seruabitur dict. §. si quis ex dodrante. qui. §. procedit etiam in collatione facta ratione emancipationis, quia ponitur in titulo de collat. bonorum. Et si testamentum ualeret, tunc seruaretur. d. §. illud. in auth. de triente & semisse. in collatione datorum, quia alia collatio nõ pertinet ad illum. §. ut dixi in præmissis.

21 Secundo † quæro an collatio habeat locum inter trãsuersales quando unus transuersalis succedit alteri trãsuersali ut frater fratri, Et communiter concludũt docto. quod collatio non habet locum inter trãsuersales, per glo. in. l. 1. in fine. inf. de leg. hæredib. Et quia leges loquuntur de liberis, ergo non habent locum in transuersalibus. l. 3. §. liberis. ff. de leg. præstaud. Et in dict. §. illud. in auth. de æqualitate dot. enumerantur solum ascendentes, ergo non habet locum inter transuersales Et ideo si duo fratres succedũt alteri fratri uel patruo non tenentur inuicem conferre. Incontrarium tamen Deci. hic & Curt. arguunt. quia ratio æqualitatis scripta in dict. §. illud habet locum etiam inter transuersales, ergo potest fieri extensio etiam in correctoriis. l. iis solis. ibi, tacite tactum putamus. C. de reuoc. don. Et ad contraria respondetur quod dict. l. 1. inf. de legitim. hæred. nihil facit, quia ibi illi trãsuersales non habebãt dotem ab eo de cuius hæreditate agitur, quo casu etiã inter descendentes impeditur collatio, & satis dicitur esse cautum iure propter rationem expressam quæ tacitum dispositionem inducit. dict. l. iis solis. Non obstat quod. dic. §. illud loquatur solum de hæreditate relicta ab ascendentibus, quia secundum eos etiam compræhẽdit alios, cum exempla non restringant regulam. l. damni infecti quidam. ff. de dam. infect. Sed postea Curt. defendendo communem considerat, quod ratio iniuriæ non habet locum inter eos. Item etiã quod Dec. dicit collationem non fieri de non datis, contradicit toto titulo. ff. de collat. bon. Et sic patet quod doctores inculcant istas rationes & collationes.

Et ideo distinguendum est, aut quæritur an collatio emancipatorum prætoria habeat locum inter trãsuersales, & puerile est dubitare, cum inter transuersales non habeat locum emancipatio nec contratabul. nec ratio iniuriæ, quia fratres emancipati a prætore non uocabantur ad successionem fratrum. l. meminimus. §. cũ igitur. inf. de legit. hæred. Et quia si nõ habet locũ inter descendentes per lineam maternam. argu. l. illud. §. ad testamenta. ff. de contrat. tanto minus habebit locũ inter transuersales. Si uero quæritur an collatio datorum fundata in æqualitate habeat locum inter trãsuersales, & tunc sine dubio in uerbis alicuius legis non iubentur conferre, An autem per extensionem fieri possit, dependet ab hoc, an in transuersalibus militet ratio æqualitatis seruandæ, tamen quia leges non iubent ęqualitatem seruari nisi in successione ascendentium; quia illa plenissime debetur descendentibus omni iure, & ex uoto parentum. Aliæ autem successiones non ita plene debentur, & ideo æqualitas non consideratur, & per consequens non militat eadem ratio & extensio fieri non potest. Igitur concludendum est ut tenent communiter doctores, quod nulla collatio iubetur fieri inter succedentes transuersalibus.

22 Tertia † dubitatio est, an parentes succedentes in bonis ascendentium teneantur inuicem conferre, uel filii eis seu ipsi filiis, Et communis est conclusio quod non, quia nulla lex dicit, ergo nec nos dicere debemus, maxime in hac materia. l. illam. inf. eod. Secundo probat Bal. quia collatio habet locum inter eas personas quibus debetur legitima, inferens quod nepotes ex filio masculo instituti non tenentur conferre quia eis non debetur legitima, Tertiam rationem adducit hic, quia collatio iubetur inter eos qui possunt habere contratabulas, ut per glo. in l. ut liberis. circa medium. infr. eod. Contrariam tamen opin. tenuit Ang. hic quem sequitur Iason, & incontrarium adducit, quia ascẽdentibus debetur legitima. l. scripto. in fin. ff. unde liber. & l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testam. ergo etiam inter eos habet locum collato. Secundo facit, quia ratio æqualitatis de qua in d. l. ut liberis. & in §. illud. in authent. de trien. & semis. militat etiam in parentibus, ergo & dispositio. arg. l. iis solis. inf. de reuoc. don. Tertio facit, quia inter eos antiquitus non habebat locum, quia soli succedebant, sed cum hodie succedant simul, ut in authen. de hæred. abintestato uenientib. §. 1. ergo & inter eos debet habere locum collatio. Quarto facit ratio correlationis, quia parentes & liberi sunt correlatiui, ergo dispositum in uno hnbet locum etiam in alio, argum. not. in l. 1. inf. de indict. uid. toll. Quinto facit secundum Deci. hic, quia ascendentibus minus debetur successio. quam filiis. d. l. nam & si parentibus. sed descendentes grauantur onere collationis, ergo & ascendentes, arguendo a multo magis. arg. no. in auth. multo magis sup. de sacros. eccles. Et ad allegatã incontrarium respondent, quia illud de legitima retorquetur, cum parentibus etiam debeatur. Ad secundum respondent quod. l. illam non negat extensionem posse fieri in materia collationis, quia ibi hoc non fuit dictũ imperatoris, sed est dictum partis allegatum ibi, & tamen

men ibi determinatur quod fiat extensio. Ad tertium quod collatio fit inter eos tantum qui possunt habere contratabul. respondet Iason dicens esse falsum, quia contratabul. datur parentibus, & tamen non conferut. Item liberi in bonis maternis non habent contratab. & tamen habet locum collatio.l.ut liberis.inf.eo. Deci.uero hic studens soli contradictioni, primo respondet fundamentis Iaso.contra communem, postea ipse sequitur Iasonem & Angel.per d.rationem quam ipse dicit urgentissimam. Et tamen est puerilis & retorquetur incontrarium, Nam si liberis magis debetur successio quam parentibus, ut comprobat Socin. in l.cũ auus. ff.de condi.& demonstr.colu. 5. ergo magis æqualitas seruanda est inter eos, cum æqualis successio magis debeatur eis, ergo inæqualitas euitanda, & per consequẽs ratio æqualitatis seruandæ & inæqualitatis euitandæ non est ita fortis in ascendentibus sicut in descendentibus, ergo extensio fieri non potest, maxime in correctoriis.l. fi.sup.de sacr.eccles. & per hoc solum tollũtur omnia adducta contra communem. Item dum Iason negauit rationem Roma.de contratabu.demonstrauit ꝙ non erat resolutus in hac materia, quia illa ratio cõtratabulas est uerissima.l.1. & l. si filius.ff.de col. bon. & l. filiæ dotem. sup. eod.nec reperitur correctum in collatione bonor. quamuis reperiatur correctum in collatione datorum.

Et ideo distinguendum est ut in aliis præcedentibus quæstionibus. Nam aut quæritur de collatione prætoria inducta propter iniuriam factam filio in potestate, de qua in l.nostra. & illa sine dubio non habet locum inter parentes, quia illa requirit emancip. & patriã potestatẽ illius de cuius hæreditate agitur, ut in l. nostra quæ non cadit in parentibus, cum filiis eos non habeãt in potestate, Item non cadit ratio iniuriæ, cum non fiat iniuria aliqua per successionem prætoriam parentibus, immo augetur, & liberi præferuntur. l. pater filium.& l.filium.§.contra.ff.de inoffic.testam. Si uero quærimus de collatione datorum, & in hoc rationes prædictæ aliqualiter possunt accommodari, Tamen uera est opinio communis, quod non habeat locũ collatio, quia nulla lex hoc dicit, nec potest fieri extensio, quia ratio æqualitatis seruandæ uel inæqualitatis euitandæ non habet locum in parentibus, nec.ll.eam iusserunt, cum solum procedat in descendentibus quibus plenissime debetur successio.argu. d. l.cum ratio. ff.de bon.dam. Et licet debeatur etiam eis legitima, tamen non ita fortiter seu plene debetur sicut ascendentibus. d.l.nam & si parentibus.ff.de inoffic.testam. Nec obstat ratio correlationis, quia non procedit quando militat diuersa ratio, ut no.in d.l. fin. Et quod in materia collationis non possit fieri extensio, patet, quia fuit necesse facere.l.illud.infr.eod.& auth. ex testamento. in quibus casibus militabat ratio æqualitatis, & tamen non fiebat extensio, Similiter in donationibus simplicibus militat ratio æqualitatis, tamen hodie non conferuntur nisi in duobus casibus positis in d.l.illud. ut no. in l.si donatione. sup.eo.& infra dicemus.

23 Quare†fienda est regula generalis, ꝙ collatio nõ debet fieri inter solos descendentes succedentes in bonis ascendentium, quia leges non iubent alios conferre, nec ratio militãs in eis trahitur ad alias personas, Ideo solum est inuestigandum, an inter omnes descenden-
24 tes habeat locum. †Et ideo doctores subnectunt aliam quæstionem, quæ sint necessaria ad hoc ut habeat locũ collatio, in qua etiam imperfecte loquuntur inculcantes prædictas duas species collationum, & inducendo
25 infinitas repugnantias in dictis eorum. †Vnde primo est dubium, an collatio habeat locum inter succedentes in bonis maternis, & text. in l. ut liberis clarissime dicit quod sic, & idem replicatur in l.illam.& l.illud. inf.eod.& in §.illud.in auth. de triente & semisse. Sed incontrarium facit.l.1.§.1. & l. prætor. §. secundo.ff. de col.bon.ubi dicitur quod datur illis qui habent cõtratabul.& plus dicitur in d.l.1.§.ibidem.quod qui nõ accepit contratabulas non potest petere collationẽ, nam oportet quod petat, uel quod saltem petere possit.l.si filius.ff.de collat. bonor. & etiam replicatur in l.filiæ dotem.sup.eod.& per Bar. infra in colu.2. uer. item quærebatur. Sed contratabulas non competit in bonis maternis.l.illud. §. ad testam.ff.de contratabul. ergo in eis non habet locum. Secundo facit, quia collatio fit propter iniuriam, quia iure prætorio auuocabatur successio delata iure ciuili, & quia quidquid quærebat filius quærebat patri, ut per Barto. in col. 2. uer. secundo. Quæ rationes non militant in filiis succedentibus in bonis maternis, ergo non potest habere locũ collatio. Tertio facit, quia collatio fit existenti in potestate l.fin.ff.de col.bon.sed in linea materna non est patria potestas.§.fœminæ.inst.de adopt. ergo nec collatio, Ideo pro resolutione tantæ repugnantię legum, oportet distinguere inter species collationis, Et dicere, quod aut quæritur de collatione ratione emancipationis inducta, & tunc illa non habet locum inter liberos succedentes in bonis maternis, per rationes prædictas quæ urgentissimæ sunt, nam absurdum est dicere quod illa iura corrigantur, Aut uero quæritur an habeat locum collatio datorum, & tunc dicendum est quod sic, & ita procedit.d.l.ut liberis. & l.illam. & l.illud. inf. eod.

26 Secunda†est dubitatio, an habeat locum inter emancipa. inuicem, & inter emancipatos, & suos inuicem, & Bar.hic uidetur uariare, & omnes docto.& tex. in l. ut liberis.de directo contradicit. Sed breuiter dicendum est, ut infra dicam super glo.magna, quod aut collatio ratione emancipationis est inducta & illa non habet locum nisi in una combinatione liberorum, scilicet quando sui petunt conferri ab emancipatis, ut in tex. nostro.in secunda parte. sed quando emancipatus petit ab emancipato, uel a suo, uel suus a sua, & tunc non procedit, quia non militat ratio iniuriæ per istũ text. in princip. Collatio uero bonorum quæ inducta fuit ratione æqualitatis habet locum inter omnes liberos cuiuscunque conditionis & sexus, & in quacunque successione.l.ut liberis.inf.eod.excepta illa subtili differentia posita in l.filiæ dotem.sup.eod. quæ etiam hodie est sublata per l.fina.inf.eod. Et sic hæc collatio habet locum in omni combinatione liberorum, uel sint omnes emancipati, uel omnes sui, uel sui & emancipati, uel emancipati & sui, uel succedant in bonis maternis. Sed collatio de qua in l. nostra rarissime conceditur & non habet locum nisi inter liberos succedẽtes in bonis paternis uel lineæ paternæ & in una combinatione tantum, quando existens in potestate petit sibi conferri ab emancipato, Item quando nullum est testamentum ualidum, & succeditur eodem iure, secus si diuerso, ut infra dicetur.

27 Tertia†est dubitatio, an liberi uenientes per inferiora capita possent petere collationem fieri. Et Bal. hic col.2.uers.ex prædictis.concludit quod non, quia tunc ueniunt tanquam transuersales seu ex capite transuersalium, & inter transuersales non habet locum collatio, ut supra conclusum fuit. Fulgosius uero & latius Iason tenebant cõtrarium, quod ipsi possint petere collationem etiam quod ueniant ex inferioribus capitibus, per quatuor fundamenta. Primo per l. ut liberis. inf.eod.ibi, quocunque iure intestatæ successionis.ergo quocunque remedio legali succedunt abintestato habebit locum collatio inter liberos. Secundo adducunt, quia liberi etiam quod ueniant ex inferioribus capitibus tamen ueniunt, cum qualitate filiationis & habent annum. l. prima. §. penul. & fin. ff. de succes. edict.& l.penul.§.fina.ff.quis ordo in bono.posses.ser. Tertio adducit Iason text.in l.quod de bonis. §. huic. ff.de carb.edict.ubi carboniana quæ solum datur liberis

ris datur etiam eis succedentibus ex inferioribus capitibus, quia sui sunt, ergo patet quod succedunt cũ qualitate filiationis. Quarto adducit, quia liberi in bonis maternis habent unde legitimi. l. 2. §. fina. ff. unde legitimi. ergo inter succedentes per unde legitimi habet locum collatio. Sed opinionem Bal. sequitur hic Cagno. & confirmat, quia nulla lex dicit quod collatio fiat quãdo succedunt per inferiora capita, ergo non debemus extendere per l. illam. in fr. eod. deducendo ut supra. Item in collatione agitur de bonis propriis aufferrendis, quia ille qui confert priuatur iure sibi quæsito, ideo non ita faciliter fit extensio, sicut fit in successione simpliciter in qua tractatur de acquirendo bona aliena, & per ista dicit responderi ad omnia adducta in contrarium, Sed Decius qui similiter tenuit opinionẽ Bal. magis in specie respondet istis motiuis post Alexand. Nam ad tex. in d. l. ut liberis in illa uniuersali respondet quod uerbum quocunque iure, restringitur per sequentia uerba intestatæ successionis, & uerba illa intestatæ succes. restringuntur postea per sequentia uerba, quando nullum est factum testamentum, uel si factum, ruptum est per contratab. uel quærelam. Tamen præsupponit quod succedant ut liberi, non autẽ tanquam transuersales ex alio capite. Ad secundum de anno, respondet quod concessio anni est fauorabilis, Et non sic uidetur quod idem seruari debeat in collatione quæ est onus, & ideo debet restringi ad terminos in quibus loquitur lex. arg. l. illam inf. eod. Ad tertium similiter respondet quod quamuis sint sui, tamen non succedunt ut sui, & ueniunt tanquam transuersales, seu ex capite transuersalium, & amittunt qualitatẽ filiationis, quia sunt uere agnati succedentes ex capite agnatorum, Et quamuis. d. l. secunda in princ. ff. unde legit. dicat quod ueniunt quasi agnati, tamen illud quasi, est expressiuum ueritatis, sicut idem seruatur dum dicitur ibi quasi liberi, Ad quartum respondent ꝙ licet liberi in successione materna habeant unde legitimi, tamen succedunt per eam cum qualitate filiationis, & tãquam filii succedunt, sed si uenirent per unde cognati, non tenerentur conferre, sicut nec quando ueniũt per alia inferiora capita, quia tunc non uenit cum qualitate filiationis quam amisit discedendo a bonorum poss. unde liberi. & ita residet.

Sed ego puto omnino tenẽdam esse opinionem Fulgosii & Iasonis, quod ex quocunque capite succedant habeat locum collatio, Et primo aduertatur, quia oportet formare quæstionem, quod ille cui conferri debet ueniat per inferiora capita, quia si esset ille qui tenetur conferre omittendo unde liberi liberaretur faciliter, & se ab hoc onere liberaret, quod esset absurdum, Tamen dico quod etiam ille cui debet conferri non priuatur hoc iure si ueniat per inferiora capita, Et hæc cõclusio facilis est quando tractatur de collatione datorum quæ fundatur in sola ratione æqualitatis seruandæ naturaliter inter liberos, quæ æqualitas seruari debet quocunque capite ueniant, quia lex non contradicit. Item probatur aperte in dict. l. ut liberis. ibi. quocunque iure intestatæ successionis, nam licet milies restringantur ad illos duos casus, quia nullum factum est testamentum, uel factum ruptum est per quærellam uel contratab. Tamen uult quod in illis duobus casibus quocunque iure succedatur fiat collatio, & sic ex quocunque capite ueniat in successione abintestato in illis duobus casibus, Et discutiendo omnes illas leges nouas apparet quod hæc potestas conferendi concessa fuit personis & filiationi, non autem capiti, uel successioni, Nec ualet quod sit onus filiorum, quia immo est fauor, cum ista facultas petendi collationem sit concessa in fauorem filiorum propter æqualitatem seruandam, per ea quæ statim dicam.

Si uero sumus in collatione ratione emãcipationis, Et similiter puto eam habere locum inter succedentes per inferiora capita, quia tunc filii succedunt cum qualitate filiationis, ut late probaui in l. 1. sup. qui admitti. & in l. 1. supra quando non petent. partes. & ideo etiã retinebit qualitatem collationis, Et concludenter ꝓbatur in d. l. quod de bonis. §. huic. ubi illa carboniana quæ est qualitas solius filiationis non denegatur illis qui succedunt per inferiora capita, quia semper sui sunt ergo etiam non denegabitur qualitas collationis. Præterea sicut collatio datur illis qui repudiauerunt contratabulas propter hoc solum quod potuerũt eam acceptare. l. si filius. ff. de colla. bono. & l. 1. §. 1. ff. de collat. dot. Ita etiam dabitur illis qui possunt habere unde liberi, licet eam non petierint. Nec obstat ꝙ ueniant tanquam agnati, quia negatur quod ueniant tanquam agnati, cum immo ueniant tãquam filii, licet per caput quod datur agnatis, Nam repudiando unde liberi non priuantur qualitatibus seu iuribus filiationis, & in hoc stat ueritas istius conclusionis, Et hãc opinionem confirmat Curtius hic nu. 19. quia quando cõcurrit qualitas naturalis & accidentalis præualet naturalis. l. qui habet. ff. de tutellis.

28 Quarta est dubitatio, an liberi ulterioris gradus quorum parentes præcedunt teneantur ad collationem, ut si instituantur nepotes quorum patres uiuunt, Et Bal. hic determinat quod non habet locum collatio, quia non debetur legitima, ergo non habet locum collatio, sed affirmatiue non tenet ut patet in ascendentibus. Fulgo. uero hic dicebat quod immo etiam inter tales liberos debet habere locum collatio, quia pater instituendo mouetur affectione filiali, & eos ut liberos non ut extraneos instituit. argum. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquir. hæred. Secundo adducebat hic Iason, quia inter liberos in successione materna præcedente patre habet locum collatio. l. illam. inf. eo. Tertio facit, quia ll. generaliter dicunt quod inter liberos habet locum collatio, ergo generaliter debent intelligi. l. 1. §. quod autem. ff. de aleat. Et maxime hodie hoc debet procedere, quia collatio habet locum etiam ex testamento, & uidetur inducere onus collationis etiam quando non debetur legitima. Quarto adducit, quod olim collatio fiebat propter iniuriam, quia auocabat successionẽ debitam iure ciuili. l. 1. ff. de col. bon. sed hodie cessat, qa amplius non fit iniuria per §. nullã. in auth. de hæred. quæ abintestato. sed inducta fuit ratio noua æqualitatis seruandæ quæ militat inter omnes liberos, ergo ẽt inter eos debet generaliter habere locũ collatio. Dec. uero hic defendit primam opinionem, dicens quod leges iubent collationem fieri inter illos qui possunt succedere abintestato, & quibus competit contratabul. l. 1. ff. eod. & l. filiæ dotem supra eodem. & sic non simpliciter uocant filios uel liberos, sed illos tantum qui possunt succedere abintestato, Et ad illud quod militat ratio æqualitatis, respondet quod illa non sufficit sicut non sufficit inter transuersales & ascendentes ut supra conclusum fuit. Sed non aduertit Dec. quod ratio sua de contratabu. non est generalis, quia in successione materna non habet locum contratabulas, & tamen habet locum collatio. d. l. ut liberis. Item cum ratio æqualitatis sit scripta, uidetur corrigere in omnibus casibus. argumen. l. iis solis. infr. de reuoc. donat.

Et ideo ego puto distinguendum ut supra, aut loquimur de collatione prætoria, & absque dubio non competit nepotibus quorum pater præcedit, quia illi non habent contratabulas, & filius emancipatus non facit eis iniuriam, sed solum patri suo cui a lege ciuili debetur successio, Et sic cum non conueniant uerba legis nec etiam dispositio. l. quod constitutum. ff. de testamento militari. & l. quarta. §. totiens. ff. de dam. infect. & sequitur hic Cur. nu. 31. Si uero loquimur de collatione datorum, & tũc similiter quidquid dicat

dicat Iason, uera est conclusio Bal. quod non habet locum collatio, quia non concurrit ratio æqualitatis seruandæ, cum ut supra dictum fuit, illa habeat locum solum inter eos quibus plenissime debetur successio, sed istis liberis neque plene neque semiplene debetur successio, cum possint præteriri. l. si quis posthumos. §. 1. ff. de liber. & posthu. ergo etiã non habebit locũ collatio, & sic fundamentũ Iasonis retorquetur. Nec obstat lex illam. quia ibi collatio fit inter nepotes quorũ patres perierunt, & obtinebant primum locum. Non obstat quod ratio antiqua de contratabul. fuit correcta p §. nullam. quia dicendum est ut dicam super secunda quæstione Barto.

Limitatur tamen non procedere quando parentes mortui fuissent, non adita hæreditate, quia tunc nepotibus iure transmissionis deberet fieri collatio, iuxta l. si maritus. infr. eod. & l. 1. §. ibidem. ff. de collat. bonor. qui tamen. §. uidetur esse correctus per l. 1. inf. de iis q ante aper. tab. & l. cum antiquioribus. inf. de iure deliber. ut dixi in l. emancipata. sup. qui admit.

29 Et prædicta † inferebant doctores ad quæstionẽ de statuto excludente fœminas a successione extantibus masculis, an illa tenebitur conferre dotem si fuit instituta. iuxta. §. illud. in auth. de triente & semis. & ei conferri debeat. & Bal. in l. maximum uitium. inf. de liber. præter. col. fi. & Alexand. hic tenent quod non habeat locum collatio, quia ei non debetur legitima Iaso. uero incontrarium adducit, quia talis filia exclusa a statuto quando est instituta dicitur esse sua, ut per Alexan. in consil. 131. transmissum. libro quarto qui limitat dictum Bar. in d. l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legitim. q filia desinat esse sua. Item talia statuta quando uolunt filias dotari faciunt dotes succedere loco legitimæ, & dicitur sua, Barto. in d. l. Titio euentum. §. Titio genero. ff. de condit. & demon. ergo cum sit sua non habetur pro extranea, ergo debet habere locum collatio. Sed alia opinio mihi magis placet in utraque collatione, tum quia illi non competit contratabu. nec fit iniuria. cum successio non debeatur, tum etiam quia ratio æqualitatis non potest habere locum quãdo successio abintestato non debetur. Nam istis filiabus minus debetur quam trãsuersalibus & parentibus qui saltem uocãtur abintestato, sed istæ abintestato non uocãtur neque rumpunt testamentum, ergo minus militat ratio æqualitatis, ergo non habet locum collatio arg. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. & c. cum cessante. de appella. Nec obstat quod sit sua, quia per hoc nõ sequitur quod succedat abintestato, nec quod æqualitas sit seruanda, cum statutum aperte inæqualitatem inducat, & non sufficit quod non sit extranea, sed oportet quod ei debeatur successio æqualiter cum fratribus ut possit militare ratio æqualitatis seruandæ. Et hanc conclusionem scribas literis aureis quia communiter doctores eam tenent hic excepto Iasone. Ex qua habes maximam restrictionem ad materiam collationis cum per totam Italiam statuta excludant fœminas a successione extantibus masculis, nam si illæ fœminæ instituantur non tenentur conferre dotem fratribus, nec fratres eis, cum materia collationis procedat attento iure communi, & ita residet in effectu hic Curt. nume. 32.

30 Quinta † est dubitatio, quo titulo debeant uocari ad hoc ut habeat locum collatio, & communiter doctores hic concludunt quod debent uenire per titulũ uniuersalem, secus si ueniant titulo particulari, ut hic per Bal. per tex. in l. ex causa, sup. famil. hercisc. & l. a patre. & l. filium a fratribus. inf. eod. de quorum intellectu infra dicetur.

31 Sexta † est dubitatio, quã examinat glo. in uerbo testamentum, an facto testamento habeat locum collatio. Tex. hic uidetur innuere q non, dum dicit, nec ullũ testamentum relictum, uel nouissimum iudicium, ergo facto testamento non habet locum collatio, Et idẽ uidetur innuere tex. in l. 1. sup. eod qui dicit, facto testamento non habere locum collationem. Ad idem ẽt est tex. in l. 1. §. 1. & l. si filius. & per totum. ff. eo. ubi solum fit collatio quando habet locum contratab. ergo præsupponit factum testamentum, quia contratabulas non potest nasci nisi ex testamento ualido. l. quod uulgo. ff. de contratabu. & §. sunt autem. inst. de bono. posses.

Glo. hic soluit considerando tres casus, aut factũ est testamentum ualidum, & tunc non habet locum collatio. l. 1. supra eod. & l. 1. §. totiens. ff. eod. aut factum est testamentum quod ruptum est per contratabulas, & tunc similiter habet locum contratabul. l. 1. ff. eo. & l. filiæ dotem. sup. eod. Aut nullum est factum testamentum, & tunc similiter procedit collatio, per istum tex. Et notab. dicit gloss. istum text. quia uult abintestato habere locum collationem, cum leges antiquæ solum loquebantur facto testamento quod posset rumpi per contratabul.

Prima conclusio glo. de testamento ualido ab omnibus approbatur, sed tamen eam limitant non procedere de iure auth. per §. illud. in auth. de triente & semis. relatum in authen. ex testamento. sup. eo. & ideo Irnerius eam posuit post. d. l. 1. quasi eam corrigeret. Sed ego puto hanc limitationem non esse bonam in terminis legis nostræ, idest in collatione bonorum, quia d. auth. loquitur solum de collatione datorum, ut patet in litera, unde non corrigit collationem bonorũ fundatam in ratione iniuriæ. arg. l. præcipimus. inf. de appel. & l. fi. sup. de sacros. eccles. Solum ergo. d. auth. corrigit in collatione datorum. & lex ista & l. 1. supr. eo. remanet incorrecta. Et d. auth. male ibi fuit posita, sed debuit poni post. l. illud. inf. eo.

Secunda conclusio, q facto testamento & rupto per contratab. similiter est uera, & communiter tenetur, sed declaratur procedere etiam q non sit petita contratabul. dummodo eam potuerit petere. l. si filius. ff. eodẽ oportet tamen q unus petat. s. præteritus, quia si præteritus non peteret, ualeret testamentum, nec cõferret quia non succederet. l. fi. de collat. dot. & l. nonnunquã ff. de contratab. sed si rumpatur testamentum per quærellam, tunc non habet locum hæc collatio, sed solum collatio datorum. l. ut liberis. infr. eo. coniuncta. l. & ipsa. ff. de col. dot. de quo dicam inf. cum Bar.

Tertia est conclusio, q si nullum factum est testamẽtum, & succedatur abintestato, habet locum collatio hoc iure, & hoc etiam sequuntur omnes. Sed dum uidetur præsupponere q secus sit de iure antiquo, reprobatur ab omnibus, quia idem etiam erat de iure antiquo. allegatur l. 1. §. 1. de collat. dot. quę probat contrariũ, quia illud ibi inductum fuit a cõstitutione diui Pii, sed hoc probatur ex isto tex. ibi, forma perpetui edicti, & l. filiæ. sup. eo. quæ loquitur de iure antiquo. Et ex præ dictis patet q ille tex. non comprætendit totam materiã collationis, cum non enumeret casum quo factum est testamentum & ruptum per contrata. sed hoc ideo fit ut dixi in notab. quia de facto super quo interrogatus fuerat non erat factum testamentum.

32 Septima † est dubitatio, quid qñ facti sunt codicilli, hãc quæstionẽ explicat gl. in uerbo nouissimũ iudiciũ. & determinat q filius nõ obstãtibus codicillis tenetur cõferre dotẽ & alia data quæ non habuit in codicillis, quia succedit abintestato. l. filiã cũ fratribus. infr. eo. & l. ex causa. sup. famil. hercis. & l. sequenti. Sed incontrarium facit iste tex. dicit nouissimum iudicium, ad differentiam testamenti. Glo. exponit nouissimum iudicium, idest testamentum nuncupatiuum. Quæ expositio est uiolatiua tex. quia illud est proprie testamentũ, & continetur in primo dicto, & uidebatur inconueniens quod in tam breui lege ponatur. Ideo exponit q sit nouissimum iudicium inhibens collationem, quia

&

& codicillis potest inhiberi collatio mandando q; non fiat, Quæ expositio licet sit uera, tamen est etiam uiolatiua literæ & diuinatiua. Cur. uero tenet q; illa uerba nouissimum iudicium, denotant codicillos in quibus disposuit de tota hæredit. nam tunc cessat collatio etiã iure antiquo. l. ex parte. §. 1. & ibi not. Barto. ff. famil. hercis. & hoc ante eum fuit de mente Deci. hic, & est bona expositio. potest etiam poni exemplum. in l. fi. su pra famil. hercis. ubi quælibet dispositio patris seruanda est inter liberos. Item & quartum potest poni exemplum si grauasset unum ex filiis dare portionem suam totam fratri, nam tunc cessaret collatio tãquam ex uoluntate patris omnia habeant, Et omnia ista exempla bona sunt, Et sic remanet q; codicilli nõ impediunt collationem nisi in eis iubeatur, uel nisi disponant de omnibus bonis diuidendo uel per fideicommissum uniuersale rel nquendo, Quæ cõclusio procedit etiam hodie in collatione bonorum de qua in hac lege, sed in colla-
c tione datorum, sicut testamentum non impedit collationem, eodem modo nec codicilli impediunt, sed oportet semper quod expresse iubeatur, & ita debent restringi & limitari quæ dixit Barto. in l. pater filium. §. fin. infr. eod.

33 Octaua† est dubitatio, an inter succedentes diuerso iure habeat locum collatio. text. in l. pater filium, cum l. sequenti. ff. de collat. dot. dicit q; non. idem probatur in l. filium. §. uideamus. ff. de contratabu. in quibus iuribus dicitur q; quando exhæredatus succedit abintestato in parte non tenetur conferre neque illi qui petit contratabulas. §. uideamus. neque illis qui succedũt ex testamento. d. l. pater filium. Incontrarium tamen est tex. in l. si filius. ff. eod. & in l. 1. §. 1. ff. de collat. dot. & l. ut liberis. infr. eod. Bar. infr. in secunda quæstione, & in d. l. pater filium dicit quod prima iura procedunt de iure antiquo d. l. si filium. & d. l. 1. loquuntur de æquitate Sceuolæ, & sic Sceuola uidetur correxisse ius antiquum, Et rationem adducit quare collatio nõ habebat locũ inter succedentes diuerso iure, quia unusquisque uocabatur insolidum & facit sibi iniuriã, ideo compensatur. arg. l. si ambo. ff. de compensa. Secundã rationem etiam posuit in d. l. pater filium quia bona ad unum cumulum reducuntur & non debent censeri diuerso iure. arg. l. eum qui edes. ff. de usuc. Sed prima ratio non est generalis, quia in l. pater filium hæres institutus habet partem non totum, & illa quæ rupit per quærellam non habet solidum, nec uocatur ad solidũ, sed ad partem, Item secunda ratio, q; non debet censeri diuerso iure confunditur per d. l. si filius, ff. eod. Item in tex. nostro potest emancipatus succedere solo iure prætorio, & filius in potestate iure ciuili, & tamen habet locum collatio. Ideo moderni quidam hic, Decius Curt. hic & Cagno. tenent quod inter succedentes diuerso iure habeat locum collatio per istum tex. & d. l. si filius ubi succeditur iure prætorio & ciuili. Nec obstat iura allegata pro communi opinione, quia illa non dicunt quod prohibeatur collatio propter hanc diuersitatem iuris, sed propter iniuriam, nã in d. §. uideamus. aperte dicitur quod impeditur collatio, quia filio in potestate non facit iniuriam, cum nihil auferat ab eo, quia facit ut assumeret nomẽ sui hæredis, cum esset exclusus, & ideo postea adducitur simile de eo qui erat institutus in minori portione, cui propter contratabulas accreuit, nam tunc non habet locum collatio, quia non fit iniuria. & sic patet quod sola ratio iniuriæ non diuersitas iuris succedendi impedit, ut dicitur in d. l. si filius. Et ista ratio etiam uidetur militare in d. l. nec ipsa. ubi rumpens testamentum per quærellam non potest petere collationem, quia non habet iniuriam, cum esset exclusus, & quamuis text. ibi uideatur assignare rationem, quia diuerso iure succedunt, tamen illa non est ratio per se sola sufficiens, sed ex ea sequitur quod non fit iniuria, quia succedendo diuerso iure non proprie propter successionem prætoriam fit iniuria. Nec obstat si a contrario diceretur quod in l. si filius dispensatur ut habeat locum quando succeditur diuerso iure, ergo regula est incontrarium, quia respõdetur quod ille tex. dispensat quando est iniuria ex mẽte prætoris, & demonstret illam non esse rationem finalem sed uenire in consequentiam, cum iniuria non poterat euenire quando succedebatur diuerso iure, sed tamen ibi dicitur quod si iniuria potest esse etiam quãdo succeditur diuerso iure tunc habebit locum collatio ut hic latius per Dec. & Cur. Nec obstat. l. 1. §. ibidẽ. ff. eod. ubi non admissa bonorum posses. impeditur collatio, quia non est ibi ex eo quod succedatur diuerso iure, sed quia non habet locum contratabulas, nec habere potest, quia non fuit facta transmissio, & fuit mutata persona, Non obstat. l. sed cum patrono. quia ibi non militabat ratio iniuriæ, ideo attenditur, hic uero militabat etiam ratio iniuriæ, ideo non attenditur illa diuersitas, Et confirmat postea Cagno. hanc opinionem, quia eadem ratio iniuriæ militat quando iure diuerso succeditur, ergo eadem debet esse dispositio, Itẽ prætor solum considerauit iniuriam, non diuersitatem succedendi, in l. 1. §. totiens. ff. eod. Sed ista non resoluunt dicta iura quæ expresse uolunt non fieri collationem quando succeditur diuerso iure. & d. l. pater filiũ cum l. sequen. expresse dicit & Decius fatetur in illa lege ex illa causa prohiberi collationem, Ideo ego puto q; illa qualitas fuisset considerata, sed non principaliter, sed in consequentiam, quia ita de facto eueniebat. Nam principaliter hæc duo fuerunt necessaria de iure digestorum. s. q; petens collationem fieri peteret etiam contratabulas uel possit petere, & q; faceret iniuriam emancipatus filio in potestate & unum non sufficiebat sine alio, ut probatur in d. l. 1. §. 1. & §. totiens. & l. si filius ff. eod. Et idem clare repetitur in d. l. filium. §. uideamus. ff. de contratab. ubi primo allegat ad probandum quod non debeat fieri collatio, quia ille exhæredatus non potest habere contratabul. Vnde ex capite testati emancipatus ei non tenetur conferre, neque ex capite intestati, quia emancipatus non accepit successionem ab illa parte ex qua ille exhæredatus abintestato succedit, & sic uult q; facto testamento petens collationem oportet q; possit habere contratabulas, & postea etiam allegat aliam rationem, quia non facit iniuriam exhæredato, sed potius fauorem, quia causauit q; posset habere nomẽ sui hæredis, & sic probat ille text. q; sit necessarium ut ille cui debetur collatio petat cõtratabulas uel possit petere, & quod fiat ei iniuria per contrat. ergo in consequentiam q; succedatur eo. iure. s. per contrat. & secus sit si succedatur diuerso iure. Secundo hoc probatur in d. l. si filius. ubi oportet quod possit peti secundum tabul. & hæc fuit interpretatio Scæuolæ ex mente prætoris, nõ ius nouum ut dicebat Bart. Tertio etiam probatur in d. l. 1. §. 1. ubi siquis restituitur ad bono. posses. etiam restituitur ad ius collationis, ergo amittendo bono. poss. amittit ius collationis. Idem probatur in d. l. prima. §. ibidem. eodem titulo. Idem etiam probatur in l. paterfilium. ff. de col. dot. ubi illa exhæredata quæ rupit testamentum non tenetur conferre nec ei confertur, quia non habet contratabulas neque habere potest, ergo si non possit succedi per contratab. facto testamento non habet locũ collatio, & per consequens si succeditur diuerso iure, idest alio iure quam per contratabulas, non habet locum collatio.

Ideo resoluendo dicendũ est, q; principaliter ꝑpter illud q; succedatur diuerso iure prætor non impediuit collationem, & sic ex hoc solo q; succeditur diuerso iure non impeditur collatio, sed quia facto testamẽto ꝑpter iniuriã datã per contratab. iubetur collatio, necesse est q; ille cui confertur possit eã petere, Sed quia quãdo non potest eã petere succeditur diuerso iure, iõ

leges dicunt non habere locum collationem quando succeditur diuerso iure, quia de facto ita euenit quod quando instituto non datur contratabulas quod tunc succeditur diuerso iure, Sed quando nullum est factum testamentum non fit illa consideratio succesionis diuersi iuris, quia non est locus contratab. in nulla parte. Et si quæratur quare est necessarium quod petatur cōtratab. uel possit peti, responsio patet, quia per illā fit iniuria filio in potestate, ideo illa debet peti ut rumpatur testamentū ab emancipato, Et institutus filius posset eam petere ut uideatur cognitus a prætore. d. l. si filius. Igitur ut dicebant isti, principalis causa inducendi collationem fuit iniuria quæ fiebat per emancipatum filio in potestate, Sed quia facto testamento nō potest fieri iniuria nisi competat contratabul. ideo dicitur quod fuit inuenta collatio propter contratabulas, & quod oportet ꝙ cui debet conferri ipse possit petere contratabul. Et quia non potest euenire quod filio in potestate nō detur contratabu. nisi quando est exhęredatus, & non potest uenire ad successionem nisi diuerso iure, merito dicitur ꝙ collatio non fit inter succedentes diuerso iure, cum de facto ita eueniat. Quare remanet quod utraque opinio est uera, & in effectū nō discordant doctores in hoc articulo.

34 Et communis† conclusio etiam hodie remanebit uera quod filius exhæredatus nō poterit petere collationem, cum quia ei non potest competere bonorum possessio contratabulas, tum quia ei non fit iniuria per emancipatum petendo contratabul. Et si rumpatur testamentum per quærellam ut in casu l. pater filium. ff. de colla. dotis. etiam hodie non poterit cogi ad collationem emancipatus fiendam de propriis bonis, Sed in collatione datorum non fit tanta differentia, cum indistincte inter fratres habeat locum. d. l. ut liberis. inf. eodem. cum sit fundata in ratione æqualitatis quæ semper militat quocunque iure succedatur. Et propter. d. l. pater filium posita fuerunt illa uerba testamēto rupto per contrat. uel quærellam. Nec obstat consideratio Cagno. hic nu. 144. 145. qui dicebat in d. l. ut liberis nō contineri casum mixtum positum. in d. l. pater filium. arg. nota. in l. 2. ff. de uerb. oblig. quia respōdetur quod immo continetur, cum rupto testamento pro parte uerum sit quod succedatur abintestato, Vel potest dici quod in d. l. ut liberis determinatur quod in totum rūpitur testamentum, & in d. auth. ex testamento determinatur quod in totum ualet testamentum, & quia militat eadem ratio in casu mixto fiet extēsio, per tex. in l. Gallus. §. quod si eius. ff. de liber. & posth. Et in hac opinione residet postea Cagno. quia rupto testamento pro parte uere testator in totum dicitur intestatus, quia ualuit testamentum in totum a principio, ut per doct. in d. l. circa. & per Decium in l. ius nostrum. ff. de regu. iur. Noua est dubitatio, an emancipatio faciat uariari collationem, Et quia hoc dependet a declaratione gl. & dictorum Bar. ideo prosequor ea.

Gloss. fin. diuiditur in tres partes, in prima limitat istum text. in secunda declarat materiam collationis de iure antiquo. in 3. declarat de iure nouo 2. est ibi, & nota. 3. est ibi, hodie idem. Sed quia hæc glo. summat totam materiam collationis, Ideo Bar. & ipse per septē

35 quæstiones expediuit totā materiam collationis. † Et primo quærit quid sit collatio, & respondet quod est rei proprie in communi latio, uel bonorum suorū communicatio, Et dicitur rei propriæ, quia in l. 1. in principio. & l. 3. §. quotiens & §. sequenti dicitur quod confert bona sua & bona propria, quia bona communia diuiduntur, non conferuntur. l. filiæ. inf. eod. Sed quia est nimis generalis, & conueniens omnibus speciebus collationis, & agitur solum de una specie quæ fit ad finem diuidendi hæreditatem, ideo addebat Salicet. hæc uerba, gratia diuidendi pro portione hæreditaria, Quam diffinitionē sequuntur communiter doct. saluando a certis obiectionibus ut dixi in rubri. & hic per Dec. Tamen quia hæc collatio nostra est multum restricta, & non potest fieri nisi inter liberos succedentes in bonis ascendentiū ut sup. dictū fuit, Et hæc diffinitio compræhendit omnē contributionē quæ fit inter omnes hæredes, Item collatio nō semper fit cōmunicādo, immo plerunque soluendo unicuique portionem suā, ut l. prætor. §. quotiens. & l. 1. §. sed & si totum. ff. eod. l. 1. §. penul. ff. de coniung. cum emanc. lib. eius. in quibus iuribus unicuique portio separata datur, & sic non semper fit communicatio. Item non semper fit ad diuidendum, Sed post diuisionem. l. si soror. sup. eod. Ideo ita diffiniri potest. Collatio est rei uel alterius iuris sui actualis uel per cautionem contributio ad iuridice diuidendam ascendentium hæreditatem fienda.

36 Secundo† quærit Bart. quo iure sit inducta collatio, & longo apparatu refert septem iura, Primū est ius edicti prætoris quo prætor uoluit collationem fieri tam abintestato quam ex testamento rupto per contratabulas, cum ista qualitate quod succedatur eodem iure, nō diuerso, Et rationem inducendi hoc onus collationis dicit fuisse iniuriam quam emācipatus facit filio in potstate succedendo ex edictis prætoris, quæ iniuria fit in duobus. s. in auocando propter edictum prætoris successionem debitam filio in potestate a lege ciuili, Et quia ipse participat de lucris filii in potestate incorporatis cum hæred. patris, cum ipse sua lucra separata a patre retinuerit propter emancipationem quæ dedit ei potestatem quærendorum bonorum. l. 1. ff. si quis a par. fuer. man. ut hic per eum, & sequuntur communiter doctor. Sed Decius in contrarium adducit, quia attenta hac ratione ꝙ participat emancipatus de quæsitis par filium in potestate propter uim patriæ potestatis in hæreditate patris existentibus, sequeretur quod si illi fuissent infantes uel furiosi ut nihil acquirere potuissent, nō haberet locū collatio tanquā cessante iniuria, sicut non habet locū quando non auocat successionē ex aliqua cā, quia cessat iniuria. d. l. filiū. §. uideamus. in fine. ff. de contratab. Sed saluat ipse, ꝙ non consideratur hoc, quia a casu & accidentaliter uenit, cum etiā possit euenire ꝙ emancipatus nihil uel parum posset lucrari, & multum filius in potestate. arg. l. de fideicōmisso. sup. de transac. & l. si pater puellæ. sup. de inoffic. testam. Quæ saluatio non tollit difficultatem, quia ēt casū euenit quod emancipatus non auocat successionem a filio in potestate quando fuit exhæredatus uel institutus a patre in parua quantitate, & tamen cōfert ea quæ accidentaliter acquirit, & si nihil acquirit nihil cōfert, Unde secundo saluat, quia ēt ꝙ nihil acquirat filius in potestate, tamen semper fit iniuria, quia si non fuisset emancipatus, illa lucra quæsita fuissent patri, & participaret filius in potestate, Quæ saluatio similiter non cōcludit, cum si fuisset in potestate pater potuisset ei sua lucra præcipua relinquere. Unde dicendum est ꝙ hæc secūda ratio nō fuit fundata in eo ꝙ actualiter euenit, sed omnibus, cū licet sint inhabiles in lucrando per industriā data fuit de facto postea euenit, Et possibilitas æqualis est solum in eo quod euenire potuisset, & sic fuit fundata super euentu possibili, nō actuali, & in hoc differt a prima quæ fundata fuit super euentu actuali tamen omnes sunt habiles in lucrando per donationes legata & hæreditates, & possibilitas sufficit ad ualidandum actum. l. si pater puellæ. sup. de inoffic. test. & d. l. de fideicommisso.

37 Sed succedit† dubitatio ꝙ nō tangūt hic doctores explicite, an hæc lex & materia collationis prætoriæ sit correcta, Et uidetur primo dicendū ꝙ sic, quia hodie ꝑ ius auth. filii emācipati æqualiter de iure ciuili uocātur ad successionem, ut in auth. de hær. quæ abintest. §. 1. & sic cessat ratio iniuriæ, cum amplius non debeatur tota successio de iure ciuili filio in potestate, sed solum uirilis, & per consequens filius in potestate non recipit

pit iniuriam,nec ei auuocatur successio,unde ex extensione passiua debet cessare collatio, sicut cessabat in l.1.§.totiens.ff.eod.& l.filium.§.uideamus.ff.de contra. cessante ratione iniuriæ, Et correcta ratione legis est etiam correcta ipsa lex,ut no.in l.1.ff.de leg.tut. Similiter secunda ratio etiam hodie uidetur cessare,cum aduentitia non quærantur amplius patri per filium in potestate,l.cum oportet.inf.de bo.quæ liber. & l.1.infr. de bon.mater.Et etiam sunt capaces profectitiorum, ut in omnibus datis ob causam. l. illam. & l.illud. & l. ut liberis.inf. eod. ac etiam donationum simplicium. d.l.illud.§.fina.& propter iuramentum,ut not.in l.donationis supr.de don.inter uir.& uxor. & in l.frater a fratre. ff. de condic. indeb.cum simil.Et istam partem uidetur tenere Vgolinus relatus hic per gl.in fine. per §.nullam in auth.de hæred. abintest. uenien. & uidetur probari in l.ut liberis.inf.eo.ibi, siue sui iuris, siue in potestate.Glo.tamen hic & Barto.in fine uidetur tenere contrarium,& similiter doctores qui pertranseũt cum ea dum respondent ad. §.nullam.& dicit quod est differentia emancipat.& patriæ potestatis, Et hanc opinionem ego puto ueram, quia non apparet ꝙ hæc lex sit correcta,ergo non prohibetur stare. l. præcipimus.in fine.inf.de appell.& l.fi.sup.de sacr.eccles. Et esset ualde durum dicere quod totus titulus de collatione bonorum qui loquitur de lucris quæsitis per emancipatum esset correctus,nec doctores ausi fuerunt hoc dicere, Nec obstat quod hodie emancipatus non auuocat successionem, cum omnes æqualiter de iure ciuili uocentur ad successionem per ius auth. quia hoc uerum est in successione abintestato,secus autem est in successione ex testamento, quia adhuc hodie competere potest contratabulas, ut not. per doctores in auth. ex causa.inf.de liber.præter.Ita quod etiam hodie si filius sit institutus insolidum,& præteritus emancipatus causa inserta, per contratabulas potest auocare successionem a fratre secundum communem opinionem in d.auth.ex causa.Præterea secũda ratio adhuc remanet incorrecta, quia filius in potestate saltem usumfructũ aduentitiorum acquirit patri.d.l.cum oportet. Itẽ de proprietate non potest disponere.l.fi.§.filiis autẽ. inf. de bonis quæ liber. ita quod semper remanẽt bona penes patrem ut habeat usumfructum, & fructus percipiat,ꝙ non procedit in filio emancipato,quia de omnibus suis libere disponit. Tertio donatio simplex facta filio in potestate non ualet regulariter. l.donationes.sup.de don.inter uir.& uxorem. Sed facta filio emancipato ualet.l.2.sup. de inof. donat. ita quod illa donatio amplius non est in bonis patris. Quarto, si filius instituatur contemplatione patris hæreditas acquiritur patri. l.sed si plures. §.in arrogato. & ibi not. ff. de uulg.& pupil.& not.per omnes in l.1.sup.qui admitti. Et si instituatur filius emãcipatus semper acquiritur ei, & non patri.arg.d.l.1.ff.siquis a par. fuer. manum. Et eadem omnia contingerent si acquisitiones fierent per nepotes ex filiis in potestate, qui sunt in potestate aui, & nepotes ex filio emancipato acquirerent patri suo. Et sic apparet quod adhuc hodie in multis emancipati succedendo patri faciunt iniuriam filio in potestate, & per consequens ratio inducendi collationem prætoriam adhuc durat,& per consequens. l.nostra & titul. de collatio.bonor.remanet incorrectus,quamuis in aliquibus fuerit alteratus, In tantum quod etiam hodie durat effectus ille, quod si filius in potestate fuerit exhæredatus uel institutus in parua portione,filius emãcipatus uel institutus uel præteritus non tenebitur ei conferre,quia non potest habere contratabulas, & filius emancipatus non facit ei iniuriam auferendo successionem seu lucra sua quæ pater ei abstulerat faciendo testamentum ut sup.dixi,quia cessat ratio iniuriæ, Et hæc uera de collatione bonorum quæ fundata fuit in iniuria, Sed in collatione datorum seruatur ius nouum,& non sit differentia de qualitate filiorum,& procedunt omnia quæ dicit hic glo. secundum mentem Vgolini.

Et dum Bar.hic assignat rationem quare inter succedentes diuerso iure non habeat locũ collatio, dicas ut supra quod illa regula procedit tantum facto testamento in quo filius est exhæredatus, quia non potest tunc habere contratabulas quæ denegatur exhæredatis. l. non putauit.ff.de contratab. & super iniuria causata a contratab.prætor fundauit ius collationis, & ex hac causa excluditur ab emolumento collationis, non ex hoc quod succedatur diuerso iure, quamuis de facto euenit in illis casibus ꝙ succeditur diuerso iure ut sup. dixi. Et illud quod introduxit Sceuola non fuit aliud ius, Sed fuit interpretatio facta ex mente edicti quod non concedebat collationẽ non petita contratabulas, Et interpretatus fuit ut non concedat quando nullo modo potest competere contratabulas, sed ubicunque potest acceptare eam, quia competit non interest an acceptauerit uel non, cum ad iniuriam causandum sufficiat potuisse consequi bona propter contratabulas.

38 Tertio†circa hanc secundam quæst. Bart. concludit quod collatio dotis fuit introducta a diuo Pio per l.1. ff.de col.dot.Sed Fulgo.Cor.Cur. & Cagn. repræhendunt, quia immo collatio dotis fuit inducta a prætore,ut dixit tex.in l.1.ff.de collatio.ibi,ex edicto prætoris.Sed solum Diuus Pius introduxit quod si non petat contratabulas, petere tamen possit, teneatur conferre dotem,ut patet in litera.Sed prætor hanc collationem restringebat quando faciebat iniuriam petendo cõtratabulas,alias non existente iniuria cessabat.l.si filia. ff. de col.bo.& l.pater filium.eod.titulo. & satis colligitur ex lege filiæ dotem.sup.eo. Et differebat a collatione bonorum,quia illa solum fieri debebat ab emancipato,sed hæc collatio fiebat ab emancipato & filio in potestate d.l.1.ibi,se immisceat de col.dot.& l.filiæ licet.infr. eod. Et ideo filia tenebatur ad conferendum dotem ex duplici collatione, nam si filia erat emancipata ex capite collationis bonorũm tenebatur cõferre omnem dotem etiam extrinsecus quæsitam sicut cætera bona quæ acquisiuisset patri si mansisset in potestate & non fuisset priuilegium dotis, nec distinguebatur inter aduentitiam & profectitiam, sicut nec in filio emancipato distinguebatur inter aduentitiam & profectitiã in collatione,quia omnia erant propria bona, Sed ex capite collationis dotis tenebatur filia in potestate et conferre, sed non omnem, nam aduentitiam extrinsecus non conferebat,Sed solum profectitiam & aduentitiam prouenientem a patre,ut dicitur in l.filiæ dotem. sup.eo.secundum declarationem quam sup.posui.& filio emancipato profectitiam tantum, per rationem q̃ posui supra in principio glo. primæ quæ omnia nõ induxerunt ius nouum,sed solum declarationem iuris antiqui, Et ideo non bene fecit Barto. constituendo tertium ius, quia fuit primum ius contentum in edictis prætorum declaratum & interpretatum per diuum Pium & prudentes.

39 Cætera†aũt q̃ successiue traduntur p Bar.in uer. quartũ ius continẽt ius nouũ & constitutionẽ collationis legalis, Et ideo proprius & uerius põt dici secundũ ius inducens nouam collationẽ de donatis a patre uel ab alio ascẽdente de cuius hæreditate agitur, Et per l.ut liberis.quatuor noua fuerũt inducta in collatione dotis a prætore, & successiue declarata a diuo Pio. Nam primo imperator per illam legem introduxit quod nulla sit differentia emancipationis & patriæ potestatis. Secundo uoluit quod nulla sit differentia an succedatur de iure ciuili uel prætorio,uel nullum sit factum testamentum,uel rumpatur per contratabulas,uel que rellam, & sic quod nulla sit differentia an competat contratabulas uel non, Tertio introduxit quod nulla

sit differentia an succedatur in bonis paternis uel maternis uel lineæ maternæ, Quarto uoluit quod procedat collatio siue sit dos siue augumentum dotis uel donatio propter nuptias, Quinto etiam disposuit in fine quod donationes factæ emancipatis censeantur factæ ob causam, & debeant conferri ex capite collationis datorũ, Et hæc fuerat inducta in l. ut liberis. & postea in l. illam. duo alia noua fuere inducta, & sic inuenta collatione datorum de nouo fuit inductum quod nepotes ex linea materna qui propter cõstitutiones succedunt cum diminutione tertiæ partis, & sic concurrũt cum agnatis, quod illi nepotes teneantur conferre patruis. Secundo etiam induxit quod illi nepotes teneantur conferre data in persona sua & persona matris defunctæ, & ita obtinere successionem cum illa diminutione, Et hæc fuere inducta in l. illam. Octauo postea in l. illud nouiter fuit inductum quod data causa militiæ debeant conferri. Nono etiã inductum fuit quod donationes simplices non ob causam datæ debeant cõferri in duobus casibus, s. quando alius filius habet donationem ob causam, uel quando testator mandauit ut conferrerẽtur. Et hæc nouem inducta per leges tres codicis Barto. appellauit quartum & quintum ius collationis, Sed uere est secundum ius collationis disponens de datis & amplians eam in nouem qualitatibus. Sextum fuit ius secundum Bar. in l. fi. inf. eodem. quod induxit Iustinianus, quia per aliam legem disposuerat quod aduentitia non quærerentur patri quantum ad proprietatem, Vnde filio in potestate non fiebat amplius iniuria in aduentitiis quantum ad proprietatem, Et conueniens erat quod sicut in castrensibus & quasi castr. non fiebat collatio, quia non quærebantur patri, ita etiam aduentitia non conferantur quantum ad proprietatem, quia non acquiruntur patri, Et est iustum sicut suus habet præcipua, ita etiam filius emancipatus, Et hæc nouitas respicit utranque collationem tam bonorum quam datorum, & limitat & restringit legẽ nostram, & l. filiæ dotem. sup. eodem. Vnde uerius & probabilius potest appellari tertium ius. Septimum fuit ius secundum Bar. positum in §. illud. in auth. de triente & semisse. relatum. in auth. ex testamento. sup. cod. Quo dispositum fuit quod etiam facto testamento esset locus collationi, cum iure antiquo facto testamẽto in nulla collatione haberet locum in l. 1. sup. eo. & seq. & l. pater filium. ff. de collat. dot. Et hoc ius secundum Barto. corrigit omnem collationem, ut ipse dixit in d. l. pater filiũ. in fine. & gl. hic. & cõmuniter doctores.

40 Sed uerius est † ut sup. sæpius dixi, quod correxerit solum ea quæ loquebantur de collatione datorũ, quia loquitur de dote & cæterorum datorum. arg. l. præcipimus. in fine. de appel. & l. illam. §. 1. infra eodem. Et ideo lex nostra quantum ad testamentum remanet incorrecta, & seruandum est quod dixit glo. & ibi posui supra in uerbo testamentum. & in uerbo nouissimum iudicium. Et rationem illius auth. posuit ibi text. & hic Bar. dicens illud fuisse inductum propter obliuionem quam præsumitur habuisse testator propter consideranem mortis. arg. l. hac consultissima. §. cum antiquitas. infra qui testam. facer. possunt. Ex qua ratione uidetur inferri, quod si testator sciens & non turbatus nõ prohibuisset collationem quod non haberet locum, quia tacite uidetur prohibere cum non fuerit oblitus de datis collatis in personam filiorum, & sic cessante ratione correctionis remaneat ius antiquum, Et constituẽdi sunt tres casus, Aut expresse disposuit collationem fiendam uel non, & tũc seruatur omnis uoluntas. l. illud in fi. inf. eo. §. illud. in auth. de trient. & semis. Aut oblitus de datis & aliis collatis in filios tacuit, & tunc similiter casus est clarus quod fienda est collatio per d. §. illud. qui secundum omnes loquitur in hoc casu. Aut uero sciens se contulisse plura in filios inæqualiter eos instituit hæredes, & nihil dixit de collatione, & hic est casus dubius qui expresse nõ deciditur in d. §. illud. Et ex ratione textus ibi & Barto. hic uidetur inferri ꝙ non sit fienda collatio, quia tunc cessat. & d. §. illud non corrigit hunc casum ergo remanet ius antiquum d. l. prima sup. eodem. arg. l. præcipimus. infr. de appel. & l. si cum dotem. ff. sol. matrimonio & res de facili reuertitur ad naturam suam. l. si unus. §. pactus. uer. quod si in specie. ff. de pactis. Sed in contrarium facit, quia ille text. non uidetur se fundare per illam rationem obliuionis, sed rationem æqualitatis seruandæ. Et illa ratio obliuionis ponitur dubitatiue per illa uerba quia incertum est, & est ratio impulsiua, non finalis, Ideo cum ratio æqualitatis semper urgeat quę etiam expressa fuit in illa lege, merito compræhendit etiam istum casum, de quo testator non erat oblitus. arg. l. iis solis. inf. de reuoc. donat. & §. 1. in glo. curationem. in auth. ut ii qui oblig. per. res. min. Item dato quod esset ratio finalis, tamen quia decisio fundatur in duplici ratione finali, cessante una non cessat dispositio. §. affinitatis. inst. de nupt. Secundo etiam, quod collatio habeat locum, facit ille tex. in d. §. illud. dum dicit talem opinionem non esse, idest non præsumi prohibere sicut antiquitus præsumebatur, ac dum dicit omnino fiendam collationem nisi expresse designauerit, & sic ille text. requirit expressam prohibitionem, & ideo præsumitur quod tacendo permittat collationem, non quod prohibeat, Et hanc partem ego puto ueram, & tenent communiter doctor. Quia d. §. illud uer. nos sancimus dicit non esse opinionem talem. i. quod uellit prohibere collationem. Sed semper præsumi testatorem uoluisse fieri collationem nisi expresse prohibuerit, Et cũ uerba sint clara, & nõ possint cauillari sine expressa uiolatione literæ, ideo non est ulterius insistendum, & finaliter etiam Cag. in hac opinione residet. nu. 156.

41 Sed dubitatio † insurgit, an sit necesse quod exprimatur, uel sufficiat coniectura seu tacita uoluntas, In quo dicas quod si consideramus ius antiquum, sufficiebat tacita quæ insurgebat tacendo. l. ex parte. §. ab intestato. ff. famil. herc. & d. l. 1. supr. eodem. sed de iure nouo est magis dubium propter illa uerba nisi expressim designauerit. Tamen Decius in l. 1. sup. cod. col. penu. dicit idem quod sufficiant coniecturæ. argu. l. si plures. §. fin. cum glo. ff. de uulg. & pupil. & per Bar. in l. prætor in princ. ff. de nou. oper. nunt. & contra Angelum in d. §. expressim. tenuit etiam Socinus consi. 127. in 7. dubitatione. uolu. 3. & Cagno. sup. in 4. præmisso. Puto tamen competentes coniecturas interuenire debere, & necessaria esse aliqua uerba generalia, dicendo ꝙ amplius inuicem non possint petere, uel quod disposita in testamento præcise seruentur inter filios, uel quod omnino seruent prædictam uoluntatem, quia sub uerbis generalibus species dicuntur expressæ, ut per Barto. in l. 1. ff. de uulg. & pupil. Et est de mente prædictorum doctorum.

42 Tertio † principaliter quærit hic Barto. expediendo materiam per quinque combinationes filiorum, An emancipati emancipatis conferant, & concludit quod antiquitus non conferebant inuicem, neque aduentitia neque profectitia, Sed hodie conferunt inuicem profectitia, per l. ut liberis. infr. cod. sed non aduentitia. l. fina. infr. cod. & hoc dicit omnes tenere in l. ut liberis. Dec. uero dicit quod d. lex. ut liberis efficaciter non probat, quia ibi dicitur quod emancipati conferunt secundum tenorem præcedentium legum, Sed secundum istam legem cum suis concordantibus emancipati inuicem non conferunt, ergo nec etiam hodie conferunt, cum ad istas se remittat. Cur. autem pro cõmuni adducit, quia illa lex in principio dicit de filiis emãcipatis, & suis, tollendo omnẽ differentiam inter eos, dum dicit siue sui iuris siue in potestate, Nam non potest intelligi quod illa uerba referantur ad filios succedentes in bonis matris, quia uerbum sui iuris, & potesta-

potestate non conuenit, Et postea separatim ponit de alijs filijs, Ideo ipse exponit illa uerba pro tenore præcedentium legum, idest quod nunc conferant inter se, sicut olim conferebant existentibus in potestate, per leges præcedentes. Quæ expositio est nouam legem considere, & destructiua textus, & ipse postea colum. penul. nu. 59. tenet quod emancipatus non conferat donationem simplicem per. l. illud in fi. infr. eodem. Vnde ad illa uerba siue sui iuris, respondebat Cagno. dicens intelligi de filiis in bon. mater. qui sunt sui iuris, & postea subiiciendo de eis se declarat, Et hoc suadetur, quia alias esset superfluus tex. postea in fine dicēdo de filiis emancipatis, Nec obstat quod nulla sit ratio differentiæ inter filios emācipatos & suos liberos in bonis maternis, quia dicit ipse non proceditur in hac materia de similibus ad similia, Et ita dicit disputatiue posse teneri. Tamen postea ipse tenet communem, quod immo emancipati conferant hodie profectitia inuicem, per d. l. ut liberis. in fine. quæ simpliciter loquitur. Et confirmat per l. liberos. inf. eo. ibi, sibi collationes facere iubemus, loquitur enim de emancipatis, ergo sibi conferunt. Et ad illa uerba secundum ea quæ statuta sunt, respondet, quod referuntur ad l. ut liberis. ergo declarat. l. ut liberis habere locum inter emancipatos ut inuicem conferant.

43 Sed † tamen nec ista defendunt communem sententiam, nam tex. in d. l. liberos. se refert ad ius antiquum, non tantum ad l. ut liberis quia dicit antiquo iure, & sic comprehendit omnia præcedentia iura, Item generaliter dicit secundum ea quæ super cæteris emancipatis, Præterea si intelligeretur de l. ut liberis. tantum ut præsupponit ipse, esset decisio imperfecta, & mens clara imperatoris ibi fuit uelle æquiparare illos emancipatos cæteris emancipatis in omnibus, Et illud uerbum sibi collaturos, uerificatur in casu d. l. ut liberis. in principio non autem in fine. Sed generaliter decidit de omnibus iuribus & statutis antiquis circa emancipatos, Item potest dici quod uerbum sibi, refertur ad uerbum iubemus, non autem ad uerbum collationes facere, & sit sensus, sibi iubemus facere collationes secundum antiqua statuta quæ habent locum in cæteris emancipatis. Similiter nec d. l. ut liberis probat communem opinionem, quia cum in principio dicat inuicem omnes filios cogi conferre sine differentia sui iuris & patriæ potestatis corrigendo, Et postea dicit in fine quod ipsi conferant secundum tenorem præcedētium legum, apparet quod non loquitur inuicem, quia contrariaretur sibi, Et ideo ego puto quod ille tex. in fine loquatur de collatione bonorum secundum terminos legis nostræ, & in principio loquatur de collatione datorum ob causam, in quibus collationibus uariātur iura emancipatorum, Nam in collatione datorum ob causam, ut dote, donatione propter nuptias, & datis causa militiæ, quæ equiparantur. l. illud. inf. eo. nulla est differentia in qualitate filiorum, quia ad eam tenentur omnes filii cuiuscunque qualitatis sint, & quocunque modo combinentur, ut dicitur in principio legis quæ nullo modo cauillari potest, & etiam nō sunt superflua ut essent perse ibidem non comprehendendo filios in successione paterna, Sed tamē donationes simplices non tenentur conferre ex capite. d. collationis datorum. Verumtamen ne forsan crederent aliqui quod aliqua correctio inducta fuisset in collatione bonorum per generalitatem illius legis in principio, & quod sicut donationes simplices non ueniunt in collationem datorum, Ita nec etiam in collatione bonorū, ac nec donationes simplices deberent conferri per emancipatos suis, Hoc declarat in fine dictæ legis, dicens quod emancipati liberi teneantur conferre donationes simplices in ipsa emancipatione factas uel postea secundum tenorem præcedentium legum. i. ex capite collationis bonorum quam emancipati tenentur facere fratribus suis de omnibus propriis bonis ex dispositione edicti de collatone bonorum.

Et sic remanet quod emancipati inuicem non tenētur conferre omnia profectitia, ut dicit Bar. & doctor. sed solum data ob causam conferunt. Sed ex capite collationis prætoriæ existentibus in potestate tenentur conferre omnes donationes simplices, & ob causam & omnia alia profectitia & aduentitia, saltem respectu, usufructus. Et apparet quod doctores non bene senserunt, dicendo quod emancipati conferunt omnia profectitia inuicem, quia solum intelligi debet de profectitiis datis ob causam dotis, donationis propter nuptias, & causa militiæ. Cum cætera profectitia non conferant, sicut nec alii filii, nisi in duobus casibus positis in d. l. illud in fine. inf. eod. Et hanc conclusionem intelligo procedere etiam in donatione facta emancipato in ipsa emancipatione & causa emancipationis, quia illa solum conferri debet ex capite collationis prætoriæ & secundum eius terminos, non collationis datorum seu secundum eius terminos, Et ad istam distinctionem debet reduci illa disputatio quam facit Deci. post alios in Auth. ex testamento sup. eod. nu. 8. uer. ue nio ad secundum. usque ad finem commenti per tres columnas. Nam ex argumentis doctorum & replicationibus apparet quod inculcauerunt istas duas collationes, & propterea uarii & irresoluti fuerunt.

Et conclusio generalis fienda est, quod emancipati emancipatis nihil conferunt nisi data ob causam & donationem simplicem in illis duobus casibus positis in d. l. illud. §. fi. Notandum est tamen, quod licet doctores sint discordes, an emancipati inuicem cōferant donationes simplices, Tamen omnes concordant quod omnes donationes tenentur conferre filiis in potestate, quia hoc iure antiquo erat dispositum, & clare probat. d. l. ut liberis. in fine quæ in hoc casu secundū omnes loquitur. Et ideo redditur uana cautela quam cōmuniter filii solent obseruare, quia uolentes omnia donata a patre habere præcipua, & omnia lucra sua retinere, faciunt se emancipari a patre suo, & ita credunt se secure lucrari, Nam decipiuntur, quia immo omnes donationes tam ob causam quam simplices tenentur conferre. & omnia bona sua aduentitia quantum ad usum fructum, quia emancipati omnia bona sua conferunt ex capite collationis bonorum fratribus in potestate per istum tex. & solum collatio bonorum fuit immutata per l. finalem. in proprietate aduentitiorum, sed in cæteris remanet incorrecta, ut sup. sæpius dixi. Sed tamen habebunt hoc refugium, quod facto testamento non tenebuntur conferre. per l. 1. sup. eod. quæ in hoc non fuit correcta p auth. ex testamēto. ut sæpius dixi, & inf. dicā in quinta quæstione Bar. ibi, procedo ulterius. Et solū dubitatio remanebit, an fratribus emācipatis emācipati teneātur cōferre donationes simplices * & cōmunis est ēt opinio ꝙ sic. per d. l. ut liberis. secūdū cōmunē intellectū, tamen in hoc ego tenui contrariū, & puto uerum, quia lex nostra non reperitur correcta in collatione bonorum, per sæpius allegata.

44 Secundo † loco, alias quarto loco quærit Bar. utrū nec emancipati nec sui, idest liberi succedētes in bonis maternis uel lineæ maternæ teneantur inuicē cōferre, & Bar. concludit aduentitia nō teneri conferre, nec ēt profectitia simplicia, Sed solū profectitia data ob causam. l. ut liberis. & l. illam. & l. illud. infr. eo. & donationem simplicem in duobus casibus positis in d. l. illud. §. fin. sed extra istos duos casus dicit donationem simplicem non conferri inter istos liberos, & in hoc differre ab emancipatis qui omnes donationes simplices conferūt, secundum eum, & sequuntur communiter docto. Cur. uero hic dicebat istas personas etiam conferre inter se donationes simplices indistincte, quia si emancipati conferunt omnes donationes, ergo etiam & isti, quia militat eadem ratio, Nam doctores uolentes probare

quare emancipati conferunt omnes donationes, assignant rationem quia ab initio ualet, & non eget adminiculo, ita quod non habet uim relicti per cõfirmationem. l. 2. sup. de inoffic. donationibus factis. Sed hæc ratio militat in donationibus factis istis personis, quia ualet sine adminiculo, ergo debet conferri. Secundo adducit tex. in d. l. ut liberis, qui loquitur de omnibus liberis. Et dicit siue sint in potestate, siue non, & postea etiam subdit de ipsis liberis in bonis maternis succedẽtibus, ergo non est differentia aliqua constituenda inter istos liberos. Tertio, quia ratio æqualitatis est hodie fundamentum collationis quæ militat æqualiter inter omnes liberos. Sed per ista non est recedendum a communi quæ probatur a speciali in l. illud. §. fin. infr. eod ubi est speciale ut donationes simplices conferãtur in duobus casibus, ergo in contrarium est regula communis. Nec obstat lex ut liberis, quia illa probat communem opinionem, quia inducit solum onus conferendi in donatis ob causam, & in donatis ob causam facit æquiparationem inter omnia genera liberorum, Sed cum alii liberi non conferant donationes simplices, ergo nec etiam isti. Nec obstat quod emancipati conferunt donationes simplices, quia illud sup. reprobatum fuit, cum donationes simplices non conferant ex capite collationis datorum, sed ex capite collationis bonorum, quando concurrunt cum suis, quæ collatio non habet locum in istis personis ut dixi supr. quia non concurrit emancipatio patria potestas, & contratabulas necessaria requisita ad illam collationem, & ideo retorquetur, quia cum ex capite collationis datorum nõ conferunt donationes simplices, nec etiam in ista, cum in ea omnes liberi sint æquiparati. Non obstat ratio æqualitatis, quia illa consideratur solum in collatione datorum, non in donatione simplici, quia illa uidetur facta ex quadam necessitate naturalis iuris, hæc uero fit ex quadam simplici liberalitate, Quare concludendum est cum communi in hac parte, ꝙ liberi nec sui nec emancipati non tenentur conferre nisi data ob causam, & donationes simplices in duobus casibus positis in d. l. illud. §. fina. prouenientes a bonis illius de cuius hæreditate agitur. Cæteras autem donationes, nec bona aduentitia, nec profectitia conferunt, quia non tenentur ex capite collationis prætoriæ.

45 Subdit etiam postea Bar. ponendo quomodo nepotes in casu d. l. illam teneantur conferre, & concludit quod patrui conferunt nepotibus suis, sicut parentibus nepotum, & nepotes ipsi dotem maternam conferunt, sicut parentes eorum, Sed in dote propria distinguit, Aut est unus nepos solus, & ille confert patruis suam dotem, Aut uero sunt plures nepotes, & tunc si omnes sunt emancipati, ut omnes teneantur ad collationem similiter conferunt patruis suis, sicut parentes sui, Sed si unus solus est emancipatus, & tunc non conferunt patruis, sed fratribus suis per text. in l. prima. §. sed si nepos. ff. de collat. dot. & sequuntur omnes. Sed tamen aduertatur, quia ista subtilis differentia non pertinet ad quæstionem nostram, quia illa iura loquuntur de collatione prætoria fundata in iniuria illata per contratabu. & de collatione quæ fit de omnibus bonis, in qua fit differentia inter emancipatos & suos, ut non teneantur omnes ad collationem, sed hic tractamus de collatione datorum in qua nõ fit differentia de conditione liberorum, & nunquam potest uerificari quod aliqui teneantur ad collationem, & aliqui non, cum semper omnes sint in statu ut teneãtur conferre. d. l. ut liberis. & hoc etiam repræhendit Curti. in fine dicens quod hodie ratio iniuriæ est sublata. & militat ratio inæqualitatis, Et hoc dixit secutus communem errorem quod tota collatio sit immutata per. l. ut liberis. & l. illud. infr. eo. Sed melius est dictũ, quia in d. l. ut liberis, non habet locũ collatio fundata in rationæ iniuriæ, Sed solum illa quæ fuit fundata in ratione æqualitatis, ad quam omnes liberi cuiuscũque conditionis obligantur, Et ideo in hac quæstione, quo modo nepotes teneantur conferre data ob causam, nõ debet fieri aliqua differentia, sed generaliter debet dici, quod si portio nepotum aucta fuit propter dotem suam uel patris, ultra illud quod habuissent parentes eorum, quod semper patruis tenentur conferre, si uero non est aucta portio ut plus habeant quam parentes eorum habuissent, & tunc inter se tenentur conferre tãtum, quia æqualitas fuit seruata inter eos, Sed si tractatur de collatione inter succedentes in bonis paternis ex capite emancipationis, tunc seruanda est distinctio. d. l. 1. §. si sic. ff. de coniung. cum em. lib. eius. & d. l. 1. §. si sit. de collatione dotis. & dicta per Bar. hic.

46 Tertio loco, alias quinto quærit hic Barto. an emancipati conferant suis, Et concludit quod hodie emancip. nam conferunt suis aduentitia, sicut nec castrẽsia, uel quasi, sed solum conferunt profectitia, quia si in potestate mansissent hæc sola quæsiuissent patri. l. fi. infr. eod. Sed in contrarium quidam moderni quos sequitur Cagnol. adducunt, quia immo uidetur quod etiam hodie omnia conferant tam aduentitia quam profectitia, quia lex. fin. quæ uult aduentitia non conferri, non loquitur de emancipatis, sed de filiis in potestate, cum se referat ad l. cum oportet. infr. de bon. quæ lib. quæ loquitur de filiis in potestate, & cum non corrigat in emancipatis, nec nos dicere debemus. arg. d. illam. Nec potest fieri extensio propter castrensia, ut sicut castrensia non conferrantur ab emancipatis ita etiam nõ conferrantur aduentitia, quia ratio non est æqualis, cũ maior fauor sit in castrensibus, & in hac materia non fit correctio nisi expresse dicatur. Decius saluat, quod hic non tractamus de extensione ad bona castrensia, nec filium emancipatum, sed d. l. fi. in sui generalitate & in ratione compræhendit filios emancipatos, & maxime quia loquitur in rem, non in personam, nam argumentatur hoc modo, quia per d. l. cum oportet in fauorem filiorum fuit introductum quod bona aduentitia sint præcipua filiorum in potestate quantum ad proprietatem sicut erant castrensia, Ideo sicut castrensia non conferuntur per nullos liberos quia sunt eorum præcipua, ita etiam aduentitia non debent cõferri per nullos liberos ex illius legis noua dispositione, quia sunt præcipua respectu proprietatis, & sic decisio est generalis, & in rem. arg. l. metum. §. animaduertendum. ff. quod metus causa. & argumentatio fit ab imperatore, non a doctoribus. Et hæc est regula antiqua, quod ea quæ præcipua sunt filiis non debent conferri. l. cũ duobus. alias si fratres. §. idem Papinianus. ff. pro soci. Ex qua regula uidetur inferri, quod etiam sine. d. l. fin. dicta aduentitia post legem cum oportet non debuissent conferri ex extensione passiua, Et ideo in d. l. fin. declaratur quod tacite erat inductum, uel respõdendo quæstioni de facto ut hic per Dec. Et ego puto uerum, quia clare loquitur d. l. finalis quæ facta fuit, & ut solueretur dubitatio quod in materia collationis non potest fieri extensio tacita sine lege, & ideo non oportet nos dubitare, Item etiam adhuc in castrensibus obstat, ꝗa uidetur quod castrensia conferunt prouenientia a patre, per. l. illud. inf. eod. ubi datum causa militiæ confertur, item in castrensibus etiam militat ratio æqualitatis seruandæ, Sed defendendo communem respondetur quod d. l. illud non loquitur de castrensibus, quia illud quod datur ibi non datur causa castrorum, sed est unum officium & una dignitas quæ emitur ut præsit militibus uel aliquid faciat in exercitu, quæ officia non faciunt castrense peculium, sed profectitium, ut declarat Barto. in l. prima. §. nec castrense. ff. eodem. & per Andream de Isernia & Afflictum in cap. imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feu. alien. per Frider. Sed si pater emeret arma & equos ut iret filius

lius in exercitum, tunc illa non confererentur, ut p Baldum in lege omnimodo. §. imputari. supra de inofficio so testam. & per Rippam & omnes doctores. in lege in quartam. in materia legitimæ. ff. ad legem falcidiam. Nec obstat illud de æqualitate, quia respondebat hic Curti. quod in castrensibus non consideratur æqualitas, quia datur propter laborem militiæ, & in premium dignitatis, ut dicitur in dicta lege prima. §. nec castrense. ff. eodem. Item cum nos habeamus legem claram dicentem quod castrensia etiam hodie conferrantur, & ad eorum differentiam aduentitia non conferrantur, non oportet dubitare, maxime cum d. l. fi. facta fuerit post d. l. illud. & l. omnimodo. §. imputari. sup. de inoff. testam. Item dum Barto. uult. quod emancipati teneātur conferre, omnes donationes simplices non conferruntur nisi in duobus casibus, ergo incontrarium estius commune, doctores non soluunt, sed facilis est solutio, quia. d. l. illud loquitur de collatione datorum quæ nō compræhendit donationes nisi in illis duobus casibus, sed hic nos loquimur de collatione bonorum fundata in iniuria qua emancipati coguntur omnia conferre, & sic emancipati posset conuenire duplici collatione, & in una plus conferunt quam in alia, sed tamen collatio bonorum impeditur per testamentum. l. 1. supr. eodem. quod non est in collatione datorum di. auth. ex testamento. Quare remanet quod emancipati hodie cōferunt aduentitia quantum ad usumfructum, & profectitia omnia ex capite collationis bonorum fundata in ratione iniuriæ, quia illa adhuc hodie militat in omnibus dictis bonis, cum si non fuisset emācipatus omnia acquisiuisset patri, & filius in potestate potuisset participare, sicut participauit filius emancipatus de aduentitiis & profectitiis filii in potestate acquisitis patri, Sed ex capite collationis datorum non tenetur conferre nisi data ob causam & donationes simplices in duobus casibus positis in d. l. illud. prouenientia a bonis illius de cuius hæreditate agitur, quia in illa collatione non ueniunt nisi talia.

47 Et ideo filius in potestate† qui petit collationem debet secum cogitare ex qua collatione petit sibi conferri, sicut dicitur in §. cæterum. & §. is quoque. inst. quod cum eo. de eo qui habet actionem de peculio & tributoriam & aliam similem, nam si testamentum est factū non pōt petere collationem bonorum, quia illa nō habet locum testamento facto. l. 1. sup. eo. sed debet petere collationem datorum ob causam, quæ debet fieri etiam facto testamento. d. auth. ex testamento. Si uero non sit factum testamentum, tunc melius est petere sibi conferri ex capite collationis bonorum, quia in illa ueniunt omnia aduentitia quantum ad usumfructum, & omnia profectitia tam ob causam quam etiam simplices donationes. l. 1. & per totum. ibi, propria bona. ff. eodem. & per textum. & l. 1. supra eodem. arguendo a contrario, quia in omnibus fit iniuria, & in collatione datorum non ueniunt nisi data ob causam, ut dictū fuit, & in hoc omnes concordant, quia licet dubitent, an emancipatus conferat emancipato donationes simplices, ut per Curtium hic, colum. penu. num. 59. & ego dixi in prima quæstione Bartol. tamen omnes conueniunt quod emancipatus confert suis omnes donationes simplices, quia si confert extrinsecus quæsita, ergo tanto fortius prouenientia a bonis illius de cuius hæreditate agitur, in quibus fortior ratio, & propterea in dicta quæstione dixi decipi communiter filios qui faciunt se emancipari ut habeant lucra præcipua, quia ipsi plus tenentur conferre quam faciunt filii in potestate ut statim dicam.

Quarto loco, alias sexto quærit Barto hic, quomodo sui teneantur conferre emancipatis, & glo. dicit quod conferunt, sed non omnia, quia non conferunt aduentitia, sed profectitia. Barto. uero dicit profectitia considerari tribus modis in iure nostro, nam aut sunt profectitia data ad gubernandum, & faciunt peculium profectitium, & tunc sine dubio conferuntur, quia sunt hæreditaria. l. certum. supra familiæ herciscundæ. & l. filiæ licet. infra eodem. Aut sunt data ob causam, ut dotes, donationes propter nuptias, & causa militiæ, & donationes simplices, in duobus casibus, & sine dubio cōferuntur l. ut liberis. inf. eodem. Aut uero sunt donationes simplices extra illos duos casus, & Barto. se remittit ad dicta per eum supra in auth. ex testamento. & sequuntur communiter doctores. Sed non assignāt rationem concludentem quare aduentitia non conferantur a suis, sed uera ratio est, quia aduentitia non conferuntur nisi per collationem bonorum fundatam in iniuria facta per auocationem hæreditatis propter edictum prætoris, quæ iniuria cessat in suo, quia emancipatus facit iniuriam suo non suus emancipato. Vnde solum tenetur conferre ex collatione datorum, in qua ueniunt illa quinque, dos, augumentum dotis, donatio, ppter nuptias, & datum causa militiæ, & donationes simplices in illis duobus casibus, sed donationes simplices per eam non conferuntur extra illos duos casus, ideo dicemus statim an debeant conferri, & sic patet quod optima ratione inducitur illa diuersitas inter emancipatum & suum, & suum & emancipatum, & hodie etiā durat, licet Ias. quem seq. hic Cur. dicat fuisse sine ratione, & fuisse correctum.

48 Quinto† quærit Bartol. alias septimo, quomodo sui conferant suis, & concludit quod olim omnia conferebant. l. filiæ dotem. supra eodem. sed hodie dicit quod conferunt profectitia tantum, non aduentitia. l. fi. infr. eodem. Curti. hic dicit illam legem procedere secundū iura antiqua, quia facta fuit ante legem ut liberis. & ratio qualitatis fuit inuenta per legem ut liberis. Sed falsa est opinio doctorum in hoc, quia etiam ratio æqualitatis fuit considerata de iure prætorio in collatione dotis, cum filia in potestate teneretur conferre, quia nō faciebat iniuriam, ut probatur in lege prima. ibi, se immisceat. ff. de colla. dot. & l. filiæ dotem. quæ refert ius antiquum. & l. filiæ licet. quamuis postea ex edicto prętoris esset multum restricta. Et ideo tempore istius legis erant duæ collationes, Vna fundata in ratione iniuriæ existente emancipato, & alia fundata in ratione æqualitatis non existente emancipato, & sui ex capite collationis bonorum non poterant cogi cōferre, quia inuicem non faciebant iniuriam, cum sint in eodem statu, sed solum tenebantur conferre ex capite collationis datorum quæ hoc tempore non continebat nisi dotem, & postea a lege ciuili fuit aucta & formata in l. ut liberis. infra eodem. Et ideo non sine ministerio ibi dicitur quod tenetur conferre dotem aduentitiam datam a patre, & sic non disponit quod omnia aduentitia conferat, sed tantum aduentitia prouenientia a patre, quę per docto. ibi in principio exemplificantur duob. modis ut supra dixi.

Quare concludendum est quod sui suis non conferūt nisi data a patre ob causam, quæ ab omnibus conferuntur etiam quod sint aduentitia saltem quantū ad usumfructum, sed non cætera aduentitia, quia ueniunt ex collatione bonorum quæ non habet locum inter suos, Aduentitia uero data ob causam ideo conferūtur quia continentur in collatione datorū ut dixi. Tamen hæc aduentitia data cōferunt tantum suis, non emancipatis, quia sui si ea habuissent acquisiuissent patri saltem quantum ad usumf. secus in emancipatis quando emancipati habuerunt.

49 Et quid† dicendum sit de lucro dotis ex forma statuti, dubitauit hic Curtius, & concludit quod sit aduentitium, & non conferatur, ut per Bartolum in lege si cū dotem. §. transgrediamur. ff. soluto matrimonio, cum declaratione posita ibi per Alexandrum & Decium consil. 66. & 67. & consi. 540. & 560.

50 Sed dubium† est frequens & necessarium, an donatio simplex

simplex facta filio in potestate debeat conferri, Bar. in di. auth. ex testamento. concludit quod non regulariter. Fallit in tribus casibus ut ibi per eum, Cag. hic latissime examinauit ad partes. Et pro opinione communi quod donatio non conferatur, adducitur illa ratio, quia habet uim relicti, cum confirmatur morte. l. donationes quas parentes. supra de dona. inter uirum & uxorem, & legata non conferuntur. l. a patre. & l. ea demũ. infra eodem. Sed Dec. in d. auth. ex testamẽ. respondet quod non sequitur, confirmatur morte, ergo est relictũ cum immo sit tertia species, ut dicit Bar. in lege sequẽs quæstio. in prima oppositione. ff. de lega. 2. & Alex. in consi. 26. uiso & considerato. colum. 2. libro. 2. Et si replicetur quod satis est quantum ad propositum quod acquiratur post mortem, per legem ea demum. & leg. nec emancipati. infra eodem. respondetur negando qđ acquiratur post mortem, quia sequuta morte trahitur retro usque ad tempus donationis, ut dicitur in le. donationes. & sic assumit uim contractus inter uiuos. argumento. l. potior. & l. qui Balneum. ff. qui potio. in pigno. habeantur.

Secundo facit tex. in l. illud. §. fina. infra eodem. ubi expresse dicitur quod donationes simplices non conferuntur nisi expresse dicatur, & iste tex. secundum Alex. ponit falcem ad radicem, & idem dicitur in lege filiæ cuius. supra familiæ hærciscundæ. Sed respondet Alexand. quod ille tex. est correctus per legem si donatione. infra eodem. & per. §. illud. in auth. de triente & semisse. Et si dicatur se refert ad iura antiqua, & intelligitur secundum ea, respondetur quod uerbum, omnino, demonstrat animum corrigendi, quia uerbum, omnino, exponitur, idest omni casu, capitul. qualiter & quando. de iudiciis. & uerbum positum ibi huius non est memoratus, non potest referri nisi ad donationes.

Tertio adducit, quia collatio hodie fit ratione ęqualitatis. d. l. ut liberis. & dicto. §. illud. sed ratio æqualitatis militat solum quando alter frater habet donationem ob causam, & quia & illa propter recompensationem uidetur data d. l. illud. in fine. & quãdo est simplex donatio fit ex mera liberalitate, & pater uidetur uelle gratificare illi filio, sicut quando in testamento iubet collationem non fieri, ergo cum ex eius mente cesset ratio collationis, eodẽ modo debet cessare collatio, sed responderi potest quod immo semper ratio æqualitatis militat, quia semper præsumitur diligere æqualiter filios. & in d. §. illud. æqualitas fuit considerata magis generaliter.

Quarto facit ratio, quia illud quod non quæritur patri non confertur. l. fina. infra eodem. sed donatio non quæritur patri quia assumit uim post mortem patris, ergo non debet conferri, sed replicari potest quod immo donatio acquiritur patri, quia reuertitur ad eum in uita, & propter hoc non ualet, ut notatur in lege si quis pro eo. digestis de fideiussori. Ergo debet conferri, & quamuis postea confirmetur morte, tamen non iudicatur ut legatum, cum habeat originem ab actu inter uiuos sine consideratione mortis, & dicta lex final. loquitur de illis quæ tempore uitæ plene acquiruntur filio.

Quinto adducitur. l. 1. §. si impuberi. ff. de colla. bonorum. ubi non confertur illud cuius actio non transmittitur ad hæredes, sed petitio huius donationis nõ transmittitur ad hæredes mortuo filio in potestate ea durante, sed respondetur negando quod non transmittatur ad hæredes, cum secuta morte patris trahatur retro. d. l. donationes. & de ea iudicatur ac si illo tempore plene ualuisset.

Pro contraria tamen opinione, quod immo donatio conferatur, primo uidetur esse tex. in l. 1. supra eodem. ubi facto testamento donationes non conferuntur, ergo non facto testamento conferuntur, sed hodie idẽ est etiam facto testamento, per auth. ex testamento. ergo indistincte hodie conferuntur. Sed facilis est responsio, quia loquitur in emancipatis liberis qui tenentur collatione omnium bonorum, & si tenentur ad aduentitia extrinseca, tanto fortius tenetur ad donationes acceptas a parentibus.

Secundo adducitur, quia donatio quæ remanet in hæreditate non confertur, ut peculium profectitium. l. filiæ licet. infra eodem. & l. certum. supra familiæ herciscundæ. sed hæc donatio remanet in hæreditate, ergo conferri debet. Sed facilis est solutio, quia negatur quod remaneat in hæreditate, & sunt communia, quia cum sequuta est mors retro dominium fuit factum filii d. l. donationes. & ideo recta uia transeunt in ipsum filium, & nunquam potest dici, quod fuerit in hæreditate. l. seruum filii. §. 1. & l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de lega. primo.

Tertio adducitur, quia ea quæ iuris fictione filius dicitur habuisse in uita patris conferuntur. l. 1. §. si ab hostibus. ff. de collatio bonorum. Sed hæc habuit fictione iuris in uita patris, ut statim responsum fuit, ergo debent conferri. Sed respondetur aliter quam faciat Cag. quod ibi filius ante fictionem habuerat illa bona cum onere collationis, & si reuertitur ab hostibus fingitur nunquam fuisse captus, & sic semper habuisse cum illo onere. hic autem filius ante fictionem idest ante donationem non fuerat dominus, & principium dominii sui est in fictione, ergo non potest argui de uno ad aliud.

Quarto adducitur, quæ in legitima imputantur cõferuntur. leg. illud. infra eodem. simplex donatio quæ morte confirmatur computatur in legitimam. l. etiam §. si debita. uers. sed & si mortis. ff. de bon. liber. ergo cõfertur. Sed respondetur negando simplicem donationẽ computari in legitimam, sed oportet quod expresse dicatur. & l. si quando. §. & generaliter. loquitur in donatione ualida ab initio, in qua requiritur illa expressio, ut per Iasonem ibi, & Rippam in. l. in quartam. colum. 73. cum sequent. ff. ad. l. falci. Sed in ijs quæ morte confirmantur non requiritur illa expressio, ideo Alexand. ibi respondet, quod illa ęquiparatio non habet locum in ijs quæ habent uim relicti, quia legata imputantur in legitimam, & tamen non conferuntur, ut not. in. d. l. illud. infra eodem.

Quinto facit, quia dos data a patre acquiritur plene filiæ, & donatio propter nuptias, & tamen confertur, ergo eadem ratione & cæteræ donationes debent cõferri quæ exeunt de bonis patris. Sed facilis solutio est aliter quam dicant doctores, quod donationes ob causam uidentur esse factæ ex quadam necessitate ordinis naturæ & uoti ciuilis, unde non uidetur plus diligere illum filium quam alium, sed quando donat simpliciter, magis diligit eum, & uidetur præferre filiis aliis, & facto demonstrare quod non uult eam conferre, & sicut si expresse mandat, prohibetur collatio. d. §. illud. in fine. de triente & semisse. ita donando ex mera liberalitate facto exprimit se eum præferre alijs in illa re. argument. §. pauonum. institu. de rer. diuis. Et sic differentia inducitur ex causa donandi. facit. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. Et in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatam. ff. de adim. leg.

Sexto facit. d. §. illud. in uerbo cæterorum datorum, ergo omnia compræhendit, ut nota. in authent. ex causa. inf. de liber. præter. Sed respondetur quod illa generalitas restringitur per alias leges ad quas se refert quę intelliguntur de datis ob causam.

Septimo urget tex. in. d. §. illud. in authent. de triente & semisse. ibi, collationes omnino fieri, a quo dicũt doctores pendere leges & prophetas, Sed facilis est solutio, quia ille tex. nihil concludenter dicit pro hac opinione, cum illa lex non auxerit potestatem conferendi, nec inducit quod plura conferantur quæ solita non essent

esset conferri, sed solum disponit quod facto testamento non censeatur prohibita collatio, & ideo dicit collationes fieri omnino nō obstante testamento per quod antiquitus inducebatur tacita prohibitio collationis, & uere mirandum est quod doctores fecerint tantum fundamentum in illo tex. qui apertissime demonstrat loqui in diuersis terminis, tollendo prohibitionem tacitam quæ antiquitus inducebatur ex testamento facto, non autem inducēdo quod plura conferantur quæ non erant solita conferri, & ideo text. dicit, nos sancimus non esse omnino talem opinionem, idest testando uideatur prohibere collationem, quia uolumus nō obstante testamento eas omnino fieri, nisi expresse designauerit se nolle conferri, & confirmatur, quia postea in fine confirmat omnia cætera quæ de collatione per leges antiquas dicta fuerunt.

51 Octauo † inducitur lex si donatione, supra eodem. ubi fundus quæsitus post mortem patris non confertur, sed si donatur a patre filio in potestate, non potest haberi præcipuus, & sic ibi est donatio simplex, quia tex. dicit donatus est, & tamen non est præcipuus, sed debet conferri. Super isto textu laborant ualde doctor. dando uarios intellectus, & communis est intellectus, quod ibi res erat data in peculium, & sic non loquitur de donatione simplici, sed de cōcessione in peculium. Qui intellectus est uiolatiuus literæ, quia uerbum, dono, importat donationem ueram, non concessionem in peculium. Nec ualet saluatio Iasonis quod uerbum, dono, quando non præcesserunt benemerita importet peculii concessionem. l. quod fructuarius. in fine. ff. de acquir. rerum dominio. & l. cum pater. §. pluribus. ff. de leg. 2. ubi glo. & l. donationes in concubinam. §. pater. ff. de dona. & l. seruum. §. 1. ff. de acquir. rerum dominio. & l. 1. §. si pater. cum glo. ff. pro dona. Nam Dec. in d. auth. dicebat esse ualde durum recedere a uerbis tam claris, quia ex uerbis cognoscitur forma contractus. Oldradus in rub. inf. de dona. & Decius in consi. 32. Nec obstant iura allegata incontrariū quia uel ibi est donatio ualida, uel ex aliis apparet qđ erat concessio peculii, unde ipse postea ponit intellectum restringendo illum textum ad donationem ob causam, iuxta legem filiæ dotem. & l. ut liberis. hoc titulo nostro. idest nimirum est si ibi ualet donatio, & hoc ostendit, quia in primo casu dum dicit acquisitum post mortem, intelligit de donatione simplici quæ confirmatur per mortem, Dum uero in secundo casu dicit quod in uita fundus fuit acquisitus, intelligitur de donatione ob causam necessario, quia aliæ donationes non fiunt a parentibus. Sed iste intellectus etiam uiolat leges quæ simpliciter loquuntur in utroque dicto, & primus casus intelligi debet generaliter de omnib. acquisitionibus quæ fiunt post mortem patris, & secundus casus de omnibus donationibus quæ fiunt in uita patris.

Ideo Curtius dabat duas alias solutiones ad illum textum. Primo, quod cum ibi non appareat de traditione facta in uita patris, non potuit morte confirmari. l. Papinianus. & ibi Bar. & glo. ff. de dona. inter uirum & uxorem. Quæ solutio est etiam diuinatiua, quia iure antiquo donatio non fiebat nisi per traditionem, ut p Barto. in lege iurisgentium. in principio. ff. de pactis. & l. siquis argentum. in fine. infra de dona. ideo dicendo quod erat donatus, tacite includit traditionē factam. Secundo respondetur quod uerbum, dono, in filia importat dotis concessionem, licet in filio importat in dubio simplicem concessionem, quia quis uidetur potius dare pro eo quod debet quam ex alia causa. l. & magis. ff. de solu. & l. quod autem. & ibi Bar. ff. de iur. dot. & sic reincidit in solutionem Decii. Tamen est uiolatiua, qa eadem ratione in filio præsumerentur data propter nuptias, unde satis possunt tollerari existentibus nuptiis, sed non existentibus nuptiis uidetur uiolatiua talis restrictio.

Quare Cagno. ponit quartum intellectum. quem dicit peregrinum, quod ibi fundus unius filiæ erat donatus alteri filiæ, & cum illa uellet habere præcipuum, allegabat quod altera soror tenebatur approbare factum defuncti, quia hæres erat patris. l. cum a matre. & ibi no. supra de rei uendica. & illum intellectum dicit innuere illa uerba, cum sorore patri communi succedens præcipuum &c. postea ponderat tex. ibi, sed si is fundus filiæfam. constitutus, idest effectus filiæfamili. quoad dominium, quia genitiui inducit dominium, ut not. in rubrica. ff. de noui oper. nuutia. postea subsequitur tex. ubi a patre donatus. Sed ipse rectius dixisset hunc intellectum esse extraneum uel deportatum ab illa lege, nam triplicat uiolationes ad literam, & uult quod prima filia haberet causa dotis, ac uult quod fundus esset filii, item punctuat tex. ex arbitrio, & finaliter nouam legem constituit, item loquitur semper in tota lege in persona Antistiæ cui in utroque casu fuit donatus fundus, & non potest conuenire quod prius fuerit sororis. Ideo iste intellectus tamquam deportatus eiiciendus est de ciuitate ista, unde uidetur quod omnes solutiones doctorum Ias. Dec. & Cur. simul iungendæ sint, & intelligatur generaliter in omnibus casibus in quibus donatio habet effectum in uita patris, & conferri debet, & sic uel quod erat donatus ob causam, uel qđ erat datus in peculium.

52 Resolutiue † tamen loquendo ego puto opinionem communem ueram esse, quod donatio simplex non cōferatur, non per rationes suas, quia concludenter nōn probant, sed quia collatio bonorum non conuenit filiis in potestate, cum non militet ratio iniuriæ ut supra dixi, ideo ex capite collationis bonorum non possunt teneri, nec etiam ex capite collationis datorum possūt teneri, quia eius natura non est compræhendere donationes simplices, sed solum donationes ob causam, ut dicitur in d. l. illud. §. fi. Et ratio differentiæ, quare illæ donationes tātum ueniunt in collatione datorum, est, quia illæ factæ sunt ob causam necessariam ex quodam ordine naturali, & ciuili uiuere, & non uidetur in eis uelle præferri donatarios aliis filiis, seu eos prædiligere. argum. d. l. rem legatam. ff. de adim. leg. Sed quando sunt donationes simplices, illæ uidentur esse factæ ex mera liberalitate, & habere tacitā clausulam quod non teneatur conferre, quasi facto demonstrent eos diligere, & præferre fratribus in illa re, & sicut antiquitus solum testamentum sufficiebat ad prohibendā collationem, ita etiam ille actus mere liberalis sufficit ad prohibendam collationem, continens in se tacitā clausulam, quod illa bona habeat præcipua.

Limitatur tamen ista conclusio secundum doctores ut refert Iason in d. auth. ex testamento. col. 6. non procedere in septem casibus in quibus dicunt ipsi quod donatio simplex facta filio in potestate confertur, quorum duo ponuntur in l. illud. infra eodem. in fine. & tertius ponitur in lege filiæ licet. infra eodem. & per glosam. & Barto. in dicta authentic. ex testamento.

53 Quarto limitatur † non procedere quando pater donasset filio in potestate, & postea emancipasset nam talis donatio ualet in uita, & confirmatur per emancipationem. l. si emancipatis. infra de dona. & ideo conferri debet sicut cætera bona emancipatorum. l. prima. a contrario sensu. supra eodem. & per Bar. in leg. 1. §. nec castrense. ff. de colla. bonorum. Et propterea Iason hic dicit se dubitare de cautella quam ponit Barto. in lege donationes in concubinam. §. pater. ff. de donat. quod si filius uelit libros sibi traditos esse præcipuos quod faciat se emancipare, quia statim ualet donatio, & non cōferuntur libri, nam, dicunt ipsi, hęc cautella uidetur potius damnosa, quia si mansisset in potestate, fuisset confirmata morte, & habuisset uim relicti, & non debuisset conferri. l. a patre. infra eodem. Et hoc ego puto uerum

rum, nec placet saluatio Decii ibi, quod in libris non est dubitandum de collatione, quia acquiruntur tamquam castrense peculium, ut per Bartolum in dicto. §. nec castrẽse. Nam nõ est semper uerum, cum nõ procedat si filius non facit profittum in uita patris, ut ibi per eum, & præsupponit Bar. in dict. §. pater. quia non fuisset opus cautella emancipationis, & sic remanet quod hæc limitatio non est uera, & hic casus continetur sub regula supra firmata, quod donatio simplex non cõfertur, & particulariter quia emancipati omnia conferũt ex capite collationis bonorum, ut supra dixi, & ex generali ratione non tenetur conferre quando essent alii emancipati inter quos non habet locum collatio bonorum secundum opinionem quam supra posui declarando. l. c. ut liberis. in fine. infra eodem. & solum tenetur ex collatione datorum quæ non compræhendit donationes simplices nisi in duobus casibus. dict. leg. illud. in fine.

54 Quinto † limitatur secundum Alex. in omnibus casibus in quibus donatio ualet uiuente patre, ut in donatione facta a patre Rege filio suo in potestate, quia cũ illa donatio ualet. c. 1. §. item sacramenta. de pace iuramento firmanda. sequitur quod cessat ratio communis quod habeat uim relicti, & sic erit conferenda, sed Ias. in d. auth. repræhendit, & bene, quia omnis donatio facta ab imperatore uel rege uel alio principe non recognoscente de facto superiorem habet uim castrensis peculii. l. cum multa. infra de bonis quæ liber. iunctis no. per Bal. in principio. inf. de dona. inter uirum & uxorem. & Bar. in l. hostes. ff. de captiuis. & licet non loquatur in specie de donatione facta filio, tamen idem iudicari debet, quia militat eadem ratio, quidquid dicat Dec. in d. auth. ex testamento. Et sic hæc limitatio non est uera, tum propter rationem Ias. tum etiam propter aliam rationem quam statim ponam.

Sexto limitatur non procedere quando donasset filio emancipato unam rem, & aliam filio in potestate, secundum Iasonem in dicto loco. uers. septimo. argu. d. l. illud. §. fina. infra eodem. Sed mihi etiam non placet, quia ratio diuersitatis militat in filio emancipato qui tenetur conferre ex capite alterius collationis fundatæ in iniuria, unde non potest hic casus determinari per similitudinem d. l. illud. quæ loquitur in collatione datorum fundata in ratione æqualitatis in utroque filio, & hic emanc. tenetur ex collatione bonorum, ubi nihil ualet æqualitas, & tenet Cor. per alias rationes in d. l. illud. & Cag. hic nu. 198. reprobato Fulg. Alex. Paulo in d. l. illud.

Septimo limitatur non procedere quando pater donasset propter benemerita, nam tunc donatio ualet, qa est aduentitia acquisitio. l. si donatione. & auth. unde si parens. sup. de inof. testam. Et hæc est uera, quia filii in potestate non conferunt aduentitia. l. fi. inf. eodem. unde potest augeri etiam in donatione facta ex causa castrensi uel quasi castrensi, ut per Bar. in d. l. 1. §. nec castrẽse. ff. de colla. bonorum. & sic remanet, quod regula prędicta, donationes simplices non conferri, non habet locum in donationibus ex causa aduentitia. & castrensi uel quasi.

55 Octauo † limitatur non procedere in aliis casibus in quibus donatio ualet in uita patris, positis in lege frater a fratre. ff. de cond. ideb. & specialiter quando interuenit iuramentum, quo casu ualet, ut per Baldum in lege fi. circa finem uers. sed quid si fuit. infra de usuc. pro dot. cum similib. ut per Alex. in consi. 8. uisis. libro. 2. & Socci. consi. 111. uisa & diligenter considerata. colum. 4. & Rippam in lege si unquam. colum. 15. ad finem. infra de reuoca. dona. & quia sæpissime contingit, latius insisto, nam primo probatur per rationem positã sup. quia cum ista ualeat, non habet uim relicti, ergo cõferri debet. Secundo, quia sicut emancipatus confert donationem quia ualida est. d. l. ut liberis. in fi. ita etiam filius in potestate, quia ualida est. argum. l. a Titio. ff. de uerb. oblig. Tertio faciunt aliæ leges pro aliis limitationibus supra allegatæ.

Contrariam tamen opinionem tenuit Cor. in d. authen. ex testamento. asserens esse de mente iur. & uidetur esse de mente Decii ibi, & expresse sequitur hic Cagno. Et mouentur per textum in sui generalitate in lege illud. §. fi. infra eodem. ubi ponit duas limitationes, & exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis l. nam quod liquide. ff. de pen. leg. & in lege. 1. ff. de regul. iur. Sed responderi potest, quod ille tex. non considerauit casum de donatione ualida per iuramentum, quia tunc iuramentum non habebat tantas uires. l. non dubium. supra de legib. sed ualiditas inducta fuit propter ius canonicum, placet tamen ista opinio, primo ꝑ regulam positam in d. lege illud. quæ generaliter considerauit omnes donationes simplices ualidas, & ex extensione passiua compræhendit etiam donationem ualidam propter iuramentum. Secundo confirmo per aliam rationem, quia, ut supra dixi, leges iubentes collationem datorum procedunt tantum in donatis ob causam, & fundantur in ratione æqualitatis, ut sæpius dictum fuit. Quæ ratio æqualitatis non militat in donatione facta ex mera liberalitate, quia uidetur donator magis eum diligere & uelle præferre fratribus, & sic donando posuit clausulam tacitam quod non debeat conferre, sicut faciendo testamentum antiquitus prohibebat collationem, & etiam hodie prohibet in collatione emancipatorum. l. 1. supra eodem. Vnde cum nõ habeamus legem dicentem, quod conferratur, nec militat ratio posita in dicta lege ut liberis. ut dixi, nec etiã potest fieri extensio, maxime cum d. l. illud. ponendo exceptiones firmat regulam in contrarium, quod donationes non conferuntur. Quæ regula sine scrupulo procedit in collatione datorum ob causam, de qua ibi. Similiter non potest cogi conferre ex capite collationis bonorum, quia illa non habet locum inter filios in potestate, quia non faciunt sibi iniuriam, merito sequitur quod talem donationem iuramento firmatam non tenebitur filius conferre. Nec obstat quod cessat ratio cõmunis quæ prohibet collationem, quia licet illa cesset, tamen non cessat alia quæ est magis prohibitiua, quia leges non dicunt illas conferri. Nec potest fieri extensio, quia non militat eadem ratio, item non confertur quia pater exercendo actum illum ex mera liberalitate uidetur prohibuisse istam collationem, quæ præsumptio durat donec contrarium appareat, ut dicitur in dicta lege illud. in fine. Non obstat similido de emancipato, quia non concludit, cum emancipatus teneatur ex capite collationis bonorum per illum textum qui non habet locum inter suos, ut dixi, quia non militat ratio iniuriæ. Non obstant aliæ leges, quia supra responsum fuit, & istæ sunt meliores responsiones quam illæ quas ponunt Cagnolus & Corneus hic. Ex quibus patet quod plereque limitationes doctorum non sunt bonæ.

Et constituenda est regula, quod donatio facta filio in potestate non confertur, siue ab initio ualeat donatio, siue non ualeat, quia non continetur sub collatione datorum, & non habet locum collatio bonorum, Fallit primo quando filius habuit donationem ob causam, Secundo fallit quando pater hoc expressit. d. l. illud. in fine. & sic regula posita in dicta lege illud. §. fin. firma manet. & est obseruanda, quę non corrigitur per dictum. §. illud. ut supra late dixi. Aliæ limitationes nõ sunt ueræ, uel confirmant hanc regulam, quia concordant cum ea, quod non conferuntur.

Sexto quærit hic Barto. an extranei conferant filiis, uel econtra, & concludit quod non, & sequuntur communiter doctores hic, & supra dixi post Decium. Ampliando procedere etiam in transuersalibus & ascendẽtibus, quia ratio collationis bonorum in eis non militat,

tat,cum emancipatio, & patria potestas in istis personis non consideraretur,nec iniuria , similiter nec ratio collationis datorum militat,quia ratio æqualitatis nō consideratur in istis personis quibus omni iure non debetur successio æqualiter , nam cum non debeatur æqualiter successio,non potest dici quod debeant reduci ad æqualitatem,ut supra dixi .

56 Septimo†quærit Barto.an hodie habeat locum collatio, cum per ius authenticorū sit sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis.§.nullam in authē. de hæred.quæ abintest.& concludit quod non,quia licet in succedendo non sit sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis,tamen in aliis nō est sublata.

57 Et tres†casus ponit glo.primus est,in successione ex testamento,de quo dicemus in auth.ex causa.infra de liberis præteritis post glosam.Secundus est in donatione facta a patre.l.2.supra de inofficiosis donat. Tertius est in litigando cum patre.l.qui in potestate.supr. de in ius uoc.& ibi no. Quartus est in lege si.§.necessitate.infra de bon.quæ liber. Quintus est in lege. 1. & 2.ff.ad macedonianum. Sextus est in transmissione quia emancipatus nec etiam hodie transmittit, ut dixi in lege qui se patris.supra unde liberi.& Ange. hic. & Pau.de castro.Bal.in lege fratres.infra de iure deliber. & in auth.in successione.infra de suis & legitimis.Angel.in lege illud.ff.si pars hæred.petat.ubi dixit esse cōmunem opinionem.& Cor.hic colum.5.uer. in eadem glo.ibi,illud,& sic per ius auth.non restituitur suitas. Septimus est in facultate adeundi & hæreditatis, in lege si.infra de bonis quæ liber.& habetur in lege 1. sup. qui admitti. Octauus est,quia filius emancipatus non censetur esse eadem persona cum patre,secus in filio in potestate.§.ei uero.insti.de inutil.stipul.glo.in lege 2. infra qui ætate.quam comēdant Bald.ut refert Romanus in lege si uero.§.de uiro.ff.soluto matrimonio.colum.7.& Cor.hic num.10.Decimus casus, quia emancipatus non habet beneficium.l.fi.inf.de repud.hæredi.ut ibi no.per Cor.in princip. Vndecimus est casus in collatione,ut hic per omnes. Duodecimus casus in acquisitione,quia filius in potestate hæreditatem ꝓfectitiam acquirit patri,secus emancipatus,ut no. in lege 1.supra qui admitti.l.sed & si plures.§.in arrogato. ff.de uulg.& pup.Item acquirit aduentitia quantū ad usumfructum.d.l.cum oportet.infra de bonis quæ liber.Item non potest alienare.l.fin.§. filiis autem. infra de bon.quæ liber.propter quam causam apparet quod adhuc hodie durat ratio iniuriæ,quia emancipatus prędicta omnia acquirit sibi,& si fuisset in potestate acquisiuisset patri ut & pinguior esset hæreditas patris, & ipsi filii acquirunt,intātum quod ratio acquisitorum per filium in potestate non est hodie sublata,& iniuria durat,& per consequens etiam ius collationis. Similiter nec alia ratio iniuriæ in auocando successionem non est sublata in totum,ut no.in d.auth.ex causa.infra de liber.præter.Et propterea non est necesse insistere super illa difficultate in qua laborant Cag.& Cur.an correcta ratione legis sit correcta dispositio, quia dicitur quod nulla ratio est correcta, & stante emancipatione nullus est casus etiam abintestato in quo non militet saltem ratio differentiæ antiqua,quamuis alterata aliqualiter in modo acquirendi,per quam inducitur iniuria,& sufficit quod uera ratio remaneat . argument.§. affinitatis . instituta de nuptiis . Quare concludendum est , quod omnis collatio hodie durat , tam collatio bonorum , quam etiam collatio datorum ob causam , hoc tenent quasi omnes doctores .

58 Subdit†etiam Bartolus hic, quod hodie in collatione est parua differentia inter emancipatos & suos,quia dicit solum esse differentiam in aduentitiis,cum profectitia ab omnibus conferantur,& differentia emancipationis est sublata per legem ut liberis.infra eodem . & pertranseunt docto. Sed falsum est,quia immo hodie magna est differentia collationis emancipatorum & illorum qui sunt in potestate,Nam emancipati conferūt omnia bona sua,scilicet aduentitia quantum ad usumfructum,& omnia alia ex quacunq; donatione habuerunt a patre.l.1.supra eodem.& per legem nostram, nec hoc correxit lex ut liberis . in fine.supra eodem.Et sic emancipati tenentur conferre ex capite collationis bonorum.de qua in titulo.ff. de collatione bonorum. etiam hodie, secus in filiis in potestate qui non tenentur conferre illa collatione , ut supra sæpius dixi,quia hæc etiam hodie durat. Solum enim sublata est differentia emancipationis & patriæ potestatis in collatione datorum ob causam , de qua solum loquitur lex ut liberis , quæ etiam non multum consideratur in edicto prætoris.leg.prima.in uerbo immisceat.ff. de collatio.dot.

59 Quærit†etiam hic Alex.post Fulgosium & Curti.& Cagno.numero.200.nunquid habeat locum collatio quando filii essent instituti inæqualiter,ut si filiam iam habentem magnam dotem uel donationem propter nuptias institueret in una uncia tantum,an teneatur cōferre dotem,& distinguit , quod si pater instituisset in minima parte,quia dedisset magnam dotem, quod tūc cessaret collatio,quasi sit prohibita.argum.leg. ex parte.§.ab intestato.ff.famil.hærciscundæ.Si uero non apparet de hoc,non cessabit collatio propter inæqualitatem institutionis, sed filia habet remedium quod se abstineat ab hæreditate,& retineat suam dotem.l.pe. & fi.ff. de collatio.dot.Facit textus in lege secunda. §. & si tres.ff.de collatione bonorum.ubi dicit, nec indignari eos si plus conferant quam accipiant. Incontrarium tamen Decius in dicta authentic.ex testamento. columna finali allegat,quia alias insurgeret maior inęqualitas conferendo,quam si non fiat collatio, & non uerificatur ratio data in dicto paragrapho illud . in authentic.de triente & semisse. ideo cessante ratione debet cessare dispositio legis l. adigere.§. quamuis. ff. de iure patrona.Respondebat ibi Decius quod æqualitas non attenditur quando apparet de expressa uel tacita mente testatoris,& lex præsumit quod semper testator uelit seruari collationem si non prohibuit , quia uidetur oblitus dicere,& sufficit quod a communiter accidentibus insurgat æqualitas.argumen.dictæ legis primæ.§.si tres.& idem Decius consilio 95.ad finem.columna prima.Et hæc pars mihi placet ex alio,quia instituendo non uoluit testator æquare filiā cum filiis , sed ideo fecit ut rumperetur testamentum si forsan esset ꝓterita,iuxta not.in auth.ex causa.infra de liberis præteritis . Et ideo multum est attendenda & coniecturanda mens testatoris , quia hæc prohibitio collationis potest etiam fieri tacite ex uerbis generalibus positis in testamento , prohibendo amplius non petere filiam uel unam ex filiis , non omnes prohibet conferre . argum.legis fina.ff.de acceptila. Et est multum æqua opinio , quod etiam sine uerbis possit prohiberi collatio,quamuis tex.dicat in dicto.§.illud. expressim designauerit .

60 Quid autem†sit de libris emptis a patre uel simpliciter traditis an filius teneatur conferre, posuit Alex. in lege si donatione.columna penultima.& finali. inf.eodem.& per Iasonem in lege filiæ licet.infra eodem. & ibi Bald. & Riminald. ponunt prærogatiuam aliam, quam etiam habent filii in istis libris emptis quando conferuntur. Quid etiam sit de expensis factis in studio per unum filium ex sociis omnium bonorum , an deberet computari in societate uel detrahi posuit Iason in authentica quod locum. columna quarta . post Speculatorem Romanum & Alexandrum, & inclinat quod debent cedere damno studentis, sed Soccinus in consilio 291.columna sexta.aliter tenet, quod omnis sit expensa de societate,sicut quando una filia unius ex sociis habet dotem,ut consuluit Decius in consilio 66. & 67.

& 67. & Soccinus latisſime in conſilio quarto. uolumin. quarto. & ſequitur hic Cagnolus. Quid autem ſit de dotibus receptis per patrem communem, & augumentis eorum, quando fratres uolunt diuidere hæreditatẽ an debeant detrahi de bonis antequam fiat diuiſio bonorum, poſuit hic Cagnolus in fine. & determinat q̃d ante omnia detrahendæ ſint dotes, & dandæ maritis q̃ ſuſtinent onera matrimonii, & donatio propter nuptias imputari debet in partem illius cui aſsignatur, & poſtea fieri diuiſio, ut hic per eum.

61 Vltimo † pro plena intelligentia & reſolutione totali, reducas totam materiam ad breuitatem & ordinem, & dicas duas eſſe collationes ſeparatas in rebus, in ratione, in qualitate perſonarum, & in effectibus, Vna quæ appellatur collatio bonorum, alias prætoria, alias acquiſitorum, quæ inducta fuit a prætore ratione iniuriæ quam faciunt emancipati ſuis in auocando ſucceſſionem ex beneficio edicti prætoris a fratribus in poteſtate, quibus tota ſucceſſio patris debetur iure ciuili, & etiam in participando de laboribus & lucris filiis exiſtentibus in hæreditate patris, & acquiſitione filii in poteſtate, cum illa lucra facta a filio emancipato ſint ipſius precipua, & ſi manſiſſet in poteſtate dittaſſent hęreditatem patris. l. prima. ff. ſiquis a paren. fuer. manumiſ. & l. placet. ff. de acquirenda hæreditate. qui effectus etiam hodie in magna parte durauit, ut ſupra dictum fuit. Alia eſt collatio quæ originaliter etiam fuit prætoris, ſed quia minus fuerit anguſtata, ideo eius loco a conſtitutionibus fuit inducta una collatio alia quæ fundata fuit in ratione æqualitatis, & appellatur collatio datorum, de qua principaliter traditur in lege ut liberis. & leg. illam. & lege illud. infra eodem. Et appellatur collatio datorum, quia fit ſolum de datis ab eo de cuius hæreditate agitur, & datis ob cauſam.

Igitur conſtituas duas regulas in tota hac materia, Prima eſt, quod collatio bonorum quæ eſt prætoria non habet locum regulariter. Nam non habet locum in filiis ſuccedentibus in bonis maternis, quia in illis non conuenit emancipatio uel patria poteſtas nec contratabulas. Secundo non habet locum inter emancipatos, quia inuicem non faciunt iniuriam, cum ęqualiter ſint excluſi a lege ciuili. Tertio non habet locum inter ſuos & emancipatos, quia ſui non faciunt iniuriam emancipatis, ſed ipſi iniuriantur, Quarto non habet locum inter exiſtentes in poteſtate, quia omnes æqualiter uocantur a iure ciuili, & non faciunt inuicem iniuriam, Quinto non habet locum inter extraneos tranſuerſales & aſcendentes, quia eis non conueniunt emancipatio & patria poteſtas, nec iniuria, Solum igitur habet locum inter emancipatos & ſuos, ut in lege noſtra. §. primo. concurrentibus quinque. Primo quod illi liberi ſint de illis qui ſuccedunt abinteſtato, ut quia obtineant primum locum, uel nullo ſtatuto prohibeantur ſuccedere. Secundo quod ſuccedant titulo uniuerſali, quia relicta non conferunt. l. pater. infra eodem. Tertio, quod non ſit prohibita per teſtatorem. Quarto quod non ſuccedant diuerſo iure, q̃d contingit quando filii in poteſtate ſunt exhæredati. le. filium. §. uideamus. digeſtis de contratabulas. le. pater filium. cum lege ſequenti. digeſt. de collatio. doti. Quinto quod non ſit factum teſtamentum ualidum. le. prima. ſupra eodem. Iſtis igitur concurrentibus habet locum hæc collatio, alias autem non permittitur, In caſibus uero in quibus permittitur tunc compræhendit omnia bona emancipati quæ acquiſiuiſſet patri ſi manſiſſet in poteſtate, Ideo conferuntur omnia aduentitia quantum ad uſumfructum, Item omnia profectitia ſiue ſint donationes ſimplices. l. 1. ſup. eod. a contr. ſiue ſint ob cauſam. l. ut liberis. inf. eo. ſed non conferuntur aduentitia quantum ad proprietatem. d. l. fi. inf. eo. nec caſtrenſia nec quaſi. d. l. fi. in fi. & l. 1. §. nec caſtrenſe. ff. de colla bono.

Secunda eſt regula in collatione datorum permiſsiua, quod collatio datorum ob cauſam regulariter permittitur, nam habet locum inter filios emancipatos, & in poteſtate, emancipatos, & ſuos, & ſuos, & emancipatos, & inter illos qui non ſunt ſui nec emancipati, ſiue ſuccedatur in bonis paternis, ſiue lineæ maternæ. l. ut liberis. leg. illam. & leg. illud. infra eodem. Item etiam habet locum ſi factum eſt teſtamentum. authẽ. ex teſtamento. ſupra eodem. Sed oportet quod ſuccedatur in bonis aſcendentium, nam inter extraneos trãſuerſales & aſcendentes non permittitur, quia eis non debetur omni iure ſucceſsio æqualiter, Et hæc collatio introducta fuit ratione æqualitatis ſeruandæ, q̃a iſtis liberis omni iure debetur ſucceſsio æqualiter, & ratio naturalis dictat ut ſeruetur æqualitas, ſed tamen non ſemper permittitur inter iſtos liberos, quia oporꝫ tet quod concurrant tria, Primo quod ſint de ſuccedentibus abinteſtato, ut quia obtineant primum locum, uel non ſint prohibiti ſuccedere aliqua lege uel ſtatuto, Secundo quod ſuccedant titulo uniuerſali, Tertio quod non ſit prohibita a teſtatore. l. illud. in fine. infra eodem. iſtis concurrentibus habet locum, uno autem deficiente non procedit, In caſibus uero in quibus habet locum, tunc conferuntur ſolum quinque, dos, augumentum dotis, donatio propter nuptias, datum cauſa militiæ, & donationes ſimplices, in duobus caſibus. l. ut liberis. & leg. illam. & leg. illud. in principio. & §. fina. infra eodem. cætera autem bona non ueniunt nec donationes ſimplices etiam ualidæ, ut ſupra dixi, quamuis doctores aliter uideantur tenere, & non bene.

62 Quamobrem † ſi in practica occurrerit dubitatio, quando fienda ſit collatio, ante omnia debes inſpicere an tractetur de ſucceſsione liberorum in bonis aſcẽdentium, quia alioquin non procedit collatio, & ſi erit ſucceſsio liberorum, inſpiciendum eſt an ſit emancipatus aliquis, & ſi nullus eſt emancipatus, quod frequẽtiſsime contingit, tunc facias concluſionem, quod collatio datorum regulariter eſt permiſſa, in qua collatione continentur illa quinque, dos, augumentum dotis, donatio propter nuptias, & datum cauſa militiæ, & donationes ſimplices in duobus caſibus, & ſi aliquod ex illis interuenit, fienda eſt collatio, ſi concurrant illa tria, quod ſuccedant abinteſtato, & titulo uniuerſali, & non ſit prohibita per teſtatorem, ſed ſi nihil de illis quinque interuenit, ceſſat collatio. Si uero interuenit emancipatio, & tunc oportet quod concurrat emancipatus cum ſuis, & ſi concurrat habebit locum collatio interuenientibus illis quinque, ſcilicet, quod ſuccedere poſsit abinteſtato, titulo uniuerſali, quod nullum ſit factum teſtamentum, & quod ſit prohibita, & quod ſuccedere poſsint, eodem iure. id eſt quod filius petens collationem non ſit exhæredatus, alioquin collatio ceſſabit, Sed quando habebit locum, emancipatus tenebitur cõferre omnia bona ſua quæ acquiſiuiſſet patri ſi fuiſſet in poteſtate ut aduentitia quãtum ad uſumfructum, donationes ſimplices & donationes ob cauſam, ſed non conferre caſtrenſia nec quaſi caſtrenſia, nec aduentitia quantum ad proprietatem l. fi. infra eodem. Quæ nota quia a nemine inuenies ita explicata.

Ioan. Bolog. Neapoli in primaria cathedra de mane legens. die. 13. Aprilis. 1554.

Summaria super authentica ex Causa. C. de liber. præter.

1 N Hac auth. tractatur de uiribus testamenti continentis exhæredationem uel præteritionem.
2 Causa inducendi institutionem exhæredationem, & præteritionem in testamentis, quæ fuerit.
3 Institutio quid sit, & quæ requirantur ad eius ualiditatem.
4 Exhæredatio quomodo diffiniatur, & quæ sint necessaria ad eius ualiditatem.
5 Præteritio quomodo diffiniatur, & quæ sint de substantia illius.
6 Præteritio est duplex, paterna, & materna, differentes in substantia & effectu.
7 Effectus institutionis qui sint de iure antiquo & nouo.
8 Effectus exhæredationis qui sint de iure antiquo & nouo.
9 Effectus præteritionis paternæ de iure antiquo & nouo.
10 Effectus præteritionis maternæ de iure antiquo & nouo.
11 Quæ fuerint immutata per authenticam licet. positam hoc titulo.
12 Quæ fuerint immutata per authenticam ex causa.
13 Summatur & casus figuratur cum ratione decisionis in prima parte.
14 Casus figuratur cum ratione decisionis in secunda parte.
15 Verba contextus unite referuntur.
16 Pater tenetur instituere filium, nec sufficit magnum legatum relinquere.
17 Causa ingratitudinis pro forma testamenti hodie inseri debet in testamento.
18 Causa in testamento inserta non facit testamentum ex toto subsistere nisi probetur per hæredes.
19 Hæc authentica secundum omnes loquitur de præteritione materna.
20 Præteritio paterna an comprehendatur in prima parte huius auth. ut ei addatur forma.
21 Præteritio paterna non continetur in prima parte huius auth. nec in modo prætereundi aliquid immutatum hodie in patre.
22 Filio præterito a patre cum causæ insertione quæ fit probata per hæredes, testamentum etiam hodie est ipso iure nullum, & quomodo priuetur hæreditate patris.
23 Ex causa præteritionis paternæ rupto testamento an legata conseruentur per hanc auth. latissime discutitur.
24 Præteritio non est proprie species exhæredationis.
25 Verbum præterire in contextu positum refertur ad matrem & lineam maternam, & uerbum exhæredare ad patrem.
26 Verba, falsis accusationibus & circumscriptionibus, quomodo intelligantur.
27 Ex præteritione paterna rupto testamento legata conseruantur per hanc authenticam ex capite extensionis, non ex ui uerborum.
28 Hæc auth. an habeat locum in præteritione posthumi, late discutitur.
29 Plena distinctio an hæc auth. habeat locum in posthumo præterito a patre uel matre.
30 Hæc auth. an habeat locum in præteritione ignoranter facta, late discutitur.
31 Plena distinctio traditur, an hæc auth. habeat locum in præteritione ignoranter facta.
32 In præteritione materna ignoranter facta conseruantur legata per hanc auth. contra Bar.
33 Hæc auth. an habeat locum in præteritione quasi posthumi.
34 Hæc auth. an habeat locum in præteritione filii emancipati.
35 Titulus de legatis præstandis an sit hodie correctus.
36 Declaratio l. 2. ff. de leg. 3.
37 Hæc auth. habet locum in præteritione parentum facta a liberis testantibus.
38 Hæc auth. non habet locum in præteritione fraterna.
39 Exhæredatio quot modis capitur, & quot sint eius species.
40 Hæc authentic. an habeat locum in exhæredatione bona mente facta.
41 Exhæredatio bona mente an hodie fieri possit.
42 Ex causa exhæredationis rupto testamento an hodie conseruentur legata.
43 Rupto testamento per repudiationem an conseruentur legata.
44 Lex si nemo. ff. de test. tutel. an hodie habeat locum.
45 Hæc auth. an habeat locum quando præteritus approbauit testamentum, & hæres repudiauit.
46 Hæc auth. non habet locum in testamento nullo ex capite solemnitatis, uel alia causa.
47 Præteritus cum causæ insertione an sit exhæredatus, & quid sit præterire.
48 Querella inofficiosi testamenti an hodie habeat locum.
49 Testamentum in quo causa non est inserta an sit ualidum hodie.
50 Probatio causæ insertæ an possit esse de forma testamenti.
51 Filio in potestate præterito a patre quæ remedia hodie competant.
52 Filio in potestate exhæredato quæ remedia hodie competant.
53 Filio emancipato præterito uel exhæredato quæ remedia hodie competant.
54 Contra tabulas hodie non est correcta, & est necessaria in filio emancipato.
55 Filio præterito a matre uel linea materna quæ remedia hodie competant.
56 Matri uel auo materno præteritis a liberis quæ remedia hodie competant.
57 Patri præterito a filio emancipato quæ remedia hodie competant.
58 Patri præterito a filio in potestate in castrensi uel quasi castrensi quæ remedia hodie competant.
59 Testamentum militis hodie potest quærelari, & dici nullum ex causa præteritionis uel exhæredationis.
60 Parentes an debeant habere legitimam titulo institutionis.
61 Hæc auth. an habeat locum in præteritione fraterna, & quæ remedia hodie competant.
62 Institutio in re certa an conseruetur per istam auth.
63 Substitutiones uulgares annullantur per istam auth.
64 Substitutiones pupillares conseruantur per istam auth.
65 Fideicommissum uniuersale quando conseruetur per istam authenticam.
66 Conditiones appositæ in testamentis an & quando conseruentur.
67 Quæ ueniant appellatione cæterorum.
68 Data causa conditionis implendæ an conseruentur per istam authenticam.
69 Legata relicta filio præterito &c. in eo collata conseruantur per hanc auth. contra Bar.
70 Epilogatio breuis quomodo & quando conseruatio cæterorum fiat per hanc auth.
71 Legata conseruata per hanc auth. petuntur actione ex testamento.
72 Clausula codicillaris quare apponatur in testamentis.
73 Clausula codicillaris an operetur in legatis conseruatis per hanc authenticam.
74 Verba, si non ualet uel ualebit, an exponantur, quatenus ualet uel ualebit.
75 Testamentum an hodie rumpatur ex capite dementiæ.
76 Clausula codicillaris an operetur in testamento rupto per quærelam.
77 Clausula codicillaris an operetur in testamento rupto per præteritionem posthumi.
78 Clausula codicillaris quid operatur in testamento.
79 Clausula codicillaris an operetur in posthumo ignoranter præterito, latissime discutitur.
80 Clausula codicillaris regulariter operatur in filio ignoranter præterito.
81 Clausula codicillaris an uideatur apposita ex intentione testantis, uel consuetudine notariorum.

82 *Clausula codicillaris operatur in omni testamento ex quacunque causa rupto ab initio uel postea.*
83 *Casus aliqui ponuntur in quibus clausula codicillaris non operatur hodie.*
84 *Clausula, omni meliori modo, quid operetur in testamentis, remissiue.*
85 *Clausula codicillaris quid operetur in præteritione fraterna.*

Repetitio Auth. ex causa. C. de liber. præter.

1 N Hac auth. tractatur† quæ solemnitas hodie requiratur in testamentis parētum, & quas uires habeant quando liberi sunt præteriti uel exhæredati, tam circa institutiones, quam etiam circa legata, & cætera in eo disposita. Et auth. sumitur ex titulo ut cū de appella. cogn. §. aliudquoque capitulum. per quattuor sequentes colum. in quo duo noua principaliter in testamentis inducuntur, unū circa formam, augendo eam, ut exhæredatio non ualeat uel præteritio nisi sit inserta causa ingratitudinis, sed ea non inserta testamentum sit ipso iure nullum, & si inseratur, ad conseruationem requiratur probatio causæ per hæredem fienda, alias rumpatur, & hæc pars quæ est additiua formæ testamenti, & annullatiua iustitiæ non seruata posita fuit supra in auth. non licet. Secundo deciditur nouiter quod si testamētum ex prædictis causis sit nullum, uel annullatur, quia causa non sit probata, quod tunc solum euacuetur quantum ad institutiones. cætera autem firma maneant, & hæc pars quæ est conseruatoria cæterorum ponitur in hac auth. per Irnerium, non sine ratione a prima separando, & propter ea uariis modis adaptatur ad textum. Nam prima pars quæ loquitur de solemnitate augenda adaptatur ad legem præcedentem, quia uenit augendo formam positam in lege fi. supra eodem. Secunda uero pars quæ est conseruatoria testamenti uenit correctiue seu limitatiue ad legem, dum in §. prim. dicitur, uel ipso iure euertat, uel per contratabulas stare non patiatur, & sic uenit limitatiue ad illud generale dictum. & lex secunda. supra eodem. & in §. primo. supra lege præcedenti.

Et quia tota disputatio ualiditatis dependet a tribus terminis, scilicet institutionis, exhæredationis, & præteritionis, ideo ad euidentiam tria principaliter sunt præmittenda, Primo quid sit institutio exhæredatio, & præteritio, & quare sint inuenti isti termini, & quomodo fiant. Secundo quos effectus operetur exhæredatio tacita uel expressa, & præteritio de iure antiquo & iure codicis usq; ad tempus istius auth. Tertio, quos effectus operetur hodie per istam auth. & ita apparebit in quo corrigantur iura antiqua, & in quo remaneant confirmata.

2 Circa primum† sciendum est quod cum iam passim in omnibus regnis & populis successiones in bonis morientium introductæ & receptæ fuissent, lex duodecim tabularum in ciuitate Romana dedit eis certam formā & modum tam ex testamento quam abintestato, iuxta ea quæ dixi in rubrica. supra qui admitti. in præmissis & l. fi. supra unde legit. Et in successionibus filiorum, quia bona eis iure naturali debentur. c. primo. ibi, liberorum successio. distinctio. prima. & l. cum ratio. de bonis dam. suitatem induxit, quia constituit quasi dominos ipsos filios in bonis patris eo uiuente, & post mortem continuare dominium, ut nec etiam titulum ꝓ hærede haberent. l. in suis. ff. de liber. & posthumis. & l. nihil. infra pro hærede. & no. fuit plene in lege qui se patris. supra unde liberi. Quamobrem eadem lege duodecim tabularum uel alio posteriori iure pro forma testamenti inductum fuit quod filii in potestate instituerentur in testamento & confirmarentur in dominio bonorum, uel exhæredarentur, idest priuarentur rite illo quasi dominio, alioquin testamentum non ualeret. le. intercætera. ff. de liber. & posthumis. ne eueniret quod eodem tempore filius ratione suitatis post mortem patris esset dominus bonorum & etiam hæres institutus insolidum, contra notissimas regulas iuris ciuilis. l. hæreditatem. §. fi. ff. de castrensi pecul. & l. si ut certo. §. si duobus uehiculum. ff. commod. & late notatum fuit in l. posthumo. sup. de contratab.

3 Quo factum† fuit quod prædicti tres termini, scilicet institutio, exhæredatio, præteritio, in materia successionis testamentariæ ut plurimum uentilarentur, & nos particulariter de eis tractare pro intelligentia materiæ opus sit, Quare diffiniendo institutionem dicas, institutio est bonorum suorum in totum uel in partem in dominum post mortem constitutio testamento facta, uel institutio est in propriis bonis uel parte post mortē domini constitutio testamento facta, instituere est aliquem in bonis suis uel parte post mortem testamento dominum constituere, dixi bonorum suorum, quia institutio facta de bonis filii uel hæredis uel alterius extranei non ualet, intantum quod si pater institueret filium in peculio aduentitio, quamuis habeat usumfructum, tamen non ualet. Bald. in lege scimus. in 4. quæstione. sup. de inofficioso testamento. & le. suus quoque. colum. secunda. uers. iuxta prædicta quæro. ff. de hæredibus instituend. & Alex. in consilio 20. ponderatis. colum. 3. libro 3. & Decius in lege posthumo. numero septimo. supra de contrat. uer. & quod glo. dixit. Item dictum fuit in totum uel in partem, quia fit de minima parte. §. & unum. inst. de hæred. inst. Item dictum fuit in dominum, quia appellatur hæres, idest dominus. §. fi. inst. de hæred. quali. & differ. Item dicitur testamento facta, ad differentiam donationis omniū bonorum quæ fit post mortem, de qua per Bartolum & doctores in lege fi. sup. de pact. Item quia in codicillis fieri non potest. §. pe. inst. de codicil. Sed in institutione filii de iure digestorum duo alia erant necessaria, unum quod fieret in principio testamēti. §. ante hæredis institutionem. insti. de leg. Aliud erat necessariū ad plenam firmitatem testamenti quod esset institutus usque ad quartam portionis ei debitæ abintestato, nā si erat institutus in minori portione, poterat agere querella. l. Papinianus. §. unde si quis. cum glo. iudicium. ff. de inoff. testamen. notat Iason post Aretinum in lege si contratab. colum. fin. uers. contra istam conclusionem. ff. de uulg. & pupil. Et ideo non dicitur proprie institutus, sed dicitur quasi exhæredatus, & appellatur casus mixtus, ut per Iasonem in lege fi. colum. 2. ff. de liber. & posthum. & Aret. in d. lege & si contratab. & per Ferrarienses in lege posthumo. supra de contratab. num. 41. ubi dixi. Et si contingat quod ultra institutionē de minori portione haberet postea etiam legata usque ad debitam portionem, institutio confirmaretur. argum. §. fi. insti. de inofficioso testam. Et eadem ratione si esset institutus in maiori portione, & grauatus restituere alteri hæreditatem relictam, conqueri posset, & non diceretur recte institutus, ut probatur in di. lege Papinianus. §. unde si quis. argum. a contrario sensu. Et sic quattuor erant necessaria de iure digestorum ad ualiditatem institutionis, quod esset facta de bonis testatoris, & usque ad portionem legitimam, & in testamento conscripta, & in principio testamenti, hodie uero firmissima est de quacunque quantitate fiat, quia semper testamentum ualet, & si est minus legitima datur supplementum ad legitimam, & testamentum remanet efficax. l. omnimodo. ubi Bald. & Salicet. supra de inofficioso testam.

4 Exhæredatio† secundum Bald. est dispositio tacita uel expressa priuans liberos uel parentes hæreditate sibi

bi debita, in testamento solemniter facto. Dicitur dispositio tacita uel expressa, quia exhæredatio etiam fit tacite, ut in milite sciente se habere filium, nam tacite prætereundo dicitur exhæredare. l. sicut certi. infra de milita. testa. & §. pe. insti. de exhæred. lib. nam illa præteritio est tacita exhæredatio, non autem habetur pro exhæredatione, ut dixi in l. posthumo. supra de contra tab. Item potest compræhendi præteritio matris uel lineæ maternæ quæ habetur pro exhæredatione. §. fi. inst. de exhæred. lib. & inst. de inoff. testam. in princip. secundum declarationem infra ponendam. Dicitur priuans, quia per exhæredationem impeditur effectus suitatis & illius quasi dominii. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acq. hæredi. secundum communem intellectum, & ideo fit per uerbum exhæredo. l. 1. ff. de liber. & posthum. & l. 3. §. nominatim. ff. de iniusto rup. & irri. testam. Vel alterius esto ab hæred. Vel uolo quod nihil habeat, Vel alia similia uerba priuatiua. l. 3. sup. eo. de libe. præte. & l. si quis filio exhæredato. ff. de iniusto. rup. & irri. testam. & l. scripto. ff. unde liberi. Et intellige quantum ad effectum, quia exhæredatio rite facta si adita est hæreditas perpetuo impedit filium succedere. d. l. scripto. & l. filium. ff. de contrat. & l. si quis posthumos. §. 1. ff. de lib. & posthum. Vere tamen non priuat, quia non extinguit suitatem, sed solum suspendit, ut dixi in l. qui se patris. car. secunda. supra. unde liberi. post alios modernos. Et si scrupulosus es potes ponere uerbum, remouens, loco uerbi, priuans, & cessabunt omnia. Dicitur liberos & parentes, quia isti solum debent exhæredari, cum in aliis inepta sit exhæredatio. l. quidam cum filium. & ibi Bar. ff. de uerborum obliga. Et quia generaliter dicit de liberis & parentibus utriusque sexus, & naturales, uel legitimi, & emancipati, & in potestate. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præst. qui debent institui uel exhæredari, ut in auth. præcedenti. & l. pater filium. ff. de inofficioso testamento. & instit. de inofficioso testam. in principio. Item dixi hæreditate sibi debita, quia propter ius acquisitum necessaria est ista priuatio. argum. l. cum ratio. ff. de bon. dam. coniūcta l. nam & si parentibus. ff. de inofficioso test. & l. scripto. in fin. ff. unde liberi. Item dicitur testamento, quia in codicillis fieri non potest. §. penul. insti. de codicill. Item dixi solemniter facta, quia si non est rite facta nō ualet, & ille dicitur præteritus. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratab.

Validitas & solemnitas exhæredationis consistit in multis, nam primo, ut dixi debet fieri in testamento. Secundo debet fieri de personis quibus debetur successio, ut liberi, & parentes, siue sint naturales, siue legitimi tantum. l. 1. §. uocantur. ff. de contratab. siue emancipati, siue in potestate. §. emancipatos. inst. de exhære. liber. & l. maximum uitium. hoc titulo nostro. & in auth. ut cum de appel. cognos. §. aliud quoque capitulum. & §. sequenti. Tertio debet fieri ab omnibus gradibus, & a tota hæreditate, & ab omnibus hæredibus. l. & si pepercerit. per totam illam legem. ff. de lib. & posthu. & d. l. non putauit. §. non quæuis. cum tribus sequentibus. ff. de contratab. & no. per glo. in le. 1. sup. eodem. Quarto debet fieri nominatim tam in masculis quā fœminis, tam posthumis quam iam natis, & filiis seu nepotibus, quamuis secus esset iure antiquo. l. fi. sup. hoc titulo nostro. per totam legem. & maxime in §. fin. tamen ex causa ingratitudinis non poterat fieri de infante & posthumo. l. si quis suo. §. legis. supra de inofficioso testamento. secundum declarationem quam posui in lege posthumo. supra de contratab. super glo. nominatim. Quintum etiam hodie additum est pro forma per dictum §. aliud quoque capitulum. in auth. ut cum de appellatione cogn. quod fiat ex sola causa ingratitudinis, & illa inseratur in testamento, & sit de quindecim causis enumeratis ibi in parente testante, uel de septē enumeratis ibi, uel similibus in filio testante, & ad plenam efficaciam, quod etiam probetur per hæredes, & in consequentiam sequitur sextum, quod fiat de personis quæ possunt committere ingratitudinem, ut doli capaces, nam pupilli infantes & posthumi hodie exhæredari non possunt, ut dixi in dict. lege posthumo. super glos. nominatim. Et si unum ex prædictis sex requisitis deficiat exhæredatio est nulla, & exhæredatus dicitur præteritus. dict. le. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratabul. & dicto. §. aliud quoque capitulum. cum sequenti.

5 Præterire uero † secundum Baldum hic est non facere mentionem de filio, uel facere sed non per modum institutionis uel exhæredationis, & idem dixit glo. in uerbo prætereuntes. inst. de exhæred. liber. & probatur §. eadem. institu. de hæredi. quæ abintestato. Sed contrarium tenuit Decius in lege posthumo. supra de contratabul. post doctor. relatos. infra in prima quæstione per Bartolum & glosam in lege tertia. supra eodem. quæ uoluit quod præterire est nullam mentionē facere. & l. cum quidam. infra de fid. & l. omnimodo. §. si uero præterierit. supra de inofficioso testamento. Et pro hac opinione facit dictus. §. fina. institu. de inofficioso testamento. & §. cum quæritur. eodem titulo. & l. etiam. §. si debita. ff. de bonis liber. Et ideo ego concordando dixi quod præteritus dicitur esse ille de quo non est facta mentio in testamento legitime in eo quod debet fieri, & qui uult cognoscere an quis sit præteritus, debet prius scire quid de eo fieri debet, & si illud non erit recte factum, dicitur præteritus, & ideo in patrono si habebit legatum non erit præteritus. d. le. etiam. §. si debito. ff. de bonis libertorum. Et idem in parentibus iure antiquo. argumento legis primæ. ff. si quis a parent. fuer. manumis. Sed in filiis erat necessarium quod esset institutus uel exhæredatus legitime usque ad debitam portionem. l. Papinianus. §. unde si quis. cum glo. iudicium. supra de inofficioso testamento. Sed hodie in patronis seruatur quod dicitur in §. si uero testamentum. insti. de success. liberto. coniuncta dicta lege etiam. §. si debita. ff. de bonis libertorum. sed in liberis & parentibus cuiuscunque sexus, siue naturales, siue legitimi tantum, siue emancipati liberi, siue sint in potestate, uel de linea materna, per dictum. §. aliud quoque capitulum. præteritus dicitur esse ille qui non est institutus in aliqua re, uel exhæredatus rite interuenietibus sex requisitis supra traditis. Et sic attento iure nouo præteritio est institutionis uel exhæredationis legitimæ ommissio in testamento facta, & hæc uerba ponuntur quia in codicillis neque institutus neque exhæredatus dicitur præteritus, & sic seruatur tex. in dicto. §. eadem. insti. de hæredit. quæ abintestato. etiam in milite ut communiter tenent doctores infra. Dicitur ommissio, quia præteritio est medium inter exhæredationem & institutio. idest concessionem hæreditatis & priuationem, sicut tacere inter consentire & dissentire, & fit per uerba nihil disponentia, ut prætereo, nihil dico, nihil relinquo, & similia uerba ommissiua. Dixi institutionis, & cætera, quia licet fiat mētio in legatis, tamen erit præteritus. dicto. §. illud. itē si præteratur cum expressione causæ ingratitudinis, adhuc erit præteritus quamuis sit facta mentio, quia non sunt uerba inducentia priuationem uel concessionem, & in seruando formam non sufficit uoluntas testatoris nisi exprimantur uerba apta. argum. l. inter cætera. ff. de liber. & posthum. & Bar. inf. in 1. quæstione. ubi dicetur.

6 Hæc autem † præteritio diuiditur, nam quædam fit a parentibus masculini sexus, & ista est uera præteritio, quædam fit a superioribus per lineam maternam, & ista appellatur exhæredatio tacita. & dicitur preteritio quæ habetur pro exhæredatione. §. fi. inst. de exher. lib. Et est actus mixtus, qui participat de exhæredatione & præteritione uera, sicut antiquitus erat institutio

mixta quæ participabat de exhæredatione.d.l. Papinianus.§.unde siquis.ff.de inoff.testam. Et sic duplex est præteritio, una paterna quæ est uera præteritio, & una alia materna quæ habetur pro exhæredatione, & est actus mixtus,& hæc secunda antiquitus nullam requirebat formã,quia est ommisio, sed hodie data fuit forma quod fiat ex sola causa ingratitudinis,& quod inseratur causa ingratitudinis de enumeratis in d.§.aliud quoque capitulum.uel eis similibus, etiam quod dicatur prætereo filium meum quia comisit talem ingratitudinem,alias non habeat uim exhæredationis, & testamentum sit nullum,& hoc ab omnibus tenetur, Sed in præteritione paterna non datur hæc forma,qnia nõ apparet quod in patre sit dispensatum quod possit prę terire filium cum expressione causæ,ut infr. dicam cũ Fulgosio,cum oporteret quod esset inductum nouiter præteritionem paternam haberi pro exhæredatione, & ego infra confirmabo.Sed an dispositio huius auth. quæ est conseruatiua testamenti habeat locum in omni præteritione,quod non obstante ea conseruãtur legata, dicetur infra loco suo, item deciditur alia quæstio,an hæc auth.compræhendat præteritionem factã ab ignorante qui nesciebat se habere filium,cum tã pater quam mater possit præterire filium scientes se habere.l.sicut certi.inf.de test.mil.& etiam ignorantes.Effectus autem istorum terminorum uarii sunt secundũ uaria iura,& ideo successiue

7 Circa†secundum quos effectus antiquitus operarentur isti tres termini,& hodie operentur, dicendum est quod si est institutio antiquitus in filiis in potestate operabatur quod secundum modum institutionis poterat consequi portionem relictã,& si ascẽdebat ad quartam,excludebat ab omni alia successione contra uolũtatem.l.3.§.liberi.& l.non putauit.§. non est nouum. ff.de leg.præstand.Et si erat minus legitima portione, faciebat testamentum ualere,sed tamen non excludebatur a quærella ut posset rumpere testamentum. d.le. Papinianus.§.unde siquis.cum glo.iudicium.ff. de inofficioso testam.cum aliis sup.adduct.& hęc si nullus erat præteritus,sed si alius erat præteritus, tunc institutus beneficio præteriti habebat contratab.d.l.3.§. siquis ex liberis.& l.post mortem.§.fi.ff.de contratabu.& dictum fuit late in d.l.posthumo. Hodie uero institutio semper excludit a potestate ueniendi contra testamentum,quia licet sit institutus in minori portione,tamen non rumpit testamentum,sed agit adsupplementum legitimæ.l.omnimodo.sup.de inofficioso testamẽ. & in d.§.aliud quoque capitulum.Item hodie est necessaria omnino,cum non sufficiat habere per legatum etiã mediam hæreditatem.d.§.aliud quoque capitulum. secus de iure antiquo.§.fi.inst.de inof.testam. Et si alius est præteritus sine causa,testamentum est nullum, si uerò est præteritus cum causa, quæ non sit probata, an instituto competat contratabulas,dependet ab alia quęstione de qua infra dicetur, an hodie præteritis cũ causa inserta possit dari contratabulas. Et hæc omnia hodie procedunt etiam in liberis emancipatis,&in bonis maternis,& in parentibus succedentibus, quia per dictum §.aliud quoq; capitulum,æquiparatæ sunt istæ omnes personæ quantum ad necessitatem instituendi, ut infra dicemus, sed si contingat quod institutio non sit facta rite,ut de bonis filii, tunc ille institutus reputabitur præteritus,ut per Bal.in d.l.scimus in 4.quæstione.sup.de inofficioso testam.& Alex.in consi.20.colu. 3.uolum.3.

8 Exhæredatio†uero si non est facta solemniter deficiente aliquo ex sex requisitis sup.positis.& olim & hodie habet uim præteritionis,quia præteritus est ille q ut oportet non est exhæredatus.d.§.eadem.insti.de hę reditatibus quæ ab intestato.& l.posthumo.sup.de contratabulas.& ibi notatum fuit per legem non putauit. §.non quæuis.ff.de contratabulas, & habetur in dicto §.aliud quoque capitulum.Si uero erat facta rite & solemniter,& tunc testamentum erat ualidum quicunq; esset ille exhæredatus qui debebat institui a quocunq; iure tam ciuili quam prætorio.l.inter cætera. ff. de liber.& posthum.§.primo.& §.emancipatos.& per totũ insti. de exhæredatio. liber. cum uulgaribus. Et si iuste erat exhæredatus perpetuo excludebatur, & habebatur pro mortuo.l.siquis filio exhęredato. ff. de iniusto rupto & irrito testamento.& l.scripto.ff.unde liberi.& l.1.§.si pater. ff. de coniungend. cum emancipat. liber.eius.quia exhæredatio suspendit suitatem perpetuo si confirmatur per aditionem hæreditatis. l. siquis posthumos.§.primo.ff.de liberis & posthumis.& dictũ fuit in præmissis in dicta lege qui se patris. supra unde liberi. Si uero erat iniuste facta,& tunc per quærelam rumpebatur testamentum in totum.l.Papinianus.§. finali.ff.de inofficioso testamento.& l.circa eodem titulo. Hodie etiam exhæredati excluduntur in totum si causa inserta probata fuit per hæredes sed si causa inserta non fuit probata, tunc competit quærella quæ rumpit testamentum quantum ad institutiones, sed an rumpat quantum ad cætera,dicetur infra, quia est de principalibus articulis istius authenticæ an dic.l.Papinianus.§ fin.sit correcta.

9 Præteritio † uero antiquitus secundum legem duodecim tabularum in filiis emancipatis,in filiis ex linea materna,& in parentibus nihil operabatur, quia nullo iure uenire poterant contra testamentum. In filiis uero in potestate faciebant testamentum ipso iure nullũ d.l.inter cætera.& l.si filius in potestate.ff. de liber. & posthumis.& §.primo.insti. de exhæredat. liber. & ibi etiam dicitur quid operaretur in filiabus fœminis, & posthumis & nepotibus,& l.fi.supra eodem. Superuenit postea ius prætorium quod uoluit testamentum secundum formam suam non annullari præteritione filii,secundum opinionem quam probaui in le. posthumo.supra de contratab. Sed uoluit quod tam filius in potestate quam emancipatus haberent bonorum possessionem contratab.§.sunt autem.instit. de bonorum possess.& l.1.§.uocantur.& §. sequen.ff.de contrat. & §.emancipatos.insti.de exhæredatio. liber. & ita rumperent testamentum,conseruando tamen legata & institutiones liberorum& parentum,iuxta legem primã.& l.is qui in potestate.& l.si duo.ff.de leg. præst. & in reliquo liberi æqualiter succederent parentibus secundum distinctionem positam in d.le.is qui in potestate. & l.si duo.ff.de lega.præstandis, & no.in lege posthumo.Sed si præteritio erat facta in testamento secundũ formam ciuilem, ut in testamento nuncupatiuo, uel etiam in testamento in scriptis secundum communem * opinionem in d.l.posthumo.in filio emancipato præteritio non annullabat testamentum.l.si filium.& l. cum emancipatus.ff.de contratab.& l.nonnunquam.& l. is qui in potestate.§.fi.ff.de leg.præstand. Et ideo dabatur ei contratabul.ut rumperet testamentum conseruatis liberis & parentibus legatis & institutionibus.d.l.is qui in potestate.& l.si duo.& l.1.ff.de leg.præstan. Sed si erat præteritus filius in potestate, testamentum erat ipso iure nullum,tam respectu legatorum quam institutionum.§.primo.insti.de exhæred.liber.& l. prima. in fine.ff.si tabul.testam.nullæ extab.& l.fi.ff.de liber. & posthu.Sed si posthumus erat præteritus & moriebatur in uita testatoris tunc reconualescebat testamentũ quantum ad legata & cætera in testamento contenta, & etiam quantum ad institutiones secundum aliquorum opinionem,& si erat præteritus filius in potestate, tunc reconualescebat filio approbante testamentum expresse quantum ad legata, secundum omnes, sed quantum ad institutiones Alexander tenebat quod testamentum non reconualescebat in dict. lege posthumo.numero 8.ubi dixi per dictam legem filio pręterito.ff.de iniust.rup.& ir.testam. Et hæc procedebant in liberis

in liberis præteritis. In parentibus uero prætor nihil innouauit ab initio, sed post successiones patronorum etiam cepit cogere filios ut instituerent uel exhæredarent parentes, ideo si præteribantur dabatur eis contra tabulas ad rumpendum testamentum. leg. 1. ff. si quis a par. fuer. manum. & l. filio. §. contra. ff. de inofficioso testamento. Et testamentum rumpebatur in totum si intentabant, & non conseruabatur legata liberis & parētibus, & eis tacentibus in totum ex similitudine æquitatis. d. l. nonnunquam. Sed matri in bonis liberorum neque liberis contra matris testamentum prætor ullū remedium dedit leg. illud. §. ad testamenta. ff. de contratabulas.

10 Ideo†postea pro successione lineę maternæ factum fuit tertullianum senatusconsultum & orficianum. le. 1. & 2. ff. ad tertullianum. & §. primo. insti. de tertullia. senatusconsul. & de orficia. senatuscons. & certæ aliæ cōstitutiones extendentes ad ulteriores gradus, & inductum fuit quod mater & ascendentes per lineam maternam si prætereunt filios uel nepotes suos, illa præteritio habeatur pro exhæredatione, & si facta sit sine causa quod eis competat quærella inofficiosi testamenti ad rumpendum testamentum. §. fi. inst. de exhæredatione liber. & inst. de inoffi. testamento. in principio. Et eadem ratione etiam si ascendentes per lineam maternam essent præteriti, illa præteritio haberetur pro exhæredatione, & competeret quærella ad rumpendū testamentum in totum, ut insti. de inofficioso testamēto. §. non autem. in sui generalitate. & l. nam & si parentibus. ff. de inoff. testam. & in totum peribant legata sine spe reconualescentiæ ex quo non reperitur dispositum. l. Papinianus. §. finali. & l. circa. ff. de inofficio. testamento. Et sic apparet quod præteritio paterna in filiis in potestate annullabat testamentum in totum cū spe reconualescentiæ secundum distinctionem positā in l. posthumus. & l. filio præterito. ff. de iniusto rupto & irrito testamento. Et in filio emancipato rumpebat per contratabulas, cum conseruatione legatorum, & institutionum factarum liberis & parentibus, & præterito approbante testamentum in totum remanebat ualidum. l. nonnunquam. ff. de leg. præstandis. Præteritio uero materna uel lineæ maternæ habebatur pro exhæredatione, & rumpebat testamentum per quærellam in totum sine spe reconualescentiæ, & idem in præteritione filiorum facta de descendentibus per lineam maternam, sed si erat facta de parentibus masculis, causabat contratabulas, & aliquando quærellam, & rumpebat testamentum in totum, eis uero tacentibus remanebat ualidum testamentum in totum. argumento dictæ legis nonnunquam. ff. de legatis. præstan. & sic forsan etiā seruabantur legata liberis & parentibus ex eadem æquitate.

11 Auth. autem nostra†studens simplicitati quę legibus est amica, multa de prædictis correxit, faciendo duas partes, in prima sustulit differentiam inter masculos & fœminas parentes, mandando ut æqualiter parentes ex linea materna debeant instituere uel exhæredare filios, & filias & nepotes tam in potestate quam emancipatos, & quod exhæredationem non possint facere sine iusta causa ingratitudinis, & causam exprimant enumeratam in dicta auth. & quod hæredes comprobent, alias testamentum annulletur, ut hodie præsumptio sit pro filio quod filius sit gratus, cum olim pręsumptio esset contra filium. l. 4. §. 1. & l. liberis de inoff. test. Et etiam addit q; ascendentes per lineam maternam nō possint præterire liberos sine causa iusta inserta in testameoto & probata per hæredes, alias testamentum annulletur. Et similiter econtrario disponit quod filii non possint exhæredare uel præterire parentes suos utriusque lineæ sine iusta causa ingratitudinis in testamento inserta & probata per hæredes, alias testamentum annulletur, & ita mutata fuit forma exhæredandi, & prætereundi, & sublata differentia sexus. Et hæc fuerunt introducta in prima parte recitata per Irnerium in præcedenti authentic. in qua studuit Iustinianus fauere liberis & parentibus, ne debita successione priuētur sine iusta causa, & hæc forma sine dubio procedit secundum omnes in exhæredatione paterna, & in pręteritione materna quæ habetur pro exhæredatione, sed an etiam mutata sit forma in præteritione paterna dubitauerunt doctores, & communiter doctores uidē-
* tur concludere quod non sit mutata forma, sed quod etiam hodie cum causæ insertione annullet testamentum, quia mens imperatoris in hac parte non fuit inducere aliquam confirmationem præteritionis, sed debilitare ut in §. si autem hæc omnia.

12 Secundo†etiam studens simplicitati quæ legibus est amica, & uolens etiam fauere testamentis, & uoluntatibus morientium, ne ex leui causa pareant, introduxit quod testamenta per quęrellam uel ius dicendi nullum non rumpantur in totum, sed solum institutiones annullentur & cætera firma maneant, non tantum uolente præterito uel exhęredato, sed etiam eo inuito, ut in eius uoluntate pendeat ualiditas institutionum, non ualiditas cæterorum relictorum in testamento, & in hac secunda parte æqualiter compræhendit pręteritionem paternam & maternam, ut quæcunque sit præteritio annullet solum institutiones & legata conseruentur, & probat primo ex uerbis, quia uult quod per exhæredationem & præteritionem paternam testamentum non infirmetur in totum, in quibus duobus casibus antiquitus annullabatur in totum l. filio præterito. ff. de iniusto rup. & irri. test. & l. Papinianus. §. fi. ff. de inofficioso testamento. ergo & tanto fortius in præteritione materna quæ minoris potentiæ erat ad rumpendum quam præteritio paterna. §. fi. inst. de exhæredatione liber. item præteritio materna est casus mixtus, ut sup. dixi, ergo continetur sub simplicibus. argumen. no. in l. 2. ff. de uerborum obligatio. & militat eadem ratio in uraque præteritione. Nec est inconueniens qđ hæc pars compræhendat utranque præteritionem, & prima pars non compræhendat præteritionem paternam, nam hæc prima pars intendit tollere iniuriam filiorum uel parentum & impedire ne priuentur debita successione, addendo formam præteritioni maternę & exhęredationi, ut difficilius ualeant, & si compræhēderent præteritionem paternam augeret iniuriam, qa faceret quod præteritio patris facta cum causa ualeret & ita augeretur iniuria filiorum, cum testamentum antea nullum efficeretur ualidum, ideo in ea respectu formæ nihil noui fuit inductum. Sed in hac secunda parte Iustinianus intendit augere confirmationem testamētorū, & si confirmantur in pręteritione potētissima ad rumpendum, tanto fortius in debiliori portione quę antea minus annullabat testamentum, & propterea aliud est dispositum in hac secunda parte, & hanc aliam opinionem approbat hic Bal. reiectis aliis tribus opinionibus, concludendo uerbum irritum hic capi generaliter non facta differentia an legata depēdeāt a testō uel non ut no. in simili in l. 2. ff. de hęr. inst. & l. pe. ff. de don. Nec ob. l. 3. §. fi. ff. de lib. & post. & l. si sub cōditione. §. rumpendo. ff. de iniust. rup. & irrit. testa. quia loquutur in substitutione directa, hic in legatis & fideicommissis, ut infra statim dicemus cum Barto. & aliis scribentib.

13 Iis sic ad euidentiam pręmissis† deuenio ad textum qui diuiditur in duas partes, in prima loquitur de institutione, in secunda loquitur de aliis dispositis in testamento. Summari breuius non ualet. Tamen per alia uerba declarari potest. Testamenta liberorum uel parentum propter exhęredationem uel pręteritionem non possunt hodie annullari nisi quantum ad institutiones. Casus posset fingi referendo casus quem posuit Iustinianus in corpore in §. hęc autem dispo-

disposuimus.in fine.dum ibi loquitur de quadam puella,sed clarius ut aperiatur uia difficultatibus ita dicipotest. Pater habens filiam in potestate & filium emancipatum & nepotem ex filia fæmina, filium in potestate exhæredauit cum causa falsa uel sine causa, & filium emancipatum quoque exhæredauit,sed præteriit nepotem ex filia fœmina,& uxorem uel aliquos agnatos instituit,qui deduxerant filios in odium patris, & forsan falsificauerant testamentum. Mortuo testatore,liberi tam præteriti quam exhæredati mouerunt quærelam inofficiosi testamenti, sed propter potentiam hæredũ institutorum qui subornauerunt testes non potuerunt obtinere nec probare se merentes prout requirebatur, cum præsumptio esset contra filios, quia nullus est amor qui uincat paternum.l.fi.sup.de curato.fur.& non erat credendũ quod pater exhæredasset nisi iustis causis motus fuisset.l.2.& l.4.§.1.ff. de inofficioso testam. Et ita ex dolo aduersariorum uel ex debilitate eorum quia remanserunt pauperes,inique fuerunt priuati hæreditate patris,attento quod filius in potestate nõ poterat dicere nullum quia erat exhæredatus,uel cũ causa uel sine causa,quoniam sufficiebat nominatim exhæredari.l. fina.supra eo. Item filius emancipatus non poterat dicere nullum,nec nepotes ex filio, quia prę teritio aui materni habetur pro exhæredatione.§. fin. inst.de exhæredatione lib.igitur habuerunt recursum ad imperatorem ut prouideret istis conspirationibus, qui forsan facta diligenti inquisitione inuenit conspirationem,ut refert ipsemet in d.auth.§.hæc autem dispo suimus.in fine. accidisse in illa pulcherrima puella. Vnde uidens in quanto periculo morarẽtur filii exhæredati uel præteriti propter præsumptionem quæ erat pro testamento,& patre testante contra eos,per leg.liberos.supra de inofficioso testamento.& d.l.4.§.1.Deliberauit occurrere istis iniuriis filiorum, & tollere occasionem machinandi contra eos.Ideo in dict.§.aliud quoq; per quattuor columnas disposuit nouiter quod parentes tam masculi quam fœminæ teneantur instituere liberos suos hæredes in aliqua parte, Nec liceat patri filios suos exhæredare, neque matri uel auo materno filium suum præterire, nisi hoc faciant ex causa legitima ingratitudinis,quam causam debeant in testamẽto nominare,& postea per hæredes probari in iudicio,alioquin si pater exhæredauerit sine causa,uel mater præterierit sine causa,testamẽtum sit ipso iure nullum,& similiter si causa erit inserta in testamento,& nõ fuerit probata per hæredes, quod similiter rumpatur per quærellam uel contratabulas,& non obseruetur in præiudicium liberorum, & amplius non sit necessariũ quod ipsi probent se gratos,sed præsumatur semper ꝓ eis quod fuerint grati nisi probentur ingrati, atq; ita onus probandi transferatur in hæredes scriptos. Et hoc modo occursum fuit fraudibus, Cum filii non debeant aliquas probationes facere, sed semper obtinebunt si nulla causa fuerit inserta, & si causa erit inserta, & hæredes non probauerint eam ueram, similiter obtinebunt.

Et ratio istius decisionis fuit fauor liberorum, & q̃a quilibet præsumitur fuisse bonus nisi probetur malus. l.quotiens.§.qui dolo.ff.de proba.& no.in c.semel malus.de reg.iur.in 6.Item quia a communiter accidentibus filii sunt grati erga parentes, quæ præsumptio attenditur,ut per gl.in l.non hoc.inf.unde legitimi. Vñ cum præsumptio secundum cursum naturæ sit quod filii sint grati erga patrem, & nullam committant causã ingratitudinis,sed potius quod exhæredationes uel ꝑteritiones fiant ex fraude & machinatione institutorũ, ideo uoluit imperator grauare patrem ut inserat causam ingratitudinis,& hęredes ut probent,alias semper filii obtineant hæreditatem ipsis iure naturæ debitam, & hæc posita fuerunt in d.§.aliud. & §. siue igitur oẽs. & referuntur in auth.licet.sup.eo. & uerbum præterire refertur ad lineam maternam.

14 Sed†tunc successit alia difficultas, quia cum imperator tantum fauorẽ concesserit filiis,præstitit occasionẽ subuertendi uoluntates testatorum,quia aliquando testatores exhæredantes obliuiscebantur ponere causas ingratitudinis,uel dolo,seu incuria scriptoris ommittebantur,uel si inserebantur,hæredes ex defectu testium forsan subornatorum non poterant probare, & ita indebite subuertebantur uoluntates defunctorum, & libertates seruorum,legata relicta liberis,& parentibus, uel ad pias causas,atque etiam substitutiones & infinita alia in testamento scripta, cum per quærelam rumperetur testamentum in totum.l.Papinianus.§.fi.ff. de inoff.test.& similiter per ius dicendi nullum.l.filio prę terito.ff.de iniust.rup.& ir.test. Quod uidebatur esse iniquissimum & contra regulas iuris quæ fauent libertatibus & testamentis.l.in testamento.ff.de reg.iur. & l.inter pares.ff.de re iud. Ideo imperator uolens etiã prouidere istis difficultatibus,decisionem suam prædictam rigorosam isto respectu mitigauit,disponens q̃d si contingat rumpi testamentum ex causa præteritionis uel exhæredationis,ipso iure propter insertionem causæ ommissam,uel ea inserta si hæredes non probauerint,per quærelam uel contratabulas quod tunc rũpatur solum quantum ad institutionem in qua tractatur de præiudicio liberorum,& cætera facta in testamento remaneãt ualida,perinde ac si talis defectus prę teritionis uel exhæredationis non interuenisset.

Et rationes istius decisionis fuerunt,quia publice interest testatorum uolũtates seruari.l.uel negare.ff. quẽ admod.testa.aper.& l.in testamentis.ff.de reg.iur. Et libertates datæ ita urgebant ex fauore earum. d.l. inter pares,ff.de re iudic.Et quia de iure antiquo ista cõseruatio in certis casibus facta fuit. ut in l. proxime.ff. de iis quæ in testamento delentur.& l.1.& per totum. ff.de leg.præst.& l.posthumus.& l.filio præterito. ff. de iniust.rup.& ir.testam.secundum unum intellectũ. Et ita per has duas decisiones prouisum fuit idemnitati filiorum & conseruationi testamentorum. Quæ duę decisiones,ut ex prædictis patet,sunt separatæ & fundatæ in diuersis rationibus cum prima de forma testati sit fundata in fauore filiorum, & tendat ad inducendam faciliorem ruptellam testamentorum,& faciendũ quod difficilius filii priuentur successione paterna, & ideo erit extendenda quatenus filii adiuuentur in successione. & quatenus impediuntur erit restringenda, Secunda uero decisio conseruatiua testamenti sit facta fauore testamentorum, Quare quatenus tractabimus de annullando institutiones,quia agitur de fauore liberorum,erit extensio fienda in fauorem liberorum, sed quatenus agetur de conseruando cætera legata, & dispositio erit extendẽda quatenus militat ratio fauoris testamentorum & uoluntatis testatorum,& propterea quæstiones examinandæ infra erunt distinguendę, & considerandum erit ex qua causa sit facta illa decisio, & in cuius fauorem, ut possit extendi, & non omnes quæstiones unica ratione erũt decidendæ,Et hoc modo euitabuntur multæ inculcationes quas faciunt hic doctores, & multæ æquiuocationes. Et hæc dicta sunt respectu filiorum non includendo exhæredationes de parentibus factas ad tollendum æquiuocationes, sed quia hæc authentica in corpore unde sumitur diffusa est,& ex commixtione causarum ibi insertarum inducitur confusio illius literæ,ideo placuit hic referre uerba illa quæ pertinent ad materiam nostram.quę sunt talia.

15 Aliud &c.Sancimus†igitur non licere penitus patri uel matri, auo uel auiæ, proauo uel proauiæ suum filium uel filios uel cęteros liberos prętерire aut exhęredes in suo testamento facere, nec si per quamlibet donationem uel legatum uel fideicõmissum uel aliũ quẽcunq;modum eis dederit legibus debitã portionẽ, Nisi forsan

fi forsan probabuntur ingrati, & ipsas nominatim ingratitudinis causas parentes suo inseruerint testamento, causæ autem sunt quindecim &c. Siue igitur omnes memoratas causas ingratitudinis, siue certas ex eis, siue unam quamlibet parentes in suo inseruerint testamento, & scripti hæredes nominatam uel nominatas uel unam ex iis ueram esse demonstrauerint, testamentum suam habere firmitatem decernimus. Sin autē hæc obseruata non fuerint, nullum exhæredatis liberis prę iudicium generari, sed quantum ad institutionem hæredum pertinet testamento euacuato ad parentum hæreditatem liberos tamquam abintestato ex æqua parte peruenire, ne liberi falsis accusationibus condemnentur, uel circumscriptionem in paterna substantia patiātur. Si uero contigerit in quibusdam talibus testamentis quædam legata, uel fideicommissa, aut libertates, aut tutorum dationes relinqui, uel quælibet alia capitula concessa legibus nominari, ea omnia iubemus adimpleri & dari illis quibus fuerint derelicta, & tamquā in hoc rescisum non sit, testamentum obtineat. Iustum autem prospeximus econtrario de liberorum testamētis hæc eadem aliqua distinctione disponere. Sancimus itaque non licere liberis parentes suos præterire, aut quolibet modo rebus propriis in quibus habent testandi licentiam eos omnino alienare, nisi causas quas enumerauimus in suis testamentis specialiter nominauerint, si tales igitur causas uel certas uel unam ex iis liberi suis testamentis inscripserint, & scripti ab eisdem hæredes aut omnes aut certas aut unam ex iis uerā esse probauerint, testamentum in sua firmitate manere præcipimus, si autem hæc omnia non fuerint obseruatā, nullam uim huiusmodi testamentum quantum ad institutionem hæredum habere sancimus, sed rescisso testamento eis qui abintestato ad hæreditatem de facto uocātur res eis defuncti dari disposuimus, legatis uidelicet, & fideicommissis & libertatibus & tutorum dationibus seu aliis capitulis, sicut superius dictum est, suam firmitatem obtinentibus, non obstantibus legib. de legatis & cæteris incontrarium facientibus. Hæc autem disposuimus ut parentes & filios a testamentorum iniuria liberos reddamus, considerare namque debent parentes quia & ipsi filii fuerunt, & eadem a suis parentibus sperauerunt, & similiter qui nunc filii sunt debent studere parentum animos sanare, quia & ipsi parentes fieri desiderant, & a suis optant honorari.

16 Notandum † est ex prima parte istius authenticæ quod pater debet instituere filium suum, nec sufficit titulo legati relinquere etiam maximam partem hæreditatis, hoc enim pro forma fuit introductum ut titulo honorabili uocentur ad successionem sibi debitam, & l. scimus. & l. omnia. & authen. nouissima. supra de inofficioso testamento. corriguntur per istum textum, ut hic per omnes. & Cor. numero. 89. qui limitat ut per eum, tamen fatetur indistincte communem esse opinionem, ut filio relinquatur aliquid titulo honorabili institutionis. Et hoc procedit etiā hodie in parentibus secundum magis communem opinionem per dictum §. sancimus itaque. ut refert Iason in dicta authent. nouissima. colum. 11. uer. iuxta hanc. quamuis Bar. uellet sufficere quoquo relinqui titulo, in d. auth. nouissima. & in rub. ff. si quis a parente. & l. siue patronus. §. excluditur. ff. de iure patrona. Et late per Corneum cumulātem authoritates pro utraque parte infra numero. 35. uer. circa secundum. Potest tamen saluari opinio cōtraria in casu legis pater filium. ff. de inofficioso testamento, scilicet quando filius testatoris potest succedere. Et ideo sequitur quod hodie præteritio est institutionis uel exhæredationis testamento facta ommissio, ut supra dixi in præmissis.

17 Secundo notandum † est, quod pro forma exhæredationis paternæ uel maternæ requiritur quod aliqua cā ingratitudinis inseratur nominata in litera, alias testamentum est ipso iure nullum, & sic noua forma fuit addita, cum ad exhæredationem non erat opus aliqua expressione, sed sufficiebat nominatim exhæredare, l. fina li. sup. eo. & ita debilitatæ sunt uires testamentorum respectu institutionis, quia facilius annullantur quando plura pro forma requiruntur, sed hoc factum fuit fauore liberorum, quia quando concurrit fauor liberorum & testamenti, præfertur fauor liberorum, sed quādo cessat fauor liberorum, tunc præfertur fauor testamenti aliis paribus, ut patet ex discursu istius literæ, & ego supra in figuratione casus notaui. Facit quod uoluit Dec. in l. posthumo. supra de contratabulas. colum. 2. dum repræhendit rationem Soccini uolentis fauorem testamentorum attendi.

18 Tertio † notandum est, quod quando causa est inserta in testamento quod adhuc plenas uires non consequitur testamentum, sed oportet quod illa causa probetur per hæredes scriptos. Sed hæc probatio non est de forma testamenti, quia est accidentalis, & post longum tempus fieri debet, & testamentum ualet antequam ꝓbetur, sed solum facit quod subsistere non potest uolentibus exhæredatis, quia rumpi debet per quærellam uel contratabulas, & hoc etiam nouum fuit inductum quia de iure digestorum oportebat filios probare se gratos fuisse. l. nam & iis. §. 1. & ibi glo. ff. de inoff. test. & l. liberi. supra de inoffic. testa. quod qualiter procedat, inf. dicemus.

19 Quarto notandum † est, quod parentibus non licet ꝑterire liberos suos nisi inserant causam ingratitudinis, & hoc etiam nouiter est inductum, cum præteritio sine causa si erat facta a patre faciebat ipso iure testamētum nullum, & si erat facta a matre faciebat testamentum ualere, quia habebat uim exhæredationis. §. 1. & §. fi. inst. de exhæred. libe. & sic forma noua addita fuit præteritioni quæ insolita uidetur, & secundum omnes necessaria est in præteritione materna uel lineæ maternæ, quia illa habet uim exhæredationis, & non incōuenit quod etiam in ea seruetur forma tradita in exhæredatione.

20 Sed dubium † est, an hæc forma sit seruanda etiam in testamento paterno, quis præteriit filium in potestate, uel & emancipatum uel parentes suos, in hoc dubio glo. & doctores sunt uarii irresoluti & contrarii sibi ipsis, & aliis, & causa istius contrarietatis fuit, quia ipsi inculcauerunt duo dicta diuersa & rationes eorum. Nam inculcant an pro forma testamenti in præteritione paterna sit necessarium inserere causam præteritionis, & aliud dictum, an si testamentum rumpatur præteritione filii conseruentur legata, & cætera posita in testamento, quæ sunt diuersa dicta & contraria habentia diuersas rationes, & ex una non potest inferri ad aliam. Et ideo ego separatim ponam, utrum prima pars auth. quæ ponitur supra in authentica licet. habeat locum in præteritione paterna, & sic an sit hodie necessarium ꝙ pater in præteritione sua inserat causam ingratitudinis in filio in potestate, & in filio emancipato. Secundo separatim erit uidendum, an si rumpatur testamentum propter præteritionem paternam conseruetur testamentum quantum ad legata, scilicet an secūda pars auth. idest hæc auth. ex causa habeat locum in præteritione paterna.

Circa primum igitur, an forma posita in corpore in prima parte habeat locum in præteritione paterna, Bartolus hic refert uarias opiniones, nam glosæ aliquæ uolunt quod hæc authentica intelligatur generaliter, & textus in §. aliud quoque. generaliter loquatur de patre & matre, & simul unite uelit quod nō possint præterire nec exhæredare liberos suos, & cum uterque terminus institutionis uel exhæredationis conueniat utriq;, ergo de traq; exhęredatione & præteritione intelligitur. Itē in utraq; pręteritione testū annul

latur,ergo de utraque intelligitur.Alii uero tenebāt q; non loquitur de præteritione paterna,quia in §.finautem obseruata.dicit nullum exhæredatis liberis generari præiudicium,ergo non compræhendit præteritionem paternam quæ est species separata ab exhæredatione,& solum compræhendit præteritionem maternā quæ habetur pro exhæredatione.§.mater.inst.de exhęredatione libe.& quod non mutatur non prohibetur stare.l.præcipimus,in fine de appel.& l.fi. supra de sacrosanct.eccles.cum auth.quas actiones. Item ratio illius auth.est fauor filiorum,ut explicat tex. in tribus locis.ut in §.finautem hæc obseruata. ibi, ne liberi falsis accusationibus,& ibi,in §.hęc autem disposuimus,& fauor liberorum non respicit conseruationem legatorū, quia conseruare legata est in eorum odium.Bar. tamē per uerba diffusa tenet quod hæc auth. compræhendat etiam præteritionem paternam, & considerando triplicem exhæredationem dicit præteritionem paternā posse dici exhæredationem quando facta fuit a sciente,secus si fiat ab ignorante,& finaliter concluditquod hæc auth.compræhendit præteritionem paternam factam scienter, sed non compræhendit præteritionem factam ignoranter,in qua iura non fuerunt correcta, & ita residet cum longo apparatu.Sed tamen ipse non respondet rationi incontrarium adductæ,quod in pręteritione paterna tractatur de odio filii, cum per iura antiqua ipso iure rumpebat totum testamentum.di.l.filio præterito. & conseruatio eorum uenit in eorum odium.Præterea si compræhenderetur præteritio paterna,sequeretur quod hodie præteritio facta a patre cum causæ insertione non annullaret testamentum, cū tex.uelit testamentum habere formam facta præteritione cum causæ insertione, & ea probata remaneret testamentum ualidum,& filius exclusus contra intentionē Iustiniani ibi,qui uoluit fauere filiis, & propter eorum fauorem fecit illam decisionem, & inducta ad fauorem non debent operari diminutionem. le. quod fauore.supra de legib.cum ibi no.c.quod ob gratiam. de reg.iur.in 6.& propter has rationes Fulgos.colu.3. hic dicebat quod hæc opinio est uera ut Deus est in cęlis,quia in d.§.aliud. fit mentio de exhæredatione, & præteritione patris & matris, & exhæredatio tribuitur patri,& præteritio matri,uel lineæ maternæ.Et postea dicit,nisi probentur ingrati,uel inserant causas ingratitudinis,quæ uerba solum conueniunt exhæredationi & præteritioni maternæ quæ habetur pro exhæredatione, in qua per quærellam tractatur de meritis filii,& in præteritione non agitur de meritis.l.filius.§. contra.ff.de inoff.testam.Item in præteritione materna & exhæredatione tractatur an quis habeat legitimā portionem.l.quæritur.sup.de inoff.testam.impertinēs autem est quæstio in præteritione patris, in qua non quæritur de legitima sua.Item in §.siue igitur omnes. dicitur testamentum remanere in sua firmitate, ergo non loquitur de præteritione paterna,quia ea existente non est firmitas in testamento. Alexa. in authenti. licet.supra codem.colum.penul.num.undecimo& 12. ualde insistit. & uidetur tenere opinionem Fulg. quod non compræhendatur præteritio paterna, licet nō exprimat uerbis, quia uult testamentum esse nullum sequuta insertione causæ,& sic patet quanta uideatur difficultas articuli.

21 Tamen † resolutiue loquendo separari debent istæ duæ quæstiones,utrum prima pars auth. addita formę testamenti compræhendat præteritionem paternam, & an secunda pars conseruatiua testamenti habeat locum in testamento nullo propter præteritionem paternam,In prima quæstione ego puto opinionem Fulgo.ueriorem esse,quam,si bene inspicitur, tenent communiter doct.in d.auth.licet uelint quod in præteritione paterna non sit necesse inserere causam aliquam,& quod si inseratur & probetur, nihilominus testamentū sit nullum,quia ad hoc ut excludatur filius in potestate oportet quod priuetur illo quasi dominio,quod nō potest fieri per præteritionem cum causæ insertione, sed requiritur exhæredatio,ut no.in l.in suis.ff.de libe. & posth.& sup.dixi. Ideo necessarium est dicere quod in præteritione paterna nihil noui induxit, quia esset nimis magna correctio facere quod filius in potestate excludatur ab illo quasi dominio sine illa priuatione patris,quod solum militi ex priuilegio concessum fuit Igitur dicendum est quod illa decisio solum addit formam,siue iubet formam seruari insertionis causæ quādo filius exhæredatur a patre, & præteritur a matre, in quibus casibus testamentum ualebat iure antiquo, Vnde uoluit fauere filiis ut non excludantur faciliter, & addidit formam nouam qua non seruata testamentum annulletur.In præteritione autem paterna nōerat opus fauere filiis,quia iura antiqua satis fauebant faciēdo quod testamentum esset ipso iure nullum sine aliqua lite uel probatione,& si forma fuisset addita in p̄teritione paterna,fuisset damnum filii, cum testamentum facta insertione causæ fuisset ualidum, & cogeretur filius litigare,& interim priuaretur hæreditate, qđ est contra rationem ibi positam.& l. quod fauore. de legib,& c.quod ob gratiam.de reg.iur.in 6. Præterea imperator ibi uolens fauere filiis,& prouidere ne circumueniantur, non potuit aliud facere quam addere formam,qua non seruata rumpatur testamentum, sed hoc erat in pręteritione paterna,ergo non poterat circumscribi,& per consequens non fuit opus facere meliorem prouisionem, quia nec meliorem facere poterat, igitur necessarium est dicere quod de præteritione paterna non cogitauit, sed solum de illa quæ non annullabat testamentum,& idem etiam puto procedere in præteritione filii emancipati,quia ipse per cōtratab.sine aliqua lite testamentum euertebat.l.fi.§.1.sup. codē.& l.ut liberis. sup. de colla. Nec præteritio filii emancipati habetur pro exhæredatione, cum exhæredatus habebat quærellam,non contratabulas.l. nō putauit.ff.de contratabu. & sic etiam si prætereatur filius emancipatus quantum ad rumpendum testamentum nihil fuit immutatum,cum fuisset confirmatum,nō infirmatum testamentum,nec in eo propter illam causā poterat esse aliqua circumscriptio.Nec ob. quod text. generaliter loquatur,quia immo distincte loquitur,cū unicuique termino suum uerbum debeat accommodari,& singula singulis referenda sunt,nec uerbum prætérire potest ibi generaliter capi,quia sequentia dicenda non conueniebant de insertione causæ, & probatione & lite iudic.fienda.Et cui non conueniunt uerba, nec conuenit dispositio legis l.quod cōstitutum.ff.de milita.testam.l.quarta.§.totiens.ff.de damno infecto. Nec obstat quod immo compræhendat etiam præteritionem paternam,quia secundum omnes dat formam in institutione paterna,ut omnino titulo honorabili filio noceat ad successionem, ut dicebat hic Corn. num.8. & nono.multum se fundans in hoc. Quia respondetur fatendo quod additur forma institutioni paternæ, & quod loquitur de patre necessario,quia loquitur de exhæredatione paterna,sed non loquitur de præteritione paterna, quia forma sequens posita non potest conuenire ei, nec ratio fauoris liberorum potest accommodari, ut dictum fuit, & per rationem apparet quomodo intelligatur dictum, sicut etiam restringitur.le. cum pater.§.dulcissimis.ff.de legat.2. Nec ob. si opponatur hoc uideri inconueniens, quia si tenemus primā partem non compræhendere præteritionem paternā, eodem modo oportet dicere quod non compræhendatur in secunda parte,cum successiue ponatur.§. finautē hæc obseruata non fuerint. quo dicitur testamentum conseruari respectu legatorum, & sic uidetur quod nō possit excludi præteritio paterna in primo casu quin excludatur in secundo, Respōdetur fatendo q; neq; ēt in

In secundo casu ex proprietate sermonis continetur p̃teritio paterna,& ea existente non confirmantur legata in testamento relicta per uerba istius auth sed solũ uirtute extensionis ut statim dicam, sed in præsenti quæstione ex uerbis non inducitur noua forma in præteritione paterna,nec etiam propter extensionem, qa non militat eadem ratio,immo contradicit, cum si fieret extensio induceretur damnum filiis contra propositum Iustiniani,& hæc est ipsa ueritas ut dicebat Fulgos.& bene,quamuis Pau.de castro.dicat eum loquutũ fuisse sine intellectu.Et hæc est communis opinio secũdum quod declarat Alex.in d.auth.non licet.colu.pe. nu.12.uer.& ideo uidetur probabiliter dici posse.&refert Iacob.de are.& Cyn.ibi,& Din.in l.Gallus in prin ci.in distinctione magna.ff.de lib.&post.&Io.de Imo. in d.l.filio præterito.circa 20.col.& seq.Cor. hic multos hoc tenere referens.col.4. solum discordat in filio emancipato, in quo uult immutatum esse ut sit ualida præteritio causa inserta,sed ego puto idem dicẽdum, quia propter contratabulas non erat opus aliquo adminiculo extraneo sicut in præteritione filii in potestate,ut statim dicam post Bar.

22 Ex quibus† inferebat ibi Alex. ad reprænsionem Angeli ibi & Pau.de cast.hic.Bar.inf.in 2.q.uolentium quod si filius in potestate fuisset præteritus cum causa,quod licet testamentum sit nullum,nec confirmetur per hanc auth.quantum ad institutionem,quod tamen si probetur causa,excludatur successione,quia dicit ibi Alex.dictum esse periculosum,cum si testamentum est nullum non uidetur posse subsistere expressio causæ, & in effectu nulla erit differentia an priuetur filius in potestate cum causa & sine causa,& dicit esse de mente prædictorum doct.in col.pe.Et hanc opin.ego etiã puto ueram, quia semper militat illa ratio quod sunt duo domini,cum ad hoc ut filius in potestate excludatur a successione oportet quod priuetur illo quasi dominio.ut no.in d.leg. in suis.& per præteritionem non potest dici priuatus, merito semper testamentum erit nullum,& ipse erit quasi dominus,& excludet quemcũque alium.quamuis Ias.hic col.3.teneat opin.Ang. & dicit tutiorem,cum in dubio fauendum sit testamento, quia hoc non procedit in præiudicium liberorum, & maxime ex decisione istius auth. quæ auget ruptellam institutionis testamenti fauore filiorum, & non potest fieri extensio ut dixi,quia cessat fauor filiorum, & si uerba non dictant,nec ratio militat,non uideo ex quo capite possit sustineri hæc opinio. In duobus tamen casibus potest saluari opinio Bar.in d.2.q. & Ias. hic & sequacium.ut probata causa filius priuetur uiuus,ut quando est furiosus, & instituti hæredes neglexerint curã, nam faciendo protestationes de quibus habetur in di. auth.uer.siquis de prædictis.&uer.si unus de prędictis. & in §.sed hæc quidem . tunc filii uel alii negligentes priuantur tamquam indigni,ut ibi dicitur, non tamen quod per hoc testamentum sit ualidum, ut dicebãt docto.quia applicabitur ad alias personas non institutas secundum formam ibi positam.

Igitur concludendum est,quando filius a patre præteritur cum causæ insertione quæ probatur per hæredes,testamentum erit nullum non obstante probatione causæ insertæ,quia testaméto non fuit addita forma per hanc authẽ.in præteritione paterna, ut ea seruata testamentum ualeat,& ea non seruata testamentum sit nullum.sed in omnibus seruatur ius antiquum,ut ipso iure sit nullum testamentum,ac non obstãte probatione causæ filius abintestato debet succedere patri.Tamẽ in illis duobus casibus si probatur neglexisse patrẽ suũ furiosum uel captiuum, & seruata sit forma tradita in dicto.§.siquis de prædictis.cum §.sequ.filius tamquam indignus priuabitur hæreditate patris,& applicabitur curantibus necessitatem patris uel ecclesiæ secundum formam ibi traditam.Aliam etiam limitationem adde bat Cor.hic numer.8.& 9. tenendo opinionem contra Bartolum & Iaso.quod probata causa testamentum ualeat si forsan aliquod filio præterito reliquisset pater in testamento,nam tunc solum petet supplementum ad legitimam,secundum formam.l.scimus.& l. omnimodo.& auth.nouissima.supra de inofficioso testam. quæ non uidentur esse correctæ per hanc authenticam tenendo quod non habeat locum in præteritione paterna. Sed mihi non placet hæc limitatio,quia licet hæc auth.non loquatur de præteritione paterna,tamen loquitur de institutione paterna,& exhæredatione,& sic loquitur de patre,& ponit nouam formam in exhæredatione & in institutione,&per consequens corrigitur d.l.scimus.& l.omnimodo.& auth.nouissima. supra de inofficioso testamento.quando nihil est relictum iure institutionis,sed si aliquid est relictum iure institutionis,tunc sunt auctæ & confirmatæ.d. leges. ut probatur in d.§.hæc autem disposuimus. & ipse postea fatetur ita se habere communem opinionem.

23 Secunda† est principalis quæstio discutienda de hac pręteritione paterna,an propter eam ruptum sit testamentum, quod contingit causa inserta siue non sit ut dictum fuit,an legata & cætera capitula conseruentur per hanc authenticam. & sic an iura antiqua uolentia testamentum in totum esse ipso iure nullum interueniẽte præteritione filii in potestate sint correcta per istam authenticam& pro parte negatiua,quod sint correcta, faciunt omnia quæ supra allegata sunt in alia quæstione quæ uidentur militare etiam in hac parte conseruatiua legatorum,quia descendit a prima,& contradictorie primę & aduersatiue ponitur,& sic aduersari debet in eisdem terminis,ut per Bar.in lege si maritus. ff. de adul.Cor.hic colum.2.repræhendens Pau. de cast. aliter dicentem. Bart. tamen conatur saluare opinionem contrariam,quod immo prædicta iura corrigantur, & fundamentum suum est,quia in d. authẽ. in corpore fit mentio de præteritione paterna saltem generaliter, quia sub nomine exhæredationis continetur præteritio paterna,& in uer.& hæc quidem dicitur, hæc dicta fuerunt de testamentis parentum, & ut responderet contrariis, dum textus dicit de liberis exhæredatis, considerat exhæredationem tribus modis, primo quando filius priuatur ex mente & ex uerbis testatoris, & hæc est exhæredatio stricte & proprie sumpta, Secundo quando priuatur ex mente non ex uerbis, & est proprie exhæredatio, sed magis large.leg.sicut certi. infra de militari testamento. & lege si patronus. in principio. digestis de bonis liberto. Tertio quando priuatur de facto in consequentiam sine uerbis, & mente, ut quando fit ab ignorante, nam illa est exhæredatio in genere generalissimo.leg.si instituta.§.fina. digestis de inofficioso testamento. Pro qua distinctione facit textus in lege ex facto. in fine principii. & ibi Alexander in ultimo notabili.digestis de uulgari & pupillari. & quod dicitur in simili de tutella legitima quæ aliquando est ex uerbis & mente aliquando ex mente tantum, ut in tutella patroni, aliquando in consequentiam uenit sine uerbis & mente, ut parentum tutella, ut notatur institutа de legitim. parent. tutella.per totum. & leg. prætor.in principio. digestis de noui oper.nuntiatione. Postea concludendo dicit quod textus in corpore loquitur de exhæredatione in genere subalterno quæ compræhendit exhæredationẽ in specie, & prouenientem ex mente, sed nõ comprænhendit exhæredationem in genere generalissimo.Et ideò dicit quod dicta authent.corrigit in præteritione paterna scienter facta, secus si ignoranter sit facta,& per consequens non conseruantur legata quãdo testator præterit posthumum ignoranter,quia uerba falsis accusationibus & conspirationibus nõ possunt conuenire. Et ad contraria respondet, quia in uerbis corrigit,& ad illud de fauore filiorum respondet quod etiam

etiam consideratur fauor patris testantis,ut patet in.§. hæc autem dispofuimus.in principio medio & in fine. ut hic latius per eum.

24 Sed aduertendum† est primo,quia hæc consideratio Barto.de triplici exhæredatione quæ continuatur sub uno genere exhæredationis non bene probatur iure, quia in effectu ipse concludit quod sunt tres species ex hæredationis quæ continentur sub uno genere exhæredationis,sicut dicitur de adoptione in lege.1.ff. de adopti.ac quod sit genus generalissimum, & genus sub alternum,& infimum,sicut dicitur de contractu credito & mutuo in lege.1.ff.si certum pe. Quæ opinio non bene probatur,quia oporteret dicere quod exhæredatio tacita ex mente tantum esset proprie exhęredatio & similiter ea quæ fit sine uerbis & mente,quod tamen aperte falsum est,quia exhæredatio est species diuersa a præteritione.Et bene potest dici quod exhæredatio capitur proprie,Improprie,& impropriissime.argumé. legis secundæ.ff.de off.proconf.& lega.Bald.in leg.in suis.colum 12. uer. iuxta prædicta habemus triplicem exhæredationem.& colum.13.uer.est alia præteritio.ff.de liber.& posthum. Sed non quod sint tres species exhæredationis,& quod præteritio proprie sit species exhæredationis,cum præterire est neque instituere neque exhæredare.§.eadem.inst.de hæred. quæ abintest. & cum in eius diffinitione ponatur pro differentia specifica uerbum exhæredare negatum,patet quod præteritio nō potest aliquo modo dici exhæredatio,quia in specie non potest negari genus,cum semper insit in specie.l.si quid earum.§.inter emptum.cum glo.ff. de leg. 3.sicut in diffinitione hominis non potest negari quod non sit animal,& si dicatur non negatur ibi genus, sed species,respondetur quod nec genus potest conuenire quia exhæredatio est priuatio,&præteritio est ommissio,quæ contraria sunt.ideo in.d.§.eadem.oportuisset dicere quod pręterire sit non instituere,& cum ibi ponatur diffinitio præteritionis paternæ,oportet dicere, quod præteritio paterna propria nullo modo potest contineri sub uerbo exhæredationis, sed solum illa p̄teritio quæ habet uim exhæredationis, quæ est terminus mixtus inter præteritionem ueram & exhæredationem,& ideo potest utroque nomine appellari præteritionis,non quia sit species exhęredationis,sed quia sit exhæredatio large sumpta. Nec posset haberi pro exhæredatione si uera esset exhæredatio.argum. legis mercis appellatione.ff.de uerborum significa. & ideo Bald.in dict.lege in suis.uer.est & alia præteritio. dicebat quod ista præteritio sine causa facta hodie dicitur uera præteritio,quia non habet uim exhæredationis, & quando est facta cum causa habetur pro exhæredatione.Nec obstat.d.l.si patronus. quæ dicit uerum est eum exhæredatum esse,quia declaratur per dictam legem Paulus.in fine.eodem titulo.quæ dicit haberi pro exhæredatione.unde uerbum, uerum est,refertur ad fictionem legis,ut dicatur uerum est eum exhæredatum esse ex interpretatione seu fictione legis uel priuilegio militis.

Pręterea in milite priuilegium est quod silentium inducat priuationem illius quasi dominii, sed in pagano non potest unquam inducere priuationem,merito silétium in milite potest dici exhæredatio,sed in pagano non poterit adaptari quia præteritio est ommissio exhæredatio est priuatio ut supra dixi in diffinitionibus. Ommittere autem & priuare non possuat stare in eodem subiecto.arg.l.si ancillam.ff.pro suo. Concludo igitur quod præteritio paterna non potest dici proprie nec in genere exhæredatio,sed præteritio materna, & eorum qui non debent exhæredari,quæ est actus mixtus inter præteritionem & exhæredationem in genere potest dici exhæredatio uel saltem ficte & hoc modo procedunt iura allegata per Bar.Et ideo dum tex.in d. auth.dicit nullum exhæredatis liberis fieri præiudiciū potest compræhendere præteritionem maternam uel eorum qui non debent exhæredari,quia est actus mixtus,sed non compræhendere præteritionem paternā, & sic cessat principale fundamentum Bar.

25 Secundo† aduertendū est,quia dum ex alio Bar. uult d.auth.generaliter loqui ex eo quod loquitur de patre simpliciter & matre exhæredante& prætereunte filios suos,& termini utrique conueniunt. Quia ut dictum fuit in alia q.licet loquatur de utroque parente,tamen uerba non referuntur utriq;,sed singula singulis referūtur,& præteritio matri,& exhæredatio matri,& exhæredatio patri,quia solum uolebat tractare de defectib. quæ non eneruant in totum testamentum, ut se declarauit in illis uerbis,suam obtinere firmitaté. Et subiecta materia demonstrat quia uolebat loqui de insertione causæ quæ non potest habere locum nisi in actu nō annullante testamentum & excludente a successione, & quando econtrario loquitur de filio prætereunte patrem,intelligitur de omni filio in potestate & non in potestate,quia illi filio præteritio erga patrem numquam annullat testamentum.l.1.& l.Panthonius.ff. si quis a par.fuer.manumis.& per consequens præteritio habet uim exhæredationis,& egreditur terminos præteritionis,unde potest contineri sub nomine exhęredationis uel alienationis ab hæreditate.

Tertio aduertendum est,quia Bar. præsupponit q̄d illa dispositio sit facta in fauorem ipsorum filiorum p̄teritorum & parentum testantium, & allegat text. in §.hæc autem disposuimus.in tribus locis.Qui tex.nihil facit, quia non dicit quod illa conseruatio sit facta in fauorem filiorum uel testantium,sed dicit quod uult sa uere filiis in testamentis parentum,& parentibus in testamentis liberorum,immo semper demonstrat quod uult auferre iniuriam præteritionis uel exhæredationis,& sic solum dispositio fuit facta fauore præteritorū parentū uel filiorū præteritorum,& nunquā fauore testantiū,& postea infert q̄ si sunt instituti in parte quod non rumpunt sed agunt ad supplementum legitimæ.

26 Quarto aduertendum† est,quia Bart. nec etiam bene declarat qūo intelligatur tex.in d.§.si autem obseruata.ibi,ne liberi falsis accusationibus.quia Bart.intelligit de ipsis parentibus falso accusantibus filios & circūscribentibus eos,quæ non est mens Iustiniani, sed eius mens est loqui de extraneis accusantibus filios apud parentes,& circumscriptionibus inducentibus parentes ad exhæredandum,ut demonstratur in d.§.hæc autem disposuimus.in fi.dum refert de illa puella quæ fuerat dicta grata a genitrice,&tamen inuenta fuit exhæredata.Et occasione sumpta uidens in quanto periculo erát liberi,inductus fuit ad faciendum illam constitutioné, Item dato quod loqueretur de eis,tamen non comprę henderetur præteritio paterna, quia in ea circumscriptiones neque parentum neque extraneorum nocere filiis poterant,cum existente nullo testamento plenissime erat succursum filiis.

27 Quibus† sic stantibus,apparet opinionem contra cōmuné ueriorem esse, quod immo nihil disponatur in d.auth.super præteritione paterna,nec in prima parte augumentatiua formę testamenti,nec etiam in secūda parte cōseruatiua legatorū. Quæ opinio probatur primo ex omnibus adductis supra pro opinione quod nō compræhendatur præteritio paterna in prima parte, quæ concludunt etiam in hac secunda parte quæ descédit a prima,&contradictorie uenit seu aduersatiue quādo prædicta obseruata non fuerint, ut dicitur in dicto §.sin autem obseruata nō fuerint primo & secundo. & tenet Corne.hic colum.quarta.uer. non obstat repræhendens Paulum de castro.aliter tenentem.Et licet ipse postea conetur defendere communem, tamen præsupponit in omni præteritione cōsiderandū esse dictū generale &exceptioné,sed eius cōsideratio non potest procedere,per prædicta,quia uerbum pręterire solum refertur

refertur ad lineam fœmininam, Et ideo ex prædictis & discurrendo totam illam auth. & ex ratione etiam assignata in principio, circumscriptionibns & falsis accusationibus a parentum substantia separentur, apparet intentionem suam fuisse prouidere ne filii inique priuarentur successionibus. Quod non poterat euenire nisi quando testamenta erant ualida, cum ex testamento nullo filii non poterant priuari successione. Ergo solum immutauit quando testamentum ualebat, ꝗ erat quando pater exhæredabat filium & mater præteribat filium, & per consequens sub uerbo præterire ibi non potuit compræhendere nisi præteritionem maternam. Quam mentem demonstrauit ex uerbis etiam positis in secunda parte decisionis. Et primo per uerbum exhæredatis, quod secundum nullam significationem conuenit præteritioni paternæ, ut sup. dixi. Secũdo in illis uerbis suam firmitatem obtinentibus, ergo loquitur in testamentis ualidis, alias sine illa forma addita. Tertio, quia textus dicit, euacuato, quod refertur ad illam constitutionem, idest euacuato testamento ꝑ nostram constitutionem, ergo alias testamentum erat ualidum. Quarto, quia statim in §. si uero contigerit dicit tanquam in hoc non rescissum obtineat testamentum. Quinto in §. si autem hæc omnino dicit etiam rescisso in hoc testamento. Nec enim istis locis conuenit responsio quatenus de facto processit, quia in tot locis non loqueretur improprie. Sexto ibi dicitur tanquam abintestato ergo ex natura testamenti non succedebatur abintestato, & per consequens testamentum erat ualidum. Septimo dum ibi dicitur, nullum fieri præiudicium, ergo ante illam constitutionem poterat fieri præiudicium, ergo testamentum ualebat. Cum igitur uerba omnia constitutionis illius demonstrent ꝗ decisio sit facta in casibus in quibus testamentum antiquitus ualebat, & ratio assignata sæpius de circumscriptione & iniuria solum procedat quando testamentum ualebat, Item causa propter quam motus fuit imperator ad faciendum illam decisionem positam in d. §. hæc autem disposuimus. in fine solũ procedat in casu quo antiquitus ualebat testamẽtum, luce clarius apparet quod non fuit locutus de casu in quo testamentum erat ipso iure nullum, in quo prædicta non poterant conuenire & per consequens quod in illa decisione noluit cõpræhendere præteritionem paternam, & cui non conueniunt uerba nec etiam conuenit dispositio. l. quod constitutum. ff. de milit. testam. Et ex ratione declaratur dispositio. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. Et ex præfationibus colligitur mens. l. fina. ff. de hæred. instit. & l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth. Nec obstant contraria, quia ex supradictis patet responsum esse. Nec obstat quod dicit hic Corn. colu. 4. & Curt. nu. 10. quod immo principium loquitur generaliter, quia ponit quod non sufficiat legare, & postea facit exceptionem de præteritione materna, quia hoc nõ potest stare, cum exceptio declaret regulam in quibus casibus ꝓcedat. ut no. in l. 1. ff. de regu. iur. & eam restringit. l. nã quod liquide. ff. de pen. leg. & ex exceptione quæ solũ ꝓcedit in præteritione materna declaratur quod uerbum præterire generaliter positum faciebat regulam solum in præteritione materna. Facit quod uoluit Deci. in c. sedes. col. fi. de rescript. & Oldra. in consi. 8. per d. l. nam quod liquide. §. fina. ff. de pen. leg. & late Cagno. in l. 1. nume. 27. per unam colum. ff. de regu. iur. Non obstat ratio Alexand. & Iason. quod si conseruãtur legata quando testamentum est nullum facta exhæredatione sine insertione causæ, ergo etiam conseruabũtur quando testamentum est nullum præteritione filii a patre facta. Nam respondetur quod ista similitudo est hodie inducta quæ non consideratur ad inducẽdam conseruationem, sed oportet considerare quid erat ante cõstitutionem illam, nam motus fuit propter illud quod erat ante constitutionem, & ante eam filius non habebat damnum propter præteritionem paternam, sed solum propter præteritionem maternam & exhæredationem, quia tunc ualebat testamentum & excludebatur ab hæreditate matris, & sic æquiuocauerunt isti doctores. Ex alio tamẽ ego puto communem opinionem sustineri posse, nam ut sup. dixi, hæc secunde pars fuit facta fauore ultimarum uoluntatum, & fauore legatariorum & testamentorũ. argu. l. uel negare ff. quemadmod. testam. aper. & l. inter pares. ff. de re iudic. & c. finali. extra de re iudic. Qui fauor attenditur quando non tractatur de damno filiorum, cum, quamuis si contradicunt fauor filiorum & testamentorum, præualet fauor filiorum, ut notatur per Decium in l. posthumo. sup. de contrat. in præmissis. colum. 2. & ibi dixi, tamen quando non contradicit fauor liberorum, semper fauemus testamentis. l. si ita facta. ff. de iniust. rup. & irrit. testamẽto & l. si ita quis. §. fi. ff. de testam. tutel. & not. in d. l. in testamentis. ff. de reg. iur. Et in casu nostro recte inspiciendo non contradicit fauor liberorum principaliter, quia eorum fauor est circa institutionem, nam circa legata & quando cõseruatæ sunt eis institutiones non tractatur de eorum præiudicio, igitur fauor testamentorum habet attendi. Et hoc expresse dicitur in d. auth. §. hæc autem disposuimus, ut ibi dicitur quod si sunt instituti in minima re non euacuatur testamentum sed agitur ad supplementum, quia tunc non est iniuria filii in institutione, sed quatenus nõ militat illa iniuria conseruantur testamenta, quibus sic stãtibus, dico quod communis opinio erit uera, nõ ex uerbis, quia ut dixi uerba non exprimunt, immo repugnãt sed ex extensione fienda, cum inductum fuerit ut legata conseruentur quando rumpitur testamentũ ex causa exhæredationis & præteritionis maternæ, quia interest reipublicæ testamenta conseruari, ex eadem ratione poterit fieri extensio etiam quando rumpitur ex uera præteritione, quia quãdo ratio est scripta in lege, extensio fit in correctoriis ex idemptitate rationis ad casum qui lato sumpto uocabulo continetur. glos. in auth. ut ii qui oblig. perhibent res minor. in uerbo curationis. & l. filium habeo. ff. ad maced. & in l. iis solis. inf. de reuoc. don. plene per omnes ubi dixi in l. omnes populi. in 6. quæstione principali Bar. ff. de iust. & iure. & in l. si quis maior. C. de transact. & in authen. sacramenta puberum. sup. si aduer. uendit. & ca. 1. de rescript. cum aliis adductis per Barbat. in consi. 97. quod est ultimum. uol. 3. Et in hoc differt ista secunda pars auth. a prima, quia in prima præteritio paterna non cõtinetur in uerbis neque per extensionem, cum ratio liberorum super qua fundatur decisio contradicat præteritioni paternæ, sed in secunda uerbis non continetur præteritio paterna, tamen per extensionem continebitur ut dixi. Quia ratio legis conuenit, & si imperator de illo casu fuisset interrogatus, ita dixisset. gl. in l. tale pactum. in fine. ff. de pactis. & hoc uidetur esse d mente Cur. hic, licet non bene declaret nu. 10.

28 Tertia est† difficultas, an hæc auth. habeat locum in posthumo præterito, ut corrigantur leges antiquæ uolentes ꝗ rupto testamento propter præteritionẽ posthumi corruant legata. l. 1. inf. tit. 1. & l. si pater in prin. & l. generaliter. §. testamento. ff. de fideic. liber. & l. si quis testamento. ff. de leg. 2. Et sic eis non obstantibus hodie debeantur legata & cætera relicta in testamento confirmentur. Et Bar. hic post longum discursum finaliter in prima & secunda oppositione concludit ꝗ sic si præteritus est a sciente, Et hanc opinionem sequũtur doctores non facta differentia de prima parte auth. nec de secunda ut hic per Iasonem & Corn. & Cur. quia in corpore simpliciter dicit de filiis. Et appellatione filiorum continentur etiam posthumi. l. etiam. & l. nomen filiarum. ff. de uerbo. signific. & l. si quis filiabus. ff. de testam. tutel. Et idem etiam tenet Bart. hic in 3. oppositione in posthumo improprie, ut si nepos su-

bintrat in locum filii uiuente auo post testamentum. Sed Cur. hic dicit posse faciliter teneri contrariũ, quia fundamenta Bar. sunt debilia.

Nam dicit ipse, pro opinione contraria facit illa regula, in correctoriis quod non tollitur non prohibetur stare. l. præcipimus. in fine inf. de appel. Sed hic nõ mutatur in posthumo ergo non prohibetur stare. Secũdo facit, quia hæc auth. loquitur quando præteritio fit cum causa, quæ causa non cadit in posthumo. l. si quis in suo. §. legis. sup. de inof. testamento ergo nec dispositio. l. ꝙ constitutum. ff. de mili. testam. & l. 4. §. totiẽs. ff. de dam. infec. Et licet hæc formalia uerba ex causa exhæredationis, non sint in corpore, tamẽ ibi clare dicitur quod hodie pro forma præteritionis uel exhæredationis debent inseri causæ habiles quæ enumerantur quarum nulla potest cadere in posthumo, Et ideo oportet quod decisio loquatur solum de iam natis, ꝗa illa exceptio non esset de regula contra. l. nam quod liquide. ff. de pẽ. leg. Quarto facit ratio, quia legata in posthumo ceperunt dependere a testamento, secus in filio iam nato. argum. l. nam & si. §. fin. & ibi glo. ff. de iniust. rup. & irr. test. Et ad tria fundamenta Barto. respondet, quia falsum est quod loquatur generaliter, cũ uerba nec subiecta materia conueniant posthumo, Et ad secundum de æquiparatione, respondet quod procedit in illis terminis in quibus potest adaptari, quod patet, quia ibi exhæredatur sine nomine proprio & ẽt non rumpit statim testamentum, hic autẽ termini nec subiecta materia cõueniunt ut dictum fuit, ergo de ea non loquitur dispositio. Et ad tertium de conseruatione quæ fit ex titulo. ff. de legatis præst. respõdet quod Bar. fallitur, quamuis secundum eum non aduertãt docto. quia ille titulus loquitur de filio emancipato qui erat cognitus a prætore tantum, & faciebat iniuriam legatariis, ideo prætor ibi conseruat legata ex æquitate certis personis, quæ æquiparatio cessat in posthumo qui est cognitus de iure ciuili, ideo dicit ipse in filio in potestate non habet locum titulus de leg. præst. l. is qui in potestate. & l. si duo. ff. de leg. præst. Sed in hoc ultimo decipitur Cur. quia immo etiam in filio in potestate instituto conseruantur legata si beneficio præteriti accepit. Vnde solutio Barto. quam inf. ponit melior est, quia ibi in posthumo militat eadem ratio ut faueatur illis personis coniunctis, hic uero conseruantur fauore testatoris, qui fauor cessat in posthumo ignoranter præterito, Ipse postea per fundamenta Iasonis tenet communem opinionem, quia uerbum, liberorum, compræhendit posthumum regulariter. l. etiam, & l. nomen filiarum. ff. de uerbo. signi. Et ad fundamenta pro alia parte respondet, & primo de dependentia, quia ipse dicit quod dependentia non potest allegari in hac materia, cum hæc conseruatio habeat locum indistincte, siue testũ sit nullum propter formam causæ insertionis non seruatæ, siue sit ualidum, & postea quia non probatur causa testamentum rumpitur per quærellam uel contratabul. & hic uolunt omnes, ergo hanc rationem dependentiæ non curauit imperator. Ad secundum de causæ insertione quæ non conuenit posthumo, respondet ipse quod licet exhæredatio cum causa non conueniat, tamen conuenit præteritio patris in qua non requiritur causa inserẽda, ut dictum fuit. Et hæc omnia ante eum fuerunt dic. Cor. hic colu. 6. & 7. nu. 12. qui ultra Cur. multũ insistit quod in tex. ponitur ratio generalis, & postea exceptio fit de casibus in quibus ualet testamentum, tantum respondendo ad regulam quæ habet quod exceptio declarat regulam in casibus non exceptuatis, & declarando legẽ nam ꝙ liquide. ff. de penu. legata ut hic per eum.

29 Ego autem resolutiue loquendo quia materia satis de per se offuscat intellectum & æquiuocationem inducit, puto ita dicendum. Aut quærimus an hæc auth. habeat locum in præteritione paterna posthumi, aut in præteritione materna seu exhæredatione ualida a patre facta, Si quærimus de præteritione materna uel exhæredatione patris, & tunc aut quæritur an hæc authen. in prima parte habeat locum in posthumo exhæredato a patre, uel præterito a matre quantum ad obseruantiam formæ inserendam in testamento, & probandam, & uidetur quod non, quia ipse non potest cõmittere ingratitudinem, ergo frustra iubetur inseri, & sic non est credendum de eo cogitasse. Ex quo uidetur inferri quod posthumus possit hodie exhæredari sine causa, prout poterat iure codicis. l. posthumo supra. de contrat. sed non ex causa ingratitudinis. d. l. si quis in suo. §. legis. sup. de inof. testamento ut ego declaraui concordando. d. iura in d. l. posthumo. & ideo potuit præteriri sine causa, quia nihil uidetur immutatũ per dictam rationem.

Tamen placet quod etiam corrigatur forma testamenti in posthumo, Quia text. dicit quod parentes utriusque sexus non possint exhæredare uel præterire liberos suos, & appellatione liberorum ueniunt posthumi in dispositione legali, nisi aliud excipiatur, Patet, quia prætor dabat contratabulas liberis præteritis, & etiam unde liberi, & tamen continebantur posthumi. l. 1. ff. de contrat. & l. 1. §. penul. ff. si tabul. test. nullæ extab. & §. 1. in auth. de hęred. quæ ab intest. & l. 1. coniuncta. l. fin. ff. de col. bon. & l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præstand. Nec obstat quod nõ conueniat causæ insertio, quia non interest, cum illa ueniat in exceptione, & insertio causæ non impeditur in posthumo propter se sed propter subiectam materiam, quia non potest eam committere. Vnde sequitur, quod si prætereatur uel exhæredetur cum causa uel sine causa, quod testamentum per dictã auth. erit ipso iure nullum, quamuis antiquitus esset rumpendum per quærellam. Et dum dicit quod non conuenit forma immo cõuenit, quia nihil impedit quod non exhæredetur cum causa, sed tunc testamentum annullabitur quia probari non potest, Et sic defectus non est in forma sed in ꝓbatione causæ. Quamuis possit dici quod statim testamentum annullabitur tanquam notorie constet causã non subsistere, quia causa nulla uel reprobata habetur pro non causa. argum. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iu dic. pro quo facit dictum Bal. in l. omnimodo. sup. de inoffi. testamento. col. 3. dicentis saluando opinionem Mart. de qua inf. quod testamentum erat ipso iure nullum quando causa est inserta dolose falsa, quia æquiparantur testã contractibus bonæfidei. l. in minorum supr. de in integ. rest. min. & sequitur Alexand. hic quãuis uideatur dubitare in car. penul. uer. inuenio tamen Bal. Si uero quæritur an in posthumo præterito a matre uel exhæredato habeat locum secunda pars authẽ. quæ est conseruatiua legatorum, Et similiter placet ꝙ compræhendatur in hac auth. quia consecutiue uenit ad primam partem, & in omnibus casibus in quibus ꝓpter formam non seruatam uel causam non probatam rumpitur testamentum disponitur in ea quod conseruentur legata, ut omnes concludunt, quia in hoc omnes cõcordant quod in omnibus casibus in quibus habet locum prima pars auth. inductiua formæ, ea nõ seruata uel non probata conseruentur legata.

Secundo casu principali, an hæc auth. habeat locum in præteritione paterna posthumi, dicẽdum est in omnibus ut supra conclusimus in filio nato, quia prima pars non habebit locum, & ideo sequetur ꝙ si posthumus est præteritus a patre siue cum insertione causæ siue non, semper per natiuitatem posthumi rumpetur testamentum, sicut filio præterito, & tanto fortius quod causa ingratitudinis inserta non potest esse uera in posthumo, per d. l. si quis in suo. §. legis. sup. de inof. Secunda uero pars conseruatiua legatorum poterit habere locum, similiter dicendum est ut supra, quia quantum ad uerba non compræhenditur præteritio paterna

na posthumi, tamen ex ui extensionis & in præteritione posthumi conseruabuntur legata, quia militat ratio fauoris testamentorum & ultimarum uolūtatum, quo existente potest fieri extensio etiam in correctoriis. glo. in auth. ut ii qui obligatas perhib. res min. in uerbo. curationem. & l. iis solis. infra de reuoca. dona. cum simil.

30 Quarta est difficultas, an hæc auth. habeat locum in filio nato, uel posthumo ignoranter præterito. Et Barto. hic in prima & secunda oppositione relatis uariis opinionibus concludit quod non, per quatuor fundamen. Primo per tex. in §. sin autem hæc obseruata non fuerint ubi assignantur duæ rationes quæ non habent locum in ignoranter præterito. s. ne falsis accusationibus uel circumscriptionibus filii priuētur hæreditate. Sed ad istud respondent tenentes aliam partem, quod immo illa ratio potest etiam habere locum in præterito ignoranter, quia uerbum circumscribere intelligitur etiam sine dolo. l. item si in pretio. §. fi. ff. locati. & sic potest adaptari in prætereunte ignoranter, & ita tenuit ipsemet Bart. infr. in 3. oppositione. nume. 7. uer. oppon. de lege 2. sup. eodem. Secundo & melius potest responderi, quod ille tex. non refertur ad patrem circumscribentem, sed refertur ad alios accusantes falso filios & circumscribentes patrem, dicendo filium mortuum, uel quod non habebat filium, uel facientes quod in testamento exhæredentur uel prætereantur, uel quod notarius non scribat institutionem institutorum posthumorum, Et sic potest uerificari in patre ignorante.

Secundo Bart. adducit simile de milite. l. sicut certi. & l. si cū uel in utero. inf. de milit. testamēto ubi. Milite ignoranter filium prætereunte non conseruatur eius uoluntas. Sed ad istud respondetur quod ibi militat diuersa ratio, cum alias filius excluderetur in totū, sed hic non tractamus de excludendo in totum, sed ei conceditur successio abintestato saltem in legitima, & legata conseruantur, Et text. in d. auth. uer. hæc autem disposuimus præsupponit ultra legitimam non tractari de præiudicio filii. Secundo ultra doctores respondetur, quod ibi ideo fit illa distinctio, quia præteritio habet uim priuationis illius iuris, & ille qui ignorat se habere filium non dicitur habere animum priuandi, Sed in præteritione quæ non habet uim priuationis sed omissionis tantum, ut in patre pagano, quo casu est nullum testamentum, uel in linea materna, quo casu non est opus aliqua formali priuatione, non distinguitur an scienter uel ignoranter prætereatur. d. l. si instituta. §. fi. cum l. seq. ff. de inoffic. testamento.

Tertio pro sua opinione adducit Bart. l. si unquam. inf. de reuoc. don. coniuncta glo. in §. ex conditionali. inst. de uerbo. obliga. Respondent uariis modis doctores. Sed probabilis est responsio quam dat Imola in d. l. filio præterito quod illa lex est exorbitans, & nō debet trahi in consequentiam, Nam ibi reuocatur quia nullo remedio poterat ei succurri cum esset irreuocabilis, ideo ne filii in totum destituantur, fuit necessariū inducere quod reuocetur, Sed in testamento pater potest quandocunque mutare uoluntatem & instituere filios nascituros, ideo non est tanta ratio reuocandi & ueniendi contra uoluntatem. Secundo respondet Corneus, quod in contractibus imputetur stipulatori qui non apposuit conditionem, quod non possit reuocari arg. l. ueteribus. ff. de pact. & l. quidquid astringendæ. ff. de uer. oblig. secus in legatis, ut per glo. in §. ex cōditionali. inst. de uerb. oblig. Tertio respondet quod faciens testamentū cogitat uel cogitare debet seu præsumitur de filiis nascituris. arg. l. siquis cum nullum. ff. de iure codic. & in iis sol. residet etiam Cur. hic.

Quarto inducitur ratio assignata in l. is qui. §. fin. ff. de iure codic. & l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. ubi non debentur legata quæ non reliquisset pater si sciuisset se habiturum filium. Sed respondetur quod in contrarium est tex. in l. siquis cum nullum. eod. tit. ubi nato ex insperato posthumo debentur legata, item non constat quod non esset relicturus, licet possit dubitari, & in dubio fauemus ultimis uoluntatibus. l. in testamentis. ff. de regu. iur. Præterea ibi ponit casus speciales de illis indiuiduis, tamen in aliis probat contrarium, cū ille filius teneatur soluere integra legata respectu portionis suæ, & tamen contra mentem testatoris non habet nisi medietatem, Et ibi posthumus nascens non debet quia testator eum non grauauerat, sed si relinqueret sub cogitatione omnium futurorum hæredum, deberentur. d. l. siquis cum nullum. hic autem conseruantur legata ex legis dispositione tanquam clausula sit apposita in testamento, quisquis mihi hæres erit, ut dicitur in d. l. siquis eum nullum. & sic patet quod potest responderi illi text. quamuis Cur. dicit ei non posse responderi, & propter illum teneat opinionem Barto.

Quinto inducitur ratio. l. cū auus. de cond. & dem. & l. cum acutissimi. inf. de fideicom. ubi fideicommissum reuocatur superuenien. liberis. Sed respondetur quod loquitur in fideicommisso uniuersali, Quæ respōsio uidetur confundi per l. generaliter. §. cum autem. infr. de fideicom. Ideo secunda est responsio, quod ibi erant legata relicta a filio post acquisitionem, & demōstrauerat testator quod diligebat illum, hic uero legata erant relicta ab ipso testatore. & non apparebat de aliqua particulari dilectione, nec quod non fecisset si sciuisset, ut hic per Curtium & bene.

Pro contraria uero opinione, quod immo legata cōseruentur etiam posthumo uel filio ignoranter præterito, Primo inducitur. l. abintestato. & d. l. siquis cū nullum. ff. de iure codicillor. ubi debētur legata nato posthumo insperato. Sed responderi potest quod ibi in genere cogitauerat de quocunque nascituro quia dixerat quisquis mihi hæres erit, unde apparebat de uolūtate, item ibi non fuit natus posthumus filius, sed unus agnatus qui non erat in potestate, in casu autem Bart. instituerat aliquos hæredes simpliciter, ignorans quod alius esset successurus, & ideo textus. in d. l. is. uult q. posthumus natus non soluat legata. Item in d. l. siquis cum nullum erant grauati uenietes abintestato in quibus non erat aliqua affectio considerando omnes qui possunt succedere, & sic ibi in genere omnes grauātur, In testamento uero legata relinquuntur ab hærede, sub consideratione solius hæredis.

Secundo inducitur lex. fin. ff. de hæred. inst. Sed respon. Bar. quod ibi præteritio erat in eo qui non debet institui, quo casu difficilius tollūtur legata, quia hæreditas ei non ita debetur, hic uero debet institui. Item ibi erat causa expressa quæ respiciebat solam institutionem, hic uero uoluntas cessabat in omnibus legatis, Et si dicatur, immo ibi etiam cessabat uoluntas in legatis quia nulla fecerat instituendo illum primum, respōdebat Cur. quod ibi est speciale, cum regulariter falsa causa non uitiet legatum. l. demonstratio falsa. ff. de cōdit. & demonst. & ideo uitiatur solum ibi institutio in qua fuit error.

Tertio inducitur lex cum mater. ff. de inoffi. testamē to. Sed Barto. respondet quod ibi iuris consul. reprehendit illam opinionem & ponit decisionem quod rūpatur in totum testamentum quia ex testamento rupto nihil debetur. Et sic concordat, immo multum stringit, quia ibi mater non poterat cogitare de aliquo futuro filio, & tamen non debentur legata, ergo tāto fortius quando potuit cogitare in genere de futuro filio nascituro. Tamen durum est dicere quod ibi repræhendatur decretum Adriani. Ideo uerior est alia solutio, quod ibi erat expressus error in testamento, quo casu uitiatur institutio, sicut sententia in qua est expressa cā erronea. l. 1. §. 2. ff. a quibus appel. nō licet. unde potest uenire

uenire ex capite erroris & dicere institutionem nullã. Item potest uenire ex capite præteritionis, & probare se gratum agendo quærela, sed in primo casu oportebit quod causa sit expressa, & sic effectus non est inutilis ut dicebat hic Curtius, & probabilis & æqua est secunda solutio Barto.

Quarto inducitur secundum Cur. lex 3. sup. de inoffi. testamento. ubi filius nascens non excludit extraneum quin in portione possit succedere ex institutione, ergo tanto magis in hoc casu debent excludi legata, cum sibi sit prouisum ut succedẽdo possit habere suam legitimam. Sed respondetur quod ibi est alia ratio, quia nõ succeditur abintestato sed ex testamento, & ideo reliqua relicta in testamento iure cõmuni debent ualere.

Quinto inducebat consilium Mediolanense, & Signorellus de homodeis rationem, quia facilius debent conseruari legata quando ignoranter præteriit pater quam quando scienter, cum si ignoranter solum peccauit in non seruando formam, & quia non credebat se habere filium, nec prætereundo peccauit, Sed cum scit se habere filium, peccat contra pietatem, non seruando formam legis, & ideo plus debet puniri, ut eius uoluntas seruari non debeat, cuius fauore conseruatio est inducta. Respondebat Curt. quod principaliter nõ est facta conseruatio fauore testatorum, sed fauore legatariorum & ultimarum uoluntatum. Secundo potes respondere quod testator non delinquit in legatis fiendis & cæteris capitulis testamenti, sed in non instituendo, unde satis punitur testator si eius institutio non habet effectum. arg. l. rescriptum. ff. de iis quib. ut indign. Et sic patet quod opinio contra Barto. etiam non est ualidis fundamentis roborata, & quod articulus est disputabilis.

Communiter tamen doctores tenent opinionem Barto. quæ communis est, ut hic dicit Alexand. & Iason & Cor. & Curt. qui ampliant procedere etiam quod superuixerit diu per l. filiusfam. ff. de milit. testamento. & l. filio. §. Seia. ff. de adimendis legatis. Sed in contrarium facit glo. in l. athlete. §. dat remissionem. ff. de excus. tut. in uer. nisi post & l. tractabatur. ff. de mil. testam. & Pau. de Castro in consi. 17. incipiente Barto. de Perusio. de cuius ueritate dicetur infr. in materia clausulæ codicil. Item ampliatur procedere in legatis ad pias causas Barto. in l. 1. de sacrosf. eccl. sed de eius ueritate statim dicam.

31 Resolutiue tamen ego puto cõsiderandum esse primo, utrum prima pars auth. nostræ habeat locũ in præterito ignoranter uel a patre uel a matre, nam in exhęredatione quæstio non potest adaptari, Et circa præteritionem paternam ex prædictis in prima dubitatione patet quod nihil fuit immutatum circa formam, qa si non est immutatum in filio scienter præterito, tanto minus in filio ignoranter pręterito, & sicut filius natus rumpet testamentum ipso iure, ita erit ipso iure nullũ si ignorabat tempore testamenti. Sed nunquid habeat locum secunda pars conseruatiua legatorum, dependet a causa finali inducendi cõseruationem, cum in ea tractemus de extensione quæ non potest fieri nisi ex indentitate rationis, Et quia non simpliciter fauor testatorum sed potius legatariorum & ultimarum uolũtatum fuit causa illius constitutionis, uidetur quod extensio debeat fieri cum modificatione de qua statim dicam, Si uero præteritio facta fuit a matre, dubium esse potest an comprehendatur in prima parte auth. ut in tali præteritione inducatur forma insertionis causæ. Et uidetur quod non, quia insertio causæ non potest cadere nisi in eo qui cogitat de filio, cum ingratitudo non possit considerari fieri ab eo qui ignoratur esse in rerum natura, unde sequi uidetur quod præterito filio ignoranter testamentum ualeat, quia in illo casu forma non uidetur addita, Et sic lex posthumo cũ concor. sup. de contratabu. remanet incorrecta, quod posthumus possit hodie exhæredari sine causa, & quod nascendo non rumpat testamentum, sed opus sit agere quærella. nec. l. si mater. cum glo. prima sup. de inoffic. testamento. & lex liberi. eod. titulo. & d. §. mater. inst. de exhæredat. liber.

Sed tamẽ magis placet quod in præteritione ignoranter facta habeat locũ annullatio institutionis posita in hac auth. & sic prima pars huius aut. additiua formæ & annullatiua institutionis habeat locum in filio ignorãter præterito. Quia iniquum uidetur esse quod hodie filius ignoranter præteritus a matre non possit dicere nullum testamentum, sed quod testamentũ ualeat, & sit opus quod litiget, & probet se gratum, iuxta. l. liberi. supra de inoficio. testamento. Et quod hoc priuilegium dicendi testamentum nullum & insertionis causæ concedatur solum filiis scienter præteritis, & liberi ignoranter præteriti remaneant destituti, cũ immo appareat legislatores potius eis prospexisse. d. l. cum mater. & d. l. fin. Et maxime cum hæc præteritio sine causa possit euenire ex conspiratione & dolo uxoris uel extraneorum adulterantium, nouercam, & ex falsitate notarii, & ex uariis similibus accidentibus. Vnde uerius est & probabilius tenere quod imperator ibi uoluit addere formam tam præteritioni scienter factæ quam ignoranter, & facere quod si non est seruata forma insertionis causæ quod testamentum sit ipso iure nullum, Quod erit necessarium si ignoranter prætereatur, cum causa non possit apponi si ignorat se habere filium, & sic uerius est quod semper ignoranter præteritus faciet testamentum esse ipso iure nullum. Quod probatur, quia tex. dicit quod parentes non possunt præterire, nec exhæredare filios nisi inserant causam ingratitudinis, & non dicit quod scientes non possint exhæredare uel præterire filios suos, sed simpliciter quod non possint, Et postea in uer. sin autem hæc obseruata non fuerint, non dicit scienter obseruata nõ fuerint sed simpliciter, prædicta obseruata nõ fuerint, siue scienter siue ignoranter subaudiri debet, Et facit in simili l. inter cætera. ff de liber. & post. & §. 1. & §. fi. inst. de exhæred. liber. & §. emancipatos. eod. titulo. ubi ponuntur regulæ quod parentes teneãtur instituere uel exhæredare liberos, & præteriti rumpant testamentum, tamen intelliguntur scienter & ignoranter. Item probatur coniungendo. d. §. fina. de exhæred. liber. coniuncto. §. præcedenti. ergo eodem modo in d. auth. cum loquatur simpliciter intelligetur tam scienter quam ignoranter.

32 Qua † conclusione stante quæ non tantum uidetur probabilis sed necessaria, sequitur opinionem Bart. & sequacium hic, quod non conseruentur legata uirtute auth. nostræ, non posse procedere, quia si ignoranter præteriti continentur in prima parte auth. & propterea assumpserunt priuilegium dicendi testamentum nullum, Ergo eodem modo necessario oportet dicere quod in eis habet locum secunda pars conseruatiua legatorum, quia uenit consecutiue ad primam, & mitigando primam decisionem & restringendo ruptellam testamenti ad institutionem, & quod reliqua firma maneant. & si Bar. considerasset hanc rationem forsan nõ ita determinasset. Et confirmatur ex d. l. fi. supr. de hæred. inst. & d. l. cum mater. secundum intellectum glos. quia ibi ignoranter præteritus erat, & non erat credẽdum quod talia legata mater reliquisset, nichilominus ibi determinatur quod legata omnia debeantur, Et est ratio, quia lex non præsumit illud dubium, cum appareat de facto contrario, & urgeat pro alia parte fauor testamenti & ultimarum uoluntatum, & legatariorum, & tutellarum, & cæterorum capitulorum quę fuissent facta etiam quod cogitasset de filiis, Et esset inconueniens quod pro parte confirmaretur testamentum tantum contra filios quorum causa facta fuit illa constitutio, non fauore testatorum, ut præsupponit Bart.

Qui

Qui etiam in probando quod cōsideratur fauor, testatoris deceptus fuit male intelligendo dictū. §. hæc autem dispoluimus.ut sup.demonstraui.

Siquis tamen uellet defendere communem opinionem, & euitare prædictam argumentationem, opus esset negare quod in prima parte istius auth.non compręhenduntur præteriti ignoranter, & quod eis ex uerbis non fuit addita forma, nec possunt dicere testamentū nullum causa non inserta, & quod in consequentiam nec etiam continetur in secunda parte conseruatoria legatorum, ut prætendebat Bart. Tamen quia ratio fauoris liberorum militabat ut priuilegium aliis concessum in dicendo nullum testamentum eis cōcederetur uirtute extensionis hoc factum fuit, quæ extensio non habet locum quantum ad conseruationem fiendam de legatis, quia non militat eadem ratio æquitatis. Et sic in hac quæstione dicendum est totum cōtrarium illius quod dictum fuit in prima quæst.an compræhendatur præteritio paterna in hac auth. ut in illa in uerbis non contineatur in aliqua parte, sed fiat extensio propter æquitatem rationis, ut contineatur in secunda parte. Quæ tamen non fiat ut contineatur in prima parte, quia cessat ratio fauoris liberorum, Sed prima opinio contra Barto.uerior est, Et confirmatur ex omnibus limitationibus positis hic per Ias.quæ concordant cum regula ista, Ipse enim uult conseruari legata relicta ex pia causa, uel pro ablatis, uel restitutione usurarum, uel alia simili necessaria causa, quæ testator uerisimiliter fecisset etiam si cogitasset de filiis, nam talia legata conseruabuntur, quia plus diligit animam suam quā filium.arg.l.si præses. sup.de ser.& aqua.Bal.Ang. & Imola in d.l.filio præterito.& in l.Titius. in princi. ff.de lib.& posthumis. Ioannes de annania consil. 28. uisis & ponderatis.Aret.consi.93 uisis. colum. penult. Secundo limitat ut conseruentur legata quando in genere cogitauit de filio.arg.l.qui iure militari .ff.de testamento milit.& l.siquis cum nullum. & l abintestato.ff.de iure codicillo. Tertio limitat quod legata conseruentur si alium filium instituit, quia pro medietate debentur.l.is qui. ff. de iure codic. quia de eis in parte cogitauit. Quarto limitat communem conclusionem ut non procedat quando legata non excedunt medietatem patrimonii, quia illa tota conseruabuntur, solū enim annullantur legata absorbentia maiorem partē relicti patrimonii.Aret.consi.93.in 6.colum. Ange.in l.uxorem.ff.de manumiss. testamento. Paul. de Castro hic.per quas limitationes apparet quod doctores hic faciunt nouam constitutionem, & uolunt quod in ea sit exceptio personarum & legatorum in eodem testamento, & quod præteritio filii ignoranter pro parte tantum contineatur in hac authe.quod est absurdum. Et non bene aduertunt quod oportet se resoluere an hæc auth.compræhendat illud testamentum in quo filius est ignoranter præteritus, & si cōpræhendit oportet quod omnia legata & cætera capitula conseruentur, quia tex.expresse uult omnia capitula confirmari, Si uero uolunt quod non contineatur illud testamentum, nulla legata possunt confirmari, cum de eo nō loquatur hæc auth.& sic hæc inconstantia non est admittenda, Et necessario fatendum est, quod cum doctores fateantur legata conseruari, etiam consentiant omnino cætera capitula conseruari propter generalitatem literæ positæ in utroque. §. finautem hæc obseruata non fuerint. Faciunt ea quæ habentur in l. grece. §. illud.per Bar.ff.de fideiussor. & quod dicitur de indiuiduis in d.l.is qui.ff.de iure cod.in fine.

Vna tamen limitatio generalis ad totam materiam conseruationis legatorum fiendam ex causa præteritionis uel exhæredationis potest dari, quam ponit Iason hic in uer.quinto limita. Vt non conseruentur fideicommissa uniuersalia, Sed annullantur simul cum institutionibus, quia talia fideicommissa potius adhærent institutionibus quam legatis.l.si filius.§.fi.ff.quod cum eo.l.quærebatur.uer.sed si mihi. ff.de militari testamento.dicebat Bal.in l.si cum uel in utero. ff.de mil testamento.Sed tamen Iason reprǣhendit post Alexā. inf.quia tex.dicit conseruari fideicommissa, & sub nomine fideicommissorum continentur fideicommissa uniuersalia.l.1.ff.de leg.1.Et hoc mihi placet.quia tex. ibi se restringit tantum ad institutiones eas annullando, Et semper poterit habere legitimam suam iure institutionis, quod sufficit. §.hæc autem dispoluimus. in d.auth.Et inf.latius dicam. Saluari tamen potest communis conclusio in præteritione paterna, in qua, ut dixi, fit conseruatio legatorum ex quadam æquitate ui extensionis, & non ex uerbis, & ideo quatenus militabit ratio æquitatis ex uerisimili mente testatoris eatenus conseruabuntur, Sed si non erit uerisimile quod relinqueret, ut patet ex regula tradita per doctores cum fallentiis, tunc non fiet cōfirmatio cessante æquitate & ratione.cum testamentum non debeat amphari in quo non est uoluntas testatoris.arg.l.in conditionibus.ff.de condit.& demonstra. & l.licet imperator. ff. de legat. 1. quod nota ut scias in practica deducere & saluare communem opinionem quæ æquissima est.

33 Quinta est difficultas, utrum ista auth. habeat locū in quasi posthumo, qui subintrando locum patris assūpsit ius succedendi, & præteritus rumpit testamentum sui aui.an in eo addita sit forma præteritioni uel exhæredationi, & conseruentur legata, Et per consequens dubitatur an lex 2.supra eodem. & lex posthumorū. ff.de iniust.rup.& irr.testamento.& §. posthumorum. inst.de exhæredatione liberorum, quæ uolunt præteritione talis posthumi ruptum esse testamētum, an sint correctæ.Glo.in l.1.ff.de test.tutel.in glo. rupturi in fine.uult in istis posthumis rumpentibus testmentū conseruari tutellas.per istam auth. Sed in cōtrarium Bar. allegat quia ratio circumscriptionis non cadit in eo, cum non debeat institui uel exhæredari tempore testamenti, quia præcedit eum pater.Sed ipsemet postea tenet opinionem glosſ. quæ est communis, quod hæc auth.compræhendat etiam illum posthumum, quia circumscriptio saltem realis potest cadere in eo, cum secūdum tenorem. l. uelleiæ tenebatur illum nepotem instituere uel exhæredare, Et sic Barto. sibi contrarius uult quod illa uerba etiam procedant in ignorante &
* circumscriptione sine dolo, & sequuntur communiter doctor.hic, quia tex.dicit, pater uel mater, auus uel ,p auus, & dixit liberos, & per consequens in uerbis continetur iste nepos. Sed ego puto distinguendum ut supra, nam si iste nepos est præteritus a patre, tunc ipso iure rumpebat testamentum, ut dicebant iura prædicta, satis prouisum erat ei per ll.antiquas, quia & nulla circumscriptio poterat eum offendere, cum testamētum esset ipso iure nullum, & nullum fortius remediū potest excogitari quam facere testamentum ipso iure nullum, nec fortius hic concessit imperator, & ideo cū non contineatur in prima parte, & sic in eo non est adita forma, & in consequentiam nec etiam conseruabuntur legata per secundam partem in ui uerborum ut sup.dixi ex præteritione paterna in filio nato. Vnde siue prætereatur cum causa siue sine ea semper testamentum erit ipso iure nullum. Sed tamen quia conseruatio legatorum inducta fuit fauore ultimæ uoluntatis, ex ui extensionis compræhendet etiam istum posthumum, Et sic de eo dicendum est in totum ut dixi de filio nato præterito a patre. Si uero est præteritus ab auia uel auo materno, & tunc dubium est an per primā partem sit addita forma insertionis causæ, tamen uera est conclusio, quod est adita forma, & sic continetur in prima parte, quia grauatur agere quærella, & rumpere testamentum probando se gratum.l. liberi. supr.de inoffic.testamento.quod grauamen uoluit tollere imperator generaliter in illa auth.quæ generaliter loquitur

tur de liberis comprehendendo nepotes & pronepotes.l.1.§.generaliter.ff.de leg.præst.& nota.in l.libero rum.ff.de uerb.signifi.Igitur cum annulletur testamentum ex ui illius constitutionis non seruata forma,in cõsequentiam conseruabuntur etiam legata per secundã partem quæ uenit in consequentiam & aduersatiue ad primum ut sæpius dictum fuit.

34 Sexta est†dubitatio,an hæc auth.habeat locum in filio emancipato,ut si parentes eum prætereant, & rumpatur testamentum,conseruentur legata, & sic corrigatur titulus.ff.de leg.præst.qui uult certa legata conseruari.glo.in l.1.sup.de contratab. tenuit quod sic, & in l.si extraneo.ff.de usuf.Sed gloss.in l.si filius.ff.de min. in uer.prætoris.uidetur tenere contrarium, dum uult quod filius emancipatus non possit dicere nullum testamentum,Et pro ista opinione facit,quia differentia emancipationis & patriæ potestatis adhuc hodie durat in successione ex testamento,& in aliis ut per glo. finalem in l.si emancipati.ubi dixi.sup.de collat. Secundo adducebat Iaso. in d.l.1.quia ubicunque lex noua est generalis & lex antiqua particularis semper lex noua restringitur per l.antiquam.l.sciendum.& ibi notatur.ff.qui satisdare cogant. Vnde uidetur ꝙ d.l.noua inducens generalem conseruationem legatorũ restringatur per illam legem.1.ff.de leg.præst.Sed Bar.hic & communiter doctores sequuntur opinionem primam, quod immo dicta iura omnia corrigũtur, quia d.auth. generaliter loquitur, ergo generaliter debet intelligi. l.1.§.quod autem.ff.de aleat.& l.in fraudem.§.fina.ff. de mil.testamento.Secundo,quia emancipatus præteritus non dicebat testamentum nullum, & poterat circumscribi,sed solum rumpebat per contratabulas.l.filium.in prin.§.1.ff.de lega.præst. Tertio quia succedit abintestato,& uerificantur illa uerba posita in §.fin autem obseruata non fuerint.Quarto facit,quia alias emãcipatus esset melioris conditionis quam filius in potestate, quia solueret minora legata, quod est inconueniens,ut no.in l.1.ff.de coniug.cum em.lib. eius in ratione illius tituli,& hanc opinionem tenet glo.in §.exhæredatos.in auth.de hæredibus & falcid.

Iis tamen non obstantibus ego puto opinionem cõtra communem ueriorem esse, Nam considerandum est quod si filius est emancipatus & competat contratabulas tractatur de successione patris & præteritione paterna,Sed sup.conclusum,fuit quod hæc auth.nõ habet locum in præteritione paterna,ergo nec etiam habebit locum in præteritione filii emancipati,Et si dicatur, immo uidetur habere locum, quia emancipatus non rumpebat testamentum ipso iure, & patiebatur damnum, respondetur negando quod posset pati damnum, quia licet apparenter non diceret testamentum nullum,tamen uirtualiter dicebat nullum, cum agnoscendo contratabulas, ex hoc solo quod dicebat agnosco contratabulas,rumpebatur in totum testamentum. l.fi.& ibi in specie notaui. de contratabul. sup. qui admitti. & sic nullum patiebatur incõmodum neque circumscriptionem,quia circumscriptiones faciebant sibi utile in succedendo. Et ideo non potest contineri in prima parte auth.ex ui uerborum,nec etiam ex ui extẽsionis,quia ratio illa fauoris liberorum contradicit,cũ si nouiter esset inductum quod in præteritione deberet inseri causa, eueniret quod cum olim agnoscendo contratabul. rumpebat, incontinenti sine lite testamẽtum hodie non rumperetur, sed remaneret ualidũ, & esset opus quod expectaret hæredes probantes ingratitudinem, & sic damnificaretur multum, & per consequens ratio assignata in tex.contradicit,merito aliqua extensio fieri non potest. Si igitur præteritio emancipati non continetur in prima parte, in consequentiam etiam dicendum est quod nõ cõtinetur in secunda parte conseruatiua legatorum quæ uenit consecutiue ad primam, & ei aduersando in eisdem terminis, iuxta not.per Barto.in l.si maritus.in fine.ff.de adult.Sed tamen, quia ut dictum fuit secunda pars auth. fundata fuit in fauore testamẽti, & ultimarum uoluntatum, & legatorum,qui fauor præualet si non contradicit fauori filiorum.c.fi.de re iudicata. Et ista ratio fauoris testamentorum militat etiam in testamento rupto per contratabulas, ideo ex ui extensionis conseruatio cæterorum per hanc auth. fieri poterit per ea quæ dixi sup.in prima quæstione. Nec obstant contraria, quia patet responsum, Nam quod non sit sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis, non nocet,ex eo quia sufficit quod per contratabulas testamentum reducatur ad nullitatem respectu successionis filii, ita quod per additionem formæ damnificaretur ipse, ut dixi. Non obstat quod emancipatus non dicebat nullum testamentum, quia licet sit uerum, tamen ex solo uerbo reducebat effectualiter ad nullitatem.arg. not. in l.fi.inf.qui admit. Non obst. quod succedat abintestato.quia facit pro hac parte,quia magis æquiparatur filio præterito in potestate, & sicut nõ continetur per illam rationem filius in potestate,nec etiam continebitur filius emancipatus, Non obstat quod esset melioris conditionis, quia in correctoriis hoc non attenditur,Sed tamen hoc tollitur postea ex uirtute extensionis per quam in effectu reducitur hæc opinio parum discrepans a communi, Ex quibus apparet quod titulus de legatis præstandis correctus est per auth. nostrã in hoc in specie,ut not.Alex.& Ias.

35 Tamen†postea saluant in duobus casibus, Nam per illum titulum conseruantur institutiones. l. filium. §. sed & si portio.ff.de leg.præstand. Quæ institutio non annullaretur per hac auth. Quæ conclusio uera est tenendo opinionem meã quod prima pars additioa formæ non habeat locum in filio emancipato, quia tunc nec annullatio testamenti noua inducitur, ideo remanet salua illa institutio, Sed si teneremus prædictam communẽ opinionem, quod cõtineatur in prima parte,oporteret dicere quod omnes institutiones annullarentur,quia ille tex.annullat omnes institutiones. Secundo etiam saluabat Alexand. in præteritione facta ignoranter,ut tunc conseruẽtur legata per illum titulum,sed hæc auth. non habeat locum secundum eos, sed quia sup. tenui quod immo habet locum etiam in præteritione ignoranter facta, remanet inutilis hæc saluatio. Vnde solum ille titulus potest esse utilis in casu.d.l.filium.§.sed & si portio. Et ita in effectu remanet.quod in filio emancipato quantum ad auth. nostrã idem dicendum est quod conclusimus de præteritione filii in potestate. Vel clarius potest dici, quod ille titulus in totum remanet incorrectus, quia hæc auth. non contradicit, sed auget ampliando ad omnia legata. Vnde potius potest dici quod hodie sit inutilis quã quod sit correctus,sicut de omnibus aliis remediis prætoriis,quæ quamuis sint inutilia, tamen non corriguntur,sed remanent ut possint intentari, ut no.in l.fi.infr. Vnde legitimi.Item hodie dabatur contratabulas filio emancipato siue sit præteritus cum causa siue sine, qa hæc auth.non confirmauit testamenta nulla, uel quæ poterant annullari,Sed auxit modum annullandi institutiones,licet in casibus in quibus nouiter annullat institutiones etiam conseruet legata.

36 Sed† contra prædictas omnes cõclusiones opponit Bart.d.l.2. ff. de leg. 3. ubi dicitur quod filius præteritus non tenetur soluere legata relicta in testamento, hic uero dicitur totum contrarium,quia iste filius præteritus tenetur soluere omnia legata in testamento facta,quia conseruantur.Soluit Barto.quod ille tex.limitat materiam nostram,Nam hęc materia procedit quãdo legata sunt relicta ab hærede instituto, uel simpliciter,quia tunc uidentur relicta ab hærede,sed in d. l.2. legata erant relicta ab ipso pręterito qui præteritus non poterat grauari, quia nihil ex iudicio testatoris cnosce-

quitur.l.sed & si sic.ff.de leg.3.§.fin. ideo non debentur. Sed Cur. hic repræhendit istam limitationem, qa si præteritus uirtute istius auth. tenetur soluere legata quæ tacite uidentur ei imposita, quasi sint repetita abintestato ab ipso hærede, ergo tanto fortius ea quæ expresse ab eo sunt relicta, Et expressum fortius est tacito, ut late dixi in l.cum quid. ff.si cer.petatur. facit lex cum ex filio.§.filio.ff.de uulg.& pupil. Et hæc opinio uidetur suaderi ex d.auth.quæ loquitur in rem, non in personam, & solum consideratur quod sint legata relicta in testamento, Et quando dispositio loquitur in rē compræhendit omnes personas. l. metum. §. animaduertendum.ff.quod metus causa. cum concor. Sed tamen ex alio capite potest saluari opinio Bart. ex eo qa ideo in d.l.secunda non soluit præteritus legata, quia non ualent, cum testator non possit grauare illum, quē ex certo iudicio non honorat. d. §. sed & si sic. §. 1. de leg.3.& sic ibi ex capite unitatis non ex capite alicuius conseruationis non debentur legata. Et propterea idē erit in omnibus legatis nullis ex quacunque causa, qa hæc auth.conseruat legata ualida & annullata per præteritionem, non legata nulla ex alia causa, sicut dicunt doctores de contrata. quæ datur quando testamētum est nullū ex solo defectu præteritionis, secus si sit nullum ex alia causa, ut nota.in l.quod uuigo.& l.non putauit.§.a primo in 2.responso.ff.de contratab. & nota. in l.posthumo.sup.de contratabul. Et sic danda est generalis limitatio ad hanc auth.ut non procedat in legatis alias nullis ex alia causa quam præteritionis uel exhæredationis, ut patet in litera. Et ideo si in casu.d.l. secundæ legata essent ualida, cōfirmarentur per istam auth.ut dicebat Cur.qui in iis saluari potest, cum d. auth.loquatur in rem, non in personam.argu.l.metum.§. animaduertendum ff.quod met. causa. quod nota.

37 Septima†est difficultas, an hæc auth.habeat locum in præteritione facta per liberos de ascendentibus, Et omnes hic concludunt quod sic, quia tex.in d.auth. specialiter hoc dicit in §. iustum autē prospeximus. & sin autem hæc omnia non fuerint obseruata. Et in iis non fit differentia an sint ex linea masculina uel fœminina, quia præteritio non faciebat testamentum nullum. l. pater filium.ff.de inoffi.testamento.& ideo patiebātur circumscriptionem & damnum, Et in eis nouiter fuit inductum quod si prætereatur sine causa annulletur testamentum, ergo etiam in omnibus habebit locum conseruatio legatorum, ut dicitur in d. §. sin autem omnia. & ratio rationis est, quia non est necessaria priuatio illius quasi dominii, quia parentes nō sunt sui hæredes, neque habent illud quasi dominium quod impediat testamentum ualere, sicut est in filiis, iuxta.l. in suis.ff.de lib.& posth.

38 Octaua†est difficultas, an hæc auth. habeat locū in præteritione fraterna institutis turpibus personis, de qua in §.ingratitudinem.in auth.de nuptiis. Iason infr. colum.10. examinat & uidetur tenere opinionem, q non habeat locum, & sic non conseruentur legata, Et hæc opinio fundatur, quia tota litera loquitur in filiis & parentibus præteritis, & in §. hæc autem disposuimus dicitur quod illa facta fuerunt ut parentes & liberos liberarent ab iniuria testamentorum, & postea dicit considerare debent parentes quod ipsi fuerunt filii, & filii quod ipsi futuri sunt parentes, unde cum nō loquatur de fratribus, non debet prohiberi stare.l.præcipimus.in fine.inf.de appel.

Secundo facit, quia fratribus non ita debetur hæreditas sicut ascendentibus & descendentibus.arg. l.nam & si parentibus.ff.de inoffic. testamento coniuncta. l. fratres sup. de inoffic.testamento. ubi non semper habent quærellam.

Incontrarium tamen facit, quia d.§. sin autem obseruata non fuerint loquitur in rem, non in personam. ergo omnes continentur.d.§.animaduertendum. Secundo facit, quia secundum hoc fratres habebunt plusquā filii, cum ipsi non soluent legata, quod uidetur iniquū, Et per hanc rationem ita tenet Cur.hic nu.31. qui addit etiam quod cum isti casus essent æquiparati iure antiquo quia ęqualiter in omnibus casibus corruebant legata.l. Papinianus.§.fin.ff.de inoffic.testamento. ergo lex corrigens in uno trahitur ad alium.l.si quis persuaserit.cum glo.sup. de furt. & l. non tantum.ff. de seruo corrupto.

Sed ego puto omnino tenendam esse communem opinionem, Quia d.auth.loquitur personaliter de liberis & parentibus in principio, & in §.iustum autem, & in §.hęc autem disposuimus, & sic non compræhendit fratres.argu.d.l.pręcipimus.in fine.de appel.& fortior ratio successionis debet militare in eis, & cum non loquatur de eis in prima parte, nec etiam continebuntur in secunda, quia ad præcedentes casus solum se refert. Non obstat quod loquatur in rem in §.sin autem obseruata, quia compręhendit omnes personas contentas in 1.parte.& ad illas se restringit, arg.l.si seruus plurium, in fine.ff.de leg.1. Non obstat quod melioris erunt conditionis fratres quam filii, quia hoc negatur, cum filii habeant priuilegium quod testamentum sit ipso iure nullum non inserta causa ingratitudinis, & transfertur onus probandi in hęredes, quæ non seruantur in fratre, ideo conueniens est cum habeat incommodum litigandi & probandi quod etiam in legatis seruetur ius antiquum.arg.l.eum qui.inf.de iure iur.& sic in fratribus in totum seruabitur ius antiquum.

Non obstat quod isti casus sint ęquiparati de iure antiquo, quia negatur, cum similitudo non sit in omnibus nam omnes filii & parentes rumpunt institutis omnibus personis, sed fratres solum institutis turpibus personis, Et quando duo non sunt ęquiparata per modum regulæ, licet sit aliqua similitudo inter eos, tamen correctio facta in uno de æquiparatis non trahitur ad alium, ut per Bart.in l.Marcellus.ff.ad trebel.& per Barbat.late & alios in auth.similiter.infr.ad l.falcid.habetur in c.translato.de constitut. Ex quibus omnibus remanet hæc auth.multum utiliter declarata, & ampliata in hac parte pręteritionis, Nam primo procedit in pręteritione tam filii nati quā posthumi, itē in posthumo secundum legem uelleiam, item in pręteritione ignoranter facta, & in pręteritione parentum in utraque dispositione, Et in parte conseruatiua legatorum procedit etiam in pręteritione paterna tam filii in potestate quam emancipati, per prędicta. Limitatur tamen non procedere in pręteritione paterna respectu formę inserendi causam, ut sup.dixi. & est communis * conclusio in d.auth.non licet. Secundo limitatur non procedere in pręteritione fraterna. Tertio prima pars annullatiua institutionis non procedit in casu.l.filium §.sed & si portio. ff. de leg. præstandis. Quę nota. Et hæc de pręteritione.

39 Secundo†principaliter uidendum est, quomodo hęc auth.procedat tam in prima parte quam in secunda in exhęredatis, Et pro pleniori discussione uidendum est quot modis capiatur exhęredatio, & de qua habeat locum tam prima quam secunda pars auth. Circa primū Bar.hic dicebat quod exhæredatio est triplex, propria, quæ uenit ex uerbis & mente, larga, quę uenit ex mente tantum, & lasgissima, quę uenit in consequentiam pręter mentem & uerba. Bal.similiter in l.in suis.ff.de liber.& posth.alio respectu considerabat triplicem exhęredationem, Nam quędam est propria, qua filius mala mente priuatur hęreditate, Alia est impropria, qua filius priuatur ad certum tempus bona mente. l. multi. ff.de liber.& posthu.l.penul.ff.de cur. fur. & l.cum ex filio.ff.de uulg.& pupil.& l.fideicommissa.§.cum Polidius.ff.de usur. Alia est impropriissima, quę fit de extraneo in quo est res inepta.l.cum quidam. ff.de uerb. oblig. Sed tu magistralius potes diuidere, nam quædā est

est exhæredatio expressa uerbis & mente, & quædam tacita ex mente in uerbis non contenta, & quædam tacita in consequentiam ueniens sine uerbis & mente, Exhæred. expressa fit per uerbum exhæredo, & per quodcumque uerbum priuatiuũ, ut per glosam in l. qui uolebat. ff. de hæred. inst. Et in hac cadit distinctio Bal. quod quædam est propria facta mala mente, & quædam impropria facta bona mente, & quædam impropriissima. Si quæratur igitur in qua exhæredatione habeat locum, Dicas, aut est exhæredatio tacita ex mente, uel tacita sine mente, & sine dubio ea comprehenditur cũ distinctione posita supra in materia præteritionis, qa alio nomine dicitur præteritio. Si uero est exhæredatio expressa, & tunc, aut fit de extraneo, & tamen ea non comprehenditur in hac auth. quia res inepta est, d. l. cum quidam. & ideo in ea nihil noui disponitur, Sed siue sit cum causa, siue sine causa, nunquam uitiat testamentum neque ipso iure neque per aliquod remedium, sed semper remanet ualidum de iure communi, & quantum ad institutionem & quantum ad legata, ut hic per Cor. nume. 24.

40 Si uero † est exhæredatio impropria, ut facta bona mente. d. l. multi. Cor. dicit se non uidisse tactum per aliquem excepto Bal. hic colum. 9. in 4. cõtrario ad uerbum irritum, qui dicit quod hæc auth. non habet locũ in exhæredatione facta mente bona, Et quod in ea nõ requiritur causæ insertio, quia sufficiunt causæ motiuæ parentum in eorum fauorem positæ, Sed postea dicit quod licet talis exhæredatio ualeat, tamen si filius uult libere & pure legitimam suam & bonorũ subsidium, quod poterit ipsum petere, quia pater non potest imponere onus nec dilationem in legitima, etiam fauorabile, & illud non tenetur acceptare. argu. l. si ita relictum. §. Pegasus. ff. de leg. 2. & l. stipulatio ista. §. incertam. ff. de uerbo. obliga. Sed tamen postea non dicit quo remedio petat legitimam, & uidetur habere hanc mentem quod non possit renuntiare fauori suo. l. penul. sup. de pact. cum materia. Et ideo concludit in effectu, quod illud testamentum non subiacet quærellæ nec annullatur in aliqua parte, Sed totum ualet cum legatis de iure communi, Et hanc opinionem tenet Angel. & Pau. de Castro in d. l. multi concludentes quod d. l. multi cum cõcord. nõ corriguntur per auth. nostram, Et uidetur esse de mente Barto. in d. l. cum ex filio. ff. de uulg. & pupil. & Angel. Sed glo. Bal. & Imola in d. l. cum ex filio, tenent quod illa lex sit correcta per auth. nostram. & glo. quam uidetur sequi Barto. & Bal. in l. si pater puellæ. sup. de inoffic. testam. Cor. autem hic nu. 24. resoluendo articulum, dicit quod de iure antiquo fiebat bona mente exhæredatio & præteritio, prout habetur in d. l. si pater puellæ. & d. l. cum ex filio & ista hodie sublata est secundum Barto. in d. l. filius matrem. Et ratio est, quia illud consilium poterat esse damnosum sicut utile secundum casus contingentiam, quamuis in concreto tota illa dispositio censeatur fauorabilis, sed si esset exhæradatio quæ tenderet in merum fauorem sui, ita quod certum esset quod nõ potest incurrere damnum, & tunc iura antiqua remanent incorrecta, ut in casu d. l. filius matrem, & l. si emancipatus. l. 2. ff. de contratabul. secundum Barto. in d. l. filius. Et hanc distinctionem probabat Imola, quia sicut de iure antiquo dispensabatur ut testamentum sine institutione ualeret, eodem modo iura noua debẽt dispensari in casu fauoris filiorum. Et facit etiam lex si quis in suo. supra de inofficioso testamento. quæ facta fuit post, l. quoniam in prioribus. quæ remouet omnem dilationem, & tamen admittit institutionem filii sub conditione emancipationis. Corneus tamen postea dubius in articulo, quia dicta ratio militat in terminis. d. l. cum ex filio. & d. l. si pater puellæ dicit posse sustineri generaliter quod dicta exhæredatio bona mente facta non sit hodie correcta, quia hæc authent. solum obstitit exhæredationi iniuriosæ per rationes assignatas in §. hæc autem disposuimus quæ clare sũt. Nam etiam uidentur corrigi in l. quoniam in prioribus quæ uidetur prouidere iis quibus competebat querella, & Bart. in d. l. cum ex filio, ad tollendas dubitatiões dicit quod ipse consuleret ut institueretur in quinque solidis, & in residuo disponeret secundum consilium in dictis locis traditum, & ita residet Corn. & sequitur etiam Cur. nihil addendo.

Sed pro resolutione duo sunt consideranda, primo, utrũ dilatio fauore filii apposita corrigatur per l. quoniam in prioribus. sup. de inoffici. testamento. Secundo, an exhæredatio non nota causa facta corrigatur per authen. nostram. Circa primum Barto. in d. l. cum ex filio ponit distinctionem an possit afferre damnum illa dilatio, & tunc corrigatur, Si uero non potest afferre damnum, non corrigatur, ut in casu d. l. filius matrem. supra de inofficio. testamento. Sed ego non uideo quomodo ista dilatio non possit afferre damnum, cum interim ante emancipationem priuetur fructibus, & non habet unde uiuere possit. Nam cum sit apposita dilatio usque ad tempus emãcipationis uel ætatis uigintiquinque annorum uel alterius actus futuri nõ potest hæres interim esse in mora, & ideo dicitur percipere fructus ex iudicio testatoris, & eos sibi acquirit, & non tenetur postea restituere ipsi filio eueniente tempore solutionis, quamuis aliquando teneatur eos imputare in trebellianicam uel legitimam secundum distinctioné traditam per doctores in l. iubemus. infra ad trebellianum. & in l. 4. ff. ad legem falcid. Et ideo mihi placet quod omnis dilatio sit remota, tam facta fauore filii, quam in eius odium, quia d. l. quoniam in prioribus loquitur generaliter, & in dubio credendum est quod onus & dilationem apponat pater fauore filiorum & non in odium, Nisi dicas quod onus consideratur respectu proprietatis, non fructuum, Quod etiam est periculosum, quia qui tardius soluit minus soluit. §. tempore. inst. de action. Vnde ego puto opinionem Barto. quam etiã sequitur ibi Salicetus, restringendam esse quando testator prouidisset quod fructus percepti tempore dilationis etiam restituerentur, & esset prouisum de alimentis filio, quia alioquin semper esset damnosum. argu. l. 1. §. totiens. ff. de uentr. in possess. mitten. Vidi tamen in practica seruari contrarium quãdo testator prohibuit alienationem bonorum etiam ad tempus, ut restringatur ad legitimam, & non comprehendat eam per d. l. quoniam in prioribus.

41 Circa † secundum an exhæredatio sine nota hodie fieri possit Barto. in d. l. cum ex filio dubitauit & uidetur residere quod non sit correcta, & idem tenet Cor. hic. & pro hac opin. multum facit, quia tex. in corpore cõsiderat iniuriam exhæredationis, circumscriptionem, & falsam accusationem, quæ omnia cessant in exhæredatione non notæ causa facta & per consequens nihil noui induxit in ea. Et hoc tenet Bal. hic dum uult quod solum possit petere bonorum subsidium, non autem quod possit rumpere testamentum. Tamen incontrariũ fortiter facit d. authen. in corpore. in principio, quæ ponit regulam generalem prohibitiuam, quod parenti non liceat exhæredare uel præterire liberos suos nisi forsan probentur ingrati, & ingratitudinis causas expresserint in testamento, & sic ibi est regula generalis prohibitiua, & postea concessio particularis affirmatiua ex causa ingratitudinis, ut per Barto. in l. actione. supr. de transact. & not. in l. transigere. supra de transact. Ergo ut prohibitio sit magis generalis quam permissio, & ne idem prohibeatur & permittatur, oportet dicere quod prohibuit exhæredationem ex alia causa quam ingratitudinis, & per cõsequens etiam fauore filiorũ, Et hoc uidetur suaderi, dum uult, quod non sufficiat relinquere legatum usque ad debitam portionem, quo casu non uidetur esse mala mens patris. Nec obstat quod consi-

consideratur iniuria in d. §. hæc autem. & falsa accusatio. Quia etiam ex colore boni & utilitatis potest fieri iniuria & circumscriptio, Ideo ad tollendas istas difficultates, an fuerit factum fauore filii uere, uel potius sub colore fauoris, generaliter dispositum fuit q̃ nullo modo posit exhæredari. Et hoc ego puto tutius, & iõ bonum est sequi consilium Bart. instituere in re parua, ut non posset rumpi testamentum, quia tunc postea disputabitur an dilatio sit tollenda de legitima, per l. quoniam in prioribus. Et hæc opinio in testamento patris uidetur facilius procedere. Ad materiam uide Socinum in consi. 92 circa primum. uer. item dubitatur. in prima parte. & consi. 254. omisso. colum. prima uolum. secundo.

41 Si uero est exhæredatio propria, & uere facta animo priuandi perpetuo & mala mente, & in hoc Barto. multum insistit, referẽdo quatuor opiniones circa difficultatem an conseruentur legata per authen. istam in omnibus modis exhæredandi, ac considerando quod exhæredatio posit fieri cum insertione causæ quæ ꝓbata fuerit per hæredes, Item sine insertione causæ, Tertio potest fieri cum insertione causæ quæ probata non fuerit, Et omnes admittunt quod si facta sit exhæredatio cum causa quæ probata fuerit quod tunc non tantum conseruantur legata sed totum testamentum ualet, & exhæredatus perpetuo excluditur. §. exhæredatus. in authen. de hæred. & falcid. cum glo. cum testamentum ualeat iure communi, Sed difficultas est an legata conseruentur in aliis duobus modis, & si causa nõ fuit inserta an conseruentur legata; & quasi omnes etiã hic tenent quod testamentum annullatur quantum ad institutionem, & legata conseruantur per authen. nostram & in corpore unde sumitur. Solus Dinus quem refert Bar. hic in fine articuli tenebat quod non conseruantur, sed non probabat, quia dicebat colligi ex illo tex. & Barto. declarat eius mentem quod uoluerit in litera solum conseruare legata, quando causa falsa erat inserta per tex. ibi, falsis accusationibus, & in §. hæc autem disposuimus. uers. in aliquo autem negotio. Sed ipse repræhendit postea, quia text. in principio refert omnes istos casus prædictos, & modos exhæredandi, & postea dicit, sin autem prædicta omnia obseruata non fuerint, & hæc est uerissima opinio.

Si uero causa est inserta, sed non probata, an conseruenturlegata magis altercati fuerunt doctores antiqui, dum dubitant an lex Papinianus. §. si ex causa. ff. de inof. testam. sit correcta, & Bar. hic refert tres principales opiniones. Prima fuit Martini, qui uolebat quod d. l. Papinianus. §. si. fuit correcta in consequentiam, non principaliter, quia quærella inofficiosi testamenti hodie non habet locum, quia siue causa sit inserta & non probata, siue non inserta, testamẽtum est ipso iure nullum, ideo non est opus quærella, sed tamen quasi omnes docto. repræhendunt. ut glo. & Barto. in l. 1. ff. de testam. ideo aliter non insistit. Secunda est opinio, q̃ habeat locum quærella quando causa fuit inserta & nõ probata, quia si est inserta causa, seruata est forma, & testamentum ualet, & est opus postea quod rumpatur si non fuit probata, ideo rumpitur per quærellam, Et hanc opinionem sequuntur communiter doctor. sed discordant an conseruentur legata intentata quęrella, & sic an corrigantur iura antiqua. Glo. in l. contraria. & in l. iure nostro. §. si. ff. de test. tutella. & l. nam & ii. ff. de inof. test. & l. cum filius. in glo. placuit. ff. de leg. 1. & Bar. & communiter doctores tenent quod corrigantur omnia iura antiqua, & confirmentur legata in utroque casu, per auth. nostrã. Azzo. uero, quem sequuntur multi, uolebat quod quando causa non erat probata quod legata non conseruarentur, & quod d. l. Papinianus remaneret incorrecta, quia illo casu legata assumpserant dependentiam a testamento, ideo eo rupto per quærellam, in totum corruunt. Quæ tamen ratio uidetur confundi per. l. nam si miles. ff. de iniust. rupt. & irrit. test. ubi secundus gradus qui habuit dependentiam a primo ualido iure militari non tollitur sublato primo gradu, sed Bartolus defendit quod ibi ille primus gradus ualebat de iure speciali, Sed melior potest dari responsio, quod ibi secundus gradus nunquam habuit dependentiam a primo, quia annullatus fuit primus in uita testatoris qui uixit post annum missionis. l. eius militis. §. militia missus. de milita testam. Vnde aliter potest solui, quod illa regula dependentiæ non habet locum qnando lex contradicit, prout apparet ex uerbis huius auth. & ita tenendum est ut inf. dicam sup. 2. q. Bar. ubi disputabitur quomodo prima pars auth. nostræ habeat locum facta exhæredatione, Nam lex potest facere quod non dependeant, uel quod non tollatur accessorium sublato principali, sicut etiam fecit prętor in titulo. ff. de leg. præstand. Alii uero quos refert Bar. tenebant opinionem Azzo. & conabantur confirmare per alias rationes quas etiam repræhendit Bart. & ideo ista opinio repræhenditur communiter, Et fundamentum istius repræhensionis est, quia probatio causæ non est de forma testamenti, sed solum de effectu executionis, sicut institutio uel exhæredatio filii emancipati iure prætorio in testamento, ut infr. dicam super glo. respondendo obiectis.

Sequitur uerbum institutionis, in quo uidendum est quomodo fiat annullatio, & quomodo conseruatur, & quid contineatur sub uerbo institutionis, de quo per Barto. late in secunda quæstione, ideo reseruo ibi dicẽdum, & ibi etiam dicemus quid ueniat appellatione

43 cæterorum in sequẽtibus quæstionibus. †Sed circa hãc decisionem de conseruatione cæterorum. Bart. opponit, quia non adita hæreditate per hæredẽ, cætera annullantur. l. si nemo. ff. de testam. tutel. & l. si nemo. ff. de reg. iur. Soluit Bar. quod ibi uitiatur testamentũ ex alia causa quam exhæredationis uel præteritionis, idest quia adita non fuit hæreditas ex uoluntate, & sic repudiatio tacita uel expressa uel aliud impedimentũ fuit causa quod non adiretur hæreditas, hic uero uitiatur testamentum propter solam exhæredationem uel præteritionem, Et rationem assignat, quia primo casu uenientes abintestato ueniunt sortuito, Secundo uero casu mens testatoris est eum priuare, unde si priuat de toto tanto magis de legatis tantum, Et hanc rationem sequuntur communiter doctores, Pro qua facit, quia legata non uidentur repetita a uenientibus. l. ex testamento. inf. de fideic. licet uideantur repetita a substituto. l. licet. ff. de leg. 1. Sed tamen ratio ex alio non est bona, quia ea attenta semper præteritus solueret legata, q̃ uidetur negare. l. filio præterito. ff. de iniuf. ruptio. Potest tamen etiam solui contrarium prædictum, quod ꝓcedit de iure antiquo, secus de iure nouo, quo dispositum fuit quod nemine propter præteritionem uel exhæredationem adeunte hæreditatem legata conseruentur, Et sic limitatur dicta regula ut nõ procedat quando propter defectum præteritionis uel exhæredationis non potest adiri hæreditas, quia tunc legata cõseruantur quamuis non adeatur hæreditas ex testamẽto, Et notandum est quod regula. l. si nemo non est correcta sed limitata per authen. nostram. Secunda est limitatio quando est apposita clausula codicillaris ut infr. dicemus. Tertio limitatur quando legata sunt repetita abintestato. Alias limitationes decem posuit Ias. in l. eam quam. inf. de fideicom. & quinque posuit Decius in l. si nemo. ff. de regu. iur. sed Corn. in d. l. eam quam enumerauit uigintiquinque casus exorbitantes ab illa regula, sed ultra eum uide Anchar. in consil. 8. ad finem. & Decium consi. 476. ad finem. Barba. in cap. Rainaldus. de test. col. 60. cum sequen. & Alex. & Cor. hic colum. 18.

Et ideo dubitant doctores quos refert hic Cur. in l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. an si testa-

testamentum est nullum propter præteritionem,& postea cōfirmatum per præteritum, quia approbauit, an tunc legata conseruentur si institutus repudiauerit hæreditatem, & dubium facit, quia secuta confirmatione præteriti amplius non dicitur esse nullum ex causa preteritionis, ergo remanet in regula communi quod hærede repudiante legata non debentur si non sunt repetita abintestato uel apposita clausula codicillaris quæ idem importat. Imola in l. filio præterito carta antepenul. & Alex. hic circa finem. colum. antepenul. tenent quod legata non conseruentur, quia causa immediata annullandi testamentum est repudiatio, non auté præteritio uel exhæredatio, & causa proxima attenditur. l. socium qui in eo. §. fi. ff. pro soc. & per Bart. in l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de adoptio. Sed Bal. & Pau. de Castro ibi & Cur. hic tenent quod immo conseruabuntur legata, quia simpliciter non dicitur testamentum ualere secuta confirmatione, sed ex æquitate prætoria si confirmatum fuit testamentum debentur
* legata secundum magis communem opinionem, quā etiam ego approbaui in l. posthumo. sup. de contratabul. Et hanc opinionem ego puto ueram ex alia ratione, quia statim quod mortuus est testator testamētum deficit in uiribus, & succedit dispositio auth. nostræ, quod conseruātur legata & annullatur institutio, Et licet succedat postea cōfirmatio præteriti, illa uenit additiue, non priuatiue, & per consequens si postea illa confirmatio a præterito facta deficiat, nō deficit dispositio legis nostræ, sicut deficiente testamento de iure prætorio uel ciuili non deficit confirmatio primo iure inducta. l. & si contratabul. ff. de uulga. & pupil. & l. filium. ff. de contratabu. Concordando tamen opiniones potest non improbabiliter dici, quod aut causa nō est inserta, quo casu ipso iure testamentum est nullum post mortem testatoris, & succedit incontinenti dispositio huius authen. & tunc superueniēs approbatio præteriti uel exhæredati non impedit effectum huius authenticæ, quin per eam conseruentur legata, per prædicta. Si uero causa est inserta, & præteritus non uult instare quod hæres eam probet, quo casu testamentū remanet ualidum per istum tex. quia uidetur fateri causā ueram, & tunc si institutus repudiaret, testamentum deficeret immediate a repudiatione, & ideo legata non debent conseruari ut dicebat Alex.

44 Item † opponit Bar. contra text. qui præsupponit ex testamento imperfecto in forma conseruari legata, & in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. inf. de test. præsupponitur ꝙ in persona extranei instituti nihil ualeat sed in persona filiorum in totum ualeat. Soluit glo. & Bar. quod ibi imperfectio erat in solemnitate testium, hic uero imperfectio est circa institutionem uel omissionem filii, & rationem assignat hic Cur. quia hic irritatur testamentum propter iniuriam quæ non excedit institutionem, sed ibi irritatur testamentum propter solemnitatem quæ respicit totum testamentum, & quādo tollitur testamentum etiam in totum tollitur & satis potest procedere.

Expeditis oppositionibus, Bart. hic per quæstiones tractat materiam huius auth. quæ pro maiori parte cōtinentur in gl. Ideo capio glo. in uerbo irritū, quæ diuiditur in tres partes. in prima ponit opinioné Azzonis in 2. ponit opinionem Ioannis in 3. ponit generalé distinctionem remediorum competentium præteritis
45 uel exhæredatis. † Ex prima colligitur ꝙ hic tractatur de præteritione & exhæredatione, Vnde dubitauit Bar. quid sit præterire, & quid exhæredare, & in quo differant. Et respondet ꝙ exhæredatio in genere sumpta differt a præteritione tanquam genus a specie, qa præteritio est species exhæredationis, cum sit exhæredatio tacita, ut ibi per eum, quem tamen ego ibi reprobaui. Sed præteritio in specie & exhæredatio in specie differunt, quia exhæredatio est priuatio, præteritio uero est omissio institutionis uel exhærédationis, nam præterire est neque instituere neque exhæredare. Gl. tamen in l. 3. sup. eod. quam sequ. Iacob. de arena Petr. & Cinus dicit, quod præterire est nullam mentionem facere in testamento, Et ideo dicebant quod præteritus cum causa dicitur esse exhæredatus, ex eo quod de eo facta est mentio in testamēto. Bar. tamen post Mar. tenet primam opinionem, quod immo præteritus tantum sit ille de quo non est facta mentio in institutione per l. 2. ff. de leg. 3. & l. cum quidam. infra de fid. ibi nullo penitus relicto, ergo poterat præteriri aliquo etiam
* relicto, Et hanc opinionem tenent communiter doct. quia in §. hæc autem disposuimus, dicitur ꝙ institutus in minima re non potest rumpere testamētum, sed potest petere supplementum, & in principio dicitur, nec sufficiat habere legitimam portionem per legatum uel fideicommissum, Iason tamen hic uidetur tenere quod præteritus cum causæ insertione dicatur exhæredatus quantum ad mentem, & attendenda est uoluntas testatoris, qui dicendo prætereo filium, quia me uerberauit uidetur eum uelle priuare hæreditate sua, ut dicitur in l. 3. sup. eodem. de eo qui dixit, filius alienus sit ab hæreditate mea, & assignatur ratio, quia non est necessaria interpretatio quando manifestus est sensus testatoris. Nec pōt dici ꝙ nō sit facta nominatim, quia ibi est facta nominatim, dicendo prætereo talem filiū meū. Sed per ista non est recedendum ab opinione Bart. quia exhæredatio in sui substātia est priuatio, & requirit uerba priuatiua, cum fuerit inuenta ad priuandum filium illo quasi dominio, ut no. Bar. & alii in l. in suis. ff. de liber. & posthu. & uerbum prætereo non inducit priuationem, sed est medium inter instituere & priuare, sicut tacere inter dicere & negare, Et ideo cum priuatio sit necessaria in filio in potestate, nunquam præteritio importabit exhęredationem. In successione matris uel lineæ maternę, quia nulla requiritur priuatio dominii, poterit habere uim exhęredationis. d. §. mater. insti. de exhęr. lib. Et confirmatur per l. sicut certi iuris. & l. si quis in utero. inf. de mili. testam. arg. a speciali. Nec obst. d. l. quia ibi erant uerba priuatiua inducentia ex propria significatione priuationem, cum nihil aliud sit dicere alienus esto, quam dicere exhęres esto, & aliud est dicere alienus esto, aliud prętereo, siue nihil dico de filio meo.

46 Vnde † concludendum est, quod aut testator utitur uerbis priuatiuis, ut exhęres esto, alienus esto a mea hęreditate, uel uolo ꝙ nihil habeat, uel quod nihil perueniat de bonis meis, & tunc inducitur exhęredatio. d. l. 3. sup. eod. Aut uero sunt uerba omissiua, ut prętereo, nihil dico, uel taceo, uel omitto filium meum, quia me uerberauit, & tunc est pręteritio, ut hic dicebat Bar. & pręsupponit hic tex. qui utitur istis duobus uerbis tanquā diuersis, & non requirit insertionem causę, etiam in pręteritione. Ideo non obstante tali insertione causę filius a patre dicitur pręteritus, & dicit testamentum nullum, quamuis si pręteriretur a matre haberet uim exhęredationis, & testamentum ualebit, & erit opus rumpere per quęrellam secundum ea quę infr. concludunt communiter doctor. Nec obstat quod pręteritus est ille de quo nulla est facta mentio, quia hoc non est simpliciter uerum, nec procedit in omnibus casibus sed oportet addere de eo quod requiritur in actu, ut dixi in pręmissis. Et quia de substantia testamenti est quod filius sit institutus uel exhęredatus oportebit quod non sit facta mentio in institutione neque exhęredatione ut sup. dixi in pręmissis, per rationem Alexand. de qua in hac auth. & corpore unde sumitur. Nec obstat quod sufficit uoluntas testatoris. d. l. 3. quia in iis quę sunt de forma non sufficit, cum oporteat ꝙ etiā sint uerba apta, Quod patet, quia quantum ad effectum parum interest an quis habeat bona patris, uel per uerbum lego, uel relinquo, uel uerbum instituo, & ita

ita demonstratur bona mens testatoris, erga filium, per unum uerbum sicut per aliud, & tamen si non est institutus, testamentum est nullum, Ideo dicas quod præteritio in materia testamenti est exhæredationis uel institutionis omisio testamento facta, Omisio autem exhæredationis erit si testator nõ utitur uerbis inducentibus priuationem.

47 Secundo† principaliter colligitur ex glo. quod hodie non habet locum quærella nisi institutis turpibus personis secundum opinionem Martini, & hoc probat arguendo a sufficienti partium enumeratione, Nã aut causa est inserta & probata, & tũc inespugnabiliter ualet. §. exhæredatos. in auth. de hæred. & facid. Si uero nulla causa est inserta, uel etiam causa inserta, & nõ ꝓbata, & tunc testamentum est ipso iure nullũ, tanq̃ nõ seruata forma, ergo non est opus rumpere quærella. Sed hanc opinionem reprehendit hic glo. & Bart. in l. 1. ff. de testam. & hic. Et fundamentum istius opinionis est, ꝙ quando causa est inserta, licet sit non probata, tamen testũ ualet, quia de forma testamenti nõ est probatio causæ, sed insertio tantũ, Et pro opinione ista Bar. in d. l. 1. adducebat, quia tex. iste dicit per hæredem ꝓbari debet, ergo oportet ꝙ adiuerit hæreditatem, ergo necesse est ꝙ prius sit ualidum testamentũ. Sed hoc fundamentum parum stringit, quia dum dicit, probari debere per hæredem, intelligitur. s. institutũ. sicut dicitur quod hæres debet adimplere conditionem ad hoc ut possit adire, ut ex euentu appareat an testamentum fuerit nullum uel ualidum, & dicitur hæres, quia est destinatus ut sit hæres. arg. §. 1. instit. de usufruct. Facit lex proinde. ff. si cer. pet. & lex si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. 1. Secundo adducit, quia tex. dicit suã firmitatem obtinere, ergo præsupponit testamentũ ualere, Sed hoc etiam parũ ualet, quia ibi dicitur ꝙ obtinet firmitatem qñ causa est inserta & probata, quę duo posuerat in principio in §. aliud quoque. & expresserat probationem prius insertionem causæ. Quod ẽt apparet, dum subsequendo dicit, sin autem omnia probata non fuerint. ergo supra loquutus fuerat de utroque, & necessario exponi debet, idest si nulla causa fuerit inserta, uel inserta & non probata, Tertio adducit, quia ubicunque lex dicit aliquid non ualere, & requirit sententiam propter aliquod omissum, quod debet postea probari, semper annullatur per sententiam, ergo ante ualet. l. uniuersa. C. de precib. imper. offer. Sed hoc etiam tolli potest, quia licet semper requiratur sententia, tamen sentẽtia potest esse duplex, declaratoria, & annullatoria, ut patet in cõmittentibus hæresim. c. cum secũdum. de hæret. in 6. & crimen lęsæ maiestatis. ut no. in d. c. cum secundũ. & §. per contrarium. inst. de hæred. quæ ab intesta. & in lite quæ fit quãdo dubitatur an sit nullum testamentum, nam in sententia si non erit facta probatio, diceret quod testamẽtum retro fuit nullum, Facit, quia si in sententia exprimitur falsa causa, ille qui dicit eam, probare debet, tamen ea probata declarabitur nullam fuisse sententiam. l. 1. §. 1. ff. quæ sententi. sine appel. rescind.

48 Sed pro† opinione Martini facit, quia in principio duo copulatiue requiruntur. s. ꝙ causa sit probata, & inserta, Et postea subiungitur uniuersalis negatiua, sin autem omnia prædicta obseruata non fuerint, & negatiua postposita est uerbo uniuersali, quæ facit æquipollere suo contrario. i. si illud aut illud obseruatum non fuerit. l. obligari. & ibi Bar. ff. de authoritate tutor. ergo dum dicit, euacuato testamento, intelligitur alternatiue, si unum illorum obseruatum non fuerit, quia in alternatiua sufficit unam partem esse ueram. l. si hæredi plures. ff. de condi. inst. & no. in l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub. Et probatio quæ sequitur non fit ad substantiandum testamentum, sed ad demonstrandum an forma testamenti fuerit, ut debet, obseruata, quæ est, quod causa sit uera, cum si non esset uera testamentum non fuisset rite factum. Et forma testamenti non tantum consistit in insertione causæ, sed etiam in ueritate causæ, quod demonstrauit, quia primo expressit probationem causæ quam insertionem, & dixit, ne falsis accusationibus & circumscriptionibus separentur ab hæreditate patris, Facit lex cum in secundo. ff. de iniust. rup. & irrit. testam. ubi si instituatur sub conditione præteriti temporis probatio ueritatis conditionis facit declarari testamentum ualere, & si non sit uera non ualuisse, Item uerbum euacuato, quod determinat duo determinabilia. s. insertionis causæ, & probationis, debet ea uniformiter determinare. l. iam hoc iure. ff. de uulg. & pupil. & sic uel quod annulletur ex utroque, uel ex utroque ualeat, sed clarum est ꝙ propter insertionem testamentum est nullum, ergo etiam propter non probationem. Sed ad istud etiam posset responderi, negando quod probatio causæ sit de forma, quia ad formam actus possunt solum interuenire ea quæ possunt fieri tempore actus, cum sine forma res non possit esse in rerum natura. l. si is qui quadringenta. ff. ad l. falcid. sed probatio non potest fieri nisi mortuo testatore, ergo nisi mortuo testatore testamẽtum non potest assumere formam, ꝙ est inconueniens quia testamenta nulla tempore mortis amplius nõ reconualescunt. l. quod uulgo. & l. non putauit. §. a primo. ff. de contratab. & l. 1. §. exigit. ff. de secund. tabul. & §. non tamen. inst. quib. mod. infi. testamentum. ergo si esset de forma, sequeretur ꝙ nullum testamentũ posset ualere in quo esset facta exhæredatio, Et sic necesse est dicere ꝙ ꝓbatio causæ non sit de forma, sed solũ debet fieri ad conseruationem testamenti & iustificationem, ergo oportet dicere ꝙ a principio ualuit testamẽtum. Secũdo pro ista opinione adducebat Iason hic rationem, quia fortius expressio causæ falsæ annullat q̃ omisio. l. 1. ff. quæ senten. sin. appel. rescind. Sed respõderi potest quod illud procedit quando expressio causæ non est de forma, & est fundamentum dispositionis, quia tunc expressio causæ fortius annullat, sed quando pro forma requiritur expressio, tunc expressio ualidat, non autem annullat, & sic patet quod opinio utraque est dubitabilis.

49 Ideo† Fulgosius erat in alia opinione, quod in auth. nostra semper testamentum sit ualidum siue causa exprimatur & non probetur, siue nulla exprimatur, quia uerbum euacuato, & uerbum rescisso, præsupponunt testamentum ualere, & est inconueniens exponere contrariis modis. s. ipso iure uel per quærellã, Et ad aliud quod pro forma requiritur, respõdet quod per hoc nõ potest dici testamẽtum esse nullum, cum lex ulterius ꝓcesserit dando formam annullationis, ut no. in l. nõ dubium. supra de legib. Et confirmari potest per multa quæ posui sup. in 1. opposit. demonstrando quod non compræhenditur præteritio paterna, & Igneus etiã recollegit in prima opposit. Sed tamen nec hæc opinio est tenenda, quia secundum hoc paruum auxilium esset inductum in fauorem liberorum ad excludendum iniuriam exhæredationis uel præteritionis, cum solum onus probandi esset translatum in hæredes, & postea tantum damnum fuisset inductum quod omnia legata conseruarentur, contra. l. Papinianus. §. fi. ff. de inoffi. test. & si tenemus cõem opinio. in alio, ꝙ per l. omnimodo su. de inof. test. esse inductũ ꝙ probatio ingratitudinis pertineret ad hæredes, nullũ auxiliũ fuisset inductũ pro liberis, & multũ damnũ, & tamen dicit se illa fecisse in fauorem liberorum in illa ratione ne falsis accusationibus. & in §. hæc autem disposuimus.

50 Resolutiue† tñ loquẽdo pro inueniẽda ueritate oportet insistere super ista difficultate, an probatio causę sit de forma testamẽti, quia si nõ est ꝺ forma, opinio Martini subsistere nõ potest. Et breuiter resoluendo dicendum est, quod non põt esse de forma, quia ut sup. dixi non potest interuenire tempore testamenti, & nunquam

quam posset dici testamentum esse perfectum nisi post mortem testatoris, quod est absurdissimum. argu. l. dominus cum glo. ff. de testamentis. & not. in l. 1. eod. tit. Nec obst. ꝙ per probationem demonstratur an causa sit uera, quia istud conceditur, sed per hoc non infertur ꝙ sit de forma, quia tex. non dicit ꝙ causa uera debeat inseri, sed dicit quod causa debet inseri, & postea debet probari. ideo si causa probabilis est inserta, satis factũ est præcepto legis, & probatio quæ fit uenit ad iustificandum testamentum, & confirmandum, non ad demonstrandum formam esse seruatam, Et ideo aliud est dicere ꝙ causæ debent inseri & probari, aliud est dicere ꝙ debent inseri causæ ueræ, & demonstrari per hæredes ꝙ causæ expressæ fuerunt ueræ, quia si diceret causam ueram exprimendam, probatio sequens nihil adderet, sed solum demonstraret formam esse seruatam, sicut dicitur in l. 2. sup. de secund. tab. Sed quia simpliciter requirit expressionem causæ, non suspenditur testũ, sed statim ualet, & postea uel iustificatur uel annullatur per probationem.

Ideo tenenda est opinio glo. & Bar. quam doct. cõmuniter seq. ꝙ quando causa non est inserta testamentum sit ipso iure nullum, tanquã forma non seruata, sed quando causa est inserta, testamentum sit ualidum seruata forma, sicut facta exhæredatione iniqua testamẽtum ualet, sed si nõ probabitur, rescindetur postea per quærellam. Et ideo opinio Martini procedere non potest, ꝙ hodie sit sublata quærella, quia cum testamentũ sit ualidum, & exhæredatis solum remedium quærellę sit relictum. l. non putauit. in princ. ff. de contratab. & §. mater. insti. de exhæred. liber. necessario sequitur ꝙ hodie adhuc durat quærella, Et in casibus in quibus quærella habet locum rumpitur testamentum quantũ ad institutionem, & legata conseruantur, quia cum in prima parte loquatur de utroque casu, & postea aduersatiue dicit, eis non obseruatis testamentum rũpi quantum ad institutionem tantũ, ergo in utroque casu rũpitur quantum ad institutionem tantũ. Quę opinio ultra doctores confirmatur, quia tex. in §. siquid autem. dicit ꝙ si in legatis reperiatur in legibus aliquid incontrariũ ꝙ illa tollantur, quæ uerba non possunt referri nisi ad quærellam, cum ille tex. loquatur de exhæredatione uel præteritione paterna, in quibus casibus testamentum ualebat ut probaui sup. in 1. opposit. Bar.

51 Et ut prædicta† magis elucescant, Bar. hic posuit secundam quæstionem in qua declarauit totam glo. Et ideo eam expediendo ex eius dictis colligitur primo, ꝙ quando pater præterijt filium in potestate ꝙ testamentum est ipso iure nullum, siue sit inserta causa siue
* non, & istam conclusionem sequuntur communiter docto. hic. & in auth. licet. sup. eo. Et ratio est, quia prima pars auth. nostræ non compræhendit præteritionẽ paternam, cum uellit in fauorem filiorum inducere ꝙ nõ priuentur falsis accusationibus & circumscriptionibus quæ solum accidere poterant quando testamentum ualuisset, cum si testamentum erit ipso iure nullum, nõ erat opus nouo auxilio, quia plenissime erat subuentũ testamento eixstente ipso iure nullo, & nihil plus potest concedi eis quam facere testamẽtum nullum, nec imperator aliquid plus concessit, Et si contineretur in prima parte præteritio filii in potestate fuisset factum ei confirmando testamentum quando causa est inserta & probata, Et ꝙ tota prima pars loquatur quando testamentum antiquitus erat ualidum, probatur ex octo ponderationibus positis sup. in 1. oppoſit. Et optime hucusque loquuti fuerunt docto. Sed postea semetipsos turbauerunt addendo ꝙ si causa fuisset inserta & probata ꝙ testamentum ualet, nec rumpitur, ꝙ dictum sequitur hic Iason & multi alii relati in d. auth. licet. & Cur. hic nu. 31. Sed penitus falsum est, & continet repugnantiam cum præcedenti conclusione, cum si testamentum ualet ergo præteritio patris continetur in prima parte, quod negatum est quasi per omnes, nec potest pro parte contineri & pro parte non, neque in uerbis, quia repugnant, neque per extensionem, quia ratio fauoris filiorum repugnat, cum alias solum damnum fuisset inductum filiis, Et ideo tenendum est indistincte quod præteritus in potestate semper dicit testamentum nullum quomodocunque fiat pręteritio, quia parte additiua formæ nihil immutatum fuit de ea, & in consequentiam nec etiam conseruatio legatorum potuit fieri in secunda parte, cum ueniat aduersatiue ad primam, ut sup. dixi. Tamen quia eadem ratio militat fauoris ultimæ uoluntatis ex extensione continebitur ut ibi dictum fuit, per no. per glo. in clemen. 1. de rescriptis cum suis concordantibus quam commendat Barbat. in consi. 51. col. 4. Quæ conclusio procedit etiã quod filius sit præteritus ignoranter, secundum cõclusionem sup. firmatam, tamen illa intelligitur in præteritis a matre, sed in præteritis a patre potest admitti distinctio doctorum, ut pro parte conseruentur & pro parte non, ut distinguebant docto. supr. considerando legata quæ uerisimiliter reliquisset testator, Nam cũ hæc confirmatio fiat solum ex æquitate extensionis, eatenus procedit quatenus æquitas militabit, quod cõcurrat uerisimilis mens testatoris, quia cessat ratio fauoris ultimæ uolũtatis, & cessat uolũtas. Cur. uero hic quædam læuia adducebat, quod testamẽtum ualeret, quæ pro maiori parte sup. fuerunt relata, & ipse etiam respondet, finaliter tenendo quod prima pars non habeat locum in præteritione paterna.

52 Secundo† colligitur ex dictis Bar. quod quãdo filius in potestate est exhæredatus cum causa quæ fuit probata, quod tunc testamentum inespugnabiliter ualet. §. exhæredatos. in auth. de hæred. & falcid. & suadet trx. in d. §. siue igitur. ibi, suam obtineat firmitatem, cũ hoc non sit nouiter inuẽtum, sed erat iure antiquo perfecte inductum, & sequuntur omnes. Si uero causa nulla fuit inserta, tunc concludit testamentum esse ipso iure nullum, & hoc nouiter fuit inductum, quia pro forma requiritur quod interueniat causæ insertio, qua sublata corruit testamentum. arg. l. inter cætera. ff. de liber. & posth. & sequ. communiter docto. Sed Dinus ut refert Bar. sup. in uer. expediti. in fine. & etiam Fulgos. hic, tenebant ꝙ immo hoc casu testamentum esset ualidum, quia tex. dicit euacuato & etiam rescisso, aduersãdo utrique casui, ergo semper ualet testamentum. Nec obstat quod sit de forma, quia non interest, ex quo lex ulterius processit dando formam annullationis. argum. no. in l. non dubium. sup. de legib. & sequi. hic Cur. nu. 43.

Sed non est recedendum a cõmuni opinione ut sup. dictum fuit, cum si non annullaret hoc casu institutionem ipso iure nihil in fauorem filiorum introduxisset, qui antea testamentum rumpere per quærellam poterant, maxime tenendo opinionem doctorum in l. omnimodo. sup. de inoffic. test. ꝙ ibi onus probãdi in hæredem, & insertio causæ fuisset inducta, & sic solum dãnum conseruationis. & nihil utile filiis induxisset contra quasi omnia uerba tex. & omnes rationes assignatas. Et ideo uerbum euacuato, & uerbũ rescisso, debet exponi, idest per nostram legem, cum alias ualeret, & etiam per quærellam secundum subiectam materiam, ut hic exponit glo. 1. & secunda.

Tertio colligitur ꝙ quã causa est inserta & nõ pbata ꝙ tũc testamẽtũ ualet, sed rescinditur per quęrellã, quã
* conclusionẽ etiam sequuntur cõiter docto. qui uolunt ꝙ hodie habeat locum quærella, & ego sup. sequutus fui respondendo omnibus obiectis, & dixi totã uim cõsistere an probatio causæ sit de forma, & ibi conclusi non esse de forma, quia non requiritur quod causa sit uera, sed inducitur insertio causæ probabilis.

53 Tertio† circa filium emancipatum colligitur, quod in filio emancipato, si est exhæredatus, seruatur distinctio

stinctio posita in filio in potestate, & si causa est inserta & non probata rumpit per quærellam, Si uero nulla causa est inserta. tunc dicit ipso iure nullum, & rumpit per contratabulas, & istam conclusionem sequuntur * omnes. Et ratio est, quia iste tex. in prima parte respectu exhæredationis comprehendit præteritionem paternam, ideo uidetur dare nouam formam & annullare testamentum, sicut etiam fecit in filio in potestate, quia olim iis casibus ualebat testamentum, & filius patiebatur damnum iu successione patris, Dicebat tamē Corn. hic colum. 21. nu. 43. quod omnimoda similitudo Bart. non uidetur in totum procedere propter bon. pos. gratia litis agnoscendæ quæ etiā hodie est necessaria secundū doctrinam Alex. in l. fi. sup. unde legit. sed de hoc dicas ut ibi late ultra doctores conclusi.

Quarto colligitur ex dictis Bart. ꝙ si filius emancipatus est præteritus sine causæ expressione, & tunc, sicut filius in potestate, potest dicere testamentum nullū & petere contratabul. Gl. tamen solum dicit ꝙ potest pe* tere contratabulas tantum, & sequūtur cōmuniter docto. Sed ego puto ꝙ non possit dicere nullum testamē tum, quia ut sup. dixi, præteritio paterna non continetur in prima parte auth. nostræ, nec quantum ad filium in potestate, nec quantum ad filium emancipatum, qa eadem ratio ꝙ esset damnosum filiis, militat in filio emancipato, cum ipse effectualiter agnoscendo contratabul. rumpebat in totum testamētum. l. 1. & l. filium. ff. de contratab. & l. 1. ff. de leg. præst. coniuncta. l. fin. sup. qui admitti. Et ideo iste casus remansit in terminis iuris antiqui, ut solum præteritus possit uenire per contratabulas, & illa ualiditas testamenti erat pro non ualiditate quantum ad effectum, Et fuisset inconueniens unam præteritionem paternam comprehendi & non aliam, cum simpliciter dicat præterire, & secūdum opinionem sup. firmatam non potest referri nisi ad matrē, & uerbum exhæredare ad patrem, & nullam præteritionem paternam potest comprehendere, quæ non habetur pro exhæredatione.

54 Et ideo† ego facio conclusionem generalem, ꝙ emācipatus solum habet cōtratabulas, & semper facta præteritione siue nulla causa sit inserta siue sit inserta & ꝓbata ut supra dixi de filio in potestate contra Bart. sed semper rumpet testamentum per contratabulas, Et ēt remanebit differentia antiqua, ꝙ emancipatus præteritus nunquam dicet nullum, quia semper ualebit testamentum, sed solum rumpere poterit per contratab. qa nihil noui in præteritione paterna circa formam fuit inductum in uerbis, nec per extensionem fieri poterit, quia ratio fauoris liberorum repugnat. Cum uel excluderetur quando causa esset probata, uel si nō esset probata oportet litigare ueniendo ad rumpendum efficaciter, ideo remanebit sola contratab. quæ statim ꝙ est agnita in totum rumpit. Nec obstat. §. nullam. in auth. de hæred. quæ ab intest. quia procedit quando nullum est factum testamētum, ut cōmuniter solet dici, ut not. in l. posthumo. sup. de contratabul. & l. si emancipati. in gl. fi. sup. de collat. Nec obstat. l. præcedens. §. 1. & §. sed nostra. inst. de exhęred. liber. quia ibi singula singulis sunt referenda, ut sui euertant ipso iure, & emancipati per contratabu. ut etiam hic dicit Cur. & bene in hoc.

Ex quibus habes hic conclusionem commune & ampliatam, ꝙ hodie cōtratabulas est etiam necessaria in filio emancipato præterito quocunque modo sit præteritus, & in exhæredato etiam quando causa non est inserta, & ita concludendum est, quia in exhæredatione paterna fuit addita forma, qua non seruata exhæredatio est nulla, In omnibus tamen casibus in quibus rumpitur testū per contratabul. conseruantur legata per istum textum, quia licet præteritio paterna ut dixi, nō comprehendatur in prima parte, tamē in secunda parte comprehenditur uirtute extensionis, cum semper militat ratio fauoris testamenti, & legatorum, & ꝙ in legatis non uidetur iniuria filiorū, quæ nota, & addas quæ dicam in l. fi. infr. unde legiti.

55 Quinto† colligitur, ꝙ in descendentibus per lineam maternam cum præteritio habeatur pro exhæredatione, debet distingui ut in aliis filiis dictum fuit de exhæredatione, ut quando causa est inserta rūpatur per quærellam, & quando causa non est inserta sit testamentū ipso iure nullum, & ꝙ semper conseruentur legata, & * hoc sequuntur cōiter doct. Et ratio est, quia secundum oēs illa auth. in prima & secūda parte loquitur de præteritione materna, cum dictum sit uerbū præterire referri ad præteritionem maternā, & lineæ maternæ, Et hoc nouū fuit inductum, ut in bonis maternis possit dici testamentū nullum, & mater teneatur instituere uel exhæredare filium seu præterire cum causa, sicut pater nec sufficit aliquid dare per legatum per d. auth. & sequūtur cōiter doct. Addebat etiam Dec. in l. posthumo sup. de contratab. super glo. 1. ꝙ in bonis maternis hodie datur contratab. filiis. Sed ego ibi reprobaui, quia hæc auth. nō concessit remedia prætoria illis qui eas non habebant, sed solum remedia ciuilia, Item ēt hodie præteritio matris habetur pro exhæredatione quibus non datur contratab. l. non putauit. & l. illud. §. ad testam. ff. de contratab. Nam hæc æquiparatio fit de patre & matre, cum in patre loquatur de exhæredatione, & in matre de præteritione, ut ibi latius dixi.

Sexto concludit Bart. ꝙ in posthumo causæ insertio non pōt adaptari, Idem est ēt in infante & furioso, Et ideo uidetur sentire ꝙ istæ personæ semper dicant testamentū nullū tam præteriti ꝗ exhæredati, per l. si qs in suo. §. legis. sup. de inof. test. & sequūtur cōiter doct. qui ēt tenent ꝙ hæc auth. habeat locum in posthumo, Sed de §. legis. dicas ut in l. posthumo post alios declaraui. Tamen quantum ad istā auth. mihi placet ꝙ tota distinctio de causę insertione procedat, quia est absurdū ꝙ non cōprehēderet furiosos & infantes & posthumos, Et ideo ego puto ꝙ possit exhęredari & pręteriri cū causę expressione, quia nihil impedit, cū tex. non requirat causam insertam esse uerā sed probari ad effectum executionis, & ideo semper testamentū ualidabitur per quærellā, quia nunꝗ exclusio poterit habere effectū. Saluari tamē pōt Bar. quia licet testamēti forma sit seruata, tamen quia notorie constat ꝙ non pōt probari, habebitur pro nō apposita, & semper testamentū erit ipso iure nullū, sicut dixit Abbas de causa notoria falsa in sententia, in c. quoniā contra. de probat. per l. 1. ff. quę sentent. sine appel. resc. Conseruatio tamē legatorum fiet etiam pręterito posthumo, tam ex uerbis quam etiam ex extensione, quia militat eadem ratio fauoris testamenti, ut sup. dixi, & est de mente communiter doctor. Septimo non placet solutio data ad l. maritus. sup. de inof. test. dum exponit pręteritus. i. exhæredatus, quia ibi nullum uerbum de pręterito, sed dicitur quod non fuit iure exhęredatus nec conuictus causa ingratitudinis, & debet exponi quod erat exhæredatus rite, sed non recte, & uerbum non iure, ibi intelligitur quantum ad effectum, quia non erat iusta exhęredatio, tamen erat rite facta. Item ex illo tex. uidetur probari quod iure antiquo hęredes probabant filios ingratos, sicut etiam dicitur in l. omnimodo. in princ. & sic non uidetur posse procedere opinio illorum qui uolunt quod per l. omnimodo fuit translatum onus probandi in hęredes, nam illud idem dicitur in d. l. maritus, & ideo mihi placet quod utraque lex intelligatur secundum terminos positos in d. l. liberi. sup. de inoffic. testam.

56 Secundum† est principale membrum Barto. & gloss. de parentibus, qui prętereuntur a filiis uel liberis suis testantibus, in quo Bar. distinguit ut per eum, ex cuius dictis etiam colliguntur aliquę cōclusiones. Prima est, ꝙ si filii prętereunt matrem uel ascendentes per lineā maternam

maternam ꝙ nulla sit differentia exhæredationis uel præteritionis, quia eorum præteritio habetur loco exhæredationis. §. mater. instit. de exhæred. liber. qui etiam potest intelligi de præteritione ascendentium, ut hic per Bar. per l. 1. ff. de inoffic. testamento. Et ideo nulla facta differentia in eis, dicendum est quod si causa est expressa & probata tunc inespugnabiliter ualet d. §. exhæredatos. in Auth. de hær. & fal. Si uero nulla causa est expressa, & tunc testamentum est nullum deficiente forma, ꝙ nouiter inductum fuit per illam aut. Si uero causa est inserta & non probata, & tunc ualet, sed rumpitur per quærelā. l. cū filium. sup. de inoffic. test. & l. 1. ff. de inoffic. test. Et sequuntur communiter * doctores. Contratabulas aūt dari non potest, quia illa datur propter emancipationem quæ non cadit in descendentibus per lineam maternā, nec ēt potest extendi, quia non militat eadem ratio, & adhuc hodie sunt differentiæ inter patrem & matrem in præteritione uel exhæredatione, ut statim dicam. Nec obstat quod in §. sancimus nulla sit differentia inter patrem & matrem, quia uerum est quantum ad remedium suū. Sed quantum ad remedia prætoria non innouat ea, sed ponit cumulatiue, non priuatiue, nec extendit illa remedia prætoria non necessaria, Item illa auth. recipit interpretationem per ius antiquum in iis quæ non cōtradicunt. argum. l. sciendum. ff. qui satisdare cogantur & hic etiam tenet Cur.

57 Secundo†colligitur quod si filius emancipatus præteriit uel exhæredauit patrem sine causa quod testamētum est ipso iure nullum, quia deficit forma, & hoc est ius nouum, cum de iure antiquo nuuqnam parentes dicebant nullum testamentum, & sequuntur docto. Sed tu dicas ut statim dicam de filio milite. Si uero præteriit cum causa, & tunc datur contratabul. l. 1. ff. si quis, a par. fuer. manum. & l. filio. §. contra. ff. de inoffic. testam. Sed si exhæredat, datur quærella. l. 1. & l. pater filium. ff. de inoffic. testamento. & sequuntur docto. Sed tamen tex. quem allegat Bar. probat contrarium, quia ibi pater erat præteritus, tamen datur quærella, & sic uidetur ꝙ præterito detur utrunque remedium. gl. ibi sentiens contrarium insistit, sed Bar. notabiliter soluit, dicens ꝙ ibi detur quærella, quia filii testatoris præcedebant patrem, ita ꝙ filius eum non tenebatur tunc instituere, quo casu præteritio in patre habetur ꝓ exhæredatione, & hoc modo intelligendo ille tex. probat ctōra Bar. ꝙ præteritus a filio habet quærellā. Sed debet responderi, ꝙ est casus specialis, Ideo dicas ꝙ si est præteritus a filio nō habēte liberos, tunc datur cōtrat. si uero præteritus est a filio habēte alios filios, datur quærela. d. l. pater filiū & si exhæredatur a filio datur quærella. d. l. 1. de inoffic. testō. & sic præteritus regulariter habet cōtratabulas, ut dicit Bar. fallit quādo testator habet filios quibus primo debetur successio.

58 Tertio†colligitur ex dictis Bart. quod si filius in potestate præteriit patrem in castrensi uel quasi, quod testamentum ualet, nec potest expugnari per quærellam uel contratab. l. fi. §. fi. sup. de inoffi. testa. l. ex lege. sup. de episcopis. & cleric. de iure antiquo. Sed tamen hodie sunt opiniones, tamen finaliter ressidet quod habet locum quærella sicut etiam falcidia per istum text. qui loquitur de filiis in potestate, dum dicit de bonis in quibus testari possunt quæ bona non possunt esse nisi castrensia & quasi castrensia. Sed in contrarium facit text. in auth. præsbiteros. sup. de episco. & cler. & in corpore Vnde sumitur. ubi fuit constitutio post istam ut patet ex ordine. argumen. gl. in §. quibus. in prima constit. eod. & quia alias cum loquatur de ecclesiis fuisset posita in principio non fine, & tamen nouiter disponitur quod possint petere legitimam, ergo ante nō poterant. & ideo Imola. in d. l. filio preterito, dicit teneri posse quod hodie testamentum quærellatur sicut olim, & ad contrarium de isto tex. pōderato per Bar. respondet quod nōn loquitur in milite in potestate testante de castrensi peculio. Sed Cor. nu. 34. in fine dicit uerius esse non esse differentiam inter ueteranum uel militē. quia idem est ius in eis, & tex. generaliter loquitnr. Sed tamē per hoc non est sublatum contrarium de auth. præsbiteros. Nisi dicamus quod illa auth. loquitur in clericis in quibus disposuerat. l. cum lege. sup. de episc. & cler. quod haberent quasi castrense peculium, & sine obiectione quærelæ de eo possent testari, & nouiter ex illo tex. determinatur quod debeatur legitima contra legem leoninam, & petatur per condictionem ex illa auth, Et in eis seruetur simile illius quod dicitur in, l. sed cum patrono. ff. de bonor. posses. & non poterit aliter rumpi testamentum, sed agi ad legitimam, & hoc in fauorem clericorum testantiū. Et sic concludendum est, opinionem Bar. uerā esse per istum textum in laicis, sed in clericis seruetur. d. auth. præsbiteros, cum sua glo. quæ limitat hanc materiam, Et pro communi opinione facit, quia dispositio generaliter loquens comprahendit etiam casus priuilegiatos. l. in fraudem. §. finali. ff. de testam. milit. & l. 1. & ibi not. sup. de edendo.

59 Qua†conclusione stante Barto. subdit postea, dicens quod parentes præteriti possunt hodie dicere testamētum nullum si causa non fuit inserta, quod generaliter etiam dixit in principio distinctionis, & sequuntur cōmuniter doctores. Sed addit plus, quod quando causa est inserta & filius præteriit patrem, quod dicit testamentum nullum, sicut filius in potestate præteritus. Et in hoc Alex. hic colu. 3. late insistit. qui loquitur hoc solo quando inserta non est causa & uidetur sequi communem sententiam, sed quando causa est inserta, eam reprahendit, quia textus generaliter loquitur de præteritione uel exhæredatione parentum facta a filiis. Et de iure antiquo pater non habebat ius dicendi nullum, & tex. dicit resciso, quod præsupponit testamentum ualere. Quod etiam mihi placet, quia apposita causa seruata est forma testamenti, ut sæpius dictum fuit. Nō obstat quod in filio præterito contrarium sit firmatum, quod etiam causa inserta dicat nullum, quia ratio fuit assignata, quia illa præteritio non continetur in litera cum non militaret ratio fauoris filiorum, sed bene continetur in litera præteritio patris, tam filij in potestate quam emancipati, & maternę lineæ, quia eadē ratio militat, cum semper ualeret testamentū, & generaliter loquitur, & uerbum præterire & exhæredare refertur ad omne genus filiorum, Et generaliter dicendū est, quod siue prætereatur uel exhæredetur cum causa quod semper testamētum ualeat, quia æqualiter cessat suitas & quasi dominium, Et remanet hæc sola differentia, quia pater præteritus agit contratabulas, quod nō est in matre, quia ipsa non emancipat, nec dat ius quærendorum bonorum. l. 1. ff. si quis a par. fuer. manum. & si dicatur, saltem hoc casu Bart. deberet competere contratabulas quæ datur omnibus parentibus præteritis, Potest dici quod illa non fuit concessa nisi quando interueniebat emancipatio, & hic imperator nihil immutauit de remediis prætoriis, Vel secundo potes dicere, quod per extensionem competit contratabu. hoc casu. & satis placet. Nec opinio Fulgosii uolentis quod semper ualidum sit testamentum etiam quod causa non sit inserta, ullo modo esset tenenda, quia alias parum utilitatis dedisset. d. auth. parentibus qui similiter rumpere poterant per contratabulas uel quærella, ideo ut liberaret ab iniuria, fortiori remedio oportet dicere ꝙ inductū fuit testamentum effici nullū non inserta cā sicut sup. dixi de liberis etiam præteritis.

60 Quærebat †etiam Cor. late hic, an parentes debeat institui in legitima, uel potius sufficiat habere quoquo titulo, & refert Bar. in auth. nouissima. supr. de inoffic. testō. & in Rubr. ff. si quis a par. fuer. manum. tenentem quod sufficiat quoquo relinqui titulo, sicut de patrono,

trono.Sed contrarium tenuit Iacob. Butri.& Bal. hic. & Corn. nu.35. quod immo debeat relinqui titulo institutionis per d.§.hæc autem disposuimus qui generaliter loquitur faciendo mentionem de liberis & parẽtibus præteritis.Sed Cor. postea inclinat in aliam partem,ponderando principium.§.iustum.n.&c.ibi,parẽtes suos præterire, uel quomodolibet rebus propriis quibus &c.eos omnino alienare, Sed tamen quia tex. in d.§.hæc autem disposuimus multum in terminis loquitur, ideo teneo opinionem communem, quod debeat omnino institui, alias erit nullum testamentum non seruata forma.

61 Quarto †colligitur, quod collaterales uterini nũquã rumpunt testamentum, sed utrinque coniuncti rumpunt per quærellam turpibus personis institutis.l.fratres. sup. de inoffic. Et subdit notabile uerbum quod in fratribus cessat causa ingratitudinis, Sed in contrarium est tex.in §.ingratitudinem. in auth. de nupt.ubi uoluit quod inter fratres considerentur tres causæ ingratitudinis.Et ideo Bart.in d.l.fratres.melius se declarauit, dicens non esse necessarium ꝙ causæ inserantur in testamento, quia hæc auth. non ponit formam nisi in filiis & parentibus,& non in fratribus, & semper testamentum ualebit,siue sint præteriti fratres, siue exhæredati,& competit quærella. Sed si hæredes probarent unam ex illis causis ingratitudinis, tunc non posset obtinere in quærella.per d.§.ingratitudinem. & uerum est,& sequuntur communiter docto. Et propter hanc rationem sequitur,quod nec secunda pars tex.nostri habet locum ut conseruentur legata, ut hic sentit Bar.& communiter docto.Sed Bal.hic.& Alex.tenent quod etiam hoc casu conseruentur legata,Sed communis opinio uerior est, quia si non continentur fratres in prima parte,nec etiam in secunda parte possunt cõtineri ex uerbis,per extensionem uero non possunt cõtineri,quia materia est correctoria,& fratres non continentur lato sumpto uocabulo sub nomine parentum & liberorum l.3.ff.de legatis præstand.& etiam quod totũ illud relinquat sub determinatione iuris antiqui. argu.l.fi.cum sua auth.supr.de sacros.ecclesiis.

Quæ autem sit ratio quare fratres uterini non habeant quærellam,ponebat hic Curtius,dicens ꝙ uterini non erant cogniti a iure ciuili, cum essent cognati. §.1.inst.de tertul.senat.& §.1.inst.de succes.cogna.Vnde infert quod hodie petita bonor. possess. gratia litis agnoscendæ habebit locum quærella inter eos, quamuis postea ipse dubitet,Sed hoc dictum est uanum,quia bonorum possess. gratia litis agnoscendæ fuit inuenta pro illis qui habent unde liberi & contratabulas, qui uocantur a prætore propter emancipationem inducẽtem capitis diminutionem.argu.l.illud. §.ad testamenta. ff. de contrat.& l.quotiens.inf. de suis & legitim. & l.sed cum patrono.§.1.ff.de bono.posses.& ideo nõ potest competere fratribus neque ex edicto neque per extensionem,quia non conueniunt termini.l.quod cõstitutum.ff.de test.milit. Et ideo ratio fuit, quia quærela solum fuit introducta pro fratribus, & non pro aliis coniunctis, quia non tantum eis debetur successio nec est tanta coniunctio, quæ ratio militat etiam in fratribus uterinis.

Expedita prima parte materiæ nostræ in quibus personis seruanda sit decisio huius authen. tam circa formam quam circa conseruationem legatorum,sequitur secunda pars principalis, in quibus rebus & capitulis fiat hæc conseruatio & annullatio, Et primo quia tex.dicit ꝙ annullatur testamentum ex causa præteritionis uel exhæredationis quantum ad institutionem, dubium est de quibus institutionibus intelligatur, cũ institutionum quædam sint uniuersales de quota hæreditatis factæ,quædam particulares de re particulari l.quotiens.inf.de hære.instit. Item quædam sunt directæ,quædam obliquæ.toto tit.inst.de fideic. hæredit. Item quæ dam sunt institutiones, quædam substitiones,seu secũdæ institutiones,ut no.in rubr. ff.de uulg. & pupil. Quarto substitutionum quædam sunt ꝑ quas succeditur testatori,quædam sunt per quas succeditur alteri,ut §.1.inst.de pupillari substit.uidendum est an omnes institutiones annullentur.

62 Et primo †quærit Bar. quid de institutione in re certa,an annulletur per hanc auth. & respondet quod illa habet uim aliquando uniuersalis institutionis respectu iuris accrescendi, aliquando habet solam naturam legatorum,ut no.in l.quotiens. inf. de hæred. institu. Ideo Bar.dicit ꝙ annullatur in illa qualitate uniuersali,in qualitate uero particulari conseruatur, Ideo si esset institutus unus nullo dato cohęrede.uitiaretur hæc institutio quia trahit ad se totam hæreditatem.l.1.§. si ex fundo.ff.de hæred.instit. Et si contingeret ꝙ esset datus cohæres qui repudiasset, quo casu accresceret ei in re certa instituto,hæc potestas capiendi ex iure accrescendi annullatur, Tertio si contingeret quod solus filius esset institutus in re certa, quo casu habet uim institutionis uniuersalis,per §. hæc autem disposuimus. in auth.nostra.uitiabitur per hanc regulam, ut hic expresse dicit Cur.nu.52.post Alex.col.6.repræhendentẽ Bal.hic aliter dicentem. Sed mihi placet quod retineat iure legati per generalitatem istius tex. per ea quæ dicit inf.de legato relicto ipsi præterito,& magis assimilatur legato quam institutioni. Sed tamen postea habebit locum imputatio, quia succedendo abintestato imputabit in legitimam,per ea ea quæ habentur in l.in quartam.ff.ad l.falcid.& cessat obiectio Cur. hic.& in effectu resultat in id ꝙ tenet Alex. nisi quia habet illã prærogatiuam retinendi rem illam legatam, Nec ratio Bal. ꝙ non potest obligari, quia non potest fieri in codicillis aliquid ualet, cum nec tutellæ dationes possent fieri in codi. & tamen conseruantur. Nec obstat glo.in l.liberis. ff.de except. doli.quia illa loquitur de iure antiquo,ut hic per Corneum.

63 Secundo†quærit Bar.hic, quid de substitutionibus, & concludit ꝙ substitutiones per quas succeditur testatori annullantur,ut sunt uulgares substitutiones. Sed si succeditur hæredibus uel aliis, ut sunt pupillares substitut.uel exemplares,uel compendiosæ,& tunc conseruentur si sunt directæ, & idem etiam si sunt fideicommissariæ substitutiones, ut hic per eum, & sequuntur cõmuniter doctor.Cur.tamen hic circa primum dictũ de uulgari substitutione insistit,& limitat conclusionẽ Bart.non procedere quando substitutio uulgaris esset facta filio alteri,quia cum illi filio debeatur sua portio nulla iniuria fit filio præterito, si facta fuit uulgaris in sua portione, cum si præteritus fuisset institutus non habuisset portionem fratris,ergo cessat ratio huius anth.annullatiua institutionum propter iniuriam præteritionis uel exhæredationis. Quod confirmat per authoritatẽ Imolæ in l.2.§.fi.ff.de uulg.& pupil. qui uoluit ꝙ uulgaris contenta in pupillari conseruetur per istã auth. Nec obstat ꝙ per uulgarẽ impediatur successio abintestato,qa dicebat ipse,cessat hoc casu, cũ fratri possit substitui sub conditione si legitimus nõ erit hæres.l.si ita quis hæres instituatur.ff.de hæred.insti.

Sed tñ mihi magis placet cõis opinio, ꝙ immo illa uulgaris annulletur,qa in d.auth.disponitur ꝙ filii succedant abintestato testatori, & ꝙ testatori succedatur abintestato,ergo nulla institutio uel substitutio potest ualere,cum per eas succedatur ex testamento, & illud uerbum, si hæres non erit, intelligitur ex testamento, non abintestato, & sic sunt duo absurda. Vnum de l. ius nostrum.ff.de regu. iur. quia pro illis substitutionibus succederetur ex testam. & alia, quia defecta conditione quod non succedatur ex testamento filius excluderetur & substitutus admitteretur cõtra intentionem Imperatoris in dic. auth. & ideo recte inspiciendo non potest sustineri quod tales substitutiones

tutiones conseruentur. Nec obstat l. si ita quis hæres instituatur. ff. de hæred. instit. quia illa non procedit quando ex testamento poterant uenientes abintestato succedere, ut etiam ibi dicit Barto. Sed solum quando non sint instituti, Nec etiam potest ex eadem ratione subsistere opinio Imolæ in d. l. 1. §. fin. quod conseruentur substitutiones uulgares contétæ in pupillari, quia semper substitutus admitteretur excluso filio, cum existat conditio quod non sit hæres ex testamento, & idé esset si præteritus esset substitutus fratri, quia institutio fratris in primo gradu est nulla propter præteritionem, & substitutio similiter, quia alter frater excluderetur a successione abintestato, ideo utraque annullatur, nec obstat lex si filius instituatur. ff. de hæred. inst. quia loquitur quando extraneus solus sit institutus, sed filio instituto non procederet per illam rationem, Vnde solum debet intelligi in casu in quo non est uerum quod filius esset præteritus.

64 Circa† secundum etiam de conseruatione pupillaris substitutionis, pro opinione quod conseruetur quæ cómunis est, adducit Curt. tex. in l. Iulianus. alias si pupillus. ff. de acquir. hæred. ubi facilius conseruatur pupillaris substitutio quam legata, ergo & hic fortius cóseruabitur, Sed tamen uidetur quod omnia fundamenta Bart. possint euitari, quia iura allegata per Bar. procedunt in conseruatione quæ fit de toto testaméto & succeditur ex testamento, hic autem succeditur abintestato, & sola pars testamenti conseruatur, Item nec etiam titulus de leg. præstandis potest allegari, quia per illũ annullatio fit de toto testamento in persona extraneorum, & omnia conseruantur in filiis. & tex. in d. l. Iulianus fundatur in suitate propter quam non obstante repudiatione ipse est hæres. Tamen non est recedendum a communi opinione, quod conseruentur, quam late defendit hic Corneus respondendo multis obiectis. Et probatur multum, quia tex. enumerat ibi multa disposita in testamento, postea dicit &c. capitula, cópræhendit etiam substitutiones pupillares, per quas nõ impeditur successio abintestato inter ipsos filios, & militat ratio fauoris filiorum & testamentorum, & honoratorum & publice utilitatis, & tex. dicit euacuato quã tum ad institutionem hæredum, & substitutiones non sunt simpliciter in intentione, cum sint testamentum filii separatum a testamento patris, ut per Socin. in rub. ff. de uulg. & pupil.

Et ideo communis conclusio est tenenda, quam etiã ampliat Iason procedere etiam filio præterito substituto secundum Paul. de Castro hic Alexand. Imol. & Cur. in l. 1. ff. de uulg. & pupil. & Bal. in l. humanitatis. in 5. colu. infr. de Impub. & aliis substit. Sed an saltẽ repellatur tanquam indignus, dicam infr. in q. de leg. relictis filio præterito. Tamé in proposito uera est ista opinio quia per istam subst. succeditur ex alio testaméto quod non impugnauit præteritus, Item etiã ampliat Cur. hic procedere in tacita pupillari contéta in expressa uulgari, quia licet uulgaris tollatur, tamen pupillaris tacita remanet, quia non impeditur successio abintestato, Nec obstat quod uitiato expresso uitietur tacitum. l. 3. §. qui habet. ff. de ser. rustic. prædior. Quia respondet ipse fatendo contrarium, sed tamen negat ꝙ uitietur uulgaris, quod tamen sup. reprobatum fuit, Vnde secundo respondet. quod non tenet illa regula in iis quæ per se stare possunt, Bart. in l. 1. in princ. colu. ult. ff. de uulg. & pupil. per l. si fideiussor. in princ. ff. de leg. 1. & etiam ego puto uerum, quia in conseruatione de qua per istam auth. non inspicitur an conseruatum habuerit dependentiam, sed ex tenore illius auth. conseruantur simpliciter omnia quæ non ueniunt sub nomine institutionis.

65 Circa† fideicommissum uniuersale, cõmuniter doct. seq. opinionem Bar. ꝙ conseruetur, quia in d. auth. simpliciter dicitur ꝙ legata & fideicómissa conseruentur, qui tex. solum probat. nam l. si seruum. §. 1. ff. si quis omissa causa test. & l. nam ꝙ. §. si quis cõpulsus. ad trebel. possunt euitari, quia loquuntur de cõseruatione totius testamenti, Sed in contrarium Cur. adducit, quia fideicommissarius uniuersalis dicitur esse hæres in effectu. l. posthumæ. ff. ad trebel. & tamen Bart. uult quod successio uniuersalis non sustineatur, & licet loquatur de directa, tamẽ idem esse debet in hac obliqua, quia grauat fortiter exhæredatum uel præteritum, & contra Bart. tenuit Fulg. in quadam repetitione in ultima carta, & Signor. de homod. in consil. 172. Ser. Antonius. Tamen postea ipse sequitur opinionem communem, quia per eã non impeditur successio abintestato inter filios, & quin habeant legitimam suam, & potuisset impune institutus filius grauari, Et hæc est uera quando testator præteriit scienter filium, sed quando ignoranter præteriit, doctores qui sequuntur Bar. supra tenent ꝙ non cõseruẽtur, quia testator si sciuisset habere filios talia legata non fecisset, & ita limitabat istam conclusionem, Sed ego sup. reprobaui hanc limitationem, qa si non conseruarentur ista fideicommissa & similia legata, oporteret dicere quod præteritus ignoranter nõ contineretur in hac auth. quod esse absurdum sup. demonstraui. Ideo cum contineatur talis præteritio in prima parte, continetur etiam necessario in secunda quæ uenit consequutiue ad primam.

Ideo ego puto distinguendum, aut præteritus fuit ignoranter a matre, qui casus in uerbis continetur in hac auth. etiam conseruabitur hoc fideicommissum, quia litera expresse hoc dicit. Si uero præteritur a patre qui casus non continetur in uerbis, sed solum uenit per extensionem in secunda parte ut sup. sæpius dixi, & tunc quia ex æquitate fit conseruatio poterit procedere distinctio doctorum de legatis uerisimilibus, quia cum per extensionem fiet confirmatio propter identitatem rationis & æquitatis, eatenus fiet confirmatio quatenus militabit ratio æquitatis, & ideo non confirmabuntur legata, nec fideicõmissa uniuersalia, nec legata præcedentia medietatem hæreditatis, nec legata rerum prætiosarum, nec alia similia legata, quæ uerisimiliter testator non fecisset si sciuisset se habiturum filium, per rationes Bar. & doctorum, ea uero quæ uerisimiliter fecisset confirmabuntur, ut tutellæ dationes, constitutio commissarii, legata pro Ablatis, legata relicta ab altero filio instituto. & cætera quæ posuerunt doctores in sex limitationibus traditis per eos ibi.

66 Sed dubium est† quid si fideicommissum Vniuersale uel aliquod aliud legatum quod conseruatur sit relictũ sub conditione adimplenda in persona grauati. ut illa, si decesserit sine liberis, an præstari debeat considerata persona primi grauati, uel potius considerata persona illius qui successit loco grauati, Hoc est debeat præstari si primus grauatus decedat sine liberis. uel potius si filius præteritus qui eius loco successit decesserit sine liberis, Et Bar. hic concludit ꝙ præstabitur fideicõmissum, quando ille grauatus decedit sine liberis. argum. l. necessario. §. fina. ff. de peric. & com. rei uendit. & l. cum in fundo. §. si mulier. & l. ususfructus. ff. solu. matrim. in quibus dicitur quod unus habet commodum ususfructus, & tamen in extinctione spectatur mors alterius, quia ius est insitum in persona alterius, ita etiam hic spectabitur quod hæres moriatur sine liberis, quia conditio est insita in persona ipsius, licet filius habeat utilitatem hæreditatis & tesius, licet filius habeat utilitatem hæreditatis & teneatur soluere, Et si opponatur de leg. siquis usumfructum, ff. de usufructu legato. ubi ususfructus ex quadam specialitate extinguitur in persona legatarii secundi quia habebat utilitatem. Respondet Bartoquod solutio patet, sed aliter non declarat, Voluit dicere quod ibi testator transtulit in personam legatarii secundi, hæc uero lex hoc non fecit, Item ibi mutatio fit in honorato, hic uero mutatio fit in grauato.

Sed

Sed Cur hic incontrarium adducit duo. Primo. l. legatum. ff. de adim. leg. ubi dicitur quod si legatus sit iun dus sub conditione cohærente personæ, si transferatur in alium, efficitur purum, non autem transit cum conditione, sed ipse respondet ꝙ procedit in translatione hominis, nam testator non nominando conditionem in translatione uidetur eam remittere ex tacita uoluntate, hic autem est lex quæ transfert. Quæ solutio non cõtinet rationem diuersitatis. Vnde potest solui, quod ille tex. loquitur de translatione facta de persona unius legatarii in alium legatarium remanente eodem grauato, sed hæc translatio fit de persona unius grauati in alium qui tenetur soluere, & remanet eadem persona fideicommissarii, & in successore uniuersali semper accrescit, & fit translatio cum onere suo. l. 1. §. iis ita. infr. de caduc. tol. & l. sub conditione. ff. de hæred. instit. & per Bartolum in lege cum pater. §. ab instituto. in 1. oppositio. ff. de leg. 2. Secundo opponit, quia uidetur iniquum quod hæreditas uadat ad extraneos si filius præteritus habet filios. contra legem cum auus. ff. de conditio. & demonstratio. & l. cum acutissimi. infra de fideicommiss. Sed facilis est solutio, quia in lege cum auus illud contingit quia præsumitur pater diligere sobolem suam, sed hic aperte demonstrauit prætereundo uel exhæredando quod non diligit, & in certis non est opus coniecturis l. continuus. §. cum quis. ff. de uerbor. obligationib.

Vnde uideretur distinguendum, an testator scienter uel ignoranter præterisset, & an sint alii fili non præteriti qui simul cum præterito tenerentur ad fideicommissum uniuersale, & si ignoranter præteriret procederet opinio Cur. siue hæc oppositio secundum præcedentem distinctionem. Sed ex alio mihi uidetur dubitabilis, nam testator apposuit illam conditionem propter dilectionem quam habebat ad sobolem hæredis instituti, quia uolebat eius filios potius habere quam extraneum substitutum, & omnes alios uidetur postposuisse substituto, igitur cum iste præteritus succedat cõtra uoluntatem testatoris uel præter eius opinionem, non habuit affectionem ad eum nec eius sobolem, & per consequens cessat ratio conditionis appositæ, & ipsa conditio. Vnde potius uidetur dicendum quod hoc casu sit remissa conditio, & sit effectum purum fideicõmissum tamquam cessante causa conditionis, ut amplius non spectetur an decedat cum liberis, sed tamen potest dici quod remaneat in diem, quia dilatio usque ad mortem uidetur considerata, ne incontinẽti hæres priuetur. argum. legis peculium. §. fi. de leg. 2. & sic nõ cessat causa dilationis, sed causa conditionis, quæ nullum commodum rationabile potest afferre, & pro hac opinione facit l. 1. §. finautem. infra de caduc. tollend. ubi quando legatum accrescit, licet regulariter accrescat cum onere coniuncto, si onus tamen est personale, accrescit pure. Et uidetur multum probabilis opinio. Sed postea multum obstat. d. l. cum pater. §. abintestato. ff. de leg. 2. qui in terminis uidetur loqui, & tamen uidetur durare conditio. Tamen potest responderi quod ibi illud est, quia testator ibi diligit substitutum quem uocauit in casu quo primus erat hæres, & eodem modo uoluit postea habere, & sic non cessat causa dilectionis, sed in filio scienter præterito apparet quod uoluit testator omnes personas ei præferre, item ibi spectatur mors respectu delationis, ut in diem uideatur legatum ita, hic remanet dies, sed conditio cessat, & eodem modo respondetur ad legem si peculium. §. final. quod ille erat dilectus a testatore qui cogitauerat eũ posse teneri soluere. argum. legis si duo. ff. de acquirẽ. hær. hic filius non fuerat dilectus nec de eo tacite cogitauerat. Item loquitur de dilatione usque ad mortem, non autem de conditione si decedat sine liberis, argum. eorum quæ ponuntur in lege prima. in primo notabili. supra de pactis. per Iasonem. Et considerando dilationem tantum fauemus omnibus filiis etiam non præteritis.

Pro hac opinione facit, quia non semper conditio apposita instituto uidetur repetita a substituto, ut no. in lege licet imperator. ff. de lega. 1. Et facit distinctio Bar. in lege qui liberis. §. siquis seruo. ff. de hæredib. instituend. Et ita tenendum est. Quæ tamen conclusio restringi debet, quando non est clausula codicillaris, quia si esset clausula codicillaris, tunc filius uidetur uenire ex mente testatoris, ut infra dicetur super prima quæstione illius clausulæ, & potest procedere opinio Bar. & communis hic, & conditio attenditur quæ uidetur facta eius fauore.

67 Vlterius† quærit hic Bar. quid ueniat appellatione cæterorum. Et concludit quod supra enumerata, scilicet substitutiones directæ, fideicommissum uniuersale, legata particularia, & tutorum dationes, constitutiones commissariorum, libertates, & cætera capitula, nõ facta distinctione an possint dari in codicillis, contra Dinum qui uolebat contrarium, quia tutellæ dationes non fiunt in codicillis. l. 1. ff. de testam. tutell. & tamen confirmantur expresse per illum textum. Item ea quæ sunt relicta in uim modi remanent firma, quia habent uim relicti. l. fin. infra de iis quæ sub modo. Itẽ ea quæ sunt relicta in uim conditionis conseruantur, & finaliter omnia capitula testamenti, quia ibi imperator nominat multa, & postea apponit clausulam generalem, & cætera capitula testamenti, quæ clausula continet etiam casus priuilegiatos, ut no. in l. sed & siquis. §. quæsitum. ff. siquis cautio.

68 Sed dubium† restat, quid de eo quod datum est causa conditionis implendæ in persona hæredis, an debeat dari hæredi instituto, uel potius filio præterito succedenti eius loco, & concludit quod hæredi. per legem qui hæredi. §. qui suspectam. ff. de condi. & demõstra. Et tex. in l. is cuius. ff. de cond. indeb. qui uidetur obstare, loquitur quando legatum euacuatur, ut ibi dicit Bar. secundum doctores. Quamuis etiam possit dici mentem Bar. fuisse distinguere inter coactam aditionẽ & uoluntariam, ut per glosam in l. statuliber. ff. de donatio. causa mortis. Et sicut quando coacte adit hæres priuatur commodo omni perinde ac si non sit hæres, ita etiam hoc casu priuetur hæres omni commodo, qa desinit habere qualitatem nominis hæredis, & multum uidetur probabile, & concordabit cum communi opinione. Salicetus tamen incontrarium adduxit tex. in l. is qui in potestate. ff. de leg. præstand. §. fi. ubi filio annullante testamentum per contratabulas debet dari relictum causa conditionis implendæ, non hæredi scripto, sed filio emancipato, & tamen uenit contra uoluntatem testatoris, & per illum textum docto. communiter uidẽtur tenere cõt. Bar. Sed tamen põt defensari, nã conditio debet adimpleri in forma specifica. l. qui hæredi. ff. de condi. & demonst. ergo debet dari hæredi. Non obstat lex is qui in potestate. §. fina. quia ibi emãcipatus rumpit testamentum in totum, & solum conseruantur legata relicta liberis, & parentibus, & extranei priuantur. Ideo dicendum est, quod illud datum causa conditionis implendæ non aufertur ex eo quod ei non debet præstari, sed ex alio capite, quia est extraneus, & legata relicta in persona sua non debentur. Sed in hoc tex. omnia legata conseruantur etiam extraneis & ideo si eis soluatur, poterit retinere, cum omnia legata conseruentur in persona cuiusque. argum. l. quod conditionis. ff. de dona. causa mortis. Sed solum huic responsioni obstare uidetur ratio ibi assignata, scilicet ꝙ iniquum uidetur ut habeat onera soluendi legata, & alteri detur emolumentum, quæ ratio concludit hoc casu nostro, sed potest responderi, quod illa est ratio impulsiua, non finalis, quia in extraneo non caderet, & tamen idem in extraneo dicitur. Vel melius potest dici, quod datum causa conditionis implendæ in persona

na grauati sub qualitate nominis hæredis uenit in recompensationem oneris, ideo transit ad illum qui habet onus, & ad filium ibi, quia cessante causa concessionis cessat ipsa concessio. Sed si conditio esset apposita in persona alterius uel sub nomine proprio secus esset, ideo ego puto quod conditio de rigore iuris debet adimpleri in persona hæredis grauati, tamen filius poterit repetere per condictionem indebiti, uel cõdictionẽ sine causa, quasi sine causa tunc retineat. Et hoc satis ꝓbatur in d. l. is cuius. ff. de condict. indeb. ubi ille hęres non desierat esse hæres, & tamen repetitur, quia sine causa retinet, tanto minus iste qui in totum desinit esse hæres, cum succedatur abintestato, sed si esset conditio posita in persona non grauati, tunc conseruaretur per generalitatem istius textus. & sic hodie. dicta lex is qui in potestate. §. finali. est correcta in eo quod dicit idem esse in extraneo, cum in extraneo hodie conseruatur.

Secundo contra istam conclusionem instabat Curti. & ante eum Franc. de rampon. ut refert hic Cor. quia in casu auth. nostræ non potest esse uanum nomen hæredis, quia annullatur ipso iure institutio, & non potest esse hæres, ergo uidetur quod in persona extranei hæredis non possit conseruari, nec leges allegatæ per Bar. probant, quia loquuntur quando remanet hæres saltem solo iure ciuili, sed ab hoc potest defendi Bartolus, quia in illis iuribus grauamen erat relictum sub nomine hæredis, & hoc attento conseruatio fit in persona extranei, ideo cessante quod est hæres cessat totũ, sed hic conseruatur tamquam legatum in persona extranei, & non uidetur attendi illud nomen hæredis, ideo potest sustineri ex capite quod sit extraneus habens legatum, Igitur conclude ut supra quod aut debetur sub nomine hæredis in recompensationem, & tunc extinguitur in persona extranei, ut dicunt doctores contra Bar. aut uero apponitur conditio implenda sub nomine naturali, & illud legatum conseruatur sub nomine legati uel mortis causa capionis, quod non erat de iure antiquo, nisi ille fuisset de liberis in cuius persona adimplenda esset conditio.

69 Quærit etiam Bar. hic, an legata relicta filio præterito conseruentur, & post multa concludit quod non, per sex fundamenta ut hic per eum, Quibus faciliter posset responderi ut hic etiam per Curtium. Nam primo fundatur, quia non est uerisimile testatorem uelle seruari tale legatum, cum succedat contra uoluntatem titulo uniuersali, sed responderi potest quod hæc auth. non considerat uoluntatem testatoris accidentalem, sed sufficit legatum reperiri in testamento, quia omnia fauore ultimæ uoluntatis ex generalitate huius auto. conseruantur, ut dicebat Cyn. Secundo adducebat Mar. l. legatum. ff. de iis quib. ut indi. & l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testam. & l. quæsitum. ff. de acquir. hæred. ubi qui uenit contra testamentum tã quam indignus priuatur, sed facilis est responsio, quia in illis indebite oppugnabat, & non obtinebat, hic uero. l. permittente impugnauit & obtinuit, in simili, patronus indebite accusans liberum priuatur contratab. sed si iuste accusasset, posset succedere, quamuis secus sit in filio. l. si filius. §. erit. in glo. alio iure. circa mediũ. ff. de fideicommiss. lib. Et ideo potest dici, quod si filius præteritus non obtinuisset, quod procederet opinio Bart. & suum fundamentum, quia tunc indebite accusasset, præterea ibi impugnabat in iudicio, hic uero impugnatio fit sine iudicio, per legem. quando causa non fuit inserta, & sic non potest tamquam indignus repelli. Tertio inducitur, quia si petiit legatum approbauit testamentum. leg. si pars. §. finali. digestis de inofficioso testamento. si non petiit, amplius non auditur. Sed respondetur quod leges allegatæ procedunt in incompatibilibus, quia hoc tempore legatum non poterat deberi impugnato testamento, unde tamquam sibi contrarius repellebatur, sed hodie qui petit legatum non est sibi contrarius impugnando testamentum, quia debentur omnia legata etiam impugnatione secuta, Quarto inducitur, quia inconueniens est quod exhæredatus uel præteritus plus habeat quam institutus. argumẽ. legis maximum. §. cumque. supra eodem. Sed respondebat Cynus quod hoc aliquando tolleratur ut ibi patet. Præterea hoc non est inconueniens, q͠a præteritus legatarius habet uoluntatem testatoris, & reliquum per permissionem legis, & non est contradictio hodie, item potest dici quod illud postea imputabit in legitimam si solum tractabitur de successione legitimæ. Quinto inducit Bar. tex. expressum secundum eum in lege filium. §. omnibus. ff. de leg. præstand. & l. si non solus. §. primo. ff. si quis ommis. causa testamenti. ubi in antiqua conseruatione legatorum non conseruabantur eis qui erãt causa rumpendi. Nam respondetur quod lex si solus. non obstat, quia ibi substitutus inciderat in edictum, & in odium eorum conseruantur legata, sed iste non incidit in aliquam pœnam, nec cõseruatio fit odio ipsorum, sed fauore ultimæ uoluntatis, & auth. generaliter loquitur. Nec ob. dicta l. filium. §. omnibus. quia illa fuit forma edicti, & propter iniuriam quam faciebant contratabulantes legatarii. l. prima. eodem titulo. quæ iniuria cessabat incontratabulãtibus, quia uolenti non fit iniuria. l. 1. §. sed non usque. ff. de iniuriis. & arg. l. 1. §. totiens. ff. de coll. bono. & l. si filius. in fine. eodem tit. Et sic cessat ratio inductiua cõseruationis. Item cessat æquitas & iustitia, cum si petit contratabulas, satis ei subuentum fuit in tota portione sua, & sic patet quod fundamenta adducta contra Cynum non urgent.

Et pro ista opinione contra Bartolum & Mar. facit tex. in d. §. aliud. qui uult quod præteritus nihilominus dicatur quando legatum legitimæ portionis est relictum, & tamen postea generaliter dicit omnia legata & fideicommissa conseruantur. ergo etiam uoluit in ꝓterito conseruari, quia alias excepisset de eo. Itẽ tex. loquitur in rem. si quid de legatis uel fideicommissis, ergo comprænhendit omnes personas. l. metum. §. animaduertendum. ff. quod metus causa. Præterea si aliis filiis esset legatum relictum doctor. uolunt quod conseruetur, quamuis fuissent instituti, eadem ratione, & in præterito debent conseruari, quamuis succedant titulo uniuersali, cum æqualiter omnes ueniendo abintestato ueniant contra uoluntatem in testamento scriptam, & per hoc tollitur ratio inæqualitatis, quia non curatur quando testator hoc fecit. l. prima. supra de colla. Et uere qui uult tenere quod priuetur præteritus oportet etiam dicere quod cæteri filii instituti priuẽtur, cum non possit assignari ratio diuersitatis, tamquam sit indignus, quia nulla cadit indignitas, cum le. permittente faciat. argum legis Graccus. de adul. Igitur cum nec ex capite indignitatis nec ex capite successionis possit priuari, uidetur concludendum quod ei conseruentur sua legata, Ratio autem indignitatis tunc procederet si egisset quærella, & non obtinuisset, quia tunc testamentum ualet ex regula communi, & non tractatur de cõseruatione legatorum ꝑ authenticã nostram. sed habent locum leges antiquæ, cum hoc mutatum non fuit, etiam quod non obtineat, quia non dicitur approbare testamentum petendo legatum, & ideo petito legato hodie audiri poterit, cum non sit sibi contrarius, & legatum possit deberi & annullari testamentum, & sic opinio Cini uerior uidetur. Potest tamẽ concordando dici secundum aliquos, ut si testamentũ tum est nullum ipso iure, quia causa non fuit inserta, & tunc lex confirmat omnia legata, & nullus infirmat testamentum, sed omnes simul uocantur a lege, & tunc legata conseruantur in omnibus, ut dicebat Cin. propter generalitatem authenti. Si uero testamentum ualet, & est rumpendum per quærellam uel contratabu.

& tunc

& tunc, quia ipse uidetur impugnare testamentum, infringit uoluntatem testatoris, ideo debet priuari legato, per prædicta iura. Placet tamen indistincte opinio contra Bart. quia licet infringat testamentum, tamen solum uenit contra institutiones, non contra legata, quæ scit confirmata a lege, ideo in legatis non peccat, & per consequens nõ debet puniri. arg. l. rescriptum. ff. de ijs quib. ut indignis. & hoc uerius est.

70 Facias † igitur regulam cum tribus ampliationibus & quatuor fallentis in hac materia conseruationis, Regula est, quod existente defectu præteritionis uel exhęredationis in testamento, legata & cætera capitula testamenti confirmantur, siue sint substitutiones directę, siue obliquæ, siue possint relinqui in codicillis, siue tantum in testamento, & etiam conditiones, exceptis institutionibus, uel substitutionibus uulgaribus, p quas impeditur successio ab intestato. per auth. nostram. in utroque. §. sin autem obseruata non fuerint. Ampliatur procedere etiam quod legata sint relicta ipsi filio præterito, ut statim dixi. Vel etiam si sit substitutus fratri pupillariter, quia substitutio confirmatur, ut sup. conclusi, & tanto fortius si relicta sunt legata fratribus succedentibus. Ampliatur secundo etiam quod filius sit præteritus ignoranter, si est præteritus a matre uel linea materna, sed si est præteritus a patre, tunc confirmantur ex extensione illa quia uerisimiliter reliquisset testator si sciuisset se habere filium, ut supra dixi, cõcordando opiniones aliqualiter, saluando opinionem Bar. Ampliatur tertio procedere etiam quod legata relicta uni excedant uirilem portionem ipsius filij pręteriti ut hic concludit Alex. in uersi. non obstat lex uiri lis. §. sed si portio. & lex Saluius. ff. de leg. præstandis. quia loquuntur in conseruatione facta a prætore fauore coniunctionis, ut seruetur ius suum unicuique & nemo lædatur. Sed hic confirmatio non fit fauore coniunctionis, sed fauore ultimæ uoluntatis & testamentorum, & quia in legatis cessat iniuria præteritionis uel exhæredationis. d. §. hæc autem disposuimus.

Limitatur primo non procedere quãdo legata sunt nulla ex alio defectu quam præteritionis, ut in. l. si nemo. ff. de testam. tut. declarando ut sup. & l. hac consultissima. §. ex imperfecto. inf. de testam. & l. 2. ff. de leg. 3. Secundo limitatur non procedere in fratribus quæ relantibus, ut hic per Bart. quia cum authent. ista non loquatur de eis nec in uerbis nec in extensione ut sup. demonstraui, remanent incorrecta iura antiqua, ut testamentum semper ualeat, & sit opus rumpere per sententiam, Et quando rumpetur in totum rumpitur. l. papinianus. §. fin. ff. de inoff. testam. cum concor. nec dicitur esset melioris conditionis. Tertio limitatur non pcedere in conditione, si decedat sine liberis, posita in hærede extraneo, nam illa annullatur, quia efficitur inutilis testatori & hæredi. Sed delatio postea semper cõseruatur, quia est utilis ipsi grauato secundum declarationem quam ego posui sup. ultra alios. Quarto limitatur non procedere in legatis uel datis causa conditionis implendæ sub nomine hæredis, nam illa extinguũtur in persona hæredis extranei, q̃a desinit habere qualitatem hæredis. l. is cuius. ff. de condic. indeb. & l. is qui in potestate. §. fin. ff. de leg. præst. secus si debeatur sine qualitate hæreditaria per generalitatẽ istius tex. ut sup. dixi, & ijs declarationibus melius recolligitur materia quam faciant Iason. hic & Alex. & Alij.

Glo. fin. diuiditur in tres partes, in Prima declarat qua actione petantur legata, & an succedatur pro parte intestatis, in secunda declarat an posita clausula codicillari legata quæ conseruantur ex ista auth. debeant ab intestato tanquam repetita ex uoluntate testatoris. In tertia declarat an per clausulam codicillarem appositam inducatur grauamen filijs præteritis restituere hęreditatem institutis in testamento qui non possunt succedere propter præteritionem filij.

71 Ex prima † parte colligitur, q̃ legata petuntur actione ex testamento, quamuis aliqui dicerent quod peterentur condictione ex lege. Et hanc opinionem sequitur Barto. hic per tex. in corpore. §. si uero contigerit. ibi, tanquam in hoc non sit rescisum testamentum, & erit actio ex testamento confirmato a lege, sicut nascitur actio ex pacto nudo confirmato a lege. l. legitimã. ff. de pactis. facit lex. fi. ff. de hæred. instituend. ubi ex secundo testamento soluuntur legata, quamuis institutio annulletur, Et hoc sequitur hic Bal. propter dicta uerba tanquam non rescisum testamentum. Et ad dictionem tanquam, quę est nota improprietatis, respondet quod ibi denotat ueritatem, & sequitur etiam Angelus dicens communiter ita teneri, & Cor. hic adducit multa iura in quibus dictio, tanquam, denotat ueritatem, Et uerba tanquam non rescisum intelliguntur de institutione, nam in legatis nihil est rescisum.

Contrariam tamen opinionem uidetur tenere glo. in fine, & Vgolinus & Cinus & Petrus, ut refert & sequitur Cinus per. l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad trebel. Et pro hac opinione faciunt quatuor quæ non uidetur bene resoluere Bar. secundum Cur. hic Et primo, quia uidetur resultare inconueniens quod decedat quis pro parte testatus & pro parte intestatus. soluebat glo. q̃ tolleratur hic sicut tolleratur in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. inf. de test. Quæ saluatio nihil ualet, q̃a ibi in totum succedit ex testamento, quia portio extranei & legatorum accrescit filijs institutis. Secundo respondebat Cur. & communiter docto. quod illa regula l. ius nostrum. pcedit in institutionibus, non in legatis, quia legata possunt deberi ab intestato. ff. de iure codic. & l. fin. ff. de hæred. instit. Quæ solutio etiã non ualet, quia d. l. siquis cum nullum. & l. ab intestato succeditur in totum ex testamento. & sic adhuc remanet obiectio.

Vnde uera solutio est, quod illa regula non habet locum quando lex contrarium disposuit, ut probatur in. l. posthumus. ff. de iniust. rup. & l. filio præterito. eod. tit. secundum unum intellectum. & l. qui ex duobus. §. si prius. ff. de contratab. facit lex proxime. ff. de ijs quæ in testamento delentur. Secundo obstat, quia uidetur agi ex confirmante. d. l. siquis priore. ff. de trebel. & l. asse toto. ff. de hæred. inst. & hic testũm est nullum & confirmatur ex ista auth. & uidetur de nouo dare. l. & quia. ff. de iur. omn. iud. Vera solutio est, ut illa regula non procedat quando confirmans declarat mentem suam quod uult actum ualere tanquam fuisset solemnis, ut patet in littera. ibi, tanquam non esset rescisum. Tertio obstat, quia actio directa ex testamento non datur nisi ex testamento solemni. l. 1. cum glo. fin. ff. de testa. ergo non uidetur quod posdt competere propter illa uerba, tanquam, quę denotant improprietatẽ, Sed respondetur quod hic testũ est solemne respectu legatorum, quia habetur perinde ac si non esset rescissum quantum ad institutionem, in legatis autem nihil est rescissum. Quarto obstat, quia secundum hæc decederetur cum duobus testamentis, quia siquis fecisset testamentum ualidum, & postea fecisset testamentum secundum, primum testamentum non esset ruptum per secundum in quo filius est præteritus. l. si is qui in potestate. ff. de lib. & posthu. & si legata conseruantur tanquam testamentum, ergo sunt duo testamenta. Angel. consi. 186. Berta habens uirum. respondet quod hoc casu secundum testamentum non ualeret, nec legata conseruantur. Sed contrarium tenet expresse Bar. in. l. siquis iure. ff. de leg. 3. qui dicit utrumque ualere & deberi legata ex utroque per. l. fi. ff. de hær. inst.

Ideo solutio est, quod regula mandans neminem decedere cum duobus testamentis procedit in duobus testamentis ualidis quantum ad institutionem, sed non procedit quando unum ualet quantum ad legata, quia tunc testator potest decedere cum duobus testamen-

tis

tis, ut hic per Cur. nu. 64. & 65. Concludas igitur hic agi actione ex testamento, quia lex uoluit ualere tamquam testamentum, & lex potest facere quod ex testamento pro parte imperfecto agatur actione ex testamento, l. lege obuenire. ff. de uerborum signi. & l. legitimam. ff. de pact. Et in litera confirmantur legata tamquam legata, sed totum testamentum confirmatur tamquam non esset rescissum, excepta institutione, unde uere succeditur ex testamento, & ex priuilegio dispensatur quod abintestato retineatur hæreditas. Vnde probabilius posset dubitari an filiis competat ordinaria petitio hæreditatis, & unde liberi ordinaria, tamquam uere non succedatur abintestato, uel potius agatur condictione ex hac lege tamquam succedatur ex testamẽto. Placet tamen quod agatur actione ordinaria per illum textum ibi, euacuato, & ibi, rescisso testamento. Quare dicendum erit quod uere ex testamento respectu legatorum ex priuilegiis huius auth. & dictio, tamquam, denotat impropriertatem respectu totius testamenti in uniuerso, sed in partibus succeditur uere utroque modo, & abintest. & ex testamento.

72 In secunda†parte glo. examinat materiam clausulæ codicillaris, & pro intelligentia debent iuuenes præscire, quod cum ad testamentum requirantur multæ solemnitates de quibus in §. postea. usque ad finem inst. de testam. ordin. cum difficultate fit testamentum ualidũ, Item ultra ibi dicta requiritur quod instituatur filius, uel iuste exhæredetur, alias si prætereatur testamentũ est nullum, sæpissime uel annullatur per quærellam etiam secuta exhæredatione, Item postquam testamentum est ualidum rumpitur per natiuitatem posthumi, per repudiationem hæreditatis, per mortem hęredum institutorum, & ex aliis similibus causis. Quæ omnia cessant in codicillis, nam codicilli nullam solemnitatẽ requirunt. & sufficiunt quinque testes, etiam mulieres. §. finali. institu. de codic. Item in eis non requiritur institutio uel exhæredatio filiorum, sed nec etiam aliqua eorum mentio, quia tacite illi qui de iure possunt succedere uidentur uocati. l. conficiuntur. & l. si quis cũ nullum. & l. abintestato. ff. de iure codic. Item non sunt nulli præteritione filii, quia ut dixi non requiritur eorum nominatio. Item per repudiationem non annullatur, dummodo sit unus abintestato qui uelit adire, & sic longe facilius ualent codicilli quam testamentum, qui codicilli faciunt succedi abintestato si non præcessit testamentum. d. l. abintestato. & §. 1. inst. de codic. Quare testatores cogitantes quod cum difficultate ualent testamenta, & quod faciliter possunt rumpi, uolentes ꝓuidere ut uoluntas eorum haberet effectum, Ceperunt in testamentis suis apponere clausulam codicillarem, & dicere si testamentum meum non ualet uel non ualebit iure testamenti uolo quod ualeat iure codicillorũ, De qua clausula est tex. in lege ex ea scriptura. §. fin. ff. de testam. & l. si quis priore. ff. ad trebellianum. per similitudinem. & l. si patroni. §. fina. secundum unum intellectum Bar. ff. ad trebellianum. & clarius no. in leg. si. infra de codic. per quam clausulam omnis dispositio testatoris quæ primo erat collata in hæredes scriptos, nunc collata est in uenientes abintestato, & totus sermo dirigitur ad uenientes abintestato, & uoluntas testatoris, ita resoluitur ut perinde sit ac si dixisset, si testamentum meum non ualet uel non ualebit ego uolo quod uenientes abintestato teneantur obseruare hanc meam uoluntatem, & in consequentiam uidetur eos grauare ut soluant legata & fideicommissa ac institutiones extraneorum obseruent per obliquum, & quod iure directo non possunt instituti capere capiant per fideicommissum, excepta legitima & trebellianica, iuxta distinct. Bar. in lege Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testam. Et in effectu succeditur abintestato. Et quia successio ex testamento & abintestato nõ possunt concurrere. l. quamdiu. ff. de acquir. hæred. euenit quod nunquam utrumque poterit ualere, sed uel unum uel aliud. l. fi. inf. de codic. Item ex alia ratione non solent concurrere, quia ponitur illa clausula sub conditione si testamentum non ualet uel non ualebit, Vnde eo existente ualido non potest deueniri ad codicillos. arg. l. prætor. ff. de col. bono. & per Bar. in l. 1. q. 2. ff. de iure codicillorum.

73 Ideo†quærit glo. hic, si testamento existente inualido propter præteritionem uel exhæredationem apponatur illa clausula, si non ualet iure testamenti ualeat iure codicillorum, qua actione petetur legata, an actione ex testamento secundum opinionem supra firmatã uel potius abintestato tamquam repetita a uenientib. abintestato ex clausula codicillari, & glo. determinat quod tunc confirmentur legata per hanc authenticam quando non possunt ualere alio modo, sed si est clausula codicillaris possunt ualere ex ea, ergo uidetur quod non habeat locum hæc confirmatio. Tamen postea se resoluit incontrarium, quia ubicunque testamentum rumpitur per quærellam, clausula codicillaris, & etiã repetitio legatorum abintestato non ualet. l. Titia. in fine. ff. de inofficioso testamento. & l. patronus. §. fi. ff. de leg. 3. ergo semper confirmabitur per hanc authenticam, & per consequens semper petetur actione ex testamento, & idem etiam tenuit glo. in fine. faciens conclusionem, quod clausula codicillaris nihil operatur quando testamentum deficit ratione præteritionis uel exhæredationis, per dictam legem Titia. in fine. de inofficioso testam. Sed Bar. infra in alia quæstione & sup. in uer. sumus expediti reprahendit istam rationem, qa poterat procedere de iure antiquo, sed hodie non annullatur testamentum ex capite dementiæ, sed ex capite formæ non seruatæ & causæ non probatæ, ideo ipse dicit quod legata possunt repeti abintestato, & ualebit repetitio, sed quantum ad propositum ipse dicit quod illa uerba si non ualebit iure testamenti, exponuntur id est quatenus non ualebit. l. Stichus qui meus erit. ff. de leg. primo. sed testamento deficiente ex causa præteritionis pro parte ualet & pro parte non, ut hic in tex. ergo clausula operabitur pro parte tantum, nam quatenus legata ualent ex confirmatione istius authen. nihil operabitur, quia si ualent non uerificantur uerba si nõ ualet, sed pro parte institutionum quia nullæ sunt uerificatur illa conditio, si non ualebit, ideo uidebuntur repetitæ in codicillis, & perinde erit ac si testator grauaset filios præteritos, seu uenientes abintestato, ut restituerent hæreditatem institutis in testamento, Et sic decisio glo. quantum ad legata est uera, quod petentur solum actione ex testamento, sed non per rationẽ suam, quia clausula nihil possit operari propter dementiam, sed solum quia per authenticam istã ualent, & clausula non porrigitur ad ista legata confirmata ꝑ authẽ. quia non uerificatur illa conditio si non ualebit testamentum.

Cur. tamen incontrarium adducit quædam quibus respondet, nam primo uidetur inconueniens quod hęc clausula pro parte operetur & pro parte non, & censeatur diuerso iure. l. eum qui edes. ff. de usuc. Soluit ipse, quod illa regula non procedit in hoc casu in quo habemus decisionem contrariam per quam facta est separatio de institutione & legatis, sicut fit etiam in filio præterito secundum unum intellectum. ff. de iniust. rup. & irri. testam. Secundo obstat. l. iam hoc iure. ff. de uulga. & pupil. & habetur in l. pe. sup. de impuber. Sed solutio est eadem, quia procedit quando aliter non constat de mente, hic autem constat de mente, quia facta est separatio per legem. Tertio adducit, quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. l. fi. sup. de pac. con. maxime cum hoc remedium uideatur extraordinariũ Sed solui potest, quia illa regula non adaptatur hic, qa apponitur prouisio hominis sub conditione si nullo alio modo ualebit testamentum, & sic se refert ad ordi-

neat

nem ualiditatem etiam extraordinariam.

Sed fortius contra istam conclusionem Bar. facit, qa d. l. Stichus. loquitur in aliis terminis, quando appositū est relatiuum, & illa decisio fundatur in relatiuo, quod facit demonstrationem solam, uel quandam tacitam conditionem, ut no. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. in principio. sed hic apposita est conditio sine relatiuo, quæ unica est & indiuidua, & non potest pro parte adimpleri. l. in executione. §. pe. ff. de uerbornm oblig. ubi conditio, si non dederis fundum, non exponitur quatenus dederis, sed simpliciter intelligitur de toto fundo, ita hic debet simpliciter intelligi, si non ualebit testamentum, Facit regula quod conditio debet adimpleri in forma specifica. l. qui hæredi. & l. Meuius ff. de cond. & demon. Secundo etiam obstat, quia non uidetur quod testator posit diuidere testamentum, & facere quod pro parte succedatur abintestato, & pro parte ex testamento, quia licet hoc a lege aliquando introducatur, tamen non apparet quod testatori sit data ista facultas, & maxime quia de tota institutione dispositum fuit a lege, quomodo posit sortiri effectum uocādo omnes filios pro æquali portione. d. §. siue igitur. & regulariter ista sunt contraria, & electione tolluntur. d. l. fi. inf. de codic. Tertio ob. glos. quia annullatur institutio ex capite dementiæ, & non potest ualere ex capite repetitionis. dic. l. Titia. in fine. ff. de inofficioso testam. Et hæc ratio hodie durat, nec fuit sublata, quid quid dicat Bar. sed remanet ut hic dicebat Fulgo. quē etiam allegat Cur. post Signo. de homode. in con. 177. ser Antonius. ubi dixit hanc fuisse communem opinionem multorum, quia d. l. Titia. & d. l. fin. ff. de leg. 3. nō

* reperiuntur expresse correctæ, immo sunt magis auctę quia si ponatur causa falsa a parentibus, quæ postea nō probetur, uidentur esse in maiori dementia ultra præteritionem uel exhæredationem, accusando falso filiū suum, quia nullus est amor qui uincat paternum. l. fi. supra de cur. furiosi. quid enim uidetur esse magis contra naturam quam priuare filium suum hæreditate propria contra uotum parentum & accusare falso. Et cum ista ratio esset generalis in tota hæreditate, fuit correcta per hanc auth. ut non procedat in legatis, sed in institutione militat plenissime, quasi sit quædam uerecūdia naturæ. arg. l. omnimodo. sup. de inof. test. & §. tam naturale. inst. de inof. test.

74 Ideo † duæ conclusiones Bar. quas ponit in duabus quæstion. non uidentur ueræ. Prima quod illa uerba si non ualet exponantur quatenus ualeat, quam clarius posuit in d. l. 1. in 3. q. in fine. quia, ut dixi, hæc non est natura conditionis ut diuidatur, sed intelligitur si testamentum totum non ualebit tunc ualeat iure codicillorum, & cum annullata institutione uerum sit totum testamentum non ualere, habebit locum clausula codicillaris, ut uideantur etiam legata repetita abintestato debebuntur, quidquid dicat glo. & Bar. facit tex. in l. penul. & quod ibi no. sup. de impub. ubi similiter illa conditio respicit totum testamentum, & omnes hæredes, & res in dubio non debet censeri diuerso iure si potest. d. l. eum qui edes. ff. de usuc. Quinimmo interueniēte defectu præteritionis uel exhæredationis potest dici quod totum testamentum ex uirtute ordinaria est nullum, & licet lex in subsidium confirmet legata, tamen testamentum in forma communi est nullum, & sic uerificatur conditio, quod non ualeat, & habet locum clausula codicillaris in totum. Item rupto testamento quantum ad institutionem non remanet in testamento ad quem dirigantur uerba legatorum, ideo credendum est in illo casu grauasse uenientes abintestato ut soluant, præterea confirmatio per auth. nostram non inducitur nisi post perfectum testamentum, sed clausula codicillaris apponitur antequam perficiatur, & facit quod abintestato incipiant ualere, merito sequtur quod non habebit locum postea confirmatio legalis, quia hæc prouisio hominis impedit prouisionem legis. l. fi. inf. de pactis conuentis. quæ hoc casu potest habere locum propter expressam uoluntatem testatoris, & ita non tantum institutiones, ut uolebat Bar. sed totum testamentum reducitur in codicillos, & abintestato seruatur. Et differt hæc opinio ab opinione Bartoli, quia ipse uult legata ualere propter confirmationem istius auth. ergo quod ualeant abintestato ex repetitione testatoris. Et eodem modo differt ab opinione glo. nam concordant istæ opiniones in effectu, quia omnes concludunt quod legata ualent, sed discordant in modo. Effectus autem erit si conseruabuntur ex uoluntate & repetitione testatoris, quod magis spectabitur uoluntas sua, ut ea quæ uerisimiliter non reliquisset non debeantur, de quo infra dicam in sequenti quæstione.

75 Secundo † etiam infertur, quod Bar. male uidetur loqui in 2. quæstione dum uult hodie testamentum non rumpi per calorem dementiæ, sed uult quod clausula codicillaris operetur in testamento rupto per quærellam, ut legata debeantur abintestato, nam ratio sua uidetur falsa, quia ille leges antiquæ uidentur non tantū incorrectæ, sed potius auctæ, attento quod maior dementia non potest considerari in patre quam falso accusare filium, & indebite priuare eum hæreditate contra instinctum naturæ. l. cum ratio. ff. de bon. dam. & c. primo. distinct. prima. ibi, succesio liber. & nullus amor uincit paternum. l. fin. supra de cur. furiosi. Et ita uidetur concludendum cum glo. quod rupto testamento per quærellam uel ab initio uel per sententiam, qa detegitur dementia, clausula codicillaris nihil operetur, sed solum remaneat dispositio huius auth. annullatiua & conseruatiua, & fuit opinio Fulg. & Signo. post multos docto.

Tamen in hac secunda quæstione magis placet opinio Bar. quam tenuit in d. l. 1. in nona quæst. quod hodie testamentum non annulletur ex capite dementiæ. Nam dementia est defectus qui capit totum hominē, & non potest pro parte esse demens & pro parte non, neque in eodem testamento quod fit unico contextu potest in parte reputari demens & in parte non, ut demonstrat tex. in d. l. Titia. & d. l. patronus. §. fi. cum hac de causa annulletur repetitio legatorum, & in §. fi. dicatur nihil quod sequitur ex illo testamento posse ualere, sed cum imperator hic interueniente defectu præteritionis uel exhæredationis tam cum causa quam sine causæ insertione determinet omnia disposita in testamento ualere & non habere defectus dementię mādando seruari ea, & solum annullat institutiones & substitutiones uulgares, & tutellæ dationes ualidet, quæ requirunt tantum consilium patris, sequitur quod non habet pro demente, cū non posset esse demens in institutione, & sapiens in cæteris, & potius imperator eum habet pro iniquo, cum iudicauerit patrem facere iniuriam, quæ præsupponit sanam mentem. l. Diuus. ff. de off. præsid. ut patet in §. hæc autem disposuimus. ibi, iniuria testamentorum, & ibi, iniuriam præteritionis uel exhæredationis. Igitur cum non habeatur pro demente, remanet quod clausula codicillaris ualebit sicut cætera alia, & totum testamentum ad codicillos, & causam intestati reducetur ex uoluntate testatoris approbata.

* Et sic conclusio Bar. & communis remanet uera, qd clausula codicillaris operatur plenum effectum suum in testamento habente defectum præteritionis, Nec ob. quod dementia hodie uideatur aucta ex capite falsæ causæ, quia non imputatur ad demētiam, sed ad iniquitatem, & ex capite iniquitatis hodie annullatur, uel quia præsumitur subornatus, & circumuentus ab uxoribus, & aliis extraneis, ut ibi, falsus accusator. & hæc resolutio est etiam de mente Cur. hic num. 68.

76 Quærit † etiam Bar. an clausula codicillaris operetur in testa

in testamento rupto ex causa præteritionis, & in hoc corrupta est litera eius, quia uidetur eadem cum præced. tamen potest separari attribuendo uni præteritionem, alteri exhæredationem, uel præcedenti attribuẽdo ruptellam per quærellam, hic autem ruptellam ipso iure, & dicit glo. tenere quod nihil operatur per dictam rationem. l. Titia. Sed tamen glo. in fine uidetur se corrigere, & tenere contrarium, dum allegat l. ex ea scriptura. §. fi. ff. de testam. Et ideo Bald. hic dicit quod fuit quædam additio noua. Tamen mihi placet quod glo. sentiat totum quod dixit Bar. nam illa l. ex ea scriptura allegauit ad probandum quod quando est nullũ ex alia causa habeat locum clausula codicillaris, sed non allegauit pro corrigendo se, quia illa lex non contradicit in terminis.

Vnde glo. hic uidetur ponere duas conclusiones, Vnam, quod quando testamentum est nullum ex alia causa quam præteritionis quod tunc clausula codicillaris operetur effectum. d. l. ex ea scriptura. de testamen. Secundam, q; q̃n testamentum est nullum ex causa præteritionis uel exhæredationis, tunc clausula nihil operetur per dictam legem Titia. Sed quidquid sit de opinione glo. uidendum est de ueritate dicti, & Bar. hic uidetur determinare quod supra ponendo unam limitationem, quando præteritus est ignoranter filius, & sic concludit quod si filius natus est præteritus, & legata sunt repetita, idest apposita clausula codicillaris, quod debentur legata, per textum in lege si patroni. §. fin. ff. ad trebellianum secundum intellectum Vgolini quiponit casum, quod præteritus erat filius, & licet glos. ibi eum repræhendat, tamen Bar. defendit, quia a filio p̃terito possunt relinqui legata in genere sub nomine uenientium abintestato, & hanc conclusionem posuit clarius Bar. in lege 1. in 5. quæstione. ff. de iure codicillo. & sequuntur communiter docto. Nec ob. l. Titia. ff. de inoff. testam. quia illa habet locum in exhæredatione uel præteritione quæ habet uim exhæredationis, quo casu ualet testamentum & rumpitur per quærellã, & antiquitus rumpebatur colore dementiæ, sed hic loquimur de præteritione paterna secundum quam testamentum est ipso iure nullum, & non tractatur de meritis filii, argum. l. contra. §. filio. ff. de inoff. testam. & nõ cadit illa dementia, ideo iure antiquo etiam clausula codicillaris siue repetitio abintestato ualebat per dict. legem si patroni. §. fi. & l. ex ea scriptura. §. fi. ff. de test. in sui generalitate. Et hæc opinio hodie non habet difficultatem in præteritione scienter facta in filio nato, ut hic per Bar. in d. l. 1. in 5. 6. & 7. q. Cur. tamen hic dicit esse diuinare ad dictam legem secundam. ff. de leg. 2. & l. 1. §. sciendum. ff. de leg. 3. qui uolunt quod ab eo cui nihil dedimus legari non possit, & in filio præterito uel exhæredato nihil detur, sed potius adimitur, & ita dicit probare in d. lege conficiuntur. ff. de iure codicillorum. Sed ipse inaduertenter loquutus fuit, quia q̃n apponitur clausula codicil. uel repetuntur legata abintestato, præsupponitur quod illi successuri sint, & in casu quo sint successuri abintestato eos grauat, & ualet grauamen per. tex. in dict. lege si quis cum nullum. & abintestato. ff. de iure codic. & ideo postea in effectu ipse se declarat.

77 Sed difficultas † est alia, quid si filius posthumus est præteritus, an clausula operetur, & Bar. in d. 6. q. & hic determinat quod non, si dictum fuit simpliciter, si non ualet, quia tunc non uerificatur conditio si non ualet, cum ualeat. §. posthumum. insti. de exhæred. liber. Ideo oportet concipere etiam in futurum, ut si non ualet uel non ualebit, nam cum natiuitate posthumi rumpatur, uerificatur ista conditio, si non ualebit, & ita habebit effectum, & sic effectus clausulæ dependet a modo concipiendi, argum. legis si ita scripsisset. ff. de leg. 2. & l. cum stipulamur. ff. de uerborum oblig. Et Bar. hic
* & ibi sequuntur communiter doctores quando posthumus est scienter præteritus, uel alius filius, quia habuit animum confirmandi legata, & non tantum confirmãdi legata, sed etiam grauandi filios, ut restituant hæreditatem ipsis obuenientem, ex capite præteritionis illis qui fuerunt scripti hæredes in testamento.

78 Nam natura istius clausulæ † est quod faciat totum testamentum conuerti in codicillos, & quod debeat seruari a uenientibus abintestato, & cum institutiones nõ possint ualere iure directo, ualebunt iure obliquo. leg. Scæuola. ff. ad trebellianum. & l. posthumus. §. fi. ff. de iniust. rup. & ideo omnia legata tenebuntur uenientes abintestato obseruare, ac institutiones, restituendo hæred. scriptis hæredibus, Vt retenta legitima & trebellianica quæ imputatur in legitimam, si institutio erit pura, iux. no. in lege filium quem habentem. sup. familiæ hærciscundæ. & per Bar. in lege Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testam. & in lege in quartam. ff. ad legem falcidiam. reliquum restituat scriptis hæredibus ex repetitione facta per clausulam codicillarem. argum. l. Scæuola. ff. ad trebelliannm. & pro hac opin. adducit. l. posthumus. §. fi. ff. de iniust. rup. & irri. testa. & sequuntur communiter doctores in filio scienter pręterito, quia testator potuit illum grauare, & uoluit, apponendo illam clausulam, uel dicendo uolo ualere omni meliori modo, quia institutio tunc ualet in uim fidei commissi, Soccinus consi. 140. num. 5. uolum. 1. consil. 6. numero 6. uolum. 3. & consi. 66. num. 10. uolumi. 3. & consi. 31. num. 1. & 2. uolum. 4. Cur. iunior consi. 94. num. 11. uol. 2. Stepha. beltrand. consi. 94. num. 10. uol. 2. & consi. 23. uol. 2. num. 6. & consi. 102. num. 3. uolu. 2. Dec. consi. 241. nu. 2. uol. 2. & consi. 320. uol. 2. & consil. 278. nu. 4. uol. 2.

79 Sed † difficultas est maxima, utrum si testator præteriit ignoranter posthumum ignorans uentrem prægnãtem, uel filium natum credens eum mortuum, utrum clausula codicillaris operetur repetitionem legatorum, & quod ille posthumus nascens teneatur restituere scriptis hæredibus hæreditatem patris, retenta legitima, uel potius illa clausula non operetur, Bar. hic & clarius in dict. lege. 1. in. 6. q. tenet quod nihil operatur Quod probat, quia donatio quæ est fortior. le. 1. ff. de pact. & per glo. in §. ex conditionali. inst. de uerborum oblig. reuocatur per superuenientiam liberorum. le. si unquam. inf. de reuoc. don. ergo tanto fortius fideicõmissum. Secundo adducit simile de milite in lege sicut certi. & l. si cum uel in utero. inf. de testam. mili. Tertio, probat, quia in testamento militis inest clausula, si non ualet iure testamenti communis ualeat iure militari. l. 3. ff. de mili. testamen. sed si filius est ignoranter præteritus, non operatur illa clausula, quia nullo iure ualet. d. l. sicut certi. & l. si cum uel in utero. inf. de testam. mili. & d. l. si iure. ergo nec ista. Quarto adducit, quia illa clausula magis apponitur ex filio & consuetudine notariorum quam ex uoluntate testatoris, ideo hoc casu non est attendenda. Quinto etiam faciunt omnia ea quæ fuerunt allegata supra in prima & secunda oppo. si. Bar. in illa q. an. auth. hęc compræhendat præteritionem ignoranter factam, & maxime, quia non est uerisimile quod testator fecisset, l. is qui. in fine. ff. de iure codicillo. l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. & leg. ex facto. in princi. ibi, nec est uerisimile. ff. de uulg. & pupill. Et hãc opinionem tenuit ipse in consil. incipiente quidam nomine lapus. Bal. in lege si totas. inf. de reuoc. don. & in lege qui filiabus. in princ. ff. de leg. primo. Ange. in lege idem erit. per illum textum. ff. de mili. testam. & in l. 1. ff. de iure codicil. Alex. consi. 42. uiso tenore instrumenti. in fine. uolum. primo. Franciscus de Aretio in consi. 24. quattuor dubia. & in consilio ultimo. eleganter & subtiliter. per multa, & maxime, quia uerbum, si nõ ualebit, non refertur ad casum natiuitatis posthumi, sed potest referri ad multas alias ruptelas testamenti, ut si hæres moriatur uel repudiet. Et dicit plus quod communis

munis opinio est cum Bar.& quod consulentes debent bene examinare conscientiam.repetit consi.83. uiso le gato.cum tribus sequentibus. Et Iason dicit se requisitum sæpius noluisse consulere contra Bar.Barba.consi.60.illud afferam.in secunda parte. Et consuluit totū collegium perusinum ut hic refert Cur.& Ioan. Baptista de santo seuer.& Soccinus ut dicit Are.in dicto consi.20.clausul.codic.in 1.parte.& consi.444.ultimus passus in prima parte.& con.243.relictum.in secunda parte.Signor.de homod.consilio 72. ser Antonius.& Cur. hic dicit esse ueriorem opinionem.Soccinus consi. 23. circa prædicta.uolum.1.&in consilio 93.testamentum præmissum.uolum.quarto. ubi late examinat cumulās fundamenta omnium & multas authoritates,& in fine numer.35.dixit tunc testatorem in genere cogitasse qn̄ dubitatur an uxor sit prægnans.Stephan.Beltrand.consi.170.nume.1.& 2.ubi dixit sequi conscientiam suam, quia clausula illa magis apponitur de consuetudine quam de uoluntate.

Contrariam opinionem tenuit Bar.in d.l.1.ff.de iure codicill.& hic etiam Fulgo.sequitur. & Bald.& dicit hanc opinionem non esse iniquam, quia filius est habiturus legitimam,Idem tenet Salic.in lege prim.ad fin. inf.titulo primo.& Bar.in lege qui filiabus. in quadam additione.ff.de leg.primo.& ibi Imol.& Bald.ponderat uerba Bar.Bald.& Salice.in lege fin.infr.de iure codicillorum.Imola in d.l.filio præterito. colum. 14. & dicit quod ipse consuleret contra Bar.Iacob.de are. & Iacob.de beluiso & Dynus relati in d.l.1. & Oldradus consilio 149.super prim.q.& Alex.& Corne.hic.Ange. Are.insti.de codic.in principio dicit se pluries consuluisse contra Bar.Ludouic.Roman.consi.122.circa qd̄ effectualiter.Alex.consilio.124.discussis.colum.penu. uolum.1.clarius consilio 142.uolum.2.in 3. colu. cum tribus seq.& in consi.30.ponderatis iis. uolum. 3. ubi dixit quod communis opinio est contra Bar.& in consi.28.in 3.uol.incipiente etiam ponderatis.Cur.iunior consi.150.nu.12.uol.2.Stepha.Beltr.consi.299.num.3. & consi.112.uol.3.col.1.& consi.130.nu.1.uol.1. ubi expresse loquitur de ignorante filium uiuere.& in consi.195.nu.345.uol.1.ubi expresse dcit hanc esse magis communem opinionem.

Et fundamentum istius opinionis est,quia per illam clausulam testator uidetur cogitasse de omnibus uenientibus abintestato tam natis quam nasciturís & ignotis, argu.l.qui iure militari.ff.de testam.mili.& uidetur omnes eos rogare in casu quo successuri sunt. d.l. siquis cum nullum.& l.abintestato.ff.de iure codicillorum, ubi expresse dicitur de posthumo ex casu postea nato. Et hoc demonstrauit testator apponendo clausulam cum illis uerbis futuri temporis si non ualebit, & ad adducta per Bartolum respondent & primo,quod in leg. si unquam.donatio erat inofficiosa, hic uero filii habebant legitimam,quod nihil est,quia procedit etiam in donatione quartæ partis bonorum.Secundo responde tur quod in dict.le. si unquam.in genere non cogitauit de filiis,hic uero in genere cogitauit, & tenent ibi cōmuniter doctores,quod si in genere cogitasset de filiis non posset reuocari,ut ibi late Tiraq.Aliis etiam modis respondent Imo.in d.lege filio præterito.& ego supra respondi.Non ob.l.sicut certi iuris.quia ibi ualidatur testamentum ob fauorem concessum militi,qui fauor cessat quando ignoranter præteriit. Vel secundo, ibi tractatur de exclusione filii in totum, hic uero filii habent suam legitimam,Non ob.tertio,quod in testamento militis inest clausula &c.quæ non habet locum in filio ignoranter præterito,quia illud est propter totalem exclusionem filii,&non est uerisimile nec permissum ut uellet excludere filium a tota successione,hic uero non excluditur a legitima, Non ob.quod apponitur illa clausula de consuetudine,quia immo præsumitur apposita ex uoluntate testatoris, ut per Decium in consi.490.num.decimo. Non ob.illud de uerisimilitudine,quod nolit testator priuare filium,quia contrariū constat, ex quo omnes uenientes abintestato uidetur rogasse,& de omnibus in genere cogitasse, & filius nō priuatur legitima,& generalis responsio ad omnia est, quod in genere cogitauit, & filius habet legitimam.

Iason tamen hic,& Cur.tenent opinionem Barto. per eius fundamenta, & ad fundamenta adducta contra Bartolum quę in effectu duo sunt,scilicet quod in genere cogitauit,& eos uidetur rogasse,& filius non priuatur legitima sua.Respondet quod in sermone generali nunquam intelligitur deductum illud quod uerisimiliter in specie non dixisset.l.obligatione generali.ff. de pignor.Et Roma.in consi.269.dixit per plura,quæ ibi cumulat, quod in quocunque sermone generali numquam intelligitur facta exclusio filiorum nisi specialiter excludantur,Nec obst. lex siquis cum nullum. quia ibi posthumus natus nō erat de illis qui rumpunt testamentum,unde non facit in hoc,item illa iura loquuntur in eo qui non faciebat testamentum, sed faciebat codicillos tantum,& expresse faciebat legata uel fidei commissa,nos autem loquimur quando fecerat testamentum,super quo apposita fuit clausula codillaris,nā illa nō uidetur trahi ultra cogitationem quam habuit in testamento, Nec ob.quod illa uerba futuri temporis,non ualebit, debeant aliquid operari, quia immo multa operantur,cum possit deficere testamentum per mortem hæredis,per repudiationem, per aliud testamentum,& infinitis aliis modis.

Limitatur tamen secundum eum non procedere qn̄ testator diu superuixisset post natiuitatem filii, nam tunc uidetur approbare testamentū, & uelle decedere cum illo testamento,& includere in clausula codicillari ut operetur fideicommissum in persona posthumi, per textum cum glo.in lege athlete.§.dat remisionem ff.de excus.tuto.& tex.cum glo. in lege tractabatur. ff. de mili.testam.ut per Paulum de Cast.in lege prima. infra de posthum.hæred.insti.& in consi. 60.præclarus, & egreg.doctor.& in consi.57.Bar.de perusio.& Alex. consi.30.ponderatis.uolum.3. Per quam opinionem Bald.decidit notabilem quæstionem in lege 1. colum. fina.circa medium.supra de inofficioso testamento.& Paul. de cas.in dicta lege secunda.infra titulo primo. Et hāc opinionem tenet finaliter hic Cur. dicens alias tenuisse contrarium, sed nunc sibi placere opinionem Barto.quia fundamentum stat in defectu uoluntatis, qui defectus tollitur quando posthumus est natus, & testator non mutauit,quod potuit mutare,sed contrarium tenuit Areti.in lege Titius.ff.de liber. & post humis.& in consi.ultimo.in quarta & quinta colum. per legem filio.§.Seia.& ibi Bar.ff.de adim.leg.& in auth. ut factæ nouæ constitutiones.colum. 2.uer. non accusandos.inducendo ut per Iason.ubi assignatur ratio,qa licet testator deliberet mutare testamentum,tamen nō semper est in arbitrio suo mutare.Tertio adducit le. si filius.ff.de mili.testam.ubi præterito posthumo qui natus est uiuo testatore ualebit prius testamentum si declarauit se uelle,ergo paganus hoc non poterit facere, qui sola uoluntate non potest facere testamentum ualere.§.ex eo.inst.quib.non est permis.fac.testam. Et hanc opinionem ego puto ueriorem, quia hic non agitur de noua uoluntate,sed agitur de ea quæ fuit tempore testamenti,nam si tunc cogitauit de posthumo, clausula produxit tunc effectum suum potentialiter repetēdo a uenientibus abintestato totum testamentum,si uero tunc non cogitauit,non potest uoluntas præsens facere quod clausula quæ tunc non compræhendebat illum casum nunc compræhendat, cum clausula tempore testamenti iam sortita esset effectum quatenus uolūtas tunc erat,& codicilli non fiunt ex sola uoluntate, sed requirunt præsentiam testium.§.fi.insti. de codicil. Nec ob.no.in d.l.tractabatur.& dicto.§.dat remissionem.

nem, quia ibi actus erant a principio inducti, & postea erat nata exceptio, qua sublata actus reconualescit. arg. legis si unus. §. pactus. ff. de pactis. sed hic præsupponit quod non cogitauit de posthumo, & sic non fuit tunc uoluntas, ideo ex cursu temporis non potuit induci, Igitur limitatio ista ad dictum Bar hic non est bona.

80 Tamen†nec etiam mihi placet dictum Bar. quod nõ operetur clausula in posthumo præterito, quia non sunt bene resoluta iura dicentia testatorem cogitasse de posthumo, & quocunque alio uolente succedere ab intestato. Nam cum simpliciter dicat, si non ualet uel ualebit, quæ uerba comprænhendunt omnes casus rupteliæ qui futuri sint, & apparet cogitasse de casibus in opinatis, ac etiam natura codicillorum sit grauare omnes successuros ex quocunque causa sint successuri, apparet quod intentio sua fuit complecti omnes casus, & in omnem euentum uelle testamentum suum seruari omni meliori modo, & ideo posthumus postea natus indistincte tenebitur restituere institutis in testamento hæreditatem detracta legitima, uel quicunque alius succedens abintestato, ut dicebat Alex. & bene. Quæ tamen conclusio procedit & debet restringi quando illi uenientes abintestato adiuissent hæreditatem abin testato, & ita per aditionem abintestato per indirectũ confirmantur disposita in testamento. glo. in lege qui filio. §. primo, in uerbo codicillis. ff. de hæred. institu. quam sequitur hic Bald. & Pau. de cast. Sed Curti. dicit non esse ad propositum, quia posthumo ignoranter pterito non confirmantur legata in testamento, ut sup. per Bartolum in secunda oppositione. Sed quia ego ibi tenui contrarium, ideo limitatio potest adaptari. Potest tamen dici quod per aditionem uenientium abintestato non est proprie confirmatio legatorum, sed solum constitutio quædam per quam ipse possit conueniri ad legata, nam nullo adeunte non est qui teneatur soluere uel possit conueniri, tamen propter effectum uidentur confirmata legata. Item prædicta conclusio debet intelligi procedere siue uiuant illi qui erant successuri tempore testamenti, siue alii, per textum in dicta lege siquis cum nullum. & l. abintestato. quia de omnibus cogitauit, quamuis de hoc uideantur dubitasse Iaso. & Cur. hic per glosam in lege non iusta. infr. ad trebellianum in uerbo repetitum. Nam illa gl. non est uera, & tex. quem allegat loquitur quando nominatim a primo fuerat fideicommissum relictum, & non potest cauillari dicta lex abintestato quæ non posset uti clarioribus uerbis, & ita finaliter tenet postea Cur. & est de mente Ias. hic, in fi. dum dicit, si uerum est.

Quare remanet conclusio generalis, quod testamento rupto ex quacunque causa præteritionis uel exhæredationis, uel quocunque, si apposita sit clausula codicillaris, totum testamentum conuertitur in codicillos, ut filius præteritus uel exhæredatus teneatur seruare uoluntatem in testamento scriptam, & hæreditatẽ restituere scriptis heredibus retenta sua legitima, in qua imputabitur trebellianica, si fideicommissum erit purum, & si erit conditionale, retinebit etiam trebellianicam secundum distinctionem positam per Bartolum in leg. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testamento, & Barba. in c. Rainutius. & c. Rainaldus de testamentis. Bald. in consilio 20. clausula codicillaris. in prima parte. Alex. consi. 142. circa primum. colu. 5. uolu. 2. & hic Cur. nu. 73.

81 Nec ob. quod clausula codicillaris non uideatur apposita ex mente testatoris, sed ex consuetudine notariorum, ut per Bartolum in dicta lege prima. in sexta quæstione. quem sequitur Alexander in consilio 52. circa hanc dubitationem. uolum quarto. colum. septima. & in consilio 141. ponderatis. uolum primo. & Barba. consilio 42. illud afferam in medium. uolumin. primo. colum. 11. & consilio 15. præclare dixit. colum prima. uolum. secundo. Cur. senior consilio 49. memoriæ recollendæ. colum. 13. in quibus doctor. uidentur uelle quod illæ clausulæ potius ex consuetudine notariorũ quam ex uoluntate testatorum apponãtur. Nam in contrarium est ueritas, cum partes uideantur mandare notario ut apponat clausulas consuetas. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edicto. glo. in lege fina. in uerb. simplicitas, infra de fideicommiss. Felynus in cap. cum M. Ferrar. colum. 2. extra de constitu & in terminis de clausula codicillari tenuit Imola in dicta lege filio præterito, in 14. colum. & Alex. consilio 142. colum. 2. uolum. 2. & consilio. 103. uolum. 3. & consilio 25. colum. penul. uolum primo. & Decius consilio 490, nume. 10. uolum. 3. ad contraria respondebat hic Curt. ex mente Alex. in dicto consilio 15. quod procedunt quando cõstaret quod ex consuetudine solius notarii, non regionis, soleret apponi illa clausula, ut hic per eum num. 74 Si tamen constaret quod testator tanquam idiota ignoraret uim clausulæ codicillaris, & quod operaretur etiam filio ignoranter præterito, tunc esset ualde iniquum priuare filios, & in conscientia uidetur quod doct. tenuerint primam opinionem, licet cupiditate lucri crebrius cõsuluerint pro opinione contra Bart. Deci. cons. 205. uol. 2. nam forsan ille idiota diceret notario, facias testamentum cum fortioribus clausulis quæ soleant apponi, ut sæpissime dicunt contrahentes notariis, & in summa ex æquitate multum debet præualere officium iudicis, & erit quæstio pro amico.

82 Quærebat†etiam Bar. in dicta lege prima de multis quæstionibus circa istam clausulam, & ex eius dictis colligitur una regula generalis, quod quando testamẽtum est nullum, ex quacunque causa uel postea annullatur si sit apposita clausula codicillaris per uerbum si non ualebit uel ualebit, semper conuertetur in codicillos, & uenientes abintestato tenebuntur obseruare uoluntatem scriptam in testamento nullo propter repetitionem factam a testatore & a uenientibus abintestato, quæ regula procedit siue nullum sit testamentum pter quærellam, siue ipso iure nullum per præteritionem uel exhæredationem, siue sit posthumus, siue iam natus, siue scienter uel ignoranter præteritus, ut supra conclusi. Item procedit etiam quod testamentum sit nullum ratione solemnitatis ommissæ, ut hic per glos. & Bartolum in dicta lege prima. in tertia quæstione. Decius consilio 669. numero quarto. uolum. quarto. Item procedit etiam quod sit nullum agnatione quasi posthumi per legem Velleiam, ut per Bartolum in dicta lege prima. in undecima quæstione. Item procedit quando testamentum rumpitur per contratabulas ut per eundem quæstione decima. Item procedit quãdo testamentum annullatur per repudiationem, quia hæres non uult adire hæreditatem, ut per eundem quæstione duodecima. Item procedit quando testamentũ est nullum ratione incapacitatis hæredis, & in quæstione decimatertia. Item procedit quando testamentum est nullum propter secundum testamentum in quo nõ sit clausula irritans & cassans, ut per eum quæstione decimaquarta. Et eadem ratione quando efficitur nullum quia hæres moritur uiuente testatore. Item procedit quando annullatur per contratabulas ut per eundem quæstione decima. Item procedit quando testamentũ est nullum quia pater nihil relinquit filio iure institutionis, Stepha. Beltr. consi. 179. num. 9. cum seq. uolum. 3. & quia si sola renuntiaret & fuisset præterita. Beltr. consi. 299. num. 3. uolum. 3. Decius consilio 242. per totum uolum. 2.

Et sic generaliter dicendum ex quod ex quacunque causa efficitur nullum uel annulletur testamentum tem per clausula operatur effectus suos ut omnia scripta in testamento seruari debeant a uenientibus abintestato,
83 retenta legitima. †Fallit quando testamentum est nullum ratione defectus consistentis in persona testantis, quia qui non potest testari nec etiam potest codicillari l. diuus.

l. diuus §. codicillis. ff. de iure codic. & per Bar. in dicta l. 1. quæstio. 14. Secundo fallit quando testamentum est nullum ratione defectus uoluntatis, ut per eundem quęstione quarta. Tertio fallit quando dictum fuit copulatiue quod ualeat iure testamenti & codicillorum a testatore, nam tunc datur electio hæredi, & si elegit iure testamenti, amplius non ualet iure codicillorum. l. fin. inf. de codic. & per eundem quæstio. secunda. Fallit quando testator ignorabat uim illius clausulæ. Beltrã. consi. 170. num. 5. & 11. uolum. 1. & consili. 67. num. 19. uolum. 2. & consi. 71. nu. 7. 8. & 9. uol. 3. Dec. consi. 205. uol. 2. & si est idiota, in dubio uidetur ignorare, ut per d. doct. Quid autem sit quando substitutio pupillaris facta est in testamento, dic ut per eum. q. 16. Dec. consili. 205. & 291. uol. 1.

84 Quid operetur clausula omni meliori modo, in testamentis. Cur. iunior. consilio 115. numero 6. & consilio 81. num. 13. uolum. primo. & consilio 68. numero quarto. uolumine secundo. & consilio 70. numero undecimo. uolum. primo. & consi. 114. num. 12. uolumin. 2. & consi. 54. nu. 17. uol. 1. & consi. 169. nu. 6. uol. 1. & quod plus operetur quam clausula codicillaris, idem in dic. consi. 169. num. 7.

85 Quid autem sit quando frater instituit turpem personam præterito fratre uel exhæredato, an si rumpatur per quærellam habeat effectum clausula codicillaris, posuit Cur. hic numero 75 & allegat Pau. de castro consilio 71. ad primum, qui uoluit quod non operatur quia lex secunda. ff. de inofficioso testament. non reperitur correcta in fratribus, & hic Ang. sequitur. Sed Curti. hic dicit se dubitare, quia idem Angelus uult quod de iure antiquo inter fratres non rumperetur testamẽtum colore dementiæ, sed Gozadinus consilio 85. columna prima. numero 2. tenuit primam opinionem, & allegat Fulgosium consilio 71. mulier maritum, in secundo dubio. & Pau. de Cast. in l. Titia. ff. de inofficioso testa. & in l. si patroni. §. si. ff. ad trebel. & uerius uidetur, quia olim quærella non rumpebat nisi colore dementiæ. d. l. 2. ff. de inof. test. Et hæc sufficiant, cætera dic ut hic per Corneum.

Ioannes Bolog. Iurisconsul. Bonon. Neapoli de mane legens. die 30. Aprilis. 1554.

Summaria super Rubrica C. De sententiis quæ pro eo quod interest proferuntur.

1 *Hæc lex secundum doctores est de difficilioribus quæ sit in corpore iuris.*
2 *Doctores antiqui uolentes doctrinam suam in externis studijs ostendere repetebant hanc legem.*
3 *Ordo seruatus per authorẽ in declaratione materiæ, eam in decem principalibus quæstionibus cõcludẽs.*
4 *Continuatio glo. nouis defensionibus sustinetur.*
5 *Noua continuatio etiam traditur.*
6 *Verbum interest, uarias habet significationes.*
Verbum interest, idem significat quod differt.
Verbum interest ponitur pro præsens est.
Verbum interest, ponitur pro in medio est.
7 *Verbum interest, capitur cum distinctione personarum, & impersonaliter, sed impersonaliter sumptum pertinet ad mat. nostram.*
8 *Verbum interest, in hac materia requirit genitiuum, & est uerbum significans utilitatem & damnum.*
9 *Interesse nomen quamuis non reperiatur in digestis, tamen non est alienum a lingua latina.*
10 *Interesse reperitur in cælis & in terra, & in omnibus rebus cælestibus & terrestribus, diuinis & humanis.*
11 *Interesse hominum & rerum spectantium ad homines pertinet ad legistas.*
12 *Interesse hominum in tribus uersatur, in corpore, anima, & rebus, & eorum qualitatibus.*
13 *Interesse habet duas partes. s. utilitatem & damnum.*
14 *Interesse utilitatis consistit in rebus nostris, uel debitis ab alio non impeditis.*
15 *Interesse in rebus alienis est quoddam desiderium seu potentia consequendi utilitatem.*
16 *Interesse utilitatis non pertinet ad materiam istius legis, sed ad ll. tractantes de conseruatione.*
17 *Interesse damni proprie pertinet ad materiam istius legis.*
18 *Interesse damni est quodam incorporale insurgens ex priuatione rerum, quod non potest solui.*
19 *Illud quod soluitur pro interesse appellatur interesse legale.*
20 *Interesse est duplex, naturale, & legale.*
21 *Interesse naturale nullo iure fuit inductum, sed a Deo, natura, uel hominibus causatur.*
22 *Interesse legale informe omni iure fuit inductum.*
23 *Interesse formatum de quo in l. nostra a iure ciuili est introductum.*
24 *Interesse iure diuino uel gentium inductum per principem regulariter remitti non potest.*
25 *Interesse ciuilis formæ in eo quod excedit remitti potest per principem.*
26 *Interesse omne ex causa a principe remitti potest.*
27 *Interesse omne per modum l. condendæ tolli potest.*
28 *Quid sit interesse in genere, disputatur subtiliter, & diffuse.*
29 *Interesse diuiditur in genere generalissimo, & in genere subalterno.*
30 *Interesse in genere diffinitur per Bar.*
31 *Diffinitio tradita per Bar. de interesse in genere, quicquid dicant cæteri, reprobatur efficaciter ex tribus.*
32 *Iniusta utilitas sæpe in iure petitur.*
33 *Interesse an possit peti uel non peti non est de eius substantia.*
34 *Ideo de petitione inepte in diffinitione ponitur, & ferrariensium saluationes reprobantur.*
35 *Diffinitio Alc. tradita de interesse in genere generalissimo refertur.*
36 *Reprobatur multis mediis.*
37 *Noua diffinitio traditur.*
38 *Aliæ diffinitiones traduntur pro clariori declaratione.*
39 *Interesse aut est habitus, aut priuationis.*
40 *Interesse aut est estimabile, aut inestimabile.*
41 *Reprobatur opinio nouissimorum Biturigentium uolentium non reperiri interesse inestimabile.*
42 *Diffinitiones omnes doctorum de interesse estimabili uel inestimabili reprobantur.*
43 *Nouæ diffinitiones traduntur.*
44 *Interesse aut est petibile, aut non petibile.*
45 *Reprehenditur opinio Bar. & communis uolentis interesse non estimabile non diuidi inter petibile & non petibile.*
46 *Exempla multa ponuntur de interesse inestimabili petibili.*
47 *Diffinitiones Bar. de interesse petibili uel non petibili reprobantur.*
48 *Interesse sine facto alterius iniusto in iure inuenitur.*
49 *Nouæ diffinitiones quattuor traduntur.*
50 *Consideratio doct. de interesse petibili uel non petibili ad mentem eorum inanis & superflua demonstratur.*
51 *Interesse quodam præstat ius agendi uel excipiendi uel aliud petendi, & quoddam non, secundum docto.*
52 *Hanc diuisionem non esse substantialem demonstratur, sed esse effectus ex quolibet interesse prouenientes accidentaliter.*
53 *Interesse quodam est in ipsis rebus ad nos spectantibus, quodam insurgit ex priuatione uel non acquisitione rerum ad nos spectantium.*
54 *Interesse insurgẽs ex rebus quoddam uenit ex causa nostra, quoddam ex casu fortuito, & quoddam ex causa alterius nouæ diuisionis.*
55 *Interesse insurgens ex rebus ex qualibet priuatione causa alteri-*

ius proueniente dicitur esse interesse de quo proprie loquitur lex & materia nostra, & quod diffinitur per glo.

56 Prima diffinitio glo. repræhenditur.

57 Secunda diffinitio glo. de interesse in specie approbata per docto. ex multis repræhenditur.

58 Diffinitio Iaco. de Raue. defenditur ab obiectionibus antiquorum.

59 Diffinitio Bar. est eadem cum diffinitione Iac. de Raue.

60 Diffinitio Borto. & Iacob. de Rauen. ex multis efficaciter reprobatur.

61 Diffinitio ferrariênsium ex nouis considerationibus repræhenditur.

62 Vna distinctio traditur, uidelicet quod interesse aut consideratur ex se & in substantia, aut pro eo quod exigitur a reo. & nouiter diffinitur interesse.

63 Interesse in substantia est damnum uerum, quidquid dicant omnes, quamuis pro resartione soluatur pecunia uel aliud.

64 Illud quod exigitur non est interesse proprie sed estimatio eiusdem, unde improprie pecunia uel estimatio interesse appellatur.

65 Intereße proprie est damnum ex causa alterius proueniens, & nouiter diffinitur ommissis aliis.

66 Factum iustum uel iniustum non debet poni in diffinitione interesse, quia non respicit substantiam, quicquid dicant omnes.

67 Interesse legalis uariæ diffinitiones referuntur & reprobantur.

68 Interesse legale nouiter diffinitur.

69 Declaratio breuis de quo interesse loquitur hæc lex cum materia.

70 Interesse legale an sit triplex.

71 Pretinm rei an sit interesse, latissime disputatur.

72 Pretium rei nunquam est intereße, nec aliqua saluatio tradita per doct. est bona in nulla specie.

73 Vnicum uel multiplex sit irteresse latissime disputatur.

74 Reprobatur opinio Biturigentium uolentium unicum tantum esse interesse.

75 Interesse legale triplex est, commune, conuentum, & singnlare.

76 Omne interesse respectu conditionis personæ est singulare, Sed eius estimatio quæ soluitur est triplex.

77 Interesse naturale potest dici semper singulare, cum semper sumatur eius quantitas a conditione personæ.

78 Interesse conuentum quid sit, late disputatur, & reprobatur communis declaratio.

79 Interesse conuentum differt specie a communi & singulari.

80 Nouiter diffinitur interesse conuentum.

81 Reprobantur omnes diffinitiones traditæ per doct.

82 Interesse commune an specie differat a singulari, late disputatur, & ex nouis fundamentis defenditur communis sententia.

83 Nouæ diffinitiones quattuor traditæ de communi interesse reprobantur ex communiter adductis.

84 Noua diffiuitio traditur ad commune intereße considerando illud dupliciter.

85 Exempla traduntur in quibus casibus exemplificetur interesse singulare.

86 Diffinitiones omnes doctorum nouiter reprobantur.

87 Quid sit interesse singulare ultra omnes declaratur, & diffinitur considerando duobus modis.

88 Interesse singulare an sit affectionis uel utilitatis, late disputatur.

89 Reprobatur communis sententia quod interesse affectionis non ueniat in condemnationem.

90 Noua distinctio quomodo affectio ex satisfactione animi non ueniat in condemnationem.

Interesse affectionis simplicis regulariter præstat causam agendi.

91 Affectio singularis quæ dicatur ultra omnes demonstratur distinguendo tres casus.

92 Noua declaratio quomodo interesse singulare consideretur, & qualitas ad alios transmissibilis non facit ad rem.

93 Interesse circa rem uel extra rem quomodo sumatur, late disputatur.

94 Reprobatur communis opinio quod duobus modis sumatur.

95 Interesse est triplex, intra rem, circa rem, & extra rem, & hæc opinio ab obiectiouibus doct. defenditur.

96 Exempla de interesse circa rem de quibus per doctor. declarantur.

97 Nouæ diffinitiones traduntur considerando intereße proprium & improprium.

98 Interesse extra rem an singulare sit, late disputatur.

99 Noua declaratio ad cognoscendum singulare interesse.

100 Interesse appellatione quid ueniat, discutitur.

101 In interesse utilitatis appellatione ueniunt res ipsæ.

102 In interesse damni appellatione an res ipsæ ueniant nouiter distinguitur.

103 Interesse appellatione uenit damnum habitum, lucrum cessans, & fructus ammissi, & omnis causa.

104 Damni appellatione quid ueniat.

105 Expensarum appellatione quid ueniat.

106 Interesse in materia legis est aut de damno habito, aut de lucro ammisso.

107 Multas diuisiones per nouissimos positas inutiles eße demonstratur.

108 Noua diuisio traditur magis substantialis omnia compræhendens.

109 Omnia discußa in præcedentibus breuibus uerbis perstringuntur.

110 Tredecim diuisiones, tres in genere generalissimo, & decem in genere subalterno, totam materiam complectentes summatim repetuntur.

111 Triginta diffinitiones & ultra pro cognitione terminorum traditæ summatim epiloganiur.

112 Noua arbor præter omnes constituitur.

113 Interesse in quibus rebus consistat, præter alios perquiritur.

114 Intereße conuentum in omnibus rebus esse demonstratur in quibus commune & singulare reperitur.

115 Interesse singulare in speciebus absque dubio reperitur.

Interesse singulare in quantitatibus ad genus subalternum restrictis consistere potest.

116 Interesse singulare in factis regulariter consistere non potest.

117 Interesse singulare in factis propter industriam operantis uel affectionem ad eum habitam aliquando excogitari potest.

118 Finis contentorum in rubrica.

Repetitio Rubricæ. C. de sentent. quæ pro eo quod interest proferuntur.

FAMOSISSIMAE Huiuscæ legis materiam difficilē, subtilem, pene inextricabilē ac profundissimam esse, utilissimam tamen, exordiūtur hic omnes doctores tam antiqui quam moderni.

1 Et Bar. † dicit quod est una ex difficilioribus legibusque sit in corpore iuris, & Specul. in tit. de fructi. & inter. quod est obscura sicut alia quæ sit in corpore iuris. Et in ea melius uerificatur quod exclamant docto. in l. filium quem habentem. sup. famil. hærcis. Videlicet quod lex est difficilis, & obscura in tex. difficilior in glo. & difficillima in materia. Obscuritatem causauit antiquorum terminorum nescientia, decisiones, ac diuisiones in materia per priscos editæ nobis incognitæ, ac præsentis legis in uerbis breuitas impertinens. Difficultatem uero inducunt scribentiū uariæ opiniones, & in decidendo perplexæ resolutiones & profunditas ac latitudo materiæ. Nulla etenim hominum actio est, nulla iuris ciuilis pars, quæ interesse materiā non contineat, ita q̄ qui huiuscæ legis cōmentaria condere uelit, omnium personarum, rerū, obligationum, & actionum materiam noscere debet, ac contractuū, testamentorum, delictorū, iudiciorū, ac deniq; omnium rerum diuinarum & humanarum ad iura pertinentium notitiam præhendere opus est.

Quare

2 Qua de re † antiqui uolentes ingenii subtilitatem profunditate atque scientiæ ignotis ostendere, & sui periculum facere, huiuscæ legis materiam repetendam cēsuere, sed tam amplissimum est mare tamquam procellosam quod in eo nullus sine periculo suo nauigauit, nullusq; fuit qui in eo sine spe defessus non fuerit, Insuper etiam in scribendo ordo certus seruatus non fuit, sed unusquisque ex capite sibi nouum ordinem finxit. Et aliqui ita breuiter scripserunt quod nullus sensus exeorum dictis percipi potest, aliqui tam late dilatarunt fimbrias, ut quidam nouissimi Biturigenses concurrentes Alciati uidelicet Pet. Rebuffus quod cōmentaria sua potius interesse extra rem quam intra rem continere uideantur. Quamobrem nō immerito perteritus in tot tantisque difficultatibus, ac inter, tantorum patrum lucubrationes uerba facere dubitaui, destitissemq; ab opere nisi precibus ac suasionibus & instigationibus nobilissimorum meorum discipulorum in hoc florenti studio Salernitano commorantium ad hoc inductus fuissem, quorum petitionibus propter immensæ utilitatis materiam, non assentire nec potui nec uolui. Cogitans & si in multis deficere possim, ac audax temerarium quæ inceptum meum aliquibus uideri contingeret, Melius tamen esse exemplo Diogenis dolium seorsum deorsumque uoluere quam inter oscitantes nihil memoriæ dignum uti ferrata acies ferrugine obtegi. Cum non omnino inutilem posteris meam hanc curiositatem fore putauerim, quoniam tamen si quædam a nobis non satis edocte ederentur, exemplo tamen incitati alii docte & longe felicius operam perfecturi. Conabor tamen pro uiribus mediam uiam sequi, omnes difficultates ad unguem pro uiribus enodare, superfluitatem eiicere, & solum necessaria tangere, quæ ad materiæ intelligentiam conferunt. Ordinem ab approbatis authoribus traditum seruando, & præmittendo omnia quæ tangunt generalem notitiam ac cognitionem terminorum, antequam ad legis & materiæ declarationem condescendam.

3 Qua propter † totam materiam in decem quæstionibus perstringam, Quærendo primo unde nomen interesse descendat, & quo iure introductum fuerit, Secūdo quid sit interesse in genere, & quomodo diuidatur, Tertio quid sit interesse in materia nostra, & quomodo diuidatur, cum diffinitionibus omnium specierum. Quarto in quibus rebus considerari possit interesse specificum, & ista omnia expedientur in rubrica. Quinto interpretando legem declarabo in quibus casibus locum habeat interesse, Sexto quando admittatur, Septimo quatenus exigatur, Octauo qualiter in iudicio deducatur, Nono qualiter probetur, Decimo aliquas quotidianas quæstiones in practica utiles tractabo, & ita tota materia erit expedita, Antequam tamen ad institutum deueniam, aliqua breuiter circa continuationem rubricæ disseram, quæ continuatur secundum antiquos, & glosam hic ad præcedentes hoc ordine, quia præcedēti titulo dictum est de sententiis quæ sine certa quantitate proferuntur, uerum quia super interesse sæpe fertur sententia incerta, cum iudici non est notum quantū partis intersit, merito hic titulus ponitur post prædictum, Istam tamen continuationem repræhendunt Petr. Cyn. & Bar. quia super interesse ferri debet sententia certa si possibile est. §. curare. inst. de actio. Sed moderni omnes saluant eam, quia in multis casibus super interesse fertur sententia incerta, ut declarat Bal. & moder. ferrarienses hic, quibus casibus saluari potest glosa quæ ita cogitauit cum non dixerit semper, sed dixerit sæpe fertur sententia incerta. Dec. tamen hic dicit glosam defendi non posse per predicta, quia dato quod in aliquibus casibus ferri possit sententia incerta, regulariter tamen debet esse certa, ut d. §. curare. Vnde illi casus speciales non debent attendi, cum continuatio ex casu speciali fieri non possit, ut no. in rub. sup. qui admitti ad bon. poss. Subdit tamen postea defendēdo glosam, quod dicti casus speciales attenduntur quia continentur sub generali rub. de sentent. & nō inconuenit quod post titulum generalem sequatur declaratio casuum specialium, sed hoc dictum parum releuat, quia continuatio tunc non fit ratione casuum specialium, sed ratione generis præmissi, cuius omnes species sunt postea declarandæ. l. 1. ff. si cer. peta. quod non est in casu glosæ. Vnde alii saluant quod dictum glosæ refertur ad factum, dicentes quod licet sententia incerta de iure non ualeat, tamen ita de facto aliquando profertur, Quam saluationem repræhendunt hic moder. Biturigēses per regulam uulgatam quod in dubio uerba referūtur ad ius, non ad factum. l. decernimus. C. de sacros. eccles. cap. primo de regul. iuris in sexto. l. stipulatio ista. §. ii qui. ff. de uerborum oblig. cum similibus cumulatis hic per eos per duas columnas. Sed mihi ex alio nō satisfacit, quia tunc non esset bona continuatio ad præcedentem rubricam, in qua tractatur de casibus a iure permissis, & sic fieret continuatio de sententia inualida ad sententiam ualidam de iure, & conueniens est quod sicut in titulo præcedenti tractatur de sententia incerta de iure ualida, ita in hoc titulo tractetur de sententia ualida de iure.

4 Quare † reiectis declarationibus doctorum, puto aliā fuisse mentem glosæ. Nam glosa uoluit quod iudex in aliquibus casibus possit ferre sententiam incertam ualidam de iure, & hoc admittunt omnes, quorum casuum occasione posuit hunc titulum post præcedentem, in quo tractatur similiter de aliquibus casibus in quibus fertur sententia incerta ualida de iure, & ideo isti casus in eodem titulo erant ponendi, sed quia interesse magnas habebat difficultates, & erat necessaria correctio in aliquibus, pro clariori intelligētia factus fuit titulus separatus. arg. §. sed quia. inst. de leg. & inst. quod cum eo qui in ali. pot. in prin. & sic tollitur obiectio Decii, quia de ista incertitudine non obiter sed principaliter erat tractandum hic, postquam in tit. præced. erat inceptum de incertitudine, Alias duas continuationes refert hic Dec.

5 Sed ultra † eum puto quartam nouiter posse tradi, ordinando omnes rubricas præcedentes, nam in titulo quomodo & quando iudex incipit imperator tractare materiam sententiarum quæ habebant separatas difficultates, de quibus fecit titulos separatos, & in illo titulo determinauit dubia contingentia circa processum, In sequenti uero titulo supra de sententiis quæ ex periculo recitantur, decidit dubia circa modum prolationis, In tertio uero de sententiis & interlocutionib. omnium iudicum tollit difficultates circa ualiditatem & inualiditatem sententiæ, & alia generalia, uerum quia dubitatio etiam erat, an sententia incerta proferri possit, in præcedenti titulo de hoc tractauit, ubi etiam de sententiis circa interesse erat tractandum, uerum quia materia difficilis erat, & indigebat noua forma, pro commodiori intelligentia de sententiis quę pro eo quod interest proferuntur separatum titulum subiecit, Sed de istis satis, quia paruam continent utilitatem.

Nunc aggredior materiam propositam, & calcando uestigia Gaii iureconsulti in lege prima. ff. de orig. iur. ne illotis manibus accedamus, ante omnia uidendum est quid significet hoc nomen interesse, Et primo ne procedamus inter ęquiuoca. †
6 Aduertendum est quod uerbum interest non semper significat interesse de quo in materia nostra, alias enim habet significationes ut hic per Rebuffum in præfat. numero 68. cum sequenti. Et prima est, quia significat idem quod uerbum differt uel non refert. leg. non autem interest. digest. de recep. arbitr. & lege nihil interest. ff. de inofficioso testamento. l. interesse puto. ff. de acquiren. possessione. l. 1. §. illud autem. ff. de aqua quoti. & estiua.

Secundo capitur pro præsens est, & in hac significatio ne capitur in c.1.de cler.non res.in 6.& c. fin.§.adiicimus.de sent.excommu.in 6 dum dicitur quod distributiones quotidianæ dantur illis qui intersunt diuinis officiis.facit tex.in c.super quæstionum.§ si uero.& c.prudentiam.de officio deleg.clemen.ne in agris.§.porro.de statu monachorum.Et ideo notarii rogati de instrumentis dum nolunt dicere se fuisse præsentes, dicunt, rogatus prædictis interfui & audiui.Tertio capitur interest pro in medio est,ut Liuius in primo bello punico libr.1.dum dicit id morari uictoriam rati quod interesset amnis,idest inter utrumque exercitum amnis in medio esset.Quarto modo uerbum interest significat id quod tangit homines in damno uel in lucro, & in hac significatione sumitur proprie in tota l.nostra& in hac materia.

7 Sed † tu melius dicas quod uerbum interest legitur in iure nostro cum distinctione personarum, ut communiter alia uerba, & impersonaliter, quando habet distinctionem personarum significans præsens est. dicto c.1.de cler.non residenti. uel in medio esse,ut per Liuium in dicto loco. & requirit nominatiuum, & non pertinet ad materiam nostram, quando autem capitur impersonaliter,tunc habet duas significationes, unam quod significat idem quod differt, siue differentia est, ut in iuribus primo loco allegatis. Quæ significatio parum distat ab alia sequenti,quia in effectu in d.le.nihil interest.de recep.arbr.& l.nihil interest.de inoff. test. & l.interesse puto.ff.de acquir.possess.cum simil. sensus est.nulla est utilitas uel damnum,& in l. multum interest.supra siquis alteri uel sibi.exponitur, idest multum est utile,uel damnum.Secundo modo capitur pro omni eo quod tangit aliquod ens in utilitate uel damno, & significat semper idem quod utile est, uel damnum est,& formatur a uerbis intra est, uel secundum Alciatum a uerbis in re est, idest ad rem pertinet in damno uel lucro,& hoc modo sumptum pertinet ad materiã nostram.

8 Et ad exprimendam† hanc significationem requirit genitiuum pro subiecto, in quo est utilitas uel damnũ & aliud uerbum sequens denotãs illam utilitatem uel damnum,ut reipublicæ interest dotatas esse mulieres, uel delicta puniri, uel ne re sua quis male utatur, uel reipublicæ interest ciuitaté ruinis nõ deformari, idest damnum est.Quod uerbum plerumque ponitur in infinitiuo modo,tamen idem esset si alio modo poneretur,ut interest reipublicæ quod dotatæ sint mulieres, uel nequis re sua male utatur, Vtilitas autem significata tunc denotatur per subsequens uerbum quando addit bonum, uel priuat a malo, ut interest mea sanitaté habere,uel interest mea egrum non esse, idest utile est. Damnum uero significatum tunc denotatur quando uerbum subsequens addit aliquod malum uel priuat a bono, ut interest mea uulneratum esse, uel interest mea res meas surreptas esse, idest damnum est. Ab hoc uerbo interest descendit unum nomen per doctores usitatum substantiuum,scilicet interesse, quod significat d.utilitatem uel damnum,sicut illa uerba id quod interest.

9 Et licet Alciatus† hic c.4.dicat hanc esse uoculam insolentem, tamen alii moderni hoc negant, asserentes non esse alienum a lingua latina,quod infinitiuum substantietur & transeat in nomen, ut scire tuum nihil est nisi te scire hoc sciat alter, Vel uelle suum cuique est nec uoto uiuitur uno,& hoc etiam puto uerum,&cum cæteri hoc nomine utantur, ego etiam pro commoditate locutionis sæpissime utar.

10 Cum igitur† id quod interest,seu hoc nomen interesse significet utilitatem & damnum,accidentia euenientia in rebus,ac omnes omnino res humanæ & diuinæ existentes in cœlo,in mari,recipere possint utilitatem & damnum in substantia earum uel qualitatibus uel passionibus,euenit quod interesse consistere potest in omnibus penitus rebus cœlestibus,& terrestribus,diuinis,& humanis,Intantum quod & Dei optimi maximi & angelorum interesse potest,iuxta illud creauit cœlũ & terram ut magnificaretur gloria eius,Item oportuit Christum pati propter peccatum primi parentis,& pœnituit fecisse hominem, & homines debent satisfacere Deo de offensis & peccatis & promissionibus,ut in titulo de uoto & uoti redemptione,& de pœnitentiis & remissionibus,& in c.debitores.de iureiur. in decret. Item Angelorum interest esse in altiori loco, ut plenius frui possint gloria Dei, Ac planetarum & eorum cœlorum, & siderum interest esse in domibus gradibus & dignitatibus suis & bonis aspectibus uel malis, Ptolomeo teste.Et elementorum interest non proportionabiliter misceri,& a contrario non separari,& similiter omnium quæ in mundo creata sunt interest conseruari & augeri & non minui nec detrimentum pati, & generaliter dicendum est, omne quod entia tangit in utilitate uel damno in substantia uel qualitatibus eorum id quod interest seu interesse appellandum, propterea amplissima & latissima est eius significatio ac profundissimæ materiæ, ueruntamen tanta machina eius quod interest in præsentiarum nostræ speculationis non est,nec ad l.nostram pertinens, Nam quomodo interesse in Deo & angelis considerari possit,& an per se uel ratione subiecti fiat ad theologos pertinet dignoscere, ac quomodo Deo satisfacere debeamus de offensis & peccatis & gratiarum actionibus per canones pœnitentiales demonstratur, Rursus qualiter planetæ sideraue utilitatem uel damnum recipiant gaudia & passiones astronomorum cura fuit non mediocris manifestare,ac qualiter elementa & plantæ feræ & cætera animantia detrimenta& emolumẽta augumẽta & diminutiones recipiant, eorumq; intersit magis uno modo quam alio se habere,ad philosophos pertinet exprimere.

11 Solũ enim† præsentis est inuestigationis perquirere quod sit interesse hominum & rerum ad homines aliquo modo uel ratione spectantium,nam cũ iura principaliter negotia hominum pro materia uel subiecto habeant,ut per Azonem in summa huius libri, ac tria intendant iacere,scilicet ut homines honeste uiuant,alterum non ledant,iusue suum unicuique tribuant.l.iustitia.ff.de iustitia & iure. sequitur quod hoc interesse negotia hominum & eorum statum & modum uiuendi tangens ad legistas pertinere potest,aliç autem species legistas non afficiunt, quia a iure ciuili non considerantur,sed solum pro pleniori notitia materiæ & ad euitandum æquiuocationes expedit eas præcognoscere, cum iuris scientia sit omnium rerum diuinarum & humanarum notitiam habere,& iusti& iniusti scientia d.l.iustitia.in fi.ff.de iust.& iur.

Huius autem interesse ad ius ciuile spectantis tria sunt principalia subiecta,Nam cum homines in tribus principaliter damnum & utilitatem consequi possint scilicet in corpore,anima,& rebus,ita in tribus recipere interesse possunt,unde eueniet quod.

12 † Materia nostra in tribus potissime uersabitur scilicet in interesse corporis,quod consistit in augumento uel diminutione uel detrimento eius uel qualitatum eius de quo in toto tit.ff.ad l.aquil.& de iniuriis.& l.1.§. sed cum. ff. de iis qui deiec.uel effuderint.& toto tit,de testam.manumissis,uel fideicommiss.liber.le. aut damnum. & le. capitalium.& l.aut facta. per totum.ff.de pœnis. Secundo in interesse animi quando habetur utilitas, & damnum in anima & passionibus & satisfactionibus animi,ut in casu legis secundæ.§.emancipatus filius.ff. de col.bon.& l.isti quidem.ff.quod metus causa.&l.1. 2.& 3.ff.de lib.causa.& in rebus maiorum.iuxta.l. si in emptionem.ff.de minor.& l.si libertus patrono.ff. de bon.lib.& in prospectu maris.l.inter seruitutes.§.cum mater.

mater.ff.de ser.urb.pred. Tertio in interesse rerum, cũ homines recipiunt interesse seu utilitatem & damnum in rebus, in acquirendo in amittendo uel non ammittendo & in conseruando uel non conseruando. l.fin.ff. de legib. & exempla patebunt inf. per totam materiam Et in istis tribus consistit generalis materia legis nostræ quam Barto. & docto. in diffinitionibus suis consi derauerunt. Cæterum particularis materia strictius se habet, cum particulariter intendant hic docto. post imperatorem determinare quomodo deberi peti & exigi possit interesse, ideo ut hæc pars cognoscatur, & eam separare iuuenes ualeant ab aliis partibus contrariantibus responsionem rationabilem tradere.

13 Rursus considerandum† est, quod cum interesse contineat utilitatem & damnum, quæ duo sunt contrariæ naturæ, omnibus constare potest quod interesse habet duas partes principales; unam quæ consistit in utilitate, aliam quæ consistit in damno seu priuatione utilitatum, & sic est duplex interesse, Interesse habitus, & interesse priuationis, nam per habitum inducitur utilitas

14 & per priuationem damnum. † Interesse utilitatis seu habitus est ubicunque utilitatem habemus re uel spe uel potentia seu aptitudine & ea non priuamur, & consistit in rebus nostris habitis, uel in rebus debiti, uel in rebus alienis, Interesse utilitatis rerum nostrarum omnibus constat, nam ille qui retinet res suas dicitur habere interesse utilitatis, quia utile est ei eas res retinere, quia percipit fructus & commoditatem, ut interest mea habere domum, fundum, libros, & equum meum, & hoc est uerum interesse utilitatis rerum debitarũ q consistit in spe, quæ aliquando est magna, aliquando minor, aliquando minima, ut ego declaraui in l.fi. sup. de pactis. in præmissis; ex qua spe quis potest habere utilitatem & nunc damnum in priuatione ut ibi nota. per totam illam legem, & hæc non est plena utilitas. argum. l.qui actioné. cum ibi no.ff.de reg.iur. & ut nota. in d.l.1.

15 Interesse utilitatis† rerum alienarum est quodam desiderium seu potentia consequendi utilitatem, de quo interesse habetur in l.stipulatio ista. §.alteri. ff.de uer. oblig. ibi, inuentæ sunt stipulationes ut quis stipuletur quod sua interest, & loquitur de rebus penitus alienis, & est sensus, quod quis debet stipulari sibi dari illas res quæ afferre possunt sibi utilitatem, & hoc est interesse debilissimum, tamen si non impediatur; dicitur esse certo modo utilitas, ut patet ibi, & infra dicemus. Et si sunt res nobis debitæ uel nostræ uel alienæ ante moram debitoris actor habet duplex interesse, unum potentiale, quia quando eas habebit poterit consequi utilitatem. dicto. §.alteri. & alterum actuale, propter ius præsens. dici. l.qui actionem. ff.de reg.iu. & si actor petit ante moram, actio datur ad conseruandum ius & deducendum ad istud interesse potentiale, & si post moram, tunc, quia inducitur priuatio iuris alterius, desinit esse interesse utilitatis.

16 Hoc† autem totum interesse utilitatis non pertinet particulariter ad legem nostram, ex eo quia si præsupponitur quod sit utilitas quæ habeatur & non impediatur ab alio, non possumus tractare quomodo debeatur petatur, uel exigatur, quia quod nostrum est amplius nostrum effici non potest, §.sic itaque.inst.de action. & no. in §.æque.inst.de actio. Solum ergo in isto interesse tractari potest de conseruatione. Et ideo a lege consideratum fuit, ut multa inducantur pro conseruando, ut patet in illo exemplo, interest reipublicæ mulieres esse dotatas, uel delicta puniri, nam iura pro conseruãda hac utilitate disposuerunt quod dotis causa sit priuilegiata. l.1. & ibi no.ff.solu.matr. & quod sint magistratus, præsumptiones admittantur, ut delicta puniantur l.ita uulneratus.ff.ad l.aquiliam. & c.ut famæ. de sententia excommunicationis. & l.siquis adulterii. infra de adulter. & ea quæ notantur in lege fina. ff. de quæstio.

Ac propter aliam utilitatem conseruandam inductum fuit ut dominus non possit sine causa occidere seruum suum. l.2.ff.de iis qui sunt sui uel alien. iur. & facit l.ut uim. cum materia.ff.de iust. & iur. c.dilecto. de senten. excomm. in 6. Quare de isto interesse solum faciemus mentionem in diffinitionibus, nõ in decisionibus particularibus legis.

17 Secunda† est principalis pars interesse quæ consistit in damno, idest in priuatione utilitatum habitarum re uel spe, uel impedimento dato ne acquirantur, & dicitur interesse damni seu priuationis, & hæc est propria & specialis materia huius legis, nam quando aliquis priuatur utilitatibus suis, uel impeditur acquirere ex aliqua causa, oportet considerare an interueniat factum alterius, & si interuenit, an sit factum iustum uel iniustum, & si erit factum iniustum, tenebitur resarcire omne damnum, unde infra uidebimus quod aliquando est petibile, aliquando non petibile, quia si est damnum datum casu uel fortuna uel sine facto iniusto alterius, licet uere possit dici interesse habitum, tamen ab alio deberi nec peti uel exigi potest, si uero est damnum datum ab alio, uel eius facto, uel cessatione iniusta, tunc poterit peti exigi, ac deberi aliquando de re estimabili & aliquando de inestimabili.

Cæterum aduertatur iterum pro plena cognitione quod interesse hoc consistens in damno ex causa alterius habito non habet substantiam suam in rebus qui

18 bus ille damnificatus priuatur. †Sed dicitur esse quodã incorporale separatum ab ipsis rebus, insurgens ex priuatione illarum utilitatum, uel impedimento dato ad acquirendum, quod alio nomine dicitur damnum, nã sicut uulnus datum non est damnum sed dolor, & damnum est res insurgens ex uulnere, ita interfecto equo uel armentis, uel surreptis rebus, ipse res non sunt damnum, sed est quodam insurgens ex priuatione ipsarum rerum, quod extingui potest uel per restitutionem rerum uel per solutionem pecuniæ pro ualore utilitatũ omnium earum, quare cum oporteat quod damnificatus prius habeat damnum, & interesse antequam petere possit, & quod illud duret damnum. l.siquis pro uxore. §.fi.ff.de dona. ibi, desinit interesse. iux. legem proinde. ff.si cer. pe. & l.cum tibi homo. §.cum seruus.ff.de lega. 1. necessario sequitur quod illud interesse est semper penes damnificatum. Et per consequens cum penes se habeat ei deberi nec ab eo peti possit, arg. d.§. sic itaque. inst.de act. & ita secundum ordinarias regulas iuris oportet remanere cum damno.

19 Ideo† legislatores pro remedio introduxerũt, quod quando quis est passus damnum seu interesse ex causa alterius quod ipsi non debeatur illud damnum nec illud petatur, sed quod in satisfactionem debeat restituere rem si habet, alioquin tantam pecuniam numeratã pro estimatione soluat. l.siquis ab alio.ff. de re iudi. & l.in actionibus. & l.numis. & per totum titulum.ff. de in litem iurando. & l.arbitrio. digestis de dolo. & leg. qui restituere. cum materia. digestis de rei uendicatione. & toto titulo.ff.ad legem Aquiliam. & §. pœna. institu. de iniuriis. & l.ex emptio. & leg. si sterilis. §. cum per uenditorem. & l. ratio. §. finali. digestis de actionibus empti. cum infinitis allegandis in materia. Quare ex accidenti & ex communi usu loquendi inductum fuit unum nouum interesse, quod ego appellabo interesse legale, seu resartionis, quod consistit in restitutione rei debitæ seu eius estimationis singularis communis uel cõuentæ, & omnium aliarum utilitatũ, Nam ceperunt homines petentes resartionem damni dicere quod petunt damnum suum uel interesse suum, cum uere non petãt suum damnum, uel interesse, quia semper penes se habent, sed solum resartionem illius damni uel interesse.

20 Et sic per accidens† incepit esse duplex interesse, unum uerum, quod insurgit ex illa priuatione utilita-

tum uel impedita acquisitione, & est quodam incorporale semper existentes penes damnifica tum, & hoc non potest deberi nec peti, Aliud est quod pro resartio ne illius damni dati inductum fuit a lege, quod consistit in utilitatibus ammissis, uel in estim atione earum communi singulari uel con uenta, & hoc deberi potest peti& exigi, & quia do ctores sæpi isime & homines litigantes & etiam aud itores posuerunt unum pro alio, inducitur magna co nfusio, & difficultas in materia isti us legis, ut patebit in diffinitionibus traditis per doctores & aliis dictis. Tamen sepa rando hoc duplex interesse, & considerando quod interesse non consistit in rebus, sed est quodam incorporale insurgens ex priua tione utilitatum, uel impedita earum acquisitione, mul tum enucleabitur materia, & euitabuntur multæ equi uocationes & inculcationes, & satis uidetur esse de mē te Decii infra in 2. lectura. uersi. conco rdando opiniones. nume. 25. cum quinque præcedentibus. & Bart. in prima quæstio. uer. secundo modo.

21 Ex quibus†etiam patet resolutio inculcationis alterius questionis, quo iure fuerit introductum interesse, quam doctores non conuenientibus uerbis formauerunt, nam aut consideramus interesse uerum, idest naturale, aut interesse quod petitur & exigitur, idest inter esse legale, Primo casu non potest queri quo iure sit in trodoctū, quia cum sit facti nō potest dici introductū, iure, sed uel fuit factum a Deo, uel natura, uel animantibus, uel cæteris creaturis, Cum interesse consistens in Deo uel angelis ab ipso solo introductum fuerit, & idē de interesse cœlorum & planetarum, & elementorum, uel a natura, quæ idem est quod Deus, ut no. in §. conditiones. inst. de uerbo. oblig. Et illudquod fit ab hominibus & cæteris animantibus uel in potentia a natura inductum fuerit, formaliter uero quotidie fiat per homines inuicem. Et sicut non potest dici damnum esse inductnm a iure, neque priuationem, sed a natura uel hominibus, uel cæteris creaturis fieri, quia quæ facti sunt non inducuntur a iure, ut latissime demonstraui in tractatu meo de differentia iuris & facti quem posui in l. pe. ff. de iust. & iur. Ita nec etiam interesse prædictum facti potest dici inductum a iure.

22 Vnde solum quæstio debet formari†de interesse legali, idest de eo quod soluitur pro resertione damni, & quæri debet quo iure inductum fuerit præceptum de resartiendo damnum ex iniusto facto alterius patum uel cessatione iniusta, & in iis terminis procedunt ea quæ dicit hic Petrus rebuffus in prima quæstio. Et cō cludi debet quod omni iure fuit inductum præceptum aliquod de resartiendo damnum, uel saltem alteratum a diuino, humano, mosaico, euangelico, canonico, naturali, gentium, & ciuili, & quod iure diuino inductum fuerit patet, quia in decem præceptis Moisi datis a Deo reperiuntur sex in quibus homines iubentur alterum non lædere in corpore & in rebus, ibi, non occisor eris &c. & in consequentiam præceptum fuit resartio nem damni fieri, quia non remit titur peccatum nisi restituatur ablatum. c. peccatum. de reg. iu. in 6. Similiter in l. euangel ica præceptum fuit, ut in illo, quod tibi nō uis fieri alteri ne facito. c. 1. distinctio. 1. Item lege mo saica exodi. 21. §. si rixati. & §. siquis operuerit. & §. si iis. quæ re feruntur in c. 1. 2. & 3. de iniur. & damn. dato. & exodi. c. 22. §. siquis læserit. & c. si egressus. q refer tur in c. siquis læserit. cum seq. eo. tit. & in leuitici. 19. non morabitur opus mercenarii tui usque ad mane a pud te. & ca. 5. ipsumque quod intulit damni restituet. Itē de iure canonico resartio fuit mādata. c. peruenit. & sequenti. de fideius. & c. conquæstus. & c. salubriter. de usur. Pet. de ancha. cons. 150 Felin. & alii c. P. & G. de off. deleg. Cald. con. 11. mercator. Bal. cōs. 166. statuto. in 1. parte. Ambro. de uignate c. salubriter. de usur. nu. 45. Arch. flor. in sum. 3. parte tit. 8. c. 3. c. siquis clericus. c. quoniā. 10. q. 4. & Coradus dixit in tract. de contrac. q. 30. conclusione prima φ ex mutuo in foro conscientiæ cōcurrentibus septem de quibus per eum pōt deberi aliquid ultra sortem. s. quere damnum emergat, & ex illo mutuo tantum, & quod exactum non excedat damnum, & quod passus uoluisset potius mutuum quā illam resartionem, & quod mutuum fuerit non consilii non præcepti, & quod exactio non scandalizet aliquē & quod iam passus sit damnum. Similiter lege naturali resartio fieri præcipitur. l. nam natura. ff. de cond. ind. Bal. consi. 42. col. 7. Imola. c. peruenit. de emp. & uendi. facit lex quod si Ephesi. in fine. ff. de eo quod certo loco. & l. sed & si lege. §. consuluit. de peti. hæred. Item & iuregentium resartionem damnorum fiendam demonstraui omnes historiæ Romanorum, cum solum quæ iusto bello capiantur nobis acquirantur. §. item ea quæ ab hostibus. inst. de rerum diuis. Item quod iure ciuili pcipiatur resartio, patet in toto tit. ff. de fur. et de iniur. & ff. ad l. aqui. & quasi per omnes titulos loquentes de contractibus, de quibus infra in materia latissime. Sed ius ciuile recessit aliquando a iure diuino, uel gentium, quia uoluit damnum resarcire secundum estimationem singularem & affectionis. l. in actionib. cum materia. ff. de in litem iur. & l. qui restituere, ff. de rei uend. & ex lege aqui. extimatio soluitur quantiplurimi fuerit in illo anno. inst. de l. aqui. §. 1. & §. cæterū. & in furto aliquando duplum uel quadruplum restituitur. l. 1. & 2. ff. de fur. facit. l. Titius. ff. de act. emp. Itē iure ciuili introductæ sunt actiones. l. 2. §. ex iis legib. ff. de orig. iur.

23 Quare†conclusio patet, quod omni iure fuit inductū interesse legale, primo a iure diuino a quo accepit primariam originem, postea successiue uarias formas a uariis iuribus accepit, ut ratione formæ nouæ ab illo iure, & potissime lege ciuili possit dici inductum. argu. l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. & quod in simili dicunt docto. de stipulatione & acceptilatione in rubr. & l. 1. ff. de uerborum oblig. & possessione in l. 1. ff. de acquiren da possess.

24 Ex quo†infertur quod princeps non potest remittere interesse partis. tex. cum glo. in l. uenia. in fine, supr. de in ius uocan. no. in l. quotiens. & l. rescripta. sup. de præcib. imper. offer. glo. in c. dilectus. in uer. concesio ni. de off. delega. Bal. in l. si domus. ff. de ser. urba. prædio. glo. in c. auth. & ibi docto. de priuil. in 6. Panor. in c. humilis. de maior. & obed. Bal. in c. quanto. col. 1. de iureiur. facit lex 2. sup. de precib. imper. offer. Sic nec Papa usuras extortas uel imperator remittit. Adria. de tratec. in 4. sentent. dist. 15. uer. aggredior. insi. nec usurarii cedendo bonis liberantur. glo. in c. cum. in uer. facultatibus. de usur. Et si princeps remitteret, peccaret, & tenetur parti. Paris de put. in tracta. sind. in uersicul. quia pluries. quia non debet obesse parti. le. authoritate. & ibi notat. C. unde ui. Panor. in capitulo in nostra. de iniur. Bald. in lege post decisionem. de iur. & l. rescripta, supra de preci. imper. offer. Anchar. consilio 161. l. si docueris. C. de fals. & cap. pastoralis de dona. Sed solum remittit quo ad sui præiudicium l. beneficium. ff. de consti. princi. l. si quando. i. infra de bon. uac. c. cum dilecti. de dona. glo. in c. quamuis. de præben. in 6. Abbas in c. olim. de priuil. Felynus in c. causam quæ. de re scri. col. 8. uer. interpretatio principis. Ideo solent principes in gratiis & indultis apponere clausul. satisfactio ne parti prius facta, quæ facit conditionalem concessionem. l. a testatore. ff. de cond. & demonst. Iason in l. 1. col. 5. de iure emph. Rippa. lib. 2. respons. de rescr. c. 9. Hispani in §. item si in fraudem. insti. de actio. nu. 38. Guido Papa. consi. 205. circa processum. nu. 9. & consil. 53. nobilis. col. 2.

25 Quæ†tamen conclusio intelligi debet de interesse secūdum estimationē ueram, quod præstari debet iure diuino & naturali, sed si esset interesse singulare, quod estimatur secundum affectionem, posset per principē tolli

tolli usque ad ueram estimationem, quia in illo pluri est de iure ciuili, quod tolli potest per principem, ut no.in d.l.quotiens.sup.de precib.imperat.offer. & idē de estimatione quanti plurimi, quia in illo pluri habet formam a iure ciuili.facit quod no.per glo.in c.frater nitatis.12.q.2.Et quod in simili dicunt doctores de appellatione in rub.extra de appel. & de exceptione in rub.ext.de excep. & de citatione in rub. sup. de in ius uocando.& per Marianum in tract. suo de citatione. in principio.

26 Secundo etiam†illud de interesse uero restringi debet, si ex magna & necessaria causa princeps remitteret, nam tunc sicut dominium rerum, ita interesse tollere potest.l.item si uerberatum.§.fi.ff.de reiuendic.& l. Lucius.ff.de euictio.Bar. & alii in l.fi.sup. si contra ius uel uti.pub.Bal.& Ang.in l.bene a zenone.col.2.C.de quadr.præsc.Ias. & alii in l. conuentionum.ff.de pact. & l.uenia.in fi.sup.de in ius uoc.& l.Barbarius. col. 6. de offi.præsid. & in cons.136.an res.col.1.uol.2.Dec. consi.529.in causa.in primo dubio.Corset.in tracta.de potestate regia.q.41.uer.88.qui ponit centum priuilegia pacis propter quam plerumq; principes remittunt interesse.Alber.brunus.consi.1.& seq.in materia feudali.Alex.consi.190.mature.col.2.&consi.216.nec arguēdi.col.4.uol.2.& cons.47.in causa uertente.col.2.uol. 7.Barba.cons.64.scribitur.col.pe.uol.4.Dec.consi.269. consultus.col.3.& cons.271.in casu.nu.6.& consi. 286. col.2.nu.4.& consi.361.ommissa longa.col.pe.num.8. Requiritur tamen quod sit princeps non recognoscēs superiorem qui possit corrigere leges, & quod apponat clausulas derogatorias, Bal.in d.l.rescripta.in fine. de præcibus imper.offer.& l.2.colu.5.supra de seruit. & aqua.Alexander consilio 126.uiso & examinato. colum.fina.uolum.primo.& Bologn.consi.6.ut in præsenti.colum.penul.Felin.in c.quæ in ecclesiarum. colum. 11.de const.uer.quarta declaratio.Barba.con. 23. clementissimi.col.1.uol.2.

27 Tertio†princeps indistincte remittere potest interesse futurum condendo legem.Butrius & alii in ca.quę in ecclesiarum.de const.late Barba.consi.43.præclare. col.19.num.39.uolu.1.no.omnes doct.in l.omnes populi.in 3.q.principali Bar.ff.de iust.& iur.Et idem si esset generale statutum populi, uel in consilio generali quod populum repræsentat, ut per glo.in rubri.inf.de consuetud.& docto.in d.c.quæ in ecclesiarum.& Innocen.& alii in c.in nostra.de iniur.& dam.dat.Bal.in le. quæcunque.col.pe.de ser.fug.Barba.consi.11.illud.colum.pe.uol.4.Et idem etiam esset si consuetudo remitteret, per no.in d.rub.de consuetud. Quarto princeps declarat quantum sit interesse, & si pars non uult declarare, uel estimaret in infinitum, princeps potest compellere ut taxet per istum textum.& l.1.ibi, precio.infr.de communi ser.manum. Vel ipse declarabit inspecta facultate, & possibilitate delinquentis. argum.l.2. ff.de re iud.&sic secundum formam traditam in l.hæreditatum.ff.ad l.falcidiam secundum Specu.in tit.de iniur.§.sequitur.uer.sed utique. Roffredus in tractatu libellorum.3.parte.in actio.in factum.de iis qui deiec. uel effuderunt Panor.in c.1.ff.de iniur.Ioannes lupus in c.per uestras.§.24.fol.17.col.1.de don.inter uirum & uxorem.facit quod habetur per Afflictum in decisi. reg.34.pater filium.& hic per Rebuffum nu.40. & seq. hæc sufficiant circa significationem uerbi interest.

28 Quibus†sic præmissis pro declaratione materiæ, & ad tollendas æquiuocationes, secundo loco principaliter uidendum est, quō diffiniatur interesse tam in genere quam in specie, & quō diuidatur, & ideo ante omnia expediendæ sunt tres quæstiones quas Barto.posuit infra in lege prima.expediendo materiam, & quasi omnes posuerunt super glosa prima. sed melius cadit hic, quia non potest haberi intellectus legis de qua specie interesse loquatur nisi prius cognoscantur omnes species & inuicem differant, quæro igitur primo quid sit interesse, & quomodo diffiniatur, In hac quæstione doctores tam antiqui quam moderni ualde uariarunt, ita quod uerificatur in ea l.omnis diffinitio.ff.de regul. iuris. Glosa fuit quæ diffiniuit primo hoc modo, Interesse est damnum emergens & lucrum cessans cum aliquid fieri cessatur, Quam diffinitionem sequuntur

* magis communiter scribentes, sed contra eam fortiter facit, quia præsupponit quod interesse non reperiatur nisi cum alterius facto iniusto, quod falsum est, & patet in lege stipulatio ista.in §.alteri.ff. de uerborum obligationibus.ubi dicitur quod quis potest stipulari quod sua interest, & tamen ibi non consideratur aliqđ factum alterius, Item non comprænhendit interesse utilitatis, ut si dicatur quod interest mea habere res quas possideo, patet etiam quando dicitur interest reipublicæ mulieres esse dotatas, Vel delicta puniri, & tamen ad hoc interesse non requiritur factum alterius l.prim. ff.soluto matrimonio. & sic patet quod hæc diffinitio non conuenit suo diffinito, contra legem primam.§.dolum.ff.de dolo.Præterea in alio est diminuta, quia prę supponit quod interesse non sit nisi lucrum cessans, qđ similiter est falsum, quia immo interesse est quando lucrū emergit ut si mihi est donata uel legata aliqua res, Nam iis casibus est solum lucrum, quia sine lucro legatum non ualet, & tamen est interesse.le. sicut fundus.ff. de legatis secundo. & l.si creditori fideiussor. digestis de legatis primo.& appellatur interesse utilitatis.Item interesse est damnum cessans aliquando, ut in hostibus qui cessauerunt facere damnum, ut hic per Bartolum. Item non comprænhendit interesse legale quod soluitur pro resartione damni.

29 Quare†Bartol.infra in prima quæstione dixit quod ueteres non intellexerunt istam materiam, & propter æquiuocationem errauerunt. Nam interesse pluribus modis sumitur, in genere scilicet generalissimo, & in genere subalterno, & in specie, quando sumitur in genere generalissimo comprænhendit omne quod nos quoquomodo tangit, siue sint res ipsæ, siue sit id in quo res ipsę præstant utilitatem, siue nobis debeantur propter moram alterius uel factum iniustum, & in effectu quidquid est nostrum uel nobis debitum, & quicquid ex re nostra uel nobis debita insurgit tam ex se quam ex mora uel facto alterius iniusto est interesse, quod secundum Bar.ita diffinitur.

30 Interesse est†iusta alicuius utilitas, & quod sit iusta probatur in lege itaque fullo.ff.de furt.ubi iniusta utilitas non attenditur, Item probatur, quia actio legis aquiliæ datur ad id quod interest.l.ait lex.ff.ad legem aquil.tamen si damnum datum est sine culpa, non consideratur.l.si putator.ff.ad l.aquil.& inst.de l.aqui.§.1. & 2.Item quod sit utilitas, probatur in l.penu.ff.siquis cau.& l.sed loci.§.1.ff.fini.regund.& l.Iulianus.§.fi. ff. ad exhib.& l.emptorem.§.fi.& l.si sterilis.§.fi.ff. de actio.emp.& l.pretia rerum.ff.ad l.falc.& l. eum qui emit.§.quid ergo.& l.si uendidero.§.primo.ff. de furtis, Istam diffinitionem Barto.sequuntur communiter scribentes.Eam tamen aliqui reprænhendunt, eo quia negari non potest quod iniusta utilitas non sit interesse, ut dixit tex.in d.l.itaque fullo.quia expresse eā appellat interesse licet peti non possit, & in genere general. non attenditur an peti possit, quod patet, quia comprę henditur in eo interesse non petibile, secūdum omnes. Et quia oppositio est urgens, Ideo Dec.pro saluatione exponebat.iusta.i.uera, sicut dixit in simili glo.inst. de liber.in princ.sentiens non reperiri interesse nisi sit uera utilitas. Sed hæc expositio ab omnibus modernis damnatur, & etiam mihi non satisfacit.Primo, quia est contra mentem Bartoli qui posuit iustam ad differentiam iniustæ utilitatis, ut semetipsum declarauit inf. in expositione quam facit ad interesse non petibile. Secundo non est bona, quia reperitur interesse in quo nō

est uerum damnum, ut in interesse affectionis, & aliis exemplis infra ponendis, & probatur in l. nostra. in §. in aliis, & si exponeretur uera, idest quæ sit in rerum natura, esset superflua, cum alias in omnibus diffinitionibus rerum esset necessarium quod poneretur uerbũ iuxta, sed ideo omittitur, quia de non entibus non habetur consideratio, Item non diffiniretur interesse in genere, quia genus non reperiretur, sed solum diffinitur, ut per Bal. in rubr. C. qui admit.

31 Quare † puto hoc uerbum non bene stare in diffinitione, tum quia multi sunt casus in quibus iniusta utilitas non tantum est interesse sed etiam peti potest. l. nõ a iudice. ff. de iudici. l. sed eximendi. §. item siquis. ff. ne quis eum qui in ius uoc. & in interdicto recuperandæ & retinendæ quæ dantur etiam iniuste possidentibus §. retinendæ. instit. de interdic. & l. si quis ad se fundũ. C. ad l. iuli. de ui. & illudmet interesse iniustum quod non præstat actionem, in d. l. itaque fullo. contra iuré, præstat actionem in interdicto retinendæ & recuperandæ, & esset inconueniens quod esset & non esset interesse proprie. l. ancillam. ff. pro suo. Nec ualet si dicatur quod actio non datur ex improbitate agentis, sed ex facto aduersarii, ut dicit glo. in d. l. itaque fullo. & sequuntur hic nouissimi, quia istud non tollit quin iniusta utilitas exigatur. Ex quacunque enim causa nascatur actio, nihil interest ad propositum, sufficit enim quod ad exactionem detur aliqua actio. Præterea dato quod non exigatur interesse in l. itaque fullo, tamẽ non tollitur quin sit interesse, cum ad eius substantiam non requiratur quod possit peti. Petere enim uel non

32 petere † interesse non est de substantia eiusdem, sed de qualitate accidentali, sicut in simili uidemus, quod in aliis diffinitionibus rerum non ponitur an possint peti, sed solum quid sint in substantia, ut in diffinitione testamenti, possessionis, seruitutum, & aliarum rerum.

Secundo principaliter contra istam diffinitionem instatur, quia præsupponit quod interesse non sit in dãno, dum dicit, utilitas, quod est falsum, & est contra textum nostrum in fine, & l. si seruum. §. fina. ff. ad l. aquil. & contra totam materiam legis nostræ in qua solum agitur de interesse damni, cum alioquin peti non

33 posset. † Vnde dicunt Ferrarienses hic pro solutione, quod Bar. considerauit utilitatem in commodo pecuniario, Sed Deci. repræhendit, cum interesse etiam reperiatur quando non est commodum pecuniarium, ut siquis consequatur ꝙ filius suus cogatur agere pro libertate. l. 1. & 2. ff. de libera. causa. Item in diffinitione compræhenditur interesse inestimabile & non petibile, & tamen in eo non cadit commodum pecuniarium nisi remotissimum, ut in l. 1. solu. matrim. & l. ita uulneratus. ff. ad l. aquiliam. & l. si in emptione. ff. de minoribus. Item adhuc durat obiectio quod non continetur interesse damni quod sit de commodo pecuniario & aliis rebus, Ideo Dec. quem sequuntur nouissimi alio modo saluare conatur Bar. dicens differentiam lucri & damni non considerari in genere generalissimo, sed solum in genere subalterno, Quæ solutio nihil est, quia licet non fiat illa differentia lucri & damni, utrumque tamen in diffinitione compræhendi debet, alias autem si non compræhenderetur interesse damni esset defectiua diffinitio, ideo non bona. l. 1. §. dolum. ff de dolo.

34 Quare † Ferrarienses alio modo soluunt, licet implicite, uolentes Bar. sensisse diffinitioni suæ subaudiri debere terminos habita uel non habita, per quos in effectu utrumque interesse tam damni quam lucri compræhendatur, sicut fecit in diffinitione interesse petibilis, Sed hæc solutio etiam non satisfacit, primo quia est contra mentem Bar. qui solum posuit illa uerba in diffinitione illius speciei interesse petibilis, & si uoluisset contineri in aliis diffinitionibus, posuisset, & ideo posuit in diffinitione petibilis interesse factũ alterius iniustum, quia ad substantiã petitionis interesse requiritur quæ petitio non fuit considerata in interesse in genere, Et si dicatur ꝙ Bart. uoluit cõsiderare utilitatẽ quam quis potest habere respectu restitutionis & refectionis dãni, & sic uirtualiter cõpræhendere damnũ, Respondetur ꝙ nec hoc põt stare, quia non omne damnum põt refici, cum sit inestimabile, aliquando uel nõ petibile, & sic adhuc est diuinatiua, Secundo nõ est bona, quia dicta in diffinitione specierũ non repetuntur in diffinitione generis, quia secundum Porphiriũ species abundat a genere, & per additionẽ separatur a genere, & speciebus, Tertio non est bona, quia non euacuat totum cõtrariũ, cum nec totũ interesse damni cõpræhenderetur, ꝙ ostenditur, quia si res mea deterioratur, erit mihi utilitas ablata, nõ autẽ poterit dici utilitas nõ habita, cũ damnũ possit esse in utilitate amissa & non habita, sicut damnũ est in priuatione & non acquisitione. l. iulianus. §. fi. ff ad exhib. & tit. ff. ad l. aqui. ꝙ patet, quia ex uerbis. l. punitur damnũ habitũ ex priuatione utilitatis, ex mente uero legis punitur damnũ habitum in non acquirendo. §. illud quoque iuncto principio. instit. de leg. aquil. Et sic duplex est interesse damni, Vnum in utilitate amissa consistens, & aliud in utilitate non habita, Et per consequens saluatio prædicta non est perfecta, Item cum interesse consistat in priuatione & habitu, & habitus sit duplex, præsens, & futurus, & priuatio sit duplex, præsans, uel futura, Necessario diffinitio, ut sit perfecta debet habere seu cõtinere has quatuor partes, duas in habitu, & duas in priuatione, Habitus præsens est utilitas, habitus futurus est acquisitio, & priuatio præsens est damnum, & priuatio futura est lucrũ cessans siue impedita acquisitio, Ex quibus patet ꝙ diffinitio Bar. saluari non põt, quidqd dicant scribentes, quia est diminuta, non cõpræhendẽs interesse utilitatis iniustæ, nec interesse damni consistẽtis in utilitate amissa & utilitate non habita, Item non compræhendit priuationẽ ex facto iusto quæ tamẽ est interesse, ut per Bar. inf. dum allegat. l. Proculus. ff. de dam. infect. Item & tertio non ualet, quia interesse recte considerando non est utilitas, sed est quoddã emergens ex utilitate & damno, ut inf. dicam.

35 Qua propter † Alcia. in c. quæro in quod 2. colu. uer. igitur. Alio modo diffinit interesse, dicens interesse est quidquid ad nos pertinet siue ad nostram utilitatem

36 spectat, Et formatur ab eo ꝙ est. i. in re esse, † Hæc diffinitio licet magis adhæreat ueritati, tamen non in totũ est perfecta, quia non compræhendit interesse damni dati in re nostra quod consistit in utilitate amissa, Nam siquis corrupit uel deteriorauit rem meam, damnum non dicitur pertinere ad me, quia illa deterioratio nunq̃ fuit mea, nec mihi debita, sed solum ius petẽdi resartionem. Similiter nec compræhendit interesse utilitatis non habitæ, ut siquis per dolum suum fuit cã ꝙ aliquid non potui acquirere, Et propter hanc rationem non cõpræhenditur in ea interesse lucri nõ facti.

37 Quare † nouiter ego puto interesse in genere generalissimo diffiniri posse, Interesse est quidquid ad nos spectat, uel in futurũ utilitatẽ afferre põt, uel causa alicuius spectare desiit uel non potuit, Hæc diffinitio (si recte inspiciatur) compræhendit omnes casus in quibus præcedentes sunt diminutæ. Et ideo dixi in primis uerbis quidquid, ut compræhenderem omnes res nostras uel nobis debitas tam corporales quã incorporales, tam estimabiles quam inestimabiler, & omnia iura. Item dixi ad nos spectat, ut compræhenderem tantum modo illud quod nos tangit, non autem illud quod ad nos non spectat aliqua spe probabili, ut si priuatus diceret interesse suum esse in regno Franciæ, uel pontificatu uel imperio, quia desiderat habere, nam uanum est. Item dixi ex causa alicuius, ut compræhendam interesse utilitatis amissæ propter factum alterius, uel ẽt casu,

casu, quod idem est. Item dixi uel non potuit, ut compræhendam interesse utilitatis non habitę. Et sic patet quod compræhendit omnes casus.

38 Vel †secundo potes diffinire, interesse est quidquid ad nos spectat uel in futurum utilitatem afferre potest, aut casu, uel culpa alterius spectare desiit, uel non potuit, quæ diffinitio est perfecta, quia compræhendit utrumque interesse, habitus & priuationis, & tempus præsens & futurum in utroque, Vel tertio, interesse, est quidquid ad nos in utilitate uel damno spectat uel spectare potest, & uerbum damnum, capitur large. l. secunda. §. damnum. ff. ne quid in loco publico. Vel quarto interesse est omne damnum uel utilitas quæ quomolibet nobis contingere potest, Vel breuius, interesse est quidquid ad nos quomodolibet spectat, & uerbũ quomodolibet compræhendit uirtualiter illas quattuor partes priuationis præsentis uel futuræ, & habitus prę sentis uel futuri, omnis denique oratio comprehendẽs utilitates, uel omne damnum quæ possunt contingere hominibus & rebus suis facit bonam diffinitionem interesse generalissimi. Aliam diffinitionem posuit Loriotus in lege quatenus. ff. de regu. iur. & in tracta. suo axioma 3. dicens quod est omne id quod in futurum utilitatem uel damnum afferre potest. Quæ diffinitio ex prædictis apparet imperfecta, quia non compræhendit utilitatem præsentem nec damnum præsens, item uidetur compræhendere res ipsas tantum, non interesse, cum ipsæ res sint ille quæ possunt afferre utilitatem non autem ipsum interesse, quia si habentur, præstant utilitatem, si eis priuamur inducunt damnum, interesse uero est unum incorporale insurgens ex priuatione uel habitu ipsarum rerum, & quamuis utilitas & damnum possit etiam esse in estimatione quæ soluitur, & sub nomine talis interesse compræhendi ualor ipsarũ rerum ammissarum, ut infra demonstrabitur, & ideo potest etiam sub se continere illa uerba quanti ea res. & l. 4. §. sed & si. ff. si seruitus uendicetur. & l. hæc uerba. ff. de uer. signi. Tamen non tollitur quin interesse uerum differat ab eis, & non contineatur in sua diffinitione, ideo tenende sunt quas ego dedi. Et hæc de diffinitione in genere.

39 Hoc †autem interesse in genere primo diuiditur ut supra inter interesse habitus, & interesse priuationis, Interesse habitus est ubicunque nos habemus utilitates nostras uel habere possumus sine impedimento, & potest diffiniri, quod est quidquid utilitatis ad nos quomodolibet spectare potest, & istud nunquam potest adaptari ad particularem materiam legis, quia nunquã est petibile, cum id quod habemus non possumus petere, nec sit a quo petamus. l. si rem meam. §. primo. ff. de uerborum oblig. & l. suæ rei. ff. de contrah. emptio. & §. primo. insti. de inutil. stipul. nisi aliquod ius deficiat, ut per glosam in §. si res aliena. in glo. consequi. instit. de leg. & l. etiam. ff. de solu. & l. si hæres. ff. de actio. empti. Sed in illis casibus quamuis in uerbis uideatur peti res nostra, tamen in effectu petimus ius deficiens, qđ non habemus, & idem dici debet de seruitutibus, quæ petuntur a possidente, quia effectu petitur illud quod deficit, ut no. in §. æque. insti. de actio. Et per hoc etiam sequitur quod non diuiditur inter naturale & legale, cum legale sit inductum propter commoditatem solutionis & satisfactionis fiendæ quæ non adaptatur in hoc interesse, & licet possit diuidi inter estimabile & nõ estimabile, tamen non prodest facere hanc diuisionẽ, & solum iura illud considerant propter conseruationẽ & super ea multa introduxerunt, sed in hac materia legis nostræ parum de eo dicemus.

Vnde secundum est interesse priuationis seu damni, quod diffinitur ut sit quidquid damni ad nos quomodo
40 libet spectare potest, †Et pertinet ad particularem materiam legis nostræ, quia sæpissime peti potest, & expedit multum ponere suas diuisiones propter uarietatem satisfactionis fiendæ. Ideo dicas omne istud quod ad nos ex aliqua causa spectat, aut est estimabile, aut inestimabile, si recipit estimationẽ, facit interesse estimabile, si non recipit estimationem, facit interesse inestimabile, & ideo Bar. infra in eadem quæstione dicit quod interesse in genere diuiditur, nam quoddam est interesse estimabile, & quoddam inestimabile, exempla de interesse estimabili clara sunt, ut fundus, homo, uestis, equus, liber, exempla autem de interesse inestimabili similiter multa tradi possunt, ut in lege prima. ff. soluto matrimonio. l. ita uulneratus. ff. ad legem aquiliam. & §. cogitatio. in auth. ut iudic. sine quoquo. suffr. fiant. ut ibi interest reipublicę habere subditos diuites. item interest reipublicæ ne ciuitas ruinis deformetur. l. prætor. §. hoc interdictum. ff. de noui oper. nuntiati. Item interest reipublicæ ne quis re sua male utatur. le. 2. ff. de iis qui sunt sui uel alieni iuris. Interest reipublicæ testamenta mandari executioni. l. uel negare. dige. quemadmodum testam. aper. Idem etiam est in priuatis. ut l. secunda & 3. ff. de deliber. causa. interest alicuius status quæstionem non moueri. l. procurator. § fi. ff. rem rat. hab. & l. libertas. ff. de reg. iur. Item interest nostra filios non cruciari. l. isti quidem. ff. quod metus causa. & §. fina. inst. quod cum eo. Item qui obligatur ad antidora obligatur inestimabiliter, secundum Iacobum in l. quod dictum. ff. de pact. Et in istis exemplis transeunt doctor.

Sed nouissimi Biturigenses contra omnes dicunt nõ reperiri interesse inestimabile, quia nulla est res quæ non recipiat estimationem finitam uel infinitam, quod probant per multa exempla secundum eos, & primo in libertate quæ estimationem recipit. l. non est singulis. §. fina. ff. de regul. iuris. ibi, infinita est libertatis estimatio, & l. procurator. §. fi. ff. rem ratam habe. Ibi estimatio libertatis ad infinitum extenditur, & sic semper estimatio fit, licet porrigatur ad infinitum, unde libertas est estimabilis infinite, licet infinite sit inestimabilis, & hoc modo etiam intelliguntur leges dicentes hominem liberum non posse estimari, quia uerum est finite, infinite uero æstimari potest, Similiter legato campo martio uel alia re quæ non est in comertio nostro, estimato non debetur. l. idẽ Iulianus. §. fi. ff. de leg. i. & tamen estimari potest. s. infinite, ut patet ibi, estimatio. atq; homine libero occiso debentur quinquaginta aurei. l. i. §. sed cũ liber. ff. de iis q deiece. uel effu. Et tamẽ debentur quinquaginta aurei pro æstimatione, quamuis non sit facta ad duplum corporis, cum corpus non recipiat estimationem, sed solum infinitam, & cum hac declaratione respondet omnibus adductis pro cõmuni, quia omnes leges dicentes aliquam rem non estimari, intelliguntur finite, Infinite enim recipiunt estimationem, & sic differentia est inter finitam uel infinitam estimationem, & nulla est quæ non recipiat estimationem finitam uel infinitam, pro quorum opinione potest adduci tex. in §. primo. insti. de rebus corpora. & incorpora. cum similibus adductis per glosam ibi in uerbo innumera.

41 Sed ego †puto per ista non esse recedendum a communi opinione quæ aperte probatur in d. l. libertas. ff. de reg. iur. & §. penul. inst. qui manum. non possunt. dũ dicitur quod libertas est inestimabilis, & est ratio, quia in iure illud inestimabile est cuius ualoris certitudo non habetur, Estimatur enim res ut certitudinem in pecunia habeamus, & ad hoc ut possit fieri condemnatio & executio certa. §. curare. insti. de actionib. l. i. de contrahen. emptio. unde quando non potest haberi certitudo res inestimabilis est, quia non habemus effectum cuius causa estimatio inuenta est, probatur in d. l. libertas. coniuncta l. non est singulis. ff. de reg. iur. & si ita non est, hic terminus inestimabilis esset nullius utilitatis & superflue inuentus fuisset, & ista conuertuntur, inestimabilis res est, uel certa estimatio dari non potest.

potest. Et probatur in l.2.§. corporum. ff. ad l. rhodi. de iactu. & ita capitur in iure, & in hac significatione intelligunt doctores & bene loquuntur. Cum igitur inestimabile interesse reperiatur, uidendum est de eius diffinitione, quæ secundum Bar. ita tradi potest. Interesse inestimabile est iusta alicuius utilitas inestimabilis. Interesse uero estimabile est iuxta alicuius utilitas estimabilis, ita quod in effectu sola aditio estimabilis inestimabilis complet istas duas diffinitiones, & facit eas differre inter se, cum sint de speciebus, quia species est illa quæ abundat a genere secundum Porphirium in c. de specie. Et hæc diffinitiones Bar. de iure procederent si diffinitio generis bona fuisset.

42 Sed† quia in præcedentibus demonstrauimus diffitionem illam esse superfluam & defectiuam & nouã ultra alios tradidimus, eodem modo istæ duæ diffinitiones Bar. sunt defectiuæ, & nouæ sunt tradendæ quæ tales sunt.

43 †Interesse inestimabile est omne inestimabile ad nos spectans uel quod spectare desiit uel nõ potuit. Interesse estimabile est omne estimabile ad nos spectans uel quod spectare desiit uel non potuit, & istas diffinitiones potes mutare secundum omnes illas diffinitiones quas ego dedi supra de interesse in genere generalissimo. Rursus omne interesse prædictum aut est de rebus quæ iure permittente peti possunt, aut de rebus quæ iure permittente peti non possunt. Si peti possunt, efficitur interesse petibile, si uero peti non possũt efficitur interesse non petibile.

44 Vnde†Bart. aliam diuisionem interesse posuit dicẽs quod quodam est interesse petibile, & quodam nõ petibile. Petibile interesse est iusta alicuius utilitas estimabilis petibilis habita uel non habita ex alicuius facto iniusto. Non petibile uero interesse est alicuius iusta utilitas non petibilis habita uel non habita ex alicuius facto iniusto uel cessatione iniusta. Et ut ex uerbis diffinitionis apparet, constituit differentiam inter petibile & non petibile, in duobus, nam in interesse non petibili posuit uerbum habita, quia per illud denotatur utilitas existens penes dominum, quo casu petitio fieri non potest. argum. §. sic itaque. inst. de actio. & l. si rem meam. §. 1. ff. de uerbo. obliga. Item posuit uerbum sine facto iniusto, quia putauit existente facto iusto aduersarii non esse locum petitioni, argu. l. Gracchus. inf. de adult. & d. l. Procul. ff. de dam. infect. Et cum istis compleuit diffinitionem, quia putauit ea sufficere ad faciendum quod interesse non posset peti. Itẽ in diffinitione petibilis interesse non posuit uerbũ habitam, quia habita impedit petitionem, & petitio præsupponit priuationem, & posuit uerbum cum facto iniusto, quia putauit factum iustum sufficere ad faciendũ quod non posset peti, & sic diffiniendo non petibile interesse posuit ea quæ putauit sufficere ad impediendũ totam habilitatem petitionis, & diffiniendo interesse petibile posuit ea quæ putauit sufficere ad inducendum habilitatem petitionis. Exempla de petibili interesse clara sunt.

Exempla uero de non petibili tradunt doct. primo in re mea quam non possum petere si apud me sit l. si rem mea. ff. de uerbo. obliga. & §. primo. instit. de inutil. stipul. & tamen est interesse meum. Idem probatur in l. Proculus. ff. de damn. infect. ubi interest mea lumẽ uel aquam non auferri, & tamen petere non possum. Idem etiam est in l. quarta. ff. ad l. aquiliam. & l. Iulianus. in principio. de actio. empti. & in infinitis casibus quos uidebimus infra in materia. Potest etiam poni exemplum in eo qui habet domum delectabilem, Nã interest sua propter amicorum concursum, ut per glo. 3. in l. 1. ff. de seruit. urba. prædio. & tamen peti nõ potest. Item interest scholaris non habere pulcram hospitem uel meretricẽ in domo, quia impeditur in studio propter concursum amicorum, & in eo est inestimabile quamuis in expensis possit esse estimabile, & tamen primum non potest peti. Cepol. in tract. de serui. urba. prædio. c. 26. fol. 14. col. 3. Idem potest dici in bibliopola uel alio artifice qui de nouo uenit ad habitandũ ad locum in quo alius solus erat, Nam interest primi secundum artificem non uenisse, Et tamen regulariter petere nõ potest. l. libertus negotiationis. ff. de oper. * liberto. & l. quæro. ff. de iure patron. Et est communis opinio doctorum hic.

45 Sed aduertendum†est primo, quia Bar. hic præsupponit quod interesse inestimabile, nõ diuidatur inter petibile & non petibile, quod falsum est, nam lege non

46 prohibemur rem inestimabilẽ petere. †Patet, quia seruus potest petere libertatem sibi præstari. tot. tit. ff. de fideicom. liber. quæ tamen inestimabilis est, Item pater potest petere filium liberum. l. 1. §. per hanc. ff. de rei uendi. Item libertinus potest petere ingenuitatẽ. §. præiudiciales. inst. de actio. & ibi Ias. qui ponit quãdo maritus potest petere uxorem. & Abbas potest petere monachum, quæ omnia sunt inestimabilia. Vnde

47 patet†quod eadem diuisio cadit in interesse inestimabili, Et non tantum si est interesse in ipsis rebus (ut patet per prædicta exempla). Sed etiam si est interesse insurgens ex rebus. Nam si non soluantur prædictæ res inestimabiles petitæ, insurgit damnum inestimabile, & petitur interesse inestimabile, quamuis postea pro commoditate solutionis taxetur a iudice uel a lege. l. uideamus. §. fina. ff. de in lit. iuran. & l. procurator ad exhibẽdum. ff. rem ratam haberi. Nec obst. d. l. 1. §. sed cum liber. ff. de iis qui deiece. uel effude. & d. l. procurator. ubi pro re inestimabili petitur certa pecunia, non estimatio rei. Quia respondetur quod immo petitur estimatio damni infinita, licet pro commoditate soluendi petatur siue soluatur certa quantitas. Saluari tamen potest Bar. respectu executionis quæ nunquam fit nisi in re taxata. Vel aliter, ille leges loquuntur de interesse insurgente ex rebus, non autem de ipsis rebus. Nos autem loquimur de interesse in genere, quod consistit etiam in ipsis rebus.

48 Secundo†aduertatur, quia Bar. præsupponit ꝙ existente facto iniusto omne interesse & semper peti possit, & quod factum iustum aduersarii sufficiat ad impediendum petitionem, quod statim falsum esse demonstrabo, Nam (ultra quod sunt defectiue ut supra sæpius diximus) etiam illa uerba non conueniunt, quia interesse in genere petitur quando non est factum iniustũ. ut probatur in §. si res legata. uer. si uero. instit. de leg. ubi hæres ignorans manumittens seruum legatum facit factum iustum, & tamen tenetur ad interesse, Ideo diffinitiones prædictæ in multis non possunt procedere si forte legatarius petat libertatem, uel fundum legatum. l. si cui fundus. ff. de lega. 2. Et in omnibus rebus estimabilibus uel inestimabilibus quæ nobis debẽtur sine mora debitoris interesse est, & petere possumus, quamuis non sit factum iniustum, Idem etiam est in interesse non petibili, quod tamen non possumus petere, quamuis sit factum iniustum, ut interesse naturale semper, & etiam interesse ciuile, ut in interesse extra rem, uel interesse singulare, quæ regulariter peti non possunt quamuis sit factum iniustum, & in infinitis casibus ponendis inf. in materia. per l. ex empto. in prin. & l. si sterilis. §. cum per uenditorem. ff. de act. empt. l. fi. ff. de peric. & com. rei uenditæ. cum concord.

49 Vnde†patet prædictas diffinitiones aliter debere tradi, tam in interesse estimabili, quam in interesse inestimabili, & ad formandum eas solum necesse est ponere petibile & non petibile, quia in diffinitione sufficit addere terminos per quos species constituuntur inter se differentes. l. 1. de serui. rusti. predi. & supra dixi de mẽte Porphirii. Interesse igitur inestimabile non petibile diffinitur, quod est omne inestimabile non petibile ad nos spectans uel ex facto alterius spectare desiit uel non potuit, Petibile uero est omne inestimabile petibi

le

le ad nos spectans &c. Et idem dicendum est de interesse estimabili mutatis mutandis, Et istas diffinitiones potes mutare secundum uarias diffinitiones traditas sup. de interesse in genere generalissimo, Et nō est bonum ponere illa uerba non habita ex facto alterius iniusto, ut demonstretur quando possit peti interesse, quia factum iniustum non sufficit semper ad faciendū quod interesse peti posit, & factum iustum quod non possit peti, ut in d. §. si res legata. inst. de lega. & l. si in emptione. ff. de minorib. ubi emendo ille rē iusto precio facit rem iustam, & tamen tenetur ad interesse minoris ut statim dixi, Et esset ualde laboriosum & inutile ponere in diffinitionibus omnes casus in quibus potest peti uel non peti interesse, Ideo solum debet poni uerbum petibile, & non petibile, ultra diffinitionē generis, ut ego feci, sicut nec in diffinitione estimabilis & non estimabilis interesse ponuntur ea quæ faciunt estimari & non estimari. Aduertas etiam, quod exempla tradita per docto. non sunt indistincte bona, nam in lege Proculus interesse illud peti potest si fiat in despectum, ut per Cepol. in tracta. de serui. c. 39. sub rubrica de solo & area. & Hippoli. de Marsi. in singulari. 154. Et idem dicendum est de exemplo Decii, nam rē meam aliquando petere possum, ut in §. æque. inst. de actio. ut in contractu depositi, locati, & commodati. l. officium. ff. de rei uendic. & in aliis etiam cōtractibus, & si aliquid deest mihi in re mea, ut notatur per glo. in §. si res. instit. de lega. in glo. in uerb. consequi. Idem in artifice ueniente ad habitandum apud alium, Nam si capiat insignia alterius, prohiberi potest, ut per Alber. in d. l. quæro. de iure patron. & Abba. & alios in c. dilecta. de exces. prælat.

50 Item † prædicta diuisio petibilis & non petibilis interesse inconstans est & accidentalis, & substantialis, nec necessaria nec perfecte tradi potest, quia ex parua uarietate fit transitus de uno in aliud, cū uarietur propter mutationem personarum & contractuū, & fit impossibile omnes casus in quibus potest peti, uel non peti interesse contineri in diffinitione, ut supr. dixi. Nam si uas traditur uitiosum, aliquādo interesse peti potest, si uinum est effusum, aliquando non, probatur in l. tenetur. §. qui uas. ff. de actio. empt. & l. si seruus. §. quod uero. ff. depositi. & l. inter causas. §. cum seruus. ff. manda. & l. in rebus. §. nam quis sciens. ff. commoda. Et nullum est interesse petibile quod ratione loci uel temporis non efficiatur non petibile. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadru. pau. fecisse dicatur. l. qua actione. §. si qs in colluatione. & l. si ex plagis. §. fina. & l. si putator. ff. ad l. aquiliam. Sed Bar. ideo posuit, quia credebat quod interesse interueniente facto hominis iniusto de quo habetur in l. nostra semper peti posset, Sed deceptus fuit, quia in l. nostra in infinitis casibus interueniēte facto iniusto interesse peti non potest, siue sit estimabile, siue inestimabile, & interueniente facto iusto peti potest. d. §. si res legata. ut dixi & infra latius dicam.

51 Aliam diuisionem interesse sentit hic tacite Dec. in 3. colu. & expresse hic ponunt nouissimi † quod interesse aliquod præstat nobis actionem, aliquando nō præstat. Nam aliquæ sunt actiones quæ non competunt nisi ratione interesse, ut est actio furti. l. itaque. ff. de furtis & in l. cum seruus. ff. de seru. exporta. & l. prætor. §. fi. & l. qui bona. §. qui damnum. ff. de dam. infect. Item quis admittitur ad appellandum ratione interesse. 2. q. 6. c. non solum. & c. cum inter. de elect. l. fideicōmissa. §. interdum. ff. de legat. 3. Sed ista non est diuisio interesse, sed potius quidam effectus interesse, nam interesse uerum quod insurgit ex priuatione habita præstat nobis causam agendi, ut possimus petere resartionem & satisfactionem damni, & sic omne interesse petibile præstat nobis causam agendi, & per consequens est effectus qui sequitur ex omni interesse petibili, & uirtualiter continetur in præcedenti diuisione, Et si intelligitur de actione quæ datur ad petendum aliud quam resartionem damni, tunc competit propter conseruationem iuris sui, ne sine causa priuetur utilitate sua, sicut & multa alia pro conseruando dantur, ut not. in l. fin. ff. de legib. Item ex alio diuisio non procedit, quia hæc qualitas conuenit omnibus speciebus interesse, sed nō semper, Nam aliquando propter interesse datur facultas agēdi plus & minus secundum diuersitatem casuū. cum interesse affectionis aliquando præstat causam agendi, aliquando non, ut patet in d. l. cum seruus. & l. 3. ff. de seruis exportandis. ita quod discurrēdo per omnia exempla non reperitur unum exemplum interesse quod præstat causam agendi semper, & aliud non, sed unum & idem interesse ex uariatione loci & temporis aliquando producit effectum agendi, & aliquando nō producit talem effectum.

52 Præterea hæc facultas agendi est uaria, & datur ad uarios fines, ut uere hæc facultas † sit quædam qualitas accidentalis, sicut quod hominum quidam sunt boni, & quidam mali, & quidam albi, & alii nigri, quia aliquando propter interesse petitur alia res, ut est ille qui agit populari actione propter interesse rei suæ, & tamen agit ad uindictam glo. in rubr. ff. de popula. actio. & l. si uero. §. iis autem. ff. de iis qui deiece. uel effude. Item quando quis defendit sanguinem suum facit quod sua interest, & tamen illud non petit. l. 2. ff. de libe. causa ubi propter honorem suum quis petit libertatem alterius, Idem in omnibus casibus præcedetibus in quibus interesse non petitur, sed petitur aliud quod cōcessum facit cessare interesse, quo casu interesse poterit dici non petibile.

Sed alia diuisio tradenda est quam explicite non ponunt doctores, sed sentiunt eam esse magis necessaria.

53 † Nam quoddam est interesse de ipsis rebus, siue consistens in rebus, Et quoddam est insurgens ex rebus ipsis, Interesse in ipsis rebus est illud quod habemus in rebus nostris uel debitis, ut interest mea habere rē meā, quia ditior sum, & habeo multas commoditates, Et idem si res aliqua mihi debeatur. l. qui actionem. ff. de regu. iur. Item interest mea mihi donationes fieri, & rem legari, & liberationes relinqui. l. si creditori. ff. de lega. 1. & l. si cui fundus. ff. de lega. secundo. Et istud interesse non causatur ab alio extrinseco, sed solum consistit in rebus, Et hoc non est proprie interesse sed abusiue ex quadam impropria locutione, cum proprie qs in libello petat rem cum omnibus damnis & interesse, & sub nomine interesse nō ponit ipsas res, Et ita appellauit hic Bar. in fine primæ. quæst. Tamen appellatur interesse, quia interesse uerum habet originē a re, & sine priuatione rei alicuius non posset esse, & quando tractatur de resarciendo damnum, si ipsa res soluatur, extinguitur pro illa rata interesse, ut no. in l. uinū. in fi. col. Bar. ff. si cer. pet. Et ideo cum habeat originē a re & desinat ex solutione rei saltem pro rata uidetur esse interesse, & appellatur interesse, & continetur in genere generalissimo, Et de hoc non loquitur. l. nostra. Sed effectus illius est, quod causat actionem ad ipsam rem retinendam uel conseruandam, & aliquando ad aliud.

Interesse uero insurgens ex rebus dicitur esse quando aliquis priuatur re sua in totum uel in parte per furtum rapinam uel damnum iniuria datum, Item si debitor non soluat per moram quod debet. l. quod te. ff. si cer. pet. Item si quis per fraudem uel alio modo impediat me aliquid acquirere quod alioquin potuissem. l. si quis persuaserit. ff. de dol. l. 5. ff. de iis quæ in fraudē creditorum. Et hoc interesse est quodam incorporale, & semper est separatum a rebus, & nascitur ex priuatione rei suæ, uel non solutione, uel ex impedita acquisitione, & licet in hoc interesse contineatur ualor rei principalis quæ non traditur & de ea fit priuatio, Tamen ipsa res adhuc non potest dici de interesse, sed

lex

lex mandauit ut res ipsa uel ualor soluatur pro satisfactione interesse.

54 Et cum † damnum possit haberi uno ex dictis tribus modis, potest dici quod diuidatur in tres partes. Vnum quod nascitur ex priuatione rei suæ in totum uel pro parte. Aliud quod nascitur ex mora debitoris. Tertiũ quod nascitur ex impedita acquisitione. Rursus, quia illud damnum potest contingere casu, Item ex causa proprii damni, Tertio ex causa alterius, possunt etiam dari tres aliæ diuisiones, quarum duæ faciunt interesse non petibile si non præcedat culpa alterius. l. quæ fortuitis. C. de pignor. actio. & §. itẽ si quis, inst. quib. mod. re contrah. oblig. Et de isto omni interesse loquitur ꝓprie. l. nostra & tota materia in qua agitur quando illud deberi exigi & peti possit, & quomodo debeat dãnum habitum resarciri. Et super isto est insistendum, diuidendo & diffiniendo sicut insistit glo. & docto. & hæc sufficiant circa 2. quæstionem principalem.

55 Tertio † principaliter pro speciali intelligentia, l. nostræ uidendum est quomodo diffiniatur illud interesse insurgens ex rebus. Et glo. in l. 1. inf. eodem posuit

56 duas diffinitiones & aliquas etiam doctores. † Prima igitur diffinitio gl. est, quod interesse est singulare rei pretium, quæ diffinitio ab omnibus reprælienditur, quia in qualibet sui parte est imperfecta, Nam præsupponit quod tantum sit interesse singulare, quod est falsum, cum reperiatur conuentum, commune, & singulare, ut infra dicam. Item non comprælienditur interesse extra rem quod nullo modo potest esse pretiũ rei, Item pretium rei non potest dici interesse ut infra ostendam, Item est nimis generalis, quia estimatio rei non est interesse de quo agimus, sed illud quod debetur ex causa alterius.

57 Vnde gl. secundo loco diffiniuit, dicens quod interesse est damnum emergens & lucrum cessans ex eo ꝙ aliquid fieri cessatur. Huic diffinitioni obstat secundũ Iacob. de arena, quia damnum non est uerum genus, cum si quis petat interesse non petit damnum sed petit pecuniam pro damno, Ergo interesse non est damnũ, quia si esset obligatus ad interesse, esset obligatus ad damnum, ergo dando damnum liberaretur, Sed Bart. saluat, quia glo. posuit damnum pro estimatione damni, sicut ponitur in l. 1. sup. de ædil. actio. & l. post uenditionem. in princ. ff. de aqua plu. arcen. & l. si seruum. §. 1. ff. ad l. aquil. & probatur in tex. nostro. Et non inconuenit, sicut in simili in diffinitione seruitutis ponitur constitutio iuris gentium pro effectu constitutionis

* inst. de iure personarum. §. 1. & sequuntur communiter docto. Secundo obstat huic diffinitioni, quia non comprælendit damnum datum ex facto alterius, sed solum damnum insurgens ex rebus per moram, quia dicitur cum quid fieri cessatur, Barto. etiam saluat, quia appellatione faciendi ponit non factum, & sic etiam comprælienditur factum iniustum. l. qui non facit. ff. de regu. iur. & ita pertranseunt scribentes cum hac diffinitione. Sed contra eam facit, Nam si dicis quod interesse est damnum, istud est falsum in terminis in quibus loquuntur docto. ut hic per eos, Item damnum est diminutio patrimonii. l. 2. ff. de dam. infect. Interesse uero est augumentum, quia resarcitur damnum. Si uero tu dicis quod est estimatio dãni, similiter nec istud stare potest, quia interesse non est estimatio, ut infra ꝓbabo, reprælendendo aliam diffinitionem, Præterea est diminuta, quia non comprælendit damnum datũ ex facto alterius, ut in casu l. aquiliæ, & in l. Iulianus. ff. de actio. empt. Nec obst. quod qui non facit dicatur facere, quia uerum est circa idem, ut si non facit quis ꝙ debet facit quod non debet. d. l. qui non facit. Secus autem si est circa aliud, Nam simpliciter non facere non est dare, Non enim potest dici quod qui non soluit rẽ damnificet ipsam rem. l. quod te. ff. si cer. pet. Hinc est quod dicimus delictum in committendo differre a delicto in omittendo, ut per glo. & docto. in l. si mora. ff. sol. matr. Et ideo Iacob. de arena ponebat aliam diffinitionem, dicens quod interesse est estimatio damni emergentis & lucri cessantis, ex eo quod aliquid fit ꝙ fieri non debet, & datur quod dari non debet, uel non fit quod fieri debet, uel non datur quod dari debet, Et istam diffinitionem tanquam explicite omnia comprehendentem sequ. communiter docto. Discipulus uero Iacob. de arena impugnabat eam, quia interesse estimatur, & si interesse est estimatio, ergo estimatio estimatur, quod est falsum, cum estimatio estimet, non estimetur, sicut pecunia. l. si ita fideiussorem. ff. de fideiussor.

58 Docto. uero saluant † quia estimatio nõ capitur pro actu estimandi, sed pro re quæ estimat damnum, i. pro pecunia, & est ac si diceretur, interesse est quantitas estimans. l. si quis ab alio. in §. fi. ff. de re iudic. & l. stipulationes non diuiduntur. uer. Celsus. ff. de uerbo. obliga. per quas leges probatur secunda pars diffinitionis, ibi, fieri cessatur. Item & in tertia parte est bona, quia in contractibus innominatis in quibus uenit datio agitur ad interesse. l. naturalis. §. 1. ff. de præscrip. uerbis. Similiter ultima pars eiusdem probatur in l. interdicto. ff. de ui & ui arma. & toto tit. ff. ad l. aquil. & in l. Iulianus. ff. de actio. empt. Bar. uero postea ex alio reprælendebat hanc diffinitionem, quia non comprælẽdit omnes casus, & inuenitur interesse lucri emergentis & damni cessantis. Nam si mihi legatur uel donatur res, lucrum emergit, & si hostis non faciat damnum (cum licite facere possit) damnum dicetur cessare, Præterea reperitur interesse quod nõ potest estimari.

59 Quare postea † ut saluaret hanc diffinitionem posuit distinctionem inter interesse in genere generalissimo, & interesse in genere subalterno, & pro solutione dicit quod prædictæ oppositiones procedunt in interesse in genere, non autem in interesse in specie, prout sumitur in materia legis nostræ, quia interesse de quo nos loquimur non est in ipsis rebus, Sed est in pecunia debita ꝓpter priuationem rei nostræ ex causa alterius factam. Et sic semper est in pecunia, & semper estimatur, & semper est damnum emergens, & lucrum cessãs & eius estimatio, quia semper uenit ex priuatione rei causatæ ab alio quæ nõ potest nisi damnum afferre & lucrum impedire. Et hac ratione etiam dicit omne interesse esse petibile, quia licet res aliquando non possit peti, tamen interesse semper quia est quantitas insurgens ex rebus & separata ab eis, & hæc fuit uera mens Barto. licet uerba sua sint aliqualiter obscura & diminuta.

Qua propter inhærendo prædictis diffinitionibus Bart. posuit aliam nouam non discrepantem tamen in substantia sed elegantiorem, quæ talis est. Interesse est estimatio utilitatis non habitæ propter alicuius factum iniustum uel cessationem iniustam, Et eam probat, nam ponitur estimatio ut differat ab interesse rerum, Item ponitur utilitatis non habitæ, ut comprælẽdat damnum emergens & lucrum cessans, quod est utilitas non habita, Sequitur propter alicuius factum iniustum, ut comprælendatur tantum estimatio rei qua

60 priuati sumus iniuste. † Sed ferrarienses hic reprælendebãt utranque diffinitionem per quædam leuia, & primo, quia non comprælendit interesse lucri cessantis secundum eos, Sed hoc potest negari, quia Bart. uoluit sub nomine utilitatis contineri etiam utilitem amissam. Secundo quia estimatio separata est ab interesse, quod probant, quia per estimationem cognoscitur quantum sit damnum, non autem interesse, cui oppositioni supra fuit responsum per Bart. & docto. dicentes quod estimatio ponitur intransitiue, & exponitur quãtitas estimata. Sed ex aliis hæc diffinitio mihi non satisfacit, Et primo quia præsupponit quod interesse in l. nostra semper sit estimabile, cum de re inestimabili non

non possit reperiri estimatio, & istud iudicio meo est falsum, Nam quando alicui mouetur quæstio status insurgit damnum quod non recipit estimationem, in plurimis enim damnificatur ille qui dicitur seruus, quæ estimari non possunt, maxime in reputatione, in honoribus, & in infamia facti, & istud damnum uenit ex facto alterius, sed tamen estimari non potest, & non exigitur propter impossibilitatem, Vnde in subsidium introductum fuit quod promittatur certa pecunia loco ueræ estimationis, licet non sit uerum interesse, ut est casus in l. procurator ad exhibendum. §. fi. ff. rem ra. habe. ergo non est estimatio. Idem potest dici in eo qui interfecit filium uel consanguineum alterius uel uulnerauit, Nam insurgit damnum quod non potest estimari ex priuatione filii propter desiderium successoris & naturalem affectionem, & in uulnere remanet damnum cicatricis quod non potest estimari. l. penul. ff. de iis qui deie. uel effude. & §. 3. institut. de obligat. quæ ex quas. delicto nas. & ideo punitur pœna quinquaginta aureorum, non quod sit interesse, quia estimari non potest, sed ut certitudo sit l. 1. §. sed cum liber. ff. de iis qui deie. uel effude. Et patet etiam, quia in iuramento in litem iuratur in infinitum, quãuis postea taxetur per iudicem. l. qui restituere. ff. de rei uendica. l. uideamus. §. iurare. ff. de in litem iura. Nec obstat quod non sit petibile, quia immo est petibile, ut probatur in d. l. procurator ad exhibendum. §. fi. ff. rem ratã haberi. Item dato quod esset uerum non esse petibile, non facit quod non sit interesse in l. nostra. Patet, quia lucrum cessans non semper petitur, l. fin. ff. de pericu. & com. rei uendi. Item damnum non semper petitur. l. Iulianus. §. 1. de actio. empti. & in omnibus casibus qui ponuntur infra per Bar. dum quærit quando interesse possit peti.

61 Et per hoc † patet quod secundum præsuppositum Bar. est falsum, quod nunquam interesse legis nostræ sit non petibile, quia reperitur non petibile in infinitis casibus, Et esset inconueniens dicere quod quando non potest peti non sit interesse, & sic unum & idem interesse quod ex uarietate locorum personarum contractuum & temporis potest peti & non peti, esset interesse & non interesse, Item non petibile aliquando est exigibile, ut in edificante in re aliena, qui expensas factas ignoranter potest retinere. §. si quis in alieno solo institu. de re. diuisio. & l. fi. ff. de oper. seruo. Tertio obstat, quia illa uerba, factum iniustum, uel iniusta cessatio non respiciunt substantiam interesse, per prædicta, Et ideo in diffinitione non debet fieri mentio de iustitia uel iniustitia facti. Præterea non est uerum quod estimatio sit interesse, quia immo est damnum, ut probatur in l. nostra. & in l. 1. sup. de ædil. action. & l. post uenditionem. cum l. præcedenti. ff. de aqua plu. arcen. Et ideo supr. dictum fuit, quod interest uerbum significat etiam quod est in utilitate & damno nostro, & interesse est duplex, utilitatis, & damni, siue habitus & priuationis, Et quando contingit priuatio rei meæ, habitæ, uel quia non potui habere, insurgit mihi damnum, non estimatio damni, quamuis lex postea uellit aliqd estimans mihi solui, Et si contingat quod priuatio sit de re inestimabili, necessario damnum quod mihi insurgit esset inestimabile, & interesse inestimabile ergo non potest dici estimatio. Item præsupponit quod semper soluatur pecunia, quia sola pecunia estimat. d. l. si ita fideiussorem. quod est etiam falsum, quia aliquando alias resoluitur. l. quicunque. sup. de seruis fugitiuis. & no. in l. unum. ff. si cert. pet. in fin. colum. Barto. uel si conuentum sit ut alia res soluatur. argum. l. ex pretio. sup. si cer. petatur.

62 Præterea † in hac diffinitione non comprahenditur dũm datum, quia dicitur de utilitate non habita, Quando autem damnum est datum, utilitas habita est amissa, & sic solum compræhendit lucrum cessans, non damnum emergens, quamuis aliter sentiat Bar. Quare Ferrarienses alio modo diffiniunt, dicentes quod interesse est quid in quantitate consistens nobis debita propter factum alterius iniustum uel cessationẽ iniustã, Dec. eam repræhendit, quia secundum eum peccat eodem morbo quo diffinitio Bar. Sed non est uerum, qa non præsupponit quod interesse semper estimari & peti possit. Item non ponitur uerbum habita, sed uerbũ debita, quod latius se habet. Sed mihi ex alio non placet, quia præsupponit quod quantitas quæ soluitur sit interesse, quod non est uerum, quia in d. l. procurator ad exhiben. & d. l. 1. §. cum liber. pecunia quæ soluitur pro interesse inestimabili non est interesse, sed loco interesse soluitur, Item & fortius præsupponit sicut aliæ quod interesse tantum sit quando est factum iniustum, quod est falsum, quia interesse est etiam quando est factum, quod & peti pote. t. §. si res legata. insti. de legatis. uer. si uero. Quamuis regulariter ipsum peti non possit, Nam si quis interfecit seruum, furem, uel insidiantem, interest domini, & licet peti non possit, quia l. pmittente interficitur, tamen negari non potest quin interfit domini. Item si quis soluat ignoranter animal morbosum, quod si contaminet pecus, interest accipiẽtis, & tamen non est factum iniustum. l. Iulianus. de actio. empti. Idem potest dici in l. Proculus. ff. de dam. infec. Et si dicatur quod doctores uoluerunt diffinire interesse prout peti potest, Respondetur quod non bene fecerunt, quia diffinitiones debent continere substãtiam rei, non autem accidentia, ut no. in l. 1. ff. de testã. Sed quod possit peti uel non possit peti est accidens separabile ab interesse ratione loci & temporis & uarietatis casuum, ideo cum illa qualitate non debet diffiniri, sicut uidemus in aliis rebus diffinitis, ut in itinere, actu, uia, & aquæductu. l. 1. ff. de serui. rusti. predio. & hæreditas. ff. de reg. iur. Præterea dato quod eodem modo uellent diffinire, nec tamen procederet diffinitio, cum non compræhendat omnes casus. Et reperiatur interesse propter factum iniustum quod tamen peti non potest. l. itaque. ff. de fur. l. fi. ff. de peri. & commo. rei uendi. l. si sterilis. §. cum per uenditorem. ff. de actio. emp. ubi ex mora rei non petitur interesse extra rem. Item apparet in l. si seruum. ff. ad l. aquil. ubi est factum iniustum, & tamen non petitur interesse singulare quod in l. nostra approbatur, Patet igitur quod nulla bona diffinitio est tradita, & quod non uidetur posse dici quod interesse sit damnum, nec etiam posse dici quod sit estimatio, nec pecunia, quia semper aliquid obstat.

Ideo pro resolutione Decius hic cõcordando opiniones considerauit interesse duobus modis, uno modo in sui quiditata & substantia, & tunc procedat opinio glo. alio modo prout petitur debetur & exigitur, & hoc modo procedat alia opinio quod sit estimatio, Quæ resolutio adhæret ueritati quantum ad mentem, sed postea non bene explicauit nec bene resoluit contraria omnia quæ diffinitionibus obstare sup. demonstraui, Ideo recurrendum est ad distinctionem quam sup. posui in præmissis, ꝙ duplex est interesse, Vnum interesse naturale & uerum, & aliud legale.

Igitur ita distinguendum est, aut consideratur interesse ex se & in substantia, aut consideratur illud quod
63 petitur & soluitur pro interesse. † Primo casu interesse non potest esse nisi damnum, & in hoc bene dixit glo. quamuis diffinitio sua non sit perfecta. Nam si quis interfecit seruum meum, insurgit mihi damnum, quia in tantum diminuitur patrimonium meum, Item damnificor in futurum, quia non possum per eum lucrari, Idem dicendum est si seruus mutilatus fuit, quia damnificor in præsenti, & in futuro, & sic est damnũ emergens in rebus, & ex lucro amisso uel non facto, & sic non insurgit pecunia ex hoc facto alterius, sed damnũ, seu patrimonii diminutio, unde interesse ex se & in substan-

tia necesse est quod sit damnum, & est interesse natura
64 le. †Sed tamen quia hoc damnum siue hoc interesse nõ potest solui, cum res extincta seu lucrum amissum impossibile est quod soluatur, uel si reperitur damnum insurgens semper est penes ipsum priuatum, & quod penes se habet non potest naturaliter peti, arg. §. sic ita que. instit. de actio. & l. si rem meam. §. 1. ff. de uerbor. obligat. Ideo loco ipsius per leges introductum fuit q̃ soluatur certa pecunia. l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iudic. quæ pecunia soluitur pro estimatione dãni & interesse, si non reperitur res ipsa, uel non potest restitui, uel potest recusari ut restituatur, Si uero reperitur & non potest recusari ut restituatur, ut in obligationibus dandi, & aliquibus obligationibus facti, ut not. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerbo. obliga. & l. uinum. ff. si cer. petatur. tunc res ipsa debetur, & restitui debet ut in d. iuribus not. Vel si conuentum sit ut alia res præstetur, adhuc stabitur conuentioni, ut illa res præstari debeat. Et sic fit interesse secundo modo sumptum. Et si contingat quod estimatio sit infinita, tunc, quia non potest solui neque damnum neque damni estimatio, Ideo necesse est quod certa res uel pecunia soluatur declarata per legem uel per conuentionem partis. d. l. procurator ad exhibendum. in fine. ff. rem rat. habe. & l. 1. §. cum liber. ff. de iis qui deiece. uel effu de. & §. penul. institut. de obliga. quæ ex qua. delic. nascun. Et sic unum est interelse ex se quod non est nisi damnum, aliud est quod continet illud quod soluitur pro estimatione interesse uel loco estimationis, Nec obstat si dicatur quod leges uolunt interesse peti uel exigi non autem pecuniam, & sic uidetur quod cum petatur interesse & soluatur pecunia illa pecunia nihil aliud sit quem interesse. Quia respondetur quod illud destinatum per legem ut soluatur etiam appellatur interesse, & leges ille intelliguntur de illo interesse surrogato, quod ut dixi appellatur interesse legale differens in substantia & effectu ab illo uero & naturali. Cum igitur ut dictum est, duplex sit interesse, naturale, & legale, differens in substantia, necessario duæ diffinitiones sunt tradendæ, cum æquiuoca una diffinitione diffiniri non possint.

Et primo uidendum est de interesse naturali. Gl. diffinit quod est damnum emergens & lucrum cessans ex eo quod fieri cessatur, & ipsa habuit bonam mentem apponendo damnum pro genere, licet repræhendant doctores. Sed tamen in alio postea non est bona, quia non compræhendit damnum datum casu uel ex priuatione rerum suarum, Nec consideratio doctorum de l. qui non facit. ff. de regu. iur. prodest, quia non inferunt quod sub uerbo cessare contineatur delictum in committendo, Ideo loriotus in d. l. quatenus, ff. de reg. iur. colum. 4. dicebat diffiniri interesse per iurisconsul. in l. si commissa. ff. rem ratam haberi. ut sit quãtum abest quantumque lucrari potuit, Et sic omne quod ex causa alterius abest uel lucrari non potuit est interesse, Quę diffinitio non est perfecta, quia solum compræhendit interesse quod peti possit, quod requirit plerunque factum iniustum, Sed generalius se habet interesse hoc naturale, ut si forsan damnum sit datum casu uel culpa domini uel ex facto iusto alterius, nam in istis omnibus casibus est uerum interesse, licet peti non possit.

65 Ideo plenius † ita potest diffiniri, interesse naturale est damnum ex priuatione utilitatum uel impedita acquisitione uel cessatione causatum, Quæ diffinitio est perfecta, quia continet omnem modum priuandi, &
66 interesse est damnum ut probatur in l. nostra. †Et non dixi ex facto iniusto uel iniusta cessatione, quia iustitia uel iniustitia non sunt de substantia interesse, sed sunt qualitates facientes ut facilius peti possit, Et cum istud nunquam ex sui natura possit peti ut dixi, quia sẽper est penes dominum, non est opus ponere ea quæ facilitant petitionem, Et ideo hoc interesse non diuiditur inter petibile & non petibile, quia ex intentione nunquam petitur, cum damnum neque deberi neque peti & exigi possit. Sed solum diuiditur inter inestimabile & non estimabile, & aliquando improprie in rebus consistere dicitur.

67 Secundum † uero interesse quod appellatur legale, primo fuit diffinitum a Iacobo de arena, quam diffinitionem supr. reprobauimus, potissime, quia non semper estimatio datur pro satisfactione damni, sed aliquando res debita, ut not. in l. uinum. ff. si certum petatur. & aliquando alia res, si ita conuentum fuit, quia cõuentio de alia re danda non reperitur prohibita. Secũdo etiam diffinitio ferrariensium non est bona, quia non est uerum quod interesse legale consistat solum in quantitate, ut in alia diffinitione dictum fuit, Et eadẽ ratione repræhenditur alia diffinitio ferrariensium, qui dicunt quod est estimatio damni dati uel lucri cessantis. l. si commissa. ff. rem ratam haberi. Et alia etiam diffinitio Fumei hic dicentis quod interesse est estimatio lucri cessantis & damni emergentis, quia ut dixi, alia res, non pecunia potest solui, Item si interesse est inestimabile pro quo lex uult solui pecuniam, ergo non potest dici estimatio damni. d. l. procurator ad exhibendum. §. fina. ff. rem ratam haberi. sed loco estimationis soluitur.

68 Vnde †ego puto ita diffiniri posse, interesse legale est res uel pecunia iuridice debita pro estimatione uel estimationis loco damni habiti ex facto uel mora alterius. Dixi res uel pecunia, quia pecunia non semper debetur, sed res ipsa non soluta, ut no. in d. l. uinum. uel si ex conuentione sit promissa alia res, regulariter tamen debetur pecunia argum. l. si ab alio. §. fi. ff. de re iudic. & l. stipulationes non diuiduntur. uer. celsus. ff. de uerbo. oblig. & l. naturalis. §. 1. ff. de præscript. uerbis. Dixi debita largo modo capiendo, quia soluenda est. Dixi iuridice, quia non omne damnum petitur, sed solum in casibus cum certis regulis a iure traditis. ut infr. dicemus. Et in hac diffinitione compræhenditur solum illud interesse quod peti potest, quia lex non induxit obligationem ad pecuniam soluendam nisi quando permissit petitionem & exactionem, & hoc modo potest saluari consideratio Bart. & aliorum qui uoluerunt quod solum de interesse petibili tractaretur in hac lege, & de interesse extimabili, Qui autem sunt casus in quibus peti potest dicemus inf. in 6. quæst. principali. Dixi pro estimatione uel loco estimationis, q̃a aliquando soluitur tota estimatio, aliquando soluitur certa res uel pecunia pro interesse totali. d. l. procurator ad exhibendum. Dixi ex facto alterius uel mora ut comprætendam omne interesse ex quolibet facto, quia factum iustum uel iniustum non facit interesse petibile. d. l. itaque fullo. ff. de fur. coniuncta. §. recuperãdæ. & §. retinendæ inst. de interd.

Potest etiam breuius dici, interesse legale est illud quod iuridice debetur pro satisfactione interesse naturalis, Et uerbum illud comprætendit omnia quæ possunt deberi, & uerbum pro satisfactione comprætendit omnes causas debendi, Et hoc interesse ut dictum fuit semper est petibile, & semper estimabile. & non diuidiur ut supra.

69 Ex quibus habes † declarationem & restrictionem ad materiam huius legis, quia licet uariis modis capiatur interesse, & sint uariæ species & diuisiones, tamen in hac lege tractatur solum de interesse quod insurgit ex rebus propter priuationem contingentem, Et etiã principaliter non tractatur de toto illo interesse, sed solum de eo quod lex uoluit solui, quod appellatur interesse legale, Tamen quia hoc interesse legale & obligatio ad soluendum dependet ab interesse uero & naturali, & non potest deberi interesse legale quin etiam consideretur interesse naturale, & ab eo reguletur, iõ in consequentiam necessario etiam fiet mentio de interesse

tereſſe naturali. Veruntamen quia hoc intereſſe uariatur multis modis in quantitate propter uarias cauſas, Ideo uidendum eſt modo de diuiſionibus pertinentibus ad hoc intereſſe legale.

70 Quare † ſucceſſiue tertio loco principaliter uidendum eſt quotuplex eſt intereſſe quod inſurgit ex rebus de quo ſolum tractatur in l. noſtra. Glo. prima int. in l. 1. & ibi Dec. & alii moderni examinat hanc quæſtionem, Sed melius cadit hic, quia reſpicit cognitionem terminorum, ſine qua non bene poteſt haberi intellectus legis, Et ultra diuiſiones quas ego poſui, doctores pro intelligentia legis noſtræ ponunt aliam quæ eſt, quod triplex eſt intereſſe, conuentum, cõmune, & ſingulare, Intereſſe conuentum eſt illud quod deſcendit a conuentione partis, Intereſſe commune eſt illud ꝙ taxatur ſecundum communem eſtimationem, intereſſe ſingulare eſt illud quod taxatur ex ſingulari affectione, Et hæc eſt communis diuiſio. Aliqui tamen dicunt quod non eſt niſi unicum intereſſe, uidelicet ſingulare.

Sed pro reſolutione omnium, quatuor uidenda sũt, Primo, an pretium rei ſit intereſſe, Secundo an intereſſe diuidatur, inter commune ſingulare & conuentũ & an reperiatur intereſſe conuentum, Tertio quid ſit intereſſe conuentum, & an differat ſpecie ab aliis, Quarto an reperiatur intereſſe commune quod differat ſpecie ab intereſſe ſingulari uel conuento.

71 †Circa primum, an intereſſe ſit pretium rei, uariæ ſunt opiniones, & glo. hic uidetur ſentire quod ſic, quam ſequitur Alberi. in l. ſi tutor. ff. de in lit. iuran. Azzo in ſumma huius titul. & glo. in l. 1. ff. de actio. empti. Contrariam uero opinionem tenuit late Dinus in c. mora. de reg. iur. in 6. in 5. colum. quem ſequuntur hic communiter doctores. Sed pro prima opinione facit tex in l. pretia rerum. ff. ad l. falcid. & in l. ſi tutor. de in lit. iur. ibi, æquum eſt pretio ideſt quanti res eſt litem eſtimare. Idem probat. l. ſi cũ dos. §. fi. cum l. ſequ. ff. rer. amotar. ibi, non enim æquũ eſt rem ſuo pretio eſtimari. & l. pen. ff. ex quibus cauſis in poſ. eatur. & l. locum. §. cõdemnatio. ff. de tabu. exhibend. Secundo facit, quia intereſſe refertur ad eſtimationem rei. l. qui tabulas. ff. de furt. ibi, eius quod inter fuit ad eſtimationem refertur. & l. ſi uẽdidero. §. 1. ibi, tantum eſtimare rem. eo. titu. Tertio facit l. 1. ſup. de iis qui a non domi. manumit. ubi manumittens ſeruũ alienum tenetur quanti intereſt, quod refertur ad pretium rei. Quarto facit, quia qui agit ad exhibendum ſi non exhibeatur petit id quod intereſt, quod eſt eſtimatio hæreditatis legati uel alterius relicti. l. locum. §. cõdemnat. o. ff. de tabu. exhiben. Quinto facit, quia actio legis aquiliæ datur ad id quod intereſt. l. ait lex. ff. ad leg. aquil. & iſtud eſt communis rei eſtimatio. d. l. ſi ſeruum. Sexto facit, quia qui promittit ſiſtere in iudicio tenetur quanti ea res ſit. l. 2. ff. qui ſatiſdare cogan. quæ uerba idem dicunt quod intereſt. l. finali. ff. ſi quis in ius uoc. non ierit. & tamen illa uerba referũtur ad eſtimationem. l. hæc uerba. de uerb. ſignifi.

Ergo intereſſe eſt eſtimatio rei, & ſic pretium rei, & propterea glo. dicebat ꝙ ſicut triplex eſt pretium rerum, ſingulare, commune, & conuentum, ita triplex eſt intereſſe, ſingulare, quod conſiſtit in ſingulari pretio, commune, quod eſt commune pretium, & conuentum quod eſt pretium conuentum, Sed pretium ſingulare non eſt conuentum intereſſe nec commune, & pretiũ commune non eſt intereſſe ſingulare uel conuentum, & econtrario. Et cum hac conſideratione reſpondetur ad omnia quæ poſſunt adduci in contrarium, quæ concludere uidentur intereſſe differre a pretio rei, nã intelliguntur de uariis pretiis & uariis intereſſe, ut intereſſe ſingulare differat e communi pretio rei uel cõuento, ſed non a ſingulari pretio rei, & intereſſe conuẽtum differat a pretio communi, ſed non a pretio conuẽto, & econtrario, & ita reſoluuntur illa tria iura allegata per Dinum quem hic refert Bar. & in hac reſolutione uidetur reſidere Decius in l. 1. in princ. gloſ. 1. nu. 35. & 37. quamuis poſtea uariet & uideatur concludere quod ſolum intereſſe conuentum ſit pretium rei nu. 38. cuius uerba hic ſunt referenda quia hic tractamus de cognitione terminorum.

Pro alia tamen opinione adducuntur aliqua, primo l. ſi duo. ff. uti poſſide. ubi intereſſe non refertur ad eſtimationem rei, quia aliquando minus eſt, & tamen ad intereſſe competit illud interdictum. Secundo adducitur ratio talis, A quo remouetur genus remouetur & qualibet eius ſpecies. l. fundi. §. fin. ff. de fundo inſtructo. ſed ſi uenditor qui non tenetur de euictione ad id quod intereſt non tenetur, & tamen pretium rei petere poteſt. l. emptorem. §. fi. ff. de actio. empti. Ergo intereſſe non eſt pretium, quia nec illud peti poteſt, & hoc etiam confirmatur, quia remittens intereſſe non uidetur remittere pretium rei ut per Bal. in l. 1. C. de ædil. acti. Tertio probatur, quia diſponens & diſpoſitum nõ ſunt idem. l. fi. ff. de fund. inſtruct. ſed pretium rei diſponit ſeu limitat intereſſe ſingulare ut ultra duplum non excedat, Ergo pretium rei non eſt intereſſe. Quarto facit, quæ diuerſis modis nominantur diuerſa ſunt in ſubſtantia. l. ſi idem cum eodem. ſup. de codic. Quinto facit, quia eadem res non debet diuerſo iure cẽleri. l. eũ qui ędes. ff. de uſucapio. ſed intereſſe diuerſum ſtatuitur a pretio, Ergo diuerſa ſunt, patet, quia in actione furti quadruplatur non id quod intereſt ſed uerum pretium rei. l. in furti actione. ff. de fur. l. 1. §. conſiderandum. ff. de tutel. & ratio. diſtra. & l. 1. §. in hoc. ff. de ui bono. rapto. & l. Titius. ff. de action. empti. ibi, non pretium rei ſed id quod intereſt continetur. & l. ſicut. C. de actio. empti. ibi, non pretii quantitas ſed quanti intereſt emptoris. facit l. euicta. ff. de euictio. & l. in tãtum. §. fi. ff. de ſer. corrup. Sexto facit lex liberum. ff. de relig. & ſump. fu. ubi extimatio uenit in computationem intereſſe, ergo differt ab eo, ſicut legatum uenit in computationem falcidiæ, & differt ab ea. Septimo facit, quia id quod intereſt aliquando rei pretium excedit, aliquando exceditur. l. 1. ff. de action. empt. & l. Iulianus. §. fi. ff. ad exhiben. ibi, quæ utilitas maioris eſt quam res ipſa, & l. ſi duo. §. fina. ff. uti poſſide. & d. l. ꝙ tabulas in fi. princ. ff. de fur. & l. ſi quis ab alio. in prin. ff. de re iudic. facit lex liber homo. §. fi. ff. de uerb. obliga. ubi ſtipulatio eſt incerta quando quis ſtipulatur alteri dari, quia uenit quod intereſt, ſed ſi ſtipulatur ſibi dari, eſt certa, quia uenit ipſa res, ergo intereſſe non eſt pretium rei, quia ſemper eſt certa ſtipulatio, & patet in exemplo, ſi obligaui rem centum aureorum pro decem, intereſſe non extenditur ad ipſam rem, ſed ad decẽ. Cum igitur excedatur & excedat ſequitur quod ſunt diuerſa, quia excedens & exceſſum non poſſunt eſſe idem.

Et iſtam ſecundam partem tenent docto. Et ego puto ueram, Et probatur conſiderando unamquanque ſpeciem intereſſe, Et primo quod intereſſe commune non ſit pretium rei commune, probatur in d. l. 1. ff. de actio. empt. nam ibi dicitur quod intereſſe excedit aliquando pretium rei, & ibi intelligitur de communi intereſſe, quia in uenditione non uenit ſingulare intereſſe niſi quando iuratur in litem, & infr. uidebimus, ergo commune intereſſe non eſt commune pretium rei. Itẽ ſi interfeciſti equum quem emi magno pretio nunc parum ualebat non abeſt mihi pretium magnũ ſed equus & teneris mihi quanti plurimi, quæ actio eſt pœnalis. §. hæc autem. initit. de lege aqui. ergo intereſſe non eſt pretium. Similiter quod pretium conuentum non ſit intereſſe conuentum probatur, Nam quando pretium apponitur in uenditione intereſſe excedit pretium rei. l. 1. ff. de act. empt. Ergo non eſt conuentum intereſſe, quia intereſſe conuentum excludit omne aliud intereſſe quo ad exactionem, quia pacta ſeruanda ſunt, ut in l. no-

l.nostra in glosa magna.ubi dicam.

Tertio quod pretium commune non sit interesse commune,patet,quia si quis deditionem morbosam & scienter,tenetur ad damnum totius gregis. l. Iulianus. ff.de actio. empti, quod appellatur commune interesse ut ibi dicam. Ergo non est pretium rei, quia ouis ualet tantum unum nummum,& interesse mille. Idem ēt dici potest si interesse illud reputaretur interesse singulare secundum aliquos, Nā illud interesse in toto grege clarum est quod non est pretium ouis uenditæ siue commune siue conuentum siue singulare sit pretiū rei, Idem dici potest si damnum eueniat propter uinum uel frumentum non traditum.l.si sterilis.§.cum per uēditorem.ff.de actio.emp. & idem in interesse lucri cessantis,nam non est pretium rei uenditæ.l.3.§.fin.ff.de eo quod cer.loco.Idem dici potest quando relictū sub conditione denegatur, nam nō estimatur res ipsa sed solum quantum ualet cum illo grauamine uel dubio euentu.Item si promisisti rem ratam dominum habiturum,& sequuta sit lis contra conuentionem ut si coactus facere transactionem cum magno præiudicio,teneris mihi quantum abest lucrari quæ potui.l.si cōmissa.ff.rem ratam haberi. Sed illud quod mihi abest nec lucrum est pretium rei,ergo interesse non est pretium rei,sed totum illud aggregatum est interesse. facit. l. si quis ab alio.in princ.ff. de re iudic. Item si dedisti tignum ultiosum teneris quanti minoris si ignoranter, & si scienter,teneris ad totam domum dirutam, sed tota domus non est pretium tigni nec commune nec singulare nec conuentum, ergo interesse non est nullum pretium rei,sed est quodam incorporale insurgens, cōtinens solū utilitates amissas aggregatas & estimatas. Facit tex.in l.qui tabul.ff.de furt. & l. si duo in fine. ff. de interdictis.ubi interesse respectu possessionis non refertur ad estimationem rei. Facit etiam lex in interdicto.ff.de ui & ui arma.ubi fit condemnatio quanti interfuit possidere,quod aliquando est plus uel minus pretio ipsius rei, Et si dicatur quod saltem interesse intra rem erit pretium rei, licet interesse extra rem non sit. l.3.§.fi.ff.de actio.empt.Respondetur quod nec etiam hoc modo pretium rei est interesse,quia si res ipsæ nō sunt interesse in materia nostra, eodem modo nec pretium earum, quia pretium succedit loco rei.l.si rem & pretium.ff.de peti. hære. Sed interesse in materia nostra est illud quod insurgit ex facto alterius,pretiū autem rei non insurgit ex causa alterius,sed solum insurgit damnum quoddam in re uel lucro amissio, quod damnum declaratur per pretium rei,sed non est pretiū rei, Nam sicut res differt a pretio per quod estimatur, ita interesse differt a pretio per quod estimatur, quia extimans & estimatum differunt. l.si fideiussorem . ff. de fideiussor.

72 Quare†ego concludo, quod interesse non est pretiū rei nec singulare nec commune nec conuentum, Quia aut consideramus interesse naturale,& sine dubio non est pretium rei, quia interesse naturale est damnum ꝙ insurgit ex priuatione rerum ut sup.dictum fuit, & dānum est quodam incorporale insurgens ex priuatione utilitatum,& non potest esse pretium rei sicut nec est ipsa res,Si uero consideramus interesse ciuile quod debetur & soluitur pro damno habito, & tunc similiter non potest esse pretium rei, quia interesse legale est pretium siue estimatio, uel quod soluitur pro estimatione ueri interesse ut sup.dictum fuit, ergo non potest esse pretium rei, Et sic quatuor sunt separata, res ipsa,& pretium rei,& interesse insurgens ex priuatione, & estimatio siue id quod soluitur pro estimatione interesse,quod alio nomine appellatur interesse legale,Sed tamen quia damnum insurgit ex priuatione rerum,& etiam siquis priuatur re damnificatur etiam in pretio rei,ideo pretium rei uenit in computatione interesse.l.liberum.ibi.in quam computationem. ff. de religios.& sumptib.funerum.& ideo uidetur interesse esse pretium rei,cum illud contineat, & aliquando nō excedat illud.

Et per hæc patet responsio ad contraria. Nam illa iura quæ præsupponunt interesse esse pretium rei faciēdo mentionem de pretio rei propter interesse, intelliguntur habito respectu ad cōputationem per quā uidetur pretium esse interesse, Secundo etiā respondetur quod res duobus modis cōsiderari pōt. s.res ipsa principalis de qua agitur,& etiam res capitur pro illo damno & toto illo aggregato insurgente ex illa priuatione,nam & damnum potest appellari res. l.rei appellatione. 2.ff.de uerbo.signifi.ibi,& iura & actiones continentur.Et probatur hæc distinctio per tex.in l.fi.ff.de prætor.stipul & l.procurator ad exhibendum. §. fi. ff. rem ratam haberi.& l.si duo.§.quanti. ff.uti possid.ubi dicitur quod uerba quanti ea res est, referuntur ad id quod interest,& necessario ibi res capitur pro illo dāno quod insurgit separatum a re naturali, Et in l.inter hæc uerba quanti.ff.de uerb.signific. dicitur quod illa uerba referuntur ad ipsam rem & non ueram estimationem,& ibi glo allegat multa concordantia per quæ apparet quod hæc uerba quanti res est, intelliguntur de re ciuili,& de re naturali secundum subiectam materiam,& non obstat lex tutor. ff. de in lite iuran. ubi in iuramento in litem non petitur interesse sed sub nomine estimationis rei, & tamen alibi appellatur interesse in hac lege,ergo estimatio rei est interesse, Et in l.1.ff.eodem titu.de in litem iura.dicitur quod non crescit condemnatio,ergo est estimatio rei.& in l. 2. dicitur quod differt ab interesse, & tamen est interesse,ergo estimatio est interesse. Respondetur quod in iuramento in litem non petitur interesse sub nomine interesse sed sub nomine estimationis rei secundum affectionem porrectam quæ non dicitur esse uerum pretiū rei sed quædā legalis estimatio,ut dicitur in d.l.tutor. Vel potest dici quod ibi estimatio rei refertur ad litem & est in effectu estimatio litis,Et dum postea in l.tutor dicitur pretium esse quanti res est,quod appellatur interesse in l.2.eo.tit. dici debet ut sup. quod ibi pretiū rei est interesse compræhensiue,quia in eo continetur, non substantialiter,ut sit idem cum interesse, Non obstat consideratio Dec.& resolutio modernorum quod pretium singulare rei licet non sit interesse commune uel conuentum,tamen est singulare interesse, & econtrario, quia respondetur negando quod etiam eo modo sit interesse nisi compræhensiue, ut dixi,nec iura ꝓbant quod aliquo modo pretium sit interesse, & eodē modo intelligitur quod ipse subdit nu.38. quod ex cōtingentia facti pretium sit interesse. Cagno.uero in d. l.1.nu.81.dicit se non recedere a communi opinione Bart.& doctorum,quod interesse singulare sit pretium singulare, & interesse commune sit pretium commune,& interesse conuentum sit pretium conuentum, Et sic ipse præsupponit Barto. & doctores ita intelligere hanc materiam, & fuerunt etiam alii qui ita intellexerunt Bart.Sed ipsi non bene perceperunt mētem eius, quia Barto.negat in totum interesse aliquod esse pretium rei, quia sequitur Din. qui expresse id negabat, sed bene dicit quod interesse damni, idest interesse naturale potest estimari singulariter communiter & ꝑ conuentionem. Et sic ipse uult quod interesse legale sit estimatio damni, quod damnum tripliciter estimatur,non autem uult quod interesse sit triplex pretium rei,& sic dicit ut ego sup.declaraui, non ut intelligunt isti moderni & infra etiam repetam.

72 Sed dubium†secundum restat,an hoc interesse legale uel naturale diuidatur inter singulare commune & conuentum,& Glo.hic dicit quod sic.Petrus uero uolebat quod sit unicū, scilicet singulare, & propter hoc dedit diffinitionem, ꝙ interesse est singulare rei pretium,& hanc suam opinionem probat tali argumento.

Partes

Partes integrales domus non sunt domus sed faciunt domum. l. recte dicimus. ff. de uerbo. significatio. sed interesse commune uel conuentum sunt partes integrales singularis interesse, quia non excedit illud ultra duplum, Ergo non est nisi unum interesse confectum ex communi uel conuento, Secundo adducebat, quia leges solum nominant interesse numero singulari, ergo unicum, quia numerus singularis nõ uerificatur in duobus. l. 1. §. item hoc edictum. ff. quod fal. tuto. auth. notatur in regula pluralis. de reg. iur. in 6. Item nulla lex hoc dicit. Ergo &c. Confirmatur & tertio, quia interesse refertur ad personam. l. quatenus. ff. de regu. iur. & l. liber homo. 1. §. fina. ff. ad l. aquil. Ergo non est nisi unicum, quia in persona non consideratur nisi unicum interesse. Quarto probatur, quia excedens & excessum sunt diuersa. l. 2. ff. de sti pu. seruo. l. fina. ff. de fund. instru. sed interesse singulare excedit commune pretium & conuentum. l. 1. ff. de actio. empti. Ergo non est cõmune uel conuentum, & facit. l. lumen. ff. de seruitu. urba. prædi. & l. certi condictio. in glo. prima. ff. si cer. peta. ubi certi condictio differt a triticaria, quia excedit, Quinto inducitur tex. in l. 1. ff. de actio. emp. in dictione hoc, quæ est demonstratiua ad oculum, ut not. in l. 1. ff. de nou. oper. nun. Sexto facit, quia quæ differunt secundum plus uel minus non differunt specie. l. fi. ff. de fund. instruct. sed interesse commune & conuẽtum differunt secundum plus uel minus a singulari, ergo non faciunt diuersam speciem, & per consequens est unicum. Septimo facit, quia interesse conuentum non reperitur, patet, quia si promisisti mihi pro interesse decem in instrumento, postea producam instrumentum ad probandum interesse, hoc instrumentum non probat, quia non probat damnum quod mihi insurgit, ergo decem promissa non sunt interesse, Patet etiam, quia consilium datur ad euitandum onus probandi interesse quod apponatur pœna, quia in pœnis non inspicitur interesse. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerborum obliga. & §. alteri. instituta de inotili. stipula. Ergo conuentio illa non est interesse. Apparet etiam, quia si legantur decem pro dote uel debito, illa decem nõ sunt dos sed loco dotis. l. si nõ designata. C. de fal. cau. adiec. modo interesse secundum conuentionem non reperitur, sed promissum loco interesse debetur, & sic non reperitur interesse conuentum, Et prædicta etiam possunt adduci ad probandum ꝙ non sit interesse commune, & sic remanet solum interesse singulare.

Et hanc partem tenet Loriotus in d. l. quatenus per tria. Primo, quia refertur ad personam d. l. quatenus. & persona non potest communiter sed solum particulariter cõsiderari. l. siquis ab alio. ff. de re iudic. ibi, aut tantundem, aut minus, aut nihil, ergo non potest esse commune, sed tantum singulare, & adducit. l. 3. §. si plures. ff. de sepul. uiolato. ubi interesse consideratur secundũ conditionem diuitis uel pauperis uel plebei uel nobilis, & ibi glo. in uersi. agitur. Ad idem allegat. l. stipulatio operis. §. fi. ff. de oper. noui nuntiat. ibi, quanti cuiusque intersit. Tertio colu. 6. adducit quod interesse consistit in lucro & damno & aliis rebus, & in affectione non potest considerari communis estimatio, sed solum singularis, ergo etiam interesse consideratur a lege solum secundum particularem affectionem & utilitatem, Et ideo ipse concludit quod sit duplex interesse. s. utilitatis, idest commodi pecuniarii, & affectionis, idest sine commodo pecuniario, utrunque tamen est singulare relatum ad personam agentis.

Pro contraria tamen parte, quod multiplex sit interesse in materia nostra, adducuntur multa, Et primo, quia clarum est quod est interesse singulare, ut omnes fatentur. Quod interesse commune etiam reperiatur, patet, quia in l. aquilia uenit estimatio communis, non autem singularis. l. si seruum. ff. ad l. aquil. coniuncta lege ait lex, eodem. titu. & tamen appellatur interesse, siue dicitur teneri in id quod interest. Secundo probatur in l. prima. ff. de actio. empti. ubi interesse excedit pretium rei, uel quantum uendita sit, ergo est commune & conuentum interesse. Nec ualet illud dictum quod excedit pretium uerum, ergo non est interesse, quia uerum est quod interesse singulare non est commune uel conuentum & econtrario, sed non tollitur quin interesse commune non sit interesse, In simili, si unus homo excedit alium in scientia uel industria uel magnitudine, licet differat ab excesso, non tamen sequitur quin uterque sit homo. Tertio facit, quia interesse aliquando respicit personam & eius utilitatem, & tunc est interesse singulare. l. uideamus. §. fin. ff. de in lite. iur. aliquando respicit ualorem rei, & tunc est commune, aliquando conuentionem & tunc est conuentum, Et sic est triplex. Quarto probatur ex authoritate doctorum quibus standum est quando non inuenitur casus legis. l. si idem cum eodem. ff. de iurid. omni iudic. cap. primo. de deci. sed ipsi dicunt esse triplex, ergo inuenitur, & istam partem tenent communiter glo. & sequuntur docto. secundum Ferrarienses hic colum. 14.

74 Nouissimi † tamen Biturigenses super glo. 1. hic dicunt posse saluari glo. considerando interesse in genere, Nam genus est unicum, in specie autem est multiplex. Quæ saluatio somnium est, quia non dubitant an unicum sit in genere, quod omnes fatentur, sed dubitãt solum an in specie sit multiplex, & an conuentum uel commune sint species separatæ a singulari, uel potius sit quædam qualitas interesse, ut tenebant quidam moderni quos refert Decius super glo. 1. nu. 45. col. 5.

75 Ego autem † puto opinionem communem ueriorem esse, quod sit triplex interesse, & ꝙ sint tres species distinctæ. Nam ultra quod iura separatim faciunt mentionem de triplici interesse uario modo disponendo circa obligationem de soluendo, per quos uarios modos debendi infertur uarietas specierum, ut probatur in l. 2. ff. si cer. pet. dum ponuntur differentiæ inter uarias species cõtractuum, Multum etiam probatur, quia secundum omnes admittitur quod sit triplex estimatio differens specie, estimatio singularis, communis, & conuenta. d. l. pretia rerum. ff. ad l. falcid. & l. si seruum. ff. ad l. aquil. & l. prima. ff. de actio. empt. Et una appellatur uera estimatio. dicta. l. inter uerba quanti. & l. in furti actione. ff. de fur. & l. si cui fundus. ff. de leg. 2. ergo estimatio secundum affectionem non est uera estimatio sed ficta uel imaginata, ergo differt specie, quia actus fictus non est idem in substantia cum actu uero. arg. l. 3. §. hæc uerba. ff. de neg. gest. & patet in mutuo ciuili quod differt specie a mutuo naturali. l. 1. §. creditum. ubi glo. & Bart. ff. si cert. peta. & idem etiam dicitur de conuenta estimatione. Et propter istam triplicem estimationem omnes cõsentiunt quod est triplex pretium rei, ergo eodem modo debet esse triplex interesse legale quod estimat tripliciter ipsum damnum habitum, Et ideo in l. 2. ff. de in litem iurando negatur quod interesse singulare sit interesse, quod non posset esse nisi esset diuersa species, Et nisi ita diceretur, uarietas decisionum in legibus redderetur confusa, & cum hac distinctione iura redduntur clara, ergo tenenda est.

Non obstant contraria, quia Loriotus respondet in d. l. quatenus. in 6. col. Et particulariter potest dici fatendo quod excedens & excessum sunt diuersa in indiuiduo, sed tamen non sequitur ꝙ sint diuersa in specie l. fi. ff. de fundo instruct. ergo interesse commune poterit esse interesse quamuis excedatur ab interesse singulari, sicut dicitur in d. l. fi. de fund. instruct. Non obstat. l. 1. ff. de actio. empt. ibi, hoc autem ꝙ interest, quia cum principium legis intelligatur de interesse cõmuni, & per pronomen hoc demonstratur, apparet quod tota illa lex loquitur de interesse cõi tantum ꝙ excedit

dit pretium commune, sed tamen non negat quin sit aliud singulare uel conuentum. Non obstat quod partes integrales non sint totum, quia conceditur, sed negatur quod interesse commune sit pars integralis interesse singularis, sed pars compræhensiua, sicut legatum in testamento, ut ego dixi in rub. ff. de leg. 1. Item dato quod esset pars integralis, tamen non tollitur quin possint esse diuersæ species, ut est actus & iter qui sunt partes integrales uiæ, & tamen specie differunt a uia. l. 1. ff. de ser. urban. pred. cum glo. Non obstat ratio Butrigarii quod centum promissa nõ sint interesse, quia sup. responsum fuit fatendo quod non sunt interesse naturale, sed tamen illa centum soluenda pro interesse naturali sunt estimatio illa quæ appellatur legale interesse ex conuentione taxatum ut sup. dixi.

76 Non obstat† quod interesse respicit solum damnum passum, & secundum eius conditionem taxatur & extéditur. d. l. quatenus. ff. de regu. iur. ergo est singulare, quia persona semper singularirer consideratur nisi sit persona publica. Nam respondetur fatendo quod illo respectu omne interesse est singulare ex eo quod secundum conditionem personæ varietur & extendatur. d. l. siquis ab alio. ff. de re iudicata. & interesse uno modo extenditur in una, & alio modo in alia, nec si surripiantur libri doct. consideratur quod damnum contingeret communiter hominibus uel aliis eiusdem conditionis, sed consideratur solum quod damnum ipse passus sit, & extenditur secundum singularem conditioné personæ, non considerando quid eueniret communiter in aliis hominibus, sicut in iniuria. §. atrox, inst. de iniur. Sed tamen singularitas alio modo consideratur. s. respectu limitum & extensionis, quia secundum cõditionem personarum extenditur & recipit limites, & hoc modo consideratur in §. singulorum. inst. de rerum diuisione. & l. uideamus. §. 1. ff. de in litem iur. Cæterum hoc interesse postea ita extensum & limitatum secundum conditionem personarum quod est singulare in illa persona postea estimabitur tribus modis, cum utilitates amissæ recipiant triplicem estimationem. s. secundum affectionem singularem, & communem affectionem arg. l. si seruum. ff. ad l. aquil. & secundum conuentionem, Et unum & idem interesse efficitur singulare & commune seu conuentum. Sic igitur omne interesse relatum ad conditionem personæ erit singulare, sed relatum ad modum estimandi uariabitur postea & diuidetur in tres species, commune, conuentum, & singulare, facit in simili, quia omnes hæreditates singulorum hominum sunt singulares respectu conditionis personarum, & non reperitur unum patrimonium sicut aliud, & tamen estimantur bona hæreditaria singulariter & communiter. d. l. libertus qui soluendo. ff. de bonis liber. & l. si in emptionem. ff. de min. Item fundus confinans uicino est singularis, cum nullus alius reperiatur qui talem qualitatem & commoditatem confinium habeat, & tamen ille fundus estimatur singulariter & cõmuniter & secundum conuentionem, Et idem in seruo qui singularis est qualitatis in patre suo, & tamen estimatur singulariter communiter & per conuentionem. l. si seruum. ff. ad l. aquil. & l. si tutor. ff. de in litem iur. Et est ratio, quia una singularitas refertur ad conditionem personæ, & alia refertur ad modum estimandi. Nec obstat quod iniuria refertur ad personam & etiã estimatio iniuriæ. §. pœna, inst. de iniur. & d. l. 3. §. ad plures. Respondetur quod ibi pœna nihil aliud est nisi quædam estimatio surrogata a lege pro satisfactione damni dati per iniuriam estimando secundum qualitatem personæ damnum, sed res communiter estimatur, & pœna differt ab interesse. Et ita possunt reduci prædictæ opiniones ad concordiam, Et bene nota quia hæc consideratio resoluit multas alias confusiones in hac materia. Et per hanc considerationem soluitur cõtrarietas Barto. hic. & in l. fi. ff. de prætor. stipul. in fin. uerbis. ubi dixit esse unicum interesse quod diuersimode estimatur, nam intelligitur unicum respectu conditionis personæ, & singulare, sed postea etiam uariatur in specie propter uarium modum estimandi.

77 Potest† etiam aliter dici, aut consideramus quantitatem interesse naturalis & ueri, idest quot utilitates cõpræhendantur, & ista semper sumitur a cõditione personæ, & ideo semper est singulare, quia determinatur a persona singulariter considerata, & adduntur & tolluntur utilitates per eius conditionem, Aut uero consideramus quantitatem interesse legalis, hoc est pecuniæ quæ soluenda est, & tunc, quia quantitas illa sumitur ab estimatione utilitatum compræhensarum, & uariatur in modo estimandi, & tunc est triplex, sicut tribus modis estimatur ipsum damnum, Et ut bene intelligas. Reducas ad practicam, Nam si interficiatur equus militi uel priuato interesse uariatur secundum cõditionem personæ, quia in priuato damnum non excedit estimationem equi, & in milite longe excedit, quia ultra equũ amisit militiam quæ multæ erat utilitatis. Et idem si surripiantur libri doctori uel priuato, propter conditionem doctoris uariatur quantitas interesse naturalis, quia doctor plures utilitates amisit quam priuatus. Et ita apparet quod interesse naturale unicũ est & singulare in unaquaque persona. Verum quia hoc damnum non potest solui nec prout diximus in præmissis, obligatur ille dans damnum ad pecuniam soluendam pro estimatione damni, quæ pecunia appellatur interesse legale, & quantitas istius pecuniæ non potest determinari nisi secundum estimationem utilitatum ammissarum, Quæ utilitates, ut equus, & militia amissa, uel libri & aduocationes amissæ possunt estimari secundum affectionem communem & singularem, & si præcessisset contractus, quia uenditor equi uel librorum non tradidisset, & fuisset promissum interesse futurum, & estimatum fuisset secundum conuentionem, tunc etiam illud quod est soluendum uariaretur in tres species, in commune, singulare, & conuentum interesse, Et si debitor commisisset dolum in non parendo, tenebitur soluere estimationem equi uel militiæ singularem secundum affectionem. Si uero cõmisisset simpliciter dolum uel culpam, tunc semper solueretnr secundum estimationem communem equi & militiæ. & si præcessisset conuentio, solueretur secũdum conuentionem. l. procurator ad exhibendum. §. fina. ff. rem ratam haberi. Et ita eueniet quod ex eodem facto resultabit unicum interesse, quod est semper singulare, & quod etiam erit triplex diuersis respectibus considerando, quia quantitas interesse ueri idest damni sumitur a conditione personæ, & quantitas interesse legalis, idest pecuniæ soluendæ pro satisfactione sumitur a uarietate estimationis rerum amissarum, & uariatur in se, & soluitur uario modo secundum dolum debitoris, ut declarabimus infra in lege, & sicut sunt uaria pretia, ita sunt uariæ species interesse soluendi, Et hęc diuisio & distinctio specierum communis singularis & conuenti proprie cadit in interesse legali, non autem in naturali, sicut etiam uarietas illa addit in pretio soluendo, non in re. Nec ero contrarius quando infra dicam interesse uerum diuidi in singulare & commune, quia illa diuisio fiet non respectu suæ substantiæ sed propter maiorem cognitionem interesse legalis, quod soluitur occasione ueri damni, nã uere in interesse naturali illa diuisio est qualitas extrinseca, ut ibi etiam notabo.

78 Sed subintrat † necessaria dubitatio, postquam conclusum est quod reperitur triplex interesse, commune, singulare, & conuentum, quæ distinguuntur inter se. Quæ sint eorum differentiæ specificæ, & quomodo exemplificentur, Cum iam supra reprobata fuerit opinio tenentium quod interesse sit pretiũ rerum, Et primo est dubium quid sit interesse conuentum

tum,& in quo consistat eius substantia, & differant ab aliis speciebus, Nam illorum opinio qui uolebant ꝙ pretium conuentum esset interesse conuentum,fuit supra reprobata,Communiter doctores dicunt exemplificari posse in pœna promissa in casu contrauentionis ut in l.finali.ff.de præto.stipula.& l. procurator ad exhibendum.§.fina. ff.rem. ratam habe. Sed incontrariū facit id quod supra dictum fuit, quod pretium conuentum non potest esse interesse, quia illud excedit.Secundo facit,quia si quis promisit decem pro interesse, & producat instrumentum, non probat interesse, ut per Bal.in l.rogasti.§.si tibi.ff.si cert.pet.Tertio facit, quia in pecunia promissa non inspicitur an intersit. l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de uerbo.oblig. Ergo non est interesse. Quarto facit tex.in l.predia.ff.de actio. empt. & l.si quis a socio.ff.pro socio.in quibus legibus dicitur ꝙ si quis promisit pœnam & interesse, exacta pœna adhuc interesse peti potest si superat eam, Ergo non est interesse,quia exacta pœna non remaneret interesse, & non posset eam excedere.

79 Quare † ego puto interesse conuentum differre a pœna in substantia, & solum tunc esse quando pecunia ꝓmissa fuit,& agitur quod pro interesse & loco interesse nihil amplius peti possit. Sicut dicitur in d. l. procurator ad exhibendum. Quod est propter duas causas,uidelicet propter impossibilitatem interesse quia estimari non Potest,& eius loco promittitur,per quam interesse taxatur. Vel ex conuentione partium, uel ex lege ut d.l.procurator.& l.1.§.sed cum liber.ff.de iis qui deiece.uel effude.Item si partes dubitant de probatione interesse,uel quod interesse efficiatur nimis magnum, & conueniunt quod siue sit plus siue minus, certa pecunia soluatur,talis enim pecunia erit interesse conuentum,Nam non est interesse commune, quia forsan est maius uel minus, & eadem ratione nec singulare, sed solum limites habet ex conuentione partium.Igitur interesse conuentum non est pretium cōuentum, nec pœna promissa, sed pecunia promissa pro omni interesse quodcumque excogitari possit siue finitum uel infinitum erit interesse conuentum. Et differt a pœna, quia pœna est quando pecunia simpliciter promittitur pro inobseruantia rei promissæ, sed quando dicitur quod secuta inobseruantia pro omni interesse quod potest insurgere & prouenii ex illa inobseruantia quod promittatur certa pecunia,tunc appellatur interesse conuentum,Et est una species legalis interesse taxans estimationem interesse naturalis,& omnium damnorum, & sic est interesse conuentum,& promittitur pro satisfactione interesse naturalis & omnium damnorum,& per consequens cessat obiectio quod sit interesse, & debeatur pro interesse, Item differt specie a communi, quia excedit & exceditur ab eo, & eodem modo a singulari,ut patet in d.l.procurator.ubi interesse commune uel singulare est infinitum, uel etiam si propter difficultatem probationis uel dubium ne magnum efficiatur,uerum interesse promittatur certa pecunia, Separatam enim substantiam & separatos fines & separata accidentia habet,Et sic erit diuersa species.§.1.institu. de actio.Et quod differat specie probatur etiam, quia potest esse ante commune uel singulare. Nec obstat ꝙ ponebat Deci.super glo.nu.49.quod pecunia promittitur pro singulari uel cōmuni interesse, & propterea resoluitur in illam, & pecunia remanet simplex pecunia pro interesse,nō autem efficitur nouum interesse, quia ex promissione sola non causatur interesse, Nam ultra responsiones traditas per eum, potest dici negando quod resoluatur in interesse commune uel singulare,sed solum permittitur pro estimatione ueri interesse taxati per conuentionem partium, & uere differt a naturali interesse. Sed tamen non per hoc debet dici ꝙ non sit interesse, quia hoc quod debetur pro estimatione interesse appellatur interesse legale, ut sæpius dictum fuit, quod proprie recipit diuisionem prædictam, & est eius species.

80 Et diffinitur hoc modo † interesse conuentum est illud ꝙ iuridice debetur pro estimatione interesse naturalis per conuentionem taxata, Dixi quod iuridice debetur,quia illud solum est interesse legale,& interesse conuentum est species legalis interesse, Dixi pro estimatione interesse naturalis, quia soluitur ex eo quod interesse naturale non potest solui, & interesse legale taxatur ab estimatione ueri interesse,Item dixi taxata per conuentionem, quia estimatio ueri interesse aliis modis poterat fieri,Vel aliter, interesse cōuentum est pecunia uel res promissa pro damno habito uel habendo ex causa alterius secundum estimationem rerū per conuentionem taxatam,Dixi habiti uel habendi, quia pecunia ꝓmittitur anteꝗ interesse ueniat, Vel etiā potest diffiniri, Interesse conuentum est pecunia uel res iuridice debita promissa pro damno habito uel habendo ex causa alterius ex conuentione partium taxato.

81 Ex quibus † patet ꝙ aliæ diffinitiones sunt imperfectæ quæ sunt tales, Prima Petri, interesse est pretium conuentione partium destinatum; Alia Decii, interesse conuentum est quantitas conuentione partium taxata,Tertia nouissimorum, interesse est pecunia conuentione partium promissa in defectum conuentionis primæ non completæ.Nam illa Petri præsupponit quod interesse sit pretium rei uere, sed si caperetur res legaliter pro eo quod insurgit, concordaret cum ea. Item secunda Decii,quod sit quantitas,est nimis generalis,quia non habet subiectum propter quod taxetur quantitas,cum possit uerificari etiam in pretio rei,Tertia nouissimorum est nimis generalis,quia compræhēdit pœnam, & magis diffinit pœnam quam interesse, Vnde teneas prædictam.Non obstat. l. fideiussor.§.fi. ff.qui satisd. cogan. quia uerum est quod pecunia promissa non est uerum & proprium interesse, sed est pecunia soluenda loco interesse.Et quia hoc interesse soluitur & exigitur & taxat & restringit illud,ideo appellatur interesse in materia nostra,cum soluatur omni reiecto interesse.Nec obst.dictum Bal.in l.rogasti.§.si tibi.ff.si cer.pet.quia licet non probetur uerum interesse per instrumentum,tamen probatur interesse conuētum quod soluitur loco alterius interesse, & illud excludit,& propter hoc est noua species, sicut pœna promissa differt specie a pœna legali, & conuentionalis stipulatio a iudiciali.

82 Alia † dubitatio est, an commune interesse reperiatur differre specie a singulari,Petrus uolebat quod nō, quia sequeretur ꝙ communis estimatio esset commune interesse, quod est falsum, quia uera estimatio non est interesse.l.hæc uerba. ff.de uerbor.significat.l.1.§. considerandum.ff.de tutel.& ratio.distra.& l.in furti. ff.de furti.& l.si cui fundus.ff.de lega.2. Secūdo hoc ꝓbat quia interesse singulare continet sub se commune interesse quando excedit illud,Ergo nō est interesse ꝺ perse,sed pars integralis singularis, sicut uidemus ꝙ actus & iter cōtentū in uia nō diffinitur specie a uia,sed est pars uiæ.l.1.ff.de seruitu.ru.pred.Et ꝓ ista opinione Deci. adducit ēt, quia interesse cōmune minus estimatur ꝗ interesse singulare,Sed illud ꝙ differt secundū plus & minus non differt specie sed qualitate l. fina. ff. ꝺ fund.instr.instrum.quæ lega. Quarto facit tex.in l.1. ff.de actio. empt. ibi, si res uendita non tradatur in id quod interest condemnatur,& sic loquitur de communi interesse, & postea subsequitur text. hoc autem aliquando excedit pretium rei, Ergo interesse cōmune est etiam singulare, quia illud quod excedit pretium est singulare,sed ibi dicitur ꝙ est cōmune,Ergo cōmune & singulare sunt idem.In contrarium tamen est tex. in l. a iudice.ff.de iudic.qui dicit quod illud quod excedit ueram estimationem non est interesse. ad idem tex.in l.2.ff.de in lit.iuran.ubi condemnatur ex culpa id

in id quod interest, si uero ex dolo, quanti iuratur in litem. Ergo præsupponit quod interesse affectionis non sit interesse, Sed aliæ leges dicunt quod est interesse, ideo necesse est fateri quod sint diuersa, & unū non est aliud, nam alias leges istæ de directo essent contrariæ. ll. allegatis pro alia parte, Et istam partem tenent communiter doctores & ego puto ueram.

Nec obst. rationes Decii quia ipsemet respondet, nā
83 in iure de facili constituuntur diuersæ species. †Licet fundamenta sua possint euitari, tamen hæc communis opinio, quod commune differat specie a singulari, mihi placet, quia interesse commune taxatur secundum communem ualorem, & interesse singulare secundum affectionem, & sicut estimatio communis & estimatio affectionis differunt specie, quia una est uera, alia ficta estimatio. d. l. a iudice. ff. de iudic. & l. 2. ff. de in lit. iuran. & d. l. hæc uerba. ff. de uerbo. signific. & d. l. 1. §. considerandum. Ita estimatio interesse. Item unum appellatur damnum uerum, & aliud fictum, ut in l. nostra §. in aliis. Et sicut uidemus contractus uariari in specie propter uaria subiecta, ut est contractus qui re uerbis uel consensu contrahitur, locatio, societas, & mandatū mutuum, commodatum, uel depositum. §. fina. inst. de oblig. l. 1. & l. 2. §. creditum. ff. si cer. peta. Ita etiam interesse commune erit differens specie a singulari, Item sicut mutuum uerum differt specie a contractu literarum, quia est mutuum præsumptum, Ita interesse commune differt specie a singulari, Nec obstat quod differant secundum plus uel minus, quia etiam differūt substantia & subiecto, quia unum respicit cōmuniter omnes, & aliud respicit singularem personam.

Et hoc interesse commune diffinitur primo per gl. hic dicentem quod est commune rei pretium, Alia est diffinitio Barto. quod interesse commune est interesse commune estimatum, Quæ diffinitio reprobatur per Igne. in l. quatenus. ff. de regu. iur. quia non declarat quid ueniat in hoc interesse, Item ex alio non est bona, quia interesse non estimatur communiter, sed est res propter cuius communem estimationem taxatur interesse. Tertia est diffinitio Ignei, quod interesse cōmune est estimatio quæ communiter ab unoquoque bono uiro fieri potest de damno emergente uel lucro cessante propter aliquod factum uel non factum datū uel non datum, Et ideo dixit quæ fit a bono uiro, ut excludat interesse singulare, Sed ista diffinitio repræhenditur per Biturigenses hic, quia prolixa est contra documentum legis nostræ, Item superflua, quia sufficit uerbum communiter, & milies iure cauetur quod estimatio fiat a bono uiro, & sequeretur quod estimatio singularis non fieret a bono uiro, Quare quartam diffinitionem Biturigenses posuerunt, dicentes quod interesse commune est estimatio damni emergentis & lucri cessantis communiter fienda ab hominibus rei notitiam habentibus propter factum iniustum uel cessationem iniustam. Sed nulla istarum diffinitionum mihi placet, Primo, quia præsupponunt quod interesse sit estimatio, quod supra sæpius reprobatum fuit. Secūdo, quia præsupponunt quod tunc est interesse quando est factum iniustum, quod similiter supra reprobatum fuit, quia factum iustum etiam facit interesse, quamuis plerumque exigi non possit. Item diffinitio nouissimorum peccat, quia dicit quod estimatio est facienda ab hominibus, quæ uerba conueniunt etiam singulari interesse, cum interesse singulare estimatur a talibus, licet secundum singularem rei ualorem.

84 Quare †ego puto distinguendum ut sæpius dixi, aut consideratur interesse proprie, aut consideratur pro eo quod exigitur, Primo casu quia interesse proprie nihil aliud est nisi damnum habitum ex causa alterius, Ideo sic diffinitur. Interesse commune est damnum ex causa alterius habitum secundum communem rei ualorem taxatum. Et dico damnum, quia illud quod insurgit est diminutio patrimonii in re uel in iure, Dixi taxatum secundum estimationem communem rerum, ad differentiam singularis quod taxatur secundum singularem estimationem, Et hæc diffinitio tradita fuit pro maiori declaratione, tamen non facit speciem sed qualitatem addit, cum interesse naturale respectu sui sit unicum ut supra dixi, Si uero capiatur pro eo quod exigitur ex causa interesse, quia damnum non soluitur, sed pecunia pro estimatione, & tunc sic diffinitur, Interesse commune est id quod legitime debetur pro estimatione cuiuslibet damni ex causa alterius habiti ad communem rei ualorem taxata, Vel interesse commune est pecunia legitime debita pro estimatione interesse naturalis secundum cōmunem rerū amissarum estimationem taxatæ. Dixi quod est pecunia, quia illud quod exigitur non est uerum interesse, sed pecunia, quia pecunia non insurgit ex causa alterius, sed damnum quod resarcitur cum pecunia, & non posui aliam rem, quia solum pecunia in hoc interesse debetur. l. si quis ab alio. §. fina. ff. de re iudic. quamuis secus in interesse conuento. Dixi legitime debita, ut comprehendam interesse quod est petibile uel non petibile, siue sit factum iustum siue iniustum. Dixi pro estimatione &c. quia soluitur pro estimatione, sed ualor rerum taxatur communiter, non singulariter.

85 Tertiū † est interesse quod appellatur singulare, in quo doctores non dubitant quod reperiatur, sed exemplificant in omnibus rebus in quibus unus habet maiorem affectionem quam habeant alii, ut in filio alicuius. l. si seruum. ff. ad l. aquil. & in fundo uicino. i. si cui fundus. ff. de lega. secundo. & in sepulcris an l. quorum. l. si in emptionem. ff. de mino. & l. prima. ti. sed & si rem. ff. si quid in fraud. patro. & in libro in quo studui per aliquod tempus, & ibi feci memoriam, uel in re data ab amasia, ut annulus uel zona, & in effectu exemplificatur in omnibus rebus quæ propter aliquam causam probabilem sunt magis charæ uni quam alteri, & unus magis expenderet quam facerent communiter homines. l. libertus qui soluendo. ff. de bonis libertorum. ibi, animo potius quam pretio rem estimat.

86 Et diffinitur † secundum glo. quod est singulare rei pretium, uel secundum Barto. est id quod singulariter estimari potest, uel interesse singulariter estimatum. Specul. uero diffiniebat quod est estimatio quæ uenit ex singulari affectu. Sed nulla ex istis diffinitionibus est bona, quia præsupponunt quod interesse estimatur, & peccat in omnibus quæ diximus supra in alio membro. Socin. uero dicit quod interesse est res quæ singularem utilitatem affert uni non alteri, Quæ diffinitio deficit primo, quia interesse differt a rebus, & ex rebus insurgit, Item omnes res tuæ afferunt magis utilitatem tibi quam alteri, & sic omnes res tuæ essent tibi singulare interesse. Deci. uero dicit diffiniendo, quod interesse singulare est quando res mihi plus ualet quam ualeat aliis communiter propter communem æstimationem in alium non transmissibilem, Quæ diffinitio laborat eodem morbo quo facit illa Socin. quia licet ego possideam res quæ mihi sunt magis charæ quam aliis, non tamen est interesse singulare, sed solum quando insurgit mihi damnum ex causa alterius. Biturigenses uero ita diffiniunt. Interesse singulare est estimatio utilitatis ob factum alterius iniustum uel cessationem iniustam proueniens, Sed hæc diffinitio nec etiam sustineri potest, Primo, quia dicit esse estimationem, quod sæpius supra reprobatum fuit, Item quia præsupponitur quod interesse non fit si est factum alterius iustum, quod falsum est ut supra dixi in diffinitione generali, & præsentis articuli, licet aliquando peti non possit.

87 Vnde ego†puto distinguendū esse pro ut supra dixi in aliis

aliis casibus, Nam interesse proprie sumptum dicitur esse damnum proueniens ex causa alterius, & ita dici potest. Interesse singulare est damnum ex causa alterius habitum secundum singularem estimationem rerum taxatum, Vel interesse singulare est damnum ex causa alterius habitum ad singularem affectionis estimationem rerum amissarum extensum. Et illa uerba secundum singularem estimationem rerum, posita fuerunt ad excludendum singulare interesse respectu determinationis quod taxatur secundum conditionem personarum, Quod ita diffiniri potest, Interesse singulare est damnum ex causa alterius habitum secundum conditionem personæ & eius qualitatem determinatum, Verbum secundum cōditionem personæ separat ab alio singulari quod taxatur secundum estimationē rerum. Si uero capiatur pro eo quod exigitur, ita diffiniri potest, Interesse est pecunia legitime debita pro estimatione intetesse naturalis secundum singularem affectionem in rebus amissis taxata.

88 Sed circa†interesse singulare insurgunt duæ notabiles difficultates, Vna, an interesse singulare sit affectionis uel utilitatis, Secundo, qualis debeat esse ista affectio quæ causat interesse singulare, Circa primum, an interesse singulare sit affectionis uel utilitatis. Bar. hic & * communiter doct. concludunt, q; sit utilitatis, & ita coacti fuerunt dicere, quia aliquando interesse singulare est exigibile, aliquando non, ut patet in l. si seruum. ff. ad l. aquil. & l. pretia rerum. ff. ad l. falcid. & l. 1. §. sed & si rē. uer. alias. ff. si quid in fraud. patro. & l. fi. ff. de ope. seruo. ubi legata est opera serui quæ non præstatur si nulla est opera, ut si sit infans nulla fit estimatio, & in operis nulla affectionis & uoluptatis estimatio habebitur, Facit lex si fideiussoris. cum sua glo. ff. de pactis. & facit tex. in l. eum qui. §. si filius. ff. de fur. ubi surrepto filio duplatur tantū ualor operarū nō alterius affectionis, Sed quia incontrarium sunt etiam aliæ leges quæ uolunt q; ratione affectionis agendum sit, ut est tex. in l. cum seruus. ff. manda. ubi ex mandato serui dominus propter affectionem agit ut manumittatur. & l. seruus ea. l. ff. de ser. expor. ubi agitur ne seruus exportetur de Italia ratione affectionis. & l. 1. §. sed nonnullos. ff. de tutel. & ratio. distra. ubi agit pupillus contra tutorem si tutor non dotauit sorores ratione affectionis. & l. cōpetit. ff. quod ui aut clam. & le. 1. & per totum. ff. de liber. homine exhib. & l. non tantum. ff. de appellat. & l. libertus qui soluēdo. ff. de bo. liber. ubi ratione affectionis patronus agit contratabulas quam alias non posset petere. & l. pater. in fine. ff. de euictio. ubi ratione affectionis pater habet actionem de euictione.

89 Quare†Bar. infra in 3. quæst. distinguendo dixit, aut est interesse affectionis cum utilitate pecuniaria, & istud est uerū interesse & exigi potest. l. si cui fundus. ff. de lega. 2. & l. uideamus. §. iurare. ibi, ad utilitatem pupilli. ff. de in lit. iur. Aut uero est interesse affectionis tantum ex sola satisfactione animi sine utilitate pecuniaria, & tunc nō est uerum interesse, & illud exigi nō potest, & ita procedunt omnes leges supra allegatæ, Nam loquuntur de affectione sine utilitate pecuniaria & pro tali interesse condemnatio fieri non potest, solū habet hunc uigorem q; ad aliud petendum potest causare affectionem, non solum ad semetipsum, & ita procedunt leges postea ultimo loco allegatæ, Nam bene in eis datur actio ad aliud, ut q; seruus manumittatur, uel q; dos sorori tradatur, uel q; detur contratabulas, Et ideo Bar. postea in fi. legis tradendo formam probationis interesse dicit, q; uerba debent referri ad utilitatem, non ad affectionem, & ponit formā uerborū hac sola ratione, quia affectio non prodest ad condemna- * tionem, & sequuntur communiter doctor. & Cagn. infr. in l. 1. nu. 67. uer. pro ueritate. Sed ista distinctio non resoluit omnia iura supra allegata pro opinione, quod ratione cuiuslibet affectionis competat actio, Itē præsuppositum Barto. quod istæ affectiones sint sine commodo pecuniario, non uidetur esse uerum, quia immo omne interesse affectionis habet in se directo uel per indirectum commodum pecuniarium, Et probatur primo ex mente eorum qui in quæst. prima approbant Bart. ponentem uerbum utilitatis in diffinitione, quæ etiam compræhendit singulare interesse, & sic sequitur quod omne interesse est utilitas, & approbaui supra, licet non posuerim in diffinitione, Et patet etiam ratione, quia ex affectione denegata cruciatur corpus. l. isti quidem. ff. quod met. cau. Item in filio consideratur utilitas, quia si erit apud patrem melius gubernabit res patris quam faciet extraneus. argumen. l. lex quæ tutores. sup. de admi. tuto. Et quod semper utilitas sit, patet, quia qui habet affectionem charius emeret quam alius, & sic utilitas pecuniaria attēderetur, Et pro hoc facit, quia hæreditas dicitur esse soluendo propter illas affectiones. d. l. libertus qui soluendo ac esse maioris precii intrinsece non appareat commodum pecuniarium, Vnde ille qui habebit predium sepulcri suorum auorum id custodit, & conseruabit nobilitatem suam quæ in multis proderit in detinendo honores & dignitates, Et ille qui habet imagines antecessorum suorum qui in bello egregia fecerint facta, retinebit in memoria Regi seruitia sua, & facilius obtinebit officia & remunerationes & gubernationes regnorum & exercituum ab eo uel ab aliis.

Suadetur etiam, quia restitutio in integrum non datur nisi esset magna læsio l. Scio. ff. de in integ. restit. & tamen conceditur propter predia auorum. d. l. si in emptionē ergo est utilitas pecuniaria saltem per indirectum. facit etiam text. in l. si cui fundus. ff. de leg. 2. ubi appellatur utile legatum. Et ea quæ dicuntur ibi de fundo confinante, sine dubio procederēt etiam in omnibus enumeratis in d. l. 1. §. & alias. ff. si quid in fraudem patroni. & d. l. libertus qui soluendo, ut legatum reputaretur utile propter tales affectiones. Nec obstat quod in d. l. 1. §. & alios. appellentur istæ affectiones sine commodo pecuniario, quia respondetur quod ideo ita appellantur quia non habent commodum pecuniarium apparenter, sed non negat quin in consequentiā sit commodum pecuniarium, Verumtamen quia illa actio datur propter fraudem factam a liberto, & lucrū emptoris non potest esse fraus uera nisi utilitas apparens transeat in emptorem, & quia agitur ibi de reuocando alienationem factam a uero domino qui habet liberam potestatem alienandi, non admittitur reuocatio, nec datur actio extraneo nisi appareret fraus manifesta, ut ibi dicitur, sed in contractu suo quis bene admittitur ad reuocandum. d. l. si in emptionem. Et sic patet q; omnis affectio potest habere cōmodum pecuniarium. Et ideo cum leges generaliter loquātur, q; attendatur affectio in solutione interesse, debent generaliter intelligi de omni affectione etiam cum satisfactione animi, quia per indirectum semper est utilitas pecuniaria, uel potest esse.

Et tenenda est conclusio contra Bar. quod omne interesse singulare ex quacūque affectione probabili potest deduci in condemnationem propter generalitatē dictorum iurium, Et contra Bart. facit tex. in l. competit. ff. quod ui aut clam. ubi propter amenitatem datur illud interdictum, & tamen competit ad illud q; interest, & uult quod fructuarius possit petere interesse amenitatis arboris quando fuit succisa, Et sic interesse amenitatis uenit in condemnationem, Secundo facit tex. in l. 3. ff. de liber. homine exhib. ubi agitur ut exhibeatur filius ad finem ut possit eum ducere si uult, in qua ductione est commoditas affectionis pro maiori parte, quæ non habet apparens commodū pecuniariū, & tamen agitur ad interesse, arg. l. 2. ff. de in litem iuran. & sic uenit in condemnationem. Quarto facit, quia seruitus constitui potest prospectus maris. l. inter seruitu-

seruitutes.ff.de seruit.urban. pred. & ideo si dominus fundi uicini non præstaret patientiam, non est dubiũ ꝙ competit actio ad interesse,iuxta theoricam generalem Bar.& aliorum de omnibus seruitutibus positam in l.stipulationes non diuiduntur.ff. de uerbo. obliga. & sic interesse affectionis amenitatis uenit in condemnationem.Quinto facit.l.1.§.per hanc.cum materia.ff. de rei uendic.ubi agitur rei uẽdicatione pro libero homine,& tamen si non restituatur iuratur in litem in infinitum. l.qui restituere . ff. de rei uendic. & esset absurdum dicere quod non daretur ibi estimatio affectionis pro satisfactione animi . Sexto facit . d. l. uideamus. §.iurare. ff. de in lit. iur. & d. l. qui restituere . ff. de rei uend. ubi in infinitum iurari potest , ergo etiam commoditas non pecuniaria uenit , cum difficulter procederetur in infinitum ex commoditate & ex affectione sola pecuniarii commodi . Septimo facit , quia affectio talis præstat actionem , & facultatem agendi ad aliud, & ueniendi contra actum alterius , & reuocandi contractum proprium , ut patet in octo iuribus in principio allegatis, Si igitur præstat actionem ad aliud,& ad contractum alterius,& ad reuocandum contractum, quanto magis quis potest deducere in condemnationem.d.interesse affectionis. argum.authen. multo magis.supra de sacrosan.eccles.nã facilius competit actio ad rem suam & ex actu suo quã ex actu alterius.argu.no.in l.sæpe.ff.de re iudic. & regula res inter alios acta infr.res inter alios actas.Octauo facit.d.l.numis.ff.de in litem iur.ubi est speciale in numis quod non ueniat interesse secundum affectionem ex satisfactione animi , ergo est regulare in aliis quod debeatur.

Non obstant contraria,& primo.d.l.uideamus.§.1. ff.de in litem iuran.quia illa hoc non dicit, quinimmo dicit contrarium,dum in §.iurari. uult iurari in infinitum,& idem qui restituere,& uerbum ibi, utilitatem , comprætendit omnes istas affectiones,quia & ipse habent commodum pecuniarium per indirectum ut dixi,Et nomen utilitatis compræhendit omnes istas affectiones , ut consentiunt omnes approbando diffinitionem interesse in genere,Non obstat.l.pretia rerum, quia ibi nullus est dolus, & sine dolo non defertur iuramentum in litẽ,ut not.in l.in actionibus. ff.de in litẽ iurando.Non obst.l.si seruum.ff.ad l.aquiliam.quia ibi agitur de delictis in quibus quis non tenetur ad restituendum,quo casu nunquam iuratur in litem affectionis,sed solum potest iurari in litem ueritatis , ut no.in d.l.in actionibus nimirum ergo si non potest interesse affectionis deduci in condemnationem , quia etiam ꝙ affectio esset cum utilitate pecuniaria , tamen non ueniret,& tanto magis quia in l.aquilia uenit culpa. l. in l. aquilia.ff.ad l.aquiliã.Non obstat.l.eum qui. §.si filius.ff.de fur.cum ibi not. ubi quadruplatur solum estimatio operarum non autem alia utilitas, nam illud ideo est quia duplicatio solet referri semper ad ueram estimationem.l.in furti actionibus.ff.de furt.l.1. §.cõsiderandum.ff.de tut. & rat. distra. tum quia uerba ita se habent,cum quia esset nimis magna pœna duplicare uel quadruplicare affectiones , ut uidebimus in l.1. in glo.pœna. Concludit igitur ꝙ interesse singulare fundatum ex omni affectione tam cum utilitate pecuniariam quam sine deduci potest in condemnationem in casibus in quibus potest uenire interesse singulare qui not.in l.in actionibus.infr. de in litem iur.Et hanc opinionem sentit Cur.hic colu.3. uer.circa tertium.quamuis ponat regulam incontrarium, quia ipse ponit fallẽtiam quando iuratur in litem,qui casus est solus in quo debetur singulare interesse.

90 Concordando tamen opiniones ex intrinseca mẽte doctorum qui æquiuocauerunt in consideratione singularis interesse , dicas ꝙ aut cõsideratur singulare interesse ratione compræhensionis, idest ꝙ utilitates cõpræhendantur in interesse naturali, quo casu singularitas sumitur a conditione personæ singulariter considerata,non a modo estimandi ut supra dixi,& tunc non compræhendentur nisi utilitates pecuniarii commodi, Vnde si doctori non soluãtur libri promissi, uel militi arma,tenebitur morosus ad omnes utilitates omissas secundum conditionem personæ non secundum ꝙ apud communiter homines interesset. per l. 3. §. ad plures.ff.de sepulcro uiolato.ibi, quod cuiusque interfit.& §.atrox.inst.de iniur.cum aliis supra adductis. & per hoc dicitur singulare interesse,sed tamen in eo nõ computabuntur utilitates consistentes in satisfactione animi,ut hic per Bar. & doctores qui uere hoc casu loquuntur.Et est ratio, quia tunc dicitur interesse extra rem,quod interesse extra rem debet esse uerum, & totũ soluitur sine taxatione,ut infra dicemus in illa quæstione,an interesse extra rem sit singulare uel commune.Si uero singularitas sumatur a modo estimandi , ut quia agitur contra dolosum,quo casu ulilitates singulariter compræhensæ debent estimari,& sic tractatur de estimatione augenda propter affectionem , & tunc in ea uenit affectio consistens in sola satisfactione animi, quia in infinitum potest estimari , quamuis postea possit taxari per iudicem.d.l.uideamus.§.iurare. ff. de in litem iuran.& d.l.qui restituere.cum concordantibus & d.l.libertus a patrono. & l.si in emptionem . Et est ratio, quia hæc estimatio inducta fuit propter dolum aduersarii in non parendo,ut no.in l.in actionibus. ꝙ uidetur esse maximum delictum . Item quia tractatur de priuando inuitum dominum re sua. l. si cum dos.§. fin.ff.rerum ammotarum.& d.l.si tutor. ff. de in litem iurando. Et ideo non semper postea exigi potest , sed solum in casibus in quibus iuratur in litem affectionis, qui ponuntur in d.l.in actionibus.& infr. etiam tangemus in prima parte legis . Et prædicta uera quando tractamus de agendo ad interesse & deducendo in cõdemnationem .

Si uero quæratur an ipsum interesse præstet actionum ad aliud, quo casu egredimur materiam nostram quia tractamus de conseruando illud ne amittamus factũ uel potestatem consequendi,& tunc Barto.distinguit inter contractus bonæfidei & stricti iuris. Curti. uero ponit regulam cum fallentiis , sed implicat præcedentẽ quæstionem,& non bene . Vnde potes dicere regulam esse ꝙ interesse præstat causam agendi siue sit affectionis siue alterius qualitatis , per octo iura supra allegata,quæ generaliter loquuntur,& per no. in l.sæpe.ff.de re iudic. Fallit ubicunque persona est habilis ad acquirendũ.l,si fideiussoris. ff.de pactis.& not. in d. d.l.sæpe.Fallit ubicunque est sola durities. l. seruus ea lege.ff.de seruis expor. Tertio fallit quando cõtractus habet aliquem defectum,ut l.cum seruus. ff.mandat.

91 Secũda est dubitatio,ex quo interesse singulare causatur ab affectione, quæ dicatur esse affectio causans hoc interesse , & quando sit communis uel singularis , Et Barto.infra in tertia oppositione uidetur tenere ꝙ res dicatur continere affectionẽ singularem ubicũque qualitas consistens uel quæ habet respectum ad eã nõ sit transitoria ad alios,secus aũt si est transmissibilis,& ponit exemplũ in libro in quo quis multũ studuit & fecit memoriã & apostillas in eo, de transmissibili uero ponit exemplũ in tigno uitioso , & animali morboso tradito.l.Iulianus.ff.de actio.empt.Sed hãc distinctionẽ repræhendunt hic moderni Ferrarienses, quia affectio cõsideratur ẽt ꝙ qualitas sit trãsmissibilis, patet in fundo uicini,q habet affectionẽ singularem , & tamen qualitas est transmissibilis, ut si dominus uẽdat fundũ suũ cũ fundo uicino, nã qualitas ẽ trãsmissibilis. Similiter liber apostillatus ita afferret utilitatẽ alteri sicut apostillanti,ut in apostillis doctorũ impressis in libris, Itẽ seruus habens notitiam suppellectilis potest transferre utilitatem in alium si uendatur simul cũ suppellectili,

ctili,& sic erit communis, Sed Decius defendit Bar. dicens quod Bar. loquitur in uicino qui non uult uendere fundum suum, & in domino qui non uult uendere suppellectilem, Nam stantibus istis terminis qualitas illa non est transmissibilis.

Ego autem puto aliter dicendum esse, Et pro intelligentia sciendum est quod affectio ad rem tribus modis potest considerari, Primo considerando res ipsas solum comparatiue seu respectu aliarum rerum, Secundo considerando rem in una persona respectu aliarum personarum, Tertio capiendo rem respectu aliarum rerum & personarum simul, Exemplum de primo, quando aliquis habet librum apostillatum, in hoc libro est singularis affectio respectu aliorum librorum, quia plus ualet & utilior est aliis libris.

Idem potest dici siquis habeat seruum perfectũ musicum uel comedum uel quadrigam, nam affectio est respectu aliorum seruorum, quia maioris pretii, & utilitatis sunt tales. l. fi. sup. de com. ser. manu. Item de domo habente aspectum maris uel pulcherrimi montis, & in istis rebus affectio non potest dici singularis in uno, cum apud omnes esset eiusdem ualoris & utilitatis sicut apud possidentem. Igitur potius debet dici res preciosior, quam quod in ea sit singulare interesse, & alia ratio assignari non potest, nisi quia illa qualitas est transmissibilis in homines communiter.

Quædam est affectio personæ respectu aliarum personarum, ut si alicui plus placeat uinum scalense quam uinum salernitanum, uel caro uacina quam gallinæ, uel piscis potius quam caro, Nam hæc est affectio respectu aliarum personarum, cum communiter homines contrarium magis appeterent, & plus expenderent, Et in tali casu nec etiã est interesse singulare, sed ista qualitas est transmissibilis ad alias res eiusdem generis, quia recipiunt functionem in genere suo. argumen. l. 2. §. 1. ff. si cer. peta. & tamen non est qualitas transmissibilis ad alias personas, nec dicitur singulare interesse propter qualitatem conuenientem pluribus rebus.

Quædam est affectio respectu rerum & personarũ, ut siquis habeat seruum filium. Nam affectio est respectu aliorum seruorum, quia magis eum diligit quã facerent communiter alii, Item respectu aliarum personarum, quia aliæ personæ non ita diligerent, nec tantum expenderent in eo, Et in hoc casu proprie est interesse singulare, quia qualitas non est transmissibilis ad alias res, nec ad alias personas communiter, Et si dicatur (prout dicebant Ferrarienses) quod immo est transmissibilis ista qualitas ad alios, ut si fingamus eum esse filium aliorum uel similem, & in fundo uicino si uenderetur alteri uterque fundus, & in seruo si ueudatur alteri cum supellectili, Respondetur quod ad hoc ut sit singularis affectio non est necessarium solum quod uni sit chara & utilior res, sed sufficit ꝙ illa qualitas nõ placeat uel præstet tantam utilitatem, licet æque placeret aliquibus aliis singularibus personis, Exemplum põt poni in pluribus uicinis eiusdem fundi, nam in omnibus æqualiter cadit affectio, & tamen erit singularis affectio, quia non æqualiter est utilis communiter hominibus. l. si cui fundus. ff. de leg. 2. Idem potest dici de pluribus fratribus quorum antiqui sepulti sunt in uno loco, uel quorum est turis quæ fuit in familia suorum maiorum, Nam in quolibet erit singularis affectio, & tamen qualitas illa est transmissibilis in plures alios fratres & mille si tot reperirentur fratres & consanguinei. arg. legis si in emptione. ff. de mino. & l. libertus qui soluendo, ff. de bo. liber.

92 Sed tamen† ulterius procedendo quãtum ad propositum decisionis legis nostræ in qua tractamus de solutione interesse, & quomodo deberi & exigi possit, prędicta consideratio Bart. & doctorũ de transmissibili & non transmissibili non est uera nec utilis, Nam si alicui uenditum sit tignum uitiosum propter ꝙ diruta est domus, uel uendita sit ouis morbosa propter quã corruptum est totum ouile, hoc interesse debet esse singulare, quia hoc damnum non contigisset ulli alii, simile cum alius habuisset domum minorem uel maiorẽ magis nouam uel ueterem, & alius non habuisset tantas oues uel plures, ita ꝙ non possent inueniri duo homines qui habuissent tale damnum, & sic illa qualitas nõ est transmissibilis ad alios, quidquid dicat Bar. & tamẽ omnes fatentur ꝙ etiam est commune interesse, & secũdum rationem Bar. deberet esse singulare, Itẽ illa qualitas uiciniæ transmissibilis est, cum illa commoditas capietur in plerisque habentibus predia confinantia, quia comparatio non tantum debet fieri de illa re in indiuiduo, sed etiam de simili, & ita potest dici de singulis. Item aduertatur, quia Bart. & doctores æquiuocant in singularitate interesse, quia in l. Iulianus tractatur de singularitate quæ sumitur a conditione personæ quæ appellatur compræhensiua singularitas, quia facit plus uel minus contineri, Hic uero agitur de singularitate quæ sumitur ex estimatione rerum facta secundum singularem affectionem quæ diuersa est, ut sæpius dixi. Et in d. l. Iulianus est interesse singulare primo modo, sed est interesse commune secundo modo, ex eo quia ille utilitates compræhensæ in interesse & auctæ propter conditionem personæ estimantur postea secundum affectionem, eum illa domus estimatur quantum fuisset empta ab omnibus aliis, & ille oues estimantur secundum communem ualorem, Et sic ibi idem interesse est singulare & cõmune diuersis respectibus, Et hæc diuersitas est illa quæ fecit æquiuocare Bar. & recurrere ad illud subterfugium an sit transmissibilis qualitas, Nam uere illa consideratio non mutat naturam interesse, sed solum mutatur quãdo conuenit omnibus uel pluribus, quo casu appellatur communis affectio. Igitur si in casu. d. l. iulianus. ille petat interesse & pars respondeat ꝙ non debeatur tantum quia alii communiter non habuissent tantum damnum. Replicabit ille quid mihi cum aliis, sufficit quod secũdũ qualitatem & conditionem meam ego sum passus tantum damnum, Et illa allegatio ꝙ sit transmissibilis non impedit exactionẽ, immo magis augebit eam, cum tanto fortius erit interesse probabile in petente, Et sic hæc consideratio non est ad propositũ. Similiter siquis petat equum sibi restitui, & quia iussus restituere non restituit, actor dicat ego estimo equũ pro mille quia pro tanto habebam carũ & uoluissem potius amittere mille quam illũ equum, Reus excipiat ꝙ apud alios nõ ualet nisi triginta, Replicabit actor quid mihi cum aliis, sufficit ꝙ mihi ualeat tantum, Et quamuis opponatur ꝙ illa affectio sit transmissibilis ad alios, non impedietur singularis estimatio, quinimmo augebitur, quia quanto plures ita estimassent tãto probabilior est estimatio actoris, & fortius debet præstari interesse, Et sic patet ꝙ in quacunque singularitate interesse ista consideratio, an ista qualitas sit trãsmissibilis, est inutilis, & uana, quia siue sit transmissibilis siue non semper idem iuris est, Et fienda est simplex & generalis cõclusio, ꝙ omnis qualitas quæ nõ cõuenit maiori parti hominũ illius loci uel ciuitatis facit singulare interesse in utraque specie singularitatis, nec inspicitur quod conueniat aliis etiam multis, cum solum efficiatur commune interesse quando idem seruaretur uel contingeret in aliis hominibus communiter. l. pretia rerum. & ibi notatur. ff. ad l. falcid.

93 Alia est diuisio† principalis interesse insurgentis ex rebus, ꝙ quodam est circa rem, & quodam extra rem, Siue quodam est intrinsecum, & quodam extrinsecũ, quæ diuisio probatur in l. si sterilis. §. cum per uenditorem. ff. de actio. empt. ubi interesse omne quod est circa rem præstatur facta mora, & postea enumerantur quædam quæ non præstantur, & sic tacite uult interesse

se esse quod non est circa rem, Ergo est & extra rem, sicut in simili casu notant doctores in l. si finita. §. Iulianus. de damno infecto. ubi dum fit mentio de secundo decreto, datur intelligi quod reperiatur primum, & in hoc non est difficultas, Sed difficultas est in exemplis, & in primis secundum omnes in interesse circa rem enumeratur ualor rei siue præsens siue quanti plurimi fuerit. l. ratio. §. fi. & l. si sterilis. §. cum per uenditorem ff. de actio. empt. Item enumerantur fructus & partus, ut per Bar. hic in 4. q. In interesse uero extra rem secundum omnes lucrum quod poterat fieri ex re non præstita, uel damnum quod accidit in aliis rebus, ut neces seruorum propter triticum non datum, & damnum proueniés ex datione rei uitiosæ. d. l. Iulianus. in princip, & l. si sterilis, §. cum per uenditoré. ff. de act. empt. Item enumeratur pœna in quã incidit aliquis ex quo non potuit soluere rem debitam ex causa alterius uel rem pignoratam redimere. l. liber homo. §. fi. ff. de uerbo. oblig. l. nummis. ff. de in litem iur. Dubium auté totum reducitur ad quædam exempla quæ mediam uiã tenere uidentur, ut in hæreditate quæ amittitur propter mortem serui hæredis instituti. l. Inde Neratius. ff. ad l. aquil. & l. uenditor. ff. de euictio. Item in damno dato per seruum domino suo. l. in tantum. §. iis consequenter. ff. de ser. corrup. Item de damno prouenien te in rebus cõnexis, ut si sint duo quadrigę uel quatuor cantores, & propter mortem unius alii sint depretiati. l. proinde. ff. ad l. aquil. Item de seruitutibus actiuis uel passiuis. l. fundus uti optimus. ff. de euictio. & damnum datum a seruo empto. In istis enim exemplis ualde cespitarunt doctores. & dixit Cinus quod hoc quærere est intrare profundum pelagi.

Et prima fuit opinio Petri & ultramontanorum dicentium quod interesse intra rem est omne illud quod committatur ipsam rem quocunque uadat, Et ideo uolebat quod hæreditas dicatur interesse intra rem, quia concomitatur seruum quocunque uadat. l. uéditor hominis. ff. de euictio. & extincto seruo extinguitur ius acquirendi. l. inde Naratius. ff. ad l. aquil. Et eodé modo damnum datum a seruo domino est interesse intrinsecum, quia semper sequitur rem. §. omnis. institut. de noxa. Bar. in l. in tantum. §. in hac. ff. de ser. corrup. uidetur sequi hanc opinionem, sed in l. nostra in 4. q. eã repræhendit, Motus quia seruitutes committantur ré quocunque uadat, maxime reales, ut no. in §. pen. instit. de seruit. & tamen non sunt interesse, quia non dicuntur esse in bonis nostris. l. rem in bonis. & ibi no. ff. de acquir. rer. domi. & l. 1. ff. de serui. lega. Quæ tamen repræhensio parum ualet, quia Petrus non negat quod seruitutes non dicantur interesse intrinsecũ, immo tacite fatetur, & probatur in l. quid aliud. ff. de uerbo. significat. ubi seruitutes sunt qualitates cohærentes rei, Et per cõsequens sunt de interesse intrinseco, Nec obstat quod non sunt in bonis nostris, quia uerum est quando sunt separatę a rebus, sed cohærentes rei sunt in bonis, ꝙ patet, quia per eas sumus ditiores & pauperiores, l. fundus uti optimus. ff. de euictio. Et ideo ipsemet in l. in tantum. §. iis consequenter. ff. de seruo corrupto. sequitur hanc distinctionem Petri per illũ text. iuncto præcedenti, in uersi. extra rem. & idem dixit in d. l. uenditor hominis. Sed ex alio mihi non satisfacit, quia fructus & partus non comprænhenduntur in hac distinctione, & essent de extrinseco interesse, quia non concomittantur rem quocũque uadat, licet solui deberent. l. uideamus. ff. de usur. & d. l. uenditor hominis. ff. de euictio. Nec debet dici quod sequatur rem, quia debent solui, quia istud idem esset de usuris quæ soluuntur. d. l. uideamus. §. in actione. Item fructus & partus non æquiparantur in seruitute, quia partus in bonæfidei possessore non soluuntur in animalibus, & similiter fructus, & sic non concommittantur, quia in bonæfidei possessore non concommittantur, & in malæfidei possessore sic, ut plene no. in d. l. uideamus. ff. de usuris. & l. si filius. §. 1. ff. de uerb. oblig.

Ideo Bar. ponebat aliam distinctionem, dicés quod illud interesse quod uenit immediate ex re dicitur interesse intrinsecum. Illud autem quod uenit propter rem, siue occasione rei, idest mediate propter ré, illud est interesse extrinsecum, sicut dicitur de dictione ex & propter. l. non dubium. supra de legi. & per eundem in l. si eo tempore. ff. de pecu. Et ideo fructus & partus & estimatio rei compræhenduntur in interesse intrinseco, quia immediate ueniunt ex re. Hæreditatem uero & omnes alias res ponit in interesse extrinseco, quia ueniunt propter rem siue rei occasione. d. §. cũ per uenditorem. Et facit tex. in l. cum manifestissimi. §. cũ Secundo. C. de furtis. Et hanc opinionem sequitur Alcia. in c. subsequens quæstio. Quare Bald. & Rayner. Cur. hic nu. 17. & Fumeus in capite tertio nu. 27. & 28. distinguebant aliter faciendo tres casus. Videlicet interesse intra rem, circa rem, & extra rem, Interesse intra rem est illud concernit substantiam rei, ut ualor rei, Interesse circa rem continet omnes cohærentias rei, Interesse uero extra rem continet omnia quæ sunt separata, de quibus in d. §. cum per uenditorem. Et probatur ista distinctio, quia dictio intra, compræhendit ea quæ sunt intus. l. fundi. ff. de acti. empt. dictio circa, compræhendit ea quæ sunt connexa rei. l. Rutilia polla. ff. de contrahen. emptio. & l. qui duo. ff. de ser. rust. prædi. dictio, extra, compræhendit omnia quæ sunt separata, Et diffiniuntur hoc modo.

Interesse intra rem est estimatio damni respicientis bonitatem intrinsecam rei, ut si res uendita non tradatur, uel si res una destruatur, Nam illud interesse commune succedens loco rei deductæ in contractu uel maleficio. l. 1. ff. de actio. emp. & l. 2. ff. ad legem aquili. dicitur interesse intra rem. Interesse circa rem est quod rei accedit. ut hæreditas seruo debita, & uenit illud tãquam connexum & cohærens. l. proinde. ff. ad l. aqui. & d. l. uenditor hominis. Interesse extra rem est estimatio damni non respicientis extrinsecam bonitaté rei, nec aliquod quod rei cohæreat, ut est pœna in quã incidit quis propter moram debitoris. l. liber homo. ff. de uerbo. oblig. & lucrum & mors seruorum. d. §. cum per uenditorem. & l. Iulianus. Et hanc opinionem tenet Cur. hic nu. 17. sed discrepat in uno, quia ponit estimationem ueram in interesse intra rem, & estimationem quantiplurimi in interesse circa rem, & in aliis cõcordat. Sed hæc sua discordia non habet rationem, cũ uideatur inconueniens pretium rei præsens uel uariatum desinere esse de interesse intra rem. Decius tamé repræhendit hanc distinctionem, dicens quod si prędicta exempla essent interesse circa rem, uenirent in uenditione. d. §. cum per uenditorem. sed nos uidemus quod non ueniunt, Ergo sequitur quod in illis non potest considerari interesse circa rem, Sed hæc repræhensio Deci. non probatur iure, & responderi potest per interemptionem, quia immo ille tex. uult quod prædicta ueniant in uenditione ut statim dicam, Nouissimi Biturigenses dicunt quod opinio Bal. & Fulgos. sustineri potest in puncto iuris, sed tamen quia frustra fit per plura ꝙ potest fieri per pauciora, Ideo pro eodem ponitur dictio circa, & dictio intra, & unicum faciunt interesse, & sic opinio Bar. uerior est. Quod dictum nihil est, quia bene fateor quod. §. cum per uenditorem de utroque loquitur sub dictione circa, quæ de iure utramque potest habere significationem. l. ultima. ff. de iur. fisci. & not. in l. posthumo. supra de contra. Sed tamen non decidit quod dicatur interesse circa rem & an ista dicantur de interesse circa rem uel extraré, Et contra omnes facit gloss. in l. cum quid. ff. si cert. petatur. quæ dixit quod estimatio est bonitas extrinseca, & per consequens uidetur esse interesse extrinsecum.

Sed

Sed opinionem Bar. ex pluribus Alciatus hic uersic. subsequens quæstio confirmat, Primo per textum in l. 1. C. locati. ubi damnum extrinsecus dicitur uenire qđ non ex re uenit sed in re datur ex remota causa, & per textum in l. item ueniunt. §. item non solum. ff. de peti. hæred. ubi hæreditas augetur per ea quæ ex ipsa hæreditate proueniunt, secus ex iis quæ extrinsecus ueniūt, & si personæ possessoris accedit portio per l. qui proprio. ff. de procu. ubi procurator tenetur restituere ea quæ ex ipsa lite extrinsecus consequutus est, & quod hæreditas dicatur seruo extrinsecus accedere, probat, quia seruus institutus ante aditam hæreditatem non est locupletior. l. pretia rerum. ff. ad l. falcidiā. sed fructus & partus faciunt rem pluris extimari, & ex eis augetur condemnatio. l. non quocunque. §. Iulianus. ff. de leg. primo. ergo & cætera. Dicit tamen postea non esse insistendum super significatione istorum uerborum extrinsecus uel intrinsecus, quia sunt Barbara doctorum nomina, & sequitur etiam Cagno. hic in num. 19. & 20. saluans ab obiectionibus Cur. qui constituebat differētiam inter interesse circa rem, & intra rem, & Loriotus in d. l. quatenus. Et secundum hanc opinionem ille qui uendidit seruum institutum hæredem non tenetur ad interesse hæreditatis si non tradidit eum intra tempus appositum in uenditione, sed ille periit post moram ut uenditor non potuerit iubere adire hæreditatem, quia cum sit interesse extrinsecum non præstatur per morā secundum theoricam tex. in d. §. cum per uenditorem. & in terminis tenuit glo. in d. l. uenditor hæreditatis in glo. finali. quam sequitur ibi Sali. similiter si post moram perierunt seruitutes in fundo uel domo non tenetur uenditor, quia est interesse extra rem, & idem siquis uendidit quadrigas uel cantores, & quia non tradidit unum uel emit unum ex quadrigis & uenditor non tradidit & non potuit emptor habere utilitatem ex aliis quattuor uel non potuit uendere cum deficeret unus, non tenebitur ad interesse, quia est extra rem. d. §. cum per uenditorem. & tex. in l. proinde. §. primo. ff. ad l. aquil. loquitur in eo qui delinquit in committendo. & d. l. uenditor hominis loquitur in eo qui male tradidit & ita uidentur hic tenere communiter doct.

94 Sed mihi†non placet hæc distinctio Barto. Quia immo uerius est quod uēditor hominis teneatur post moram de dolo hæreditatis ammissæ, ut per Bartolum & Fulgosium in dicta. l. uenditor hominis. reprehendentes glo. ibi, & licet moueantur per rationem Petri supra reprobatam, tamen opinio eorum ibi probatur ꝑ textum in lege Iulianus. §. si quid seruo. ff. de actio. empt. ubi tenetur de similibus acquisitis post moram, & facit etiam, quia ex causa euictionis quis non potest teneri nisi de eo quod uenit in contractu, ut argumentatur tex. in lege Iulianus. §. primo. uer. differentiæ ratio. ff. de actio. emp. & l. Iulianus. §. fina. cum l. sequenti. & l. sed & hæreditas. ff. ad exhibendum. facit etiam tex. in l. 3. supra de hæred. & l. 3. ff. de cond. fur. ubi condictio furtiua quæ datur solum ad rem furtiuam datur etiam ad ualorem hæreditatis, ergo reputatur tamquam ipsa res, quia si esset extra rem non posset peti per condictionem furtiuam. Non obstat lex pretia rerum. ff. ad legem falcidiam. quia non dicitur locupletior quantum ad dominium rerum, tamen propter ius adeundi est locupletior, ut per Bartolum in lege penultima. numero undecimo. ff. de reb. dub. facit ratio, quod de connexis & appenditiis idem iudicamus, ut statim dicam. Similiter de damno dato a seruo corrupto uenditor tenetur post moram, quia non est interesse extra rem, l. non tātum. §. in hac actione. §. iis consequēter. ff. de seruo corrupto. & ibi Barto. licet non per bonam rationem. Idē etiam dici debet de seruitutibus, quia tenetur de eis si post moram ammissæ fuerunt. l. pen. cum glo. non posse. ff. de euictio. & idem etiam eadem ratione dicendū est de pluribus quadrigis si propter moram passus est actor aliquod damnum. argum. dictæ. l. Iulianus. §. fin. cum duabus sequentibus. ff. ad exhibendum. Cum igitur in prædictis casibus teneatur semper morosus de euictione, apparet quod non possunt esse de interesse extra rem quod non uenit per moram. dicto. §. cū per uenditorem. & per consequens distinctio. Bartol. non est bona, & ipsemet fuit sibi contrarius in d. l. uenditor hominis.

95 Vnde ego†puto quod opinio Bald. & sequacium sit uerior, quod triplex sit interesse, intra rem, & exra rem & probatur hæc distinctio ex euidentia facti, quia omnis res recipit qualitates uel intus in ea & circa eam ꝓpinque, & extra eam remote, ut notant doctor. in lege non dubium. supra de legibus. Et in proposito colligitur ex nota. per glo. in lege cum quid. ff. si certum pe. quæ dicit quod duplex est bonitas rei, intrinseca, & extrinseca, bonitas intrinseca est sapor, dulcedo, amaritudo, color rei, & similia. Extrinseca bonitas est ualor rei siue estimatio, nam estimatio rei extrinseca appellatur, quia mutari potest salua rei substantia & bonitate intrinseca. l. uinum. ff. si certum peta. Et sic interesse intra rem est illud quod respicit bonitatem intrinsecam rei, in quo uenit omnis deterioratio rei contingens ex facto alterius uel cessatione iniusta, & ideo si res deteriorata ex facto debitoris tradatur tenetur debitor ad interesse semper, & idem si facto alterius, quia uenditor tenetur de omni damno & periculo rei. §. cum autem emptio. uer. quod si fugerit. inst. de empt. & uendi. & l. si uendita. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. Et idem etiam est si propter moram debitoris tale damnū euenerit. l. custodias. & l. siquis uina. ff. de pericul. & commodo rei uenditæ. Et generaliter debitor tenetur de omni damno contingente post moram in ipsa re, Interesse uero circa rem est illud quod respicit bonitatē extrinsecam idest ualorem rei. In quo interesse ueniūt omnes cohærentiæ rei quæ faciunt ualere rem maioris pretii & sunt res quæ cohærent, Quare hæreditas uenit quia facit seruum uendi maiori prætio, ut notat. in lege pretia rerum. ff. ad legem falcidiam. Item uenit damnum datum sine noxia, quia facit seruum minus ualere. l. Iulianus. §. primo. ff. de actio. emp. Item ueniunt fructus qui similiter augent pretium rei & aliæ cohærentiæ quæ faciunt rem plus ualere. l. cum eiusdē ff. de ædil. edict. & l. proinde. §. primo. ff. ad leg. aquiliam. Item ueniunt seruitutes quæ faciunt rem plus uel minus ualere. leg. fundus uti optimus. dige. de euictio.
96 Et†quia sequuntur rem quocunque uadat, & respiciūt ualorem, sunt de bonitate extrinseca, & constituunt interesse circa rem, & ista omnia ueniunt ex mora in contractu uenditionis. d. §. cum per uenditorem. Pœna uero in quam incidit quis propter moram alterius est de interesse extra rem, quia non respicit ualorem rei, & sic non est de aliqua bonitate rei.

Quare remanet conclusio contra Bartolum & communiter docto. quod omnia exempla de quibus supra dubitatum fuit sunt de interesse circa rem, & ea semper ueniunt, siue accidat damnum ex facto debitoris, siue ex mora per dictum §. cum per uenditorem. Veruntamen quia tam interesse intra rem quam etiam circa rē semper soluitur, & interesse intra rem potest contineri sub nomine circa rem, ideo. di. §. cum per uenditorē solum usus est uerbo circa rem.

97 Et istæ†species interēe diffiniri possunt particulariter, sed quia interesse duobus modis sumitur, duobus modis quælibet species diffiniri debet, sicut sæpius dictum est, & de interesse naturali ita dicendum est, Interesse intra rem est damnum habitum in bonitate rei intrinseca, interesse uero circa rem est damnum habitum in bonitate rei extrinseca cohærente, idest in ualore rei, Interesse uero extra rem est damnum habitum separatum a re & illius bonitate intrinseca uel extrinseca cohærenti, si uero consideratur interesse pro eo quod ex

igitur,

Igitur,ita diffiniri potest. Interesse intra rē est pecunia legitime debita pro estimatione damni in bonitate rei intrinseca habiti,Interesse circa rem est pecunia legitime debita pro estimatione damni separati a re, & eius bonitate habiti.Potest tamen reduci ad bimembrem , ex eo , quia interesse intra rem uel circa rem est quasi eiusdem effectus, unde utrunque potest appellari intrinsecum interesse, aliud uero appellabitur interesse extrinsecum,ideo quando inferius faciemus mentionē de intrinseco, intelligemus de utroque, & pro extrinseco intelligemus de interesse extra rem , Et intrinsecum interesse continetur sub diuisione præcedenti, quia aut est commune,aut conuentum, aut singulare, quia respicit estimationem rei, Quomodo autem capiatur terminus intrinsecum uel extrinsecum dicas ut per Bitur.quia non facit ad rem .

98 Sed†dubium est magnum de interesse extrinseco,an sit commune uel singulare, & in hoc uariauerunt omnes doctores tam antiqui quam moderni, Communis tamen conclusio est quod sit commune.Iacob.de Rau. & Cyn.quos sequuntur hic ferrarienses,tenent quod sit singulare,& mouentur, quia illud est commune quod pluribus conuenire potest. Illud uero est singulare qđ uni tantum conuenit . §. singulorum. insti. de rer. diuisione. Sed si animal morbosum corrumpat gregem alicuius , uel si tignum uitiosum fuerit causa quod domus corruerit,hoc damnum non potest conuenire nisi uni,quia duo æquale damnum pati non possunt, cum impossibile sit quod uarietas in loco tepore uel rebus diuersitatem non inducat, ergo erit singulare interesse Barto.autem in 3.oppositione.infra defendit glo. dicens quod glo.appellat interesse commune quod causatur a qualitate transmissibili in alium , sed interesse .l.Iulianus causatur a qualitate transmissibili in alium, ergo erit interesse commune,Ferrarienses uero tenent opinionem Cini,quia negari non potest quod istud dānum non sit singulare in persona , quia raro euenit qđ res eiusdem qualitatis concedatur pluribus , & domus eiusdem formæ magnitudinis & situs & eiusdem ualoris sit apud plures, quod damnum quod datum est uni potuerit similiter dari alteri, Vnde necessarium est dicere quod uni tantum conueniat,& sic est interesse . le. ius singulare.ff.de legib. Præterea si hoc esset singulare quia non conuenit omnibus , sequeretur quod nullum esset commune,quia sicut ego habeo affectionem ad filium meum quia filius,eodem modo & alter haberet affectionem suo,quia filius,&sic qualitas esset transmissibilis,& ita affectio filiationis esset communis,cōtra l.si seruum.ff.ad legem aquiliam.Nec obstat responsio data per Bartolum in tertia oppositione, quia dicunt non est uerum quod solum singularitas causetur a qualitate personæ non transmissibili, quia immo sumitur etiam ab ipsis rebus habentibus qualitatem respectu aliarum rerum, ut patet in seruo & filio , quia illa qualitas filiationis non est in aliis rebus, sicut nec etiā in aliis personis, ut hic latius per eum .

99 Sed iis omnibus†non obstantibus mihi magis placet opinio communis, quod interesse extra rem sit commune quia estimatur secundum communem ualorem utilitatum ammissarum,& conuenit diffinitio communis interesse supra tradita,ergo & diffinitum,ut inst. de ui bonorum raptorum in principio . Interesse autem singulare est ubicunque utilitates estimatur secundum singularem affectionem.d.l.libertus qui soluendo . ff. de bonis liber.ibi,non pretio sed affectu.&.l.si cū dos . §.si.cum.l.sequent.ff.rerum amot.Non obstant contraria,quia loquuntur de alia singularitate quæ sumitur a cōditione personę quæ cadit in omni interesse naturali , cum quantitas interesse naturalis & compræhensio utilitatum summatur a conditione personæ , ut supra dixi . Sed istud interesse singulariter determinatum per conditionem personæ dicitur etiam commune , quia utilitates ammissæ estimantur secundum communem ualorem, & sic utraque opinio uera est diuersis respectibus .

100 Alia est†dubitatio necessario discutienda & in practica sæpissime occurrens, scilicet quæ ueniant appellatione interesse , in qua quæstione Decius hic ponit uarias decisiones , & similiter Biturigenses,sed nos pro plena discussione separatim habemus uidere, quæ ueniant appellatione interesse in abstracto,& quę ueniāt appellatione interesse in libello,iudiciis, & in contractibus,& similiter in eisdem casibus quæ ueniant appellatione damni.Circa primum dicendum est ut sup.per totam hanc rubricam,nam si capitur interesse in genere generalissimo,compræhendit generalissime omnes res nostras uel debitas habitas uel ommissas , & omnes utilitates & damna , quia est quidquid ad nos in utilitate uel damno spectat uel spectare potest, si uero capiatur in specie,tunc uaria continentur & non continentur secundum naturam specierum , Vnde sub estimabili continetur omne estimabile,& sub inestimabili omne inestimabile,& idem de petibili,non petibili, singulari,communi,& conuento,intra rem,circa rem, & extra rem .

Et in proposito quæstionis,an principalis res a cuius retentione uel ammissione sumit principium utilitas uel damnum sit proprie interesse, dicas quod appellatione interesse in genere generalissimo uenit etiam res ipsa principalis de qua agitur,ut patet ex diffinitione,sed in interesse in specie secus est,ex eo quia interesse diuiditur,cum quoddam sit interesse de ipsis rebus a quibus origo utilitatis uel damnum sumitur , & aliud est interesse insurgens ex rebus,cum interesse sit quoddam incorporale quod non uidetur consistens in commoditate quam habemus ex retentione rerum,& damno quod habemus ex priuatione ipsarum rerum, ut supra sæpius diximus,unde res ipsæ a quibus sumitur origo damni uel utilitatis differunt substantia ab interesse,cum plerumque sint corporales , & interesse sit semper incorporale,&ex proprietate sermonis appellatione interesse non ueniunt ipsæ res a quibus originem assumit.Et hoc siue loquamur de interesse naturali, siue loquamur de interesse legali,idest de eo quod soluitur pro satisfactione damni,cum illud sit pretium naturalis interesse,tamen quia hoc interesse legale quod soluitur estimat omnes utilitates & omne damnum,& utilitas & damnum est in ualore etiam ipsarum rerum principalium, pretium earum continetur in interesse , & si contingat quod res ipse possint restitui,quia extāt, uel tractet de obligationibus dandi,quo casu regulariter ipsa res sola est in obligatione,uel alias debeat restitui,uel partes contentantur , & tunc solutio ipsius rei diminuit quantitatem interesse legalis,idest eius quod soluendum est,ut no.per Bar.in l.uinum.in colum.fin. ff.si certum petatur.Ideo multis apparet quod interesse sit etiam res ipsa, Sed uere non est res ipsa , tamen quia ab ipsa re assumit originem , & per donationem ipsius rei pro parte cessat, uidetur ut dixi quod ipsa res sit interesse . Vnde non sine ratione dubitatur sæpissime in practica, an appellatione interesse ueniat ipsa res .

101 Igitur † resoluendo dicas,quod aut quæritur de interesse utilitatis,quod,ut supra dixi,non potest esse nisi quando utilitates de quibus agitur sunt penes nos , quia si eis priuati essemus esset tunc interesse damni , Ideo non potest tractari de agendo siue petendo,arg. §.sic itaque.insti.de actio. sed solum de conseruando . Tunc appellatione interesse uenient ipse res, quia conseruatio ista principaliter fit propter res ut sint penes nos,& possimus consequi illam commoditatem,ut in l.1.ff.soluto matrimonio.& in l.ita uulneratus. ff. ad l. aquiliam. & in l.2.in fine.ff.de iis qui sunt sui uel alie. iur.Nam causa dotis est fauorabilis ut conseruetur tota illa

ta illa

ta illa utilitas liberorum & ſubſequentium utilitatum reipublicæ, & delicta puniuntur ut ſeruetur quies in populo & utilitas quietis, Et prohibentur priuati deſtruere res ſuas ut ſeruentur diuitiæ in ciuitate,& utilitates ex eis prouenientes,& tamen utrunque uenit appellatione intereſſe in dictis iuribus,Et in.l. ut uim. ff. de iuſt.& iur.& in.c.dilecto.de ſententia excom. in.6. uim ui repellere permittitur ut conſeruentur res ſuæ &utilitates ex eis prouenientes, Et tamē dicunt doctores quod illud intereſſe præſtat cauſam agendi,ut not. in.l.ſæpe.ff.de re iudicata.in caſibus in quibus propter res ipſas & utilitates ex eis prouenientes datur.

102 Si Vero † quærimus an res ueniat appellatione intereſſe conſiſtentis in damno,Et ſecundum omnes de proprietate ſermonis non uenit,ut per Bar.in fin. 1. quæſtionis.& Decium hic uerſi.3.& ultimo.quia eſt damnū insurgens ex priuatione rei, damnum uero eſt quodā incorporale inſurgens,quod eſt ſemper penes nos, Et illud quod debetur in recompenſationem eſt danni pretium quod ſolui debet pro reſtauratione, Et ideo quādo in libello petitur intereſſe ſuum,in dubio intelligitur de eſtimatione damni,nō de ipſa re, quia aliud eſt ipſa res,aliud damnum,ut per glo.in. l. eleganter. §.non ſolum.in glo.finali.digeſtis de dolo. Item etiam patet ex præmiſſis,&in.l.Aurelio.§.Gaius.in glo.nam poſſe.ff.de liber.legata.Sed in contrarium facit, quia intereſſe in genere compræhendit rem ipſam, unde uidetur quod in diſpoſitione capiatur in genere,& ſic cōpræhendat rem,Sed ſaluando communem potes dicere quod in dubio uerba intelliguntur in ſpecie non in genere,ut per Bar.& alios in Rubrica.ff.ſol.matrimonio . Ideo pro reſolutione recurendum eſt ad ibi dicta per doctor.& per Bar.in. l. talis ſcriptura. ff. de leg.1. Et ſi in libello quis petat intereſſe, in dubio intelligitur in ſpecie, niſi in proceſſu probauit de ipſa re, quia tunc uerba intelliguntur generaliter,arg.l.ſiquis intentione ambigua.ff.de iudic.Quod etiā procederet quando libellus alias non operaretur effectum,uel non cōueniret proceſſui, quia tunc appellatione intereſſe ueniret res debita,ut per Bal.hic colu. 2. arg. l. ſi quis intentione ambigua.ff.de iudic.& Biturig. in præfa. nu. 49. Si uero in contractibus fiat mentio de intereſſe, ut quia unus remiſit intereſſe ſuum parti, uel promiſit nō petere Similiter appellatione intereſſe non ueniet ipſa res principalis, ideo adhuc criminaliter poterit agere de iniuria, & poterit petere ipſam rem principalem ſeu debitum principale,ut conſuluit Alexan.in conſil. 168.requiſitus.colu.2.uol.2.& in conſil.20. requiſitus. uol.5.per.l.1.& ibi not.inf.de ædil.actio.& per glo.in. d.l. eleganter. §. non ſolum. ff. de dolo. & ſequitur hic De.& Bitur.in præfatio. nu. 48. Niſi ſubiecta materia aliud innueret, uel de mente contrahentium aliter appareret,ut perBarbat.conſil.42.colu.23.lib.1.&Deciū &Rebuffum.Vel etiam quando uerba prægnantia hoc ſuaderent ſecundum Barb.conſil.49.illud colu.14.uol. 1. In caſu tamen de quo ibi per Alex. magis placet opinio Barbatiæ.quod compræhendantur res ipſæ, quia intereſſe capitur in genere fauore pacis,ne amplius de ueniatur ad arma, ſicut & alia fauore pacis permituntur, ut per Corſet. in tractatu de poteſtate regia.quæſtione quadrageſima pri. uerſic. 78. limita. ubi ponit. 119.priuilegia pacis. cū alijs cumulatis per Rebuffum in præfat. numero. 43. &. 44. qui dixit principem hac cauſa poſſe præiudicare ſubditis in iure quæſito fauore publicæ utilitatis,& ſupra notaui in præmiſſis. Et eadem diſtinctio adhiberi debet in iuditijs & teſtamētis & alijs diſpoſitionibus. arg. l. Aurelio. §. Gaios.in fin.ff.de liber.leg.

103 In omnibus † tamen prædictis caſibus ſub nomine intereſſe continentur damna, quia intereſſe eſt damnū & lucrum ceſſans, quia & ipſum eſt intereſſe, ut patet ex diffinitionibus ſup.traditis.Cor.conſi.46.in hac cōſtitutione.colu.penul. Item ueniunt fructus, cum ſint de intereſſe intra rem.l.loci corpus.§.in confeſſoria.& ibi Bal.Flor.& Ang.ff.ſi ſeru.uendi.Iacob.l.ſi ex lapidicinis.in princ.ff.de iure dot.& hic Decius. Et Rebuf. in præfatio.& Bal.in.l.ſi filius fam.§.cum fundum.ff.de uer.oblig.&Decium in.l.cum fundus.ff.ſi certum peta. Sed tamen non ueniunt expenſæ appellatione intereſſe.Clem.1.& ibi Imola.de reſcript.& ſequitur hic Rebuf.nu. 62. & dicit eſſe frequentiſſimum in pratica, & Iudices ſolere condemnare ad expenſas damna & intereſſe, Quod tamen ego puto uerum de expenſis factis in lite pro conſequenda re ſua, quæ differunt a re petita, ſed ſi eſſent expenſæ factæ extra iudicium propter damnum datum,tunc uenirent appellatione intereſſe.d.l.1.C.de ædil.action.&.l.Iulianus.§. præterea, ff.de action.empt.&.c.1.de iniur.&dam.dato.cū alleg. ibi in glo.Et idem etiam eſſet de expenſis litis,ſi uerba eſſent generalia, quia & ipſæ damnum ſunt & ex priuatione contingunt, & appellatione intereſſe uenit omnis cauſa,Et tantum eſt dicere peto rem cum omni cauſa,quantum eſt dicere cum omni intereſſe, cum contineatur omne damnum, Nec obſt. l. ſed & ſi partus.ff. quod metus cauſa, quam allegat hic Decius in contrarium,quia ibi dicitur de fructibus,& partu,non de intereſſe,& eod. modo reſpondetur ad. l. cum fundus.ff. ſi cer.petatur.quia ibi nihil dicitur de intereſſe, & non negat quod hæc omnia non ueniant appellatione intereſſe.Vel dicas quod procedit quando intereſſe capitur in ſpecie, Et eadem ratione econtrario ſiquis promiſit non petere rem, non uidetur remiſiſſe intereſſe præteritum,quia differunt,Et remittens iniuriam non uidetur remiſiſſe intereſſe, expenſas,& damna.gloſa.in c.ſi canonici.de offic.ordin.&Bal.in.l.ſi pro fure.ff.de condic.fur.Abbas.in.c.1.de iniur.& Angel.in.§.fin.inſtit.de iniur.& hic Rebuf.nu.65.in præfati.

104 Subijciunt † etiam hic Doctores, Quid ueniat appellatione damni,Et Bal.in.c.1.in uerb.poſſeſſiones.in titul.de pace conſtantiæ.uer.nota quod.dixit,per illum tex.quod appellatione damnorum non ueniūt fructus, quia ibi ſeparatim nominat fructus & damna,Sed Decius reprehendit per tex.in.l.1.ff.ad.l.aquil.cōiuncta l.ſeruus ſeruum.§.ſi oliuam.ff.ad.l.aquiliam.ubi damni nomine continentur fructus.Ad idem allegat.l.qui autem.in princ.coniuncta.l.fin.ff.quæ in fraudem creditor. Et ad.d.§.poſſeſſiones.reſpondet quod copula ponitur inter genus & ſpeciem.arg.glo.in.l.2. ff. ad. l. aquil.& ſequitur hic Rebuffus nu. 53. Sed allegata per Dec.non ſtringunt,quia.d. l. ſi ſeruus ſeruum loquitur de rebus in quibus datur damnum, & ibi fructus non ueniunt appellatione damni,ſed ueniunt appellatione rerum,quia lex aquilia puniebat damnum datū in corpore hominis,uel rerum,ut in.§.capite tertio.uer.in ceteris.inſt.de leg. aquil.& ſic fuit æquiuocatio magna. Item tex.in.d.l.fi.§.fructus.nihil facit.quia loquitur de fructibus non ſeparatis qui ſunt pars rei uenditæ, Tamen ex alio non placet dictum Bal. quia damnum eſt genus intereſſe ut ſupra diximus, & ſi ſub nomine intereſſe prædicta continentur, tanto fortius ſub nomine damni.

Veruntamen quia alia eſt regula ſup.allegata, quod ubicunque unum uerbum poteſt capi in genere & in ſpecie,in dubio intelligitur in ſpecie,ut not. per. Bart. in rub.ff.ſol matrim.facit.§.ſed quotiens. inſt. de iur. natur gent. & ciuili. & damnum proprie eſt deuaſtatio rei ſeu corruptio, quia eſt diminutio patrimonij, Ideo damnum in ſpecie compræhendit ſolum corruptionē rerum,ſeu res corruptas & deuaſtatas,Et tunc differt a furto.d.l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi oliuam.ff.ad.l. aquil. &. l.3.ff.de dam.infecto.& hoc modo poteſt ſaluari opinio Bald. Roffredus in tracta. libello. in.4. parte ſub. rubr.de actio.ex ſtipulat. nomine damni dati & de dāno infecto.in.3.parte.Cardi. in clem.1.in.§.ciuitas.q.

4.de

4. de pœnis. Bal. consil. 282. locata. colu. 1. & hic Rebuff. Et hac ratione non ueniunt expensæ sub nomine damnorum. c. in nostra. de iniur. secundum Rom. sing. 342. nunquid appellatione. glo. in c. si canonici. in uerbo damna. de off. deleg. & §. hæc autem. instit. de pœna tem. litig. & hic Rebuff. Sed tamen in generali significatione omnia prædicta continentur, & de proprietate sermonis. l. inter quos. §. fina. ff. de damno infecto. l. sancimus. supra de iudi. & auth. ei qui iurat. de bon. auth. iudi. posid. Archid. in c. in primis. colum. 1. 2. q. 1. Barba. in c. fi. num. 115. de rescrip. facit. l. deperditum. ff. de peti. hæredita.

Item subdunt d. doctores, quod appellatione expensarum non uenit damnum, cum dicta distinctione. l. 12. ff. de alie. iud. mut. causa fact. & ibi Alexan. in addit. ad Bar. Bal. in lege 3. colum. penul. infra de fruct. & lit. expens. Bal. & Ias. in . l. 1. §. fina. ff. siquis iusdicenti non obtemp. Item nec uenit pretium rerum appel. expensarũ. l. quibus diebus. §. primo. ff. de condi. & demonst. Bal. in l. alimenta. supra de nego. gest. Alexand. in dicto cõsilio 164. Et ideo si testator legauit expensas factas in libris alicui, non uidetur legasse pretium librorum si alia impensa fuerit facta. Barto. in d. l. quibus diebus. Et an fructus appellatione expensarum ueniant, posuit Barto. & doctores in lege fructus. ff. soluto matrimon. Ad euitandas tamen prædictas difficultates in omnib. prædictis casibus cauti negotiantes ponunt in instrumentis uel actis, rem cum fructibus damnis expensis & interesse. Bald. & alii in l. si tibi. §. primo. ff. de pact. Solent etiam contrahentes apponere sæpe clausulam in instrumentis, quia ad euitandum onus probandi interesse & damnum solent dicere quod de quantitate damnorum expensarum & interesse promiserunt stare simplici dicto & iuramento partis, quæ promissio ualet. argum. legis hæc uenditio. ff. de contra. emp. Sed tamen potest p parte promittentem reuocari. arg. l. siquis iusiurandum. supra de iureiurando. Nam si potest in iudicio reuocari, ergo & extra. cum iudicium habeat uim stipulationis. l. cum ostendimus. §. penultim. ff. de fideiuss. tut. Bar. in l. fina. ff. de prætor. stipul. & Alexand. cõsil. 130. difficultas. uolum. primo. & consilio. 54. circa colum. 1. uolum. 2. & consilio 67. eodem libro. & hic per Rebuffum. numero 67. in præfatione, Si tamen semel declarauerit, standum erit declarationi, si est iusta. Alioquin reduci debet ad arbitrium boni uiri. l. si libertus ita iurauerit. ff. de oper. liber. Aret. in §. non solum. insti. de uerborum oblig. colum. secunda. qui dicit requiri citationem partis in declaratione. l. hac edictali. §. iis illud. sup. de secund. nup. Alex. in d. consili. 130. uolu. 1. Dec. c. 2. col. 5. de fide instr. & hic per Rebuf. in d. loco. Et qui promittit reficere expensas obligatur ad moderatas. glo. singularis in §. oportet. in auth. de iud. col. 6. quam commendat Bal. in c. finem. col. fi. de dolo & cõtuma. Quæ nota.

105 Tertia † est principalis diuisio interesse, quia quoddã est interesse damni habiti ex priuatione rei, quoddam interesse damni habiti ex non acquisitione facta, quoddam est interesse lucri nõ habiti, & interesse damni habiti ex re non soluta, Interesse damni habiti est damnũ ex rei corruptione habitum, Interesse damni habiti rei non acquisitæ est damnum in non acquirendo perceptum, Interesse lucri ammissi est damnum in ammissione lucri habitum, Interesse damni habiti ex re non soluta est damnum ex mora alterius perceptum, Potest etiã reduci ad bimembrem diuisionem, quod quoddam sit damni habiti, & quoddam lucri ammissi, Interesse damni habiti est damnum ex corruptione, non acquisitione, uel mora alterius habiti, si uero capiatur interesse p eo quod exigitur, ita diffiniri potest, Interesse damni habiti est pecunia legitime debita pro estimatione dãni ex mora uel corruptione uel non acquisitione ex cã alterius habiti, Interesse lucri ammissi est pecunia legitime debita pro estimatione damni in ammissione lucri ex causa alterius habiti.

106 Alias diuisiones † ponunt hic nouissimi Biturigenses magis uerbosas quam ullius utilitatis. Et primo, quod aliud sit legale, aliud iudiciale, legale est illud quod taxatur a lege, iudiciale quod taxatur a iudice, sed hæc diuisio nihil affert, quia interesse singulare nõ semper taxatur a lege, sed solum quando excedit duplum, Regulariter autem taxatur ab affectione singulari, cũ declaratione iudicis, ita quod omne potest dici iudiciale. l. uideamus. §. iurare ff. de in litem iur. Alia est diuisio, quod aliud est certum, aliud incertum, quæ diuisio parum prodest, quia interesse quod soluitur semper est certum, & ideo petitur certi condictione, per Bartol. in l. stipulationes non diuiduntur. colum. pe. ff. de uerborum oblig. Alia est diuisio, quod ioteresse quodam est ex causa probabili non honesta, & quodam ex causa honesta non probabili, glo. in l. manifestissimi. C. de furt. Sed hæc diuisio non est substantialis, & cadit in qualibet re, & sicut in obligatione non fit ista diuisio, & in actionibus, ita nec hic debet fieri, & quo ad substãtiam non prodest, quamuis quo ad clariorem notitiam habendam an sit exigibile uel non possit prodesse, sicut in stipulatione quæ aliquando est exegibilis, aliquãdo non, ut in tit. inst. de except. Aliam similiter ponunt, qd interesse quodam est publicum, & quodam priuatum, sed ista diuisio ommittitur inter actiones & obligationes & seruitutes, ita & nos eam parum debemus curare. Rursus aliam ponunt, quod interesse quodam desceẽdit ex contractu, quodam ex quasi contractu, quodam ex maleficio, quodam ex quasi maleficio, quæ diuisio est omnibus nota, & ea attenta posset dici, quodam uenit ex contractu rei, quodam ex contractu uerbis, quodam ex contractu consensu contracto, & quodam ex furto, quodam ex l. aquilia, quodam ex rapina, & istas diuisiones quærere est potius laboriosum quam subtile. Quattuor alias diuisiones ponunt penitus uerbosas, quod interesse est quodam ultionis, quodam affectionis, & quodam applicationis, Rursus quodam ualoris, quodam meroris, & quodam pudoris, quæ diuisiones nõ sunt attendẽdæ, cum possit dici quod aliud est amoris pecuniæ, aliud est amoris filiorum, aliud est amoris mulierum. Alia est diuisio, quod quodam est mutationis personæ, & quodam mutationis fori, & quodã interitus rei, Item aliud est actionis ammissæ, & aliud circa damna & expensas, sed isti commodius fecissent si dixissent, aliud est interesse in cedendo, aliud in quiescendo, aliud in ambulando, aliud in comedendo, aliud in bibẽdo, Item aliud est in ammittendo equum, aliud in ammittendo bouem, & aliud in ammittendo intellectum, sicut in simili dicit glo. insti. de iusti. & iur. § penultimo. quod aliud est equinum, aliud bouinum, & aliud uinosum, & idẽ dici debet de alia diuisione, quod est interesse honoris, aliud interesse commodi. Potest tamen hæc utilitas colligi ex istis diuisionibus, quod interesse sumitur ex uariis qualitatibus quæ probabiles sint & receptæ a iure, & ex istis qualitatibus poterit augeri interesse tamquam multæ utilitates probabiles sint ammissæ, & ab eis etiam iustificari estimatio affectionis, ideo non repellas in totum neque spernas ut faciebat Alciatus.

107 Possunt tamen † reduci ad diuisionem substãtialem, quod interesse aut consistit in damno pecuniario, quodam in damno ex aliqua passione, Interesse damni pecuniarii est ubicunque aliquis ammittit uel non acquirit pecuniariam utilitatem, Interesse passionis est ubicunque aliquis patitur ex causa alterius propter aliquã passionem, Passiones autem possunt esse infinitæ, quædam amoris, quædam doloris, pudoris, famis, sitis, tactus, auditus, odoratus, & infinitarum similium passionum, & sicut non oportet considerare quale sit illud pecuniarium, & ita nec etiam quales sint ille passiones, & iis

lis de causis ommitto aliam diuisionem, quod aliud est particulare, quia parum interest an res in totum uel pro parte sit corrup, l.quæ de tota.ff.de re.uen. Quamuis interfit maxime quantum ad modum committendi, & similiter taceo aliam diuisionem, quod aliud sit commune, aliud particulare, sicut nõ curamus an obligatio sit communis uel particularis.

108 Remanet igitur† in tota materia interesse si capiatur in genere, q solũ sunt tres diuisiones in interesse in specie, Decem quæ breuiter cum suis diffinitionib. epilogari possunt.

109 † Interesse in genere generalissimo est omne quidquid ad nos spectat, uel causa aliqua spectare desiit, uel non potuit, idest omnia bona nostra quæ habemus uel ammisimus ex causa aliqua, hoc autem interesse diuiditur, quia aliud est estimabile, aliud inestimabile, Interesse estimabile est omne estimabile qd ad nos spectat spectare desiit uel non potuit, Interesse inestimabile est omne inestimabile quod ad nos spectat uel causa aliqua spectare desiit uel non potuit, Secũda est diuisio, quod omne interesse aut est petibile, aut non petibile. Et ideo duæ dantur diffinitiones de interesse estimabili, & duæ de inestimabili. Interesse estimabile petibile est omne estimabile & petibile quod ad nos spectat uel spectare desiit uel non potuit, Interesse estimabile non petibile est omne estimabile nõ petibile quod ad nos spectat &c. Interesse inestimabile petibile est omne inestimabile & petibile quod ad nos spectat uel spectare desiit uel non potuit, Interesse inestimabile non petibile est omne inestimabile non petibile quod ad nos spectat &c.

110 Tertia est† diuisio quod omne interesse aut est de ipsis rebus a quibus originem assumit, aut est de eoquod insurgit ex rebus, siue earum priuatione, Interesse de ipsis rebus est quicquid ad nos spectat, non separatum a rebus nos tangentibus, ut sunt omnes res nostræ, & omnia iura nostra, Interesse uero ex ipsis rebus insurgens est omne quod ad nos spectat uel causa aliqua spectare desiit uel non potuit, separatum ab ipsis rebus nos tangentibus ut damnum quomodocunque nobis contingens ex priuatione uel non acquisitione rerum. Quæ omnes diffinitiones uariari possunt secundum uarias diffinitiones interesse in genere supra positas. Et de hoc interesse ultimo loquitur tota materia nostra, & appellatur interesse in specie, super quo procedunt omnes quæstiones legis nostræ. Et hoc interesse non potest esse nisi damnum insurgens ex priuatione rei ad nos spectantis, & semper erit separatum ab ipsis rebus, Cum rebus spectantibus ad nos & habitis a nobis prout de iure spectant nunquam erit in rerum natura tale interesse specificum.

Hoc igitur interesse subdiuiditur multis modis, Et prima est diuisio, quod omne interesse insurgens ex rebus aut insurgit ex priuatione facta ab eo met ad quem res spectat, aut ab extraneo, aut casu fortuito, diffinitiones possunt colligi addendo particulam separatam diffinitioni prædictæ. Videlicet, interesse casu habitum est quicquid ad nos spectat ex priuatione rei casu habita, & idem debet dici de aliis speciebus addendo uerba ex priuatione ex causa alterius facta ab ipso domino facta. Secunda est diuisio, quod omne interesse aut est estimabile aut non estimabile, Interesse estimabile est quidquid estimabile insurgit ex priuatione rerum ad nos spectantium, Interesse inestimabile est omne insurgens ex priuatione rerum ad nos spectantium inestimabile, Tertia est diuisio, quod omne interesse insurgens aut est omne quod insurgit nobis & petibile, aut non petibile, Interesse petibile est omne quod insurgit nobis & petibile ex priuatione rerum ad nos spectantium, Interesse non petibile est omne non petibile quod insurgit &c. Quarta est diuisio interesse, quod omne interesse aut insurgit ex priuatione lucri prouenientis ex re, aut ex priuatione ipsius rei, Interesse quod insurgit ex priuatione lucri dicitur omne lucri ammissi damnũ ex priuatione uel causa aliqua habitum, Interesse priuationis rei est omne insurgens damnum ex priuatione rerum ad nos spectantium. Quinta diuisio est, quod omne interesse priuationis rei aut uenit ex rei corruptione, aut ex re non acquisita, aut ex re debita non soluta. Sexta diuisio est, quod omne interesse aut est naturale & proprium de eo quod insurgit ex qualibet priuatione rerum ad nos spectantium, aut sumitur pro eo q exigitur & soluitur. Interesse proprie & naturaliter sumptum est damnum ex mora & priuatione aut non acquisitione ex causa aliqua habitum, Interesse uero p eo quod exigitur sumptum est pecunia legitime debita pro estimatione uel loco estimationis damni quomodocunque ex causa aliqua habiti. Et hoc interesse proprio nomine potest appellari interesse legale, quia l. iubente pecunia soluitur pro resartione damni habiti. Septima diuisio, quod quodam est interesse conuentũ, quodam commune, & quodam singulare, Interesse cõuentum est pecunia uel res promissa pro estimatione damni communis uel singularis præsentis uel futuri ex conuentione partium taxati, Interesse commune est pecunia legitime debita pro estimatione damni habiti ad communem rei ualorem taxati, Interesse singulare est pecunia legitime debita pro estimatione damni habiti ex estimatione rei secundum affectionem damnum passi taxati, Octaua diuisio est, quod interesse proprie sumptum aut est commune, aut singulare conuentum. autem non reperitur in hac specie, Interesse commune est damnum habitum ex estimatione secundum affectionem damnum passi taxata, Nona diuisio est, q omne interesse aut est intra rem, aut extra rem, Interesse intra rem est damnum in bonitate rei intrinseca habitum, Interesse circa rem est damnum in bonitate rei extrinseca habitum, Interesse extra rem est damnũ habitum separatum a re & bonitate eius extrinseca uel intrinseca. Rursus hæc eadem diuisio potest fieri in interesse improprie sumpto pro eo quod exigitur, quod ut dixi appellatur interesse resarcionis damni. Et ita diffinitur, Interesse intra rem est pecunia legitime debita pro estimatione uel loco estimationis damni in bonitate rei extrinseca habiti, Interesse extra rem est pecunia legitime debita pro estimatione uel loco estimationis damni habiti separati a re & a bonitate eius extrinseca uel intrinseca, Decima diuisio, quod omne interesse aut est in damno pecuniario, aut in aliqua passione, Interesse damni pecuniarii est interesse pecuniariam utilitatem respiciens & eam aufferens, Interesse uero passionis est interesse ex passionibus animi emergens & ad eas se referens, Passiones autem infinitæ sunt ut latius in præcedentibus habetur.

111 Ex quibus† omnibus tu potes nouam arborem contra & præter omnes doctores nouiter ordinare cum diffinitionibus in genere & in specie ultra omnes excogitatis & traditis, & tria principaliter sunt notanda, & in omnibus difficultatibus istius legis repetenda ad euitandas æquiuocationes. Primo quod interesse differt ab ipsis rebus, sed est quodam incorporale insurgens ex priuatione rerum, & omnes utilitates ammissæ simul aggregatæ complent uerum interesse, Secundo qđ hoc interesse primo est naturale, & est damnum existens semper penes patientem, & nõ potest separari ab eo, & non potest peti, sed petitur & debetur alia res uel pecunia debita ex dispositione legis pro satisfactione illius damni, quæ res uel pecunia ex accidenti appellatur interesse quia surrogatur loco ueri interesse, & hęc duo interesse differunt substantia, licet simul plerumq; reperiantur & uideantur unum & idem. Tertio etiam est notandum, quod interesse dicitur singulare duobus modis. Nam interesse naturale assumit quantitatem & determinationem a conditione personæ, ut plures uel pauciores utilitates contineat secundum conditionem personæ.

personæ.l.3.§.si ad plures .ff.de sepul.uiol. & secundũ hoc omne interesse est singulare, Alio modo consideratur singularitas respectu modi estimandi, & ipsæ uti litates ammissæ aliquando estimantur secundum affectionem singularem, aliquando secundum communẽ affectionem, aliquando secundum conuentionem, & hoc modo interesse quod est singulare respectu determationis sumptæ a conditione personæ potest esse tri plex, commune, singulare, & conuentum, & unum & idem interesse potest esse singulare & commune, ut in l.Iulianus.ff.de actio.emp. Et ab istis tribus considera tionibus dependet intelligentia legis nostræ, & hæc sufficiant pro 3. q. prin.

112 Quarto loco† principaliter est uidendum, in quibus rebus consistat interesse, Hęc quæstio non traditur per aliquem docto. sed tamen quia multum prodest ad intelligentiam legis, eam posui, in qua ita breuiter dici

113 potest.† Aut consideramus interesse conuẽtum, & istud cadit in omnibus rebus ex quarum priuatione damnũ siue incommoditas euenire potest quia interesse conuentum in effectu nihil aliud est nisi pecunia promissa pro taxatione damni quomodolibet ex causa alterius euenire potest siue communiter siue singulariter estimetur, ita quod nihil plus exigi possit, ut supra dictũ est. Aut consideramus interesse commune, & istud similiter cadit in omnibus rebus ex quarum priuatione damnum euenire potest facta earum communi estima tione, nec distinguitur an casus sint certi uel incerti, uel an res sit estimabilis uel inestimabilis, quia in reb. inestimabilibus, ut in libertate, siquis patiatur iacturã patitur illud damnum quod paterentur communiter homines ex iactura libertatis, non enim estimatur ma ius damnum in ipso quam in aliis, Similiter si in re cer ta quis patiatur damnum, ut in facto consideratur, quã tum damnum ex illo facto poterit quilibet capere, & sic in omnibus rebus esse poterit commune interesse, si uero cõsideramus interesse singulare, & in eo est magna difficultas, sed potes dicere quod si consideratur singularitas respectu deteriorationis, ut secundum conditionem personæ augeantur utilitates ammissæ, & tunc idem est, quia consistit in omnibus rebus, ex eo quia omne interesse hoc respectu est singulare, sed si consideratur interesse singulare respectu modi estimã di per affectionem, & tunc est maxima difficultas, quia non causatur nisi ab affectione quæ non potest esse nisi in prius cognitis.

114 Quare† in speciebus siue indiuiduis quarum cognitionem haberi nihil impedit, singulare interesse absq; dubio esse poterit, & hoc modo intelliguntur omnes leges quæ in materia adducuntur, nec tollitur per legem nostram quæ uult singulare interesse habere locum in casibus certis, & in speciebus certitudo est. leg. certum.ff.si certum petatur. In quantitatibus uero uel factis dubitatio remanet, quia in quantitatibus non ca dit affectio.l.2.§.primo.ff.si certum peta. Glo.tamen infra in l.1.super uerbo casibus.dum ponit exemplum ad textum super uerbo casibus.tenet quod cadit affectio, & sic interesse singulare, quam uidentur repræhen

115 dere communiter doctor.† Sed eam potes saluare, qa in quantitatibus cadit affectio respectu adiuncti, consi derando locum uel qualitatem genericam restrictam, & sic respectu generis subalterni, ut si uinum sit natum ex fundo optime situato, uel Salernitano agro, uel si mulla sit ex Hispania, & seruus ex certa natione, uel equus de Regno, Respectu enim loci in quantitatibus & in genere cadit affectio.l. quod si nolit. §. qui mancipium.ff.de ædil.edict.& per consequens est singulare interesse, Nec dicitur incertitudo, quia affectio principaliter dirigitur ad ipsum genus promissum cuius ha betur notitia.

116 In factis † etiam an cadat affectio est magna dubitatio, & Cur.hic num.49. uidetur tenere quod non cadit affectio, quia incerta sunt.l. ubi autem non apparet. §. qui id quod.ff. de uerborum obligationibus.& l.siquis ab alio.§.fin.ff.de re iudi.cum nihil ametur uel affecte tur nisi præcognitum, iuxta adagium uulgatum,

117 Sed† mihi magis placet cõmunis opinio in aliquibus casibus, quia in factis consideratur persona operantis in qua notabilis potest cadere affectio, nam alia est pi ctura appellis, Alia est pictura alterius pictoris, item domus annulus & cratera excellentius fieri potest ab uno Artifice quam ab alio, & idem in statua certi sculptoris esse omnibus constat.l.si nõ sortem. §. liber tus.de cond.indeb.l.1.§.ne autem.C.de caduc. tollen. Nec dicitur esse incertitudo, quia licet ad opus fiendũ uideatur esse, tamen respectu generis qualificati cuius habetur cognitio, certitudo potest considerari, & per consequens est affectio ante factum opus respectu ope rantis.l.1.§.ne autem.infra de caduc.tollend. & no.in l.parabolani.supra de episcop.& cler. Similiter delegatus non potest delegare quando electa est industria personæ.c.si.de off.delegati.c.is cui.de off.delegat. in 6.quia habetur affectio ad probitatem uiri ante factũ, & sic propter affectionem operantis in factis considerari poterit singulare interesse, sicut in obligatione generis. Cum hac tamen declaratione, quod persona operantis sit magis nota & magis cara stipulatori quã alia, Ita quod stipulator maiorem confidentiam uel cõ moditatem habere possit ab illa persona quam ab alia & forsan cum minori pecunia. Alias enim si non esset cognitio personæ ex qua posset haberi confidentia uel commoditas respectu stipulationis, licet excellentissimus esset operator, tamen non esset singulare interesse, cum non sit singularis affectio, quia illa res esset ex cellens apud alios, & communiter ab hominibus magni ualoris reputaretur, per ea quæ dixi supra declarãdo quomodo capiatur affectio singularis, & idem dici potest si propter factum promissum emergeret sibi aliqua commoditas corporis quæ non conueniret aliis.

118 Igitur† in factis ratione adiuncti poterit esse singulare interesse, alioquin secus, & sic saluari potest opinio Curt.in facto simpliciter considerato, Et hæc sufficiãt pro generali terminorum cognitione & huius rubricę expeditione.

Ioannes Bolog. Iurisconsul. Bonon. Neapoli de mane legens.

Summaria super .l. prima. C. De sententiis quæ pro eo quod interest proferuntur.

1 EX Ista obscuritatem maximam in quolibet sui parte & in quolibet uerbo continere ostenditur.

2 Quales essent dubitationes antiquorum ante legem nostram ad eius intelligentiam necessario perquirendas esse demonstratur.

3 Leges antiquæ loquentes de interesse lucri ammissi uel interesse extra rem hodie non sunt correctæ.

4 Reprobantur omnes circa præmissa scribentium opiniones.

5 Dubitationes antiquas fuisse circa quantitatem interesse demon stratur.

6 Dubitationes antiquas solum circa interesse singulare fuisse asseritur.

7 Qui sint casus certi uel incerti traditur breuiter & refertur latius super gl. quantitatem. nu.48. & 50.

8 Intellectus uer. sancimus de quo interesse loquatur late discutitur hic & nu.56.

9 Versicul. sancimus loqui de interesse singulari ex nouis rationibus contra modernos ostenditur, & causa erroris docto. detegitur.

Repro-

10 Reprobantur omnes opiniones doctorum quid sit illud duplum ad cuius simplum restringitur singulare interesse.
11 Estimatio rei quæ maior fuerit est illa quæ duplatur, Estimatio quantiplurimi fuerit a die moræ est illa quæ attenditur.
12 Repræhenduntur omnes intellectus traditi per scribentes ad uer. in aliis.
13 Nouus intellectus traditur qui tamē de mente aliorum potest esse.
14 Reiiciuntur omnes docto. intellectus in uers. fina.
15 Nouus intellectus traditur.
16 Nouiter summatur tota lex.
17 Casus figuratio clara & facilis.
18 Infinitas multipliciter consideratur præter docto.
19 Infinitas multiplicatiua est euitanda, & per. 20. exempla demonstratur.
20 Potestas arbitro data prorogandi compromissum an ultra his extendatur.
21 Infinitas perpetuitatis regulariter permittitur quidquid dicant omnes.
22 Infinitas extensiua idest prolixitas est euitanda.
23 Impossibilitas reiicitur & per multa exempla declaratur.
24 Lex nostra est noui iuris inductiua, reiectis fundamentis Decii & cæterorum.
25 Intellectus ad l. Titius. ff. de actio. emp. nouiter contra Alciat. explicatur.
26 Reprobantur omnes rationes traditæ per doctores ad uersi. sancimus.
27 Noua ratio excogitatur.
28 Interesse singulare, si non excedit duplum, totum exigitur.
29 Interesse singulare non potest excedere duplum etiam in uno nummo.
30 Reprobantur omnes rationes traditæ ad uer. in aliis.
31 Nouæ rationes simul cum intellectu traduntur.
32 Subtilitas an sit attendenda cum distinctione demonstratur.
33 Veritas est totis uiribus quærenda.
34 Iudex an possit simulate reo liberationem promittere ad inquirendam ueritatem, declaratur.
35 Machinationibus est obuiandum.
36 Lex debet esse congrua naturali æquitati.
37 Lex generalis omnes subditos ligat.
38 Dictio, pro, multas significationes habet.
39 Dictio, pro, regulariter significat causam finalem, uel subiectū & intentionem finalem.
40 Dubitationes antiquæ quæ fuerint latius discutitur.
41 Difficultates circa interesse singulare & infinitas per imperatorem uere non poterant coarctari, quidquid dicant cæteri.
42 Comparatiuum an & quando positiuum non præsupponat.
43 Vers. sancimus, an loquatur in maleficiis.
44 Omne interesse singulare etiam in maleficiis taxatur per legem istam, reprobatis Decii & aliorum fundamentis.
45 Appellatione quantitatis quid compræhendatur, late discutitur & defenditur glo. ab obiectionibus doctorum.
46 Affectio potest cadere in quantitate generis subalterni.
47 Facta an sint certa uel incerta, late disputatur.
48 Laudes Iaco. de Rauena.
49 Reprobatur opinio glo. & omnium antiquorum.
50 Opinio Bar. communiter approbata defenditur ad obiectionibus modernorum, & postea ex nouis fundamentis reprobatur.
51 Repræhenditur opinio Alciati & omnium nouissimorum.
52 Sensus uers. sancimus longa discussione perscrutatur.
53 Ex sola cognitione casuum certorum uel incertorum non potest cognosci quod interesse restringatur, nec intellectus legis.
54 Decisio legis istius compræhendit factum contentum in obligatione depositi & commodati & cæterorum casuum.
55 Omnes casus in quibus iuratur in litem secundum affectionem compræhenduntur sub. § sancimus. siue sit obligatio facti siue non.
56 Noua traditur distinctio ultra omnes qui sint casus certi & incerti.
57 Facta seruientia rei certæ dicuntur habere certam naturam.
58 In quibus casibus interesse tam commune quam conuentum & singulare locum habeat demonstratur.
59 Omnes contractus quando sunt certi compræhenduntur sub uersiculo sancimus. quando sunt incerti, sub uersiculo in aliis.
60 Vers. sancimus procedit in actionibus arbitrariis quando iuratur in litem propter affectionem, secus si iuratur secundum ueritatem, idem in maleficiis.
61 Interdictum uti possidetis, & interdictum quod ui aut clam, non continetur sub uer. sancimus. quia iuratur in litem secundum ueritatem.
62 Interesse singulare in quo iuratur in litem solum taxatur per legem nostram.
63 Interesse quod exigitur per actionem præscriptis uerbis in contractibus innominatis non taxatur per legem istam, quia est commune.
64 Singulare, quidquid dicant doctores, nisi agatur ad repetendū, non taxatur.
65 Interesse singulare taxatur per ueram rei estimationem non per interesse.
66 Interesse conuentum regulariter totum exigitur.
67 Interesse conuentum appositum dationi quantitatis non exigitur nisi quatenus uerum interesse concurrat.
68 Limitatur tribus modis.
69 Interesse conuentum non exigitur si dolus interuenit.
70 Interesse commune an totum exigatur late disputatur.
71 Interesse commune extra rem totum exigitur nec restringitur per istam legem, & respondetur contrariis.
72 Noua consideratio Alciati reprobatur.
73 Quatenus omne interesse exigatur breuiter declaratur.
74 Interesse singulare an & quando exigi possit, late disputatur.
75 Repræhenduntur omnes doctorum determiuationes.
76 Noua distinctio traditur quando interesse singulare exigi possit.
77 Affectio in iure attenditur & causat interesse singulare.
78 Affectio facit legatum utile esse quod alias est inutile.
79 Affectio producit actionem retentionem & officium iudicis.
80 Affectio non prodest ad condemnationem secundum doctores.
81 Noua distinctio traditur contra omnes.
82 Distinctio tradita per Alcia. de affectione reprobatur.
83 Affectio causat actionem & condemnationem.
84 Affectio causat actionem ad aliud si tacite uel expresse actum est inter contrahentes.
85 Interesse commune intra rem semper exigitur post moram.
86 Interesse commune circa rem semper post moram exigitur.
87 Interesse commune extra rem an & quando exigatur, late disputatur.
88 Alcia. repræhensio ad communem distinctionem.
89 Alcia. distinctio repræhenditur.
90 Decii distinctio reprobatur.
91 Cur. opinio reiicitur & aliorum nouissimorum.
92 Noua distinctio ultra omnes datur.
63 Pœnæ omnes circa interesse in moroso notabiliter & breuiter referuntur.
94 Delinquens in committendo an & quando ad interesse extra rē teneatur.
95 Delinquens in corrumpendo rem semper tenetur ad interesse extra rem. Idem & in quasi delinquente uel per culpam.
96 Tradens rem uitiosam an & quando teneatur ad interesse extra rem.
97 Distinctio Bart. circa tradentem rem malem uel uitiosam repræhenditur.
98 Alcia. noua & subtilis opinio recitatur.
99 Alcia. distinctio penitus reiicitur.
100 Intellectus Alciati leg. Iulianus de actionib. empt. reprobatur.
101 Noua ultra omnes distinctio traditur.
102 Repræhenditur differentia communis inter contractus & naturam contractuum ad exactionem interesse tradita.
103 Nouiter declaratur quomodo contrahentes teneantur de culpa.
104 Plures intellectus ad leges allegatas traduntur nouiter.

Tradens

105 Tradens rem uitiosam ad quod interesse teneatur breui doctrina perstringitur.
106 Interesse lucri cessantis an & quando exigatur late discutitur.
107 Interesse lucri intra rem semper exigitur.
108 Interesse lucri circa rem semper exigitur.
109 Interesse lucri extra rem quando ueniat reprehenditur communis distinctio.
110 Interesse lucri cessantis debetur a delinquente in committendo si res alienas corrumpat.
111 Idem in quasi delinquente.
112 Interesse lucri cessantis non debetur a tradente rem uitiosam.
113 Interesse lucri cessantis quod immediate uenit ex re quod fieri non poterat ex uenditione rei deberi a delinquente ultra omnes deciditur.
114 Interesse lucri cessantis debetur a delinquente in decipiendo.
115 Morosus an & quando teneatur ad interesse lucri cessantis.
116 Morosus non tenetur ad lucrum factum cum iniuria alterius, & quid de interesse deciditur.
117 Morosus non tenetur ad lucrum ex natura proueniens.
Nouus intellectus ad l. si in l.ff.loc.
118 Morosus semper tenetur ad lucrum cessans quod potuit fieri ex negotio contractus ultra omnes.
119 Morosus tenetur ad interesse lucri cessantis ex industria prouenientis in solito negotiari.
120 Defenditur communis opinio ab obiectionibus Cur. & confirmatur authoritatibus.
121 Noua distinctio concordans leges loquentes de lucro.
122 Practica articulandi ad obtinendum interesse lucri, & quae sint necessaria.
123 Interesse interesse & lucrum lucri an peti & exigi possit, late discutitur.
124 Debitor mercium propter moram tenetur solum de primo lucro, non de lucro lucri.
125 Debitor mercatoris uendentis merces de consuetudine non tenetur ad aliquod interesse lucri.
126 Debitor mercium mercatori an teneatur ad interesse lucri lucri.
127 Debitor census uel pensionis nobilis uel alterius honesti uiri an teneatur ad lucrum lucri, seu censum censuum.
128 Debitor rerum uenalium nobilis uel alterius non tenetur ad interesse.
129 Creditor an ab initio possit deducere in conuentionem interesse interesse, seu lucrum lucri.
130 Breuiter & notabiliter perstringitur, an & quando interesse exigi possit ultra omnes.
131 Intellectus communis ad uer. in aliis reprehenditur.
132 Nouus intellectus traditur.
133 Rationes communes ad uers. in aliis reiiciuntur.
134 Noua traduntur pro nouo intellectu.
135 Intellectus ad uers. ne ex quibusdam.
136 Vers. cum scimus. loquitur de poena legali tantum.
137 Poenae conuentionales quatenus exigantur late discutitur.
138 Reprobatur per Alci. communis distinctio subtiliter, & noua traditur.
139 Distinctio noua Alcia. reprehenditur.
140 Nouiter distinguitur ultra omnes circa poenam conuentionalem.
141 Nulla differentia est inter poenam legalem & conuentionalem, quidquid dicant doct.
142 Quatenus interesse lucri cessantis debeatur breui distinctione comprehenditur.
143 Interesse quomodo in iudicium deducatur late discutitur.
144 In obligatione rem fieri interesse potest peti iure actionis.
145 Reprobatur distinctio nouissimorum in obligatione rem dari.
146 Interesse petitur officio iudicis, fallit in duobus casibus, & quomodo procedit nouiter declaratur.
147 Interesse in contractibus innominatis petitur iure actionis si agatur actione praescriptis uerbis.
148 In contractibus innominatis si agatur ad resolutionem, petitur officio iudicis.
149 Interesse promissum in contractu iure actionis petitur.
150 In obligationibus rem restitui interesse petitur officio iudicis.
151 Interesse qualiter probetur late discutitur.
152 Interesse conuentum probatur per testes & instrumenta, & iuramentum & aliis modis quibus probantur aliae conuentiones.
153 Interesse commune probatur per testes & instrumenta deponentes de communi ualore rei, & per iuramentum in litem ueritatis.
154 Testes quomodo debeant deponere in probando interesse, & quomodo concipiendi articuli.
155 Testes debent dicere quod res ualuit per multos dies ante uel post, si est res uenalis in foro.
156 Testes debent probare qualitatem rei.
157 Testes quomodo debent reddere rationem sui dicti.
158 Interesse commune quomodo possit probari per instrumenta.
159 Interesse commune probari potest per estimatores electos.
160 Practica sumendi estimatores ad probandum interesse.
161 Practica siue forma depositionis estimatorum in probatione interesse.
162 Interesse singulare probatur per iuramentum in litem affectionis tantum, quamuis male distinguat Bart.
163 Forma iuramenti in litem.
164 Interesse singulare aliquando probatur per testes si defectus est in persona iurantis.
165 Forma articulorum in probatione singularis interesse.
166 Distinctio Bartoli circa formam articulorum reprehenditur.
167 Petens interesse singulare non habet necesse probare estimationem communem rei, sed solum affectionem, quidquid dicat Bartol.
168 Iudex potest condemnare partes in interesse per coniecturas sumptas ex officio suo, & quomodo practicari debeat.
169 Interesse probari potest per testes domesticos & familiares.
170 Sententia quomodo ferri debeat discutitur.
171 Sententia alternatiue concipienda est si agatur ad estimationem quantiplurimi.
172 Si estimatio creuit post moram, condemnatio fit in re, & illo pluri quod superest.
173 In arbitrariis potest iudex deducere in condemnationem & liquidare interesse per secundam sententiam.
174 Si petitio incerta fuit, & liquidata quantitas in processu, sententia debet continere certam quantitatem.
175 Si petitio incerta fuit, & non liquidata quantitas, sententia incerta ferri potest liquidanda in executione, uel reseruata sibi liquidatione. & in sententia debet exprimi certa quantitas si certa petitio fuit.
176 Quomodo intelligatur sententia esse conformis libello.
177 Executio sententiae quomodo fieri debeat in interesse.
178 Forma tradita in l. a Diuo Pio ff. de re iud. seruatur in executione sententiae cuiuscunque interesse.
179 Omne interesse soluitur in pecunia.
180 Conclusio authoris cum excusatione.

Repetitio legis 1. C. de sentent. quae pro eo quod interest proferuntur.

EXPEDITIS Iis quae pertinēt ad cognitionem terminorū, sequitur ut uideamus. l. ipsam. quae fuit Iustiniani, & una de quinquaginta decisionibus positis in secunda compilatione codicis, & in ea principaliter decidit quomodo & quatenus exigatur interesse ex noua decisione, sed ita obscure & perplexe quod nulla est obscurior
1 in corpore iuris. † Et congruenter dubitari potest an haec decisio abstulerit difficultates, an potius auxerit, Nulla est enim clausula, nullumque est uerbum in ea quod

quod non patiatur uarietatem intellectus & lecturarũ & si cuncta diligenter rimabimur, totam legem difficultatibus pęnè inestricabilibus refertam inueniemus ut omnibus congestis plus quam triginta intellectus recipiat, & habet quattuor partes, & in qualibet earum tot sunt angustiæ quod quid sibi uoluerit imperator penitus uideatur ignotum, Conabor tamen eam interpretari eo modo quo magis uerbis conuenire uideatur, & pro modicitate ingenii obscuritates antiquorũ claras reddere, Ad cuius euidentiam igitur sciendum est, quatuor principalia in ea repiri, Primo prohemiũ & causam huius decisionis, Secundo decisionem bimẽbrem, Tertio decisionis rationem & comprobationẽ, Quarto decisionis ampliationem, & ideo habet quattuor partes dubitationibus plenas, quas omnes opus est pro introductione iuuenum summo digito attingere & summarie referre, ut ad figurationem casus aditus aperiatur, remittendo decisionem plenam ad loca in quibus cæteri examinant.

In prima igitur parte dubitatio est, quales fuerint difficultates antiquorum, quas uarias & infinitas fuisse
2 asserit hic imperator, †Et licet nouissimi, in glo. producțæ, dicant non esse curandum de eis, tamen salua pace eorum id ante omnia est inuestigandum, quia cum dubia sit responsio non potest melius declarari quam per cognitionem interrogationis & dubitationis. §. præterea. insti. de inutil. stipu. l. 1. §. 2. ff. de uerbo. obli. Ideo glo. productæ. dicit quod dubitationes erant an interesse circa rem uel extra rem reperiretur, & an in lucro etiam uel in damno tantum consideraretur, quas tamen dubitationes non habemus. Hanc opinionem repræhendunt omnes, quia in textu nulla fit mentio de interesse extra rem, & fatuum esset dicere quod dubitationes & quæstiones essent de interesse extra rem, & decisio esset super alio. Cum hic imperator asserat se uelle tollere dubitationes antiquorum, Pręterea uerba legis non conueniunt quæ non intendunt aliquod nouum interesse introducere, sed solum quod erat restringere & coarctare, similiter quod illud de lucro uel damno procedit, quia in hac lege nihil noui determinatur super quæstione lucri, sed solum dicitur decisionem in lucro ab antiquis permisso seruari debere, & istam partem teneo & comprobabo infra loco suo.

3 Ex quo colliget unam magnã declarationem in materia nostra, quod per legem nostram non corrigũtur leges tractantes de interesse lucri ammissi præstandi & non præstandi, nec etiam leges uolentes interesse extra rem in totum exigi. Circa tamen principalem quæstionem communiter doctores dicunt quod dubitationes antiquorum erant circa quantitatem, quia antiqui trahebant interesse in infinitum, Verum quia infinitas est euitanda, ideo nouiter imperator disponit quod non exigatur interesse singulare ultra duplum communis interesse in casibus certis, In casibus uero incertis totum illud exigatur quod plene probatum fuerit, & ita pertranseunt nouissimi. Solus Decius repræhendit hanc communem sententiam, dicens quod tempore istius legis non erant dubitationes circa infinitatem, & quatenus exigeretur interesse, quia clarum erat quod exigebatur in infinitum, & propterea super eo non poterant esse dubitationes. quare ipse ponit nouam intelligentiam, dicens in textu nostro non tolli dubitationem circa prolixitatem interesse, sed solum corrigi antiquam decisionem quæ ualebat in interesse trahi, & ideo exponit textum ibi dubitationes antiquæ productæ erant in infinitum, idest determinatæ, & decisæ erant, ut etiam in infinitum exigeretur. Sed quia erat iniquum infinitatem admitti, placuit coarctare illud, & huic intellectui consonant uerba illa prolixitatem coarctare, Sed hæc intelligentia destruit literam, quia textus non dicit interesse antiquitus in infinitum productum fuisse, sed dicit dubitationes de eo quod interest in infinitum productas fuisse, & sic dubitationes non erant determinatæ, sed in infinitum extensæ.

Ideo Petrus quem Bald. refert hic in nona oppositione dicebat ꝙ antiquæ erant dubitationes circa actiones bonæ fidei uel stricti iuris, quia in actionibus bonæ fidei petebatur interesse usque ad duplum tantum. l. Titius. ff. de actio. empti. Ideo an idem esset in actionibus stricti iuris antiqui dubitabant, & an in ipsis interesse tantum exigeretur usque ad duplum, & nouiter hic determinatur quod sic, Sed Bal. repræhendit, quia lex Titius loquitur in casu speciali ut latius etiam hic per Alcia. in princ. & in. c. ait lex demonstratur. & licet in ea tantummodo fieret mentio de actionibus bonæ fidei, cum loquatur de uenditione, tamen in ea uirtualiter continebatur decisio eadem ratione de actionib. stricti iuris. argum. legis actio. ff. de acti. & oblig. Qđ etiam suadetur, quia litera. l. nostræ ponit decisionem nouam & generalem in omnibus contractibus, & exẽplificat de certis contractibus bonæ fidei, Ergo etiam in illis erant dubitationes, & per ista exempla declaratur in quibus casibus procedat decisio, ut generaliter decisio intelligatur de casibus expressis & aliis similibus expressis. leg. prima. & ibi notatur. digestis de regul. iuris.

Alcia. uero in. c. 1. huius legis dicebat apud antiquos fuisse dubitatum quomodo interesse estimandum esset in casibus certis & incertis, sed has dubitationes nõ habemus relatas in digestis, quia fuerunt remotæ a compilatoribus tanquam inutiles. Quæ declaratio nihil affert, cum non appareat quid antiqui uellent contineri sub nomine casuum certorum & incertorum, & in digestis habeamus decisiones in casibus certis & incertis ut in. l. si seruum, & . l. inde Neratius. & . l. proinde. & ꝑ totum. ff. ad. l. aquil. cum aliis tit. sequ. & . l. Iulianus. & per totum. tit. ff. de actio. empti. & . l. uideamus. & per totum. ff. de in litem iur. cum simil. Cantianus ad hæres Petro dicebat Iustinianum non deuiasse ab antiquis Iurecon. sed quod ab eis erat dispositum per. l. Titius. ff. de actio. empti. confirmauit. Quod aperte repugnat uerbis, ut dicebat Bald. & cunctis patet legendo literam ut inf. Loriot. autem. in. d. l. quatenus. column. 22. dicebat quod dubitationes antiquæ erant circa affectiones, quia affectiones generaliter erant admissæ in omni interesse, sicut in iuramento in litem, Et quia aliqui contradicebant, & propter hoc dubitationes exoriebantur, Iustinianus determinauit quod in interesse determinatione amplius non attendatur affectio, & non æquiparetur estimationi factæ per iuramentum in litem, Vnde mandauit quod si certitudo simpli posset haberi, quod interesse non possit extendi ultra eius duplum, Si uero certitudo simpli haberi non posset, tunc totum damnum quod re uera appareat legitime per testes exigatur, tam in maleficiis quam contractibus, sed hæc resolutio & ipsa nihil affert, quia ultra quod uerba non conueniant nihil exprimendo de affectionibus, etiam uana est, cum non erat opus statuere quod affectiones non admitterentur extra iuramentum in litem, quia nec hoc antiquitus factum fuisse apparet, ut esset opus correctione, & solum in iuramento quando agebatur de refectione damni admittebantur, & si tractabatur de dando actionem adhuc hodie remanet incorrectum, ut in lege si in emptione. ff. de mino. & l. si cui fundus. ff. de legatis secundo. & leg. libertus qui soluendo. digest. de bonis liber. Itẽ qui essent casus in quibus simplum esset certum non apparet, cum in omnibus casibus simplum possit constare per se uel per relationem ad aliud, ut infra dicetur.

4 Ideo †ego puto omnino †tenendam esse communem sententiã, ꝙ dubitationes antiquæ fuerint circa quãtita

tem intereſſe in infinitum extenſam, quia ab aliquibus ex machinationibus & immaginatis damnis protrahebatur in infinitum quantitas intereſſe ſoluenda, ut eſſet impoſsibile quod reus eam ſolueret, & unum intereſſe deſtruebat totam ſubſtantiam unius familiæ, ut expreſſe innuit tex. ibi, prolixitate, & ibi, in auguſtum coarctare, quæ denotant extenſionem in longitudiné & latitudinem infinitam, Idem innuitur in uerſ. sancimus, ibi, duplum non excedere, ergo difficultas erat in exceſſu, & in uer. in aliis, ibi, damnum quod re uera apparet. Tertio demonſtratur ex rationibus aſsignatis ibi, nedum in infinitum computatio redigatur ſua impoſsibilitate cadat, nam uerbum computatio, refertur ad quantitatem, & ibi, pœnas exigi quæ uel cum moderamine competenti uel certo fine concluſę ſtatuuntur, ergo quantitas intereſſe non debet eſſe infinita, ſed uel moderata uel certo fine concluſa, quod antiquitus nõ fuerat, Quarto hoc etiam arguitur ex fine ibi, & ſit prolixitatis antiquæ finis huius conſtitutionis recitatio, Quare concludendum eſſe neceſſario apparet dubitationes antiquas fuiſſe circa quantitatem intereſſe, an iudex allegationes partium de hoc admittere deberet.

Sed tunc ſubintrat ſecunda dubitatio non minor prima, de qua quantitate eſſent dictæ dubitationes, cum quantitas intereſſe duobus modis poſſet extendi in infinitum, Primo compræhenſiue multiplicando & cumulando uarias utilitates ammiſſas ex facto illius aduerſarii, ut ſi diceret miles, quia ſibi non fuerunt tradita arma promiſſa ille ammiſit ſtipendium cum quo ſtipendio militando potuiſſet effici Capitaneus poſtea Dux belli poſtea rex, & ſic multiplicando & cumulando tot utilitates ammiſſas intereſſe ſuum extenderetur uſque ad ualorem regni, uel ſi habuiſſet libros promiſſos & non datos propter eos fuiſſet factus doctor, poſtea iudex, poſtea epiſcopus, & demum Papa, & ita multiplicaret utilitates ammiſſas, & intereſſe ſuum traheret ad ualorem pontificatus, & idem de mercatore cum lucris ſuis multiplicatis & cumulatis, quas utilitates ammiſſas eſſe uidemus in l. Iulianus. ff. de actio. empt. & l. 3. §. fi. cum l. ſequen. & ſeq. ff. ad exhibendum. & l. proinde. & l. Neratius. ff. ad l. aquil. Secundo poterat in infinitum extendi quantitas intereſſe, eſtimando utilitates certas ammiſſas in infinitum ex affectione protracta in infinitum, iux. l. ſi in emptione. ff. de mino. & l. libertus qui ſoluendo. ff. de bon. lib. ut ſiquis diceret q̃ imagines antiquorum præſtant ſibi utilitatem in ſatiſfactione animi, quia probando nobilitatem, & probãdo quod anteceſſores ſui fecerunt magna ſeruitia regi ſuo, ſperabat magnas remunerationes & infinitas utilitates, & propterea eſtimabat illa predia in centum milibus ducatorum, & ita non multiplicabat utilitates ſed ipſam rem propter certas cauſas eſtimabat in infinitum, ut quantitas ſoluenda eſſet infinita, & cum iuramento ita firmabat, Quæ ſimiliter eſtimatio erat recepta l. uideamus. §. iurare. d. l. ſi tutor. ff. de in lit. iurã. & l. ſi cum dos. cum l. ſequenti. ff. rerum ammotarum. & l. qui reſtituere. ff. de rei uend. Doctores particulariter non ſoluunt iſtam difficultatem, an lex iſta loquatur de quantitate infinita propter multiplicationem uel propter extenſam eſtimationem, ſed ſentiunt, dum uario modo intelligunt principium legis, uel uerſicul. in aliis de intereſſe ſingulari has uanitates in infinitum trahendi.

Tamen ego puto quod de prima quantitate loquatur iſta lex, quia illa in infinitum trahi non poterat, cũ ſolum compræhendebantur utilitates quæ apparerent ammiſſæ in ueritate ſecundum conditionem perſonæ & per teſtes eſſet opus probare. l. quatenus. ff. de regu. iur. & l. 3. §. ad plures. ff. de ſepul. uiol. & d. l. Iulianus. d. l. inde Neratius. cum concordantibus. & ipſæ utilitates communi eſtimatione certificabantur. Præterea deciſio præſens non conuenit, quia oportuiſſet reſtringere multiplicationem & poteſtatem cumulandi, prohibendo petere duas uel tres utilitates ammiſſas, quod non facit lex, ſed ſolum prohibet prolixitatẽ, ideſt extenſionem in infinitum quę fiebant de eſtimatione ſolius rei, Item erat ualde abſurdum quod tale intereſſe ex conditione perſonæ auctum eſſet reſtrictum ad duplum eſtimationis rei principalis, cum eſſet ualde abſurdum q́d pro trabe uitioſa tradita ex qua corruit domus magna & oue uitioſa ex qua corruptum eſt totum ouile ſolueretur ſolum eſtimatio uſque ad duplum trabis & duplũ ouis traditæ. & in l. inde Neratius. ualor hæreditatis includeretur in duplo ualoris ipſius ſerui, & in infinitis ſimilibus caſibus. Et nullo modo eſt admittendum quod tanta abſurda deciſio noſtra introduxerit, & q́d tot leges antiquæ corrigantur.

5 Quamobrem † reſtat tenendum eſt quod dubitationes antiquæ erant circa quantitatem eſtimatiuam intereſſe extenſam propter eſtimationem rei petitæ in infinitum ex affectione immoderata, quæ quantitas nõ debebat probari per teſtes, ſed ſolo iuramento extendebatur ad beneplacitum. d. l. uideamus. §. iurare. & cũ facilitate protrahebatur in infinitum, & apparuit iniquum quod una res alioquin parui ualoris ita extendi poſsit in eſtimatione ex affectu quod pretium eſſet infinitum, & cum iudex uellet taxare certam ſummã. iuxta nota. in lege in actionibus. ff. de in litem iurañ. pars repugnaret, allegando taxationem iniquam, & eam cõcludendam eſſe in quantitate exceſsiua, Ideo Iuſtiniano placuit hanc eſtimationem ex affectu ita ſolitam ꝑtrahi coharctandam eſſe in auguſtum, & ſtatuit quod non debeat excedere duplum communis ualoris, arbitratus raro poſſe inueniri affectionis ultra. d. ſummam probabiles, ut in tex.

Ex quibus infertur declaratio & magna reſtrictio ad iſtam legem, quod dum in prima parte diſponatur intereſſe non poſſe excedere duplum eſtimationis quod ſolum intelligatur de ſingulari intereſſe ex affectione eſtimato, ut illud non poſsit excedere duplum communis ualoris, Et † per conſequens ſolum leges loquentes
6 de iuramento in litem affectionis ſint correctæ per dictum uerſiculum ſancimus. Et cæteræ omnes leges loquentes de communi intereſſe tam circa rem quam extra rem, & de ſingulari intereſſe reſpectu conditionis perſonæ remaneant incorrectæ, & ſequuntur communiter doctores & eſt tutior opinio. Curtius tamen
* hic numero 47. adducebat ſeptem fundamenta contra hanc communem ſententiam, dicens non debere reſtringi ad ſingulare intereſſe, primo, quia lex loquitur generaliter, ſed ex ſupradictis patet reſponſio, quod immo loquitur ſpecialiter tam ex præfationibus quam ex deciſione quæ non poſſunt uerificari niſi in ſingulari intereſſe extenſio in infinitum propter affectionem cum iuramento. Secundo, quia intereſſe ſingulare non debebatur regulariter, & uidetur inconueniens quod ſit facta hæc lex pro caſibus particularibus, Sed eadem eſt reſponſio. Item immo erat frequens, quia in multis generibus actionum & contractuum habebat locum in quibus accommodabantur dubitationes, & non in aliis caſibus. Tertio adducebat, quia lex loquitur de omnibus contractibus, ergo non reſtringitur ad ſingulare intereſſe quod non habebat locum niſi in certis poſitis in dicta lege in actionibus. Sed reſpondetur quod textus ſemetipſum reſtringit propter illa uerba, caſibus certis & certam naturam, quæ inferunt ſolum loqui quando habebat locum iuramentum in litem, ut infra dicetur, & dum dicit infra de ſimilitudine pœnæ. Quarto inducit, quod intereſſe æqualiter eſt pœna, ſiue ſit commune, ſiue ſingulare, Sed tu dicas quod intereſſe ſingulare eſt pœna contumatiæ, & contemptus iudicis, & magis proprie eſt pœna, & extendebatur ex affectione, ideo æquitas ſuadebat ut reſtringeretur magis quam pœna continens

continens uerum damnum, Quinto adducebat, quod. §.in alijs rederetur elusorius, cum in eo nō posit cade re contumatia, Sed tu dicas quod immo est utilis, quia deciditur quod in casibus incertis non attendatur singulare intereſſe respectu affectionis, & quod nec etiam affectiones ex capite compræhensionis non attendantur, sed solum admittatur intereſſe secundum ueritatem sumptam a conditione personæ. Sexto adducit, quod in contractu locationis non poteſt cadere singulare intereſſe, sed dicas hoc eſſe falsum, qu. a tenetur ad restituendum, ut not. in.d.l.in actionibus.ff. de in litem iur. Septimo adducit tex. in.l.3.§.fina.ff.de eo quod certo loco. sed ille tex.nihil facit ut infra dicam post Decium in.3.notabili. & super glosa dupli. numero 70.

7 In secuuda†parte principali, quæ incipit sancimus, & durat usque ad uer.& non ex machinationibus. ponitur decisio bimembris dubitationibus plena, & obscurisſima, & uerba sunt ita ambigua ut uideatur Iustinianus uoluiſſe illudere subditos, & ex industria uoluisse faticare ingenia interpretum, Et primo quia distinguit inter casus certos & incertos, & habentes certam naturam, nam est dubitatio inestricabilis qui sint illi casus certi uel incerti, & quid uoluerit continere sub istis uerbis, in qua quæstione ita uarij fuerunt doctores ut duo concordes non posſint reperiri in expositione uerborum. Barto. inf. refert septem opiniones quas reprehendit, & opinio sua etiam repræhenditur, & post eum aliæ septem per iuniores traduntur, & nulla conuenit uerbis, cum certitudo & incertitudo ex uarijs capitibus sumi posſit, & eque posſit cadere in omnibus casibus & contractibus utraque qualitas diuersis respectibus, & idem de natura actuum, Et cum text. non exprimat de qua certitudine & incertitudine, uel de qua natura loquatur, eius sensus est obscurisſimus, nec aliqua species certitudinis uel incertitudinis uel naturæ reperiatur in qua posſit conuenire distinctio posita in tex. Ideo doct.magis communiter uidentes per significationem uerborum difficultatem non posſe resolui procedunt per coniecturas perscrutando æquitatem decisionis & maiorem aptitudinem sine absurditate, Et propterea se resoluunt, quod per illa uerba, in casibus certis uel certam naturam habentibus, exprimuntur casus in quibus habet locum iuramentū in litem, Et per casus incertos denotantur actus in quibus non habet locum iuramētum in litem affectionis, quamuis per uarios modos loquendi concurrant in dictam conclusionem, ut dicit Bar.hic col.3.uerſ.ulterius quæro per.3.oppositiones.& Soccinus iun. colum.16. &.17. Decius in glo. super uerbo quantitate. & super uerbo naturam.& super uer. dupli. Petrus & Cagnol. hic nu.58. cum quatuor sequ.

8 Ideo † ego puto adaptando prædictis ita casus certos uel incertos cōsiderari poſſe, Nam casus certi sunt ubicunque promittitur species uel promittitur quantitas de genere subalterno, quamuis contrarium dicat glosa, quia solum quantitas dicitur certa in mutuo, quę soluenda est secundum qualitatem rei acceptæ, quo casu etiam poteſt contineri sub casibus habentibus certā naturam, Tertio dicitur casus certus quando promittitur homo in genere subalterno, Quarto habet certam naturam quando promititur factum circa rem determinatam, tunc enim factum certificatur propter rem ipsam cuius occasione fit factum, ut in obligatione rem restitui, quæ licet sit incerta, tamen quia fit de re certa, & deseruit ipsi rei, reputabitur certa, quia illud factū eſtimabitur non respectu sui sed secundum ualorem ipsius rei communem uel singularem, iuxta moram debitoris, uel dolum, quo casu iuratur in litem.d.l. qui restituere.ff.de rei uendicati. Quæ tamen non uendicat sibi locum in obligatione rem tradi simpliciter quia illud factum non est ita ordinatum ad rem, ex quo de rei acquisitione non tractatur, Rationes dicentur infra super glosa naturam. Casus uero sunt incerti quando uenit factum quod per relationem ad rem non certificatur, ut in communi obligatione factorum. d.l. ubi autem non apparet.§.qui id quod.ff.de uerb.oblig. Item quando est obligatio generis generalisſimi uel quantitatis in genere generalisſimo quæ est incerta. d.l. ubi autem non apparet.in princ.de uerb.oblig.

9 Alia†est etiam principalis dubitatio circa istam partem, de quo intereſſe loquatur uersi. sancimus. an de communi, uel singulari, Et uariæ sunt opiniones, Nam communiter doctores uolunt quod loquatur de singulari intereſſe, & illud solum restringatur ad duplum, alij uero uolunt quod loquatur etiam de communi quod similiter restringatur ad duplum pretij conuenti, Et secundum istam opinionem lex nostra corrigit omnes leges loquētes de intereſſe extra rem, & restringuntur per hanc legem, & etiam corrigit legem si sterilis.§.cum per uenditorem.&.l.3. ff. de actio empt. &. l. uinum. ff. si cert. pet. dum uolunt peti poſſe quanti plurimi fuerit res uendita, Et hunc intellectum tenent Curt.Dec.Alc.hic.

10 Sed ex præcedentibus † dictis tam in prima parte quam in hac secunda apparet quod. d. opinio non poteſt procedere, quia, ut dixt supra, dubitationes antiquorum non poterant eſſe circa iutereſſe conuentum uel commune, sed solū circa intereſſe singulare, & per cōsequens decisio solum poteſt eſſe super intereſſe singulari, ut sit responsio congrua interrogationi d.§.pręterea.institut.de inuti.stipulationi. Intereſſe enim conuentum non poterat habere dubitationes circa qnantitatem, & minus commune, Et hoc suadent illa uerba ex machinationibus, & peruersionibus, quæ solum posſunt conuenire singulari intereſſe. Item textus in uersi. in alijs, ponis alium casum separatum a primo, & dicit damnum quod reuera pasſus est soluendum eſſe. Ergo in primo casu soluitur damnum quod reuera non apparet, & sic intereſſe singulare quod non est uerum damnum.l.si seruum.in fin.ff.ad.l.aquil.&.l.2. ff. de in lit.iur. Quare in hac secunda parte puto ueriorem eſſe communem opinionem, quod solum restringatur singulare intereſſe, non autem commune uel cōuentum, Et leges antiquæ remaneāt incorrectæ per rationes istas & infra latius allegandas. Et allegata pro contraria parte uarias chimeras causant, dum uolunt euitare absurditatem correctionis tot legum, Sed causa eorū erroris fuit æquiuocatio in capiendo singulare, intereſſe singulare sumi ex conditione personę, quod alio modo dicitur etiam intereſſe commune quia utilitates eſtimantur secundum communem affectionem, Cum uere intereſſe singulare dicatur quando utilitates & ipsæ res eſtimantur secundum singularem affectionem, ut dixi in rubrica.

11 Tertia est † dubitatio in hoc uersiculo sancimus. quod est illud quod duplatur, an sit intereſſe commune uel conuentum, uel eſtimatio rei ad cuius simplum dupletur singulare intereſſe. Glosa uariauit, aliquando dicit quod est conuentum, aliquando dicit quod est commune intereſſe, Barto. uero infra.2. oppositione determinatio quod primo attendatur commune intereſſe, & si non reperitur, attendatur intereſſe conuentum, ad quorum simplum dupletur singulare intereſſe. Sed nulla opinio quantum ad uerba est bona, nam ueritas est quod ad duplandum attenditur solum communis rei eſtimatio & nunquam intereſſe, Quod probatur, quia intereſſe conuentum, ut supra dixi in rubrica, ponitur pro omni intereſſe tam communi quam singulari, ita quod non est amplius tractandum de singulari intereſſe quando reperitur conuentum, Nec commune poteſt attendi, quia aliquando nimis ascendit, cum contingat intereſſe extra rem, quod aliquando excedit

cedit in miluplum rem principalem, ut si grex magnus perierit propter unam ouem morbosam traditam & esset inconueniens quod tam magna quantitas duplaretur. Ideo conuenientius est duplari communem estimationem, Potest tamen dici quod doctores mentaliter tenuerunt istam opinionem, quia exprimendo de communi uel conuento interesse intendebant exprimere communem uel conuentam estimationem, quia ipsi arbitrantur quod pretium conuentum sit interesse conuentum, pretium commune sit interesse commune ut supra dixi in rubrica, Ideo communis erit resolutio, quod estimatio communis est illa quæ duplatur, quam resolutionem dederunt doctores unite, licet per diuersa uerba.

12 Sed † alia potest succedere dubitatio, quo tempore ista estimatio sit consideranda, an tempore contractus uel quantiplurimi fuerit a die moræ, iux. not. in l. uinũ ff. si cer. pet. Et tex. in l. Titius. cũ l. seq. uidetur dicere ꝙ cõsideratur tẽpus moræ, contrarium uidetur sentire gl. ibi in solutione contrarii. l. fundus uti maximus. ff. de euictio. Mihi autem magis placet quod cõsideretur ualor quantiplurimi fuerit a die moræ eo modo quo res ipsa soluenda est, iux. no. in d. l. uinum, Nam illa est in effectu estimatio rei quæ post moram soluitur, & illa attenditur in qualibet materia operæ. d. l. uinum. & l. datio. §. fi. ff. de actio. emp. In casu autem nostro tractamus de solutione fienda post moram, ergo estimatio quantiplurimi attenditur, & uidetur declarari per d. l. idemque. uer. in omnibus. ff. de act. emp.

13 Quarta † est dubitatio in uer. in aliis, de quo interesse loquatur, an de singulari, uel communi, & receptior est sententia quod loquatur de interesse singulari, sicut in primo casu, & in hoc sit differentia, quia primo casu soluitur usque ad duplum tantum, & probatur per iuramẽtum in litem. Secundo uero casu soluitur totum, sed probari uere debet per testes, sed hæc intelligentia implicat contradictionem, quia si est singulare interesse affectionis, ergo probatur per iuramentum in litem, quia nõ defertur iuramẽtũ in litem affectionis nisi quãdo debetur singulare interesse, & estimatur per affectionem, & quando probantur per testes affectiones estimatur secundum ueritatem, & desinit esse singulare, ut inf. dicam in fi. legis. Præterea non conuenit uerbis, quia textus dicit solum solui interesse quod reuera apparet, quæ uerba non conueniunt singulari interesse, cum in singulari interesse damnum estimetur ex affectione quę facit fictum interesse. l. 2. ff. de in lit. iura. & l. si tutor cod. tit. & l. si cum dos. §. fi. cum. l. seq. ff. rerũ amot. & l. libertus qui soluendo ff. de bon. libertor. ibi, non pretio sed affectu estimari, Hinc est quod doctores dicunt duplex esse iuramentum in litem, Vnum ueritatis, quod continet uerum ualorem rei, Aliud affectionis, quod continet singularem ualorem per affectionem, ut per Barto. & alios in l. in actionibus. ff. de in lit. iura.

14 Et ideo † ego puto intellectum uerum esse ad istum uersiculum, uidelicet quod Imperator neget interesse singulare in casibus incertis exigi posse, & quod solum uerum interesse. i. commune exigi posse decidat, Et sic differt a præcedenti casu, quia in casibus certis exigitur singulare interesse usque ad duplum, In casibus uero incertis exigitur uerum interesse, & solum damnum quod reuera apparet, Et hæc intelligentia confirmatur, quia in casibus incertis regulariter nõ cadit affectio, ut dixi sup. in rub. in ultima quæstione, qa ad ignota non cadit affectio, & ideo non potest considerari interesse affectionis nisi cum magnis affectionibus, & quãuis in factis ratione personę cadat affectio, tamen illud interesse non uult textus quod soluatur ad tollendas difficultates quæ semper orirentur, item facit, quia alias non tolleretur infinitas, cum reuera affectio semper probari posset & induceret infinitatem.

Suadetur etiam, quia si solum iste textus loqueretur de singulari interesse, uers. fina. qui tractat de lucro non posset conuenire præcedentibus, cum interesse singulare non recipiat lucrum, & sic ille uersiculus qui loquitur de lucro debet referri ad istum secundum casum in quo uerum damnum soluitur, nam uerum damnum intelligitur etiam quod sit lucrum ammissum, potest tamen dici quod iste intellectus non discrepat a communi supra relato, quia doctores tenentes quod iste uersiculus loqueretur de singulari interesse capiebant interesse singulare respectu determinationis ex conditione personæ, quod interesse respectu modi estimandi appellatur commune, & sic mentaliter conueniunt omnes, quod hic tractatur de interesse communi quod estimatur secundum communem estimationem, & alio nomine respectu compræhensionis & conditionis personæ appellatur singulare. Quare dicendum est quod doctores communiter intelligunt uersic. in aliis, de interesse communi, quod etiam dicitur singulare, quod totum exigi potest, & sic uers. sancimus. loquitur de interesse singulari secundum affectionem quod restringitur, & uer. in aliis, loquitur de interesse singulari respectu compræhensionis ex conditione personę, quod etiam est commune, & hoc totum exigatur si probatũ fuerit legitime per testes. Circa tertiã partem principalem sunt etiam dubitationes multæ, sed tamen quia non prosunt ad intelligentiam textus reseruo eas dicendas super glosis.

15 Circa quartam † quæstionem principalem positam in uers. fina. sunt etiam dubitationes in intelligentia literæ, nam secundum aliquos determinatur in ea quod nouiter indistincte habeatur ratio lucri ammissi in omnibus casibus, & sic corrigãtur leges antiquæ, qui tamẽ intellectus repræhenditur communiter, quia super lucro nihil noui disponitur, sed determinatur lucrum exigi debere secundum quod ueteres uolebant, ut patet in litera, & suadetur, quia alias imperator non restringeret interesse, sed augeret, contra prohemium propositũ ibi, prolixitatem coarctare, & ideo communis est intellectus, ꝙ interesse lucri cessantis ęqualiter restringatur in casibus certis uel incertis sicut interesse damni, sed hæc intelligentia non satisfacit, quia non potest cõuenire decisioni præcedenti quæ secundum communiter doctores solum est de interesse singulari in quo nõ potest cadere ratio lucri, cum lucrum sit res incerta & futura in quo non potest cadere affectio, ita quod debeat estimari singulariter, & per consequens esse singulare interesse.

16 Vnde † ego puto alium tradi posse intellectum ad dictum uersi. fina. & quod solum referatur ad secundum casum in quo deciditur damnum reuera habitum duntaxat resarciri, In hac enim determinatione poterat dubitari quod dicatur damnum reuera habitum per textum. in. lege. 3. ff. de damn. infecto. sed Imperator determinat quod damnum reuera dicatur habitum etiam si lucrum amissum sit, Et sic stat sensus, quod in casibus in quibus damnum reuera soluendum sit in illis etiam casibus soluatur lucrum amissum, cum distinctione tamen tradita per antiquos in legibus uolentibus rationem lucri haberi, quia lucri amissio dicitur damnum uerum. le. 2. §. merito. ff. ne quid in loco. public. Potest tamen teneri communis intellectus, quod referatur iste uersiculus ad totam decisionem, reducẽdo ad bonum sensum, quia lucrum cessans potest uenire in interesse singulari implicite, ubicunq; actor habendo respectum quod ipse potuisset multa lucrari ex re non tradita estimat ipsam rem plus quam communiter ualeat, sumendo affectionem ab ista utilitate sperata, & probando per iuramentũ in litẽ hanc affectionẽ, nã tunc dicitur singulare interesse affectionis, & non poterit exigi ultra duplum ualoris ipsius rei, per uer. sancimus, Sed si per testes probatur lucrum, nõ sele-

referendo ad estimationem re,& tunc est interesse extra rem,& totum exigi potest,sicut & damnum iustificatum de ueritate per testes, & ita in effectu omne qđ dictum fuit de damno habebit locum in lucro, cum illa tamen restrictione quod secundum leges ueteres exigi posit,quia nullum casum nouum uoluit addere imperator,ut posit exigi secundum leges ueteres nonpoterat.Item secunda est dubitatio in hac quarta parte, quia communiter doctores referunt illa uerba, quia ex eo quod interest ueteres statuerunt,ad uer.præcedẽtem loquentem de lucro &c. Quod tamen non uidetur uerum,quia secundum hoc sequeretur quod uer.sancimus,&uer.in aliis,haberet semper locum,ita quod sem per interesse singulare posset exigi per iuramentum in litem, & interesse commune posset semper exigi, ita quod.§.cum per uenditorem.esset correctus, & omnia quæ habentur in d.l.in actionibus.Ideo oportet dicere quod dicta uerba referantur ad totam legem,&eam totam restringant,ut interesse singulare nõ semper solui posit, sed in casibus permissis a ueteribus legibus posit exigi solum usque ad duplum ualoris rei,& idem etiã de interesse communi, ut non exigatur semper totum,sed solum in casibus permisis a iure antiquo, & hic est uerus intellectus & tenendus, & non alienus etiam a mente doctorum communiter, licet uideantur referre ad uersiculum de lucro.

17 Quare†remanent firmati termini in qualibet parte istius legis,Et omnibus prædictis declarationibus simul congestis, dicendum est quod dubitationes antiquæ fuerunt circa quantitatem interesse, quæ trahebatur in infinitum ex immoderatis affectionibus estimando rẽ in excesiua quantitate,& eam probando per iuramentum in litem, non permittendo iudicem taxare in minori quantitate quasi affectiones essent iure receptæ.Ideo postea per Iustinianum fuit inductum quod interesse singulare per iuramentum in litem affectionis ipsius rei ex quacunque affectione res sit estimata in casibus habentibus certam naturam & quantitatem, idest in casibus habilibus ad iuramentum in litem affectionis,In aliis uero casibus totum interesse commune seu singulare respectu conditionis personæ exigatur quatenus iustificetur per testes, & uerum esse demonstretur.Quæ decisio in totum procedit etiam in lucro.

Sed tamen hæc lex habet locum solummodo quando per leges ueteres permittebatur exigi interesse tã singulare quam commune uel lucri,& nihil noui in facultate exigendi interesse factumfuit per istam legem, sed solum modificati sunt casus permissi a legibus ueteribus, & secundum supradictam declarationẽ ita potest summari.Interesse singulare ex immoderatis affectionibus estimando rem in infinitum antiquitus protrahebatur, ideo placuit in angustum coarctare, Igitur hodie interesse singulare per iuramentum in litem affectionis probatum ultra duplum estimationis exigi non potest,sed interesse commune totum petipotest si uerum esse damnum per testes probatum fuit. Quæ omnia & in interesse lucri cessantis procedunt, cum declaratione tamen quod secundum leges ueteres interesse exigi posit,nullus enim casus per hanc constitutionem additus fuit.

18 Casus†figuratio non bene potest adaptari, quia est decisio noua facta motu proprio imperatoris, Tamen ut certum exemplum in practica haberi posit, ita potest accommodari. Quidam scholaris studiosus in libris suis fecerat multas apostillas & reportata ut cum facilitate posset inuenire omnes materias, & propter frequentiam & longum studium fecerat memoriam & certa signa ut faciliter leges inuenire posset, Istos libros commodauit per duos menses amico suo qui uolebat doctorari,& ille in recompensationem promisit accedere ad curiam & procurare pro eo officium iudicatus perpetuum,& ita ille commodatarius tenebatur ad restitutionem librorum & ad factum eundi ad curiam pro procurando officium,Ipse autem postquam fuitdoctoratus non cognoscens amplius amicum non tantũ non restituit libros sed accedens ad curiam nullũ uerbum de eo habuit, & ita remansit fine officio & libris, & quod peius fuit ipse non potuit doctorari & ammisit officium annuum quod sibi promiserat Baro suus, Quare uidens se delusum intentauit iudicium contra commodatarium petens restitutionem suorum librorum,& quia non præstiterat operam suam in impetrãdo officium perpetuum, petebat omne interesse suum quod succedit in obligationibus facti, Item quia propter priuationem librorum ipse ammiserat doctoratũ &aliud officium annuum,ac ille iussus restituere noluerat restituere,petebat estimationem librorum secundum affectionem quam habebat ad eos,in qua affectione computabat damnum doctoratus & officii ammissi, & estimabat cum iuramento in litem illos libros in decem milibus ducatorum,quos potius uoluisset ammittere dicebat quam fuisse priuatum illis libris cum quibus potuisset consequi doctoratum officium & satisfactionem animi, & cum afferret probabiles esse causas affectionis negabat posse taxari per iudicem,& in computatione interesse surrogati pro obligatione ad factũ inducebat lucra multa quæ potuisset facere ex illo officio perpetuo in magnam quantitatem estimando, pro ut euenit in quodam scholari cremonesi uulnerato in studio patauino qui pro interesse uulneris cumulauit. 24.milia ducatorum. Ex aduerso autem ille dicebat dictos libros non ualere quinquaginta ducatos, quia propter apostillas inanes erant depretiati in medietate pretii communis, & in doctoratu non adepto dicebat nullam esse utilitatem,& in officio negabat ullum esse lucrum,cum salarium uix sufficiat pro uictu, & in obligatione facti dicebat nullum esse interesse, & rationẽ lucri fiendi non haberi in consideratione, & cum longo tempore per prædicta hinc inde allegata esset litigatum coram iudicibus,deuentum fuit finaliter ad decisionem imperialem.

Et pro parte actoris allegabatur, quia in actione cõmodati licitum est iurare in litem affectionis.l.3.§.in hac.ff.commodati. Et iuramentum in litem affectionis permittitur usque in infinitum.l.uideamus.§.iurare.ff.de in litem iuran.& l.qui restituere.ff.de rei uendicatione.Et quod affectio esset attendenda adducebatur.l.si in emptione.ff.de minor.& l.libertus qui soluẽdo.ff.de rei uendicatio.& l.si cui fundus.ff.de leg.2.& l.si cum dos.§.fi.ff.rerum ammot.Tertio faciebat lexIulianus.§.fina.cum duabus seq.ff.ad exhibendum. ubi omnes utilitates ammissæ propter non restitutionem factam præstari debent.Quarto faciebat.l.numis.ff.de in litem iur.ubi utilitates extrinsecæ ueniunt in computatione interesse singularis.Et idem dicitur in l.semper.in §.hoc interdicto.ff.quod ui aut clam.ubi est textus multũ ad propositum, & in alia causa obligationis facti quod posit agi ad interesse allegabatur text.in l.siquis ab alio.§.fi.ff.de re iud.& l.stipulationes non diuiduntur.ff.de uerb.obli.& l.liber homo.§.fi.ff.de uerbo.oblig.l.si commissa.ff.rem ratam haberi. Et quod haberi debeat ratio lucri faciebat tex.in l.3.§.finali.ff.de eo quod certo loco.& l.2.§.merito.ff.de quid in loco public.& l.si fundus.§.fina.ff.locati.& dict.l.commissa.ff.rem ratam haberi. Et interesse extra rem ratione moræ etiam potest peti. d.l.liber homo.§.fi.ff.de uerborum oblig.& l.Iulianus.§.fi.ff.ad exhib.& l.numis.ff.de in litem.iur.

Sed pro contraria parte in fauorem rei allegabatur quod totum interesse prætendebat actor erat interesse extra rem,quod in moroso exigi non potest.l.si sterilis.§.cum per uenditorem.de actionib.emp. Nec interesse singulare.l.si seruum.ff.ad legem aquiliam.& l.pretia rerum.ff.ad legem falcidiam. Et quia eo attento

daretur materia inueniendi affectiones immoderatas, & faciendi condemnatio nes in infinitum, & quod non deberet haberi ratio lucri, adducebatur. d. §. cum per uenditorem. l. fi. ff. de peric. & commod. rei uenditæ. Pro actore tamen replicando adducebantur omnia iura loquentia de iuramento in litem, & sæpius reprobatur. d. l. uideamus. §. iurare. Et cum istis allegationibus diu per aduocatos utriusque partis disceptatum fuit coram imperatore in hac causa & in multis aliis, qui cognoscens uarias opiniones doctorum & calumnias actorum trahentium ex immoderatis affectionibus estimationem rerum in infinitum, opere pretium esse existimauit nouam decisionem facere. Vnde hanc constitutionem edidit, determinando quod interesse singulare probatum per iuramentum in litem affectionis nõ possit exigi ultra duplum estimationis ipsius rei in casibus qui habent certam quantitatem uel naturam, idest in casibus in quibus potest interesse probari per iuramentum in litem, In aliis uero casibus totum interesse quod reuera apparebit per testes contingisse soluatur, Quæ distinctio habeat locum etiam in lucro, in casibus tamen in quibus ueteres permittebant interesse exigi posse.

Et ratio decidendi fuit, quia iniquum est permitti ex machinationibus & immodicis peruersionibus estimationem interesse in infinitum extendi, & quod in tãtam quantitatem reducatur ut uel iudex nolit condẽnare reum, uel ille soluere non possit, sed sicut pœnæ cum certo moderamine & limitate exigi debent per istam decisionem apparuit decisam fuisse etiam præsentem quæstionem. Nam ille scholaris qui estimabat libros decem milia ducatorum ex affectione non poterit exigere nisi trecentum quia communis ualor librorum erat ducatorum centum, & ex alia causa nihil poterat exigere, quia non potest deuenire ad estimationem affectionis in obligationibus facti non continentibus in se restitutionem rei, ut notaui in d. l. in actionibus. ultra alios.

Item interesse extra rem regulariter non soluitur in moroso. d. §. cum per uenditorem. nec interesse lucri, quia non apparet quod esset solitus negotiari. d. l. fina. de peric. & commod. rei uenditæ. & dicto. §. cum per uenditorem. Si tamen appareret quod negotiatio esset incepta & propter negligentiam Rei non potuisset habere effectum, & si alius procurasset potuisset obtineri, item si appareret quod esset solitus negotiari, & totum hoc damnum probaret per testes, tunc posset totum exigere per istum textum. & l. liber homo. §. fi. de uerborum oblig. & l. semper. §. hoc interdicto. ff. quod ui aut clam.

Nec obstant contraria quia illa omnia quæ loquuntur de iuramento in litem per istum textum sunt restricta & limitata, & ideo debent reduci ad decisionem istius legis, Non obstat quod ratio lucri habenda sit, quia uerum est in solito negotiari, & quando per testes constat uerum de lucro ammisso, sed in casu proposito non erat solitus negotiari, uel non apparebat de ueritate lucri ammissi. Hic est casus clarus & conueniens & per reductionem ad actum practicum declarans omnes partes legis.

In tex. ibi dubitationes in infinitum prædictæ. intellige circa quantitatem interesse, quod aliqui conabantur extendere estimando rem in infinitum ex immoderatis affectionibus quas probare poterant solo iuramento in litem affectionis. l. uideamus. §. iurare. ff. de in litem iur. & ita erant dubitationes circa singulare interesse affectionis. In interesse uero singulari singularitate sumpta a conditione personæ quæ augetur ex multiplicatione utilitatum non erat dubitatio in præsenti lege cõsiderata principaliter nec super interesse cõi uel extra rem, quia illud non restrinxit, nec in infinitum antiquitus trahebatur, quia per testes erat probandum. In tex. ibi, put possibile est, expone ut in notabilib. In tex. ibi, certam quantitatem uel naturam, expone quantitatem in genere subalterno, & certam naturam, i. in obligatione speciei, uel obligatione facti limitati uel deputati ad certam rem, ut factum restituendi rem ꝙ in aliquibus casibus iurari potest in litem affectionis, In tex. ibi, dupli quantitatem, subaudi communis estimationis rei solutę. In tex. ibi, in casibus qui incerti sunt, expone, i. obligatione facti non limitati, uel promissione generis, & in omnibus aliis casibus in quibus non iuratur in litem affectionis, sed utilitates ammissæ estimantur cõiter, quod interesse appellatur cõe & etiã singulare respectu conditionis personæ a qua uariantur in multiplicatione utilitatum ammissarum, in tex. ibi, damnum quod re uera, expone ꝙ in ueritate est, & non ex affectu immaginatur, uel ex præsumptione, uel uerisimilitudine allegatur, sed illud qđ per testes uaturaliter euenisse probabitur. In tex. ibi, & non ex quibusdam, refertur ad uers. sancimus. In tex. ibi, sua impossibilitate cadat, expone, quia iudex uel nolit condemnare reum propter immensitatem, uel reus condemnatus soluere non ualens auffugiat & aliis modis impediat executionem. In tex. ibi, certo moderamine & certo fine, i. compensatas ad qualitatẽ & quantitatẽ delicti arbitrio boni uiri, iux. l. rescriptũ. ff. de iis quib. indig. In tex. ibi, sed etiam in lucro, expone, i. ut si exigatur sub estimatione affectionis probatæ per iuramentum non excedat duplum ualoris rei, sed si exigatur sub nomine interesse extra rem separati ab estimatione, totum reddatur, quatenus per testes in ueritate fuisse iustificatum fuerit, In tex. ibi, quia ex eo ꝙ interest ueteres statuerunt, expone quando ex eo ueteres statuerunt. s. soluendum, hoc est prædicta nos statuimus quando ueteres statuerunt soluendum interesse, uidelicet in casibus in quibus soluendum est per ll. Non n. supple uolumus inducere nouum casum in quo soluatur interesse non comprehensum legibus antiquis, sed uolumus tantũ restringere & declarare illud quod antiquitus erat soluendum & in casibus permissis.

Et sic patet quod hæc lex nõ correxit leges antiquas prohibentes interesse exigi, quia adhuc seruari debẽt, sed solum correxit leges immoderatum interesse permittentes illud restringendo, & iste uers. debet referri ad totam l. non tantũ ad lucrum, ut doct. referunt, sed ad uer. sancimus. & uer. in aliis. ideo melius est de hoc uer. facere quintam partem principalem legis. Ex quibus apparet quod hæc lex fuit edita ut fatigaret ingenia interpretum, uel quod dubitationes antiquę erant restrictæ ad certũ locũ & expressæ cũ certis terminis, quorum significationem ignoramus. Ideo in ea magis per cõiecturas quam ex uera significatione uerborum procedendum est, adaptando usui pratico, & euitando absurditates quæ ex hac restrictione possunt euenire.

Notandum est primo, ad principem spectare tolere occasiones rixandi inter litigantes & aduocatos. Concordat. l. fina. supra de pactis. & curare debet ne iudicia efficiantur elusoria. c. causamquæ. & ibi Abbas extra de iudiciis. capitulo ut debitus. extra de appellatio. & capitulo cordi. de appellatio. in sexto. Ac nequis calumnietur. §. primo. instituta. de pœna temere litigantium. & capitulo finem litibus. & capitulo. fina. extra de dolo & contumatia. Et hac ratione præscriptiones fuerunt receptę omni iure, quamuis uideantur odiosæ & contra naturalem æquitatem. l. 1. ff. de usuc. & no. per Abba. in rubri. & cap. uigilanti. & c. fina. ext. de præsc.

19 Secundo notandum † est ex hoc tex. ibi, in infinitum, quod infinitas est euitanda & coarctanda, Sed quia huic dicto contradicunt multæ leges, ideo Cinus posuit longam & tediosam distinctionem. & Bar. in l. cui bona. ff. de damn. infect. eam auxit, cum natura distinctionis longæ sit augere difficultatem, Nouissimi uero

Bitu-

Biturigenses hic ponunt regulam cum uiginti ampliationibus,& decem limitationibus,persequendo per decem cartas. Sed ipsi æquiuoce multa dicunt de perpetuitate pro infinitate, Infinitas enim proprie cadit in multiplicatione,perpetuitas uero in duratione, prolixitas in extensione, & ideo ultra alios constituas tres casus,uidelicet in infinitate multiplicatiua quæ est enumeratio infinita,& infinitate extensiua quę est prolixitas respectu quantitatis rei uel facti, & infinitate duratiua quæ est perpetuitas respectu temporis,& in quolibet fac regulam cum fallentiis.

20 Prima † est regula quod infinitas multiplicatiua est uitanda, & ideo in iudiciis interlocutoria bis tantum reuocari potest,ut per glo.in clem.fin.de appel.& Bar.& alii in l. quod iussit.ff.de re iud.Idem in dilationib. ut non dentur ultra tres uices.l.fina ff.de feriis.& maxime ultra quartam.§.quia uero.in authen. de testib. Similiter effrenata multitudo testium reiicitur.c. cum causam.extra de testib.& Roma.in repe.l.si uero.§.de uiro.fol.45.ff.sol.matrimo. Hinc est quod non licet appellare ultra bis,ut in rubro & in nigro.ne liceat tertio prouocare. Idē in officiis,quia licet ex necessitate possint obtineri duo officia,non tamen tria,tex.notabilis in l.fi.C.de exact.& exac.lib.12.Et idem in probatione iuratoria quæ sæpius non admittitur.l.fin.ff.de bo. auctori.iud.poss.& Ias.in l.admonendi.ff. de iur. iurā. colum.2. num.42. Item patronus bis tantum uariare potest,ut in additione Abba.in c.a nobis. de iur. patr. Cal.consi.19.in rub.de iure patro.Corset.in tracta. de gem.uer.79 an laicus. Idem in procuratoribus constitutis cum potestate substituendi ut non possint substituere cum eadem potestate.Gemi.in c.fin a.§. licet. de proc.lib.6.eadem ratione Vicarius uicarium constituere non potest.c.clericos.de off.uica.no.Domi. & fely. in c.1.de off.uica.Idem in subdelegatis,ut non possint alteri subdelegare,no.glo.in ca. super quæstionum.§. porro.de off.deleg.Eadem ratione reconuentio semel tantum permittitur,non reconuentio reconuentionis, no.glo.in auth.& consequenter.C.de sent.&interlocu. omni.iudi.Eadem ratione si conductor remanet in re locata uidetur reconducere semel tantum, non autem bis uel ter.Iaso.in l.duobus.§.si ei qui.ff. de iureiuran. Hippo.in rub.de fideiusso.quæst.9. Et qui promisit reficere,si destruatur,amplius non tenetur,Iason in dict. loco.Roffredus in quæst.sabatinis.quæstione 13.Bald. in l. licet.C.locati.quæstione.4.faciunt not.in l. maritus.ff.locati.Alex.cons.150.uol.2.fallit in promissione annua.l.si duo.§.fi.ff.de recep.arbit.l.in annalibus.supra de leg.Alex.consi.105.uol.4.& cons.173.uolum.5. & consilio.49.uolum.6. Felynus in capitu.2.de treug. & pace.

21 Hac ratione † si arbitris data est licentia prorogandi compromissum, semel tantum poterunt prorogare. Specul.in titu.de arbitr.§.excipitur.uer. sed quid si fuerit.per tex. in l.fideicom.§.siquis alicui decem.ff. de lega.3.& l.ueluti.§.qui eorum.ff.de eden.Sozi.con.117. uisa.& cons.221.uisa.uolum.2.colum.1. Immo plus, si dictum fuit semel atque iterum, non potest ultra bis prorogari. Bal.in c.sua nobis.de appel.Alex.cons. 70. colum.2.uolum.2.in l.qui bona fide §.fi.ff. de dam. infecto. Incontrarium tamen allegat. Dec. hic dictum Bal.in d.l.fideicōmissa §.cū tñ quidā.&in l.ueluti.§.qui horum.ff.de eden.& in l.qui per salutem.ff. de iureiur. dicentis quod si statutum disponat quod possit fieri prorogatio,intelligitur totiens quotiens potest habere effectum,quia quando actus non habet effectum secundum intentionem agentis debet reiterari donec habeat effectum,ut per Bal.in l.inuitus.circa fin.sup.de procur.Ideo Dec.hic distinguit inter prorogationem hominis & legis,Nam si est prorogatio hominis, procedunt prædicta,si uero est dispositio statuti, tunc intelligitur semper quotiens opus fuerit,& hāc distinctionē sentit Bald.in l.1.ff.de iis quæ pœnæ nomine.uer.quarto quæro. Sed contra prædictam distinctionē faciunt multa allegata supra proxime quæ loquuntur in dispositione legis, & tamen euitatur infinitas. Item mens statuentium & legum repugnat ne arbitrio arbitrorū lites fiant immortales.l.properandum.supra de iudic. & clemen.sæpe.de uerborum significatio. Et non potest deferi eam nisi ex facto uel iudicis uel partium, ideo ut sint soliciti non est credendum quod ista potestas sit data ultra bis.Afflictus in decis.Neapolitan. decis.46.dicit Cagno.hic num.23. qui addit quod prorogatio non potest fieri ultra terminum primum.Orian. in tract.de arbit.fol.2.3.

Vnde ego puto distinguendum esse, an partes fuerint in negligentia,& tunc prorogatio fieri non possit ultra bis etiam in statuto ne lites fiant immortales. l.properandum.supra de iudi.Aut uero non sunt in negligentia quod rarissime eueniet,& tunc procedat opinio Decii & Bal. Si tamen primi actus fuerint nulli, uel nulliter facti, uel si uerba prægnantia sint posita,ut prorogatio fieri possit,tunc sæpius poterit prorogari, ut per Decium in fi.& facit tex.in l.sed & si nolit. §.si quid ita.uersi.quia uero.ff.de ædil.edict. per quem textum determinatur quod siquis promisit præsentare aliquem totiens quotiens fuerit requisitus,tenetur repræsentare ultra bis,& etiam post sententiam. Franci.creme.in singulari.11.siquis promiserit.Hipoli.in rub. ff. de fideiuss.q.15.Bar.in l.siquis reum.ff.de custo. reorū. & in l.1.in §.totiens quotiens.ff.si famil.furt.fec. dicatur.Cagno.hic num.24.& Rebuff.num.46. Iason in cō sil.30.uolum 1. Si tamen præsentatus fuerit una uice, & carceratus ex illa causa,& fugiat,liberatur fideiussor. Lucas de penna in l.siquis decurio.colum 8.C.de decurio.lib.10.& Hippol.in d.rub.q.16.Et in decisio.Neapolitana.130.habuimus.Iason.in d.l.duob. §. si ei qui. de iureiur.Item infertur ad quæstionem aliam,uenditor posset offerre pretium post triginta annos si dictum sit totiens quotiens, de quo per Rebuffum late hic nu. 52.per duas cartas.

Ex quibus patet firmata regula quod infinitas est euitanda,Fallit tamen primo nisi uerba sint prægnantia & natura apta ad infinitatem per prædicta, Secundo fallit in iis quæ afferunt mihi bonum & nemini nocent,ut orare Deum.cap.sacrosanct.22.distinct.& ca.si quis uult 56.distinct.idem in actu uirtutis, ut in studio quod non potest esse nimium. Card. in clementi.ne in agris.de statu monachorum.l.apud Iulianum. de fidei commiss.liber.Fallit & tertio in dispositione rerum suarum,Nam uendere & pignorare potest res suas totiens quotiens sibi placet l.prima.§.fina. & ibi Bald. & Angel.C.si pignus pignora.datum sit.Felyn. in cap. licet. extra de testib.

22 Secunda est † infinitas extensiua quæ appellatur prolixitas respectu quantitatis rei uel actus,& in hac similiter concludas quod est euitanda & reprobata, ut in textu nostro,siue sit in rebus, siue in uerbis, quia ueritas paucis consistit, Aretin.consilio septimo.procedendum. Nam est inimica sapientibus,ut ibi per eum. & consilio 71.diligenter.Hinc est quod aduocato uerboso potest imponi silentium & priuari aduocatione. glo. in lege ex ea.ff.de postulando. Iason in lege Gallus. §.quidam recte.ff.de liber,& posthum.& gaudent breuitate moderni.l.prima.ff.quod metus causa. facit lex properandum. supra de iudic.& cap.finem litibus. de dolo & contuma.& l.qui bona. §. fina. ff. de damno infecto.& cap.a nobis.de rescriptis.in sexto.cum cumula.per glosam ibi. Et uenditor infinitam custodiam præstare non debet.l.prima.§.licet.& l. siquis uina. ff. de peric.& commod.rei uendi. Ias.in repet.l. quo minus.ff.de flum.num.135.q. 22. facit l. in hoc iudicium. §.si conueniat.ff.com.diuid.l.si non sortem.§.si centū. ff.de cond.indeb.& ibi Iason.& in repeti.l. nemo potest.ff.

test.ff.de leg.1.Cauendum est tamen ne etiam breuitas sit nimia,prout est etiam in l.nostra.Nam tunc induci tur nimia obscuritas.glo.in §.aliud.in proem. florum. ne ommittatur aliquid de necessariis.l.2.sup. de senté. ex per.reci.& c.sane de re iudic.in 6.in fin. c. pariter. prope fine.de accusa.

23 Tertia†est infinitas duratiua,quæ appellatur perpetuitas respectu temporis,& in hac fac regulam contrariam præcedentibus,quidquid dicant alii, quod infinitas ista regulariter permittitur quamuis secus sit in natura,patet in legibus quæ debent esse perpetuę.l. Ariani.C.de hæreti.Item perpetuę sunt le. nemo potest. ff. de leg.1.& seruitutes.l.4.ff.de seru. Emphiteosis in infinitum conceditur.§.emphiteosim.in auth. de non alie. Et feudum perpetuo datur.§.pe.qui feud.da.pos. Item actio.& oblig.sunt perpetuæ.§.omnes.insti.de uerbo. oblig.& toto titulo.de perpe.& tempo.actio.licet per negligentiam aliquando præscribantur. Et exceptiones similiter sunt perpetuæ.l.puræ.§.fina.ff. de excep. doli.& hoc si sit dispositio ordinaria,secus si extraordinaria.Nam tunc finitur tempore,ut obseruatur in omnibus restitutionibus,toto titulo.supra de tempor. in integ.restitu.Idem in actione de dolo,& in exceptione non numeratæ pecuniæ.ut no.in dic.l.pure.& facit tex.in l.in honorariis.ff.de act.& obl.& l.si finita. ibi, si quid ex conuentione.ff.de dam.infec. Item fallit in usufructu.l.usufructu.ff.de usufruc. lega. per rationem positam in.§.ne autem.inst.de usufr.Et per illum text. idem determinari potest in omnibus casibus in quibus æquitas suadet.

Et prædicta faciunt ad quæstionem,an pacto de retrouendendo apposito in contractu uenditionis post 30.annos liceat offerre pretium, de quo late per doct. in l.2.C.de pac.inter empto.& uendito. & hic per nouissimos relatos per Cag.ibi num.52. per duas cartas, quem uideas si placet.

24 Tertio†notandum est ex isto text.ibi,prout possibile,quod lex non debet fieri de impossibili.c. erit l. 4. distinctio.no.in ca. 1. de const.l.nemo potest.& l.impossibilium.ff.de reg.iur. Ideo præceptum iudicis impossibile est nullum.l.fina.ff.quæ sen. sine appella. rescindan.& l.si cum dies.§.pe.ff.de arbitris. siue a principio sit siue ex post facto impedimentum ueniat sine culpa.l.si decesserit.& ibi Iaso.ff.qui satisda. cogantur. Item citatio continens nimis breuem terminum nõ ualet.Bar.in l.aut qui aliter.ff.quod ui aut clam. Abba. in c.dilecti.colum.pe.de dolo.Item impossibilitas soluendi excusat a mora,& ab excommunicatione.c.quæstioni.& ibi Peru.de appel.Et Inno.in c.P.& G.de off. deleg.limitando ut ibi per Felynum & alios,& in cap. Odoardus.de solut.Si quidem fuit allegata iudici.arg. legis quæsitum.ff.de re iud.& no.per Fely.in d.c. P. & G.& emphyteota excusatur ne cadat.Bal.in c.quærelã. de iureiur.Et ideo excusatur lex si non prouideat certe in omnibus casibus.§.curare.insti.de actio.Alios effectus impossibilitatis uide hic per Petrum Rebuffum per duas colum.tam in prohibendo quem obligari quã etiam in inducẽdo liberationem,quem uide si placet, & multa congerunt docto.in l.quod te.ff.si cer.peta.in fina.colum Bar.

Subdit tamen hic Dec quod in textu nostro uerbum possibile ponitur pro congruo, quia imperator poterat de triplo & quadruplo disponere, & Regi omnia sunt possibilia,ut habetur.Esdrę.c.4.& ecclesiastici.ca. omne quod uoluerit.nec potest dici cur ita facis.gloss. 3.extrauag.Ioan.22.execrabilis in uers.de ipsorum.de præbend.Iaso.in l.rescripta.sup.de præcib.imper.offer.& quod facit,facit ut Deus.Bald.in c.fina. de noua form.fidel.& in prima constit.codic.uer.deinde. Facit l.secunda.C.de crimi.sacrilegii.& ideo capitur pro facile in §.item lex Iulia.in fin.insti.de publi.iud.Sed saluari potest communis sententia,quia attenta necessitate causatiua non poterat imperator in plus coarctare, ne auferret ius parti,quia subest rationi naturali. Bal. in l.2.col.2.num.40.sup.de ser.& aqua.Iacobi. in tractatu de feud.in uerbo princeps.& no.in c.1.de proba. Item non poterat determinare quæ sit illa affectio quę esset attendenda, cum potius in facto consistat secundum qualitatem rei & personæ.l.quatenus.ff. de regu. iur.& propter fragilitatem humanam, cap. unico. de noua forma fidel. Vnde non ualens determinare circa substantiam interesse ex affectione determinauit circa qualitatem quæ possibilis fuit.argumento legis mora. ff.de usu.& l.de creationibus. in fine supra de episcopali audientia.

25 Quarto†notandum est,quod hæc constitutio est noui iuris inductiua,propter uerbum sancimus.le. sancimus.supra de testamentis.& l.generaliter.supra de insti.& subst i.& l.sancimus.infra de dona.Crotus in l. si constante.colum.49.ff. soluto matrimoni.& Dec. hic & Rebuffus. Idem in uerbo statuimus.cap.statuimus. & ibi glo.de off.deleg.in sexto. Idem de uerbo decernimus.c.decernimus.de iud.& ibi Abba.Dec. in c. pastoralis.de exceptio.in 1.notabili.Cor.consi.178. uol. 3.de quo etiam in l.Gallus.ff.de liber.& posthum. Idẽ de uerbo diffinimus.clem.unic. de sequ. poss.& fruct. & de uerbo uolumus.glo.in clem. unica. de off.uicar. Iason in l.more maiorum.ff.de iurisd.omnium iudicũ colum.8.Corn.consi.243.uolum.4.& hic Rebuffus. Ex quo sequitur quod nouiter fuit inductum interesse nõ posse exigi ultra duplum,corrigendo ius antiquum. Sed in contrarium est tex.in l.Titius.& l.si forte. ff. de actio.empt.ubi uidetur quod ista taxatio esset inductiua de iure digestorum, & non inducatur hic de nouo, Bar.infra in uer.item oppono.colum.4.uidetur dicere quod illa lex corrigatur per legem & si forte. & legem idemque.§.in omnibus.eodem titulo. & postea in distinctione dicit quod loquitur in casu speciali. Iacob. uero de Raue.& Pet.de Bella.per.ut refert hic Dec.dicit quod hæc constitutio sumpta sit ex.d.l.Titius.& sequitur Bal.& moder.Ferrarienses secundum eum,quorum fundamentis respondet. Sed in libris meis neque Iacob.neque Bald.tenent quod hæc constitutio sumatur ex illa lege,quinimmo uolunt quod illa lex loquatur in casu speciali,scilicet in causa euictionis quæ uenit ex promissione contrahentium,& debet regulari secundum mentem eorum.l.fundus uti optimus.ff. de euictio. Et ibi expensa erat facta præter mentem promittentis ut dicitur ibidem,sed plus dicebant hic Decius & Cagno.quod non tantum loquitur in casu speciali, sed etiam in casu insolito, quia ibi concurrebãt tria, scilicet,quod seruus erat uenditus humili pretio. Secundo quod erat effectus excellentissimus propter maximas expensas quia erat factus agitator & Pantomimus, idest imitator omnium rerum cum suis gestis demonstrando omnes res & actus hominum. Item quod ille uenditor erat exigui patrimonii, & istis concurrentibus determinatur quod non possit excedere duplum, quia casus insoliti sunt illi qui non accidunt communiter.l.fistulas.§.frumenta.ff.de contrah. emp. & l.quæ fortuitis.& ibi nota.de pignora.actio. Et casus insoliti non attenduntur.l.Seio.§.medico.ff.de ali. & cib.leg.

Ex qua declaratione infertur quod illa lex non haberet locum in uenditore diuite uel re magno pretio uendita. Quæ declaratio non est tenenda,quia textus ibi non se fundat in illis qualitatibus ut omnino debeant interuenire, sed argumentando ex illis allegationibus clarius demonstrat iniquitatem decisionis si disponeretur quod omnes deberent semper restitui per uenditorem, Et ideo dicitur ibi, cum forte, quod est uerbum denotans accidentiam casus,& in le. Titius in fine dicitur, ueluti si proponas, quod uerbũ denotat loco exẽpli poni.Propterea non est recedẽdum

dum a communi declaratione, quod ibi erat casus particularis & non singularis, Nam ille tex. procedi in materia euictionis ut patet in litera, Quæ descendit a cõuentione partium tacita uel expressa, & in qua solent uenditores obligari ad duplum. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edict. & l. 2. ff. de euictio. Nec potest extendi ad alios casus uel personas, quia ibi litera non dicit. Et si extenderes, tu corrigeres totũ digestum uetus, quia expensæ in alieno factæ in aliis terminis aliter petuntur. l. in fundo. ff. de rei uendic. & in socio in totum debentur. l. socium qui. ff. pro socio. Item in emptione quando agitur de euictione aliter debetur interesse tam a sciente quam ab ignorante. l. Iulianus. in princ. & l. tenetur. §. qui uas. & l. si sterilis. §. cum per uenditorem. ff. de actio. empt. Facit l. uideamus. §. iurare. ff. de in litem iur. Cum igitur ille textus loquatur in casu particulari, & solum illa restrictio ad duplum fieret in illo casu euictionis de iure digestorum, apparet quod ista lex non potuit sumi ab illa, cum ista loquatur generaliter in omnibus casibus & contractibus, ut patet in litera, & tanto magis quia hæc lex restringit solum interesse singulare, & uult totum interesse commune seu extra rem exigi, Vnde conuenientius potest dubitari an dic. lex sit correcta per istam, cum illa restringat interesse commune & extra rem & etiam circa rem, Sed tamen debet dici quod non corrigit, quia non fuit intentionis imperator ampliare interesse restrictum, sed solum ampliatum restringere, ut patet in prohemio a quo sumitur intentio finalis. l. fi. ff. de hær. instit. Et hodie remanet in uiridi obseruãtia in terminis suis, sicut certæ leges antiquæ tractãtes de interesse circa rem & extra rem arg. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. & l. quod fauore. sup. de legib.

Nec obstat. l. tertia. §. fina. ff. de eo quod cert. loco. ubi exceditur in illo casu legitimus modus usurarum quæ non excedunt duplum, quia non est uerum quod usuræ non possint excedere duplum, cum immo possunt excedere milluplum. argum. l. lecta. ff. si cer. peta. Sed bene in promissione ab initio non possunt ultra duplum deduci usuræ. Ita intelligitur text. in l. si non sortem. §. circa dupli. ff. de condi. indeb. & l. penul. supra de usu. Siquis enim teneret meas pecunias per centum annos, & quolibet anno solueret usuras, ualde duplum excederent, Sed sensus in d. l. 3. § fi. est alius quã ponat hic Deci. quia ibi illud lucrum non debet taxari ad exemplum usurarum, idest decem uel duodecim pro centenario, sed debet solui prout potuisset fieri, ut si forsan fuisset talis mercator qui ex industria lucratus fuisset triginta uel quadraginta pro quolibet centenario. Et sic remanet quod præsens constitutio solum nouum inducat in interesse singulari quod in infinitũ trahebatur. l. uideamus. §. iurare. ff. de in lit. iur. & illa lex Titius loquitur de interesse communi & uero in casu particulari. Nec etiam potest dici quod hæc. l. sũpta sit ex uisceribus. d. l. Titius ut dicebant multi moderni, & hic Cagno. nu. 28. quia ibi illud duplum continet simplum, hic autem excluditur simplum. Item loquitur in ignorante tantum, hæc lex etiam in sciente & illa restringit interesse commune & hæc restringit interesse singulare respectu affectionis.

Sed circa intelligentiam. d. l. Titius latius est insistẽdum. Nam communiter doctores intelligunt quod si uenditor ignoranter uendidit illum seruũ tenetur ad expensas usque ad duplum tantum, Si uero sciens uendidit tenetur in totum ad expensas, per legem & si forte. §. in omnibus. eod. tit. Alcia. uero hic in c. ait. l. uidetur tenere quod siue sciens siue ignorans sit nenditor semper tenetur ad duplum tantum, nec uersic. in omnibus corrigat. d. l. si Titius, sed solum determinat dicta in præcedenti. §. qui incipit illud expeditius. In eo. n. erat dictum quod emptor non semper agit de euictione pro expensis sed solum quando emptor non est in possessione, Nam si est in possessione per exceptionem potest retinere expensas. §. siquis in suo solo. inst. de re. diuisio. & ideo sibi imputari debet si non retinendo restituit. l. si per imprudentiam. de euictio. Illud enim dictum subsequenter declarat ibi iureconsultus quando uenditor erat ignarus, secus autem si esset sciens, quia non adhibetur distinctio an potuerit retinere expensas per exceptionem uel non potuerit, sed indistincte agitur de euictione, Quod est notabile pro ementibus aream & in ea edificantibus magna palatia, ut contra uenditorem scienter indistincte possint petere suas expensas.

Et hunc intellectum sentit gloss. in uer. omni modo. quæ assignat rationem, quia dolus uenditoris præponderat culpæ emptoris in retentione, Et hoc suadet cõmunis regula quod clausula ad proxima referenda est l. 1. §. deinde. ff. de postula. & ita resident Alci. Sed Rebuf. repræhendit, quia uers. in omnibus referri debet ad omnes casus positos in superioribus, non ad proximiora, & hoc demonstrat ponderando uerbũ in omnibus, quod generale est & adaptatur omnibus prædictis. l. Iulianus. ff. de lega. 3. Deci. in l. omnia. ff. si cert. pet. Item uerificatur ad minus in tribus casibus. tex. iũcta glo. in l. fi. sup. de nat. libe. l. si duorum. ff. de actio. emptio. l. 1. §. is cui. ff. ut lega. nomi. caue. Ergo ad omnes casus relatio debet fieri, siue seruus proclamet in libertatem, siue in seruitutem, Item facit pronomen is, quod est demonstratiuum ad oculum. l. 1. ff. de nou. ope. nuntia. Tertio facit dictio omnimodo, quæ potest denotare substantiam & totalitatem, & sic refertur ad omnes casus, & habet utranque significationem. Ias. in §. curare. insti. de actio. l. 3. §. at hoc edicto omnimodo. iuncta. l. 1. §. fi. & l. fi. ff. nau. caupo. & stabu. cũ similibus de quibus per eos. Quarto adducitur, quia alias uersi. ille esset superfluus, quia disponeret idem q̃ l. Iulianus. § præterea. & l. emptorem. §. denique. & l. seruus. §. fi. & l. fi. de actio. empti.

26 Et istam † opinionem ego puto ueram, quia litera nimis clara est, Sed dum isti gloriantur de hoc suo nouo intellectu, labuntur ualde, quia est communis intellectus cum Barto. in d. l. Titius. qui expresse uult. §. in omnibus determinare omnes casus præcedentes. Quæ opinio confirmatur ultra ipsos, quia statim textus subsequitur decidendo tertium casum propositum, & sic patet quod tota illa lex refertur ad l. Titius præcedentem. Et confirmatur etiam ex cõmuni regula quæ uult uenditorem scientem teneri in plus quam ignorantẽ. l. Iulianus. in fi. princi. & l. tenetur. §. qui uas. eod. titu. & l. seruus. §. fin. & ibi not. glo. in d. uerb. omnimodo. quæ similiter sentit ad omnia referri. Et d. §. illud expeditius ponitur ad demonstrandum apertius rationes decidendi in casu proposito. in l. Titius. Et in eo etiam repetit casum de seruis euictis solum separando casũ, Arethusæ in eo quod per manumissionem erat dubiũ an renuntiasset actioni pro euictione cõpetenti, quasi sibi ipsi euicerit, & amplius non interfit eius, & ideo necessario. d. §. in omnibus refert etiam casus positos in d. l. Titius. Nec obst. quod alias corrigeretur cum in l. Titius ille hæres erat sciens, & non est præsumendũ incontinenti se uelle corrigere argu. l. nam ad ea. ff. de condit. & demon. quia respondetur negando quod ibi esset sciens, nec tex. hoc dicit, nec præsumitur, quia non apparet quod hæres esset extraneus, cum solum hæredes extranei præsumantur scire testũ, ut per Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerbo. oblig. in 6. q. Et dato quod aliqua uerba possent inferre, ideo ea expressit quia dubitatio erat decidenda in utroque casu. Præterea in d. l. Titius. in fi. nec in d. l. cum forte. ponit decisionem firmam, sed solum procedit arg. ut patet ex litera, & determinationem postea firmatam posuit in d. §. in omnibus.

Et propterea generalissima est fienda decisio in materia

teria euictionis, quando emptor fecit expensas in re uẽdita euicta, quod uenditor ignorans tenetur ad duplũ tantum, sciens uero teneatur in totum, nisi ille emptor potuerit sibi prospicere per retentionem, nam tunc nihil petit, quia damnum habet ex causa sua. argu. l. emptor. inf. de euict. & l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euict. Et istam opin. latius sequitur Cagno. infr. nu. 66. uer. cum igitur. ubi subtilius loquutus fuit, & etiam Cur. hic colum. 10. & 16. Sed postea Cagno. nu. 61. subdit casum, quod si doctor emit libros in quibus posuit multas apostillas & fecit memoriam ut multum intersit eius habere, an si euincatur possit petere totum interesse suum, & concludit distinguendo ut sup. & ideo uult quod uenditor sciens teneatur ad totum interesse quamuis sit singulare interesse, repræhendendo Curt. quia debebat cogitare doctorem uerisimiliter eas utilitates adepturum ex suo studio in eis, argum. text. in d. l. Iulianus. ff. de actio. empti. & quia. d. l. Titius. facta fuit ex quadam æquitate quæ nõ militat hoc casu, Sed hoc dictum est contra omnes regulas iuris, quia interesse singulare non potest peti nisi quando commissus est dolus in comparendo, & iurari potest in litem, ut infr. dicam, quod non potest accommodari in materia euictionis, & ideo inaduertenter loquutus fuit. Item etiam subdebat nume. 71. quod uenditor sciens tenetur indistincte ad melioramenta, & allegat Pau. de Castro in d. l. Titius. in fine. Quæ tamen opinio etiam est de directo contra. d. §. in omnibus. intelligendo ut supra. Et ideo uerius est quod non possit petere emptor nisi sit appositum pactum quod non possit ei imputari si fuit negligens uel non opposuit exceptiones. Alexã. in consi. 67. ad finem in 2. uolum. & hic Cagno. nu. 71. Item si uenditor prospexit ut non teneatur de euictione, tamen si fiant expensæ, tenebitur ad melioramẽta, ut per Bar. in l. traditio. colum. 2. sup. de actio. empti. Quomodo autem petantur melioramenta, & de eorum materia dic ut per modernos de fano in tractatu de pigno. fol. 43. & Iason. in l. fin. supra de iure emphi. Et quid si res sit subiecta fideicõmisso, & emptor sciat uel ignorat, dicas ut per glo. Pau. de Castro & Iason. in l. fi. §. fi. sup. communia de leg. & Barbat. consi. 63. colu. fi. lib. 1. & hic Cagno. nu. 72. qui addit cautelam, ut prętendentes interesse intiment fideicommissum emptori, & ita facient eum ammittere expensas, quæ nota, Quando etiam insolita non attendantur nec ueniant in obligatione ad ornamentum. d. §. frumenta. ponit Bal. in consi. 103. uolum. 3. Anchar. consi. 413. Raphael Cuma consi. 185. Corne. consi. 23. colum. penul. & fin. & consi. 127. colum. fina. uolum. 2. Alexand. consil. 28. colum. fina. uolu. primo. & consi. 93. colum. fin. & 108. etiam colum. fi. uolu. 3. Socinus consi. 123. lib. 4. Felin. in c. nouit. colum. 6. & 7. de iud. & in c. sedes. colum. 2. & 3. de rescriptis. Iason in l. sed & siquis. §. quæsitum. ff. siquis caut. & consi. 107. lib. 1. Aquenses in l. interdũ §. quod ex naufragio. colum. 2. ff. de acquiren. posses. Ripa in tractatu de peste. fol. 11. & 12. & in repetitio. l. si unquam. C. de reuoc. dona. in 3. q. Curt. hic colu. 17. Alex. consi. 135. Cagno. nu. 107.

Quarto notandum est, quod in casibus certis uel habentibus certam quantitatem interesse restringitur usque ad duplum, quæ uerba ut supra dixi & infr. dicam intelliguntur quando interesse singulare petitur probatum per iuramentum in litem secundum affectionem, Et ratio est ut infinitas euitetur & machinationibus obuietur ut hic in textu.

27 † Sed laborant doctores quare usque ad duplum tantum restrictum sit interesse, Nam ratio infinitatis nihil ualet, ex eo quia euitaretur ita per triplum & per quadruplum sicut per duplũ, ut habetur in l. eos supra de usu. Deci. hic assignat rationem fundatam in d. l. Titius. quia non est uerisimile quod debitor uoluisset obligari in maiori quantitate dupli, Sed nouissimi hic repræhendunt hanc rationẽ, quia textus non dicit ibi an sit obligatus uel ne, immo præsupponit quod in totum sit obligatus, quia in quadruplum potest ascendere. l. eos. C. de usu. Quæ repræhensio non habet sensum, ratio tamen Decii mihi nõ satisfacit, quia non concluderet nisi in contractibus, In maleficiis uero & aliis actionibus arbitrariis non procederet, in quibus attenditur singulare interesse. d. l. qui restituere. ff. de rei uendica. Item non concluderet quando esset apposita magna pœna, Nam si uolunt contrahentes quod magna pœna exigatur in casu contrauentionis, tanto magis totum interesse quod magis debetur. l. seruus ea lege. ff. de seru. exportan. Alii assignant rationem legis omnium. ff. de legi. quod est refugium miserorum. Nouissimi autem assignant rationem, dicentes imperatorem motum fuisse duplici causa, Primo ut eligat mediam uiam. argum. l. antiqui. ff. si pars hæred. peta. & §. fi. inst. qui manumitte. non possunt. Item ratio correctionis euitandæ dictæ legis Titius. Vidit enim imperator æquam esse illam taxationem usque ad duplum, ideo eam auxit ad omnes casus extendens, Sed hoc ultimum de correctione non placet, quia. d. l. Titius quæ loquitur de interesse communi non restringitur per legem nostram, Quinimmo. §. in omnibus qui loquitur de sciente remanet hodie etiam incorrectus, ut interesse expensarum in totum exigatur.

28 Vnde † puto rationem fuisse sumptam a moderamine & aliis quæ communiter accidunt, Nam quod propter affectionem res estimetur ultra duplum ualoris rei, inconueniens uidebatur & insolitum, cum a cõmuniter accidentibus appareat quod non excedat affectio ultra duplum ipsius rei, & siquis ultra habet affectionem non est fundata cum ratione, quia bonus uir ultra duplum non arbitraretur, Si enim pœna dupli uisa est sufficiẽs in tot delictis. ut in §. omnes. instit. de actio. Ita lex putauit interesse ultra non posse cum ratione trahi, igitur dicendum erit quod in mora quis non debet puniri ultra duplum, & per hoc res non debet ultra duplum estimari, Est igitur ratio, quia si estimaretur ultra duplum esset nimis magna pœna quæ regulariter duplum non excedit.

29 Quinto † notandum est, quod interesse duplum excedere non potest, ergo sequitur quod nec etiam usque ad duplum sæpe exigi potest si res tantum non ualeret & hoc patet, quia hæc lex edita fuit ad coarctandum illum processum nimium, & si accideret quod estimaretur minus duplo, solueretur minus duplo, Cum sit incõueniens ꝙ semper soluatur duplum si res tantum non ualet, quia inducta ad diminuendum non debent operari augumentum. l. eum qui. ff. de iur. iuran. & l. legata inutiliter. de adimen. lega. & hoc tanquam æquum & probabile sequuntur omnes moderni.

30 Et intantum † non potest excedere duplum, quod si excederet uno nummo tantum, illud non posset peti. cap. cum causa. extra de emptio. & uendit. ubi excessus unius nummi ultra dimidiam iusti pretii causat rescissionem contractus, neque examinator testium debet excedere in uno numerum taxatum, alias non ualet. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbit. & condemnatio in plus facta tanquam iniqua & contra legem est nulla. argum. legis diligenter. ff. manda. & l. sancimus. C. de donatio.

31 Sexto † notandum est in uersic. in aliis, quod interesse singulare in casibus incertis totum illud quod re uera interest solui debet etiam quod excedat duplum secundum doctores. Ex quo inferũtur duo, Primo quod in casibus incertis habet locum interesse singulare, Secundo quod in uer. in aliis tractatur de interesse singulari, Quorum nullum uerum est, quia cum in casibus incertis non possit esse affectio, ergo nec interesse singulare, ut dixi in sub. & infr. dicam. Item nec iste tex. potest loqui de interesse singulari, quia loquitur de damno

no uero, & interesse singulare non est damnum uerum. l. 2. & l. si tutor. ff. de in litem iurando. Vnde solum iste uersicu. loquitur de interesse cōmuni quod potest appellari singulare, singularitate sumpta a cōditione personæ, iuxta, l. quatenus. ff. de regulis iuris. & l. tertia. §. ad plures. ff. de sepulchro uiolato. Sed dubium est de ratione, quare hoc interesse non fuit taxatum sicut in uersi. sancimus. Bar. & communiter doctores intra colum. 2. ponūt rationem, quia in incertis non reperitur simplum quod duplari possit, argum. l. in testamento. ff. de condit. & demonst. ubi iussus ad exemplum alterius construere monumentum non incidit in pœnā si non reperitur exemplum nominatum a testatore, unde cum uerba non conueniant, nec etiam dispositio cōuenit. argum. l. 4. §. toticns. ff. de dam. infect. Istam rationem (titubanter tamen) repræhendunt nouissimi, quia immo etiam simplum est in casibus incertis, cum facta habeant suam estimationem communem, Item potuisset apponere Imperator certam quantitatem si uoluisset, ut centum uel ducentum, Quare Alciat. ponebat aliam rationem in cap. ait. l. in fi. quia in casibus certis qs poterat tam magnam pœnam apponere quod conuenta seruarentur, Et ideo imputandum est sibi si non apposuit cum posset, In casibus uero incertis certam summam non poterat apponere propter incertitudinem quæ est, & in ualore & in substantia, Quæ ratio non est fundata iure, cum in utroque casu potuisset sibi prouidere ut conuenta seruarentur, & potius debuisset in casibus incertis apponere certam quantitatem propter certitudinem fiendam. l. procurator ad exhibendum. §. fi. ff. rem ratam haberi. & ideo indistincte dicitur in l. fina. de præto. stipul. quod apponatur certa quantitas, Item non est gensralis, quia non compræhendit alios casus ultra contractus. Nouissimi dicunt rationē Petri bonam esse, uolentis ideo factum fuisse quia in alio grauatur in casibus certis propter difficultatem ꝓbationis, & ideo releuatur, argu. l. eum qui. ff. de iure iuran. Sed nec hæc ratio potest sustineri, quia iuramentum in litem habet locū in interesse singulari, & ideo per iuramentum posset probari interesse in omnibus casibus, & circa probationem nulla esset differentia.

32 Igitur† ratio alia potest assignari, propter æquitatē naturalem, nam quando est interesse affectionis nō est uerum damnum, sed immaginatum & contra regulas iuris, & probatur faciliter per iuramētum in litem, Vnde est periculum ne procedatur in infinitum ex immoderatis affectionibus, & secundum naturam non debetur, merito posuit & iustum fuit restringi, sed interesse commune est uernm, & damnum uerum, & secundum naturam æquum est ut sibi totum damnum restituatur quia non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. l. non debet. ff. de regu. iur. Ideo optime factum fuit disponendo quod totum exigatur.

33 Septimo† notandum est, quod iudices debent subtiliter inquirere ut damnum uerum reddatur, Et sic subtilitas est necessaria in iudicando. cap. cum sancti. 24. quæstio. 3. §. si uero moriatur. in authen. de instru. caute. & fi. facit tex. in cap. afferte. extra de præsump. cap. utilem simulationem. 22. q. 2. Similiter in doctore est commendata. l. 1. C. de profes. & med. qui in urb. constan. l. 2. §. contrarium. C. de uete. iur. enucle. Et hac de causa commendatur Papinianus in l. cum auus de condi. & demon. in l. cum acutissimi. & l. cum uirum supra de fideicommiss. & l. cum Papinianus. sup. de senten. & interlo. & l. 1. §. sed neque supra de uete. iur enucle. In contrarium tamen facit. l. sicut. §. si debitori. ff. quib. mod. pig. uel hypot. soluitur. ubi in iudicio reprobatur subtilitas, Facit etiam. l. in rebus. supra de iur. doti. ibi, non enim quod legum subtilitate transitus. Et subtilitatem uanam derisit Imperator in l. fi. supra de ll. & l. 1. supra de consti. pecu. & l. nuper. supra de natu. liber. Nam tendit ad perniciem quandoque, & facit errare. l. si seruum. §. sequitur. ff. de uerbo. obligat. l. sancimus. supra ad trebel. & utentes nimia subtilitate falluntur. c. hinc etenim, 49. distinctio. Et propterea leges claras aliqua subtilitate obscuras reddunt, ut in authentico constitutio quæ ex ascriptici. in principio. Pro resolutione potest dici distinguendo, aut sumus in subtilitate sola sine ratione, & hæc est una reprobata in omnibus casibus. l. fin. supra de ll. & ideo dixit Luca. de penna in d. l. unica. C. de profes. colum. 8. quod nihil est debilius subtilitate sola, Si uero est subtilitas cum ratione in iudiciis bona est in inuestigando, dic. cap. afferte. sed nō in decidendo, quia communis sententia est sequenda & apices iuris in decisione iudicii reprobantur, & ueritas magis attenditur nisi sit reiectus ordo iuris. c. debite. & ibi Abba. de iudi. & d. l. sicut. §. si debitori. In legē do uero multum prodest ad acumen ingenii, & ad disputationes, cum sine eis ueritas non possit euelli. Et ista est de qua loquitur d. l. 1. C. de profes. & l. 1. §. in quibus. supra in prohe. ibi, subtili distinctione. In ultimis etiam uoluntatibus in perscrutanda mente testatoris approbatur. d. l. cū uirum & l. cum acutissimi. si est fundata ratione, alias reprobatur. l. unica. in fi. supra ut actiones ab hæredibus & contra hæredes incipiant.

34 Octauo †notandum est ibi, ueritatem, quod ueritas perscrutanda est, & in hoc præcipue uersatur officium iudicis. l. secunda. supra de edend. & cum subtilitate inuestiganda est ut in textu nostro. Incontrarium tamen faciunt no. in l. illicitas. §. ueritas. ff. de offici. præsidis, ubi dicitur non licere iudicare secundum ueritatē sed secundum acta & probata, & sententia non seruato ordine iudiciario non ualet. l. prolatam supra de senten. Breuiter pro solutione dicas, quod si est princeps qui non recognoscit superiorem omni modo debet sequi ueritatem ut ibidem dicunt doctores, Si uero recognoscit superiorem debet omni subtilitate eam inuestigare & facere ut appareat in actis, alias debet sequi scripturas tantum, Et ad hoc ut appareat in actis iudex potest simulare & promittere liberationem reo ut extorqueat confessionem, & postea punire, ut uoluit Felin. in capitu. afferte. extra de præsum. referens Archidia. in c. nos in quenquam. 2. quæstio. prima. Deci. tamen in hoc ultimo tenet contrarium, quia fides etiam hosti seruanda est, ut cap. noli estimare. 2. quæstio. 1. & Paris de puteo carta. 23 uersi. sequitur qnæstio quotidiana, & Imol. consi. 109. & facit tex. in l. 1. §. qui quæstionem. ff. de quæstio. Et sequitur idem Dec. & Cagnolus in l. ea est natura. ff. de regu. iur. & allegant Hippolitū in practica sua. §. postquam colum. 1. & in consi. 32. colum. 4. quia fides publica non debet uiolari, & si est pręstita ab homine seruari debet, Barto. in l. is qui reus. ff. de public. iud. colum. penul. & Ias. in l. conuentionum ff. de pactis. & Parisius consi. 68. colum. 18. nume. 177. Sed pro opinione Archidiaco. facit, quia si iudex seruaret fidem permitteret scandalum & remaneret delictū impunitum contra legem ita uulneratus. ff. ad l. aquil. Item scandalum permittitur ne ueritas occultetur. capit. 3. de regu. iur. Et pro hoc facit. d. capit. utilem. ubi Iosue ita fecit & decepit circumstantes, Hinc est quod tortura datur partibus & testibus ut ueritas inueniatur, & maioris est efficaciæ tortura quam promissio de liberando.

Nec obstat quod fides sit seruanda hosti. quia uerum est quando ille qui promisit potest seruare sine iactura alterius, uel sibi data est in hoc licentia, sed iudex in hoc casu non potest seruare sine damno reipublicæ & sui superioris, Nec etiam in hoc data fuit sibi licentia, quia deputatus fuit ad puniendum, non autem ad indulgendum siue ad parcendum, & paruæ utilitatis esset scire delinquentes si non punirentur, Si tamen princeps hoc faceret, seruare fidem deberet, per allegata in contrarium, quia cessant rationes prædictæ. Non obstat. l. 1. §. qui quæstionem. quia ille textus loquitur in testibus

testibus qui non debent subornari, sed nos loquimur in principali in quo non dicitur subornatio si auferatur liberatio.

45 Vnde†ego puto distinguendum, Aut sumus in principe non recognoscente superiorem, & ille debet seruare promissionem, quia cum possit indulgere inquisitis, inductus fuit per dolum. Reus ad confitendum ut euitaret tormenta etiam haberet impunitatem, & ita procedant omnia ea quę loquuntur de fide publica seruanda, cum præsumatur fecisse semper ex iusta causa, Si uero est inferior, & tunc si promittit impunitatem ut manifestet suum delictum & complices uel detegat coniurationem, & tunc sine dubio seruare debet fidē. & l. 1. & per totum. ff. quibus ex causis pro premio libertatem acceper. interest enim reipublicæ unum saluari ut ueritas delictorum aperiatur, & puniantur. d. l. ita uulneratur. & l. qui ob necem. ff. qui sine manu. ad liber. per. Si uero promissa est impunitas ut detegat solum proprium delictum, & tunc opinio Archidia. uerior est per rationes sup. adductas, quia esset scandalū in populo ad quid enim debet iudex scire delictum si non uult punire, melius est delictum non punitum esse occultum quam manifestum, quia generatur scandalum & datur materia delinquendi, Ex iudex sine causa non potest recedere a legibus. l. quid ergo. §. pœna grauior. & ibi not. ff. de iis qui not. infa. Putarem tamē quod si appareret reum confessum fuisse ut euitaret tormenta cogitans quod postea habebit liberationem in hoc casu posset talis confessio reuocari tanquam indebite extorta, quia esset deceptus, cum si non fuisset promissa liberatio sustinuisset tormenta, sed propter promissionem credens euitare tormenta & pœnam induсtus fuit ad confitendum, etiam quod forsan non commisserit delictum, tamen faceret aliquando indicium ad torturam, prædicta tamen satis sunt de mente Iaso. in d. l. conuentionum. de pac.

36 Nono†notādum est ibi, machinationibus, quod machinationibus est obuiandum. concordat. l. in fundo. de rei uendica. & cap. sedes. de rescript. l. quæro. ff. de actio. empti. l. 1. ff. de dolo. Similiter obuiandum est peruersionibus, idest malignitatibus (peruersus enim est quasi bono auersus) Domi. in cap. 2. col. 2. de censi. Hinc est quod Innoc. dixit in cap. 1. colum. ultima de postula. præla. quod etiam nō præcedente fama inquisitio fieri potest quando delictum esset committendū. glo. singularis in §. si duo. in uerbo testimo. de pace tenenda, & ibi Bal. & facit glo. in c. per tuas. de simo. quæ dicit quod excusatur qui faciliter credit delictum fiendum ut ei obuiet. Item sacerdos potest reuellare cōfessionem in genere si aliter prouideri non potest ne delictum fiat, Innoc. in c. omnis. colu. secunda. in fi. de pœniten. & no. in c. 2. de offi. Archid.

37 Decimo†notandum est ibi, cum scimus esse naturæ congruum. quod lex debet imitari naturam concordat. §. minorē. instit. de adoptio. & l. cū ratio. de bon. damna. & l. secundum naturam. de reg. iur. & l. iure naturæ. & l. nam natura. de condic. indebi. Et exponitur hic congruum est, idest naturali rationi cōsonans est, Et ideo ratio naturalis allegatur. ca. ratio. de præben. glo. in cap. consuetudo. 1. distinctio. Et ista debet mouere iudicem sicut lex. Andr. de Isernia in prohe. feudo. colum. fina. dicens esse legem quod in ratione consistit. Ideo dicit Barbat. consi. 94. illud colum. decima. nume. 16. quod per rationem naturalem extenduntur leges sicut pellis. Et per eam interpretantur scripturæ Barbat. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. & litera occidit spiritus uiuificat cum ratione, Bal. in l. 1. §. in primo colum. 1. C. de cadu. tollend. & qua quisque magis ratione utitur eius maioris authoritatis sunt uerba. §. 1. 20. distinct. & §. pretium. institut. de empti. & uendi. Prædicta tamen intelliguntur quando deficit lex, sed si uerba clara habemus non tenemur allegare rationē, Bal. consi. 463. colum. 2. uolum. 5. glo. in cap. consuetudo. 1. distinct. l. scire. §. sufficit. ibi, ex ipsa naturali. ff. de excusa. tuto. Vndecimo nota, quod pœnæ sunt taxatæ a lege, uel remissæ arbitrio iudicis, de quo tamen dicēdum est ut infra super glo. habetur plene. Duodecimo nota quod id quod interest consistit tam in lucro quā in damno, Et sic lucrum peti potest quando ammissum est ex facto alterius, de quo intra in glo. fina. latissime disputabitur.

38 Vltimo†nota. ibi, omnibus quod lex generalis omnes ligat. l. leges generales. C. de ll. & maxime quando uniuersaliter loquitur. l. a procuratore. supra mandati. & l. Iulianus. de lega. 3. Idem si indefinite siue generaliter loquitur. l. 1. §. generaliter. supra de lega. præstand. l. 1. §. qui autem. supra de aleato. quod uerum est si sunt subditi omnes, alias autem non l. fin. ff. de iurisdic. omnium iudic. & glo. in capit. 1. de consti. Quomodo autem liget subditos, habetur per Bar. late in l. cunctos populos. supra de summa trinit. & fid. catho. Et generalis siue uniuersalis dispositio comprǽhendit etiam priuilegiatos. l. in fraudem. §. fi. & ibi Bal. ff. de milit. testam. & Deci. in l. 1. de regu. iur. & Felin. in capit. 1. de constitu. ubi limitat multis modis. Et ideo constitutio nostra compræhendit militem, infantem, pupillum, ecclesiam, rempublicam, & cæteros priuilegiatos, quod est ualde notabile pro extensione & declaratione legis nostræ.

Glo. prima diuiditur in duas partes, In prima timore repugnantiæ quod unum & idem interesse pro parte & in rotum exigatur, præmittendo aliqua declarat textum, In secunda summat totā legem, Ex prima parte colligitur quod pretium rei & interesse sunt idem, sed nihil allegat, Et ideo communiter doctores repræhendunt eam, cum interesse differat a pretio & sæpe excedat & excedatur, siue consideramus interesse naturale, siue legale, cum interesse naturale sit damnum insurgens ex priuatione rei differens, necessario ab ea & eius pretio, Et interesse legale se habeat ad naturale tā quam eius pretium, & sit illud quod soluitur pro estimatione damni differens necessario ab ipsa re & eius pretio per iura allegata per Barto. in secunda quæstione. Continet tamen in se pretium rei, & per solutionē rei uel pretii diminuatur obligatio ad interesse, ut late discussi in rubrica repræhendendo etiam nouissimos hic qui multa loquuntur. Ex secunda parte colligitur summarium totius legis, quæ etiam in multis male loquitur, maxime in §. in aliis. & supra dixi in præmissis, & dicam infra latius examinando intellectum legis per partes.

39 Glo. secunda†diuiditur in duas partes, & timorē cōtrarii exponit textum, Nam ineptitudo sermonis uidetur quod pro interesse sint dubitationes, quia dictio pro, denotat causam & dubitationes præsupponunt, quod interesse sit subiectum uel materia dubitationum, Itē lex præsupponit quod pro interesse idest ad fauorem interesse erant dubitationes, quod uidetur inconueniens esse, Ideo Glo. soluit exponēdo pro, idest super, & id quod interest, idest interesse. Ista expositio secundum Decium & modernos non est necessaria respectu dictionis pro, Item non determinat quæ sit significatio istius dictionis, Ex eius tamen dictis elici potest, quod denotat aliquid fieri ad fauorem personæ determinatæ ab illa, ut si compareat pro aliquo tertio. c. cum M. ferrarienses. de constit. sed si referatur ad res, significat causam finalem, ut pro alimentis. l. pen. §. fi. ff. de alim. & cib. lega. & l. seruos. & l. testium. in fin. sup. de iur. & cap. cum tu. extra de translat. & l. 3. de repu. Multas tamen habet alias significationes, aliquando significat impropriietatem, siue loco alterius, ut l. 1. ff. de eo qui pro tuto. & l. 1. ibi, pro intestatis. ff. de suis & legit. Et ita accipitur in titu. de offici. proconsul. Et pro prætore idest loco prætoris. proauus, pronepos, proauia, &

& pro matertera.l.iurisconsul.ff.de gra.aliquando significat ueritatem,& ponitur pro quia,ut in illis rubr. pro emptore,pro donato,& pro lega. Nã illi tituli loquuntur de illis qui habent uerum titulum (quamuis nouissimi hic contrarium sentiant & male) aliquando ponitur pro nomine, ut agit pro se & sociis, idest nomine sui & sociorum, & ita ponitur in capitu. sua nobis. de appel.Et in effectu resolutiue dicendum est quod dictio pro capitur in significatione quæ magis conuenit subiectæ materiæ, sicut de aliis dictionibus dicit gl. notabilis in l.cas.ff.de condi.& demon. & Ias. in l. siquis ita stipulatus.ff.de uerb.oblig.

40 Tamen † si recte omnia adducta considerantur, regulariter significat de proprietate significationis causam finalem.i.uel subiectum,uel intentionem finalem, Et ideo in tex. nostro stat propric,quia significat subiectũ in quo erant dubitationes, & expositio glo. fuit necessaria propter uarias significationes quas habet, ut appareret quomodo capiatur, Alciatus uero & moderni multi legunt literam cum dictione de, & tunc cessat obiectio.

41 Glo.in uerb.dubitationes † declarat quæ essent istæ dubitationes antiquæ circa interesse, Et subtiliter inquirendæ sunt, quia ex dubitatione declaratur in quibus terminis loquatur præsens decisio, quamuis doctores negligant, Et glo. ponit duas expositiones quæ reprobantur a doctoribus quia non conuenirent decisioni,Et responsio debet interrogationi conuenire. §. pręterea.instit.de inutil.stipula. l.si defensor. §. qui interrogatus.ff.de interroga. actio. Nec dubitatio poterat esse super damno uel lucro,ut in pluribus casibus exigi possint,quia alias esset ampliatiua, non correctiua, ut innuit litera, sed solum interesse in casibus apud ueteres permissis restringit tam in lucro quam in damno, Ideo doct.uolunt quod dubitationes essent circa quantitatem interesse, quia porrigebatur in infinitum tam in casibus certis quam incertis, quod cum esset inconueniens corrigitur hic in textu.Deci. tamen repræhendit hanc communem expositionem, quia non est uerũ quod antiquitus esset dubium an interesse in infinitum peti posset,quia immo clarum erat.l.uideamus.§.iurare.ff.de in litem iuran.& l.qui restituere. ff. de rei uendic.ergo super quantitate non poterant esse dubitationes, Ideo ipse dicit quod dubitationes hic referuntur non prout essent,sed quia sublatæ erant,& est sensus,q cum antiquitus dubitationes essent productæ. i.determinatæ,& decisæ, ut in infinitum interesse peteretur, uisum fuit hoc incõueniens, Et ideo decisum fuit quod restringatur ad duplum, uel quatenus uere probatum fuerit.Sed hæc intelligentia mihi nec aliis moderniori bus satisfacit, primo quia uiolat literam quæ dicit dubitationes,& sic erat dubium, Item dicit productæ,nõ autem decisæ uel determinatæ,& est exponere album pro nigro, Item non est uerum quod interesse posset peti in infinitum,quia alias impossibilis fuisset solutio, sed bene erant aliqui qui per certas rationes uolebant trahere in infinitum,& quando iurabant,ad iurandum erat iudex præfigens certam summam,& ipsa pars etiã semper exprimebat certam summam, ut præsupponitur in d.§.iurare.& in l.in actionibus. ff. de in litem iurando.Vnde uerbum in infinitum, ibi exponitur sine fine determinationis a lege inducto,tamen in iuramento semper exprimebatur certa quantitas.

42 Ideo † ego puto dubitationes fuisse circa quantitatẽ interesse,sed alio modo quam faciant doctores, Antiquæ enim dubitationes erant circa modum taxandi interesse, Nam cum totum interesse quod insurgebat ex affectione rei solui deberet & peti posset sine taxatione,difficultas nascebatur quę erant illæ affectiones quæ essent attendendæ,& quales,Nã quidã erant ita rigorosi quod uolebant affectiones etiam inutiles considerari, & cum machinationibus & peruersionibus fingebant interesse singulare & damnum propter affectionem, ita quod estimatio ipsius in infinitum procedebat & erat impossibilis solutio, Et licet iudices possent taxare iuramentum in litem. d. l. uideamus. §.iurare tamen partes appellabant & dicebant taxationem nõ esse factam arbitrio boni uiri propter affectionem quę maius interesse causabat, Et sic quæstio reducebatur, quales affectiones essent attendendæ,Et si una attenderetur quare alia respueretur, & quotidie talia eueniebant,Quare Imperator uolens tollere istas difficultates,hanc constitutionem edidit, per quam disposuit q interesse singulare duplum estimationis rei excedere non posset in casibus certis.Nam reiicere in totum affectiones erat iniquissimum, & quæ essent attendendæ erat impossibile determinare propter uarietatem conditionum & qualitatum hominum, & an essent in quolibet homine,& quatenus essent estimandæ, erat impossibile certo iure determinare.argum.l.quatenus.ff. de reg.iur.& l.mora.ff.de usur. Ideo disposuit quod in casibus certis in quantitate uel natura interesse propter affectionem non possit excedere duplum,extendẽdo estimationem cuiuslibet affectionis ad plus, usque ad ualorem rei triplicatum. Arbitratus uerisimiliter non posse in plus extendi, In casibus uero incertis in quibus raro considerari potest affectio,uoluit quod singulare interesse non exigatur,sed solum commune interesse. i. damnum quod re uera appareat petatur, Et huic intellectui consonant illa uerba, prout possibile est,quæ alias non starent in sua significatione. Item cõsonant illa uerba,machinationibus & peruersionibus, Et illa uerba, propter impossibilitatem cadat, & tollitur inconueniens quod erat olim, quia cum porrigeretur in infinitum propter impossibilitatem non poterat exigi, Et si dicatur,ad quid dictum fuit de interesse communi qualiter exigatur si de eo non erant dubitationes. Respõdebat Cagnolus quod dubitationes etiã erant in eo & in cæteris contractibus & casibus & in lucro quatenus exigi deberet,Quod mihi non placet, quia non apparent dubitationes de eis nec causa dubitandi,Igitur dicendum est quod de omni interesse dictum fuit ne forsan dubitaretur super decisione sua noua an deberet extendi ad interesse commune, Ideo ad tollendas difficultates explicauit postea de omnibus speciebus interesse.

Glo. in uerbo prout, timore contrarii (quia omnia sunt possibilia Imperatori ut habetur tertio Exdrę ca. 4.Bald.in §.fi.de nou.for.fidelita. Hippol. in l. de uno quoque.ff.de re iudic. nu. 18.) huius contrarii timore dicit quod difficultas est in diffinitione interesse non in decisione.l.omnis diffinitio.ff.de regu.iur. Et subdit postea descriptionem interesse ponendo ut in ea. Ista glo.repræhenditur per doctores, quia de diffinitione nullum uerbum,& est contra uerba legis quæ non intendit declarare quid sit interesse, nec in quo consistat,sed solum in qua quantitate peti possit uolebat determinare,Ideo doctores exponunt. i.quãtum fieri potest,& est quidam modus loquendi ut hic per Deciũ, Quæ expositio non tollit difficultatem nec contrariũ soluit quare imperator non possit indistincte, Similiter nec alia solutio in qua residet Cagno. quod exponatur idest congruum rationi naturali,tollit contrariũ in totum,cum non exprimatur, quare aliter non esset congruum naturali rationi, Ideo dicendum est ut sup. in not.& in præcedenti glo.quod uerba stant proprie. Nam multa impediebant restrictionem posse fieri seruando iustitiam, Cum excludere affectiones in totum erat iniquissimum propter rationem assignatam in l.si tutor.ff.de in litem iur.& l.si cum dos.§.fi.ff. rer.amot. Item eas certo pretio estimare erat impossibile propter uarietatem conditionis hominum quæ in facto consistit,ut precium uariari debeat secundum uarietatem conditionem,argumen.l.3.§.si plures.ff.de sepul.

uiol

niol.& not.insti. de iniur.Item aliquas affectiones admittere & aliquas repellere erat impossibile in lege, cum uarietas hominum temporis & locorum faciat affectiones probabiles induci, Ideo nulla restrictio nec circa quantitatem nec circa numerum nec circa qualitatem affectionum poterat iuste tradi, Ideo habuit recursum ad ipsam rem causantem affectionem, & estimauit affectiones secundum magnitudinem pretii ipsius rei, determinando quod nulla affectio posit excedere duplum ualoris rei, Quæ determinatio nec etiam fuit sine difficultate, tamen minorem uisa fuit continere imperfectionem, Ideo non sine ratione dixit, prout est possibile, Et sic optime dicit textus prout possibile est, per quod uerbō tolluntur omnes obiectiones quæ possent fieri intellectui per me tradito. Circa uero diffinitionem interesse dicendum est ut dixi super rubrica ubi relatis omnium diffinitionibus & eis reiectis nouas & claras tradidi.

Glo. in uerb. melius, timore contrarii exponit textum, Nam comparatiuum præsupponit positiuum. l. ubi autem non apparet. ff. de uerb. oblig. Sed hic dicit melius est tollere dubitationes, ergo bonū erat quod essent, Quare glo. dicit exponendum esse melius, idest bonum, Decius uero dicit quod textus bene stat, quia esset etiam bonum quod totum interesse exigeretur, cū ius suum unicuique tribuendum sit. l. 1. ff. de iusti. & iure. Sed tamē adhuc obstat, quia dubitationes antiquæ erant quales essent illæ affectiones ex quibus interesse singulare sumeretur, & alii considerabant affectiones ex machinationibus & peruersionibus, quod erat malum, quia sine causa rei nimis soluebant, Et erat iniquum quod rei paterentur tam magnas pœnas, Et quod per unam moram etiam dolosam quis solueret maiorem partem patrimonii sui pro interesse, Vnde pro solutione potest dici, quod leges antiquæ erant bonæ & etiam factæ cum bona ratione, tamen homines male utebantur, quia ipsi postea adducebant affectiones immoderatas, & cum suis peruersionibus faciebant leges apparere iniquas, Ideo ad obuiandum malignitatibus hominum fuit melius coarctare hoc modo affectiones arg. c. non debet de consanguinitate & affinitate, nec est inconueniens quod duæ leges contrariæ sint bonæ considerando diuersas rationes. l. bona fides. ff. deposi. & per Abba. post Ioan. And. in. c. fin. de consuetud. nume. 6. uers. sed contra.

43 Colligitur † tamen ex glo. quod comparatiuum ponitur pro positiuo (Et quidem elegantius). l. benignius. ff. de legib. l. 1. in. fi. ff. de iis qui sunt su. uel alien. iur. l. quod Nerua (& ibi Zasius). ff. deposi. l. 1. de dolo. §. 1. insti. de usucapio. Et hæc expositio fit quando non habet terminum ad quem referatur secundum Deci. hic, Et quādo absonum resultaret. l. inciuile. supra de iust. & iure. &. §. plus autem. inst. de actio. Item quando adiicitur subiecto non habenti diuersos gradus, ut per Salic. hic, & per docto. in. l. uinum. ff. si cert. pet. Notandum est tamen quod propria significatio est quod præsupponat positiuum. d. l. ubi autem non apparet. Et ideo in statutis ita caperetur in dubio, argumen. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. nisi resultaret absurdum, uel nisi ita intelligendo nihil disponeret de nouo, ut not. in. l. non aliter. ff. de lega. 3. Aliquando etiam stat electiue, quando casus sunt contrarii, ut not. in. l. iubere cauere. ff. de iurisdictio. & l. clam. §. qui ad nundinas. ff. de acquirend. possessio.

Quæ faciunt ad quæstionem de eo qui uult currere ad brauium & alius nihil currit, quam Deci. relinquit indecisam, Sed tu potes ita decidere quod si quidem pars se reduxit ad actum currendi & ad locum deputatum & dato signo non currit etiam propter casum, currens dicitur uincere, quia plus currit, per prædicta, & ille qui nihil currit dicitur minus currere. l. illud. §. 1. uer. minus. ff. de tribut. actio. & per Bar. in. l. si seruus legatus. §. si ita scriptum. in fine. ff. de lega. 1. & Bal. in. l. fina. in fine princ. ff. si cert. pet. cum aliis adductis hic per Deciū & alii debet imputari argum. l. iure ciuili. ff. de condit. & demonstrat. & l. ad pœnam. ff. de uerbo. obligat. Si uero non se reduxit ad locum quia non fuit uocatus uel fuit impeditus, tunc alius non uinceret, quia cessans non dicitur aliquo modo currere, quia non deuenit ad potentiam currendi, cum oporteat quod saltem sit habilitas ad currendum, ut si gradus uere non sunt saltem potentia posit imaginari positiuum uariabile, Et ita potest procedere dictum Deci.

44 Glo. in uerbo † in omnibus, diuiditur in duas partes, In prima quærit quare dixit casibus & non in contractibus uel in obligationibus, In secunda respondet tacitæ quæstioni, Ex prima parte colligitur, quod ideo dixit in omnibus casibus, non autem cōtractibus, quia uolebat compræhendere etiam maleficia, Item non dixit in omnibus obligationibus, quia uolebat compræhendere etiam interesse quod peteretur officio iudicis. Et sic colligitur quod in omnibus casibus certis siue sint maleficia siue officium iudicis interesse non excedit duplum, Et hæc intelligentia cōmunis est propter generalitatem literæ. argument. l. a procuratore. sup. māda. & l. Iulianus. de lega. 3. Et contractus & delicta æquiparātur. l. omnes. ff. de iudic. & l. absentem. §. ad. uertas. ff. de pænis. Et licet loquatur de cōtractibus, tamen exemplificatiue loquitur, & patet in. l. infamem. ff. de publi. iud. & ideo non restringit regulam, per not. in. l. 1. ff. de reg. iur. Et hic expressum fuit de contractibus potius quam delictis & aliis casibus, quia frequentiores sunt ut hic per nouissimos. In contrarium tamē quod maleficia non compræhendantur in hac decisione, Facit, quia in contractibus tractatur de delicto in ommittendo, sed in delictis de delicto in committendo, ergo de uno ad aliud non potest argui, ut Per Bar. in. l. licet. §. fi. ff. de pecu. Et sic textus noster loquens de contractibus nō potest exemplificari in maleficiis. Et licet exempla non restringant regulam, tamen saltem eam declarant in quibus casibus procedat. l. damni infecti quidam. ff. de dam. infec. & not. in. d. l. 1. In tātum quod generalitas non compræhendit maiora expressis. ut per Bart. in. l. sed si. §. quæsitum. ff. si quis cautio. præterea uidemus quod in materia interesse est differentia, & sic non militat eadem ratio, Nam in contractibus minus punitur qui comisit moram quam qui tradidit rem uiciosam. l. Iulianus. ff. de actio. empt. & l. tenetur. §. qui uas, & l. idēque. §. in omnibus. eodem tit. & l. sed & ades. §. 1. ff. loca. cum inf. simil. Ergo licet restringatur in contractibus, non tamē potest dici quod restringatur in delictis, in quibus totum interesse solet exigi, contra communiter doctores hic, qui solum fundantur in eo quod militat eadem ratio, quod fundamentum fragile est, Et hāc partem tenet Alcia. hic qui allegat alia fundamenta quæ tamen non faciunt ad propositum, cum loquantur in pænis.

45 Istis † tamen non obstantibus uerior est communis opinio, quod immo etiam interesse taxatur in maleficiis in casibus in quibus soluitur interesse singulare. Et probatur primo, quia uerba sunt generalia, ergo generaliter intelligenda. l. 1. §. quod autem. ff. de aleat. & l. in fraudem. §. fina. ff. de mil. test. item probatur ex eo quod docto. uolunt, quos in hoc sequor, quod principium legis nostræ, & uersic. sancimus, loquatur tantum de interesse singulari in casibus in quibus iuratur in litem, quod iuramentum taxatur usque ad duplum, Sed in maleficiis iuratur in litē. l. arbitrio. ff. de dol. & in omnibus casibus in quibus delinquens tenetur ad rei restitutionem. l. qui restituere. ff. de rei uendica. Ergo in maleficiis etiam loquitur textus noster, quia eadem ratio est in interesse singulari ex delicto & in alio casu, cum semper sumatur ex affectione quæ semper ex machinationibus possit trahi in infinitum. facit. l. penulti.

§. in

§.in eum.ff.ne quis eum qui in ius uoc.ui.exi.ubi iuratur in litem affectionis contra eximentem secundum communem opinio.doctorum ibi, Et sicut iuramentū in lite in omnibus casibus æqualiter præstatur & ęqualiter taxatur per iudicem, eodem modo & per legem nostram taxari debet æqualiter. Nec obstat quod in aliis casibus in delictis totum interesse petitur, quia ille leges loquuntur de interesse communi & extra rē, Nam illud interesse in delictis in totum soluitur & nō taxatur per legem nostram ut infra dicam, Sed ego loquor de interesse singulari in quo non militat tanta ratio, quia non est uerum damnum, & sumitur ex machinationibus, & inducitur infinitas, quæ in omnibus casibus est euitanda, & probatur per iuramentum in litē affectionis, præterea si hæc lex non procederet in delictis, sequeretur quod nec etiam in contractibus indistincte haberet locum, cum sæpissime ex contractibus nascantur delicta, quorum occasione soluitur interesse, ut no.in l.tam ex contractibus. ff. de iudi. & sic nimis restringeretur iste lex.

Vnde facias regulam, quod interesse singulare petitur in omnibus contractibus & delictis in quibus agitur ad restituendum quo casu committitur dolus in non parendo & contumacia ut dixi late in l. in actionibus.ff.de in litem iur. Et cum hæc lex intelligatur de interesse singulari secundum opinionē sæpius formatam, comprændet ex generalitate sermonis & identitate rationis etiam interesse singulare affectionis in delictis ueniens, quod probatur per iuramentū in litem. Quare Concludo, quod per legem nostram taxatur interesse non tantum in contractibus, sed etiā in delictis, sed non eo modo quo dicunt doctores, quia intelligitur solum de delictis in quibus iuratur in litem, in quibus solis uenit interesse singulare. Nec obstat quod in litera solum fiat mentio de contractibus, quia exempla declarant regulam, non autem restringunt, Nam eorum occasione continentur delicta quæ aliquando nascuntur ex contractibus. §. 2. institut.de perpetui. & tempo. actio. Et ideo non fit extensio de contractibus ad delicta, sed de delictis ad delicta quæ continentur appellatione contractuum, ut dixi, Colligitur etiam ex eadem glo. quod ideo non fuit dictum in obligationibus, ut comprænēderet interesse quod uenit per officium iudicis, & omnes sequuntur, Et iō infertur quod etiam taxatur interesse singulare in omnibus actionibus in rem & aliis actionibus in quibus uenit rei restitutio sine obligatione, quia in illis iuratur in litem, Et sic habes generalissimam conclusionē, quod interesse taxatur ad duplum in omnibus casibus in quibus iuratur in litem propter affectionem.

46 Glo.in uerb.quantitatem † simul cum glo.naturam declarat, primo quæ dicatur certa species, & postea quæ dicatur certa natura, postea aliam expositionem ad utrumque tradit, Ex prima colligitur, quod certa quantitas est ubicunque promittitur certa summa. i. certus numerus rerum consistentium in pondere numero uel mensura, Certa autem natura est ubicunque promittitur certa species quæ habet fines a natura determinatos ut homo uel fundus, Alia est expositio ꝙ certa quantitas comprændat utrunque, scilicet certam summam & speciem, Certa autem natura comprændat promissionem in genere argumen.l.cum stipulamur.de uerbo.significat. & l. quis quis.ff.de leg.3.& l.qui bona.ff.de cessio.bono. Et istam secundam expositionem sequuntur communiter doctores. Deci. tamē hic dicit istam expositionem non conuenire uerbis, quia solitum est in iure diuersificari speciem a rebus consistentibus in pondere numero uel mēsura per nomen quantitatis & speciei, ut no.l.2.§.1.ff.de lega.1.Et ista est proprietas uerborū, & ꝓbatur ratione, quia in eis nō cadit certitudo nisi per assignationē numeri pōderis uel mensuræ, quæ oīa cadunt in quantitate, Species uero non certificatur nisi per fines a natura uel homine datos, non per numerum, Et ab hac proprietate non est in dubio recedendum.l.non aliter.de leg.3.Et hoc confirmat, quia si species certa continetur sub nomine quantitatis, a fortior species incerta quæ continetur sub genere deberet comprændi, quia magis conformatur cum quantitate, cuius contrarium dicunt doctores, ergo male, Nec obstat.l.quisquis. de lega.3. & l. cū stipulamur, quia ille leges fundant se in uerbo quantas, non autem in uerbo quantitas, & ultra dictionem quātas, adest etiam uerbum summa, quod aptum est comprændere species.l.2.ff.ad.l.rodi.de iac.ibi, iacturæ summam. & in.l. cum clericis. supra de epi.& clerici.in glo.numeratam. Et etiam in dic.l.quisquis. dispositio fundatur ex præsumpta uolūtate testatoris, & in.l.cum stipulamur.adest uerbū pecunia, quod est ualde generale. Et ideo terminus quantitas non potest comprændere speciem nisi ratione adiuncti, ut quātitatem bonorum & hæreditatis, Et hanc opinionem sequuntur nouissimi.

Sed ego puto communem sententiam ab istis obiectionibus defensari posse, Nam omnes fatentur quod ex uoluntate disponentis terminus, quantitas, comprændit speciem. d.l. quisquis. sed hic apparet de mente legis, ergo &c. Quod autem appareat de mente legis, patet, quia loquitur in uēditionibus & locationibus in quibus utrumque, & quantitas & species uenit, Ergo sub nomine eodem uoluit utrumque significare, Et cōfirmatur, quia faciendo mentionem de natura, uoluit aliquid minus certitudinis demonstrare, sed si species continetur sub natura, sequeretur quod maior certitudo esset sub uerbo natura, Nam species dicitur magis certa quam dicatur quantitas, quia in specie est omnimoda certitudo quid quale & quantum sit, quod non est in quantitate.l.certum.ff.si cer.peta.iuncta lege ubi autem non apparet.ff.de uerbo.oblig.& ibi docto. Et ideo ipsemet Deci. saluando exemplum de genere ꝙ dicitur esse incertum.l.cum incertus. de lega.1.& not. in.l.Meuius.in.§.duorum.ff.de lega.2. dicit quod sub uerbo natura, uoluit denotare aliquid in certitudinis, Et ita saluari potest glo. Sed magis urget contra exēpla glosæ, quia ubicunque promittuntur decem cadi olei uel certa pecunia in eis non cadit affectio propter incertitudinem generis, & etiam propter naturā eorum, quia recipiunt functionē in genere suo, Et ideo in ipsis non potest cadere affectio, quę solum ad cognitum & probatum haberi potest ut supra sæpius dictum fuit. Vnde de eo non potest exemplificari textus noster qui loquitur in singulari interesse propter affectionem, Bar.post antiquos pro solutione dicebat infra in.2.col.quod interesse affectionis singulare non cadit in genere neque in quantitate, sed bene cadit interesse utilitatis, ut affectio sumatur ab utilitate quæ potest causari, Et sequuntur communiter doctores, * Sed ista opinio non est perfecta, quia præsupponit quod interesse de quo in lege nostra est semper interesse utilitatis, quod ego supra reprobaui in rubrica determinando quod omne interesse singulare est affectionis & utilitatis simul, & affectio est causa condemnationis, & in l.numis.affectio sumitur ab utilitate pecuniaria, licet non sumatur a qualitatibus ipsorum numorum, quamuis aliter uideantur declarare ibi communiter doctores. Quare Decius pro solutione coactus est dicere ꝙ uersi. tancimus non loquitur de interesse singulari sed de interesse communi in quo non requiritur affectio, Et sic procedunt exempla, Sed hæc opinio sæpius reprobata fuit, quia textus necessario loquitur de taxatione interesse singularis, Esset enim incogruum quod interesse uerum restringeretur ad duplum communis estimationis rei minimæ, ut in casu legis Iulianus.ff. de actio.empti. Minus etiam congruum esset quod restringeretur estimatio quanti plurimi, cum talis excessus

ſus ita de raro decideret dubitationis antiquæ, quaſi nunquam eueniſſent & non meruiſſent deciſionem nouam particularem, Et parũ fructuoſa eſſet lex noſtra, Et cum in utroque caſu eſtimatio communis intereſſe faciliter fieri poſſit, cum omnis ualor rei faciliter appareat, nec eſſent conſona uerba legis, quæ uolunt ex machinationibus intereſſe antiquitus conſideratũ fuiſſe, ut infra dicam.

47 Quare † ego puto aliter defenſari poſſe communem ſententiam & expoſitionem gloſæ ab hac obiectione, quia licet in genere generaliſſimo non poſſit cadere affictio, tamen in genere ſubalterno cadere poteſt, ut ſiquis promiſit centum cados olei ex illo olīueto, & centum cados uini ex illo fundo, arg. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerbo. oblig. uel unum ſeruum de certa natione, uel unum equum de certo loco, arg. l. ſed & ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de ædili. edicto. In iſtis enim caſibus in genere affectio maxima conſiderari poteſt, & ſic exempla ſunt bona etiam quod textus loquatur de intereſſe ſingulari, reſtringendo tamẽ ad genus ſubalternum, ſed in genere generaliſſimo male loquitur, & communiter doctores tenentes gloſam non bene dicunt, quia promiſſio generis dicitur eſſe incerta in qua non poteſt conſiderari intereſſe ſingulare, & ita remanet defenſata glo. ab iſtis obiectionibus in exemplis ſuis.

Sed ſubintrat difficultas alia ineſtricabilis, qui ſint caſus certi uel incerti quantum ad l. noſtrã, ut ſciamus in quibus caſibus reſtringatur intereſſe ad duplum, & in quibus caſibus totum exigi poſſit, Et in hoc puncto uariauerunt doctores quod tot ſunt opiniones quo capita, Nec adhuc inuenta eſt opinio quæ ualeat quietare animum, Bart. autem hic refert ſex opiniones quas reprobat, Et prima fuit gloſæ conſtituentis duo capita, unum caput incertitudinis, & aliud certitudinis, ſub capite certitudinis compræhendit tria. ſ. certam ſummam, & certam ſpeciem propter uerbum quãtitatem, & hominem in genere propter uerbum naturam, Et in capite incertitudinis compræhendit promiſſionem factorum, per l. ubi autem non apparet. §. qui id quod. ff. de uerb. oblig. & ideo. §. ſancimus intelligit in exemplis contentis ſub capite certitudinis, & uerſic. in aliis intelligit in promiſſione factorum, ut in illo ſolo caſu intereſſe totum exigi poſſit, Hãc opinionem ſequutus fuit Innoc. in c. ſacro. de ſenten. excom. colum. 3. & ibi * communiter Cano. & Hoſtien. in ſumma de ſenten. §. quis ſit effectus. uerſi. aliud ſingulare. Specu. in titu. de fruc. & inter. §. uiſo uerſi. hoc autem. Io. Fab. hic. & Alber. colu. 8. & moderni Andega. in ſuo tracta. de eo quod intereſt. fol. 158. dicentes hanc eſſe communem opinionem, a qua durum eſſet in iudicando recedere, Et eam ſequutus fuit filius gloſatoris ut hic per Bar.

48 Iac. tamen † de Raue. Cinus & Alb. dum audiret gratia honoris Accurſii Filium inſurrexit contra hanc opinionem, & fuit oppoſitio quæ turbauit totum mundũ, ipſe enim approbabat exẽpla poſita per gloſam in capite certitudinis, Sed reprobauit exempla poſita in capite incertitudinis, intendens quod omnes promiſſiones factorum non ſunt incertæ, Sed aliquãdo ſunt certæ, & aliquæ promiſſiones factorum debent etiã collocari ſub capite certitudinis, & in uerſi. in aliis. Et argumentabatur hoc modo, in contractu uenditionis promiſſio eſt certa per iſtum textum, ſed in uenditione uenit factum. l. ex empto. & l. 1. ff. de actio. empt. & l. ſi ita ſtipulatus. de uſuris. ergo promiſſio facti eſt certa, & per conſequens falſa opinio quod omnia facta ſint incerta, & contineantur in §. in aliis.

49 Et quia † huic arg. fran. Accur. non bene reſpondit, Ideo Iac. de Raue. diſceſſit a glo. in hoc capite incertitudinis. & poſuit ſuam opinionem in factis, conſiderãdo ea etiam certa, & dicens. Illi ſunt caſus certi in quibus continetur factum habẽs intereſſe commune, hoc eſt quod ualeat tantum penes unum quantum penes alium, ut ſcribere librum, facere domũ, pingere tabulam, uel pingere ſcaccherium, Nam iſta facta tantum ualent penes unum quantum penes alium, & penes quemcunque æqualiter eſtimantur, Illi uero ſunt caſus incerti in quibus eſtimatur factum quod non habet intereſſe commune, ut ire pro aliquo Romam, Nã propter negotia uaria plus ualebit iſtud ire Romam pro uno quam pro alio, nec reperiretur faciliter æqualitas intereſſe ex inobſeruantia iſtius pacti, & ita reſtringit caput incertitudinis ad factum quod non habet eſtimationem communem, & per conſequens etiã uerſi. in aliis loquitur ut in tantum eis ſoluatur totum intereſſe, Iſtam opinionem repræhendunt communiter doctores, primo, quia eſt ſine lege, Secundo quia laborat eodem morbo, Nam poſſibile eſt quod in contractu locationis ſit factum quod non recipit eſtimationem communem, ut ſiquis locat operas pro eundo, Hoc enim factum eſt incertum ſecundum eum, Ergo & contractus locationis, quod eſt contra textum noſtrum, Et ultra doctores iſta opinio non eſt uera, quia non conuenit literæ, cum uerſi. ſancimus loquatur de intereſſe ſingulari, & uerſi. in aliis, de intereſſe uero. Ergo fortius facta incerta deberent compræhendi in primo caſu quam in ſecundo, & ſic totum econtra, cum intereſſe commune totum ſoluatur, & intereſſe ſingulare reſtringatur.

Ideo Pet. recedendo a glo. in capite incertitudinis, dum uolebat omnia facta eſſe incerta, quia oppoſ. Iacobi de rauena de contractu uenditionis negabat, Poſuit tertiam opinionem, quæ eſt, quod illi caſus ſunt certi in quibus continetur factum, cum obligatione mutua ab utraque parte, ut in uenditione & locatione, Nam factum propter relationem ad pretium certificatur, Illi uero ſunt caſus incerti in quibus continetur facti obligatio ſimplex, ut ſiquis per ſtipulationem promiſit ire Romam. l. Labeo. lib. 1. ff. de uerbo. ſignifica. Et ita reſtringebat caput incertitudinis poſitum a glo. ad ꝓmiſſionem facti per contractum ſimplicem, & hoc ſolo caſu uolebat intereſſe in totum exigi. Hanc opinionẽ repræhendit Bar. quia poteſt eſſe obligatio mutua ad factum, Et tamen erit incerta, ut ſiquis promiſit ire ꝓ me Romam, Et ego pro eo epheſum. Præterea ex alio mihi non ſatiſfacit, quia dato quod milies ſit obligatio mutua, factum quod ſui natura incertum eſt non põt certificari ex delatione ad pretium, Cum pretium non ſit ſemper uera eſtimatio facti, Et certitudo non ſumatur ex pretio. cum alias omnia facta certa eſſent, Et factorum arbitrio boni uiri pretium ſemper ſit certum, Et per hanc meam impugnationem tollitur defenſio data hic ꝑ Salic. & moder. in l. quatenus. ff. de regu. iur. nu. 39. Cum licet ſuccedat obligatio ad intereſſe, tamẽ non poteſt dici quod in ſe factum dicatur certum.

50 Quare † Nico. de matar. recedendo ſimiliter a glo. in capite incertitudinis, uolebat omnia facta incerta eſſe, cui opinioni obſtabat oppoſitio Iacobi de Rauenna, quod contractus uenditionis ſit certus, & tamen uenit factum tradendi, Et dicebat quod illi ſunt caſus certi in quibus uenit factum in obligatione prima ſed non intereſſe ab initio, Sed poſtea propter moram ſuccedit. l. ſi quis ab alio. ff. de re iudic. illi uero ſunt caſus incerti in quibus propter factum ab initio debetur intereſſe, ut in iniuria lata & damno dato, Nam incontinẽti quis tenetur ad intereſſe quod incertum eſt, Hanc opinionem repræhendit Bar. quia ubi non eſt ſimplum ibi non poteſt eſſe duplum, argu. l. in teſtamento. ff. de condit. & demonſt. ſed ubi debetur factum illud ſimplum non eſt certum quia facta ſunt incerta, Ergo non poteſt eſſe duplum, Et ſic in caſu uerſi. ſancimus non poteſt eſſe obligatio facti ut intereſſe certificetur ad factum quod ex ſe incertum eſt, Sed hæc repræhenſio Bart. parum ſtringit, quia licet factum ſit incertum, tamen

men estimatio communis illius facti potest esse certa arbitrio boni uiri, ut quotidie faciunt fabricatores qui stipulantur certam pecuniam pro cōstructione domus uel scriptor pro scriptura, uel pictor pro pictura, Et si oet istud pretium conuentum nō sit uerā estimatio rei, tamen per arbitrium boni uiri reperiri potest, sicut dicitur de aliis rebus in l. 1. de actio. empti. Et sic reperietur simplum certum ex quo poterit fieri duplum, sicut in aliis rebus, In quibus licet estimatio communis non appareat, tamen faciliter potest inueniri, Et ideo dixit ipse Barto. in fi. colum. quod agens debet articulari communem estimationem & estimationem affectionis ut interesse singulare posiit restringi per simplū certum, Et sic certum est semper simplum ubicunque potest inueniri estimatio communis, Vnde moderni in d. l. quatenus reprehendunt ex alio, sed eorum reprehensio non est ad propositum, quia referunt dictum Nico. econtrario quam faciat Bar. Ideo nouissimi Biturigenses reprehēdunt ex alio, quia in iniuria non petitur dānum pro interesse sed pro pœna. Quod dictum nihil est, quia licet petatur ut pœna, tamen in hac pœna continetur interesse, Et simile est in l. aquilia quæ pœnalis est, tamen continet interesse. §. hanc autem. institut. de. l. aquil.

Sed ego puto ex alio non procedere opinionem Nicolai, quia si ab initio debetur interesse est in rerum natura, ergo magis certum est. l. Hæc uenditio. §. huiusmodi. ff. de contrahen. emptio. Ibi enim magis ignoratur quanti corpus sit quam quod rerum natura incertū sit. Et quando interesse non est natum, casus est magis incertus, quia ignoratur quod soluēdum est, ergo primus casus debet esse magis certus. Item in iniuria interesse singulare attenditur, quia estimatur secundum affectionem iniuriati. §. pœna. institut. de iniur. Et forte propter hanc rationem moderni declarauerunt opinionem Nicolai in casu econuerso, Quæ etiam declaratio non est bona, quia est contra textum in uerb. sancimus, ubi est contractus uenditionis certus, & tamen interesse non est natum ab initio, sed postea ex mora nascitur.

Vnde nullo modo sustineri potest. Præterea sequeretur quod omnis promissio facti esset certa, cum ab initio interesse sit in obligatione, quod est contra legē stipulationum. & l. stipulationes. ff. de uerbo. obligat. Ideo Iacobus de Arena tenebat glo. in capite incertitudinis, licet non responderet ad obiectionem Iacobi de Rauenna. Sed oppugnauit in alio capite certitudinis, dum uolebat promissionem hominis in genere contineri in casibus certis. & in uer. sancimus. Cum aliàs interesse affectionis haberet locum in promissione generis, Quod non potest stare, quia in homine in genere propter incertitudinem non cadit affectio. Ideo ipse in capite certitudinis ponebat aliam distinctionem considerando quod res aliquando habent fines a natura, aliquando destinatione hominis. l. quod in rerum. §. 1. ff. de lega. 1. Et quando habent fines destinatione hominis, tunc dicantur casus habere certam qualitatem, Et quando habent fines a natura, dicantur habere certam naturam, Et propterea sub capite certitudinis continebat certam summam, & certam speciem, & promissionem hominis in genere ponebat in capite incertitudinis, Sed Bar. reprehendit, quia in promissione hominis in genere potest esse affectio, quia debetur homo mediocris. l. legato generaliter. ff. de lega. 1. & sic potest contineri in capite certitudinis. Quæ reprehensio non est perfecta, Et dicendum est ut supra, quod in genere subalterno cadit affectio, & opinio Iacobi de arena potest sustineri in promissione generis generalissimi, Tamen quantum ad distinctionem, an res habeat fines a natura uel homine, non potest procedere, quia differentia quantitatis a speciebus ex alio sumitur. l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. Ideo exempla glo. sunt tenenda restringendo ad hominem promissum in genere subalterno,

Videns ergo Cinus tot reprobationes non subsistere, adhæsit in totum distinctioni glo. cum una limitatione in capite incertitudinis, Dicens quod omnia facta sunt incerta quæ habent tractum successiuum, & quando explicantur unico momento sunt certa, & ita saluat glo. ab obiectio. de contractu uenditionis, quia ibi uenit factum unico momento expediendum, Sed istam opinionem reprehendunt moderni in d. l. quatenus quia in contractu uenditionis ire pro me Romā potest per pactum cōueniri, quod pactum est pars pretii. l. fundi partem. ff. de contrahenda emptione. & tamen contractus uenditionis certus est per textum nostrum. Item potest uendi iactus retis. l. si iactum. ff. de contrahen. emptio. Et tamen est factum penitus incertum.

51 Sextam † propterea posuit Barto. opinionem nō multum discrepantem ab opinione Pet. Videlicet quod illi sint casus certi in quibus apponitur promissio facti, Certificanda saltem per relationem ad aliud, ut in contractu uenditionis & locationis factum saltem certificatur per pretium uel mercedem appositam, Illi uero sunt casus incerti in quibus est promissio facti non certificanda per relationem ad aliud, ut qui promisit simplex factum, uel cum mutua obligatione alterius facti, Et ideo in contractu uenditionis factum est certum, In cōtractu uero stipulationis incertum est, Istam opinionem Barto. reprehendunt moderni in l. quatenus, quia præsupponit, si promisit ire Romam ut pro me scribas librum, quo casu est contractus facio ut facias, quod contractus est incertus, quod est falsum, Nam in istis contractibus non potest dici de certitudine antequam quis impleat ex parte sua, quia obligatio non nascitur, & casu quo implementum sequutum sit, tunc cōpetit actio ad expensas factas in implemento & damna, ut est text. in l. naturalis. § quod si facio. ff. de præscript. uer. Illæ autem expensæ & damna sunt certa, & sic obligatio est certa, Igitur non est uerum quod promissio facti sit incerta quando non habetur relatio ad pecuniam. Sed ab ista obiectione posset defendi Barto. quia licet succedat obligatio ad expensas aduersarii propter inobseruantiam, tamen negari non potest quin factum sit incertum, & illud quod obseruandum erat non sit incertum, Cum non sit certificatū per pretium uel aliquod adiunctum, Vnde semper remanebit incertum, Sed ex alio reprehendit Curt. dicens quod licet in facti promissione sit certificatio pecuniæ, tamen illa pecunia non est interesse, ut si promisi facere domum pro centum, illa centum non sunt interesse merum, sed interesse est illud quod nascitur propter inobseruantiam, ut quia merces meæ fuerunt surreptæ, uel uinum corruptum, uel suppellex ab inimicis deuastata, Et sic propter pecuniam non resultat certitudo aliqua ad interesse, Quare ipse tenet opinionem Nicolai ut hic per eum, Sed nec reprehensio nec opinio sua mihi satisfacit, Nam reprehendit Barto. quod certum non sit interesse, quod non ignorauit Bar. nec præsupponit quod pretium sit interesse, quia non posset esse aliud quam pretium conuentum, quod non intendit Bar. cum loquatur de interesse communi & singulari, Item præsupponit quod certitudo interesse faciat casum certum, Nam certitudo interesse non reddit casum certum, ut patet in uers. in aliis, ibi, damnum uerū apparere poterit, & tamen erit in casibus incertis. Interesse enim certum est in rerū natura, licet apud nos incertum sit. d. l. nec uenditio. § huiusmodi. ff. de contra. emptio. Et ideo certitudo consideratur ex natura ipsius rei, non autem ex interesse quod sequitur. Nā certitudo uel incertitudo consideratur propter interesse soluendum, Ergo ipsa res non certificabitur per interesse, & iis motiuis reprobatur etiam opinio data per modernos. Opinio autem Cur. supra reprobata fuit cū opinione Nicolai.

Nec ualet defensio data per Curti. quia decipitur in terminis, præsupponendo quod in obligatione facti ab initio interesse sit in obligatione, quod est falsum ut not. in d. l. stipulationes. ff. de uerbo. obligat. Licet tamen opinio Barto. ab istis defendi posset, nihilominus ex alio mihi non satisfacit, quia certitudo facti non sumitur ex appositione pretii, cum alias omnia facta essent certa, contra legem ubi autem non apparet. §. qui id quod. ff. de uerbo. obliga. Facta enim omnia pretiũ recipere possunt arbitrio boni uiri, cum periti possint experientia sua determinare quod pretium conueniat pro factura alicuius facti antequam sit factum, ut docet experientia, Et sic certitudo communis ualoris poterit esse in factis sicut in speciebus. l. 1. ff. de contrahen. emptio. Vnde tenendo opinionem Barto. necesse esset fateri quod debitor speciei non apposito pretio sit debitor rei incertæ, uel necesse est dicere quod debitor facti sit debitor certus, Confirmatur etiam, quia si quis uendat rem in genere, licet millies apponatur pretiũ, per hoc non erit debitor certus magis propter appositionem pretii quam sit non apposito pretio, & ita illud quod debetur incertum est per uenditionem sicut per legatum. l. cum incertus. ff. de lega. 1. & l. sæpe. §. in iis. ff. de contra. emption. & l. si iactum retis eodem titu. Et idem potest dici de seruitutibus uenditis, Nam licet apponatur pretium, per hoc seruitutes non sunt certæ quæ sui natura incertæ sunt, per Alcia. in fin. cap. quod sequitur. Item sequeretur quod facta quæ ueniunt in aliis contractibus essent incerta, ut in commodato & deposito in quibus uenit rei restitutio. Bald. autem hic colum. 3. & 4. uariauit plusquam alii, & finaliter uidetur tenere opinionem Barto. in uersi. tu dic. Volens quod ubi est certitudo in utroque extremo uel in uno tantũ, contractus habeant certam naturam. Cum pars incerta declaretur per certam. Sed postea semetipsum turbat exponendo suam mentem, quia dicit quod illæ res quæ uendi nec locari possunt uel ad proportionem deduci non sunt certæ sed incertæ, quæ autem sint istæ non declarat, Et ideo præsupponit quod facta sint certa, cum uendi uel locari possint, & in effectu nulla est opinio sua. Igneus autem in d. l. quatenus finaliter tenet opinio Pet. distinguendo inter contractus ultro citroque obligatorios, & simplices contractus, Cum in contractibus reciprocis si factum promittatur certificatur per relationem ad pretium, Sed tamen quia ista opinio nihil noui affert, non est curandum de ea.

52 Et ideo † Alciat. aliam nouam quæ est septima excogitauit, dicens illos esse contractus certos qui continent aliquid quod statim probari potest, illud uero incertum esse quod incontinenti probari non potest, & hanc opinionem clarius posuit in l. certum. ff. si cer. peta. Interesse autem in facto cõsistit. l. quatenus. ff. de regu. iur. Ideo non potest incontinenti probari, merito dicetur esse incertum, Et ad propositum facta sunt incerta quando simpliciter promittuntur, quia interesse quod subsequitur incertum est, & statim probari non potest, Pacta autem apposita in emptione & locatione certa sunt, quia propter appositionẽ pretii statim probari possunt, cum semper illud interesse de pretio in promptu sit, & debeatur, ut in pacto de eundo Romã si pretium appositum sit. Certitudo enim uel incertitudo secundum eum non consideratur ratione rei contẽtæ in obligatione quæ sit uel non sit certa uel incerta, sed ratione probationis, an statim probari possit uel non possit interesse proueniens ex re. Istam opini. Alci. sequitur Cantianus in tractatu de eo quod interest, c. 2. Et Equinus in tractatu de diuid. lib. 4. capit. 4. Sed Loriotus in l. quatenus. colum. 17. ex multis repræhendit, & etiam repræhendunt latissime nouissimi Biturigenses hic, non tamen sine suspitione emulationis, nã sequeretur secundum eos quod omnes contractus de mundo essent incerti quando testes non essent præsentes, & pars negaret negotium ita fuisse, quod quam sit absurdum omnibus patet.

Sed ex alio mihi non satisfacit, Nam hæc opinio in terminis est contra textum in l. nec uenditio. §. huiusmodi. ff. de contrahen. emption. Ibi enim magis ignoratur quanti emptus sit quam in ueritate incertum sit. Præterea aduertendum est quia aut ista probatio facta fuit circa actus apparentiam, aut circa ualorem rei, Si est circa actus apparentiam, sequitur quod ubicunque testes possunt examinari quod statim factum est certum, Et quando promittitur species, si testes sunt in longinquo, contractus est incertus, Et sic certitudo uel incertitudo mutaretur ex extraneo accidenti, contra tex. in l. 2. §. ex iis. ff. de uerb. oblig. Si uero consideratur probatio circa substãtiam rei, sequitur quod nullum factum est certum, quamuis millies sit in contractu uenditionis, Nam illud quod in rerum natura non est, statim probari non potest, Si uero cõsideratur pretium rei, ita quod per pretium res sit certa, sequitur quod ubicunque aliquid debetur sine reciproca obligatione illud est incertum etiam ꝗ sit species uel certa quantitas, quia quantum sit pretiũ & interesse proueniens ex ea statim probari non potest, cum non sit appositum in contractu, quod est absurdissimum, & contra l. certum. ff. si cert. petat. Item sequitur quod res quæ non sit in præsentia non potest promitti quia non potest probari, Et uere ista expositio somnium est, & merito nouissimi irrident, Et etiã in illa parte quæ sit certa natura, Et ponit hanc suam opinionem in §. subsequitur. colum. 2. circa medium.

Fumeus uero in tractatu suo de eo quod interest in capite quarto per duas columnas ponit suam opinionem, demonstrans uelle euitare superfluitatem & uelle recedere ab omnibus, & a glo. in utroque capite, & dicit quod sub uerbo quantitatis ponitur certa summa & certa species, quia quantitas dicitur cum quid quale & quantum sit appareat, Sed quid ueniat sub uerbo natura, multum insistit præsupponendo quod contractus habent substantiam legem & naturam, & alia est natura in contractibus bonæfidei, & alia stricti iuris, tamen dicit hic non agi de natura contractus, sed de natura unius cuiusque rei, Et sub hoc uerbo certam naturam, uult compræhendi iura deducta in cõtractu, seu aliud quid uis quod quale quantumque sit appareat, intendens Iustinianus cõpræhendere sub iis uerbis omnia quæ apparere possunt qualia & quanta sint, In capite uero incertorum ipse collocat omnia facta, non constituendo differentiam in quo contractu deducantur, Et ita in effectu tenet distinctionem glo. quamuis uideatur multum desiderare uelle ab omnibus discrepare, Sed quia non respondet contrariis adductis per doctores contra glo. omnes istæ suæ & ornatæ subtilitates in fumum reducuntur.

Loriotus uero in d. l. quatenus. colum. 18. dicit quod casus certi sunt quando promittitur species certa, uel quantitas cum certo numero, & estimatio rei per relationem ad eam. l. pretia rerum. ff. ad l. falcid. Sed interesse semper est incertum, quia in facto consistit referendo ad personam, ideo certificatur & determinatur per Iustinianum hic usque ad duplũ estimationis rei, Obligationes uero quæ in faciendo consistunt sunt incertæ, quia ætas & tempus quotidie facta ipsa mutare potest. l. si non sortem. §. libertus. ff. de cõdic. indebiti. & idẽ in obligatione rẽ restitui, & infinitis aliis exẽplis factorum per ipsum enumeratis, Et postea col. 22. dicit quod Iustinianus uult in maleficiis totum interesse exigi, & quod solum distinctionem casuum certorum & incertorum facit de contractibus continentibus facta uel res ipsas sine interuentu delicti, Vnde si delictũ principaliter uenit uel in consequentiam ex cõtractu, ut si cõmittitur dolus in non parendo, uel in male tradendo, uel alio modo delinquẽdo, totũ interesse debetur,

tur, & non restringitur nisi quando est obligatio ex cō tractu, non delicto, quia tex. solum exemplificat de cō tractibus. sed hæc opinio est falsa, quia si tantum. §. sancimus loqueretur de contractibus, non posuisset uerbum generale in casibus, sed posuisset contractibus, ut hic dicit glo. & omnes alii. Et esset ualde absurdum ꝙ singulare interesse fundatum in affectione in totum exigeretur contra illa uerba ex quibusdam machinationibus, & redderetur ista lex nimis particularis, & raro reperiretur ista lex utilis, cum raro eueniat quod singulare interesse exigatur extra iuramentum in litem, Et non est credendum quod pro casu infrequenti facta fuisset ista lex. argum. l. nam ad ea. ff. de legib. Cagnolus etiam hic nu. 76. & 77. sæpius dicit somnia esse doctorum de natura contractus uel natura naturata, Et finaliter nu. 79. concludit casus esse certos quando continetur in promissione certū quid quod est taliter certificatum ut incontinenti possit duplicari, & illi sint casus incerti quando illud quod promittitur non est taliter certificatum quod possit duplari, sed postea quæ sint exempla non aperit nec declarat, Et in effectu reincidit in opinionem Alciati qui considerabat hoc accidens ꝙ possit incontinenti probari & ita esset certitudo ab initio quæ posset duplicari. Sed hæc opinio confunditur per. l. qui restituere. §. si. ff. de rei uendicat. ubi ab initio non est certitudo, & tamen iuratur in litem affectionis, & hic restringitur ad duplum, & sic nec ipsa aliquid boni affert.

53 Ex quibus † apparet articulum pene insolubilem esse, Et hucusque nullam bonam interpretationem tradi tam fuisse, Nec posse tradi, Quia si consideratur naturalis sensus uerborum, nulla decisio inueniri poterit quę non sit plena absurditatibus, Nam planus sensus est ꝙ ubicunque quis tenetur ad quātitatem uel speciem uel genus subalternum ex contractu uel delicto quod tūc non potest condemnari ultra duplum estimationis rei ad interesse commune uel singulare intra rem uel extra rem & semper, Ergo sequitur quod in casu. l. Iulianus. in princ. & l. tenetur. §. qui uas. ff. de action. empt. & l. uenditor hæreditatis. ff. de euiction. & l. inde Neratius. ff. ad l. aquil. & l. liber. homo. §. fina. ff. de uerbo. obligatio. & l. Iulianus. §. fin. cum tribus sequentibus. ff. ad exhiben. quod quis non tenetur ultra triplicatum pretium rei principalis quamuis damnum sit in milulum plus, Quod omnibus apparet absurdum, & quod tot iura sine ratione corrigantur. Eadem absurditas militat si intelligatur uersic. sancimus quod restringat interesse commune tantum uel interesse singulare respectu conditionis personæ, ut in l. locum. §. condemnatio. ff. de tabul. exhiben. & l. 3. §. pen. ff. de liber. homine exhib. cum glos. Si uero intelligitur quod loquatur de interesse singulari respectu affectionis, tunc infertur quod interesse singulare debetur in omnibus casibus certis in quibus quis obligatur uel ex contractu uel delicto, quod plusquam absurdum est, cum interesse singulare non debeatur nisi interueniat dolus in nō parendo, ut no. in l. in actionibus. ff. de in litem iur. & l. 2. eo. titu. etiam si agatur ad restituendum. Cum si agatur ad dandum, nunquam siue cum dolo & sine dolo exigatur. d. l. in actionibus. §. plane. & l. sequenti. ubi dixi plene declarando ultra alios. Item lex ista esset ampliatiua contra mentem literæ, Item præsupponeretur quod emptor non tradens pretium, & locator mercedem, teneatur ad interesse singulare, quod est contra. l. fina. ff. de pericu. & commo. rei uenditæ. Item infertur in nummis cadere singulare interesse, contra. l. nummis. ff. de in litem iura. Similiter infertur quod in obligationibus facti incertis non est singulare interesse, quod est contra. l. quarta. §. sed & si quis. cum gloss. ff. finium regund. & totam materiam actionis ad exhibendum. & l. locum. §. condemnatio. ff. de tab. exhib. & l. quod & lex. §. penul. ff. de liber. exhib. secundum unum intellectum.

54 Similiter † in uersi. in aliis, sequendo naturalem sensum literæ, deciditur in casibus incertis. i. quando incertum debetur totum interesse exigi posse, Et Ideo infertur, quod si quis tenetur præstare patientiam in locatione per stipulationem uel ex alio contractu semper tenetur ad interesse extra rem, & sic interesse extra rem semper debetur, contra. l. si sterilis. §. cum per uenditorem. ff. de action. empt. & l. Titius. ff. de actio. empt. in fine. cum l. seq. Et alias ista lex esset ampliatiua augendo petitionem interesse extra rem, quod est contra intentionem sumptam ex eius prohemio, Igitur necessario in intellectu istius legis oportet recurrere ad coniecturas, & eam interpretari & restringere ut tollantur absurditates, iuxta. l. in ambiguis. ff. de rebus dub. & l. quotiens idem sermo. & l. quotiens nihil. ff. de regu. iur. & ibi Decius & Cagnol. ubi quando nihil sine captione inuestigari potest eligendum est illud quod minimum habeat iniquitatis, quæ regula in nullo loco magis necessaria est quam in hac lege, Igitur primo restringenda est ut §. sancimus loquatur de interesse singulari tantum, quia minus iniquitatis est quod interesse immaginatum restringatur quam interesse uerum & tot iura remaneant incorrecta, Et suadet ratio, ne ex quibusdam machinationibus, & quia in uersicu. in aliis, dicitur de damno re uera dato, ergo in uersi. sancimus, non est damnum uerum, & per consequens est affectionis. Et si restringimus. d. §. sancimus ad interesse singulare affectionis, prout est necessariū ut dixi, apparet quod hoc solum, an sint casus certi uel incerti, non tollit difficultatem, quia & si milies appareat qui sint casus incerti & certi, tamen non procedit semper text. cum interesse singulare non debeatur ex omnibus casibus certis, sed solum si agitur ad restituendum, neque semper, sed solum quando committitur dolus in non parendo, ut not. in d. l. in actionibus. Igitur etiam oportet dicere quod præsupponatur non semper in casibus certis restringendum esse interesse, quia cum interesse singulare in d. casibus non semper debeatur, ut nota. in d. l. in actionibus. immo raro debeatur, oportet etiam restringere d. casus certos ad qualitatem requisitam, ut possit deberi singulare interesse, quod est quando agitur ad restituendum uere uel ficte secundum ueras regulas positas in dict. l. in actionibus. Et præsuppositum doctorum redditur falsum quod contractus uenditionis & locationis semper contineat casus certos, cum alias sequeretur quod omnes contractus semper essent certi, contra not. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerbor. obligationi. Et intentio Imperatoris fuit compræhendere omnes species contractuum sed non omnia indiuidua, & per consequens uidetur uana & friuola argumentatio doctor. contra distinctionem glo. Qua propter non est absurdum restringere textum ad singulare interesse, & ut uelit compræhendere tantum casus certos quando debetur singulare interesse; quia si non debetur, non conueniunt uerba, ergo non conuenit dispositio. l. quod constitutum. ff. de milit. testam. & l. quarta. §. totiens. ff. de damn. infect. Item hanc restrictionem suadent uerba in fi. quia ex eo quod ueteres statuerūt, & erit sensus; quod interesse singulare non excedit duplum pretii rei quotiescunque de iure ueteri deberi potest singulare interesse in casibus certis, Nec obstat ꝙ tex. in uer. in aliis. solum loquatur de interesse communi, quod alia ratione respectu conditionis personę potest dici singulare, quia si intelligeretur de singulari respectu affectionis eueniret ꝙ machinationibus non esset subuentum, cum faciliter per testes posset probare affectiones immoderatas, & tūc nō exigeretur damnum re uera ut requirit textus, Item restrictio non fieret de interesse, sed differentia induceretur in modo probandi, & remanerent prolixitates antiquæ, Quare

sequitur aliud quod per casus incertos non oportet cõ præhendere casus habentes plenam incertitudinem, quia etiam quod sint certi, & in eis contingat quod de beatur interesse commune, tamen totum exigi poterit, Similiter si accidat quod in casibus prædictis non ueniat interesse extra rem tam in lucro quam in damno, oportebit dicere quod interesse non debeatur, iuxta. l. si sterilis. §. cum per uenditorem, quamuis tex. contrarium innuat, Sed erit probabile propter illa, quia ex eo quod ueteres statuerũt, & quia alias lex esset ampliatiua, non restrictiua, contra intentionem sumptã ex prohemio, iuxta. l. fi. ff. de hæred. instit. & alia uerba legis demonstrantia restrictionem. arg. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. & l. quod fauore. ff. de leg. Quamobrem reuertendo ad q. qui sint casus certi, in qua laborauerunt omnes doctor. oportebit non multum insistere in naturali significatione uerborum, Sed l. interpretari ut minus iniquitatis contineat & literam adaptare ut in §. sancimus. illa uerba certam quantitatem uel naturam, inferant casus in quibus possit deberi & exigi singulare interesse affectionis, & in uersi. in aliis, uerba interpretari ut inferant casus in quibus interesse commune intrinsecũ uel extrinsecũ deberi & exigi possit.

55 Item† aduertendum est, quia doctores solummodo laborant circa factum contentum in contractu locationis & uenditionis, & non dicunt aliquid de facto contento in contractu depositi uel commodati, in quibus uenit rei restitutio, nec in obligatione facti quæ uenit ex lege, ut in eo qui rem alienam possidet, & eam tenetur restituere. l. qui restituere. ff. de rei uendica. nec in eo qui rem ex dolo uel metu habitam tenetur restituere. l. arbitrio. ff. de dol. & l. semper. §. in hoc interdicto. ff. quod ui aut clam. & in l. penul. §. in eum. ff. ne quis eũ qui in ius uoc. est ui eximat. secundum intellectum cõmunem, & l. 4. §. si quis. ff. finium regundorum. de quorum intellectu dixi ultra alios in d. l. in actionibus. In istis enim actibus magna est dubitatio, an dicantur casus certi uel incerti, cum in eis ueniat interesse singulare, & iuretur in litem secundum affectionem. d. l. qui restituere. ff. de rei uendica. & l. arbitrio. de dol. & nota. plene in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. Et secundum intelligentiam doctorum hic in dictis casibus non haberet locum iuramentum in litem affectionis, cum sint casus incerti, Et ideo esset necesse quod interesse deberet probari per testes, per textum nostrum ibi, damnum q̃ reuera apparet, & sic secundum eos corrigeretur lex qui restituere. & d. l. arbitrio. & totus titulus. ff. de in lit. iur. ut non tantum restringeretur ad duplũ sed nullo modo posset habere locum, cum semper interesse deberet probari per testes, Quod est ualde inconueniens, & non admittendum, tum quia euitandæ sint legũ correctiones, iuxta no. in autẽ quas action. C. de sacrosan. eccles. tum etiam quia nulla ratio patitur quod in contractu uenditionis & locationis iuramentum debeat præstari, In actionibus uero in rem & in contractu depositi uel commodati non præstetur, Et magis rationabiliter deberet puniri morosus in contractu depositi uel commodati quam in aliis casibus, cum depositum sit ualde priuilegiatum in exactione, argumen. l. fina. supra deposi.

56 Quare† ultra alios puto dicendum, quod in istis omnibus casibus loquatur tex. in uersic. sancimus. & æqualiter in eis prouideat, Et sic omnes casus in quibus iuratur in litem ex causa affectionis, omnes illi casus cõpræhenduntur in eodem. §. Ita quod iuramentum in litem non sit correctum sed solum restrictum ut non excedat condemnatio duplum estimationis rei, Et ita puto tenendum, Quare ego puto casus certam quantitatẽ habentes uel certam naturam uel incertos alio modo considerandos esse quam ipsi faciunt, Illi enim casus habent certam quantitatem in quibus certa species cõtinetur uel res consistens in quantitate certificãda uel certificata per adiunctum, ut fundus, homo, Sticchus, uestis, centum aurei, qui sunt in illa archa, & uinum q̃ est in illa cella. l. plane. §. 1. ff. de lega. 1.

57 Illi uero casus† habent certam naturã in quibus debetur res in genere subalterno, ut centum corbes uini ex illo fundo, & centum cadi olei ex illo olíueto, uel seruus ex illa natione, argumen. l. in naue saufelli. ff. loca. & l quod si nolit. §. qui mãcipia. ff. de ædili. edic. Item omnia facta quæ principaliter non ueniunt in obligatione, sed deseruiunt rei deductæ in obligatione existente in rerum natura, ut in uenditione in qua uenit traditio rei, & locatione in qua uenit patientia locantis, & in actione de dolo & in deposito uel commodato in quo uenit rei restitutio. l. 1. ff. de actio. empti. & l. qui restituere. ff. de rei uẽdicaio. & l. arbitrio. ff. de dolo. & §. item is. & §. præterea. institu. quib. mod. re contra. obliga. & l. prima. §. primo & secundo. ff. de actio. & obliga. & l. quarta. §. si quis. ff. finium regundorũ. & l. penul. §. in eum. ff. ne quis eum. Et hac de causa dixi istos casus habere certam naturam, quia licet facta sint incerta, tamen propter adiunctum certificantur, tendunt enim ad ipsam rem in obligatione contentam, & si non fiant, interesse consideratur non respectu facti sed respectu rei existentis in rerum natura pro qua factum erat exequendum & quæ principaliter est in obligatione, Et facta ipsa non estimantur, sed ipsa res estimatur etiam secundum singularem affectionem. l. qui restituere. ff. de rei uendic. & no. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. Et sic merito non possunt appellari facta simpliciter sed secundum quid, & propter hoc ab ipsa re recipiunt certam naturam.

Illi uero dicuntur casus incerti in quibus promittitur res in genere generalissimo, uel promittuntur facta non restricta ad certam rem existentem in rerũ natura, sed ad aliquam rem futuram, ut scribere librum, facere domum, ire Romam, præstare operas, & tradere rem simpliciter, Ista enim facta sunt incerta ex se, & non certificantur propter rem fiendam, ita quod ipsa res estimari debeat uel communiter uel secundum affectionem, sed solum estimatur opera & factum ipsum, Vnde aliquam determinationem non recipiunt a re, sed tantum a se ipsis, Nec curo an sint deducta in contractu stipulationis uel emptionis uel locationis, Nam certificatio facti non fit per pecuniam appositam ut supra dixi, sed propter rem principaliter in obligatione existentem ad cuius seruitium principaliter fiunt, Nec obstat textus noster cum exemplificat de uenditione, quia non negat quod contractus uenditionis non possit esse incertus, sed solum compræhendit speciem uenditionis & aliorum contractuum, & non omnia indiuidua, idest cum illa qualitate quod in eis possit iurari in litem affectionis & habere locum interesse singulare ut supra dixi, Sed præsupponit in istis contractibus regulariter certitudinem esse, quia regulariter res non autem facta continentur in eis, argum. tex. & ibi no. in l. certi condictio. ff. si certum petatur. ibi, ex omni causa, & ex omni obligatione ex qua certum petitur.

Et ex prædictis ita concludi potest, aut rem dari est in obligatione, & tunc casus est certus si res sui natura certa est licet datio sit facti, Nam datio secundario uenit. l. ubi autem non apparet. §. fina. ff. de uerborum obligationib. nisi datio sit in persona alterius, quia tunc factum ipsum est in obligatione principali & non regulatur ab ipsa re. l. liber homo. §. fina. ff. de uerbor. obligationib. Si uero traditio sit in obligatione, & tunc res tradenda est certa & est in obligatione propter aliquam causam, ut in uenditione uel in obligatione sit rem restitui, ut in deposito uel in commodato, & eo qui per dolum uel metum rem habitam tenetur restituere, & etiam in actione in rem in qua est quædam grossa obligatio, iuxta no. in §. primo

mo institu. de actio. & tunc dicitur esse casus habens certam naturam, quia licet sit aliquid fiendum, attamẽ est fiendum ad seruitium alicuius rei certæ, Et si non fiat, non factum, sed ipsa res estimatur. d. l. qui restituẽ re. ff. de rei uendica. & dicitur quodammodo factum habens causam bonorum. argum. l. in conuentionalibus. & ibi nota. per Bar. ff. de uerbo. obligatio. Si uero traditio rei principaliter fit in obligatione, non respectu ipsius rei, sed respectu obligationis tantum, & tunc dicitur casus incertus. l. si rem tradi. ff. de uerbo. oblig. & not. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerbor. obliga. Et si non fiat, non estimatur res, sed possessio. l. si duo. §. fina. ff. uti posfidetis & dicetur infra cum glosa sequenti. Si uero in obligatione est rem fieri, & tunc indistincte dicitur esse casus incertus, cum factum ex se sit incertum, & non certificatur per aliud certum. Verumtamen, ut supra dixi, per declarationem prædictã per quam cognoscitur qui sint casus certi uel incerti, non est traditus perfectus intellectus ad legem istam, quia cum uersi. sancimus necessario intelligatur de interesse singulari ut illud solum restringatur, oportet subaudire ad tex. quod sint tales casus certi uel certam naturam habentes ut in eis ueniat singulare interesse, quod erit quando iurari potest in litem affectionis, Similiter per casus incertos debent compræhendi illi actus in quibus non potest iurari in litem affectionis, quia in eis non cadit affectio, uel si cadere potest, non interuenit contumacia in non parendo propter quam posfit iurari in litem affectionis & deberi singulare interesse, Et adaptanda est interpretatio potius ad id quod uerisimiliter uoluit dicere, quam ad id quod significant uerba.

58 Ex quibus† remanet expedita quinta quæstio principalis, scilicet in quibus casibus habeat locum interesse, Nam si loqueris de interesse conuento, & istud habet locum tantum in casibus in quibus de hoc fuit conuentio partium, Aut loqueris de interesse communi, & istud habet locum in omnibus casibus de mundo, Vide licet in testamentis, iudiciis, & contractibus, delictis, & omnibus actibus, sed non semper, quia non semper debetur commune interesse, ut infra dicam in alia quæstione principali. Interesse uero singulare habet locum in casibus in quibus estimatio affectionis cadere põt, siue simus in contractibus, siue delictis, siue iudiciis, siue testamentis, sed non semper, Nam si sunt casus incerti non debetur, quia uere affectio non consideratur, Si uero sunt casus certi, uel habentes certam naturam, & in istis regulaeiter habet locum, cum hac tamen qualitate, quod in illis posfit iurari in litem propter affectionem, quod tamen iuramentum taxatur usque ad duplum estimationis communis rei principalis, per textum nostrum.

Glosa in uerbo contractibus diuiditur in quinque partes, In prima supplet, In secunda quærit, In tertia opponit, In quarta ampliat, In quinta distinguit, In ea l. ibi, in princ. colligitur quod principium textus nostri loquitur in contractibus certis, non autem in contractibus incertis, quia debet illa uniuersalis intelligi de similibus, Sed Dec. dicit quod ista expositio non est necessaria, quia sequens uersi. dicit de casibus, non autem de contractibus. Quæ repræhensio mihi non satisfacit, cum sub generali nomine casuum continerentur contractus tam certi quam incerti, Et hic textus exemplificando de contractibus compræhenderet etiam casus incertos, nisi taxaretur, Quare expositio glosæ fuit bona ad declarationem, Nam apparet quod textus uoluit loqui tantum de contractibus certis, dũ dixit, certam naturam uel qualitatem.

59 Dicas igitur† quod textus compræhendit omnes casus & omnes contractus in quibus est certitudo aliqua per se uel per relationem ad aliud secundum quod supra declaraui. Contractus autem uel casus incertos nõ compræhendit. In ea glosa ibi in contractibus bonæ fidei, dic quod sine dubio glosa bene loquitur quando contractus sunt certi ex se uel propter aliud, cum in ipsis iuretur in litem propter affectionem. d. l. in actionibus & cõuenienter tale interesse singulare taxari de-

60 bet per textum nostrum; †In ea ibi, in arbitrariis, colligitur quod textus noster loquitur etiam de actionibus arbitrariis, & bene loquitur, dummodo iuretur in litẽ propter affectionem, sed si iuraretur in litem de ueritate tantum, ut no. per Bar. in d. l. in actionibus. §. fi. tunc non procederet textus noster, quia illud iuramentum ueritatis non compræhendit interesse singulare sed cõmune, & textus noster non loquitur de communi interesse, Et ideo per textum nostrum non excluduntur cõtractus stricti iuris nisi quatenus in ipsis non posfit cadere interesse singulare. In ea ibi, in maleficiis, dicas tu reiectis dictis aliorum, quod constitutio ista taxat omne interesse singulare, siue sit in contractibus bonæfidei, siue stricti iuris, siue sint maleficia, siue sit officium iudicis, & in effectu in omnibus casibus in quibus habet locum iuramentum in litem propter affectionem, quo casu interesse singulare uenit, & per constitutionem nostram taxatur, sed si ueniat iuramentum in litẽ ueritatis, ut in casu. l. si quando. infra unde ui uel in cõtractibus stricti iuris, in quibus uenit rei restitutio, tunc non taxatur interesse, quia non reperitur interesse singulare, & non procedit textus noster. Quando autem interesse commune attendatur & quando singulare infra dicetur, Et secundum istam expositionem nõ est necessaria limitatio Decii ratione loci in arbitrariis, quia, ultra quod non sit uera, non conuenit, quia in eis non iuratur in litem propter affectionem, sed uenit interesse extra rem de quo est alia materia.

61 Sed in interdicto† uti posfidetis est dubium, quia nõ uenit restitutio rei, sed possessionis. l. si duo. §. fin. ff. uti posfidetis. Item in interdicto quod ui aut clam, ubi uenit resartio omnis etiam seruitutum amissarum si non diruitur opus, qui oẽs sunt casus incerti, Sed breuiter ego puto dicendum, ꝙ isti duo casus non compræhenduntur in hoc textu, quia sunt casus incerti, & licet in ipsis iuretur in litem, tamen non iuratur in litem secũdum affectioné, sed secundum ueritatem, quia uenit interesse commune, siue interesse extra rem quod est uerum damnum, Et sic continentur in sequenti uersi. Si tamen accideret quod ueniret restitutio ipsius rei, tũc haberet locum interesse singulare, & compræhenderetur in hoc principio, & ita debent declarari ea quæ supra dixi & dicentur infra.

62 Ex quibus† sequitur quod per legem nostram solum taxatur iuramentum in litem affectionis, quod poterat antiquitus porrigi usque in infinitum. d. l. qui restituere. de rei uendica. & d. l. uideamus. §. iurare. de in litem iuran. non aũt iuramentum in litẽ ueritatis. Et ita uidentur concludere etiam Alciat. & nouissimi hic in prima glo. nu. 89. 90. & 91. licet per multa uerba ipsismet contraria, Et licet aliquis primo iuret, & postea iudex taxet, ut no. in d. l. uideamus. §. iurare. & per eosdemet hic late, non tamen per hoc iurans est priuatus commoditate estimandi rem secundum affectionem, sed iudex & lex nostra non admittit iuramentum nisi usque ad duplum estimationis rei, Ita quod hodie propter affectionem lex non præsumit interesse singulare excedere duplum, quamuis antiquitus poterat excedere duplum, & iudex tenebatur taxare ultra duplũ si aliqua rationabilis affectio allegabatur. l. tenetur. §. fi. ff. si quid in frau. patr. & quia super hoc multæ intricationes nascebãtur, & machinationes excogitabantur, Imperator taxauit istas affectiones ut sæpius sup. dixi.

Ex ultima parte gl. colligitur, ꝙ in obligationibus dãdi non habet locũ lex nostra, quia uerba nõ conueniunt, cum in eis non ueniat interesse, Ex quo sequitur ꝙ in omnibus casibus in quibus uenit interesse in obliga-

obligationibus dandi habet locum lex nostra, ut in cō tractibus innominatis, uel si res debita pereat ex dolo. l. si seruum. §. fina. ff. de uerbo. obliga. l. quod te. ff. si cer
63 tum petatur. † Sed ista opinio licet sit ab omnibus approbata, tamen non est in totum uera, quia textus noster solum loquitur de interesse singulari, In istis autē casibus interesse quod petitur non est singulare, nec si res non soluatur estimatio sit secundum affectionem, sed solum ad interesse conuenitur. l. naturalis. §. 1. & l. si tibi decem. ff. de præscript. uerb. Et in actione præscriptis uerbis res clara est, quia succedit obligatio ad interesse ex legis dispositione, Nam abest dolus propter quem iuratur in litem ex affectione, Nec dicitur proprie per ipsum stare, & idem quando res perit, nam tunc non iuratur in litem. l. qui restituere. ff. de rei uendica. secundum unam opinionem, de quo tamen dic ut d. l. in actionibus quia lex nostra loquitur solum in ca
64 sibus in quibus interesse affectionis peti potest. † Et iō communis opinio saluari potest in contractibus innominatis quando agitur de condictione ob causam ad rei restitutionem, quo casu poterit iurari in litem secundum affectionem quæ taxabitur per legem nostrā, In aliis autem casibus doctorum, uel non iuratur in litem, uel si iuratur est iuramentum ueritatis, & sic cadit in §. sequen.

Glosa in uerbo dupli quæ est clauis totius materiæ, diuiditur in quinque partes, In prima declarat textū, In secunda colligit unum notabile quando habeat locum interesse, In tertia declarat quid ueniat in communi interesse, In quarta solutionem tradit ad certa contraria, In quinta quando ueniat interesse extra rem, Secunda ibi, & notat. Tertia ibi, in quo. Quarta ibi, item in eo. Quinta ibi, & dictum commune. Ex prima parte colligitur decisio in quæstione, quid sit illud simplum ad cuius fines duplatur interesse singulare, & refert duas opiniones, Vnam quæ habet quod est commune interesse, Aliam quæ uult quod est conuentum interesse. glosa uero dicit quod utrumque potest esse, & illud quod plus est duplatur, Nam si conuentum maius est singulare non excedit duplum eiusdem, Si uero cōmune maius est, & tunc singulare non excedit duplum cōmunis interesse, Bart. uero col. tertia uersi. ulterius quæro, determinat quod si reperitur commune interesse quod illud semper est simplum duplandum, Et tunc nō curatur de conuento, Si uero non reperitur cōmune, & tunc conuentum attenditur ad cuius fines duplatur singulare. Et sequuntur communiter doctores.

65 Sed † nulla istarum opinionum mihi placet, sequendo uerba doctorum, Et primo conuentum interesse non potest esse illud quod duplatur, quia eo existente neque interesse cōmune neque singulare exigi potest, sed loco utriusque succedit ex conuentione partis, ut supra dixi in rubrica repræhendēdo doctores. Sed nec etiam commune interesse est illud simplum, cum aliquando possit esse maximum. l. Iulianus. ff. de actio. empti. Est igitur dicendum reiectis aliorum opinionibus, quod simplum est communis rei estimatio si reperitur, alias si non reperitur est estimatio conuenta idest pretium conuentum, Estimatio igitur rei, non interesse insurgens erit illud simplum ad cuius fines duplabitur interesse singulare, Et forsan ista fuit mens Barto. quia sentit pretium esse interesse, Salicet. tamen uolebat quod primo deberet attendi pretium conuentum, & postea commune, & sequitur hic Deci. quia cū propter conuentionem partium recessum sit a communi pretio in re principali, ita etiam uidetur recessum in solutione interesse post moram, argumen. l. Titius. ff. de action. empti. Sed hoc potest tolli, quia in solutione interesse sumus extra conuentionem, Eam tamē opin. sequ. hic Curt. colum. 20. & Cagno. numero 56.
* & 57. & Alciat. colum. 9. & dicunt esse communem. Sed tamen opinio Barto. uerior uidetur, quia pretium commune est uerum pretium. l. 1. ff. de actio. empt. & uerba intelliguntur in potiori significatu. l. 1. ff. si ager. uectit. uel emph. pet. & §. sed quoniam. instit. de iure na. gent. & ciui. Quæ autem debeat esse ista estimatio, & quo tempore sit attendenda dicam infra.

Ex aliis partibus glosæ colliguntur in effectu tres conclusiones absoluentes quasi totam materiam interesse, Videlicet quod interesse conuentum semper exigitur quando conuentum est per partes & in totum, quia pacta seruanda sunt. Secunda est, quod interesse commune totum exigitur siue sit extra rem siue intra rem. Tertia est, quod interesse singulare exigi po-
66 test usque ad duplum tantum. † Prima conclusio com-
* muniter tenetur, quia hæc constitutio non loquitur de interesse conuento, merito totum exigitur per d. l. finalem. ff. de præto. stipula. & l. procurator ad exhibendum. §. fina. ff. rem rat. haberi. & l. si dictum. ff. de euict. Nec faciunt ad propositum. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerbo. obligatio. & l. secunda. §. fina. ff. qui satisda. cogan. (quamuis allegētur per doctores & male) quia loquuntur in pœna, non autem in interesse conuento, ut supra dixi in rubrica, Et hanc opinionem sequuntur
* communiter doctores, Barto. hic co lum. 9. uersi. nunc uenio. Decius colum. 10. nume. 74. Curt. colum. 21. & Cagno. nume. 108. Rebuffus nume. 5. super hac glo. Innoc. & Card. d. c. sacro. de senten. excōmunicat. Igneus in d. l. quatenus. ff. de regu. iur. per rationes adductas hic per Rebuffum, & per l. 1. ff. de pactis. & l. contractus. ff. de regu. iur. & quia pacta rumpunt legem glo. in c. 1. de regu. iur. in 6.

Quæ opinio procedit etiam in foro cōscientiæ quādo absque fraude & dolo usurarum apponitur, etiam quod effectu excedat interesse uerum, postea exigibilis est secundum Theologos, quia interest publicæ utilitatis pacta seruari, ut per summam Angel. in uerbo usura. §. 31. uer. sextus casus. & per moder. Taur. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si certum petatur. & Cagno. hic numero 110. Rebuffum nume. 8. post Innocen. & Cardin. in d. c. sacro. Quod tamen debet intelligi quando promittitur pecunia pro omni interesse conuento, quo casu est uerum interesse conuentum ut supra dixi, secus si dicatur quod pars in casu contrauentionis promisit soluere omnia damna & interesse, quia intelligitur secundum quod de iure tenetur. argum. l. 1. §. si sub conditione. ff. ut leg. nomine caue. & l. si prior. ff. soluto matrimonio. Faciunt no. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebell. quod homo uidetur se conformare cum dispositione legis Alexand. consi. 46. colum. tertia. libr. primo. & Deci. consi. 252. colum. 2. & consi. 446. ad finem. omnes moderni in rubri. ff. de uerbor. obligatio. & Cag. hic nume. 112. & nume. 55 Bal. consilio 338. lib. secundo. Dec. consil. 381. columna fina. & 481. etiam columna fina. Facit quod uoluit Bal. & Cinus in l. fina. ff. ad l. falcid. de hærede promittente soluere legata non facta mentione. l. falcidiæ, Et ibi etiam Bal. infert quod maritus promittens soluere dotem intelligitur retento lucro dotis, & sequitur Angel. & Imol. in l. damni infecti. §. cum parietem. ff. de damn. infect. & Alexand. in consilio 133. super quæsitis. lib. quinto. & Decius hic numero 76. Nisi dicatur de integra dote, ut per Angel. & Bal. post Cinum in d. l. fina. Vel nisi uerba sint prægnantia, & alias nihil operarentur, ut in locatore promittente non expellere conductorem, dixit Ange. in l. edem. sup. loc. & hic per Dec.

Limitabat Bar. 1. nō p̄cedere qn̄ excederet in maxima summa uerū interesse, quia non posset exigi ultra quadraplū, sicut nec pœna cōuentionalis. §. oēs. instit. de action. quā limitationē tenet hic Cagnol. nu. 111. & dicit esse multum æquam per rationem tex. nostri. facit. l. cum allegas. supr. de usur. quæ pœnam quadrupli uidetur permittere solum cessante suspitione legitimarum

marum usurarum, Sed tamen d. §. omnes loquitur de pœna legali, qui non procedit in pœna conuentionali, ut per glo. in uer. proferuntur. & sequuntur communiter doctores, ut per Iaso. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerbo. obligat. Et hoc ego puto uerius si fiat comparatio ad rem ipsam, sed si fieret comparatio ad uerum interesse, tunc posset procedere opinio Baldi. & Cagnol.

Et si contingat quod debitor promittat stare simplici iuramento creditoris super damnis expensis & interesse, talis promissio ualet, ut per Barto. & alios in l. fi. ff. de præto. stipul. Signorol. consi. 157. colum. 2. Abbas c. dilecti filii. colum. fina. de foro compet. & in c. fine litibus de dolo & contuma. Alexand. consi. 37. colum. fi. & consi. 54. lib. 2. & consi. 113. colum. secunda. uolu. 4. Socin. consi. 90. colum. penul. & fina. uolum. 4. Felinus. c. 2. colum. 2. de fide instrumento. Alexand. & Iason late in l. ius iurandum quod ex conuentione. ff. de iure iuran. & in l. ab arbitro. ff. qui satisd. cogan. & Dec. in c. ad hæc il 2. colum. 2. de appell. Dicebat tamẽ Rebuffus in præfatione nume. 67. quod ante declarationem potest reuocari hæc promissio. argum. l. iusiurandum. sup. de iur. iuran. cum si in iudicio potest reuocari, ergo etiam extra iudicium, cum iudicium habeat uim stipulationis. l. cum ostendimus. §. penul. ff. de fideius. Alexand. in consi. 130. difficultas. uolum. primo. & consi. 54. uolum. secundo. & consi. 67. Et si semel declarauit, statur ei, si est iusta, alioquin haberi poterit recursus ad arbitrium boni uiri. l. si libertus. ff. de operis liberto. Angel. in §. non solum. colum. secunda. instit. de uerbo. obligat. qui dicit requiri citationem partis in declaratione. l. hac edictali. §. iis illud. sup. de secund. nuptiis. & Alexand. in d. consi. 130. uolum. primo. Decius in c. 2. colum. tertia. de fide instrum. & dixi supra etiam in rubrica.

67 Vlterius † limitatur ista conclusio per Bal. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. peta. & ibi modernos, non procedere quando apponitur dationi quantitatis, ut si sit dictũ si non solueris illam pecuniam certa die tenearis soluere centum pro toto interesse, quia talis conuentio uidetur facta in fraudem usurarum, unde non ualet, sicut nec pœna promissa per tex. in d. l. rogasti. & cap. dilecti. de arbit. & cap. suam. de pœn. Petr. de Anchara. in consi. 148 apud antiquos. & in consil. 49. pauci. 4. uolu. & consi. 135. circa. uolum. 6. Deci. consi. 183. in contro uer. in fin. Et hæc opinio est communis secundum Alexand. in consi. 115. quæritur. 2. uolum. & consi. 43. quia salubriter. uolum. 6. & habetur in l. promissis. C. de trãsact. Alexand consi. 50. colum. fi. lib. 4. & consi. 76. colu. fi. uol. 5. & consil 43. lib. 6. & 195. colum. penul. Calcan. consil 33. fol. ulti. & hic Curt. columñ. 11. cum sequen. & Cagno. nume. 116.

Omnes autem leges quæ uolunt quod pœna promissa exigi possit, loquuntur quando debetur species, uel apponitur facto, secus autem si apponatur dationi quantitatis, quia est suspitio usurarum, intãtum quod dispensatio papalis non prodest, quia non potest Papa super futuris usuris dispensare, secundum Alexan. consi. 1. secundo uolum. & consi. 49. paucis. 4. uolu. per ca. super eo. de usu. Et procedit ista conclusio etiam quod contrahentes non sint soliti fænerari. gl. in l. Iulianus. §. idem Papinianus. ff. de actio. empti. & in d. l. cum alegas. supra de usur. & Alexand. consi. 51. uolumin. 4. & consi. 43. in 6. uolum. Ambro. in cap. salubriter. nume. 92. de usu. Et etiam procedit quando non excedit legitimum modum usurarum in mutuo, per illud dictum, mutuum dantes nihil inde sperantes, Et ista conclusio procedit tam in contractu bonæfidei quam stricti iuris. d. l. Iulianus. §. idem Papinianus. & l. pœnam. ff. de usu. & in transactione. l. promissis. C. de transactio. & etiam in ultima uoluntate ut per Bar. in l. 3. §. fin. ff. de annu. lega. & l. 2. de iis quæ pœ. nomi. Iaso. & hispani in §. actio. nume. 17. instit. de actio. Item Benedic. in repe. c. Raynutius. in uersi. absque. nu. 229. de testa. Itẽ procedit etiam quod apponatur hoc interesse ad factũ augumentatiuum quantitatis, ut per Bart. in d. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. peta.

68 Sublimitatur † tamen hæc limitatio non procedere quando conuentio interesse esset facta ex interuallo, argum. l. Titius. ff. de pigno. actio. Barto. in l. penul. infra de pact. pigno. & in l. cum seruus. ff. de condit. & demonstr. & Iaso. in d. §. omnes nisi talis promissio fieret ab usurario, quia tunc per interuallum non cessat suspicio usurarum, ut per Angel. in d. §. omnes. instit. de actio.

Limitatur & secundo non procedere quando iuramentum interueniret, cap. debitores. de iure iuran. Intelligendo tamen cum declaratione quam faciunt ibi doctores, quod usuræ solutæ possunt repeti, & si adhuc non contrauenit iuramento potest absolui a iuramento ante solutionem, ut ibi late per eosdem.

Limitatur & tertio nisi interesse uni esset promissũ & quantitas alteri, hoc enim casu pœna etiam apposita exigi potest, ut per Alexaud. in d. §. alteri. colum. tertia. In quo tamen est considerandum an sit factum in fraudem, quia nec etiam tunc teneret, ut per Anchara. in reg. peccati uenia. in 4. quæstio. de regu. iur. in sex. facit. l. in fundo. de rei uendica. & c. sedes. de rescript.

Limitatur & quarto non procedere in cõtractu mixto continente quantitatem & factum, ut per Bar. & doctores in d. l. rogasti. Et ideo Iacob. Butrig. inuenit cautelam Bononiæ ut pœna semper exigi possit, uidelicet quod debitor promitteret præsentare pignus coram iudice tempore solutionis, alias incidat in pœnam, & sic tunc pœna apponitur obligationi facti, merito in totum exigi potest, & ita seruatur Bononiæ, licet hæc opinio habeat multos contradictores, ut in allegatis locis refertur, In omnibus enim istis casibus in quibus nec pœna exigi potest, nec etiam interesse conuentũ, quia eiusdem est naturæ, nihilominus exigi potest quatenus apparet uerum interesse, ut per eosdem ibidem. Et sic habes declaratam late unam *limitationem* ad regulam glosæ quæ habet quod totum interesse conuentũ exigi potest, quia non procedit quando apponitur dationi quantitatis propter suspitionem usurarum.

69 Secundo † limitatur non procedere quando conuentio dolo facta fuisset, quia quę dolo fiunt non seruãtur, saltem per exceptionem. l. 1. ff. de dol. Inno. in d. c. Sacro. & Specu. in eo. tit. §. nunc dicamus. Andega. in tractatu. uersi. incidenter. Quod quidem eadem ratione procederet si esset conuentio facta metu, & in effectu in omnibus casibus in quibus conuentiones solent annullari ex aliqua iusta causa impeditur conuentum interesse, quas hic superflue enumerant Biturig.

70 Secunda † principalis conclusio est, quod interesse commune totum exigitur, siue sit extra rem, siue intra rem, & est communis conclusio doctorũ, licet in utroque sint uariæ opiniones, Aliqui enim uolunt quod per legem nostram restringatur interesse commune tã extra rem quam intra rem, Alii uero uolunt quod solum restringatur interesse singulare, & quod omnes leges loquentes de interesse extra rem remaneant incorrectæ, & cum illis. l. datio. §. fi. ff. de actio. empti. Primã opinionem tenuerunt quidam antiqui de quibus in gl. & sequuntur Deci. Curt. & Alciat. hic, Et pro ista opinione adducitur primo generalitas legis nostræ quæ non distinguit inter singulare & commune, Ergo omne restringitur per eam, Secundo facit, quia si textus loqueretur tantum de interesse singulari, decisio legis parum prodesset, quia raro attenditur singulare interesse, Tertio facit, qa text. dicit, in omnibus casibus, sed si textus loqueretur de singulari interesse tantum, non procederet in maleficiis. l. si seruum. ff. ad l. aquil. nec in contractibus stricti iuris. Quarto adducitur, quia

quia secundum communem intellectum textus redderetur elusorius, cum in factis non cadat singulare interesse de quo posit loqui lex in uer. in aliis. Cum igitur uersi. in aliis non posit procedere in interesse singulari, ergo nec etiam principium legis, cum de eodem in utroque casu uideatur loqui, Quinto suadetur, quia exẽplum positum in textu de locatione non est bonũ, quia in ea non cadit interesse singulare, siue consideras ex parte illius qui debet factum, cum in factis non sit interesse singulare, siue ex parte illius qui debet pensionẽ, cum in numis non cadit interesse singulare. l. numis. ff. de in litem iura. & ita per ista residet Cur. hic contra communem.

71 Sed† ego puto nullo modo recedendum esse ab opinione communi. Primo per regulam tritam, quod est euitanda legum correctio, Alias enim corrigeretur. l. uinum. ff. si cert. pet. & l. ratio. §. fi. & l. Iulianus. in prin. & §. 1. & l. tenetur. §. qui uas. ff. de actio. empti. cum infinitis legibus loquentibus de interesse extra rem, Secundo, quia absurdum esset & iniquum si quis dedisset ouem morbosam pretii unius auri propter quam corruptus esset grex mille ouium, quod solum deberet soluere tres aureos pro damno mille ouium mortuarum, Similiter si quis dedisset unum tignum uitiosum propter quod corrupta esset domus mille ducatorum q̃ tãtum exigi posset ualor dupli illius tigni, Eodem modo si quis dedisset uas uitiosum unius aurei propter quod effunderetur uinum ualoris centum, quod solum exigerentur tres aurei, Et ita eueniret quod ille qui dolose fuisset causa damni alterius minus puniretur quam si culpa fecisset damnum, cum ex lege aquilia quis teneatur ad integrum damnum quod ueniat propter rem, ut in hæreditate amissa, uel pœna soluta, l. proinde. & l. inde Neratius. ff. ad l. aquil. Vel si æqualiter deberet puniri corrigeretur totus titulus ad l. aquiliam. Tertio facit, quia alias corrigeretur uirtus actionis de dolo per quam punitur dolosus de omni damno etiam extrinsecus ueniente. l. si quis persuaserit. ff. de dolo. Quarto adduci potest, quia prohemium legis non conueniret, Ergo nec responsio. §. præterea. institu. de inutil. stipul. sed dubitationes non poterant esse in infinitum in interesse communi, cum damnum finitum sit, ergo nec etiam correcta fuit in hoc damno, Quinto confirmatur, quia textus dicit in secunda parte quod in casibus incertis damnum quod re uera est exigatur, Ergo in prima parte uult damnum non uerum peti posse, & sic interesse singulare quod fundatur in affectione, Sexto facit textus ibi, machinationibus & peruersionibus, & ibi, ne propter impossibilitatem cadat, quæ uerba non conueniunt interesse communi, quod est uerum, non immaginatum, nec est impossibile per solutionẽ.

Et tenendo istam partem, nõ obstat quod textus noster loquatur generaliter, quia uerum est quod loquitur generaliter & determinat omnes casus in quibus erant dubitationes, sed dubitationes in infinitum non poterant esse circa commune interesse, merito de illis non loquitur, Solum enim erãt dubitationes, quia partes aliquando uolebant affectiones ita trahere tam in casibus certis quam incertis quod res estimabatur singulariter usque in infinitum, & in casibus istis prouidit Imperator, Non obstat quod decisio parum prodest, quia immo multum prodest restringendo illam licentiam estimandi res singulariter, & maxime quia talis estimatio erat postea probanda per iuramentum in litem, quod frequens est in iudiciis, & faciliter iurans poterat intentionem suam etiam iniustam probare, Non obstat quod uerbum pœnæ, conueniat interesse communi, quia negatur, cum interesse commune sit uerum damnum, in quo non cadit mera pœna, sed solum mera pœna in interesse singulari, in quo non est uerum damnum, argumen. notato. in l. 1. in fine. ff. si quis ius dicen. non obtempe. & per Ias. in §. pœnales. institut. de actio. Non obstat quod non compræhendat arbitrarias actiones, quia immo compræhendit eas in quantum in illis iuratur in litem propter affectionem, Inquantum uero non uenit iuramentum affectionis sed ueritatis, non compræhendit eas, quia non erat dubitatio. Non obstat quod uersi. in aliis esset elusorius, quia immo ualde utilis est, cum uelit in casibus incertis affectionem non attendi, sed solum uerum interesse, Et in factis etiam erat dubitatio, quia affectio poterat considerari ex tempore & ex persona operantis, cum operæ quotidie recipiant uarietatem. l. si non sortem. §. libertus de condic. indebi. & §. 1. in authen. de instr. cautel. & fide. & operarius posset mori. Vel erat affectio, quia erat periculum si relinqueretur domi alius solus inter mulieres quod non sollicitaret eas, Sed imperator determinauit quod tales affectiones non considerarentur, sed solum uerum damnum, Non obstat quod non compræhendat locationem, quia fateor quod non compræhẽdit omnem locationem sicut nec omnem stipulationem nec omnem uenditionem nec omne depositum, sed solum compræhendit cõtractus cõtinentes certos casus, Verificatur ergo textus in omnibus speciebus contractuum, non autem in omnibus indiuiduis ut supra dixi.

72 Quare† Decius & Alcia. hic in cap. ait lex. uidentes q̃ erat nimis iniquum quod tot leges loquentes de interesse extra rem corrigerentur, tenuerunt mediam uiã, dicentes quod per textum nostrum restringitur interesse commune quod est intra rem, scilicet estimatio quantiplurimi fuerit, de qua in l. ratio. §. fi. ff. de actio. empti. & l. uinum. ff. si certum peta. sed non tollitur aliud interesse extra rem quod uenit ex secundaria obligatione, quæ secundaria obligatio incerta est, Et ideo non compræhenditur in secundo casu in quo tantum interesse petitur, Secundaria enim obligatio quæ est in cõtractibus est quod absit dolus, Primitiua uero est quod res tradatur, Vnde cum abesse dolum facti sit incerti, Incerta est obligatio, Et ideo non continetur in primo casu legis. Sed nec ista consideratio procedere potest, quia si propter secundariam obligationem, in qua habetur quod dolus absit, contractus essent incerti, sequeretur quod nullus contractus esset certus, quia singulare interesse solum soluitur quando dolus interuenit, cum tunc iuretur in litem, ut not. in d. l. in actionibus. de in litem iuran. & sic nunquam interesse singulare ueniret nisi quando esset incertitudo, quo casu totum deberet solui (quia in casibus incertis interesse nõ restringitur) & sic sequeretur quod nunquam interesse singulare restringeretur per textum nostrum, quod est contra omnes, Item sequeretur quod in casibus in quibus non esset cõuentio interesse extra rem restringeretur, & sic corrigeretur textus in l. tertia. §. senatus. ff. de incen. rui. & naufra. ubi euellens clauum de naui tenetur ad ualorem omnium rerum in naui existentiũ peremptarum. Tertio sequeretur quod interesse extra rem corrigeretur in casu l. tenetur. §. qui uas. ff. de actio. empt. & l. si seruus. §. 1. ff. de furt. ubi quis propter culpam tenetus ad totum damnum. igitur in hoc casu cum non haberet locum clausula dolum abesse certitudo esset, & per textum nostrum restringeretur, quod est absurdum & sine ratione loqui, Quarto sequeretur quod in contractibus innominatis interesse restringeretur, quia in eis non adest illa clausula. Præterea negatur quod per illam clausulam dolum abesse, contractus sit incertus, cum enim illud factum sit explicandum circa rem certam, reputari debet certum, sicut supra dixi de obligatione rem restitui. Nec unus & idem contractus potest reputari certus & incertus. l. eum qui ædes. ff. de usuca. & sic non potest compræhendi in secundo casu. Præterea si restringeretur ille ualor quantiplurimi, parum fructuosa esset lex nostra, cum raro ualor quantiplurimi excedat duplum pretii conuenti, argumen.

argumen.l.nam ad ea.ff.de leg.Item tolleret illam magnam æquitatem.l.uinum.ff.si cert.pet.&.l.tertia.§. fi. ff.de actionib. empti. Et esset ualde inconueniēs quod interesse intrinsecum restringeretur, & permitteretur extrinsecum,Nam ualor quantiplurimi est de interesse intrinseco,ut dixi in rubrica. Quare nullo modo recedendum est a communi opinione in hac parte, & tenēdum est quod interesse commune neque extra rem neque intra rem restringatur per textum nostrum,sed leges de illo loquentes remaneant incorrectæ, & totum debeatur sicut antiquitus,&per legem nostram solum restringatur singulare interesse fūdatum in affectione.

73 Ex quibus † remanet decisa sexta quæstio principalis,uidelicet,quatenus exigatur interesse,Summa enim omnium hæc est, quod interesse conuentum regulariter totum exigatur. Fallit in duobus casibus supra narratis, Similiter interesse commune totum exigitur, siue sit intra rem siue circa rem siue extra rem,secundum tamen distinctionem tradendam infra in sequenti quæstione,Interesse uero singulare totum exigitur si non excedit duplum,si uero excedit duplum communis estimationis rei nō exigitur ultra duplum per textum nostrum in casibus certis,In casibus uero incertis nō exigitur.sed solum uerum damnum, ut in uersicu. in aliis secundum ueram intelligentiam supra traditam.

74 Sed longior † est dubitatio, quando interesse possit exigi,idest an semper exigi possit, Et in hac quæstione laborauerunt omnes scribentes quia latissima est, & in ea necesse est cōsiderare omnia damna quæ quomodocunque accidere possunt, Pro resolutione tamen ita potest dici, Et circa interesse conuentum parua est dubitatio, quia tunc exigitur quando conuētum est inter partes, & contractus est recte factus & sine suspitione usurarum,ita quod nulla exceptione elidi possit, Interesse uero singulare exigitur secundum glo. hic in casibus certis, quod dictum repræhendit Decius,hic quia textus non dicit quod interesse exigatur in casibus certis,ita quod disponat semper in eisdem exigi,sed solum disponit quod in casibus in quibus peti potest restringatur usque ad duplum,& sic disponit quatenus exigatur, non autem quando exigatur, Vnde alia dubitatio separata est a textu nostro,quando interesse peti possit, sicut etiam textus non negat quod in casibus incertis non possit esse interesse singulare, Et ideo Dec. ponit distinctionem talem,quod regulariter interesse singulare non uenit.l.si seruum.ff.ad.l.aquil.&.l.pretia rerū ff.ad.l.falcid.Fallit primo in actionibus arbitrariis in quibus iuratur in litem.l. secunda. &.l.in actionibus. ff.de in lit.iur.Secundo fallit in contractu emptionis. l.1.ff.de actio.empti.Et specialitas est, quia in contractu uenditionis non attēditur contumacia aduersarii, Subdens postea regulam generalem,quod in contractibus bonæfidei iuratur in litem sine contumacia aduersarii, & ideo dicit in illo casu interesse probandum esse per testes.

75 Sed ista dicta†Decii ualde deuiant a ueritate nec perfecta sunt, Et Primo dum dicit quod in actionibus arbitrariis iuratur in litem secundum affectionem , non est uerum simpliciter, quia aliquando in actionibus arbitrariis uenit iuramentum in litem ueritatis, ut per Bar.in.d.l.in actionibus.Solum enim in actionibus in rē, & in actionibus ad exhibendum & in omnibus casibus in quibus uenit rei restitutio & in aliis actionib. enumeratis in.§.præterea.institut.de actio.uenit iuramentum in litem secundum affectionem, & non semper,sed solum quando interuenit contumatia aduersarii, Alias autem uenit iuramentum in litem ueritatis tantum.l.secunda.ff.de in litem iurando.& no. in dic. l.in actionibus. Et sic non existente contumatia numquam exigitur interesse singulare, sed solum interesse commune & uerum, & per hoc sequitur quod illa limitatio de contractu uenditionis non est bona , quia in contractu uenditionis non uenit interesse aliter quam ueniat in aliis contractibus bonæfidei, In omnibus enim contractibus bonæfidei iuratur in litem secundū affectionem existente contumacia aduersarii, & non aliter,sed bene in hoc differunt contractus bonæfidei ab arbitriis, quia in contractibus bonæfidei interesse uenit iure actionis & ex natura actionis,unde non requiritur aliquis iussus iudicis ad inducendum contumaciam,sed lite contestata & finito processu iudex informatus de iuribus actoris interrogat reum an uelit restituere,& si ille negat,inducitur contumatia, quia interrogatio habet uim iussus,ut declaraui post Barto.in d.l.in actionibus,quamuis in principali decisione reprobauerim eum,& communiter doctores. Et ideo in eis iuramentum in litem præstatur ante sententiam, sed per hoc non tollitur quin semper requiratur contumacia,quidquid dicat Dec.& cæteri,ita dicit Bar. quē sequuntur omnes in d.l.in actionibus.colum. penulti. uersicul.modo quæro.ff.de in litem iuran. Et per hoc sequitur quod in alio Deci.male loquitur, dum uoluit in actionibus bonæfidei iurari in litem sine contumacia aduersarii, quia in nullo casu iuramentum in litem affectionis uenit sine contumacia citius quam in aliis, & si non adest contumacia,uenit solum interesse uerū quod tamen probari debet per testes in omnibus contractibus tam bonæfidei quam stricti iuris,Extra uero actiones bonæfidei uel illas quæ sunt loco actionum bonæfidei,quę numerantur in §.actionū.inst.de actio. Item extra actiones in quibus uenit rei restitutio, interesse singulare non exigitur,sed bene in aliquibus casibus iuratur in litem propter dolum , tamen pro solo interesse ueritatis,ut in actionibus stricti iuris in quibus non uenit rei restitutio.d.l.in actionibus.§. plane. & in casu legis si quando. infra unde ui. Quod tamen iuramentum non præstatur nisi interueniente dolo& difficultate probationis,ut per Bar.in d.l. in actionib. colum.fina.

76 Ex quibus†collige regulam nouam præter mentem doctorum,quod singulare interesse non uenit nisi quādo interuenit mora debitoris,& mora fuit dolosa,quæ appellatur contumacia uera in non parendo,& inuentum fuit in pœnam contumaciæ,&nunquam potest uenire ex natura contractus,nec uirtute obligationis,sed solum quando debitor conuentus fuit in iudicio, & cō tumax,Et ideo sequitur unum aliud,quod odiosum est, & stricte debet interpretari, & quia solum in pœnam contumaciæ inuentum fuit,merito, & cum ratione appellatur pœna infra in uers.cum scimus. Item sequitur unum aliud,quod interesse singulare non petitur propter solum factum iniustum,& propter solum simplex delictum,sed requiritur etiam quod interueniat contumacia iudicialis,Alias autem ex delicto simplici quantumcunque enormi petitur solum interesse uerum,quāuis aliquando probetur per iuramentum ueritatis, & hac ratione potest dici quod iste titulus positus fuit post titulos alios de sententiis,cum hoc singulare interesse nunquam incipiat deberi nisi re deducta in iudicio & sequuta contumacia,&aliud interesse deberi possit etiam sine iudicio & contumacia,In casibus uero in certis hoc interesse singulare non exigitur, per textum in §.in aliis.nisi sit factum habens uim restitutionis , ut in l.4.§.siquis cum.ff.fin.regundo.& l.pe. §. in eum.ff. ne quis eum.ut declaraui ultra alios in d.l.in actionib. Et ideo siquis tenetur ad factum simplex, & si sit contumax,tamen non iuratur in litem secundum affectionē sed secundum ueritatem,& iudex quantum sit istud damnum subtiliter debet inquirere, & secundum ueritatem taxare reiecta affectione,& ita intelligitur text. in l.semper.§.hoc interdicto.ff.quod ui aut clam, dum loquitur deiuramento quod datur in contumacia non destructi operis,quia obligatio incerta est,sed si rei restitutio ueniret,posset compræhendi in primo casu, quia iuraretur

iuraretur in litem secundum affectionem, Et idem potest dici de l. si duo. §. fin. ff. uti possidetis, quia restitutio possessionis est obligatio incerta, ideo possessio restituenda erit estimanda communiter, non secundum affectionem.

77 Et ex prædictis† habes ultra alios subtiliter enucleatum quando debeatur siue exigi possit singulare interesse, Et per consequens habes unum casum in quo in iure affectio consideratur & producit effectum, scilicet post contumaciam debitoris in casibus certis, Multi etiam sunt casus in quibus affectio producit iuridicũ affectum, nam aliquando facit legatum alias inutile esse ualidum. l. si cui fũdus. ff. de lega. 2. Et licet ille textus loquatur de uicinitate, tamen procedit etiam in aliis affectionibus, ut ibi dicit glo. quæ exemplificat in eo qui habet fundum sepulcrorum, uel turim antiquorum, Idem enim esset si seruus filius alicuius eidem legaretur sub conditione quod ualueret uerum pretium Nam legatum etiam in iis casibus & similibus aliis propter affectionem ualeret.

78 Tertius† est effectus affectionis approbatus, quia facit quod aliquando quis admittitur ad agendum & cõsequendum unum siue tollendum unum propter quod quis non potest uti commoditate affectionis, Et ideo coniunctus potest cogere coniunctum ut agat pro libertate ne patiatur infamiam. l. 2. ff. de libe. causa. Et dominus qui alias non admittitur, propter affectioné

79 habet actionem. l. cum seruus. ff. manda. † Hunc tamen effectum intelligunt communiter doctores procedere in actionibus bonæfidei, secus in actionibus stricti iuris, per glo. communiter approbatam in l. si fideiussoris. ff. de pec. quæ dicit quod pactum factum fideiussori de non petendo non prodest confideiussori nec reo: Quia licet affectio sit ratione consanguinitatis uel amicitiæ, Illa affectio non producit exceptionem pacti, quia est stricti iuris, Item non auget condemnationem ut per Albert. in. l. 2. ff. de in lit. iura. fallit in. l. si in emptione. ff. de mino. & ita tenent communiter docto.

80 Alcia. uero† hic in cap. hæc legis uerba. contrarium tenet, quod immo affectio præstet actionem & condẽnationem in contractibus stricti iuris, & adducit quinque fundamenta, Primo, quia si affectio præbet actionem, ergo & condemnationem, quia actio maius est per regulam cap. cui licet minus licet & maius. de reg. iur. in 6. Secundo probat arguendo de augumento ad diminutionem, quod licitum est. argum. l. fina. ff. de lega. 3. & est tex. in l. si coutratabulas. ff. de uulg. & pupil. & l. in ratione. 1. ff. ad legem falcidiam. & § cum autem quæritur. inst. ad legem falcidiam. sed propter affectionem minuitur condemnatio, ne laribus sepulcrisque habitis careat l. in fundo. ff. de rei uendic. ergo etiam augeri debet condemnatio, Tertio suadet, quia actio rescisoria testamenti est stricti iuris, scilicet contratabulas, in l. si hæres. ff. de eo quod certo loco. Sed rescisoria cõtratabulas datur ob affectionem l. libertus qui soluendo ff. de bon. liber. Ergo & competit actio stricti iuris ob affectionem. Quarto probatur ex l. pater. de euictio. ubi si fundus dotalis euincantur constante matrimonio actio exstipulatu dupli competit patri ob affectionem quæ est stricti iuris. Quinto probatur in l. seruus ea lege. ff. de ser. expor. qui tex. loquitur in quolibet contractu siue uenditionis siue stipulationis, & tamen indistincte competit actio.

Sed nouissimi hic conantur respondere istis fundamentis, & primo negant maius esse producere actioné quam condemnationem, quia in legislatore ita facile est unum sicut aliud, quæ responsio parum ualet, quia dato quod lex utrumque posset facere, tamen facilius concedit condemnationem quam actionem, cum condemnatio in multis fiat officio iudicis, & tamen nõ tribuitur actio, & non est credendum legislatorem introducere actionem sine effectu. Ad secundum fundaméntum, respondet negando procedere argumentum quãdo non est eadem ratio, quod dicũt esse in casu nostro quod dictum similiter non ualet, quia immo eadem ratio est & maior, cum quis non debeat pati ex causa alterius. Ad tertium de actione rescisoria, dicunt quod sapit naturam bonæfidei. l. in minorum. C. ex quibus causis in integr. rest. Sed nec hoc ualet, quia immo ista nõ habet naturam bonæfidei, cum ueniat ad rescindendũ testamentum, lex autem allegata loquitur de iis quę cõseruant uoluntatem testatoris, & licet ibi affectio non producat actionem, sed præteritio, tamen remouet obstaculum impeditiuum actionis. Ad legem pater. respõdet quod ibi stipulatio assumit naturam bonæfidei. le. 1. §. si quis sub conditione. ff. ut lega. nomi. caueatur. l. si stipulatus. de usu. Sed ista responsio tollitur per Alcia. quia contractus assumit naturam bonæfidei ut firmius obligetur, non autem quod in plus obligetur, quæ tamen responsio pendet ex illa difficultate magna, an stipulatio sequatur naturam contractus cui apponitur, de qua in rub. ff. de uer. obl.

Et ideo Alc. ponit unam distinctionem nouam, Aut quis uult conseruare rem per exceptionem, & tunc affectio attenditur. l. in fundo. ff. de rei uendic. Aut agitur ad ipsam rem in qua affectio cadit, & tunc si petitur res ipsa ut recuperetur, & tunc competit actio ut consequatur affectionem cum ipsa re. dic. l. si in emptione. ff. de mino. & l. si libertus soluendo. ff. de bon. libe. Sed si nõ potest consequi rem sed estimationem tantum, & tunc non potest peti nisi estimatio uera. d. l. pretia rerum. ff. ad legem falcidiam & l. si seruum. ff. ad legem aquiliá. Si uero quæritur an actio detur ad aliud propter affectionem, & tunc si quidem actum est inter partes de hoc, sine dubio competit actio, sed si actum non est, cõsideratur coniectura aliqua an uideatur actum, & in bonæfidei iudiciis semper actum uidetur, propter regulam quod in quolibet contractu bonæfidei omnia uidentur acta quæ equm est præstari, secus in stricti iuris iudiciis. institu. de obligationibus. quæ ex consensu nascuntur. & no in §. actionum. institu. de actionib. Fauore autem dotis aliquando actum uidetur. dic. l. pater. ff. de euictio. ut latius hic per eum & subtiliter.

81 Sed† hæc distinctio, licet sit multum proxima ueritati, non tamen est in totum uera, sicut nec communis distinctio, Nam non perfecte tradit an affectio augeat condemnationem, cum uideamus quod in bonæfidei iudiciis non semper ueniat interesse singulare, sed aliquando interesse ueritatis etiam quando petimus rem nostram. l. qui restituere. §. primo. ff. de rei uendicatione. & l. secunda. ff. de in litem iur. & aliquando si res est perempta iuratur in litem secundum ueritatem. di. le. qui restituere.

82 Et ideo puto aliter distinguendum esse, Aut quæritur an ex affectione augeatur condemnatio, Aut an detur actio, Primo casu, aut quæritur de condemnatione quæ uenit occasione actionis datæ propter affectioné in casibus in quibus datur, & tunc sine dubio augetur condemnatio, quia frustra competeret actio nisi etiam condemnatio & executio darentur, Et ideo si petatur res propter affectionem, ut in l. libertus qui soluendo. de bon. lib. uel petatur restitutio in integrum, sine dubio ipsa res restituitur ita affectionata. l. si in emptione. ff. de minor. sed tunc non dicitur proprie condemnationem augeri, sed est petitio & condemnatio quæ tribuitur propter affectionem rei.

Si uero quæritur an, in casu quo res petitur propter aliquam aliam causam, si non soluatur, debeat fieri estimatio secundum affectionem, & hic est proprie casus

83 in quo dubitant doctores. † Sed tu dicas quod affectio nunquam auget condemnationem nisi quando interueniat iudicialis contumacia debitoris, nam tunc in pœnam contumaciæ estimatio secundum affectionem soluenda est, quæ affectio probatur per iuramentum in

litem.d.l.qui restituere.de rei uendica.& d.l.3.§.in hac ff.commod.& l.arbitrio.ff.de dol.Si uero non interue nit contumacia debitoris, & tunc in nullo casu augeri potest condemnatio propter affectionem, sed solum ista communis estimatio probetur iuramento,& ideo estimatio communis soluenda est, quamuis aliquando bene constitui potest regula, quod affectio ex se non auget condemnationem,sed solum interueniente con tumacia tam in actionibus bonæfidei quam stricti iuris in quibus uenit rei restitutio, & tunc ista affectio ꝓbatur per iuramentum in litem, nec adhibetur distinctio an affectio habeat secum utilitatem uel non,sed in distincte attenditur in totum.d.l.qui restituere.ibi, in infinitum,quæ infinitas hodie restringitur ad duplum ueræ estimationis.

84 Secundo†casu an affectio sit causa dandi actionem, dicas non habita differentia inter contractus bonæfidei,& stricti iuris, quod aut quæritur an affectio causet actionem ad ipsam rem affectionatam,& dic quod sic.d.l.si in emptione.ff.de mino.ubi restitutio quæ est stricti iuris datur ad repetendam rem affectionatam, Aut quæritur an causetur actio ad aliud propter affectionem,& dicas ut per Alciatum an actum sit inter cō trahentes tacite uel expresse, In contractibus autem bonæfidei semper tacite actum uidetur, quia æquum est,In contractibus uero stricti iuris non uidetur actū nisi sit casus fauorabilis,ut l.si pater.ff.de euictio.Et ita intelligitur.d.l.si fideiussoris.ff.de pact. quia ibi tacite nec expresse erat actum,& ex prædictis tolluntur quę dam difficultates modernorum quærentium quomodo in contractu uenditionis ueniat singulare interesse, & tamen non ueniat affectionis ratio,quia immo utrū que uenit æqualiter si interuenit contumacia iudicialis,alias nullum,Item tollitur illa differentia actionis simplicis & affectionis cum utilitate, nam nulla est affectio quæ non habeat intrinsecus utilitatem,& si utilitas uenit extrinsecus, tunc non est interesse singulare quod est intra rem,sed solum interesse circa rem uel ex tra rem, ut si ex fundo uicino habeo fundum uel riuum est affectio propter extrinsecam qnalitatem non autem propter substantiam rei & bonitatem intrinsecam.

85 Sed longior†& magis profunda est inuestigatio, q̄n interesse commune exigatur.Et quia interesse commune potest esse intra rem,circa rem,& extra rem, ut supra dixi in rubrica repræhendendo distinctionem positam per Barto.hic in uer.item quæro iuxta prædicta. num.13.qui uoluit post glosam quod esset duplex tantum,s. intra rem,& extra rē, quarū opinionū uarietate decisio præsentis quæstionis uariari potest, ideo pro intelligentia repetenda sunt aliqua ibi dicta,nam contra dictam distinctionem Bartol. facit, quia exempla mixta de connexis & cohærentibus rei nulli membro bene possunt accommodari,ut hæreditas relicta seruo iuxta legem uenditor hominis.de euict. & pretium sociorum diminutum,ut in quadrigis & comedis.l. proinde.l.1.ff.ad legem aquiliam.& damnum datum a seruo corrupto,iuxta legem in tantum.§.in hac actione.& §.iis consequenter.ff.de seruo corrupto. Et seruitutes ammissæ,iuxta legem pe.ff.de euictio.Nam ista uel similia exempla non possunt bene accommodari in interesse intra rem,tamen rei adhæreant ita quod habēt naturam mixtam, Item obstat distinctioni Bart. quod estimatio solet iudicari bonitas extrinseca,l.cum quid ff.si certum petatur.cum glo.Et ideo ipsemet Barto.in d.l.uenditor hominis. de euictio. & in d.l.in tantū. §. iis consequenter.sibi contrarius tenuit quod prædicta exempla sint de interesse intra rem,&quod debent pręstari etiam a moroso,sequendo regulam Petri quam ipse hic refert,& repræhendit friuole,& sequitur hic Deci.num.80.81.quamuis aliter tenuerit in rub. & Curti. colum.6.hoc tenet & ferrarienses.

Quare uerior est opinio,quod tres constituantur species,intra rem,circa rem,& extra rem, prout quælibet res de mundo habet aliquid in se,aliquid circa se cohærens,& aliquid extra se remote. l. Rutilia polla. ff. de contrah.emptio.& l.fundi.ff.de actio.emp.Et sub interesse inrra rem non continetur estimatio ut arbitrantur doctores, quia illa est extra rem, ut per glosam in d.l.cum quid.& d.l.cum per uenditorem. appellat interesse circa rem.Igitur interesse intra rem est illud ꝙ euenit propter damnum habitum in deterioratione substantiæ rei,seu qualitatum insitarum,ut sapor, dulcedo,pax rupta,& similia.Item interesse circa rem con tinet omnes estimationes tam præsentes quam illam quantiplurimi,& omnes alias qualitates extrinsecas co hærentes tamen,& connexas,ut in illis quatuor exemplis,& sub interesse extra rem continentur qualitates separatæ a re, & inter cætera, pœna quæ uenit soluenda,iuxta legem si pœnam.& l.liber homo.§.fina. ff. de uerbosum obliga. & l.inficiando.§.primo.ff. de fur.& l.si uenditor ab emptore.§.si quid. l. seruus ea lege. ff. de ser. expor.

Ad proqositum uero redeundo distinguas, Aut quæritur an interesse commune totum exigatur, & fienda est conclusio generalis quod sic,quia cum non sit restrictum totum interesse commune debetur&exigi potest in casibus iure antiquo permissis, Aut quæritur an semper interesse commune peti possit, & recurrendum est ad distinctionem statim traditam an sit interesse intra rem circa rem & extra rem,si quæritur de interesse intra rem quod euenit propter deteriorationem in bonitate intrinseca contingentem,& tunc facias conclusionem generalem,quod hoc interesse semper exigitur si talis mutatio uenit ex culpa debitoris uel post morā. l.cum quid.ff.si certum petatur.& l.quod te. eodem titulo.l.3.§.si reddita.ff.commod.§.item si res legata. in stitu.de legatis.

86 Si uero est†interesse circa rem quod respicit bonitatem extrinsecam rei,idest ualorem, & dicas quod si est estimatio simplex,uel etiam estimatio seu interesse quāti plurimi fuerit res,& istud semper uenit post morā, cum declarationibus de quibus per docto.in l.uinum. cum materia.ff.si certum pe.Aut loqueris de interesse circa rem quod insurgit ex concommittantibus rem principalem,ut hęreditas in seruo instituto,seruitutes, damnum datum a seruo, fructus & partus, & debitor non soluat rem debitam propter quod creditor damnificatur in istis connexis & concomitantibus eam, Vel siquis corrupit rem alterius ex qua dominus in istis passus est damnum,& similiter fac regulam, quod semper hoc interesse uenit a die moræ tam in maleficiis quam contractibus bonæfidei & stricti iuris,solum enim differētia sit inter istos casus in commisione morę, quia in delictis semper est mora commissa, in contractibus bonæfidei aliquando re ipsa aliquando per interpellationem,& in contractibus stricti iuris aliquando per litis contestationem,ut habetur per doctores & ibi late dixi in l.quod te.ff.si certum pet.& in lege uinum.eod. titulo. Et talem regulam probat tex.in lege si sterilis. §.cum per uenditorem.ff.de actio.emp.& l.ratio. §. fi. eodem titulo.& l.proinde.& l.inde Neratius. ff. ad legem aquiliam.& l.uideamus.ff.de usu.& l.uenditor hominis.ff.de euictio.& l.in tantum.in §.iis consequens. ff.de euictio.& l.in tantum.in §.iis consequenter.ff.de ser.cor.& l.pe.sup.de iis quibus ut indig.Et hanc regulam sequitur Bar.hic nu.17.uer.primo casu. & commu
* niter docto.Nam licet ipse & multi alii teneant quod ista sint de interesse extra rem,tamen uolunt quod semper præstentur, ita quod quantum ad decisionem ipsam omnes concordāt,& bene,& nouissimi nume. 22. Et in iis duobus casibus non est aliud considerandum nisi ipsa mora, nec requiritur contumacia iudicialis, & in hoc differunt ab interesse singulari.Nec adhibenda

da est distinctio lucri & damni, sed solum quando mora considerabilis interuenerit de qua per docto. in l. ui num. & d. l. uideamus.

87 Tertium† est interesse quod extrinsecus siue extra rē uenit, & est damnum insurgens in rebus & qualitatib. separatis a re principaliter contenta in obligatione uel contractu, & in hoc pendent leges & prophetæ quando peti possit, Barto. & communiter doctores distinguunt, an delictum sit in ommittendo, ut quia morosus uel contumax fuit, an fuit in committendo, ut quia rem male tradidit, uel in totum uel in parte, Rursus an sit damnum uerum uel lucrū ammissum, Primo igitur casu quando damnum ex causa alterius in re separata a principali contingit, & est delictum in ommittendo, & tunc si est res in qua non potest cadere interesse intrinsecum, ut in numis & interesse extrinsecum uenit, ita procedit l. numis. ff. de in litem iur. & d. l. si pœnā. & l. liber homo. in fine. ff. de uerborum obligati. Alias autem interesse extrinsecum non uenit. l. si sterilis. §. cū per uenditorem. Et ita concordatur tex. in d. l. numis. cum d. §. cum per uenditorem. Et ideo infert Ias. in d. l. numis. quod si depositum fuisset factum de frumento uel uino, interesse extrinsecum non ueniret, quia interesse intrinsecum potest esse in uino & frumento. Et sic si propter moram debitoris creditor non habens pecuniam non potuit soluere canonem debitum in re emphiteotica, & propter hoc ammisit rem emphiteoticā, non poterit petere tale damnum, quia extrinsecum est separatum a re emphiteotica, sed si debitum erat in numis, & debitor non soluit, unde creditor ammisit rem emphiteoticam, poterit petere damnum habitum propter caducitatem, & eadem distinctio adhiberi debet in pignore ammisso. quod est ualde notabile in practica. Sed contra istam distinctionem facit. d. l. inficiando §. 1. ff. de fur. & l. si uenditor ab emptore. & l. seruus ea lege. ff. de ser. expor. ubi agitur de obligatione specierum, & tamen uenit interesse extrinsecum, similiter cōtradicit. l. 3. §. fi. ff. de eo quod cer. loc. & l. fi. ff. de peri. & com. rei uend. & l. commissa. ff. rem rat. haberi. & §. plus autem. uers. quæ utilitas. inst. de act. in quibus iuribus est obligatio de numis, & tamen non uenit interesse extrinsecum.

88 Quare† Alcia. in cap. tertia quæst. uersi. secundum axioma, ab ista communi sententia recedit sequendo Fulgo. in d. l. numis. uolentem quod semper & indistincte interesse extra rem ueniat, & mouetur primo, quia distinctio communis nulla ratione fundatur, ergo nō est tenenda. l. non distinguemus. in fin. ibi, quod nullā rationem. ff. de rec. arbit. Secundo probat per l. uideamus. §. præterea. ff. de usu. ubi si debens uestimenta aut sciphum non præstat tenetur ad estimationem, & ad id quod exigi potuisset ex locatione eorum. Tertio cōfirmat, quia si in casu d. l. uideamus uenit interesse extrinsecum consistens in lucro pensionis ammisso, ergo tanto magis ratio damni habiti extrinsecus habebitur, quia æquius est succurri damnum patienti quam lucrū ammittenti. l. fi. sup. de codi. Nec obst. d. l. numis, quia probat hanc opinionem, nec aliquod fundamentum ibi sit quod numi non recipiant affectionem, sed sensus est quod si reciperent affectionem utrumque debetur. Quarto facit tex. in l. 1. ff. de actio. emp. Nam illa lex intelligitur de interesse extrinseco. Et tex. in le. ad pœnam. in fi. & l. liber homo. §. fi. ff. de uerborum obligatio. Quinto pro ista parte Cur. considerat quod assumptū doctorū est falsum, quia immo in numis uenit interesse intrinsecū, cum possint mutare substantiam & ualorem, & affectio in eis cadat ex diuersitate prouinciarum in quibus una species numorum melius expenditur quam alia, ut per Bar. in lege Paulus. ff. de soluti. Bene uerum est quod non uenit affectio in indiuiduo numorum, quia recipiant affectionem in genere suo, sed uenit affectio in genere subalterno propter bonitatem ammissam, ita quod inueniuntur aliquando homines qui emerent ducatos auri plusquam ualerent, propter aliquam eorum commoditatem. Vltimo facit, quia in pecunia debita non uenit lucrum quod potuisset fieri, ut est tex. in terminis in l. fina. ff. de peri. & commo. rei uend. Et tenendo istam partem non obstat text. in d. l. si sterilis. quia respondet ipse quod est speciale in contractu uenditionis & emptionis, nam cum determinatum sit quod emptor non teneatur nisi ad usuras & non ad damnum extrinsecum. l. fina. ff. de periculo. & commod. rei uendi. idem deberet esse in uenditore, ut non teneatur ad interesse intrinsecum sed extrinsecū tantum, quia correlatiuorum eadem est ratio. l. finali. ff. de accep.

89 Sed ista† opinio satis probabilis esset si solutio data ad §. cum per uenditorem non subterfugeret & esset fundata meliori ratione, nam posset quæri quare est q̄ cum regulariter in numis ueniat interesse extra rem, in aliis contractibus, eodem modo non ueniat in contractu uenditionis, & ideo inquirenda esset ratio quare tex. in d. l. si. discordet a d. l. numis. Et ratio specialitatis istius discrepantiæ non posset assignari, & hanc opinionem in specie repræhendit Cantianus in suo tract. in cap. nono. & Loriotus in d. l. quatenus. colum. 3. & Petrus Rebuffus hic. Et responsio data ad d. §. cum per uenditorem confunditur per legem si uenditor. §. si qd ff. de ser. expor. qui loquitur in uenditione, & tamen pœna soluta debetur a moroso quamuis sit extra rē. Quare Bar. in d. l. Paulus creditorem. dicebat differentiam esse inter lucrum & damnum, nam lucrum cessans non uenit. per dictum §. cum per uenditorem. sed bene damnum emergens. d. l. numis. quę loquitur de damno in pignoribus uenditis per creditorem, sed hęc distinctio repræhenditur per Curtium, quia contradicit tex. in dic. §. cum per uenditorem. qui loquitur de lucro, & damno æqualiter, ut in seruis fame necatis, præterea tex. in d. §. præterea contradicit, qui loquitur in lucro, & tamen uenit.

90 Vnde Dec.† taliter distinguebat, dicens quod interesse extrinsecum lucri cessantis nunquam uenit. d. l. fina. de peri. & commod. rei uendi. sed interesse damni uenit & potest peti quando est damnum solitū, ut pignorum distractio. & pœna soluta, & de isto solito damno loquitur d. l. numis. & tex. in l. ad pœnam. in fin. & l. liber homo. §. fi. ff. de uerborum oblig. Sed si damnum est insolitum, non uenit, ut in d. §. cum per uenditorē. Nam quod seruus pereat fame insolitum damnum est, & hæc distinctio compræhendit omnes prædictas leges tam loquentes de numis quam speciebus, & sequitur hic Cagnol. num. 106. cumulans multas authoritates, quod de insolitis non habetur ratio, sed mihi non multum satisfacit, quia non uidetur magis solita pignorum distractio quam quod serui pereant fame, Quid enim si est pauper emptor & caristia certe est, erit solitum ualde quod serui pereant fame, maxime cum uinū & granum sint deputata ad usum hominis, item quid si deponens numos est diues, certe insolitum damnum est quod pœnam soluat, & dimittat pignora sua distrahi, Item quid si est scholaris qui pignoret libros & miles arma, Item quid si uenditor non sciuisset, & sic uidetur quod nullum potest esse magis solitum damnum alio, sed omne damnum solitum & insolitum est secundum uarietatem personarum temporis loci & rerum, & ideo merito nulla uis sit in d. §. cum per ueuditorem. quod damnū sit solitum uel insolitum. Præterea illi dicto de lucro contradicit textus in dic. le. uideamus. §. præterea. de usu.

91 Vnde† Curt. distinguebat, an debitor fuerit cōtumax uel non, nam si est contumax, in pœnam contumatiæ soluit omne damnum etiam extrinsecum, si uero non est cootumax, & tunc non uenit interesse extrinsecum d. §. cum per uenditorem. Hæc solutio est diuinatiua ad dictum

dictum §. cum per uenditorem. quia ibi dicendum est quod fuit in mora etiam dolose, cum in facto proprio soluere cessauit. Similiter esset nimis magna diuinatio ad dictam legem liber homo. §. fi. & d. l. ad pœnam. ff. de uerborum obliga. Immo potius destructio, cum in eis non potest cadere contumatia uera, seu dolus in non parendo, cum agatur ad factum dandi non ad restitutionem rei, ut no. in l. in actionibus. ff. de in litem iur. Loriotus tamen finaliter residebat quod in d. §. cũ per uenditorem non erat contumatia nec dolus uenditoris, & ideo dicebat, Aut non est dolus nec contumatia uenditoris & tunc non uenit interesse extrinsecum dic. §. cum per uenditorem. Aut uero est dolus uel contumatia & tunc semper uenit interesse extrinsecum per omnia alia iura quæ loquuntur quando interuenit dolus & contumatia, sed hęc responsio est nimis etiam generalis & diuinatiuã ad dicta iura, quæ simpliciter loquuntur de moroso. Item est diuinatiua ad dic. §. cum per uenditorem. quod ibi non sit dolus, cum mora plerumque præsupponat dolum, ut no. in lege quod te. ff. si certum pe. & idem etiam dici debet. d. l. fi. ff. de peric. & commod. rei uenditę. Ideo Fumeus parisiensis in suo tractatu dicit quod omnia iura allegata hic per Barto. & alios loquuntur de exemplis contentis sub interesse extrinseco circa rem quia ueniunt immediate ex ipsa re, ut hic per eum enumerantem hac de causa particulariter omnes contractus in ca. 3. num. 28. cum decem sequentibus. & hoc modo etiam intelligit. di. l. Iulianus. ff. de actio. emp. & l. si fundus. ff. locati. Et ad legẽ numis. respondet ut per Bartolum. & ad dictam legẽ tertiam. de eo quod certo loco. dicit esse casum specialem. Quæ opinio nimis audax est, quia non bene potest demonstrari quod prædicta exempla maxime in d. l. Iulianus. sint de interesse intra rem, cum sint separatissima a re, & confunderetur distinc. intrinseci & extrinseci interesse.

92 Quare † ego puto, licet articulus sit difficilimus, ita distingui posse, Aut sumus in lucro, & dicendum est ut infra, quia est separata materia, Aut est interesse damni, & tunc puto in primis quod lex numis non faciat ad propositum, quia loquitur de interesse singulari affectionis, quod probatur per iuramentum in litem, ut dicebat Alci. in dic. cap. tertia quæstio. & bene in hoc. Et sequitur Fumeus in capit. tertia quæstio. uersi. secundum axioma. & Loriotus colum. 4. dicunt enim quod licet non iuretur in numis in litem affectionis ex capite satisfactionis animi, tamen iuratur in litem affectionis ex capite affectionis sumptæ ab utilitate pecuniaria, propter quam crescit estimatio numorum secundũ affectionem, & sub ea continentur illa extrinseca, sicut etiam continentur in omnibus aliis rebus, numi enim solum differunt a speciebus & aliis rebus fungibilibus uel in genere, quia in eis non cadit affectio indiuidua, ideo non iuratur nisi ex uno capite affectionis sumptæ ab utilitate pecuniaria, sed in aliis rebus iuratur ex alio etiam capite simplicis satisfactionis animi, ut declaraui supra in rubrica super. 3. quæstio. Bar. Et propterea sequitur quod d. l. habet locum solum in numis depositis uel debitis ex alio simili contractu in quo uenit rei restitutio uel quasi, & potest iurari in litem affectionis, qui ponuntur in d. l. in actionibus. Et sic non loquitur in terminis de interesse communi, nec etiam obstat, sed tamen quia aliæ leges allegatæ loquuntur de speciebus & de contractibus quando non potest iurari in litem affectionis, & tamen pœna quæ est separata a re & pignorum distractio uenit, & quod plus est. d. l. uenditor ab emptore. §. siquid. & l. seruus ea lege. loquuntur de contractu uenditionis, contrario de directo. d. §. cum per uenditorem. ut non possit dici ut Alci. & multi inclinabant, quod sit speciale in contractu uenditionis, per d. §. cum per uenditorem.

Ideo finaliter resoluendo ego puto opinionem Alc. coniunctam cum opinione Decii posse procedere, ut nos faciamus regulam, quod morosus teneatur ad interesse extra rem per prædicta iura allegata, Fallit ubi cunque damnum est insolitum. d. §. cum per uenditorem. nam rarissime accidere potuit quod serui ementis pereant fame nisi in maxima caristia uel obsidione, cũ natura paucis contenta sit, & multis modis possit, prouideri ne serui pereant fame, pœna autem uel pignorũ distractio uel similia damna sint magis frequentia, Et idem dico etiam de lucro insolito, ut si non sit solitus negotiari emptor, nam tunc non uenit. d. §. cum per uẽditorem. alias autem sic, ut infra dicemus. & in hoc Decius non bene sensit, qui distinxit inter damnum, & lucrum, nam ille tex. loquitur de damno & lucro nõ frequenti, & insolito, Faciunt ea quæ cumulat hic Cagno. pro ornamento. l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrahenda emptio. num. 102. quæ ego adduxi supra in intellectu. l. Titius. ff. de actio. empt. in tertio notabili. Et ad illud de frequentia, faciunt quæ habentur in l. certi cõdictio. §. si numos. ff. si certum pe. & l. iusto. ff. de usuca. cum aliis adductis in l. 2. ff. si certum pe. Potest tamen dici quod d. l. si uenditor. & l. seruus ea lege. nihil faciũt quia loquuntur de pęna conuenta inter ipsas partes in odium serui uenditi, quæ regulariter non solet præstari nisi uendẽtis intersit pecuniariter, ut si solueret alii propter pactum non seruatum, & sic ibi non obseruans conuenitur actione ex stipulatu ad pœnam promissã per stipulationem uel pactum, & ideo non facit, cum in aliis iuribus illa pœna non fuerat promissa a moroso, unde satis etiam posset sustineri opinio Alciati in totum. Præcedens tamen magis placet, & uidetur forsan communis, cum eam teneat Iason in d. l. numis. & Bar. in dic. l. Paulus creditorem. & Cur. hic & Cag. nu. 106. & Loriot. in d. l. quatenus. per d. l. si uenditor. quæ euitari non potest cum loquatur de actione ex empto, & per consequens pœna illa non erat promissa ab emptore, sed ab alio.

93 Ex quibus † habes ultra alios quatenus puniatur ille qui non soluit prout debebat & fuit in mora, nam si dolosus est & contumax tenetur ad interesse singulare secundum affectionem uel sumptam a satisfactione animi uel utilitate tantum secundum naturam rerum, si iuratur in litem, & est talis actio in qua soleat iurari in litem secundum affectionem, iux. no. in l. in actionibus. de in litem iurando. Item tenetur ad interesse intra rem & circa rem siue dolosus sit siue non sit. Item tenetur ad interesse extra rem cogitabile & frequenter contingere ualens, sed non ad damnum uel lucrum insolitum, & quando debetur sine restrictione debetur licet non semper. Et hæc quando delictum est in ommittendo.

94 Secundo casu † principali quando aliquis delinquit in committendo, & tunc distinguitur, aut delinquit corrumpendo rem, aut tradendo rem corruptam per quã sequitur damnum. Primo casu aut delinquit scienter, & tenetur ad omne damnum emergens tam intra rẽ quã circa rem quam etiam extra rem. l. si seruum. ff. ad legẽ aquil. & l. qui tabulas. & l. uerum. & l. inficiando. §. primo. ff. de fur. & l. siquis uxori, §. pen. ubi Bar. & l. in furti. ff. de fur. secundum communiter doct. Quam cõmunem conclusionem amplia procedere etiam si quasi de- *
linquit. §. pe. & per totum. inst. de obliga. quæ ex quasi delic. nas. & l. fi. ff. de iis qui deie. uel effu. Secundo amplia si culpa deliquerit. l. si putator. & l. proinde. & l. inde Neratius. in princip. & §. sed & si fraudis. ubi bonus textus. ff. ad legem aquiliam. & sic ubicunque maleficiũ committitur omne damnum tam intrinsecum quã extrinsecum soluendum est, siue delictum fiat dolo, siue lata culpa, siue leui, dummodo fiat iniuria, intelligendo tamen quod delictum sit punibile secundum naturam suam, nam non omne delictum culposum est pu-

95 nibile. † Nec distinguitur an maleficium sit rem corrum pendo

pendo uel alium decipiendo, ut l. quod si cum seruus. & l. siquis affirmauerit. & per totum titulum. ff. de dol. malo, Nec distinguitur an delictum tendat ad illud damnum uel non, quia sæpius tenetur de toto damno quod postea uenit, secundum tamen distinctionem quam posuit Bar. in l. diuus. ff. de sicariis. & facit l. si quando. inf. unde ui. & l. quoniam multa facinora. intra ad l. iuliam de ui. & l. uerum. ff. de fur. coniuncto. §. qui opem. inst. de oblig. quæ ex delic. nascun. Nam siquis fregit portas meretricis per lasciuiam tenetur ad ualorem rerum ammissarum propter furtum licet non cogitaret furtū fieri, & sic regula indistincte est uera, & ista nota quia non ita generalem conclusionem alibi inuenies, Fallit tamen in lege ita fulo. digest. de furt. per rationem glosæ ibi, An autem teneatur ad lucrum ammissum infra dicam.

96 Secundo†casu principali delicti in ommittendo, uidelicet quando quis male tradidit rem uel corruptam tradidit, ex qua sequutum est damnum, Bartol. distinguit an scienter uel ignoranter, si scienter concludit indistincte teneri ad omne damnum intra rem circa rē & extra rem, per textum in lege Iulianus. & l. idemque. §. in omnibus. ff. de actio. emp. & l. sed addes. §. primo. eodem titulo. & l. in rebus. §. item qui sciens. ff. commodati. & in hoc nemo discrepat, quia alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. Regula non debet de regul. iur. in 6. Et ideo Aliud est non tradere rem, ut frumentum, quo casu regulariter non tenetur ad inter esse extra rem insolitum secundum distinctionem sup. traditam per me ad d. §. cum per uenditorem. Aliud est tradere uenenosum ex quo perierunt serui, nam tenetur ad ualorem seruorum. d. l. Iulianus. & l. idemq;. §. in omnibus. An idem sit de lucro, infra dicetur, si uero rem ignoranter corruptam uel male tradidit, & Bar. hic distinguit inter uenditionem & alia genera contractuum, concludens in contractu uenditionis uel alterius cuius natura sit transferre dominium regulariter non teneri ad interesse extrinsecum. d. §. cum per uenditorem. Fallit in uase. l. tenetur. §. qui uas. ff. de actioni. empt. fallit secundo in casu euictionis, quia uenditor non tenetur ultra duplum. l. Titius. in fi. ff. de actio. empti. in contractibus uero ex quibus non transfertur dominium, ut si est locata res animata, non tenetur. l. cum in plures. §. seruum. ff. locati. sed si est res inanimata, distinguitur an locator potuerit probabiliter ignorare uicium uel non. l. sed addes. §. 1. ff. locati. Si uero est cō modatum uel alius contractus gratia recipientis tantum, & similiter nō tenetur nisi fuerit res animata quæ dederit damnū, quia tenetur noxali actione. l. in rebus §. sed si sciens & l. penu. ff. commoda. Si uero est contractus in quo accipiens præstat officium suum, ut in deposito & in commodato, & tunc tenetur ad omne damnum. l. si seruus. §. quod uero. ff. de furtis. Quia officium suum nemini debet esse damnosum, ut ibi notatur. cum distinctione tamen de qua in textu lege inter causas. §. si seruus, digestis mandati. Et hæc omnia sunt uerba Bartol.

97 Aduertas†tamen, antequam tangam dicta doctorū, quod Bar. hic licet ponat multos casus, tamen in effectu regulam tradit cum quattuor fallentiis. Regula est, quod ignorans nō tenetur de damno extrinseco sequuto ex uicio rei, fallit in uase uēdito, fallit in eo qui præstat officium suū, fallit in actione noxali, fallit & quarto in causa euictionis, Sed hæc distinctio mihi non satisfacit, quia regulatur secundum naturam accidentalē contractuum, nam contractus omnes ex accidenti fiūt gratia recipientis & dantis ex natura eorum, cum quilibet possit fieri gratia accipientis & dantis & utriusq;, patet in commodato quod potest fieri gratia dantis & gratia accipientis, & in deposito quod similiter potest fieri gratia accipientis, ut no. glo. per illum textum. & ibi Bar. in lege si ut certo. §. primo & secundo, ff. commoda. & no. in §. fina. insti. quib. mod. re contr. obliga. & de mandato est tex. in l. 1. & 2. ff. mandati. Similiter illud quod dicit Bar. de seruo & actione noxali non est ad propositum, ex quo non tenetur tradens ratione traditionis, sed quia dominus est qui obligatur actione noxali, & ideo si tradens non esset dominus, non teneretur. §. omnis. insti. de noxa. Item quod dixit de uase specialiter in contractu emptionis non est ratione traditionis nec naturæ contractus, sed quia tacite uidetur promisisse esse integrum, ut ibi sentit tex. In emptione enim aliquando promittitur certa qualitas in re expresse, aliquando tacite, ut seruum non esse furem. l. e. si seruus. §. ptimo. ff. de fur. & l. quod si nolit. §. primo. ff. de ædil. edic. Et ita tacite uidetur promisisse de uase. Itē scias quod in contractibus commodati depositi & locati uertitur duplex traditio, una pro adimplemento contractus, Et ista facit in proposito, Alia uero pro restitutione rei facienda domino, & ista facit ad materiā interesse singularis, quia si non restituatur dolose, iuratur in litem, & pertinet ad primum membrum huius distinctionis.

98 Et ideo†Alcia. in cap. 3. quæstio. dicebat leges usque ad tempora sua male intellectas fuisse per doctores, & quod nulla est differentia an quis sciens uel ignorans res tradat aliter quam debeat, sed semper tenetur ad duplum. sicut dicit tex. in d. l. Titius. cum sequenti. ff. de actio. emp. Et ideo si agatur ex causa euictionis solum conueniri potest ad duplum etiam sciens. d. l. Titius. Si uero agatur ex re uiciosa tradita, & tunc similiter hoc interesse extra rem peti potest duntaxat usque ad duplum, per textum nostrum hic, qui similiter restringit commune interesse, & extra rem secundum eum. Nec obstat lex Iulianus allegata, quia ille textus loquitur in casibus incertis, Nam in uenditione est obligatio rem ttadi, & ista certa est, & continetur sub primo casu legis nostræ, & obligatio rem non uitiosam tradi, & ista incerta est, & ideo continetur sub secundo casu legis nostræ, & totum interesse petitur & exigitur, & istam dicit fuisse opinionem Pet. Iacob. de Rauena & Alber. & Fulgo. Item Bart. dum ponit specialitatem in uase uendito, per legem tenetur. §. qui uas. ff. de acti. empt. dicit non bene sentire, quia ratione caret sua specialitas. nec opinio glosæ distinguentis an debitor uerisimiliter potuerit ignorare uitium rei uel nō, sibi placet. cum ista uerisimilitudo sit facti, & in quolibet casu probari deberet, non autem præsumi per leges. Et ideo etiam in hoc discedendo a maioribus dicit, quod aut res tradita uitiosa penitus inutilis est, & tunc tenetur ad totum interesse extra rem siue sciens siue ignorans. d. l. tenetur. §. qui uas. quia uas nullius est utilitatis si uitiosum est, si uero res non est penitus inutilis, ut pecus uel tignum uitiosum, & tunc emptor tenetur solum quanti minoris. Minori Biturigenses hic solum conantur magno multiloquio ostendere fundamenta collegæ sui non procedere, sed nihil noui postea ad defensionem aliorum adducunt.

99 Ego autem†puto istas considerationes Alci. licet aliquibus subtiles uideantur, tamen nullo modo procedere posse, & primo, quia illa decisio de euictione est fundata in intellectu suo ad dictam legem Titius. quam supra reprobaui, nec est aliter insistendum, nam supra assignaui rationem quare uenditor si ignorans uendidit rem alienam non tenetur de euictione ultra duplum, & si scienter uendidit rem ailenam propter dolum, quare tenetur in totum. Videlicet quia emptor non emisset illam rem si sciuisset esse alienam, nec in ea fecisset expensas, similiter dum dicit quod per textum nostrū restringitur interesse commune & extra rem, supra ualidissimis rationibus reprobatum fuit, dando intelligē tiam claram ad textum, & demonstrando quod solum potest loqui in interesse singulari, Nec ualet responsio tradita ad dictam legem Iulianus, distinguendo inter obliga-

obligationem rem tradi,& rem uitiosam tradi,quia ultra quod non probatur lege, est absonum quod unus contractus sit certus & incertus simul, & censeatur diuerso iure,contra legem eum qui edes.de uluca. Alioquin nulla uenditio uel nulla locatio certa esset, contra textum nostrum hic,ut etiam dicũt nouissimi Quorum fundamentis potest tamen responderi defendendo Alcia.quia diuersitas in eodem contractu considerari potest respectu diuersorum.Nam quando res non traditur quia est delictum in ommittendo, non uenit interesse extrinsecum,& tenetur ex principali conuentione,quando uero traditur uitiosa,tenetur ex obligatione separata,& ex delicto in committendo, quæ eodem tempore non concurrunt cum prima obligatione,Cum illa procedat quando non traditur, hæc uero quando res traditur & male,& hæc potuisset esse ratio quare non dixit contractibus,sed casibus, cum in eodẽ contractu tam casus certus quam incertus esse posset. Et licet ita respondendo posset defensari, ex alio tamẽ mihi nullo modo placet,quia si in uenditione esset illa clausula,rem non uitiosam trahi,propter quam cõtractus efficeretur incertus,interesse totum deberet præstari siue scienter siue ignoranter, quia ubicunque res uenditur cum pacto certæ qualitatis,tenetur ad interesse,siue scienter siue ignoranter deficiat illa qualitas, quia non debet quis decipi, nec uenditor promittere quod non debet,& pro hoc facit textus in l.sed ades.§. primo.ff.loca.ubi in aliquibus tenetur sic, & in aliquibus non,ergo illa clausula nec tacite inest.

100 Ad idem†tex.in l.Iulianus.§.primo.ff.de actio.empti.ubi siquis uendidit seruum furem & fugitiuũ ignorans tenetur de fugitiuo sed non de fure nisi asseuerauerit,ergo probatur quod regulariter non est illa conuentio rem non uitiosam tradi,sed solum est in fugitiuo tacite,& concordat tex.in l.si seruus.§.1.ff. de furt. contra quos tex. in terminis loquitur Alcia. Secundo ista sua consideratio non posset procedere in contractibus qui re perficiuntur,quia in illis non est regulariter illa conuentio,cum initium accipiant a rei traditione, & tamen uidemus quod si in illis commodans uel deponens tradat rem uitiosam tenetur ad totum interesse.l.in rebus.& l.penul.ff.commod.& l.si seruus.§.primo.ff.de fur. Licet non sit conuentio rem non uitiosam tradi, similiter dum ipse ponebat distinctionem, an res sit inutilis,uel aliqualiter utilis,eius opinio mihi satisfacit,quia pendet ex contingentia facti, Vas enim uitiosum non est penitus inutile, quia licet effundat uinum,tamen si antequam poneretur uinum sciuisset ponens potuisset adaptare & fuisset perfectum, ac idem posset contingere etiam post effusum uinum si alia uice uellet ponere, & sic uas non est semper inutile, ut experientia demonstrat quolibet anno. Item ouis posset esse ita morbosa quod fuisset penitus inutilis, ut si periisset in duobus diebus, item posset esse quod pascua ita producerent herbam uenenosam quod penitus essent inutilia, præterea hæc distinctio non cadit in commodato,quia in eo non tenetur commodans nisi sciens l.in rebus.§.qui sciens.ff.commo. Nouissimi uero hic finaliter dicunt communem opinionem Bartoli ueriorem esse, & eam declarant procedere in multis casibus, sed non respondent supra adductis contra eam.

101 Ideo ego†puto reiectis omnium opinionibus aliter in hac materia considerandum esse, distinguendo aut quis scienter tradidit rem uitiosam, & tunc regulã fac indubitatam, quod quis tenetur in totum,quia quilibet tenetur de dolo suo indistincte,& non debet alicui per alterum iniqua conditio inferri, Regula non debet.de reg.iur.in 6.& probatur in omnibus legibus supra allegatis quæ non fuerunt correctę per textum no
102 strum ut sæpius dictum fuit.†Aut uero tradit ignoranter rem uitiosam,& tunc reiecta differentia contractuum,& an transferatur dominium ex eis uel non,considerandum puto,an ignorans fuit in aliqua culpa,ut qa si fuisset diligens scire potuisset illud uitium, tunc tenetur ad interesse si in illo contractu punitur illa culpa, ut siquis ignoraret uitium rei quod omnes scire uerisimiliter potuissent qui practicassent,cum ea dicatur esse in leui culpa,aut uero fuit ignorans sine culpa aliqua uel cum culpa quæ tamen non est punibilis in illo contractu,& tunc non tenetur ex illo uitio nisi ad pecuniam quam recipit quanti minoris recepisset.

103 Et ideo si in†cõtractu uenditionis uel locationis tradidisset eam teneretur ad omne interesse, quia culpa leuis punitur in contractu emptionis. §. cum emptor. insti.de emptio.& uenditione. Si uero est contractus in quo tenetur de dolo tantũ, & tunc non tenetur ad interesse,etiam si probabiliter potuisset scire,quia nõ punitur culpa leuis,si uero est casus in quo tenetur de leuissima, & tunc quasi semper tenetur ad totum interesse,quia raro ignorans reperitur sine culpa leuissima qui ex diligentia non potuisset scire uitium rei.

Ex qua declaratione aperitur intellectus multarum legum.Et primo patet quare in uase quis tenetur ignorans.d.l.tenetur.§.qui uas & d.l.sed ades. quia dicitur esse in leui culpa ignorando uitium uasis, merito tenetur.Nam dando uas in quo apponitur res effundibilis, fuit in culpa non inquirendo an sit integrum, uel non uendendo,ad illum effectum uidetur tacite asserere integrum,& non inquirendo fuit in negligentia, Sed si commodasset illud uas,tunc quia ipse commodans tenetur de dolo tantum cum contractus commodati sit factus gratia accipientis,ideo dans tenetur de dolo tãtum,merito si fuit in culpa,nec tenetur,sed solum sciẽs l.in rebus.§.sciens.ff.commo.Et hæc est ratio quodde ponens tenetur de damno etiam ignoranter,quia deponens tenetur de culpa leui & leuissima.

104 Nec mireris quod dixerim † deponentem teneri de culpa, & commodantem non teneri, quasi sit contra textum in §.item.& §.præterea.insti.quib.mod.re cõtrah.oblig.& l.si ut certo.ff.commoda.Quia illa iura si recte inspiciantur loquuntur in accipiente, nos autem loquimur in casu econtrario,scilicet in dante,& si accipiens tenetur de dolo tantum, ut depositarius deponens tenetur de culpa,quia contractus sit gratia sui, & sicut sic accipiens tenetur de leuissima,ut in commodato commodans tenetur de dolo tantum, quia contractus non sit gratia commodantis,ut probatur notabiliter in dictis iuribus ita declaratis per glosam in di. le. si ut certo.ff.commoda.quæ in effectu non facit differentiam inter contractus ad hoc ut quis teneatur de culpa sed solum considerat cuius gratia sit factus contractus, & uult quod ille teneatur de culpa cuius gratia sit factus contractus,& uult quod ille teneatur de clpa cuius gratia factus sit.Idem dixit glo.in §.fi.insti. quibus modis re contrah.oblig.Et per prædicta etiam patet ratio differentiæ inter uas & pascua,de quo in d.l. sed ades.§.primo.Quia in pascuis si est mala herba non dicitur locans esse in leui culpa si ignorat,& ideo non tenetur cum eadem ratione & conducens posset esse in negligentia,& per prædicta tollitur difficultas quæ esset si depositum fieret gratia accipientis,& commodatũ gratia dantis,nam mutaretur natura contractus, ut in simili dicitur in l.siquis nec causam.ff.si cer.pe.& le.1.§.siquis seruum.ff.deposi.

105 Ex quibus † omnibus igitur in quæstione proposita fac regulam,quod interesse extrinsecum siue extra rẽ non debetur ab ignoranter tradente rem uitiosam. l. Iulianus.ff.de actio.emp.& l.in rebus. §. item si sciens. ff.commoda.Fallit quando illa ignorantia fuit culposa tali culpa quæ puniatur in illo contractu siue casu, Nam si punitur tenetur ad interesse etiam extrinsecũ, cum in illo actu non est excusabilis illa ignorantia,quę tamen limitatio intelligitur si accipiens ignorabat uitium,

quatur in negotiatione, quia debet intelligi quod negotium non erat destinatum ad negotiationem, ut dixi, & sic patet quod communis opinio uerior est, quam sequitur Felin. in c. cum uenerabilis in 2. & 3. col. de exceptio. & tradunt etiam nouissimi infra in glo. fin. Decius & Parisius in d. c. cum uenerabilis. & Dec. in consi. 111. 116. & 322. omnes moderni in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. pet. Alex. in consi. 108. Cardi. in clem. 1. §. sane. q. 8. de usur. Iacob. in l. diem functo. ff. de off. assess. colum. 3. num. 10. Boerius in consi. ulti. posito post consuetu. Biturig. Albertus in tractatu de augum. conclusione ultima. in 1. limit. & Curti. in tractatu de moneta. fol. 35. col. 2. Castaneus in consuetud. Burgund. sub rubric. de sdroict. Bal. nouel. in tract. de dot. in 7. parte. in 3. speciali. Campegius in eodem tracta. q. 6. in 2. parte. Roma. consi. 517. in casu. col. 2. Socci. consi. 156. pro fundamento. col. 3. uol. 1. Aquenses in l. diuortio. in princip. colum. 3. ff. soluto matrimo. Anchar. in consil. 150. Ale. in consi. 141. & in consi. 31. & 200. lib. 5. Barbat. consil. 34. uolum. 3. Socci. consi. 88. lib. 4. Iason in d. l. 3. §. fin. In quibus docto. dicunt quod mulir & quiuis alius potest petere dictum interesse quando solebat, licet per se, negotiari, ut quia mulier dabat pecunias mereatoribus ad honestum lucrum, & idem de eo qui emisset prędia si habuisset pecuniam ex quibus potuisset consequi fructus, & hæc opinio recepta est in scholis, & in palatiis omni iure diuino & humano, etiam in uia theologorum, & in conscientia, ut per Sanctum Thomam & Gaietan. in secunda. 2. q. 62. & 78. Summa angelica in uer. usura exterior. in uer. quis casus. & hic Cagnol. nu. 37. in ulti. notab.

121 Possunt† tamen etiam aliter concordari opiniones, & d. iura, distinguendo inter primum lucrum & ulteriora lucra siue lucra lucri, nam primum lucrum semp uenit, ut si merces debeatur & non soluatur lucrum, primum debetur quod consistit in uendendo quantiplurimi illas merces, & hoc permittit. d. §. cum per uēditorem. & d. l. si commissa. & d. l. 3. §. fina. ff. de eo qd certo loco. cum aliis concordantibus. Sed luerum secūdum non permittitur, quia nimis remotum est & incertum, & non bene potest apparere quod uendendo incontinenti exigeret pecunias, & quod merces inuenīret. d. §. cum per uenditorem. & d. l. fina. Similiter si debetur pecunia, primum lucrum permittitur per dictam legem finalem. quod fit per receptionem usurarum, qa in interesse in contractu uēditionis habetur respectus ad fructus rei uenditæ. l. curabit. & ibi no. supra de act. empt. Sed non potest peti secundum lucrum quia nimis remotum est ut per Dec. in c. cum uenerabilis. de excep. col. 5. uer. sed retenta communi opinione. & in d. l. 3. de eo quod certo loco. si portari debet pecunia ut in nundinis emantur uere merces, primum lucrum erit posse emere merces & uendere, & illud uenit, ut ibi dicitur, quia ex natura loci constat quod pecunia erat destinata ad negotiandum & erat in potentia propinqua, Quinimmo si merces deberent præstari certo loco nūdinarum, posset secundum lucrum uenire, scilicet lucrum mercium debitarum quas uolebat emere, & lucrum aliarum mercium transportandarum in alium locum, nam hoc casu propter destinationem certam teneri poterit ad estimationem quantiplurimi illarum mercium debitarum, & postea ad lucrum fiendum ex aliis mercibus emendis, dummodo probetur quod tales merces potuissent uendi & aliæ emi d. l. 2. §. fina. & in hoc erit specialitas in illa actione, ut perpendebant Fulg. & Alci. & poterit saluari alia opinio respectu huius secundi lucri, quod est regulariter prohibitum, ut inf. dicam ultra alios.

122 Opportet† tamen, ut dictum est, quod non tantum esset solitus negotiari, sed quod haberet merces præ manibus, ita quod lucrum esset in potentia propinqua, & similiter si non solitus esset negotiari, esset solitus ponere pecunias in emptionem prediorum, oportet quod aliquod faciat præparamentum pro emptione prædiorum ut fructus consequi possit tamquam lucrum cessans, & ideo debet esse cautus aduocatus petentis hoc interesse, ut in articulis ponat, quod suus clientulus erat solitus negotiari uel collocare pecunias in emptionem prediorum, alias succumbet, Alex. in consi. 141. libr. 5. & Deci. consilio 39. Purpuratus in dic. lege rogasti. §. si tibi. cum sit qualitas requisita, debet probari. le. prætor ait. & l. 2. §. docere. ff. ui bonorum raptorum. cum aliis adductis per Corsetum in singulari suo in uerbo qualitas. Item probare debet quod lucrum erat in potentia propinqua, ut quia habuit merces præ manibus, uel prædia, uel conductiones solitas fieri, ex quib. tantum lucratus fuisset si habuisset pecuniam illam, exprimendo quantitatem, ut per Paul. de castro & Iason. in d. l. 3. §. fi. Felin. Dec. & Paris. in d. c. cum uenerabilis. Decius in lege quatenus. ff. de regulis iuris. & consilio 232. Matth. de Afflicto in decisione regni. 20. Curt. in l. 2. §. mutui datio. ff. si certum petatur. colum 6. Alexand. consi. 20. & 88. & Gaietanus in sua sumul. in uer. usur. Tertio debet probare quod negotiatores & mercatores similis qualitatis & communiter lucrantur, & lucrari consueuerunt deductis omnibus expensis decē uel quindecim pro centenario, & tantum ipse lucratus fuisset uerisimiliter. Nec attenditur quod non semper fit lucrum, quia aliquando percipitur damnum, nam sufficit apparere quod communiter alii lucrati fuerūt sicut in simili fit quando petuntur fit fructus qui percipi potuerunt. ut in §. 2. insti. de offic. iudic. ut in terminis declarat Aretin. in lege continuus. §. cum ita. column. 2. ff. de uerborum obl. Pau. de cast. in le. cunctos populos. supra de summa trinit. & fide cathol. colum. penul. ad finem. & in consil. 303. in causa. in antiquis. & Bald. nouel. in tractatu de dote in 3. speciali. colum. 2. & hic Cagnol. num. 43. qui dicit ita practicari. Et tale interesse potest peti pro omnibus annis, nedum pro primo anno, quia in eis semper est mora, & sicut pro omnib. annis potest peti usura. l. eos. C. de usuris. Ita & interesse. Et uidetur tex. in l. 3. §. fi. ff. de eo quod certo loco. & l. si in lege. §. colonus. ff. locati. & dicit hic Cagnolus practicari quotidie. Non obstat quod de infinitate euitanda potest dici, quia non est infinitas, cum per prætеritionem annorum appareat certitudo. le. lecta. & ibi no. ff. si cer. pe.

123 Sed dubium† est magnum & practicabile an debeatur interesse interesse, & si forsan quolibet anno potuit lucrari centum ex pecunia debita, an duplex lucrum possit peti, tam de pecunia debita, quam de pecunia acquirenda per lucrum, & uidetur dicendum quod nō, quia usuræ usurarum non debentur. l. finali. C. de usuris. & hoc uidetur tenere Deci. in dicto capit. cum uenerabilis. columna sexta. uersiculo sed retenta. ne detur excessus in infinitum. Cagnolus tamen hic numero 46. determinat contrarium, & comprobat per simile de usuris annuis. dicta leg. eos. Quod parum ualet, quia loquitur de annuis redditibus pecuniæ principalis qui permissi sunt ut statim dixi, sed hic agitur de lucro fiendo ex annuis lucris ultra ordinaria lucra ex principali pecunia, Item nec concludit in annuis redditibus, quia hodie usuræ etiam prohibentur pro primo anno. c. debitores. de iureiur. & clem. 1. de usur.

Secundo adducit, quia eadem rō quæ facit quem de capitali sorte teneri militat etiam in interesse alterius interesse, quia si illa debita pro interesse soluisses de illis fecissem mercantiā & lucratus fuissem pro rata. sed respondetur quod immo non militat eadem ratio, qa usura secunda & tertia prohibetur ne deueniatur ad infinitum. & ex uoragine sua consumat totā substantiam unius. Itē ex illis debitis pro tempore soluendis pro interesse non apparet certitudo lucri, nec q lucrū fuisset in potentia propinqua, sicut ex ipsa sorte, Cum non appareat

pareat quod destinauerit de omnibus suis pecuniis facere mercantiam, uel quod habebat commoditatem faciendi, & redditus maiores solent inuitare dominos ad maiores expensas.

Tertio adducit, quia interesse decursum habetur pro sorte. Bald. & Salicetus in l. secunda. supra de usuris. Signorollus in consi. 65. colum. fi. ergo de eo debet posse peti interesse lucri alterius sicut de sorte principali. Faciunt quæ scribit Bar. in l. fin. C. de frum. urbis constanti. lib. 11. Socci. cōsi. 92. colum. 7. lib. primo. & Cor. scr. in suis sing. in uerbo lucrum. Sed respondetur negando quod habeatur pro sorte, quia lex negat tot computari in sortem. l. fi. sup. de usu. Nec etiam uerū est quod militet eadem ratio, quia non apparet de destinatione lucrandi de illis, nec de potentia propinqua ad lucrū, cum ut dixi maiores redditus inuitant homines ad maiores expensas.

Quarto adducit authoritatem senatus ducis subauditæ qui in facto ita iudicauit, sed exemplis non est decidendum. l. nec exemplis. l. nemo. sup. de sententiis. & l. sed licet. ff. de off. præsid. Et pro contraria opinione Decii facit ratio sua de usuris quæ non sunt permissæ. l. fi. sup. de usur. & concludit etiam in interesse. Nec obstat quod sunt odiosæ. c. salubriter. & c. super eo. de usur. & interesse est omni iure permissum, & differt ab usuris, sicut determinans a determinato, ut per Bal. in 1. colum. hic. & ille currat etiam in non solito negotiari, quia respondetur quod eadem est ratio in proposito, cum generaliter illa lex loquatur de omni creditore qui potuerit prætendere interesse, & posset esse qd ibi concurreret etiam interesse, item ille text. loquitur de solito negotiari, quo casu dando aliis personis potuisset habere alias usuras licitas quæ essent uerum interesse, & tex. ibi prohibet usuras iam decursas poni loco sortis indistincte & stipulari usuras illius sortis nouæ. Secundo facit alia ratio quæ non assignatur per doctores, scilicet propter earum uoraginem. cleme. 1. de usur. nam ratio uoraginis militat etiam in interesse ita cumulato ut patet ad sensum, Tertio facit ratio infinitatis cum interesse ita cumulando ascendat in infinitam summam quæ postea non potest solui, ut fatetur ipse Cagnolus euenisse in illa causa in qua fuit iudicatum, & hæc infinitas etiam in interesse reprobatur l. Neratius. §. si seruo. ff. de ser. corrupto. Quinto facit, quia uidetur quod etiam debeat imputari petenti quare fuit negligens in exigendo, nam sicut tacendo præiudicat sibi per præscrip. in sorte & fructibus. l. eos. C. de usur. ita potest qræiudicare sibi per negligentiam in hoc interesse remoto ante finitam præscriptionem. Sexto ipsemet fatetur quod secundum lucrum de mercantia non potest peti, ut si merces uendantur, & dicatur quod si fuissent datæ potuisset ex pecunia mercium uenditarū emere alias merces, ut dicebat Decius, ita etiam est in debito pecuniarum, quia militat eadem ratio quod efficitur sors, & potuisset lucrari, & in pecunia est fortior ratio prohibitionis propter suspitionem usurarum. argum. l. quamuis. & l. frumenti. C. de usur. Facit etiam tex. in dict. l. Neratius. §. si seruo. ff. de ser. corrupto. ubi corrumpens non tenetur nisi pro primo delicto, licet propter suam corruptionem sumpserit cōsuetudinem delinquendi, ut euitetur infinitas. Septimo etiam probatur ex experientia. arg. ca. quamuis. de electio. in sexto. quia omnes mercatores habent infinitos debitores qui non soluunt per quindecim & 20. annos debita sua pro mercibus, & tamen nunquam mercatores consueuerunt petere lucrum suum, sed uix debita exigunt ab eis. Octauo suadetur etiam exratione naturali, quia nō semper ex negotiationibus sequitur lucrum, cum sæpissime damnum eueniat. l. socium a quo. ff. pro socio. & §. primo. insti. de societate. Et si tolleratur in odium morosi quod in prima uice sufficiat potentia lucrandi non attento quod potuisset ammittere seu perdere, nō tamen debet tollerari in tribus uel quattuor uicibus, ut faciamus illum diuitē sine periculo & labore, & hūc miserrimum, & plerumque accidat quod mercantiæ multum durantes inducant fallimentum, & istam opinionem tenuit etiam Ruinus in consi. suo 55. uol. 2. per rationem, quia accessio accessionis esse non potest. l. e. 1. ff. de usur. leg.

124 Vt tamen magis elucescat in practica hæc decisio, ego puto in occurrentia faciendos esse aliquos casus, considerando quod aut debentur merces negotiatori, aut pecunia, Primo casu fatetur Cagno. quod non attendetur nisi primum lucrum, quia ex eadem re non pōt petere duplex interesse, quæ ratio nihil ualet, quia multiplex lucrum potest fieri succedere diuersis temporibus contrahendo & mercando, Vnde distingui debet, an ille sit solitus mercari & facere industrias non continuas, an uero solitus sit mercari semper & retinere merces multiplicatas continuo in apotheca uel magazeno suo semper reuoluendo. Primo casu quando debetur merces negotiatori temporali, sine dubio non debetur secundum lucrum, quia nō constat quod in secunda uice fecisset mercantiam, nec apparet quod haberet meecantiam præ manibus, unde non potest ei deberi, per ea quæ dicta sunt in principali conclusione, & idem etiam erit si ei debeatur pecunia certa, per eandem rationem.

125 Secundo casu quando aliquis est debitor mercatoris habentis capitale perpetuum destinatum ad lucrū continuum, & ille creditor est solitus omnes pecunias exactas expendere in negotiatione, & ita perpetuare eam & augumentare, & tunc morosus uidetur posse teneri ad lucrum lucri, cum appareat ad oculum quod lucrū est in propinqua potentia, & ex inspectione librorum appareat quod omnes pecunias quas exigit expēdit in mercibus, eas ampliando, & reuoluendo quotidie capitale suum, per rationes adductas per Cagnolum. Et secundum hanc opinionem omnes mercatores possent a debitoribus suis propter merces uenditas panni sirici olei & alterius mercantiæ exigere pecunias debitas, & ultra sortem lucrum, & lucrum lucri ammissum, quod est ualde notabile, sed tamen consuetudo nō obseruat, quia nullus est uestrum qui non emat pannos, siricum, calceas, & alia necessaria ad uestitum a mercatoribus qui operas suas & omnem suam substātiam in illis mercantiis adhibent, & tamen nullus uestrum unquam soluit lucrū quod potuisset facere mercator, nec lucrum lucri, etiam post tres quinque & decem annos, nec etiam uidistis in iudicium deduci, & ꝓpterea in practica esset durum obtinere, nisi forsan qs promisisset omne damnum & interesse mercatoris si non obseruasset promissa, & hæc consuetudo uidetur fundata in l. fi. ff. de peric. & com. rei uenditæ.

126 Tertius casus est, ubicunque mercator emit merces ab aliquo ad effectum lucrandi, uendendo, ut faciunt omnes mercatores sirici panni & magaginerii, & debitor nō tradiderit suo tempore, ut mercator non potuerit facere sua negotia nec lucrari, & ex libris & traficis apparet quod si habuisset destinasset ad mercantiam ordinariam, & tunc similiter uidetur quod ille debitor jteneri possit ad omne lucrum primum, & lucrum lucri, quia constat ex consuetudine mercatoris quod si merces habuisset pretium destinasset ad lucrum fiendum, & in iis terminis uidetur procedere facilius opinio Cagnoli, & per experientiam sæpissime solent mercatores in iudicium deducere petitiones istorum lucrorum ammissorum, & fundatur hæc opinio per legem tertiā. §. fina. digest. de eo quod certo loco. quæ simpliciter in iis terminis proprie loquitur. Tamen non clare aperit ille textus de lucro lucri, sed solum de primo lucro consistente in uenditione mercium debitarum, & emptione aliarum mercium, primis uenditis, uel rerū ibi solitarum emi, quia tunc apparet ꝙ potentia lucrādi est

di est propinqua, sed quod debeat multiplicari per multos annos, ille tex. non probat. Puto tamen dicendum esse quod si actum est quod soluatur quocunq; loco uel domi suæ, & tunc non ueniat lucrum lucri, sed si actum fuisset quod in loco nundinarum uel tempore nundinarum soluatur, & tunc uideretur ita esse actum ut ex pretio incontinenti emeret alias merces, & tunc ueniret etiam lucrum lucri, & hoc modo potest intelligi. d. l. 3. §. fi. & concordari cum. d. l. fi. ff. de peric. & com. rei uend. & §. cum per uenditorem. ut sup. dixi.

127 Quartus† casus est, ubicunque nobilis uel alius honestus ciuis est creditor multarum pecuniarum, & poterat collocare in emptionem prediorum & percipere fructus ad rationem trium pro centenario uel quattuor, Vel poterat emere census ad rationem decem pro centenario, ut fit in regno Neapolis & Siciliæ, & etiam in Germania, & in hoc casu secundum doctores, si non apparet quod habebat præ manibus predium, quod erat empturus, uel censum, & tunc non potest creditor petere lucrum primum, nec lucrum lucri, per l. si sterilis. §. cum per uenditorem. ff. de actio. emp. quem in iis terminis intelligunt doctores, quia non apparet de causa propinqua ad lucrandum, sed si ille habuisset prediũ præ manibus, uel censum, & tunc doctores similiter cõcludunt quod debitor tenetur ad illud lucrum primũ, etiam quod essent census annui, quia totum dicitur unum lucrum, sed an ad lucrum lucri, seu ad census censuum, quos potuisset lucrari, non aperiunt doctores, tamen ex rationibus Cagnoli idem dicendum esset, Sed incontrarium facit, quia non constat quod ille nobilis de censibus receptis ex prima obligatione fecisset alias emptiones, quia forsan consumpsisset expendendo largius, ut solet fieri. Vnde ego puto quod nisi euidentissime appareat quod ille solitus sit de censibus & fructibus excedentibus certam summam facere alias emptiones prediorum uel censuum, non teneri debitorem ad lucrum lucri seu census censuum.

Vidi tamen in consilio Neapolitano iudicari contrarium in una causa cuiusdam debitoris certarum pecuniarum dotalium, & condemnari ad census & census censuum, seu interesse interesse, & de quinque milibus ducatorum sortis sentẽtiam condemnatoriam feri de quindecim milibus ducatorũ, & audiui sæpius ita practicatum fuisse absque eo quod fiat probatio quod haberet predium uel census prę manibus, sed propter hoc solum quod communiter solent in illa ciuitate emi cẽsus ab habentibus pecunias, tamen semper mihi uisa fuit iniqua, & conuenire potius litibus iudæorum quã Christianorum, & nunquam potui percipere neque a consiliariis neq; ab aduocatis partis creditoris ubi fundabant istam opinionem, nisi ex generalibus regulis supra traditis. Et ideo in consulendo uel in iudicando nõ obseruarem, & idem posset dici quando census iã sunt constituti & debitor nõ soluit, ut non teneatur ad census censuum, cum nõ appareat quod ille creditor collocasset in emptionem aliorum censuum.

Pro opinione tamen sacri consilii facit, quia aliquãdo fructus fructuum debentur. l. sed & partus. ff. quod metus causa. Sed ibi tractatur de lucro iam deducto in esse, & idem dicitur quando quis condemnatur in fructibus qui percipi potuerunt. §. 2. inst. de off. iud. nã clare per testes probatur quod fuissent nati. Tamen ille text. est multum notabilis pro illa opinione quod lex non curat an nascantur, sed sufficit quædam generalis potentia, & hoc facit in pœnam morosi, Tamen hoc solum fit de prima sorte non de fructibus fructuum, Ideo si unus census est decursus, oportet quod creditor demonstret in illo se habuisse præ manibus aliam emptionem, & si plures census sunt decursi, non posset deberi census censuum, cum esset species ariolandi præsupponere quod quolibet anno incontinenti, cum debitor esset in mora inuenisset alium censum emendum pro illa quantitate, & quod ipse etiam uoluisset emere, & talis sententia condemnatoria in censibus censuum seu tertiis tertiarum, ut solet dici, est potius fundata in ariolatione quam in probatione & naturalibus accidentibus.

128 Quintus casus est† ubicunque nobilis uel ciuis honestus emit frumentum oleum uel uinum simpliciter, & debitor non soluit in tempore, nam creditor solum potest petere quantiplurimi ualuerit res illa, sed lucrum quod potuisset fieri uendendo & emendo alias res petere non poterit, siue ipse prætendat primum lucrum, siue lucrum lucri, quia nõ apparet de causa propinqua lucrandi, & in iis terminis loquitur secundum omnes. d. l. si sterilis. §. cum per uenditorem. Ex quibus patet quam periculosa sit illa opinio quod lucrum lucri, & interesse interesse possit peti, quam hic audacter tenet Cagnolus. Sed quia rationes suæ sunt debiles, & non allegat decisionem in terminis, & in terminis Decius in d. c. cum uenerabilis. de excep. & Ruinus in d. cons. 55. tenent contrarium, apparet quod hæc opinio uidetur magis communis & tutior & uerior, ideo diligentes sint creditores in exigendo pecunias suas & res suas & non sperent lucra lucri & interesse interesse.

In casibus tamen in quibus docto. admittunt peti interesse interesse, Practica articulandi debet esse ut dixi, ut deducat quod ille erat solitus negotiari uel collocare pecunias suas ad lucrum, & si eas habuisset omnino collocasset & potuisset percipere aliud lucrum, & practica liquidandi postea summam debitam erit ut dicatur, quod cum per uiginti annos debitos fuerit in mora, & in quolibet anno ipse de suis aliis pecuniis erat solitus habere decem pro centenario, & omnes q collocant pecunias ad census habent decem pro centenario, Vnde ex mille ducatis in primo anno potuisset habere centum, & in secundo anno centum decem, & in tertio anno centum uiginti, in quarto centum triginta, & ita multiplicare ut fit in l. lecta. ff. si certum pe. & hic etiam ponit Cagn. num. 46. in ultimo notabi. Prædicta tamen distinctio de solito negotiari non adaptatur ad damnum, quia quilibet de bonis propriis potest percipere damnum. quamuis uon sit solitus negotiari, ut per Alex. in cõs. 31. lib. 6. l. proinde. & l. inde Neratius. ff. ad l. aquil. & d. l. Proculus. ff. de dam. infec.

129 Subdebat† etiam hic Cagno. quærendo, an quis ab initio hoc suum interesse lucri cessantis posset deducere in conuentionem, & facere interesse conuentum, & concludit quod non, quia est suspitio usurarum, quoca su interesse conuentum prohibetur, ut supra conclusi in q. de interesse conuento, declarando ut ibi per not. per Bal. & alios in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. pe. Intantũ quod nec maritus pro oneribus matrimonii, nec mulier soluto matrimonio possunt stipulari certã quãtitatem pro omni interesse suo nisi statuta uel consuetudo locorum aliter disponeret, ut per Bal. nouellum in tractatu dotis in 7. parte in 3. speciali. Ias. in l. cunctos populos. car. 3. sup. de sum. trinit. Moderni de fano in tract. de pig. in 3. par. col. pe. & fi. & Parisius late in cons. 126. lib. 1. & 64. lib. 4. ubi etiam consuluit ualere talia statuta disponentia ut certum interesse posset peti. & Cagno. in l. curabit. supra de action. empt. Si tamen contingeret quod conuentio fuisset facta, tunc exactio non prohibetur in totum, sed solum quatenus non apparet de interesse, & ideo si probaretur interesse illius uel maioris quantitatis, tunc totum exigi posset, uel in minori quantitate si totum interesse non probaretur, ut per Bal. & modernos in d. §. si tibi. & Alexand. in dicto consilio. 200. Decium in consili. 322. & Cagno. hic numero. 51.

130 Dubitari etiam potest, † an si probatum fuerit hoc interesse lucri, & lucri lucri, sed non præcise quantum sit an debeat sequi condemnatio uel absolutio, ex quo sententia debeat feri certa. §. curare insti. de action. &

per

per ea quæ tradit Pau.de cast.in consi.377.colum.fina. Sed incontrarium est communis sententia,quia sufficit quod postea in executione liquidetur ad certam quantitatem.l.2.cum ibi no.per Bart.Bal.& alios.sup.tit.1. Facit tex.cum ibi no.per Bar.& alios in l.si quod ex Pamphilo.ff.de leg.2.& per Bar.in fine legis. ubi latius dicam.Et in duobus notabil.casibus posuit Cor. in consi. 256.col.fi.& in consi.318.ad fi.uol.4.& Raphael in consi.102 ubi ponit quod probatis melioramentis licet nõ sit probata quantitas,tamen debet condemnari, & in executione postea per suam subtilitatem restringere quantitatem certam per istum tex. Sed quia omnia dicta in hac quæstione sunt ualde diffusa, ut clarior habeatur sensus.ita breuiter distinguas.

131 Si quæratur†igitur quando interesse peti possit, ita distinguas,aut est interesse conuentum,ant singulare, aut commune,Primo casu breuem regulam facias, qđ interesse conuentum semper exigi potest, quia pacta seruanda sunt.l.1.de pact. Cum hoc tamen quod contractus sit recte factus & nulla exceptione elidi possit Fallit ubicunque est suspitio usurarum, ut si apponitur dationi quantitatis,ut dixi sup.Secundo casu fac regulam,quod interesse singulare non uenit, fallit quando interuenit mora debitoris simul cum iuditiali contumatia,nam tunc in omnibus actionibus arbitrariis, & bonæfidei,& aliis in quibus uenit rei restitutio,& iuratur in litem exa ffectione,peti potest,si interueniat iudicialis contumatia,alias non potest exigi, quia inuentum fuit in pœnam contumatiæ,& ea de causa considератur affectio.ut dixi sup.Trrtio casu quando interesse commune exigatur, subdistingue, Aut est intra rẽ,aut circa rem,aut extra rem.Rurius aut est in damno habito,uel in lucro ammisso,Primo casu fac regulam,quod interesse intra rem semper exigitur in contractibus, delictis in committendo & ommittendo, & in omnibus casibus,siue sit lucrum ammissum,siue damnum habitum.d.l.ratio.§.cum per uenditorem de actio.empt. & l.cum quid.ff.si cer.pe.cum similib.sup.alleg.Secundo casu similiter fac regulam,quod interesse circa rem semper uenit in omnibus contractibus,delictis,& aliis casibus siue sit lucrum ammissum, siue damnum emergens,nam in istis duobus casibus propter connexitatẽ & cohærentiam,lucrum & damnum pro eodem reputantur.Tertio casu sub distingue,aut est damnum habitum, aut lucrũ ammissum,Primo casu similiter fac alios tres casus.Aut est delictum in ommittendo, ut quia morosus est,aut in committendo,ut corrumpendo res, aut in male tradendo,uel rem uitiosam,si est delictum in ommittendo,fac regulam,quod regulariter tenetur nisi sit damnum insolitum,uel lucrum insolitum, forsan prætensum ab eo qui non erat solitus negotiari, Secundo casu si delinquit in committendo,fac regulã, quod delinquens tenetur ad omne damnum emergens etiam extra rem,dummodo scienter delinquat, idem etiam si delictum sit culposum tantum,ut in casu legis aquiliæ. Tertio casu fac regulam,quod rem male uel corruptam tradens tenetur indistincte ad omne damnum etiam extra rem si scienter tradat, si uero ignoranter tradat,& tuuc fac regulam contrariam, quod non tenetur ad interesse extra rem,sed solum tenetur ad pecuniam receptam quantam minorem habuisset,fallit tamen quando fuit culpa, & est talis culpa quæ punitur ex natura illius contractus, nam si punitur, tenetur ad interesse etiam extrinsecum,quia in illo actu ignorantia non ast excusabilis propter culpam punibilem, Dũmodo alter contrahens etiam ignoret uirium, Alioquin secus,quicunque sit contractus,ut dixi supr. Secũdo casu principali in quo quæritur de lucro cessante, subdistingue utsupra an sit mora,uel delictum in committendo,uel in male tradendo, Primo casu fac regulam negatiuam secundum docto.Sed ego aliter distinguendo inter lucrum primum & lucrum remotum dixi,lucrum primum regulariter petitur, sed lucrum remotum regulariter prohibetur.

Sed secundum doctores regula est quod lucrum nõ uenit .l.fina.de pericul.& commod.rei uendi. siue ueniat cum iniuria alterius,siue sine, Fallit tamen in lucro quod ueniat ex negotio contractus.l. uideamus. §. præterea.ff.loca.Secundo fallit in solito negotiari, cũ hac tamen restrictione quod lucrum uerisimiliter potuisset fieri,quia contractus erat destinatus ad lucrum &causa negotiandi factus,alioquin secus,ut in negotiatore uendente res patrimoniales, Secundo casu fac regulam,quod in delictis in committendo uenit lucrum cessans,& idem in quasi maleficio.l.pe.ff.de iis qui deiece.uel effu. tam intra rem, quam circa rem, uel extra rem,Tertio casu adhuc fac regulam,quod tradens rem uitiosam non tenetur de lucro quod posset fieri ex industria pro pretio rei etiam quod ignorãter tradat,ut infinitas euitetur. fallit in lucro quod posset percipi ex sola uenditione rei etiam cum industria portando de loco ad locum si solitus erat portare uel mittere ad uẽdendũ, & hæc uera sunt de lucro primo, An autem possit peti lucrum lucri & interesse interesse.Cag.tenebat quod sic, sed ego ibi tenui contrarium in puncto iuris, & dic ut ibi.

Et congestis omnibus prædictis,breuiter dicas,interesse conuentum regulariter semper debetur, interesse singulare debetur in casibus quibus iuratur in litem positis in l.in actionibus. Interesse commune totum debetur regulariter,siue sit intra rem,siue circa,siue extra rem,si est propinquum, secus si est multum remotum. d.§.cum per uenditorem. Super quibus omnibus diligenter cogita,quia profundissima sunt & compræhendunt omnes partes iuris ciuilis, & necesse est pingere calamum in cerebro.Puto tameu satis clare enucleata fuisse,quamuis in multis dixerim contra omnes. Et si aliquæ leges allegabuntur incontrarium, fallentiam potius facient ex ratione speciali quam quod destruãt distinctionem prædictam. Et ex iis remanet expedita 7. q.principalis, qñ exigatur interesse siue admittatur.

Glo.in uerbo certi.diuiditur in tres partes,In prima declarat tex.in secunda ponit declarationis rationem, in tertia ponit intellectum.Secunda ibi, & est electio. tertia ibi,in quo casu.Ex prima parte colligitur qui dicantur casus incerti, & dicit quod promissio faciendi uel non faciendi est incerta,Bar.autem in prima oppositione declarauit hanc glo.procedere quando promissio facti non esset certificata per relationem ad aliud,secus si esset certificata,ut in contractu locationis & uenditionis,sed ego relatis dictis doct. Supra cõclusi quod illi sunt casus incerti qui continent obligationem generis generalissimi, uel obligationem facti simplicis non tendentes ad seruitium alicuius rei certæ, Si uero obligatio facti tendit ad seruitium rei certę existentis in rerum natura,tunc dicitur habere certam naturam, ut in obligatione rem restitui,in qua res ipsa,non factũ existimatur. Nec tex.negat quin contractus uenditionis uel locationis possint esse incerti, licet plerumque sint certi.Illi uero sunt casus certi qui continent rẽ certam secundum doctrinam.l.certum.ff.si cer.pe.

Ex secunda colligitur conclusio,quod in obligationibus facti electio est creditoris. Sed Bar.in l.stipulationes.ff.de uerb.oblig.& communiter doctor. tenent contrarium,& respondent legibus allegatis hic per gl. quod procedunt in promissione iudiciali,ut late hic ꝑ nouissimos ponentes practicam petendi interesse, de qua per docto.in d.l.stipulationes.ad quos me remitto breuitatis causa.

132 Ex tertia†colligĩt intellectus ad tex.in uer.in aliis. sed uariat,communis autem intellectus est, quod in casibus incertis totum interesse singulare petitur, qđ tamen re uera probatum fuerit,in casibus uero certis interesse singulare exigitur usque ad duplum, & sic plus

exigitur in casibus incertis quam certis propter difficultatem probationis, & sic uolunt quod uers. in aliis. loquatur de interesse singulari. Mihi autem non placet iste intellectus ut sup. sæpius dixi, quia tex. uult quod in casibus incertis exigatur damnum quod re uera apparebit, ergo uult tantum interesse uerum, nam interesse affectionis non est uerum damnum, ut probatur in l. 2. ff. de in lit. iur. ubi dicitur quod quando debitor est in culpa tenetur in id quod interest, si uero est in dolo, tenetur inquantum iuratum fuerit, ergo id quod uenit in iuramento in litem non est uerum interesse sed fictum, & sic interesse singulare non est uerum damnum, cum solum ita interesse singulare ueniat in iuramento in litem, d. l. uideamus. §. iurare. ff. de in lit. iur. Ad idē tex. in l. qui restituere. ff. de rei uendi. & l. non a iudice ff. de iudi. Et optimus tex. in l. pe. §. in eum. ff. ne quis eū qui in ius uoc. est ui. exi. ibi, non quod in ueritate, sed quanti ipse actor existimauerit. Facit etiam tex. in l. si seruum. §. fi. ff. ad l. aquil. damnum punitur, non autem uenit estimatio affectionis. Et ratio differentiæ est, quia in casibus certis tenetur ad rem certam in qua cadit affectio, ideo soluendo magis est contumax & plus debet puniri. d. l. 2. ff. de in lit. iur. ubi punitur quanti iuratum est in litem, In obligationibus uero incertis raro uel nunquam affectio potest considerari sine machinatione, & obligatio non est ita præcisa, ideo non est tāta pœna, sed solum tenetur ad uerum & commune interesse. l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iudic. Confirmatur etiam præfatus intellectus, quia si tota lex loqueretur de interesse singulari, uers. fi. qui loquitur de lucro non conueniret, quia lucrum proprie non dicitur in affectione quæ cadit in estimatione, nec etiam proprie damnum dicitur. d. l. si seruum. §. fi. Et tamen istum textū

133 uult etiam lucrum uenire. Et†ideo dicendum est quod in uer. in aliis. determinatur quod solum uerum damnum, & determinatur quod sic in casibus in quibus ex legibus antiquis peti poterat, & iste intellectus, ni fallor, uerior & æquior est, Reliqua dicemus inf. cum Bar.

134 Glo. in uerbo in aliis. declarat tex. ponendo intellectum, & postea quærit & respondet, in ea ibi, sed dic. habes solutionem ad tacitam contradictionem quæ insurgit, dum tex. dicit, damnum uerum, & postea ex machinationibus, & uidetur uelle totum interesse nō exigi, sed soluit quod uerum damnum præstatur, sed damnum fundatum in uanis machinationibus reiicitur, & sequuntur docto. Mihi autem non placet, unde magis placet quod imperator neget interesse singulare exigi, & assignat rationem, quia non potest fundari affectio nisi in machinationibus propter incertitudinem, merito reprobatur. In secunda parte similiter laborat in assignando rationem differentiæ inter primum casum & secundum, & docto. repræhendunt glo. sed nullam aliā bonam assignāt, quia nec potest assignari, cum non sit conueniens quod in casibus incertis plus exigatur quā in certis in quibus est maior contumatia. Quare tenendus est intellectus quem ego dedi, quod uers. in aliis, determinat interesse singulare non posse peti, illa ratione, quia propter incertitudinem non potest esse uera affectio, sed plerumq; fundetur in uanis machinationibus, & ad incognitum non habeatur affectio probabilis, & omnia erunt plana. Et ratio differentiæ, quare interesse singulare debeat usq; ad duplum tantum, & interesse communi in totum, assignatur hic per Bar. co lu. pen. uer. quæro circa. & tenet rationem esse, quia in casibus incertis non est simplum quod duplatur, Quæ ratio falsa est, quia nullus est casus ita incertus quin ꝑ pretium commune possit estimari. l. si ita fideiussorem. ff. de fideiussori. Unde uera ratio est, quia interesse singulare est interesse immaginatum & non uerum, & ꝓbabiliter debuit restringi, sed interesse cōmune est damnum uerum, & non est conueniens quod restringatur. argumento legis non debet. ff. de reg. iur.

Glos. in uerbo non ex quibusdam. ponit opiniones ad quæ uerba referatur illa clausula, & non ex quibusdam, & firmat referri ad proximum de casu incerto, Moderni referunt ad utrumque, Nouissimi uero referunt ad proximum tantum, quia in uers. sancimus. interesse est taxatum, ergo non debet de nouo taxari, qd dictum nihil est, quia bene nouiter per hanc legem est taxatum, sed non ante hanc legem, sed per istas rationes hęc constitutio facta fuit, Unde magis placet quod referatur ad totam decisionem, quia si hæc clausula nō refereretur ad utrumque, eadem ratione nec ad præcedentem tantum, ita quod prima decisio remaneret sine ratione.

135 Et ideo†puto quod in effectu sit unica decisio cum distinctione, & quod omnes rationes infra positæ quæ sunt tres, referuntur ad utrumque, cum iste tres rationes sint fundamentum utriusque membri, & tollendi difficultates antiquas, & infinitates, cum machinationes essent etiam in primo casu, quoniam in infinitum producebantur affectiones, & hæc opinio fundatur ex communi regula quæ uult clausulam in fine positam ad omnia referri. l. talis scriptura. ff. de legatis primo. & l. prima. C. de liberis & posthumis. In glo. in uerbo impossibilitate. sunt opiniones ut in præcedenti ad quam partem referatur, sed ad utramque referri, ut supra dixi, quia est unica decisio, licet bimembris. Sensus autem literæ, ommissis ambagibus, est talis, quod si affectiones porrigerentur in infinitum, ut antiquitus, Impossibilis esset solutio, & iudices attendentes ad impossibilitatem soluendi in nihilo condemnabant, & in totum reiiciebant tamquā non probabile.

Glo. in uerbo cum scimus. similiter dubitat ad quem uersiculum referatur, & refert duas opiniones, Unam, quod referatur ad uers. sancimus. secundum quam hic nihil dicitur de pœnis ueris, sed sensus est quod est pœna uel certo moderamine debet exigi, idest præmissa taxatione iudicis, uel certo fine, idest quod non possit excedere duplum. Secunda est opinio, quod referatur ad totam legem, & quod loquatur per similitudinem de pœna, & secundum istam opinionem duo dicit. Primo quod interesse debet esse moderatum uel certo fine conclusum, Secundo quod pœnæ debent esse moderatæ, uel certo fine conclusæ, & hæc est uerior, secūdum quam colligitur ex isto textu, quod pœnæ ueræ debent esse moderatæ uel certo fine conclusæ. Quo intellectu stante succedit dubitatio, an loquatur text. de pœna legali, uel pœna conuentionali tantum, uel de utraque, & Alcia. sentit quod loquitur de utraque, ideo obst. lex stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerb. oblig. ibi, nō quod interest, sed quę sit quantitas inspicitur. Poptercea facta est alia gl. quę ponit uarias opin. pro solutione cōtrarii, sed dic ut in aliis, ꝙ refertur ad utrumq;, & maxime quia ponit duo dicta circa pœnas, Unū dictū refertur ad uer. sancimus. dum dicit ꝙ pœnæ uere sint limitatæ. cū in uer. sancimus limitatᷓ ad duplū, sicut in furto & actione ui bonorū raptorū. Aliud dictū refertur ad secundū casum, quia si interesse non exigitur nisi de damno re uera existenti, pœna dicitur esse facta cum certo moderamine, in hoc. n. secundo casu non est limitatio expressa, sed est certum moderamen.

136 Et ex†hoc infero, ꝙ tex. loquitur de pœna legali tantū quæ duob. modis imponitur limitando expresse uel cum certo moderamine etiā ꝙ remittatur arbitrio iudicis, De pœna autem conuentionali non loquitur tex. (quidquid dicant doct.) quia non facit ad propositum, Cum interesse ex cōuentione maius peti potest, nec restringitur per tex. nostrum. sicut etiam & pœnæ conuentionales sine limitatione petuntur, Pœnæ uero legales uel sunt taxatæ ad duplum triplum uel quadruplum. §. omnis. inst. de act. uel sunt remissæ arbitrio iudicis, cū moderamine certo. ut in §. pœnæ. inst. de iniu. & l. 1. de extraord. crimi. & l. 1. de effracto.

Glo.

Glo.in uer.proferuntur,diuiditur in tres partes, In prima declarat,in secunda quærit & respondet, in tertia ponit suam opinionem,Secunda ibi,sed usque. Tertia ibi quarta.Ex prima colligitur,quod tex.in secundo dicto loquitur de pœna conuentionali & sequuntur cōmuniter doct.Sed dic ut statim dixi, quod solum loquitur de pœna legali,sicut loquitur etiam de interesse q\d est limitatum a lege,uel remittitur limitandum per iudicem per ueram probationem. Ex secunda colliguntur rationes circa quantitatem uel taxationem pœnæ conuentionalis uel legalis,in ultima uero decidit, dicens quod pœnæ legales non possunt excedere quadruplum.d.§.omnes.inst,de act.Pœnę uero conuentionales si ponuntur per nomen multiplicatiuum, nec ēt quadruplum excedere possunt,sed si simpliciter ponūtur cum certa summa,tunc possunt exigi etiam in maxima quantitate,per l.stipulatio ista.§.alteri.ff,de uerborum obl.Dictum glosæ circa pœnam legalem communiter approbatur,& pro declaratione oppone & solue ut per gl.& doct.in d.§,omnis. restringentes illud ut procedat quando pęna est in eadem persona in eadem re & eadem actione,& quod habeatur respectus ad rē, non autem ad delictum, ut ibi late per eos.

137 Sed circa†pœnam conuentionalem uariauerunt doctо.& tres opiniones refert & raprobat gl.& Biturige. hic refetunt decem opiniones,distinguentes.Opinionē uero glo.repræhendit Bar.hic in uer. uenio ad quartā partem.Et quia differentia gl.est uerbalis non substātialis,ideo ipse distinguit,an sit simplum certum,uel incertum,si certum est semper pœna exigi potest in totū etiam quod sit apposita per nomina multiplicatiua, qa certa est,& non procedit in infinitum, si uero non est certum,tunc pœna non exigitur,quia quantum sit duplum uel quadruplum non apparet, & posset procedere in infinitum,& in effectu ponit regulam, quod pœna conuentionalis quantacunque sit potest exigi, Fallit quando apponitur per uerba multiplicatiua,& simplum est incertum,& sequuntur cōiter doct.Alc.in ca. prosequitur.reprobat opinionem Bar. & defendit opinionem glo.Nam fragilis est distinctio Bar. an simplū sit certum uel incertum, cum imputetur illi qui apposuit quapruplum,& non certificauit simplum, quæ tamen repræhensio fragilior est,sed ex alio mihi non placet opinio Barto. quia incertitudo ita erit in duplo uel quadruplo sicut in quincuplo,præterea est contra tex. in l,Titius.§.si.cum l,sequenti.coniuncta.l.si dictum.ff. de euict. Nam in l.si Titius soluitur duplum simpli incerti & futuri, & tamen istud duplum potest excedere. etiam quanticuplum si conueniat inter contrahentes. d.l.si dictum.ff.de euic. Item simplum uel est pretium conuentum uel commune in quo potest esse parua incertitudo,cum uerisimiliter petatur uerum pretiū rel.

138 Et ideo†Alcia.dicebat opinionem gl.posse substineri,quia leges faciunt differentiam aliquādo inter istas locationes,nam interest,an certa quantitas legetur aliqui uel sub nomine quantitatis uel sub nomine quoticui uel sub nomine quotitatiuo tertia uel quartas pars hæred.§.item quia.institatiuo tertia uel quartas pars hæred.§.item quia.insti. de fideicom.hæredi.quæ saluatio est extranea,cum mihi ratio diuersitatis sit in promptu .s. quia sub nomine quotitatiuo uniuersitas comprænhenditur. Ipse tamen Alcia. ponebat suam opinionem,quod pœna conuentionalis non potest excedere uerum interesse cum usuris sortis & usuris interesse. Et hoc probat, quia pœna loco interesse succedit,ergo eius naturam imitatur. argum.§.fuerat.inst,de actio. Secundo,quia text.noster hic augumentatur a pœnis ad interesse. Ergo eodem modo ab interesse ad pœnas.Tertio facit textus in lege Iulianus.§.idem Papinianus.ff. de actionib. empti. Et ratio suspitionis usurarum. Et hæc est opinio Dini ante eum, & Romanus in consilio 510. & hic per modernos.

139 Ista†opinio Alciat.reprobatur hic per nouissimos, quia hodie nullus est modus usurarum,ut per doctores in cap.salubriter de usu.& nota.in lege prima.Cod.de summa trinita.& fid. cath. Item non est uerum quod pœna succedat loco interesse si est pœna conuentionalis,sed solum pœna legalis,& text. noster loquitur de pœna legali secundum opinionem supra firmatam, Sed mihi ex alio non placet,nam nulla traditur doctrina, quia usuræ possunt esse magnæ & paruæ secundū tempus moræ, cum si sit mora unius anni uel mensis quantitas erit parua,si uero est mora 20.annorum quātitas erit maxima.l.lecta.ff.si certum petatur. ergo nō datur certa doctrina usque ad quam quantitatem debeatur pœna. Præterea si quando interesse excedit pœnam potest peti.l.predia.ff.de actio.emp. Ergo sequitur quod in totum non assumit naturam interesse. Et tex.in §.idem Papinianus.loquitur in casu speciali quādo pœna apponitur dationi quantitatis,nos uero loquimur de pœna exigibili quæ apponitur dationi speciei uel facto.

140 Ideo † ego puto opinionem aliam non multum discrepantem a glo.ueriorem esse,uidelicet quod interest an pœna apponatur per nomina multiplicatiua,& tūc non potest excedere quadruplum, secus si simpliciter apponatur,& hoc probatur in simili de pœna legali, nam si lex pro delicto apponit pęnam per nomen multiplicatiuum,& tunc non excedit quadruplum. dic. §. omnis.Si uero apponat simpliciter pœnam pro delicto,ut ammissionis partis uel omnium bonorum,& tūc non attenditur interesse,ut patet in tot.tit.inst.de pub. iud.& ratio est secundum glo.in dicto.§.omnis. quando uero apponitur per nomina multiplicatiua, habetur respectus ad ipsam rem.Ita igitur in pœna conuentionali. Nā si apponitur simpliciter,habetur respectus ad contumatiam,Si uero apponitur per nomina multiplicatiua,habetur respectus ad ipsam rem, & ideo non potest excedere quadruplum, quia satis magna pœna est. Et sic recte considerando non est differentia inter pœnam legalem & conuentionalem quo ad summam, & hoc puto uerius. Alias etiam opiniones ponunt hic nouissimi quas reprænhendunt,dic ut per eos,non curo referre.

Concluditur igitur,quod pœna simpliciter posita tota exigitur,siue sit conuentionalis,si uero ponitur per nomina multiplicatiua,& tunc non potest excedere quadruplum nulla facta differentia legis, & hominis,& quod pœna possit excedere quadruplū quando simpliciter apponit,tenent hic nouissimi post Innoc.in c.sacro.de sent.excom.Rodulphus in c. consuluit.q.65.de usur.Balbus in tract.de præscr.2. par. 3. partis princ.q.13.& Alex.dixit esse magis communem in consilio 157.uiso.col.2.uolumine sexto.Iason in lege secunda.numero 141.supra de iure emphite. Et probatur argumento legis in re mandata. supra mandati.l. siquis maior.supra de transactio.ibi, pœna quæ pactis probatur inserta.facit lex prima.§. si conuenerit. ff.depositi.& quia nullo iure reperitur prohibitum.argumento legis minor.§.primo.ff.ex quibus cau.maio. & glo.in l.edita.supra de edendo.Item quis potest promittere sistere reum sub pęna mille marcharum.Bal.in l.qui crimen.quæstione nona.C. qui accu.non pos.Testator potest apponere pœnam priuationis totius hæreditatis.l.1.in fi.ff.de pen.leg.Rom.in singu 244. lego Titio.Benedic.in c.Rainutius.in uerbo si absque. in 2. de leg.nu.228.de testam.Nec obst.quod non sit cogitatum,quia contrarium apparet.Non obstat.d. §. omnis quia loquitur in pœna legali. Non obstat quod pœna conuentionalis obtinet uicem legalis, quia non tenet argumentatio,quia iura contradicunt,Item ut supra dixi,etiam pœna legalis excedit. Non obstat ratio infinitatis,quia & alias permittitur in legali,ut dixi & in primo notabili,

141 Quæ†conclusio procedit in omni casu in quo pœna appo-

apponi potest, siue sit factum affirmatiuum, uel negatiuum, ut hic per Rebuff. nu. 35. 36. 37. Item procedit in foro conscientiæ. Cor. consi. 69. deducta. in fine. uol. 1. & consi. 55. in fi. uol. 3. sub litera. n. Ang. consi. 43. Deci. cons. 293. uiso instrumento. col. 2. Allegat Ancha. in regu. possessor. de regul. iur. cum declaratione posita per Corad. in tracta. de contract. q. 31. qui plus dixit, procedere etiam quod non intersit. Vinc. & alii in l. 4. §. item si in facto. ff. de uerbo. obli. Item procedit etiam quod non sit appositum iuramentum. l. siquis maior. supra de transac. & ibi Iacob. Fallit tamen quando est suspitio usurarum. d. §. idem Papinianus. & no. in d. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. pe. Secundo fallit nisi promittatur pœna de iure imposita. argum. d. §. omnes coniuncta. l. hæredes. §. cum ita. ff. ad treb. Alias limitationes & ampliationes satis notabiles ponit Rebuffus quas omnino uide.

142 Quid autem† sit in clericis, ponunt doctores in capi. dilecti. de arbitris. & c. suam. de pœnis. Soccin. consili. 254. in causa. uol. 2 Siluester in uerbo pœna. quæst. 15. uers. septimum. Glo. fina. timore contrarii ponit regulã quod de iure antiquo lucrum non potest peti. Fallit tamen in quibusdam casibus in ea notatis. Sed de iure nouo per istam legem concludit quod uere exigitur lucrum cessans sicut aliud damnum, Communiter tamen doctores repræhendunt glosam, dum uult quod hodie aliter dicatur in lucro quam antiquitus, quia nihil noui induxit hæc lex, ut patet in illis uerbis, ex eo quod ueteres statuerunt, solum enim imperator dictum suũ in hac lege uoluit habere locum in lucro cessante, In casibus in quibus de iure antiquo lucrum ueniebat, & hoc mihi placet.

143 Quando† autem antiquitus & per consequens hodie interesse lucri cessantis possit uenire in condemnationem, uariæ fuerunt opiniones, quæ inuicem contradicebant, de quibus supra, Ego autẽ dixi ibi quod in delictis in committendo lucrum cessans si immediate fiat semper uenit, per l. inficiando. §. 1. & 2. ff. de furt. & l. si commissa. ff. rem rat. haberi. siue sit delictum in deuastando rem, siue in contraueniendo promissis, siue in male tradendo, siue delictum sit ex dolo, siue ex culpa in casibus in quibus culpa est punibilis, & idem in quasi delictis. Si uero est delictum in ommittendo, tunc cõstituit regulã, quod interesse intra rem & circa rem totum & semper uenit. l. inde Nerratius. ff. ad l. aquil. l. si quis seruum. ff. de actio. emp. & l. uinum. ff. si cer. pe. In interesse uero extra rem regula est quod non petitur, per d. §. cum per uenditorem. fallit in solito negotiari. d. l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco secundum doctores. Sed ego constitui regulam contrariam in interesse primo, secus in interesse lucri lucri, & census censuum, ut ibi late dixi. Et sic habes per pauca uerba declaratum totum illud quod ponunt hic nouissimi in multis cartis.

144 Octaua† quæstio principalis est, quomodo interesse in iudicium deducatur, in qua quæstione Bar. hic relatis opinionibus concludit distinguendo ut hic per eũ, Ex euius dictis colliguntur aliquæ conclusiones. Prima est, quod in obligatione rem fieri, quia succedit obligatio ad interesse ex mora, ideo interesse petitur iure actionis. l. siquis ab alio. §. fi. ff. de re iudic. l. stipulationes non diuiduntur. uers. Celsus. ff. de uerbo. oblig. & l. quatenus & l. fi. ff. siquis in ius uoc. non ierit. Hęc cõclusio communiter approbatur, & procedit in casibus in quibus non potest debitor compelli ad factum præcise, Alioquin si potest cogi præcise ad factum, ut in casibus notatis in d. l. stipulationes. tunc non uenit iure actionis, sed per officium iudicis deducitur in condemnationem, quia tunc assimilatur obligationibus dandi, ut dicunt hic nouissimi super glos. in aliis. & est ualde notandum, ex eo quia hodie semper quis tenetur præcise ad factum propter iuramentum appositum in contractu, ut uolunt magis communiter doctores in d. l. stipulationes.

145 Contra tamen† quam conclusionem facit, quia ad fauorem creditoris introducitur ut quis præcise teneatur ad factum, ergo in eius odium non debet redundare, ut non possit petere interesse iure actionis. l. quod fauore. ff. de ll. Vnde puto quod in hoc casu apposito iuramento succedat etiam obligatio ad interesse, & sit in electione actoris petere factum, & si non soluatur factum, condemnatio fit ad interesse officio iudicis, quia cum non fuerit petitum iure actionis poterit exigi officio iudicis, Sed si actor eligeret petere interesse iure actionis, nihilominus deberet audiri etiam quod præcise possit cogi reus, quia non sequitur per hoc qn post moram teneatur iure actionis, & actor non possit illud petere, Si tamen agatur iure actionis, & actor nõ possit illud petere, Si tamen agatur iure actionis ad interesse, erit postea reseruata debitori potestas liberandi se, soluendo factum, sicut dicunt docto. in d. l. stipulationes. Et sic in obligatione facti parua est differentia an debitor teneatur ad factum præcise uel non, In casu tamen quo potest quis præcise cogi ad factum, si desinat posse facere per dolum, tunc iurabitur in litem secundum ueritatem, non autem secundum affectionem, per textum nostrum in uers. in aliis. qui non uult interesse singulare exigi in casibus incertis secundum intellectum quem tradidi supra contra communiter doctores.

146 Secunda est† conclusio, quod in obligationibus dandi non potest peti interesse iure actionis, sed solum officio iudicis in contractibus nominatis. l. ubi autem nõ apparet. §. fi. & l. si seruum. de uer. obl. & l. uinum. cum

147 ibi no. ff. si cer. pe. † Ista tamen conclusio limitatur non procedere quando dandum est stipulanti, secus si dandum est extraneo. l. liber homo. in fin. digest. de uerborum obligationibus. & sequuntur communiter docto. Et ratio differentiæ inter obligationes dandi & faciendi est, quia interesse est semper in dationibus in ipsa re, secus autem in factis, secundum Bar. hic. Quæ ratio est fragilis, & ideo multæ aliæ tradũtur in d. l. stipulationes. nõ tamen concludentes, ex eo quia in multis casibus quis cogitur præcisæ ad factum. Nisi quis diceret, quod obligatio facti ex priuilegio recepta fuit propter incertitudinem. §. incertis. inst. de leg. Et quando fuit recepta, cum illa qualitate ut quis non præcise possit cogi recepta fuit, & eandem rationem Bar. uoluit cõsiderari in casu l. liber homo. §. fi. Quod mihi non placet, sed magis placet quod ibi sit obligatio ad factum. Nam dare est facere etiam in aliis actionibus, sed quãdo uenit ad seruitium rei quæ est principaliter in obligatione, non consideratur tanquam factum propter cõnexitatem, sed quando non uenit ad seruitium rei quæ est in obligatione, ut quia dare proprie sit in obligatione, non res, & tunc est obligatio facti, & in l. liber homo. §. fi. non erat pecunia in obligatione nec in stipulatione et in persona extranei, sed solũ dari. Et sic principalis res obligationi apposita est dare, non aũt res dãda, in aliis aũt casibus res principaliter est in obligatione. d. l. ubi autẽ non apparet. in fi. Et idem potest dici de uerbo tradere, quando est in contractu uenditionis, quia traditio proprie non est in obligatione, sed res, secus quando per stipulationem promittitur rem tradi.

148 Tertia est† conclusio, ꝙ in contractibus innominatis interesse petitur iure actionis, quia pp debilitatẽ contractuum succedit obligatio ad interesse. l. naturalis. §. 1. & 2. ff. de præscr. uer. Et propter hanc debilitatẽ in eis hẽt locum pœnitentia. Ideo non est tanta ratio cogendi debitorẽ præcise. Hæc tamẽ conclusio intelligitur procedere qñ agitur pro adimplemento cõtractus, & sic actione pręscrip. uerb. Secus si agatur pro resolutione, i. condictione ob causam ad repetendũ, Nã tunc tenetur pręcise rem tradere, sicut tenetur in aliis casib.

l. qui

l.qui restituere.ff.de rei uendi.& ueniret interesse singulare.l.uideamus.§.iurare.ff.de in lit.iur.

Quarta est conclusio, quod si interesse promissi fuit per contractum uel stipulationem, tunc etiam potest peti iure actionis, sicut agitur ad quodlibet aliud in stipulatione promissum.l.1.& l.iuris gentium.ff.de pac.

149 Quinta † est conclusio, quod in obligationibus rem restitui re perempta interesse potest peti iure actionis. l.in re furtiua.ff.de condi.fur.& per Bar.& alios in d.l. stipulationes non diuiduntur. Alias insuper quæstiones circa promissionem facti & interesse tangit Barto. hic, sed se remittit ad d.l. stipulationes. & ego etiam me remitto.

150 Nona † principalis quæstio est, qualiter probetur interesse, Hanc quæstionem tangit Barto. hic in fi. colu. & glo. in uerbo subtilitatem & ex dictis eorum colli-

151 guntur multæ conclusiones. † Prima est, quod conuentum interesse probatur per testes uel per instrumenta. l.fina.ff.de præto.stipula.l.in exercendis.supra de fide instru.Et hæc est conclusio clara & indubitata quando non est suspitio usurarum, quia interesse uerũ amplius non est probandum.d.l.fina. de præt. stipul. sed si esset suspitio usurarum, tunc oporteret etiam probare uerũ interesse, quia non exigitur nisi quatenus concurrat cõuentum cum uero interesse postea probato, ut per Bal. & modernos in d.l.rogasti.§.si tibi.ff.si cert.peta.& hic Cagn.nu.116 & sup.dixi. Probatur etiam per iuramentum delatum a parte parti, sicut alia probantur. Iason in l.qui Romæ.in princ.colum.6.ff.de uerbo.obligat. uel per confessionem partis, ac aliis modis quibus probantur omnes aliæ conuentiones, cum in effectu sit conuentio partium.

Secunda est conclusio, quod commune interesse probatur per testes & instrumenta.Et simpliciter pertransseunt doctores.Et est conclusio clara & indubitata, & subaudiri debet ut præcedens, uel per confessionem partis, uel iuramentum delatum a parte parte, & aliis speciebus probationis, Et si agatur etiam contra dolo-

152 sum † & sit difficultas probationis probatur per iuramentum in litem quod appellatur iuramentum ueritatis, ut per Barto.in l.in actionibus.colum.fina. de in litem iurando & ita intelligitur lex si quando. C. unde ui.& lex semper.§.hoc interdicto.ff.quod ui aut clam. nam ille leges loquuntur de iuramento in litem ueritatis, ut in d.loco.& ibi etiam ego clare dixi ultra alios. Nam res ille amissæ estimantur secundum uerum ualorem, ut ibi no.& propterea appellatur iuramentum in litem ueritatis, & conuenit interesse communi, non in teresse singulari, quamuis inaduertenter Barto.infra allegauerit dicta iura in materia singularis interesse, Et causa æquiuocationis fuit, quia interesse commune ẽt potest dici singulare respectu determinationis sumptæ a conditione personæ, ut sup.sæpius dixi, facit etiã tex. in c.super eo.de iis quæ ui metusue causa fiunt. Itẽ probatur per estimatores & expertos electos etiã post dicita testificata.Florianus in l.si seruum.ff.ad l. aquil. doctor.in l.2.sup.de rescind.uendit.qui deponent secũdum modum infr.traditum.

153 Sed dubium est † quomodo testes debent deponere ad concludenter probandum hoc interesse, Et Bar.hic respondet quod testes debent dicere creditoris agentis interesse ex priuatione ipsius rei in tantam quantitatem. Et postea reddendo rationem de scientia debent dicere se scire quia ex priuatione illius rei tantum cuiuslibet interesset.Dicit tamen quod non est necesse ꝓbare communem ualorem rei, quia interesse differt a pretio rei ut dictum fuit in rubrica, & ipse posuit in 2. quæstione.Sed si probetur communis ualor, in consequentiam erit probatum interesse, Sed in iis male loquitur, quia præsupponit quod interesse unius regule-tur ab interesse alterius eiusdem conditionis, quod est penitus falsum, quia interesse nullum unius reperiatur in mundo quod sit in omnibus simile interesse alterius propter uarias qualitates & accidentia hominum. Nam tignum uni traditum facit interesse domus dirutæ, unum quod tale decem millibus non faceret etiam eiusdem conditionis, quia nullus reperitur qui habeat illam domum in omnibus, uel si habet non posuisset tignum in illo loco, & si posuisset, non diruta fuisset in totum, sicut euenit in illo. Et idẽ de oue morbosa quæ tradita pluribus uaria damna secundum uarios numeros ouium fecisset, Et idem in uase uitioso, quia uaria uina a pluribus ponerentur & uario modo & unus cũ maiori diligentia, ita quod non in omnibus totum uinum effusum fuisset, & sic de singulis. Idem eueniret in delinquente, ut interficiente seruum alterius, nam uarium erit damnum sicut infinita est uarietas seruorum, & aliqui erunt instituti, & aliqui non, Et si debitor omittat soluere pecuniam quam debet, aliud erit damnum in uno, aliud in alio, arg.l.numis. ff. de in litẽ iur. & l.liber homo.§.fi.ff.de uer. oblig. & l. inficiando. §. 1.ff.de fur.& l.uenditor hominis de euict.

154 Similiter † interesse lucri in qualibet persona uariatur, cum secundum uarias commoditates industrias & diuitias & amicitias unus plus lucrari poterit alio eius dem loci & conditionis, Vnde apparet quod nullum interesse potest determinari ab interesse alterius uel conditione, sed solum a persona sua & sua cõditione, Et respectu utilitatum ammissarum omne interesse est singulare ut sup.sæpius dictum fuit, quamuis respectu modi estimandi sit commune, Et per cõsequens sequitur quod uerba non possunt referri ad personas alias eiusdem conditionis, sed solum debent referri ad personam creditoris agentis. Item dum dicit quod probato ualore rei per interuentum probatur interesse, non bene loquitur, nam potest esse interesse in minus & in plus, nam si quis tradit rem uitiosam ignoranter tenetur quãti minoris emisset ille l.Iulianus.ff.de actio. empt.& in locatione diminuitur pensio.l.sed & addes §.1.& l.si fundus.& l.si in lege.§.colonus.ff.locat.& aliquando multum excedit rem.dic.l.Iulianus. & l. uenditor hominis.ff.de euict.& l.inficiando.§.1.ff. de fur. & l.numis.ff.de in litem iur.& l.uinum. ff.si certum petatur cum concor.Et dictum Bar. solum potest procedere quando est solum interesse in ualore ipsius rei, ꝙ rarissime eueniet.

Quare aliter dicendum est quam faciant Bar. & doctor.Nam actor debet articulari qualiter propter tale factum iniustum rei uel cessationem iniustam creditor priuatus fuit tali & tali re & amisit tot utilitates, & quod ille utilitates ualebant secundum communem estimationem tantam quantitatem, Et modus probandi ualorem rerum debet esse referendo uerba ad communiter homines, non curando an sint eiusdem conditionis, quia tunc efficeretur estimatio secundum affectionem, sed debet dici ut per glo.& docto.in d.l.2.ff.de rescind.uendi.& l.pretia rerum.ff.ad l.falci.Et debet assignare rationem dicti sui, quare tantum ualent communiter, secundum Cur.hic colu.penul. per gl. in l.solam. sup.de testi.& per Bar.in l.Labeo.ff.de suppellect.leg. & bene quamuis Cagno.hic nu.122. dicat. non esse necesse assignare rationem, quia cadit in quolibet grosso homine, ut limitat Bar.d.l.solam.Sed tamen postea in effectu idem tenet in probanda estimatione, ut per Decium in l.quatenus.ff.de reg.iur.

Item articuli debent concipi uariis modis, & testes uaria debent deponere secundum qualitatem damni, Nam si propter tignum uitiosum traditũ diruta est domus, debet probari primo quod propter illud tignum diruta fuit domus, & amissæ fuerunt tales & tales utilitates, Et postea in alio articulo probari debet ualor cõmunis ipsarum utilitatum amissarum, & principaliter ualor communis ipsius domus, Et ultra hoc probare ualorem rerum quæ supersunt, quia deduci debent ue

luti

luti solum cementa & similia, sicut per illum text. declarat Barto. in l. facienda. ff. arborum fur. cesarum secundum Aretin. in §. si quis agens. inst. de actio. col. 5. & Cur. hic colum. penul. Et idem in oue morbosa tradita, & uase uitioso, nam primo debet probari quod illa ouis erat morbosa, & quod propter eam corruptũ fuit ouile & amisit omnes oues suas, Et postea in alio articulo probare quod ille oues secundum communẽ estimationem ualebant tantum, Et in uase uitioso prius debet probare illud uitiosum, & quod propter illud amisit uinum in tanta quantitate, & successiue probare quod illud uinum in illa ciuitate illo tempore tantum ualebat apud communiter homines, & in loco publico, Si uero propter rem corruptam habitum est damnum, tunc primo probari debet damnum, & amissio rei, & corruptio, postea si res in totum corrupta fuit, debet probari ualor communis ipsius rei, & si non in totum est corrupta, probari quantum depretiata fuit. argu. l. proinde. §. 1. ff. ad l. aquil. & l. si seruum. eodem tit. Similiter si damnum est habitum propter moram debitoris, tunc probari debet qualiter propter moram illam creditor non potuit pignora sua redimere, & propterea uendita fuerunt pro minori pretio, uel quod fuit coactus soluere pœnam, iuxta l. numis. ff. de in litem iura. uel amisit hæreditatem. iuxta l. si quis uxori. §. penul. & l. inficiando. ff. de furtis uel non potuit probare debitum suum, iuxta l. argentarius. §. 1. ff. de edendo. & l. loci corpus. §. condemnatio. ff. de tabul. exhib. Et postea probare ualorem communem ipsarum in alio articulo. Rursus si propter causam aduersarii amisit commodum lucri uel fructuum, debet prius probare quod tot fructus sunt nati uel potuissent nasci ex illo fundo iuxta. §. 1. & 2. inst. de offic. iud. Et postea probare cõmunem ualorem ipsorum fructuum, Et si amisit lucrũ aliud, debet prius probare & articulari quod ipse est negotiator, & quod habebat merces præ manibus, & quod propter moram suam non potuit facere illud negotiũ; Et postea in alio articulo probare quod ille merces potuissent uendi tantum, quia similes merces per alios similes negotiatores uenditæ fuerunt, & tantum potuisset lucrari, ita dixit Angel. se practicasse Florentiæ in l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbo. oblig. & sequitur ibi Pau. de Castro. & hic Rebuf. nu. 26. sup. glo. finali. Et si ad oculum non posit lucrum demonstrare, tunc per cõiecturas probatur, ut per glo. in d. l. 3. §. fi. ff. de eo quod cer. loco. Et hoc casu iudex in supplementum probationis debet deferre iuramentum actori, ut per Cor. in cõsi. 23. uisis. colum. 3. uol. 3. & Petrum Rebuf. hic. nu. 27. Et generaliter dicendum est, quod primo in uno articulo debet quis ponere quod amisit illas, & illas utilitates propter factum iniustum aduersarii uel moram, & quando propter conditionem suã amisit plures utilitates, debet articulari, quod ipse erat uerbi gratia miles uel doctor, & quod propter equum non traditum amisit stipendium suum, uel doctor amisit aduocationes uel officium & alias commoditates, Postea in alio articulo probare quod tales utilitates ualebant secundum affectionem tantam quantitatem & quod proptere damnificatus fuit in tantam summam, Et tunc probatio prima referri debet ad personam & conditionẽ actoris, In probatione autem ualoris rerum amissarũ, tunc seruari debet theorica Barto. quod testis debet referre uerba ad communiter homines, quia a communiter hominibus sumitur uerus ualor rei. d. l. pretia rerũ. in princ. ff. ad l. falcid. & l. si seruum. ff. ad l. aquiliam. cũ suis concordantibus.

155 Item† debet dici quod ille res per aliquot dies ante uel post tantum ualuerunt, per no. per Bar. & Alexan. in d. l. pretia rerum. §. fi. Sed non erit necesse dicere tali anno uel pluribus, quia nõ sequitur tali anno ualuit, ergo nunc ualet, ut per Barto. in l. si seruus. 2. ff. de condic. furt. & d. l. 2. sup. de resc. uendit. Nisi sit res quæ nõ solet mutare pretium, ut & sunt panni sirici, & libri impressi non existentibus bellis, uel similia, iuxta not. in c. in ciuitate. extra de usuris. Et si est res immobilis, tũc debet probari quod tantum ualet, quia præstare solet multos prouetus, quia tot redditus producit, Et uineæ uel prædia tanti redditus in ciuitate Neapolis consueuerunt uendi pro tanto pretio, Et quod conuicina prædia ita solita sunt uendi, ut per Barto. in d. l. secunda. Et in iis immobilibus probatio concludit etiam per annum ante uel duos, ut per Bar. in d. l. pretia rerum. & Cur. hic colum. penul. & Alex. ibi concordando Bar. cum hic dictis.

Et est ratio, quia pretium estimatur per uiginti annos ex redditibus solitis prouenire, simul computando dictos annos, ut est tex. in auth. de non alienand. §. si uero alicuius. Iason in l. si fundum per fideicommissũ. ff. de lega. 1. colu. 2. Glo. in auth. perpetua. in fine. sup. de sacr. eccles. in uerbo districte. & in c. ea enim. §. hoc ius 10. q. 2. Quamuis posit dici illud procedere in cognoscendo læsionem contractus emphiteotici, Ex probatione tamen præterita præsumitur in præsenti, nisi casus alius appareat insolitus, Cin. in auth. sed quãuis. sup. de rei uxor. act. Alexan. in l. in lege falcidia hoc. §. fin. ff. ad leg. falci. docto. in c. 1. de empt. & uendit. Et in istis rebus immobilibus non conuenit practica Barto. de loco publico, sed pretium uel sumitur ut supra, uel ex eo quod in locis conuicinis solet fieri, ut per gl. in d. l. 2. sup. de resc. uend. & ibi docto. Sed in mercibus & rebus mobilibus conuenit dictum Barto. de loco publico, quod intelligi debet illius ciuitatis uel uici, quia scimus omnes quam uaria sint rerum pretia per singulas regiones & ciuitates. l. ideo de eo quod cer. loco & d. l. pretia rerum. §. fi. & locus priuatus non sufficit. l. septẽ. C. de erogatione militar. ann. & ibi Bar. lib. 12. c. 1. de empt. & uẽd. Corset. in singul. incipiente uendítio. in 2. Cepola in tractatu simular. in 2. præsũptione.

256 Item† debet inseri qualitas rei & conditio, ut per gl. in l. mortis causa capimus. ff. de don. causa mortis. Areti. & alii in c. cum causam. il 2. colum. 4. de testibus. cũ ex qualitate rerum & mercium, ut ad sensum patet, affectiones & pretia quotidie uarientur.

157 † Testes uero debent reddere rationem, quod sciunt tantum ualere quia communiter in loco publico tantum ualet & emitur, & hic per Bar. Et non sufficit dicere ego tantum darẽ, & etiam si diceret pro communi estimatione. Imo. & alii in d. l. pretia rerum, quia posset moueri ex sua affectione. Item nec quod unus tantum emere uoluit glo. in d. l. 2. Cor. consi. 347. colum. 3. uolu. 1. Soc. consi. 8. uisis & diligenter. colu. 1. uolu. 1. & moderni in d. l. pretia rerum. colum. 13. Si tamen essent decem testes qui dicerent ego tantum darem, tunc probaretur communis ualor rei. Guido Papa in q. 684. testis qui deponit. dummodo non appareret ex coniecturis uel ratione uicinitatis uel coniunctionis sanguinis moueri per affectionem. iuxta l. si cui fundus. ff. de leg. 2. & l. 1. §. sed si rem. ff. si quid in fraudem patr. Nam in dubio uidentur se referre ad interesse commune. arg. l. si pactum. ff. de probat. in fin. & l. fina. cum ibi not. sup. de fideic. Aret. & Feli. in c. cum causam. 2. de testibus. Et bonum est iudicem interrogare testem an habeat aliquam affectionem ad rem, & si respondebit quod non procederent prædicta. Potest etiam assignari ratio quam ponit Barto. in l. Labeo. ff. de suppel. leg. in probando cõmunem opinionem, quia commune pretium non est aliud nisi una communis opinio de pretio & ualore. Aret. in d. c. cum causam. col. 4. & Alexan. in consi. 101. super. 1. in 4. dubio. uolu. 7. Barbat. consi. 72. sapienter. in prin. uolum. 4. Anto. de Burgos in d. c. 1. de empt. & uendit. Rebuffus. hic nu. 42. 43. & 44. Et si testes essent periti, sufficeret ratio quod ita communiter uenditur, ut per Aret. & Anton. de Burg. in d. locis. & Bar. in l. nemo. in fine. ff. de duob. reis.

Alius

158 Alius† est modus probandi, per instrumenta, secundū Barto, qui tamen postea nullum exemplum ponit, Sed Bal. hic colum. penul. dicit quod si illa instrumenta loquuntur de estimatione proxima, multum probant, licet non plene, sed ex longinquo parum uel nihil probant. argu. l. si inter uirum. supra de iure dotium. Sed ipsemet Bal. in d. l. 2. de resc. uendit. in ultima colu. dicit quod substantialis & uera estimatio rei non potest ꝓbari per instrumenta, & sequitur hic Cagno. num. 125. Tamen puto ꝙ si producerētur multa instrumenta facta in octo diebus de mercibus uenditis, uel de circum uicinis prediis, satis probaretur communis ualor, cum a communi actu summatur.

159 Alius † modus probandi fit per estimatores electos etiam post didicita testificatā, secundum Florianum in l. si seruum. ff. ad l. aquil. docto. in d. l. 2. & Cepo. in cautella. 165. regulariter. Et ad minimum debēt eligi duo si in loco reperiantur, alioquin sufficit unus, Angel. in §. non solum. instit. de uerb. oblig. Bart. in l. continuus. §. item qui insulam. ff. de uerbo. oblig. in fine. Baldus in l. iuris ignorantia. supra qui admitti. ubi Riminaldus considerat quatuor casus. Doctor. & Aretin. in capitulo propo. isti. de probation. Et debent esse experti, & Rustico non faciliter posset committi. glo. in l. mortis causa. ff. de donat. causa mor. l. 2 & fi. C. de pred. & aliis rebus nauic. lib. 11. & hic Rebuffus nu. 29.

160 Et in electione† & relatione oportet quod præcedat monitio, & partes citentur ad allegandum & ad opponendum cur estimatio fieri non debeat & quare interesse non debeat declarari per iudicem, ut no. in l. creditores. infra de pigno. & si pars nihil iuste allegat, Iudex coget partes ad eligendos duos homines peritos, iuxta. l. hac edictali. §. iis illud. C. de secun. nup. Et duo ad minus, si reperiantur in loco, alioquin unus excellens, ut per Angel. in auth. de non ali. reb. eccle. §. quod autem. Et si partes sunt discordes uel negligentes, Iudex ipse eliget, ut per docto. in d. §. quod autem. & Barto. in d. l. creditores. infra de pigno. in fin. Et si electi sunt discordes, tertius debet addi per partes uel per iudicem, Salic. in d. l. 2. supra de rescin. uendi. & Ange. in §. si quis agens. institut. de actio.

161 Estimatores† uero electi debent iurare de estimatione recte facienda. d. §. iis illud. & d. §. quod autem. & est textus bonus in authen. de usu. nauti. in princ. Iuramentum tamen istud erit iuramentum credulitatis, non autem ueritatis, quia uenit ex iudicio intellectus, ne cogatur periurare. Ita intelligitur. l. 1. ff. de uent. inspi. & gl. in l. ius iurandum. supra de tutel. & ration. distr. & doctor. in c. fraternitatis. de frigid. & malefi. Bart. in proemio digestorum. Qui testes uisa prius re de qua agitur faciant relationem, & iudex uisa eorum relatione declarabit tātum esse interesse, ut no. in d. l. 2. de rescind. uendi. Ista tamen sententia nunquam transibit in rem iudicatā, quia lata est ex priuilegiatis probationibus, Et retractatur semper per probationes in contrarium, ut per Barto. in l. de ætate. ff. de mino. & nota. in l. admon. ndi, ff. de iure iura. & in l. si quis testibus supra de testi.

Requiritur etiam quod in relatione fienda partes citentur ad uidendum referre, si sunt electi a iudice, secus si sunt electi a partibus. l. 2. sup. de usu. & fruc. rei lega. & ibi Bal. & Bar. in l. Teopompus. ff. de dote prælega. & in d. l. creditores. & Bal. in d. §. iis illud. Itē requiritur quod estimationem temporis probent, quale in lite illa consideratur, Nam aliquando tempus litis contestatæ, aliquando moræ, aliquando sententiæ attenditur. l. unum. ff. si cer. pet. uel temporis quo plurimi fuit secundum naturam delicti uel cōtractus. d. l. uinum. & l. 2. sup. de rescin. uendi. Et quando estimatur præteritus ualor, testes debent deponere de ualore durante, non autem de ualore unius diei, ut per Barto. hic per. l. precia rerum. ff. ad l. falcid. Et si res deteriorata estimatur, oportet prius estimare quantum tota res ualuerit, & postea quantum nunc ualeat, non autē medietas, uel pars totius estimari, quia pars separata minus ualet quam unita, ut per glo. in l. Mutius. per illum tex. ff. famil. hercis. & in l. prima. supra com. diui. & ibi doctores. Et potest fieri ista electio estimatorū etiam post didicita testificata, ut per Florianum. in d. l. si seruum. ff. ad l. aquiliā. Et hæc de interesse cōmuni.

262 Circa† Interesse singulare Bart. etiam multa dixit & male. Et Tertia est conclusio sua, quod interesse singulare probatūr per iuramentum in litem, distinguendo inter actiones arbitrarias & non arbitrarias, uel ex alia causa, in qua distinctione demonstrauit quod non erat resolutus de materia iuramenti in litem, & etiam doctores hic leuato pede processerunt, Bar. tamen in l. in actionibus magis resolute processit. Et dixit quod Duplex est iuramentum in litem, scilicet affectionis, per quod estimatur res secundum singularem affectionem, & ueritatis, per quod estimatur res secundum cōmunem ualorem, & ibi sequūtur omnes, ut dixi in præ* missis illius legis, Ex quo apparet quod per unum iuramentum probari potest singulare interesse tantum, & per aliud, commune interesse, Ideo Barto. hic male loquutus fuit, dum uoluit quod singulare interesse ꝓbetur per iuramentum in litem, de quo in l. si quando int. unde ui. & l. semper. §. hoc interdicto. ff. quod ui aut clam. quia ibi per iuramentum probatur communis ualor rerum, ut per eundem Barto. in d. l. in actionibus. colum. fi. ubi etiam dixit quod præstatur in delictis & in contractibus, & aliis obligationibus quando est difficultas probationis, & dolus aduersarii, etiam ante iuditium, absque eo quod offensa sit maiestas iudicis, & ideo illa iura cum similibus pertinent ad interesse cōmune ut sup. dixi.

Similiter dum Barto. facit differentiam inter actiones arbitrarias & actiones in rem, uolens quod in arbitrariis sufficiat dolus, & in non arbitrariis requiratur contemptus iudicis, similiter male loquitur, Quia in materia iuramenti in litem omnes prædictæ actiones appellantur arbitrariæ. d. l. in actionibus. quæ enumerat actiones bonæfidei, & in rem, & ad exhibendū, quæ omnes dicuntur arbitrariæ, ut ibi per Bar. colum. 2. & ego etiam late declaraui, & omnes concordant in hoc, Immo actiones arbitrariæ proprie sunt actiones in rem, de quibus in l. qui restituere. ff. de rei uendicat. in princ. & §. finali. Et in omnibus arbitrariis ad hoc ut iuretur in litem affectionis oportet quod semper fit dolus in non parendo, idest contēptus Iudicis uel quasi contemptus est, ut actionibus bonæfidei, in quibus sufficit interrogatio iudicis an uelit parere, & non expectatur sententia, secundum Bar. ibi, quem sequ. doctores. Sed ego ibi dixi quod in omnibus actionibus requiritur iussus iudicis.

Et generaliter ibi concluditur, quod in omnibus actionibus in quibus agitur ad restituendum uel ad factū habens uim restitutionis si interuenit dolus in non parendo iuratur in litem affectionis, idest ipsa res debita potest estimari secundum affectionem, olim in infinitum, hodie usque ad duplum pretii communis, Alias autem non potest iurari in litem affectionis, neque etiam res alias potest estimari secundum affectionem. Ex quo sequitur, quod ista conuertuntur, iuratur in litem affectionis, & debetur interesse singulare, quia interesse singulare sumitur ex estimatione rei facta secū dum singularem affectionem, ut supra sæpius dixi, declarando uerificamus tam in præmissis quam in tex. Ideo euenit quod singulare interesse semper probatur per iuramentum, cum alias non debeatur nisi quando iurari potest in litem, idest quando reus conuenitur ad restituendum, uel quasi restituendum, & iussus restituere non restituit.

Item sequitur unum aliud, quod male loquutus fuit Bar.

Bar. dum uoluit quod contra nõ dolosum probatur interesse singulare per testes, quia contra non dolosum nunquam potest peti singulare interesse, cum contra non dolosum non potest estimari res secundum affectionem, quæ estimatio est pœna contumatiæ & contemptus iudicis, ut no. in d. l. in actionibus. Præterea affectio cum sit interioris animi non potest probari nisi per iuramentum, ut per glo. magistralem quam hic
* sequuntur doctores communiter relati per Iasonem in §. sed iste, inst, de action. Causa autem erroris Bar. fuit æquiuocatio sæpius ostensa, quia interesse singulare sumitur duobus modis, uel secundum conditionem personæ, uel ex modo estimandi, & doctores hic capiunt singulare interesse respectu cõditionis personæ, quod proprie est commune, quia utilitates amissæ estimãtur communiter, Et in hac æquiuocatione fuit Cagn. hic, qui multa dicit de iuramento in litem ueritatis in hac materia interesse singularis a nu. 127. usque ad nu. 131. & hic etiam Rebuff. prædicta commiscuit sub interesse singulari, Cum uere sint de interesse communi, quod est singulare propter conditionem personæ a quo determinatur in quantitate utilitatum, non in estimatione. Et eodem modo æquiuocauit Cur. hic & cæteri scribentes, Et fuit causa maioris difficultatis istius legis, Sed an debeat iurari in litem quando quis conuenitur ex officio Iudicis, late insistit Cagno. hic, sed quia late examinant doctores in d. l. in actionibus & ego ibi dixi, ad ibi dicta me remitto.

163 Iuramentum † uero debet hoc modo concipi, Iuro illam rem mihi tantum ualere, quia ex priuatione eius ego sum priuatus tali & tali commoditate pecuniaria, & tali commoditate honoris, & satisfactionis animi, & commoditate corporis, & ideo tantam affectionem habeo ad eam quod nollem illa re carere pro centum uel potius uellem amittere centum quam illam rem, nam utraque forma est bona, quidquid dicat Barto. & infr. dicam. Cum igitur interesse singulare non debeatur nisi quando iuratur in litem affectionis, & propterea non possit deberi quando non potest iurari propter affectionem, sequitur quod ea quæ dixit hic Bar. & doctor. de probatione singularis interesse fiẽda per testes sunt superflua, quia nunquam probatur per testes.

Si tamen contingeret quod pars non posset iurare,
164 & uellet probare per testes † quia forsan nollet iurare. l. uideamus. ff. de in lit. iur. Satis posset procedere practica Bar. ut testes se deberent referre ad homines eiusdẽ conditionis quando non esset aliquod particulare in persona actoris, Sed si esset aliquod particulare in persona actoris propter quod augeretur affectio, uel in utilitate pecuniaria, uel satisfactione animi, quod plerunque contingit, Cum filius regis uel de domo illorum pluris estimare debeat famam antiquorum suorum & imagines & sepulcra auorum quam unus priuatus. argu. l. quatenus. ff. de regul. iur. & §. atrox. insti. de iniur. tunc oporteret dirigere uerba ad personam actoris, & probare quod amisit tot utilitates, sicut dixi sup. de cõmuni interesse, & postea dicere quod ex cumulo tot utilitatum rationabiliter potest estimare rem secundũ affectionem suam in tantum, quia quilibet eiusdem cõditionis qui amisisset tantas utilitates in satisfactione animi, Et utilitate pecuniaria tantum estimaret, ut per Bar. & doctores qui hoc modo possunt saluari.

165 Subdit † etiam hic Bar. notabiliter, quod uerba actoris debent concernere utilitatem, non autem affectionem, Et ideo debet dicere quod utilior est sibi ille liber in quinquaginta, & expenderet centum & decem in isto libro, Non autẽ debet dicere quod retinet charum pro tanto, uel quod nollet carere illo libro pro tanto, quia talia uerba respiciunt affectionem, non au
* tem utilitatem, & Bar. sequuntur communiter docto
166 res. † Sed hæc differentia mihi non placet, cum interesse singulare fundetur in affectione, & propter affectionem ueniat in condemnationem, ut supra probaui, & est textus in d. l. fi. §. in eum. ff. ne quis eum. ibi, quanti estimanda est ab actore. & in d. l. 2. de in lit. iur. & l. non a iudice. Codice de iudi. ibi, non quanti res est, sed quanti iuratum fuit in litem, Sed si esset affectio cũ utilitate pecuniaria, esset uerum damnum plerumque, & totum ueniret etiam sine dolo, Suadetur etiam prædicta, quia iuramentum in litem antiquitus usque in infinitum porrigebatur, quod non fuisset si affectio cum utilitate pecuniaria semper esset, cum utilitas finita sit, Vnde necesse est dicere quod nulla est affectio sine utilitate, & licet non habeat utilitatem pecuniariam, tamen uenit in iuramento in litem, & exigitur. Vnde puto quod non intersit an uerba referantur ad utilitatem uel non, Sed sufficit quod estimatio fiat ex affectione, & illud est singulare interesse, siue retineat caram rem siue utilis sit sibi, eo maxime quia secundum ueram opinionem supra firmatam nullum est interesse probabilis affectionis quod non sit cum utilitate, Nam resoluitur in hoc ꝙ expenderet tantam pecuniam ut eam rem haberet, & sic parum curandum est de uerbis.

Subdit etiam Barto. hic, quod actor in articulis interesse singularis debet inserere articulos de cõmuni estimatione, ut iudex possit scire quantum debeatur de
167 interesse singularis. † Sed nec etiam hoc placet, quia estimatio communis non est fundamentum actoris, sed est fundamentum exceptionis rei, Nam interesse singulare non tollitur ipso iure per legem nostram, sed parte opponente impeditur exactio ultra duplum, ut patet ibi in litera, hoc reddatur, & ibi, exigi pœnas quæ solũ respiciunt executionem. Ideo reus si uult euitare executionem totius interesse, debet ipse probare communem estimationem rei. arg. l. 1. ff. de excepti. & l. & si quidem. C. de except.

168 Vltimo † Bar. subdit, quod iudex potest ex officio suo condemnare partes in interesse, & si nihil probatũ fuerit, si quidem per coniecturas appareat sibi quantitas interesse, per tex. in l. semper. §. in hoc inter dicto. ff. quod ui aut clam. & in textu nostro ibi, subtilitatem, & ad hoc facit illa glo. in l. 3. §. fina. ff. de eo quod cert. loco. Hanc notabilem doctrinam sequitur Angel. in §. non solum. colum. 2. instit. de uerbo. obliga. & l. si quod ex Pamphila. ubi doctores per illum tex. ff. de lega. 2. Ambro. de Vigna. in c. salubriter. num. 160. de usu. Corne. consi. 26. in hac consultatione. in fi. in 1. uolu Hippo. in consi. 5. in causa. nu. 32. & Salicet. in l. 2. quæst. 20. C. de rescind. uendit. & dicit Salic. hic hanc fuisse decisionẽ Nicolai de matarel. & Cin. hic. Et magis clare loquitur nam dicit quod propter difficultatem probationum quamuis interesse non sit directo probatum, tamen si iudex probabilibus coniecturis uideret esse interesse actoris ex officio suo implorato, iudex posset se informare & condemnare, ut hic per Bar.

Ideo cautella est, quod actor publicatis attestationibus dicat, ego credo me probasse, sed quamuis non probauerim plene, ego imploro officium uestrum ut capiatis informationem de eo, & condemnetis reum in interesse apparenti, ut hic per Cagn. nu. 141. & 142. post Pau. de Cast. in d. l. si quod, qui dicit quod licet infra tempus actor non probauit interesse, tamen reus non absoluitur, sed imploratur officium iudicis qui se informet. Et Angelus in d. l. semper dixit quod si actor non uult iurare iudex potest adhuc se informare & cõdemnare. Idem dixit Abbas & Aret. in d. c. cum causã. de testib. Alex. & mod. Perusini in d. l. pretia rerum. colum. 8. & Salic. in l. traditio. col. 2. q. 5. sup. de actio. empti. Afflictus in decisione, regni. 38. faciunt ea quæ dixi sup. in materia lucri in fine. post Cagno. in ultimo notab. uersi. tertia dubitatio. & facit lex si irruptione. in fine. ff. fin. regund. & quæ dixerunt per illum text. Alex. consi. 116. uolũ. 1. & consi. 31. colum. 3. uolu. 4. Cur. senior in consi. 70. quia iudex debet laborare ad ueritatem

tem inueniendam.l.2.cum ibi cumulatis per Decium. & me supra.de edend. Et sententiæ iudicis stabitur si non erit appellatum, ut per Perusinos in d.l.pretia rerum.& hic per Cagn.nu.114.& 145.

169 Et ideo† inferunt nouissimi hic, quod per testes familiares & domesticos potest iudex se informare super interesse, deficientibus aliis probationibus. argu.l.consensu.§.super.sup.de repu.c.3.de test. Et ideo consuluit Bal.consi.170.ad euidentiam.uolumi.1. quod si probaui te gessisse negotia mea, & ad te peruenisse centũ cados olei, licet non probem quod tu uendidisti eos, Et licet non posuerim in articulis, tamen iudex debet se informare & considerare quantum ualere & uendi potuissent, & condemnare in pretio aduersarium, quia æquum & bonum est reddere quod de alieno quis habuit.l.si me & Titium.ff.si certum pet. dummodo sufficientes coniecturas iudex habeat, Nam ex leuibus coniecturis non debet cõdemnationem facere, ut per Corne.consi.261.uiso.colu.2.libro 2.& consi. 256. Primus col.ultima.& consi.318.colum.3.uolum.4.Et ideo iudex etiam posset in supplementum probationis deferre iuramentum, sicut in usurario Corn.in consil.43. uisis.col.3.uolu.3. & in effectu æquitatem præ oculis habere debet, & considerare bonas coniecturas.arg.l.q.si ephesi.ff.de eo quod cer. loco.

Cagno.tamen hic dubitauit an posset deferri iuramẽtum in defectum probationis, & allegat Decium quod non, in l.quatenus.ff.de reg.iur.& in consi.312.& Bal. hic, quia in hoc genere probationis ratio testis procedit per uiam industriæ non per uiam sensus corporalis, & eum finaliter sequitur Cagno.hic in fine, quia uerisimiliter possunt haberi plures testes, & quando possunt haberi plures uerisimiliter, non defertur iuramentum propter suspitionem. Alex, consi.109.colu. fi.lib.4.Cur.senior in l.admonendi.colu.63.uersi.23. fallit. & ibi Iason & Ripa fol.ultimo.colum.1.Sed in contrarium facit, quia si duo probant plene, ergo unus semiplene, ut not.in d.l.admonendi. Et hoc ultimum placet sine dubio in singulari interesse quod solum probatur secundum leges per iuramentum in litem, & cõtra non dolosum non defertur, ut sup.dixi. Et idem puto in interesse communi contra dolosum sine dubio, Et etiam contra non dolosum, quia semper probatio est naturalis deducendo, ut sup.quia primo probatur qualiter ille utilitates sunt amissæ, & postea probatur cõmunis ualor, & potest redi ratio per sensum naturalẽ, Et tanto magis, quia per prædicta cumulata post Bar. iura fauent actori petenti interesse.

170 Decimo† principaliter est Videndum, quomodo in interesse debet ferri sententia, Et quia interesse aliquãdo petitur iure actionis, aliquando officio iudicis, Si petitur officio iudicis, quod est quando petitur futurũ interesse occasione alterius rei principaliter debitæ, uel in obligatione est certam speciem dari uel certam

171 quantitatem.† Et tunc si agatur ad estimationem quanti plurimi, quod plerunque fit, & supra dixi, iudex potest proferre sententiam & condemnare alternatiue ad rem uel ad estimationem, ut per Bar. in l.si seruum.

172 §.fi.ff.de uerbo.obligatio. Et si quidem † est estimatio maior quam fuerit tempore contractus, quia creuit post mortem, & tunc debet ferre sententiam condemnatoriam ipsius rei, & etiam illius pluris quod superest, ut per Bar.in l.uinum.ff.si certum pet.col.4.uer.& aduerte.facta prius estimatione per officium Iudicis, ut ibi per eum quem sequuntur cæteri.Et quia in hoc casu non potest esse interesse extra rem, sed solum circa rem, quia respicit estimationem rei, uel singularem, uel quanti plurimi, semper erit ferenda sententia certa, quia in processu debet apparere estimatio. §.curare.instit.de actio.& ibi per docto. Respectu uero expensarum & fructuum & interesse extra rem dicendum est ut in sequenti conclusione, hoc tamen addito, quod semper præcedat condemnatio ad rem principaliter petitam, & postea sequatur condemnatio ad interesse, quod quomodolibet præstari debet.

173 Alius† est etiam modus in arbitrariis, ut iudex primo proferat sententiam condemnando reum, & si ille est contumax in exequendo, tunc proferat sententiã aliam super interesse, condemnãdo in eo, delato prius iuramento in litem ueritatis uel affectionis secundum naturam actionis, & postea per ipsum taxato, ut habetur in l.in actionibus.de in lit.iur. & in specie in l. locum.§.condemnatio.ff.de tabu.exhiben.& in l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. & ibi Bart. ff. q met. ca.& Iason in d.§.curare.instit.de action. † Si uero in-

174 teresse petitur iure actionis uel officio iudicis in casibus sup.non compræhensis, Et tunc quia aliquando petitur certa quantitas, aliquando incerta, merito duo sunt casus, Si igitur petita sit certa quantitas quod maxime erit quando est conuentum interesse, & tunc est paruus labor Iudicis, Nã uisis probationibus condemnationem faciet in ea quantitate quæ sibi legitime cõstabit Spec.in ti.de fruct.& inter.§.fi. uersic. sed qualiter.& ibi Ioan.And. in additio. sequitur Alberi. in l. 1.col.penul.ff.de actio.empt.Purpura in l. certi condictio.ff.si cer.pet.nu.97.

175 Secundus† casus est quando interesse incertum fuit petitum, & tũc si liquidatum fuit in processu, debet omnino ferre sententiam certam.d.§. curare. Si uero non fuit liquidatum in processu, & tunc licet sint opiniones, uerior tamen est illa quæ uult quod iudex posset facere condemnationem de interesse ita incerto, dicẽdo, condemno illum ad omne interesse, & tunc postea in executione liquidabitur.Card.in c.sacro colu. ulti. de senten.excommu.Feli.in c.significantibus.in 3.mẽbro.uersic.sexto infertur.de lib.obl. Potest etiam uti alio remedio, & condemnare in interesse simpliciter taxatum, prout apparebit in cedula, ut per Bart.in l. si tertius.§.officium.ff.de aqua plu.arcen.Anton. de Butrio.in cap.grauis.de restit.spolia. Guido papa in decisionibus suis.q.405.ubi allegat gl.in l.ita.ff.famil.herci.& l.1.supra ad l.falcid.quam commendat Corset. in singulari incipiente saluo.& ita obseruat practica in condemnatione expensarum, Nam iudex condemnat uictum in expensis resaruata sibi taxatione facta uel facienda prout in notula manu sua subscripta.

176 Et si opponatur† quod immo quando interesse est incertum non potest ferri sententia certa, quia alias libellus non esset conformis sententiæ contra.l.ut fundus. ff.com.diui.Respondebat Angel.in d.§. curare. quod est speciale in isto casu, prout in simili dicit Barto. in d. l.stipulationes non diuiduntur.colum. fi.ff.de uerbor. oblig.& alios similes addit ibi Ange.Iason tamen dicebat quod ista sententia dicitur esse conformis libello etiam incerto, quia dicitur esse declaratoria. Et sic nihil addit.l.hæredes palam.§. sed si notam.ff.de testa. Quod dictum nihil est, quia debet esse declaratoria in terminis, sicut est in d.l.ut fundus.unde potest dici aliter quod propter certitudinem sententia non dicitur esse difformis libello, Nam difformitas non considera tur in quantitate minori, sed in re & causa, Alias enim iudex nunquam posset absoluere reum in totum uel ꝑ parte.Vnde specialitas bene est in casu Barto. in d. l. stipulationes, quia res petitur, & in estimatione fit condemnatio, & sic difformitas est in re, sed in casu nostro non est difformitas, licet libellus sit incertus, & sententia certa, cum in re petita & in causa petitionis sit conformitas.

177 Vltimo† pro complemento, quæro qualiter fiat executio in sententia lata super interesse, Hanc quæstionem non ponunt doctor.sentientes fieri eo modo quo fit in aliis sententiis.l.a diuo Pio.ff.de re iudica. Sed ego posui ut tollerem quasdam difficultatis quæ posset oriri, Nam in aliis sententiis diuersimode fit executio, quia

quia alio modo fit in actione reali. l. qui restituere. ff. de rei uendica. Alio modo fit in uenditione, ut not. in l. 1. ff. de actio. empti. Alio modo fit in actione personali in qua debetur species uel quantitas. l. ubi autem non apparet. §. si. ff. de uerbo. oblig. Alio modo fit in debito pecuniario. l. a diuo Pio. §. in uenditione. ubi Bar. & per totam legem. ff. de re iudic.

178 Sed tamen †in interesse non est fienda differentia in qualitate obligationis, quia ut dixi supra, ꝑ estimatione damni habiti, siue loco ueri interesse semper soluitur pecunia. l. si quis ab alio. §. si. ff. de re iudic. & sic omnis executio sententiæ super interesse erit fienda eo modo quo fit in debito pecuniario, quia effectualiter
179 obligatio ad interesse est obligatio pecuniaria. † Vnde seruabitur ordo positus in d. l. a diuo Pio. ut post sententiam expectentur quatuor menses de iure communi, uel secundum consuetudinem, decem dies, postea capientur pignora secundum ordinem. d. §. in uenditione. & post duos menses uẽdantur, & detur pecunia creditori, alias si non reperiatur emptor adiudicentur creditori pro rata debiti secundum uerum intellectum quem ego tradidi ultra omnes in d. l. diuo Pio. §. si pignora. Et reliqua seruentur de quibus ibi per docto. si tamen condemnatio præcessit ad ipsam rem secundũ formam traditam per Bart. ad l. uinum. tunc debet fieri executio ad ipsam rem secundum regulas communes, & postea in illo pluri prædicta obseruari, Et hæc sufficiant pro huius materiæ expeditione, cætera dic ut per nouissimos hic, & modernos in l. quatenus. ff. de
180 reg. iur. †Et Andegauenses in suo tractatu de interesse, quorum dicta, quia non multum sunt utilia & necessaria, omnia tetigimus, propter immensos calores instãtes consulto prætermitto.

Repetita fuit hæc lex Salerni per me Ioannem Bolognetum. V. I. D. Bononiensem, primariam Cathedram de mane tenentem, Anno Domini 1543. die 23. Iunii. & postea Neapoli de Anno. 1554. reuisa & Ampliata fuit & absoluta die. 9. Iunii.

ARBOR INTERESSE.



Declarationes & diffinitiones uideas in tota Rubrica, & maxime nu. 110. & 111.

FINIS.

Lectori.

IAM absolutum habes lector uolumen quadripartitum repetitionum clarissimi Iur. Cons. D. Ioannis Bologneti Bononiensis publici nunc Iuris Cæsarei interpretis in celebri studio Messanensi in primam & secundam Digesti Veteris, & primam & secundam Codicis partes, in quibus corrigendis tam in exemplari, quam in formis, quantas habuerim difficultates, hinc liquet, quod in exemplari transmisso, ex quo istud sumptum est, nulla erat forma, nulla uersiculorum capita, nec punctus, nec coma, nec literæ (ut aiunt) Maiusculæ, ut in ipso uideri potest, allegationes corruptas, & deprauatas (habita collatione) in hoc restitutas cognosces; Difficultatem in corrigendis formis auxit, quod ipsas solas sine exemplari (nunquam enim ab impressoribus transmissum fuit) legi, ita quod si quid occurrit, quod forsam oculos & intellectum tuum offendere posit (quod tamen non credo) id omnibus prædictis difficultatibus tribuas uelim, Doctor enim sum, non Oedipus. recte igitur iudiça, & uale.

Brunorus Sol I. C. Venetus.

Venetiis Io. Gryphius excudebat.
Impensis Io. Varisci, Hæredum Melchioris Sessæ, & Baptistæ de Calegaris.
M D LXXII.

colorchecker CLASSIC
calibrite
mm